Universidad de Deusto
Biblioteca

TOSTATI
OPERA OMNIA

IN GENESIM

Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante
Plúteo 8 4

32,5

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALPHONSI TOSTATI HISPANI,

EPISCOPI ABVLENSIS,

PHILOSOPHI, THEOLOGI,
Ac Pontificij Iuris, Cæsareique consultissimi, necnon linguæ Græcæ, & Hebraicæ peritissimi.

COMMENTARIA IN GENESIM:
Mendis nunc sanè quám plurimis diligenter expurgata.
CVM INDICE COPIOSISSIMO.

Ad PHILIPPVM II. Catholicum & Inuictissimum Hispaniarum, & Indiarum Regem.



esta espurgº conforme al espurgº nuevo de 1632 por orden de la santa Inqon
J. de Lizon

VENETIIS, M D XCVI.
Apud Io. Baptistam, & Io. Bernardum Sessam, fratres.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS, COMMENTARIORVM In Geneſim.

PRAEFATIO.

ALTISSIMVM quidem negocium eſt, & maioris indigens ſpeculationis, quàm poſſit mea tarda, paruaque capacitas, & vehemens ingenij hebetudo, memoriæ velox, & prompta labilitas, & cunctarum virium ineptitudo, circa ſacram Scripturam rauco gutture, & voce tremula balbutire. Iure ſacra Scriptura, veritaſque Catholica altiſſima dicitur; quia omne humanum negocium dignitatis, & difficultatis altitudine antecellit. Quid enim difficultatis cętera humanarum, cęterarumque rerum ſtudia habere poſſunt, ſacræ Scripturæ inextricabili altitudini comparata? Nihil inquam. Vnde circa alia ſtudia humano ingenio naturali ſubtilitate ſuffulto ſe aliqualiter extollere licet, in hoc autem nihil, quia accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus, & ideo defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Quamobrem hæreticorum magna caterua circa ſacram Scripturam, proprijs viribus innitendo, à ſenſu Catholico delirauit. Quid enim difficultatis literatoria illa Grammaticorum ars continet, cuius ſoli diſſima fundamenta à voluntate humana initium habuerunt? Quid etiam obſcuritatis habet illa Dialecticorum nodoſis intricationibus implicata congeries, quæ diſſerendi ratio dicitur, quæ licet ab ipſa naturali variarum rerum habitudine inferendi originem trahat: tamen eius vniuerſalia principia, à quibus ars dicitur, ab humanis inuentionibus ſtabilita ſunt? Vnde non modicum gloriatur noſter ille Ariſto. in fine 2. Elenchorum, ante tempora ſua nihil fuiſſe de ſyllogiſmis dialecticis, præter id, quod ipſe labore quęrendo, & attritione quærentis condiderit. Quid etiam magni oratoria illa facultas continet, quæ pleriſque ex ſola natura ineſt, vt pauca, vel nulla ſtudiorum exercitatione indigeant? Vtraque enim ſupradictarum, & ſi non totaliter omnibus, tamen pro modulo naturaliter ineſt; vt ait Philoſophus in principio Rheto. Rhetorica enim Dialecticæ aſſecutiua eſt, quia ambæ de quibuſdam communibus tractant, quibus omnes participant. Omnes enim aliqualiter opponere, & defendere ſciunt. Quid enim poſtremo intricatæ difficultatis

Laus ſacræ Scripturæ ex difficultatis altitudine.

Cap. 8.

tis totum quadriuium continet, cuius veritas ab ipsa rerum natura tanta euidentiæ luce prodit, vt nulli granum intellectus habenti de hoc liceat dubitare? His testimonia perhibet magnus ille Augustꝰ. qui de ingenij luculentia congratulans asserit se Cathegorias, & quidquid ad quadriuium pertinebat, sine magistro perfectè intellexisse: principia tamen Isaiæ (Quæ si aliorum Prophetarum Scripturæ contuleris, plana videbuntur) nunquam intelligere potuit, quousque à Doctore Catholico eruditus est. Accedit, & ad hoc naturalis ratio, quam ponit Philosophus 2. Metha. scilicet. Sicut se habet oculus noctuæ ad lumen Solis: ita se habet intellectus noster ad ea, quæ sunt notissima in natura. Et vocantur notissima in natura non ea, quæ intelligendi prima principia sunt, & dicuntur primæ animi conceptiones, quia de his nullus dubitat, nec dicuntur notissima in natura ea, quæ sensibus naturaliter cognita sunt, quia per se nota apud quemlibet accipiuntur, sed vocantur notisima in natura primæ, & vniuersalissimæ causæ effectiuæ, quæ scilicet sunt substantiæ motrices cœlestium orbium, quæ cum primæ sint in ordine agendi, & mouendi, primo notæ esse deberent. Si ergo istæ substantiæ intelligentes à nostra cognitione valde separatæ sunt, quia sensus nostros, & sensuum appenditia excedunt, quanto magis illa diuina, immensaque substantia cognitionem nostram excedet, quæ ab omni motu passiuè, & actiuè per virtutis applicationem sequestrata est? Sacra autem Scriptura de hac supercelesti superque substantiali substantia negociatur: quare omnium studiorum difficillima est. Quis enim Prophetarum secretissima dicta dignè exponere valeat? Personas mutant, numeros non tenent, in temporibus autem difficultas maxima est. Cum enim de tempore Christi sæpe loquantur, subitò ad futurum iudicium sermonem conuertunt: & cum de vno tempore te sensum nosse putaueris, velociter ad aliud distantissimum relabuntur. Quis enim sacrarum nuptiarum in canticis canticorum dulce valebit Epithalamium interpretari? De Apocalypsi autem quid dicam nescio, tot habet sacramenta, quot verba: immo tot sacramenta, quot literas, & parum dixi, quia pro merito voluminis omnis laus inferior est. Accedit, & ad hoc parabolarum frequentiũ multiplicitas, & literæ difficultas, quæ interdum ad allegoricum, vel historicum, nonnunquam ad tropologicum, & anagogicum exponi desiderant. Adeo enim sacra Scriptura difficilis est, vt in quibusdam locis vsque hodie plenè non pateat intellectus. Sacra etiam Scriptura omnes artes, & negocia dignitatis altitudine antecellit: est enim omnium certissima. Quid enim Grãmaticę facultati certitudinis inest, cuius principia, & regulæ tempore mutato mutantur, vt patet, antiquorum libros si relegas? & ipsæ significatiuæ voces, de quibus eius totalis negociatio est, à varijs variè imponuntur. Quid etiam Dialecticorum facultas firmitudinis obtinet, quæ non semper necessarijs, sed etiam probabilibus locis innititur, & ipsi, qui necessarij videntur, si non deficiunt, deficere tamen possunt? quia res, à quibus eorum soliditas est, aliter etiam possunt immutari præter conditionem naturæ, & in ipsis necessarijs ex humani intellectus defectu aliquando conclusio falsa inducitur. De Rhetorica autem dicere non refert, qua nihil in humanis negocijs mutabilius est. Accedat, & quadriuium quod maximę est certitudinis; quia secundum Commentatorem 2. Meth. co. 16. scientiæ Mathe. obtinẽt primum gradum certitudinis. Sed in his plena certitudo non est; quia ortus, & occasus Solis, & aliorum planetarum ad Mathem. pertinent, quos simpliciter necessarios dicimus, & in quibus omnium Astrologicarum veritatum regula stabilita est, sed & hi quotidie intercipi possunt, & iam intercepti fuerunt pugnante Iosue contra quinque Reges, vt Iosue cap. 10. confirmatur, & Isa. 28. cap. Verba autem sacrarum Scripturarum deficere non possunt; quia super immobilem veritatem innixa sunt. Veritas autem aliarum artiũ in natura mutabili stabilitur, vt ipsa veritas Matth. 24. cap. attestatur: Cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. De scientijs autem Naturalibus dicere nihil interest, quia magis mutabiles sunt. Et in tantum sacræ Scripturæ firmitas aliarum scientiarum firmitatem excellit, vt hanc firmiter tenentes, aliarum veritatem sola fide destruere valeant, rerũ commutando

Texti.

Ratio difficultatis sacræ Scripturę.

Literarum sacrarum excellẽtia.

Sacręs Scripti. certitudo.

mutando naturas, scilicet montes transferendo, & arbores in mari transplantando, quæ Christus verè credentibus facere promisit. Ab hac certitudine, & altitudine sacra Scriptura intellectus, & Sapientia dicitur, vt habetur Deutero. 4. Hæc est sapientia vestra, & intellectus coram populis. Intellectus quidem, quia sicut intellectus de principijs, & per se notis est, ita sacra Scriptura de certissimis est, & per se notis, non lumine nostro, scilicet, naturali, sed supernaturali. Sapientia quidem dicitur, quia sapiẽtia de altissimis causis est, nihil autem altius, & nobilius est obiecto sacræ Scripturę, scilicet diuina essentia, vel ipso Deo simpliciter, siue sub ratione alicuius attributi, vel proprietatis. Est etiam sacra Scriptura omnibus alijs in honore, & vtilitate altior, quod est contra naturam aliarum artium, quia quæ in alijs vtiles sunt, honorabiles non sunt, quæ autem honorabiles, vtilium nomen non communicant: sacra autem Scriptura vtrumque perfectissimè possidet. Est enim vtilis, vt habetur 2. ad Timot. 3. cap. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, ad arguendũ, ad corripiendum, ad erudiendum in iustitia. Honorabilis autem est, quia habentes facit nimis honorabiles, vt patet Deuteron. 4. cap. Hæc est sapientia vestra, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersi præcepta hæc dicant: en populus sapiens, & intelligens, gens magna. Vtilitas autem huius doctrinę maximè patet, quia omnia, quæ homini dirigendo vtilia sunt, hic inueniuntur, hic enim omnis sexus, omnisque ætas instruitur: hic habet infans, quid lactet, puer, quid laudet, adolescens, quid corrigat, iuuenis, quid sequatur, senior, quid precetur. Hic discet fœmina pudicitiam, pupilli inuenient pietatem, viduæ iudicem, pauperes protectorem, aduenæ custodem. Hic inuenient Reges, quid audiant, iudices, quid timeant. Hæc tristem consolatur, lætum temperat, iratum mitigat, pauperem recreat, diuitẽ, vt se agnoscat, increpat: omnibus se suscipientibus apta medicamenta tribuit, nec peccatorem despicit, sed remedium ei per pœnitentiam iungit. Post per hãc Deus ostenditur, simulacra irridentur, fides asseritur, perfidia destruitur, iustitia ingreditur, prohibetur iniquitas, misericordia laudatur, crudelitas abdicatur, veritas requiritur, mendacium damnatur, dolus accusatur, prędicatur pœnitentia, pax sequenda promittitur, spes certa nutritur, & quòd in his omnibus est excellentius, Christi sacramenta laudantur. Hæc Hieronymus. Hæc sacratissima Scriptura omnium difficillima, certissima, & nobilissima, se elucidantibus vitam æternam promittit, vt patet Eccl. 24. cap. Qui me illucidant vitam æternam possidebunt. Hanc multi Doctores florentissimi a principio Ecclesiæ primitiuæ, vsque hodie modis varijs elucidauerunt, vnusquisque sicut ei Spiritus sanctus gratuitam mensuram concessit. Ego autem omnium minimus, qui etiam me eorum minimum dici indignum existimo, cum in hoc gradu nihil me habere crediderim, os mutum mouere conabor, rauco gutture timens, voce tremula personabo, maiorum vestigia semper adorans, prout mihi Spiritus sanctꝰ larga benignitas eloqui contulerit. Inde enim cognitum est, quòd non humanæ laudis affectio, nec nouarum rerum voluntas me ad huius operis sarcinam importabilem impulerint, sed charitas Christi, & proficiendi desiderium me inuitum, ac renitentem trahunt, & retinent fugientem. Si ergo in huius operis latitudine aliquando me errare contigerit, quod maximè pertimesco, beneuolum, & prudentem correctorem habere desidero, scientem quòd non studio ab alijs deuiandi, nouaque superinducendi hæc effecerim, sed vt ea, quæ alij altissimè, multisque ingenijs quasi intelligibiliter posuerunt, ego ad maternam, vulgaremque linguam, stylo rudi, & aperto deducam. In quo talem tenebo formam, vt cuilibet libro Proœmiolum intentionis libri succinctè cõtentiuum præponam, deinde eidem libro Prologum Hieronymis Rabani, aliàs Remigij, cum aliquali expositione coniungam, licet in hoc quidam alius pleniſſimè egerit. Ego tamen non studio repetendi, quæ ab alijs in hac parte dicta sunt, vt magnæ frontis volumina videantur; sed vt modulum teneam aliquid dicam, præcipuè cum aliqui Prologi, qui aliqualem difficultatem continent, adhuc sine expositione permaneant. Sed ne diutius oratio protendatur, quod instat agendum est. Sacratissima Scriptura,

Sciẽtia sacręs Script. vtilis ac honorabilis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præfatio.

quæ Spiritu Sancto dictante composita est, in omnibus partibus suis ita perfectissimè cõstat, quòd nec ei subtrahi, nec additio veniat, vt patet Deuteron. & Apocalypsis vlti. cap. Eius autem vltimata intentio est, homines ad vitæ æternæ expectationem attollere, vt ait Apostolus ad Roma. 15. cap. Quæcunque scripta sunt, ad nostrã doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem Scripturarum, spem habeamus. Continet autem sacra Scriptura duo opera, scilicet opus creationis, & redemptionis: primum per quod ad esse naturale perducimur: secundũ per quod ad esse beatificum peruenimus. Secundum autem principale est, quia nihil nobis nasci proderat, nisi redimi profuisset. Vnde de peritissimo Iuda, qui redemptionis beneficium participaturus non erat, Christus dixit: Bonum esset ei si natus non fuisset homo ille. Principaliter ergo in sacra Scriptura redemptionis opus continetur: quare de creatione vnicus liber est, de redemptione autem omnes alij. Sed tripliciter, quia quidam eam factam continent, vt libri Euangeliorum: quidam futuram esse prædicant, vt libri Prophetarum. Quidam ad eam participandam per bonam vitam nos dirigunt, vt libri omnes Historici, & morales tam noui quàm veteris testamenti, sed hi quidem præcepta dando, vt morales: alij autem, vt præcedentium exemplis mouendo, vt Historici. Primus ergo liber, qui de creationis opere agit, creati hominis continuam successionem vsque ad legem datam, per quam ad opus redemptionis disponimur, cõtinet, scilicet à principio Geneseos, vsque ad principium Exodi. hunc autem Scriptura cęteris anteponit ordine temporis, & naturæ, quia prius homo fuit quàm redemptione indigeret: de quo immediatè cum Dei adiutorio inchoabimus.

ALPHON-



ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS, IN EPISTOLAM D. Hieronymi ad Paulinum Commentarij.

CAPVT PRIMVM.



FRATER Ambrosius tua mihi munuscula perferens, detulit simul, & suauissimas literas, quæ à principio amicitiarum fidē probatæ iam fidei, & veteris amicitiæ noua præferebant. Vera enim illa necessitudo est, & Christi glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris, non præsentia tantum corporum, non subdola, & palpans adulatio; sed Dei timor, & diuinarum Scripturarum studia conciliant.

FRATER. Iste Prologus Beati Hieronymi, qui in omnibus Biblijs anteponitur non est specialiter alicuius libri Proœmium, sed quædam Epistola ad Paulinum amicum suum destinata, in qua quia de omnibus sacræ Scripturæ libris aliquid dicitur, toti Bibliæ quasi pro argumento præponitur. Et est summa Epistolæ, quòd Paulinus homo excellentis ingenij, qui Beati Hieronymi amicissimus fuit, vt hæc Epistola attestatur, desiderio sciendi sacram Scripturã vehementer ardebat: cura tamen cuiusdam sororis suæ tenebatur, ne ad huius rei doctrinam extra patriam, domumque sororiam longè discederet. Quapropter scripsit Beato Hieronymo, vtrum sine magistro, quod intendebat, cognoscere posset, addiditque,

A quòd si magistrum habere necesse erat, eum magistrum suum fieri vehementius exoptabat, vt & scientia, & conuersatione proficeret. Cui Beatus Hieronymus magistrum inquirere persuadens, rescribit, de Epistola Paulini mentionem faciens.

Frater Ambrosius. Et ista Epistola diuiditur in tres partes secũdum communem modum epistolarum, in salutationem, vel exordialem propositionem, & narrationem, & conclusionem. Primò præmittit, & captat beneuolentiam: Secundò intentionem explicat: Tertiò propositum Paulini non differendum esse determinat. Secunda ibi. *Legimus in veteribus*. Tertia ibi. *Festina quæso*. Circa medium 8. cap. Prima in duas, quia primo dicit se recepisse eius scripturam, secundo eius commendat amicitiam, ibi. *Vera enim*. Circa primum. *Frater Ambrosius*. Ista litera multipliciter scribitur: ideo multiplicem sensum facit. In libris autem omnium Epistolarum Hieronymi, vbi hæc Epistola ponitur, non dicitur (noua proferebant) & tunc est sensus, quòd frater Ambrosius detulit literas Paulini Beato Hieronymo, in quibus demonstrabatur amicitia, quæ ab antiquo fuerat inter eos. Et construitur sic. *Frater Ambrosius*. Ideſt, quidam frater nomine Ambrosius, qui fuit portator istarum literarum, nec fuit iste Beatus Ambrosius, qui Episcopus Mediolanen. erat. *Tua munuscula perferens*. Ideſt ducens munera, quæ mihi mittebas, quæ autem munuscula fuerint, non legitur, sed creditur, quòd fuerunt aliqua dona gratis missa à Paulino ad consolationem Hieronymi. *Detulit simul*. Ideſt etiam. *Suauissimas literas*. Ideſt cum quibus valde lætatus sum, quia cum amicorum præsentia delectabilis sit, vt patet 9. Ethi. si tñ haberi non possit, vel non expedit, litera pro amico recipitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ præferebant. Idest, demonstrabant. *Fidem.* Idest, certitudinem. *Fidei.* Idest, fidelitatis. *Probatæ.* Idest, quam ego expertus sum in operis exhibitione, & præferebant. *Fidem.* Idest, certitudinem. *Veteris amicitiæ.* Idest, in istis literis patebat quomodo me ab antiquo dilexeris. Sed ad istum sensum melius diceretur perferebant, quàm præferebant, quia præferre comparare est, perferre autem ducere est. In Bibliis autem habetur noua præferebant, & est sensus, quòd illæ literæ Paulini demonstrabant amicitiam veterem, & nouam fuisse augmentatam. Et construitur sic. *Quæ præferebant.* Idest, demonstrabant. *Fidem.* Idest, certitudinem. *Fidei.* Idest, fidelitatis. *Iam probatæ.* Idest, quam iam experimento cognoueram. *Amicitiarum a principio.* Idest captarum a principio, ita q̃ ex quo me diligere incepisti, semper verè dilexisti. *Et veteris amicitiæ noua præferebant.* Idest demonstrabant quandam nouitatem factam in amicitia veteri, s. q̃ nunc maior, & feruentior erat quàm ante, ex nouo desiderio sciendi sacram scripturam. Et iste sensus patet per ea, quæ subduntur, quia Hiero. laudat immediatè amicitiam, quæ fit non ex aliquo bono temporali, sed propter amorẽ Dei, & studium sacræ scripturæ. Posset etiam dici, q̃ li (nouam) poneretur in accusatiuo singulari, & (amicitiæ) poneretur in datiuo, vt diceremus. *Et veteri amicitiæ nouam præferebant.* Idest demonstrabant amicitiã nouam esse maiorem, q̃ antiquam. Sed ad supradictum sensum redit. *Vera enim necessitudo.* Hic ponitur secundum, in quo cõ mẽdat Paulini amicitiam. *Vera necessitudo.* Idest verus amor, qui dicitur necessitudo, idest colligatio a Necto, nectis, idest cõiungo. Nullum enim maius vinculum est, quàm amor, quia fortis est vt mors dilectio, vt patet Canti. 8. & aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem. Qui enim amat amato idẽtificatur, q̃ amicus est alter ipse, vt patet 9. Ethic. & amor trãsformat amantem in amatum, quia anima verius est vbi amat, quàm vbi animat. *Et Christi glutino copulata.* Idest fundata supra charitatem, quæ Christi glutinum dicitur. Dicitur (glutinum) quia ita vnit, vt glutinum. Dicitur. *Christi.* Quia Christus nullum alium amorem p̃cipit, nisi charitatem, quia solus meritorius est: ideo Apostolus 2. ad Corinth. 5. cap. Neminem s̃m carnem cognouimus, i. amauimus, & si cognouimus Christũ s̃m carnem, sed iam non nouimus. *Quam non vtilitas rei familiaris.* Idest rei domesticæ, scilicet pecuniæ, vel æquiualentis, supple conciliat, & in hoc excludit amicitiam propter vtile. *Non subdola.* Idest ficta. *Et palpans.* Idest blandiens. *Adulatio.* Et in hoc excluditur amicitia delectabilis, quia aliqui amici aliorum efficiuntur propter præsentiam corporum, idest q̃a vnus delectatur in p̃sentia alterius, siue ex solo grato aspectu, siue ex fruitione libidinosa, alij autem quia verbis iocosis, vel adulatorijs aliorum delectantur, & neutra harum est bona, quia pertinet ad homines vitiosos. Tertia est honesta amicitia, quam hic tanquàm optimam statuit, de quibus Aristot. in 7. Ethic. *Sed Dei timor.* Qui facit homines se rectè amare ad vitam æternam. Et non loquitur de timore seruili, sed de timore casto, qui permanet in sæculum sæculi. *Et diuinarum scripturarum studia.* Quia honestus amor est, q̃ discipulus Magistrum diligat, vt in sacra scriptura ab eo doceatur, & Magister discipulũ, vnde Apostolus Paulus licet omnes homines ex charitate diligeret, specialiter tamen eos, qui disciplinam ab eo susciebãt, ideo dicebat eis; Filioli mei, quos ego iterũ parturio, donec formetur in vobis Christus. *Conciliant.* Idest coniungunt, & pertinet ad maiores, quando minoribus per amicitiam coniunguntur, vt ait Vgutio, & inde est, verbum, Reconcilio.

Cap. 9.

Legimus in veteribus historijs, quosdam lustrasse prouincias, nouos adijsse populos, maria transijsse, vt eos quos ex libris nouerãt, coram quoque viderent. Sic Pythagoras Memphiticos vates, sic Plato Aegyptum, & Architam Tarentinum, eamq; oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laboriosissimè peragrauit, vt qui Athenis magister erat, & potens, cuiusque doctrinã Academiæ Gymnasia personabant, fieret peregrinus, atque discipulus, malens aliena verecundè discere, quàm sua impudenter ingerere: Denique cum literas quasi toto orbe fugientes persequitur, captus à piratis, & venundatus, etiam tyranno crudelissimo paruit, captiuus, victus, & seruus, tamen quia Philosophus, maior emente se fuit.

Legimus. Hic ponitur secundum principale, scilicet epistolæ narratio continens intentionem totalem; & diuiditur in duas partes. Primò inducit eum ad quærendum magistrum exemplo Philosophorum; secundo exemplo Sanctorum Apostolorum, ibi. *Quid loquar de sæculi.* In principio sequentis cap. Prima diuiditur in quatuor partes, secundum q̃ ponuntur quatuor personæ, de quibus trahitur exemplum, scilicet Pythagoras, Plato, Titius Liuius, Apollonius. Secunda ibi. *Sic Plato.* Tertia ibi. *Ad Titum Liuium.* Quarta ibi. *Apollonius.* Circa primum. *Legimus in veteribus.* Historia narratio rerum gestarum est, dicta apo tu istorin, quod est videre, quia antiquitus nullus historiam scribebat, nisi qui res fieri conspexisset, vt ait Isidorus 1. Ethim. Dicuntur veteres, quia de antiquis temporibus faciunt narrationes, sicut erat tempus Pythagoræ, & Platonis respectu temporis Beati Hiero. *Quosdam lustrasse.* Idest circuisse. *Prouincias.* Scilicet, quòd per multas terras discurrebant, vt sapientes viderent. Lustrare enim multa signat, scilicet, circuire, purgare, illuminare, circundare, de quibus in Ebrardo. Et inde lustrum veniens multa signat. *Nouos.* Idest ignotos, quos nunquam viderant. *Adijsse populos.* Idest iuisse ad populos. Adeo, componitur de, ad. &, eo. is, & idem est adire, quòd ad aliquid ire. *Maria transijsse.* Quia necesse erat Maria transire ad longinquos populos visitandos.

Hist. quid

Lib. 1 cap 4

Vt eos, quos ex libris nouerant. Scilicet cognoscendo scientiæ magnitudinem, in legendo libros eorum. *Coram,* Idest præsentialiter viderent. Est hic coram, aduerbium, quia sine casuali ponitur. *Sic Pythagoras Memphiticos vates.* Idest, Pythagoras iuit ad Memphiticos vates.

Vt ait Valerius Maximus, libro octauo. Pythagoras cupiditate honestatis percipiendæ Aegyptum petijt, vbi literis illius gentis assuefactus, preteriti cui sacerdotum Commentarios scrutatus, innumerabilium suorum sæculorum obseruationes cognouit. Pythagoras de Samo insula oriundus tempore Cambysis Regis floruit, sub anno ab orbe condito quater mille demptis quinquaginta octo, iuxta Eusebium libro Chronicorum, sed hoc est iuxta annos interpretum, sed iuxta veritatem Hebraicam, erant multo pauciores, idest tres mille quingenti sexaginta fere. De quo Valerius Maximus sic

sic ait, Pythagoræ tanta reuerentia ab auditoribus attributa est, vt, quę ab ipso audijssent, in disputationem deducere nefas putarent, interpellati autem, ut causam redderent, hoc solum rñdebãt. s. Pythagoram dixisse. De hoc etiam Augu. de ciuitate Dei lib. 8. Duo genera Philosophorum traduntur, vnum Italicum ex ea parte Italiæ, quę olim magna Græcia dicebatur, alterum Ionicum in eis terris, vbi nunc Græcia nuncupatur. Italicum genus authorem habuit Pythagoram Samiũ, qui interrogatus semel quid se profiteretur, Philosophum se esse respondit, idest sapientię amatorem, quoniam sapientem profiteri arroganti ssimum videbatur. De quo Seneca in Epistolis ad Lucillum, & Lactantius de natura Deorum lib. 3. cap. 18. dicunt quòd in tantum frugalitatem dilexit, quòd carnium esum abhorruit: credidit enim animas hominum migrasse in corpora bestiarum. De hoc Ouid. Metamor. 15. loquens ex authoritate Pythagorę sic ait.

A

B

Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora, sunt fruges sunt deducentia ramos
Pondere poma suo, tumidaque in vitibus vuæ.

Dixit etiam Pythagoras non esse infernum, nec pęnas post mortem, sed ista esse à Poetis conficta, animas verò migrare de corpore in corpus perpetua succession. De hoc Ouid. Metamor. 15. Loquens secũdum doctrinã Pythagorę, recitando eius dicta, sic ait.

C

O genus attonitum gelidæ formidine mortis
Quid stygia, quid vmbras, quid numina vana timetis,
Materiem vatum, & falsi pericula mundi.
Morte carent animæ, semperque priore relicta.
Sede, nouis habitant domibus, manentque receptę.

Dixit etiam Pythagoras se fuisse militem Euforbũ in bello Troiano mortuum a Rege Menelao. De quo Ouidi. vbi supra.

Ipse ego, nam memini Troiani tempore belli,
Panthoides Euforbus eram cui pectore quondam.
Hesit in aduerso grauis hasta minoris Atrydę.

Memphiticos vates. Idest sapientes Aegypti. Vates dicuntur à vi mentis, idest quia mente excellentes sunt. Et dicuntur vates Poetæ, vel Prophetę, Sacerdotes, siue sapientes. In Aegypto enim prius sapientia inuenta est in astris post Nemrod, Mercurii, & Athlantem, quia Abraham in descensu suo illuc Aegyptios docuit, vt nostri Doctores volunt. Aristo. autem primo Meta. vult quòd Sacerdotes Aegypti per continuam inuestigationem astrologiam inuenerint: vnde ait. Propter nimium admirari Sacerdotes in Aegypto inceperunt Philosophari. *Memphiticos.* Dicuntur Memphitici à Memphi ciuitate Aegypti: quam fundauit Epaphus Iouis filius, vt ait Isidorus. 15. li. Etymo. In hac primum studium totius orbis fuit, quod in multis dicitur floruisse, precipuè in Astrologia propter loci conformitatem. Cum enim tellus illa salubberrima multas meteorologicas impressiones secundum experientiam non cognoscat: cum nec nubis densitas, nec turbinis obscuritas, nec morborum tempestuosa procella nullatenus impediant intuitum, Sydereos cursus lumine contemplantur. *Sic Plato Aegyptum.* Idest etiam Plato adiuit Aegyptum, & Architam Tarentinum.

In Proem.

Cap. 1. circa med.

D

E

De hoc Valerius Maxi. lib. 8. ait. Plato autem patriam Athenas, Præceptorem Socratem sortitus, & locum, & hominem doctrina fortissimum: ingenij quoque diuina instructus abundantia, cum omnium mortalium iam sapientissimus haberetur, eo quidem vsque, vt si ipse Iuppiter è cęlo descenderet, nec elegantiore, nec beatiore facundia vsurus videretur. Aegyptum peragrauit, dum à Sacerdotibus eius gentis, Geometrię multiplices numeros, cœlestiũ obser-

uationẽ rationum percepit. De hoc etiam Iustinus in Chronicis, Plato Socratis discipulus fuit 41. annis post eum natus. De hoc Valerius Maxim. lib. 1. Dormienti Platoni in cunis, apes mel pueri labijs inferebant, quę Heliconios mõtes omnis doctrinę flore virentes, & singulare eloquium demonstrabant. De hoc Apuleius in lib. de moribus Platonis. Plato prius Aristocl. dictus est: pater namque eius Ariston: sed postea propter pectoris latitudinem, Plato nuncupatus est: iste ętatis sue anno. 81. vita defunctus est. Quapropter ait Seneca Epistolarum lib. 1. Epistola 84. Magi qui tunc fortè erant Athenis defuncto Platone immolarunt, omni homine eum fœliciorem esse putantes, quòd consumasset perfectissimum numerum annorum, quem nouem nouies multiplicatis componunt. *Aegyptum.* Aegyptum ab Aegypto Rege Danao expulso inhabitatam ferunt, quę ante Aeria dicebatur, sed ipso regnante Aegypti nomen accepit. De cuius gentibus, & ritibus sacrorum, scientia, locis mirabilia dicit Solinus in Polistor. cap. 41. *Architam Tarentinum.* Scilicet adiuit. De Archita ait Valerius lib. 4. Tarentinus Architas dum se Pythagorę præceptis Metaponti penitus immergit, magno labore, lõgoque tempore solidum opus doctrinę complexus: postquam in patriam reuertitur ac rura sua reuisere cępit, animaduertitque negligentia rustici corrupta & perdita, intuensque male meritũ. Sumpsissem, inquit, à te suppliciũ, nisi tibi iratus essem. Maluit enim impunitum relinquere, quàm propter iram iusto grauius punire. *Tarentinum.* Tarentinus à Tarento dicitur: Tarentum ciuitas est in extremis finibus Italię, vbi se Italia in duo cornua fundit, geminum spectans æquor, scilicet Ionium, & Siculum iuxta illam partem, in qua Sillaceum eminet promontorium, & Caribdis vorago ex parte prouincię Siculorum, vt, ait Solinus in Polistor. cap. 2. Hanc Taras Neptuni filius condidit, à quo Tarentum dicta fuit. De qua Horatius in lib. sermonum.

Pectinibus patulis iactet se molle Tarentum.

Pectines pisces sunt, qui vocantur, lenguados, vulgariter. *Eamque oram Italiæ.* Idest Italicam regionem. *Laboriosissimè peragrauit.* Idest cum magno labore trãsiuit; quia fortè bella erant, & latronum pericula, & pecuniarum defectus. Ora sine aspiratione signat regionem, vel vestis extremitatem: cum aspiratione significat tempus. Vnde Ebrardus.

Aspires horam, tibi tempus significabit.
Si non aspires, Limbum dabit, & regionem.

Quæ quondam magna Græcia dicebatur. Idest quę Italia dicebatur olim magna Græcia. Quare autem sic dicebatur, ratio est, quia vt ait Isidorus 14. Etymo. Italia à Græcis populis occupata, magna Græcia nuncupata est. Deinde à regis nomine Saturnia, mox, & Latium appellata est, eo quòd Saturnus à Ioue sedibus suis pulsus ibi latuerit. De quo Ouid. 1. Fast. ait.

Cap. 4.

Et bona posteritas puppem formauit in ere.
Hospitis aduenium testificata Dei.

Postremo ab Italo Siculorum rege ibi regnante Italia nuncupata est. Solinus in Polistor. cap. 2. dicit, quòd Italiam primum Aborigines, Arunci, Pelasgi, Archades, Siculi, totius postremo Græciæ aduenę cõ diderunt. *Vt qui Athenis.* Idest in ciuitate Athenensi. *Magister erat.* Quantum ad sapientiam. *Et potens.* Quia magnus fauor ei dabat in regimine ciuitatis, q̃a multa de politico regimine disseruit. De hoc Augustin. 2. de ciuit. Dei dicit, quòd Plato Poetas censuit ex vrbe pellendos.

Cap. 14. in princip.

Athenę dicũtur quasi littorales, quia in littore maris cõstitutę sunt, vel dr Athenę. ab. a. quod est sine, & Thanatos, q̃d ẽ mors, quasi sine morte, q̃a ibi sapiẽtia

legebatur, quæ immortalis est, vel de immortalibus tractans, vel hominem per famam immortalē faciēs, siue, quia per eam mortales homines in contemplatione immortalium eleuātur, vt habetur 10. Ethi. vel dicitur Athenę à Minerua, quæ Græcè Athena dicit. De quo Aug. 18. de ciui. Dei. Secundum doctrinam Marci Varronis regnante Cecrope, qui ciuitatem illā condidit, dum filij Israel in captiuitate Aegyptiaca tenerentur, quæ cum nondum nomen haberet, accidit ꝙ oliua ibi appareret, & de alio loco aqua subito erupisset. Cecrops his prodigijs territus consuluit Apollinem, qui respondit aquam significare Neptunum, oliua Mineruam; esse autem in electione ciuium à quo eorum ciuitati nomen imponerēt. Quo audito Cecrops omnes ciues viros siue fœminas conuocauit, quia mos tunc tpis erat, vt fœminę publicis consultationibus interessent. Oēs mares pro Neptuno, fœminæ autem pro Minerua tulere sententias, & quia vna fœmina virorum numerum superauit, à Minerua nomen impositum est. Ouidius aūt Metamor. lib. 6. dicit, ꝙ cū Minerua, & Neptunus corā duodecim Dijs contenderent, quis eorum vrbi nomen imponeret, Neptunus tridēte saxa dura percussit, à quibus equus exilijt: Minerua terram percussit, & oliua baccis plena apparuit, ex quo pro Minerua sententia lata est. *Cuiusque.* Ideſt Platonis. *Doctrinas.* Quia de multis rebus scripsit. *Gymnasia Academiæ personabant.* Ideſt laudabant: est sensus, ꝙ Plato, qui multas doctrinas luculentissimè scripserat, quæ in Academicis studijs legebantur, magis volebat peregrinando ab alijs discere, ꝙ̄ sua iactanter extollere. *Gymnasia.* Dī Gymnasium exercitium corporale, quod corpore nudo fit, vt lucta, vel ludi antiqui gladiatorum, vel Gymnasiū locus, in quo ista fiunt: Vnde balneum Gymnasium dī, quia balneantes nudi sunt. Hinc etiam transfertur, vt ait Isidorus 18. Etimo. Vt omnium prope artium exercitia Gymnasia dicantur. Inde etiam Gymnasia studiorum loca dicuntur, vt patet 2. Macha. cap. 4. Academica dicuntur ab Achademia villa apud Athenas, quam Plato ad studij vacationem elegit desertā, & pestilentem, vt libidinosi motus metu mortis in discipulis frangerentur, & nihil aliud desiderarēt, nisi quod addiscebant. *Malens.* Ideſt magis volens. *Aliena verecundè discere.* Ideſt addiscere verecundè quidem, quia ad hoc extra patriam exulabat, in habitu paupere, & despecto, multas iniurias, & contumelias perferens. *Quam sua impudenter ingerere.* Scilicet volendo de hoc gloriari. *Denique.* Ideſt postquam peragrata Italia audiuit Architam Tarentinum. *Cum literas toto orbe fugientes persequitur.* Ideſt quę ab homine recedere videntur dum eas inquirit, quia cum quis plura sciuerit, multo plura nondum scita cognoscit, & semper videtur ab eo longius scientia recedere, vt dī Eccl. 7. Dixi sapiens efficiar, & illa longius recessit à me multo magis quàm erat. Vel dicuntur toto orbe fugiētes, quia in paucis locis totius orbis, & distantissimis reperiebantur. Et hunc sensum intendit tex. dicens: Platonē diuersas prouincias inquirēdo literas, peragrasse. *Captus à piratis.* Dicūtur pyratę latrones marini, qui pugnam faciunt, & mercatorum naues rapiunt, vel trāsfretantium: pirata à pir, quod est ignis, & ratis, quia in rate ignem deferat. De quo Lucanus in 3.

Omne fretum metuens pelagi pirata reliquit.

Venundatus. Quia dū Plato diuersas prouincias peragraret, & mare Siculum peruagata Italia transijsset, à piratis Siculanis captus, Dionysio venditus est. *Tyranno crudelissimo paruit.* Ideſt Dionysio. *Tyranno.* Domino Siracusanorū, & pene totius Sicilię. Fuit enim crudelissimus, quia in diuersis hominum cruciatibus lętabatur. Vnde in quodā lacu magno murenas horrendos pisces nutriri fecit, quibus viuos homines tradebat deuorandos.

De hoc Valerius Maxi. lib. 6. Dionysius cum hæreditatis nomine à patre Siracusanorum ac pene totius Sicilię tyrānidem accepisset, maximarum opum Dominus, exercituum Dux, & rector classium, equitatuum potens, à patria propter tyrannidem pulsus, coactus inopia literas pueros Corinthij docuit. *Captus.* Scilicet à piratis. *Vinctus.* Ideſt ligatus, scilicet à Dionysio. *Et seruus.* Ideſt conditione seruili venditus. *Quia tamen Philosophus, maior emente fuit.* Ideſt licet venderetur Plato Dionysio tyranno: tamen quia Plato Philosophus erat seruus existens maioris dignitatis erat, quàm Dionysius, qui eum emerat. Aliquę literę habent. *Maior emente se fuit.* Et tunc est sententia clara. Alię autem habent maior emente, vt ponatur maior in recto, & tunc est sententia, quæ supra ponebatur: alię literę habent maiore mente fuit, ita, quòd ponatur maiore in ablatiuo, & in his duobus facilis corruptio est. Et est sensus in ista litera, quòd licet Plato fuerit in seruum venditus, quia tamen Philosophus. erat maior mente fuit, ideſt constantiorem animum habuit in ista aduersitate, quàm si non fuisset Philosophus, quia status sui amaritudinem maturitate consilij temperabat ęquo animo tolerando. De hoc ait Valerius Maxi. lib. 4. Plato patria pulsus à Dionysio tyranno Megaram petierat, vbi cum Theodorum principem eius vrbis domi conuenire vellet, nec admitteretur, multum diuque ante fores retentus comiti suo ait: Patienter hoc ferendum est: forsitan enim nos cum in gradu dignitatis nostrę essemus, aliquid tale fecimus, tranquillitate consilij, ipse sibi conditionem exilij placidiorem fecit. De Platone Seneca ait, quòd postquam Dionysio tyranno vēditus extitit, quidam cognoscens esse tantum Philosophum octo Sestertijs emit, vt liberum permitteret. Contra quem Seneca magna ira mouetur, quòd tantum Philosophum tam paruo precio cōparasset.

Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem de vltimis Hispaniæ Galliarumque finibus quosdam venisse nobiles legimus, & quos ad contemplationem sui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus sęculis celebrandumque miraculum, vt vrbem tantam ingressi aliud extra vrbem quęrerent.

Ad Titum Liuium. Multi de Hispania, & Francia venerunt Romam, vt Titum Liuium viderent, qui maximus eloquentia habebatur. Duo fuerunt Titi Liuij: vnus fuit Tragędiarum scriptor Romæ florens regnante Ptolomęo Epifane ante natiuitatem Christi, anno fere ducentesimo. Alius fuit Titus Liuius, qui gesta ab vrbe condita vsque ad sua tempora sub decem decadibus compilauit: licet quidam plures dicant, & iste paulo ante Christi aduentum floruit, & de hoc dicitur hic. *Lacteo eloquentiæ fonte manantem.* Rhetorica transformatio est, quia ille, vt fons in eloquentia abundabat, & quia non solum in verbis abūdans erat, sed etiam verba illa dulcia erant, vt lac, vel mel: ideo lacteo fonte manare dicitur. *De vltimis Hispaniæ Galliarumque finibus.* Ideſt de vltima parte Hispanię, & Francię, quia fines harum prouinciarum satis distant ab vrbe Roma.

Duo fuerunt Liuij.

Hispania

Hispaniæ descriptio. Cap. 4.

Hispania prouincia est in fine Europę sita, quæ ab Occidente, & Septētrione. Oceano clauditur, ab Austro Mediterraneo Tyrrheno, vel potius Hiberico, & Balearico, iuxta Isidor. libro 14. Etymolog. concluditur: ab Oriente Pyreneis montibus terminatur, licèt Gothorum tempore ab Austro vltra Tyrrhenū mare Tigitana prouincia cum multis vrbibus ad Hispaniā pertinerit, ab Oriente vero vsque ad Narbonam vltra montes Pyrenęos dilatata fuerit. Hæc terra multas appellationes, & populos. Tubal habuit, quia primo Hesperia nuncupata est. Nam Tubal quintus filius Iaphet fuit, a quo Hiberi, & Hispani, vt dicūt Hieronym. & Isidor. processerunt. Filij autem Tubal, diuersis prouintijs peragratis, curiositate peruigili, Occidentis vltima petierunt; qui in terram, quę nunc Hispania dicitur, venientes, & Pyrenęi montis iuga primitus habitantes, in populos excreuerunt; & primo Cętubales sunt vocati, quasi Cętus Tubal. Et attendētes stellam, quę ibi post Solis cubitum occultatur, occasumque eius Vesperum stellam Hesperumque nominari, & patriam a stellę nomine Heiperiam vocauerunt, & hoc nomine vtuntur omnes Poetæ, cū Hispaniam nominare volunt. Durauit autem ista prima appellatio vsque ad aduentum Herculis in terram illam, a destructione linguarū in Babylonia, quod fuit tempore Phaleg, vt patet Gen. 11. c. Computando ergo a tempore Phaleg, vsque ad tempus Iepte iudicis Israel per lib. Gen. Iudicum, & Iosue, variasque historias inuenientur anni fermè mille, & quatuor cētū secundum Eusebium, & interpretes: sed secundum literam Hebraicam erunt quasi mille. Hercules autem in Hispaniam venit, vbi expugnato, & mortuo Gerione, in Pharo Gallæciæ, qui tunc tribus regnis, s. Gallæciæ Lusitaniæ, & Beticę præerat, terram suo dominio sub iugauit, quam Græcis, quos secum adduxerat cū alijs incolis, qui ibi erant populauit, relicto ibi Hispalo viro illustri de comitibus Herculis, quem ipse præposuit, p uincię illi, & ab eius nomine terra Hispania dicta est. Durauit autem hęc appellatio secunda, a tēpore Herculis vsque ad tempus Theodorici regis Gothorum, qui sunt anni fermè mille septingenti, & 40. licèt ante Gothos Sueui, & Alani, & Silingi, sedes in Gallæcia tenuerint, sed paucum tempus fuit: quia Gothi eos deleuerunt, & Hispaniam repleuerūt. Et durauit hoc vsque ad Rodericum vltimum regem Gothorum, & sunt anni isti fermè trecenti, & octoginta. Deinde Arabes, expulsis, & deletis popularibus Gothorum, terram tenuerūt, & post versa vice Gothi Arabes expulerunt: nunc autem Gothi admixti Arabibus terram istam incolunt. De Hispaniæ laudibus Solinus autor certissimus mirabilia dicit in Polistorum, cap. 24.

alliq descriptio. *Galliarumque finibus.* Gallia, Francia dicit, sed plura cōprehendit Gallia, s. Aquitaniam, Vasconiam, & alias prouincias. Gallia enim ab Oriēte finibus Germaniæ applicatur, ab Occidente Hispaniæ, in montibus Pyrenæis coniungitur, ab Austro habet Italiam, a Septentrione freto Britannico terminatur. Francia autem, quæ minoribus terminis clauditur, habet ab Oriente flumen Rhenum a Meridie Narbonensem prouinciam, ab Occasu Lugdunensem apud Rodanum, ab Aquilone freto Britannico terminatur. De hac Solinus in Polisto. cap. 22. & de proprietatibus rerum, lib. 15. *Et quos ad contemplationem sui Roma non traxerat.* Multi enim de longinquis partibus, vt Romam viderent veniebāt, isti autem vt Titum Liuium. *Habuit illa ætas.* Scilicet in qua vixit Titus Liuius. *Inauditum omnibus sęculis celebrandumque miraculum.* Magnum miraculum erat, quòd aliqui venirent de partibus remotis ad videndum vnum hominem Romanum, & non ad videndum Romam, quę tunc florentissima erat. Et est hoc aliqualiter contra argumentum, quod agit Boetius 2. de consol. Prosa 7. quòd in tempore Marci Ciceronis Roma florentissima erat, & tū fama eius vltra Cauca sum montem non transcenderat, quāto magis fama vnius hominis transcendere potest? Vult enim Boetius ibi probare, quòd fama hominum modicum dilatari potest. *Aliud extra vrbem quærerent.* Ideſt præter vrbem, quia Titus Liuius in vrbe erat, ideo non quęrebant eum extra vrbem, sed in vrbe. Dicitur tamen extra vrbem, ideſt præter vrbem; quia non vrbem videre quærebant, sed Titum Liuium.

Apollonius, siue ille magus, vt vulgus loquitur, siue Philosophus, vt Pythagorici tradunt, intrauit Persas, pertrāsiuit Caucasum, Albanos, Scythas, Massagetas, opulentissima Indiæ regna penetrauit, & ad extremum latissimo Phison amne transmisso, peruenit ad Brachmanas, vt Hiarcham in throno sedentem aureo, & de Tantali fonte potantē, inter paucos discipulos de natura, de moribus, ac de cursu dierum, & syderum audiret docentem. Inde per Elamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Assyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæsthinos, reuersus Alexandriam perrexit ad Aethiopiam, vt Gymnosophistas, & famosissimam solis mensam videret in sabulo. Inuenit ille vir vbique, quod discereț, & semper proficiens, semper se melior fieret. Scripsit super hoc plenissimè octo voluminibus Philostratus.

Apollonius. Iste multas pertransiuit prouincias, vt patet in litera. Quatuor legimus Apollonios sapientes, prętер Apollonium qui rex Thyri fuit. Duo, Gentiles, quos Plinius in lib. de naturali Historia commemorat: vnus Pergamenus, siue Troianus fuit, quem Plinius sequitur in tractando de animalibus: alius fuit Tarentinus. quem ipse in tractando de herbis, & arboribus sequitur. Alij duo Apollonij Christiani fuerunt sub imperatoribus Commodo, & Seuero, anno a Natiuitate Christi 185. Vnus eorum Senator fuit, qui a seruo suo proditus, quòd Christianus esset, de ratione fidei suæ a senatu fuit petitus, super quo magnum volumen defensiuum, & aliqualiter persuasiuum fidei Christi composuit, quod coram senatu ostendit, ad vltimum tamen capite truncatus est. Alius valde sapiēs fuit, qui contra hæresim Mōtani, & Priscillam, & Maximillam magna volumina edidit. De his Hieronym. in lib. de Illu. viris. cap. 40. & 42. De quo autem horum Apolloniorum loquatur, non plenè patet. Quidā, qui commentauit istum prologum, voluit ꝙ diceretur de isto vltimo, sed non vī consonare verbis textus, quia ista historia antiquissima est. Duo aūt Apollonij Christiani nō erāt multū antiq. Item quia iste Apollonius audiuit Hiarcham, sed ille de antiquis philosophis est. Item quia, ideo tot prouincias iste Apollonius peragrauit, quia sapiētissimos rarissimos inueniebat, sed tempore duorum Apolloniorum Christianorum, tota Italia, in qua ipsi viuebant, & Europa, sapientibus plena erat, quia magnorum Philosophorū Peripateticorum, & Stoicorum libri vbique habebantur. Vī ergo, ꝙ iste Apollonius fuerit aliqs de duobus primis, qui fuerunt antiq, tpe, quo pauci sapientes erant.

Siue

Universidad de Deusto
Biblioteca

Siue Magus, vt vulgus loquitur. Vulgares vocant sapientes Magos. Sic vocantur Magi tres reges, qui ad adorandum Christum venerunt de partibus Orientis, de quibus dicit Chriso. super Matt. cp Magi sapientes, & non incantatores erant. *Siue Philosophus vt Pythagorici tradunt.* Idest iste Apollonius, quia sapiens erat secundum modum loquendi Pythagoricorū Philosophus dr: quia Pythagoras hominem sapiētem, Philosophū vocat. Ab ipso enim Philosophiæ nomen exortū est, quia vt ait Aug. de ciui. Dei, lib. 8. Interrogatus quem se profiteretur: Philosophum, idest sapientiæ amatorem se esse dixit, quia sapientem se dicere arrogantissimum videbitur. Et nō intelligas, cp iste Apollonius a Pythagora appellatus fuerit Philosophus, sed cp iste Apollonius vocari poterat, vel vocabat Philosophus fm modum loquendi Pythagoræ. Non enim potuit esse iste Apollonius post Pythagoram, quia vt infra dicitur iste Apollonius iuit Alexandriam, sed Alexādria per annos quasi 160. a tempore Pythagoræ condita fuit, quia Pythagoras fuit sub Cambise rege Persarū anno ab orbe condito fermè 4680. Alexandriam aūt Alexander condidit, qui regnauit ab orbe condito anno fermè 4830. vt ponit Eusebius, & Paul. Orosi. libr. 3. de Ormesta mundi. *Persas intrauit.* Hic ponūtur per ordinem terræ, quas Apollonius peragrauit. Et videt ex hoc ordine locorum, cp dicatur de Apollonio Troiano, quia regnum Persarum prope regnū est Troianorum. Vnde exiens de terra sua intrauit Persas, & deinde ad alias terras directè per latus Septemtrionale, donec deueniret ad Indiam, quę in extremo Oriētis est. Deinde declinauit versus partem Australem aliqualiter donec peruenit in Ethiopiam, quæ fm latitudinem multum Australis est, & fm longitudinem magis Occidentalis, quam supradictæ regiones. Si autem intelligeretur de Apollonio Tarentino, qui etiā antiquus est, non poneretur eadem via, sed alia loca, & prouincię ponerentur in ascensu Septētrionali, cū Tarentum multum distet a terra Persarum: existens in termino Italiæ contra Siciliam, vt supra diximus. Et si dicas, cp non potest intelligi de Apollonio Troiano, quia Troia ante ædificationem Alexādriæ per annos octingētos octoginta, & vno destructa fuit, vt patet per Solinum in Polisto. computando ea, quæ dicūtur 1. ca. de destructione Troiæ, & de Olympiadibus, & ea quæ dicuntur c. 41. de constructione Alexādrię. Respondetur, cp filij Hectoris, qui manebant paruuli post excidium Troiæ, post mortē Astianactis filij primogeniti Hectoris, recuperauerunt Troiam de potestate quorundam Græcorum, qui in ea manserant, vt patet in 1. lib. Chronicorum, Lucę Tude. & fuit valde populata: durauitque populatio vsque ad bellum ciuile Sillæ, & Marij ducum Romanorū, in quo Fimbria dux Marianus Troiam deleuit, igne appositio vsque ad internitionem crudelius quàm ante Græci deleuissent. De hoc Aug. de ciui. Dei, lib. 3. c. 8. valde deplorat. Fuit autem hoc ante Christi Natiuitatem per 70. annos, vt patet per Paul. Orosium, lib. 6. de Ormesta mundi, & plenius in Romuleone. *Persas intrauit.* Persæ gentes sunt in latere Septentrionali, quas Perseus sic nominauit. Fuit. n. Perseus Iouis, & Danais filius, qui ex Græcia in terram illam veniens, Barbaras gentes graui, & diuturno bello perdomuit. Nouissimè victor existens, nomen gēti subditę dedit: vt ait Isidorus. lib. 9. Etymol. De his magis Paul. Orosi. in Ormesta mundi, libro 1. *Pertransiuit Caucasum.* Caucasus mons est, qui per longum tenditur ab indo flumine in parte Orientis, vsq; ad flumen Tygrin. In parte Occidentali Asiæ est a parte Septentrionali contra Meridiem. Habet iste mons mare Rubrum, & sinum Persicum. Et inter hæc duo, scilicet Caucasum, & mare Rubrum sunt istæ prouinciæ, Aracusa, Parthia, Assyria, Persida, & Media situ terrarum montuoso, & aspero. In medio sui habent flumina præcipua Idaspen, & Arben; & in his prouincijs sunt 32. gentes, vt ait Paul. Oros. 1. de Ormesta mūdi. Hæ gentes generaliter Parthi vocantur, sed sacra Scriptura vniuersos sæpe Medos vocat. Dicitur Caucasus a candore niuium, quia niuibus densissimis est candidatus. Nā Caucasum lingua Orientali candidum sonat, vt ait Isid. 14. Etymol. *Albanos.* Albani ab Alba nuncupati sunt. Est autem Alba duplex, quædam apud ciuitatem Romanam, in qua primo regnauit Ascanius Aeneæ filius, quam & ipse condidit, quę sic dicitur ab Albula flumine, idest a Tiberi, qui prius Albula dicebatur, alia est Alba, quę est vltra Caucasum montem, circa mare Caspium. Et accipitur mons Caucasus dupliciter. Vno modo pro quodam iugo, vel colle continuato a terra Colchorū iuxta flumen Tygrin, directè tendente per latus Septentrionale vsque ad fluuium indum Orientalem, vt accipiebatur supra. Alio modo accipitur Caucasus, p prima parte illius mōtis a principio, vsq; ad mare Caspium, & deinde diuersę partes illius montis diuersa nomina sortiuntur vsque in Oriētem, vbi finitur. Itaque a mari Caspio, quod est ab Oriente per oram Oceani Septentrionalis, vsque ad Thanaim fluuium, & Meothidas paludes, quæ sunt ad Occasum per littus Cimerici maris, quod est ab Africo vsq; ad caput, & portas Caucasi, q̄ sunt a Meridie, gentes sunt 34. Sed generaliter regio proxima Alba vlterior sub mari, & monte Caspio terra Amazonum nominatur. Et dicūtur sic ab assiduis niuibus propter appropinquationē ad polum, vel quia Albo crine nascuntur. Horū glauca oculis, i. picta pupilla inest, adeo vt nocte pluſquam die cernāt, vt ait Isidorus. 9. Etym. *Scythas.* Antiquissimi populi sunt, laudatæque virtutis, vt ponit Gualterus Alexandreidis, lib. 8. Et sunt inter montem Caucasum, & Taurum, vt ait Paul. Oros. 1. de Ormesta mūdi, apud quos sunt Vngui, & Gangaride. *Massagetas.* Isti de origine Scytharum sunt, & dicūtur Massagetę, quasi fortes Getæ. Hi inter Scythas, & Albanos Septēntrionalibus iugis inhabitant, de quibus Isidorus, vbi supra. *Opulentissima Indiæ regna.* Quia multæ Indię ponuntur. Quędam India est, quę in portentis, & mirabilibus rebus abundat. alia autē quę rerum necessariarū ad vsus humanos opulentissima est. Habet. n. India ab Occidente fluuium indum, qui rubro mari finitur, a Septentrione montē Caucasum, reliquę partes Orientali, & indico Oceano terminantur. Hęc terra habet gentes 44. absque famosissima insula Taprobane, quę decem habet ciuitates, & absque alijs plurimis insulis habitabilibus. De hac Pau. Oros. 1. lib. de Ormesta mūdi, & Solinus in Polistor. c. 41. *Ad extremum Phison amne transmisso.* Idest pertransito, idest postquam perambulauit Apollonius regna Indię, transiuit flumen Phison, qui Ganges dicitur a Gentilibus, & fluit de Paradiso Terrestri. Et dicitur transijsse Apollonius Phison postquam perambulauit regna Indiæ, quia ascēdit ad Indiam per Septentrionale latus montis Caucasi, Phison autem est in media fronte Orientis in ostijs Oceani Indici, veniēs de Paradiso Terrestri: ideo primo pertransiuit omnia regna Indię, quę declinabant ad Septentrionem, antequam transiret Phison. Latissimus amnis dicitur, quia multam habet aquam. Est. n. quasi per mediam leucam latus, vt patet Alexandreidis, lib. 9. in bello contra Porum. Habet enim Phison decem magna flumina coniūcta, ex quibus quasi mare magnum videtur. *Peruenit ad Bracmanas.* Hi sunt ad partem Meridianam Indię post flumē Phison. De vita istorum scribit beatus Ambros. lib. qui intitulatur de vita, & moribus Bracmanorum. Et dicuntur Bracmani, siue Bracmanę a rege suo cp Bracma dictus est. Hęc gens pura, & sincera vita viuit, nullis rerum capitur illecebris, nihil appetit amplius quàm naturæ ratio flagitat, sola viuit alimonia, quam tellus sine cultura producit, hinc est, cp nulla morborum genera, nullus apud illos medicinę vsus est; sed longa sanitas vsque ad mortem quàmquam meta sanitatis portauerit. Vnde nullus parens filij comitatur exequias, nullus altero superior, nullus ditior, nulla iudicia, quia nulla corrigenda; sed vna genti lex est contra ius non ire naturæ. Nulli intendunt corporali operi, quia non terrā colunt, nec venantūr, nec aucupantur, nec piscantur, nec lauant sua corpora, quia immundis contractibus non sordescunt, sirim riuo sedant, ædificia non construunt, sed in fossis telluris, aut in speluncis, aut in cōcauis montium latebris habitant. Idem locus dum viuunt, mansioni proficit, dum moriuntur sepulturę. Non habent amictum pretiosum, nec colore fucatū; sed papiri tegmine membra velantur, nec in augenda pulchritudine plus affectant ipsi, vel vxores eorum q̄ nati sunt, intelligentes, cp nullus eorū potest opus naturæ corrigere. Vnde ornamentorum cultum magis deputant oneri quā honori. Non sunt apud eos fornicatio, incestus, adulterium, nec aliquis concubitus, nisi gignendæ prolis amore. Arma non sumūt, bella nō gerunt, sed pacem moribus non viribus confirmant, non sunt apud eos iudicra spectacula, nec equina certamina, non ludi circenses, nec theatrales, sed solum mundi ornatum habent delectabile spectaculum; nec exercent mercandi vsum, nec peregrinari cupiunt, ut species peregrinas contemplentur. Simplex apud eos eloquentia, non fallerata Rhetorum facundia, sed cōmunis, etiam omnibus solum præcipiens non mentiri. Varia & discordantia Philosophorum dogmata nō sequuntur, sed eorum Philosophia est, quæ iuuare nō nisi iustè nouit, nocere nec iustè. Templa non ornant, nec altaria, nec in honore Dei pecudes mactant confitentes, & dicentes, cp Deus verbo propitiatur orantibus, quod solum ei cum homine est: suaque nimis similitudine delectatur. Nam verbū, vt aiunt, Deus est. Hoc mundum creauit, hoc regit, & alit omnia, hoc ipsi fatentur se venerari, hoc ipsum diligere, ex hoc spiritum trahere: si quidem aiunt: Deus spiritus ac mens est; atque ideo non diuitijs terrenis, & rerum largitate munifica, sed religionis operibus, & gratiarum actione placatur. Hęc de moribus Bracmanorum de exemplo Didimi ad Alexandrum excerpta sunt. Item Græci scribunt de eis, cp longęui sunt. Viuunt enim 150. annis propter munditiam, & bonam complexionem aeris: apud quos nō est ales, nec quadrupes, nec ferrum, non ignis, non aurum, non argentum, non panis, non vinum. Hi venerantur familiariter Deū, & indeficienter orant. Mulieres vero eorum seorsum manent interfluente Gāgetico fluuio, vbi decidit in Oceanum. Viri autem transfretant ad vxores suas mēse Iulio, & Augusto, manentque cum vxoribus suis per 40. dies, & iterum remeant. Cum autem vxor duos genuerit pueros, non amplius accedit ad eam vir eius, nec illa viro alteri appropinquat propter eorum multam religionem. Si vero contingat sterilem inter ipsas esse, vsque ad quinq; annos transit ad eā vir eius cognoscens vsq; ad quinquennium, & si non parit, nō amplius accedit ad eam. Propter hoc nec multitudinem hominum habet regio eorum. *Vt audiret Hiarcam.* Nomen Philosophi est, qui Hiarcas dicebatur, qui habitabat ī vicino terrę Bracmanorum, vel fortè inter Bracmanas, sed non multum concordat his, quæ supra diximus, s. cp non sequuntur doctrinas Philosophorum, nec aurum, vel argentum habent. *In throno sedentem aureo.* Idest deaurato, affixis laminis aureis, ad honorem sapientiæ, maximè quia in terra illa non est aurum rarum, sicut in ista, sed sunt ibi contra Orientē vt ait Solinus in Polistor. c. 41. Crisia, & Argiria insulæ, quę pp multitudinem auri, & argenti solum aurum, & argētum dicūtur habere. Est etiam ibi terra Ophir, in qua sunt mōtes auri, ad quos mittebat naues Salomon ad deportandum aurum, vt habetur 3. Reg. 9. ca. De hoc etiam Solinus de proprietatibus rerum libr. 15. Vel dr thronus aureus, quia ibi sapientia legebatur, quę auro comparatur, vt patet Sapientię 7. ca. & in multis locis scripturę. Sed primus sensus consonantior est. *De Tantali fonte potantem.* Idest dantem potum, s. cp ille Hiarcas Philosophus lector dabat potum auditoribus suis de fonte Tantali, i. de sapientia mundana, quę curiosè accipitur, quia cum plus acquiritur, amplius desideratur. Et est similitudo de Tantalo, qui fuit filius Iouis, rex in Greçia, qui dijs venientibus in domū suam carnes vnius pueri ad comedēdum apposuit, quamobrē dij torqueri in inferno mandauerunt, vt esset in aqua vsque ad labium inferius, & valde sitiret, nunquam tamen bibere posset, sed cum vellet bibere, omnes aquę effugerent, & cp pulcherrima poma penderent vsque ad labium eius superius, & valde famelicus, nunquam degustare valeret, ideoque dum magis appropinquāt magis famescit, & sitit in æternum non saturādus. De quo Seneca in Tragedia Thyestis. & Oui. Metam. li. 4.

Tibi Tantale mille.

Deprehenduntur aquæ, quęque imminet effugit arbor.

Sic scientia, q̄ curiose desiderat inflat, sed non saciat. Iō sp vltra, & vltra desiderat, vt ait Apostо. 2. ad Tim. 3. c. Sp addiscentes, & nunq̄ ad scientiam veritatis peruenientes. Et sicut auris non saciatur auditu, nec oculus visu; ita nec intellectus satiabitur sapientia. Et est rō, quia nunquam cessat desiderium naturale, donec adipiscatur bonum suum completum. Omnia autem q̄ intelligimus minora sunt ītellectu, quia spiritualis est: iō nūquam satiabitur, donec adipiscatur illud summū intelligibile, s. diuinam essentiam, quę illum repleat, & sic dicit Dauid. Psal. 16. satiabor cū apparuerit gloria tua. Et Psal. 35. Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ. *De natura.* i. de naturalibus rebus. *De moribus.* i. de morali Philosophia. *De cursu dierum.* Idest de varietate, quę accidit in diebus propter motum solis. *Et syderum.* De motibus, & figurationibus motuū, & aspectibus & alijs, quę ad Astronomiam pertinent, Magnus sapiens erat Hiarchas, quia de omni genere artis docebat. *Inde per Aelamitas.* Idest Aelamitę gens sunt in terra Persidis dicti ab Helam primogenito Sem. Persia enim multas gentes continet, vt sup. diximus. Et sunt Aelamitę magis Meridionales quā Persę, de quibus supra diximus, qui habitant apud mōtem Caucasum. *Babylonios.* Dupliciter Babylonia est, quædam in Chaldea, quę est caput terræ Chaldaicę, quę olim pēnè totius orbis Orientalis domina fuit, regnante Nabucho donosor, ī quā Iudęi captiui ducti sunt, per Nabuchodonosor, & Nabuzardam. Patet 4. Reg. & 25. c. Hęc ciuitas a Nērod gigante, & comitibus suis incępta fuit, vt patet Gen. 11. c. sed post annos plusquam ducentos a regina Semirami vxore Nini instaurata est. De hoc Pau. Oros. li. 2. de Ormesta mundi. Fuit autem destructa per Darium, & Cyrum reges Medorum, & Persarum, vt patet Daniel. 5. & Abachuc 3. & Isa. 13. cap. & mansit Babylonia deserta facta habitatio volucris immundæ, & spiritus īmundi, iuxta vaticinium Isaiæ. De magnitudine ędificiorum, & dispositione huius ciuitatis Solinus in Polistor. circa finem, & Paulus Oros. 2. de Ormesta mundi. Alia est Babylon, quæ noua dicitur, quam Cambyses in Aegypto condidit, propter desiderium primę Babylonis, sed non fuit alteri in ali quo comparabilis. Et in hac Babylonia mortuus fuit Alexan-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alexander, quia alia tempore suo non stabat. Et hæc est a qua princeps Sarracenorū dicitur Soldanus Babylonis. Et prima Babylon magis Septentrionalis est quàm noua, quia latitudinem 33. graduum ab æquinoctiali habet. Noua autem Babylon 30. gradus, & 30. minuta latitudinis habet. *Chaldæos.* Babylonij sunt, sed Babylonij dicuntur ab vrbe, & immediato territorio: Chaldæa dicitur tota illa gens. Et dicuntur Chaldæi, quasi Chasdei a Chaseth filio fratris Abrahę, vt ait Isidorus 9. Etymol. Sed verius videtur, ꝙ Chaldæi fuerint de progenie Arphaxad filij Sem, vt dicit Glos. Ordin. & patet, quia Abraham dicitur Chaldæus, sed nō fuit de stirpe fratris sui Nachor, & sic dicitur Gen. 11. ca. ꝙ Aran, qui erat frater Abrahæ mortuus est in terra natiuitatis suæ in Hur Chaldæorū, & postea subditur, ꝙ Abraham, & Nachor acceperunt vxores, ergo antequam Nachor haberet filium, vel vxorem, vocabatur terra Chaldæorum, sed filij Iacob non erāt de stirpe Nachor, ergo non fuit ipse principiū Chaldęorum, maximè quia de Abrahā, & suis patribus demōstratur ibi, quòd non fuerint Chaldæi. *Assyrios.* Assyrij dicuntur ab Assur filio Sem. Est enim Assyria, prouincia, in qua ciuitas Niniue est, in qua regnauit Salmanasar, qui captiuum duxit Israel in terram suā. Ista terra Caucasum montem a Septentrione habet. a Meridie autem Persicus sinus excludit ab Oriente Parthiam, & Aracusiam, ab Occidente finibus Persidis, & Medie applicatur. Inter omnia regna mūdi post diluuium, regnum Assyriorum primum fuit, incipiens ab Assur filio Sem, & durauit vsque ad Sardanapalū, qui flammis se iniecit. De successione istius regni, & de quantitate temporis eius Aug. latè, de ciui. Dei, 19. lib. *Parthos.* Parthi secundum Isidor. 9. Etymolo. de origine Scitharum sunt. Fuerūt enim eorum exules, quod eorum vocabulo manifestatur. Nam Scithico sermone exules Parthi dicūtur. Parthia Assyriæ coniūcta est, magis Orientalis existēs. Vnde ab Australi parte mare Rubrum habet, a Septētrione Hyrcano mari concluditur. In ea. 22. duæ gentes sunt, s. regna vndecim, quę dicuntur superiora, incipiunt ab Armenico limite, & Caspio littore porrecta ad terras Scitharum, reliqua regna inferiora habent ab Ortu solis Varios, Arrianosq; Carmaniam. A Meridie Medos. ab Occidente, & Septentrione Hyrcanos. Ipsa autem Media ab occasu transuersa vtraque Parthiæ regna amplecti tur, a Septentrione Armenia, circundatur. *Syros.* Syri differunt ab Assyrijs, licet aliquando sacra Scriptura, Syriam pro Assyriam, & Syros pro Assyrios dicat. Est enim Syria regnum propinquum Ierusalem, quia caput Syriæ est Damascus, vt patet Isa. 7. ca. De hoc magis, Gene. 24. Et ista terra aduersaria fuit semper regibus Iuda, & Israel, vt patet in lib. Reg. & Paralipo. Hęc magna prouincia est, & est magis Meridiana quā Assyria, & minus Orientalis. Habet Syria accipiendo, p Syria generaliter, non vt accipit sacra Scriptura, magnas prouincias, Comagenam, Phœnicem, vel Phœniciam, & Palęsthinā, absq; Sarracenis, & Nabathæis, quorum gentes duodecim sunt. In capite Syrię Cappadocia est, quæ habet ab Oriente Armeniam, ab Occasu Asiam minorem, a Septētrione Treuisanios campos, & mare Canericum, a Meridie Taurum mōtem, cui subiacet Cilicia, & Hisunria vsq; ad Siricum sinum, qui spectat contra insulam Cyprum, & generaliter a flumine Euphrate, qui est ab Oriente vsq; ad mare nostrum, quod est ab Occasu, deinde a Septentrione, i. a ciuitate Datusa, quæ in confinio Cappadociç, & Armeniæ sita est, nō procul a loco, vbi Euphrates nascitur vsq; ad Aegyptum, & extremum sinum Arabicum, qui ad Meridiem longo, angusto q; sulco saxis insulis creberrimo mari Oceano versus Occasū extenditur. Tota ista terra Syria nominatur. *Phœnices.* Phęnicia terra est, quæ sm superiorem computationem Pauli Orosij intra Syriam continetur, sed hic speciali nomine vocatur. Est autē terra in parte Occidentali, & in parte Septentrionali Iudææ in maris littore sita, in qua sunt Tyrus, & Sidon: ad quas Christus ad prædicandum iuit, vt patet Matt. 15. ca. Huic terræ coniungebatur sors tribus Zabulon, vt patet Gen. 49. c. Et dicitur terra Phęnicia a Phœnice rege. Phœnix enim Agenoris filius conditoris Tyri, & Cadmi conditoris Græcarum Thebarum frater, post mortē patris Agenoris in illa terra regnauit, a quo Phœnicia dicta est. De quo Isidorus 9. Etymo. *Arabes.* Arabia cm ab Oriente terræ promissionis est, quæ Iudææ, & Syriæ coniungitur. Nam declinando a monte Caucaso, & Tauro Septētrionalibus ad Meridiem succedit Babylonia, deinde Chaldęa, nouissimè Arabia, post Syria, vel Iudæa. De quo lib. 1. de Ormesta mundi secundum Pau. Oros. De hac terra multa, & notabilia Solinus in Polisto. in c. 43. Ista terra est Orientalis tangens in angulo Orientis, & Meridiei terram promissionis, quia lacus Asphaltitis, i. mare mortuum, vel Sodomiticum diuidit inter Arabiam, & Iudęam. Hęc terra qm venerunt filij Israel in terram promissionis, nondum habitata erat, sed post habitari cœpit. Erat autem desertum, terra inuia, & inaquosa, & incipit post mare Rubrum, quod dicitur sinus Arabicus veniētibus de Aegypto in terrā promissionis. In ea continetur mōs Synai, & Helim, vbi erant septuaginta palmæ, & duodecim fontes, vt patet Exod. 15. c. In ea est Raphidim, vbi Moyses percussit Silicem, & dedit aquas abundātissimas, vt habetur Exod. 15. In ea desertū Sin, in quo habuerunt Israelitæ primo manna, de quo Exo. 16. c. In Arabia data fuit lex Moysi, in qua nunc requiescit corpus beatæ Catherinæ. In Arabia mons Abarim, in quo Moyses mortuus fuit, vt patet Deuter. 32. cap. In tota Arabia præcedebat Israelitas columna nubis per diem, & columna ignis per noctem. In Arabia omnes mansiones Israelitarum a mari rubro, vsque ad introitum terræ promissionis. In hac etiam cōiungitur hęc terra Idumææ, in finibus Bethoron superioris. De his in lib. de diuisione Terræ sanctæ. *Palæsthinos.* Terra Palesthinæ terra Iudæorum dicitur, vt patet per Ouid. 1. lib. De arte Amandi.

Terra Palæsthinæ septimo culta viro.

Idest a Iudæo, qui dicitur septimus vir, i. vir colens, vel honorans septimum diem, s. sabbatum, quia Iudei sabbatum obseruant sm Isidorum 9. Etymol. Palæsthina terra Philisthinorum dr. Et dr Palęsthina, quasi Philisthina, quia Iudæi non ponentes f, in principio dictionum p, pro f, ponunt. Et tunc Palæsthina signat quandam terram, quæ est ad Occidentalem, & Meridianā partem Iudeæ, iuxta sortem Zabulon, & est sita super littus maris habens ab Occidente mare Mediterraneum, & ab Aquilone Phęniciam, s. Tyrum, & Sidonem ciuitates. Et sunt in terra ista quinque ciuitates principales, s. Gaza, Azotus, Acaron, Ascalon, Geth, vt patet 1. Reg. 6. c. & Gerara, de qua Gen. 20. & 26. c. Sed sm Solinum in Polistor. & Paul. Oros. 1. de Ormesta mundi. non est distinctio inter Iudæam & Palęsthinā, & sic cōiter accipit. *Reuersus Alexandriam.* Alexandria ab Alexandro magno in honorem nominis condita est ante Christi Natiuitatem per annos plures, quam quadringentos, & viginti, vt patet ex computatione Olympiadum vsq; ad tps illud, quia centesima duodecima Olympiade Alexandria condita est, vt patet per Solinum in Polist. 3. c. de Aegypto. Est aūt Alexādria in Aegypto in littore maris in ostio Canopico. Est autem duplex Aegyptus, vna superior, & alia inferior: superior Aegyptus in Orientē per longum extendit, cui

est a Septētrione sinus Arabicus, a Meridie Oceanus. Nam ab Occasu ab inferiori Aegypto incipit, ab Oriē te mari Rubro terminatur. Ibi sunt gentes 24. Aegyptus inferior ab Oriente habet Syriam, & Palęsthinā, a Septētrione mare Nostrum Mediterraneum, a Meridie montem, qui appellatur Elimax, & Aegyptum superiorem fluuiumque Nilū, qui de littore incipientis maris Rubri videtur emergere. De Aegypto, & de Ortu, & augmento Nili multa ponit Solinus in Polistor. ca. de Aegypto. Est ergo superior Aegyptus magis Australis, quàm inferior Aegyptus, quia superior tangit inferiorem in latere Meridiano. De his Paulus Orosius, vbi supra. Aegyptus superior est, in qua fuerunt captiui Israelitę, patet quia, quando Moyses misit exploratores recto tramite de deserto in terrā promissionis, ipsi ascenderunt per plagam Meridianā terræ promissionis, vt patet Num. 13. c. & ibi de hoc diximus. Si autem de inferiori Aegypto, recta via aliqui ascenderent in terram promissionis, oporrebat ascendere per partem Occidentalem, quia Palęsthina, idest Iudæa habet a parte Occidētali inferiorem Aegyptū, vt supra dictum est. Item quia Cades barne, vsque ad quam recta via venerunt Israelitę per desertum, est in latere Meridiano terræ promissionis, vt patet Nume. 34. cap. Deinde inceperunt retrocedere, & circundare montem Seir multo tempore, de quo Deuteron. 1. & 2. c. Ideo intrauerunt in terram promissionis per partem Orientalem, iuxta angulum Meridiei, sapud Iericho, de quo Nume. 32. c. Alexandria autem non est in ista Aegypto, sed in inferiori, quia Alexandria multū est Occidentalis, declinans ad Libyam, & Aethiopiā, in ostio maris Canopico, siue Heracleotico, vt alij dicunt. Aegyptus autem superior ab Occidente mare non habet, sed inferiorem Aegyptum. Sunt autem superior Aegyptus, & Iudæa, & Aegyptus inferior, quasi in triangulo. Aegyptus inferior est in angulo declinante ad Occidentem, Aegyptus autē superior, & Iudæa, æqualiter quasi sunt Orientales, sed Aegyptus est in angulo Meridiano: Iudęa in angulo Septētrionali. *Perrexit ad Aethiopiam.* Post Alexandriā procedendo secundum latitudinem ad Meridiem, & sm longitudinem ad Occidentem Aethiopia est, licèt aliquæ terræ intermediæ sint, sed sunt directè contra Occidentem, & non contra Meridiem, vt Libya, Cirenaica, & Pentapolis, & Tripolitana cum subuentana regione. Ad Meridiem autem Aethiopes sunt, qui a cæteris gentibus Africanis distinguuntur, quia omnes alij, licèt in terra calida commorentur, tamen terra est: Aethiopes autem in viuis arenis commorātur, quia magna solis directio ad perpendicularem super terram illam in viuas resoluit arenas. In hac terra Barbararum gentium multiplicitas est. Sunt ibi Garamantes, qui matrimonio non vtuntur, sed quamlibet quilibet licitè accipit: ideo filij matres solas cognoscūt, patres autem in tanta varietate commixtionis cognosci impossibile est. Quare inter cęteros orbis populos Garamantes ignobiliores, & degeneres sunt. Hi autem antra excauant, in quibus morantur, & solem ęstu candentem quotidie maledicunt. Sunt ibi Serbętę gētes duodecim pedum longitudine: sunt & Azachei, qui captos Elephantes venatione deuorant, sunt & Sanebares, apud quos nullum animal quadrupes aures habet: sunt & Elephanti, qui canem inter se regem faciunt. Quidam Aethiopes quaternos oculos habere dicuntur. Ad Occidentem Aethiopię Agriosagi cōmorantur, qui solas carnes Leonum, & Pantherarum in cibum sumunt. Sunt & Arthabathithę hoīes proni quatuor pedibus gradientes, certas terrarum sedes nō habentes. Hi certo tempore anni locustas congregāt, & desiccatas salsugine conditas solas ad cibos sumūt.

Sunt ibi Macrobij in Oriente Aethiopiæ, quorum vita dupla ad nostram est. De diuersitate gentiū & morum, & de bestijs cęterisque mirabilibus Aethiopiæ Solinus in Polistor. c. de Aethiopia, & Isidor. 11. Etymolog. & Solinus de proprietatibus rerum lib. 15. *Vt Gymnosophistas.* Gymnosophista, idem est sapiens nudus, ἀγυμνός, quod est nudus, & σοφός, quod est sapiens. Isti per opacas Indiæ, atque Aethiopię solitudines vagari perhibentur, adhibentes tantum genitalibus tegmina. Hi a generando se cohibent, vt ait Isidor. 8. Etymol. Hi tāta oculorum bonitate cętetos homines excellunt, vt a renis iunctis pedibus insidentes tota die ir reflexis oculis solem in rota contemplentur, quædam secreta motus, & figurę eius speculātes, vt habetur de proprietatibus rerum lib. 15. c. de Aethiopia. *Famosissimam mensam solis.* Idest mensam consecratam Apollini, vel Phębo, vel Soli, quod idem est. *Videret in fabulo.* In littore arenoso: Sabulum enim arena dicitur. Ista mensa famosissima, vt aliqui volunt, erat quędam mēsa aurea cōsecrata Apollini, de qua Valerius Max. lib. 4. A piscatoribus in Milesia ciuitate quidam iactū retis emerat, extracta deinde magni ponderis delphica aurea mensa orta controuersia est, illis piscium se capturam vendidisse affirmantibus, hoc fortunę ductus emisse dicente. Qua contentione propter rei nouitatem, & pecunię magnitudinem ad vniuersum eius ciuitatis populum delata, placuit Apollinem delphicū consuli, cui nam adiudicari mensa deberet. Qui respōdit illi esse dandā, qui sapientia cęteris prestaret. Tunc Milesio Taleti mensam dederūt, ille cessit eam Bianti, Bias Pittaco, is protinus alij, deincepsque per oīum septem sapientum orbem ad Solonem peruenit, qui titulum amplissimę prudētiæ, & premium ad ipsum Apollinem transtulit. Sed non videtur hoc probabile, ꝙ vir tam cupidus sapientię, tam vastas regiones lustraret, vt mensam auri videret, quia hoc ad curiosos homines pecuniæ, & nō sapientiæ amatores pertinet. Item quia mensa illa aurea Delphico Apollini consecrata est, Apollo autem in Grecię insula Delphos colebatur, ista autem mēsa, de qua hic dicitur in Aethiopia erat, vt patet in litera, quia Apollonius in Aethiopiam venerat, vt mensam videret. Si autem mensam auream videre voluisset, nō venisset in Aethiopiam, sed in Greciam, quę ab Aethiopia multarum terrarū interiectu diuiditur. Dicendum, ꝙ ista mēsa solis erat quoddam fabulum magnum dispositum, quasi mensa, in quo Astrologicę, & Geometricę figurę a Philosophis describebantur, per quas multa demonstrabātur, de motu corporum cęlestium, & de qualibet magnitudine. Et vocabatur mensa solis; quia sapientia Phębo attribuitur inter cęteros Deos Gentiū. Et hoc valde conuenit, quia Gymnosophistę descriptiones Astrologicas facerent in arenis, quia ipsi per arenosa loca Aethiopicarum solitudinum nudi, & soli vagantur, & solem irreflexis oculis intuentur, de quo plurima cognoscere possunt, quę in fabulo describuntur. Ideo cum hic Gymnosophistas posuit immediatè de aurea mensa subiunxit. Si autem mensa aurea esset nō in Sabulo, sed in loco abscondito poneretur. *Inuenit ille vir vbique quid disceret.* Quia in qualibet terra videbat hominum diuersos mores, & ab aliquibus sapientibus verbis edocebatur, ab alijs autem per ipsam rerū varietatem, ad prudentiam humanę vitæ proficiebat. *Semper se melior fuit.* Quia in quolibet loco addiscebat per quod continuè melior fiebat. *Scripsit super hoc.* Hic expedit se Hierony. de exemplis antiquorum remittens ad Philostratum, qui plenissimè de hoc narrauit: fuit enim Philostra. Philosophus, & magnus Historiographus, circa gesta virorum illustrium.

Cap.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. II.

QVID loquar de ſęculi hominibus cum Apoſtolus Paulus, vas electionis, & magiſter gentium, qui de conſcientia tanti in ſe hoſpitis loquebatur, dicens: An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? poſt Damaſcum Arabiamq́ue luſtratam, aſcenderit Hieroſolymam, vt videret Petrum, & manſit apud eũ diebus quindecim? Hoc enim myſterio hebdoadis, & ogdoadis futurus gentium prędicator inſtruendus erat. Rurſumq́ue poſt annos quatuordecim aſſumpto Barnaba, & Tito expoſuit cum Apoſtolis Euangelium, ne fortè in vacuum curreret, aut cucurriſſet. Habet enim neſcio, quid latentis energiæ viua vox, & in aures diſcipuli de auctoris ore trãſfuſa, fortius ſonat. Vnde & Eſchines cum Rhodi exularet, & legeretur illa Demoſthenis oratio, quam aduerſus eum habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus, ſuſpirans ait: Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiam ſua verba reſonantem?

QVID. Hic ponitur ſecundum capitulum huius Prologi, in quo poſtquã beatus Hieronym. induxit Paulinum ad quærendum magiſtrum exemplo Philoſophorũ antiquorum, hic inducit eum per exemplũ beati Pauli, & agit duo: primo agit, quod diximus: ſecundo probat, quòd audire magiſtrum multum proficit. ſecunda ibi. *Habet enim neſcio quid.* Hæc in duas. primo ponit rationem, deinde ſubdit exemplum: ſecũda ibi. *Vnde, & Eſchines. Quid loquar de ſæculi hominibus.* Ideſt ad quid perſuadebo tibi per exempla hominum ſæcularium, I ideſt Philoſopho rum qui ſæculares dicuntur, quia extra fidei cognitionem erant, quia etiã Paulus Apoſtolus hoc egit, ideo melius, & rationabilius exẽplo Pauli quàm Philoſophorum perſuadere tibi poſſum. *Vas electionis.* Sic dicitur Actuũ. 9. c. Vas electionis iſte mihi eſt, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus. Dicitur vas a continendo, quia vas intra ſe alicuius contentiuũ eſt; ideo omnis homo vocatur vas; quia intra cõſcientiæ ſuæ condita bona, vel mala continet. ſic loquitur Apoſtol. 2. ad Timot. c. 2. In magna autem domo non ſolum ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed, & lignea, & fictilia, & quędam quidẽ in honorẽ, alia autem in contumeliam, ſi quis autem emũdauerit ſe ab iſtis, erit vas in honorem ſanctificatum, & vtile Domino ad omne opus bonum paratum. Tantum eſt vas electionis dicere, quantũ dicere homo electus. Fuit autẽ Paulus ſpecialiter electus, licèt alij Apoſtoli electi dicantur, vt patet Io. 15. cap. I. Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos, quia cum cæteri ſinguli tantũ gentibus prædicauerint, Paulus omnibus gentibus, ideo doctor gẽtium vocatus eſt. Sic enim ſeipſum in quibuſdam epiſtolis nominat, ſcilicet prima ad Tim. 2. cap. & 2. ad Tim. 1. ca. *Qui de conſcientia tanti in ſe hoſpitis loquebatur.* Ideſt qui conſcius erat ſe habere intra ſe tantum hoſpitem, ſcilicet Deum mouentem, & dictantem verba eius, ideo non erat neceſſe quòd addiſcerer, quia dixerat dñs oĩbus Apoſtolis. Et cum duxerint vos tradẽtes, nolite præcogitare quid loquamini, ſed quod datũ fuerit vobis in illa hora: nõ enim eſtis vos loquentes, ſed Spiritus ſanctus, vt habetur Matt. 13. c. *An experimentũ quæritis eius, qui loquitur in me Chriſtus?* Hoc habetur 2. Corint. 13. c. & inducitur ad probãdum, quòd Paulus ſciebat Spiritum ſanctum loqui per eum. *Poſt Damaſcum.* Eſt ſentẽtia ſuſpenſiua per interpoſitionẽ. eſt ſenſus, quòd Paulus qui ſciebat in ſe Chriſtum loqui, poſtquam prædicauitĩ Damaſco, & Arabia, iuit Ieroſolimã ad beatum Petrum. Damaſcus ciuitas Metropolis eſt in regno Syriç, vt patet Iſa. 6. c. caput Syriç Damaſcus in hac perſequebatur Chriſtianos Paulus, vt vinctos perduceret Ieruſalem, vt patet Actuum 9. cap. magna ciuitas iſta eſt in parte Meridionali terræ promiſſionis, & habitauit in ea Eſau filius Iſaac, & eſt in monte Seir, & caput Idumęæ, quia Idumęa ſub Syria comprehenditur, ideo Damaſcus ſi ue Syriæ, ſiue Idumææ caput dici poteſt, vt quibuſdã placet: hanc ciuitatem condidit Eliezer procurator domus Abrahæ, qui etiam Damaſcus appellatus eſt, vt patet Gen. 15. cap. de hoc veritatem, vide Gene. 15. cap. Idumęa enim erat Phœnicea, quę Meridionales ſunt terræ promiſſionis, monte Libano diuiduntur, nam Phęnicea infra montem Libanum ad Occidentem eſt, Idumæa autem ſupra montem Libanum ad Meridiem. *Arabiamq́ue luſtratam.* Ideſt circundatam, quia cum Paulus Apoſtolus conuerſus fuit ad Chriſtũ, & in ciuitate Damaſco baptizatus, publicè in Synagogis Chriſtum prædicare incœpit. Deinde aſcendit in Arabiam, quia Arabia Oriẽtalis eſt reſpectu terræ promiſſionis, & aliqualiter declinans ab Auſtrum. Deinde luſtrata Arabia non immediatè iuit ad ciuitatem Ieroſolymam, ſed reuerſus eſt Damaſcum, & inde aſcendit Ieroſolymam. De his patet ad Galat. primo capit. & in hoc tranſierunt tres anni, vt ibidem patet. *Videre Petrum.* Loquitur de Petro, quia ipſe caput erat aliorum: ſibi enim conceſſæ fuerant claues ſpecialiter, & eminenter, vt patet Matth. 16. cap. & nullum alium Apoſtolum vidit, niſi Petrum, & Iacobum fratrem Domini, ſcilicet epiſcopum, vel Patriarcham Ieroſolymitanum. Et non aſcendit Paulus, vt ibi a Petro doceretur, ſed vt eum videndo lętaretur: deſiderabat enim videre omnes fratres ſuos coapoſtolos. Patet ratio, quia quindecim diebus ſtetit Paulus apud Petrum, vt patet in litera, & ad Galat. primo. Sed in iſtis non multum poterat addiſcere.

Item quia non indigebat doctrina, quia Deus ei ſecreta demonſtrauerat, vt patet 2. ad Corinth. 12. cap. Et ſi dicatur, quomodo ergo facit ad intẽtionem beati Hieronymi, quia ipſe vult perſuadere Paulinum, q̃ querat magiſtrum, ſicut Paulus quæſiuit?

Reſpondetur, quòd licèt non quæſiuerit magiſtrũ ad doctrinam dictorum ſuorum, quia de his certiſſimus erat, tamen quęſiuit ad examinationem eorum, vt nota fieret veritas, & pateret, quòd Paulus nõ prædicauerat falſum, vt infra dicitur. *Et manſit apud eum diebus quindecim.* Vt patet ad Galat. primo cap. Deinde reuerſus fuit in Syriam, non Syriam Damaſci, ſed Syriam Meſopotamiæ, quæ eſt Septentrionalis, & Orientalis partim, & Ciliciam, vltra Meſopotamiam Cilicia eſt in latere Septentrionis, de qua Solinus in Poliſtorum 39. ca. in hac Tharſon ciuitas, de qua Paulus Oriũdus fuit, vt Actuum 21. capitu. Ratio autem quare ſtetit per quindecim dies ſubditur, hoc enim. *Myſterio hebdoadis, & ogdoadis futurus gentium prædicator inſtruendus erat.* Ideſt quia Paulus debebat eſſe prædicator gentium, ideo conueniebat ei inſtrui ſignificatione hebdoadis, & ogdoadis, ideſt ſeptem & octo qui

qui faciunt quindecim. Ebdoas nomen Grecum eſt ſignificans ſeptem: inde venit hebdomada, ſcilicet ſeptem dierum continentia: ogdoas, octo ſignificat, & inde nomen octo ſumptum eſt.

Per hebdoadem, ideſt ſeptenarium ſignatur vetus teſtamentum, in quo dies ſeptima colebatur, vt patet Exod. 20. cap. & in quo fiebat Iubileus, ideſt remiſſio vniuerſalis in ſeptimo anno, vt patet Leuitic. 25. cap. Per ogdoa ſignatur nouum teſtamẽtum, in quo octaua dies, ideſt dominica coletur, & octaua reſurrectionis rememoratur. *Miſterio ergo hebdoadis, & ogdoadis, inſtruendus erat futurus prædicator gentium.* Ideſt ille qui Gentibus prædicare debebat inſtruendus erat in nouo & veteri teſtamento, quæ ſignantur per hebdoadem, & ogdoadem: ideo epiſcopi, qui Apoſtolorum B locum tenent, nouum & vetus teſtamentum in ſua inſtitutione ſe ſcire debent profiteri, & non eſt intelligendum, quòd in nouo & veteri teſtamento Paulus edoctus fuerit a Petro, vel Iacobo, quos ſolum reperit tunc in Ieruſalem, quia vetus teſtamẽtum Paulus ad pedes Gamalielis audierat, nouum autem a Chriſto reuelante acceperat, ideo ipſe ſæpe dicit, quòd prædicat Euangelium, quod non accepit ab homine, ſed a Chriſto, vt habetur ad Galat. 1. ca. ſed eſt ſenſus, quòd per illos quindecim dies, quibus apud Petrum ſtetit, ſignificantur nouum & vetus teſtamentum, quę Paulus ſciebat, vel ſcire debebat ſi non ſciret, vt eſſet doctor gentium. *Futurus gentium prædicator.* Paulus gentium doctor, vel prædicator dicitur, vt patet 2. ad Timoth. 1. cap. quia omnibus gentibus prædicabat, vt habetur ad Roman. 1. cap. Græcis, & Barbaris; ſapientibus, & inſipientibus debitor ſum. *Rurſum poſt annos.* Ideſt poſtquam ſtetit cum Petro, & Iacobo in Ieruſalem, & deſcendit in Ciliciam, & Syriam tranſierunt quatuordecim anni, & accepit reuelationem a Spiritu ſancto, quòd veniret in Ieruſalem ad exponẽdum Euangelium, quod prædicauerat, vt habetur ad Gala. 2. capit. & ſic tranſierant iam a tempore ſuæ conuerſionis decem & ſeptem anni. *Aſſumpto Barnaba.* Barnabas autem dilectiſſimus ſocius Pauli fuit, quia ipſe primo preſentauit Paulum ante Apoſtolos in Ieruſalem, vt patet Actuum 9. capi. & poſt ſpiritus dixit Eccleſię congregatæ in Antiochia, Segregatæ mihi Paulum, & Barnabam in miniſterium ad quod aſſumpſi D eos. *Et Tito.* Titus enim Pauli diſcipulus erat, quem de gentilitate aſſumpſerat, vt habetur ad Galat. 2. cap. *Expoſuit cum Apoſtolis Euangelium.* Ideſt contulit recitando Euangelium, quod prædicauerat, & audiuit ab eis qualiter ipſi prædicabant. *Ne fortè in vacuum curreret.* Falſum prædicando tunc. *Aut cucurriſſet.* Prædicando falſum tempore præterito, quia eandem doctrinam ſemper tenuerat. *Habet enim neſcio.* Hic ponitur ſecundum, ſcilicet. Probatio, quòd audire magiſtrum multum prodeſt: cum enim aliquis per ſe legit, licèt ſuſcipiat interiores figurationes, tamen fortior impreſſio eſt, quando audit ab alio, quàm quando legit, ideo dicit. *Habet neſcio quid energiæ latentis viuę vocis actus.* Ideſt viua vox ſonans in auribus habet quandam operationem latentem E intra animam noſtram, quam exprimere non poſſum, illa eſt fortior immutatio intellectus noſtri ad faciliorem, & veriorem figurationem. Dicitur energia interior operatio: ab en, quod eſt in, & erge, quod eſt labor; quaſi interior labor, ſ. impreſſio interior. *Et in aures diſcipuli, & auctoris ore tranſfuſa fortius ſonat.* Ideſt vox quę tranſfunditur in aures diſcipuli. *De ore auctoris.* Ideſt de ore magiſtri. *Fortius ſonat.* Ideſt imprimitur; non accipitur ſonare propriè, quia vox ſcripta, & non prolata, quæ dictio nominatur, non ſonat aliquo modo, tamen imprimitur per ſenſum viſus, fortior tamẽ impreſſio eſt ad intelligendum vox prolata, ideo dicitur, q̃ auditus eſt ianua intellectus. Aliquæ literæ tamen habent ſonant pluraliter, & eſt ſenſus. *Quod tranſfuſus.* Ideſt ea, quæ tranſfunduntur ab ore auctoris, &c. *Vnde & Eſchines.* Hic probat, quod dixit per exemplum: Eſchines dicitur, vel Eſchineus, ſiue Eſchinus. Eſchines, & Demoſthe. ſub ſecundo Xerſe rege Perſarum anno a creatione orbis 4840. in arte Oratoria claruerunt: hoc ſm interpretes, quia ſm literam noſtram ſunt 3604. De quibus Valerius Max. lib. 8. & Tul. in lib. Tuſcul. quæſtionum, cum Demoſthe. & Eſchines, apud Athenas in oratoria facultate ſimul cauſas iudiciarias aduocarent, Eſchines cõtra Theſiphontẽ, Demoſthenes p Theſiphonte cauſam ſuſcepit, quorum cum orationes in foro legerentur, & oratio Demoſthe. aliqualiter eloquentior videretur, Eſchinus verecundia preſſus extra patriam exulauit. Dicit poſt Valerius, quòd cum Eſchines relictis Athenis, Rhodum petiiſſet, atque ibi rogatu ciuitatis ſuam prius in Theſiphõtem, deinde Demoſthe. pro eodem orationẽ clariſſima, & ſuauiſſima voce recitaſſet admirantibus cunctis vtriuſque culminis eloquentiã, ſed aliquanto magis Demoſthenis, quid, inquit, ſi ipſum audiſſetis? Iſti duo oratores erant in ciuitate Athenienſi, quando Alexãder incępit eam oppugnare, & diſputabant vtrum cõmitteretur bellum contra Alexandrum, Demoſthene aſſerente bellum eſſe ſuſcipiendum, Eſchines clariſſime probauit pacem eſſe tenendam. De quo Gualterus Alexandreidos lib. 1.

Eſchines, & Demoſthenes cla ri Oratores.

C *Interea ſenibus Palladis in arce receptis.*
Eſchines loquitur, cęptęque Demoſthena litis
Arguit, & pace probat nil tutius eſſe.

Rhodi exularet. Ideſt maneret exul apud Rhodum, non q̃ deportatus, vel relegatus eſſet, ſed quia ipſe verecũdia preſſus patriam tunc reliquit. Rhodus nomen ciuitatis eſt, & inſulæ, quam Cecrops condidit, & eſt prima de cicladibus ab Oriente, quę cũ conderetur roſę capitulum inuentũ eſt, a qua Rhodos nuncupata eſt, de quo Iſidor. 14. Etym. *Et legeretur illa Demoſthenis oratio.* Ideſt, q̃ ipſe Eſchines legeret eam precibus ciuitatis, vt dicit Valerius Max. lib. 8. *Mirantibus cunctis atque laudantibus.* Non ſolum orationem Demoſthenis, ſed etiam Eſchinis, ſed aliqualiter magis de oratione Demoſthe. quàm Eſchinis. *Suſpirans ait.* Suſpirabat, quia in hoc renouatur miſeria ſuæ infelicis depreſſionis, & verecundiæ. *Quid ſi ipſam audiſſetis beſtiam?* Quare eũ vocat beſtiam? cum eum tantum laudauerit? Dicit Valer. Max. lib. 8. tantus orator, & modo tam infeſtus aduerſarius ſic inimici vim, ardoremq́ue dicendi ſuſpexit, vt ſe ſcriptorum eius parum idoneum lectorẽ eſſe prædicaret, expertus acerrimum vigorem oculorum, terribile vultus pondus accommodatum ſingulis verbis, ſonum vocis, efficaciſſimos corporis motus. *Sua verba reſonantem.* Ideſt licèt pulchra videatur oratio eius, quando ego lego eam, ſed valde melius appareret ſi legentem eum audiretis.

Barnabas.

Energia quid ſit.

Cap. III.

NEC hoc dico, quòd ſit in me aliquid tale, quod vel poſſis a me audire, vel velis diſcere, ſed quod ardor tuus, & diſcendi ſtudium etiam abſque nobis per ſe probari debeat. Ingenium docile, & ſine doctore laudabile eſt. Non quid inuenias, ſed quid quæras conſideramus. Mollis cæra, & ad formandum facilis, etiam ſi ar-

Universidad de Deusto Biblioteca

si artificis,& plastę cessent manus, tamen virtutis totum est quicquid esse potest. Paulus Apostolus ad pedes Gamalielis legem Moysi, & Prophetas didicisse se gloriatur, vt armatus spiritualibus telis,postea doceret confidenter; Arma enim nostræ militiæ non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei, & captiuantes omnem intellectum ad obediendum Christo, & parati subiugare omnem inobedientiam. Ad Timotheum scribit ab infantia sacris literis eruditum, & hortatur ad studium lectionis, ne negligat gratiam, quæ data sit ei per impositionem manus presbyterij. Tito præcipit, vt inter cæteras virtutes episcopi, quem breui sermone depinxit, scientiam quoque in eo eligat scripturarum, obtinentem, inquit, eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere.

NEC HOC. Supra hortabatur in cap.2. Hierony. Paulinum, vt doctorem quæreret, in isto 3.cap. vitat arrogantiam, ne intelligat pro se dictum,& tangitur duo, primo ponit suam excusationem: secundo corroborat præfatā exhortationem, ibi. *Paulus Apostolus*. Ista secunda in tres,secūdum q̄ inducit tres personas in exemplum,s. Paulum,Timotheum,& Titū:secunda ibi. *Timotheum scribit*. Tertia ibi. *Tito præcipit*. *Nec hoc dico*. ideſt non commoneo te quærere magistrum. *Quòd sit aliquid tale in me,quòd possis a me audire, vel discere*. Manifestum est q̄ aliquid erat in beato Hieronymo, quod Paulinus audire, vel addiscere posset; sed ex humilitate illud supprimit, quia humilis est considerare suum defectum, & non respicere suam altitudinem, sed nec in hoc mentitur,quia sic ex humilitate iudicat,suam pfectionem non respiciens, sed solum suum defectum. *Sed quòd ardor tuus*. Ideſt feruor addiscendi. *Et studium discendi*. Ideſt intentio applicata ad sciendum. *Absque nobis prose probari debeat*. Ideſt non dixi ista exempla, vt tu venires ad audiendum me, sed ad probandum, q̄ desiderium tuum addiscendi per se sine doctrina mea laudabile est. *Ingenium docile,& sine doctore laudabile est*. Ideſt in illis,qui per se scire non possunt laudabile est,q̄ magistros inquirunt. In habentibus autem ingenia acuta,quæ vocantur docilia, ideſt quæ faciliter doceri possunt,ita q̄ ipsa possunt faciliter se ipsa reducere in actum sciendi sine opere magistrorum, talia ingenia laudabilia sunt sine docēte, & tale asserit beatus Hierony. esse in Paulino. *Non quid inuenias*. Supra laudauit Paulinum de ingenij subtilitate: hic commēdat de proposīti rectitudine, s. quia nimis desiderabat scire sacram Scripturam. *Non quid inuenias*. Ideſt non consideramus quid inuenias,i. quid addiscas per te ipsum studendo, licèt te supra de ingenij bonitate laudauerimus. *Sed quid quæras*. Ideſt quæ est intentio tua, s. sacram Scripturam cognoscere. Ideo licèt ingeniū tuum laudemus,magis tamen desiderium. *Mollis cera*. Hic reducit se ad primum,s. q̄ ingenium docile laudabile est, exemplo cæræ, in qua aliqua figura induci debet, si mollis est, in potentia propinquissima est, vt figura fiat. *Et si artificis, & plastæ*. i. formatoris: artifex. n. habitum artis dicit, plastes actum nominat, s. formationem. *Manus cesset*. Ideſt non disponat. *Tamen virtute totum est quicquid esse potest*. Ideſt in virtute habet omnes dispones ad figuras quascunque artifex inducere potest,& dicitur plastes de plasmo,plasmas,ideſt formo, vel compono,vel fingo. Et non intelligitur hoc de actualitate figuræ, vel imaginis, ita q̄ cæra mollis hēat aliquam figuram, vel imaginem sine operatione manus artificis,qua nullam habebit quātumcunq; mollis sit. Si autem intelligas de potētialitate ad formam, superfluum est, quia omnis materia qualitercunque sit ad oēm formam nōdum existentem, nec corruptā in potentia est,quia potentia absoluta est prima,& ꝓpria passio materiæ primæ. Etiam in qualibet materia sunt infinitæ potentiæ particulares relatiuę ad particulares,& determinatas formas. Non ergo differt quantum ad hoc cæra mollis,& durissima, quia quæcunq; earum est in potentia ad omnes figuras, quas artifex inducere potest, sed intelligitur de dispositione ad figuram vel formam, quæ requiritur in materia,& hoc medium est inter esse simpliciter in actu, & inter esse in potētia sola: aliqua enim sunt, quæ in potentia sunt ad aliquam formam,vel figuram, & tamen nullam dispositionem habēt ad illam, vt materia ferri est in potentia ad recipiendum formam hominis, vel materia ignis, sed nullam habent dispositionem,& in hoc differt cæra mollis a cera dura,quia cera dura, licèt in potentia sit ad omnem formam, vel figuram artificialē, tamen nō habet aliquam dispositionem: cera autem mollis propinquas habet ad quamlibet figurā dispositiones. Sic de intellectu docili,& non docili,quia intellectus docilis in dispositione propinqua est ad oē esse cognitum, quod fieri potest per doctrinā, intellectus autem non docilis, licèt in potentia sit,tamen non habet aliquam dispositionem, nisi docens primo disponat,deinde deducat in cognitionem. Sed in litera bene hoc distinguitur, quia dicitur. *Quod cæra mollis est in virtute*. i. in dispositione propinqua. *Totum quicquid esse potest*. i. oīs forma in dispositione propinqua est in illa quæcunq; esse potest fm potentiam cuiuslibet materiæ. Sed non est totalis similitudo inter cæram mollē, & intellectum docilem, quia cæra q̄tumcunq; mollis sit,non pōt se in actum alicuius figuræ reducere, nisi reducatur per artificem, intellectus aūt si multum docilis est, reducit se in cognitionem multarum veritatum sine docente, ad quas in potentia erat. Rō diuersitatis est, quia cæra mollis habet intra se principium passiuum,per quod bene receptiua sit,non tamen hēt principium aliquod actiuum, per quod in actum figurę reducatur. In intellectu autem docili sunt duo principia, s. actiuum,quo est oīa facere, & principium passiuum, quo est omnia fieri, s. intellectus possibilis, & agens; & non denominatur ingenium docile ab intellectu possibili,sed ab intellectu agente, & rō est, q̄ intellectus agens est, q̄ reducit intellectum possibilē ad esse actu intelligentem. Doctor aūt est tanq̄ remouēs prohibens, vel disponens, vt obiectū facilius intelligatur. Sicut est in medicādo,opatrix sanitatis natura est, medicus aūt solum minister est, cum aūt natura in se deficit q̄tumcunq; medicus agat,nihil prodest, si autē sanitas a causa extrinseca,s. a sapiente medico causare tur,totaliter ēt natura deficiente medicus curaret. Sic patet in intellectu, quia si intellectus possibilis reduceretur in actū a magistro, totaliter in quocunq; reduci posset,sed falsum est,qa eos aliqd scire, ēt si oēs hoīes eos docerent, impossibile est. Hoc autē est ex defectu intellectus agentis nullo mō reducentis intellectum possibilem ad actum, non q̄ non habebat intellectū agentem,sed quia ipse intellectus non iuuatur ad dispositionē phantasię,& quod plus est, quia paruū lumē habet naturaliter talis intellectus. Sic etiam est in rebus mobilibus,quorū principia mouēdi intra sunt, ideo & motus ab ipsis, causa aūt remouens prohibēs est extrinseca. Si aūt res non haberet principiū sui motus,ēt si impediens tolleretur,nullo mō moueretur. Quilibet ergo intellectus siue docilis, siue non, si aliquid intelligit seipsum in actum reducit, sed intellectus docilis sine disponente exteriori: intellectus aūt non docilis, nunq̄ sine agente exteriori. Et eodē modo indiget intellectus docente, sicut mobile indiget remouente prohibens. Sunt. n. duo, in quibus mobile indiget remouente prohibens. s. qñ impediēs magnæ resistentię est, vel qñ mobile paruę virtutis est, qa tūc cā extrinseca. s. remouens prohibens per accidens cōcurrit ad motum, sic in intellectu, si intelligibile valde arduum & difficile sit, ēt si intellectus subtilis sit, doctore indiget, vel qñ intellectus paruus est, quia male dispositus est, vel quia est parui luminis naturaliter, vt in quibusdam, intellectus agens non valet aliquo mō reducere intellectum possibilem ad actum intelligere sine cōicatione doctoris. Quędam aūt sunt media ita carentia omni impedimento, q̄ quodcunq; mobile pōt sine aliqua causa extrinseca remouente prohibēs moueri per illa. Sicut apud intellectū sunt quędā cognoscibilia ita facilia, q̄ non indigemus aliquo doctore, sicut sunt primę animi conceptiones, quę sunt cognitę sine aliquo discursu, quia sunt subditę lumini intellectus agentis. *Paulus Apostolus*. Hic ponitur, secundū, in quo corroborat primam exhortationē, probando q̄ sapientia, & doctor necessaria sunt in quolibet statu ecclesiastico, siue p̄lationis, siue p̄dicationis, & ponitur immediatè qūo Paulus magistrū habuit, ne Paulinus eleuaret se ex laudibus supra positis, & magistrum non quereret. *Ad pedes Gamalielis*. Gamaliel sanctus vir fuit, de cuius inuentione festū celebrat Ecclesia cum inuentione S. Stephani tertia die Augusti, & iste audiuit Apostolos in seditione concitata ꝑ eos in Ierusalem a sacerdotibus,& Pharisęis, vt habet Actuum. 5. c. *Legem Moysi*. Quę continet quinq; libros, alij aūt libri, licet vocentur lex, quia continent documenta moralia p̄ceptiua, tū non vocantur lex Moysi, quia nō scripsit illos Moyses, & prophetas. s. maiores & minores: vel verius accipiuntur hic prophetę. i. libri qui vocantur prophetales fm hebręos, & isti sunt Iosue, Iudicum, Ruth, liber Regū. Isaias, Ieremias, Ezechiel,& duodecim minores prophetę,isti sunt in secū do ordine librorū canonicorū, & sunt magnę auctoritatis post libros legales. *Didicisse se gloriatur*. i. gaudet, non dicas gloriatur. i. iactat, quia non est fas tale quid in Apostolis sanctis ponere. De hoc patet Actuū. 22. capit. *Vt armatus spiritualibus telis*. Auctoritates sacrę scripturę tela sunt, quia hostium iniquitatem confodiunt,& dicuntur tela, scilicet arma inuasiua, vel offensiua, quia arma defensiua fidem esse ponimus, qua contra malas machinationes resistimus, ideo dicimus scutum fidei, loricam fidei, ideſt fidem esse scutum, vel loricam, quæ defensiua sunt, & non est fides offensiua, quia per solam fidem hostes non vincimus, licèt resistamus. Auctoritates sacrę scripturę sunt arma offensiua, quia per ea inuadimus hostes fidei nostræ, & superamus, quare tela vocantur. *Postea doceret confidenter*. Ideſt sine dubitatione aliqua, qui autem eruditus non est, confidenter erudire non potest, quia qd dicat, ignorat,& si uerum dicat, tamen verum esse nō cognoscit, quare confidenter dicere non potest. *Arma enim nostræ militiæ*. Hic probat, quod prędicator ad expugnandos hostes fidei debet esse instructus in doctrina sacrę scripturę,& inducit sic, quia vita prędicatoris quędam militia est, ideſt impugnatio contra hostes fidei præter communem militiam, quam habet omnis homo viuens super terram, vt habetur Iob. 7. scilicet contra mundum, carnem, & dęmonia. In omni autem militia arma requiruntur, sed non eadem in omnibus, quia differunt secundum genus militiæ corporalis, corporalis enim militia corporalibus armis exercetur, militia autem spiritualis, scilicet prædicatoris solis spiritualibus indiget, & sic dicit Apostolus secundo ad Corinth. 10. cap. *Arma militię nostræ*. Ideſt militię prędicatoris, ideſt sapientia, & miracula, quia Iudęi signa quęrunt, Greci vero sapientiam, vt habetur prima ad Corinth. j. cap. vtrunque autem dispensabant doctores fidei in tempore opportuno. *Non sunt carnalia*. Ideſt corporalia, vt ensis, & hasta. Non accipe proprie carnalia, quia nullius militiæ arma sunt facta de carne, sed sunt corporalia, scilicet de ferro, vel ligno. *Sed sunt potentia Deo*. Ideſt potentia per Deum: Nomen hoc potentia, adiectiū pluralis numeri est, ideſt quòd arma nostra sunt spiritualia habentia potestatem per Deum, quoniam miracula,& perfecta doctrina scripturæ à Deo sunt. *Ad destructionem munitionum*. Similitudo est de armis corporalibus, quia sicut per ea munitiones, ideſt muri defensiui hostium destruuntur, ita per arma spiritualiter destruuntur omnes defensiones aduersariorum fidei. *Cogitationes destruentes*. Ideſt quòd nos destruamus per ista arma spiritualia omnia consilia mala hostium, ideſt falsas allegationes, vel rationes, quibus nituntur subuertere sacram scripturam, & per hęc arma destruuntur mordaces philosophorum rōnes ꝺ quas Apostolus ad Colo. 2. ait Videte ne quis vos seducat per philosophiam, & inanem fallaciam, fm traditionem hoīum, fm elementa huius mundi, & non fm Christum. *Et omnem altitudinem extollentem se*. i. omnem hoīem ex superbia repugnantē. *Aduersus scientiam Dei*. Quia philosophi consili sapiētia sua fm elementa huius mundi repugnabant sciētię Dei, qua sciuit mundū creare, & Christū a mortuis suscitare. Et sic philosophi Epicurei irridebant Paulū p̄dicantē Athenis mortuorū resurrectionē, vocantes eū seminiuerbium, vt habetur Actuū cap. 17. sed placuit Deo per stultitiam prędicationis destruere sapientiam philosophorum, quia quod stultū est Dei, sapientius est illis, vt hī j. ad Corin. 1. c. *Et captiuantes omnem intellectum ad obediendum Christo*. Intellectus enim captiuari dī cū renitens subditur aliqui veritati, quę euidenter probatur, siue per scripturam, siue per miraculum. Et p ista duo oīs intellectus captiuatur. s. Iudęi per suas scripturas: Gentes aūt per miracula, sed magis nos captiuamus intellectum nostrum, qñ liberè mādamus intellectui, vt assentiat veritati, quā in pñti nullo modo cognoscere pōt, imò aliqualiter vī repugnare principijs eorum, quę nos naturaliter cognoscimus. *Ad obediendum Christo*. i. ad credendū oīa, quę Christus fecit, passus est,& p̄dicauit. *Et parati subiugare omnem inobedientiā*. Ideſt q̄ per sacram scripturā simus prompti ad subiugandum rebelles ad fidē conuersos, qui non ambulāt fm Euangelium. *Timotheum scribit*. Hic ponit alia pſona per quā exemplū inducit. s. Timotheus, qui erat in gradu pontificali constitutus ab Apostolo. *Timotheum scribit*. i. Apostolus scribit Timotheum esse eruditū in sacris literis ab infantia sua. Hoc non ponit clare in aliqua epistola, sed habetur ex Glo. ordinaria super illā partem, cōmendo tibi, fili Timothee, hoc p̄ceptum fm p̄cedentes de te prophetias: Glo. ideſt super scientiam prophetarum q̄ habebas ante quàm esses epus ordinatus, sic vult ille, q̄ prius cōmentauit istū, plogū, sed non probāt per illam Glosam intērio B. Hieronymi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mi, quia hic dicitur, quòd Timotheus ab infantia erat eruditus in literis sacris: Glo. autem dicit, quòd ante quàm esset episcopus ordinatus, poterat ergo fm hoc esse, q̃ non fuerit Timotheus eruditus ab infantia, sed postquam fuit vir, eruditus fuit à Paulo, & deinde episcopus ordinatus. Dicendum ergo, quòd id, quod ponit hic beatus Hieronym. habetur secundo ad Timoth. 3. capit. Et quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt ad salutem instruere per fidem, quæ est in Christo. Iste Timotheus erat filius mulieris fidelis, & patris Gentilis, vt patet Actuum. 16. cap. quem assumpsit Paulus ad suam societatem. *Sacris literis eruditum.* Scilicet literis hebraicis, quæ sacræ dicuntur, quia de diuinis præceptis tractant: literæ autem seculares non vocantur sacræ, quia nõ sunt de Deo, sed de elementis huius mundi secundum traditionem hominum, & non secundum Christum, vt patet ad Colosſ. 2. cap. *Hortatur ad studium lectionis.* Vt habetur primo ad Timoth. cap. 4. Attende lectioni, & exhortationi, & doctrinæ. *Et non negligat gratiam, quę data est ei.* Ideſt gratiam gratis datam, quæ est gratia administrationis in ordine episcopali dato, vel in officio prædicationis suscepto: negligitur autem gratia ista, si lectioni, & doctrinæ, quæ requiruntur ad eam, vacare non curamus. *Per prophetiam.* Ideſt quòd ordinatio Timothei fuit facta per sanctos viros, scilicet per Paulum, & alios, qui de eo bonum futurum quasi propheticè prænunciauerunt, vel vocatur prophetia, reuelatio spiritus sancti, qua cognouit Paulus Timotheum esse dignum honore episcopali. *Per impositionem manus Presbyteri.* Aliæ literæ habent. Presbyterij, & secundum istam secundam literam est sensus. *Secundum suppositionem manus presbyterij.* Ideſt impositionem manus presbyterorum, quia presbyterium presbyterorum coniunctionem significat, quoniam pauciores tribus esse non possunt in consecratione episcopi, & licèt episcopus per episcopos consecretur, tamen vocantur hic presbyteri, quia in primitiua Ecclesia episcopi presbyteri dicebantur, si dicatur. *Secundum impositionem manus presbyteri.* Refertur ad illum episcopum, qui in consecratione manus imponit: cæteris enim consentientibus vnus manus imponit. *Timotheo præcipit.* Hic ponit sanctam personam, a qua exemplum inducitur, scilicet Titus, qui erat in dignitate episcopali, quia præsidebat Ecclesiæ Cretensium in Græcia, quos mandat ei corrigere, vt habetur ad Titum j. c. *Vt inter cæteras virtutes episcopi.* Quæ multæ sunt. *Quas breui sermone depinxit.* Ad Titum in tribus. capitibus, maximè in primo c. *Scientiam non negligat scripturarum.* Licèt tota mente, circa eam inuigilet: alia litera habet. *Scientiam quoque in eo eligat scripturarum.* Et ista litera refertur ad ordinatorẽ, ita quòd ordinator debet inquirere in episcopo, vel presbytero scientiam scripturarum. *Obtinentem inquit eum, qui secundum doctrinam est fidelem sermonem.* Ideſt oportet episcopum esse obtinentem, ideſt tenentem eum sermonem fidelem, qui est secundum doctrinã scilicet sacræ scripturę. In epistola ad Titum habetur, *Amplectentem.* Sed idem est. *Vt potens sit exhortari in doctrina.* Ab habitu, quem aliquis habet de doctrina sacræ scripturæ, est potens exhortari, quia habitus est per quem habens potest faciliter, & delectabiliter exire in actum, quandocunque voluerit, & denominatur hic potens habens potentiam propinquam, & actualem; potentiam autem remotam & essentialem, quilibet habet quantuncunque ignorans. *In doctrina sana.* Scilicet catholica, vt distinguitur contra insanias hęreticorum. *Et contradicentes reuincere.* Quia sapientis est non mentiri, de quibus nouit, & mentientem posse comprehendere.

CAP. IIII.

SANCTA quippe rusticitas solũ sibi prodest, & quãtum ædificat ex vitæ merito Ecclesiam Christi, tantũ nocet si destruentibus non resistat. Malachias propheta, immo per Ageum Dominus interroga ait sacerdotes legem: intantum sacerdotis officium est, interrogatum respondere de lege. Et in Deuteronomio legimus; Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: seniores tuos, & dicẽt tibi. In Psalmo quoque centesimo decimo octauo: Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et in descriptione iusti viri, cum eum arbori vitæ Dauid, quæ est in Paradiso compararet, inter cæteras virtutes hoc etiam intulit. In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine sacratissimæ visionis ait, iustos fulgere quasi stellas, & intelligẽtes, ideſt doctos quasi firmamentum. Vides quantum inter se distent iusta rusticitas & docta iustitia? Alij stellis, alij cœlo comparantur. Quanquam iuxta hebraicam veritatem vtrunque de eruditis possit intelligi, ita enim apud eos legimus, qui autem docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Cur dicitur Paulus Apostolus vas electionis? Nempe qa legis, & scripturarum sanctarum erat armarium. Pharisæi stupẽt in doctrina Domini, & mirantur in Petro, & Ioanne, qũo legem sciant, cum literas non didicerint. Quicquid enim alijs exercitatio, & quotidiana in lege meditatio tribuere solet, illis hoc spiritusſanctus suggerebat, & erant iuxta quod scriptum est, docibiles Deo. Duodecim annos saluator impleuerat, & in tẽplo sedẽs de qõnibus legis interrogans, magis docet, dũ prudenter interrogat. Nisi fortè rusticum Petrũ, rusticum Ioãnem dicamus, quorum vterq; dicere poterat, & si imperitus sermone, non tamen scientia. Ioannes rusticus, piscator, indoctus? & vndeilla vox obsecro? In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deꝰ erat verbũ? Logos. n. Græcè multa significat. Nã & verbũ est, & rõ, & supputatio, & cã vniuscuiusq; rei, p quã sunt singula, q̃ subsistũt, q̃ vniuersa rectè intelligimus in Xpo.

Sancta.

SAncta. In precedenti cap. demonstrauit scientiã scripturarũ sacrarum esse necessariam in statu episcopal. Hic consequenter ostendit de alijs statibus, & continet duo, quia primo ponit damna, quę sequuntur ex ignorantia. Secundò probat necessitatem sciendi, ibi. *Malachias propheta.* Et hoc in duas, quia primo ponit necessitatem sciendi in gradu sacerdotali, secundo in officio predicatoris doctrinali, ibi. *Cur Paulus.* Et hæc secũda in duas, primo ponit qđ dictum est, secundo rndet ad argm, quod potest subiungi, ibi. *Pharisæi stupent. Sancta quippe rusticitas.* i. ignorãtia sacrarum scripturarũ, qñ est cum sanctitate vitæ. *Sibi soli prodest.* Iuste viuendo, & non alios docendo, hoc intelligas quantum ad hostes fidei, quia ad illos nihil agit vitę sanctitas, quam & ipsi fingunt, sapiẽtes aũt valde proficiunt. Si quantum ad fideles attendamus, sancta rusticitas non prodest sibi soli, sed ẽt multis, quia vita predicat̃ non ornata eloquentia, cuius. n. vita despicitur restat, vt eius predicatio contemnatur, vt ait Grego. in pastorali, & sic dicebat Christus Apostolis Math. 5. cap. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est, opera enim bona, quę agit sancta rusticitas multum mouent videntes ad bonum, qm̃ in moralibus magis creditur factis quã verbis, & cum ea, quę dicuntur, repugnant ijs, quæ fiunt contemnitur doctrina, vt patet in principio 5. Ethi. & licet sermo magis agat ad conuersionẽ peccatorũ, qa ad plures extenditur, & pluriũ circunstantiarũ, & rerũ explicatiuus est, tñ vita intensius mouet, quia sermo interdum est nuncius fallax, vitę aũt sanctę semp creditur habita certitudine, q̃ non sit hypocrisis, si autẽ constet aliquẽ veros sermones de sacra scriptura proferre, si tñ male viuat publicè, nihil, vel modicum immutabit. Si autem constet bene viuere, valida immutatio fit, ideo plures conuertebantur de gentilibus in primitiua ecclesia, qñ vnus vir pro Christi cõfessione moriebatur, quàm si multi p̃dicatores Christũ annunciarent, mortẽ tñ fugerent, ideo beatus Hieronymus solum ponit rusticitatem sanctam non proficere quãtum ad hęreticos fidem impugnantes, & patet quia subditur. *Si destruentibus non resistat, & quantum ædificat ex uitæ merito Ecclesiam Christi.* s. q̃ per bona opera sua, q̃ alij vident, ad bonum conuertuntur. Ex quibus Ecclesia Christi construitur. vel q̃ referatur ad se ipsum viuentem sancte cum rusticitate, qui enim sanctè viuit, & rusticaliter Ecclesiam ędificat, quia se ipsum membrum Ecclesię facit, quia Ecclesia Christi solum fundata est in existẽtibus in charitate, qui aũt à charitate cadit, ab vnitate Ecclesiastica quantum ad meritum, licèt non quantum ad numerum, cadit, licèt inuisibiliter, visibiliter autem cum per excõicationem ab Ecclesia precisus esse denunciatur, & maximè per hęresim, quę totaliter presecindit, quia tollit fundamentũ vnitatis Ecclesię. s. fidem, sine qua Deo placere impossibile est, & quę in spirituali ędificio prima est. Qui autem sanctè viuunt cum rusticitate in charitate sunt, ideo quantum ad se ipsos Ecclesiam ędificant. Dicuntur etiam merito vitę ędificare, quia orationes iustorum exaudiuntur à Deo, ideo orationibus horum aliquos Deus illuminat, vt ad agnitionem verę fidei veniant, ex quibus Ecclesia construitur: vel merito vitę construunt Ecclesiam Christi, quia isti sanctè viuentes faciunt multa opera supererogationis, quę non sunt eis necessaria ad remissionem pœnarum debitarum, & ista reseruantur in thesauro Ecclesię, quam ministrant prelati, sicut merita Christi infinita, & merita sanctorum, & de illis distribuitur per Papam, vel alios prelatos Ecclesię membris existentibus in vnitate corporis mystici Christi, & quod per se nõ possunt

Alph. Tost. super Gen.

quantum ad euasionem pœnarum, habent a meritis istorum, sed propter hoc nõ minuitur aliquid istis sanctę viuentibus de eo, quod meruerunt, immo abundantius datur eis in vita ęterna quàm in presenti meruerint. Sed est sciendum, q̃ in actu meritorio sunt duo. s. charitas, & labor, vel pœnalitas, per charitatẽ mereri vitã ęternam, & fm maiorẽ charitatem maiorẽ gradum in vita ęterna. Est etiam pœnalitas, vel labor quidam in actu, qui ideo, quia charitati iũctus est efficitur satisfactorius pœnæ debitę in purgatorio, vel in vita præsenti pro peccato. Et quia contingit, q̃ aliqñ aliquis egit peccata, de quibus pœnituit, & debebat puniri pro illls decem annis in purgatorio, & post agit actus meritorios laboriosos, qui sunt satisfactorij pro centũ annis pœne, tunc manebunt nonaginta anni q̃bus iste non indiget, & seruant̃ in thesauro Ecclesiæ ad distribuendũ alijs indigentibus. Sic aũt si aliquis faciat opera in charitate, & sint multũ laboriosa, si nunquam peccauit, oẽs pœnalitates eius satisfactorię recõduntur in thesauro Ecclesię. Et isto modo intelligitur cum dr, q̃ merita vnius sunt satisfactoria pro altero, vel proficiunt ei.

Quomodo Ecclesiæ thesaurus locupletatur.

De primo autem merito, quod est mereri vitam ęternam ex gradu charitatis, qui est cum operatione nihil communicatur alicui alteri, ideo si aliquis per intensam valde charitatem magnum gradum mereatur in vita ęterna, de illo nihil sibi diminuitur, nec alteri dare potest Ecclesia, quia faceret illi iniuriam, sed totum integraliter recepit in vita ęterna, & abundantius quàm egit, & hoc est, quod dicitur, quòd sancti in patria recipiunt mercedem laborum suorum supra id, quod fecerunt, iuxta illud Lucę. 6. c. Mensurã bonam confertam, & coagitatã, & super effluentẽ dabunt in sinũ vestrum. *Tantum nocet si destruentibus non resistat.* Hoc solum intelligitur de prelatis, & p̃dicatoribus, uel tenentibus Ecclesiastica officia, uel curas animarũ, quia non obligant oẽs scire sacrã scripturã, ita q̃ arguere & defendere sciant per eã, & tunc est sensus si sit aliquis p̃latus sanctę conuersationis, tñ sacrę scripturę insçius, ex bona conuersatione multos ad Deum conuertet, in quo Ecclesiam ędificat, sed si ueniant hęretici, uel infideles & defendere nesciat illi, qui per bonam conuersationẽ ad unitatẽ Ecclesiæ uenerant, per defectũ doctrinę a fide recedent. *Si destruentibus non resistat.* Dicuntur destruentes hęretici, qui rectum intellectũ sacrę scripturę per quasdã extorsiones deprauant. *Malachias propheta.* Hic ponit̃ secundum, scilicet necessitas addiscendi in gradu sacerdotali. *Immo dominus per Malachiam.* Fit hic color rhetoricus, qui est correctio, & rationabiliter, quia licet prophetę loqui dicantur, quia labia sua mouent, & uerba proferunt, tamen Deus principaliter loquetur, qui intellectum mouet propheticum. *Interroga sacerdotes legem.* Malach. cap. 1. in quo contra eos arguit, quòd sacrificia Domini contempserunt, & dicunt mẽ sam esse pollutam. *In tantum sacerdotis officium est interrogatum respondere de lege.* Vnde dicitur Malach. 2. cap. Super illum textum. Labia sacerdotis custodiẽt sciẽtiam. Dicit Glo. si sacerdos de lege interrogetur, doceat, & resistentes de lege conuincat, alioquin frustra iactat dignitatem, cuius non habet operationem, & super illud Agei. 2. cap. Interroga sacerdotes legem. Glo. dicit sacerdotum est scire legem Domini, & ad interrogationem de lege respondere, si sacerdos est sciat legem Domini, si ignorat legem, ipse se arguit non esse domini sacerdotem. *Et in Deuteronomio legimus. c. 32. Interroga patrẽ tuum.* Hic ponit debere esse sapientiam in antiquis popularibus, qui nõ sunt sacerdotes, quia Deus mãdabat filijs, quòd interrogarẽt pres suos, ergo præsupponebat patres eorum scire, & loq-

tur ibi de quibusdam mirabilibus Dei, quæ fecit pro Israel assumendo sibi in peculiarem populum, & ista sciebant maiores, quia aliqui eorum viderant. alijs autem à prædecessoribus narratū fuerat, & patres tenebantur ista scire, & narrare filijs suis, vt nunquam caderet a mentibus eorum diuinorum memoria beneficiorum: obligabantur etiam Iudæi scire mandata, & meditari in eis, vt patet Deuteron. 6. cap. alia autem, quæ in lege erant, non obligabantur scire, quia ꝓpter hoc ponebantur sacerdotes à quibus lex requireret, vt patet Malac. 2. cap. Labia sacerdotis custodient sapientiam, & legem de ore eius exquirent, quoniam Angelus domini exercituum est. Sic nunc tenentur laici scire aliquos articulos fidei, de quibus fit mentio, vt communiter, vt de creatione mundi, quia cōtinue dicitur, & de natiuitate, passione, & morte Christi, & similibus, quæ in Ecclesia per festiuitates principales recoluntur, alios autem articulos fidei tenentur scire implicitè, scilicet sub clausula generali dicendo sic, credo vt tenet tota Orthodoxorum Ecclesia, simplices autem clerici omnes articulos scire debent explicitè, & multa de lege, quæ ad eorum officium pertinent, sed non totam legem. Prælati autem totam legem scire debent, quia in sua consecratione profitentur se scire vtrunque testamentum: tenentur etiā scire illi, qui publicè prædicant, & ad hoc officium approbati sunt, ne loco doctrinę sanę damnatum errorem proponant. *In psal. quoque.* 118. Qui incipit memor esto non est enim ille Psalmus, sed octonarium Psal. enim 118. incipit. *Beati immaculati.* Vsque. *Ad dominum cum tribularer.* Et diuiditur per octonarios 22. quorum quilibet continet octo versus. *Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ.* Ideſt ego cantabam iustificationes, vel iudicia tua. *In loco peregrinationis meæ.* Ideſt in terra, in qua exulabam, ex quo innuitur, quòd Datiid cum exularet, cogitationes suas vertebat circa legem Dei, quia eam sciebat. *Et in descriptione viri iusti.* De hoc egit Dauid primum psalmum, in quo ponit conditiones viri boni. *Cum eum arbori vitæ comparat.* Cum dicit in eodem Psalmo, & erit tanquam lignū quod plantatum est, secus decursus aquarum. *Quæ est in Paradiso comparet.* Quare dicitur comparare arbori vitæ, quę est in Paradiso, cum hoc non appareat ex Psalmo? Respondetur, quòd habetur in Psal. illo, ꝙ folium arboris non defluet, quod cōuenit arboribus terrestris Paradisi, & nō arboribus, quæ sunt inter nos. *Hoc etiam intulit.* Cum dixit. *Sed in lege domini fuit voluntas eius.* Ideſt ꝙ elegit ambulare in lege Dei, & non in consilio impiorum, nec sedere in cathedra pestilentię. *Et in lege eius meditabor die, ac nocte.* Quia qui proponit ſm Dei legem viuere, debet in ea frequenter meditari, vt sciat quid agere conuenit, vel cauere. *Daniel quoque.* Hic ostendit vlterius, ꝙ melius est esse multū eruditum, q̄ iustum rusticum, quia eruditis, & erudientibus fulgor stellarum, & firmamenti promittitur. *In fine sacratissimę visionis.* In Daniele multæ sunt visiones ſm ꝙ multotiēs vidit, & multa vidit, sed ista visio fuit vltima, in qua mandatū fuit ei, ꝙ clauderet librū suū, & signaret sermones suos Dan. 12. cap. *Iustos.* Scilicet qui docti non sunt. *Fulgere quasi stellas.* Quia lumen cuiuslibet stellę paucum est. *Et intelligentes, ideſt doctos quasi firmamentum.* Vt enim multum differt lumen firmamenti. i. totius cœli stellati à lumine vnius stellę, sic lumen doctorum à lumine simplicium iustorum. Quia etiam stellæ inter se differunt in claritate, vt habetur j. ad Corin. 15. cap. *Quantum inter se distent.* Scilicet quātum differant firmamentū, & vna stella. *Alijs stellis.* Scilicet rusticani iusti. *Alij cęlo.* ſ. iusti eruditi. *Quanquam secundum hebraicam veritatem.* Ista litera quā nunc posuit est litera septuaginta interpretum, nec habetur in Biblijs modernis, sed litera sequens, quæ est ſm veritatem hebraicam, quia ista Biblia moderna ſm ueritatem Hebraicā translata est, vt ait Hiero. in prologo super Gen. qui incipit. Desiderij mei. *Qui docti fuerint fulgebunt, sicut splendor.* Secundum istam literam maior lux attribuitur doctis, q̄ docentibus, quia docti fulgent vt fulgur firmamēti, qui aūt docēt alios, sicut stellę, quæ minorem lucem habent, sed ad diuersa refertur, quia tam doctores quam docti fulgebūt, sicut sol, vel sicut splendor firmamenti, sed quantum ad prę mium actuale ipsi, qui alios erudiunt insuper gaudebunt quodam gaudio actuali. ſ. de bono aliorū, quos lucrifecerunt ad vitam ęternā, & hoc vocatur fulgor stellę, quia maius est prędmium essentiale docti, quàm prędmiū actuale doctoris, sed maius est prædmiū essentiale doctoris quā docti ſm gradum officij, & charitatis, & laboris. *In perpetuas æternitates.* Quia stellæ in æternum manent, nec aduenit peregrina impressio corporibus cœlestibus, vt habetur in 2. de cęlo, & mūdo. *Cur Paulus Apostolus.* Hic ponitur necessitas sciendi in statu prędicatoris doctrinali. *Dicitur vas electionis.* Generaliter oīs homo vas dr̄, quia intra thesaurum cordis sui bona vel mala continet, vt patet 2. ad Tim. 2. c. ideo qui ab immundicijs continet, vas in honorē dr̄, qui aūt sordibus adhæret, vas in contumeliā, vel ignominiam dr̄. Paulus aūt ſpeciali rōne vas electionis dr̄, quia scripturas sacras intra se tanquā vas siue armariū continebat, & sic dr̄ Actuū. 9. c. vas electionis iste mihi est, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filijs Israel. Textus iste videtur innuere, ꝙ ideo Deus elegit Paulum ad prædicationē, quia vas scripturarum erat, ita ꝙ scientia scripturarum fuit causa electionis Dei, & qūo arguit, ꝙ electio Dei gratuita est, & nō habet causam in nobis. Rn̄dent aliqui, ꝙ electio prædestinationis Pauli, vel aliorū gratuita est, sed electio ad prædicationem non, sed requirit idoneitatē in misso. Sed non multum videtur hoc valere, ꝙa si propter scientiam legis, & prophetarū Paulum ad prædicationem elegit, magis debuisset eligere multos de sacerdotibus Iudęorum, qui tunc sapientiores erant in prędictis quā Paulus. Sed rn̄debis, ꝙ hoc non procedit, quia Deus illum habebat eligere ad tm̄ officium prędicationis, quē elegisset electione p̄destinationis, sed illi non fuerunt prędestinati, sed in nequitijs suis reprobati, ideo eligi ad prędicationem non debuerūt. Sed adhuc non stat ista rn̄sio, quia Gamaliel sapiētior erat in lege & prophetis quā Paulus, quia Gamaliel legis doctor erat præcipuus inter Iudęos, vt patet Actu. 5. cap. à quo Paulus eruditus fuit, vt patet Actuum 22. cap. & præced. & iste prędestinatus fuit, quia etiam celebrat eius festum in die inuentionis sancti Stephani Augusti die tertia. Item quia Paulus non erat magnus prædicator in virtute illorum, quæ didicerat cū Hebręus esset, sed eorum, quę didicit, quando raptus fuit vsque ad tertium cœlum, & audiuit archana verba, quę non licet homini dicere, vt patet 2. ad Corinth. 12. cap. Item quia magis erat, quod Petrus, vel quilibet alius Apostolus per Spiritū sanctum acceperat, quàm quod Paulus inter Hebræos didicerat: poterat ergo ad hoc Petrum, vel alium eligere, & eum sapientiorem Paulo efficere. Item quia Actuum. 9. vbi ponitur approbatio & electio Pauli in vas electionis, non dicitur, quia sapientior erat, sed subditur ratio, quòd ideo vas electionis dicitur non a sapientia, sed quia Christus illum elegit, ut portaret nomen suum coram gentibus & regibus: sed hoc quilibet aliorum Apostolorum efficere poterat: ideo sine p̄iudicio maiorū fortè videtur dicendū, ꝙ nō fuit Paulus electus, quia sapiens erat, sed ideo sapiens fuit quia electus erat. Et q̄n dicit beatus Hiero. ꝙ Paulus

Quid scire debent uiri seculares.

Clerici simplices quid scire tenentur. Scientia Prælatorū quanta esse debeat.

Melius est esse eruditum, quā bonum & ignarum.

vas electionis dicitur, quia vas legis, & scripturarum sanctarum erat armarium, potest esse sensus, ꝙ Deus elegerat ab æterno Paulum ad vitam æternam, & eū assumpsit, & elegit ad prędicationem omnium gentium, & quia hoc congrue fieri non poterat sine legis & prophetarum scientia, vt Deus nouerat, ideo eum in istis instructum esse voluit. Deinde eum ad prædicandum misit, quia instructus erat, & hoc est esse vas electionis propter scire scripturas. Hęc autem sic sentio. siquis autem melius sentiat non dissentio. *Pharisęi mirantur.* Ista litera potest dupliciter induci ad superiora, vno modo qm̄ superius dixerat, ꝙ ad officiū presidendi vel prędicandi requiritur studium, & doctrina in sacris scripturis. si arguatur de Petro, & Ioanne, qui literas non didicerant, & tamen legem & prophetas sciebant. Respondetur, ꝙ hoc fuit ex speciali gratia Dei, quæ non cōmunicatur omnibus. Vel aliter, quia Paulinus cum esset eruditus circa seculares disciplinas, crederet se posse studio suo scripturas intelligere, & respondetur ꝙ non, quia Pharisęi mirabantur quomodo Petrus, & Ioannes, qui legem non didicerant, legem scirent, & verè mirandum erat, nec hoc aliquis homo facere poterat, nisi spiritu reuelante, sicut factum fuit in illis. *Pharisæi mirantur in doctrina Domini.* Ideſt in doctrina Christi, quia in parua ætate docebat, & quia non didicerat, ideo q̄n Christus cū Pharisęis disputauit primo mirabantur in ętate & responsis & prudentia eius, vt patet Luc. 2. cap. Sed nobis non est mirandum, quia hō Christus sine mensura de gratia Dei accepit, cęteri aūt ad mensurā. Et in ipso habitat tota plenitudo diuinitatis corporaliter. i. realiter, & solidè magis q̄ in alijs, vt habetur ad Colo. 2. cap. *Mirantur in Petro, & Ioanne, quod legem sciant, cum literas non didicerint.* Vt patet Act. 4. cap. videntes Petri constantiam, & Ioannis comperto, ꝙ hoīes essent sine literis & idiotę, admirabantur, & ista admiratio erat, quia Christum non credebant esse Deum, nec ex parte Dei, nos aūt, qui credimus, & fatemur, nihil miramur, quia quidqd volebat, poterat, sicut nec miramur Deum mundum potuisse creare. Et docet, ꝙ non sit admirandū, quia nō admiramur si aliquis per studium legis, & quotidianam solicitudinē legis peritus efficiebatur, ita non est mirandū, si Deus voluerit aliquē docere, ꝙ subito efficiatur sapiens. Et ponunt hic duo, quæ faciunt esse sciente. ſ. exercitatio, & quotidiana meditatio, exercitatio dicitur continuatio doctrinę ante acquisitionem habitus, & est exercitatio, & meditatio idem actus in specie, quia ex eisdem actibus gignitur habitus, & genitus conseruatur, vel postquam genitus est eosdem habet, vt habetur in 2. Ethi. Sicut aliquis acquirit habitum fortitudinis exponendo se terribilibus, postq̄ aūt habuerit fortitudinem exponet se terribilibus, sicut in speculatiuis efficit aliqs Geometra recipiendo doctrinam, vel considerando circa triangulum, vel quadrangulum, postq̄ vero habuerit habitum Geometricum, considerabit de triangulo, vel quadrangulo, vt patet per Philosophum. 2. Ethi. *Illis spiritus sanctus suggerebat.* Ideſt occultè docebat replendo intellectum eorum gratia multiplici, scientiæ, sapientię, & intellectus sic habetur Io. 14. ca. de spiritu sancto, & suggeret vobis oīa quęcunq; dixero vobis. Suggerere tamen ad minorem est respectu maiorū, & est suggerere, quasi ad aurem tacite, vel occulte dicere, hic autem non seruatur vocabuli proprietas. *Et erant iuxta id, quod dictum est διδακτοι.* Probat hic de doctrina Ioannis & Petri, quòd fuit supernaturalis, quia à domino solo docti erant, iuxta illud quod dicitur, & erunt homines docibiles Dei ideſt Docti a Deo per seipsos. Et hoc ponit Hieronymus sub verbis græcis, scilicet διδακτοι. ideſt docibiles Dei,

uo sa- unt ho- inem ientem.

Iudas Galilæus, & Theodas magus ꝙ se Messiā fecerat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nos dicamus, ꝙ Petrus & Ioan. rustici erãt, & ideo cũ nos dicamus, ꝙ rustici erant, vt habet Act. 4. c. excludimus illam prẽsumptionẽ. Ista satis bona inductio est, sed non multum consonat literæ sequenti, in qua Petrus & Ioannes se excusant de rusticitate. Ideo inducit aliter, ꝙ verum est, ꝙ mirari debemus de doctrina Petri & Ioannis, nisi nos dicamus, ꝙ Petrus & Ioannes rustici erant. i. rusticana dicebant, quia posset aliquis dicere, ꝙ non erat admirandum de eo, quod dicebant Petrus & Ioannes, quia non est mirãdum si aliquis rusticus rusticana dicat, sic ea, quæ dixerũt Petrus & Ioãnes rusticana sunt, ideo de eis mirandum non est, tunc applicatur inferior litera, quæ est rñsiua. Rñdeant. n. si videtur nobis, ꝙ rustici sumus in verbis, non tñ in sapientia, ideo rusticos nos appellare nõ debetis. Est ergo sensus, ꝙ mirandum est de doctrina Petri & Ioannis, nisi nos dicamus, ꝙ Petrus & Ioãnis rustici erant, idest rusticana dicebant, de quibus mirandum nõ est, sed non possumus dicere eos rusticos, quia sapientes erant corde, ideo mirandũ est de doctrina eorũ. *Quorũ vterque dicere poterat.* Neuter eorum tale quid dixit, qa non dictum fuit eis, ꝙ erant rustici, sed si diceretur eis, ꝙ erant rustici, poterant rñdere ista, quæ sequuntur. *Et si imperiti sermone non tamen scientia.* Ista rñsio sumitur de. c. 11. epistolæ. 2. ad Corin. Qñ. n. apostolus venit ad prẽdicandũ Corinthijs non venit in sublimitate sermonis, aut humanę sapientię, qm̃ nihil se scire indicauit, nisi Christum & hunc crucifixum, vt patet 1. Cor. 2. c. ex quo aliqui Corinthij eum neglexerunt dicẽtes esse insipientem, quia eis solas historias prẽdicabat, quamobrem excusat se de hoc. 2. ad Corin. 11. c. dicẽs extimo me nihil minus fecisse à magnis apostolis: Nam si imperitus sum sermone, sed non & scientia. Hęc aũt magis dicere poterat Petrus & Ioannes quã Paulus, quia doctrina Pauli ornata magis est in sermone, q̃ doctrina istorum duorum, in sensu aũt quilibet satis abundat, quia spiritus sanctus, quo dictante locuti sunt sancti Dei, vt patet 2. Petri c. 1. Prophetis sensum rerum quas dicere debebant inspirabat: ipsi autem intelligentes quæ reuelata erant, post ſm consuetudinẽ locutionis suę reuelata dicebant. Vnde accidit, ꝙ quidam prophetę ornatius quã alij loquerenť. Amos. n. qui rusticus erat nutritus in pastoralibus Thecuę rustice & impolite pastorũ more affatus est, vt ait Hiero. in quodam prologo super Amos. Isai. aũt, qui de gñe regali erat, ornatissimè inter oẽs, pphetas locutus est. De quo Hiero. in prologo super Isa. ait: Sciendum, ꝙ Isaias in sermone suo disertus fuit, quippe vt vir nobilis, & vrbanæ eloquentiæ. Cęteri aũt prophetę, & sacri scriptores, sic differunt in stylo dicendi, sicut differebãt in conuersatione loquendi. Paulus aũt, qui inter Pharisęos enutritus, & doctus fuerat, vt patet Act. 22. c. disertior erat sermone quàm Petrus, & Paulus, q erãt rustici piscatores. Paulus tñ, qui altius loquitur, a Seneca in quadã epistola reprehenditur, ꝙ cum tantã sapientiam scribat, cur eam coloribus rhetoricis non exornat. Sed hoc non indiget sacra scriptura; fabulosę. n. narrationes, vel humanę scientiæ fucato, meretricioq; colore teguntur, vt quæ in se veritatẽ, vel auctoritatem nõ habebãt ex ornatibus assequãtur. sacra aũt scriptura, quæ solidissimę veritatis est, à se pondus auctoritatis habet, nec fucatis coloribus persuadet, sed suapte natura, & magnitudine animos audientium allicit. Item quia sicut fœmina, quæ ornatibus tegitur peregrinis, natiuo non cõfidit decori, & vbi fucus est, ibi turpitudinis formę præsumptio est, qa naturaliter pulchra per se placere desiderant, si scriptura sacra meretricio ornatu procederet, de falsitate præsumptionẽ non effugeret. Ideo Saluator noster cui ad nutum res & verba suppetebant, cum luculẽtissimo & ornatissimo stylo doctrinam suam tradere potuisset, modum tñ mediocrem elegit, ita ꝙ dicta, nec propter peregrinos ornatuum fucos de falsitate suspecta habeantur, nec rursus inepta rusticitate torpescant. *Ioannes rusticus piscator indoctus.* s. anteq̃ vocaretur a dño, quia semel Ioannes, & Iacobus erant cum patre suo Zebedeo piscantes, & reficientes retia, & vocauit eos Dñs, & Saluator, ut patet Mat. cap. 4. *Et vnde illa vox.* Hoc inducit ad probandũ, ꝙ sapientia imperiti non erat. *In principio erat verbum.* Quæ habetur Io. 1. cap. ista vox nõ est rustici, sed sapientum sapientissimi, quia, vt ait Augustinus, si altius intonuisset, totus mundus capere non potuisset. Quapropter in designatione quatuor animalium, quæ vidit Ezechiel, vt patet cap. 1. & 16. Ioannes volanti aquilæ similatur. λογος. n. *Græce.* Dixit supra, ꝙ illa vox Ioannis fuit admirãda, in qua dicitur de verbo, & quia in Græco dicitur λογος, ubi nos dicimus, verbum, ideo ponit congruentiã signatorũ per hoc nomen ad Christum, qm̃ vniuersa de Christo dicuntur, licèt enim λογος equiuocũ sit, tñ omnia eius signata congrue ad Christum referuntur, vt dñ in litera. Dñ Christus verbũ, quia patrem dicentem manifestat, sicut verbum nostrum nosipsos manifestat, quia sunt ea, quæ in voce, eorum, quę in anima passionum, notæ, vt habetur primo Peri Hermenias. Dicitur ratio, quia ratio discursum, & regulationẽ dicit, Christus autem vniuersa ad se ordinauit, vt in finem beatificum iuxta illud Io. 12. cap. Si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum. Dicitur etiam supputatio, idest numerus, quia vniuersa in certo numero constituit, & distinguit. dicitur causa, quia res producit ad esse, eum omnia per ipsum facta sint, vt patet Ioã. primo cap. *Per quem sunt singula, quæ subsistunt.* Quia Deus non est causa determinata ad vnum genus, sed omniũ rerum, & potest dicere ly sunt duplicem habitudinem, vel causę efficientis, vel causę conseruantis, & vtrunque conuenit Deo, quia omnia à primordio ad esse de nihilo produxit, & deinde res creatas continuè conseruat, ne in nihilum cadant, sicut sunt.

CAP. V.

HOc Doctus Plato nescivit, hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Perdam, inquit, sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vera sapientia perdet falsam sapientiam, & quãquam stultitia prędicationis in cruce sit, tamen Paulus sapientiam loquitur inter perfectos: sapientiam autem non seculi huius, nec principum seculi istius, quæ destruitur, sed loquitur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam prædestinauit Deus ante secula. Dei sapientia Christus est. Christus. n. Dei virtus, & Dei sapiẽtia. Hęc sapiẽtia in mysterio absc̃dita est, de qua & noni Psalmi titulus prænotatur, pro occultis filij. In quo sunt oẽs thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Et qui in mysterio absconditus erat, prædestinatus est ante secula: prædestinatus autem & prefiguratus ī lege, & prophetis: vnde & prophetæ appellabantur videntes, quia videbant eũ, quem cęteri non videbant. Abraham vidit diem eius, & lætatus est. Aperiebantur cœli Ezechieli, qui populo peccatori clausi erant. Reuela, inquit, Dauid oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritalis est, & reuelatione opus est, vt intelligatur, ac reuelata facie Dei gloriam contemplemur. Liber in Apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur, quem si dederis homini scienti literas, vt legat, respondebit tibi: Nõ possum: signatus est enim.

HOc Doctvs. Præcedenti capitulo demonstrauit beatus Hieronymus necessitatem sacræ scripturæ, hic demonstrat, ꝙ sapientia mundana ad eam pertingere non valet, quia Paulinus, qui erat secularibus literis eruditus, putaret se posse illas per se intelligere, & agit duo, primo ponit, ꝙ magni philosophi eas non cognouerunt, secundo probat, ꝙ ad intelligendum, magistro indigent. Secunda ibi. *Liber est in Apocalypsi.* Quęlibet istarum partium multas auctoritates continet.

Hoc doctus Plato nescivit. Scilicet ista quæ dixit beatus Io. s. in principio erat verbum. Aliqui tñ dicunt, ꝙ Plato dixerit totum illud primum cap. Io. vsque ad illam partem, fuit homo missus a Deo, & dicunt hoc dicere beatum Aug. sed non reperi tale in lib. Aug. de ciui. Dei. nam in lib. de ciui. Dei, in quibus maximè cõmemorat de philosophorum, & gẽtium sectis, Platonẽ, quem maxime sequitur inducit in 7. lib. de quo dicit, ꝙ in lib. eius qui Thimeus dr̃, habentur illa verba quæ recitantur Gen. j. s. in principio creauit Deus, & quędã alia de Exo. s. Ego sum qui sum, licet aliqualiter differant. De verbis tũ beati Ioan. nullam facit mentionẽ, & Hiero. manifestè vult hic, ꝙ Plato ista ignorauit. Et vocatur Plato doctus, quia inter philosophos ipse obtinet principatum. Arist. nanque viginti annis ab ipso didicit. Aug. autem solum Platonẽ inter philosophos sequitur, & oẽs Doctores sancti eum maxime venerantur. Arist. n. omnes in naturalibus excedit, sed Plato in diuinis nullum parem habet, qui ita altissimę, & sub tegmentis locutus est, vt aliqñ eum, nec Arist. intelligat. Plurima autem operum suorum dissuetudine, & scriptorum inopia perierunt. Vel uocatur doctus, idest sapiens ad differentiam Rhetoricorum, qui eloquentes, & non sapientes dicuntur, vt Demosthenes. Sed nec ex hoc negatur Platonem eloquentem fuisse, quia vt ait Valerius Maximus lib. 7. Plato omnium mortalium sapientissimus habebatur. Eo quidem. Idest intantum, vt si Iupiter ipse cœlo descenderet, nec elegantiore, nec beatiore facundia vsurus videretur. Si autem requiras Aug. in 7. confessionum inuenies, ꝙ ipse in lib. Platonicorum non quidem ijs verbis, sed multis hoc rationibus persuadentibus, dicit se legisse, ꝙ in principio erat verbum vsque ad illam partem. Et tenebręam non comprehenderũt. Item quòd omnis anima licet testimoniũ perhibeat de lumine, tamen non est ipsa lumẽ, sed verbum Dei. Deus enim est lumen verum, quod illuminat omnẽ venientem in hunc mundũ, & quòd in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. Item dicit ibi legisse, quòd verbum Deus, non ex carne, non ex sanguine, non ex voluntate viri, nec ex voluntate carnis, sed ex Deo natus est.

Alph. Tost. super Gen.

Solutio. 1ª dubitationis cõtra Hieron.

Cõtra cõtrarium 2. philosophorum.

Tex. 26.

Respondebitur ergo ad ista pro parte Hiero. ꝙ licèt Plato ista cognouit, valde tamen confusè, nec ad eundem intellectum totaliter, ad quem Ioan. loquebatur. Ratio quia ista solum naturaliter cognosci non possunt, sed oportet esse propheticam reuelationem à Deo, nemo autem dicit Platonem fuisse prophetam, ergo nec habuit intelligentiam horum verborum, quę faceret eum esse prophetam, & sic aliqua supernaturaliter quibusdam demonstrata sunt, quorum cognitio eis tradita non fuit, quare non fuerunt prophetæ, vt Pharao, cui reuelatę sunt vaccę, & spicę, vt patet Gen. 41. cap. & Balthasar vidit tres digitos scribentes in pariete, sed non cognouit significationem, vt patet Dan. 5. cap. *Hoc Demosthenes eloquens.* i. Rhetoricus. De isto Demosthene. supra 3. cap. dictum fuit, ꝙ fuit clarus in arte oratoria, & ponit hic vnum principem sapientum, & alium principem eloquentium, vt negando de ijs intelligentiam sacrarum scripturarum, neget de omnibus alijs sapientibus & eloquentibus. *Perdam sapientiam sapientum.* Hic demonstrat sapientiam philosophorum, & omnium mundanorum peritorum non attingere ad cognitionem verę sapiẽtię sacrarum scripturarum. Ideo asseruerunt multa, quorum falsitas per sacram scripturam comprobata est, & isto modo perditur. i. destruitur sapientia sapientum. i. cognitio, vel assertio eorum, qui se putabant esse sapientes. Si. n. isti veram sapientiam naturalẽ, vel quantuncunque haberent, nunquam illa falsa esset, quia opus naturę, opus diuinum est, ideo non repugnat operi diuino, sed isti nõ cognoscẽtes occulta principia naturę statuerunt quasdam falsitates pro magnis veritatibus, & sic putantes se esse sapientes, stulti facti sunt, quia euanuerunt in cogitationibus suis. Isti. n. ponentes principium primũ regiminis totius vniuersi operari naturaliter, & necessario, & non voluntariè, dixerunt, ꝙ cœlum non posset aliter moueri q̃ mouetur, sed falsum apparuit tpe Iosue, vt patet eiusdẽ. 10. c. qa sol stetit ꝑ Gabaon, & tpe Ezechiæ, vt habetur 4. Reg. 20. c. quia sol retrocessit in motu per decem lineas horologij. Et ponentes principiũ primum finitę potentię, & essentiæ, negãt mortuos posse resurgere, & creationem rerum, quę ambo ad omnipotẽtiam pertinẽt. Hoc aũt manifestũ est, qm̃ nõ principia philosophię, sed maximi erroris dicenda sunt. Aliqui tñ de nostris imperitè loquentes dicunt, ꝙ ſm philosophiam impossibile est mortuos resurgere, nec aliquid creari, sed bene ſm Theologiam. Hoc ridiculum est, quia philosophia nomen scientię, & non erroris, nec opinionis est, quodcunq; ergo ſm vnam scientiã verum est, necesse est verũ esse in alia, quia vero oĩa cõsonant, vt hr̃ 1. Ethi. impossibile est. n. veritatẽ vnius artis repugnare veritati alterius: in philosophia. n. naturali agitur de corpore mobili reducendo ad principia sui motus, si ergo aliquis erret in condõnibus principij motiui, ne cesse est, ꝙ erret in enunciãdo aliquid de corpore mobili, quia condõnes effectuũ sunt ſm condõnes principiorũ motiuorũ, & quia in philosophia non solũ cõsideratur principiũ immediatũ, sed ẽt oĩa alia subordinata vsq; ad primũ, quia ponit coordinatio causarum magis vniuersaliũ, & minus vniuersaliũ, qa dicit philosophus, ꝙ sol, & hõ gñant hoĩem in 2. Physic. & ꝙ ſm accessum, & recessum solis in circulo obliquo. i. Zodiaco fiunt gñationes, & corruptiones in terra, vt in scdo De gñatione & corrup. Item ꝙ necesse est hũc mundum inferiorem continuari superioribus lationibus. i. motibus corporum cęlestiũ, vt oĩs uirtus eius inde gubernetur, vt patet primo Meteo. Sicut ergo si aliquis erraret circa principium immediatum alicuius effectus, vt puta dicens, quòd pater est principium voluntarium natorum suorum, iste non diceretur

Universidad de Deusto Biblioteca

loqui secundum philosophiam, sed magis contra phi
losophiam, quia multa absurda ex hoc sequerent, ita
si aliquis erraret circa aliquod principiū, vel causam
mediam, siue circa primam. s. circa ipsum Deum, quē
philosophus in 8. Physicorū, ponit primū motorē or-
bis in rōne amati, & desiderati, necesse erat, q̄ erraret
maxime circa conditiones effectuū, quia prima causa
magis influit in suum causatum q̄ causa secundaria, vt
patet in prima propositione lib. de causis. Sed isti er-
rant circa primū principium ponētes illud esse neces-
sario agens, & non voluntario, ideo necesse est, q̄ er-
rent. s. dicentes, q̄ pōt mundus esse aliter q̄ est, vt patet
in fin. 7. Meta. & sic de multis alijs. s. q̄ non pōt sol sta-
re, vel retrocedere, cū ergo talia dicunt, non est dicē-
dū q̄ fm philosophiā nō sunt possibiles creatio & re-
surrectio & solis retrogradatio, sed q̄ non sunt possibi
les fm errorem Aristotelis, & aliorū mendaciū philo-
sophorū, qui quantum ad hoc philosophi non sunt,
sed vocantur. *Perdam sapientiam* Ista auctoritas habetur
prima Corin. 1. cap. Aliqui exponunt eam. *Perdam sa-
pientiam sapientum.* i. sapientiam, vel prudentiam mun-
danam eliminabo de cordibus prædicatorū, sed infe-
riori literę, magis congruit prima expositio. Ista aucto
ritas ēt habetur Abdię, vnico. cap. per alia verba. s. per-
dā sapientes de Idumęa, & prudentiā de monte Esau.
Vera sapientia. i. sapientia sacrę scripturę. *Perdet falsam
sapientiam.* i. sapientiam erroneam philosophorum, de-
monstrando ꝓrium eorum, quæ ipsi asserebāt, & hoc
erat verè in primitiua Ecclesia, quia philosophi nega-
bant possibilitatem resurgendi, sancti Christiani con-
trarium probabant, mortuos orationibus suscitando.
Et ideo illa opinio erronea erat, & non sapientia, sed
quia isti habebant illam assertionē sine formidine al-
terius partis, ideo sapientiam illam vocabant. Opinio
autem licet sit adhęsio vni parti contradictionis, est ta
men cum formidine alterius. *Et quanquam stultitia prę-
dicationis in cruce sit.* i. licèt prędicatio de cruce videa-
tur stulta, quia gentiles audientes prędicationem apo-
stolorum dicentium, q̄ Christus crucifixus resurre-
xit, & q̄ adorari debet, & q̄ erat Deus, reputabant hoc
esse maximam stultitiam, sicut habetur prima ad Co-
rinthios primo cap. Nos prędicamus Christum cru-
cifixum, Iudæis scandalum, Gentibus autem stultitiā
Tamen Paulus sapientiam loquitur inter perfectos. i. licèt vi-
deatur gentibus, q̄ prędicatio de cruce stulta sit, tamē
Paul. loquens de crucifixo sapientiam loquetur inter
perfectos. Ad quod est videndum, q̄ paulus aliquan-
do putabat se prędicare sapientiam, aliqñ non, cum. n.
prędicabat Christi passionem, & resurrectionem, &
alia gesta Saluatoris, non putabat se prędicare sapien-
tiam, quia ista cum historica sint, plana sunt, cum au-
tem prędicabat quędam occulta mysteria prędestina-
tionis Christi, & prefigurationis secundum q̄ latebat
in medulla legis sub cortice, sapientiam se prędicare
putat, quia ista altissima sunt, nec capiunt ea simplices.
Et quia ipse cum venit primo Corin. non prędicauit
sapientiam, sed sola gesta Saluatoris, vt patet prima
Corinth. 2. cap. Nihil me scire iudicaui, nisi Christū,
& hunc crucifixum, arguebant eum Corinth. contē-
nentes eum. Ideo ipse respondet, quòd sapientiam
loquitur inter perfectos, idest mysteria scripturę non
debebant poni, nisi coram perfectis, idest capacibus.
Corinthij autem in primo aduentu Pauli erant adhuc
rudes, quia nihil de Christo audierant, ideo sapientia
eis proponi non debebat, vocantur autem hic perfe-
cti, non qui perfectè cognoscunt, vel eruditi sunt, qa
tales Doctore non indigent, sed dicūtur perfecti, idest
qui perfectè dispositi sunt ad capiendum ista. *Sapien-
tia autem non seculi istius.* Idest non sapientiam de rebus
mundanis, quia licet aliqua vera sapientia sit seculi
huius, ut uera philosophia, vel vera Geometria, tamē
Apostoli non prędicabant istam, quia nihil proficit
ad vitę emendationem cum scientia, vel opinio in
speculatiuis ab opinione in practicis totaliter distin-
cta sit. Ideo recta opinio in speculatiuis non tollit
falsam opinionem in practicis, ut patet 6. Ethi. cap. de
prudentia. *Nec principum eius.* Idest nec etiam prę-
dicamus sapientiam traditam a principibus sęculi hu-
ius, scilicet a philosophis, qui errauerunt, & vocantur
isti principes huius sęculi, quia in tali reputatione te-
nebant eos ignorantes, quia conscij sibi ignorantiæ
eos qui supra se aliquid magnum dicunt, admirantur,
& fœlices dicunt, vt ait Philosophus. 1. Ethi. *Qui de-
struuntur.* Idest quorum sapientia destruitur, quia ue-
ra non erat negans Dei omnipotentiam, & alia, quæ
supra diximus, sed loquemur Dei sapientiam, idest lo-
quemur de Dei sapientia, scilicet de Christo: ipsum
autem Christum loqui non possumus, quia non est
positio, sed subiectum alicuius sapientiæ, si autem
acciperetur hic sapientia pro cognitione de Deo, quā
ab ipso Deo reuelante accepimus, tunc verum est, q̄
illam sapientiam Dei loquemur, & sic prophetę sapiē-
tiam Dei loquebantur, idest reuelata misteria, sed hic
pro ipso Christo accipitur. *In mysterio absconditam.*
Idest Christum absconditum sub cortice legis in se-
creto. *Quem prædestinauit Deus ante secula.* i. quem prę-
ordinauit ad salutem generis humani, vt carnem su-
sciperet, & mortem subiret, ad Rom. 1. c. *Ante secula.*
Quia omnia, quæ Deus disposuit ab æterno disposuit,
cum enim in eo motus non sit, non est dare aliquam
nouam dispositionem, vel volitionem, nec vult nouit
aliquem hominem nasci, licèt vult q̄ aliquis ho-
mo nascatur nouiter: semper enim ista aduerbia, quæ
notant differentias temporis in talibus propositioni-
bus debent determinare verba, quæ se tenent ex par-
te creaturæ, & non verbum, quod se tenet ex parte
Dei ad hoc, q̄ propositio vera sit. *Dei enim sapientia est
Christus.* De qua apostolus semper loquitur, de quo.
1. Corinth. 1. cap. Christum Dei uirtutem, & Dei sa-
pientiam. Dicitur enim Christus sapientia Dei, idest
sapientia patris: non sapientia Dei, ideſt diuinę essen-
tiæ, sicut dicitur Christus filius Dei, idest filius patris,
& non essentię, quę nec gignit, nec gignitur, est enim
duplex siue dupliciter dicta sapientia in diuinis, scili-
cet sapientia essentialis, & notionalis, sapientia esse-
ntialis non est Christus, quia eadem est sapientia patris,
filij, & spiritus sancti, est enim quoddam attributum,
sicut bonitas. Sapiētia aūt notionalis est Christus, siue
filius in diuinis, qđ idem est, & tunc non est sapientia
oīum trium personarū. s. quia non est sapientia sui ip-
sius, nec sapientia spiritus sancti, cum spiritus non sit
principium filij, sed solum est sapientia patris, sicut so
lum est verbum patris, quia à solo patre gignitur, &
solius patris imago est. *Christus Dei virtus, & sapientia
est.* Dicitur sapientia Dei patris, quia in ipso tanq̄ per
principium artis directiuum oīa produxit de nihilo.
Dī uirtus qñ uirtus fm philosophū, dicit vltimū de
potētia, ut patet in 2. de cęlo tota aūt ptās patris ei cōi-
cata est, & oēs pfectiones, quę sunt in pre ꝑter sacrm
gnationis, qđ ei non cōicatur, vt ait Hilarius in libris
de Trini. *Hæc sapientia in mysterijs abscondita est.* i. Chri-
stus latet in figuris veteris testamenti, quę dicunt my
steria. i. abscondita secreta. *De qua noni psalmi titulus prę-
notatur.* Qui Psalmus incipit, Confitebor tibi. *Pro oc-
cultis filij.* Iste est titulus Psalmi, & innuitur, quòd in
illo Psalmo dicuntur aliqua secreta de filio, scilicet
Christo. s. de potestate ecclesiæ, & de aduentu Anti-
christi, & de finali iudicio. *In quo sunt omnes thesauri sa-
pientiæ & scientiæ Dei absconditi.* Quia in Christo omnis
sciētia, uel sapiētia patris erat, qa ipse hō erat, & Deus.

Nobis

Nobis autem aliquid, & minutatim distribuitur fm A
Dei benignitatem, sed in nullo nostrum dicitur esse
thesaurus scientiæ vel sapientiæ, quia nulli cōicatur to
talis cognitio, & potest distingui scientia, & sapientia
in Deo, non quidem per id, per quod cognoscit, quia
per se ipsum, & in seipso seipsum, & alios cognoscit:
nec cognoscit ista inferiora per ipsa; quia imperfectio
magna esset, q̄ indigeret specie alicuius rei ad cogno-
scendam eam, ideo philosophi multi posuerunt, quòd
Deus nō cognoscebat ista inferiora, ne vilescerer in-
tellectus eius: distinguitur tamen per id, quod cogni-
tum est, ita quòd dicamus q̄ Deus, vt seipsum cogno-
scit, & comprehendit, sapientiam habet, quia cogno-
scit causam altissimam: pro vt autem cognoscit crea-
turas, dicatur habere scientiam, & vtrunque perfecte
cōicatur Christo, ideo oēs thesauros scientię & sapien
tiæ habet, vt dicitur ad Colosſ. 2. cap. *Et qui in ministerio
absconditus erat.* Idest Christus qui latebat sub figuris
legis. *Prædestinatus erat ante secula.* Idest ante mundi
constitutionem præordinatus erat, vt in assumpta na-
tura operaretur redemptionem humani generis ad
Roman. 1. cap. *Prædestinatus autem, & præfiguratus in lege,
& prophetis.* Cum autem ista proponit prædicator au-
dientibus sapientiam loquitur, ideo inter perfectos so-
lum proponi debet: aliter tamen ponitur prædesti-
natio Christi in lege, aliter præfiguratio, quia prædesti-
natio a Deo est & ante sęcula, sed in lege vel prophe-
tis ex tempore signatur esse ab æterno. Præfiguratio
autem non fuit ab æterno, sed à scriptura sacra in tem
pore facta est: Christus autem denunciatur prædesti-
natus in prophetis, qui de futuro eum apparituru iu-
dicabant. Præfiguratio autem in lege est ex eo quòd
in mandatis legalibus sub quibusdā metaphoris præfi
gurabatur, licet aliquādo in lege prædestinatus denun
ciatur, vt habetur Deut. 18. cap. Propheram, inquit, fi-
scitabo eis de medio fratrum suorum similē tui. Quæ
auctoritas de Christo principaliter intelligitur, vt ha-
betur Actuum 3. cap. sed hæc accidit qñ lex assumit
modum prophetiæ: prædicere enim modus prophe-
ticus est: mādare autem, vel prohibere ad legem per-
tinet: testimonia autem prophetalia, quibus Christus
denunciatur prædestinatus, vt veniat, multa sunt, quia
principalis intentio prophetarum immo Dei in pro-
phetis erat prænunciare Messiam, vt etiam ipsi Iudæi D
dicunt. s. q̄ omnes prophetæ prophetauerunt ad dies
Messiæ. Fuit autem præfiguratus Christus in Abel
occiso à Cain, vt patet Gen. 4 cap. Et in Isaac, quem pa
ter immolare voluit baiulantem ligna ad incendium,
sicut Christus crucem sibi baiulauit. Gen. 22. cap. Et
in Ioseph vendito à fratribus, vt patet Gen. 37. Et in
agno paschali. Exo. 12. Et in omnibus fere legalibus
immolationibus: de quibus per totum Leuiticum.
Et in summo sacerdote vsque ad cuius mortem non
redibant homicidæ exules in terram suam, vt habetur
Num. 35. cap. Et in lapide angulari, vt patet Isa. 28. cap.
Et in lapide septem oculorum, vt habetur Zacha. 3. c.
Vnde & prophetæ appellabantur videntes. Vt habetur 1. E
Reg. 9. cap. vbi Samuel qui propheta erat, videns vo-
cabatur. Est sensus quòd quia Christus in prophetis
denunciabatur futurus, quod & ipsi intelligebāt, quia
in prophetia intelligentia opus est, vt patet Dan. 10. c.
& alij hoc non intelligebant. Ideo isti videntes voca-
bantur. Et accipitur videns commune ad visum, &
intellectum, quia intellectus æquiuocè oculus dicitur:
Vel notatur hic quòd sacra mysteria scripturæ sine re-
uelatione videri non possunt. Ideo illi, quibus ista à
Deo reuelabantur videntes dicebantur. *Abraham vi-
dit.* Dictum fuit generaliter, quòd sacra mysteria sine
reuelatione non sciebantur. Hic demonstratur in
particulari de illis, quæ aliqui cognouerūt, quòd Deo
reuelante cognouerunt. Et primo de Abraham, quia
ante eū licet Deus dilexerit aliquos specialiter, vt He-
noch, quem transtulit in Paradisum, quia ambulabat
in vijs Domini, vt habetur Gen. 5. cap. Et dilexit Noe,
quia erat vir iustus in cūctis generationibus suis, vt pa-
tet Gen. 6. cap. Sed non legitur quòd alicui istorū my-
steria reuelauerit. Incœpit autem in Abraham, cui
Christū de suo semine futurum nunciauit. s. quòd in
semine suo benedicerētur omnes gentes, vt habetur
Gen. 22. cap. Et hoc est quòd dicit. *Abraham vidit diem
eius.* Idest cognouit per reuelationem Dei tempus,
quo Christus nasci debebat. Et ideo Videns siue pro-
pheta dictus est, vt patet Gen. 20. cap. nūc redde vxo-
rem ei, quia vir propheta est, & orabit pro te, & viues.
Et lætatus est. Quia ex diuina reuelatione magnum gau-
dium concepit sciens quòd ille, qui eum saluum face- B
re debebat, de semine suo futurus erat, sic habetur
Ioan. 8. cap. Abraham pater vester exultauit, vt vide-
ret diem meum; vidit & gauisus est. *Aperiebantur cę-
li Ezechieli.* Ponit reuelationem factam alteri prophe
tæ. i. Ezechieli, quia cum esset in medio captiuorum
iuxta fluuiū Chobar, aperti sunt sibi cęli visione ima-
ginaria, vt habetur Exech. 1. capit. *Qui populo peccatori.*
Idest Iudæis, qui vocantur peccatores, vt patet Isa. 1. c.
væ genti peccatrici, populo graui iniquitate. *Clausi erāt.*
Quia licet Ezechiel esset inter eos, dum ista videbat;
ipsi tamen nihil videbant. *Reuela inquit oculos meos.*
Habetur in Psalm. 118. Dauid enim desiderabat co-
gnitionem mysteriorum Dei, sed quia sciebat per se C
intelligere non posse, ideo petebat a Deo supernatu-
raliter illuminare. *Reuela oculos meos.* Scilicet menta-
les, quia corporalibus oculis ista mysteria non capiun-
tur. *Et considerabo mirabilia de lege tua.* Idest secreta ab-
scondita in lege tua, quæ mirabilia sunt. *Lex enim spi-
ritualis est.* Idest spiritualiter intelligenda, vt habetur
prima ad Corinth. 3. cap. quia litera occidit, spiritus au-
tem viuificat. Sed quomodo valet ista consequentia:
lex spiritualis est, ergo indiget reuelatione, vt intelliga-
tur? quia omnis cognitio speculatiua, siue practica
spiritualis est, quia à virtute non corporea fit, tamen
naturaliter habetur? Respondetur quòd omnis co-
gnitio in se spiritualis est, cum sit actus intellectus, sed
quantum ad principia deueniendi in cognitionem,
quædam cognitiones sunt corporales, quædam spiri-
tuales. Corporales cognitiones dici possunt cogni- Quæ co-
tiones intellectus, quæ præsupponunt corpoream co- gnitio cor
gnitionem, & tunc dicitur quòd omnis cognitio na- poralis di-
turalis corporalis est, quia intellectus licet non opere- catur.
tur per organum, tamen præsupponit actum orga-
norum, ideo illa scientia caremus, cuius potentia ad Cap. 14.
obiectum illius caremus, vt inducit Philosophus pri-
mo Posteriorum. s. ideo cęcus scientiam de coloribus
non habet. Si autem omnibus sensibus careremus,
omnibus scientijs careremus, & ideo dicitur quòd ni-
hil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu. Dicit
autem & substantias separatas, quas non videmus, co-
gnoscimus non quidem directè, sed indirectè: prout
habent quandam connexionem cum substantijs na-
turalibus motis, & mouentibus, ideo omnes philoso-
phi deuenerunt in cognitionem Dei siue primæ cau-
sæ per motum, in causis motus subordinatis, vt patet
in 7. & 8. Physicorum, sicut enim res sensibiles sunt, ita
nobis cognoscibiles: si enim per se sensibiles sunt, &
per se cognoscibiles sunt: si autem per se sentiri non
possunt, nec per se cognosci, & sic necesse est minus
cognosci, ideo se habet intellectus noster ad ea quæ
sunt notissima in natura, idest ad Deum, & angelos, si-
cut oculus noctuæ ad lumen solis, vt patet 2. Meta. Tex. 1.
Cognitio spiritualis est, quæ nullo modo præsupponit Cognitio
cognitionem de corpore, ita quòd nihil magis habe- spiritualis
bimus quæ sit.

Universidad de Deusto Biblioteca

bimus eam si cognitionē sensitiuā habeamus quàm si non habemus: & scire vtrū Sortes sit prædestinatus, vel præscitus: non enim possumus cognoscere hoc arguendo ab aliquo sensibili: cognitio ergo ista pure supernaturalis est, & spiritualis, & sic cognitio omniū mysteriorum legis, ideo nullus ea sine reuelatione cognoscere potest. *Ac reuelata facie Dei gloriam contemplemur.* Et hoc habetur 2. Corinth. 3. cap. & dicimur contemplari gloriam reuelata facie, non pro gloria beatificæ visionis, quæ est in vita æterna, in qua dicimur facie ad faciem videre, cum hic per ænigma contemplemur, quia Apostolus in illo cap. loquitur de intellectu sacræ scripturæ, & dicitur gloria, honor, vel claritas intellectus legis, & sic lex Moysi secundum literam habuit gloriam, i. honorem, quia Moysi ferentis legē facies splendoribus cornuta erat, vt habetur Exo. 34. cap. maior autem gloria, id est honor est legis intellectæ secundùm spiritum. Est ergo sensus quòd indigemus reuelatione. *Vt contemplemur.* Id est videamus. *Gloriam.* Id est honorem legis. *Reuelata facie.* Id est ablata omnium nubilositate figurarum, ad differentiā Iudæorum, qui contemplabātur Moysen velata facie propter splendorem. *Liber est in Apocalypsi.* Hic ponitur secundum. s. quòd ad intelligendum sacram scripturam indigemus magistro propter difficultatem, & diuiditur in duas partes. Primo ponitur difficultas in generali, secūdo subditur in speciali tractādo de quolibet libro, ibi. cap. 7. *Videlicet manifestissima.* Prima in duas: primo ponit difficultatem absolute. Secundo comparando ad alias artes, ibi. *Taceo de grammaticis.* Et ponitur hic in speciali de libro Apocalypsis, quia nulla scriptura ita difficilis est intellectui, nec aliquo modo intelligi posset, nisi ponerentur in textu quædā particulæ declaratiuæ, & quædam pars eius vsq; hodie quibusdā ignota permanet. *Liber in Apocalypsi.* Id est liber Apocalypsis. Apocalypsis enim reuelatio est, id est dicitur. *Liber in Apocalypsi.* Id est iste liber qui est Biblia. *In Apocalypsi.* Quantum ad illam partem, in qua continetur reuelatio, quæ vocatur Apocalypsis Græce. *Signatus est.* Id est sigillatus vel clausus, sicut dicimus istud capitulū est obscurum in isto parapho. *Septem sigillis.* Vel potest dici quòd in Apocalypsi, id est in libro Apocalypsis ostēditur quidam liber signatus septem sigillis, quem nullus aperire poterat in cælo, nec in terra, vel subtus terram, vt habetur Apocalypsi 5. cap. & idem sensus est, quia ille liber clausus, de quo dicitur in Apocalypsi, nihil aliud continebat nisi id, quod dicitur in Apocalypsi à ca. 5. vsque ad finem, vt patet ex apertione sigillorum, & iste est verior sensus. *Septem sigillis.* Ista septem sigilla secundum quosdam sunt septem mysteria pertinentia ad Christum. s. conceptio, natiuitas, passio, descensio ad inferos, resurrectio, ascensio, aduentus ad iudicium: sed hoc nihil est; quia illa, quæ cōtinebantur sub septem sigillis, postea aperta sunt, sed nihil de hoc continebant, vt patet per totam Apocalypsim. Dicendum ergo quòd sub istis septem sigillis continebatur totus status gratiæ a tempore Christi vsque ad post iudiciū in gloria beatorū, & iste status fuit reuelatus beato Ioanni distinctus per septem reuelationes, quia distincta secreta cōtinebāt. De his, quæ continebantur sub quinque sigillis, habetur Apocalypsi 6. de his, quæ continebantur in sexto sigillo, habetur Apocalypsi 7. cap. De his autem, quæ cōtinebātur sub septimo sigillo, habetur à principio 8. vsque ad finem Apocalypsis. *Quem dederis homini scienti literas.* Facit metaphoram, vel transumptionem de legere ad intelligere, quia sicut in libro signato sigillis nullus legere potest etiā si literas sciat, ita in libro reuelationum nō poterit aliquis quicquam intelligere etiam si habeat intelligentiam in literis secularibus, vbi reueletur ei. *Signatus est enim.* Id est clausus: istum modum loquendi accepit Hieronymus de. ca. 29. Isa. vbi dicitur: Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati, quem cum dederint scienti literas, dicent lege istum: & respondebit, non possum: signatus est enim.

Apocalypsis quid.

Quanti hodie putant se nosse literas, tenent signatum librum, nec aperire possunt, nisi ille reserauerit, qui habet clauem Dauid; qui aperit, & nemo claudit; claudit, & nemo aperit? In Actibus Apostolorum sanctus Eunuchus, immo vir (sic enim eum scriptura cognominat) cū legeret Isaiam prophetam, interrogatus à Philippo: Putas ne intelligis quæ legis? Respondítque: Quomodo possum, nisi aliquis me docuerit? Ego, vt de me loquar interim, nec sanctior sum hoc Eunucho, nec studiosior, qui de Aethyopia, id est de extremis mundi finibus venit ad templum, reliquit aulam regiam; & tantus amator legis diuinęque scientiæ fuit, vt etiam in vehiculo literas legeret sacras. Et tamen cum librum teneret, & verba Domini cogitatione conciperet, lingua volueret, labijs personaret, ignorabat eum, quem in libro nesciēs venerabatur. Venit Philippus, ostendit ei Iesum, qui clausus latebat in litera. O mira doctoris virtus, eadem hora credidit Eunuchus, baptizatur, fidelis, & sanctus, ac magister de discipulo, plus in deserto fonte Ecclesiæ, quam in aurato Synagogæ templo reperit.

Quanti hodie putant se nosse literas. Ponitur præsumptio illorum, qui ingenio suo volūt intelligere sacram scripturam, & putant se intelligere. *Tenent signatum librum.* Id est intellectus scripturæ est ita obscurus eis, quasi si liber signatus esset. *Nisi ille reseraverit, qui habet clauem Dauid.* Id est Christus qui dicitur habere clauem Dauid, id est potestatem aperiendi sacram scripturam, vt patet Apoc. 4. cap. & vocatur ista potestas clauis Dauid, quia plura mysteria de Christo cognouit, & prædixit Dauid, quàm alij prophetæ, quare vocatur per antonomasiam propheta. *Qui aperit, & nemo claudit.* Id est si Deus intellectum scripturarum nobis cōcedat, nemo potest illum claudere, vel offuscare, quantacumque argumentorum violentia. *Claudit, & nemo aperit.* Id est si Deus intellectū nostrum perturbet, nullus est, qui eum ad intelligendum eleuare possit, vel si ipse nos specialiter illuminare dimittat supernaturales veritates demonstrando, non poterimus nos, quantumcunque conemur, lumē illud altissimū contemplari, quia Deus lumen habitat inaccessibile, vt patet 1. ad Timo. 6. cap. De ista claue Dauid aperiente fundamentum est Isa. 22. cap. & ibi dicam Deo dante. *In actibus Apostolorum.* Reprobauit supra præsumentes de sensu suo. Hic demonstrat quòd ad intellectum sacræ scripturæ per se non veniunt fortiter studentes, & inducit exemplum de Eunucho, de quo dicitur

dicitur Actuum 8. cap. *Sanctus Eunuchus.* Eunuchus dicitur vir custos dominarum, & erant isti castrati ne libidine dominas custodiendas deturparent, & erat iste vir potēs in domo Candacis reginæ Aethiopum', & præpositus super omnes Gazas eius, vt patet Actuū 8. cap. Et sunt Eunuchi tribus modis: primi sunt, qui à natura frigidi sunt, & impotentes coire, & dicuntur castrati, quasi castè nati. Alij sunt qui ad custodiam dominarum castrati fuerunt, & vocantur spadones de spata, quia gladio eis virilia amputantur. Aliqui autē propter impatientiam libidinis sibi virilia amputauerunt, sed hoc illicitum est, vt patet extra, De corpore viciatis per totum. s. in c. ex parte Bartholomæi, & in c. significauit, & in c. ex parte. Alij autem sunt, qui licet fortes sibi stimulos carnis sentiant; tamē resistendo illicitos motus à se reijciunt, & ita à contagione carnali continent, quasi sibi virilia abscidissent. Et isti tres modi ponuntur Matth. 19. vbi dicitur: Sunt autē Eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt, & sunt Eunuchi, qui facti sunt ab hominibus, & sunt Eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cęlorum, & de istis dicitur in Isai. cap. 56. Eunuchis meis dabo optimum locum. *Immo vir sanctus.* Aliquæ literæ non habent sanctus, sed solum vir, & vtitur hic Hieronym. correctione, quia vocauerat eum Eunuchum, quod sonat defectum, vel molliciem propter abscisionem genitalium, & custodiam fęminarum, & quia virtutibus plenus erat, ideo virum eum vocat, quod robur virtutis sonat. *Sic enim sacra scriptura eum cognominat.* Id est sacra scriptura nominat eum virum, vt habetur Actuum 8. cap. vbi dicitur: Ecce vir Aethyops Eunuchus. *Interrogatur à Philippo.* Non est iste Philippus Apostolus, qui dixit Christo Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis, vt patet Ioan. 14. cap. Sed Philippus vnus de septem diaconibus, qui ministrabant in ministerio quotidiano mensarum, de quo Act. 6. c. & patet quia iste Philippus conuertit multos ad Christum, & baptizauit, sed nemini manum imposuit, vt reciperet Spiritum sanctum: donec venerunt duo de Apostolis in Samariam. s. Petrus & Ioannes, vt patet Act. 8. cap. *Putas ne intelligis quæ legis?* Quasi dicat non intelligis. Sciebat enim Philippus quòd ille non intelligebat. *Quomodo possum nisi aliquis me docuerit.* Putabat enim iste Eunuchus impossibile esse, q̄ aliquis prophetias sine magistro intelligeret, & in hoc fundatur argumentum Hierony. & re vera ipse terminos quidem intelligebat, cōplexionem autem minime: aliud est enim terminos intelligere, quod grammatici in qualibet arte facere possunt, aliud intelligere habitudinē, & ordinem complexorum: nihil enim ad intellectionem vnum vel duo proficiunt, nisi etiam tertium habeatur. In hoc autem multi falluntur, quia cum se cognouerint terminos sacræ scripturæ scire, quid grammaticaliter significent, totam scripturā se intellexisse præsumunt, vnde seipsos illudunt. *Ego vt de me.* Hic commendat Eunuchum demonstrans nobis magnam esse difficultatem in intellectu scripturæ. *Vt de me interim loquar.* Humiliat se beatus Hierony. non ascribendo sibi intellectum sacræ scripturæ: licet ipse mirabiliter eam ex speciali gratia, & studiorū magnitudine intellexerit. *Nec sanctior sum hoc Eunucho.* Ita quòd merito sanctitatis concederetur mihi perfectus intellectus scripturarum: quia purgatis animis multa abscondita reuelantur, quæ non reuelantur pollutis, quoniam in maliuolam animam non intrabit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis, vt patet Sap. 1. cap. *Nec studiosior.* Studio enim dubia sciuntur, & licet nullus per se studendo possit immediate pertingere intellectum sacræ scripturæ: tamen studendo in doctrina sanctorum, qui Spiritu sancto docente eam elucidauerūt, scire possunt mysteria scripturæ. *Qui de Aethiopia.* Hic probat studiositatem Eunuchi, qui de tam remotis partibus mundi ad templum venerat, & quia etiam in itinere super currum literas sacras legebat. *De extremis mundi finibus.* Dicitur Aethiopia respectu Ierusalem in extremis finibus orbis, quoniam multū distant istæ duæ terræ secundum longitudinem & latitudinem: secundum longitudinem, quia Ierusalem multum orientalis est, respectu Aethiopiæ, quia Ierusalem est circa fines Asiæ à parte occidentali, deinde descendendo magis contra occidentem, in latere australi incipit Aphrica cuius caput minor, vel inferior Aegyptus: deinde Libya Cirenaica, & Pentapolis vsque ad aras Philenorū, apud quos incipit Aethiopia iuxta Oceanum. Distant autem istæ terræ magis secundum latitudinem, quia Aethiopia multum meridiana est. Ierusalem autem multum septentrionalis: est enim Aethiopia in principio terræ habitabilis à parte extremitatis meridianæ, quia meridiano Oceano attingitur, vltra quos nulla gens est: non enim dicimus esse aliquas gentes vltra æquinoctialem lineam, Aethiopes autem circa æquinoctialem sunt, quia æquinoctialis transit per medium Arietis: ipsi autem sūt sub vngula Tauri, vt ponit Lucanus 3. lib. Aethiopum solum, quod non premetur ab vlla signiferi regione poli, &c. Ierusalem autem cum ponatur in medio terræ habitabilis, ponit in media latitudine quarti climatis, & cum sint septem climata terrę habitabilis, distabit Aethiopia à Ierusalem per tria climata, & dimidium, quæ terra est medietas spacij totius terræ habitabilis consideratæ à meridie versus septentrionem. Si autem addatur distantia secundum longitudinem isti distantię secundum latitudinem, efficietur maior, sicut diameter est longior in quadrato, quam quælibet costarum; quia mensurat longitudinem tota cum latitudine; costa autem solam longitudinē, vel latitudinem mensurat. Ista sunt vera accipiendo Aethiopiam specialiter pro quadam terra existente in Africa, vt communiter loquimur, sed accipiendo eam extensius, vt ait Solinus in polistore c. 26. Continet Aethiopia totam longitudinem Asiæ, & Africę per latus meridianum, scilicet, quòd accipiendo extremitatem meridianam Asiæ ab oriente eius, vsque vbi coniungitur Africæ versus occidentem, & deinde extremitatem Africæ meridianam vsque ad finem veri Occidentis tota illa longitudo est terra Aethiopiæ, licèt aliquando magis subintret contra terram nostram. Sed de ista Aethiopia magis dicemus Act. 8. c. Nam putant aliqui esse eam statim post Aegyptum versus meridiem & est regio Nubianorum. *Venit ad templum Ierusalem.* Scilicet, vt adoraret ibi Deum, vt patet Act. 8. cap. quoniam multi de Gentilibus licet ritus & iudicia Iudæorum non seruarent, tamen ascendebant ad templum ad adorandū, sicut adorauit Alexander macedo, vt ait Gualterus Alexandreidis lib. Et multi de gentilibus ex deuotione dabant redditus pro expensis templi, vt patet de Seleuco rege Asiæ, qui de redditibus suis præstaret oēs sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes: de quo 2. Macha. 3. cap. *Reliquit aulam regiam.* Ex hoc monstratur quòd Deum amabat, & erat sacræ scripturæ studiosus scrutator, quia gaudia & honores postposuit, vt de tam longinqua terra in templum veniret relicta aula Dominę suæ. *Candacis reginæ.* Sic habent hic aliqui libri, alij autem non, sed in actibus Apostolorum sic habetur, & est nomē commune Candax omnium reginarum Aethiopiæ, sicut Pharao regum Aegypti, quia quando Abraham descendit in Aegyptum vocabatur rex Pharao, vt patet Gen. 12. cap. & quando descendit Ioseph post

quāli

unucho- i tria ge- era.

e dupli- Philip- .

Situs Ieru salem.

Alexander orauit in templo Ie rusalem.

Cādax, & Pharao, quæ no- mina sint.

quasi per centum & octoginta annos vocabatur rex Pharao, vt patet Gen. 41. cap. Et quãdo filij Israel exierunt de Aegypto post quasi per ducentos & viginti annos, vt patet in principio Exo. vsque 16. cap. deinde quando regnabat Salomon, quia ipse duxit filiã Pharaonis regis Aegypti, vt habetur 3. Reg. 11. cap. & post tempore captiuitatis Babylonicæ, & maximè patet, quia hoc nomen Pharao apponebatur nomini proprio regis, vt vocaretur Pharao Nechao, vel aliter, vt patet 4. Reg. 23. cap. de Pharaone Nechao, qui comprehendit Ioacham, sic etiam reges Iudæorum quondam vocabãtur Herodes cum adiectione nominum propriorũ. Sic etiam Romani imperatores Cæsares vel Augusti dicebantur. *Et cum librum teneret.* Scilicet eoram se. *Et verba Domini.* Scilicet Isaiæ, quia legebat quæ à Deo dicta fuerant, quia nunquam voluntate humana allata est prophetia, sed Spiritu sancto docente locuti sunt sancti, vt patet 2. Petri primo cap. *Cogitatione conciperet.* Idest volueret intra se vt si forte senium aliquem de eis Deus ei dare vellet, vel aliter. *Cogitatione conciperet.* Idest quòd ipse legebat ista verba non solum intra se, sed conferendo, ideo necesse erat quòd vis interpretatiua, quæ est vis animæ, secundum quam verba disponũtur ad formationem prius super literas apprehensas se conuerteret, vt sciret qualiter proferendũ foret, & hoc est cogitatione voluere. *Lingua volueret.* Scilicet ista verba frequenter proferendo, quia delectabilius erant sibi licet non intelligeret, quia verba Domini erant. *Labijs resonaret.* Aperte, & alte legendo. *Ignorabat eum quem in libro nesciens venerabatur.* Quia in loco illo, quem legebat tractabatur de passione Christi ad salutem generis humani. Ille Eunuchus venerabatur eum, de quo tanta bona dicebãtur, sed nesciebat vtrum Christus esset, vel aliquis alius siue præteritus, siue adhuc futurus. *Et ostendit ei Iesum.* Idest demonstrauit quomodo illa de Christo dicebantur. *Qui clausus latebat in litera.* Non est, quòd ista litera in se obscura esset, quia nullus locus fortè clarior est in Isaia quam iste, quem legebat de cap. 53. propter quod dicitur de eo, quòd Isaias non tam propheta quàm Euangelista dicendus est: ita enim vniuersa Christi Ecclesiæque mysteria ad liquidum prosequutus est, vt non eum putes de futuris vaticinari, sed de præteritis historiam texere, vt ait Hieronymus in prologo super Isaiam, sed dicitur latere, quia non erat manifesta persona, de qua locus ille intelligebat. *O mira doctoris virtus.* Hic commendat doctrina magistri, quia multa bona inde prouenerunt. s. quòd iste Eunuchus crediderit, & baptizatus fuerit. *Eadem hora.* Scilicet qua Philippus docuit eum. *Credidit Eunuchus.* Ponit gradus perfectionis quos inuenit Eunuch⁹ per doctrinam. Primo quòd credidit, & antequam crederet solum erat Eunuchus. *Fidelis baptizatur.* Postquam credidit acquisiuit vnum gradum perfectionis spiritualis. s. quòd erat fidelis, etiam antequàm baptizaretur, ideo dicitur fidelis baptizatur. i. iam factus fidelis baptizatur. *Et sanctus.* Idest per ista duo sanctificatus fuit. s. per fidem, & baptismum. s. applicatus domino, sicut dicitur Exo. 13. Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam. i. applica mihi siue de bobus, siue capris, & cętera. *Ac magister de discipulo.* Quia antequam Philippum docentem audiuisset discipulus erat: immo nec vere discipulus, quia nihil intelligebat: post autem ita intellexit, quòd alios docere posset, & ita efficeretur magister eorum. *Plus inuenit in deserto fonte Ecclesiæ.* Idest iste Eunuchus magis inuenit in fonte Ecclesiæ, idest in fonte, in quo baptizatus fuit secundum mãdatum Christi, & Ecclesię consuetudinem quàm in templo Iudæorum. Et vocatur iste fons desertus, vt dicitur Actuum 8. cap. Angelus locutus est contra Philippum dicens: vade cõtra meridianum ad viam, quæ descendit ab Ierusalem in Gazam, hæc est deserta; vel accipitur mystice, quòd fons Ecclesiæ dicitur doctrina Euangelica, quam Ecclesia possidet, & irrigat omnes recipere volentes. dicitur tamen desertus, quia tunc à paucis recepta erat fides. sed deserebatur, vt aliquid stultum, sed prima expositio melior est. *Quam in aurato Synagogæ templo.* Dicitur auratum, quia nihil erat in templo, quod non auro tegeretur, vt habetur 3. Reg. 6. cap. inuenit autem plus in fonte deserto Ecclesiæ, quoniam in eo mysteria prophetarũ ei reuelata sunt, & fidelis ac sanctus effectus est, in templo autem sola ænigmata respiciebat.

CAP. VI.

Hæc à me perstricta sunt breuiter. Neque enim epistolaris angustia euagari longius patiebatur, vt intelligeres te in scripturis sacris sine prævio, & monstrante semitam, non posse ingredi. Taceo de grammaticis, rhetoribus, philosophis, geometris, dialecticis, musicis, astronomis, astrologis, medicis, quorũ scientia mortalibus satis vel vtilissima est, & in tres partes scinditur, in doctrinam, rationem, & vsum. Ad minores artes veniam, & quæ non tam lingua quàm manu administrantur. Agricolæ, cementarij, fabri metallorum, lignorumque cęsores, lanarij quoque, & fullones, & cæteri, qui variam supellectilẽ, & vilia opuscula fabricãtur, absque doctore esse non possunt, quod cupiunt. Quod medicorum est, promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vindicant. Scribimus indocti, doctique poemata passim. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi præsumunt, lacerant, docent, antequam discant. Alij abducto supercilio grandia verba trutinantes, inter mulierculas de sacris literis philosophantur. Alij discunt prò pudor à fœminis, quod viros doceant, & ne parum hoc sit, quadam facilitate verborum, immo audacia edisserunt alijs, quod ipsi non intelligunt.

Hæc àme. Superiori capitulo demonstrata fuit difficultas sacræ scripturæ absolutè, hic demonstratur comparando ad alias artes seculares. Et diuiditur in duas partes, primo ponit difficultatem in artibus liberalibus: secundo in mechanicis ibi. *Ad minores.* Et hæc secunda in duas: primò agit quod dictum est. Secundo improbat pręsumptionem indoctorũ docere volentium, ibi. *Sola scripturarum ars.* Et hæc in quatuor, quia ista pręsumptio inepta est, superba est, probrosa est,

est, erronea est. prima ibi. *Hanc garrula anus.* Secunda ibi. *Alij abducto.* Tertia ibi. *Alij discunt.* Quarta ibi. *Taceo de mei similibus. Hæc à me.* Ista est quædam interpositio; quia cum ipse supra intenderit, quòd nemo sine magistro sacram scripturã intelligere potest, hic, idem probat, & quia incipit probare alio modo facit istam interpositionem. *Hæc à me præscripta sunt breuiter.* Idest probationes supra factæ de difficultate sacræ scripturæ breuiter factæ fuerunt, quoniam si secundum materiæ exigentiã fuissent dilatatæ, multum fuissent extensæ, quia multa dici poterant. *Nec enim epistolaris angustia.* Idest breuitas epistolæ. *Euagari longius patiebatur.* Nõ permittebat me multa dicere, quę dici potuissent. non dicit quòd ista epistola breuis sit, quia valde magna est, sed intendit dicere. *Quod angustia epistolaris.* Idest breuitas quam requirit epistola: quoniam epistola angusta, siue breuis esse debet, & vt seruaret naturam epistolarum, arctabat verba sub breuitate quantum poterat, sed ad vltimum non potuit, quia necesse fuit multa dicere, vt patet infra 8. cap. vbi dicit: cernis me scripturarũ amore raptum excessisse epistolæ modum, & tamẽ non implesse quod volui. *Vt intelligeres te in scripturis sacris.* Scilicet in canone Bibliæ. *Sine prævio, & monstrante.* Facit metaphoram de doctore ad monstrantem viam, quia monstrans viam præcedit, ideo pręuius vocatur, & monstrans, quia indicat viã quã tenere, & quã vitare debeamus. Sic doctor pręuius est, quia prius ipse exponit quàm auditor intelligat. *Semitam non posse ingredi.* Intelligentia sacræ scripturæ semita dicitur, quia via larga est, & multi possunt intrare per eam. semita autem stricta, & rari per eam sine errore incedunt. Et sic sacræ scripturæ intelligentia angusta est, nec deuiare licet, quælibet enim deuiatio mortis inducit periculum, quia qui male exponit ad hæresim promptus est. *Taceo de grammaticis.* Hic demonstrat difficultatem in omnibus artibus siue liberalibus, vel mechanicis, quæ sunt minores sacra scriptura, & arguit à minori sic. Si artes mechanicæ quæ minimum gradum difficultatis tenent, sine magistro sciri non possunt, quanto magis liberales, & si liberales sine doctore sciri non possunt, quanto magis sacra scriptura? ideo dicit. *Taceo de grammaticis.* Idest non est necessarium, quòd dicamus de difficultate in grãmaticis, & alijs liberalibus, quia etiã mechanicæ sine doctore nõ sciuntur Grãmatici sunt artifices de proprietatibus literarum, & vocum literatarum considerantes, aliqui tamen non solum grammaticam, sed dialecticã, & rhetoricam vocales, vel literales dicunt, & sunt quidem aliqualiter, sed non vt grammaticus, sed dialecticus magis rationalis quàm vocalis dici debet, cum sit Dialectica quædã ratio disserendi, idest regula inueniendi, & comprobandi falsum, & verũ, quia tamen non determinat sibi aliquod obiectum reale extra animam, sicut scientiæ mathematicæ, & naturales, eam vocalem impropriè dicunt; est enim magis modus sciendi quàm scientia. Rhethorica autem, quæ ad persuasionem, vt ad finem est, vocalis est magis, quàm Dialectica, quia in solis mẽtalibus terminis tota Dialecticæ ratio consistere potest. Rhetorica autem verbis indiget, vt alteri persuadeat. Differt tamẽ multum Rhetorica à grammatica, quia Grãmatica de solis vocum proprietatibus agit, Rhetoricus autẽ licet verbis vtatur vt organis, sed de persuasione, quæ passionalis, vel rationalis actus est, intendit. Item quia Rhetorica non solis vocibus vtitur, sed oculorum vigorẽ, vultus conueniens pondus, accommodatum singulis verbis sonum, efficacissimos corporis motus habet, vt ait Valerius lib. 8. de persuasione Demosthenis. Item dato quòd Rhetorica in solis vocibus consisteret, tamen vtitur eis, vt instrumento digrigẽs ad persuasionem, Grammatica autem tractat de vocibus, vt de obiecto, ideo de earum singulis conditionibus tractatũ agit. Rhetorica autem non de vocum conditionibus, sed de effectu, qui per voces conditionatas inducitur, scilicet de persuasione tractat. Et ideo Rhetorica grammaticam pręsupponit, quia pulchrum non fit sine recto. De Grammatica ait Quintilianus lib. 2. de oratorijs institutionibus: non sunt ferendi, qui artem grammaticam tenuem, & ieiunam cauillãtur, quæ nisi cæteris fideliter fundamenta iecerit, quicquid superstruxeris corruet: iuuenibus necessaria, senibus iucunda, dulcis secretorum comes, quæ omnium studiorum operis plus habet, ostentationis verò minus: sed quia quidam, quorum nondum in lacteo humore iuuenilia labia maduerunt, in sophisticæ vanitatis auras effugiunt, sic adhęret lingua lactantis ad palatum, & paruuli nostri siti exarent. Hanc in quatuor tantum modo linguis accepimus. s. Latina, & Greca, Hebraica, & Chaldæa, quæ propter hoc inter cæteras eminent dignitate, vt ait Vincentius in primo libro speculi doctrinalis, in qualibet tamẽ lingua grãmatica haberi potest omni alteri grammaticæ in formalibus eadem, & ab omni alia in sola illius gentis voce distincta. Huius artis apud Grecos Apollonius, & Herodianus sunt precipui pręceptores, vt ait Priscianus in prologo; apud nos autem Donatus, & Priscianus. *Rhetoricis.* Rhetoricam grammaticæ cõiungit, quia affinitatem magnam habet magis quàm aliæ artes, vt supra diximus. hęc enim ars magis coloribus, quàm rebus insistit. Est tamen in negocijs ciuilibus copiosa, & iucunda, de qua Alanus in Anticlaudiano libro tertio.

Hæc hyemem nescit frigus natale relinquens:
Usurpatque sibi risus, & gaudia veris.
Et faciem prati mentitur imagine florum.

In hac quatuor præcipuos præceptores habemus Gorgiam, Aristotelem, Tullium, & Quintilianum. *Philosophis.* Philosophi Græcè amatores sapientię nuncupantur. hoc nomen a Pythagora ortum habuit, vt ait August. 8. de ciui. Dei. & vtraq; philosophia hoc comprehenditur. s. naturalis, & moralis. Naturalis enim, quæ de rerum corporearum mouentium, vel motarũ solum origine, motu, & conditionibus agit, vsque orbes cęlestes attingens, de substantijs autem separatis nihil agens, quia de mouentibus non motis non est philosophica consideratio, vt patet primo Physicorũ. Hæc in multas partes scinditur, multosque habet prę- Cap. 2. ceptores, quorum precipuus Aristoteles est, qui secun- tex. 11. dum Commentatorem dicitur regula in natura. Moralis autẽ philosophia ad directiones humanas suum cõuertit tractatum: hæc mores dirigit, vitia corrigit, animam ornat, virtutes prædicat, vitia reprobat, bonũ informat, de qua Sapientiæ 7. sobrietatem, & prudentiam docet, & iustitiam, & virtutem quibus nihil vtilius in vita mortalibus. Huius autem quot philosophi fuere, tot sunt præceptores, sed excellentiores Socrates & Plato, Arist. & Seneca: primus tamen Socrates, qui omnem philosophiam ad corrigendos mores humanos conuertit, vt ait August. 8. de ciui. Dei. *Geometricis.* Per geometras etiam arithmeticos intelligit, quoniam Geometria arithmeticæ assecutiua est, quia proportio, & diuisio geometricarum magnitudinum numerorum, qui arithmetici sunt, habitudinem præsupponunt, quia omnium discretorum numerus prima regula, & mensura est. In hac duo maximi præceptores sunt. s. Pythagoras Samius, & Nicomachus Aristotelis filius, vt ait Alanus in Anticlaudiano libro tertio. De quo etiam ibidem.

Agmina disponit numerorum, prælia fingit,
Iudicat insultus varios numerosque rebelles.

Tandemque

Laus grammaticæ.

Logica magis modus sciendi, quàm scientia nuncupatur.

Tandem subtili concludit bella triumpho.

Geometria autem à mensuris terræ nomen accepit. γῆ enim terram signat: μέτρον autem mensuram. Hãc primo excogitasse fertur Aegyptus: nam Nilo flumine Aegypti, vltra soliti cursus alueum irrumpente confusisque limitibus prædiorũ, agrum ab agro prius per lineas diuiserunt, vt ait Isidorus Etymo. lib. 3. De hac ait Alanus in Anticlaudiano lib. 3.

Hæc mensurandi artem profundit & vsum
Edocet, immensum claudit, spacioſa refrenat.
Paruaque consequitur metitur magna profundum.
Scrutatur valles, habitat, ascendit in altum.

Huius artis tres maximos præceptores legimus. s. Thalem, Archimenidem, & Euclidem. *Dialecticis.* Dialectici non sunt artifices reales, sed rationales, quia differendi rationem edocent: huius artis maximus præceptor Arist. est, qui inuidiosa voce disceptãs se solum inuenisse contendit in fine 2. Elenc. sic inquiens: de Rhetoricis quidem erant multa, & antiqua dicta: de Syllogismis autẽ nihil aliud prius habueramus, quàm quod attritione quærente per multum tempus laborauimus. Est autem & quidam alius perfidus præceptor, qui veste vestitus sophistica sub Porphirij nomine Platonicos labores appropriat: de hoc ait Alanus in Anticlaudiano lib. 3.

Illic arte noua, pictor nouus, histrio veri.
Monstrat elenchorum pugnas logicaque duellum.
Cur pseudo logicus, artis fur, artis adulter?
Falsus & hypocrita furtiuus prædo sophista.
Mentitur logicæ vultum, fretusque quibusdam
Prodigijs tenta pro vero vendere falsum:

Sed quidam huius artis laborem superuacuum esse putantes nolunt laborare in vanitate sensus sui in dialectica facultate: quorum quàm stulta sit cogitatio stricti temporis monstrat examen, vt refert de quodã Boetius in lib. de Scholastica disciplina, qui cum dialecticorum fallacias contempsisset in die honorationis suæ leui sophismate confusus obiuit. *Musicis.* Musica enim armonicis vocibus, tubarum flatibus, & pulsatilibus concrepat organis. De hac ait Aug. à terra vsque ad cælum mensura cælestis musicę mẽsuratur: est namque in terra, Gamaut: in Luna, Are: in Mercurio, Bè mi: in Venere, Cefaut: in Sole, Desolre: in Marte, Elami: in Ioue, Effaut: in Saturno, Gesolreut. Sunt namque a terra vsque ad firmamentum septem toni: a terra vsque ad Lunam est vnus tonus: a Luna vsque ad Mercurium est semitonium: a Mercurio vsque ad Venerem est semitonium: a Venere vsque ad Solem sunt tria semitonia: a Sole vsque ad Martem est vnus tonus: a Marte vsque ad Iouem est semitonium: a Ioue vsque ad Saturnum est semitonium: a Saturno vsque ad firmamentum sunt tria semitonia, quæ vniuersa cõiuncta septem tonos efficiunt: tonus autem secundum quosdam cõtinet quindecim milia miliaria. *Astronomis astrologis.* Astronomia, siue astrologia dicatur, ad cælestia corpora pertinet: hæc sui dignitate cæteras liberales excedit, quia de subiecto altiori, & nobiliori cõtemplatur, & communi nomine pro eodẽ ista accipimus. Isidorus tamen in 3. Etymo. Cap. 26. differre dicit astronomiam, & astrologiam: astronomia enim cæli cõuersionem, ortus & obitus, motusq; syderum continet, vel qua causa ita notentur. Astrologia vero partim naturalis, partim superstitiosa est, naturalis dum exequitur solis, & lunæ cursus, vel stellarum, certasque ipsarum stationes: superstitiosa est illa; quam mathematici sequuntur, qui stellis augurantur: qui etiam duodecim cæli signa per singula animę vel corporis mẽbra disponunt, syderumq; cursu nativitates hominum, moresque prædicare conantur, quod non solum orthodoxorum fides abhorret: sed etiam philosophi detestantur, vt patet 3. de Anima, & 3. Ethi. in quibus negatur mala vel bona natiuitas, sed asseritur animam virtutem esse incorpoream, nec in operatione organo alligatam, patique nõ posse a corpore, quia nulla res agit vltra suum genus. *Medicis.* Medici autem artifices naturales sunt multum particulares, quia vbi definit philosophus, ibi incipit medicus, vt patet in principio primi de Sensu & Sensato. Hanc quidam inter mechanicas ponunt, quia manu odoratu, visu, & gustu exercetur. Hæc enim quia de particularibus experientijs est deductis ab aliquibus vniuersalibus rationibus, in deductione & applicatione nimis contingit errare, propter particularium conditionum multiplicitatem, quas secũdum vniuersum considerare cuilibet medico valde difficile est, & si considerare omnis velit, cognoscere tamen nõ sem per possibile est. *Quorum scientia mortalibus satis vtilissima est.* Scientiæ speculatiuæ honorabiles sunt, & non vtiles, practicæ autem vtiles sunt, & non honorabiles: licet secus sit de sacra Scriptura, quę practica est, & honorabilissima. Istæ autem artes omnes speculatiuæ sunt preter medicinam, quæ ad factionem ordinatur, ideo factiua dici potest, & hæc vtilissima est, quia de sanitate restauranda, & conseruanda agit, quo nihil melius, & vtilius viuẽti est. Aliæ autem proprie sumptæ nullo modo sunt vtiles, nisi quia actus cuiuslibet illarum retorqueri potest ad hominum vtilitates. Grammatica vt per eam nos intelligamus, quod valde prodest ad communicationes multarum gẽtium. Dialectica quidem, vt sciamus nos a rationũ impetu impugnantium defensare. Rhetorica autem, quia in negocijs ciuilibus copiosa est, & quia per eam persuademus vt aliquod bonum assequamur. Arithmetica quidem ad communes numerationes; Geometria autem ad ædificiorum mẽsuras extenditur. Musica autem ad condelectationes, & morum meliorationes. De quo multa philosophus in 8. Politicorum. Astrologia enim vt considerata ex astris natura temporis sciamus contra imbres, vel siccitates, siue ardores de remedio & victualibus prouidere, & hęc omnium vtilissima est. *Vt in tres partes distinguitur.* Posuit scientias speculatiuas sub enarratione singulari. Hic ponit eas sub quadam communiore diuisione, & distinguit in tres partes, scilicet doctrinam, rationem, & vsum, & ponit nomina Greca correspõdentia istis, de quibus non multum ad nos: istę partes sæpius & a multis assignantur, tractat de eis Augu. de ciui. Dei, lib. 8. cap. 4. Isidorus 8. Etymo. cap. 6. Sub doctrina omnes mathematicæ & naturales, & mechanicæ comprehenduntur, sed propriè mathematicæ sunt doctrinales, quia per demonstrationem procedunt, de quo Isidorus 3. Etymo. Ratio autem omnes artes cõtinet, quę de aliquo fabricato per rationem considerant: sicut sunt grammatica, dialectica, & rhetorica: grammatica enim quæ de vocibus tractat, inter eas intendit congruitatem, & incongruitatem, quæ per rationem fabricantur. Dialectica, quæ inter voces illationem facit in eis bonam, & malã habitudinem, vel vt proprius dicamus, veram & falsam dissonam, vel consonam vnionem: hæc autem habitudo ab anima fabricatur. Rhetorica autem ornatis eloquijs cum alijs obseruationibus persuasionem cõficit, quæ ab anima est. Nec vox est, nec aliquid rei existentis, sed quod ab anima artificiosè cõficitur: vsus dicitur moralis philosophia, quia vsus. i. mores humanos dirigit. *Ad minores.* Hic ponitur secũdum. s. comparatio ad artes mechanicas. *Ad minores artes.* Vocantur mechanicæ minores, quia non sunt de obiecto ita perfecto sicut liberales, quæ sunt speculatiuæ. Item quia istæ pertinent ad potentias executiuas, liberales autem ad solam potentiam intelle-

intellectiuam. Item quia mechanicæ ordinatur ad aliud, & sunt vtiles. Speculatiuæ autem sunt honorabiles, & propter se. *Quæ non tam lingua quàm manu administrantur.* Idest quòd mechanicæ artes magis indigẽt operatione manuali quam vocali: liberales autem in sermone administrantur. Artes autem siue speculatiuæ, vt liberales, siue factiuæ, vt mechanicæ in intellectu sunt, cum sint quidam habitus. Ars autem mechanica est habitus, cum recta ratione factiuus, ideo ponitur in intellectu practico, vel proprius in factiuo. Ars autem liberalis est in intellectu speculatiuo, licet habeãt quandam similitudinem inter se propter quã liberales artes vocantur: administratio autem istarum est ad extra: mechanicæ enim ad extra per manum exercentur. Liberales autem in lingua, vt grammatica, rhetorica, & sic de alijs: necaliquo modo ista habent administrationem manualem. Aliquæ literæ habent hic. *Quæ non tam λογος quàm manu.* Et eadem sententia est, quia λογος sermo est, vel lingua. *Agricolæ.* Qui agros colunt: ista ars principalis in œconomia est, quia principalius homines viuunt de agricultura, quàm de venatiua, vel piscatiua, siue pastorali, vt patet primo Politi. *Cementarij.* Qui cementa faciunt & ista ars subalternatur domificatiuæ, quia sicut pars subalternatur toti, ita scientia de parte subordinatur scientiæ, quæ de toto, & quia ædificatiua est ad totam domum, & cementum est pars domus, ideo cementaria ars sub ædificatiua est. *Fabri metallorum.* Faber nomen generale est ad omnes artifices disponentes materiam duram, & ideo ponitur illud nomen cum adiectione, scilicet, faber lignarius, vel faber ferrarius. Faber metallorum duo significat, scilicet illũ, qui de aliquo metallo aliquid agit, vt aurifex, argentarius, ferrarius, & sic de alijs metallis, vel fabri metallorum, qui metalla effodiunt de mineris, & cauernis terræ. *Lignorumque cæsores.* Idest incisores, quia cędo, dis, significat scindere, percutere, occidere: ambulare, locũ dare: sic dicitur: cędebant ramos de arboribus, vt patet Matth. 21. cap. & in scindendo ligna ars quædam est: non enim sciunt omnes ligna qualiter oportet secare: ars autem & habitus circa difficilia sunt, vt patet 2. Ethic. *Lanarij.* Idest textores lanarum vel alij dispo Cap. 3. nentes lanam ad texendum, sicut multa fiunt in lana, ita sunt multæ artes subarchitectonicæ arti textoriæ. *Et fullones.* Dicuntur fullones, qui pannos candificãt lauando eos in aquis, vt patet Isa. 7. cap. ad extremum aquæ ductus piscinæ superioris in via agri fullonis: erat enim ibi piscina, idest lacus, in qua lauabãtur panni, & ibi ager fullonis, in quo panni loti arefiebant, vel dicitur fullo, qui pannos de textrinio adductos expurgat quibusdã tribulis, & parat. De hoc habetur Malach. 3. cap. Ipse est enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Dicitur illa herba, cum qua pulueremur, & alias immũditias à vestibus excutiũt, & emundant. *Et cæteri, qui variam supellectilem.* Supellex dicitur a supplendo, quia necessitatem nostram supplet, & est nomen commune ad omnia vasa vtensilia, siue ornamenta domus, quibus ad necessitatem nostram vtimur, & sicut sunt multa supellectilia, ita sunt variæ artes, per quas fabricantur. *Et vilia opuscula.* Vt macellarij, cerdones, piliparij, coriorum temperatores, & alia officia, quæ banausa, idest corporis cõmaculatiua vocantur à Philosopho sæpe in libris Politicorum: Lib. 4. c. 4. & sunt ista quæ corpus maculant vt prædictę, & similes. *Absque doctore esse non possunt, quod cupiunt.* Idest non possunt fieri periti in arte, quam ipsi desiderant. *Quod medicorum est promittunt medici.* Hic reprobat presumptionem eorum, qui docti non sunt, & docere volunt, & exponere scripturas: & ponuntur isti versus in epistolis Horatij. *Quod medicorum est promittunt medici.* Idest soli medici promittunt sanitatem, ad quos pertinet. *Et tractant fabrilia fabri.* Idest soli fabri tractãt de rebus fabrilibus, vtrum sint bene, vel male factæ, vel qualiter fieri debent. *Sola ars scripturarum.* Idest sola ars docendi vel intelligendi sacram scripturam. *Quam omnes passim.* Idest indifferenter, vel communiter. *Vindicant.* Vel vsurpant siue appropriant, ita quòd in alijs officijs quilibet iudicat de suo officio. Hic autem nulla facta differentia omnes iudicant de intellectu scripturæ. *Scribimus indocti.* Iste est versus Oratij. *Omnes indocti.* Scilicet in arte poetica. *Vel docti scribimus passim.* Indifferenter. *Poemata.* Idest versus: ars est poetria: poema est id, qđ cõponit: vnde ait Ebrardus:

Arte poetria fungor, sed fingo poema:

Et ponit Horatius quosdã versus de ista materia in eadem epistola ante istum, scilicet,

Mutauit mentem populus leuis, & calet vnõ
Scribendi studio, puerique senesque seueri.
Fronde comas nitidi ornant, & carmina dictant.

Hanc garrula. Hic demonstratur quòd ista doctrina est inepta, quia isti qui docent ad docendũ inepti sunt, & referuntur omnia ista ad illa verba lacerant, & docent. *Hanc garrula anus.* Idest vetula ineptè loquax. *Lacerant hanc.* Idest sacram scripturam, quia dicit asserendo aliquid de sacra scriptura, & quod deterius est, quia quæ dicunt defendere volunt tanq̃ illa, vt veritates firmissimè constarent. *Hanc delirus senex.* Idest senex, qui rectum iudicium propter senectutem perdidit, & dicitur delirus, quasi discordans, scilicet à ratione, vel veritate, & dicitur de λήρια dictione Græca, quæ deuiationem vel errorem notat. Et sic dicitur Origenis λήρηματα, idest quidam liber in quo ponuntur errores in quibus deuiat Origenes ab eis, quæ tenet orthodoxorum Ecclesia. *Hanc sophista verbosius.* Dicitur sophista, quasi apparens sapiens, & isti verbosi sunt ex quo sapiẽtes apparent. Vnde ait Philosophus primo Elenc. quòd sophista est copiosus ab apparenCap 2. ti sapientia. *Hanc vniuersi præsumunt.* Idest vsurpant accipientes & dicentes se rectè intelligere. *Lacerant.* Quia sensus coniunctos disiungunt, & in diuersas partes ad libitum suum scripturam renitentem trahunt. *Et docent antequam discant.* Quod valde præsumptuosum est. *Alij abducto.* Hic probat esse doctrinam superbam: abductio supercilij est quidam gestus, qui demonstrat superbam inflationem. Supercilium dicitur desuper & cilium: cilium autẽ descendit a verbo celo, quia oculos celat, vel à cileo, ideest moueo, quia in apertione oculorum frequenter mouentur, vt ait Isidorus 11. Etymo. *Grandia verba trutinantes.* Idest Cap. 1. ponderantes, quia cum pondere verba loquuntur: dicitur enim trutina pondus vel statera. *Grandia verba.* Idest inflata & obscura quantum ipsi possunt, licet ea non intelligant, & sic dicit Horatius in poetria,

Telephus, & Peleus cum pauper, & exul vterque
Proijcit ampullas, & sesquipedalia verba.

Ampullæ dicuntur vesicæ turgentes, quæ dilatantur, & sunt verba inflata, & sesquipedalia verba, idest verba implentia totum pedem, idest facientia perfectam prolationem & magnam; quia isti cum solennitate verborum, & gestus apparatu loquũtur. Aliqua enim verba faciunt dimidium pedem, quæ imperfectæ prolationis, & sine solennitate sunt. *Inter mulierculas de sacris literis prophetantur.* Idest disputant, vt videantur sapientes, nec audent coram sapientibus, ne eorum stultitia cognoscatur. *Alij discunt.* Hic demonstratur quòd ista doctrina est probrosa. *Prò pudor.* Magnam confusionem, & horrorem significat, & componitur de pro. interiectione detestandi, vel abhorrẽdi, & pudor. Et ponitur pudor absolute, & est sensus. *Pro pudor.* Idest valde magna verecundia, & abominatio

minatio est, quòd aliqui de istis discunt a fœminis aliquid, quod post doceant viros, & isti amentiores sunt quam primi, quia primi inflate loquuntur, sed inter mulierculas, non audentes coram viris dicere de quo confundantur. Isti autem à fœminis discunt, quæ imperitæ sunt, & instabiles, vel imperfectæ rationis. Viri autem a natura stabiliores sunt, & sapientiores: & tamen non verentur velle docere viros scientes, coram quibus confundentur: isti stulti sunt, & seipsos stultos non vident. *Et ne parum sit hoc.* Isti nolunt accedere ad profundum stultitiarum, & quia parum videretur, si hoc malum solum committeretur, ideo addunt aliud. *Quadam facilitate verborum.* Idest faciliter, & sine timore vel studio loquentes, quasi si brutis animalibus loquerentur. *Immo audacia.* Quia quicquid eis in mentem veniat, dicere non formidant. *Edisserunt alijs.* Idest declarant, vel exponunt.

Taceo de mei similibus, qui si fortè ad scripturas sanctas post sæculares literas venerint, & sermone composito aures populi mulserint, quicquid dixerint, hoc legem Dei putant. Nec scire dignantur quid Prophetæ, quid Apostoli senserint, sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia: quasi grande sit, & non vitiosissimum dicendi genus deprauare sententias, & ad voluntatem suam sacram Scripturam trahere repugnantem, quasi non legerimus Homerocentonas, & Virgiliocentonas, ac non sic etiam, & Maronem sine Christo possimus dicere Christianum, quia scripserit:

Iam redit & virgo, redeunt saturnia regna.
Iam noua progenies cœlo demittitur alto.

Et patrem loquentem ad filium.

Nate meæ vires, mea magna potentia solus.

Et post verba Saluatoris in cruce.

Talia perstabat memorans, fixusque manebat.

Puerilia sunt hæc: & circulatorum ludo similia: docere quod ignores: immo, vt cum stomacho loquar, nec hoc quidem scire quod nescias.

Taceo de mei similibus. Hic demonstrat, quòd sit doctrina ista erronea. *Taceo de mei similibus.* Hic est color rhetoricus, qui dicitur occupatio: quando aliquis dicit se non dicere, & dicit: & dicit se dimittere, & non dimittit. *Taceo.* Quasi dicat; ista, quæ dicta sunt, multum grauia sunt, sed alia sunt graviora, quæ taceo. & tamen immediatè illa explicat. *De mei similibus.* Hieronymus miscet se hic malis, ne videatur alios mordaciter redarguere. *Qui si fortè ad scripturas sacras post sæculares literas.* Idest scientias Philosophorum, & artes liberales. *Venerunt.* Isti enim solent suo ingenio confidentes propter sæcularium literarum peritiam omnia ad libitum iudicare, quam in sacra scriptura approbandi potestatem assumpserunt. *Et sermone composito aures populi mulserunt.* Idest si potuerunt per dulcia verba captare populi attentionem, & fauorem, vel applausum. *Quicquam dixerint hoc legem Dei putant.* Idest ista firmiter asserentes quicquid dixerint sicut si lex Dei esset, quæ immutabilis est, & iste pessimus error est.

Nec scire dignantur. Idest non curant scire. *Quid Prophetæ quid Apostoli senserint.* Hæc faciunt, quia nimis ingenio suo & præsumptione confidunt. *Sed ad sensum suum incongrua aptant testimonia.* Conformant enim intellectum scripturarum suo prauo intellectui, sed in omnibus, quæ fiunt, semper oportet dare regulam, per quam ea, quæ fiunt mensurentur: & sicut regula debet esse certissima, ita debet conformari operatio illi, inquantum possibile est. Cum ergo in omni veritate veritas diuina sit certior, & immutabilior, ergo omnes aliæ debent regulari per illam, & inquantum conformantur illi, sunt veræ: inquantum autem deuiant ab illa, deuiant a natura veritatis. Sacra autem scriptura veritas diuina est, ideo iudicium nostrum debemus regulare per illam applicando ad eam, non autem applicare legem Dei ad intellectum nostrum; quia sic peribit omnis cognitio veritatis cessante certo modo cognoscendi.

Quasi grande sit. Idest isti ita ista faciunt, quasi gloriantes se facere magna reducendo distorte legem Dei ad suam intentionem, & non vident vitiosum dicendi genus deprauare sententias: immo nullum genus dicendi magis vitiosum est, quàm deprauare sententias.

Scripturam trahere repugnantem. Scriptura repugnat istis, quia non vult niti vere intelligi: isti autem per varias falsitates distorquent. Et iste modus tollit omne scire, quia cum voluntates hominum sint infinitæ, & quilibet vellet scripturam ad suam intentionem retorquere, nihil certum vnquam haberemus: Et sic aliqui legentes libros Poetarum nituntur retorquere ea, quę ipsi Gentiliter dixerunt ad fidei nostræ conformitatem, & maximè fuit hoc factum in Virgilio, & Homero: tamen fieri non deberet, quia valde a nobis eorum distat intentio.

Quasi non legerimus Homerocentonas. Homerus auctor antiquissimus, qui fuit annis à creatione mundi quater mille ducentis sexaginta regnante Iosaphat apud Iudæos, vt a pluribus tenetur: licet de eius tempore varie ferantur opiniones. De quo Valerius Maximus libro nono cap. de mortibus non vulgaribus Homerus cum in quadam insula quæstionem sibi factam à piscatoribus, soluere non valeret, præ tædio mortuus est. De hoc ait Eusebius historicus in chronicis Homerus Iliadam librum de bello Troiano composuit, qui laudes continet Achiuorum. Hunc postea Tullius in metrum latinum conuertit. Fecit quoque librum de periculis Vlyssis, qui Odyssea intitulatur, & istos duos libros Patricius Ierosolimitanorum præsul optimus, Cosmas, atque Simplicius, nec non, & Eudoxia Theodosij Iunioris Imperatoris vxor perlegentes aliqua, quæ facere videbantur ad honorem Christi, & beatæ Virginis, inde descripserunt in vnum librum compilantes, qui vocatur Homerocento, vel Homerocentona.

Et dicitur Homerocento de Homerus, & cento centis, idest punctator, quia isti totum librum legebant, & cum aliquem versum inuenirent, qui suo proposito consonare videretur ibi centonem, idest punctum collocabant, vt postquàm totum opus perlegissent, facilius versus, quos volebant inuenirent, & sic dicitur Homerocento, idest liber collectus de versibus punctatis in Homero.

Vel secùdum Isidorum primo Etymo. dicitur cento, qui de multis aliorum carminibus ad propria more centenario ex multis non inde compositis, vnum corpus

corpus farcit. Et sic dicetur Homerocento, de Homero, & centum, quia quasi de centum versibus vnus sumebatur. Sic dicitur de Virgilio centona, quę de libris Virgilij excerpta est Proba vxore Adelphi de cõtinentia noui, & veteris testamenti, & continet illa cõpilatio septingentos & quinque versus. Fuit autem Virgilius de ciuitate Mantua oriundus Poetarum Latinorum flos, & caput, totius eloquentiæ decus. Floruit sub Octauiano Imperatore mortuusque fuit paulo ante Natiuitatem Christi, scilicet annis sexdecim, vt ait Eusebius, quia sub illo Imperatore Christus natus est, vt patet Luc. 2. cap. Fuit iste Virgilius in necromantica arte potentissimus, & in alijs deceptorijs artibus. Refert enim Helinandus Chronicorum, libr. 16. quòd fecerit muscam æneam in porta Neapolis, quæ cæteras muscas a prædicta ciuitate pellebat, fecit quoque macellum, in quo carnes nullæ putrescerent, fecit & alia mirabilia opera, quę pènè incredibilia videntur, & tamen vsque hodie extant, scilicet in terra Neapolis per montium viscera iter latẽs, & subterraneũ, pontes quoq; altissimos, qui a montium summis verticibus vsque ad aliorum montium capita protendun tur, & Euboicas balneas ad totius corporis sanitatem, in quibus erant domunculæ, & factę imagines demõstrantes digito partes corporis, quibus illa aqua proficiat. Sed hęc a Salernitanis medicis post per inuidiam destructa sunt, sed aliquid de illis vsq; hodie supereſt, fecit libros Aeneidos, Bucolicorum, & Georgicorum, de quibus Virgiliocentones excepte sunt. *Quasi non legerimus Homerocentonas.* Idest isti ita distorquent auctoritates, quasi nos nesciamus quid est deprauare sententias, vel non legerimus Homerocentonas, in quibus deprauantur sententiæ.

Vel aliter, vt respondeat superiori literæ, in qua dicebatur, quòd isti putabant magnum esse deprauare sententias. Hoc non est magnum, & putãt, quòd nos non possumus facere, quasi non legerimus Homerocentonas, idest versus extractos de Homero. *Et Virgiliocentonas.* Idest versus extractos a Virgilio, & putant quod nos non possumus dicere. *Maronem.* Idest Virgilium. *Sine Christo esse Christianum.* Idest non aduertendo ad Christum scripsisse auctoritates de Christo; qa hoc implicatio contradictionis est, scilicet, quòd scribendo non intellexerit de Christo; ea, quæ dixit, & tamen ad Christum ea retulerit. *Quia scripserit. Iam redit & virgo.* Idest propter ista, quæ dixit volunt, quòd de Christo intellexerit. Et notandum, quòd isti primi versus assumuntur de libro Bucolicorum, de Ecloga 4. quæ intitulatur: De interpretatione noui sæculi, & incipit, Sicelides musę. In qua agit de Polione duce exercitus Romani, qui tempore Virgilij sub Octauiano contra Salonam Dalmatiæ ciuitatem pugnauit, & capta ciuitate factus fuit Consul, eodem anno filium habuit, quem a Salona deuicta in laudem triũphi Saloninum vocauit, qui natus mox parentibus risisse dicitur, quòd erat malum omen: in ipsis enim vitæ præmordijs vita defunctus est. Virgilius autem volens cõsolari Polionem de prædicto homine, antequam Saloninus moreretur, fecit istos versus dicens, quòd in diebus Salonini essent dies magnæ iustitiæ, & tranquillitatis, ideo dicitur: *Iam redit, & virgo.* Idest virgo, quæ dicebatur Astræa, vel iustitia, quæ recesserat olim a terra propter multa mala, quę fiebant in terris redibit ad terram tempore Salonini, quia tanta erat futura iustitia, vt dicebat Virgilius, in tempore Salonini, quòd videretur redijsse illa virgo, quę propter iniustitiam terras reliquerat.

Dicitur enim in fabulis de Astræo Rege, quòd filiam habuerit, quæ tantum iustitiam diligebat, quòd quando vidit tot mala, & iniustitias in terra, rogauit deos, quòd eam tollerent de terra ad cęlum, & dicũt, quòd translata fuit in cœlum, de qua Ouidius Metamor. libro primo, ait.

Victa iacet pietas, & uirgo cęde madentes
Vltima cœlestum terras Astręa reliquit.

Dicitur ista iustitia virgo propter incorruptionem, quia iustitia fauore, vel munere corrumpitur. Et dicitur, quòd ista virgo Astræa reliquit terras madentes cęde, idest sanguine, quia multi iniustè occidebantur. Vltima cœlestum, idest post omnes Deos cœlestes, quia ponunt Poetæ, quòd omnes dij cum aliquando fuerint inter homines, quòd post deificationem suam inter Astra collocati sunt. Sed omnes dij eorum in prima ætate, quæ computatur sub Saturno; vel in secunda, quæ incepit computari a Ioue stellificati sunt: Astræa autem virgo in tertia ætate ænea computatur, cum inceperunt mala ad perfectionem, & cumulum peruenire. *Redeunt Saturnia regna.* Idest in tempore Salonini erit tanta rerum abundantia, & tranquillitas sicut tempore Saturni.

Ouidius in primo Metamor. distinguit tres ętates. Primam ponit fuisse a principio rerum vsq; ad finem regni Saturni, qui regnauit in Gręcia in insula Cretẽsi, quę nunc Candia dicitur, & hanc ætatem vocat auream, quia fuit melior alijs ætatibus, sicut aurum cætera metalla præcellit. In hac non erant vrbes, non domus, non arma, non bella, non dominia, nec regna, non erat agricultura; sed terra libenter producebat pertinentia ad victum, aqua autem fontanæ, & fluuia lis potus erat. Nullus nauigare sciebat, nec ibat in terras incognitas. Ista describuntur a versu, qui incipit: *Aurea prima sata est.* Vsque ad versum, qui incipit: *Postquam Saturno.* Et hanc scribit Boetius de consolatione libro 2. Metro. 5. quod incipit: *Fœlix nimium.* Prima ætas mũdi.

Secundam ætatem dicit incœpisse, incipiente regno Iouis, & tunc nouiter incœpit distingui tempus in quatuor tempora ver, æstatem, hyemem, & autumnum, quia ante, vt dicit ipse, Secũda ętas.

Ver erat æternum placidique tepentibus euris,
Mulcebant Zephyri natos sine semine flores.

Et hoc nos dicimus fuisse in prima ętate ab Adam vsque ad Noè, & hoc accidit illis propter duo, vel quia erant omnes coniuncti in terra temperatissima, scilicet in quarto climate, in quo est Ierusalem, & illa est terra valde temperata, sicut dicimus de Aegypto, in qua non pluit, nec ningit, nec aliæ similes impressiones fiunt, & tunc idem tempus erat omnibus, quare non habebant temporis intemperiem. Vel propter mutationem aspectus siderum, quia in tempore illo respiciebant quędam sidera terram nostram habitabilem, quæ nunc non respiciunt, a quibus tempus illud temperabatur, & iste aspectus erat secũdum motum proprium octauæ sphęræ, quæ mouetur in centum annis gradu vno, & ideo non redibit idem aspectus, quousque consumentur triginta sex mille anni, si tãdiu mundus duraturus foret. Si autem ille motus foret secundun alium orbem, vel planetam, iam multotiens redijsset idem aspectus; quia cuiuslibet alterius orbis motus breui tempore fit.

Et ista etiam est causa quare homines non tamdiu viuunt, nec sunt tantę staturę, nec roboris, & hoc manifestè patet, quia aliquo tempore aliqua terra erat viberrima, nunc autem redacta est totaliter sterilis; aliquando erat aliqua tellus habitabilis, nunc autem inhabitabilis, & mare intrat aliquam partem terræ habitabilis; quam alijs temporibus non intrabat, vt patet in Gadibus Herculis, quæ sunt in ciuitate Cadicen. vltra Hispalim in littore Tyrrheni maris: quidam vocãt istas Gades Herculis, sed nõ sunt secundum veritatẽ, quia istę sunt apud montem Athlantem in fine orbis

contra Occidentem apud locum, vbi Oceanus fauci- F
bus Toroni maris absorbetur apud montem Athlan
tem famosissimum in confinio Africæ, & Europæ,
vt patet per Paulum Orosium primo libro de Ormes
ta mundi. Sed alij dicunt Gades Herculis esse mon
tes ipsos inter Hispaniam, & Africam, per quorum
supturam absorbetur æstus maris Oceani Athlantici.
Est mons Athlas ex parte Africæ, & Calpe ex par
te Hispaniæ. accipiendo autem Gades primo modo,
vt vulgo dicitur, licèt contra Solinum, & Paulum O
rosium fuerint factæ illę Gades, ideſt columnæ, tem
pore, quo apud Iudæos Iepte, & Thola iudices erant,
quia tunc venit Hercules in Hispaniam, a quo tempo
re vsque nunc, fluxerunt anni ferè ter mille septin- G
genti, & quinquaginta, vt patet colligendo chroni
ca temporum. Fuerunt autem factę columnæ in lit
tore maris, nunc autem multum vltra eas transiuit
vnda maris, vt vix columnarũ summitates appareant.
Oportet, ergo si mundus multum durauerit fieri, a
lias naturales dispositiones in terra, & populis. Incœ
perunt ergo in ista secunda ætate domos facere, vel
cauceas pro domibus habere, & terram ad victum se
minare.

Tertia mũdi ætas. Tertia ætas computatur a tempore, quo incœpe
runt arma, bella, & dominia, nauigationes, vrbium
muratarum ædificationes, libidines, furta, & periu
ria, & omne genus sceleris, quod describit Ouidius:
vbi incipit versus: *Tertia post illam.* Vbi varia pecca
torum, scelerum, atque facinorum posita sunt. Et ad H
vltimum ait,

Effodiuntur opes irritamenta malorum
Iamque nocens ferrum, & ferro nocentius aurum.
Prodierat, prodit bellum, quod pugnat vtroque
Sanguineaque manu crepitantia concutit arma.
Viuitur ex rapto, nec hospes ab hospite tutus,
Non socer a genero, fratrum quoque gratia rara est.
Imminet exitio vir coniugis, illa mariti:
Lurida terribiles miscent aconita nouercæ
Filius ante diem patrios inquirit in annos
Victa iacet pietas, & virgo cęde madentes.
Vltima cœlestum terras Astræa reliquit.

Hęc tertia ætas erat, quãdo Virgilius scribebat ista I
de Salonino filio Polionis, quasi annuncians magnũ
gaudium, scilicet, quòd in tempore Salonini terra re
diret ad dispositionem beati temporis, quod fuit in
ætate aurea sub Saturno regnante. *Iam noua progenies.*
Ideſt Saloninus, qui dicitur noua progenies, quia illo
anno natus est, quo ista dicta sunt, vel magis dicitur
noua progenies, quia ipso viuente innouari debebat
mundus, scilicet, quòd redirent Saturnia regna, & iu
stitia, quæ ante terras reliquerat. *Cęlo demittitur alto.*
Ideſt venit ab alto cælo quasi dicat, quòd dij miserunt
de cœlo Salonimum, vt faceret ista bona in terra, ideſt
quòd non natus fuit Saloninus a casu, vel sine Deorũ
dispositione, sicut alij homines ignobiles, vt poetę vo
lunt, sed magnum consilium fuit Deorum, & deli
beratio, vt eum ad innouandas terras nasci facerent.
Isti tamen Virgilijcętones dicunt, Virgilium de Chri- K
sto ista dixisse, qui de cœlo ad nos venit. Et in hoc
multum deficit quidam de ordine Minorum dictus
Vitalis, qui volens probare Beatam Virginem sine
orginali macula conceptam fuisse, quod quidem nul
lo modo nego, sed toto animo confiteor, licèt oppo
situm dicere, non videtur magnus error, nisi pertina
citer dicatur, volendo aliquid de perfectione Beatæ
Virginis detruncare, induxit ista testimonia, & quędã
alia de libris Ouidij, quæ multum peregrina sunt. *Et*
patrem loquentem ad filium. Isti corruptores sententiarũ

Io. Vitalis Gallus qui speculum morale sacræ Scripturę edidit, reprehenditur.

dicebant, quòd ista prædicta dicebat de Christo Vir
gilius in persona hominum existentium in terra tem
pore Natiuitatis Christi. Hæc autem quæ sequũtur di
cunt esse verba patris ad filium. *Nate meæ vires.* Quę
sic exponunt, ideſt o fili, in quo sunt vires meæ, &
tota potentia mea, quia tota patris perfectio commu
nicatur filio. *Mea magna potentia solus.* Ideſt licèt alijs
ego dem potentiam, esse, & bonitatem; tibi tamen so
li dedi meam magnam potentiam, & ita totam potẽ
tiam. *Et post hęc.* Ideſt, interpositis quibusdam vers
bus Virgilij. *Verba Saluatoris in Cruce.* Ideſt dicunt,
quòd ista, quæ sequuntur pertinent ad Christum lo
quentem in Cruce. *Talia perstabat memorans.* Stabat di
cendo quædam, quæ ibi non ponuntur. *Fixusque ma
nebat.* Ideſt manebat crucifixus.

Sed ista nullo modo possunt de Christo intelligi, vt
patet ex contextu literę, quia isti versus ponuntur in
fine primi Aeneidos, & sunt verba Veneris loquentis
ad Cupidinem filium suum, vt assumeret imaginem
Iulij Ascanij filij Aeneæ, & nepotis Veneris, & inflã
maret Didonem reginam Carthaginen. ad amorem
Aeneæ. Destructa nanque Troia monitu Deorũ Ae
neas assumptis nauibus veniebat noua mœnia in Italia
conditurus, qui sustinens in maris fluctibus magna
naufragia, inuidia Iunonis deæ, quæ Troianis infesta
erat, perditis multis de suis, ad oras maris Libyci ap
pulsus est, venit autem ad ciuitatem Carthaginem,
quam tunc Dido regina Phœnicum construebat. Dea
autem Venus mater Aeneæ voluit eum exaltare, con
iungendo eum Didoni reginę, & vt ipsa moueretur
in amorem eius, Venus locuta est ad filium suum Cu
pidinem, vt eam inflammaret, & dicit. *Nate.* Ideſt, o
Cupido, qui es natus meus. *Meæ vires.* Ideſt in te sunt
totæ vires meæ ad inflammandum in amorem. *Mea
magna potentia solus.* Ideſt tu habes solus meam ma
gnam potentiam, scilicet mouendi pueros iuuenes,
& senes, virgines, & corruptas. De potentia istius lo
quitur Seneca, tragœdia quarta, quę dicitur Hippo
lytus.

Diua non miti generata ponto
Quam vocat matrem geminus Cupido.
Nulla pax isti puero; per orbem
Spargit effusas agilis sagittas:
Tela quæ certo iaculatur arcu.
Non habet latam data plaga frontem:
Nouit hos æstus Iuuenum feroces
Concitat flammas senibusque fessis.

Et post verba Saluatoris. Ideſt isti versus ponuntur post,
quia alij ponuntur in fine primi Aeneidos. Isti autem
ponuntur in 2. Aeneidos, & sunt verba Aeneę loquẽ
tis de patre suo Anchise.

Vnde sciendum, quòd postquam Aeneas venit in
ciuitatem Carthaginensem: Dido Regina inuitauit
eum, & rogauit, quòd narraret historiam Troiani
belli, quod valde famosum erat, qui incœpit in secun
do Aeneidos enarrare totum vtriusque partis confli
ctum dulcissimis verbis, donec venit ad combustio
nem, & totale Troiæ excidium: in quo monitus fuit
nocte, qua arsit Troia, vt recederet inde, & adduce
ret secum patrem suum Anchisen. Anchises autem
nolebat recedere, sed mori patria pereunte: vnde di
citur de eo ibidem.

Abnegat abscissa vitam producere Troia
Exiliumque pati.

Et multa alia, & Aeneas respondebat ei, erantque sic
contendentes, & ad vltimũ ait Aeneas Didoni. *Talia*

perstabat

perstabat memorans. Ideſt pater meus Anchises stabat A
dicendo ista, quæ tibi dixi, & multa alia similia. *Fixus-
que manebat.* Et in omnibus his manebat fixus, ideſt,
immotus nolẽs a patria Troia recedere. Isti libri duo,
s. secundus, & quintus Aeneidos tanta verborum,
& sententiarum quodam admirabili ordine coniun
ctarum repleti sunt, vt dicat Augustin. 8. lib. Confes
sionũ, quòd dum quintum Aeneidos librum legeret
se sępe ad lachrymas fuisse compulsum. Me quoque
paruulum, quem in tanti Doctoris præsentia minimè
nominare deberem, confiteor in lectione secundi,
& quinti fuisse sæpius lachrymatum: tanta enim ver
borum dulcedo tenera prœcordia intrat, vt nemo qui
eorum dulcissimum sentiat gustum, valeat cordis, at
que oculorum lachrymas continere. De Homero-
centonis autem nihil dicit hic Hierony. *Puerilia sunt* B
hæc. Demonstrat hanc doctrinam esse ridiculosam,
quia isti docent ea, quę nesciũt, quemadmodum pue
ri balbutientes, nec quicquam intelligentes, nec ad
plenum verba formare valentes. *Et circulatorum ludo
similia.* Ideſt doctrina istorum videtur similis ludo cir
culari, & volunt aliqui, quòd intelligatur hoc de lu-
Cap. 27. do circensi. De quo Isidorus 18. Etymolog. Circen
ses ludi, ideo dicti a circuendo, quia vbi nũc metę sunt
olim gladij ponebantur, quos quadrigæ circuibant, &
inde dicti circenses ab ensibus, circa quos currebant,
siquidem & in littore circa ripas fluminum currus a
gitantes gladios in ordinem ripę littore ponebant, &
erat artis equum, circa pericula torquere, vnde circen C
ses dicti, quasi circum enies. Et sicut isti ludi difficiles
erãt, & infructuosi, ita ista deprauatio, & mutatio sen
tentiarum. Sed ista expositio non conuenit, quia ludi
isti erant difficiles, & tamen valde vtiles erant. Ista au
tem deprauatio sententiarum erat valde facilis, sed
valde inutilis, & nociua. Patet autem, quia dixit su
pra Hierony. quòd non erat aliquid magnum mutare
istas sententias, sed erat vitiosissimum dicendi genus.
Ludus autem circensis erat difficilis valde, quia ma
gnæ artis erat equum circa pericula torquere. Erat
autem valde vtilis, quia in hoc exercitabantur homi
nes ad mouendum equos inter hostes armatos, quod
valde proderat.

Sed dicitur ludus circulatorum, ideſt ludus puero- D
rum positorum in circulo: fiebat enim circulus ma
gnus, & in extremitatibus illius ponebãtur pueri mul
ti, quorum vnus accipiebat aliquam rem, & currens
latenter ponebat apud alium, & si iste apprehendatur
ab illo, apud quem deponit ante quàm deponat, iterũ
cogitur circuire quousque apud aliquem latenter de
ponat, & tunc ille, apud quem deponitur, surgit, & si
mili conditione surgens circuit. Huic ludo compa
ratur ista deprauatio sententiarum, quia sicut iste lu
dus inutilis est, ita deprauatio, & mutatio sententiarũ.

Item magis propriè, quia sicut pueri circulatores
non habent aliquem certum, apud quem deponant
id quod manu gerunt, sed nunc apud istum, aliquan
do apud alium deponunt; sic isti non dant sensum
suum certum Scripturæ sacræ; sed aliquando dant
hunc sensum, aliquando alium, sicut eis placet appli- E
care. *Docere quod ignores.* Hoc refertur ad superiora,
scilicet. *Puerilia sunt hæc.* Quia sic pueri faciunt, quia
sæpe dicunt, quòd non intelligunt. *Immo, vt cum floma
cho loquar.* Ideſt, cum indignatione. *Nec hoc quidem
scire, quod nescias.* Ideſt non solum isti docent, quod ne
sciunt, quod aliquando fieri potest, vt si aliqui inanis
gloriæ cupidi sciant se nescire aliquam sententiam,
vel scripturam, & tamen vt glorientur, volunt illam
coram simplicibus exponere, sed etiam ignorant se
ignorare, quæ dicunt, & hoc vituperabilius est, quia
primum sola malitia est, secundum autem malitia,

Alph. Tost. super Gen.

& stultitia est; quia tantum presumit, quòd nõ aduer
tit se nescire quæ nescit, & talibus cum stomacho, id
est, cum magna indignatione improperandum est.

Capit. VII.

VIDELICET manifestissima est Genesis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuisione terræ, de confusione linguarum, de descensione vsque ad Aegyptum scribitur Hebræorum.

VIDELICET. Supra posuit difficultatem sacræ scripturę comparando eam ad artes sęculares: hic demonstrat per libros singulos scripturę discurrendo, & diuiditur in tres partes: primo ponitur difficultas librorum veteris testamenti: secundo demonstrat affectionem suã ad scripturas istas, ibi. *Cernis me.* Tertio indicat difficultatem in libris noui testamenti. ibi. *Tangam. & nouum.* Circa primum. *Videlicet manifestissima est Gen.* Ista sententia dependet ex præcedenti capit. dixerat enim, quòd illi qui literas sęculares sciebant, si venirent ad sacram Scripturam nõ putabant eam difficilem: ideo non curabant scire quid Prophętæ, vel Apostoli sen
serint, istorum intentioni consonat Hierony. loquens ironicè, & ponit ipse vnam propositionem vniuersa
lem, sicut ipsi ponunt, scilicet tota sacra Scriptura est manifesta, & inducit in particulari, scilicet manifesta est Gen. manifestus est Exodus, manifestus est Leuiticus, & sic de omnibus alijs. Ergo tota sacra Scriptura est manifesta, & ponitur hic, videlicet, pro, scilicet, qa sunt coniunctiones expositiuæ: dicit Genesis, i. natura secundum Grecos, quia de rerum creatarum specie
bus agit in sui exordio; Iudæi autem hunc librum Be
resith nominant, ideſt in principio, quia sic incipit.
De creatura mundi. Ideſt in qua agitur de mundo creato, & partibus eius. Gen. 1. ca. *De exordio generis humani.* Ideſt quomodo incœpit esse homo per creationem, & de multiplicatione eius, & successione in prima ęta te a secundo cap. vsque ad 10. *De diuisione terræ.* Ideſt in prima ætate terra non fuit diuisa, sed erat quasi populus vnus, licèt Cain a ceteris hominibus recesserit, & habitauerit contra Orientem, vt patet Gene. cap. 4. tamen in principio secundæ ętatis post Noè multipli catis hominibus incœpit terra diuidi, secundum diuersos populos, & cognationes, de quo Gen. decimo cap. *De confusione linguarum.* In ædificatione Babylonicę turris, de quo Gen. vndecimo cap. *De descensione vsque ad Aegyptum scribitur Hebræorum.* Duplex descensio fuit Hebręorum in Aegyptum: prima fuit cũ inualescente fame in terra Chanaan, Abraham cum familia sua descendit in Aegyptum: De quo Genes. duodecimo cap. Deinde ipse, & semen suum peregrinati sunt in terra Chanaan, de quo a principio cap. 13. vsque ad 39. agitur. Secundus descensus Hebrẽorum in Aegyptum fuit, quando Iacob cum filijs suis, & vniuersa domo, & familia descendit fame ingraue
scente, & mandante domino. De hoc agitur in principio 39. cap. vsque ad finem Gen.

Patet Exodus cum decem plagis, cum Decalogo, cum Mysticis, diuinisque præceptis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Patet. Hic ponitur de secundo libro legis, quæ dicitur Exodus, & secundum istorum intentionem Exodus patet, ideſt clara est, sed nō est sic in veritate, quia multa mysteria continet, & difficiles literales assignationes, maximè in fabricatura templi, & vasorum totius tabernaculi. *Cum decem plagis.* De quibus tractatur a cap. 7. vsque ad 12. *Cum decalogo.* Ideſt cum decalogo, ideſt decem præceptis. Dicuntur autem decalogus a δεκά, quod est decem, & λογος, quod est sermo ideſt sermo tractans de decem præceptis, quæ ponuntur Exod. 20. cap. *Cum mysticis, diuinisque præceptis.* Mysticus quatuor signat, scilicet, sanctus, occultus, diuinus, figuratiuus. Et hic accipitur pro duobus, scilicet pro occulto, quia præcepta occulta erant, quia in multis eorum difficilis est intellectus literalis. Vel accipitur pro figuratiuo, quia ista præcepta data de tabernaculo, & vestibus, & multa cęremonialia ad spiritualem intellectum principaliter referebantur, licèt secundum literam impleri debebant. Iste liber vocatur Exodus Græcè, ideſt exitus Latinè, quia in eo principaliter de exitu Hebræorum de Aegypto agitur, & de his, quę in exitu contingebant: Hebraicè vocatur Veelle semoth, quòd Latinè sonat hęc nomina, quia אלה significat ista, siue hęc, שמות nomina, singulare autē huius est שם, & intelligitur ibi sunt, ideſt hęc sunt nomina: sic enim incipit Exodus: Hebręi enim omnes libros nominant a principio, sicut nos Psalmos, quia dicitur apud nos in Psalm. Beatus vir, vel in Psal. Quare fremuerunt.

In promptu est Leuiticus liber, in quo singula sacrificia, immo singulæ pœnè syllabæ, & vestes Aaron, & totus ordo Leuiticus spirant cęlestia sacramenta.

In promptu est Leuiticus. Hic agitur de tertio libro legis, qui dicitur Leuiticus Græcè, quia de ministerio Leuitarum, & sacerdotū agit: Latinè Offertorius siue sacrificatorius dicitur, quia in eo agitur de oblationibus, & de sacrificijs: Hebraicè dicitur Vaijcra, licet nostri corruptè dicant Vaiecra, quia raro, vel nunquam nomina Hebręa apud Latinos bene scripta sunt, & dicitur Vaijcra, i. & vocauit, quia sic incipit liber ille secundum Hebræos, nos autem non habemus coniunctionem ante verbum, sed post; & dicimus vocauitque. *In promptu est Leuiticus.* Ideſt isti dicunt, quòd Leuiticus est clarus, ita q̄ cuilibet est promptum, vt illū intelligat. Sed non est sic, quia valde obscurus est. *In quo singula sacrificia.* Quia multa genera sunt sacrificiorum, scilicet holocaustum, & pro peccato, & pacifica hostia, & quodlibet istorum habet diuersas cæremonias, vt patet per totum Leuiticū principaliter a principio vsq; ad decimum. *Immo singulæ pęnè syllabæ.* Hoc dicit ad significandum magnitudinem mysteriorum, ita, quòd non solum orationes, & dictones, sed etiam syllabæ significant. *Et vestes Aaron.* De vestibus Aarō quantum ad fabricaturam earum habetur Exod. 28. cap, sed quātum ad vsum earum habetur in Leuitico in multis locis principaliter in 8. cap. & 16. *Et totus ordo Leuiticus.* Non vocat ordinem Leuiticū solum in Leuitis, qui erant Caathitę, vel Gersonitæ, siue Meraritæ, sed etiam de sacerdotibus, quia omnes erant de tribu Leui, ponuntur enim in Leuitico aliqua, quæ pertinent ad Aaron solum, alia quæ pertinent ad Aaron, & filios suos, alia autem, quæ ad Leuitas pertinēt qui sunt inferioris gradus. *Inspirant cælestia sacramenta.* Ideſt, quòd omnia ista significant aliquid spirituale, quia omnia in figura contingebant eis, vt patet prima ad Corinth. 10. cap.

Numeri vero non ne totius Arithmeticę, & prophetiæ Balaam, & quadraginta duarum mansionum per Heremum mysteria continent?

Numeri vero, &c. Hic ponitur quartus liber legis, qui dicitur liber Numeri, siue Numerorum. In omnibus autem alijs libris ponitur nomen Græcum, hic autem non, Græcè ἀριθμοὶ. Ideſt Numeri. In Hebræo autem vocatur Vaieddaber, ideſt, & locutus est, sed nos postponimus coniunctionem, & dicimus, locutusque, & vocatur liber Numerorum pluraliter, quia quatuor hic principaliter Numerantur, scilicet viri bellatores primo cap. primogeniti secundo cap. Leuitę tertio cap. & 4. mansiones. 33. cap. *Numeri vero non ne totius arithmeticæ.* Non est intelligendum, quòd in libro Numerorum sit aliqua ars numerandi, vel cognoscendi proprietates numerorum, quod ad Arithmeticam pertinet, sed dicitur ibi esse Arithmetica, quia ponuntur quatuor numerationes, quas supra diximus. *Et prophetiæ Balaam.* In cap. vigesimo secundo, vigesimotertio, & vigesimoquarto. *Et quadraginta duarum mansionum per heremum mysteria continent.* Istę mansiones numerantur Nume. 33. & fuerunt ex quo exierunt de Rameſſe ciuitate Aegypti, vsque ad loca planiora Moab super Iordanem, vbi mortuus est Moyses, vt patet Deuteronom. trigesimosecundo, capit. & trigesimoquarto.

Deuteronomium vero secunda lex, & Euangelicæ legis præfiguratio, nonne sic ea habet, quæ priora sunt, vt tamen noua sint omnia de veteribus? Hucusque Moyses, hucusque Penthateuchus, quibus quinque verbis loqui se velle Apostolus in Ecclesia gloriatur.

Deuteronomium vero. Hic ponitur quintus, & vltimus liber legis Mosaycæ, & iste liber Græcè vocatur Deuteronomium, ideſt secunda lex, vel regula: dicitur enim a Deuterono. quod est nouum, & noma, quod est regula, i. noua lex, quia ibi repetuntur multa, quæ dicta sunt in alijs libris, & declarantur, & multa superadduntur. Quare autem illic repetuntur in alijs libris iam dicta, posita fuit ratio in Procœmiolo breui, quod fecimus super Deuteronomium, & vtrū Deuteronomium sit alia lex ab illa, quæ in alijs libris posita est, diximus primo cap. Deuteronom. & vigesimonono. vocatur liber iste Hebraicè Ellehaddebarim, ideſt hęc verba, & intelligitur ibi, sunt. Sic enim incipit liber noua lex, quia sic interpretatur in Latino. *Euangelicæ legis præfiguratio.* Ideſt, quòd in illo libro signatur lex Euangelica, quia sicut lex data in alijs libris ibi fuit suppleta, & declarata, ita in lege Euāgelica fuit reuelata lex Mosayca qualiter intelligi, & seruari deberet, & fuit completa, quia ante ad complementum neminem lex deducere poterat: Et in signum huius in Christi passione velum templi, quod pandebatur ante sancta Sanctorum, scissum est in duas partes, reuelatis omnibus, quę intra erant, vt intelligeretur, q̄ in morte Christi subintrabat noua lex, quæ legis veteris ænigmata reuelatura erat. *Nonne sic habet ea, quæ priora sunt.* Ideſt sic continet ea quæ in alijs quatuor libris dicta sunt. *Vt noua sint omnia de veteribus.* Ideſt, vt de veteribus fiant noua: mutando in alium ordinem, vel modum. Vel potest dictio, Veteribus, ordinari,

dinari, cum subsequentibus, & est sensus. *De veteribus vsque huc Moyses.* Ideſt ista sunt, quæ dixit Moyses de veteri lege. Huc vsque Penthatheucus, ideſt quinque libri Moysi. Dicitur Penthatheucus a Pentha. quod est quinq;, & Theucos quod est volumen, quasi quinque volumina Moysi. *Quibus quinque verbis.* Ideſt quinque libris, & sic aliquādo vocamus vnam orationem, vel magnum literæ contextum vnum verbum. *Loqui se velle Apostolus in Ecclesia gloriatur.* Ideſt valde gaudet Apostolus, vel in magna auctoritate habet in Ecclesia loqui per istos quinque libros. Ratio autem, quia in toto Canone veteris testamenti nihil tam authenticum est, sicut isti quinque libri, quia de eis specialiter dicitur Deuteronom. 4. cap. quòd nihil adderent ad hoc, nec minuerent, nec declinarent ad dextram, nec ad sinistram, & ista verba sumuntur de prima Corinth. 14. cap. vbi dicitur: Sed in Ecclesia volo magis quinque verba sensu meo loqui, quàm decem millia verborum in lingua.

Iob exemplar patientiæ, quæ non mysteria suo sermone complectitur? Prosa incipit, versu labitur, pedestri sermone finitur, omnesque leges Dialecticæ, propositione, assumptione, confirmatione, conclusione determinat. Singula in eo verba plena sunt sensibus: &, vt de cœteris sileam, resurrectionem corporum sic prophetat, vt nullus de ea, vel manifestius, vel cautius scripserit. Scio, inquit, quòd Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra resurrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.

Iob exemplar patientiæ. Non seruat hic Hieronym. ordinem librorum secundum ordinem Canonis sacræ Scripturę in legales Prophetales, & agiographos. Iob enim primus est in ordine tertio, scilicet agiographorum: hic autem seruat ordinem temporis, quia dicitur, quòd Moyses scripsit librum Iob. ideo ponitur hic post libros suos.

Commentator huius Prologi ait, quòd non potest esse, quòd Moyses librum Iob scripserit, quia tanta, quæ Iob passus est, & ipse cum amicis suis disputauit nemo scire posset, nec scriberet, nisi qui passus est.

Sed ista ratio non valet, quia Esdras scriba velocissimus, totam legem a Chaldæis cōbustam reparauit, quod maximum, & minutissimum opus est.

Et probatur, quòd nullo modo Iob scripserit, quia Iob de Gentilibus erat, quomodo ergo scriptum Iudæi librum ab extraneo homine in suarum scripturarum canonē recepissent? nullo modo verisimile est, quia & quasdam scripturas a suis viris sanctis factas in canonem non recipiunt, vt Iudith, Tobiam, & Machabęos.

Et si arguas, quòd si Moyses librum Iob scripsisset, poneret in primo ordine, cum libris Moysi, quia tantę esset auctoritatis, sicut alij. Respondetur, quòd non debuit poni in primo ordine cum alijs libris Moysi, quia illi legales sunt, & præceptorij, liber autem Iob non est præceptorius, sed exemplaris ad patiētiam, & alia moralia documenta. Item quia non est tantæ auctoritatis, sicut alij libri Moysi, quia verba aliorum a Deo dicta sunt, verba autem libri Iob dicta fuerunt a Iob, & amicis eius.

Aliqui autem Iudei dixerunt, quòd Iob non fuit verè passus ista, sed est parabola moralis conficta ad correctionem morum, & dant rationem, quia nullus homo posset talia pati.

Sed hoc falsum est, & valde erroneum, quia tollit auctoritatem sacræ Scripturæ, quia tunc quando aliquod magnum in scriptura reperiamus, dicemus illud non sic esse, sed fictum ad morum correctiones, & sic tolleretur omnis certitudo historiarum sacræ Scripturæ, quod detestabile est. Item quia cum moralia documenta moueant audientium animos secundum quod comparantur ad operationem, quia moralia in operatione, & non in speculatione consistunt. Si illud quod dicitur esset aliquid impossibile, nullo modo moueret animos audientium, cum habeat rōnem nō entis. Item quia ea, quæ scribuntur de Iob, licèt satis difficilia sint; tamen si respiciantur, nulla videtur in eis impossibilitas. De Iob aliqui dicunt, quòd fuit de Chananæis, quos Deus expulit de terra promissionis ad ingressum Iudæorum. Et ista est posito Rabbi Salom. vt diximus Numeri 14. vbi dicitur. *Recessit ab eis omne præsidium.* Dicit litera Hebraica. *Recessit ab eis vmbra.* Quod exponit Rabbi Salom. de Iob, qui mortuus est, quando intrauerunt exploratores Iudæorum in terram Chanaan, & vocabatur Iob vmbra, quia, propter ipsum Deus alios permittebat viuere, & ad hoc potest adiuuare, quòd pyramis in qua corpus beati Iob requieſcit, vsque hodie demonstratur in planicie Iordanis in terra promissionis, qui in magno honore a Græcis, & Gentibus tenetur. Sed communius dicitur, quòd Iob fuerit de terra Idumææ de genere Esau, & fuerit vnus de regibus Idumęorum, qui vocatur Iob ab filijs Sarę de Bosra, de quo Gen. 36. & sic consonat, quod fuerit ante Moysen, ex quo ipse agit de eo mentionem in Genesi. Item consonat, quòd nomina triū amicorum suorum, qui ad eum consolandum venerunt, dicuntur a ciuitatibus, quæ sunt in terra Idumæorum, quia ibi est quædam terra, quæ dicitur Sue, a qua nominatur vnus de amicis Baldad Suites. Est etiā ibi Theman, ciuitas magna Idumææ a qua Elipham Themanites. Est ibi, & oppidum nomine Naaman, a quo Sophar Naamanites. Cōsonat etiam, quia in Idumæa est quędā pars terræ, quæ dicitur Hus, a qua Iob oriundus erat, ideo dicitur Iob 1. c. vir fuit in terra Hus nomine Iob. Et quando dicebatur, q̄ pyramis beati Iob est in terra Chanaan, respōdetur, quòd Idumæa est ad Meridiem terrę promissionis, Iordanis autem nascitur ad radices Libani ad Septentrionem terræ Iudææ. Deinde fluit versus Orientem, & rursus vergit in Austrum, & diuidit Idumęam, & Galilęā; quæ est de terra Iudęe, & sic Iob fuit sepultus in planicie Iordanis in finibus Idumęæ, & Iudęæ, & potuit esse, quòd Iob habebat aliqua prędia vltra Iordanem, ideo ibi sepultus est, vel quia fortè illa terra tūc pertinebat ad Idumeā. licèt postea pertinuerit ad Chananæos, & consequenter ad Iudæos. De istis habentur multa in libro de diuisione Terræ sanctę, & ista positio tenenda est, de hoc magis Gen. 22. cap. *Iob exemplar patientiæ.* Quia plura passus fuit, & patienter quàm aliquis ante eum passus fuerit, a quo omnes tanquam ab exemplari, vel imagine addiscere debent. *Quæ mysteria suo sermone non complectitur?* Quasi dicat; nulla sunt, quæ non contineat, qa multa continet. Et debet legi ista litera interrogatiuè. *Prosa incipit.* A 1. cap. vsque ad 3. *Versu labitur.* Scilicet a tertio vsque ad principium 41. pedestri sermone finitur, ideſt sermone plano, & vulgato, qui pedestris dicitur, quia non est in alto stylo.

An Iob fuerit Chananęus, an Idumęus.

Quid autem sit in prosa,& quid in metro,plenè patere non potest in litera Latina, patet autem in Hebraica,licèt secundum diuisiones,& reductiones sententiarum aliqualiter patet: in tertio ca.& in sequentibus Stylus metricus est. De hoc ait Hierony.in prologo super Iob,qui incipit, Cogor per singulos,a principio itaque voluminis vsque ad verba Iob, prosaica oratio est apud Hebræos,porrò a verbis Iob in quibus ait, Pereat dies, in qua natus sum,& nox, in qua dictū est natus est homo. vsque ad eum locum, in quo ante finem voluminis scriptum est: Iccirco ipse me reprehendo,& ago pœnitentiam in fauilla,& cinere,examini versus sunt dactilo,spondeoque constantes,& propter linguæ Idioma crebro recipiendo alios pedes,nō earundem Syllabarum, sed eorundem temporum. Interdum quoque rithmis ipse dulcis, & titulus fertur numeri lege solutus, quod metricus magis quàm simplex lector intelligit. A supradicto autem versu, vsque ad finem libri paruum coma, quod remanet, Prosa oratione contexit. *Omnes leges Dialecticæ.* Dicit quòd in libro Iob obseruat valde modos arguēdi Logicorum; quia ibi disputat Iob cum amicis suis de,prosperitate, & aduersitate, & de malitia hominum, & bonitate, statuendo, destruendoque sententias: ideo oportet fortiter arguere, probando quicquid dicatur, vt maneat firma conclusio. *Propositione, assumptione, confirmatione, conclusione, determinat.* Idest in prædicto modo arguendi Iob, & amicorum obseruantur ista quatuor, quæ nos alio nomine vocamus, scilicet maiorem propositionem,& minorem, & probationem maioris,& minoris, ad vltimum conclusio. Vocatur maior præmissa propositio,minor vocatur assumptio quia assumitur,vt cum maiori inferat conclusionem, confirmatio vocatur probatio maioris, vel minoris. Iste modus dicendi non obseruatur in alio libro Scripturę sacrę, ita expressè sicut ibi, quia in alijs veritas narratur,prædicitur, vel consulitur, siue mandatur, hic autem inter Iob,& amicos suos Dialecticorū more veritas inquiritur. *Singula in eo verba plena sunt sensu.* Idest non est in eo aliquid superfluum, sed totus liber cum magno pondere sententiarum est. *Et vt de cęteris sileam.* Quia multa dixit, quæ non conuenit hic memorare. *Resurrectionem corporum sic prophetat, vt nullus de ea manifestius.* Si quæratur totum vetus testamentum, tam in lege quam prophetis, nullus locus ita clarus de resurrectione inuenietur sicut. 21.cap.Iob, vbi ponit ea,quę sequuntur. In nouo autem testamento sæpissimè,& euidentissimè resurrectio ponitur, tam in Euangelio quàm Apostolicis actibus, Epistolis, & Apocalypsi. *Vel aptius.* Quia multum explicat, vt caueretur error dicēdo,quòd idem homo qui mortuus fuerat, in eadem substantia corporis, & animæ non resurgebat. *Scio, inquit, quòd Redemptor meus viuit.* In hoc denotat Dei æternitatem in essendo,quia semper viuit. Et potest dici Redemptor Deus, qui nos de mortalitate ista redimit faciens beatos, & immortales. Vel potest accipi Redemptor pro Christo,quia sicut Iob fidem habebat de resurrectione, quæ solum supernaturaliter cognosci potest, ita etiam habebat fidem de Redemptore nostro Christo, qui dispositurus erat quomodo ad resurrectionem beatorum peruenire possemus, & de hoc verè poterat dici tempore Iob,quòd viuebat,quia Christus denominat suppositum diuinum,& non humanum.Ideo semper vixit ab æterno, & sicait Apostolus ad Hebræos 13. Iesus Christus est heri,& hodie, & ipse vsque in sæculum. *Et in nouissimo die.* Idest in die iudicij, qui nouissimus dicitur,quia post eum non erit dies alius.

Maior ,propositio syllog. cur pmissa dicitur,Minor vero Assūptio.

Ratio,quia dies,& nox causantur ex motu solis,post diem autem iudicij cessabit omnis motus cœlestis, quia non erit necessarius ad generationem, & corruptionem sicut ante erat,sed stabit Sol in Oriente,Luna autem in Occidente, & cæteri planetę secundum dispositionem a Deo præordinatam in locis suis in perpetuas æternitates, immo, vt propriè loquamur, tempus, in quo iudicium fiet, nec erit dies, nec nox, quia iam motus cęli cessabit, facta omnium rerum conflagratione.

De hoc Zachar.vltimo capitu. & veniet dominus Deus,omnesque sancti cum eo, & erit in die illa non lux, sed frigus, & gelu, & erit dies vna, quæ nota est domino,non dies,nec nox,& in tempore vesperi erit lux. *De terra surrecturus sum.* Resurrectio fit per reunitionem animæ, & corporis: anima autem eadem remanet in viuente, & iam mortuo, sed quantum ad corpus quod incineratur, dicitur homo de terra resurgere,quia licèt corpus humanum partim in auras effugiat,partim in aquam, vel ignem dissoluatur:precipua tamen pars secundum quantitatem terra est. Ideo de terra resurgere dicitur. Vel dicitur resurgere de terra, idest de sepulcro,quod in terra est. *Et rursus circundabor pelle mea.* Idest habebo iterum pellem meam,quam ante habueram ex eadem materia, nec erit aliqua pellis nouiter creata, & idem intelligitur de carnibus & ossibus, quia eadem erunt omnia. De his ponuntur quædam Ezech. vigesimoseptimo cap. *Et in carne mea videbo Deum.* Idest ego existens in carne mea, & spiritu meo videbo Deum iudicantem. *Quem visurus sum ego ipse.* Idest,quòd necesse est,quòd ego,qui nunc sum, videam Deum in iudicio, & quilibet alius, quia a Deo sic prefixum est. *Et oculi mei conspecturi sunt, & non alius.* Quia oculis corporalibus eum in iudicio existentem videbimus, quia Christus, qui homo, & visibilis est, iudicabit. *Et non alius.* Ista est quædam limitatio,quasi dicat, ego videbo Deum, & non alius, idest non ero tunc alius ab eo, qui nunc sum,licet ero alter, quia sortes sedens est alter a seipso non sedente. Alius enim differentiam facit essentialem, vel specificam. Alius autem personarum, vel suppositorum, & non essentiæ differentiam dicit. Alter differentiam quamcunque aliam denominat. *Reposita hæc est spes mea in sinu meo.* Idest istam spem resurrectionis ego habeo repositam, idest custoditam in corde meo, quia nihil magis amabat quam istam spem,cum per hoc sciret se fieri beatum. Alia autem eum beatum minimè faciebant.

Veniam ad Iesum Naue, qui Typum Domini non solum gestis, verumetiam in nomine præfert:transit Iordanem,hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo, & per singulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atque confinia, Ecclesiæ, cœlestisque Ierusalem spiritualia regna descripsit.

Veniam ad Iesum Naue. Hic dicit de libro Iosue, qui est primus in ordine secundo librorum Prophetalium, vt patet in Prologo Galeato super libros Regum, & vocatur tribus nominibus Iosue, scilicet Oseæ, Iosue, Iesus. Primum nomen fuit Oseæ, vt patet Numeri decimo tertio cap. sed hoc nomen mutauit ei Moyses, quando misit eum cum exploratoribus de Cadesbarne in terram Chanaan,& hoc fit in litera Hebraica per additionem vnius literę solum, scilicet Iod, quæ prima est in nomine Dñi tetragrammaton, & ista

& ista mutatio fuit,vt Deus specialiter custodiret, facta autem fuit, quia Moyses diligebat nimis Iosue, vt declarabimus ibi,scilicet Numeri 13.ca. Tertium nomen fuit Iesus Naue: est enim Iesus nomē suum:Naue significat nomen cuius filius erat Iosue, vt sępe dicitur in Numeris,& Deuter.& ponitur ista additio ad differentiam Iesu filij Sirach pronepotis Iesum sacerdotis magni, & sic vocatur Iosue Ecclesiastici 46.cap. Fortis in bello Iesus Naue,successor Moysi.Sic etiam habetur primo Machab.secundo capit. vbi dicitur Iesus,dum impleuit verbum,factus est dux in Israel. Sic etiam vocatur ad Hebræ.quarto cap.vbi dicitur:Nam si eis Iesus requiem pręstitisset, nūquam de alia loqueretur post hanc diem. *Qui Typum.* Idest similitudinem. *Domini.* Idest Iesu Christi. *Non solum in gestis, sed in nomine præfert.* Quòd similatus fuerit Iosue Christo in gestis patet,quia transito Iordane,& deuictis hostibus, dedit eis terram promissionis,sic Christus post quam nos baptismate rigauit, potestates aereas, scilicet dæmones deuincit, ne nobis nocere valeant,& ad vltimum expugnatis vitijs ad ęternam vitam transmittit. *Transit Iordanem.* De hoc patet Iosue tertio, & quarto cap. Hostium regna subuertit,vt patet a cap.7. vsque ad 14. Sed non omnia destruxit,quia manserūt aliqua de gentibus illis, vt erudirentur ad pugnam cū eis filij Israel,& vt castigarentur ab eis, quando peccarent contra Dominum,de quo Iosue ca.23. & clarius Iudi.3.capit. *Diuidit terram victori populo.* Scilicet nouem tribubus & dimidiæ,quia iam duæ tribus, & dimidia susceperat possessionem suam ante Iordanem, vt patet Num. 32.& Deuter.3.& 4. Et licèt Iosue alijs nouem tribubus, & dimidiæ diuiserit sortes, tamen non fuit acquisita tota terra tempore illius; quia tribui Iuda,& Ephraim,& dimidię tribui Manasse dedit possessionem,vt patet Iosue 16.& 17.c. Alijs autem sępē tribubus dimissę fuerunt sortes,sed non datæ,vt patet Iosue 18.& 19.capit. *Et per singulas vrbes viculos montes, atque confinia.* In qualibet diuisione sortis ponuntur ista, scilicet nominantur vrbes, quæ sunt in illa sorte, & quòd viculi, idest villę non muratæ ponūtur etiam confinia, idest in quibus partibus una sors alteri sorti coniungitur, & exitus sortium contra maria,vel solitudines. *Ecclesiæ.* Idest Ecclesiæ militantis, quę nunc in torris est, & contra hostes pugnat. *Cœlestisque Ierusalem.* Idest triumphantis Ecclesiæ,quæ dicitur cœlestis Ierusalem,de qua Apostolus ad Gala.4. cap. Illa autem, quæ sursum est Ierusalem libera est, quæ mater est nostra,idest,quòd iste diuisiones sortiū signant aliquid spiritualiter in Ecclesia militanti, siue triumphanti.

In Iudicum libro quot principes populi, tot figuræ sunt.

Quis scripserit libr. Iudicum.

In Iudicum libro. Librum Iudicum Samuel scripsit, vt diximus in fine cap. vltimi Deuteron.Et vocatur liber iste Hebraicè.Sofphetim,idest Iudicum.Quidam tamen dicūt,quòd quilibet de iudicibus gesta sui temporis conscripserit, sed quòd Samuel,vel Esdras in vnum volumen compegit. Primum tamē verisimilius est,patet manifestè, quia Samson non potuit scribere gesta temporis sui,quia ipse mortem suam, & alia ,propinqua facta morti nullatenus scripsisse poterat. *Quot principes populi, tot figuræ sunt.* Patet,quia intelligendo literaliter sic factum fuit, vt dicitur,exponendo autē allegoricè, tropologicè, vel anagogicè necesse est esse tot figuratiuas expositiones, quot sunt principes, quia quilibet princeps alios,& alios hostes habuit, & diuerso modo bella gessit,ergo alia signabuntur.

Alph. Tost. super Gen.

Ruth Moabitis Isaię explet vaticinium, dicentis:Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filiæ Sion.

Ruth Moabitis. Librum Ruth partem libri Iudicū esse dicunt,quia in diebus vnius iudicis illa facta narratur historia. Alij volunt, quòd liber Ruth per Apocopen de libro Iudicum decisus sit. alij autem eū non in ordine secundo, scilicet prophetali, sed in tertio, scilicet inter agiographa scriptitant, de quo habetur in Prologo Galeato super libros Regum.Hunc librū Samuel scripsit antequam historia facta fuit. *Ruth Moabitis.* Idest de terra Moab. Fuit enim vxor Maalon filij Noemi, & Elimelech, & mortuo viro, venit in Bethlehem Iudę cum socru sua Noemi, vt habetur Ruth primo cap. *Isaiæ explet vaticinium.* Idest in ipsa completa fuit prophetia Isaiæ, quæ sequetur in textu; & dicitur vaticinium a vate, & cano,canis, & vocantur vaticinia ea,quæ cantant vates,idest Prophetę, & sic vaticinium idem est,quòd prophetia. *Dicentis.* Scilicet Isa.16.c. *Emitte domine agnum.* Idest Messiam, qui mitis erat,vt agnus,vt dicitur Isaiæ 53.c.tanquam ouis ad occisionem ductus est,& tanquam agnus coram tondente se obmutuit. *Dominatorem terræ.* Quia debebat toti terræ dominari, scilicet a mari vsque ad mare, vt patet Psalmo 71. qui intitulatur de Salomone, & conuenit Messiæ soli. Sic etiam dicitur Daniel. secundo capit.vbi ponitur regnum Messiæ comparatum lapidi abscisso de monte, sine manibus, & confringenti omnia regna,quæ signabantur in statua. *De petra deserti.* Idest de terra Gentilium deserta a cultu veri Dei, & obstinata in malis iuxta duritiem lapidis. Vel dicitur petra deserti aliquis locus sic nominatus in terra Moab, de quo Ruth oriunda erat, & hoc verius putant, sed eodem capitulo declarabitur. *Ad montem filiæ Sion.* Idest ad terram promissionis, scilicet in Bethlehem Iuda, qui locus distat a Ierusalē per duas leucas,idest ideo veniendo ad locum illum dicebatur venire ad montem filiæ Sion,idest in Ierusalem, quæ dicitur filia Sion,quæ est sita ad radices montis Sion, est tamen ille mons intra ciuitatem, & in ascensu illius est templum Salomonis, vt diximus Deuterono. 33.capitu.

Samuel in Heli mortuo, & in occisione Saul veterem legem abolitam monstrat. Porro in Sadoch, atque Dauid noui sacerdotij, nouique imperij sacramenta testatur. Malachim, idest tertius, & quartus Regum liber, à Salomone vsque ad Ieconiam, & a Ieroboam filio Nabath vsque ad Oseæ, qui ductus est in Assyrios, regnum Iuda, & regnum describit Israel. Si historiam respicias, verba simplicia sunt, si in literis sensum latentem inspexeris, Ecclesiæ paucitas, & Hæreticorum contra Ecclesiam bella narrantur.

Samuel. Sequitur liber Regum, qui in ordine prophetali tertius est. Et iste liber diuisus est, quia duo primi libri vocantur Samuelis, quia Samuel illos conscripserit, vt vult Hieronymus, & Iudæi, licèt aliqui dicant, quòd secundum librum Regum

Dauid conscripserit, sed non est verum. Duo se- F
quentes libri, scilicet tertius, & quartus dicuntur li-
bri Regum,& Hebraicè Melachim,idest Regum,ali-
qui autem vocant eos libros Melacoth, idest regno-
rum. Sed melius est Melachim,i. Regum, quam Me-
lachot, idest regnorum dicere, quia non multarum
gentium regna describit, sed vnius Israelitici populi,
qui tribubus 12. continet, ut patet in prologo Galeato,
& istos duos libros scripsit Ieremias Propheta, & est
ratio verisimilitudinis, quia in eadē Historia quartus
liber Regum,& liber Ieremiæ terminātur, scilicet in
Babylonicam irruptionem ciuitatis sanctę, & captiui
tatem. *Samuel.* Non est hic nomen viri, sed nomen
duorum librorum scriptorum a Samuele, sicut voca-
tur Isaias liber. Sed quis scripserit primos duos libros
Regum,magis declarabimus in Prologo auctoris su- G
per primum Regum. *In Heli mortuo.* De quo primo
Reg.ca.3.idest qui signat legem veterem fuisse aboli-
tam,idest destructam,siue euacuatam,vel ab vsu rece
dentem, quia sacerdos moriebatur, qui erat minister
legis. *Et occisione Saul.* De qua 1.Regum 31.c. Mors e-
tiam Saulis signabat deletionem veteris legis,quia re-
ges erant custodes, & defensores legis. Item quia si-
cut Saul primo inter Iudęos ad regnandū assumptus
est,& post fuit reprobatus,Dauid electo; sic lex vetus
quam prius Deus obnixè custodiri mandauit, expira-
uit, introducta noua lege. *Torrò in Sadoch.* Qui fuit
post assumptus in Sacerdotem magnum. *Et Dauid.*
Qui fuit assumptus in regem. De Sadoch dicuntur
ea,quæ habentur, primo Regum,secundo cap.in ma-
ledictione Heli. Et fusčitabo mihi sacerdotem fide- H
lem,qui iuxta cor meum,& animam meam faciet,&
ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit coram
Christo meo cunctis diebus. *Noua sacerdotij.* Scilicet
in Sadoch. De quo secundo Regum, octauo capit.
Nouique imperij. Scilicet in Dauid. De quo secundo
Regum,tertio capit.quando vnctus fuit in regem su-
per totum Israel. Et istæ duæ mutationes, scilicet
regni, & sacerdotij, significant sacerdotium nouum
Christi, qui fuit sacerdos secundum ordinem Mel-
chisedech, relinquens Leuiticas cæremonias secun-
dum ordinem sacerdotij Aaron. Signatur etiam mu-
tatio temporalis, vel regalis dominij, quando princi-
pes, & magni reges Ecclesię potestati se subiecerunt,
& imperium Romanum in Ecclesiasticam transijt I
iurisdictionem, tradente Constantino beato Sylue-
stro Papæ,vt habetur in Decretis 96. distinct.ca.Beato
Sylvestro. & cap.Constantinus. *Melachim.* Quod in-
terpretatur Hebraicè Regum, idest tertius, & quar-
tus liber Regum. *A Salomone.* In hoc incipit tertius
Regum, s.quomodo viuente Dauid factus fuerit Sa-
lomō rex. *Vsque ad Ieconiam.* Qui ductus est in Babylo-
nē,vbi genuit Zorobabel,vt patet Matt.1.ca. Iste Ieco
nias erat minor filius Iosię regis,quoniam maior erat
Ioacham, quem duxit Pharao Nechao in Aegyptū,
vt patet 4.Regum 23.post quem Pharao constituit re
gem Eliachim, qui mutato nomine vocatus fuit Ioa-
chim. Deinde mortuo isto Ioachim,alius Ioachim fi- K
lius eius fuit rex,qui post ductus est in Babylonē. Sed
de ordine ætatis in his,& successione regni magis di-
cemus lib.4.Regum 23.cap. Et non dicas,quod Ieco-
nias erat Sedechias,quia Sedechias patruus erat istius
Ioachim, qui regnauit post Ioachim,de quo 4. Regū
24.ca.& a Ieroboam inter illos duos reges,scilicet Sa-
lomonem,& Ieconiam clauditur tota successio regū
Iuda in illis duobus libris. Hic ponit alios duos reges
inter quos tota successio regum Israel concluditur,s.
inter Ieroboam,& Osęæ. Ieroboam enim fuit præfe-
ctus tributorum in domo Salomonis, eratque de tri-
bu Ephrain. vt patet 3. Reg. c.11. Cum autem mor-

Qui scripserint libros Regum.

tuus fuit Salomon, qui toti Israeli,& Iudæ dominaba
tur, incipiente regno filij sui Roboam diuisum est re-
gnum,ita quod sola tribus Iuda,& omnes Leuitæ,&
tribus Beniamin manerent cum Roboam, cęteræ au
tem tribus recesserunt a Roboam, & constituerunt
super se regem Ieroboam. Et ab hoc consequenter cę
terorum regum Israel linea texitur,de quo 3.Regum
12.c. *Filio Nabat.* Ad differentiam aliorum,qui voca-
bantur hoc nomine. *Vsque ad Osęæ,qui ductus est in Assy-
rios.* Non est iste Osęę, qui primus ponitur in numc.
12.Prophetarum minorum,sed fuit vltimus rex Isra-
elitarum,& patet quia pater Osęę Prophętę vocabatur
Vocri,pater autem Osęę regis vocabatur Hela. Item
quia Osęę Prophęta præcessit tempora Osęę regis,qa
Osęę incępit prophetare sub rege Ioathan,& Ozia,&
deinde sub Acham, Osee autem rex incępit regnare
super Israel septimo anno regni Acham super Iudā.
De his omnibus 4.Reg.16. & 17.ca. & Osęę primo c.
Qui ductus est in Assyrios. Scilicet rex cum toto popu-
lo suo,quia repugnare volebat Salmanasar regi Assy-
riorum, & collocauit eos in ciuitatibus Medorum a-
pud Gozam flumen Medorum, & Haylam, vt patet
4.Regum 17.cap.Est autem Assyria terra satis remo-
ta a terra promissionis vltra Babyloniam,Caldęam,&
Mesopotamiam habens ab Oriente Parthiam, ab Oc
cidente Persidem,a Septentrione Caucasum montē,
a Meridie autem mari Rubro, & sinu Persico termi-
natur.De qua magis diximus supra 2. cap. *Regnum Iu-
da, & regnum describit Israel.* Non est accipiendum,
quod ista sint regum duarum gentium,scilicet regnū
vnum vnius gentis sit,sed est diuisio inter duos reges;
ideo vt habetur in Prologo Galeato, non bene voca-
tur iste liber Melachot, idest regnorū,sed Melachim,
idest regum. Si historiā respicias verba simplicia sunt,
quia non videntur aliquam obscuritatem intelligen-
tiæ in literali sensu continere, licèt ex intricatione re-
gum Iuda,& Israel,& nominum diuersitate, & gesto
rum satis magna nobis difficultas sit. *Si in litera sensum
latentem.* Idest si respicias sensum allegoricum. Nec
potest intelligi de anagogico, vel tropologico; quia
comparat illum statum regnorum ad statum Eccle-
siæ militantis,& non alicuius singularis personæ, nec
vitæ ęternæ,quod semper necessarium est fieri in sen
su allegorico. *Ecclesiæ paucitas.* Quod intelligitur per
regnum Iuda, quod solum erat in vna tribu, scilicet
Iuda,& computantur Beniamin, & Iuda hic pro vna
tribu,vt patet 4.Regum 17. capit. *Et hæreticorum contra
Ecclesiam bella narrantur.* Hęretici dicuntur,qui ab vnita
te Ecclesiæ per fidei abiectionem, vel scripturarū de-
prauationem recedunt. Sic autem totus Israel ad re-
gnum domus Iuda pertinebat, sed omnes recesserūt
a domo Iuda manente illa tribu sola, & post isti reges
inter se mutuo confligebant, sic habetur 3.Regum c.
14.vt Ecclesia cum hęreticis.

Duodecim Prophetæ in vnius voluminis angustias coarctati, multo aliud quàm so-
nant in litera, præfigurant. Osęæ crebro no-
minat Ephraim,Samariam, Ioseph,Iezrael,
& vxorem fornicariam, & fornicationis fi-
lios, & adulteram cubiculo clausam mariti,
multo tempore sedere viduam, & sub veste
lugubri mariti ad se reditum præstolari.

Duodecim Prophetæ. Duodocim Prophetæ,in secūdo
ordine librorū canonis sacræ Scripturę ponunt post
maiores Prophetas,tres,vt patet in prologo Galeato.

In

In vnius voluminis angustias coarctati. Idest licet quilibet A
de minoribus Prophetis suum librum singulariter fa-
ciat,quia tamen parui sunt,ab ordinatoribus Canonis
Biblię pro vno libro computantur, quia in secundo
Canone ponuntur octo libri.s. Iosue. Secundus iu-
dicum cum Ruth; tertius duo libri Reg. qui dicun-
tur Samuel; quartus alij duo sequentes, qui vocātur
Melachin. quintus Isaias, sextus Ieremias, septimus
Ezechiel,octauus liber duodecim minorum prophe
tarū,qui vocat Thereasar, vt patet in prologo galea-
to. *Multo aliud quàm sonant in litera præfigurant.* Idest
sensus,quem ipsi facere intendunt,multum distat a
superficie literę,quia litera parabolica est, sensus autē
literalis multum à parabolico distat. *Osęæ crebro nomi-
nat.* Hic dicit de quolibet ipsorum in speciali, quid B
intendat. *Osęæ crebro nominat Samariam.* Non dicit hic
Beatus Hiero.de modo scribendi istorū, sed de mate
ria, scilicet, de qua re Prophetabant, vel ad quam
gentem dirigitur prophetia. Osęæ aliquando loqui-
tur contra Iudam,aliquando contra regum Israel,sed
regno Iudæ prædicit misericordiam liberationis à Ba
bylonica captiuitate, regno autem Israel prędicit ca-
ptiuitatem interminabilē. De hoc Hiero.in prologo
super Osęę. *Crebro nominat Samariam,& Ephraim.* Hoc
est inquantum loquitur cōtra regnum Israel, in quo
reges erant de tribu Ephraim,quia Ieroboam primus
Rex Israel fuit de tribu Ephraim,& deīde omnes suc
cessores. Samaria erat Metropolis regni Israel,vt pa
tet in processu tertij,& quarti Reg.loquendo ergo cō
tra regem, & contra principalem ciuitatem intelligi- C
tur contra totum regnum. Samaria secundum Isido
rum lib.15.Etymolog.interpretatur custos,quia Rex
Senacherib Assyriorum Dominus transtulit Medos,
& in eadem ciuitate custodes posuit, quam & ipse
ædificauit. Non est intelligendum, quòd Senache-
rib ædificauerit Samariam, quia multo tempore ante
ædificata erat, vt dicitur 3.Reg.16.cap. scilicet quòd
Samaria erat in monte Somer: etiam patet quoniam
Salmanasar,qui regnauit ante Senacherib pugnauit
contra Samariam tribus annis, vt habetur 4.Reg.17.
ca.Sed potuit esse,quòd in illa obsidione magna pars
murorum corruisset, quam post Senacherib restaura
uit ad tutiorem custodiam,& dicit Senacherib voca-
uit eam Samariam, idest custodem, sed hoc etiam vi D
detur falsum, quia antequam veniret Senacherib vo
cabatur Samaria, vt patet in 3.& 4.Reg.respondetur,
quòd illud per anticipationem dictum est, quia Iere-
mias,qui scripsit illos libros,fuit post regem Senache
rib,scilicet tempore captionis Ierusalem à Chaldęis,
& cum scripsit libros potuit vocare ciuitatem illam
nomine, quo eam Senacherib ante vocauerat, & sic
sunt multę anticipationes in sacra Scriptura;sicut Io-
sue vocatur Iosue.Exo.24.32.& 33.cap.sed nunquam
vocatus fuit Iosue, quo vsque fuit mutatum nomen
eius Osęę,vt patet Numeri 13.cap.Sed dicendū quic-
quid sit, quòd Samaria non accepit nomen à Sena-
cherib, sed quia ædificata fuit in monte Somer, dicta
est Semron Hebraicè,quod in Latinè debet scribi Sa
maria,& ista est veritas, vt patet de ædificatione sua.3. E
Reg.16.c.quod autē dicit Isidorus interpretari custo
dem posterius est.Samaria enim nomen vrbis est ali-
quando,vt patet in 4.Reg.17.cap. & multis locis, ali-
quando nomen patrię continentis vrbes, vt patet Io.
4.cap.vbi dicitur de Christo:Oportebat eum transire
per Samariam: venit ergo Iesus in ciuitatem Samari-
æ, quæ dicitur Sichar. Sic habetur Matthę.10.cap.
In viā gentium ne abieritis, & in ciuitates Samarita-
norum ne intraueritis. Ista autem ciuitas postea Seba
ste dicta est, & deinde ab Augusto Cęsare Cęsarea di-
cta est, vt patet in libro diuisionis terræ sanctę.

Cap.1.circa medium.

Dubium quis dedit nomen Samariæ.

Samariæ nomē mula significat.

Iuxta hanc ciuitatem quæsiuit Christus ab Apostо
lis,quem vocarent eum homines, & dedit claues Pe-
tro, vt patet Matthę.16.cap.vbi dicitur, Venit autem
Iesus in partes Cesareæ. In hac ciuitate sepultum fuit
corpus Beati Ioannis Baptistæ inter Eliseum, & Ab- Vbi sepultus Io Baptista.
diam Prophetam, sed post à Iuliano Apostata Impe-
ratore combustum præter caput,& digitū, quo Chri
stum venientem indicauit dicens:Ecce agnus Dei,vt
patet Io.1.cap. *Ioseph.* Non loquitur aliquid Osęæ
contra Ioseph,sed contra tribum Ephraim,qui erant
de semine Ioseph. *Iezrael.* Nō est Iezrael Iezabel,quia
Iezabel fuit Regina vxor Achab, vt patet 3.Regū 21.
cap.quæ fecit occidi Naboth propter vineam.Iezrael
est Metropolis in terra Samarię, iuxta quam sunt cā-
pi latissimi, & vallis vasta plusquam decem milibus
passuum,vt ait Hierony.super Osęę. *Et vxorem forni
cariam.* Intendebat enim significare terram receden
tem à cultu veri Dei, & fornicantem cum Idolis.
Ideo subiungitur fornicans fornicabitur terra à Do-
mino. *Et fornicationis filios.* Quia dicitur in litera An Deus mandauit Osęæ fornicari.
Osęę primo cap. & fac filios fornicationis. In his au
tem filijs fornicationis multi valde imperiti sentiunt
dicentes,quòd sicut Deus mandauit Israelitis accipe
re bona Aegyptiorum, & non peccauerunt,ita man-
dauit hic Osęę fornicari, ideo licitum erat fornicari.
Sed hoc valde dissonum rationi videtur, quòd Deus
mandauerit alicui fornicari. Nec est simile de furto
Israelitarum,quia illud nō est furtum, cum Aegyptij
deberent illa Iudæis,quos quotidie depauperabant,&
premebant operibus duris, nihil pro labore soluen-
tes:ideo Deus mādauit accipere vasa,& vestes Aegy-
ptiorum: non tanquam aliena,sed tanquam sua,quæ
violenter apud Aegyptios detinebantur, quia etiam
Deo non mandante ipsi Israelitę propria authoritate
potuissent ab Aegyptijs repetere iudicantes iustum
bellum,cum non haberent iudicem,coram quo con
tenderent cum Aegyptijs, & quia Aegyptij rationi
stare nolebant.Fornicatio autem de se illicita est,nec
potest aliquis coitus iustificari,nisi cum illa, cum qua
præcesserit consensus faciens matrimonium. Si ta-
men Deus mandaret cum illa,quæ non est vxor, coi-
tum habere, liceret ad obediendum Deo, sicut lice-
bat Abrahæ occidere filium suum innocētem ex mā
dato Dei,vt patet Gen.22.cap.in quo tamen alias ma
ius peccatum erat,quàm in coitu illicito, sed nunquā
talia Deus mandauit,nec credo ipsum mandaturum,
quia non subest aliqua honesta causa mandandi,sicut
in rapiendo bona,vel in occidendo patrem, vel filiū;
quoniam in aliquo casu licebat patri occidere filium,
& è conuerso,scilicet in casu Idolatrię, vt patet Deu-
ter.13.cap.

Item quia hoc non obstante litera repugnat,quòd
intelligatur de fornicatione, quia licet illa mulier,
quam accipiebat Osęæ,esset fornicaria,vel non, scili-
cet meretrix, tamen ipse non poterat fornicari cum
ea,quia eam in vxorem accipiebat, quia dicitur in li-
tera,vade sume tibi vxorem fornicationum, vxorem
enim dixit & non mulierem, cum ea autem quam ali
quis sumpsit in vxorem,fornicari non potest.

Item cum dicitur; & fac filios fornicationum:im-
possibile est, quòd filij nati de Osea cum vxore legiti
ma essent filij fornicationum, sic literaliter assumen-
do. Cessat ergo istorum vana intentio: de modo tā
men intelligendi illam literam magis dicetur Deo
dante, cum accesserimus ad Osęę. *Et adulteram cubi-
culo clausam mariti.* De hac dicitur Osęæ.3.cap.vbi mā
dauit Deus Osęæ, quòd diligeret vxorem dilectam
ab alio viro,& adulteram,& dixit ad eam dies multos
expectabis me,non fornicaberis, & nō eris cum alio
viro multo tempore. *Sedere viduam.* Idest viduatam,

scilicet

scilicet carentem consortio viri nō per mortem, sed per distantiā & recessum viri ab ea, quia dixerat Oseę multos dies expectabis me, & eris sine viro. *Sub veste lugubri viri reditum præstolari.* Ideſt expectare, cum enim mulier virum suum expectat, habitum lugubrem habet, quia delectationes, & gaudia suscipere renuit, & hoc significabat, quòd diebus multis starent filij Israel sine Rege, sine Principe, sine Sacrificio, sine Altari, sine Ephod, & sine Theraphim, vt patet eodem cap. 3.

Ioel filius Fatuel describit terram duodecim tribuum, eruca, brucho, locusta, rubigine, vastante consumptam, & post euersionem prioris populi effusum iri Spiritum sanctum super seruos Dei, & ancillas, ideſt super centum viginti credentium nomina, & effusum iri in cœnaculo Sion. Qui centum viginti ab vno vsque ad quindecim paulatim, & per incrementa surgentes, quindecim graduum numerum efficiunt, qui in Psalterio mysticè continentur.

Ioel filius Fatuel. Ioel prophetauit eisdem temporibus, & sub eisdem regibus, sub quibus Oseę Prophetauit. Ideo post eum ordinatur, & in principio libri sui annotationes temporum non habet, quasi eisdem temporibus locutus fuisset, vt ait Hieronym. in Prologo primo super Ioelem. *Filius Fatuel.* Ponitur ad differentiā aliorum, qui vocabantur Ioel. *Describit terram duarum tribuum.* Ideſt Iudæ, & Beniamin, quia Ierusalem in sorte Beniamin cecidit, & erat coniuncta sors istorum sorti Iudæ, ideo simul sibi consentiebant, quare de ambabus hic loquitur Ioel; aliquæ tamen Bibliæ habent. *Terram duodecimi tribuum.* Sed ista litera est contra illam, quę habetur per Hieronymum in Prologo super Ioelem, qui incipit sanctum Ioelem, vbi dicitur, in hoc Propheta omne, quod dicitur, ad tribum Iuda, & Ierusalem pertinere credēdum est, & nullam omnino Israelis, ideſt decem tribuum in hoc fieri mentionem. Aliqui volentes concordare istas literas dicunt, quòd intelligitur hoc, scilicet quòd nulla mentio fiat de decem tribubus quātum ad punitionē, quia nihil fuerunt puniræ, sed quātum ad exemplificationē, quia Propheta dicebat de decem tribubus, vt Iuda, & Beniamin conuerterentur ad Deum, ne efficerentur sicut alię tribus: sed ista solutio, siue concordia repugnat literæ, quam ipsi defendere volunt, quia in ea dicitur. *Ioel filius Fatuel describit terram duodecim tribuum bruco, & locustæ.* Et cap. In quo innuitur punitio. Litera etiam in se falsa est, quia non fit mentio in toto Ioele nisi de Iuda, & Ierusalem. Ideo dicendum, quòd ista litera corrupta est, debet enim scribi. *Terram duarum tribuum.* Potuit enim propter simulitudinem literarum corrumpi, vel propter additionem literarum in numeris, scilicet si duobus præexistentibus apponeretur decem. *Eruca, bruco.* Hic ponit quatuor plagas in terrę nascētibus. Prima est eruca, quæ est quidam vermis, qui nascitur in oleribus, & arboribus, & desiccat folia, & consumit vniuersa cōburendo. vñ dr eruca, quasi vruca, à verbo Vro. *Brucus.* Brucus significat duo, vno modo significat quasdā paruas, & minutissimas auiculas ad quantitatem muscarū, & minores, colore nigerrimas, quæ vineas demoliuntur. Et vocatur vulgariter, Prologō, sine brugo: alio modo brucus significat fœtum locustarum, sed differt quia ante quam habet alas vocatur brucus, cum autem alas habet, sed parum volat, acelabus, dicitur: deinde cum fortis est, locusta, dicitur. *Rubigine.* Est rubigo cum tenerę fruges noxio rore perfunduntur, & vertuntur spicę, & calami in ruborem, & deinde marcescentibus radicibus putrefiunt, & ista impressio vocatur vredo, sic habetur Gen. 41. cap. vbi vidit Pharaon spicas percussas vredine. *Vastante fuisse consumptam.* Vtrum autem istę quatuor plagæ venerunt in eodem anno, vel diuersis, non plene patet: sed videtur dicendum, quòd in diuersis, quia Ioel 2. cap. dicitur, & reddam vobis annos, quos comedit locusta, brucus, rubigo, & eruca.

Aliqui referunt istas quatuor plagas ad quatuor gentes, quæ vastauerunt Iudęos, scilicet Assyrij per erucam, & Chaldæi, per locustam Persæ, & Medi per brucum Macedones, & omnes successores Alexandri, per rubiginem Romani. Sed non multum conuenit hoc, quia certum est ex contextu litere in Ioele, quòd terra vastata sit in terræ nascentibus istis quatuor plagis.

Itēnō cōsonat literæ, quia præsupponit ista expositio, quòd Ioel loquatur ad omnes duodecim tribus, quia Assyrij nō destruxerunt Iudam, sed alias decem tribus. Item quia post captiuitatem Romanorum nunquam Iudæi redierunt, nec prosperati sunt. Sed Ioelis 2. dicitur, quòd post istas quatuor plagas Deus restitueret eis quod per plagas demolitum fuerat.

Etiam quia in litera Ioel ponitur post istas plagas de inuasione hostili facta per Chaldęos, quod non esset, si intelligeretur per erucam.

Et Hieronymus facit hic differentiā in litera, quia post istas quatuor plagas ponit euersionem illarum duarū tribuū dicēs. *Post euersionem prioris populi.* Ideſt populi duarum tribuum factam per Chaldeos. Gregorius autem per erucam libidinem notat, locustam inanem gloriam, per brucum ventris ingluuiem, per rubiginem iram. Hierony. moraliter exponendo dicit has plagas quatuor esse quatuor animi passiones, quę si nimis increscant, omne spirituale robur enecuant, scilicet gaudium de præsenti bono, dolorem de præsenti malo, spem de futuro bono, timorem de futuro malo. *Effusum iri Spiritum sanctum.* Ideſt effundendum esse: est enim futurum infinitiui vocis passiuę. *Super seruos Dei, & ancillas.* Ideſt super homines, & mulieres credentes, super quos venit Spiritus sanctus post Christi ascensionem, & hoc prænunciatur Ioel 2. cap. vbi dicitur. Et erit post hoc effundam post hoc spiritum meum super omnem carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestrę. Hoc autē factum esse demonstratur Actuum 2. cap. *Ideſt super centum & viginti credentium nomina.* Isti centum, & viginti credentes erant tempore, quo Christus in cœlum ascenderat, & manebant in oratione, & iejunio expectantes Spiritum sanctum promissum, vt patet Actuum primo cap. *Et effusum in cœnaculo Sion.* Ideſt iste Spiritus sanctus fuit effusus in cœnaculo Sion, ideſt in quadam domo magna, quæ erat in monte Sion, scilicet, in alto loco ciuitatis. Et ibi cœnauit Dominus cum Apostolis, est nunc ibi domus illa, à qua incipit ordo, qui dicitur Hospitalariorū. Et non vult dicere Hieronymus, quòd Ioel prophetauerit esse effundendum in Sion, quia nihil dixit de loco: sed Hieronymus cognoscens rem gestam hoc posuit.

Isaias tamē de loco, in quo superuenit Spiritus sanctus in cap. 4. prophetat dicens: Et creauit Dominus super omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus est, nubem per diem, & fumum, & splendorem ignis flāmantis in nocte. *Qui centum, & viginti.* Hic ponit Beatus Hieronymus significationem huius numeri secundum figuram suam, in qua describi potest.

Paulatim, & per incrementa surgentes quindecim graduum numerum efficiunt. Ideſt quòd si ista centum, & viginti disponantur sic, quòd crescant paulatim inuenientur quindecim lineę, siue quindecim gradus. Et sic fiet, accipiatur triangulus equilaterus, & ab vno angulorum incipiamus ponere puncta secundum lineas, & ponatur vnus punctus, primo, deinde ponatur alia linea, in qua sint duo, deinde tria. deinde quatuor, & cō sequenter, & vltima linea, quæ est vnum latus trianguli habebit quindicim puncta, & sic in quolibet latere quindecim erunt, quæ si numerentur, erunt centum, & viginti. *Qui in Psalterio mysticè continetur.* Ideſt qui continentur in Psalterio secundum quandam figurationem.

Vnde sciendum, quòd templum Salomonis erat altum, & antequam accederet aliquis ad portam, & porticum templi, erant quindecim gradus, per quos ascendebant, & quando erant magnæ festiuitates ascendebant Cantores per illos gradus, & in quolibet gradu cantabant vnum Psalmum de istis, & sic cantabant quindecim Psalmos, qui vocantur Canticum graduum, quia in gradibus cantabantur: mysterium autem in istis Psalmis multiplex est. Sunt enim ibi tres quinarij, primus pertinet ad incipientes, secundus ad proficientes, tertius ad perfectos. Primus consistit in declinatione à malo: ideo primus gradus primi quinarij est clamor pro liberatione à malo huius sęculi, & miseria, in quo est Psalmus. *Ad Dominum cum tribularer.* Secundus gradus est fiducia liberationis, qa q petit debet petere in fide nihil hęsitans, vt patet Iaco. primo cap. & in isto gradu est Psalmus: *Leuauī oculos meos.* Tertius gradus est lętitia ex consideratione finis tribulationis, quia sicut qui liberatur à tribulatione gaudet; ita qui certe sperat se liberandum gaudet, & in hoc gradu est Psalmus. *Lætatus sum.* Quartus gradus est continuatio supplicationis, quia licet certi simus, semper orare debemus, quia sic Deus bona nobis prędordinauit, vt illa sanctorum orationibus, & nostris attingamus: oportet ergo ab oratione non deficere, vt patet Matthę. 18. cap. & in hoc gradu est quartus Psalmus, scilicet. *Ad te leuaui.* Quintus est pro liberatione, gratiarum actio, in quo est Psalmus. *Nisi Dominus.* Secundus quinarius graduum, & Psalmorum pertinet ad proficientes, & iste quinarius est ad crescendum in bono.

Et primus gradus est confidentia Christiani, pro quo est Christus. *Qui confidunt in Domino.* Secundus gradus est consolatio seminantis misericordię opera, pro quo est Psalmus. *In conuertendo.* Tertius gradus est omnium bonorum Deo attributio, pro quo est Psalmus. *Nisi Dominus.* Quartus est beatitudo timentium, quoniam qui Deo cūcta attribuunt ipsum timent, & amant, pro quo est Psalmus. *Beati omnes.* Quintus est firmitas patientiæ, pro quo est psalmus. *Sæpe expugnauerunt me.* Tertius graduum quinarius est ad iam perfectos, & in hoc primus gradus est confidentia supplicationis, pro quo est Psalmus. *De profundis.* Secundus gradus est humilitas confidentis, ne in cōfidentia aliquid meritis suis ascribat, pro quo est Psalmus. *Domine non est exaltatum.* Tertius est gradus desiderium ædificationis domus Dei, quæ est corpus Christi mysticum, pro quo est Psalmus. *Memento Domine.* Quartus gradus est charitas proximi, pro quo est Psalmus. *Ecce quàm bonum.* Quintus gradus est charitas Dei, à qua incipiunt omnia bona tāquam à motiuo principio ad amandum, & agendū, & in quem omnia tendunt tanquam in finem omnia complentem, pro quo est Psalmus. *Ecce nunc benedicite.* Signat etiā iste ascensus gradualis ascensum charitatis in Deum secundum quam cleuamur, donec Deo perfectè fruamur. Charitas autem quindecim actus habet, quos ponit Apostolus ad Cor. primæ cap. 13. & ascendunt ita quòd actus posteriores sunt actibus prioribus perfectiores. Significat etiam iste numerus impletionem mandatorum nouæ, & veteris legis, quæ significantur per quindecim, scilicet lex noua per octo, & lex vetus per septem, vt dictum fuit supra 2. cap. de Paulo Doctore gentium, qui mysterio, hebdoadis, & ogdoadis instruendus erat, hic & multa similia sunt, quæ mysticè significat canticum graduum.

Amos pastor, & rusticus, & ruborum mora distringens paucis verbis explicari non potest. Quis enim dignè exprimat tria, & quatuor scelera Damasci, & Gazæ, Tyri, & Idumææ, & filiorum Ammon, & Moab: & in septimo, & octauo gradu Iudæ, & Israel? Hic loquitur ad vaccas pingues, quæ sunt in Samariæ monte, & ruinam domum maiorem, minoremque testatur. Ipse cernit fictorem locustæ, & stantem Dominum super murum litum, vel adamantinum, & vncinum pomorum attrahentem supplicia peccatoribus, & famem in terra, non famem panis, nec sitim aquę, sed audiendi verbum Dei.

Amos pastor. Iste est tertius inter minores Prophetas, & fuit iste temporibus. quibus Oseæ, scilicet sub Ozia Ioacham, vt patet Amos primo cap. Et non fuit iste Amos pater Isaiæ, quia alijs literis scribitur apud Hebræos iste, alijs Amos pater Isaiæ, & ille interpretatur fortis, vel robustus, iste autem interpretatur auulsus, vt ait Hieronymus in Prologo super Amos, qui incipit: hic Amos. *Pastor.* Quia fuit de pastoralibus Thecue, vt patet Amos primo cap. distat autem terra illa à Ierusalem contra meridiem per quinque leucas, à Bethlehem autem per tres leucas, siue sex milliaria, vt ait Hieronymus in Prologo supradicto super Amos; & erat Amos pastor armentorum, scilicet vaccarum, & bouum, vt patet Amos cap. 7. *Et rusticus.* Ideſt qui in ruribus, siue in campis morabatur, scilicet in pastoralibus Thecue, & ideo rustico modo loquitur, licet alta secreta contineat. *Ruborum mora distringens.* Ideſt decerpens, vel capiens, & dicitur distringere, ideſt percutere, scilicet, cum quis fructus ab arbore capiēs humiliat ramos, deinde capto, vel decerpto fructu per violentiam resilit ramus se ad superiora eleuans. Aliqui libri habent. *Distinguens.* Ideſt eligens, quia meliora mora comedebat relinquens alia: pastores enim in pastoralibus illis in vijs mora comedunt, quia abundant ibi. *Paucis verbis explicari non potest.* Quia multa continet secrera, & multis verbis indiget ad declarationem. *Quis enim digne exprimat.* Hic ponit difficultatem intelligentię istius Prophetę, & dicit in omnibus istis populis, & tribubus hic nominatis, quòd super tribus sceleribus conuertetur, sed non in quarto.

Sed in sensu mystico exponit ista quatuor peccata Hieronymus: primum peccatum est cogitasse, quæ mala sunt: secundum cogitationibus acquieuisse peruersis: tertium quod mente decreueris, opere complere: quartum peccatum est non agere pœnitētiam, & in suo sibi complacere delicto, tria autem prima peccata

Dubium literale.

Mysteriū 15. Psalmorum apud veteres.

Quæ sint quatuor scelera Damasci.

peccata medicabilia sunt, quartum autem insanabile est, ideo dicit, quòd super illo non conuertetur. *Damasci.* Opportet intelligi etiam istam literam secundum alium sensum literalem, quia Propheta non loquebatur istis populis isto sensu, sed in alio, & primo loquitur ad Damascum, quæ est ciuitas Metropolis, & caput Syriæ, accipiendo specialiter Syriam pro Syria australi non autem pro tota Siria, vel pro Siria Mesopotamiæ, vt patet Isa. 7. cap. quam condidit Eliezer Damascus procurator domus Abrahæ, vt diximus supra 2. cap.

Est intentio Amos loquentis contra istos populos prænunciare eis mala super ventura quantum ad penalitates, quia frequenter peccauerant, & cum denominat hic in quolibet populo tria, & quatuor peccata, non est intelligendum, quòd quilibet populus istorum quatuor peccata egerit, & quòd propter tria conuertatur, & non in quarto. Sed est sensus, quòd quilibet istorum populorum totiens peccata sua iterauit, quòd Deus nō conuertetur à punitione, sed puniet, & si illa peccata non fuissent totiens iterata, vel tantum multiplicata, ita quòd essent, vt tria, & non accederent ad quatuor, non puniret Deus, sed auerteretur. Sed iam sunt tantum multiplicata, quòd non conuertetur.

Quantum autem sit peccata esse, vt duo, vel tria, ita quòd Deus non puniat, vel esse, vt quatuor, ita q̃ Deus non conuertatur, nulli hominum notum est, & quando dicit; non conuertar, non est intelligendū de pœna æterna, quia non datur in hoc aliquis terminus; quia etiam si aliquis cencies millesies peccauerit, & conuertatur, Deus conuertetur ad parcendum de morte æterna secundum regulas, quas dat Ezechiel 18. cap. In punitione autem temporali non est necesse, quòd Deus semper conuertatur, quia Moyses orauit sibi dimittere pœnam de moriendo ante Iordanem, sed non obtinuit: stat enim corporalis, & temporalis punitio cum magno amore Dei ad creaturam, quia filij, quos Deus non castigat, adulterini sunt, vt patet ad Hebræos cap. 12. Et sic Deus puniebat Paulum, quem valde diligebat, dans ei stimulum carnis suæ, vt habetur 2. Corinthi. 11. cap. Et cuilibet istarum gentium vnum peccatum ponitur quod ceteris grauius erat, & propter quod magis à Deo puniebatur. *Damasci.* Tria, & quatuor scelera Damasci dicuntur multa peccata, quæ non ponuntur sub certo numero propter quæ Deus flagellat Damascum.

Peccatum Damasci. Et ponitur ei vnum, scilicet, quia triturauerūt in plaustris ferreis Galaad, idest Rex Syriæ Azael, de quo fit mentio in litera Amos pugnauit contra Israel, & deuicto Acab, regionem Galaad valde destruxit quasi triturās in trituris ferreis, vt patet 4. Reg. c. 13. *Gazæ.*

Peccatum Gazæ. Gaza Metropolitana ciuitas est in terra Philistinorum, vt patet primo Regum 6. cap. peccatum horum fuit, quia concluserunt captiuitatem perfectam in Idumæam, vt patet Amos primo cap. adest, quòd quæcunque de Iudæis capere poterant vēdebant Idumeis. *Tyri.* Tyrus ciuitas est Phœnicię in littore maris iuxta Sidonem, quæ coniungitur terræ promissionis in angulo lateris Occidentalis, & Septemtrionalis.

Peccatum huius ciuitatis fuit, quia concluſit captiuitatem in Idumæam, & non fuit recordata fœderis fratrum. Erant enim Tyri negociatores, & si aliquid de Iudæis capere poterant, vendebant Idumæis. *Idumæa.* Idumea dicitur terra Edon in latere Meridiano terræ promissionis, siue Esau, & vocatur mons Seir à nomine Esau, quia Esau tria nomina habuit,

Peccatum Idumeorū scilicet, Esau, Edon, Seir. Peccatum autem Idumeorum fuit, quia persecutus fuit Esau fratrem suum in gladio, scilicet Iacob, & violauit misericordiam eius, ideſt non fuit misericors eius, vt frater fratri misereri debebat, & tenuerit vltra furorem suum, & indignationem suam seruauerit vsque in finem. Refertur ad filios Esau, qui non perdiderunt odium fraternum quod pater habebat ad Iacob, hoc ipsi habuerunt ad filios eius, quia noluerunt à principio concedere transitum per terram suam, sed communati sunt eis si intrare vellent, vt patet Numeri 20. cap. *Filiorumque Ammon.* Ammon, & Moab sunt filij Loth de duabus filiabus suis, vt patet Gen. 19. cap. hi habitant in Arabia, & valde persecuti sunt filios Israel, tempore iudicum, & tempore Saulis, quia venerunt in Iabes Galaad volentes eruere oculos dextros omnibus viris, vt patet primo Regum 11. cap. Et quadam alia vice dum pugnarent contra Iabes Galaad, vt acciperent illam regionem pro terra sua, dissecuerunt prægnantes Galaad, ideſt illius terræ totius, vt non multiplicarentur bellatores ex partu prægnantium, vt patet Amos primo cap. *Et Moab.* Moab filius ex maiori filia Loth, vt patet Gen. 19. cap. Peccatum Moabitarum fuit, quòd incenderunt ossa Regis Idumææ, vt patet Amos 2. cap.

Et dicit Hieronymus super Amos, quòd tradunt Hebræi Idumæos fuisse subiectos Iosaphat regi Iuda: Et Moabitas Ioram regi Israel. Sed post modicum cum recessisset rex Moabitarum à Ioram petiuit ille auxilium à Iosaphat rege Iuda, qui veniens duxit secum regem Idumeorum ad oppugnandam ciuitatem, in qua Rex Moab erat conclusus. Et cum rex Moab vellet fugere per eam partem ciuitatis, quam rex Idumææ obsidebat non est permissus abeo, tunc ascendens murum immolauit videntibus hostibus filium suum Deo suo, & propter immanitatem huius facti recesserunt filij Israel à ciuitate, postea mortuo rege Idumæorum, & sepulto recordati Moabitę quid egisset contra eos in obsidione extractum de sepulchro combusserunt igni, & in cinerem redigerunt, vt quod non potuerunt in vno vlciscerentur in mortuo. *In septimo, & octauo gradu Iuda, & Israel.* Ideſt peccata, & prænunciationes penarum contra Iudam ponuntur septimo loco, punitiones contra Israel ponuntur quarto loco incipiendo à Damasco, & Gaza.

Peccata Iuda erant multa, scilicet, quia legem Dei non custodiebant, & volebant agere, quæ Deus mandabat, sed declinabant ad Idola, vt patet Ammos 2. cap. *Et Israel.* Octauo loco ponitur Israel cuius peccatum, quia vendidit argento iustum, & pauperem pro calciamentis, & quia conterebant super puerem capita pauperum, & viam humilium declinabant, vt patet Ammos 2. cap.

Aliqui enim dicunt, quòd hoc fuit peccatum venditionis Christi, qui pro 30. argenteis venditus est, Sed nullo modo conuenit, quia ista punitio, quæ hic prænunciatur infligenda, paulo post facta est: sed Christi venditio multo post tempore fuit.

Item quia ista priuatio refertur ad peccata præterita, venditio autem Christi non erat præterita; nec valet, si dicas, quòd loquitur de futuro, tanquam de præterito propter certiudinem prophetiæ, quia licet aliquando ponatur præteritum perfectum pro futuro, nunquam vel raro ponitur præteritum imperfectum pro futuro, quia semper refertur ad rem gestam, totus autem contextus literę ad præteritum dirigitur.

Item quia non vendiderunt Iudæi Christum, sed Iudas discipulus suus, peccatum venditionis nullo modo imputabile est Iudæis. Item dato, quòd imputaretur Iudęis, qui ipsum emerunt, quia sanguinem

tem innocentem emerunt, tamen Israelitis non potest imputari, quia sola tribus Iudæ, quæ mansit, Christum persecuta est, & crucifixit: tribus autem, quę vocantur Israel per multum tempus ante ductę fuerant in terram Medorum, ad quas de scelere facto contra Christum nihil attinebat, ridiculum ergo est talia dicere.

Sed intelligitur, quòd Principes, & viri potentes in Israel vendebant iustum pro argento, ideſt dantes contra iustum sententiam iniquam propter munera. *Et pauperem pro calciamentis.* Ideſt, quia pauperes nil dare poterant pro modico vendebant iustitiam eorum, & humiliabant pauperes vsque ad terram flagellantes eos, & percutientes capita eorum super pulverem, quia vitulos nolebant adorare, & aliquos occidebant. *Hic loquitur ad vaccas pingues.* Hoc habetur Amos ca. 4. primo dicit ibi captiuitatem Assyriorum istis vaccis pinguibus, & dicuntur vaccę pingues vxores Sacerdotum, & Iudicum in terra Samariæ, quia ventri, & gulæ seruiebant lautissimè. Aliqui volunt, quòd dicatur pro ipsis viris, & vocentur vaccę irrisoriè. Sed non est, quia in litera Amos subiungitur. *Qui dicitis Dominis vestris: Afferte, & bibemus.* Domini autem sunt mariti earum. Item quia post subditur: Et per aperturas exibitis altera contra alteram, & proijciemini in Armon, non potest autem hoc de viris intelligi. *In monte Samariæ.* Ideſt in Bethel, vbi erat vnus vitulus quem fecerat Ieroboam, vt patet 3. Regum 12. cap. & Sacerdotes multi, & iudices. Vel dicitur mons Samariæ altitudo potestatis Sacerdotalis, vel iudicatiue in Samaria. *Et ruituram domum maiorem minoremque testatur.* Ideſt prædicit, quòd domus Israel, quę est maior domus habens decem tribus, & domus minor, ideſt domus regni Iuda, quę parua erat ruent tradite in manus hostiles de hoc Amos capit. 6. quia ecce Dominus mandabit, & percutiet domum maiorem ruinis, & domum minorem scissionibus. *Ipse cernit factorem locustæ.* Ideſt Amos vidit imaginaria visione Dominū fingentem, ideſt facientem locustas, & mittentem eas in terram, vt cooperirent, & vastarent omnia virentia in principio germinātium. *Serotini imbris.* Ideſt in primo vere cunctis incipientibus germinare, vt patet Amos 7. cap.

Aliqui tamen intelligunt hoc de Assyrijs ascendentibus in multitudine magna, & cooperientibus terram promissionis. Sed melior expositio est prima, quia sic factum est, scilicet, quòd percuteret Deus Israelitas primo fame, & alijs minoribus malis, vt corrigerentur: deinde perseuerantibus ipsis induxit captiuitatem secundum ordinem punitionis, qui ponitur Deuteron. 28. cap. & Leuit. 26. *Stantem Dominum super murum litum, vel adamantinum.* Biblia nostra habet murum litum, ideſt planatum: & dicitur à verbo, lino, ideſt superinducere calcem lapidibus, vel lateribus ad fortiorem structuram, & compaginationem. Stabat autem Deus super murum litum, ideſt bene lęuigatum, vel adamantinum secundum literam septuaginta interpretum, & significatur soliditas murorum Israel. Et dixit Prophetæ Amos: quid tu vides Amos? qui respondit trullam cementarij ego video: volebat enim Deus signare deiectionem murorum Israel, in quibus confidebant: ideo subiunxit: Ecce ponam trullam in medio populi mei Israel: non adijciam vltra super inducere eum, & demolientur excelsa, trulla enim est instrumentum ędificatorum, & ferreum, amplum, & planum ad complanandum lutum, vel calcem, & vocatur vulgariter paſęta. *Et vncinum pomorum attrahentem supplicia peccatorum.* De hoc Amos 8. cap. iste vncinus significat cāptiuitatem imminentem eis futuram per Assyrios, & sicut poma violenter inclinantur vncino, ideſt illo instrumento curuo ad capiendum, ita ipsi portari debebant in vinculis, & laqueis inuinēti in captiuitatem ad terram Medorum, vel sicut vncinus accelerare facit ramum ad decerpentem fructus, ita signabatur instare de propinquo captiuitas Israel; & hoc vult cap. 8. Amos dicens, hæc ostendit mihi Dominus: & ecce vncinus pomorum, & dixit, quid tu vides Amos, & dixit, vncinum pomorum, & dixit Dominus ad me: venit finis super populum meum Israel. *Et famem in terra.* Ista non fuit fames panis, sed audiendi verbum Dei, vt patet Amos 8. capitu. Hoc fuit imminente captiuitate, inquirebant responsum à Prophetis, & circuibant quærentes Prophetas, nec inueniebant eos timore, & desiderio exardescentes.

Abdias, qui interpretatur seruus Domini, pertonat contra Edom sanguineum, terrenumque hominē fratrē fratris quoque Iacob semper æmulum hasta percutit spiritali.

Abdias, qui interpretatur seruus Domini. Hic ponitur quartus de minoribus prophetis. Abdias.

Hebræi dicunt, quòd iste est, qui sub rege Achab, & impijssima Iezabel pauit centum Prophetas in speluncis, & specubus, qui non curuauerunt genua sua ante Baal: sepulcrum quoque eius cum mausoleo Elisei, & Ioannis Baptistæ in Sebaste ciuitate venerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur, vt ait Hieronymus in Prologo super Abdiam, qui incipit: Iacob Patriarcha. Interpretatur Abdias seruus Domini, maximam quippe Deo seruitutem exhibuit, cum pauit centum Prophetas, vt non recederent à vero cultu Dei. *Pertonat contra Edom.* Ideſt contra filios Esau, qui sunt Idumei: tota enim Prophetia Abdiæ destructionem designat Idumæorum. *Sanguineum, terrenumque fratrem.* Dicitur autem sanguineus, ideſt valde rubeus, & propter ruborem corporis Edom dictus est, vt ait Hieronymus in Prologo super Abdiam. Vel vt habetur Genes. 25. capitu. vocatur rubeus, siue Edom, quia desiderauit lenticulam ruffam. Vocatur autem Esau à nomine proprio. Vocatur Seir à corporis dispositione, quia hispidus erat, vt pannus, vel pellis. Vel potest dici sanguineus, quia propter inuidiam sanguinem fratris sui Iacob effundere conabatur. *Fratris quoque Iacob semper æmulum.* Ideſt inuidentem pro benedictione quam surripuerat; sed nec in hoc eum grauauerat, quia Esau vendiderat ei primogenita. Si ergo possessionem rei suæ, quę ab alio violenter detinebatur; palam accipere non poterat, licebat accipere quomodocunque posset. *Hasta percutit spiritali.* Sci licet prophetando contra eum desolationem: Prophetia enim, quæ contra aliquod dirigitur, non nocet corporaliter, quia verbum est, sed certissimum malum prænunciat futurum, ideo hasta spiritualis vocatur. Prophetia dicitur hasta spiritualis.

Ionas pulcherrima columba naufragio suo passionem Domini præfigurans, mundum ad pœnitentiam reuocat: & sub nomine Niniue gentibus salutem nunciat.

Ionas columba. Iste est quintus Propheta de minoribus: Iste Ionas, & Abdias quia in principio sui temporum annotationes non habent, intelliguntur prophetasse eisdem temporibus, quibus Prophetæ, qui Præpositi sunt.

Fuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epistola D. Hierony.

Fuit iste Ionas de Ghet, quę est in Ophir, vt ait Hie F
ronymus. Dicunt Iudæi, q̃ iste fuit filius mulieris Sareptanę, quã Elias Propheta postea mortuã suscitauit, vt ait Hierony. in Prologo sup Ionã, q̃ incipit sanctũ Ionã. Sepulchrũ eius demonstratur in vna vrbiũ Geth in vico quodam, qui est secundo milliario à Sephorin itinere, quo pergitur Tiberiadem, vt ait Hieronymus in Prologo, qui incipit Ionas columba. Et vocatur Ionas columba, quia sic est eius interpretatio in Hebræo, vel interpretatur dolens, vt ait Isidorus 7. Etymo. quia doluit de salute Niniuitarum, vel quia in ventre ceti tribus diebus doluit. *Naufragio suo passionem Domini præfiguranis.* Quia sicut Ionas fuit tribus diebus in ventre ceti, sic filius hominis fuit tribus diebus in corde terræ. Ideo Phariseis petenti- G
bus signum Christus respondit dicens. Matthæ. 16. c. generatio mala, & adultera signum quærit, & signũ non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. *Mundum ad pœnitentiam reuocat.* Quia vocando Niniuitas ad pœnitentiam omnes homines vocare intelligebatur dans causam similem confidendi. *Et sub nomine Niniuæ salutem gentibus nunciat.* Nullus Propheta legitur missus ad gentes, nisi Ionas, ideo per Niniuem, ad quam mittebatur, cęteræ gentes ad pœnitentiam vocatæ intelliguntur.

Michæas de Morasti cohæres Christi, vastationem annunciat filiæ latronis, & obsidionem ponit contra eam, quia maxillam H
percusserit iudicis Israel.

Micheas de Morasti. Iste est sextus Propheta de minoribus: iste prophetauit sub Ioathan, & Acham, & Ezechia, vt patet Micheę 1. cap. & præcesserunt eum alij præfati Prophetæ, quia tempore Ozię inceperũt. Iste autem tempore Ioathan filij Ozię; & loquitur contra Samariam, & Ierusalem.

Fuit Micheas de Morasti, qui est grandis viculus, qui est iuxta Eleutheopolim vrbem Palestinorum, vt ait Hieronymus. *Cohæres Christi.* Alludit Hieronymus verbo quod habetur ad Roman. 8. hæredes Dei cohæredes autem Christi, quia Morasti significat Hebraicè hæredem. *Vastat onem annunciat filiæ latronis.* I
Vocatur Hierusalem filia latronis, idest filia diaboli, qui semper insidiatur, vt rapiat fructum bonorum operum. De ista vastatione dicitur Micheæ 5. Nunc vastaberis filia latronis, quia percusserit maxillam iudicis Israel, idest quia percussit Christum in maxilla: fuit enim iniuria toti Trinitati quando faciẽbus Iudæis percussit seruus Pontificis Christi maxillam, qui erat iudex Israel. Litera autem in Michea non est sicut hic. Sed dicitur. *Obsidionem ponent super nos, in virga percutient maxillam Iudicis Israel.* Quod valde conuenit captiuitati Babylonicę, ideo dicitur. *Nunc vastaberis filia latronis.* Idest destrueris à Chaldæis.

Cum dicitur percutiẽt maxillam iudicis Israel. An intelligatur de Christo.

Obsidionem ponent super nos. Circundando vos in ciuitate Ierusalem ante Babylonicam captiuitatem. *In virga percutient maxillam iudicis Israel.* Idest in ista irruptione ciuitatis hostes nostri ita crudeliter se habebunt, quòd non dabunt honorem senibus, & viris nobilibus. Sed iudices ipsos, qui in toto populo honoratissimi sunt percutient virga in maxillis, & capite ad magnum dedecus. & sic prænunciatum fuerat eis Deuteronom. 28. capit. ducet super te Dominus gentem cuius linguam intelligere non possis, gentem procacissimam, quæ non deferat seni, nec misereatur paruulis.

Et magis proprie videtur hoc debere intelligi de pœna Iudæorum in obsidione, quam de culpa, vt patet ex contextu literæ, scilicet, quia dicitur nunc vastaberis, maximè quia si dicatur, quòd debet intelligi de percussione Christi, quomodo poterit stare? quia culpa semper præcedit pœnam: sed captiuitas Babylonica, de qua ibi Micheas prophetat, fuit ante percussionem Christi, quasi per quingentos annos: immo quasi per sexcentos, quod patet computando septuaginta hebdomadas Danielis, quæ facitũ quadringentos nonaginta annos, & deinde præcedens tempus, quod fuit inter prophetiam Micheæ, & Danielis.

Sed potest dici, quòd ista percussio maxillę refertur ad Christum, & sic aduerbium, nunc, non demonstrat tempus captiuitatis Babylonicæ, sed tempus captiuitatis factæ per Romanos, & tunc est sensus. *Nunc vastaberis filia latronis.* Scilicet tempore Titi, & Vespasiani. *Obsidionem ponent super nos.* Idest super omnes existentes in Ierusalem: loquitur enim Propheta de toto populo, & ponit se cum eis, sed ipse non vidit istam captiuitatem, nec Babylonicam, quia tempore Ezechię mortuus est, postquam fuerunt quinque reges vsque ad captiuitatem Babylonicam, vt patet 4. Reg. computando Iosiam primum, ibidem 21. capit. secundum Ioacham: tertium Ioachim. quartum alium Ioachim, quintum Sedechiã. De his 4. Regum 25. capitu. *Percutient in virga maxillam iudicis Israel.* Idest ista vastatio fiet, quia percutient Christum in maxilla. Sed prima expositio magis cõsonat literæ.

Nahum consolator orbis increpat ciuitatem sanguinum, & post euersionem illius loquitur: Ecce super montes pedes euangelizantis, & annunciantis pacem.

Nahum consolator. Iste est septimus Propheta inter minores, prophetauit autem eodem tempore, quo Micheas, quia in princip. lib. temporis annorationes non habet. *Consolator orbis.* Quia non erat parua consolatio, tam decem tribubus, quæ in captiuitate tenebantur, quàm duabus, scilicet Iudæ, & Beniamin, quę ab eis obsidebantur, q̃ Chaldæi Assyrios destruerent, & captiuarent, vt ait Hieronymus in Prologo super Nahum, qui incipit Nahum Prophetam. *Increpat ciuitatem sanguinum.* Idest Niniuem, quæ dicitur ciuitas sanguinum, quia rex Assyriorum, qui morabatur in Niniue Metropoli regni sui, multum sanguinem effuderat de Israelitis, Iudęis, & aliis gentibus, quas subiecerat: de quibus 4. Regum 18. capitu. & increpatio erat prædicere ei, quòd destrueretur à Chaldæis, & ratio, quia prædicante Iona in ciuitate Niniuę conuersi sunt ad Dominum, & misericordiam consecuti. Deinde tranquillitate habita grauioribus se criminibus miscuerunt: quare Propheta Nahum vltimam & totalem eis denunciat destructionem. *Et post euersionem loquitur.* Euersionem Niniuę in generali ponit in primo capit. in aliis duobus sequentibus ponitur magis in speciali, in primo autem capitulo post prænunciationem destructionis sequitur. *Ecce super montes.* Hic prænunciatur gaudium Iudæis non solum de captione, & destructione Assyriorum per Babylonios. Sed primo de morte Senacherib, & patet quia dicitur in litera consequenti. *Celebra Iuda festiuitates tuas.* Quia vt habetur. 2. Paralipo. 22. capitu. dum Senacherib obsideret Ierusalem, & inuaderet terram illam, non potuerunt celebrare solennitatem Paschæ Azymorum primo mense. deinde percussis octuaginta quinque millibus viris Senacherib ipse aufugit in terram suam, & immediatè in templo Dei sui à filijs suis occisus est,

est. Et tunc venerunt nuncij ad terram Iudæ annun- A
ciantes mortem eius, & dicentes, quòd securè possent celebrare festiuitatem, & tunc secundo mense, die quintadecima Pascha celebratum est iuxta regulam positam Numeri 9. cap. *Ecce super montes pedes euangelizantis.* Ista sunt verba Nahum dicentis Iudęis: Ecce nunc venit nuncius denuncians mortem Senacherib. Pedes erant super montes, quia velociter transcurrebat montes, & valles, & plana. Euangelizans dicitur, idest bonum, annũcians, ab eu. quod est bonum, & Angelus, quod est nuncius, quasi bene annuncians. Non poterat autem Iudęis melius aliquid nunciari, quàm quies ab hostibus, & mors Senacherib, ideo subditur, & annunciatis pacem.

Abacuch luctator fortis, & rigidus stat B
super custodiam suam, & figit gradum super munitionem, vt Christum in cruce contempletur, & dicat, operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena est terra: splendor eius, vt lux erit: cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius.

Abacuch luctator. Iste est octauus de minoribus Prophetis. Iste prophetauit eo tempore, quo Nahum, & Micheas, quia annotationem temporis nõ habet. Abacuch interpretatur amplexans, vt ait Hieronymus super istum prophetam, quia ex eo, quòd amabilis Domini erat, sic vocatur, vel quia in certamem cũ Deo ingreditur, amplexantis, idest luctantis sortitur vocabulum. *Luctator fortis.* Quia nullus propheta est, qui ita contra Deum dure loquatur conquerendo quare in presenti vita mali prosperantur, & conculcant bonos, & in hoc magis contendentis, & irati vocabulum habet ex verbis, quàm petentis, vel precantis. *Stat super custodiam suam.* Alludit hic Hieron. verbis ipsius Abacuch in cap. 2. dicentis super custodiam meam stabo, & est sensus: Stat super custodiam suam, idest cum magna attentione custodis. Sicut custodes nocturnarum vigiliarum cum diligenter custodire volunt, stant super pedes erecti toto corpore ne dormiant. *Et figit gradum super munitionem.* Ad idẽ pertinet, & sic est in ordine literæ Abacuch, & notat D
diligentiam custodientis. *Figit gradum super munitionem.* Idest ponit pedem firmatum super murum. Et erat intentio Abacuch, quòd ex quo ipse cum Deo disceptauerat conquerendo de conculcatione bonorum à malis, & Dominus ei nondum respondebat, nunc volebat diligenter attendere, quid ei Deus responderet, & ad hoc facit istum apparatum ad modum diligentis custodis stantis super muros, & ideo sequitur in litera: Et contemplabor, vt videam, quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Et quia ista quæstio prouidentię introducta fuerat propter Nabuchodonosor, qui nequissimus erat, & tamen Iudęos meliores se conculcabat, ideo respondet Dominus in illo 2. capitu. quòd Babylonia destruetur à E
Medis, & Persis. *Vt Christum in cruce contempletur.* Hoc fit in tertio capitulo, quod potest intelligi de destructione Babylonis per Cyrum, & Darium, vel de passione Christi, & in aliqua parte magis consonat litera vni, aliquando magis alteri, sed hic Hieronym. applicat ad Christum. De hoc tamen plenius ibi dicetur Deo dante. *Operuit cœlos gloria eius.* Idest gloria Christi operuit cœlos implens illos, quia infinita est. & hoc fuit maximè in natiuitate eius quando Angeli cecinerunt, gloria in excelsis Deo. Luc. 2. capitu. *Et laudis eius plena est terra.* Quia in tota terra narrantur mirabilia eius, & miserationes eius super omnia opera eius, laudatur, vt creator, vt redemptor, & vt glorificator. *Splendor eius, vt lux erit.* Idest splendor famæ Christi, quæ per totum orbem diuulgata est, vel quantum ad doctrinam, quæ splenduit exponens antiquę legis veritatem, & intelligentiam, quæ sub tenebroso cortice celabatur. *Et cornua in manibus eius.* Idest cornua crucis fuerunt in manibus eius. Vel potest fieri hypallage, vt dicamus manus eius in cornibus, scilicet crucis, & hoc conuenientius est. *Ibi abscondita est fortitudo eius.* Idest ibi demonstrauit se esse infirmum, quia nihil operata fuit diuinitas ad euasionem pœnæ, sed permisit Christum amarissimè pati, & amarius, quàm nos patiamur, propter maximam armoniam in complexione, & viuacitate, & in sensibus; etiam quia in nobis dum pars inferior patitur, superior compatitur, & dolorem quantum potest lenit, & tolerabilius fit, in Christo autem, qui Dominus naturæ erat, ex voluntate sua facta fuit ista discontinuatio, scilicet, vt vires inferiores perfectissimè, & amarissimè paterentur, & partes superiores, scilicet, intellectus, & voluntas totaliter finirentur, & nulla consolatio à deitate, vel ab intellectu saltem naturaliter redundabat illo tempore in partem sensitiuam. Et tunc potentiæ sensitiuæ soli dolori vacantes acerrimum dolorem patiebantur, ideo nullus homo tantum dolorem sensit in pœnalitatibus sicut Christus.

Causa propter quam Christus amarissimè passus est.

In martyribus enim graria Christi redundat affluenter, dum patiebantur, ne desperarent, sed voluntariè acciperent. C

Nullus enim homo fuit, qui si in mortis tolleratione ita relictus fuisset sine aliqua influentia ad partes inferiores redundante sicut Christus, qui non desperasset: & ex hoc specialiter clamauit in morte sua, dicens: Deus meus, vt quid dereliquisti me, vt patet Matthæ. 27. capitu. De nullo autem viro sancto legimus, quòd istam vocem in morte sua dixerit quantumcunque acerbissimè pateretur, quod valde notandum est, quia nullus sic derelictus fuit.

Alij autem homines, qui pro Christo moriebantur ex influentia virium superiorum in inferiores aliquo modo tolerabilius habebant, quia per intellectum, & voluntatem aliqualiter potentiam sensitiuam imperando ab attentione doloris remouebant. Ideo abscondita est fortitudo eius.

Vnde Hilarius ait, quòd ante passionem apparuit Christus Deus, & homo, in passione solùm homo, post passionem solùm Deus. De his ponit aliquid sanctus Thomas in quodam quolibet, scilicet, vtrum Christus verè mortuus fuerit.

Sophonias speculator, & arcanorum Dei cognitor audit clamorem à porta piscium, & eiulatum à secunda, & contritionem à collibus. Indicit quoque vlulatum habitatoribus Pilæ, quia conticuit omnis populus Chanaam, dispersi sunt vniuersi, qui inuoluti erant argento.

Sophonias. Iste est nonus Propheta de minoribus, iste Prophetauit post tempora omnium prædictorum prophetarum, scilicet tempore Iosiæ regis, & denunciat iste Propheta captiuitatem Babylonicam: deinde liberationem, & hoc ex merito Iosiæ Regis, qui fuit de optimis regibus Iuda, vt ait Hieronymus in Prologo super Sophoniam: Sophonias speculator,

culator, vel Arcanus dicitur: & ad idem pertinent, quia Sophonias Arcana Domini considerabat, & vocatur speculator, quia sic vocantur Prophetæ, vt patet Ezech. 3. capitu. fili hominis speculatorem dedi te domui Israel. *Et Arcanorum Domini cognitor.* Quia ista, quæ futura erant, sibi reuelata fuerunt. *Audit clamorem.* Hic ponitur capit. 1. vbi innuitur afflictio Iudæorum manentium in Ierusalem tempore, quo Chaldæi intrauerunt ciuitatem per omnes portas. *Clamorem à porta piscium.* Quia omnes, qui stabant circa illam portam clamare cœperunt intrantibus Chaldæis, & vocatur porta piscium, quæ contra Iopem est, & Diospolim contra Occidentalem partem ad mare Mediterraneum, quod vocatur mare Palæsthinorum. *Et eiulatum à secunda.* Qui erant G apud secundam portam, eodem modo intrantibus Chaldæis vlulabant, & ista secunda porta erat prope portam maris, siue piscium, quia ibi incipiebant numerari portæ. *Et vlulatum à collibus.* Colles Ierusalem erant mons Sion, in quo erat templum, & ibi habitabant nobiles, eratque ibi domus regia, ad quam partem ascendebant Chaldæi vociferantibus eis, qui supra erant. *Indicit quoque.* Idest annunciat. *Vlulatum habitatoribus Pilæ.* Idest Ierusalem, quæ dicebatur Pila propter rotunditatem magnam sicut est in Pila. *Quia conticuit omnis populus Chanaam.* Quia tunc conticuerunt omnes Iudæi superbi pressi ab hostibus: iuxta illud Isa. 2. capit. Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum, H exaltabitur autem Dominus solus in die illa, quia dies Domini exercituum super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem: vocatur autem Ierusalem populus Chanaan, quia habitatores eius peccatores erant, vt Chananæi, & sic Daniel improperauit iudicibus peccatoribus, vt patet Danielis 13. capitu. Semen Chanaan, & non Iuda: sic etiam vocantur Sodoma propter magnitudinem peccatorum: vt patet Isa. primo. audite verbum Domini principes Sodomorum, & percipite auribus legem Dei populus Gomorræ. Etiam propter manifestationem delictorum, vt patet Isa. 3. quasi Sodoma peccatum suum prædicauerunt, nec absconderunt. *Dispersi sunt vniuersi, qui inuoluti erant argento.* I Quia in irruptione ciuitatis Chaldæi deprædati sunt omnes diuitias, quas inuenire potuerunt, & nominantur hic diuites, quia peccatum auaritiæ eorum, in quo diripiebant bona pauperum, fuit magna causa huius captiuitatis, vt tangunt generaliter omnes Prophetæ, tàm maiores, quàm minores.

Aggæus festinus, & lætus, qui seminauit in lacrymis, vt in gaudio meteret, destructum templum ædificat, Deumque patrem inducit loquentem: Adhuc vnum modicumque, & ego commouebo cœlum, & terram, & mare, & aridam, & K mouebo omnes gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus.

Aggæus festinus. Iste est decimus Propheta inter minores. Iste Aggæus fuit post omnes superiores Prophetas, quia post captiuitatem Babylonicam prophetauit post finem temporis captiuitatis, scilicet anno 2. Darij regis secundi, vt patet Aggæi primo capit. Et iste Aggæus prophetauit ista existens in Ierusalem post reditum de Babylone, vt patet in processu primi capitu. & in 2. quia quærit, quis est, qui viderit templum in gloria sua prima: & isto præsente incepta est ædificatio templi secunda vice. F

Vnde notandum, quòd sicut scribitur. 2. Paralipo. vltimo capitu. Nabuchodonosor Rex Chaldæorum propter periurium Sedechiæ regis Iudæ, quia ab ipso recesserat, ipsum Sedechiam cum populo Iudaico in Babylonem duxit captiuos incenso templo, & vrbe destructa. Mortuo autem Nabuchodonosor, Euilmorodach filio suo, & Balthasar nepote suo succedente in regnum à Chaldæorum hostibus, scilicet à Medis, & Persis interfecto, Darius Medus successit Cyrus Rex Persarum, qui in primo anno Regni sui remisit in Ierusalem circiter quinquaginta millia Iudæorum, quibus præfecit Zorobabel, & Iesum filium Iosedech. Et præcepit, vt ædificarent templum Domini: illi autem extructo altari fundamenta templi iecerunt, vt patet Esdræ primo 3. capit. Interea mortuo Cyro Arthaxerles, qui dictus fuit Cambyses succedens Cyro, mandauit gentibus, quæ erant in circuitu Ierusalem, vt interdicerent Iudæis, ne aliquid instaurarent, vel in muris, siue templo, & tunc mansit opus inchoatum vsque ad secundum annum Darij secundi, qui vocatur filius Idaspis, de hoc primo Esdræ capitu. 4. tunc Aggæus, & Zacharias inceperunt Prophetare, & cohortari cæteros Iudæos ad templi instaurationem dicentes esse tempus impletum, quod prædixerat Ieremias, scilicet, septuaginta annos captiuitatis, de quibus Ieremi. 29. capitu. Principalis autem intentio Aggæi est prouocare Zorobabel, & alios, qui cum eo erant ad templi restaurationem. Vocatur autem festinus, quia velociter templum Dei ædificari hortabatur non obstante Cambysis contrario decreto. *Et lætus.* Quia prænunciabat multa bona Iudæis euentura, si ad templi ædificationem curam haberent, & quia prænunciabat maiorem futuram gloriam domus huius, quàm primæ, vt patet 2 capitu. eiusdem. *Qui seminauit in lachrymis, vt in gaudio meteret.* Ista locutio accipitur de Psalmo 125. scilicet, In conuertendo: Et est sensus: Aggæus seminauit in lachrymis, idest mandauit fieri aliquem actum laboriosum, scilicet templi restaurationem, quæ quasi cum lachrymis fiebat, & dolore magno, quia vna manu ædificabant, & altera manu tenebant lanceam contra hostes, vt patet Neemię. capitu. 3. vt in gaudio meteret, quia ex ædificatione laboriosa templi sequeretur magna exultatio, scilicet, quòd gloria secundi templi esset maior quàm gloria primi, vt patet Aggæi secundo capitu. *Templum ædificat.* Idest ad ædificandum incitat prædicans tempus dictum à Ieremia esse completum. *Denique patrem inducit loquentem.* Hoc est in secundo capitu. vbi dicit se missurum Saluatorem ad templum illud. *Adhuc vnum modicum.* Idest post modicum tempus fient istæ quæ annuncio, scilicet, aduentus Messiæ ad templum, quia fuerunt quasi quadringenti anni à tempore, quo dictum fuit hoc, vsque ad Christi Natiuitatem secundum quosdam, sed secundum veritatem fuerunt anni quingenti, & decem octo: vt patet per Eusebium. *Et ego mouebo cœlum.* Sicut enim quando Deus dedit primum testamentum in Sinai, motum fuit mare rubrum: Exod. 14. capitu. & cœli, quia distillauerunt mana. Exod. 16. capitu. & ignis aparuit, & caligo: Exod. 19. capitu. Ita veniente Christo, qui nouum testamentum in sanguine suo confirmaturus erat, debebat fieri magna in rebus mutatio: in cœlo enim fuit facta mutatio, siue in natiuitate, siue in passione. In natiuitate, quia apparuit stella dirigens Magos reges vsque ad locum, in quo erat

Christus

Christus, Matth. 2. cap. Vel quia in die Natalis apparuerunt tres Soles in Oriente, qui post paulatim in vnum coniuncti sunt ad Trinitatem substantiarum notandam in homine Christo, scilicet deitatem animam, & corpus: vnica tamen persona est, scilicet verbi. In passione autem mutatio facta fuit, quia erat eclypsis miraculosa in Sole in plenilunio. Matth. 27. cap. De qua Deo dante aliquid dicetur super Matth. *Et terram.* Fuit facta mutatio in terra, quia illa nocte Natalis Christi fons olei manauit in ciuitate Romana trans Tiberim in taberna emeritoria, vt patet ex certissimis historijs, & floruerunt vineæ Engadi illa nocte in terra Iudææ, quia Engadi est mons in terra, & sorte Iudæ, in quo latuit Dauid fugiens Saulem, vt patet 1. Regum, cap. 24. Etiam maxima mutatio facta B fuit, quia ante Christi Natalem Octauianus Romanorum Imperator, qui tunc toti orbi pacatissimo imperabat, mandauit quòd describeretur vniuersus orbis, & quilibet iret in ciuitatem suam, vt profiteretur, & faceret se scribere, & tunc homines existentes in longinquis partibus orbis, veniebant in terram suam, & tunc veniens Domina nostra Maria, cum viro suo sponso Ioseph, in Bethlehem peperit in diuersorio, vt patet Luc. 2. cap. *Et mare.* Quia isti, qui veniebant in terras suas de longinquis, plerique veniebant per mare. *Et mouebo omnes gentes suas.* Ad faciendū se scribi. Vel dicuntur mutatæ gentes, quia reductæ fuerunt ad aliam dispositionem, quàm ante fuerant, quia ante natiuitatem Christi per aliqua tempora, durissima bella fuere, scilicet Iulii Cæsaris, & Pompei: deinde C Iulij Cæsaris cum parte Pompeij remanente, post magna bella Octauiani, & Antonij: ad vltimum ante Christi natiuitatem, per paucum tempus tanta pax in orbem venit, vt nunquàm talis a mundi origine fuisset: ita vt totus orbis vno anno Octauiano Imperatori subderetur, & tunc euenit maxima mutatio, quam prædixit Isa. cap. 2. & Micheas cap. 4. & conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces, non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prelium. Durauit autem ista pax vsque post mortem Christi, per annos aliquot, scilicet tempore Octauiani, sub quo Christus natus est, & tempore Tiberii, sub quo mortuus est, & tempore Caii Caligulæ, & Claudii: tanta enim pacato orbe tranquillitas erat, vt ait Paulus Orosius 6. de Ormesta mundi, quòd Roma dissueta bellis, & iam bellorum auida, per totum orbem ea non inueniret. *Et veniet desideratus cunctis gentibus.* Idest Saluator noster, quem omnes desiderabant, vt saluaret orbem, & Prophetę eum cum magno desiderio expectabant.

Zacharias memor Domini sui, multiplex in Prophetia Iesum vestibus sordidis indutum, & lapidem oculorum septem, candelabrumque aureum, cum totidem lucernis, quot oculis: duas quoque oliuas a sinistris lampadis cernit, & a dextris, vt post E equos rufos, nigros, varios, & albos, & dissipatas quadrigas, & Ephraim, & equum de Ierusalem, pauperem Regem vaticinetur, & prædicet sedentem super pullum filium asinæ subiugalis.

Zacharias. Iste est vndecimus inter minores Prophetas. Aggæus, & Zacharias in eodem tempore prophetauerunt, scilicet sub Dario secundo filio Idaspis, vt patet Esdræ primo, cap. 4. sed præponitur Ag-

Alph. Tost. super Gen.

gæus Zachariæ, quia duobus mensibus ante incepit prophetare Aggæus, quia Aggeus in mēse sexto anni secundi, Zacharias aūt in mēse octauo anni secundi, vt hī ex principiis suarū Prophetiarū, de hoc Hieron. *Memor Domini.* Sic interpretatur Zacharias, vel memoria Dñi, qa vt ait Isidorus 7. Etymol. Septuagesimo anno desolationis templi prædicante ipso memoratus est Deus populi sui, iubenteq; Dario reuersus fuit, & reędificauerunt ciuitatē, & templū, vt patet primo Esdræ 4. & 5. c. *Multiplex in Prophetia.* Quia de varijs rebus prænunciat, s. de reditu Iudęorum, de restauratione tēpli, ac de destructione quarūdam terrarum, de aduentu Messię, & vltimo iudicio, vt patet in discursu libri sui. *Cernit Ierusalem vestibus sordidis.* Iste est Iesus Iosedech, sacerdos magnus, qui cum Zorobabel venit de Babilonica captiuitate, & videbantur vestimēta eius sordida, & Sathan stabat cōtra eum. De hoc habetur cap. 3. & erat ista visio imaginaria, apparebant aūt vestes sordidæ, quia ipse Iesus sacerdos habebat aliquā culpam permittendo Iudæos ducere mulieres alienigenas in vxores cōtra legis interdictum, quod habetur Exo. 34. cap. Vel quia postq̄ duxerant nō increpauerat, vt abiicerent. Et hoc patet quia multū plorauit propter hoc Esdras, & prædicauit, q̄ abiicerent vxores alienigenas eodem tēpore, vt patet in fine primi Esdræ, & in fine secundi eiusdem. Aliqui autem volūt hoc de Christo intelligere, qui erat in vestibus sordidis, i. qui venit in similitudine carnis peccati, vt habetur ad Rom. 8. cap. Fuit ēt vestis sua sordida, quia in passione sua caro sua fuit sputis, & vulneribus deturpata, & sic habetur Isa. 63. cap. Aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & oīa indumenta mea inquinaui. Ista quidē possunt dici in sensu allegorico, sed non cōgruunt in sensu literali, vt patet in eis, quæ sequuntur in eodem cap. *Et lapidem oculorum septem.* Hic loquitur de Christo, qui erat lapis firmitatis, qui abscissus de monte sine manibus contriuit omnia regna, ea subiiciens principatui Ecclesiæ, vt habetur Daniel. 2. cap. Vel vocatur lapis angularis, quia coniunxit Nouum Testamentum Veteri, vel nos Deo coniunxit, vt habetur ad Hebr. 2. cap. Et sunt septem oculi super istum lapidem, scilicet septem dona Spiritus sancti, q̄ vberius fuerunt in Christo, quàm in aliquo homine, de cuius plenitudine omnes accepimus, vt patet Ioan. primo cap. Vel potest intelligi de ipso Iesu sacerdote, qui vocatur lapis propter firmitatem, quia fuit columna, & robur Iudæorum, temporis illius, & super istum sunt septem oculi, de quibus dicitur Zachar. 4. cap. quòd sunt septem oculi Domini, qui perambulant vniuersam terram, idest vniuersitas Angelorum bonorum administrantium in vniuersa terra, iuxta id, quòd Deus fieri prouidit, quia Angeli administratorii spiritus sunt, missi in ministerium, vt patet ad Hebr. primo capit. Et isti multū obsequebantur tunc Iesu sacerdoti ad complementum totius operis templi. Et hoc significauit Angelus, qui videbatur loqui in visione imaginaria Iesu sacerdoti dicens. Zachar. 3. cap. Si in viis meis ambulaueris, & custodiam meam custodieris, tu quoque iudicabis domum meam, & custodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de his, qui nunc assistunt, idest dabo de istis Angelis, qui nunc assistunt mihi, multos custodientes te, & patet quia in illa visione imaginaria nullus alius assistebat, nisi Iesus sacerdos, & Sathan accusans, & Angeli Dei. Ideo de nullo posset verificari demonstratio facta in textu, cum dicitur. *De his qui nunc assistunt.* Nisi de Angelis bonis. *Candelabrum aureum.* Ista visio notabat consummationem templi, in quo ponerentur vasa ista, & principale vas est candelabrum, quod ponebatur intra tabernaculum ante velum Sancti Sanctorum, in latere Meri-

Quædam Prophetarum dicta ad Christū male redacta.

d diano

Universidad de Deusto Biblioteca

diano ex opposito mensę, in qua erant panes propositionis in latere Aquilonari, vt patet Exodi 26. cap. *Cum totidem lucernis, quot oculis.* Ista non referuntur ad idem, quia lucernæ referuntur ad candelabrum, oculi autem referuntur ad lapidem, quia in candelabro non erant oculi: nam de oculis dicitur in 3. cap. de lucernis dicitur in 4. cap. & pertinent istæ septem candelæ ad complementum candelabri, vt patet Exo. 25. cap. Dicuntur autem candelæ, non aliqua luminaria facta de sepo, vel cera, sed vasa septem, in quibus ponebatur oleum. De fabricatura huius candelabri diximus satis latè Exo. 36. cap. & magis 25. Lucerna autē vna, ideſt vnum vas erat super quemlibet calamum: erat autem hastile, & sex calami procedentes de ipso, & sic erant septem vasa in summitatibus istorum sex calamorum, & hastilis. *Duas quoque oliuas a sinistris lampadis.* Lampas vocatur ipsum candelabrum, quia de ipso lumen procedit, & apud candelabrum erant duæ oliuæ, ideſt Iesus sacerdos magnus, & Zorobabel, qui curam pręcipuam gerebant de ædificatione totius tēpli, & dicuntur oliuæ propter pietatem, & vitæ mansuetudinem, quia valde mites, & tractabiles erant, & vna istarum oliuarum stabat a dextris candelabri, alia a sinistris. Si autem secundum allegoriam intelligere velimus, cādelabrum aureum significabit Ecclesiam, quæ aurea est propter spiritualem scripturarum intelligentiam. Lampas Christum significat, qui quasi lampas fulsit, vt habetur Isa. 62. Saluator eius, vt lampas accendetur. Septem lucernæ, sunt septem Spiritus sancti dona, duæ oliuæ fuerunt Moyses, & Elias, qui apparuerunt loquentes cum Christo in monte Thabor de excessu, quem facturus erat in Ierusalem, vt patet Matth. 17. cap. Vel dicuntur duæ oliuæ duo testamenta, scilicet noua lex, & vetus, a quibus pietatis oleum emanat, quia de charitate principaliter agunt. *Vt post equos rufos.* Per quos designantur Babilonij sanguinis effusores. *Nigros.* Per quos accipiuntur Medi, & Persæ, qui Babilonios destruxerunt nigerrime, ideſt valde crudeliter, vt patet in Abacuch 2. & 3. cap. *Varios.* Per quos intelliguntur Macedones, scilicet Alexander, & pueri sui, qui ei in diuersis terræ partibus successerunt, quorum aliqui crudeles, alij pij fuerunt. *Per albos.* Intelliguntur Romani, qui mitiores fuerunt. Vel possunt accipi per equos albos Macedones, scilicet Reges succedentes Alexandro, in quorum tempore Machabæi floruerunt, & victorias habuerunt. Per varios Romani accipiuntur, quorum aliqui crudeles fuerunt, vt Vespasianus, Titus, Adrianus, & Domitianus. Alij clementes, vt Octauianus, Iulius Cæsar, & Claudius. Vel possunt accipi per quatuor quadrigas quatuor Euangelistæ, scilicet quorum quidam rufus martyrio dicitur, scilicet Matthæus, alius niger per altitudinem, & intelligentiæ luculentiam, vt Ioannes: alij albi virginitate, vt Lucas, alij varij gratia virtutum, & tolerantia passionum, vt Marcus. Sed ista allegoria est. Prima autem literalis expositio. De istis equis habetur Zachar. 6. cap. q̄ vidit inter duos montes æreos exire quatuor quadrigas. Prima habebat omnes equos rufos, secunda omnes equos nigros, tertia omnes equos albos, quarta omnes equos varios, & istę procedebant in diuersas partes mundi, secundum q̄ istę gentes designatæ per equos, & quadrigas, pugnauerunt contra diuersas partes orbis, applicatio autem patet ibi 6. cap. *Et dissipatas quadrigas ex Ephraim.* Ephraim significat regnum decem tribuum, quæ confidebant in curribus, arcu, & bello. Et istud regnum fuit destructum ante Christi aduentum, & etiam anteq̄ iste Zacharias prophetaret. Sed non est dicendū propter hoc, q̄ non prophetizauit, quia aliud est quod nos per historias factum esse cognoscimus, aliud est quòd Deo reuelante comprehendimus. Sic etiam ea, quæ dixit de Chaldæis, qui erant equi rufi, & de Persis, & Medis, qui erant nigri equi, iam transierant. Solum autem qui dicuntur de Macedonibus, & Romanis complenda restabant. *Pauperem Regem vaticinetur.* Ideſt Messiam Christum, qui Rex fuit, quia de semine Dauid secundum carnem. Et de eo dictum fuit, quòd sederet super sedem Dauid patris sui, & regnum Iuda, vt confirmet, & corroboret illud in iudicio. Fuit pauper, quia nihil omnino habebat, ideo dixit cuidam volenti eum sequi: Vulpes foueas habent, & volucres nidos, filius autem hominis non habet, vbi reclinet caput suum, vt patet Matth. 8. cap. *Et prædicet sedentem super pullum filium asinæ subiugalis.* Hoc agit in cap. 9. vbi ait: Exulta satis filia Sion, ecce Rex tuus venit tibi pauper, ipse sedens super asinam, & est sententia suspensiua, scilicet quòd Zacharias vidit candelabrū, & oliuas, vt postea videns equos rufos nigros, &c. prædicaret Christum pauperem, & est sensus, primo vidit Propheta candelabrum, quod significabat consummationem ędificationis templi, & postea vidit illos equos, quorum duo, scilicet albi, & varii significabant tempora futura, a restauratione templi vsque ad tempus Messię, vt post descriptionem istorum temporum describeret Christum, sub habitu paupere venientem.

Malachias apertè, & in fine omnium Prophetarum de abiectione Israel, & vocatione gentium: Non est mihi, ait, voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim Solis vsq; ad Occasum, magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

Malachias apertè. Hic ponitur duodecimus, & vltimus de numero Prophetarum: Malachias in tempore duorum prędictorum prophetauit, quia temporum annotationes non habet, & interpretatur Malachias Angelus Domini, quia quęcunque dicebat, ita recipiebantur, ac si Angelus dixisset apertè. Satis apertè prędixit abiectionem Israel, vt patet in auctoritate, quę hic ponitur, quę sumitur de primo cap. *Et in fine omnium.* Quia de numero Prophetarum, quorum libros legit Ecclesia, iste fuit vltimus. *De abiectione Israel.* Scilicet quantum ad cęremonialia, quia lex vetus tunc cessare debebat. Item quantum ad prędicta, quia ex quo Iudęi audire nolebāt verbum Dei, discipuli conuersi sunt ad gentes, vt patet Actuum 13. cap. vbi dixit Paulus: Primum vobis loqui oportebat de regno Dei, sed quia repulistis illud, & indignos vos fecistis verbo vitę, ecce conuertimur ad gentes. *Non est mihi voluntas in vobis.* Quia immunda, & immunde offerebant: Deus autem eor deuotum desiderat. Istos autem valde abominatur, quia dicebant mensam Domini, & sacrificia esse contemptibilia, & de immundis, & claudis offerebant, sibi pinguia, & optima reseruantes. *Et munus non suscipiam de manu vestra.* Ideſt, licet mihi ista offeratis non placabor, quia non deuoto animo offertis, & talia Deus ferre non potest, vt patet Isa. primo capit. Quid mihi multitudo victimarum vestrarum, dicit Dominus? plenus sum: holocausta arietum, & adipem pinguium, & sanguinem vitulorū, & agnorū, & hircorū nolui. Cum veniretis ante conspectum meū, quis

quis quæsiuit hic de manibus vestris, vt ambuletis in atrijs meis? ne offeratis vltra sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi Neomeniam, & sabbatum, & festiuitates vestras non feram, iniqui sunt cętus vestri, calendas vestras, & solennitates odiuit anima mea, facta sunt mihi molesta, & laboraui sustinens. *Ab ortu Solis vsque ad Occasum.* Non enim est cultus Dei nunc angustatus, sicut tempore legis antiquę, quia tunc solum in Iudæa erat notus Deus, & in Israel magnū nomen eius, nunc autem in omni parte mundi, Christiani habitant. India enim quæ terræ habitabilis ab Oriēte terminus est, a Christianis tenetur, partes orbis occiduæ Hispanorū fidem Catholicam amplexantur, ab Aquilone Christiani sunt, ad Austrum Christiani mixti Arabibus, & Paganis gentibus commorantur, & licet non omnes gentes Christū colant, nulla tamen terra est, in qua aliqui Christiani non sint. *Magnum est nomen meum in gentibus.* Quia omnes me Deū verum vocant. *Et omni loco offertur nomini meo.* Ideſt ad reuerentiam nominis mei. *Oblatio munda.* Scilicet, eucharistia sub panis mundissimi, & vini specie: sacrificia autem veteris legis, scilicet occisio taurorum, & arietum, & combustio carnium, & intestinorum in altari, & sanguinis effusio, licet in tempore quodam, secundum necessitatem illius temporis ex multis causis licita, & salubria fuerint, vt demonstrauimus in proœmiolo super Leuiticum, & in primo cap. Tamē sordida valde erant, vt patet intuenti, scilicet combustio adipis, & carnium, quæ grauem odorem pronocant, sacrificium autem temporis nostri mundum valde est, & in hoc valde amplificatus fuit cultus Dei, qa in tempore legis veteris, solum licebat offerre sacrificia in loco, quem Dominus elegisset, ille autem erat vnus in toto regno Israel, & Iuda, vt patet Leuit. 17. & Deuteron. 12. Nunc autem in omni loco, licet sacrificium dominici corporis facere.

Isaiam, Ieremiam, Ezechiel, & Daniel, quis potest, vel intelligere, vel exponere? Quorum primus non Prophetam videtur mihi texere, sed Euangelium.

Isaiam. Dicto de minoribus incipit de maioribus Prophetis, quorum tres ponuntur in secundo ordine canonis. Quartus autem, scilicet Daniel inter agiographa computatur, vt ait Hieronymus in prologo Galeato. Et primo ait de Isa. qui fuit contemporaneus Oseæ, cum sub eisdem regibus prophetauerit, vt patet Isa. primo cap. scilicet sub Ozia, & Ioathan, &c. Ponit primo difficultatem in omnibus quatuor, quia dicit quis poterit exponere Isaiam, vel Ieremiam, quasi dicat, siue ad intellectum, siue ad dispositionem difficiles sunt. *Quorum primus.* Ideſt Isaias, qui ponitur primus, quia prius prophetauit, scilicet tempore Oziæ. Ieremias autem tempore, quo Chaldæi venerunt in Ierusalem: Ezechiel, & Daniel in Babylone, concaptiuis suis prophetauerunt, vt eorum libri demonstrant. *Non mihi videtur Prophetam, sed Euangelium texere.* Ideſt componere, vel ordinare ideo, quia prophetia modum obscurum, & annunciationem futuri habet, Isaias autem clarissimè, & per modum narrationis rei gestæ locutus est, & sic ait Hieronymus in prologo super Isaiam. Deinde & hoc adijciendum est, quòd non tam Propheta, quàm Euangelista dicēdus est. Ita enim vniuersa Christi Ecclesięque mysteria ad liquidum persecutus est, vt non putes eum de futuro vaticinari, sed de præteritis historiam texere. Sed hoc videtur repugnare supradicto, scilicet quis poterit intelligere Isaiam, Ieremiam, &c. Respondetur, quòd omnes isti altissimè, & obscurè locuti sunt, sed Isaias quantum ad mysteria passionis Christi valde clare locutus est, vt patet Isa. 53. & 63. & in aliis locis, sed quantum ad aliqua extranea, vt punitiones gentium satis obscurè locutus est.

Secundus virgam nuceam, & ollam succensam a facie Aquilonis, & pardum spoliatum suis coloribus, & quadruplex diuersis metris nectit alphabetum.

Secundus vero. Secundus qui est Ieremias in ordine temporis, quia Isaias incepit prophetare inter quos fuerūt quinque Reges, scilicet Ioathan, Acham, Ezechias, Manasses, Ammon: sub quo mortuus est Isaias, deinde Iosias filius Ammon regnare incepit, sub quo prophetauit Ieremias. *Virgam nuceam.* Ista fuit prima visio Ieremiæ, quæ habetur cap. primo, quando Ieremias excusaret se, ne mitteretur ad prædicādum, quia nesciebat loqui, & Deus monstrauit ei visionem imaginariam, quærens ab eo quid videret, & respondit virgam vigilātem ego video, quòd significabat quòd Deus vigilaret, vt cōpleret quæ prædicebat, ideo subdit Deus, bene vidisti, quia ego vigilabo super verbo meo, vt faciam illud, & istam literam, scilicet virgam, vigilantem habent Symmachus, & Aquila, antiqui translatores, & sic est in litera nostra, sed Hieronymus in isto loco, & septuaginta interpretes dicunt baculū, vel virgam nuceā, sed Theodotion habet virgā amygdalinam. Quid autem horum magis conueniat intentioni Prophetæ videbitur Deo dante, cum venerimus ad Ieremiam. Ista autem non dicuntur de Christo, secundum literā, sed qui volunt Christo attribuere dīt, q̄ oīa ista possunt ei congruenter attribui. Nam dr virga in correctione malorum, vt patet Numeri 24. cap. Orietur stella ex Iacob, & consurget virga ex Israel, & percutiet duces Moab. Dicitur baculus in sustentatione actiuorum, vt patet Psal. 22. Virga tua, & baculus tuus ipsa me cōsolata sunt: dr virga vigilans in custodia contēplatiuorum, vt patet Psal. 120. Ecce non dormitabit, neq; dormiet q̄ custodit Israel, dr amygdalus in sanatione spiritualiū infirmitatū, sic sanat Christus, vt patet Psal. 106. Misit verbū suum, & sanauit eos. dr nux, qa perfectos reficit, vt patet Matth. 11. Venite ad me, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. *Et ollam succensam ab Aquilone.* Ista fuit secunda visio demonstrata Ieremiæ, scilicet quòd visione imaginaria vidit ollam succensam ab Aquilone, vel secundum aliam literam, ebullitiones eius ab Aquilone. Semper enim cacabus, vel olla feruet contra illam partem aqua calor insurgit, quia inde ebullitiones surgentes, cadunt in aliam partem: & signatur in hoc captiuitas futura per Babylonios, qui sunt a parte Aquilonari Iudææ, & etiam sunt magis Orientales, quia cum terra Iudææ sit quasi vltima pars Asię versus Occidentem, si aliquis vellet de terra Iudęę ascendere contra Orientem non directè, sed aliquanto declinando ad latus Septentrionale, primo veniet in Arabiam, quę est coniuncta Iudęę, quantum ad angulum Orientalem, quia cæterę partes declinant ad Meridiem per viam, qua venerunt Iudęi de Aegypto. Ab Orientali plaga deinde Chaldęa magis Oriētalis, & magis Septentrionalis, deinde Babylonia, deinde Mesopotamia. Et est nunc ad Caucasum, & Taurum montem in vltimo lateris Septentrionalis, & est iste motus contra Orientem, sed non directè, quia etiam est contra Aquilonem, vt si quis volens ascendere de vno latere quadrati ad oppositum latus, & nō moueatur per vnam costam directè, sed moueatur per diametrum, per quem declinando ascendimus, & signi-

Differētia quædā literæ apud antiquos, & iuniore interpretes.

Obiectio, quòd Isaias non sit clarus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

significatio huius patet in litera Ieremiæ. Dicit enim Deus, ab Aquilone pandetur omne malum, quia ecce conuocabo omnes cõgregationes regnorũ Aquilonis, & venient, & ponet vnusquisque solium suũ in introitu portarum Ierusalem. Fuit autẽ facta ista captiuitas primo per Nabuchodonosor, deinde per Nabuzardan principem militiæ eius, vt patet 3. Reg. 24. & 26. cap. *Et pardum spoliatum suis coloribus.* Idest agit de pardo, quòd non possit suis coloribus expoliari. Sic Iudæi erant in malo obstinati, & ad bonum difficiles. De hoc habetur Ierem. 13. cap. Si possunt mutare Aethiops pellem suã, & pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere, cum didiceritis malum: Aethiops enim ab influentia celesti in vtero talem colorem cõtrahit, q̃ nulla arte mutare potest: pardus autem bestia est velocissima, velox ad sanguinem, & leoni similis statura corporis varijs coloribus maculata, & sicut isti duo colorem nunquàm mutant, ita nec Iudæi mutaturi erant vitiosam vitam in bonos mores. Non tamẽ est intelligendum, quòd Iudæi non possent conuerti ad bonum, sicut ista animalia non possunt mutare colores, quia tunc iniustè punirentur, & perderetur arbitrij libertas. Sed dicuntur nõ posse mutari ad bonum, quia difficile erat eis mutari ad bonum, & sic vocamus communiter impossibilia ea, quæ aliqualiter difficultatem habent. Et ratio huius difficultatis est, quia Iudæi didicerant male operari acquirentes malum habitum: habitus autem mouet vt natura, quia consuetudo est altera natura, vt habetur 7. Ethicorũ. Et sicut difficile est pugnare contra passiones valde naturales, vt contra concupiscentiam, vt patet 2. Ethic. Sic difficile est pugnare contra malum habitum: immo difficilius, quia qui passionatus est ad iram, vel actus venereos, non habendo habitum malum in voluntate, vel intellectu, poterit repugnare passioni per imperium voluntatis ex recto iudicio intellectus. Et sic fit, quandocunque pugnamus contra passiones. Cum autem aliquis habet malum habitum, a quo practicus intellectus corruptus est circa finem, iudicans esse aliquid bonum, quod verè malum est, & voluntas peruersa per habitum malè inclinantem, tunc autem homo totaliter malus est, nec habet vnde reducatur in bonum, quia non est aliud principium agendi super intellectum, & voluntatem. Etiam si dicamus, quòd inclinationes passionales essent ad bonum, quia passio inferius principium est, quàm voluntas, & intellectus, nec potest sufficienter mouere vtrunque, tunc ergo cum intellectus errat, prauè iudicando circa agibile, impossibile est, quòd corrigamur ab aliquo principio intra nos, sed ab extrinseco, scilicet studendo in lege, per quam videre poterimus, quomodo malè iudicamus; & poterimus rursum benè iudicare, & voluntas licet deprauata sit, obediet iudicio practico intellectus, licet cum difficultate, quia per quemlibet actum malum tollitur aliquid de promptitudine, & facultate ad bonum. Nunquàm tamen tantum de illa facilitate tolli poterit, quin possimus bene agere. Vel dicẽdum q̃ Ieremias agit hic de cõtinuatione in malo, q̃a licet Iudæi possent ad bonũ conuerti, sciebat tñ Ieremias cognitione prophetica, q̃ nõ cõuerterẽtur, sed in peccatis suis morerentur, & hoc eis prænunciauit, & sic dixit Iosue filijs Israel ante mortem suam, vt patet Iosue vlti. cap. Nõ poteritis seruire Deo, q̃a sanctus ipse, i. ego scio, q̃ nõ seruietis. Et sic dixit Christus Pharisæis, in peccato vestro moriemini, i. licet possitis conuerti, scio tamen q̃ non conuertemini, sed moriemini in peccatis, vt patet Ioan. 8. cap. *Et quadruplex diuersis metris nectit alphabetum.* Hoc fit in libro Threnorum, q̃ est vltima pars Ieremiæ, & aliqui ponunt eũ esse idem cũ libro Ieremiæ. Alij autem dicunt eum distinctum in cõnumeratione librorum, vnde primi ponunt vigintiduos libros in canone Hebrçorũ. Alij ponunt vigintiquatuor, cõputantes ẽt librũ Ruth distinctũ a libro Iudicũ, de hoc Hierony. in prologo Galeato. In his Threnis Ieremias, nõ tanq̃ Propheta, sed tanq̃ rhetoricus per sermones passionales audientes ad compassionem desolatæ ciuitatis conuertit, licet aliquando aliqua de Christo cõmisceat, quæ ad prophetiam pertinent. Et differt istud opus ab alio opere suo, q̃a hoc per alphabeta cõnectitur, ita q̃ primus versus incipit per Aleph, quæ est prima litera: secũdus versus per Beth, quæ est secunda: tertius per Gimel, q̃ est tertia, & sic cõsequenter vsq; ad Thau, quæ est vltima. In litera aũt nra non potuit obseruari idem ordo, ideo ad significandum illũ ordinẽ esse apud Hebræos, ponimus in principio cuiuslibet versus, literam Hebraicã a qua incipit: sic sunt apud nos aliqui hymni, q̃ incipiunt per cõsequentes literas alphabeti, s. A Solis ortus. Ordine cuius secundus versus incipit in b, tertius in c, quartus in d, & sic vsque ad finem hymni. Et ponuntur quatuor alphabeta: Idem quatuor vicibus repetitur alphabetum, ad notandum quòd Ieremias deplangit propter quatuor mala, scilicet, Primũ propter mortem Iosiæ, secundum propter trãsmigrationem regis Ioachim, & omnium nobilium in Babylonem, tertiũ propter destructionem templi, & ciuitatis, factam per Nabuzardan, quartum propter mortem Godoliæ. Et non sunt similia ista alphabeta, quia in primo, secundo, & quarto, simpliciter ponitur quælibet litera, s. semel Aleph, semel Beth: in tertio alphabeto quælibet litera triplicatur, scilicet ter Aleph, & ter Beth, & sic consequenter. Differunt etiam ista alphabeta, quia cũ scribantur sub lege metrorum, scilicet in certis pedibus, & syllabis, tamẽ alia intra ponuntur in primo, secundo, & quarto, & alia in tertio. Nam primum, secundum, & quartum describuntur metris Sapphicis, cum Comate heroico, tertium alphabetum Trimetris, Iambicis, Trochaicis, vel Anapesticis, scriptum est. De hoc Hieronymus in Epistola ad Marcellum, quæ incipit, Nudiustertius ait, habes in lamentationibus Ieremię quatuor alphabeta, in quibus duo prima, quasi Sapphico metro scripta sunt, quia tres versiculos, qui sibi nexi sunt, & ab vna tantum litera incipiunt, heroicum Coma concludit. Tertium alphabetum Trimetrum scriptum est, trinis literis, sed iidem tantum versus incipiunt, quartum alphabetum simile est primo, & secundo: ijdem in sententia, & quasi in verbis, vt ponit Isidorus in 6. Etymologiarum. Vnde, vt clarius hoc videatur, sciendum quòd sunt multæ species metrorum, quarum quædam nominantur a materia, vt heroicum metrum ab heroibus, sunt enim heroes viri nobiles, & famosi: metra autem, quæ de gestis eorum conscribuntur, heroica vocantur. Sic vocantur metra elegiaca, quæ tractant de miseria, vel amore, quia elegia idem est, quòd miseria. Aliquando nominantur metra ab inuentore, vt metra Archiloca, & Asclepiadea, quæ ab Archiloco, & Asclepiade inuentoribus, nominantur. Et sic vocatur metrum Sapphicum a Sappho mulicre, quæ in Græcia huiusmodi carminis modum inuenit sub Cyro Rege Persarum, dum Iudæi redirent de captiuitate Babylonica, anno fere ab orbe condito quater millesimo sexcentesimo septuagesimo, istis metris vtitur frequenter Boetius, sicut est illud. Bella bis quinis, in fine quarti libri, & istud Nouimus quantas, & hoc metro scribuntur tria alphabeta, s. primum, secundum, & quartum. Alia autem vocantur a numero pedum, vt Exametrum, quod sex pedes habet, & isti versus præcipuè Spondaici, vel Dactylici sunt, quia in quolibet pede potest Dactylus, vel Spondæus indiffe-

Cur difficilius resistimus habitui malo, quàm passionibus.

etrorum
x apud
ebræos
titisse
mpro-
atur.

indifferẽter locari, præter quàm in quinta sede, in qua ex natura metri dactilus semper locatur, & in sexta, in qua nunquàm est Dactylus, sed Spondeus, vel trocheus. Et sic sunt versus pentametri, idest habentes quinque pedes. Alia metra vocantur a pede prędominante, vt Spondaica, Dactylica, Iambica, &c. Et vocantur ista carmina aliquando Dimetra, Trimetra, vel Tetrametra. In versibus autem Dactylicis, vel Spondaicis, sicut sunt Exametri, & Pentametri, vnus pes computatur pro vno metro, ideo vocantur Exametri quasi habentes sex metra, & totidem pedes sunt. In versibus autem Iambicis, Trochaicis, vel Anapesticis duo pedes ponuntur pro vno metro, & sic vocatur Dimetrum, quod habet duo metra, quæ sunt quatuor pedes, siue quatuor Iambi, siue Trochei: Trimetrum vocatur vbi tria metra sunt, quæ continent sex pedes. Et tale est illud metrum, quod ponit Boetius secundo de Consolatione, de fortunæ mutatione.

Hæc cum superba verterit vices dextra. Hoc Trimetrum est continens sex pedes, scilicet tres Spondęos, & tres Iambos. *Hæc cum.* Spondeus est. *Super.* Iambus est. *Bauer.* Spondeus. *Terit.* Iambus est. *Dextra.* Spondęus est. Primum metrum continet vnum Iambum, & vnum Spondęum, scilicet. *Vices dextra.*

Nunc potest applicari litera Hieronymi. Quando enim dicit Hieronymus, quòd ista alphabeta scribuntur tali, vel tali metro non est intelligendum, quòd sit verum in litera nostra, sed in litera Hebraica, quia Ieremias, vt dulcis rhetoricus metro vario ista alphabeta describit. Quod autem apud Hebræos metrorum lex habeatur, probat Hieronymus in prologo super Iob, qui incipit, Cogor per singulos: cum autem de Hebræo in Latinam linguam translata fuerunt, non potuerunt metra seruari propter duo. Primum, quia modus loquendi Hebraicus, interdum longior, interdum contractior est: metrum autem sub certis syllabis, & pedibus continetur, vnde accidit aliquando, quòd tota litera vnius versus non accedat ad tria metra Sapphica, & deficiat coma heroicum. Interdum longior est, quàm sub metro comprehendi posset. Secundum quod obstat, est quantitas syllabarum facientium alios, & alios pedes: non enim potest poni indifferenter, quantacunque syllaba in qualicunque metro, quia in Dactylicis non possunt poni omnes syllabæ productæ, vel omnes breues: & sic de spondaicis, quia spondeus duabus longis, dactylus autem prima longa, & duabus sequentibus breuibus continentur. Dato ergo, quòd tot syllabæ in Hebraica litera essent quot in Latina, tamẽ non posset seruari lex metri, quia non est eadẽ quantitas syllabarum, scilicet breuitas, & longitudo. Prima ergo alphabeta, scilicet primum, secundum, & quartum, secundum Hebræos habent versus singulos per singulas literas alphabeti, & quolibet illorum versuũ ponuntur tria metra Sapphica, & vnum Coma heroicum, quodlibet metrum sapphicum continet quatuor pedes, & primus pes continet tres syllabas, secundus duas, tertius quatuor, quartus duas, & sic in quolibet metro sapphico sunt vndecim syllabæ. Coma heroicum est quædam decisio breuis, quæ continet dimidium metri Sapphici, scilicet duos pedes, qui habẽt quinque syllabas. Omnia ista patent in isto versu. *Vt queant laxis.* Sunt enim ibi tria metra sapphica, & in fine Coma heroicum. Primum metrum est.

Vt queant laxis resonare fibris.

In quo sunt quatuor pedes, & vndecim syllabæ, scilicet. *Vt queant*, primus pes, *Laxis*, secundus pes, *Resonare*, tertius pes, *Fibris*. quartus pes. Secundum metrum Sapphicum est.

Mira gestorum famuli tuorum.

Tertium verò metrum est, *Solue polluti labij reatum.* Coma heroicum est. *Sancte Ioannes.*

In quo sunt duo pedes primus trisyllabus, scilicet, *Sancte Io.* Secundus duarum syllabarum, scilicet, *annes.* Istum modũ plurimi assignãt circa versus Sapphicos, sed apud Doctores aliter describũtur metra Sapphica per pedes. Cõtinet enim vndecim syllabas metrum Sapphicum, & habet quinq; pedes, s. Trocheũ, & Spondeũ, Dactylum, & duos Trocheos, vt est illud metrũ septimum in prima tragędia Senecæ, scilicet,

Natus Euristeus properante partu, Et illa metra, q̃ s. allegauimus, & hoc modo applicabimus versum illũ.

Vt queant laxis resonare fibris.

Est vnum metrum Saphicum quinque pedum, s. *Vt que* est Trocheus, *ant la* est Spondeus, *xis reso* est Dactylus, *nare* est Trocheus, *fibris.* alius Trocheus. De hoc & alijs pertinentibus ad legem metrorum magis dicemus in Commẽtarijs nostris Latinis super Chronicon Eusebij Cæsarienſis. Et eodem modo est in istis versibus apud Hebræos, nec additur syllaba, nec deficit, & cum talis versus cõtineat triginta, & octo syllabas, s. triginta tres in tribus metris, & quinq; in Comate heroico, concluditur q̃ tot syllabæ sunt in quolibet istorum in Hebræo. Sed apud nos non est sic, vt patet computando in quolibet versu: primus enim versus primi alphabeti apud nos, s. *Quomodo sedet*, quadraginta, & tres syllabas cõtinet, & sic patet varietas in sequẽtibus. Tertium alphabetum apud Hebræos literas triplicat, & computantur tres literę sub vno versu, & vocamus illum versum trimetrum, i. cõtinentẽ tria metra, quia sub qualibet litera vnum metrũ cõtinetur, & ista metra sunt semp æqualiũ syllabarũ, rarissimè aũt hoc deuiat, in nostra aũt lra nihil horum obseruatur.

Tertius principia, & finem tantis habet obscuritatibus inuoluta, vt apud Hebræos ipsę partes cum exordio Geneseos ante annos triginta non legantur.

Tertius principia. Hic ponitur Ezechiel, qui tertius est in ordine Prophetarum maiorum, non quidem quantum ad tempus, quia ante eum cepit prophetare Daniel, vterq; enim de terra Iuda fuit in Babylonem cum Ioachim Rege translatus, vt patet in 1. cap. Daniel. & in prologo super Ezechielem. Ezechiel enim quinto anno transmigrationis incepit prophetare, vt patet in suo cap. 1. Daniel autem incepit propheticè Deo reuelante somnia declarare anno secundo Regni Nabuchodonosor, vt patet Daniel. 2. cap. Iste autẽ annus ad minus fuit secundus annus captiuitatis Iudæorum cum Ioachim. Et isti respondent, quòd ideo ponitur Daniel post Ezechielem, non propter tempus, sed quia litera Danielis non est ita auctentica, sicut litera Ezechielis, quia Ezechiel est inter prophetales libros, Daniel autem inter agiographa computatur, vt patet in prologo Galeato per Hieron. Sed ista positio nulla est, quia non solum præcessit Ezechiel Danielem dignitate, vel certitudine scripturæ, sed etiã tempore: & quando dicũt, q̃ Ezechiel prophetauit in quinto anno transmigrationis, Daniel in secundo anno regni Nabuchodonosor, nõ potest intelligi ille secundus annus a principio regni Nabuchodonosor, q̃a in octauo anno regni sui transtulit Ioachim captiuũ, vt habetur 4. Regum 24. Ergo Daniel qui cum eo captiuus ductus est, ad minus prophetauit in octauo anno regni Nabuchodonosor. Et si dicas, q̃ ille genitiuus, sui, refertur ad regnũ Ioachim, & non ad Nabuchodonosor, falsum est, q̃a Ioachim tertio anno regni sui trãslatus fuit in Babylonem, vt patet Daniel. 1. cap. De hoc magis dicetur Deo dante, in 2. c. Daniel. Intelligitur

Cur ponit Daniel post Ezechielem.

ligitur ergo ille secundus annus de anno secundo monarchiæ, scilicet post debellatas quasi omnes gentes, & hoc multo post fuit. Ezechiel ergo præcessit Danielem tempore. *Principia, & finem.* Principium autem vnum est, sed ponitur pluraliter principia pro toto quod continetur in primo capit. & in quibusdam sequentibus, vbi multa dicuntur. Finis autem est, a cap.40. vsq; ad finem. vbi de templo agit. *Tantis habet obscuritatibus inuoluta.* Obscurior est Ezechiel, quàm cæteri Prophetæ, maxime in principio, vbi agit de illa visione Dei in solio, & quatuor animalibus: finis autem obscurissimus est agens de templi dimensionibus, vt vix intelligi queat. *Vt apud Hebræos ipsæ partes.* Idest principium, & finis. *Cum exordio Geneseos.* In quo legitur de creatione rerum, & sunt multæ difficultates. *Ante annos triginta non legantur.* Idest, nullus apud Hebræos quantumcunque doctus sit, permittitur legere ista, antequàm attingat annum trigesimum. In quo satis doctus inter eos esse potest. De hoc ait Hieronymus in quodam prologo super Ezechielem: Ezechielis difficultatem Hebræorum monstrat traditio, nisi enim quis apud Hebræos sacerdotalis ministerij ætatem, idest triginta annos impleuerat, nec principia Geneseos, nec Cantica Canticorum, nec exordium Ezechielis, nec finem legere permittitur, vt ad plenam scientiam, & mysticos intellectus, plenum humanæ naturæ tempus accedat.

Inter Prophetas Ezechiel obscurior.

Quartus vero, qui & extremus inter quatuor Prophetas, temporum conscius, & totius mundi φιλόσοφ lapidem, præcisum de monte sine manibus, & regna omnia subuertentem claro sermone pronunciat.

Quartus vero. Iste est Daniel, qui fuit de semine Regio de tribu Iuda, vt patet Daniel. primo cap. *Qui extremus inter quatuor Prophetas.* Scilicet maiores, alij autem vocantur duodecim minores, quia paruos libros ediderunt. Isti autem quatuor singuli multa dixerunt. Fuit autem iste vltimus in tempore, quia Isaias, & Ieremias ante captiuitatem Babylonicam prophetauerunt, vt patet ex temporibus Regum, quę continentur in primis cap. librorum suorum: Ezechiel, & Daniel in captiuitate prophetauerunt, sed Ezechiel prius, vt supra diximus. *Temporum conscius.* Idest sciens, quid in quolibet tempore accidere deberet, & principaliter refertur ad tempus passionis Christi, quia a tempore illo vsque ad passionem Christi describit septuaginta hebdomadas, scilicet, annorum continentes annos quadringentos, & nonaginta, de quarum computatione dicetur Deo dante. Daniel.9. cap. *Et totius mundi φιλόσοφ.* Idest, descriptor historiarum totius mundi: dicitur philostoricus a φίλος, quod est amor, & historia, idest quia dilexit historias, scilicet narrando omnia regna principalia terræ, scilicet a tempore Nabuchodonosor vsque ad finem mundi, scilicet regnum Chaldæorum aureum, & regnum Medorum argenteum, & regnum Macedonum æreum, & regnum aliud ferreum. Deinde regnum lapidis abscisi de monte sine manibus, & cōminuentis omnia regna, permanentisque in æternum, & istud est regnum Christi, siue Ecclesia. Ista autem habentur Daniel.2.cap. Describit etiam de regibus istorum regnorum, quomodo pugnabunt, & ponit eorum conditiones: & hoc describit per totum librum vsque ad cap. 13. *Lapidem præcisum.* Ista ponuntur Daniel.2. cap. in somnio de statua, quam vidit Nabuchodonosor, & conuenit Christo, cuius regnum fuit post omnia regna, scilicet regnum Ecclesiæ, quod non claudetur, qa hæc incepit post regnum Romanorum, & durabit vsque ad finem mundi. Deinde continuabitur regnum Christi in gloria, & vocatur lapis præcisus propter fortitudinem, & firmitatem. *Præcisum de monte.* Idest natum de Maria Virgine. Fuit enim præcisus de sanguinibus suis purissimis, & vocatur ipsa mons propter virtutum altitudinem, & contemplationem. *Sine manibus.* Idest sine virili operatione. Spiritu sancto agente ad istam admirabilem conceptionem. *Omnia regna terræ subuertentem.* Quia ipso veniente, cessauerunt alia regna, quia Romanum Imperium Ecclesiæ traditum fuit, tempore Constantini, qui fecit Papam Syluestrum equitare, vt Imperatorem, & eum calceauit calcearia, exhibuit Imperator Papæ officium seruitoris, vt habetur in historia tripartita, & patet in Decretis. distinct. 66. cap. Constantinus, & cap. Beato Sylvestro. Interpretatur Daniel iudicium Dei, quia sententiam duorum iniquorum presbyterorum iudicantium falsè Susannam, Deo agente, falsam esse demonstrauit, vt patet Daniel. 13. cap. Ezechiel interpretatur fortitudo Dei, vel confortatio Dei, & sic habetur Ezech.3.cap. Manus Domini erat confortans me, Ieremias interpretatur excelsus Dominus, & sic dicitur Ierem.primo, Ecce constitui te super gentes, & regna. Isaias interpretatur Saluator Domini, quia Saluatorem clarè, & amplius, quàm cæteri annunciauit.

Quot annos hebdomadæ Danielis contineant.

Dauid Simonides noster, Pindarus, & Alceus, Flaccus quoque, Catullus, atque Serenus. Christum lyra personat, & in decachordo psalterio, ab inferis excitat resurgentem.

Dauid Symonides noster. Hic positis libris secundi ordinis prophetalis: ponuntur libri tertij ordinis, scilicet agiographi, inter quos præcipuus liber est Psalterium, & licet versus psalterij in litera nostra sine metrorum lege procedant, quia non certis pedibus, syllabis, nec temporibus continentur, tamen apud Hebræos versus metrici sunt. Et sic ait versificator.

Psalterium Lyrici composuere pedes.

Vocantur autem pedes Lyrici, quia in lyra concinente dicebātur, s. cum cytharis, organis, & musicis instrumentis, vel vocantur lyrici a varietate, quia non est idē genus metrorum in toto Psalterio, sed variātur, & sic quidam Psalmi versus longiores, alij breuiores habēt, & est sensus qꝑ Dauid est noster Simonides, & noster Pindarus, &c. i. sicut Simonides, Pindarus, & oēs isti cantauerunt apud Gentiles, ita eodē genere metrorū Dauid vsus fuit in sacra scriptura. Simonides Poeta, Musicus, siue Lyricus fuit, qui sub Manasse Rege Iudæ, anno ab orbe condito quater millesimo quingentesimo vigesimo floruit. Floruit Archilocus simul, & Aristoxenes, regnante apud Romanos primo Regecorū, s. Romulo, vt ait Eusebius in Chronicis. De hoc Isidorus in primo Etymol. Simonidia metra Simonides Lyricus Poeta composuit. Idē in eodem loco habet: Trenos primus apud Iudæos Ieremias metro composuit, post hunc apud Græcos Simonides Poeta Lyricus. Et non est intelligendum, quòd apud Iudæos nullus ante Ieremiam metro cecinerit, quia Dauid multo ante metra composuit, nec apud Græcos Simonides primus, quia Homerus primus fuit, qui tempore Iosaphat floruit, multo ante Simonidem. *Pindarus.* Idest Dauid cantauit, vt Pindarus, qui sub Xerxe Rege Persarū, anno a creatione mundi quatermillesimo septecentis viginti floruit, vt ait Lucas Tudē. in Chronicis. De hoc Solinus in Polistor. c.j. Pindarum

rum Lyricum est conuiuij loco, cui imminebat ruina, ne cum cæteris interiret, forinsecus Castor, & Pollux vocauerunt inspectantibus vniuersis, quod effectum est, vt solus euaderet impendens perculum. De hoc etiam Valerius lib.9.cap. de mortibus non vulgaribus. Pindarus cum in Gymnasio supra gremium pueri, quo maxime lætabatur, caput acclinasset, placidam mortem accepit. *Et Alceus.* Etiam Dauid cecinit, vt Alceus. Iste floruit sub Octauiano Imperatore, per paucum tempus ante Christi natiuitatem, & fuit coætaneus Poetæ Horatio: de quo ait Horatius in vltima epīa Poetarum, q alios ad alrerutrū collaudāt:

Discedo, Alceus puncto illius ille meo.

Flaccus. Idest Horatius, qui fuit tpe Octauiani coætaneus Virgilio, & Ouidio: Virgilius tamen aliqualiter ante mortuus est. Vnde post Horatius, & Ouidius erant iudices omnium Romanorum Poetarum. Iste Satyricus Poeta fuit, qui inter Satyricos, Lyricosque Poetas obtinuit principatum. Fecit enim libros Epistolarum, Odarum, Carminum, & Sermonum, vt ait Helinandus Chronicorū lib.16. De hoc Iuuenalis ait,

Omne Flaccus vitium ridenti vafer amico
Tangit, & admissus inter præcordia ludit.

Vafer sapientem signat, & dicit quòd Horatius ridendo, erat maior reprehensor, quàm alij iurando, & hoc pertinet ad Satyricos. *Catullus.* Iste fuit Veronensis, paulo ante tempora Ouidij. De quo Ouidius in libro sine titulo.

Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo,
Peligna gentis gloria dicar ego.

Et Serenus. Alius Poeta, qui fuit post omnes istos, & sic vocabatur, quia vultu clarus, idest placidus erat. *Lyra personat.* Idest cantat carmine Lyrico, iuxta illud,

Psalterium Lyrici composuere pedes.

Vel melius intelligēdū, qꝑ Dauid cantabat ore, & lyra. Signat autē lyra multa instrumēta, & sic dī 2. Regum 6. cap. De portatione arcæ. Dauid autem, & omnis Israel laudabat coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, in citharis, lyris, & tympanis, sistris, & cymbalis. Sic etiam Leuitæ cantabant, & pulsabant coram Domino, vt patet primo Paralipomenon 15.cap. Dixitq; Dauid principibus Leuitarum, vt constituerent de fratribus suis cantores in organis musicorum, nabīs, videlicet lyris, cymbalis, vt resonarer in excelsum sonitus lætitiæ. *Et in decachordo psalterio ab inferis excitat resurgentem.* Idest Dauid canens in psalterio, prædicit Christum excitandum ab inferis, vt patet Psal.3. Ego dormiui, & soporatus sum: & Psalm.15. Non derelinques animam nostram in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Dicitur psalterium decachordum, i. decem chordarum, a δέκα, quod est decē, & chorda, & hēt istud instrumētum decem chordas, & pulsatur a parte inferiori, & reddit sonum a superiori, & vocatur Hebraicè nablū, vt patet in Ebrardo.

Psalterium Græci, nos organa, nabla Iudæi.

Et ad similitudinē huius mitrumenti liber Psalmorū, vocatur psalterium, quia Psalmi illi decātabātur cōsonāte psalterio. *Excitat resurgentem.* Idest prouocat eum ad resurgendū. Et hic Hierony. alludit modo loquendi Poetico, quem ponit Ouidius 9. Metamor. & Seneca tragedia prima de Orpheo, qui vxorem habuit Euridicē, quæ cum in solennitate nuptiali incederet per prata vitētia puellarum stipata choreis infixo osse serpentis in talo mortua est, & ad inferos deducta: Orpheus autem sumpta lyra, ante fores inferni tam dulciter præcinit, qꝑ dij inferi coacti ad lachrymas, ei Euridicem concesserunt. De quo etiam Boetius de Consolat. lib.3. metro vltimo. Sic Dauid videtur dulcedine cantus Christum ad resurgendum prouocare. *Vel excitat resurgentem.* Idest demonstrat in Christo intentionem ad resurgendum propter desiderīū salutis humani generis, vel demōstratur desiderium quod Dauid habebat, vt Christus resurgeret. Totū autem psalterium, vt ait Isidorus 7. & non vario carmine scriptū est metrico tamen: nam in more Romani Flacci, & Greci Pindari nunc Iambo currunt, nunc Trochaico personant, nunc Sapphico cantant trimetro, vel tetrametro, & ideo comparauit Hierony. Dauid supradictis Poetis. Sed de metris psalterii, & de Poetis, quibus comparatur Dauid, dicemus latius in Commentariis nostris, super Chronicon Eusebii.

Salomon pacificus, & amabilis Domini, mores corrigit, naturam docet, Ecclesiam iungit, & Christum, sanctarumque nuptiarum, dulce canit epithalamium.

Salomon. Dicto de libro Dauid dicitur de libris Salomonis filii eius, qui aliquos libros egit, qui inter nos non habentur, vt patet 3.Regum, cap.4. Scilicet quinque millia carmina, & alios libros naturales, quia disseruit de lignis a cedro, quę est in Libano vsq; hissopū, quę egreditur de pariete, & disseruit de iumētis, volucribus, reptilibus, & piscibus. Hic autem non egit mētionem de illis libris. sed etiam de libro Sapiētię, q̄ aliq̄ Salomonis esse asserunt, probabilius est quod sit Philonis Iudei. Sed aliqui eum cum libris Salomonis cōputant, vt tangit Hierony. in prologo illius libri. *Pacificus.* Sic enim interpretatur Salomon. *Et amabilis Domini.* Hoc est aliud nomen eius. Nam vt ait Hieron. in quodam prologo super libros Salomonis, qui incipit tribus nominibus, dicitur qꝑ Salomon tria habuit nomina, s. Salomon, i. pacificus, quia pax fuit temporibus eius, quia subiecit ipse omnes gentes relictas in terra promissionis a principio, & omnes reges propinquiores dabant ei tributa, vt patet 2.Paralipomenon 8.cap. vocatus fuit coheleth, i. cōcionator: dicitur enim cōcionator, qui ad concionem loquitur, concio autē signat turbam, vel multitudinē popularem, & dicit Philosophus 3. Polit. qꝑ oīs ciuis debet communicare principatu, ad minus cōcionatiuo, i. qꝑ posset dare vocē suā in concione, vt fiat aliqd, vel non fiat, & hoc est habere vocem in concilio. Salomon aūt loquebatur ad totam concionem, & mutat modum loquendi, qa aliquando loqtur s̄m vulgarem opinionē, aliquando secundum veritatem, iō q legerit cautus sit, vt videat qd ipse a se dicat, qd s̄m vulgarem positionem narret. Et hunc librum Iudæi de canone Bibliorum olim resecare voluerūt, vel supprimere, ne prodiret in publicū, quia eis erroneas sententias statuere videbatur. Ipsi autem distinguere nesciebant, vtrum a se, vel ab aliis diceret, sed vnum fuit, propter quod non fuit abolitus, scilicet in fine eius dicitur vltimo cap. Finem loquendi, omnes pariter audiamus, time Deum, & mandata eius obserua, hoc est omnis homo. Vocatus fuit etiā idida, i. dilectus Domini, quia Deus dilexit eū in principio regni, dando ei sapientiam, & cuncta bona. Sed post declinauit ad malum propter auaritiam, & superbiam, & vxorum numerositatem, & quod omniū detestabilius est, idola coluit, & templa idolis fabricauit, vt patet 3. Regum 11.cap. Et de hoc diximus Deuteronom.17.cap. Fecit autem Salomon tres libros, s. Parabolas, in quibus incipientes docet, tanquam paruulos eos frequentius filios vocans. Secundus est Ecclesiastes, ad proficientes pertinens, in quo cuncta, quę in mundo sunt vana, & contemnenda esse demonstrantur, & ideo incipit: Vanitas vanitatum. Vocatur autem iste liber, secundum nos, concionator, quia loquitur ad concionē, & frequēter ponuntur sententię turbę, siue popularium, & aliquādo sapientū, & sacrę scripturæ.

Salomon vxorum numerositate declinauit ad idola.

Universidad de Deusto Biblioteca

scripturæ. Vocatur autem in Græco Ecclesiastes, qui F Ecclesiæ loquitur. Dicitur autem Ecclesia in Græco, totꝰ gentis congregatio,& vocatur totus populus Ecclesiꝰ, vt patet Deuter.23. Non intrabunt Moabites,& Ammonites in Ecclesiam Dei, ideſt in populum, ſ. accipiendo principatum, vel ducendo vxorem inde. Sic etiam Aristot. ait in 2. Politic. ꝙ non faciunt quædam politię Ecclesiam, ideſt congregationem popularem. Tertius liber est Cantica Canticorũ, qui pertinet ad perfectos, quia ibi agitur de coniunctione sponsi, & sponsæ,& de sanctis nuptiis, quas anima contemplatiua facit cum dilecto suo Christo. *Mores corrigit.* Hoc agit Salomon in Parabolis, quæ pertinent ad minores,& incipientes, qui mores corrigere debent. Nam perfecti nihil habent corrigendum. *Naturam docet.* G Hoc agit in Ecclesiaste, in quo demõstrat vanitatem in cunctis rebus creatis, quæ sub Sole sunt, quia caducæ sunt, si eis frui velimus. Si autem vtamur dirigendo eas in debitum finem, bonæ sunt,& non vanæ. *Ecclesiam iungit, & Christum.* Hoc agit in Canticis Canticorum, in quibus de cõsummato amore agit, per quẽ amans in amatum transformatur, vt verius sit anima sua vbi amat, quàm vbi animat, & sic sanctum animarum deuotarum, cum Christo contubernium cõsummatur, quia qui adhæret Deo, vnus spiritus est cũ eo. *Sanctarumq; nuptiarum, dulce canit epithalamiũ.* Ideſt in Canticis Canticorum Salomon cantat dulce canticũ ad honorem istarum nuptiarum. Vocantur nuptiæ sanctæ, quia hic nulla carnis corruptio, nulla fœditas actus, nullus labor sequitur, sed sunt nuptiæ honorabiles, thorus immaculatus, & sancta affectio: felices, qui ad tales nuptias conuocantur. Epithalamium dicitur canticum, quod dicitur super thalamum nubentium ad honorem nuptiarum, & dicitur ab epi, quod est supra, & thalamus.

Hester in Ecclesiæ typo, populum liberat de periculo, & interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, partes conuiuij, & diem celebrem mittit in posteros.

Esther in Ecclesiæ. Hester in tertio ordine scripturarum, scilicet inter agiographa ponitur, vt patet in prologo Galeato. Et in hoc libro multum vulgata editio abũdat super Hebraicam literam, vt ait Hieronymus super Esther in prologo. Illa quoque loca quibusdam titulis de rubro factis, ab alia litera distinguit. *In Ecclesiæ typo.* Ideſt in figura Ecclesiæ, quia signat Esther Christum, sicut enim Esther populum Iudaicum a morte liberauit, ita Christus nos omnes morti æternę obligatos per passionem suam absoluit. *Populum liberat de periculo.* Ideſt populum Iudaicum de morte insligenda, quæ ad pœnitentiam in omnibus Iudæis superuenire debebant, nisi Esther Regem Assuerum placauisset. De ista morte insligi mandata habetur Esther cap. 3. De precibus Reginæ Esther habetur cap. 6. *Et interfecto Aman.* Sicut ipse volebat occidere Mardocheum, & omnes Iudæos, ita ipse patibulo suspensus est, vt patet Esther 6. cap. *Partem conuiuij, &* K *diem celebrem transmittit in posteros.* Quia in eo die, qua Aman ordinauerat Iudæos occidere, ipsi vice versa occiderunt totam cognationem Aman, & amicos eius, vt patet Esther 8. cap. Et post Mardocheus scripsit ad oẽs Hebræos, quòd quolibet anno die quartadecima, & quintadecima mensis Adar, qui apud nos Februarius dicitur, & coincidit cum Martio, celebrarent magna conuiuia, & facerent diem solennem, vt patet Hester 9. cap.

Paralipomenon liber, ideſt instrumenti veteris epitome tantus, ac talis est, vt absque illo si quis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat, per singula quippe nomina, iuncturasque verborum, & prætermissæ in Regum libris tanguntur historiæ,& innumerabiles explicatur Euangelij quæstiones.

Paralipomenon. Iste liber etiam inter agiographa in tertio librorum ordine computatur, vt patet in prologo Galeato. Hunc librum scripsit Esdras, vt diximus in vlti. cap. Deuteronomij. *Paralipomenon.* Nomen Græcum est, vel vt verius loquamur, est participium, & est genitiuus pluris numeri, & idem significat ꝙ relictorum, vel prętermissorum, quia quę in libris Regum tacita, vel decurtata fuerunt, hic exprimuntur, sed non ponuntur hic omnia, quæ in libris Regum, quia nõ fuit intentio huius libri historiam ad plenum retexere, sed quæ relicta fuerant declarare. Et declinatur nominatiuo Paralipomenos: est omnis generis, vt omnia participia. Et est Paralipomenon genitiuus numeri pluralis, & componitur de Para, quod est seorsum,& lipo, verbo Græco, quod est relinquere, quasi prætermissorum, vel seorsum relictorum, vt ait Magister Matthę. Vindocinen. vel vt ait Papias, & Huguitio, dicitur a Para, quod est præter, & hypo, quod est sub,& menos, quod est defectus quasi prætermissorũ H supplẽs defectũ. *Instrumenti veteris epitome.* Ideſt abbreuiatio veteris testamẽti, qa abbreuiãtur ibi oẽs historiæ genealogiarũ ab Adam vsq; ad Babylonicã captiuitatẽ. Instrumentũ vetus, dr lex vetus, qa nos instruit in credendis, amandis, & sperãdis, & generaliter in omagibili. *Epitome.* Epitomes per declinationẽ Græcam, vel epitoma epitomatis: Dicitur abbreuiatio,& dr ab epi, quod est supra, & tomos, quod est sectio, vel diuisio, quasi præcisio, quia breuis sententia præcisa sit. *Talis, ac tantus est.* Ideſt taliter dilucidat scripturas ponẽdo aliquas breues annotationes historiarũ, temporũ, vel personarum, quæ multũ res gestas dilucidant. *Tantus est.* ſ. in capacitate, qa breuiter totã historiã percurrit a mundi origine vsq; ad captiuitatẽ Babylonicam. I *Vt absque illo.* Ideſt non sciendo istum librum. *Sibi voluerit arrogare.* Ideſt voluerit attribuere, dicendo ꝙ totã sacram scripturam intelligit, nõ intelligendo hunc librum. *Seipsum irrideat.* Ideſt seipsum irridebit, qa inueniet se erraſſe, quia volẽs determinare in aliqua historia tẽpora, vel personas, siue quædam alia particularia, si non scit istum librum, errabit, & cum compererit se erraſſe, seipsum irridebit, ꝙ falsè sibi nomen scientis attribuerit. *Per singula quippe nomina, iuncturasque verborum.* In hoc libro plura nomina propria ponuntur, q̃ in aliquo alio libro, qa ista relicta fuerant in alijs libris, & multum explicant de historia, & certificant nomina propria posita in contextu. *Iuncturæ verborum.* Dicuntur continuationes sententiarum, & in his tangũtur multæ historiæ relictæ in libris Regum, & quia in libris Regum aliquæ historiæ satis late recitatæ fuerunt, ponuntur hic sub breuitate, & ponuntur multæ iuncturæ verborum, ideſt multę historię. Et in qualibet breui iunctura declaratur aliquid quod in alijs libris relictum fuerat. *Et innumerabiles explicantur Euangelij quæstiones.* Hoc est verum, quantum ad genealogias, quas describunt Matthæus, & Lucas. Matthęus quidem via compositiua, ſ. ab Abraham vsque ad Christum: Lucas autem modo resolutorio, ſ. a Christo vsque ad Adam, & Deum: & quia in isto libro explicantur valde genealogiarum succedentium ordines, ideo quęstiones Euãgelicas cognoscere facit.

Esdras,

Esdras,& Nehemias, adiutor videlicet,& cõsolator a Domino in vno volumine coarctantur, instaurant tẽplum, muros extruunt ciuitatis, omnisque illa turba populi redeuntis in patriam,& descriptio sacerdotum, Leuitarum, Israel, Prosẽlitorum, ac per singulas familias murorum, ac turrium opera diuisa, aliud in cortice præferunt, aliud in medulla retinent.

Esdras, & Nehemias. Isti libri in tertio ordine Canonis, ſ. inter agiographa scriptitantur. Aliquę tamen B Bibliæ vnum tertium librum Esdrę habent, qui valde apocryphus est. Liber autem Nehemiæ ponitur post librum primum Esdrę, & cum libris eius computatur, post quos sequitur secũdus Esdræ. *Adiutor videlicet, & consolator.* Quia vt ait Isidorus 7. Etim. Esdras adiutor, Nehemias consolator interpretatur: quodã enim præsagio futurorum ista nomina sortiti sunt: fuerunt enim in adiutorium,& consolationem omni populo Iudæorum de captiuitate ad patriam redeunti. *In vno volumine coarctantur.* Ideſt computantur ꝑ vno libro, vt patet in prologo galeato, in quo ponuntur esse nouem libri in tertio ordine agiographorum, quorum est vnus Esdras, & non solum computantur Esdras,& Nehemias pro vno volumine, sed etiã pro vno libro, quia primus Esdrę,& Nehemias accipiuntur tãquàm vnus liber. Et secundus Esdrę accipitur pro alio libro,& sic dicit Hieron. in prologo galeato, ꝙ tã apud Iudæos, vel magis apud Græcos, & Latinos in duos libros diuisus est. *Instaurant templum.* De hoc agitur in primo libro Esdræ cap. tertio. Et deinde agitur de impedientibus aduersarijs, & varijs laboribus in ædificando. *Instaurant muros.* Quia Nabuzardã eos ad terram deduxerat, & de hoc in libro Nehemiæ, qui fuit princeps,& gubernator Iudæorum in restaurãdo muros a cap. 3. vsque ad 7. *Omnis illa turba populi redeuntis.* De qua agitur Esdræ primo cap. 2. *Descriptio sacerdotũ, & Leuitarum.* De his primo Esdræ primo cap. octauo. *Et Prosẽlytorum.* Dicuntur Prosẽlyti conuersi ad iudaismum, quia ascenderunt cum eis aliqui de terra Ba D bylonis. *Murorum, & turrium opera diuersa.* De his in libro Nehemiæ in cap. 3. vsque ad 7. *Aliud in cortice præferunt, aliud continent in medulla.* Quia allegorice multa signãtur,& tropologicè per istas ædificationes,& hostium incursus, ſ. tentamenta mundi, carnis, & diaboli in bonis actibus, sed tamen literalis sensus est, qui in cortice est, quoniam parabola nulla ibi est.

Cernis me scripturarum amore raptum excessisse modum epistolæ, & tamen non implesse, quod volui. Audiuimus tantum quid nesse, quid cupere debeamus, vt & nos quoque possimus dicere: Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore. Cæterum illud Socraticum impletur in nobis: Hoc tantum scio, quod nescio.

Cernis me. Vult hic Hieron. continuare libros noui testamenti ad veteres libros,& facit quandam interpositionem, in qua se excusat de prolixitate epistolæ,& agit duo, primo ponit affectum suum ad sacram scripturam, secundo incipit dicere de nouo testamento. *Ibi tangam, & nouum.* Circa primum. *Cernis me scripturarum amore.* Ideſt vt declararem aliquid de continen- A tia,& difficultate scripturarum veteris testamẽti. *Excessisse modum.* Ideſt quantitatem epistolæ, quia epistola breuis esse debet: ista autem magis nomen libelli, quã epistolæ retinebit. Volebat tamen se excusare de prolixitate in prin. 6. cap. dicens: nec enim epistolaris angustia euagari longius patiebatur. *Nec tamen implesse, quod volui.* Ideſt licet tantum scripserim, & tamen nondum dixi quicquid dicere volebã, quia adhuc manet declarare difficultatem librorum noui testamẽti. Vel quia in libris iam dictis nõ explicuit quicquid volebat, eum adhuc maior difficultas sit in eis. *Audiuimus tamen quid nosse, quid cupere debeamus.* Ideſt licet nõ impleuerim quid volebam declarando totalem difficultatem: tamen hęc vtilitas hinc est, quia audiuimus, B quod nosse debeamus; quia libros veteris testamenti iã dictos intelligere debemus. *Et cupere debemus.* Ideſt si non intelligimus, saltem debemus desiderare intelligere, vel debemus desiderare facere, quę in his libris continentur: sed primum magis cõsonat. *Vt nos quoque dicere possimus.* Sicut Dauid dicebat ista, quę sequũtur desiderando cognitionem diuinarum scripturarũ, ita & nos dicere possumus desiderãdo. *Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.* Ideſt ego concupiui, ꝙ desiderarem semper iustificationes tuas, ſ. considerando in eis, quia multum affectum excitant, & sic Dauid rogabat, ꝙ desideraret, quia etiam desiderare bonum non est à nobis, sed Deus dat; ideo nos rogare debemus, vt bene velimus, & diligamus omni tempore. *Cæterum illud Socraticum impletur in nobis.* C Hic confitetur humiliter se ignorare iuxta dictum Socratis. *Hoc solum scio, quòd nescio.* Ideſt non scio aliquid, nisi quia scio me ignorare, & ponitur hic, quòd, pro coniunctione, & non nominaliter; & solum ponitur pro aduerbio,& non pro nomine.

Et si dicas quomodo Socrates, qui tantus Philosophus erat, & Hiero. tantum sapiens, poterãt verè, & ex conscięntia confiteri se scire, quia sciebant multa scire? videnẽ ergo ironicè, ꝙ est vitium occultationis,& diminutionis excẽllentiæ, vt patet in fin. secundi ethi. Respondetur, ꝙ Socrates, nec Hiero. non dicebant se totaliter nihil scire, sed nihil scire perfectè. Et hoc verum est, quia nullam veritatem quantumcunque minimam potest aliquis perfectè cognoscere in via, quia nullius speciei differẽtiam cognoscimus, nec propriã passionem. Et cum species sint suppositarum artium, vel cognitionum; ideo nihil perfectè cognoscetur. Sed habemus quandam viam aliqualiter inuestigatiuam quorundam planorum.

Quomodo Socrates potuit dicere se nescire cũ esset sapiens.

Nihil perfectè scitur.

Tangam, & nouum breuiter testamentum. Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes quadriga Domini, & verum Cherub, quod interpretatur scientiæ plenitudo, per totum corpus oculati sunt, scintillæ emicant, discurrunt fulgura, pedes habent rectos, & in sublime tendentes, terga pennata, & vbique volitantia, tenent se mutuo, sibique perplexi sunt, & quasi rota in rota voluuntur, & pergunt quocũque eos flatus Spiritussancti perduxerit.

Tangam & nouum. Ista pars, in qua agitur de libris noui testamenti durat vsque ad illam partem. *Oro te.* Et continet tot partes, quot libri sunt noui testamenti, partes per se patent. *Tangam & nouum breuiter testamentum.* Scilicet non explicans, quæ difficultates sunt in eo. *Matthæus, Marcus, Lucas, & Ioannes quadriga Domini.*

Euangelistę quadriga Domini nuncupati sunt.

Vocantur

Universidad de Deusto

Vocantur isti quatuor Euāgelistæ quadriga Domini, quia sunt quatuor. quadriga autem a numero equorū dicitur; quia quatuor equos habet: & sic dicitur biga, quæ duos equos habet, triga quę tres habet. Et vocantur isti quadriga, quia in eorum quatuor scriptis portatur Christus per quatuor plagas mūdi, sicut per quadrigam. *Et verum Cherubim.* Quilibet Euangelista vocatur Cherubim; quia interpretatur scientiæ plenitudo: fuerunt enim repleti spiritu ad scribendum Euangelia, a quibus tota nostra sapientia deriuatur. *Per totum corpus oculati sunt.* Hoc refert ad visionem quatuor animaliū, quæ vidit Ezechiel, vt patet cap. 1. Et ista animalia erant ante, & retro plena oculis, ad significandū q̄ videbant præsentia, præterita, & futura. Et erāt species animalium diuersæ, sed quodlibet eorum erat Cherub, vt patet Ezech. 10. c. ideo vocauit supra Euangelistas Cherubim, quia per illa quatuor animalia accipiuntur. *Scintillæ micant.* Quia dicitur Ezech. 1. q̄ aspectus illorum animalium erat, quasi carbonū ignitorum, & signat q̄ intra se charitate ardent, & sapientiæ claritate alios illuminant, & exemplis docent. *Discurrunt fulgura.* Quia dicitur in visione illa, quòd animalia ibant, & reuerrebantur in similitudinem fulguris coruscantis, & hæc signant comminationum terrorem, per quem a mala operatione reuocant. *Pedes habent rectos.* Quia dicitur in visione pedes eorū pedes recti: sunt enim pedes affectiones, quia sic affectionibus, sicut pedibus mouemur. Et istæ sunt rectæ in illis animalibus; quia in Deum tendunt totali amore, & desiderio, aliosque ad rectitudinem prouocant affectionum. *Et in sublime pendentes.* Ista est explicatio superiorum, quia nunquàm affectiones rectę sunt, nisi cum in sublime tendunt, idest in Deum, cum ad terram tendunt curuæ fiunt. *Et terga pennata.* Idest cooperta pennis. Terga posteriores corporis partes sunt, & signant exempla viuendi, quæ posteris reliquerunt pennata sunt, idest virtutibus cooperta, quia sicut pēnæ corpus in altum eleuant, ita virtutes nos Deo coniungunt. *Vbique volitantia.* Quia omnes docent, omnes increpant absque acceptione personarum. *Tenent se mutuo sibique perplexi sunt.* Dicitur in visione; iunctæ erant pennæ eorum alterius ad alterum. signat, quòd quatuor Euangelistæ sibi in dictis connexi sunt, ut q̄ vnus sentit alius sentiat. *Et quasi rota in rota inuoluūtur.* Sic dicitur in visione, quòd erat rota in medio rotæ, q̄d ad superiorem sententiam redit, quia vt ait Hieron. in quodam prologo, super quatuor Euangelistas; Si requiris quid Matthæus de incarnatione sentiat, hoc nimirū, q̄d Marcus, Lucas, & Ioānes. si queras quid Ioānes sentiat, hoc nimirum, quod Lucas, Marcus, & Matthæus: si quæras quid Lucas: hoc q̄d Marcus, & Ioannes, & Matthæus: si quæras quid Marcus, hoc q̄ Matthæus, Lucas, & Ioannes. Ecce rota in rota: ecce reuolutio gloriosa. *Pergunt quocunque Spiritus Sancti flatus eos duxerit.* Quia omnia, quæ dixerunt Spiritu sancto dictante dixerunt. Sic dicitur in visione, & vnumquodque eorum coram facie sua ambulabat, vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur.

Declaratio Ezech. quatuor animaliū, per quę signantur quatuor Euangelistæ.

Paulus Apostolus ad septem scribit Ecclesias: octaua enim ad Hebræos à plerisque extra numerum ponitur. Timotheum instruit, ac Titum, & Philemonem, pro fugitiuo famulo deprecatur. Super quo melius tacere puto, quàm pauca scribere.

Paulus Apostolus. Hic ponuntur libri noui testamēti, qui post Euangelia secūdam habent auctoritatem, scilicet epistolæ Pauli, qui fuit doctor gentium. *Ad septem scribit Ecclesias.* Scilicet ad Roma. vnam, ad Corinthos duas, ad Galatas vnam, ad Ephesios vnam, ad Philippen. vnam, ad Colossen. vnam, ad Thessalonicen. duas. Scribit ad Timotheum duas, ad Titum vnam, ad Philemonem vnam, ad Hebræos vnam, quæ simul 14. epistolæ sunt. *Octaua enim ad Hebræos.* Quia post septē Ecclesias, sequitur octaua Ecclesia Hebræorum, ad quā scripsit. *A plerisque extra numerum ponitur.* Quia nolūt, q̄ ponatur inter epistolas factas à Paulo, sed ab aliquo alio. De quo Hieronymus in prologo super omnes epistolas ait; Quorundam insania percutitur dicētium epistolam, quæ ad Hebræos scribitur, non fuisse Pauli, sed Barnabæ, vel Clementis, vel Tertuliani, vel Lucæ, quos in hunc errorem occasio duxit huiusmodi, quia nec salutatio eius nomine intitulata præscribitur, & longe facundiore, & splendidiore stylo, quàm cæterę est edita. Quibus sufficienter respondetur hoc modo, quia si ideo non est dicenda Pauli, qa nomē eius in titulo non habetur, ergo nec Barnabæ, nec alicuius prædictorum, cum nullius eorum nomine prętitulata sit. Nec ob id Pauli non est putanda, quia diligentius est scripta; cū naturale sit vnicuique plus valere in sua lingua, quàm in peregrina: illam enim Hebraicè, ceteras scripsit Græcè. Nomen vero suum, ideo p̄mittere noluit, quia eis odiosus erat eum legis destructorem arbitrātibus, quo circa de legis, atque ceremoniarum abolitione tractaturus rectè nomen suum subtricuit, ne præscripti nominis inuidia vtilitatē sequentis excluderet lectionis. Est illa itaque Pauli, sicut aliæ. *Timotheum instruit.* Mittens ei duas epistolas: erat enim Timotheus ordinatus episcopus Asianus Asiæ minoris, siue Ephesi. Et in prima instruit cum de executione sui officij; in secunda autem ad martyrij palmam mouet, & vt cautè tueat se a Grecis. *Et Titum.* Iste erat discipulus, quem ordinauit Cretensem episcopum, & eum docet circa pontificale officium. De his magis diximus in cap. 3. huius prologi. *Philemonem pro fugitiuo famulo deprecatur.* Philemon erat vir Colossen. literatus, & honestus: nō tamen ecclesiastico ordine prēditus, a quo Onesimus seruus aufugerat ad Apostolū. A quo audito Euangelio baptizatus est. Pro quo scribit Apostolus ne moleste ferat Onesimi absentiam. *Super quo.* Idest super epistolis Pauli. *Melius puto tacere, quàm pauca scribere.* Si vellet scribere aliquid contrā epistolarum difficultates, oportebat multū valde scribere, quod non conueniebat: si autem paucum dicat, nihil declarabit: magis ergo valet nihil scribere.

Actus Apostolorum nudam quidem videntur sonare historiam, & nascentis Ecclesiæ infantiam texere: sed si nouerimus scriptorem eorum Lucam esse medicum, cuius laus est in Euangelio, animaduertemus pariter omnia verba illius animæ languentis esse medicinam.

Actus Apostolorum. Iste liber ponitur in Canone librorum noui testamenti: post epistolas Pauli. Est sextus in ordine, quia Euangelistę quatuor libros faciunt. Epistolæ Pauli in ordine locum quintū tenent, Actus Apostolorum sexti sunt, Canonicæ epistolæ septimæ sunt, Apocalypsis Ioannis loco vltimo collocatur. *Nudam videntur sonare historiam.* Et sic est quantum ad literam, quia ibi de Petro, & alijs Apostolis prædicantibus agitur, & vltimate de Paulo p̄ se, de quo maior libri pars est. *Et nascentis Ecclesiæ infantiam texere.* Idest quòd in illo libro ea, quæ acciderunt in infantia Ecclesiæ, idest in principio eius narrantur, quia ibi agitur de his, quæ acciderunt mortuo Christo. *Sed si nouerimus Scriptorem*

Scriptorem eorum Lucam esse Medicum. Lucas medicus erat, vt patet ad Colossen. 4. cap. vbi dicitur salutat vos Lucas medicus, & ipse scripsit Euangelium, & acta Apostolorum. *Cuius laus in Euangelio est.* Idest in illa epistola Pauli ad Colossen. quæ vocatur Euangelium, quia omnes suæ epistolæ vocantur Euāgelium, vt patet ad Gala. 1. cap. vbi dicitur Euangelium, quod vobis prædico non accepi ab homine. Etiam vocat ibi Euāgelium omnem prædicationem de verbis fidei, cum dicitur: Miror q̄ sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Christi in aliud Euangelium. Vel dicitur laus eius in Euangelio, non quòd ponatur laus sua in aliquo Euangelio, sed quòd in hoc ipse laudabilis valde erat, quòd Euangelium bene ordinasset. *Animaduertimus omnia verba illius languentis animæ esse medicinam.* Quia medici sanitatem curant. Sic ergo Lucas curaret de salute animæ, quia iam animarum medicus erat, & non corporum, sicut Petrus effectus fuerat piscator hominum, vt patet Matth. 4. cap.

Iacobus, Petrus, Ioannes, Iudas, septem epistolas ediderunt tam mysticas, quàm succinctas, & breues pariter ac longas: breues in verbis, longas in sententijs, vt rarus sit, qui non in earum cęcutiat lectione.

Iacobus, Petrus. Hic ponitur septimus liber Canonis noui testamenti, scilicet epistolæ Canonicæ, quæ vocantur Canonicæ, vel Catholicæ, idest Regulares, vel vniuersales, secundum Isido. 7. Etimo. quia non vni populo, vel personæ, vt epistolæ Pauli directæ sunt, sed omnibus Ecclesijs generaliter diriguntur. Vel dicuntur catholicæ, quia a veritate catholicę fidei nō declinant, vel catholicæ a catha, quod est vniuersale, qa vniuersales sunt, vel dicūtur Canonicæ, idest Regulares, quia a tota Ecclesia regulariter recipiuntur ad differētiam epistolarum pseudo Apostolorum scriptarum, sub nomine verorum Apostolorum, quas Ecclesia regulariter non recipit. *Septem epistolas ediderunt.* Iacobus vnam, Petrus duas, Ioannes tres, Iudas vnam, non ille nequissimus Iudas, qui Christū vendidit, sed alius, qui cum Simone Apostolo prædicauit: quorum festum eadem die colit ecclesia in Octobri. *Tam mysticas, quam succinctas.* Mysticus occultus est. Est sensus, quòd quanto istæ epistolæ breues, siue succinctę fuerunt, tanto obscuriores sunt: breuitas enim obscuritatem parit; quia vt ait Horatius in arte poetica:

Obscurus fio dum breuis esse laboro.

Prolixitas aūt tedij mater est, quare vtrūque sapienter moderandū est. Sed in scripturis sacris, q̄ diuinis oraculis inspiratę sūt, nec spernere possumus, nec debemus: sicut nec vituperādi sunt Prophetę, qa obscurè locuti sunt, qa Deus sic loqui mādauit. *Breues pariter, & lōgas.* Breuitas refertur ad literam, lōgitudo ad sententiam, sicut dicimus, quòd principia sunt minima secundum quantitatem, & infinita in virtute. *Vt rarus sit, qui nō in earum lectione cęcutiat.* Idest rari sunt, qui eas clarè intelligere possint, sed omnes cęcutiūt, idest aliqualiter deuiant, vel obstacula inueniunt, quemadmodum cęci. Cęcutio verbum quartę cōiugationis est: & significat. cęcum esse, vel cęcum fieri.

Apocalypsis Ioannis tot habet sacramenta, quot verba. Parum dixi, & pro merito voluminis laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentiæ.

Apocalypsis Ioannis. Iste est octauus liber, & vltimus Canonis noui testamēti, & Apocalypsis interpretatur reuelatio: & dicitur ab apo, quod est re, & calipto, qđ est velare, quasi reuelare, quia omnia illa, quæ in illo libro cōtinentur reuelata fuerunt ei Dominica die, dū staret relegatus in insula Pathmos mādato Domiciani Imperatoris. Fuit aūt Ioānes Euāgelista, immo euāgelistarum maximus, quia diuinas personas, & eternā generationem luculentissimè scripsit. Fuit autē Apostolus, quia epistolas canonicas tres scripsit: fuit Propheta, quia reuelationē de toto statu Ecclesię habuit. *Tot habet sacramenta.* Idest secreta. *Quot verba.* Iste modus loquēdi hiperbolicus est; quia etiam si multa mysteria essent, tamen non essent plura, quàm orationes; quia vna dictio per se nullū mysterium signat: sed dicitur hoc propter multitudinem secretorum; qa nullus liber est in tota sacra scriptura, qui sub tam parua quantitate tanta mysteria claudat. *Parum dixi pro merito voluminis omnis laus inferior est.* Idest licet dicamus, quòd in quolibet verbo est vnum secretum, hoc non æquiparatur merito libri, quia quantumcunque laudemus, magis laudabilis semper erit. In verbis singulis multiplices latent intelligentię, qa multa sunt in Apocalypsi, quæ varias expositiones recipiunt.

Oro te, frater charissime, inter hæc viuere, ista meditari, nihil aliud nosse, nihil aliud quærere: nonne videtur tibi iam hic in terris regni cœlestis habitaculum? Nolo vt offendaris in scripturis sanctis simplicitate, & quasi vilitate verborum, quæ vel vitio interpretum, vel de industria sic prolatę sunt, vt rusticam concionem facilius instruerent, & in vna cademque sententia aliter doctus, aliter audiret indoctus.

Oro te. Supra probauit difficultatem scripturarum in nouo, & veteri testamento; hic demonstrat sacram scripturam propter verborum incompositionem nō esse cōtemnendam, & agit duo, primo ponit quod dictum est, secundo excusat se non reputando se magistrum. *Ibi non sum petulans.* Circa primum. *Oro te, frater charissime.* Pauline. *Inter hæc viuere.* Idest, q̄ tota tua vita, vel conuersatio sit in scripturis supra nominatis. *Nil aliud nosse, nil quærere.* Scilicet principaliter, quia nō debemus addiscere aliquā scientiam tanquā finem, & dominam prēter sacram scripturam; sed bene licet alias seculares artes addiscere, vt subseruiūt sacræ scripturæ, vt ingenium acuant ad clarius intelligēdum sacram scripturam. Etiam poeticam artē, inquātum subseruit sacræ scripturę, & sic omnes Doctores Catholici antiqui in poematibus fuerunt instructi, ut patet in Augustino, & in cæteris si eorū opera relegamus. *Nonne tibi videtur iam hic in terris regni cœlestis habitaculum possidere?* Quia homo relegens scripturas, in quibus promittitur vita ęterna attenditur ad desideriū ęternorum, & per continuā lectionem de ęterna beatitudine certus videtur. *Nolo vt offendaris in scripturis sacris.* Idest nolo, q̄ tu habeas causam peccandi in sacris scripturis contemnendo eas ex rusticitate verborū, quod contingeret, quia magna ingenia res paruas, & incultas despiciunt. Et dicit hoc Hieronymus, quia ipse in hoc offenderat contemnens sacras scripturas, & legens affectuosè libros rhetoricos Ciceronis, quia displicebat ei incultus sermo prophetarum; & ideo à Domino grauiter flagellatus est, vt patet in Decretis. 37. dist. in cap. legimus de Beato Hieronymo. *Simplicitate.* Quia verba non nitent fucis rhetoricis colorata, sed nuda verborum serie veritatem indicant, quam intendunt

Universidad de Deusto Biblioteca

intendunt. *Et quasi vilitate.* Quia verba, quæ nullum ornatum habent, vilia reputantur. *Quæ vel vitio interpretum.* Ista est vna causa incompositionis verborum, scilicet vitium interpretum, ideſt translatorum, qui congruà non decorauerūt facundia. Ista aliqualis causa est, sed non valde magna, quia hoc teneret, si sacra Scriptura sub ornato stylo in Hebræo scripta foret, & post trãslatores eius ornatum per ignorãtiã deturpassent. Sed in Hebræo etiam sub rudi stylo sacra scriptura continetur. *Vel de industria.* Ideſt sciẽter sic factum est vt rusticam concionem, ideſt turbam. *Facilius instrueret.* Quia simplices magis erudiũtur verbis planis, quàm valde ornatis, vel subtilitate iuncturę coniunctis, quia vim rhetoricam, & colores populus non intelligit. *Vel in vna eadem sententia aliter sentiret doctus, & aliter indoctus.* Ista causa est ad exercendum ingenia: cum enim sententię rhetoricę sunt ita subtiles, & politæ dictiones, & orationes mutuo copulantur, quia sensus multiplicitatem, & cõmunem amphybologiam prorsus excludunt. In verbis autem aliqualiter rusticanis amphybologia, & sensus multiplicitas frequenter euenit. Vel quia si rhetorica compositio esset, indocti nihil intelligere possent: cum autem sic incompositè trãdita est, aliter indocti pro capacitate sua intelligunt, & aliter docti, qui subtilius speculantur.

Rationes cur sacra scriptura nõ a Deo lepido sermone sit cõstructa.

Non sum tam petulans, & hebes, vt hæc me nosse pollicear, & eorum fructus capere in terra, quorũ radices in cęlo fixæ sunt, sed velle me fateor, sedẽti me præfero, magistrũ renuens, comitẽ me spondeo, petenti datur, pulsanti aperitur, quærens inuenit. Discamus in terris, quorum scientia nobis perseueret in cęlo, obuijs te manibus excipiam, & vt inepte aliquid, ac de Hermagorę tumiditate effundam, quicquid quęsieris tecum scire conabor.

Matth 7. Luc. 11.

Non sum tam petulans. Hic ponitur secundum, scilicet excusatio assumptionis magistri, & agit duo, primo arrogantiam vitat, secundo Paulinum ad veniendum incitat, ibi. *Comitem me spondeo.* Secunda in sex partes, quia ponuntur sex allicitiua ad veniendum, s. status æqualitatis, secundum proficiendi facultas, ibi. *Petenti dabitur.* Tertium sacræ scripturæ dignitas, ibi. *Discamus in terris.* Quartum hospitis vrbanitas, ibi. *Obuijs te manibus.* Quintum est comparãdi voluntas, ibi. *Et vt ineptè.* Sextum amicabilis societas, ibi. *Habes amantissimum.* Circa primum. *Non sum tam petulans.* Ideſt tantam laudem, vel honorem desiderans. Dicitur petulans à verbo Petulor pro luxuriari, vel actum carnalem frequenter petere, vel appetere. Vnde animalia multum luxuriosa, petulca vocantur: & inde dicitur petulãs, ideſt importunè, vel supra rationem appetens. *Aut hebes.* Ideſt stultus, vel me ignorans. *Vt hoc me nosse pollicear.* Ideſt vt dicam me scire totam sacram Scripturam, & quòd in ea magister efficiar. Vndestultum valde videtur, & valde præsumptuosum, vt aliquis se totam sacram Scripturam intelligere dicat. Et tamẽ potest aliquis ista dicere duobus modis, quibus consueuimus peccare, vel propter inordinatum desiderium laudis, & honoris, vt quia passio fortis est, etiam si intellectus cognoscat malum esse, & isti vocantur petulantes, scilicet, quia sciunt se nescire totam sacram scripturam, & tamen propter laudis desideriũ dicunt se scire. Alio modo peccamus quando intellectus deficit in iudicando, etiã si voluntas non sit inordinata, vel passio non sit vehemens, & isti vocant ignorantes, vel hebetes, & sic est si aliquis tãtum desiperet, vt se scire totam scripturam sacram existimaret. *Vt pollicear eorum fructus carpere in terris quorum radices in cælo fixæ sunt.* Fructus sacræ scripturæ est intelligẽtia eius: radices eius sunt in cœlo, quia omnis sacra Scriptura Deo dictãte composita est, vt patet 2. Petri. cap. primo. Non enim aliquando volũtate humana allata est prophetia, sed Spiritu Sancto dictante locuti sunt sancti. Stultum est enim quòd aliquis existens in terra, ideſt, qui nondum speciali lumine multum eleuatus est, intelligat perfectè sacras scripturas: in patria autem omnes perfectè intelligent, quid Deus intendat dicere in illa prophetia, vel scriptura: qui enim Spiritu Sancto repleti sunt perfectè intelligunt, vt Apostoli, qui verissimè, & complete totam scripturam intellexerunt. Aliqui vocant fructus scripturæ illos, quos enumerat Apostolus ad Gala. quinto. s. Charitas gaudiũ, &c. sed hoc nihil ad propositũ, quia ipse agit hic de intelligentia, & magisterio sacræ Scripturæ: istos autem fructus spiritus multi nõ intelligentes sacras scripturas habẽt, quia sunt in affectu, & non in intellectu. *Sed velle me fateor.* Ideſt licet non intelligam sacras scripturas; tamen vellem eas perfectè intelligere. *Sed eniti me profiteor.* Ideſt profiteor me laborare quantum possum, vt intelligam. Enitor, significat valde niti, ideſt valde laborare. *Sedenti me præfero.* Ideſt licet ego non intelligam perfecte sacram scripturam; quia tamẽ laboro quantum possum, sedenti, ideſt otioso non laboranti præferendus sum. *Vel sedenti me præfero.* Ideſt licet non vocer magister, nec sim, tamen præfero me sedẽti, ideſt pono me apud sedentem, audire volentẽ sacrę scripturæ doctrinam. Sed prima expositio melior est. *Magistrum renuens.* Ideſt nolens dici magister, vel accipere formam magistri. *Comitem me spondeo.* Ideſt promitto tibi, quòd ambo tanquam socij simul laborabimus, vt intelligamus, & illud est primum allicitiuum, vt veniret Paulinus, s. status æqualitatis, quia comites æquales sunt. *Petenti datur.* Hic ponitur secundum, scilicet proficiẽdi facultas, & est sensus: si enim ambo vt socij inquirẽdo in scripturis laborabimus, Deus dabit intellectum, quia petenti datur, vt patet Matthę. 7. & Luc. 11. & de hoc Iacobus primo cap. canonicæ: Si quis indiget sapientia petat a Deo, qui dat omnibus affluenter, & nemini improperat. *Pulsanti aperitur.* Est metaphora de stante ad ianuam; quia si cõtinuat, aperietur ei; ita Deus omni pulsãti aperit. *Quærens inuenit.* Ideſt si aliquis quærat per continuum studium inueniet, Deo demonstrante. *Discamus in terris, quorum scientia perseueret nobis in cœlo.* Hic ponitur tertium allicitiuum, scilicet sacræ Scripturæ dignitas, quia sciẽtia sacrarum scripturarum permanet in patria, alię autem non. Et sic videtur intelligi, quod habetur prima ad Corin. 4. cap. siue scientia destruetur. Sed contra quia in patria intellectus nostri puriores erũt, detracta corruptibilitate corporis, quæ aggrauabat animam, & retardabat ad intelligendum, vt patet Sapien. 9. capit. & applicato intellectu nostro ipsi summo lumini, scilicet diuinæ essentiæ reducetur ab omni potẽtialitate sua ad actum. Cum ergo intellectus noster sit in potentia ad intelligendũ omnia naturalia, quæ non sunt maiora eo, in gloria omnia naturalia intelliget, & sic oportet concedere, q nullus erit in Paradiso, qui non intelligat omnes res naturales, aliàs non esset beatus, cum non esset repleta tota potentialitas sua. Ire quia in vita æterna est summa quietatio omnium virium nostrarum; sed nulla potẽtia receptiua totaliter quietatur, donec repleatur sua potentialitas; ergo oportet intelligere omnia, ad quæ in potentia eramus, vt intelligeremus. Item quia dicitur Psalm. 16. Satiabor cum apparuerit gloria tua. Satietas autem dicit totalẽ repletionem, quia q nondum totaliter repletum est, adhuc mouetur in aliqd vltra, p quod repleatur. Sicut patet de prima materia, quæ semper est in potentia ad alteram formam, & frequenter acquirit, & perdit, qa nulla forma adueniens totam materię potentialitatẽ replet. In cęlestibus aũt corporibus, quia formę illę perfectæ sunt, non appetit materia aliquam aliam formã. Et si dicas ex hoc sequetur, q nullus sit beatus, qa quilibet, qui est in Paradiso, põt tm̃ de Deo cognoscere, sicut B. Virgo, quia intellectus suus, & cuiuslibet alterius beati sunt eiusdem rõnis; sed nullus est, qui tm̃ intelligat, ergo nullus alius est beatus. Item nec Virgo mater erit sic beata, quia manifestum est, q ipsa potest plura intelligere, Deo volente, q̃ nunc intelligit. Ergo nondum est beata, quia nondũ habet illa, & est in potentia ad illa; & quantumcũque detur, poterit semper Deus ei plura dare, ergo non poterit esse beata. Rñdetur, q quilibet, qui est in patria est beatus, nec est in potentia ad intelligendũ plura, quàm intelligit: si aũt daretur potentia in aliquo ad magis, impossibile erat esse beatum, donec haberet illam potentiam. Et notandum, q potẽtia passiua est, quædã virtus receptiua. Qui ante est in potentia ad vidẽdum, audiendum, vel intelligendum: habet potentiam receptiuam, siue virtutem, quæ est quędam capacitas. Vnde non dicitur, q est lapis in potentia ad videndum, quia nõ habet virtutem receptiuam, siue capacitatem. Ita non dicimus, q auris nostra, vel auditiua potentia est in potentia ad audiendum albedinem, & nigredinem, quia nõ habet virtutem receptiuam. Sic etiam dicimus, q non est in potentia oculus noster ad videndum animam separatam, quia non est proportio inter potentiam de natura corporis, & substantiam incorpoream, quia non potest potentia tam imperfecta, a tam nobili substantia pati, vt recipiat illam. Sic est de intellectu, habet enim intellectus noster capacitatem quandam rerum, quas intelligit, & ad illas est in potentia. Si autẽ aliquæ res sunt, quarum capacitatẽ intellectus noster nõ habeat, non est in potentia ad intelligendas illas, sicut dicebamus, q non est lapis in potentia ad videre: sed aliqua res est, quæ excedit intellectum nostrum, vt Deus, qui infinitus est, ergo ad illum non est in potentia noster intellectus naturaliter, quia non est proportio inter infinitum, & finitum, & sic dicebamus, q oculus corporalis non est in potentia ad videdum animã separatã. Et sic dicendum est, q nulla anima, etiam separata, ẽt Christus in cœlo empyreo est naturaliter in potentia ad intelligẽdum Deum, nec modicum, nec multum. Et si dicas cõtra quia nos existẽtes in via intelligimus aliquid de Deo naturaliter, qa vt ait Apostolus ad Roman. primo, quod notum est Dei, manifestum est illis. Respondetur, q indirectè bene cognoscimus aliquid de Deo, sicut est cognitio fidei, & cognitio naturalis. Sed cognitione directa, quæ est quando ipsa potentia passiua patitur ab obiecto, per seipsum non cognoscimus Deum, & hoc est intelligere per essentiam. Nulla autem anima, nec cõiuncta, nec separata natura est in potentia ad intelligendum Deum per essentiam; quia intellectui nostro solum fuit data capacitas naturaliter ad intelligenda ea, quæ sunt infra ipsum, scilicet entia naturalia. Si autem dicas, quomodo ergo beati Deum intelligent? Respondetur, q Deus dat intellectui beatorum capacitatem quandam ad intelligendum ipsum, & ista capacitas datur secundum quantitatem meritorum. Et ad hanc propriè pertinet præmium substantiale; & sic Virgo Maria, quia plusquã aliquis beatus meruit, maiorem capacitatem recepit: quare plura de Deo intelliget, & acutius; & licet nullus beatus tantum intelligat, quantum ipsa, tamẽ nõ tollitur beatitudo eius, quia non est in potentia ad intelligenda plura; ideo quilibet completus est. Si tamẽ aliquis haberet capacitatẽ in certo gradu, & Deus impediret aliquo tempore, vel in instanti naturæ tantum intelligeret, quantum intelligere poterat, tunc non esset spiritus ille beatus, quia esset in potentia secũdum capacitatem datam ad intelligenda plura de Deo, donec rediret ad intelligendum secundũ totã capacitatẽ suam. Et quando arguebatur, q omnes animę sunt eiusdem rationis; ergo sic est in potentia ad intelligere intellectus meus, sicut intellectus beatæ Virginis. Respondetur, q capacitas, quæ consequitur naturam æqualis est in omnibus spiritibus, vt quibusdã placet; licet non sit verum; ideo secundũ hoc beati quãtumcunque minimi, sunt in potentia naturaliter ad intelligenda omnia entia naturalia, ergo omnes ea ibi æqualiter intelligent. Sed capacitas, secundum quam beati recipiunt Deum, vel cognoscunt, supernaturalis est, quare non est eadem in omnibus spiritibus eiusdem rationis, quia identitas rationis ad naturam specificã pertinet. Vnde dico, q si aliqua anima nunc existens in corpore separaretur, & poneretur in cęlo empyreo apud animam beati Petri, vel aliqua de inferno, & permitteret eas Deus in puris naturalibus, sicut nũc sunt, nec Deum viderent, nec beatæ essent, donec supernaturaliter aliqua eis concederetur capacitas. Dicendũ ergo ad præsens, q in patria manebit cognitio pfecta in nobis omnium, quæ humana cognitione, vel arte cognosci possunt, s. cognitio naturalium Mathematicorum, & Metaphysicorum, & Sermocinaliũ, & cognitio multorum occultorũ in natura, quæ in via cognoscere non possumus. Et quando dicitur, q scientia sacrę Scripturæ manet in cœlis, & videtur negare, q scientiæ aliæ maneant. Dico quòd non dicit illud de omni scientia. Sed de quibusdã falsis vanitatibus, quas hic homines diligenter inuestigant, vt fabulosæ narrationes, vel alia, quæ non existunt, quæ tamen nos existentia dicimus, & de istis dicit Apostolus secundo ad Timo. 3. capit. Semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes, & hoc est, quia volunt studere circa falsa: vnde sequetur quemadmodũ Iamnes, & Mambrę restiterunt Moysi, ita & isti resistunt veritati. Sed etiam dicitur secunda ad Timo. 4. cap. & erit tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacerabunt sibi magistros pruriẽtes auribus, & a veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur.

Quomodo beati Deum intelligunt.

In patria recordabimur erroꝝ nostrorum.

Istę autem falsę cognitiones non manebunt in patria, quia ibi veritatem solam sciemus, falsa autem nulla erunt: recordabimur tamen nos errauisse sic, vel sic opinantes, & isto modo etiam confictas fabulas non obliuiscemur.

Alia expositio qua explicatur quomodo sacra scriptura manet in cœlo.

Vel potest aliter intelligi, scilicet, quòd scientia sacrarum scripturarum manet in cœlo, quia ea, quę per sacram Scripturã scimus, in cęlo experiemur, scilicet addiscimus per eam, quomodo beati vident Deum, ita ibi videbimus, quod ergo addiscimus, ibi facimus, vel recipimus. Sed non est sic de alijs artibus, quia quę scimus per Geometriam, vel Philosophiam, nec ibi facimus, nec recipimus; ideo aliæ scientiæ præter sacrã Scripturam non manent in cœlo, verum est quãtum ad hoc, quòd faciamus aliquid, quod per eas cognoscimus. Sed bene quantum ad habitum, & in actu perfectiori, & acutiori. *Obuijs te manibus recipiam.* Ideſt, quãdo sciuero, quod venies, ego exibo ad te recipiendum obuijs manibus ad amplexandum, & in hospitiũ deducendum. Et illud est quartum allicitiuum, scilicet hospitis vrbanitas. *Et vt ineptè aliquid de Hermagorę tumiditate.* Ideſt inflatione, vel præsumptuosa superbia. *Effundam quicquid quæsieris tecum scire conabor.* Ideſt

laborabo tecum, vt sciam: non dixit quicquid quæsieris: ego demonstrabo, vel ego respondebo. Sed scire conabor, quod pertinet ad discipulos proficere cupientes, & non ad iam doctos, & magistros.

Hermagoras antiquissimus rhetoricus sub Artaxerse 2. rege Persarum anno a creatione mundi 4810. floruit, de quo Tullius in libro primo rhetoricæ veteris. Iste Hermagoras, & Gorgias Leontinus dixerũt, quòd perfectus rhetoricus omnia scire debebat, vt patet per Tullium ibidem: De hoc Hermagora Valerius ait: Hermagoras primum se obtulit de omnibus quæstionibus responsurum, quem ciues sui in tãta veneratione tenuerunt, quantam Phœbi oracula merebantur. Iste ergo valde tumidus erat, quia omnia se scire iactabat. Hanc tumiditatem, vel præsumptionẽ euitat Hierony. formam socij collaborantis, & nõ magistri docentis assumens. *Et vt ineptè aliquid*. Idest ignoranter, vel non multum bene dicam. Tantum se humiliat Hieronymus, quod non solum putat esse ineptum dicere, quòd respõdebit ad omnes quæstiones, sicut dixit Hermagoras, sed etiam dicendo, quòd conaretur inquirere veritatem in qualibet quæstione, quam Paulinus vellet. *De Hermagoræ tumiditate*. Idest superba præsumptione. *Effundam*. Idest dicam.

Cap. VIII.

HABES hic amantissimum tui fratrem Eusebium, qui literarũ tuarum mihi gratiam duplicauit, referens honestatem morum tuorum, contemptum sæculi, fidem amicitiæ, amorem Christi. Nam prudentiam, & eloquij venustatem, etiam absque illo ipsa epistola præferebat.

HABES *hic*. Hic ponitur octauum, & vltimum capitulum, in quo præponit sextum allicitiuum ad veniendum: secundo ponit conclusionem, siue principale intentum: secunda ibi. *Festina quæso*. Circa primum. *Habes hic amantissimum tui fratrem Eusebium*. Eusebius non erat carnalis frater Paulini, sed sic diligebat eum, ac si esset frater eius, & stabat Eusebius cum beato Hierony. vt addisceret sacram Scripturam. *Qui literarum tuarum mihi gratiam duplicauit*. Idest quando ego recepi literas a te gauisus sum, cum Eusebius de te multa mihi narrauit, quod est duplicare gratiam literarum, idest facere, quòd acceptabiliores sint. *Referens honestatem morum tuorum*. Quantum ad cautelam malorum. *Contemptum sæculi*. Qui non ad incipientes, sed ad satis proficientes pertinet. *Fidem amicitiæ*. Idest fidelitatẽ cum amicis. *Amorem Christi*. Idest, quòd valde erat desiderium tuum ad Christum, scilicet, vt perfectè ei seruias. *Nam prudentiam, & eloquij venustatem absque illo tua epistola præferebat*. Idest demonstrabat, quasi dicat, Eusebius etiam laudauit prudentiam tuam, & verborum venustatem. Sed etiam si ipse non laudasset, ipsa tua epistola satis demonstrabat.

Venustas verborum, dicitur verborum ornata, & conueniens dispositio, quæ vocatur eloquentia: prudẽtia dicitur recta ratio, vel moderatio, per quam eloquentia moderari debet, quia vt ait Tullius in prologo primi libri rhetoricæ veteris. Eloquentia si non recta ratione gubernetur multorum malorum causa est. *Nam multæ vrbes propter eloquentiam destructæ sunt*. Prudentia autem in eloquente iudicat, quid, vbi, & cui dicẽndum sit, & facit graues, & maturas sentẽtias. Si autem eloquentia, sine prudentia sit, verba sine sensu sunt. Hæc autem patebat, quia in epistola, quam Paulinus ad Hieronymum destinauerat, nihil diminutum, nihilque superfluum, sed singula verba cum pondere sententiæ erant, quod perfectissimis conuenit oratoribus.

Festina, quæso te, & hærenti in salo naviculæ funem magis præscinde, quàm solue. Nemo renunciaturus sæculo bene potest vendere, quæ contempsit, vt venderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictum est: Auaro tam deest, quod habet, quàm quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarum est: infidelis autem etiam obolo indiget. Sic viuamus quasi nihil habentes, & omnia possidentes. Victus atque vestitus diuitiæ Christianorum sunt. Si habes in potestate rem tuam, vende: si non habes, proijce. Tollenti tunicam, & pallium relinquendum est, scilicet nisi tu semper recrastinans, & diem de die trahens cautè, & pedetentim tuas possessiunculas vendideris, non habet Christus, vnde alat pauperes suos. Totum Deo dedit, qui se obtulit. Apostoli tantum nauem, & retia reliquerunt. Vidua duo æra misit in gazophylacium, & præfertur Cręsi diuitijs. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum.

Festina quæso. Hic ponitur pars tertia, & principalis epistolæ, scilicet conclusio, in qua dicit Paulinum debere ad se venire, & inuitat ad duo, scilicet ad vitanda mundi pericula, secundum ad abijcienda rerum retinacula, ibi. *Nemo Renunciaturus. Festina quæso te*. Idest rogo te, quòd festines venire relictis secularibus negocijs. *Et hærenti in salo naviculæ funem magis præscinde, quàm solue*. Ponitur metaphora de naucula, quæ hæret, idest adhæret salo, idest in mari, idest quandocunque naucula videtur alicui parti in mari adhærere, in qua periclitari potest, ne retineatur ibi, funis, quo ligatur scindendus est, nec expectandum est, vt soluatur funis, quia in soluendo mora contrahitur, & periclitari possent nautæ. Si autem præscindatur hoc cito fiet, & non periclitabuntur. Sic est de eo, qui tenetur curis mundanis ligatus, nec frugem vitæ melioris inquirit: non debet expectare, vt omnia negocia prospere expediat, quia potest sequi in tanta mora periculum. Sed magis præscindat curas a se abijciendo, ut patet immediatè. *Nemo renunciaturus*. Hic ponitur secundum, scilicet immutatio ad abijcienda rerum retinacula. Et quia sunt duo retinacula, quæ retardant renunciaturum sæculo, scilicet timor penurię, & amor pecuniæ. Amor pecuniæ consideratur circa tria, scilicet in venditionis rerum retardatione, & solicitudine; in contentione, & repetitione, & in alienandi voluntate retardante: primum excludit Hieronym. cum dicit. *Nemo renunciaturus sæculo*. Idest, qui proposuit firmiter renunciare sæculo. *Potest bene vendere, quæ contempsit*.

contempsit. Potest accipi bene, idest licitè, vel honestè, ita quòd non conueniat renuncianti sæculo vendere res, quia in emendo, & vendendo cupiditas, vel dolus intercidit, vt patet Eccles. 27. sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, sic intermedium emptionis, & venditionis angustiabitur anima peccantis.

Vel melius non potest bene vendere, idest vendere iuxta extimationem debitam: tunc enim res bene vẽdi dicitur, quando datur pro eo, quo ipsa rationabiliter valet, vel fortè magis, quia secundum leges licet ementibus, & vendentibus se decipere infra dimidiam iusti pretij. Ista autem venditio non potest semper fieri, sed expectato tempore, & ad hoc oportet moram intercidere, nec id conuenit volenti sæculo renunciare; ideo non potest bene vendere, idest dare res pro rationabili pretio, sed vt cito vendat oportet dare pro minori pretio, & sic male venditur res. *Quæ contempsit, vt venderet*. Qui enim res suas bene vendere vult, nõ contemnit eas, quia maius, vel æquale recipere intendit, & magis sibi conueniens; qui autem contempsit res non appretiatur eas, ergo non desiderat pro eis æquale, vel maius, cum omnia mundana contemnat, ergo nec bene vendere potest, quia cum non diligat pretium non expectabit temporis lapsum, vt carius vendat. *Quicquid de tuo*. Hic excludit responsionem, quam dare posset Paulinus, scilicet quòd non tardabat vendere, vt maius pretium diligeret: sed quia volebat ad suam necessitatem. *Vel in eleemosynas pauperum*. Excludit necessitatem propriam dicens. *Quicquid in sumptus de tuo tuleris in lucrum computa*. Idest non debes multum curare, vt inde sumptus habeas: quia postquàm voluntate tua rebus renunciasti nihil habes in eis: si autem postea modicum, siue multum inde acceperis in sumptus viæ tuæ quantulumcunque illud sit, credas te illud lucrari, quasi nihil haberes in eo, cui renunciaueras. *Antique dictum est*.

Hic allicit Paulinum, vt modicum de rebus suis in sumptus accipiat, quia si accipere desiderat non contentabitur; ergo vel quantumcunque modicum ei sufficit, quia non cupit, vel nihil quantumcunque magnum sit, quia diuitiæ non satiant mentem cupientem, & inducit ad hoc dictum antiquum. *Scilicet auaro deest*. Idest deficit. *Tam quod habet, quam quod non habet*. Quia quod non habet cupit putans esse necessarium, id autem quod habet, tangere non audet, ne deficiat. Ideo quia illo vti non potest, tantum eo indiget, quantum si non possideret, & sic dicitur Ecclesiast. quinto capit. auarus non implebitur pecunijs, & Prouerb. vndecimo. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt, alij rapiunt aliena, & semper in egestate sunt. *Credenti totus mundus*. Hic docet esse confidendum in Domino, & ipse nos enutriet.

Et non vocat credentem eum, qui habet fidem catholicam, quia multi catholici auari sunt, sed vocatur credens, scilicet confidens in Domino, quia nihil ei deficiet, etiam si relinquat omnia propter Christum. *Totus mundus diuitiarum est*. Idest in toto mundo habet ita, quòd vbicunque steterit nihil deficiet ei: sicut qui in toto mundo diuitias haberet, & sic dixit Christus Apostolis Lucæ vigesimosecundo. Quando misi vos sine sacculo, & pera, & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt: Nihil. Non est ergo timenda penuria expensarum, quia vbique habent, qui relinquunt propter Christum.

Infidelis autem. Idest, qui non confidit in Domino, sed putat se in diuitijs satiandum. *Etiam obolo indiget*. Idest etiam minimis rebus indiget tanquàm nihil habens: qui autem confidunt in Domino, sunt tãquàm nihil habentes, sed multos locupletantes, vt patet secundo Corinth. 6. cap.

Sic viuamus, quasi nihil habentes, & omnia possidentes. Potest intelligi de multum diuite: sic nos habẽtes omnia, vel possidentes omnia, scilicet valde multa viuamus tanquam nihil habentes, idest non faciamus maiorem curam de diuitijs, vel non magis delectemur in eis, quàm si nihil haberemus. Iste sensus satis verus est, & conueniens literæ, sed non intendit istum Hieronymus, quia ipse reducit istam auctoritatem ad se, & ad Paulinum, sed ipsi pauperes erant, vt patet. Potest autem intelligi de eo, qui prorsus nihil possidet, nec etiam vnum obolum, sed quicquid accipit ad necessitatem mendicat. Et istam intentionem sequitur Apostolus secundo Corinth. sexto. vbi ponit istam auctoritatem de se, & aliis Apostolis, qui nihil penitus possidebant ambulantes sine sacculo, & pera iuxta doctrinam Christi Luc. 10. capit. & omnia possidentes, idest ita contenti, & magis, quàm si omnia possideremus. Vel potest inielligi de illis, qui panca habent nõ sufficientia sibi, sed confidentes in Domino, omnia necessaria acquirunt, & tunc est sensus, quasi nihil habentes, idest modica habentes, quę sunt quasi nihil, quia nihil, & inutile, vel modicum æquiparantur. Et omnia possidentes, idest in illis ita gaudemus, & abundamus, quasi si omnia possideremus. *Victus atque vestitus diuitiæ sunt Christianorũ*. Quasi dicat, aliæ gentes, quæ fœlicitatis terminum in ista vita constituunt, diuitijs abundare volunt: Christiani autem, qui non habent hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirunt, vt patet ad Hebræos 14. tanquam viatores solo victu, & vestitu contenti esse debent, & iste victus, & vestitus non curiosus, nec exquisitus esse debet, quia tunc ad victum, & vestitum nihil sufficeret.

Sic enim Caius Cæsar vna die centies cenauit, & in vna cena consumpsit tributa trium prouinciarum exquisitissimis cibarijs vtendo, vt ait Seneca in libro de consolatio. ad Hesbiam.

Debet autem vestitus Christianorum honestus esse. victus autem temperatus, & ista modicum requirunt, si sequamur naturam; quia vt ait Seneca in libro de beneficijs, si naturam sequeris, pauco contentus eris, si autem opinionem, nullo. Natura modicum vult, opinio autem immensum desiderat, Dicit ergo Apostolus prima ad Timothe. sexto cap. Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti sumus, & Luc. septimo capit. Nolite soliciti esse animę vestræ dicentes, quid manducabimus, aut quo operiemur, &c.

Si habes in potestate tua rem, vende. Supra dixerat, quòd renunciaturus sæculo non potest vendere bene, idest pro pretio rationabili: potest tamen aliqualiter vendere; ideo dicitur.

Si habes rem tuam in potestate vende. Idest si habes res tuas in promptu, vt velociter vendere possis vende. *Si autem non habes proijce*. Idest si non habes in potestate, sed fortè ab alio detinentur, & oporteret primo litigare magis valet proijcere, idest dimittere eas perdi. Et talem breuem, & indilatam venditionem Christus consuluit Matthæ. decimotertio capitulo. Si vis esse perfectus vade, & vende vniuersa, quæ habes.

Tollenti tunicam. Hic prohibet secundum, scilicet contentiosam repetitionem, idest si forte aliquis detinet rem tuam noli contendere in iudicio, sed

Universidad de Deusto

sed dimitte.

Quia tollenti tunicam pallium relinquendum est. Non est sic intelligendum, q̃ pallium relinquere debeamus: sed quòd si aliquis tollat tunicam, ante debemus dimittere palliũ, & omnia alia possessa, quàm in iudicio contendere, & sic intelligitur illud: Si aliquis percusserit te in vna maxilla, præbe ei, & alteram, non quòd præbenda sit (quia occasio mali esset aliquando) sed quòd ita paratus esse debet ille, qui percutitur in vna maxilla, quòd ante consentiat percuti in alia maxilla, quàm se vendicare, vel malum verbum respondere.

Quomodo intelligitur si aliquis percusserit te in vna maxilla præbe ei alteram.

Licet tamen aliquibus in iudicio contendere pro rebus suis petendo, vel defendendo, vt ponitur in Glo. ordinaria primæ ad Corinth. sexto in quibusdam versibus.

Expedit infirmis, licet absque dolo sine lite.
Prælatis licet, hoc non expedit Anachoritis.

Nisi tu semper recrastinans. Hic excluditur secundum quod supra ponebatur, scilicet, quòd non liceret dilatare venditionem, vt carius vendat ad dandum pauperibus.

Nisi tu semper recrastinans. Idest expectans vnum cras, & deinde aliud, vt melius vendas, & diem de die trahens, idest extendens, scilicet expectans alium, & alium diem semper dilatando. *Non habet Christus, vnde suos alat pauperes.* Quasi dicat, si sic esset, quòd pauperes Christi sustentari non possent, nisi tu dilatares tempus ad vendendum, & non haberet Christus, vnde pasceret suos pauperes, tunc debes expectare. Sed etiam si tu non expectes, Christus aliunde suis pauperibus prouidebit.

Et ex hoc videtur, quòd si aliquis proposuit Deo seruire in totali paupertate, abrenunciato sæculo, & ex alia parte occurrunt sibi magni redditus in sæculo, in quibus existimat, quòd posset multum pauperibus prodesse, & videt, quòd si ipse non acceptat illos recipiet eos aliquis pessimus, qui totos in vsus nequissimos deuastabit, potius debet intrare religionem relictis pauperibus, quàm manere in sæculo in vita laxiori pauperibus prouidendo, quia etiam si iste non prouideat, Deus aliunde prouidebit. *Pauperes suos.* Dicuntur esse pauperes Christi, quia in eius custodia specialiter derelicti sunt, cum non habeant alium adiutorem: & sic dicitur Psalm. decimonono. Tibi derelictus est pauper, & orphano tu eris adiutor. *Cautè.* Idest expectato tempore, & loco opportuno. *Pedetentim.* Idest Paulatine, quia multæ possessiones non possunt cito bene vendi. *Possessiunculas vendideris.* Non vocat possessiunculas, ita quòd possessiones Paulini paruæ essent; sed quia diminutiua semper dicunt diminutionem, vel in re, vel in pretio; ideo licet possessiones Paulini valde magnæ essent, quia tamen secundum rei veritatem omnia, quæ possidentur modicum valent, nisi ex hominum opinione, ideo diminutas eas facit, vt doceat esse contemnendas: *Totum Deo dedit.* Idest omnes res possessas, & possidendas. *Qui se Deo obtulit.* Scilicet abrenuncians omnibus rebus, & sæculo, vt in paupertate Christum pauperem prosequatur, non multum dat, qui in sæculo manens, & diuitijs, & delitijs moderatè vtens per temporum cursus magnas diuitias propter Christum pauperibus erogat, quia semper plures sibi retinuit, & voluntatem possidendi, qui autem in paupertatis habitu Deo seruire desiderat, multum Deo dat, quia se totum dat, & voluntatem suam, quæ maior toto mundo est, & reliquit omne desiderium possidendi propter Christum.

Non enim multum Deus respicit, quòd aliquis det millia, vel duo millia: animus enim est maior, modicus enim animi feruor in dante maximam donorum quantitatem excedit.

Vnde magis acceptat, quòd aliquis, qui vult ad paupertatis religionem transire dimittat res suas perdi, vel quia detinentur ab alijs, & non vult contendere, vel quia ad vendendum moram dilationis exigunt; ut tempore, quo contendere, vel vendere debebat, Domino in paupertate seruiat, quàm quòd ad uendendum, vel contemnendum expectet, & deinde multis millibus in cibos pauperum distributis ad habitum transeat paupertatis. Petrus enim, & alij Apostoli paucas possessiones pro Christo reliquerant, sed audacter loquebantur dicentes: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? vt patet Matthæ. quarto cap. *Apostoli tantum retia, & nauem reliquerant.* Scilicet, Petrus, Andreas, Ioannes, & Iacobus, vt patet Matthæ. quarto, & Luc. quinto capit.

Vidua quoque æra duo mittit in gazophylatium. De hoc habetur Luc. 21. cap. de vidua, quam Dominus vidit offerentem duo minuta æra: diuites autē magna munera offerebant, sed vidua magis laudata est. Dicitur gazophylatium. arca, vel locus, in quo reponitur thesaurus, & sic sunt in Ecclesijs quædam arcæ desuper parua habentes foramina, per quæ offerentes denarios demittunt ad fabricam, vel necessitates Ecclesiarum. Et in templo erant gazophylatia, vt pecunia ibi poneretur ad reparcienda tecta templi.

Aliquando accipitur gazophylatium: & dicitur camera, vel palatium, in quo seruatur illa arca, & sic in ædificatione templi, quod describit Ezechiel. tertio cap. 40. vsque ad 47. ponitur structura, vel ædificatio gazophylatij. Et isto modo accipitur Ioan. 8. capit. vbi dicitur: Hæc autem verba locutus est Iesus in gazophylatio. Et dicitur gazophylatium de gaza, & phylaxe, quod est seruare, quia ibi gazę, idest diuitiæ conseruantur.

Et tamen præfertur Crœsi diuitijs. Crœsus fuit rex Lydorum pecuniarum abundantissimus, qui multas gentes sceptro regebat, fuitque anno ab orbe condito. 4670. contra quem Cyrus rex Persarum, qui Iudæis licentiam dedit redeundi de Babylonica captiuitate, sæpe pugnauit, & eum uicit, ut per Gualterum Alexandreidis libro secundo in fine. De hoc narrat quoddam mirabile Solinus in Polistor. primo, cum victor Cyrus intrasset sardis Asiæ oppidum, vbi tunc Crœsus latebat, saris filius regis mutus ad id vsque temporis in vocem erupit, vi timoris exclamasse dicitur: parce patri meo Cyre, & hominem te esse, uel casibus nostris discе.

Et non est intelligendum, quòd Christus comparauerit uiduam Crœso, quia in toto Euangelio non fecit de Crœso mentionem Christus, nec etiam aliquid obtulit, ut uidua ei comparari potuerit. Sed est sensus, quòd illa uidua paupercula magis Deo placuit ex fœnore charitatis in dando, quàm placebant alij diuites, etiam si obtulissent diuitias Crœsi, quę maximæ fuerũt. Aliqui textus habent. *Crassi diuitijs.* Fuit enim Crassus multum diues inter Romanos, & cupidus, ante Christum natus fere anno quinquagesimo, cum Pompeius esset consul Romanus, qui cum esset præfectus Syriæ, & mitteretur contra Parthos introiuit in templum Ierusalem, & tulit inde omnia uasa sanctuarij aurea, & argentea, quasi duorum millium talentorum, qui cum Romam ueniret ex decreto senatus morti adiudicatus est, quia vasa abstulit, a quibus Pompeius uictor, & intrans templum abstinuerat. Et Cassius aurum liquefecit, & in guttura Crassi

Crassi infudit dicens, Crasse aurum sitisti, aurum bibe, & sic mortuus est, vt ait Lucas Tuden. in chronicis. *Facile contemnit.* Hic excludit pecuniarum amorem, & hic cautum facit Paulinum contra tentationes philargiriæ, quia postquam aliquis sæculo abrenunciauit, subit animum pecuniarum relictarum cupiditas, & secularis honoris desiderium: contra quas passiones fortiter confligendum est, mortem ad memoriam reuocando, & quomodo per mortem omnia relinquuntur; ideo dicitur. *Facile contemnit omnia, qui se cogitat esse moriturum.* Idest non est difficile contra diuitiarum desiderium pugnare, si mortem ad memoriam reducamus, & ista cogitatio conuenit eis, qui nondum ad perfectionis statum deuenerunt, qui magis timore, quàm amore mouentur, quia sic mouit beatus Ioannes quosdam discipulos suos, qui relicto sęculo, post redire cupiebāt, qui excitauit quendam iuuenem mortuum, & dixit eis mala, quæ recuperabant, & bona, quæ perdebant, gaudium demonum, & tristitiam angelorum de eorum reditu ad sęculum, & sic humiliter veniam implorantes ad priorem bonum redierunt: perfecti autem viri amorem Christi contra omnes tentationes pro defensione habent. Sic enim dicebat Apostolus omnia reputaui vt stercora, vt solum Christum lucrifacerem, vt patet ad Philippen. 3. cap.

Epistola B. Hieronymi ad Paulinum Finis.

Alph. Tost. super Gen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS,

IN PRÆFATIONEM S. HIERONYMI In Pentateuchum, Commentarij.

DESIDERII mei desideratas accepi epistolas, qui quodam prę∫agio futurorum cum Daniele sortitus est nomẽ, obsecrantis, vt translatum in Latinam linguam de Hebræo sermone Pentateuchum ve∫trorum auribus traderem.

DESIDERII. Beatus Hieronymus in trãslatione Bibliæ, quam de Hebraica lingua in Latinum conuertit sermonem, omnibus libris, quos tranſtulit prologos præpoſuit, qui ſunt quædam epiſtolæ directæ ad illos, quorum precibus illos libros transferebat, & ideo in omnibus prologis de aliqua perſona mentio fit.

Declaratur etiam in iſtis prologis aliqua difficultas, quæ in ipſis libris eſt, vel quãtum ad modum procedendi, vel aliquod punctum ſpeciale, vel difficultas temporum, vel perſonarum.

Iſte autem prologus, qui dicitur epiſtola ad Paulinum, quam adiuuante Deo, vt valuimus ſupra commentauimus, non eſt prologus alicuius libri Bibliæ, nec à Hieronymo ponitur inter prologos Bibliæ, quia ſecundum maiorem partem poſuit eos in ſecundo libro contra Rufinum, ſed a quibuſdam poſt in modernis Biblijs poſitus eſt. Prologus ergo Geneſis eſt iſte, ſcilicet. *Deſiderij mei*. Et ſcripſit iſtam proœmialem epiſtolam beatus Hieronymus cuidam epiſcopo familiari ſuo, qui Deſiderius vocabatur, qui à beato Hieronymo petijt, vt Pentateuchum Moyſi de Hebræo in Latinum, transferret. Erat enim de Græco in Latinum translatus, & ſcriptorum primorũ, tranſlatorumque imperitia vitiatus, laceratus, & detruncatus. Huius precibus beatus Hieronymus obtemperans Pentateuchum de Hebraica veritate tranſtulit in Latinum, cui poſt ad aliqualem declarationem hanc proœmialem epiſtolam aſſignauit,

Et quia hoc omniũ prologorum initium eſt, ideo notandum q̃ prologus, proœmium, argumentum, præfatio idem ſignificãt, ſcilicet, quandam prolocutionem ſequentis operis declaratiuam.

Dicitur autẽ prologus à πρωτος quod eſt primum, & λογος quod eſt ſermo, quaſi primus ſermo, quia ante totum opus ponitur, & eſt duplex prologus, quidam eſt, qui eſt de ipſo opere ab auctore poſitus, & ſic reperiũtur duo prologi, vt magis expreſſi in tota Biblia, ſcilicet in Euangelio Lucæ, & incipit prologus. *Quoniam quidem multi*. Et durat vſque ad illam partem. *Fuit in diebus Herodis*. Secundus prologus eſt in Apocalypſi, & incipit Apocalypſis Ieſu Chriſti, & durat vſque ad illam partem. *Ioannes ſeptem Eccleſijs*. Alij ſunt prologi, qui non ſunt de ipſo opere, ſed ſunt poſiti ab alio ad declarationem, & ſic ſuper Lucam eſt prologus poſitus à beato Hieronymo, qui incipit. *Lucas Antiochen*. Et in Apocalypſi eſt prologus: Omnes qui pie viuere volunt. Proœmium dicitur à πρωτος quod eſt primum, & οιμη quod eſt ſermo, vel modulatio, & ſic dicit Ariſtoteles 3. Rhetorico. proœmium eſt orationis principium: ſicut prologus in Poeſi, & in fiſtulatione præludium.

Argumentum dicitur quaſi argute, ideſt ſubtiliter factum, vel inuentum, ideſt quòd ſubtiliter dat intelligentiam ad cætera, quæ in opere ſequuntur. Præfatio dicitur a verbo præfor, quod ſignificat ante loqui, vel dicere.

Diuiditur autem iſte prologus in quinque partes: primo ponit amicis ſui Deſiderij deprecationem. Secundo ab opere retractionem. *Ibi periculoſum opus*. Tertio ponit ad transferendum ſuam inductionem, ibi. *Quòd autem vt auderem*. Quarto ſui excuſationem de antiquorũ emendatione, ibi. *Quicquid igitur*. Quinto implorat Deſiderij amici ſui per orationes ſubuentionem, ibi. *Nunc deprecor*. Circa primum. *Deſiderij mei*. Approbat Deſiderij amici ſui petitionem ex tribus, primo ex ſua nominatione, quia vocat amicum ſuum. *Deſiderij mei*. Non accipitur hic hoc deſiderium pro

pro quadam animi paſſione, ſed declinatur Deſiderius, Deſiderij & eſt nomen cuiuſdam Epiſcopi, qui erat amicus Hieronymi.

Deſideratas literas accepi. Ideſt ego deſiderabam recipere literas ab eo deſtinatas, quia amicus meus erat, & valde in ſuis literis delectabar. Et eſt conſtructio, ego accepi literas deſideratas Deſiderij mei, ideſt miſſas à Deſiderio amico meo, & in iſtis literis continebatur petitio, vt Pentateuchum de Hebræo in Latinũ verterer eloquium.

Qui quodam prę∫agio. Hic ponitur ſecundum, quare approbat Deſiderij petitionem, ſcilicet nominis præfiguratio, ſcilicet, quia vocabatur Deſiderius.

Qui quodam prę∫agio futurorum cum Daniele nomen ſortitus eſt. Ideſt iſte Deſiderius amicus habuit nomen ſicut Daniel à voluntate Dei ſic impoſitum propter futurum euentum, ideſt, quòd ſicut Daniel vocatus fuit vir deſideriorum, vt patet Daniel vigeſimo cap. quia deſiderabat ſcire ſecreta liberationis populi ſui, & Meſſiæ, ita iſte Epiſcopus habuit nomen cum Daniele, ideſt ſicut Daniel, q̃ vocatus fuit Deſiderius.

Quodam prę∫agio futurorum. Ideſt à diuina voluntate, ſcilicet à diuina voluntate prædicente, vel annunciante futura. Præſagium diuinatio dicitur, vel prænunciatio, & iſta reſpiciebat futura, ſcilicet, quòd non fruſtra, vel à caſu iſtud nomen Deſiderius ei impoſitum eſt, ſed prę∫agio futurorum, ideſt propter futura, quæ à Deo demonſtrabantur, ſcilicet, quòd ſicut Daniel deſiderauit ſcire ſecreta, & vir deſideriorum dictus eſt, ita iſte epiſcopus. Quia Deus nouerat, quòd deſideraturus erat, vt Pẽtateuchus de Hebræo in Latinum verteretur, ideo eum fecit habere nomen Deſiderius, & in hoc non modicam auctoritatem attribuit Hieronymus tranſlationi iſti dicens, quòd a Deo prænunciata fuerat in nomine illius, qui Deſiderius dictus eſt. *Obſecrantis*. Ideſt deſiderij obſecrantis, & poteſt ſic reſumi conſtructio. *Accepi literas deſideratas deſiderij mei*. Ideſt Deſiderij amici mei. *Obſecrantis*. Ideſt qui obſecrabat, ſcilicet, vt transferrem Pentateuchum de Hebræo in Latinum, qui ſcilicet, Deſiderius. *Sortitus eſt nomen cum Daniele*. Ideſt habuit nomen ſicut Daniel. *Quodam prę∫agio futurorum*. Ideſt à Diuina voluntate reuelante, vel prænunciante futura. *Vt tranſlatum*. Hic ponitur tertium quare approbatur petitio Deſiderij, ſcilicet, quòd pro communi vtilitate omnium Eccleſiarum petebat.

Eſt autem iſta petitio, ſcilicet, vt Hieronymus trãſferret Pentateuchum de Hebræo in Latinum. Erant autem tũc multæ translationes Bibliæ in Latino, ſed erant factæ de Græco, & non de Hebræo. Et quia Biblia Greca fuit ſcripta, a ſeptuaginta interpretibus, qui aliquid in litera immutauerunt, addiderunt, & diminuerunt; ideo nulla translatio Latina Hebraicæ veritati totaliter conſonabat, quare Hebræi noſtram Bibliam irridebant tanquam ab imperitis ſcriptoribus vitiatam. Et nos non poteramus contra eos arguere in multis pũctis fidei, quia ſua litera a noſtra multum diſſonabat. Conſtrue ſic: obſecrabat Deſiderius. *Vt traderem Pentateuchum*. Ideſt quinque libros Moyſi *Tranſlatum de Hebræo ſermone in linguam Latinam*. Scilicet immediate, ita quod non transferret de Græco. *Auribus noſtrorum*. Ideſt Latinorum.

Periculoſum opus certè, & obtrectatorum meorum latratibus patens, qui me aſſerunt in ſeptuaginta interpretum ſugillationem noua pro veteribus cudere, & ita in-

genium quaſi vinum probantes: cum ego læpiſſime teſtatus ſim, me pro virili portione in tabernaculo Dei offerre quæ poſsim, nec opes alterius aliorum paupertate fędari.

Periculoſum opus. Hic ponitur ſecundum, ſcilicet rationem ab iſto opere retrahentem, & ſunt duæ rationes, prima eſt operis grauitas: ſecũda eſt detractorũ iniquitas, ibi. *Obtrectatorum meorum periculoſum opus certè*.

Quia tãtæ difficultatis eſt, q̃ poſſet errare. Et error eſt hic magis periculoſus, quàm in alijs operibus: alia enim opera non ſunt canonica, quæ doctores agunt, ideo ſi aliquid contra rationem dicant, licet eis non conſentire, ſed refutare. Sacræ autem ſcripturæ nullo modo licet contra ire, quia excedit humanum ingenium eius veritas, cum Spiritu ſancto dictante condita ſit, de quo multa diximus Deuteron. quarto cap. Eſt autem facile errare in translatione, & ſi erraretur acciperemus, & firmiter crederemus illud ſicut ſcriptum erat, & hic eſt omnium periculorũ maximus, ſcilicet errare in fidei fundamento. Sed hoc Deus nunquàm permitteret, quia ipſe dixit Petro, quòd fides ſua, ideſt fides Eccleſiæ nunquàm deficere, nec errare poteſt, vt patet Lucæ vigeſimo ſecundo cap. & in cap. maiores, extra de baptiſmo, & eius effectu. Aliqui autem qui Hebraicam linguam, non nouerunt, putãt facile eſſe transferre de Hebræo in Latinum, quaſi ſi quis transferat de latina in commune vulgare. Sed valde difficile eſt propter quaſdam difficiles ſententias, & punctuationes, & maxime in nominibus proprijs fluminum, auium, animalium, gentium, vel terrarum, quæ ipſi Hebręi ignorant, quid vocentur in lingua materna.

Cur ſit difficile trãſferre ḋ Hebræo ĩ Latinum.

Et obtrectatorum meorum latratibus patens. Iſtud eſt ſecundum retractiuũ, ſcilicet, quia obtrectatores, ideſt detractores, ſiue murmuratores magnum locum apertum maledicendi habebant. Comparat autem murmuratores canibus, quia ſicut canes contra omnes incognitos latrant nulla facta differentia an boni, vel mali ſint. Ita detractores irrationabiliter bene dicta deprauant, & detrahendo lacerant quæ ignorant.

Comparatur murmuratores canibus.

& eſt triplex eorum malignitas, primò quòd bene dicta deprauãt, vt dictum eſt: ſecundò quòd bona, quæ dicuntur ab aliquo, interpretantur ex mala intentione dicta eſſe, licet ipſa aſſerant vera eſſe: & hoc innuit beatus Hieronymus dicens. *Qui me aſſerunt in ſeptuaginta interpretum ſugillationem noua pro veteribus cudere*. Ideſt quòd iſti detractores dicunt, quòd iſta translatio quam facio, eſt ad contemnendum ſeptuaginta interpretes, ſcilicet, vt ego demoſtrem eos non bene dicere, ſed non eſt iſta intentio mea, quia non intendo aliquem de veteribus damnare. Et dicebant hoc detractores, quia Hieronymus volebat transferre ſecundũ literam Hebraicam. Interpretes autem deuiauerunt a litera Hebraica, ideo videbatur Hieronymus velle eos corrigere, vel reprobare. & dicitur ſugillatio, condemnatio, vel ſtrangulatio. *Noua pro veteribus cudere*. Dicitur cudere fabricare, vel formare, ſiue figurare, & pertinet ad monetam, & ſic dicebant detractores, quòd Hieronymus volebat loco veterum ſcripturarum, ideſt translationis factæ à ſeptuaginta interpretibus formare nouam translationem, ſcilicet, vt non reciperetur antiqua translatio.

Triplex detractorum malignitas.

Ita ingenium probantes. Tertiò demonſtrat eorum malignitatem, quia ex inuidia dicebant antiquos modernis preferendos, & modernorum ingenia nihil valere. *Ita ingenium, vt vinum probantes*. Ideſt ſicut vinũ

vetus melius eſt quàm nouum, ita iſti dicebant, quòd antiqua ingenia magna erant, moderna autem nihil valent, vt dicitur in Eccleſiaſt. cap. nono. vinum nouum, & amicus nouus veteraſcant, & cum ſuauitate bibes illud. Sed non eſt ſimile, quia ingenia modernorum, ſ. eorum, qui erant tempore beati Hieronymi, erant maiora antiquorum ingenijs, & ſic dicit Priſcianus de tempore ſuo, quod fuit poſt beatum Hieronymum, quaſi per ducentos annos in principio maioris voluminis: cuius auctores quanto iuniores ſunt tanto perſpicatiores, & ingenijs floruiſſe, & valuiſſe omni diligentia, & iudicio confirmatur eruditiſſimorum. Et ſicut iſti dicebant modernorum ingenia nihil eſſe, ità & translationes a modernis factas collatas veteribus nullius momenti eſſe, Vel probāt ingenium, vt vinum, quia ſicut vinum nouum ſpumoſum eſt, & inflat, & non eſt ſanum, ita translationes, & opera modernorum ingeniorum dicebant iſti detractores ſpumoſa eſſe, & ſuperbia inflata. Sed contra hoc beatus Hieronymus demōſtrat intentionem ſuam humilem eſſe, ſcilicet proficiendi, & non gloriandi gratia hoc feciſſe. *Cum ego ſæpe.* Iſta reſponſio applicatur dictæ expoſitioni pro qualibet parte. *Teſtatus ſim.* Ideſt non ſolum nunc confiteor quòd ea, quæ ego facio ſunt parua, ſed ſemper hoc teſtatus ſum, ex quo aliquid ſcribere incepi. *Me pro vili portione offerre in tabernaculo Dei, quæ poſſim.* Ideſt putaui ſemper quòd ea, quæ offerrebā in tabernaculo Dei, ſcilicet ſcripturas, quas faciebam ad honorem Chriſti, & vtilitatem Eccleſiæ, eſſe pro vili portione, ideſt eſſe vilem ſiue paruam partem. Et iſta litera reſpondet ſuperiori ſecundæ expoſitioni, ſcilicet, quòd dicebant detractores ingenia modernorum deſpumare, & inflata eſſe ſuperbia, ſicut vinum nouum deſpumat, & inflat. Ipſe autem humiliat ſe exiſtimando opera ſua vilia, vel nulla eſſe. Alia litera habet. *Pro virili parte vel portione.* Et dicitur portio virilis, ideſt æqualis, quia hęreditas paterna cum inter liberos æquali ſorte diuiditur, virilis portio eſt, & ſic accipit Ouidius in primo libro de Ponto.

Gaudia Cæſareæ mentis pro parte virili.
Sunt mea priuati nil habet illa domus.

Dicitur ibi pars virilis, ideſt æqualis, quia volebat dicere Ouidius, quòd æqualis pars de gaudijs domus imperatoriæ ſibi contingebat ſicut cuilibet alteri viro. Et tunc eſt reſponſio ad primam expoſitionem, qua alij detractores dicebant, ſcilicet, quòd ingenia antiquorum erant magna, & ingenia modernorum nihil proderant. Et dicit quòd ipſe exiſtimat ſe in tabernaculo Dei offerre pro parte virili, ideſt tantam portionem, quantam quilibet de antiquis.

Et hoc verum eſt quòd ingenia moderna, quę tūc erant, erant maiora quam antiquorum ingenia; quia tunc florebat beatus Hieronymus, Auguſtinus, Ambroſius, Baſilius, Gregorius Nazanzenus, viri illuſtriſſimi, & maximis ingenijs prędotati. Et ſicut iſti antiquos prȩcellebant, ita regulariter ingenia ſuccedentia maiora eſſe deberent, prȩterquàm cum Deus alicui ex ſpeciali gratia magnam atque altiſſimam cognitionem concedit, vel cum aliquis ſpecialiſſimo beneficio naturę adiuuatur. Et quia in tali, vel tali tempore ſecundum aliquam ſpecialem cęli influentiam ex motu, vel figuratione, vel ſeminis diſpoſitione, quantum ad generantes cauſatur aliqua ſpecialis armonia, & aptitudo in organis ſubſeruientibus intellectui, vt acutiūs accipiat, & ſubtilius iudicet, quia iſta diſpoſitiua influentia ſupra corpus eſt infra liberum arbitrium, & dè valde ſpecialibus non datur regula, maiora ingenia nunc ſunt quàm tunc,

Si ergo dicas quomodo antiqui tanta ſciebāt, & librorum multitudines ſcribebant, moderni autem nec ſciunt, nec ſcribunt? Reſpondetur quòd cauſa eſt, quia antiqui verè ſcientiam deſiderabant, ideo eam totis viribus inſequentes ad eius altitudinem veniebant: nos autem honorem, non ſciendi ſtudendique laborem; delectationes non altiſſimas cognitiones; rerum ſæcularium pondera & curas, non in ſtudendo nocturnas vigilias deſiderantes.

Et cum aliquid ſcire inceperimus à ſciendo ſtudendoque deſiſtimus, volētes honoribus delitijsque vacare, quibus maxime intendebamus, eisque quandam non ſcientiam, ſed ſciendi imaginem tanquam quoddam vtile ſubordinantes, & ſic fit vt inter ipſa ſciendi exordia noſtra ſcientia deſtruatur: & tota iſta abuſiua deordinatio contingit, quia non vt ſciamus circa ſpeculatiuas honorabiles ſcientias addiſcimus, ſed vt inde diuitijs, & honoribus abundemus. habita ergo qualicunque lucrandi vel honores adipiſcendi occaſione de ſcientia non curamus, quia non ipſam, ſed diuitias intendebamus. Habitis ergo habitibus ſecundum intentionem agentis ceſſat motus, & ad hoc magnam occaſionem prębuerunt iura moderna, in quibus, quia acquirendi modus inuenitur, theoricæ facultatis, cæterarumque artium ſtudium derelictum eſt. Et ad propoſitum dicitur, quòd prima litera, ſcilicet. *Pro virili portione.* Melior eſt, & hanc intendit Hieronymus infra dicens. *Nec opes alterius aliorum paupertate fędari.* Ideſt quòd ipſe exiſtimat, quòd licet aliquis pauper ſit non ex hoc aliorum diuitiæ fędantur, ideſt fiunt contemptibiles, & intendit quòd licet ipſe tranſtulerit, quia tamen ſua tranſlatio collata antiquis translationibus, ſcilicet ſeptuaginta interpretum videtur eſſe quædam paupertas, ideo translationes interpretum, quæ diuites ſunt, ideſt in magna auctoritate tenentur, non commaculantur, ſcilicet perdendo auctoritatem: & iſtam humiliationem, expreſſius ponit in prologo galeato dicens obſecro te lector ne laborem meum reprehenſionem exiſtimes antiquorum.

In templo Dei offert vnuſquiſque quod poteſt, Alij aurum, & argentum, & lapides precioſos. Alij biſſum, & purpuram, & coccum offerunt, & hyacinthum: nobiſcum bene agitur, ſi obtulerimus pelles, & caprarum piloſ.

Quod vt auderem Origenis me ſtudium prouocauit, qui editioni antiquæ translationem Theodotionis miſcuit aſteriſco, & obelo, omne opus diſtinguens, dum aut illuceſcere facit quæ minus ante fuerant, aut ſuperflua quæque iugulat, & confodit, & maximè quæ Euangeliſtarum & Apoſtolorum auctoritas promulgauit. In quibus multa de veteri teſtamento legimus, quæ in noſtris codicibus non habentur, vt eſt illud: Ex Aegypto vocaui filium meum: & Quoniam Nazarȩus vocabitur: & Videbunt in quem compunxerunt: & Flumina de vētre eius fluēt aquę viuę: & Quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec ī cor hominis aſcēderūt, quæ prȩparauit Deus diligētib⁹ ſe:

& multa alia, quæ proprium σωταγμα deſiderant. Interrogemus ergo eos vbi hæc ſcripta ſint, & cum dicere non potuerint, de libris Hebraicis proferamus: primum teſtimonium eſt in Oſeæ: ſecundum in Eſaia: tertium in Zacharia: quartum in Prouerbijs: quintum æque in Eſaia. Quod multi ignorantes apocryphorum deliramenta ſectantur, & Hiberas nenias libris authenticis præferunt.

Quod vt auderem. Hic ponitur tertium principale, ſcilicet ad transferendum ſui inductionem, & eſt intentio: Ego nūquàm auſus fuiſſem tale opus inchoare, quia difficile eſt: ſed quia vidi prius Origenem talia feciſſe, & forte grauiora, ideo confiſus ſum poſſe agere.

Origenes natione Græcus de Achaia prouincia ſub Sæuero Pertinace Romanorum Imperatore floruit anno à natiuitate Chriſti ferè ducenteſimo, qui & Adamantius dicebatur: diuini quidem ingenii, vt ait Hieronymus in lib. de illuſtribus viris, cap. 8. de quo Iſidorus dicit, quòd ſeptem millia librorum ſcripſerit. 5. Etymo. cap. de his qui multa opuſcula ſcripſerunt: fuit autem in omnibus ſæcularibus literis, ideſt artibus liberalibus & naturalibus ſcientijs eruditiſſimus: maximè autem in ſacra ſcriptura, quia contra conſuetudinem gentis ſuæ Hebræam linguam didicit, vt veritatem ſacræ ſcripturæ acutius inueſtigaret. Vnde in ſcribenda Biblia ſic ſe habuit, quòd veritatem Hebraicam primo poſuit vertendo in Græcorum eloquium. Deinde ſeptuaginta interpretum translationem. Deinde Theodotionis, Aquilæ, & Symachi translationem; poſt quintam, ſextam, & ſeptimam editionem cum magno labore coniunxit & inuenit. Has autem omnes translationes in quolibet folio libri margini per ſeptem diſtinctas columnas locauit: diſtinguens iſtas translationes aſteriſco, & obelo, vt ſuperflua confodiat, & quę minus dicta ſunt aſteriſco, quaſi illuminet. De his Hieronymus vbi ſupra. Erat enim illa Biblia Origenis magna, vt in vna Biblia ſeptem Bibliæ eſſent coniunctæ. *Qui editioni antiquæ.* Ideſt ſeptuaginta interpretum, quæ antiqua dicitur, quia cæteris translationibus antiquior eſt. *Translationem Theodotionis miſcuit.* Quia in vna columna ponebat translationem Theodotionis poſt translationem interpretum, & in ſuperfluis ponebat obelum, & in diminutis vel corruptis in vna vel alia ponebat aſteriſcum ad emendandum, vel elucidandum, & tunc correctio cum aſteriſco, & obelo erat in vtraque translatione. Vel poteſt alio modo intelligi, ſcilicet, quòd non ponebantur iſtæ duæ translationes ſeparatæ, ſed quòd ex eis vna fieret, ita quòd omnia, quæ continebātur in translatione ſiue editione Theodotionis ſupplerentur in translatione ſeptuaginta interpretum, quia aliquando Theodotion plura poſuit, & quia aliqua eorum falſa videbantur, ideo illa ponens in textu eis obelum confodientem vel deſtruentem apposuit. Et idem faciebat quando in ipſa translatione ſeptuaginta interpretum aliqua vitio ſcriptorum corrupta ei videbantur: quando autem litera interpretum diminuta videbatur, & litera editionis Theodotionis plura cōtinebat: apponebat ea, quæ dixerat Theodotion miſcens translationi interpretum quantum ad ordinem literæ. Sed adnotabat literam aſteriſco, vt cognoſceretur non eſſe de litera interpretum, ſed

ſuperadditam. Et iſta expoſitio magis conuenit literæ, quę dicit. *Commiſcuit.* Ideſt quòd de vtraque vnā miſcuit, & non apposuit, & tunc dicemus quòd erant ſolum ſex columnæ in qualibet plana folij, & hoc eſt quod dicitur, ſcilicet, quòd Origenes ſcripſit Bibliam per exaplas, ideſt per ſex columnas. *Aſteriſco, & obelo.* Dicitur aſteriſcus quædam imago in modum cuiuſdam aſtri, ſiue ſtellæ facta. Et ponitur hæc quando aliqua diminuta erant, & ſupplentur. Fit autem figura aſtri, quia ſicut aſtrum illuminat, ita illa quę ſuppleta ſunt literæ intellectum illucidant.

Obelus dicitur ſagittæ figura, & ponitur in locis illis, vbi aliqua falſa, vel ſuperflua videbantur, vt iugulet & confodiat.

Et ſic iſtæ duæ notæ totum opus diſtinguebant, aut ſuperflua, & falſa obelo confodiendo, aut aſteriſco diminuta ſupplendo.

De his Iſidorus primo Etymo. De Theodotione dicitur, quòd floruit ſub Commodo imperatore anno a natiuitate Chriſti ferè centeſimo octogeſimo. Oriundus de ciuitate Epheſo, qui tertiam Bibliæ editionem fecit, quæ ab editione interpretum modicum diſcordat, de qua Auguſtinus decimooctauo de ciuitate Dei: & Lucas Tuden. in chronicis, ideſt. *Stella, & veru.* Expoſitio nominum eſt, & vocatur ſtella aſteriſcus ab aſtro. Veru dicitur ſagitta, quia acuta eſt, & confodit. *Omne opus diſtinguens.* Ideſt translationem mixtam ex translatione interpretū & editione Theodotionis. *Dum eluce, cere facit quæ minus ante fuerant.* Scilicet ponendo de ſuo ſenſu vel litera Hebraica, ſiue Theodotionis editione, & hoc pertinet ad aſteriſcum, per quem elucidatio fit. *Aut ſuperflua quæque iugulat, & confodit.* Scilicet aſſignando obelos: quid autem ſuperfluum eſſet, vel diminutum dirigebat ipſe per literam Hebraicam. *Et maxime quæ Euangeliſtarum & Apoſtolorum auctoritas promulgauit.* Non ſolum dirigebat per literam Hebraicam, ſed maxime quando aliqua reperiebantur in Euangelijs, vel in Epiſtolis, quæ non erant in translatione interpretum, quia tunc neceſſe erat dicere, quòd illa de integritate literę deficiebant. Apoſtoli enim qui Spiritu ſancto dictante loquebantur, non dicerent eſſe in Biblia Hebræorum, quę in ea non erant. Etiam quia contra ludæos arguebant, qui non admitterent contra ſe, niſi ſic eſſent.

In quibus multa. Poſuit ſupra vnam cauſam inducentem ad transferendum Bibliam, ſcilicet quia Origenes hoc fecit. Hic ponitur alia ratio, ſcilicet, quia neceſſitas hoc expoſtulabat, cum interpretum translatio in multis neceſſarijs diminuta eſſet. *In quibus.* Scilicet Euangeliſtis & Apoſtolis. *Multa de veteri teſtamento legimus.* Scilicet quæ dixerunt Euangeliſtæ, & Apoſtoli eſſe de veteri teſtamento.

Quæ in noſtris codicibus non habentur. Loquitur Hieronymus de codicibus ſiue Bibliis, quibus tunc Eccleſia vtebatur, quę erant ſecundum interpretū translationem: in noſtris autem Bibliis modernis nihil horum deficit, quia a Hieronymo ſecūdum Hebraicam veritatem translatæ ſunt.

Vt illud ex Aegypto vocaui filium meum. Hoc habetur Matth. ſecundo cap. & ſecundum noſtras Biblias modernas, & veritatem Hebraicam habetur. *Quia puer Iſrael, & dilexi eum, & ex Aegypto vocaui filium meum.* Pro quo ſeptuaginta interpretes tranſtulerunt. *Quia paruulus eſt Iſrael dilexi eum, & ex Aegypto vocaui filium eius.* Et non modica differentia eſt iſta, quia ſecundum veritatem Hebraicam, & literam noſtram refertur illa locutio ad Deum reducentem filium ſuum, ideſt Chriſtum de Aegypto, ad quam intentionem inducit illud Matthæus, vt patet Matthæi ſecundo

Differētia quædam trāslationis veteris in Biblia, & recentioris.

cundo cap. Si autem teneatur litera septuaginta interpretum, non proceditargumentum Matthæi, quia necesse est, quod intelligatur de Iudæis reductis de Aegypto, quia dicitur ex Aegypto vocaui filium eius, ideſt filium Iſrael, ſcilicet Iudæos ibidem natos de ſemore Iſrael, ideſt Iacob. Et iſte non modicus error eſt.

Et quoniam Nazareus vocabitur. Iſte eſt alius paſſus, in quo diſcordat litera interpretum. Hoc habetur Iſaiæ vndecimo cap. & ponitur Matthæi ſecundo cap. interpretes autem ponunt. *Et flos de radice eius aſcendit.* Quia ſic habetur in omnibus Biblijs noſtris. Sed allegat iſtum paſſum non ad demonſtrandum, quòd ipſe ſic tranſtulerit, ſed vt videatur, quòd non in omnibus interpretes literam Hebraicam ſequuti ſunt. Vel vt videatur, quòd aliqua de veteri teſtamento in nouo dicuntur, quæ in translatione interpretum non habentur. Et de hoc ipſe Hieronymus in epiſtola ad Pamachium de optimo genere interpretandi ſic ait. Illud quod in Euangeliſta ſcribitur. Et veniens habitauit in ciuitate, quæ dicitur Nazareth, vt impleretur quod dictum eſt per Prophetam, quia Nazareus vocabitur: Reſpondeant rogo faſtidioſi extimatores omnium tractatorum; vbi in Iſaia poſitum legerint, dicant. Nam in eo loco vbi nos dicimus, legimus, atque tranſtulimus, exiet virga de radice Ieſſe, & Nazareus de radicet eius creſcet.

Et videbunt in quem compunxerunt. Iſte eſt alius punctus, & habetur in multis locis, quia Zachariæ duodecimo ſecundum noſtras Biblias modernas habetur: Aſpicient ad quem confixerunt. Ioan. cap. 19. dicitur: Videbunt in quem transfixerunt: & Apoc. cap. 1. Videbit eum omnis populos, & qui eum pupugerunt. Sed vt ait Hieronymus in epiſtola ad Pamachium Ioannes Euangeliſta ſecundum veritatem Hebraicam tranſtulit videbunt in quem compunxerũt. pro quo trãslatio ſeptuaginta interpretum in latinum verſa ſic habet: Et aſpicient ad me pro his, quæ illuſerunt, ſiue inſultauerunt.

Et flumina de ventre eius fluent. Hęc auctoritas aſſumitur de Hebræo. Prouerbio. cap. 5. aut 10. & ponitur Ioan. ſeptimo, ſed ſeptuaginta interpretes non ſic habent, nec etiam nos, ſed habemus Prouerbio. quinto cap. Deriuentur fontes tui foras: & decimo dicitur: Vena vitæ os iuſti: Et aſſumit hoc à beato Ioanne ad deſignandum Spiritum ſanctum, quem accepturi erant credentes in Chriſtum, vti prædeclarat in textu.

Et quæ nec oculus vidit. Iſta auctoritas ſub iſta litera ponitur prima ad Corinth. cap. 2. & ſumit Apoſtolus de Iſaia cap. 64. vbi ſic dicitur ſecundum Hebraicam veritatem, & literam modernorum Bibliorum: A ſæculo non audierũt, nec auribus perceperunt, oculus nõ vidit Deus abſque te, quæ præparaſti expectantibus te. Apoſtolus autem ſenſum perfectè expreſſit, ſed non totaliter verba. Translatio autem interpretum multo aliter habet, ſcilicet: A ſęculo non audiuimus, nec oculi noſtri viderunt Deum abſque te, & opera vera, & facies expectantibus te miſericordiam. Iſta auctoritas ſecundum Hebraicam veritatẽ ſignificat magnitudinem præmij beatorum. Sed ſecundum ſeptuaginta interpretes ſignificat nullum eſſe Deum verum, niſi Deum Hebræorum, & quòd ſeruientibus ſibi miſericordiam faciat. *Et multa alia.* Ideſt multæ aliæ auctoritates, in quibus multum differt litera Hebraica ab interpretibus. Sed ponuntur iſta, quia in Euangelio, & Epiſtolis inueniuntur, & magis neceſſaria erant ad fidei adiutorium quàm alia. *Quæ proprium ſyntagma deſiderant.* Ideſt proprium ordinem; eſt ſyntagma Græca dictio, quæ doctrinam vel ordinem notat. Eſt ſenſus quòd tales auctoritates deſiderant proprium ordinem, ideſt, quòd propriè ordinentur in litera noſtra quemadmodum ſunt in Hebræa, & hoc vt Euangeliſtæ, & Apoſtoli efficaciter arguant: aliàs nihil valent argumenta niſi ſic habeant, vt Euangeliſtæ ſequentes Hebraicam linguam protulerunt. *Interrogemus ergo eos.* Ideſt iſtos detractores, qui dicunt non debere nouas translationes fieri. *Et cum dicere non potuerint.* Quia non habentur iſta in translatione ſeptuaginta interpretum, quam iſti ſequuntur.

De libris Hebraicis proferamus. Ideſt demonſtremus hæc haberi ſecundum veritatem Hebraicam, ex quo ſequitur neceſſitas translationis de Hebræo in Latinum. *Primum teſtimonium.* Aſſignat loca, in quibus habẽtur auctoritates prædictę Euangeliorum, & Epiſtolarum in Hebræo, & prima auctoritas, ſcilicet. *Ex Aegypto vocaui habetur in Oſeæ.* Scilicet vndecimo cap. *Secundum in Iſaia.* Scilicet Iſaia vndecimo, ſcilicet. Quoniam Nazareus. *Tertium in Zacharia.* Duodecimo cap. ſcilicet, Videbunt in quem compunxerunt. *Quartum in prouerbijs.* Quinto, ſiue decimo cap. ſcilicet: Flumina de ventre eius. *Sextum in Iſaia.* Sexageſimo quarto, ſcilicet, Et quæ nec oculus vidit.

Quod multi ignorantes apocryphorum deliramenta ſectantur. Ideſt iſti detractores interrogabantur, vbi haberentur in tota Biblia iſtæ auctoritates, ſicut Euangeliſtæ, & Apoſtoli, & ipſe Chriſtus allegauerunt, & quia neſciebant reſpondere directè conuertebantur ad quaſdam friuolas euaſiones, quas in libris apocryphis ſuis, & falſis habebant. Dicuntur deliramenta diſcordantiæ, vel deuiationes, quia illi libri diſcordabãt à ſacris ſcripturis, repugnantes eis, quas neſciebant. Dicuntur apocryphi, ideſt ſecreti de apos, quod eſt retro, & cryphis quod eſt ſecretum, & iudicium, ſiue aurum, & inde dicitur Ioannes Chriſoſtomus, ideſt habens os aureum, & apocryphariꝰ propriè, ideſt ſecretarius, vt patet in capitulo ſignificaſti: extra de electione. & ibi in Gloſa.

Et inde venit dies criticus medicorum, ideſt iudicialis, in quo planetæ faciunt criſes, ideſt iudicia de infirmitate.

In duobus modis vocãtur iſti libri apocryphi, quia ſecreti, quoniam in eis de quibuſdam magnis ſecretis agitur, vt patet in tertio libro Eſdræ, qui in aliquibus Biblijs habetur, & in libro qui dicitur: iuſti Henoch, vel vocãtur apocryphi a iudicio, quia vltra iudicium, & intellectum humanum eſt iudicare, vtrum talia falſa, an vera ſint, ideo eadem facilitate contemnuntur, qua approbantur. *Et Hiberas nenias auctenticis libris præferunt.* Iſte eſt iſtorum error, quòd auctoritatem ſacræ ſcripturæ deſtruunt præferentes ei mendacia conficta, & fabulas, & hoc quia ignorant, nec doceri volunt, & hoc eſt in reſpondendo ad quæſtionem factam eis, ſcilicet, vbi ſunt in Biblia illæ auctoritates, ipſi autem deberent reſpondere per ſacram ſcripturam demonſtrantes loca in libris hebręis, in quibus ſunt, quia neſciunt, reſpondent per quaſdam vanitates apocryphorum, quas in hac parte ſacræ ſcripturę præferunt. Et comparat ipſe hic libros apocryphos iſtorum fabulis ſiue nenijs Hiberis. Dicuntur nenię quędam fabulę communes, vel planctus compoſitorum verborum, qui dicuntur ſuper mortuos ad honorem funeris, & vocantur vulgariter; endechas.

Vel ſunt quędam armonię, quæ dicuntur ſuper pueros, cùm iacent in crepundijs, vt circummoti dormiant, & eſt nomen onomopoeium, ſcilicet a ſono ſuo ſumptum, quia dicitur ne. ne. ne. & vocantur Hiberę, ideſt Hiſpanæ, quia in Hiſpania inuentæ fuerunt, ſiue planctus, ſiue fabulæ ſint, & dicuntur

Hiberę

Hiberę ab Hibero flumine, qui naſcitur de montibus altis contra Oceanum prope Carpentaniam, quę Nouaria dicitur: fluit trans Aragoniam, in qua apud Tortuſam vrbem Tyrrheni maris fluctibus abſorbetur, a quo terra propinqua ſuę origini olim Hiberia dicta eſt, nunc autem Hiſpania dicitur.

Cauſas erroris non eſt meum exponere. Iudæi prudenti factum dicunt eſſe conſilio; ne Ptolomæus vnius Dei cultor, etiam apud hebræos duplicem diuinitatem deprehenderet. Quod maximè idcirco faciebant. quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique vbicunque ſacratum aliquid ſcriptura teſtatur de patre, & filio, & ſpiritu ſancto, aut aliter interpretati ſunt, aut omnino tacuerunt, vt & regi ſatisfacerent, & arcanum fidei non vulgarent. Et neſcio quis primus auctor ſeptuaginta cellulas Alexandriæ mendacio ſuo extruxerit, quibus diuiſi eadem ſcriptitarint, cum Ariſtæus eiuſdem Ptolomæi ὑπερασπιστὴς & non multo poſt tempore Ioſephus nihil tale retulerint, ſed in vna baſilica congregatos contuliſſe ſcribant, nõ prophetaſſe. Aliud eſt enim eſſe vatem, aliud eſt eſſe interpretem. Ibi ſpiritus ventura prædicit: hic eruditio, & verborum copia, ea quæ intelligit, transfert. Niſi fortè putandus eſt Tullius œconomicum Xenophontis, & Platonis Pythagoram, & Demoſthenis pro Cteſifonte affflatus rhetorico ſpiritu trãſtuliſſe. Aut aliter de eiſdem libris per ſeptuaginta interpretes, aliter per Apoſtolos ſpirituſſanctus teſtimonia texuit, vt quod illi tacuerunt, hi ſcriptum eſſe mentiti ſint.

Cauſas erroris. Hic ponit quartam excuſationem ſui de antiquorum emendatione. *Cauſas erroris exponere non eſt meum.* Vocat hic errorem deuiationem à litera hebraica, ſiue rationabiliter, ſiue irrationabiliter hoc contigerit, & dicit manifeſtum eſt, quia interpretes ſeptuaginta deuiauerunt a veritate hebraica, ſed quare deuiauerunt, ad me non pertinet exponere, & hoc agit excuſans de reprehenſione eorum, quia fortè ſi cauſas deuiationis aſſignaret, tales eſſent, ex quibus verè reprehendi deberent, ideo ſubticet exprimendo cauſam, quam alij reddunt. Hieronymus autem licet ſubticeat ſatis videtur velle, quòd ſeptuaginta interpretes errauerint ex ignorantia, vt concluditur ex inferioribus. *Sed Iudæi prudenti factum dicunt eſſe conſilio.* Ideſt quòd interpretes iſtam mutationẽ fecerunt non ex ignorantia veritatis hebraicæ, nec vt damnarent ſcripturæ intellectum, ſed vt quædam vera obſcuritatibus tegerentur.

Ad euidentiam huius notãdum, quòd Ptolomęus cognomento Philadelphus ſacræ ſcripturę ardentiſſimus amator Rex Aegypti, qui fuit anno a creatione orbis. 4090. poſt Babylonicam captiuitatem paulo ante tempora Machabęorum libertati reſtituit pluſquàm centum millia Iudæorum, qui in regno ſuo ſeruierant dans pro quolibet capite dominis eorum centum, & viginti dragmas argenteas. Et hoc ſignificauit per literas Eleazaro Iudæorum ſacerdoti rogans, vt ei mitteret viros ſeniores, qui ei Bibliam totam interpretarentur, ac verterent de hebręo in Gręcum, tunc Eleazarus, vt aliqui volunt, elegit ſex ſeniores ſcientes legem de qualibet tribu, & miſit eos ad Ptolomæum, & iſti ſunt qui ſeptuaginta interpretes nominantur. Sed dicunt fuiſſe ſeptuagintaduo, quia duo decies ſex ſeptuagintaduo efficiunt, ſed ponitur ſeptuaginta more ſcripturæ, quæ aliquando de numero non curat nominans nomine numeri perfecti, ſiue modicum excedat, ſiue parum deficiat. Sed hoc non videtur verum, quia iſta translatio facta fuit poſt reditum de captiuitate Babylonica, poſtquam decem tribus in terram Medorum, & Perſarum delatæ ſunt, ut patet 4. Reg. cap. 18.

Quo pacto electi fuerint ſeptuaginta interpretes.

Ideo magis videtur dicendum, quòd de viris ſacerdotibus, vel Leuitis de tribu Leui, qui eruditi erant elegerit iſtos ſeptuaginta viros, & miſerit eos ad Ptolomæum, licet etiam de omnibus aliis tribus aliquę perſonæ manebant poſt translationem, quæ confugerant ad regnum Iuda. *Ne Ptolomæus vnius Dei cultor.* Licet iſte Gentilis erat, tamen vnum ſolum Deum colebat, & ſic multi Gentiles faciebant, qui videntes idola eſſe inutilia vnum Deum cœli credebant, & in hac fide ſaluabantur, quia ſecundum Apoſtolum ad Hebræos vndecimo, ſufficiebat credere, quia Deus eſt, & quòd remunerator eſt, & ſic dicimus multos de Gentilibus ante Chriſti aduentum ſaluos fuiſſe, quia non obligabantur ad cęremonialia legis Moſayce, niſi ſoli illi, qui deſcendebant de ſtirpe Iacob.

Apud Iudæos duplicem deitatem deprehenderet. Iſta fuit cauſa, quare occultauerunt myſteria trinitatis, quæ nondum Ptolomæus intelligere poterat, & ſi reperiret putaret eſſe plures Deos, & legem illam abhorreret, quia ideo diligebat eam, quia dicebatur ei, quòd ſcriptura ſacra Iudæorum vnum Deum ſolum affirmaret.

Quod maxime idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Ideſt aſſerere duos Deos videbatur eſſe doctrina Platonica, ponebat enim Plato magnus Gentilium Theologus Noim, & Trigaton, & animam mundi. Et vt quidam de noſtris ſapientibus volunt Noim. vocauit patrem, Trigaron verò intellectum primum, ideſt filium, qui intellectus, vel ſapientia patris dicitur, Animam mundi, ſpiritum ſanctum, qui omnia replet, ſicut anima mundi totum ipſum orbem informare dicitur.

Sed magis videtur velle Plato animam mundi eſſe quandam vim creatam generatiuam, & gubernatiuam: ſpiritus autem ſanctus increatus eſt, nec intelligebat Plato eſſe vnitatem eſſentiæ in his, ſed magis credebat eſſe tres deos, ſiue tria, vt ait Auguſtinus ſuper epiſtolam ad Colo. & ideo hoc dogma Platonicum Ptolomæus repudiabat. Quare & ſic repudiaret ſacram ſcripturam ſi de diſtinctione in Deo aliquid reperiret, putans quòd iſta ſcriptura eſſet ſecundum doctrinam Platonicam. Si autem Plato hoc nõ poſſet, poſſet Ptolomæus recipere id, quod de diſtinctione in Deo diceretur: nunc autem exiſtente doctrina Platonica, ſuſpecta eſſet Ptolomeo ſacra ſcriptura. *Denique vbi ſacratum aliquid ſcriptura teſtatur de Patre, & Filio, & Spiritu ſancto.* Quicquid de perſonis diuinis dicitur, ſacratum dicitur, quia ſacrum ſecretum eſt, ſcilicet generatio Filij, vel Spiritus proceſſio, ſiue quæcunque perſonarum pluralitas. *De Patre,*

Plato credebat tres deos, ſed nõ intelligebat vnitatem eſſentiæ.

Filio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Filio. Ponit ista simul, quia quando aliqua ponebantur de Patre per se, vel filio per se, quia quælibet persona vocatur Deus, non oportebat ibi fieri mutationem, vel occultationem, quia ipse Ptolomæus hoc ad vnum Deum referret: cum autem simul fit mentio de Patre, & Filio, & Spiritu sancto, vel de duobus, quia vocantur Deus, oportebat vocari duo suppositа diuina, siue duos Deos: distinctionem autem personalem, vel suppositalem, siue essentialem Ptolomæus intelligere nondum poterat. *Ideo aut aliter interpretati sunt*. Idest aliter scripserunt, quàm continebat veritas Hebraica, ita vt contrario modo non sentirent. *Aut omnino tacuerunt*. Et sic sunt aliqua apud literam Hebraicam, & Bibliam nostram modernam, quæ in antiquis Biblijs non habentur secundum interpretes. *Vt regi satisfacerent*. Scilicet Ptolomæo transferendo Bibliam. *Et arcanum fidei non vulgarent*. Si clarè scriberent mysterium trinitatis, quod est vnum de secretis in scriptura sacra. *Et nescio quis*. Hic incidentaliter excludit errorem circa modum transferendi interpretum, quia aliqui dicũt, quòd interpretes singuli in singulis cellulis singulariter scripserunt, & post collectis eorum translationibus septuaginta inuẽtę sunt æqualiter continere ita, quòd vna nõ continebat, nec vnũ verbum super aliam, nec in ordine verborum vllatenus delirabat, & spiritus sancti directione factum esse autumant, & fuit ista opinio Augustini, secundo de doctrina Christiana. cap. 15. quare dicit istam editionem, seu verius translationem cęteris pręponendam spiritu prophetico factam.

Quædam in Biblia moderna comperta sunt, quæ non erant in translatione 70. interpretum. An uerum sit, q̃ dicit de 70 cellulis interpretum.

Sed hæc multum displicent beato Hieronymo, vt patet in litera, & non est mirandum, quòd tanti docto res, qui contemporanei erant, discordarent, quia ista in facto sunt, non in iure.

Nec credendum, quòd alterno liuore, vel laudis appetitu mutuo dissenserint, quia tale mortale peccatũ non esset ponendum in viris sanctis, quales ipsi tunc erant, & habebantur: videmus enim fuisse maiorem contentionem inter Petrum, & Paulum post acceptũ spiritum sanctum, vt patet ad Galatas secundo capitulo, in quibus tamen peccatum mortale cadere, tunc non poterat.

De laude autem translationis interpretum, & aliqualiter contra Hieronymum ponit multa Augustinus. 18. libro de ciuitate Dei, quę nisi sanè legantur in uidorum verba videntur. *Nescio quis primus auctor*. Primus huius mendacij auctor valde reprehensibilis est, cęteri autem sequaces parum quidem, quia opinio ista satis probabilis videtur prima facie. *Septuaginta cellulas Alexandriæ*. Mendacio suo. *Struxerit*. Idest istę cellulę non fuerunt secundum rem, sed secundum falsam assertionem, ideo per mendaciũ constructę sunt. Sicut chimera sola intellectus fictione esse habet. & dicit septuaginta cellulas, quia isti æmuli sui dicebant in Alexandria vrbe magna inferioris Aegypti, quę urbs regia erat, conuenisse septuaginta interpretes, & cuilibet vnam cellam assignatam, in qua singulariter interpretarentur, vt post singulorum interpretationes coniungerentur, & melior qui fuisset videretur. *Quibus*. Scilicet cellis. *Diuisi ea scriptitarent*. Idest transferrent. *Cum Aristeus eiusdem Ptolomæi*. Hic Hieronymus probat, quòd positio de septuaginta cellulis cõficta est, quia Aristęus, qui fuit custos Ptolomęi, & gesta temporis illius, & de translatione Biblię scripsit, talia non expressit, si tamen fuisset, valde commemorabile erat, & non modicam auctoritatem translationi factę conferebat. Et dicitur Aristęus Hyperaspites, ideſt custos, vel circulator secundũ interpretationem, à peri, quod est circum, & aspizo, qđ est circumeo, vel protego, quia custodes reges vndique circumstant prędecuntes ne ex aliqua parte malũ, siue nocumentum regibus euenire possit. Et de hoc Aristęo ait Iosephus in libro duodecimo Antiquitatum de epistola quam misit Ptolomęus ad Eleazarũ sacerdotem, vbi sic dicitur, transmisi de his, qui deberent vobiscum disputare Andream primatẽ mei corporis cũstodẽm & Aristęum mihi dilectissimos. *Et multo post tempore Iosephus*. Hic probat auctoritate Iosephi, & procedit argumentum sic. Si dicamus, q̃ Aristęus, qui fuit tempore Ptolomęi, qui erat Gentilis, fortè voluit hoc in suis chronicis annotare, sed de Iosepho, qui multo post fuit, & omnia laudabilia gesta scribere laborauit, non est verisimile, quòd talia omisisset. præcipuè cum ipse Iudęus esset, & talis transferendi modus in magnam Iudęorum, & legis laudem redundabat.

Aristæus Hyperaspites.

Fuit autem Iosephus multo post, quia floruit sub Tito, & Vespasiano in vrbe Roma anno a natiuitate Christi ferè octuagesimo, qui in destructione Ierusalem per Romanos captus est, scripsitque viginti Antiquitatum libros a mundi exordio inchoans ad sua tẽpora stylum vsque perduxit. De hoc Eusebius Cęsarienſis libro tertio Ecclesiasticę historię. Translatio autem interpretum fuit facta tempore Ptolomęi Philadelphi, tempus autem intermedium est ferè trecentorum, & octuaginta annorum, vt patet ex discursu historiarum. *Nihil retulerint, sed in vna basilica congregatos contuliſſe scribant*. Ista est solidior probatio, scilicet quòd non in pluribus cellulis, sed in vna omnes basilica conuenerunt.

Dicere enim, quòd isti historiographi septuaginta cellulas non describant non facit plenam probationem, quia locus ab auctoritate non valet negatiuè. De hoc ait Iosephus duodecim libro Antiquitatum Demetrius consilium fecit in domo prope littus stãte, & apta secretis ad cogitationem negotiorum, vbi eos perducens petebat omnia, quę opus habebant ad legis interpretationem. Cũque laboriosè tantam interpretationem facerent, vsque ad horam nonam in hoc sedentes ad curam corporis vertebantur: mane autem ad eundem locum redibant, & ita interpretationi legis vacabant. *Non prophetasse*. Ista est litera Hieronymi, & non Iosephi, nec Aristęi, quia illi non dicunt, quòd interpretes non prophetauerunt, sed dicunt quod scripserunt simul, ex quo arguit Hieronymus, quòd non fuit ista prophetia, quam alij æmuli allegant dicentes, quòd separati per cellulas scripserũt, & post scripta conformia reperta sunt, quod ad prophetiam pertinebat, si autem non in singulis cellulis seiuncti, sed simul stantes disputabant, & transferebãt non sunt prophetę, sed translatores dicendi. *Aliud est esse vatem*. Idest prophetam. *Aliud interpretem*. Vates signat prophetam, poetam, & sacerdotem, & probat differre prophetas, & interprętes, ibi enim, ideſt in prophetis. *Christus ventura prædicit*. Accipitur Christus, ideſt Deus, quia suppositum diuinũ dicit, ideo ab ęterno Christus erat. cum suppositum illud diuinũ ab æterno esset, & sic ait Apostolus ad Hebręos. 13. Christus est ab heri, & hodie, & ipse vsque in sæcula. Et sic dicitur in epistola Iudę capitulo primo, q̃ Iesus eduxit populum Iudęorum de Aegypto saluans eos, & illos, qui non crediderunt perdidit. *Ventura prædicit*. Non est de necessitate verę prophetię, quod in ea futura prædicantur, sed sufficit, quòd dicantur aliqua, siue præterita, siue præsentia, siue futura, quæ nullo modo sine diuina reuelatione cognosci possunt. Ideo Moyses scribens rerum creationem, & modum propheta fuit, quia nullus homo hoc cognoscere potest, sed Deus reuelauit: idem de præsentibus, quę etiã dæmon cognoscere non potest. Dicuntur tamen ęquo-

muniori modo prophetæ, qui futura prædicunt. De his latè diximus Numeri 12. cap. & Deuteronom. 18.

Duo interpreti necessaria.

His. Scilicet interpretibus. *Eruditio, & uerborum copia*. Duo requiruntur ad interpretem, scilicet eruditio, ideſt intelligentia, quòd intelligat sententias eorum, quæ transfert, aliàs etiam si verbis abundet, falsum transferret. Secundum est copia verborum, scilicet quòd sciat bene linguam illam, in quam aliquid conuertere vult, ne per defectum vocabulorum res improprijs nominibus exprimantur, quod magnam confusionem facit. *Ea, quæ intelligit*. Quia qui eruditus est. *Transfert*. Quia in verbis alterius linguę copiosus est. *Nisi fortè putandus est*. Hic probat deducẽdo ad incõueniens, quia si dicimus, q̃ interptes prophetico spiritu trãstulerunt, eodẽ modo dicetur Tullium spiritu rhetorico, immo etiam prophetico tranſtuliſſe libros de Græco in Latinum, quia non requirebantur plura ad transferendum de Hebręo in Græcum quàm de Græco in Latinum. Sed nullus dicit Tullium spiritu prophetico, siue rhetorico transtuliſſe, nec ergo etiam de interpretibus dicendum est.

Tullius flos Romanę eloquentię testante Seneca, sub Iulio Cęsare primo Romanorum Imperatore floruit ante Christi natiuitatem anno ferè quinquagesimo, qui post mortem Iulij Cæsaris Octauiano eius nepoti firmiter adhæsit, cuius fauore Romanã rem publicam de Antonij tyrannide eripere conabatur. Sed res in contrarium lapsa est. Nam Octauianus pro pacis fœdere firmando eum in manibus Antonij collocauit, qui postquã ad Caietanum territoriũ vltimate relegatus est ex mandato Antonij, per manum cuiusdam Tulliani Clientuli, quẽ ipse sua oratione à morte eruerat, capite truncatus est, vt ait Augustinus de ciuitate Dei lib. 3. cap. 3. & Ioannes Bocatius in libro de Casu, & ruina principum, & Seneca in declamationibus.

Iste multos libros edidit, multosque de Græco in Latinum vertit, quæ hic narrãtur, sed præter hos transtulit librum Homeri, qui dicitur Ilias, de Bello Troiano sub exametris Dactylicis pulchrè describens. Transtulit etiam Odisseam eiusdem Homeri, in qua de casibus & laude Vlyssis tractat. *Oeconomicum Xenophontis*. Ideſt librũ de regimine & dispensatione œconomica siue domestica. Dicitur enim œconomicus, ideſt domi gubernatiuus, & inde dicuntur Aristotelis œconomica, & dicit ab œcos, quod est domus: vel ab Echo. redditiua vocum extremarum, quia sic ad vocem œconomicorum tota familia dispensatur, & vocatur œconomicũ Xenophontis, quia Xenophon illum scripsit.

Floruit autem Xenophon sub Artaxerse. 2. rege Persarum anno ab orbe condito. 4820. qui inter Socratis discipulos solus Platoni compar videbatur. Quamobrem asseritur multotiens inter vtrunque discordias accidisse. De hoc Iosephus in libro decimo Antiquitatum. *Et Platonis Prothagoram*. Ideſt quendam librum, quem fecit Plato, eumque intitulauit a nomine cuiusdam discipuli sui, qui Prothagoras dicebatur, sicut Timęus Platonis est liber ab eo editus in nomine Timęi discipuli sui, vel aliquando nominat libros ab alijs, quos introducit loquentes, quia in modum dialogi, vel trialogi libri sui scripti sunt. De Platone satis diximus super epistolam ad Paulinum. cap. primo. *Et Demosthenis pro Ctesiphonte*. Hunc librum etiam Tullius transtulit de Greco, quem Demosthenes maximus Athenienſium orator in adiutorium Ctesiphontis cõtra Eschinem cõposuit. De quo satis diximus super epistolam ad Paulinum. cap. secundo. Aliqui textus habent. *Demosthenis pro Ctesiphontem in accusatiuo*. Et volunt, quòd pro Ctheſiphontem sit vna dictio composita, sed falsum est, quia, pro, est præpositio posita appositiue, & non compositiue deseruiens illi ablatiuo, Ctesiphonte, & est sensus. *Demosthenis pro Ctesiphonte*. Ideſt liber, quem condidit Demosthenes pro adiutorio Ctesiphontis ciuis Atenien. Et sic dicitur Tullius pro Deiotaro, ideſt liber quem fecit Tullius pro adiutorio, vel causis Deiotari regis. *Afflatus rhetorico spiritu*. Est modus ironicus arguens sic, si interpretes ex eo, quòd transtulerunt sacram scripturã, vel prophetas spiritu sancto siue prophetico afflatu loquebantur, ergo Tullius, qui libros rhetoricos trãstulit, spiritu rhetorico afflatus scripsit, & per istum irrisorium modum vult concludere, q̃ non transtulerint interpretes prophetice, quia tunc etiam Tullius propheticè transtuliſſet, cum idem labor & difficultas in vtroque sit. *Aut aliter de eiſdem libris*. Hic probat etiam deducendo ad impossibile, scilicet, quòd Apostoli, & Euangelistę scripserunt de Hebraica veritate testimonia. Interpretes autem aliter posuerunt, vel tacuerunt, sequeretur ergo quòd spiritus sanctus mentiretur in Apostolis dicens illud scriptum esse, quod non scriptum erat, quia interpretes non scripserunt.

Et vide quia ista ratio non probat pręcisè, quòd Apostoli mentiti sunt, sed probat istam disiunctiuam: vel quòd Apostoli mentiti sunt, vel quòd interpretes aliquid tacuerunt, vel mutauerunt, cum non eodem modo in vtrisque habeatur, & si fortè detractores dicant, quòd interpretes plenè scripserunt, facient Apostolos mendaces, sed cogentur dicere esse necessariã translationem suam de veritate hebraica in Latinum, quod intendit Hieronymus.

Probatur etiam, quòd non locuti sint per spiritum sanctum, quia valde disparate, & in sensu contrario Apostolis protulerunt, ita quòd stante eorum litera Apostolorum probationes non sunt efficaces, quod est contra rationem & contra spiritum, qui loquebatur in eis. De quo supra diximus in auctoritatibus, quas ponit Hieronymus differenti modo esse in hebraica veritate, & in translatione interpretum. *Aliter per Apostolos spiritus sanctus testimonia texuit*. Valet consequentia, quia septuaginta interpretes aliter locuti sunt quàm Apostoli. Si ergo vterque per spiritum sanctum, aliter spiritus loquetur in quibusdam, aliter in alijs, & non solum aliter, quia hoc inconueniens non est, sed contrario modo, quod non licet dicere, ideo sequetur. *Vt quod illi*. Ideſt interpretes. *Tacuerunt, bi*. Ideſt Apostoli. *Scriptum esse mentiti sunt*. Valet consequentia, vt ante probauimus.

Auctoris excusatio.

Quid igitur? Damnamus veteres? Minimè, sed post priorum studia in domo Domini quod possumus laboramus. Illi interpretati sunt ante aduentum Christi, & quod nesciebant dubijs protulere sententijs: nos post passionem & resurrectionem eius, non tam prophetiam quàm historiã scribimus. Aliter enim audita, aliter visa narrantur. Quod melius intelligimus, melius & proferimus. Audi igitur æmule, obtrectator ausculta: non damno, non reprehendo septuaginta, sed confidenter cunctis illis Apostolos præfero. Per istorum os mihi Christus sonat,

In æmulos inuectio.

Universidad de Deusto Biblioteca

quos ante prophetas inter ſpiritalia chariſ-
mata poſitos lego, in quibus vltimum pœne
gradum interpretes tenent. Quid liuore tor-
queris? Quid imperitorum animos con-
tra me concitas? Si cubi in translatione tibi
videor errare, interroga Hebeæos, diuerſa-
rum vrbium magiſtros conſule. Quod illi
habent de Chriſto, tui codices non habent.
Aliud eſt, ſi contra ſe poſtea ab Apoſtolis
vſurpata teſtimonia probauerunt, & emen-
datiora ſunt exẽplaria Latina, quàm Græca,
& Græca quàm Hebraica. Verum hæc con-
tra inuidos. Nunc te deprecor Deſideri cha-
riſſime, vt quia me tantum opus ſubire feci-
ſti, & a Geneſi exordium capere, oratioui-
bus iuues: quo poſſim eodem ſpiritu quo
ſcripti ſunt libri, in Latinum eos transferre
ſermonem.

Concludendo Deſiderium precatur, vt orationibus eũ iuuet.

Quid igitur? Hic magis propriè ponitur excuſatio de damnatione antiquorum, & agit tria: primò ponit ſe eſſe innocentẽ, ſecundo probat contra emulos, quod dicit per Apoſtolorum intentionem ibi. *Audi igitur*. Tertio probat eſſe veracem ſuam translationem, ibi. *Quid liuore torqueris*.

Circa primum. *Quid damnamus veteres?* Ideſt nunquid reprobamus translationem interpretum, qui veteres ſunt, per noſtram translationem? Reſpondet. *Minime*. Ideſt non. *Sed poſt priorum ſtudia*. Hic declarat intentionem ſuam, ſcilicet quòd non animo deprauandi vel damnandi alios, ſed vt offerat de labore ſuo quod poteſt, ſicut alij fecerunt. *Sed poſt priorum ſtudia*. Ideſt poſt labores antiquorum interpretũ, ſcilicet Aquilæ, Theodotionis, Simachi, & Origenis, qui diuerſas Bibliæ editiones fecerunt. *In domo domini, quod poſſumus laboramus*. Ideſt iuxta poſſibilitatem noſtram volumus proficere catholicorum eccleſię, quę I domus Dei dicitur, in transferendo ſacram ſcripturã de Hebręo. *Illi interpretati ſunt*. Hic demonſtrat meliùs, & certius poſſe transferre eos, qui nunc transferunt quàm eos, qui ante Chriſtum tranſtulerunt. *Et quod neſciebant dubijs protulere ſententijs*. Non intendit dicere Hieronymus, quòd ſeptuaginta interpretes neſcirent ſacram ſcripturam eſſe veram, & certiſſimã, quia hoc ad hęreticos pertinet: Sed ea, quæ certa eſſe ſciebant neſciebant, de quo dicerentur, an de Chriſto, an de aliquo alio, ideo dubiè protulerunt. *Nos*. Ideſt ego & alij moderni translatores. *Non tam prophetiam, quàm hiſtoriam ſcribimus*. Interpretes licet ſpiritu prophetico non ſcriberent; ſcribebant tamen prophetiã, ideſt aliquid de futuro, de quo ipſi ignorabant qualiter eſſet implendum. Nos autem ſcribimus hiſtoriã, K ideſt narrationem rerum geſtarum, quia ea quæ in pphetijs occulta erant, iam in Chriſto completa ſunt, ideo nos ſine dubitatione, quæ præterita ſcimus, ſcribimus; præcipuè quia Euangeliſtę, & Apoſtoli frequenter dicũt, & hoc factum eſt, vt impleretur quod dictum eſt per prophetam, vel in lege eorum & cęt. In illis autem non poſſumus dubitare cum ipſi Apoſtoli declarauerint. *Aliter enim audita aliter viſa narrantur*. Propter duo, primo quia auditus non certificat, quia aliquando audiuimus, quę vera non ſunt, viſus autem non fallit, quia quæ videntur ſunt. Secundo, quia qui audit non poteſt enarrare omnes circunſtantias actus, quia auditus modica iudicat, qui autem videt omnes circunſtantias apprehendit, ideo de omnibus certificare pōt, & ſicut ait philoſophus in proœmio Metaphyſicę ſenſum viſus plus diligimus, quia plures rerum nobis differentias oſtendit. Interpretes autem erant audientes ſolum ſacram ſcripturam, & non videtes; nos autem vidimus eam impletam, ideo ſequitur. *Quod melius intelligimus*. Scilicet, quia vidimus, melius proferimus, ſcilicet transferentes certius, quàm ipſi ſeptuaginta interpretes. *Audi igitur*. Hic ponit ſecundum, in quo probat, quod dicit per Apoſtolorum intentionem. *Audi igitur æmule*. Ideſt inuide. Quatuor ſignat æmulor, ſcilicet inuidere, amare, imitari, inflari. De primo: Noli æmulari malignantibus, ideſt inuidere Pſal. 36. De ſecundo: æmulor enim vos, ideſt amo vos, Dei æmulatione, ideſt amore Dei, 2. Corinth. 11. cap. De tertio: æmulamini ſpiritualia, ideſt imitamini. Præterea ad Corinthios 14. & alibi æmulamini chariſmata meliora. De his ait Ebrardus.

Æmulus inflatur, amat, inuidet, atque imitatur.

Obtrectator aſculta. Dicitur obtrectator murmurator, ſiue detractor.

Aſculta. Aliqui ſcribunt cum u. dicentes auſculta p diphtongum, & probant, quia de auris deriuatur, in qua dictione ſit diphtongus. Sed non valet probatio, quia obedio deriuatur de ob & audio, ſed non manet diphtongus in obedio, mutatur enim diphtōgus, quæ eſt ſyllaba producta, in e. quę eſt producta in euphoniam. *Non damno, non reprehendo ſeptuaginta*. Scilicet interpretes dicens eos falſum ſcripſiſſe. *Sed confidenter cunctis illis Apoſtolos præfero*. Ideſt licet interpretes ſeptuaginta eſſent, & vnus ſolus Apoſtolus aliquid dixiſſet, vel pauci, magis tenendus eſt quã interpretes, quia auctoritas vnius Apoſtoli eſt maior quã auctoritas totius mundi in vnam concordantis ſentẽtiam, quia hic errorem intercidere aliquo modo poſſibile eſt, ibi autem nullo modo poteſt. *Per iſtorum os*. Scilicet Apoſtolorum. *Chriſtus mihi ſonat*. Scilicet, q̃ Chriſtus intra eos erat formans, & dictans eorum ſermones. Iuxta illud Matthei 10. cap. Non eſtis vos qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri, qui loquitur in vobis. *Quos ante prophetas inter ſpiritualia chariſmata poſitos lego*. Ideſt qui præcedunt prophetas maioritate gratię gratis datę: dicitur enim chariſma donum gratuitũ, & donum gratuitum, quod eſt eſſe Apoſtolũ, eſt maius quàm eſſe prophetam, quia præponitur ei, vt patet ad Epheſios 4. c. & ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos, quoſdam autem prophetas, alios autem Euangeliſtas, & in diuiſione gratiarum, quę ponitur ad Corinthios prima. ca. 12. ponuntur multę gratię, quę fuerunt in Apoſtolis, ſ. ſcientia, ſapiẽtia, & gratia ſanitatũ. Deinde ſubiungitur prophetia ad notandum, quòd maiores gratię erant, quæ præponebantur. *In quibus vltimum pœne gradum interpretes tenent*. Particula quibus, non refertur ad prophetas, quia interpretes non erant prophetę, vt ſupra probauit, ſed refertur ad chariſmata, & eſt ſenſus, quòd inter omnia dona ſpiritus ſancti, ſiue gratias chariſmatum, gratia interpretandi vltima eſt, vt patet prima ad Corinth. 12. cap. quia inter nouem gratias, quę ibi ponuntur, vltima eſt interpretatio ſermonum, quæ ad interpretes pertinet. Et licet iſta gratia vltima ſit inter omnes, tamen Hieronymus vocat eam pœne vltimam, ne videatur ex toto interpretes damnare. *Quid liuore torqueris*. Hic ponitur tertium, ſcilicet veritas ſuę translationis, ideſt quid inuides, & pateris intra te torturam ex inuidia; dicitur

dicitur liuor inuidia, vel color niger ex ſanguine coa- A
duuato, & nigrefacto in loco percuſſionis. Sic dicitur Iſaias 53. Cuius liuore ſanati ſumus, & Geneſis 4. cap. Occidi iuuenem in vulnus meum, & virum in liuore meo. *Quid imperitorum animos contra me concitas*. Iſti videntes veram translationem Hieronymi, & non potentes ſuſtinere eam præ inuidia concitabant animos inſipientium contra Hieronymum dicentes, quòd Hieronymus corruperat ſacram ſcripturam, nõ enim poterant contra eum concitare ſapientes, quia veritatem translationis Hieronymi cognoſcebant. *Si cubi*. Ideſt ſi alicubi. *In translatione*. Quam feci de Hebręo in Latinum. *Videor errare interroga Hebræos*. Quia ipſi iudicabunt veritatem. *Diuerſarum ciuitatum*. Quia ſi fortè in vno libro, vel vna ciuitate apud Hebręos reperiretur iſta litera, ſolum dicerent æmuli, quòd illi B
Iudæi corruptos libros habebant, ideo quære in omnibus ciuitatibus, quia ſic eſſe inuenies. *Magiſtros conſule*. Ideſt non ſolum videas libros omnium ciuitatum Iudęorum, ſed etiam petas a magiſtris eorum vtrum ſic ſit. *Quod illi*. Ideſt libri Hebraici. *De Chriſto habent, tui codices non habent*. Ideſt codices, qui cõtinent translationem interpretum, vt patet de teſtimonijs ſupra inductis, qui ſunt in litera hebraica, & non in translatione interpretum. Et hoc valde irrationabile eſt, q̃ nos non habeamus teſtimonia, quibus nos iuuare poſſumus, & arguere contra Iudęos, & quòd ipſi habeant. *Aliud eſt, ſi contra ſe poſtea ab Apoſtolis vſurpata teſtimonia approbauerunt*. Ideſt hoc, quod diximus verum eſt, niſi fortè dicas, quòd Iudæi a principio non habebant iſta teſtimonia in litera ſua, ſed poſtea poſuerunt. Et hoc multipliciter inconueniens eſt. Primum, quòd Iudæi qui hoſtes noſtri ſunt, vellent nos adiuuare approbando ea teſtimonia, quæ nõ erant in libris eorum, & ponendo in libris ſuis, per quæ contra ipſos Apoſtoli arguebant. Hoc autem contra omnem rationem, & exiſtimationem eſt. Item quia ſequeretur Apoſtolos fuiſſe mentitos, qui dicebant iſta eſſe in veteri lege, vt patet in locis auctoritatum aſſignatarum, nam Io. 19. cap. dicitur: Et alia ſcriptura dicit: Videbunt in quem transfixerunt. Hoc autem non eſt ſic in translatione interpretum, v. ſupra diximus, ideo dicerent iſti Apoſtolos falſe allegauiſſe. Item dato, q̃ in aliquo loco exẽplaria corrupta fuiſſent, ſed in toto mundo nõ poterant ſic faciliter, nec probabile eſt, ſed in oĩbus libris hebraicis, ſic habetur. *Aliud eſt*. Ideſt aliud genus excuſationis eſt ſi Iudæi probauerint. *Teſtimonia vſurpata*. Ideſt falſe aſſumpta, quia non erant in litera hebraica. *Contra ſe*. Ideſt ad damnationem Iudæorum. *Et emendatiora ſunt exemplaria Latina quàm Græca, & Græca quàm Hebraica*. Hic arguit alio modo, quia ſi verum eſſet, quòd Iudęi aliquid addidiſſent, ſequeretur quòd exemplaria Iudæorum deprauata eſſent, ſed hoc non eſt rationabile, quia tota veritas exemplarium Græcorum de exẽplaribus Hebraicis emanauit, & veritas Latinorum, quæ erant tempore Hieronymi de Græcis, ergo ſm ordinem magis vera deberent eſſe Hebraica, quàm Græca, & Græca quàm Latina. Sed hoc per contrarium eſt ſecundum eorum reſponſionem, quia ponũt noſtra eſſe veriora, quàm Hebræa. De exemplaribus autem Græcorum nihil attinebat, ſed quia ab Hebręis per Græca in noſtra exemplaria veritas deriuata eſt, ponuntur Græca pro intermedijs.

Nunc te deprecor. Hæc eſt vltima pars principalis ſcilicet petitio ſubuentionis per orationes Deſiderij, *Nunc deprecor*. Ideſt quia canes detractores vndique impugnant deprecor, vt me orationibus tuis iuues, ne transferendo errem, vt exultent qui oderunt me. C
Quia tantum opus me ſubire feciſti. In quo orationibus indigeo. *Et à Geneſi exordium capere*. Ideſt incipere, quia Geneſis in Pentateucho liber primus eſt. *Vt poſſim eo ſpiritu, quo ſcripti ſunt libri, eos vertere in Latinum ſermonem*. Ideſt ſicut per ſpiritum ſanctum iſti libri ſcripti ſunt à Moyſe, quia prophetia ſine ſpiritu ſancto dictante non fit, vt patet ſecundæ Petri. cap. primo, ita per ſpiritum ſanctum eos transferam. Vel vt in eo ſpiritu, ideſt in eo ſenſu, quem libri illi ſignificant, & ad quem ſignandum ſcripti ſunt, ego eos interpreter in Latino.

Præfationis B. Hieronymi in Pentateuchum Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALPHONSI TOSTATI EPISCOPI ABVLENSIS.

IN LIBRVM GENESIS Commentarij.

Die primo facta est lux:
Die secundo factum est cœlum:
Die tertio factum est mare, & terra:
Die quarto Sol & Luna, & Stellæ:
Quinto reptantia maris, & volatilia:
Sexto iumenta, serpentes, bestiæ, & homo.

CAPITVLVM PRIMVM.

Hebr.11. Psal. 88. Ierem.10.

IN PRINCIPIO creauit Deus cœlum, & terram. Terra autem erat inanis & vacua, & tenebræ erant super faciem abyssi: & Spiritus Dei ferebatur super aquas. Dixitque Deus: Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucem, quòd esset bona: & diuisit lucem a tenebris: appellauitque lucem diem, & tenebras noctem. Factumque est vespere, & mane dies vnus. Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diuisitque aquas, quæ erant sub firmamento, ab his, quę erant super firmamentum. Et factum est ita. Vocauitque Deus firmamentum, cœlum: & factum est vespere, & mane, dies secundus.

A

B

IN PRINCIPIO. Liber iste Hebraicè, Beresith, dicitur. בראשית ideſt, in principio, quia sic incipit: Hebræi enim libris suis ab exordijs nomina imponunt: Græcè autem Genesis, ideſt, generatio, vel natura, quia de creatione rerum, quæ natura subsistunt, in eo agitur: & sicut generatio rei est via ad esse rei, ita liber iste, qui de rerum prima via ad essendum agit, inter sacras scripturas caput est. γενεσις.

Sacra autem scriptura duo opera principaliter enunciat, scilicet, opus creationis, & recreationis. Opus autem recreationis, ideſt redemptionis principale est: quia nihil nobis nasci proderat, si in æternam damnationem iremus: ergo Nouum testamentum, quod principaliter agit de opere redemptionis, maioris dignitatis est, quàm Vetus. In veteri autem testamento, licet de opere redemptionis agatur, aliter tamen, quia in Nouo factum esse demonstratur: in Veteri autem nondum factum, sed futurum esse prædicitur: in Nouo clarissimè, in Veteri autem sub figura. Continet tamen Vetus testamentum duo ista opera: creationem autem in prima parte huius libri; recreationem verò in omnibus alijs libris. Quæst. 1. Quid contineat sacra Scriptura.

Et est iste ordo, quia in quibusdam libris redemptio futura promittitur, in alijs autem ad eam recipiendam rationalis creatura ordinatur. Primi sunt libri Prophetales, qui principaliter de Messia prophetant, licèt aliquando intermisceant aliquid ad gentium correctionem. Omnes alij libri nos ad percipiendam redemptionem dirigunt, & hoc dupliciter: quidam enim dirigunt, ipsius Saluatoris generationis lineam demonstrando: Et isti sunt omnes libri historici, tempora connotantes, quia per eos linea texitur ad Messiam; vt Liber Geneseos in parte sua, liber Numeri, Iosue, Iudicum, Regum, & Paralipomenon cum Esdra. Isti libri licèt accidentaliter multa agant, scilicet narrare diuina beneficia, populo Iudaico impensa, vt in Dei laudem assurgamus; principaliter tamen Messiæ descendentem lineam texunt. Omnes alij libri nos moraliter instruunt, bonis moribus imbuendo, quia redemptio facta per Messiam non communicatur omnibus, sed eis solum, qui per bonos mores animos purgatissimos habere desiderant.

In morib⁹ dupliciter erudimur.

In moribus autem dupliciter erudimur, quia aliquando verbis, aliquando factis: verbis enim nos erudiunt omnes libri morales, qui Sapientiales dicuntur; vt Parabolæ, Ecclesiastes, Cantica Canticorum, liber Sapientiæ, & Iesus Sirach, qui Ecclesiasticus dicitur.

Alij autem factis instruunt per exempla aliquarum personarum, nos ad aliquam virtutem promouendo, vt ad patientiam in libro Iob, ad confidentiam Dei in libro Iudith; ad charitatem contribulum in Esther: ad exhibitionem operum pietatis, vt in libro Tobiæ: ad fortitudinem, & voluntariam mortem pro legibus Dei, & patriæ, vt in libris Machabæorum: & isto modo tota sacra Scriptura vitam æternam per Messiæ mortem concedendam ostendit, vel ad eam dirigit. Et quia lex est regula directiua, quæ nos intensius moribus, & figuris in Christum dirigit, primo ponuntur libri legales: & quia lex non datur, nisi populo congregato, ideo legislator in isto libro legis congregat rationalem creaturam legis susceptiuam, vt in sequentibus libris tradat legem directiuam. Et hæc in duas, quia primò ponitur naturæ productio, secundò naturæ productę per generationem dilatatio, infra cap. 4. Prima in duas, primò ponitur naturæ seruientis productio, secundò hominis dominantis formatio; quia omnia propter hominem facta sunt: secunda ibi. *Et ait, faciamus hominem.* Prima in tres, quia primò ponitur rerum creatio, secundò distinctio, tertio adornatio. Secunda ibi. *Dixit Deus, fiat lux.* Tertia ibi. *Dixit Deus, fiant luminaria.*

Quæst. 2. De difficultate primi cap. Geneseos.

Secundùm communiorem expositionem opus creationis ante omnem diem fuisse describitur, opus distinctionis primis tribus diebus, opus ornatus sequentibus tribus diebus. Sed istud primum capit. in quo de creatione agitur, altissimum negorium continet: ideo variè exponitur ab Hebræis doctoribus, & Latinis. Hebræi autem tantam difficultatem inueniunt, vt ante triginta annos illud non legant, vt ait Hieronymus in quodam Prologo super Ezechielē, & in epistola ad Paulinum; Doctores autem nostri quidam allegoricè, quidam tropologicè, alij diuersimodè exponunt. Ego autem, vt in Proœmiolo huius operis proposui, sensum literalem prosequi intendo; quia moralitatibus, & allegorijs omnes libri repleti sunt, sensus autem literalis difficilior est. Sed ad hunc literalem sensum multi multa loquuntur: ideo vt ait Philosophus primo Ethicorum, capit. 3. omnes quidem fortassis perscrutari opiniones inanius est, sufficit autem superficie tenus earum maximè, quæ apparent, vel extimantur, habere aliquam veritatem.

Quæst 3.

Sunt autem tres expositiones magis communes, prima est Augustini 12. de ciuitate Dei, super Genes. ad literam, qui dicit, omnia fuisse creata distincta, & ornata, simul autem omnem diem, nec fuit in hoc aliqua dierum, vel horarum successio, quod probat ex auctoritate illa Ecclesiast. 18. cap. Qui viuit in æternum creauit omnia simul. Sex autem dies non refert ad rerum distinctam, & successiuam creationem, sed ad Angelorum variam cognitionem. Et cognitio vnius rei in Angelo facit vnam diem, ita quòd cognitio Angelorum de luce fit vnus dies, cognitio eorum de firmamento fit alius dies, & quia sex genera rerum, vel modi creatarum describuntur, ideo sex dies assignantur fuisse. Et cum dicitur, quòd in septima die requieuit Deus ab omni opere, quod patrarat, intelligit, quòd postquam Angeli habuerunt cognitionem de sexto genere, vel modo rerum creatarum, cessauerunt, siue requieuerūt a noua cognitione creatorum, cùm non essent vltra alia genera creatorum.

Et in cognitione cuiuslibet generis rei distinguuntur vespere, & mane: quia de qualibet re duas cognitiones habet Angelus, præterquam de Deo, quem per se ipsum cognoscit, cum non sit in genere: vna est cognitio Angelica, qua cognoscit res in verbo: alia, qua cognoscit res in proprio genere. Dicitur enim cognitio rerum in proprio genere, cognitio per quasdam species representantes partes, & naturam illius generis: ea enim sunt principia cognoscēdi, quę sunt principia essendi. Sicut ergo quodlibet genus habet diuisa principia essendi ab alijs generibus; ita species, quæ est principium cognoscendi, alio modo se habet; quia cum species naturaliter repræsentet, si eadem esset species, idem significaret, & non diuersa: sic enim alterius modi est species visibilis, alterius modi species tangibilis, secundum quòd obiecta multiplicantia diuersæ naturæ sunt. Ponuntur ergo in Angelis species concreatæ omnium rerum naturalium, quibus res illas cognoscunt, licèt pauciores, & vniuersaliores ponantur in Angelis superioris naturæ, quàm in inferioribus: sicut se habet intellectus ad corporeos sensus, quia per vniuersaliores species cognoscit. Ista autem cognitio dicitur in proprio genere, quia cognoscuntur hic res per species representatiuas determinatè solum rerum illius generis sub ratione essentiæ genericæ distinctæ ab alijs essentijs generum, & non cognoscit per speciem vnius generis rem alterius generis.

Cognitio autem in verbo dicitur cognitio rerum, sine aliqua specie concreata, sed per clarum lumen diuinæ essentiæ, in quo omnia manifestantur tanquàm in clarissimo speculo, cum ipsa diuina essentia sit idea omnium rerum: cum autem intellectus Angelicus, vel anima beata intuetur illam summam claritatem, cognoscit ibi omnes res in ipsa essentia diuina clariori modo, quàm cognoscere possit res in se, quia res digniori modo sunt in Deo, quàm in se ipsis.

Et vocatur ista cognitio in verbo, non quòd in sola consideratione verbi, idest filij consistat, quia omnes perfectiones, quæ sunt in Filio, sunt in Patre, & Spiritu sancto: quia ista claritas non dicit relationem aliquam, quæ sit alicui personæ propria, & nō alteri: sed dicit aliquid absolutum, & cōuenit essentię. Vocatur tamē cognitio in verbo: quia verbum accipitur a proprietate manifestandi, cum ipsum dicentem manifestet: & quia illud lumen maximè manifestatiuum est, ideo cognitio per illud lumen dicitur in verbo. Sicut dicitur Filius sapientia Patris, licèt sapientia Patris, & Filij, & Spiritus sancti eadem sit, sicut & bonitas: quia sunt quædā attributa. Vtraq; aūt harum cognitionū dicit quandam manifestationem, ideo vtraq; ad diem pertinet, in quo res per lucem manifestātur. Sed quia

cognitio

cognitio rerum in verbo euidentissima est, ideo matutina dicitur, prout matutina dicit omnes partes diei claras. Cognitio autem rerum in proprio genere nō est tantum euidens, sed in comparatione prioris videtur quædam tenebra, ideo a vespere, quod est post Solis occasum, vespertina nomen accepit. ¶ Vtrum autē istas res Angeli per successiones dierum, vel temporum intellexerint, nō est dubitandum: quia omnia in verbo vnico intuitu cognoscuntur, cum sit idea omnium simul repræsentatiua coloris albi, nigri, & cerulei, oppositā illa specie simul cognosceremus albū, nigrum, & ceruleum. ¶ De cognitione rerum in genere proprio nō est dubitandum, quin simul omnia cognouerint, qa intellectus Angelicus hēt species omnium rerum simul inditas, vel concreatas perfectè signātes: ergo actuatus illis speciebus simul omnia naturalia cognoscere potuit, maximè cum nō ponatur in Angelis discursus respectu rerū naturalium cognoscendarum in cōclusionibus: sicut nec in nobis est discursus respectu principiorum. ¶ Ista aūt positio altissima est, quia a tanto Doctore principium habuit; sed non videtur cōcordare multum intentioni legislatoris, qa Moyses loquebatur hic populo rudi, qui de cognitione Angelorum, nec de ipsis Angelis aliquid intelligere poterat: sed ea quæ loquebatur Moyses volebat quòd populus intelligeret, ideo de rerum creatione, & non de cognitione Angelica intellexit. ¶ Et ista est intentio oīum Doctorum. ¶ Nicolaus dat aliā rationem, scilicet quia populus Iudaicus ad idolatriā pronus erat. Si aūt Moyses mentionē fecisset de creaturis spiritualibus, & inuisibilibus coluissent eas, vt Deos. Sed ista ratio non valet: quia infra 2. c. agit mentionem de Angelis, scilicet de Cherubin cum gladio versatili, & postea multotiens, vt de Angelis venientibus ad Abraham, & destruentibus Sodomam, & Gomorram, vt patet infra 18. & 19. c. Si autē illa rō staret, nunq̄ fecisset mentionē de Angelis. ¶ Itē quia anteq̄ ista scriberet Moyses in deserto multotiens Iudæi viderant Angelos, & sciebāt eos esse incorporeas creaturas; patet de Angelo, qui præcedebat eos in colūna nubis, vt habetur Exo. 14. quem Hebræi ibi esse sciebant, licet non viderent. ¶ Venio ergo ad alias expositiones literales, & fundantur istæ variæ expositiones super diuersitatem positionū de materia in superioribus, & inferioribus, quia aliqui ponunt in corporibus cœlestibus non esse materiā. Sed qꝑ corpora cœlestia sunt quædā formæ substantiales, quæ habent de natura sua, qꝑ sint subiectum determinatæ quantitatis, & qualitatis: & ista vī esse intentio Aristotelis primo de Cęlo, & Mundo, & Cōmentatoris 8. Metaphysicæ, & in libro de substantia orbis. ¶ Motiuum horū est, quia materia dicit potentialitatē: ideo si daretur in corporibus cęlestibus oporteret cōcedere illa esse corruptibilia, & posset induci illi materiæ alia forma, & periret mundus. ¶ Sed nō sequuntur ista; qa dato qꝑ ponatur materia in cęlestibus cū potentialitate ad alias formas, i. quòd ipsa habet capacitatē, secundū quā potest recipere formā: sed qa forma cœli totā capacitatē replet, ideo non recipiet vltra aliquā formā, nec poterit corrumpi. Sed non oportet totaliter dicere, qꝑ iō sunt incorruptibilia illa corpora, quia formas optimas habēt: qa forma corporis humani nobilior est, q̄ forma Solis, vel cęli: sed illa durat in ęternum, ista solū in paruo tēpore corpus informat. ¶ Quòd ergo forma maneat in æternū in materia attribuēdū alicui de tribus, vel conditioni materiæ, vt quia ipsa materia nō est potentialis, sicut materia inferiorū: ideo ēt si forma non sit multū perfecta, tamē manet in æternū. ¶ Secūdus est modus vnionis materiæ ad formā, vt si vniatur per media indissolubilia: & sic potentiā materiæ euacuabit. Et ideo licet forma lapidis imperfectior sit anima rationali, tamē diutius durat, qa habet media fortiora vnionis; aīa aūt corpori vnitur per quandā armoniam calidi naturalis, & humidi radicalis, quæ faciliter corrumpitur, ideo homo cito moritur. ¶ Tertiū est defectus agētis, quia corpora cęlestia sunt perfectioris naturæ, q̄ elementa, ideo non patiuntur ab eis: & sic nō possunt corrumpi, licet forte sint in potētia ad corruptionem; & sic ait Philosophus in 2. de Cęlo, & Mundo: qꝑ licet terra mobilis sit, tñ non mouetur, quia nō est aliqua virtus potēs eam pellere extra mediū mūdi.

Obiectio contra Augustinum.

Ratio Nicolai.

Cōfutatio rationis.

Cōfutatio secunda.

Quæst. 3. Vtrum in cœlo sit materia, & quomodo.

Prima opinio Auerrois.

Ratio primę opinionis.

Solutio rationis.

Cur forma cęli manet in æternū i materia.

¶ Alia positio est, qꝑ corpora cęlestia materiam habeant, ne dicantur esse formæ spirituales: & quantitas materiā sequitur: sed ista materia non est eiusdem rationis in superioribus, & inferioribus: qa materia corporum cęlestium nō est in potentia ad aliquā formā; materia autē elementorū est in potentia ad oēm formā, quā agēs naturale inducere potest. Dico propter formam Solis, vel Lunæ, quæ non pōt naturaliter induci in ista inferiora: & tamen licet ista proprietas, vel passio, quæ est esse in potentia ad formā, reperiatur in quacunq; parte materiæ rerū elementariū: tamen nō conuenit materiæ isti secundū speciem; quia materia non habet speciē, cum non sit cōposita ex prioribus; quia in sua essentia non dicit aliquē actum: aliquando aūt aliqua passio insurgit ex principijs indiuidui, vt simum, vel aquilum esse, & cōuenit per se isti naso, sed non conuenit naso simpliciter. Conuenit ergo omni materię inferiori potentialitas propter coniunctionē ad priuationem, & materiæ cœlesti non conuenit potentialitas: quia non est ibi priuatio.

Quæst. 4. Secunda opinio.

Tertia opinio, quam auctor sequitur.

¶ Alia positio est, qꝑ corporum cœlestium, & inferiorum materia sit eiusdem rationis priuatiuè, & non positiuè. Nō enim potest vocari materia vnius rationis propriè: quia vnitas rationis est ab vnitate formæ constituentis, & distinguentis: materia autem non includit aliquam formam, sed substātiatur per suū posse secundum Commentatorē, i. qꝑ potētia materiæ est esse materiæ, ideo materia nō ponitur propriè in substantiali puncto: quia nec genus, nec species, vel indiuiduum est. Sed quia pars cuiuslibet cōpositi est, ideo reductiuè ponitur in puncto substantiæ tanq̄ principiū, sicut vnitas, & punctus in quantitate: angulus, & gradus in qualitate. ¶ Vocatur autem materia omnis vnius rationis, i. non plurium rationum: quia nihil habet, quod faciat diuersitatem rationū, nec aliquid obstat potentialitas ad formā: quia ista est propter priuationem. Vel vt melius dicamus cum priuatione; esse aūt cū priuatione nihil aliud est, q̄ esse formā, quæ requirit in materia ad suam vnionē dispositiones qualitatum contrariarum, secundū quas agendo, & patiendo deperditur forma. Et quia forma cęlestis non requirit dispositionem qualitatum habentium cōtrarium, ideo non habet priuationem, nec potētiam. ¶ Est autem ratio, quia abiectio alicuius rei fit per contrariorum actionem, & per abiectionem alicuius fit corruptio. corpora autem cęlestia nihil abijciunt, quia non patiuntur, cum actio & passio solum conueniant rebus, inquantum habent contrarietatē, vt patet in lib. de sensu, & sensato; ideo corpora cœlestia incorruptibilia sunt. Et ista positio tenenda est.

Corpora cęlestia nihil abijciunt.

Quæst. 5.

¶ Potest tamen in littera istius cap. de creatione exponi, secundum quamlibet trium positionum, & in processu assignabitur quę sit conuenientior, vt teneat lector, quod voluerit. Prima aūt expositio est, quòd creatio omnium rerum, siue cœlestium, siue terrestrium in suis formis specificis substantialiter distinctis, fuit facta ante diem omnem: distinctio autem, quæ postea ponitur facta in tribus diebus, & ornatus factus in alijs tribus diebus, pertinent ad aliquid accidentale,

dentale, non autem ad proprietates substantiales, quæ F
consequũtur subiectum in esse necessario, & ideo ꝓducta re ꝓ creationẽ, necesse inest ei sua ꝓpria passio.
¶ Ista expositio nõ multũ est laudabilis, vel conueniẽs litterę, vt infra patebit, & tñ cõuenit cuilibet prędictarũ opinionũ de materia. Primę q̃ erat ꝙ cęlum nõ habeat materiam, satis conuenit, immo necessaria est: qa cum sit forma substantialis solũ, nõ põt produci variis ꝓductionibus, sed vnica ꝓductione: qa quod simplex est, aut totũ fit, vel ꝓducitur, aut nihil. ¶ Secundę autẽ positioni, s. quòd alterius rõnis materia est in cœlestibus, & in terrestribus, satis conuenit ista positio, & est necessaria quantũ ad corpora cęlestia. Et si ponitur in illis materia, q̃ nõ hẽt potentialitatẽ ad aliquã formã, nisi ad illã, quã hẽt, necesse est dicere, quòd in illa forma quã habẽt, ꝓducta fuerunt: qa alias daretur, quòd G
illa materia fuit ab alia forma, & fuit aliqñ in potentia ad aliã, quã nõ habebat. Quantũ ad secundã partẽ, s. rerũ elemẽtaliũ licet possibile sit, & ꝓbabile satis, quòd simul in suis formis substantialibus quęlibet pars materiæ informata fuerit, tamen non est necessarium, quia potuit per successionem acquiri creando.

Quæst. 6. Opinio secunda de successione rerum creatarũ.

¶ Satis etiam possibile est in tertia positione, quia licet detur materia cęlestiũ, & elementaliũ eiusdẽ rõnis, tñ potuit tota simul informari. ¶ Secunda positio quòd in principio tpis incorporalia, s. Angeli creati sunt, & materia oĩum corporaliũ sub quadã cõi forma corporeitatis non determinata ad aliquã speciem rerũ creatarũ, & post ꝓ dies fuit facta distinctio rerum H
in species ex materia illa. Et hãc positionẽ tenẽt Strabus, & Beda, & alij Doctores. Fuit aũt illa materia corporea materia omnium cęlorum, prætereq̃ cœli Empyrei, & omnium terrestrium, siue elementalium.

Opinio media inter duas positiones.

¶ Poterat autem dici medio modo inter istas duas positiones, s. quòd res fuerunt creatæ per dierum successiones, vt describitur in littera: sed non præfuit aliqua materia ex qua res postea producerentur, sed simul ipsum indiuiduum creatum sit in sua materia, & forma nullo eorum præexistente. Et isto modo diceremus, quia primo die factum fuerit cœlum empyreum, & elementa: deinde secundo die crearetur firmamentum, i. omnes cęli infra empyreum, & nõ extitisset materia istorum cœlorũ primo die. ¶ Sed ista

Cõfutatio mediæ opinionis.

opinio non conuenit: quia cum elementa creata es- I
sent prima die, non excedebant locum, quẽ nunc tenent: sed inter ipsa, & cęlum empyreum sunt nouem cœlestes orbes; ergo daretur ibi vacuum, si non præfuisset materia illorum orbium. ¶ Item quia quando in secundo die dicitur, quòd Deus fecit firmamẽtum in medio aquarum, innuitur, supra locum firmamenti fuisse aquas, & materiam cœli crystallini, & infra esse aquas, & sic vult, totum illud continuum spacium esse plenum materia corporea, ex qua aliquid post distinctum est. ¶ Tenebo ergo in isto cap. secundã positionem de modo, & ordine creationis, quæ cõuenit

Auctor sequitur secundã positionem.

tertiæ opinioni de materia, s. quòd sit eiusdẽ rationis cõis in cęlestibus, & terrestribus, & tunc congrue ponetur tota creata sub quadam forma corporeitatis, & deinde ex materia illa distinctos cęlos, & elemẽta. Exponã tũ litterã secũdũ duas positiones, s. primã, & secũdã positionẽ, sed nõ mixtæ. ¶ Primo ergo ꝓsequar primã positionẽ, quã nõ multum teneo, & hoc vsque ad opus quartæ diei, quia deinde nõ est tãta differẽtia.

In principio creauit. dicitur in principio, i. ante omnẽ diẽ, ita ꝙ nullus dies, vel hora ꝑcesit creationẽ cęli, & terrę, ideo dr̃ in principio, s. tẽporis: qa tũc tps cũ ipsis rebus incępit. Sunt enim ista coęua, siue simul quantũ ad simultatem rei, cęlũ empyreũ, natura Angelica, materia oĩum elementabiliũ, & cœlestiũ, & tẽpus cũ luce; ista quantũ ad rẽ non se præcesserunt. Sed quantum ad naturam: quia tps est passio mobilis rei, cum sit numerus motus. Sicut ergo subiectũ ꝑcedit natura suã passionẽ, licet non tpe; ita materia corporaliũ, in qua fundatur motus, & ad quam seqtur tps, posterior est materia: quia nõ poterat esse tps, sine re creata, quia Deus tẽpore non mensuratur, ideo solo Deo existente tẽpus non erat. *Creauit Deus.* idest de nihilo produxit: quod requiritur ad creationẽ. *Cælum.* idest oẽs cęlos in suis formis substantialibus distinctis, siue empyreũ, siue alios; quia ſm istã positionẽ oĩa in suis speciebus fuerunt simul creata. Quod aũt dr̃ post de eis, ꝙ fuerint facti, vel creati, itelligit quãtũ ad aliquas dispositiones accidẽtales. *& terram*, perfectam in sua forma substantiali: & intelligit etiam aquam, aerẽ, & ignem, ẽt distinctos in suis formis, licet eos in textu nõ nominauerit; quia nõ sunt ita visibiles, sicut terra. *terra aũt erat inanis.* idest inuisibilis, sicut aer dicit̃ inane spacium, quia eũ non videmus. ¶ Vel inanis ſm istã positionem, quia nondum erant aquæ separatę destr per terrã, licet essent perfectæ in sua specie; iõ impediebant, ne terra uideretur; vel quia forte terra carebat aliqua dispositione necessaria ad hoc ꝙ eẽt bene visibilis; quæ dispositio accidentalis postea inducta fuit. *& vacua.* idest carens ornatu arborum, & herbarum. *& tenebræ erant super faciem abyssi.* abyssus dicitur congregatio oĩum elemẽtorum, quę licet in suis speciebus essent ꝑfecta substantialiter, carebant tamẽ dispositione accidentali extrinsecus perficiẽte, rõne cuius est quædam pulchritudo, siue lux in rebus, & debitus locus, & partiũ ordinatio. Aqua ergo nondũ habens debitã densitatẽ eleuabatur vaporaliter ad locũ aeris, & ignis nondum habens debitam leuitatem loca aeris, & aquæ partem posidebat; & sic omnia confusa erant, vnde abyssus, i. confusio, vel priuatio claritatis proprie dicuntur. Dicebantur esse tenebrę super faciẽ abyssi: quia tenebra lucis priuatio est, quę inerat rebus nondum accidentaliter perfectis, & dispositis. *Et spiritus Domini ferebatur super aquas.* idest spiritus Dei, scilicet sua voluntas, & intellectus, ferebanẽ, s. iudicando quid fieret illis aquis, i. cõgregationi elementorũ, quia nondum erãt perfecta in pulchritudine, & quia opera Dei perfecta sunt, vt patet Deutero. 32. c. Decebat dare singulis elementis suã pulchritudinem, siue dispositionem. ¶ Et nõ est intelligendum, quòd isto modo Deus consiliaretur quid ageret in elementis: quia consilium suum æternum est, & ipsemet est; sed quia creare est aliquid facere, sic se videtur Deus habere in creando, sicut artifex in fabricando; artifex autem secundum suam cognitionem cõsiliatur de materia, vt inueniat exemplar; deinde secundũ exẽplar indicat quid faciendum de hac parte materię, quid de illa; deinde secundum habitum artis, qui factiuus est, regulat operationem. Sic Deus dicebatur prius cõsiliari, quid ageret illis elementis nondum decoratis, vt postea decoraret. ¶ Istum passum exponit aliter Plato in Timeo, in quo de mundi constitutione agit. Nã vt ait Augustinus 8. lib. de ciuitate Dei, c. 11. Plato nõ potuit scire Genesim, quia tempore suo nõdum erat translata Biblia in Græcam linguam. Fuit enim post magno tempore translata quasi octoginta annis, & nunq̃ iuit in Iudæã, sed in Aegyptum, vbi fortè ab aliquo Iudæo aliquid audire potuit, sed non hẽre in scripto; quia Ptolomęus rex pro magno munere reputauit Bibliæ interpretationẽ; quomodocunq; tñ ipse audiuit principiũ Genesis. Ideo in suo libro Timeo dixit, quòd Deus in principio rerũ posuerat duo elemẽta, s. terram, & ignem; quia dr̃ hic, in principio creauit Deus cęlũ, & terrã, quia Plato, & oẽs sequaces vocant cœlum ignẽ, & stellas puriorem ignem dicunt. vnde volunt Lunã esse in parte inferiori ignis coniunctam regioni

regioni aereæ: sed hęc falsa sunt, & repugnantia astro- A
logicis demonstrationibus. Dicit deinde, quòd Deus coniunxit ista duo elementa extrema per duo media, scilicet per aquam, & aerem; & vult accipere ista duo Plato in littera, quando dicitur *Spiritus Domini ferebatur super aquas.* idest, aer erat super aquas. *Dixitque*

Opus distinctionis.

Deus. Hic ponitur secundum, scilicet opus distinctionis; sed ista distinctio aliter accipitur secundum istam opinionem, aliter secundum secundam; quia ista opinio vocat distinctionem quãdam cognoscibilitatem in rebus per creationem in eis quorundam accidentium distinctiuorum: quia accidentia cõferunt ad cognoscendum quod quid est, vt vult Philosophus 1. de

Arist. 1. de Anima, c. 2. tex. 11.

Anima. Secundum secũdam positionem vocatur distinctio quædam reductio rerũ ad formas specificas: B
quia ante materialiter erant in quadam corporeitate communi. *Fiat lux.* lux materialis est: vel vocat lucem quandam Solis claritatem, & aliorum astrorum: ideo de Sole necessario intelligitur secundum istam positionem primam, quæ vult omnia a principio esse creata in suis formis substantialibus distinctis: ergo tunc Sol erat, per cuius motum fieret dies, & nox. Nec potest dici secundum istam positionem, quòd in tribus diebus primis nubecula quædam lucida illuminauerit mundum, & distinxerit noctem, & diem: quia tũc Sol esset superfluus. Item quia quęreretur de illa nubecula, quid postea factum fuerit. Et non debet dici, quòd aliquam rem in specie perfectam Deus creauerit, quam cito destrueret, nec quòd conuersa fuerit in C
Solem, quia iam Sol secundũ istã opinionem pręexistebat. *Et diuisit lucem a tenebris*, idest tempus lucis a tẽpore tenebrarum, scilicet noctem a die: quia in die lumen est, in nocte autem tenebræ: & per motum Solis distinguebatur nox, & dies: & non accipitur hic lux ꝓ ipsa luce, quæ facta fuit: quia ipsa nõ distinxit se ipsam a tenebris. *Appellauitque lucem.* idest tempus, in quo est claritas super orizontem. *Diem*, quia dies aliquid clarum signat. *Et tenebras noctem.* idest tẽpus, in quo sunt tenebræ, scilicet quando occultatur Sol, siue magna lux. *Factum est vespere, & mane dies vnus.* vespere signat tempus illud, in quo occultatur Sol, & manent tenebræ. Mane vocatur totum tempus, quo Sol manet super orizontem, scilicet totum diem, & nõ solum partem tẽporis, in qua Sol oritur. Et isto modo vocatur D
cognitio in verbo matutina, idest diurna: & dicimus eam valde claram esse, quod non cõueniret, si acciperetur matutina pro prima parte, quæ vocatur aurora: quia illa nõ est multum clara, & patet magis, quia Augustinus, qui distinguit cognitionem matutinam, & vespertinam, assumit ab istis duabus partibus, scilicet vespere, & mane; cum ipse non ponat fluxum temporis inter creationes rerum, & ista duo faciũt diem, scilicet naturalẽ: & accipitur dies dupliciter, vno modo

Dies naturalis, & artificialis, qualis sit.

ꝓ prima parte diei clara, quæ vocatur mane, siue dies artificialis, & sic dicitur supra: appellauitque lucem diem, & tenebras noctem. Secundo modo accipitur dies pro toto coniuncto ex mane, & vespere, & est tẽpus viginti quatuor horarum, dum semel circuit Sol E
totum orbem rediens ad punctum, de quo exierat; & iste est dies naturalis, & vocatur dies vnus, de quo loquitur hic. ¶ Et ponitur primo vespere, quàm mane: licet prius sit in mane, quia in quocunque orizonte lucere cœpit, illa lux creata ascendere cœpit super illum orizontem: & postquàm ascendisset ad meridianum occidens ad punctum orizontis, occultata est circumeundo rursus: & sic primo egit diem, quàm noctem, s. vt videatur ꝙ vespere est pars diei naturalis: quia de tempore lucis non est dubium, sed de tẽpore tenebrarũ. Si ergo primo poneretur mane crederetur, quòd vespere, quod sequebatur nõ pertinebat ad

Cur dixit vespere, & mane, cũ prius sit mane.

Alph. Tost. super Gen.

diem; cum autem præponitur nõ est dubium, quin ad diem pertineat, cum dies, s. mane, qui est pars indubitata diei, præponatur. ¶ Sed forte satis rõnabiliter dici

Solutio dubij propositi.

potest, quòd vespere præponitur: quia tẽpus tenebrarum fuit ante tps lucis; ita ꝙ postq̃ Deus creauit primordialẽ materiam cum alijs coęuis, incepit esse tempus, quod mensurabat durationem rerum corporearum creatarum, & a creatione ista vsque ad lucis productionem transierunt duodecim horæ, idest, tanta duratio rerum, quanta est, dum mouetur Sol ab oriẽte ad occidentem tempore ęquinoctiali: sed tunc nullus motus localis circularis fuit. Et quia in tempore isto nulla lux fuit, vocatur vespere: tempus autẽ, quod fuit ab ortu lucis creatæ vsq; ad occasum eius sub eodem orizonte, fuit duodecim horarũ, & sic a rerum primordialium creatione vsq; ad occasum primum lucis creatæ sub orizonte fuerunt vigintiquatuor horæ, idest vnus dies naturalis. *Dixitque Deus.* Hic describitur opus secundi diei. *Fiat firmamentum.* idest, omnes orbes cęlestes post cęlum crystallinum vsque vltimũ, scilicet cœlum Lunæ. *In medio aquarum.* idest, inter cęlum crystallinum, quod dicitur esse de gelidis aquis, alterius naturæ tamen, & inter elementa omnia, quæ vocantur nomine aquæ, vel inter aquas elementales. *Fecit Deus firmamentum.* idest, disposuit illos cœlos quãtum ad aliquam qualitatem, quia non potest secundũ istam opinionem accipi, quòd firmamentum tunc factũ sit: quia dicit, quòd omnia simul creata sunt. Accipitur ergo facere, idest disponere: sic habetur in Leuitico sępe, s. faciet vnum vitulum pro peccato, i. offerat, vel immolet. Sic habetur Deuter. 21. secundũ litteram Hebraicã de muliere capta in bello, faciet vngues suos, i. disponet, vel circuncidet, secundum ꝙ est in littera nostra. Sic etiam Nabuchodonosor dixit se fecisse, vel ædificauisse Babylonem, quam tamen non ædificauit ipse, sed Nemrod, & alij sequentes eũ paulò post diluuium, vt patet Gen. 11. c. ipse autem solum fortificauit eã, vel ampliauit aliquid in ea. *Diuisit Deus aquas, quæ sunt super firmamentum.* idest, cœlum crystallinum, quod vocatur æquinoce aqua. *Ab his, quæ sub firmamento.* quæ sunt aquæ elementales.

Cœlũ crystallinum aqua ęquinoce dicitur.

Dixit vero Deus. Congregentur aquæ, quę sub cœlo sunt, in locum vnum, & appareat arida. Et factum est ita. Et vocauit Deus aridam terram, congregationesque aquarum appellauit maria. Et vidit Deus, quòd esset bonum, & ait. Germinet terra herbam virentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum: cuius semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens vnumquodque sementem secundum speciem suam. Et vidit Deus, quòd esset bonum: & factum est vespere, & mane dies tertius. Dixit autem Deus. Fiant luminaria in Psal. 35. firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem: & sint in signa, & tempora, & dies, & annos, vt luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. Et factum est ita. Fecitque

Deus duo luminaria magna, luminare maius, vt præesset diei, & luminare minus, vt præesset nocti, & stellas. Et posuit eas in firmamento cœli, vt lucerent super terram, & præessent diei ac nocti: & diuiderent lucem, ac tenebras. Et vidit Deus, quòd esset bonum: & factum est vespere, & mane dies quartus.

Dixit etiam Deus: producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram sub firmamento cœli. Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuentem, atque motabilem, quam produxerant aquæ in species suas, & omne volatile secũdum genus suum. Et vidit Deus, quòd esset bonum: benedixitque eis, dicens; Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris; auesque multiplicentur super terram. Et factum est vespere, & mane dies quintus.

Infra eod.

Opus tertij diei.

¶ *Dixit vero Deus.* Hic ponitur opus tertij diei. *Congregentur aquæ in locum vnum.* ideſt, licet autem aquæ essent in sua forma substantiali productæ; tamen non habebant certum locum, sed cooperiebant totam terræ superficiem, & in aera euaporabant, quod non decebat futuræ vitæ animalium. Fuerunt ergo congregatæ in locum vnum, vt pars terræ appareret ad vitam animalium, & in ista congregatione aquarum fuit datum eis certum pondus, & labilitas, vt locum suum appeterent. Fuerunt enim, & cauernosa loca facta in terra, vt aquæ subintrantes ibidem, tanquàm in vase reconderentur, & irrigarent interiorem partem terræ ad humectandam partem, quę fructus producere debet, & herbas. Fuit etiam data terræ certa soliditas: vt bene figuram retineat, & cęteris elementis durior sit; quia sic rerum naturæ, & vitæ animaliũ congruebat. *germinet terra herbam.* potest hoc intelligi etiam secundum istam primam opinionem, quòd arbores, & herbæ non sunt creati simul cum terra, sed terra creata, & perfecta, arbores de terra genitę sunt; quia arbores non pertinebant ad essentialem perfectionem elementorum. Vel si uelimus dicere, quòd arbores simul creatę sunt cum terra, dicemus quòd ad tertiam diem pertinet, quòd Deus terram dotauerit, quòd haberet aliquam virtutem, scilicet productiuam germinũ. Et sic dicetur, quòd a principio terra cum arboribus creata fuerit, & postea in tertio die virtus naturaliter germinandi data fuerit. ¶ Sed adhuc si vere respiciatur, non potest dici, quòd arbores prima die, siue immediate cum terra creatę fuerint; quia etiam secundum istam positionem terra vsque ad tertium diem cooperta erat aquis, & elementa locũ proprium non habebant. Nec erat debita densitas in terra, sed ista omnia requirebantur, vt arbores existerent: non enim arbores radices agere possent, nisi in solida terra: nec esse poterat, nisi de materia qualificata debitè, & extra aquas. *& protulit terra.* ideſt terra passiue cooperata fuit ad productionem germinãtium, actiue autem Deus operatus fuit; quod patet ex duobus; primo, quia terra nondum habebat semen, ex quo arbores, vel herbæ producerentur; & dato quòd haberent non poterat ita cito per virtutẽ naturalem arbor, vel herba gigni. *Fiant luminaria.* Hic ponitur opus quartę diei, & agitur hic de ornatu cęlorũ, secundo de ornatu elementorum mediorum, tertio

Opus diei quarti.

de ornatu partium inferiorum, scilicet de terra. *Fiant luminaria.* Sol, & Luna, & cætera astra ad ornatum cęli pertinent tanquam pulchrę imagines in albo pariete. *Fecit Deus duo luminaria.* Ista non fuerunt creata in principio, sed in quarto die: quia opera distinctionis, & ornatus successiue facta sunt, sed secundum istam primam positionem. Melius videtur quòd Sol, & cętera luminaria a principio in suis orbibus, secũdũ formas specificas condita sunt, sed post in quarto die quantũ ad aliquam accidẽtalem proprietatem dispositа sunt. ¶ De animalibus, piscibus, & hominibus dicendum est secundũ istam primam positionem, quòd in quinto, & sexto die facti sint cum sint ornatus aeris, aquę, terrę, & differunt ab ornatu cœli; quia astra sunt aliquid in substantia orbis; pisces, aues, & animalia sunt aliqua separata a terra per se mota; ideo pertinet eorum productio ad aliud tempus.

¶ Suprapositа breuiter expositione secundum primam opinionem, nunc exponenda est secundum positionem secũdam, scilicet quòd a principio creationis non fuerint res creatæ distincte in suis speciebus, sed quòd in quadam forma corporeitatis communi tota rerum materia creata sit, deinde ex illa materia cuncta distincta fuerint per dies. Hęc positio est multum conformis cum litera, quæ dicit in diebus singulis singulas res factas, vel creatas. Dicere autem quòd illud facere refert ad aliquas dispositiones accidẽtales inductas post in substãtia rei, magis est velle imponere terminos, q̃ loqui ex proprietate terminorum; maximè quia populus, cui ista dicebantur, rudis erat, nec poterat intelligere, qd essent istæ proprietates. ¶ Itẽ ista est positio Strabi, Bedæ, & cõiter aliorum Doctorum, & conuenit tertię positioni de materia, ſ. quòd materia cęlestium, & terrestium sit eiusdem rationis in superioribus, & iferioribus: & quia supra pauca de textu tetigimus, hic totam litteram exponemus. *In principio.* ideſt in principio temporis, vel cũ principio temporis; quia prępositio hebraica hic posita. ſ. be, aliquando signat. cum. & dictio ista. in. ẽt signat, cum. vt patet infra 32. c. ſ. in baculo meo transiui Iordanem. i. cum baculo meo; tempus enim nõ fuit creatum, sed concreatum, quia est passio rerum mutabiliũ, scilicet creaturarũ corporearũ, quarũ duratio tpe mensurat.

¶ Et non accipitur tempus stricte, vt est passio, vel numerus motus cœlorũ: qa dicitur cõmuniter quòd tempus fundat in primo mobili, vbi est principium totius motus, sed etiam vt motus dicitur successiua acquisitio, vel deperditio in creatura corporali; & sic dicitur tempus duratio creaturæ, etiam cœlo non moto; sicut quando pugnauit Iosue cõtra quinque reges. vt patet Iosue 10. cap. stetit Sol contra Gabaon spacio vnius diei immotus; & sic non moto cœlo iudicat ibi tempus vnius diei. ¶ Et si dicas quòd licet non moueretur cœlum solis, tamẽ mouebatur primum mobile, in quo fundatur tempus, & alij cœli. ¶ Respõdetur quòd hoc non apparet nunc, vtrum mouerentur, vel non, de quo magis dicetur (Deo dante) super Iosue: ostendẽdo, quòd omnes cœli cessauerunt a motu. ¶ Sed dato quòd mouerẽtur alij orbes, nihil ꝓderat, qa isti nõ poterãt sentire, quia stabat sol super eos. sicut nos nõ sentimus ĩ die astra sup nostrũ hemisphęriũ moueri; qa sol tollit eorũ apparẽtiã; & iõ ꝓid ꝙ nõ sentimus, tps iudicare nõ possumus, sicut faciũt dormiẽtes. ¶ Accipiẽdo primo modo tps dicit Apoc. 10. c. ꝙ Angelus ille iurauit p viuẽtẽ ĩ sæcula sæculorũ, ꝙ tps amplius non erit. i. cessabit motus cęli & tps, quod cõsequit motũ cœli. Accipiẽdo aũt secũdo modo oĩs motus. i. successiua acqsitio, vel depditio in esse, vel operari, facit tẽpus. Si enim aliqua res sit, cui accidẽtia aduenĩãt, & corrũperet: ẽt nõ moto cœlo, uel non

Quibus tẽpus maxime cognoscitur.

non existente necessario tps est. Sed magis cognoscit tps in operatione, q̃ est manifestior, quã duratio rei: & sic Iosue qñ pugnauit cõtra hostes, cognouit ꝙ stetisset Sol quasi p vnũ diẽ: qa tantã stragẽ, & hostiũ insecutionẽ, & cursum fecerũt illo spacio, quo Sol stetit, sicut in una die integra. ¶ Sed maximè cognoscit tps ꝓ motũ ualde regularem, sicut est motus cęli, q̃ semp est vniformis, iõ p eũ iudicamus actionũ nostrarũ tpa, sicut ẽt in horologijs. Ista oĩa faciũt ad certã cognitionẽ quãtitatis tpis. Sed quãtum ad esse tps sufficit, ꝙ sit creatura acqsitioni, & deperditioni subiecta, uel quæ aliquid hẽt post aliud. Et sic dicebamus supra, ꝙ si lux creata fuit post materiam rerum elemẽtalium, intercesit tempus duodecim horarum inter vtrunque: & illud uocatur uespere, quod pręcesit diem artificialẽ. ¶ Sed non ualet ista cõsequentia formaliter; tempus est, ergo dies, uel nox est: qa ante Solem existentem, uel lucem motã poterat esse tps, ẽt proprie dictũ per motũ primi mobilis, vel durationẽ siue motuũ rei alicuius corporeæ. Vel dr̃, *In principio*, ſ. omniũ creaturarum, i. anteq̃ aliæ res producerẽtur, Deus creauit cœlum, & terram. Vel dr̃, *In principio*, i. in filio, quia filius est sapiẽtia, uel ars patris, per quẽ cuncta creauit, & fecit, & accipit hic, in, loco, per, sicut dicimus, ꝙ faber operatur in martello, i. per martellum. *Creauit.* creatio est eductio ad esse nulla præsuppositа materia, sed agente solo, & sic res, quæ creatur nõ habet potentiã absolutam, uel respectiuam, quæ est aliquid positiuũ, quia istæ ponuntur in fundamento naturæ, ſ. in materia, quæ ante creationem nõ præexistit. ¶ Et datur regula, ꝙ in ꝓductione rerũ ea, quæ pertinent ad primũ diem, siue ad principiũ creata fuerũt, ſ. cœlũ, & terra: qa ante ista nõ erat materia; ea autem, quæ in alijs diebus facta fuerunt, nõ sunt creata, sed producta, ſ. factio firmamenti, diuisio aquarum, productio germinantium, &c. ¶ Ex quo seqtur, ꝙ nõ valet ista cõsequẽtia: ista res nõ fuit creata, ergo poterat naturaliter ꝓduci; patet qa primus homo nõ fuit creatus, sed formatus; tñ nõ poterat p aliquã virtutem naturaliter produci. Sic est de Sole, vel corporibus cęlestibus, in quibus p̃supponebat materia ad suã ꝓductionẽ, & sic nõ creabant; tñ nõ poterãt naturaliter ꝓduci. *Deus.* Hebraice habetur *Elohim.* quod est plurale, i. Dij, & ponitur cũ verbo singulari. ¶ Et dicũt aliq de nostris, ꝙ hoc posuit Moyses ad notãdũ in suppositis diuinis pluralitatem, & in esse vnitatẽ, cui respondet verbũ singulare; & aliquando ponitur in plurali hoc nomen Deus in Hebræo, & adiectiuũ suũ, vt patet Deut. 5. cap. vbi nos dicimus vocẽ Dei viuentis, Hebræi habẽt. *Elohim hain.* i. Deorũ viuentiũ. ¶ Sed ista argumenta valde debilia sunt cõtra Iudęos, qa lingua Hebraica aliquãdo valde disturbato modo facit cõueniẽtiã in accidẽtibus suppositi, & appositi, & adiectiui cum subiunctiuo. Sic dr̃ Isa. 19. Vbi nos dicimus, & tradã Aegyptũ in manum dominorũ crudeliũ. In Hebræo dr̃ *Adouin caſet.* i. dominos durũ, uel fortẽ: & sic habetur Iosue vlti. ubi litera nostra dicit; Nõ poteritis seruire Deo; Dominus enim sanctus, dr̃ in Hebræo, *Quedui hu.* i. Deus sancti ipse. Quod aũt Moyses uoluerit hic demõstrare trinitatẽ p̃sonarũ, & unitatẽ naturæ, nõ nego; sed argumẽta nõ cõuincunt Iudæos. *Cœlum.* Intelligitur solũ cęlũ empyreũ secundũ istã positionẽ secundã, & verã: qa empyreũ nõ ponitur de materia illa cõmuni creatũ: alij aũt cęli in secũdo die creati sunt de materia cõmuni corporea. ¶ Est aũt cœlũ empyreũ locus capacissimus, splẽdidus, immobilis, qetus, cõtemplationi cõueniẽs, & glorię beatorũ; nec de alio cœlo hic intelligit: qa tũc frustra de firmamẽto, quod cõtinet octo orbes postea subderet. *Et terram.* i. materiã cõem sub quadã forma corporeitatis, ex qua postea distincta fuerunt

Creatio quid.

Cœlũ empyreum, quid.

oĩa corpora cęlestia, & elemẽtaria intra cõcauitatem empyrei. Et uocat tota ista mã terra, qa maxime uisibilis est terra, & iõ post inductionẽ elemẽtorum licet Deus ignẽ, & aerẽ ab alijs elemẽtis distinxerit faciens de illa mã; tñ nunq̃ mẽtionẽ de igne fecit, de aere aũt modicã, uel quasi nullam. *Terra autem.* i. tota illa mã in forma cõi, q̃ terra nũcupat. *Erat inanis.* i. inuisibilis, uel nõ bene uisibilis, qa non erat p formas distincta. Nec põt dici simp̃r inuisibilis, qa uideri poterat, cũ hẽret aliquẽ colorẽ, licet non bene determinatũ. *Et vacua.* ſ. carens ornatu, quia nondũ partes cęlestes sideribus ornatæ fuerant: qa hoc factũ est quarto die; nec aqua, terra, vel aer piscibus aĩalibus brutis, & hominibus, & auibus fuerant ornati. Non dr̃ aũt de cœlo, quod fuit inane, & vacuũ, qa empyreũ, vt creatum fuit, sanctis Angelis repletũ fuit; vel quia in sua creatione figurã debitã, & splendorẽ recepit. Et licet scriptura non faciat hic mentionẽ de creatione Angelorũ; tñ cũ alios multotiens de eis dicat, necesse est eos creatos intelligi cũ cęlo empyreo, quod est beatorũ spirituũ locus: locus aũt p̃supponit rẽ locatã, vel contentã cũ pp illã sit. *& tenebræ erant.* Aliqui dixerunt tenebras æternas fuisse, sed valde erroneũ est, qa tenebræ sunt formaliter priuatio lucis in diaphano, vel in extremitate perspicui; ideo ad esse tenebras æternas sequitur fuisse lucẽ æternã, & aerẽ diaphanũ ẽternũ, vel corpora terminata illuminabilia. quodlibet autem ponit vel rem creatã ab ẽterna Dei durationẽ p̃existere, vel istas res increatas extitisse. ¶ Alij de secta Manichæorũ irridẽt Deũ veteris testamẽti, ꝙ ante lucẽ tenebras creauit. Sed valde errant, quia tenebra increabilis est, cum sit nõ ens. Aliq volũt, ꝙ tenebrę dicãtur hic materialiter aer non illuminatus, q̃ operiebat terrã; sed non cõuenit huic opinioni, quia nõdum erat aliquod elementũ distinctũ, p cõsequẽs nec aer, sed vocant tenebrę priuatio lucis; quia nõdum fuerat creata nubecula illuminans, tenẽdo ꝙ creatio materię oĩum rerũ p̃cesit lucẽ; vt supra diximus. Vel dicuntur tenebrę carentia distinctionis formarum, quia sicut lux facit cognitionẽ in rebus, ita forma distinguit, & dat cognosci; quæ autem informia sunt, cognosci non valent.

Tenebræ non fuerũt æternæ.

Quæſt. 5.

Super faciem abyssi. Dicitur abyssus tota materię indistinctę, vel informis ꝓgeries; sicut vocat abyssus aquarũ, p̃funditas, vel magnus terræ hiatus, quia ĩ perscrutabiles sunt; sic materia illa, q̃ valde magna erat, quia occupabat a cẽtro terrę in rotundũ vsq; ad cõcauitatẽ empyrei, q̃ spacia a nobis cogitatione cõprehendi nõ p̃nt. Etiã pp indistinctionem in qualitatibus actiuis, vt calido, & frigido, & in motiuis, vt leui, & graui; qa licet ibi ista essent, tñ partes materię, ex qua aer cõstabat, erãt aliquę deorsum, aliquę sursum inordinato modo; & sic de partibus, ex q̃bus cęli, & elementa. De his aliqualiter Ouidius primo Metamorphoseos, qui accedere voluit magis ad creationẽ, q̃ Philosophi, ait.

Ante mare, & terras, & quod tegit omnia cœlum,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos rudis, indigestaque moles;
Nec quicquam, nisi pondus iners, congestaque eodem.
Non bene iunctarum discordia semina rerum,
Quaque erat, & tellus, illic & pontus, & aer.
Frigida pugnabant calidis, humentia siccis,
Mollia cum duris, sine pondere habentia pondus;
Hanc Deus, & melior litem Natura diremit.

De quantitate materię acceptа ab elementis.

Superior pars istius materiæ corporeæ, quæ erat a loco concauitatis Lunaris orbis, cessit in materiã superũ, ſ. cœlorũ; pars aũt materiæ, quæ erat a loco illo, cessit in elementa, sed nõ æqualiter, quia non tantam materiã ignis accepit, quanta erat in loco, quem nunc ignis occupat; nec aer tantam, quantam locum occupat: aqua autem forte tantam, vel fere; terra aũt ualde

Dubium.

magis de materia, quàm de loco, quia densitas terrea in paruitate loci multum de materia requirebat, & raritas ignea in magnitudine extensionis modicum de materia requirebat; & hoc tenẽdo, ꝙ illa materia fuerit vniformis in raritate, & densitate, quod satis rõnabile est; ꝙa vnitati formæ non congruit multiplex dispositio; ꝙa discontinuaretur si multas dispositiones motiuas haberet; sicut videmus graue discontinuari a leuibus. ¶ Sed respondebitur, ꝙ hoc non valet, quia nunc terra grauis est; & aer, & aquæ leuiores, tamẽ nõ discontinuantur; ꝙa nec terra habet infra quo descendat, nec aer quo ascendat; & sic dicentur quòd totum illud corpus vnum erat, sed partes materiæ habent quasi diuersos orbes qualitatum diuersarum. ¶ Sed adhuc non conuenit hoc, quia si terra, & aqua habuissent proprias densitates, sicut nunc habent, habuissent etiam grauitatem, quæ consequitur densitatem, & necessario petijssent loca propria, saltem aqua; ꝙa terra in cẽtro posita erat, sed aqua petijsset loca cauernosa, & infima terræ, sicut postea petijt. Patet cõsequẽtia, ꝙa Deus licet res supnaturaliter creauerit, tñ naturaliter eas operari ꝓmittit, iuxta illud Augustini sup Gen. ad literã; Deus sic res conditas administrat, vt eas ꝓprios motus agere sinat. Sed cõtrariũ tenendũ, nec valet illa consequentia: habet densitatem, & raritatẽ, igitur grauitatem, & leuitatem, quia Aristoteles ponit in 2. de cœlo, & mundo planetam esse densiorem partem sui orbis, sed non ponit planetam esse grauem, vel orbem leuem; necessitas huius positionis infra patebit. ¶ De qualitatibus actiuis dicendum est, scilicet de caliditate, & frigiditate, siccitate, & humiditate, ꝙ nõ fuerint in illo corpore primo; quia materia cœlestis fuit in illo corpore, quæ non habet qualitates actiuas, vel passiuas: quia sunt causa corruptionis, sed postea Deus eas materię elementorum admiscuit ad generationem, & corruptionem. Vel ꝙ in tota materia illius corporis fuerint istæ qualitates, & post Deus denudauerit materiam, ex qua corpora cęlestia fecit illis qualitatibus, ne corrumperentur. Vel ꝙ in parte materiæ vsque ad locum, vbi nunc est concauitas orbis lunaris, fuerit contrarietas, in parte autẽ superiori nullo modo. Sed prima opinio melior est, quia secunda non multũ vr, s. ꝙ Deus creauerit aliqd, quod nihil proficere deberet, sed cito corrumpi: Deus aũt, & natura nihil faciũt frustra, vt patet primo Polit. & primo cęli. ¶ Et tertia positio, s. ꝙ q̃dam pars fuerit sine qualitatibus actiuis, alia aũt cũ qualitatibus nõ multũ vr, quia naturaliter tale corpus vnũ esse nõ poterat, licet Deus hoc facere poterat; quod tñ fieri põt sine miraculo, non est attribuendũ miraculo: ꝙa non est danda pluralitas sine necessitate; maxime ꝙa qualitates actiuę pertinent ad distinctionẽ, iõ cõputabuntur melius inter opera aliorũ dierũ. ¶ Itẽ ꝙa q̃dã qualitates pertinebant ad quandã partẽ materiæ, q̃ nõ pertinebãt alteri, vt igni caliditas, & siccitas, quæ nullo modo cõueniunt aquę, & sic de alijs; & sic oportebat aliquas in ꝙbusdã partib. corrũpere, & quasdã ꝓducere, quod nõ cõuenit. ¶ Videtur ergo dicẽdũ, ꝙ in illo corpore materiæ de pertinẽtibus ad qualitatem nihil fuerit, nisi figura, s. circularitas, siue sphęricitas: ꝙa includebãt sub cõcauitate empyrei; & densitas, vel raritas, & color. *Et spiritus Domini ferebatur super aquas.* Dicitur spũs eius factiuus, & assimilatur fabro, qui prius q̃ aliqd agat, flectit cogitationẽ suã sup materiã, vt iudicet, qd inde faciat. Sic Deus dicebatur, ꝙ super aquas, idest super illam materiã, quæ vocatur nomine aquarum cogitationem dirigebat, vt iudicaret quid de illis facturus esset: sed consilium Domini aliter se habet. Declarat tamẽ scriptura eo modo, quo nos intelligere possum⁹, ꝙa si mẽsuratũ nõ coęquet mẽsuræ, nunq̃ mẽsurabit; & si visibile nõ ꝓportionet potẽtię visuæ, nunq̃ fiet visio; sic aũt de intelligibilibus; Deus enim supremũ intelligibile est excedẽs valde intellꝰ nostri cõditionẽ, & iõ nunq̃ intelligemus, nisi assumat modũ rerũ inferiorũ; iõ scriptura de Deo, tanq̃ de quodã corporeo hoĩe, vt cõiter logtur, ꝙa nos maximè per corpora intelligimus. Vocatur aũt illa corporis primi moles magis noĩe aquarũ, ꝙa nullũ nomẽ ei ita proprie conuenit; quia aqua est valde bonę impressionis, & passibilitatis, sicut erat illud corpus, & iõ multi Philosophi, vt Thales, de quo Aug. de ciui. Dei, li. 8. c. 2. & Arist. 1. Phisic. posuerunt aquã esse rerũ principium, ꝙa ex ipsa quodlibet faciliter fieri potest. Omnes doctores nr̃i sic dicũt; tamẽ hebraica litera aliter habet. *Ruhah elohyn merachefet calpene hamayn.* qđ interꝑtat̃ uentus dñi flabat super aquas. i. vetus missus a Deo. Et est sensus ꝙ postq̃ Deus distinxit, q̃tũ ad subst̃tiã elemẽtalẽ, ita ꝙ esset terra, & aqua; tñ adhuc manebat aqua supra totã terrã, deide ꝙgregata fuit aqua ad locũ vnũ volũtate diuina, vt patet infra. Mãsit aũt terra madefacta, & limosa; iõ induxit dñs vẽtũ vrẽtẽ, flantẽ, s. Boreã, & desiccauit terrã; & iste vẽtus ferebat̃ sup aquas separãdo, & desiccãdo aquas remanẽtes in locis infimis, vel ꝙauis. Et sic hr̃ Exo. 14. c. vbi dr̃ ꝙ q̃n Hebræi trãsituri erãt mare rubrũ, Deus ĩduxit vẽtũ, ꝙ desiccauit, & abstulit aquas. s. Cũq; extẽdisset Moyses manũ sup mare, abstulit illud dñs flãte vẽto vehemẽti, & vrẽti tota nocte, & vertit in siccũ. ¶ Iste sensus multũ mihi placet, & hoc satis innuit litera nostra, q̃ dicit, ferebatur: quod signat motũ. s. flare, & spũs aliq̃n vẽtũ notat, vt patet Psal. 9. Pluet sup peccatores laqueos ignis, & spiritus procellarum, i. vẽtus impetuosus, sic etiam 148. Ignis, grando, nix, glacies, & spiritus procellarũ, idest ventus, quæ faciunt verbum eius.

¶ Et si arguas ꝙ hoc repugnat positioni secundę, s. ꝙ in prima die non fuerit terra, nec aqua, sed illud corpus materiale, sed ĩ secũdo die fuerint aquę factę, & distinctæ a terris. ¶ Respõdetur ꝙ non repugnat, quia ista dñr per anticipationem, sicut sæpe fit in scriptura; & patet sequenti c. ꝙ in isto ponitur creatio, vel productio omnium rerum vsque ad hominẽ, ꝙ fuit vltimus, & sequenti c. agitur mẽtio de ꝓductione, vel plantatione lignorum paradisi, quæ fuit quinta die, scilicet ante hominẽ. Sic etiam infra 10. c. agitur de filijs Sem, Cham, & Iaphet, quomodo fuerũt in generationibus suis, & linguis suis; deinde c. 11. dicitur ꝙ erat terra labij vnius, & ideo sexta regula exponendi sacram scripturam inter regulas Ticonij est de anticipatione, & recapitulatione. Item si arguas, quia dicitur in opere secundi diei; cõgregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt, in locũ vnum, & appareat terra arida. ergo videtur ꝙ inter diuisionem aquarum a terra, & apparentiam aridæ non fuit mora. Respõdetur cõcedẽdo ꝙ postq̃ totaľ aquæ reliquerunt supficiẽ terræ nostræ habitabilis ꝑ ventũ vrẽtẽ immediate apparuit terra arida; ꝙa vẽtus erat valde fortis, & vrẽs: vel ꝙ Deꝰ sine vẽto seperauerat aquas, & post ꝑ vẽtũ desiccauit.

Dixit quoque Deus. Producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta, & reptilia, & bestias terræ, secundum species suas. Factumque est ita. Et fecit Deus bestias terræ iuxta species suas: iumenta, & omne reptile terræ in genere suo. Et vidit Deus, quòd esset bonum, & ait; Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostrã, & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, &

Obiectio.
Cõfutatio.
Determinatio dubij.
Dubium. An materia illa habuerit qualitates actiuas, & passiuas.
Prima positio.
Cõfutatio secũdę opinionis.
Cõfutatio tertiæ opinionis.
Cõfutatio secunda.
Determinatio dubij.

& bestijs, vniuersæque terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suã: ad imaginem Dei creauit illum, masculum, & fœminam creauit eos. Benedixitque illis Deus, & ait; Crescite, & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram. Dixitque Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam, afferẽtem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli, & vniuersis, quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum. Et factum est ita. Viditque Deus cuncta, quę fecerat, & erant valde bona. Et factum est vespere, & mane dies sextus.

Quæst. 11. An cęlum empyreũ, & Angeli fuerint primo die creatũ cũ materia aliorũ, vel ante diem. Prima responsio.

¶ *Dixit quoque Deus.* Hic ponitur distinctio materiæ creatę in varias species per specificas formas secundũ diem. ¶ Et quæret aliquis, quia ponuntur hic sex dies distinctionis, & ornatus rerum. nunquid creator cœli empyrei, & Angelorum, & materię rerum aliarum corporalium fuerit in prima die, vel ante diẽ. ¶ Dico ꝙ potest respõderi dupliciter, vno modo, ꝙ illa fuerint creata cum principio primæ diei, s. ꝙ fuerint omnia ista creata cum luce primaria, & cũ eis tẽpus, sed lux, quia erat principium distinctionis in cognoscendo, quia per lucẽ omnia cognoscunt, ponit facta primo die; cœlum aũt, vel mã corporea, ꝙa nõ erant principia distinguẽdi, sed fundamẽtũ naturæ, vel essẽdi sine die creata narrant. Ratio huius est, quia principiũ distinctiuum ꝓsupponit fundamentum naturæ distinguibilis; exist̃te ergo principio distinctiuo fuit dies, sed nõ est necesse exĩte natura distinguibili, diẽ esse.

Responsio secunda.

¶ Vel dicẽdũ, vt supra dicebamus: ꝙ cœlũ & Angeli, & mã corporea cũ tpe simul creata sunt, & fuerũt ꝑ duodecim horas añ creationem lucis primariæ, & illud tempus vocatũ fuit vespere, idest tps sine luce, & non poterat vocari nox, quia cũ sit nox tps obscurũ per absentiam lucis solaris, vel alterius supplentis vicẽ solaris, non potest esse priuatio antequàm fuerit positium. s. lux; Et sic dicemus vnam diem fuisse sine nocte, non tamen sine vespere; & quia ista creata fuerũt ante lucem a qua proprie dies nominatur, dicuntur fuisse creata ante diem, vel sine die.

Quæst. 12. An die dominico inceperit creatio.

¶ Aliqui errantes corde dicunt creationem rerũ incepisse die dominica ad horam completorij, quòd autẽ die dominica inceperit creatio, necessariũ est dicere, quia Deus septima die requieuisse dicitur, & hoc est sabbatum: nulla autem dies septima est a sabbato, nisi dominica. ¶ Et si dicas non fuit dies, in qua Deus cessauit ab opere, sabbatũ, sed aliqua alia. s. Mercurij dies, vel Iouis, & tunc fuisset alia dies principiũ creationis. ¶ Respondetur, quòd dies sabbati fuit, in qua Deus requieuit, & ad honorem eius ludęi in sabbato requiescunt. Alias enim quilibet dies hebdomadæ ab aliqua alia die erit septima; & hoc maxime patet Exo. 20. c. vbi sic; sex enim diebus fecit Deus cęlũ, & terrã; mare, & omnia, quę in eis sunt, & requieuit in die septimo; iccirco benedixit dñs diei sabbati, & sanctificauit illum. ¶ Sed ꝙ creator inceperit in hora completorij, valde stultum est, & impossibile; ꝙa tẽpus completorij dicitur, quãdo Sol cadit sub orizõte, sed añ creationem primã rerum nõ fuit aliquod tps.

An creatio inceperit homo hora completorij.

¶ Quia tempus rebus mobilibus ꝓcreatum est, iõ incipiente creatione, nulla temporis differentia erat. Tenendo tamen primam positionem. s. ꝙ lux fuerit vnũ de primis creatis, dicemus ꝙ rerũ prima creatio nõ fuit facta in aliquo tẽpore, sed fuit cũ aurora. s. cũ existit lux in orizõte suæ creationis. *Dixitque Deus.* Aliqui q̃runt, qua voce Deus locutus fuerit cũ ista dicebat. ¶ Respondet ꝙ si Deus in aliqua lingua fuisset locutus hic, fuisset in hebręa, quia illa prima omnium fuit, & cõissima, & sanctissima, quã Deus inter cæteras diuisas linguas populo suo reliquit, & ĩ qua lex data fuit: sed Deus non locutus fuit in aliqua voce sensibili: quia fuisset aliquid superuacuũ, cũ locutio sit ad indicandũ cõceptum alicui intelligenti: sed tunc nullus erat homo, cui vocaliter loq deberet. De his Isidorus 9. Etymo. Angeli autem, qui tunc erant nõ voce, sed solo intellectu percipiunt. ¶ Importat autem hic dicere Dei intelligere practicum, & velle, idest ꝙ Deus ab æterno indicauit, & voluit res pro tunc debuisse creari. ¶ Vel ponitur dicere, quia Deus sine aliquo labore, vel difficultate fecit, sicut imperare, vel dicere labor nõ est. ¶ Vel dicere pertinet ad patrem, inquantum per filium omnia operantur, qui est ars, & sapientia patris. Filius autem verbum est, ad quod dici pertinet: quia verbum est per dictionem passiuam. *fiat lux.* Incepit distinctio rerum a luce, & est ratio: ꝙa volebat Deus rerum distinctas productiones, & ornatus diuersis diebus coaptare, dies autem sine luce esse non potest: ideo eam in prima die fieri decuit: immo vt verius loquamur, primam diẽ a luce incipere necesse fuit. ¶ Secundo quia distinctio rerum est ad manifestationem earum; manifestatio autem sine luce nõ fit, cum omnia in luce demonstrentur. ¶ Tertio quia Deus voluit producere in distinctione sicut natura, quam creauit agere incipit; natura autem a communioribus incipit: vt patet in primo Phisicorũ in principio. Sic autem lux cõior est: quia reperit in cœlestibus, & in elemẽtis. s. in igne, & in ꝙbusdã corporibus mixtis. ¶ Sed prima ratio melior est: quia ista tertia modicum valet. Si enim Deus voluisset tenere ordinem nãę, primo incepisset a minus pfectis, sicut agit nã: lux autẽ de rebus pfectissimis est: immo inter corpora simplicia: & corporum ꝓprietates nihil ita pfectũ est, sicut lux. *& facta est lux.* Dicit hic lux quędam nubecula lucida, q̃ fuit facta in superiori parte materiæ, s. in loco, vbi nunc est solis circulus: & lustrabat in circuitu incidẽs in medio illius corporis nondũ distincti in varias rerũ spẽs, & lustrauit tribus diebus, donec in quarto die factus fuit Sol, qui nobiliori modo circuibat, q̃ illa lux: vnde creditur Solem de illa nubecula factum perfectũ substantialiter in alia specie, & accidentaliter in fulgore, & virtute influendi. Dicẽdum tamẽ, ꝙ ista nubes nõ erat eiusdẽ naturæ cũ nubibus, quas in aere fieri videmus: ꝙa illa de natura cœlesti incorruptibili erat, iste aũt de natura elementari. *Et vidit Deus lucem, quòd esset bona.* i. demõstrauit Deus lucẽ esse bonam per effectus, quos ei facere cõcessit, Deus aũt nõ vidit tunc nouiter, ꝙ lux esset bona: ꝙa ab æterno cognouerat, qualis futura esset. Vel Deus vidit lucem esse bonam: ꝙa nunc talis erat, qualis ei placere posset. *Et diuisit lucem a tenebris.* Istud verbũ diuisit nõ attribuit Deo, sed luci: quia lux formaliter distinguitur a tenebris, cũ tenebræ sint lucis priuatio: nec indiget, quòd ab agente extrinseco, vt a Deo causetur distinctio inter eã, & tenebras: & est sensus quòd lux creata diuisit inter lucẽ, & tenebras, i. inter diẽ, & noctẽ: ꝙa mo-

Cur Deus inceperit a luce.
Prima ratio.
Secũda ratio.
Tertia ratio.
Quæst. 13.
Qua voce locutus est Deus.

tu

Universidad de Deusto

tu illius nubeculæ distinguebatur dies a nocte, uel tps lucis & tempus tenebrarum: quod idē est. *appellauitque lucem diem.* idest tēpus lucis vocauit diē. In creatione rerum Adam posuit nomen omnibus rebus, secundum sapientiam a Deo datā; Deus autē posuit nomen quinque rebus, scilicet diei & nocti, mari & terræ, & hoī: vt patet hic cap. sequenti. *& tenebras noctem.* idest tempus tenebrarum vocauit noctem. *factum est vespere, & mane dies vnus.* idest dies primus: qa hic vnus non dicit principaliter numerum: sed ordinem ad sequentes dies: sic habetur Apoc. cap. 6. cum aperuisset agnus sigillum vnum, idest primum: quia ibi agitur de septem sigillis, quæ aperta fuerunt.

Quæst. 14. ¶ Et accipitur hic dies pro naturali, qui fuit ex die artificiali, qui vocatur mane: & ex nocte, quæ vocatur vespere. ¶ Et possunt accipi ista duo dupliciter, vno modo quòd fuerit antea vespere. i. tempus sine luce: quod tamē non erat nox, nec dies: quia nondum lux erat creata: & sic vespe est genus ad noctē: & isto modo dicemus, quòd materia corporum oīum corporeorum, & cœlum empyreum, & Angeli cū tēpore fuerunt creata per 12. horas ante, quæ faciunt vnā de noctibus, quæ sunt tēpore æquinoctiali, & post creata fuit lux, & circuit in duodecim horis medietatē cęli. s. vsque ad oppositū occasus punctum. Et fuit vna dies artificialis, & tūc ex duobus ijs cōpleta fuit dies nālis: & ista positio cōuenit ordini literæ ponētis prius vespere q̄ mane. Et conuenit priori literæ, quæ ponit materiā, & cœlum empyreū sine die creata; lucē aūt cum primo die creauit. ¶ Secundo modo pōt dici, q̄ principiū isti⁹ diei est a creatione lucis: & sic fuit primo mane, idest dies artificialis, dum lucida nubecula transiuit totum hemisphęriū, in quo creata sunt trāsiens a pūcto orizontis, in quo creata fuit vsq; ad punctum oppositū occasus: & accipitur istud hemisphęrium, vel orizon in respectum ad superficiem Lunā circularē transeuntē super centrū illius magni, & primi corporis: & in puncto signato in parte anteriori huius superficiei secundū circulum intersecantem signatur punctus orientis, siue punctus creationis lucis: & ille est verus oriēs, licet a nobis ignoratur. Punctus signatus in parte posteriori est pūctus occasus: & iste transitus fecit diem artificialē, deinde subintrante luce punctum occasus fuit vespere, siue nox vsque dū rediret ad locum, in quo creata fuit: & a quo incepit moueri: & isto modo mane prēcesit vesperi, licet primo ponatur propter causam assignatam in alia expositione. ¶ Et tunc dicemus, quòd cœlum empyreum, & materia omnium rerum creata fuerint cum luce simul. Vel posset dici, q̄ licet dies computatur mane, & vespere post creatam lucem: tamen ista tria fuerint creata ante lucem, & omnē diē: sed hoc non est rationabile: quia tunc tps illud, vel duratio, quę fuit inter creationē primā, & lucis creationem, non computaretur inter tpa vniuersi. Tenēdum est ergo aliqd de duobus primis. *dixit quoque.* Hic ponitur opus secundi diei. *fiat firmamentum.* factum fuit firmamentū secūda die, idest de parte superiori illius corporis magni assumpta fuit materia, cui Deus dedit formam substantialem cœli.

In quo pūcto signatur oriens.

Quæst. 15. ¶ Et nomine firmamenti accipitur tota magnitudo, vel moles cœlestis cōtinens octo orbes. s. cœlum stellatum, cœlum Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, atq; Lunę. In octauo aūt cęlo sunt oīa fixa astra, & zodiacus, qui dī circulus signorum, vel circulus animaliū, siue vitæ: qa p eius mfluētiā causatur vita in aīalib⁹: & mēsurat periodus nostros. In alijs aūt inferioribus orbibus ponunt singula astra, quę vocant Latinè erratica, & Græcè planetæ dicuntur, idest errantes: quia non tenēt semper eundē motū: sed aliquando declinant ad partem australem sub extremitate zodiaci: aliquādo ad partem borealem declinat.

Octo cœli vocantur hic cœli.

¶ Et isti octo cœli vocantur hic vno nomine. s. cœlū: quia populus rudis non iudicat esse plures cœlos: sed vnum, in quo sint Sol, & Luna, & cætera astra. Et sic etiā apud sapiētes dubium est: vtrum omnes sint vnū cœlū cōtinuum, vel sint plures orbes discōtinui, cōtigui tū. Sed omnis opinio est, q̄ sint plures orbes distincti numero, & specie: qa in cœlestibus in quolibet indiuiduo est vna specifica natura. ¶ Et vocat cœlū istud totū firmamentū a firmitate: quia substantia cœlestis firma, & durans est: & sic dī Iob. 37. Tu forsitan cū eo fabricatus es cœlos, q̄ solidi sunt quasi ære fundati. Hebraicè autem vocatur istud corpus totum cœleste. *raquia.* quod signat expansionem, & non firmitatem. & sic habetur Psal. 103. Extendens cœlum sicut pellem; & vocatur expansum: quia super totum orbem expansum est omnia tegēs. ¶ Rabbi Abrahā: Auenezra vidētur velle, q̄ istud firmamētū sit prima pars, vel intersticiū aeris, quod est inter nos, & locum aeris, in quo fiūt impssiones metheorologicę; & motiuū est, qa firmamentū dī positū in medio aquarū, s. inter aquas Oceani, & fluuiorū, quæ sunt in superficie terræ, & inter aquas, quæ generantur in medio intersticio aeris, sed ista positio nulla est: quia infra dī, q̄ Sol, & Luna sunt in firmamento: sed nō sunt in aere. *In medio aquarum.* i. inter cœlū cryſtallinū, quod vocatur noīe aquarum, & aquas inferiores, quæ sunt aquæ elementales; vel oīa elementa, quæ tunc vocabantur aquæ propter habilitatem ad faciendum ex illa materia aliquid, sicut aquæ magnæ passibilitatis est apta, vt ex ea aliquid fiat per aliquam condensationem. Et manserunt istæ aquæ informes vsq; ad tertium diem, in quo omnibus elementis formę datæ fuerunt.

Quæst. 16. Cœlum cryſtallinū.

¶ Cœlum autem cryſtallinū dī a similitudine cryſtalli, quia cryſtallus de riuibus facta est: & lucida est. Sic cœlum cryſtallinū de aqs gelidis, & dēsis factū est. Sed non est intelligendum q̄ illæ aquæ sint similes istis elemētalibus in specie: quia incorruptibiles sunt, & de materia subtili: sed quia illa materia sic lucida ē, & transparens assimilata cryſtallo transparēti, vel aqs gelidis. ¶ Et aliqui quęrunt quomodo ille aquæ non decurrūt in terram. ¶ Respondent aliqui, quia gelidæ sunt. ¶ Sed hoc nihil est: quia nō sunt veræ aquæ elementares, quibus aduenīat cōgelari, & rarefieri: sed conditio illius corporis est illa soliditas. ¶ Item quia si gelidatio faceret eas supra teneri, videt quòd si rarefierent, defluerent ad nos: & tūc necesse est dicere, quòd haberent grauitatem: & hoc dato, violenter ibi detinerētur, quod est cōtra naturam. ¶ Et istud cœlū cryſtallinū est primū mobile, quod mouet motu velocissimo, rotans infra vigintiquattuor horas omnes orbes ab oriēt ead occidētē ɔtra motus eorū ꝓprios. Et si nullus orbis huic ɔrius esset, quasi in breuissimo tempore motum perageret, intm quòd non pcipet motus eius ex nimia uelocitate. ¶ Et ideo dicebant aliqui imperiti, quòd istud cœlū de aquis gelidis erat, ne ex impetuosissimo motu calefieret, & cōsumeret. Sed hoc falsū est: quia corpora cęlestia nō magis calefierent, vel frigefierēt, si infinita velocitate mouerent, q̄ si maximā quietē haberēt; & illud cęlū est maximū corpus mobile: quia licet vltra illud sit empyreum: tn non mouetur; vnde aliqui dubitauerunt, vtrum locus corporeus esset: quia de eo clare non fit mentio hic, quòd creatū fuerit. Est hoc cœlū magis lucidę substantiæ, & densioris, quàm alij: ideo visibile est, & dī vltima superficies rerū visibilium. Intra ipsum sunt astra fixa, & erratica visibilia; nō tn orbes: qa rari sunt, & lucē cōgregatā nō habēt. Sola ergo stella in quolibet eorū visibilis est. In cryſtallino aūt ipsum cęlū vī, cryſtallinum & nullam stellā habet: sed vniforme est, & vī coloris esse azurini: qa in noctibus serenis nullis nebulis obuiantibus videmus illud in colore azurino declinare ad nigrū, vel obscurum propter multitudinem lucis aggregarę, & multum distantis. ¶ Hoc cęlū multis tēporibus incognitū extitit, s. vsq; ad tpa Ptolomęi, q̄ illud inuenit esse necessariū p probationē proprij motus octauæ spheræ, quæ in centū annis vno gradu mouetur ab occidēte contra orientē, & cōplebit cursum suū in anno magno, s. in triginta sex millibus annorū. *Diuisitque aquas, quæ erant sub firmamento.* i. materiam, ex qua facta sunt elementa, q̄ vocatur aqua: qa adhuc informis erat in secūdo die vsq; ad tertiū. *Ab ijs, quæ erāt super firmamentum.* i. a cęlo cryſtallino, quod erat super oēs octo orbes, q̄ vocātur firmamentū. *Et vocauit Deus firmamentum cœlum.* A celando, i. cooperiēdo, qa oīa celat, vel tegit: & hoc cōuenit cū noīe Hebraico, qa vocatur expansio, vel coopertura: vel dī cęlū quasi cęlatū, i. depictū variis astris fulgentibus. *Et factum est vespere, & mane dies secundus.* non est intelligendū, q̄ per totū diem Deus in faciendo quodlibet istorū opus moratus fuerit, sed faciebat subito quodlibet: & deinde dies, in quo fiebat illud opus denominabatur ab opere. Fiebat autem dies vnus, scilicet nox, & dies, per motum nubeculæ super orizontem, & infra.

Cœlū vnde dictū.

Quæst. 17. ¶ Et necesse est arguere ex hoc loco, q̄ illud corpus primum, in quo erat tota materia rerum, nō erat çqualiter dēsum in oībus partibus: sed in parte, in qua nūc est terra, erat quædā pars materiæ multū densa, & opaca: & non esset peruia luci, si autē fuisset çqualiter densa, sicut nubecula illa illuminabat partes superiores: ita illuminasset p totū corpus illud, quod esset luci peruiū; & sic non potuisset esse nox sicut nunc; si esset terra, & aqua ita rarę, vt ignis, & aer, nō esset nox: quia radij Solis pertransirent terram, & vbique omni tempore illuminarent; sed nunc terræ, & aquæ opacitas detinet radios Solares, ne transeant ad oppositum hemisphęrium. Ideo dum in vno est dies, in alio est nox.

Quæst. 18. ¶ Sed quęritur hic, quare non benedixit Deus operibus diei secūdæ, sicut in alijs diebus. ¶ Aliqui respōdent, q̄ hoc est: quia numerus binarius, qui conuenit secūdæ diei, infamis est, cū primus recedat ab vnitate: sed ista rnsio ridicula est: qa tūc magis infames essent oēs numeri sequētes, cū magis recedāt ab vnitate. Itē qa iste numerus laudat in scriptura Luc. 10. c. vbi dī, q̄ destinauit Deus discipulos suos binos ante faciem suā, & Mat. 22. c. q̄ in duobus mandatis tota lex pēdet, & Prophetę. ¶ Alij dicūt, q̄ cā est: quia Angeli illa die ceciderūt per peccatū. ¶ Sed hoc falsum est: qa Angeli post primū instās sui esse p primū actū electiuū ceciderūt in peccatū, & in pęnā. Nā sm q̄ volunt oēs Doctores, & sm cōdictionē naturę Angelorū Angelus p primū actū electiuū cuicūq; īhęret, totaliter inhęret: qa est vnitas potentiarū eiusdē gnis in eo: iō in primo actu cōfirmat, vel obstinat. Sed nō est verisimile, q̄ in toto die primo suæ creationis nullū actū volitiuū habuerit eligēdo: qa substātia intelligibilis nō eēt tanto tpe ociosa. ¶ Ideo dicendū, q̄ inter creationē Angeli, & occasum suū non interceſſit perceptibile tps: ergo in prima die ceciderūt. ¶ Itē dato, q̄ in secūda die cecidissent, nō tollebat hoc, qn Deus beneficeret creaturas suas, nisi forte dicamus, q̄ Deus de casu Angelorū iratus in die illa benedicere noluit. ¶ Sed hoc absit, qa in Deo talia ponere nefandū est: maxime qa sicut Deus dī lætari cū miseret; ita ēt lætari, cū iuste punit, cū vtrūq; sit ad honorē suū, & pulchritudinē vniuersi. ¶ Sed dicēdū est sm Rabbi Salomonē, & veritatē q̄ nō approbauit Deus, vel benedixit facta in die secūdo: qa benedictio dat rei cōpletæ, in secūdo aūt die licet cœli creati fuerint, vel potius de materia creata

Angeli post primū instans sui eēs peccauerunt.

Responsio vera Rabbi Salomonis.

facti: qa tn memorātur aquæ cęlestes diuisę ab elemētalib⁹, & elemētales nō fuerunt distinctę, vel formatæ vsq; ad tertiū diē: iō opus illo die inceptū nō fuit cōsumatū vsq; ad sequētē diē, in quo opus vtriusq; diei vna benedictione, vel approbatione benedictū est: licet in tertia die ponant duæ approbationes, tn secūda refert ad aliud opus, s. ad ꝓductionē arborū, iō in prima approbatione de cōgregatione aquarū simul benedicūtur cęli, q̄ vocant aqua. *Dixit vero Deus.* Hic agit de opere tertij diei, & sunt duo opera, s. congregatio aquarū, & ꝓductio arborū, & istud opus est de distinctione materię elemētalis: vn licet solū fiat hic mentio de aqua, & terra, tn intelligit de alijs elemētis: qa tunc ignis, & aer facti fuerūt; sed qa nobis videri nō pnt in suis spheris nō exp̄sit ea populo rudi: qa nō erat intētio Moysi dare cognitionē illi populo de oī gne creaturæ, sed dicere q̄ Deus creasset oīa, q̄ erāt, & qa ista solū eē putabāt cū alia nō viderēt, iō de ijs solis exp̄sit. *Congregentur aquæ.* Hic loqtur specialr de aqs, q̄ sunt vnū elemētū, & nō de aqs, vt dicūt totā materiā oīum elemētorū, vt s. accipiebat, vt patet; qa aquę elemētales fuerūt cōgregatę in locū vnū, & non ignis, nec aer: quia ista manēt orbiculariter terram, & aquam circundantia.

¶ Et posset aliqs dicere, q̄ elemēta sunt distincta in suis substātialibus formis, qn dictū fuit, q̄ firmamētū factū fuit, vt distingueret aquas ab aqs; sicut ergo tūc aquę superiores, i. cęlū cryſtallinū factum intelligit: licet solū dicat, q̄ fuit diuisum ab inferioribus aqs mediāte firmamēto: ita aquę inferiores, q̄ tunc a superioribus diuisę narrant, fuerūt distinctę, & ꝓductę in species elementorū: licet māserit aqua sup terrā expansa vsq; ad tertiū diē. Et satis hoc conuenit literæ, q̄ dicit. *Congregentur aquæ, quæ sub cœlo sunt.* Quia præsupponit aquas, q̄ cōgregari debebāt, iam extitisse, s. in ꝑcedēti die secūdo. Et satis mihi vī ista positio rōnabilis, & cōsona textui. ¶ Cōmuniter tn dī, q̄ aquę, & alia elemēta in tertio die facta fuerint, & posset esse rō: qa Deus cum creauit aliquas naturas, licet non immediate ornauerit: quia illud extrinsecum est; tamen qualitates extrinsecas bene disponētes tribuit. Locus autem est aliquid consonū naturæ rei, & qualitas motiua ad locū, ideo vī, q̄ a principio suæ productionis aqua locū suum, & propriam qualitatem habuerit, sed non habuit ista vsque in tertium diem: ergo in isto die fuit creata, & tunc est dicēdum, q̄ creatio, siue productio aquarum, & congregatio in locum vnū fuerit simul. *In locum vnum.* Quia ante tota materia aquæ, vel ipsa aqua stabat expansa toti superficiei terræ sphericæ, & non congruebat hoc animalibus futuris, & graminibus. Siue ergo dicātur aquæ in secundo die factæ, siue in tertio, magis mihi videtur, q̄ ante ꝓductæ fuerint, quàm congregatę: quia congregatio supponit existētiam. Et maximam confert ad hoc probabilitatem, immo necessitatem id, quod supra diximus, scilicet q̄ spiritus Domini ferebatur super aquas, idest uentus flabat super aquas ad diuisionem, uel saltem ad deficationem. Quocunque modo fuerit, necesse est fuisse aquam super totam terræ superficiem, antequàm congregaretur in locum unum. Ad istam congregationem aquarum Deus fecit quasdam magnas cauernositates, & profunditates in terra, ne si terra plana esset, aqua super totam terram effluēret.

Quæst. 19.

Quæst. 20.

¶ Et ex hoc arguunt quidā imperiti dicentes, q̄ ante diluuiū tota terra erat sphęrica, sed aquæ diluuij fecerunt cōcauitates, & mōtes. Si hoc uerum esset, ubi erat ante Oceanus quin toti terræ illaberetur? Et si dicant, q̄ in mari cauernositates erant, sed terra apparens, sine aqua tota plana erat. Sed si hoc uerum est, ubi erat paradisus terrestris, qui usque ad globum Lunarem accędere dī? Ipsa etiā scriptura eos arguit infra

c.7. vbi dicit, q̄ aqua diluuij excedit mōtes altissimos terrę quindecim cubitis, & q̄ sedit arca in montibus Ararath. ¶ Etiā ga naturæ valde consonū est esse mōtes: quia sine montibus non est terra multum fertilis: nec bonę influentię: esset enim terra multum sicca: ga fontes naturaliter nō possunt gigni, nisi locus originis sit ad minus æqualis loco, in quo erumpit, cum aqua solum ascendere potest ad æquilibram: & per Philosophum patet in 2. Methe. Sed data terra spherica, cum aqua erumpere debeat de sub terra: & ibidē oriri, nunquam posset erumpere, quia locus originis semper esset inferior loco scaturiginis fontalis. Item quia montes alti faciunt valles propinquas irriguas propter originem fontalem in montibus deriuatam ad planiora. Faciūt etiam montes esse diuersas influētias in terris ex diuerso modo receptionis radiorum solarium, & aliorum astrorum: vnde contigit quòd in vallibus habētibus montes expositos radijs solaribus citius fructus matureſcant, quàm in locis planioribus coniunctis. Multæ & aliæ vtilitates fiunt a montibus, ideo Deus non priuasset illam primam ætatem tantis beneficijs, cum dicatur fuisse inter omnes delectabilissima quasi ver æternum. *& appareat arida.* idest terra, quæ ante latebat sub aquis incipiat apparere quantum ad aliquam partem scilicet habitabilem. *vocauit Deus aridam terram.* Hoc nomen datum est terræ asperæ: arida autem vocata fuit a qualitate, & densior erat quàm aqua, & ad siccitatem aptior. *congregationes aquarum appellauit maria.* More scripturæ Hebraicæ, quæ quamcunque magnam congregationē aquarum vocat mare, vt mare Tiberiadis, mare Galileæ: & tamen sunt stagna, quia idem quod vocatur in Euangelio mare Genezareth, vocatur in alio loco Euangelij stagnum Genezareth: sed idem est. Et nominat hic plures congregationes aquarum, ex quo non patet vtrum solum sit Oceanus cum mari Mediterraneo, quod ab ipso procedit, & habitabilem terram interluit: uel sint aliqua alia maria, vel aquarum cōgregationes non deriuatę ab Oceano. Sicut enim de ijs, quæ vltra æquinoctialem sunt, ad nos rumores non peruenerunt, siue aliquis ibi habitet, siue non: ita etiam de maribus, vel paludibus vtrum vltra sint aliqua præter nostrum Oceanum. ¶ Vna autem causa est, quæ multum me mouet, vt fatear homines non habitare vltra æquinoctialē, scilicet quia apostoli iuerunt in omnem terram: vt patet Psalm. 18. Sed constat ex historijs, quod nullus eorum pertransiuit æquinoctialem. ¶ Et si dicas quòd solum ambulauerunt in omnem terram, quam nos cognoscimus, scilicet citra æquinoctialem: & ista uocetur omnis terra: licet aliæ terræ vltra sint. ¶ Respondetur quòd non est rationabile: quia saluator noster vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, ut habetur prima ad Thimo. 2. c. ergo si ibi homines essent, misisset ad eos aliquos apostolos, cum ipse mandauerit eis ire per vniuersum mūdum, & prędicare Euangeliū oī creaturę, i. oī hoī, vt patet Mat. vlt. & Mar. vlt. *germinet terra herbam.* Istud opus ptinet ēt ad tertiā diē, & fuit post separationē aquarū, & deficcationē terrę: ga non poterat terra sub aquis germinare; nec cōueniebat, quia nulli proderat. Dicitur germinare, idest germen, vel herbā emittere. *& facientem semen.* idest quòd illa herba primo a Deo producta haberet semē secūdum suam speciem, vt deinde ex illo semine alia herba naturaliter gigneretur. *& lignum pomiferum.* idest lignum, vel arbor faciens fructum. ¶ Dicitur pomū tribus modis. vno modo specialiter, p quodā fructu, q vocat malū, i. rotūdū, ga valde rotūdū ē; alio modo, p oī fructu nō habēti testam, sed tenerā cutem, vel coricem, vt pyrum, pomum, cerasum, & cætera; & tunc distinguitur cōtra nucem; prout signat omnem fructum habentem testam duram, vt auelanam, amigdalam, nucem: tertio modo significat omnem fructum, & isto modo accipitur hic, quia vniuersaliter loquit scriptura de arboribus. In hebræo dicitur. *& lignū fructus.* ex quo dicunt aliqui Iudei, quòd a principio lignum, & fructus erant eiusdem saporis. ¶ Sed hoc falsum est, quia naturaliter repugnat cum sapor consequatur digestionem humidi factam a calido contemperato: lignum autem naturaliter, & necessario est durioris substantiæ, quàm fructus. Ideo nec ita digeri potest, vt eundem habeat saporem. Nec valet q̄ dr̄, quia infra 3. cap. habetur simile: vbi nos dicimus; Cain erat vir agricola. Littera hebraica hēt; Cain erat vir agri, i. colens agrū. Sic ergo dicetur lignū fructus, i. faciēs fructum. *Faciens fructum iuxta genus suum.* idest, speciem suā; quia ligna diuersarum specierum. Et ideo ex fructu diuerso poterimus cognoscere diuersitatem specificam. ¶ Et ualet consequentia iste arbores producunt fructus diuersos, ergo sunt diuersarum specierum. *Cuius semen in semetipso sit.* Cum enim indiuiduum quodlibet in his inferioribus corruptibile sit, datur semen, ut quòd in se perpetuari non potest, per generationē in simili perpetuetur, & illud semen est in qualibet arbore intra se ipsam, ut ipsa a principio intrinseco sit potens se conseruare per generationem. *Super terram.* Aliqui intelligunt hic, quòd semen cuiuslibet arboris est super terram, siue lignum, ita quòd in fructibus sint quædam grana, quæ habent uirtutem generatiuā in illa specie. Sed hoc non est semper uerum, quia aliqua signa, uel arbores sunt, cuius uirtus generatiua est in radicibus, quæ sunt infra terram, & non in alia parte. sed dicitur *Super terram.* idest, in terra, s. quia uirtus generatiua, uel seminalis nō debebat adduci de cęlo, uel de infimis terræ, siue de aliquo alio elemento. *Et protulit terra, &c. lignum faciens fructum.* idest, quòd sicut creatæ fuerunt arbores, ita pleni fuerunt fructibus. Et credendum puto, quòd nunquam arbores tātum de fructu, & tam bonæ complexionis produxerūt. ¶ Ratio, quia semper operatio, quæ a solo Deo est, perfectior est, quàm perfectio naturalis. Et sicut Adam dicimus fuisse hominem melius omnibus hominibus complexionatum, præter Christū: ita & de omnibus rebus, s. de primis equis, primis leonibus, & similibus; ita quia tunc complexio terræ erat in optimo gradu, deinde continuo quia corruptibilis est declinat ad senium, ut res productæ minoris semper uirtutis sint.

¶ Et circa hoc est dubitatio multorum, quo tempore mūdus creatus fuerit, idest, quæ qualitas temporis, uel anni fuit illa, quam tenuit mūdus in creatione sua. ¶ Et dicunt aliqui, q̄ fuit mensis Martij, & p̄bant: ga illo tpe herba germinauit, quod pertinet ad Martium. ¶ Item ga dr̄ Exo. 12. c. Iste mensis primus erit uobis in mēsibus anni, & loqtur de Martio, in quo fit Pascha Iudæorum de azimis. ¶ Et si arguatur contra istos, q̄ in creatione orbis arbores fructus maturos habuerunt, q̄ pertinet ad Septēbrē. ¶ Respōdere pñt, q̄ in creatione nō habuerūt arbores fructū, sed ga datur eis potentia productiua fructus, & semen ad generationem alterius arboris. ¶ Sed hoc falsum est, ga si nō habuissent arbores a principio fructus maturos, quid comedisset homo, & multa alia animalia, q̄ fructibus uescuntur usque ad maturitatem? quia homo herbis non uescetur. ¶ Item quia Deus dixit hominibus primis creatis, q̄ dabat eis in escam fructus arborum, & herbas, s. aliquas, quas hoīes comedunt: sed non ita indifferenter, ut bestiæ. Si autem tunc non erant fructus, quomodo dabat eos in escam hoībus? ¶ Itē quia opera Dei perfecta sunt, ut patet Deut. 32. Dei p̄fecta sunt opera. Sed nō est arbor p̄fecta, nisi cū fructus

fructus maturos habet. ¶ Item quia Deus mandauit Adę, & Euę comedere de fructibus ligni paradisi die, qua fuerunt creati. Gen. 2. c. ¶ Et rationes quas adducunt, non probant, primum de herba virēti, quia herba non solū viret in Martio, sed ēt in Septēbri: ga maiori tpe anni viret, licet principiū virēdi est principiū veris, s. in Martio. ¶ Secunda ratio non valet, quia magis probat oppositum, s. iste mensis erit vobis primus in mensibus anni. Ergo videtur quòd ante non erat ille primus, quia si fuisset, nō oportebat mādare hoc, sed ante Iudæi obseruabāt menses secundum principium creationis, quia cōstabat eis de creatione ex fide deriuata a patribus in filios. Et nūc Iudæi obseruāt Martium, vt primum in mensibus quantū ad solemnitates propter liberationē de Aegypto, in qua celebrauerunt Phase, quod est primū inter oēs solemnitates; sed quantū ad alias cōputationes Septēbrē primū mēsem faciunt, & sic cōputat scriptura, vt patet Exo. 23. c. & solemnitatē quoq; in exitu anni, quādo cōgregaueris oēs fruges tuas. Hoc aūt in Septēbri est, ga ibi agit de festiuitate tabernaculorū, quæ fit quintodecimo die Septembris, vt patet Leuit. 23. c. Et sic dr̄ Exo. 34. c. & solemnitatē, quando redeunte anni tpe cūcta conduntur, i. q̄ in Septēbri exitus anni est, & tūc redit alius annus, vel dicitur annus redire ad principiū suū.

¶ Est ergo positio cōmunior, q̄ mundus inceperit cū mense Septēbri ēt, ga arbores cunctæ fructus suos tūc maturos habebant, quod conuenit Septembri, vt probatū est. Falluntur ergo illi, qui dicunt solē creatū fuisse in primo gradu Arietis, quia hoc est in medio Martij. Est ergo dicendū, q̄ creatus fuerit circa finem Virginis, vel in principio Libræ; ga hoc est circa mediū Septēbris, q̄n cunctę arbores fructus maturos habēt. ¶ Si aūt dicas, q̄ in Ariete sol creatus sit, cū impossibile est solē stare sub illo signo, nisi in mense Martij, dicetur q̄ tunc arbores non habebant fructus maturos, quod est cōtra supradicta, & textum. Vel dices, q̄ arbores tunc erant cū fructibus, & ceciderunt illi fructus, & rursus habuerunt alios in Septēbri. ¶ Sed hoc non cōsonat, quia fructus nō defluunt, nisi ex magna valde maturitate, vel ex frigore desiccante, & aduente humidum glutinosum tenax, quo folia, & fructus coniunguntur arbori, & dependent ab ea. Sed istud non est in vere, vt fluerent fructus, & renascerentur alij. Item cum fructus, qui nascuntur, & debent esse maturi in Septembri, incipiant pullulare in arboribus saltem in floribus, & folijs satis cito post Martium, ergo oportebat fructus, qui creati fuerant, vel producti subito diuinitus in arboribus, satis cito post, p̄ductionem suam defluerent, vt darent locum fructibus sequentibus ad Septembrem naturaliter maturandis. Sed istud valde irrationabile est; nisi forte dicatur, q̄ hoc fuit sub æquinoctiali, vel parum distanter ab ea, in qua terra est duplex ver, & duplex hyems, & duplex fructificatio arborum quolibet anno, vt est in insula Taprobane, quæ est in India. De qua Isidorus 14. Ethymo. & Solinus in Polistor. c. de Taprobane, & in talibus terris erunt arbores maturæ in Martio, & Septembri, quia vtroque tempore est ęstas, cum sit tunc Sol in maxima ascēsione ad zenit eorum. ¶ Sed ista respōsio non valet, quia maturitas fructuum, quæ fuit in primordio creationis, nō fuit solum sub æquinoctiali, sed per vniuersam terram, cum Deus ageret ibi per se, & non mediante Sole, qui magis influit in parte illa, quàm ad remotiores partes mundi; maxime quia ista fructificatio esse debebat principaliter in omni loco, vbi erat Adam, & bruta aīalia, vt sumerēt in cibū, vt patet infra in litera. Sed Adam dr̄ creatus in campo Damasceno, siue Hebron, vbi nūc sepultus iacet, vt patet Iosue 14. c. Est autem Hebron in terra Iuda distās a Hierusalem octo leucis, vt patet in libro diuisionis Terræ sanctæ. Erat ergo in medio quarti climatis multum distanter ab æquinoctiali; animalia autem bruta erant per varias mundi partes; ideo vbique fructus, & herbæ esse debebant. Vel oportebit dici, quòd fructus producti fuerunt in Martio maturi, in Septembri autem nulli fructus: & deinde vsque ad alium Septembrem nō fuerūt alij fructus maturi, & tunc ponetur annus, & dimidius a prima maturitate fructuum vsque ad aliam maturitatē: sed hoc contra consuetudinem naturę est; & videtur esse a natura deficienti, quod non cōgruit assignare primordijs rerū, quādo natura magis vigebat. ¶ Concluditur ergo quòd mundi creatio facta fuit cum tempore mensis Septembris existente Sole in quarta die creationis, in fine Virginis, vel in principio Libræ. De hac materia tangitur infra c. 7. *Et vidit Deus, quòd esset bonum.* i. iudicauit esse bonū, ga cōplacuit in existētia, q̄ placuerat ab æterno in p̄sentia. *Dixitque Deus.* Hic agit de opere quarti diei, & incipit hic ornatus rerū creatarū, & distinctarū. Supra ponebātur arbores, & herbę in terra, nō qdē ptinētes ad ornatū, licet terrā decorēt, sed ad distinctionē. ¶ Ratio ga ista vident esse q̄dā partes terræ, cū radicibus suis firmiter inhęreant terræ: ornatus aūt p̄priè pertinet ad aliqd extrinsecū aduenięs, sicut sunt aīalia bruta, & homines, aues, & pisces. Omnia enim hæc elemētis suis superaddita, sunt per se mota.

¶ Et si forte aliquis dicat quòd sunt partes orbium Sol, & Luna cum cæteris astris, ideo quòd debēt pertinere ad distinctionē, & nō ad ornatū. ¶ Respōdetur quòd septē planetę, licet sint partes orbiū suorū, hēnt tn̄ motū per se distinctū a motu orbiū suorū, vt patet manifeste in Astrologia, sicut aues a motu aeris, sed nō tn̄; iō bene dicuntur ornatus. ¶ De astris aūt octauæ spheræ nō ita vr̄ quòd sint ornatus, quia fixa sunt, nec videret moueri motu distincto contra motū firmamēti sui, licet aliq ponant ea in centricis, & epicyclis moueri: nō tn̄ declināt, sicut erratica astra; quare nō sunt p̄priè de ornatu, sed sunt sicut arbores in terra. Quia tamen populus cui Moyses loquebatur, erat rudis videns illa astra mouere, nō distinguebat, an per se astra mouerēt̄ur, an cum toto orbe: & quia orbem non videbant, iudicabant ea per se moueri: ideo secūdum eos ad ornatū pertinebāt. *Fiant luminaria in firmamento.* Luminaria vocantur hic Sol, & Luna, licet oīa alia astra luceāt: ista tamen magis principaliter lucēt. *In firmamento cœli.* Sol, & Luna sunt in firmamento cęli, prout firmamentū dicit totam magnitudinē oīum orbium cœlestium a concauitate orbis Lunæ vsque ipsum cœlū stellatū inclusiuè. Tunc enim cum Luna sit in primo orbe, & Sol in decimo, dicūtur esse in firmamēto. Si tamē accipiat firmamētū, p octaua spher̄a, nō est Sol in firmamento, vel Luna, sed sub firmamēto: tamē isto modo loquendi vtūtur Astrologi dicētes Solē esse in Ariete, vel Tauro, & Luna, & sic de alijs planetis, i. sub Ariete, vel alio signo. *Et diuidant diem.* Ista sunt, ad q̄ facta fuerūt luminaria: vnde sciēdū quòd luminaria, & oēs aliæ res a Deo principaliter creata sunt ad suā gloriā, deinde ad vtilitatē hominū, & aliorū aīaliū. Ponit tn̄ hic Moyses solū cām secundā, ne populus Iudaicus q̄ ad idolatriā promptus erat, aliquā errādi occasionē assumeret: ga maior cā erranti erat eis in Sole, & Luna, q̄ in alijs rebus: qa ista a gē tilibus multū colebātur: iō dr̄ Deuteron. 4. c. Caue ne forte eleuatis oculis in cęlū videas Solē, & Lunam, & omnia astra cœli: & errore deceptus adores ea, & colas ea, quæ creauit Deus in ministerium cunctis gentibus. ¶ Et ponuntur quatuor vtilitates, quas faciunt luminaria. ¶ Prima est, quia homo est animal fatigabile, non potēs semper laborare, sed indigens requie, &

Cur necesse sit esse montes.

Cap. 1.

An aliqui habitāt vltra æquinoctialem.

Respōsio.

Quarta ratio.

Solutio primæ rationis primę opinionis.

Solutio secundæ rationis.

Cur Iudæi Martiū inter reliquos menses vti primum propter solemnitates obseruent.

Quæst. 22.

Secunda, cur in Ariete.

Respōsio

Cōfutatio.

Cōfutatio secunda.

Hebron ciuitas.

Quæst. 23. An sidera, & planetæ pertineant ad ornatū, aut ad distinctionē.

Quomodo Sol, & Luna dicūtur esse in firmamento.

Quot vtilitates faciunt luminaria.

& somno; ideo luminaria. s. sol principaliter facit vicis F
situdinē in tempore, distinguens diem, congruū tem-
pus ad laborandum, noctem autē ad vacandum quie-
ti per somnum, & hic tangitur cum dicitur, *Diuidant diem à nocte*. ideſt, per motū Solis diſtinguatur dies ar-
tificialis a nocte, & ſint in ſigna. Secūda vtilitas eſt, ꝙ
per aſtra cognoſcatur aliqua diſpoſitio futura in tem-
pore. ſ. ſerenitatis, & tempeſtatis; famis, & fertilita-
tis; belli, & pacis; mortis, & vitæ.

Quæſt. 24. ¶ Intelligendum tamen eſt ꝙ corpora cæleſtia nūquam ſignant aliquid, niſi illud efficiant. De hoc la-
tius infra 40.c. dicetur, qa ſi aliqd ſignificant, aut illud
ſolū pōt naturaliter fieri, aut ꝑ Deū ſine aliqua actio-
ne naturæ. Cælū aūt nullo modo ſignificat ea q̄ Deus
ſolus agere dēt ſine aliqua naturali actione, qa nō hēt
cælū aliquā talē cōnexionem ad Deū, vt cauſalitates G
ſupnāles demōſtrent ꝑ nāle agens; maxime qa Deus
inquātū ſupnaturaliter agit, nō hēt aliquē ordinē agē-
di determinatū: cælum autē hēt ordinem ſignificandi
determinatū. ¶ Itē quia Deus agit in his purē volun-
tarie, cœlū autem pure naturaliter; ſi aūt cælū ſigni-
ficat aliquē effectū naturaliter ꝓducibilē, ipſum cælū
principaliter ꝓducit, cum cœlum ſit origo omnium
naturaliū agentium; vnde ſi cælum ſignificat famem,
illam efficit; ſi aquarū inundationē illā etiā efficit. Sed
Moyſes nō attribuit hic cauſalitatē cælo, ſed ſignifica
tionem: ne daret cauſam errādi. ſ. ſi cælum tanquam
potens, & dominans in ijs inferioribus poneretur; vel
ne attribuerent ei cauſalitatem ſuper liberū arbitriū,
ſicut aliqui attribuerunt. *Tempora, dies, & annos*. Ter- H
tio, ꝓficiunt luminaria, quia vtilia ſunt ad diſtinguēdū
temporis qualitates ſecūdum diuerſas tēporis partes
.ſ. ver, æſtatē, autūnū, & hyemē: quia iſta quatuor tē-
pora ſunt diuerſarū cōplexionū, & cauſantur motu
Solis, quia exiſtēs Sol ī ariete, tauro, & geminis facite
ver; in alijs tribus ſequētibus facit æſtatem; in alijs tri-
bus facit autumnum; in vltimis tribus facit hyemem.
Deinde reuoluitur annus ad ver. Dies fiunt per mo-
rum Solis ſuper noſtrum hemiſpherium; annus fit ꝓ
motum diſcurſiuum Solis in omnibus duodecim ſig-
nis a puncto ad punctum. *Vt luceant*. Quarta vtilitas
eſt, vt hominem ad videndum adiuuent, quia nulla vi-
ſio ſine luce fit. *& illuminent terram*. ideſt animalia exi-
ſtentia in terra, vel illuminent terram. ſ. quod ꝓ mo-
tum, & lucē influant in iſta inferiora ad generationē,
& corruptionem. *fecit Deus duo luminaria magna*. ideſt
Solem & Lunam; Sol autem magnum luminare eſt,
quia nullum corpus ſphericum tantū eſt: quodlibet
enim aliorum aſtrorū, vel corporum elementarium
minus illo eſt, Luna autē vocat magnū luminare in
De magni tudine Lunæ. cōparatione ad alia; nō quantum ad rem, ſed quātum
ad apparētiā; quia ꝓter Solem nūllū maius corpus vi-
deſt, q̄ Luna; & tamen ſecūdū demōſtrationes aſtro-
logicas Luna eſt maior octies tota terra, & quolibet
aſtro viſibili Luna ad minus octo vicibus minor eſt:
propinquitas tamen orbis eius ad nos in cōparationē
ad alias orbes facit magnitudinem apparētiæ. *Lumina-
re maius*. ſcilicet Solem. *vt præeſſet diei*. K

Quæſt. 25. Opinio Iudæorū de luce Lunę. ¶ Dicunt aliqui Iudæi quod Sol, & Luna a princi-
pio fuerunt ęqualis claritatis, ſed Luna volens hēre
ſingularē gloriā ſugeſsit Deo, vt diminueret lumen
Solis: dicēs quòd non cōuenit vni regi hēre duas co-
ronas ęqualis valoris, cui reſpondit Deus, ergo dimi-
nuatur lux tua. Et mouentur iſti: quia dicitur: fecit
Deus duo luminaria magna; vtrumque enim vocat
magnum, non abſolute quaſi ęqualiter magna, ſed in
apparentia ad alia aſtra, quia maiora omnibus alijs
Cōfutatio opinionis. aſtris apparent. ¶ Et apparet falſitas: quia ſi luna fuiſ-
ſet a principio æqualis in luce ſoli, non poteſt eſſe lu-
ce ſolari præſenti nox: ita non poſſet eſſe nox præſen-
te Luna. ergo a principio non fuiſſet nox, quia fuit
Luna creata in loco plenilunij; & ideo exiſtente So-
le ſuper orizontem, ipſa ſtabat infra, & Sole cadente
ſub orizontem, Luna ſtabat ſuper orizontem. Item
Sol, & Luna, & cętera corpora cęleſtia ſunt inanima-
ta; loq aūt ad aīata rōnalia pertinet. *Luminare maius vt
præſit diei*. ideſt ꝙ in poteſtate Solis ſit facere diem: qa
per lucem eius cauſat dies, & non per lucem alicuius
alterius aſtri; & ideo vbicunque Sol ſit, dies eſt; & qa
Sol ſemp eſt in aliquo orizonte alicuius partis mūdi,
ideo ſemper eſt Sol, diem cauſans in aliqua parte mū-
di. *Et luminare minus*. ideſt, Lunam. *vt præeſſet nocti*.
nō pōeſt Luna nocti, ſicut diei prędeſt Sol; ſol enim vbi-
cunq; fuerit, cauſat diē, & ꝑ abſentiā cauſat noctē: ſed
Luna non cauſat ubicunq; fuerit, noctē, qa ēt ſi Luna
fuerit ſup nr̄m orizōtē, ſi tn̄ ibi fuerit Sol, nō erit nox:
& dato ꝙ Luna nō fuerit ſup noſtum orizontē, ſi tn̄
Sol etiā ibi non fuerit, nox erit; ergo nō cauſatur nox
Luna pn̄te, nec deſinit cāri ea abſente. Dicitur tn̄ præ-
eſſe nocti, quia maius lumen, quod in noctibus eſt,
a Luna eſt; licet alia aſtra aliqd conferant. *& ſtellas*.
Dicit ſtellas eſſe in adiutoriū noctis, quia licet aſtra
omni tpe ſint ſuper terram, tn̄ ſolum in nocte lucent,
quia hemiſpheriū, quod in die ſup nos voluīt, ſtellis
plenū eſt; tn̄ pn̄te lumine ſolis nō videnť; ſi tn̄ aliquā-
do contingat totā Lunam directe ſupponi radijs ſo-
laribus, & Solē eclipſari, apparebit cœlū aſtris plenū.
¶ Vel etiam ſi declināte Sole ad occaſum, vel paulo-
poſt ortum. Si aliquis intret profundum puteum, in
cuius profunditate, nec radij incidentes a Sole per-
uenire poſſunt ad oculos, nec radij reflexi, tunc vi-
debit ſtellas exiſtentes ſuper zenit capitis per radios
directe incidentes: quia tunc nihil perturbāt radij ſo-
lares, quaſi ſi ſol eſſet ſub orizonte. hoc autem non
poteſt apparere in meridie, niſi puteus ſit valde ꝓfun-
dus, vel Sol ſit circa capricornum, quando habet ma-
ximam declinationem ab æquinoctiali. *& poſuit eas
in firmamento*. Hoc non ſolum refertur ad ſtellas, quæ
ſunt in octaua ſphera, ſed ēt ad Solē, & Lunā, quia dr̄
infra, vt prędeſſent diei, ac nocti: ſed nullū aſtrū præeſt
diei, niſi Sol; iō de Sole ēt intelligit: & cū dr̄ ꝙ ſunt in
firmamento, verū eſt, quia oēs octo orbes vocātur ge-
neraliter firmamētū, & debēt hic reddi ſingula ſingu-
lis. *vt præeſſent diei*. Quantū ad Solem. *vt præeſſent nocti*. I
Quantū ad Lunā, & cętera aſtra. *Dixit autem Deus pro-
ducant aquæ*. Hic ponitur opus quinti diei, deſcripto or-
natu cœleſti, ponitur ornatus elementorū, & ponitur
primo de aere, & aqua; ignis enim nō hēt ornamētū,
qa tantę actiuitatis eſt, ꝙ in eo non poſſet aliquod aīal
viuere: & ex hoc patet ꝙ caliditas ignea magis repu-
gnat naturę aīalis, q̄ frigiditas aquea, qa in aquis frigi-
dis viuere poſſunt aliqua aīalia ſemper, in igne aūt nul
lum diutius viuere pōt; poteſt tn̄ per aliquod ſpacium
manere in eo ſalamādra. Aeri ergo aues datæ fuerūt,
& aquis piſces. *Producant aquæ*. Productio denominat
actionē, quod non conuenit aquis, quia aquę nō habe
bant talē potentiā actiuā, vt aliquid ſubito ex ſe ꝓdu-
cerēt. Fuit ergo iſta productio a Deo, ſed fuit iſta cau-
ſalitas ab aquis in genere cauſæ materialis. ¶ Et dicun
tur hic, ꝓducti piſces ex aqs, non ꝙ ex ſolis aquis, ꝓdu-
cti fuerunt, qa in oī mixto cōueniunt quatuor elemē-
ta; quāto magis impfecte mixtis, quēadmodū ſunt ele
mētata aīata? ſed dicūtur, ꝓducti de aqua: qa aqua ma-
gis dn̄atur in cōplexione eorū, & ſubſtātia, & iō non
ſunt tāti nutrimēti, & ꝯfortationis, ſicut carnes aīaliū,
q̄ ex terra naſcunť. ¶ Et iſta eſt cā quare ieiunātibus, q̄
ſe affligere debēt, licet comedere piſces, & nō carnes:
multū enim carnes roborarent. *Reptile animæ viuentis*.
ideſt aīal viūs reptile, ſ. quod plures pedes hēt valde
paruos, ſup quos nō eleuatur, ſed oportet reptare ſup
terram. Vel animal quod pedes nullos habet, & ta- A
lia morantur in aquis, vt communiter, licet aliqua
reptilia ſint in terra, vt ſerpentes parui, & vermes,
in aqua tamen omnes piſces reptilia ſunt, quia ven-
tribus ſuis ſuper aquas reptant, nec indigēt pedibus,
licet reperiatur aliqua ſpecies piſcium, qui pedes ha-
Cap 6. bent, & aliquando in terra morantur, & aliquando
in aqua, vt ſunt Crocodili, vt ait Iſidorus 12. Etymo.
qui in flumine Nilo Aegypti plurimi ſunt, & nocte
de aqua exeuntes ſegetes depaſcunt, & homines oc-
cidunt. Horum tanta duricies eſt, vt ſi magna lapi-
dum mole eorum terga premantur, non ſentiant,
hos Serræ piſces parui eorum teneritudines ventriū
deſecantes, occidunt. De his multa Solinus in Poly- B
hiſto. cap. de Aegypto. *Et volatile ſuper terram*. Aues
etiam de aqua factæ ſunt principaliter, & conſequen-
ter de alijs tribus elementis; ſed non iſta formatio fuit
eodem modo, quia piſces de pura aqua craſſa forma
ti ſunt: aues autem de aqua magis reſoluta, & contē-
perata qualitati aeræ, ideo locum habuerunt aerem.
Ratio cur aues ſubtilioris nutritionis ſint, quàm bruta. Et iſta eſt ratio quare aues ſubtilioris nutritionis ſunt,
quam animalia bruta, ita quòd facilius digeruntur;
ſed non eſt ſolida nutritio, quia modico labore con-
ſumitur, & euaporatur, & ex hac ratione hominī-
bus multum laborantibus circa magna exercitia non
ſunt bonus cibus carnes volatilium, & tamen ſolidio
res ſunt quàm piſces. *Et volatile ſuper terram*. Ideſt, ꝙ
aues volant ſuper terram. *Sub firmamento*. Ideſt, ſub cę C
lo, quia illuc non accedunt: & ex hoc patet, quòd
non vocatur hic firmamentum prima pars aeris, vt
quidam dixerunt, ſed ipſum cœlum, quod eſt vltra
elementa: quia in prima parte aeris aues mouentur.
Creauit Deus grandia cete. Ideſt, balenas, vel alios valde
magnos piſces. & poteſt declinari, cetus, ti, vel ce-
Quæſt. 26. Opin. Hebræorum de cete. ta, tę; & ſecundum literam Hebraicam nominātur
iſti piſces colubri magni.
Et volunt Hebræi, quòd tantę magnitudinis ſunt
iſti piſces, quòd ſi multiplicata fuiſſent indiuidua, de-
ſtructa fuiſſent indiuidua omnia piſcium, & mare fa-
ctū fuiſſet innauigabile, & comediſſent alios piſces.
Poſtquàm ergo Deus creauit iſtam ſpeciem in vtro-
que ſexu, occidit ſęmellam, ne multiplicarent, & re-
Irriſio Iudęorum. ſeruat eam in cibos beatis poſt vitam iſtam. Et in hoc D
apparet grauis error, & ſtultitia Iudęorum, qui po-
nunt fœlicitatem in guſtu, quod turpiſſimi Philoſo-
phorum Epicurei fecerunt, non quidem veri, & ma-
gni Epicurei, quos Ariſtot. in primo Ethic. viros gra-
uiſſimos vocat, ſed illi, quos vt turpiſſimos gulæ ſecta
tores Philoſophi abiecerunt. Hanc poſitionem Aga-
reni tenent, qui beatos in vita æterna riuis lactis, &
mellis, & delicijs puellarum aſſerunt delectari, vt pa-
tet ex traditione ſui Alcorani. Gentiles autem Philo-
ſophi licēt Deum verè non cognouerunt; ſequentes
tamen euidentiſſimum lumen rationis in delectatio-
nibus animæ, tanquam partis ſuperioris perfectam fę
licitatem poſuerunt: ſed differunt a veritate Catholi-
ca, quia ipſi in hac vita, nos autem poſt mortem fęli- E
citatem aduenire dicimus. De hac fęlicitate vide mul
ta tam in nouo quàm in veteri teſtamēto, de quibus
aliàs erit ſpeculatio, ſcilicet Mat. 5. ca. *Et omnem animam
viuentem, atque motabilem*. Iſta eſt explicatio ſuperiorū,
quia dixerat, quòd piſces, & aues de aquis producti
ſunt, nunc magis declarat, ſcilicet, quòd creauit ma-
gnas balenas, & omnem aliam animam viuentem, &
motabilem, ideſt omnes alios piſces, qui viuūt, & mo
uent in aquis. *Quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas*. Nō
eſt hic ordo temporis. ita quòd dicamus quòd Deus
creauit omnes piſces, qui producti fuerunt ex aquis,
ita quòd primo producti fuiſſent ex aquis, deinde
creati à Deo: ſed eſt ſenſus quòd Deus creauit, ſiue

produxit & melius, piſces de aquis: & creatio, quæ
dicit actionem ex parte Dei, & productio, quæ di-
cit paſsionem, quantum ad aquas, quæ ſunt materia,
fuit ſimul; ſcilicet, quòd formatio actiua a Deo, &
formatio paſsiua ex aquis ſimul fuerunt. *Secundum
ſpecies ſuas*. Non dicitur ſic de homine: quia duo indi
uidua humana in eadem ſpecie producta ſunt, quia
centum & viginti ſpecies piſcium ſunt cognitæ, ali-
quæ alię manebunt, quæ in diſtantiſſimis maribus nu
trientur. De iis Iſidorus 12. Etymo. *Et omne volatile ſe
cundùm genus ſuum*. Ideſt, ſecundùm modum, vel ſpe-
ciem ſuam: quia in multis ſpecibus volatilia creata
ſunt ſimul a Deo. *Benedixit eis*. Ideſt, dedit eis pote-
ſtatem multiplicandi per generationem: benedictio
enim ſemper importat multiplicationem ſiue ſpiri-
tualem, ſiue corporalem. Hic autem de corporali in-
telligitur, ſcilicet de propagatione. *Creſcite, & multipli
camini*. Ideſt, per generationem dilatamini, vt repleā-
tis aquas maris. Plantę, & herbæ licēt habeant vim ge
neratiuam, cùm habeant ſemen; tamen non multi-
plicantur per propagationem; ideo non fuit eis data
talis benedictio. *Aueśque multiplicentur ſuper terram*. Nō
dixit quòd aues multiplicarentur in aere, qui eſt ele-
mentum adornatum per eas, ſicut quòd piſces multi
plicarentur in mari: quia piſces in mari morūtur, &
generant, nec inde exeunt; aues autem licet in aere
volent, magis tamen manent in terra, & in ea gene-
rant, ideo ſuper terram earum multiplicatio congrue
deſcribitur. *Dixit quoque Deus*. Hic deſcribit opus ſextę
diei, & iſtud opus eſt bipartitum, quia primo ponī-
tur brutorum, productio, deinde hominum formatio:
quia homo animal omnibus aliis melius, & ſanctius
erat, ideo in ſpeciali ponitur eius formatio. *Producat
terra animam viuentem*. Ideſt, producantur, vel fiat de
terra animalia viuentia, ſic quòd voluntas Dei erat ibi
pro cauſa efficiente; terra erat materialis cauſa in po
tentia obeditiua, & non naturali: quia potentia natu-
ralis materiæ præſupponit rationem ſeminalem, nul-
la autem talis eſt in terra ad formandum hominem.
Et vocantur animalia ab anima, ſcilicet quòd deno-
minetur totum a parte, ſicut homo vocatur aliquan-
do anima, vt infra 46. ca. vbi dicitur, iſtæ animę egreſ-
ſę ſunt de femore Iacob, ideſt, homines. *Iumenta, &
reptilia*. Hic declarat, quæ ſunt animalia viuentia. Et Iumenta, quæ ſint, qd Reptile, & quid Beſtia.
diſtinguit in tres modos generales, ſcilicet in iumen
ta, quæ dicuntur animalia comeſtibilia, ſed proficiūt,
vel adiuuant ad neciſſitates humanas, vt equus, aſi-
nus, camelus, & ſimila ad ferendum onera, & aſcen
ſores. Reptilia dicuntur ſerpentes ſiue parui, ſiue ma
gni: quia ſine pedibus ſunt reptantes ſuper terram:
vel ſi pedes habent, parui ſunt, vt per eos in altum ſe
attollere non valeant, ſed magis aliqui eorum vo-
lant, vt dracones. Alia ſunt beſtiæ terræ, & dicuntur
proprie beſtię à deuaſtando, & conuenit feris, ſcilicet
leonibus, vrſis, & ſimilibus. Hic autem aſſumitur lar
ge beſtia, & intelliguntur etiam bruta comeſtibilia,
vt boues, arietes; hirci. *Et vidit Deus*. Hic ponitur
de hominis formatione, qui ponitur vltimo tāquam
finis, quia omnia propter hominem condita ſunt, &
diuiditur in duas. Primò deſcribitur homo forma-
tus; ſecundò ponitur eius caſus infra 3. cap. Prima
in duas: primò agit de hominis formatione; ſecundò
de formati conditione, infra cap. 2. *Faciamus hominem*.

Quæſt. 27. Quo anima hominis a ſolo Deo creetur. In omnibus alijs animalibus, & plantis dicebatur;
producat terra, vel aqua: de homine autem non ſic
dicitur, quia materia reliquorum animalium, & plan
tarum eſt terra, & de potentia materię diſpoſitæ edu-
citur forma, cum non ſit aliquid, quod eſt, ſed quo
animal eſt: non ſic autem de anima hominis, quę in
ter formas altiſſimum gradum tenet. Non enim po-
teſt

Universidad de Deusto Biblioteca

test educi de potentia materiæ, sed à Deo creante in- F
ducitur. Etiam secundùm quòd anima rationalis à
Philosophis ponitur, dicitur esse ab extra, & diuina,
sed non dicunt ipsi esse per creationem; & sic in hac
parte necesse est deficere eorum erroneam Philoso-
phiam, quia animarum causas, vel modos assignare
non valent, cum non assentiant creationi. Et quia se-
cundum regulam Philosophi ille dicitur generare cō
positum, qui formam coniungit materię, cum Deus
solus animam creare possit, & solus creatam corpori
formaliter vnire, ipse dicetur producens hominem
proprie. Et si dicamus, quòd vnus homo gignit
alium, accipitur large, prout ministrat materiam, &
virtutem dispositiuam, scilicet vim formatiuam, &
organizatiuam: sed generatio nunquam fieret, nisi G
Deus supernaturaliter animam crearet, & coniunge
ret formaliter. Duo enim sunt supra potentiam natu
ralium causarum in hominis generatione, scilicet ani
mę creatio, quia nihil nisi Deus creat: & formalis
vnio, scilicet vt anima vniatur corpori, ita vt sit forma
sua, & illud vegetet; quia si aliqua anima separaretur
a corpore per mortem, licet postea permissione Dei
ipsa posset applicari corpori relicto, vt motor, & illud
corpus moueret; tamen non posset etiam Deo per-
mittente ipsam vniri formaliter corpori, vel viuifica-
re, nisi Deus eam ex sua potentia vniret; nec etiam
Angelus posset. Quare resuscitare mortuum, cum sit
vnire animam corpori formaliter, potentię infinitæ
Asinus est magis filius asini, quàm homo hominis. est. Ex quo infertur, quòd magis propriè asinus ge- H
nerat asinum quàm homo hominem, quia asinus ge
nerans præbet materialem partem, scilicet semen, &
vim formatiuam, quæ disponit agendo, vt educatur
forma asini de potentia materię, nec requiritur hic
actio Dei, inquantum est causa supernaturalis, sed in-
quantum est causa vltima in connexione naturalium
causarum. Et isto modo concurrit effectiuè ad omnē
actum quantumcumque leuissimum, scilicet ad co-
medere, & bibere. Expressit ergo Deus hic suā actio-
nem supernaturalem dicens, faciamus hominem;
quasi vna persona diuina loqueretur ad aliam, cum
tota Trinitas indiuiduè operetur ea, quę extra eū sunt;
Pater, Filius, & Spiritus sanctus simul sunt vna causa
horum inferiorum; ad intra autem non sic, quia Pater I
gignit, & non Filius: Pater, & Filius spirant, sed non
Spiritus sanctus. In creaturis autem quidquid facit Pa
ter, idem facit Filius, & Spiritus sanctus. Hebræi volē
tes fugere Trinitatem dicunt, quòd hic loquebatur
Deus ad Angelos, tanquam ministros formationis
hominis, sed hoc non congruit, quia in creatione nō
possunt cooperari Angeli, cū creatio sit infinitę po-
tentiæ. Et si dicas, q̄ Angeli non cooperati sunt in
Angelus nō cooperatur in creatione. creatione animę, sed in formatione corporis de limo
terræ; adhuc non potest stare, quia dicitur hic ad
imaginem nostram, & sic isti, ad quos fiebat locutio,
habent imaginem, ad quam factus est homo, immo
Angelus factus est ad eandem imaginem, ad quam
factus est homo.

Quæst. 28. Qūo homo sit ad imaginem Dei creatus. *Ad imaginem, & similitudinem nostram.* Imago atten K
ditur in tribus potentijs naturalibus, scilicet, Memo-
ria, Intellectus, Voluntas; cum tribus actibus suis, &
sic imago naturalis est similitudo in gratuitis, scili-
cet quòd sicut Deus iustus, sapiens, & sanctus est; ita
homo creatus est secundum aliquem modum, &
ideo similitudo est quædam perfectio imaginis; &
cum sit imago naturalis, nunquam poterit perdi. Si-
militudo autem cum ponatur in gratuitis, & gratuita
sæpe perdantur, sæpe perdetur similitudo secundum
istum modum ponendi similitudinem. Alij autem
alio modo ponunt. Iudæi valde large assignant ratio-
nem imaginis, ita quòd conuenit animabus brutorū,
& ideo nulla est, scilicet quòd sicut Deus replet mū-
dum, vt patet Ierem. 23. capit. Cœlum, & terram ego
impleo; ita anima totum corpus implet; sed idem est
in anima asini. Item quia sicut Deus vnicus est in suo
sęculo, sic anima est vnica in toto corpore suo, idem
in asino. Item sicut Deus non inquinatur sordibus
huius mundi existens vbique; ita nec anima inquina
tur labe corporis; idem in anima asini, quia inquinatio
corpori quanto conuenit. Item sicut Deus videt, & a
nullo videtur, vt patet Exo. 33. Non videbit me ho-
mo, & viuet: ita anima videt, & non videtur. Item
sicut Deus non dormit, vt patet Psal. 120. Ecce non
dormitabit, nec dormiet, qui custodit Israel; sic anima
non dormit. *Vt præsit piscibus maris.* Ista dominatio
quantum ad actum solum fuit in homine, in statu na
turæ conditę, scilicet antequàm caderet ab originali
iustitia per peccatum, postea autem in contrarium
versum est, quia animalia homini repugnant, & ad-
uersantur ad mortem, vt sicut nec ipse Deo subditus
stetit; ita nec animalia ei subdita permanerent, sed pu
gnat totus orbis terræ contra nos insensatos.

Cum ergo aliquis ad magnam sanctitatem deue-
nit, cuncta ei obediunt animalia, & elementa, vt patet
in Legendis multorum Sanctorum Patrum. Manet
tamen hominibus dominium istud naturaliter, & ha
bitualiter, & actualiter quantum ad multa: naturaliter
quidem propter prudentiam, quia sicut homines, qui
carent prudentia, sunt naturaliter serui, & illi qui in-
tellectu vigent, aliorum sunt domini, & rectores, vt
determinat latè Philosophus in primo Politicorū, Cap.
ita animalia bruta naturaliter homini seruiunt, quia
ipsa carent prudentia de particulari vtili, & nociuo, li
cèt quandam sagacitatem, vel industriam valde gene
ralem habeant, sicut patet in quibusdam eorum, vt
habetur 6. Ethi. & ideo propter eorum vtilitatem, &
gubernationem melius eis est stare sub dominio, &
cura hominum, quia sic diutius conseruabuntur a no
ciuis, & prouidebitur eis melius de necessarijs. Etiam
propter ordinem naturæ, quia imperfecta ordinant
ad perfecta; homo autem perfectior omnibus creatu
ris corporeis est; ideo ad ipsum cuncta facta sunt, &
eius dominio subdita, licet ipse demeritus sit, & aliqui
repugnent: ius tamē dominandi super animalia prin-
cipatu despotico, & magis quàm despotico non su-
blatum; immo etiam post peccatum confirmatum
est, vt patet infra 9. cap. Item si animalia non mane-
rent in iure hominis, non posset licite occidere, & co-
medere ea, quia tunc acciperet non sua, quod semper
illicitum est: sed Deus mandauit homini, quòd oc-
cideret de brutis, & comederet, vt patet infra 9. cap.
ergo ius animalium apud hominem constituit. *Om-
nique reptili, quod mouetur in terra.* Ideſt, omni serpenti.
Animalia enim reptilia, licet non sint ad cibos homi
num, nec ad adiutorium, tamen dominio hominum
subdita erant à principio.

Quærunt aliqui ad quid Deus creauit serpentes, cū
nihil proficiant homini: immo magis noceant? Re-
spondetur, quòd in creatione rerum finis principalis
fuit gloria Dei; ad gloriam autem Dei pertinet diuer
sitas ordinata in creaturis, quia nihil est quod magis
sapientiam agentis demonstret, quàm concors rerū
diuersitas. Etiam quia species ad vniuersi continua-
tionem sunt dispositę, vt numeri; si autem tollerentur
de medio tot serpentum species, maneret magna di
scontinuatio in ordine specierum secundū essentia-
les gradus continuos, quod non decebat ad pulchri-
tudinem vniuersi. Etiam non sunt serpentes homi-
nibus totaliter inutiles, immo nobis aliquando cor-
poraliter proficiunt, quia de corporibus eorum me-
dicamenta varia fiūt. Spiritualiter autem valde mul-

tum proficiunt; quia in contemplatione eorum Dei A
magnitudinem, & sapiētiam considerabamus. Item ad
punitionem nostram, vt timeamus, & doleamus, ne
nobis in peccando detur totalis facultas. Multa quo-
que alia faciunt, quæ satis patent cuilibet contemplan
Pulchrum notādum. ti. *Et creauit Deus hominem.* Homo non est hic nomen
indiuidui, sed naturæ, vt patet infra; quia dicitur
creauit eos; & licet natura non fit creabilis, quia non
est terminus alicuius mutationis, vel creationis, siue
cuiusquàm actualiter aduenientis; quia omne, quod
fit, indiuiduum est, cum actiones sint in singularibus;
vt patet 6. Ethic. Tamen ponitur hic nomen naturæ,
vt comprehendat duo indiuidua formata. *Ad ima-
ginem Dei creauit illum.* Repetitio eiusdem sententiæ
est nihil addens in sententia, & multotiens fit talis se- B
cundum consuetudinem hebraici sermonis. *Masculum, & fœminam creauit eos.* Hoc dicitur de formatio-
ne Euæ postea de costa Adæ; quia primo fuit tota na-
tura producta in viro, deinde de costa viri fœminam
formauit: & quando dicitur, *Creauit eos masculum, &
fœminam*, Non est intelligendum, quòd Deus simul
creauerit, vel formauerit masculum, & fœminam;
quia fœmina post de viro formato sumpta est. Et
ista propositio habet veritatem pro tempore, quo
iam formata erat Eua de latere Adæ; quia tunc præ-
terierat formatio cuiuslibet eorum, scilicet vna an-
te, & alia post: sed non est reducenda ista propositio
in præsenti ad simultatem temporis, quia dato quòd
Deus Adam, vel Euam in aliqua temporali succes- C
sione formare voluerit; nunquàm tamen fuit verum
dicere, vel in eodem tempore, siue instanti Deus
creat, vel producit Adam, & Euam.

Quæst. 31. Vnde fit, quòd cum in cæteris animalibus mas, & fœmina simul producti essent, virtutem siue principiū totale naturæ humanæ. Prima causa. Et in hoc differt productio hominis a productione
aliorum animalium; quia alia animalia simul in ma-
sculis, & fœmellis producta sunt; nec sumpta fuit fę-
mella de masculo. In natura autem humana fœmina
de carne viri sumpta est. Et hoc multum attestatur
perfectioni viri, quia in alijs animalibus masculus, &
fœmina simul producta erant prima principia natu-
ralia totius speciei; & sic in qualibet specie multa prin
cipia prima fuerunt; quia Deus multos asinos, mul-
tos equos, multos pisces simul produxit, & sic de
alijs; vnicum autem indiuiduum naturæ humanæ, sci-
licet vir, fuit totale primum principium naturale om- D
nium indiuiduorum speciei humanæ; quia etiam ip-
sius mulieris principium materiale fuit; sicut Deus
solus omnium rerum principium est. Sic dicitur
Actuum 17. c. Deus fecit ex viro omne genus homi-
num. ¶ Secunda causa, & potissima fuit, vt vir maxi-
me diligeret vxorem; quia vt patet in 8. Ethic. in ordi-
ne diligendi primus amor est ad seipsum; cum ergo
homo cognosceret fœminam ex se sumptam, diligere-
ret eam tanquàm seipsum: sicut diligit homo filios;
quia cognoscit eos esse partes decisas de substantia
eius; maxime mater diligit, quia certissime cognos-
cit quis sit filius suus; pater autem valde dubitare po-
test; de quo in 8. Ethic. Si autem cognosceret vir fœ-
minam de alia materia esse factam, non tantum eam
diligeret. Et apparet hoc, quia quando fœmina a Deo E
formata fuit, & adducta coram viro, dixit vir; *Hæc
nunc caro de carnibus meis, &c.* & infra; *De viro sum-
pta est; quamobrem dimittet homo*, ideſt vir, *Patrem,
& matrem, & adhærebit vxori suæ.* Dilectio ista erat
magis necessaria in natura humana, quam in alijs
animalibus: quia inter alia animalia non erat aliqua
communicatio œconomica: vt patet in 2. Politic. &
ideo non multum commorantur, vel commanent
masculus & fœmella in alijs animalibus, nisi ad gene-
rationem: & aliquando in quibusdam ad filiorū edu-
cationem. Et sic non possunt tantum sibi irasci. In-

ter virum autem, & vxorē valde magna cōmunicatio Prima ra-
requiritur, ſ. quotidiana, quæ sustineri non posset, ni- tio.
si valde magnus amor esset, tollens omnia tedia, quę
accidunt in communicatione. Maxime quia vir, & Secunda
mulier cognoscunt, propter quid diligāt, vel odio ha- ratio.
beant: ideo ex faciliori causa se poterāt repudiare, vel
vir interficere fœminam, nisi eam valde diligeret. In
alijs autem animalibus non est talis cognitio, sed so-
la inclinatio, & impetus naturalis ad generationem,
& ideo etiam si se non valde diligant, non commu-
nicabunt quātum ad naturalem communicationem
in procreatione filiorum, quæ prima, ac facillima est:
ut patet primo Polytic. ¶ Item quia Deus uolebat at- Tertia ra-
tribuere principatum uiro, ut esset caput mulieris; tio.
quia ut ait Apostolus, Vir est caput mulieris, uiri au-
tem caput est Christus; quod non esset ita proprie, ni-
si fœmina de costa uiri fuisset assumpta. ¶ Quarta ra- Quarta ra
tio fuit propter sacramentum; quia in principio re- tio.
rum fuit etiam principium misteriorum. Significa-
bat hoc, quia sicut Eua uxor Adæ sumpsit exordium
ab Adam uiro suo, ita ecclesia a Christo sponso suo,
quia de latere Christi in cruce per mortem dormien
tis effluxit ille benedictus sanguis cum aqua, in quo
sacramenta ecclesiæ, & redemptio nostra uires acce-
pit; ideo Apostolus ad Ephes. 5. Loquens de matri-
monio uiri, & fœminæ ait; Sacramentum hoc ma-
gnum est, ego autem dico in Christo, & Ecclesia.

¶ Aliqui Hebræi tamen dicunt ex ista litera, quòd Quæst. 32.
Deus creauit simul in natura humana masculum, & An Deus
fœminam; & tamen erant in lateribus coniuncti, ut simul crea
licet haberent omnia membra duplicia, scilicet duo uerit ma-
capita, quatuor pedes, &c. tamen ita coniuncti erant, sculum, &
vt unum continuum iudicarentur, nec poterant fœmmam.
separari; sed post eos separauit Deus. Et hoc dicunt:
quia in litera dicitur primo; *Creauit Deus hominem.*
In quo denotat unitatem indiuidui, uel suppositi; de-
inde subdit; *Creauit eos masculum, & fœminam.* In quo
denotat utrumque sexum. Vt ergo concordent, hoc
ponunt unitatem indiuidui, per continuationem,
scilicet in lateribus; unitas autem causat identitatem,
& ponunt utrumque sexum, scilicet, masculinum
ad latus unum, siue ante, fœmininum autem re-
tro. Sed ista stultissima sunt, & contra textum:
quia infra 2. cap. dicitur, quòd Deus sumpsit co-
stam de latere uiri, de qua formauit mulierē. ¶ Item
quia dicitur repleuit carnem pro ea. Sed adhuc re-
spondere conantur dicentes, quòd uocabulum il-
lic positum, non signat costam, sed latus; & tunc
est sensus, quòd Deus tulit unum latus Adæ, scilicet
quia erat coniunctum corpus fœminæ corpori uiri:
& hoc est, quia dictio hebraica ibi posita est æquiuo-
ca ad latus, & costam. ¶ Ad secundum respondent,
quòd ubi nos dicimus; *Repleuit carnem pro ea:* he-
braica litera habet; *Clausit carnem in loco suo*, ideſt
quòd in loco suo, ubi facta fuit discontinuatio cor-
porum unitorum, quia non manebat cutis, fuit ex-
tensa, ut clauderet carnem illam. ¶ Sed adhuc ista
responsio non ualet: quia talia sunt monstra, &
ista causantur a natura per accidens, ut patet se-
cundo Polyticorum, ex defectu regulationis, cum
intendat semper natura bonum, & perfectum.
Valde ergo irrationabile est dicere, quòd Deus a
talibus monstris incepisset, cum operetur perfe-
ctius, quàm natura. Similia autem raro accidunt Mōstrum
a natura deficiente: sicut legitur in Cronicis He- horrendū.
linandi, quòd in confinibus Normandiæ, & Bri-
tanniæ, natæ sunt duæ fœminæ coniunctæ in dor-
so: ita quòd omnia superiora usque ad umbilicum
erant duplicia, & inferiora erant simplicia; & tamen
erant duę mulieres, quod patuit ex hoc: qa aliquando

vna ridebat, & alia plorabat, vna gaudebat, & alia tristabatur; & fuit mortua vna ante aliam magis, quàm per annum. Secunda tamen ex pondere, & fœtore mortua est. Item adhuc repugnat veritati literæ; quia si aliquod indiuiduum tale fuisset illud non magis indigebat adiutorio fœminæ quàm viri; immo vtroque indigebat, scilicet viro, & muliere, sed dominus dicit, quòd non inueniebatur adiutorium simile Adæ, scilicet fœmina, ergo vir erat solum. ¶Item quia si sic daretur, scilicet quòd erant vir, & mulier iuncti in posterioribus, per separationem vterque remansisset integer, præter illam modicam partem cutis concisam in medio; non diceretur ergo magis, quòd fuisset ædificata fœmina, quàm vir, quia vterque integer erat. Item quando Adam dixit; Hæc nunc caro de carne mea; & os de ossibus meis; non esset vera, nec propria locutio, quia non magis esset Eua de ossibus Adæ, quàm Adam de ossibus Euæ; quia vterque integer erat. Item quando dicitur; Et vocabitur virago, quia de viro sumpta est; non proprie diceretur; quia non magis fuisset assumpta Eua de Adam, quàm Adam de Eua; vocaretur ergo Adam mulierago; quia de muliere assumptus est, & multa alia in hunc modum, quæ valde repugnant sacræ scripturæ. Tenendum est ergo, vt primo diximus. *Benedixitque.* Hic consequenter ponitur naturæ humanæ conseruatio. Primo quantum ad speciem per generationem, secundo quãtum ad indiuiduum per nutritionem ibi. *Dixitque illis Deus.* Species, quia est pars principalis vniuersi desiderat perpetuam cõseruationem; quando autem ista conseruatio haberi potest per vnicum indiuiduum, non requiritur multiplicatio per generationem, quantum est ad speciem. Si autem natura non potest in vno indiuiduo conseruari; (quia illud corrumpitur) natura dat generationem, vt multiplicentur indiuidua, in quibus per successiones conseruetur. Cum autem natura humana post lapsum incurrit necessitatem moriendi, non poterat species cõseruari, nisi per indiuiduorum multiplicationem. Et ideo dedit Deus hominibus, quòd generarent; homines autem, si permansissent, non consentientes tentationi diaboli, ad modicum tempus, vel statim fuissent confirmati, & dotarentur incorruptibilitate. Et posset tota species in duobus indiuiduis existentibus perpetuari; & tamen genuissent non ad necessitatem speciei; sed ad gloriam Dei, vt communicaretur multis hominibus electis. Nunc autem generatio necessaria est, & propter conseruationem, & propter electorum completionem. Credo tamen, & sic tenet maiorum auctoritas, quòd si omnes homines vniuersi vna mente se cõtinere proponerent, quòd Deus crearet electos futuros deficientes, vel faceret eos de matribus, sine virili semine concipi. Et sic totus mundus breuiter finiretur. Sed Deus nouit quid futurum sit, credo tamen quòd iste casus satis difficilis sit. *Benedixitque illis.* ideſt Adæ, & Euæ; benedictio importat multiplicationem; non tamen est intelligendum, quòd Deus multiplicauerit illos, scilicet quòd alios homines creauerit, vel formauerit; sed quòd potentiam multiplicandi per generationem illis tribuerit; vt patet consequenter, scilicet, *Crescite, & multiplicamini.* Ista duo verba idem significant, scilicet augeri in numero; quia crescere non importat augmentum quantitatis staturæ, cum non diceret Deus, quòd fierent maiores filij, quàm parentes; etiam quia non erat hoc in potestate eorũ; sed dicit augmentum in numero. *Dixitque Deus.* Hic ponitur de conseruatione indiuidui, quæ fit per mutationem; & ideo dicitur. *Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen, & vniuersa ligna.* Isti duo cibi dantur hominibus, & alijs animalibus, scilicet herbæ, & fructus arborum; sed non dati sunt indifferenter; ita quòd vtrique homini conueniret. Sed fructus magis naturæ humanæ conueniunt; ideo intelliguntur esse sibi dati, herbæ autem magis conueniunt brutis, ideo eis datæ sunt; licet aliqua animalia sint, quæ fructibus arborum aluntur: & homines etiam aliquibus herbis in cibos vtuntur.

¶Et si dicas, quare Deus dedit animalibus, & hominibus cibos simul, quia homines non indigebant, cum nondum essent mortales; ciborum autem necessitas post mortalitatem fuit. ¶Responderi potest, quòd homo nondum erat immortalis, quando ista assignatio cibi facta fuit; nec etiam incurrerat mortalitatem; erat tamen potens mori, & potens non mori, ideo cibis indigebat. ¶Vel etiam melius, quia licet homo immortalis fuisset, tamen appetitus cibi, & potus ei manebat, vt comederet de ligno vitæ, vt tenent omnes Catholici. *Vt sint nobis in escam.* Hic taxauit Deus cibos hominibus, scilicet vt carnes non comederent, sed solis fructibus arborum, & herbis vescerentur. Et obseruata fuit ista lex vsque ad diluuium, post quod Deus dixit Noe, & filijs eius, quòd comederent de animalibus; vt patet infra 9. c. Fuit autem cum his cibis illa prima ætas magnæ durõnis, & procéritatis nimiæ in corporibus, & sani valde corporis. De hoc Boetius de conso. lib. 2. metro. 5

Fœlix nimium prior ætas,
Contenta dulcibus arnis;
Nec inerti perdita luxu,
Facilique sera solebat,
Ieiunia soluere glande,
Nec bacchica munera norant,
Liquido confundere melle.

¶De hoc etiam Ouidius Methamor. libro primo.

Contentique cibis nullo cogente creatis.
Arbuteos fœtus, montanaque fragra legebant,
Cornaque, & in duris hærentia mora rubetis,
Et quæ deciderant, patula Iouis arbore glandes.

¶Isidorus Etymo. 16. dicit, quòd prima arbor de cuius fructu homines comederunt, & cibari consueuerunt, fuit Ilex, quæ glandes gignit, & ratio esse potuit; quia glandes, & castaneæ sunt solidi nutrimenti multum conuenientes cum pane; alij autem fructus sunt teneriores. Vnde ait Ilex ab electione dicta est; hanc enim primum homines in cibos assumpsisse asserunt; & subiungit ad hoc auctoritatem Ouidij;

Mortales primum ructare gutture glandem.

¶Et ideo Pythagoras, qui fuit valde abstinens, volens homines ab esu carnium abstrahere dicebat; vt habetur per Ouidium Methamor. 15. lib.

Parcite mortales dapibus temerare nefandis
Corpora, sunt fruges, sunt deducentia ramos
Pondere poma suo, tumidæque in vitibus vuæ,
Sunt herbæ dulces; sunt quæ mitescere flamma,
Molirique queant, nec vobis lacteus humor
Eripitur, nec mella Thymi redolentia flore,
Prodiga diuitias, alimentaque mitia tellus
Suggerit, atque epulas sine cæde, & sanguine præbet.
Carne feræ sedant ieiunia, nec tamen omnes.
Quippe equus, & pecudes, armentaque gramina pascunt,

Et cunctis animantibus terræ. Nunquid alia bruta animalia comedebant herbas ante diluuium? Respondetur, q̃ in pecoribus, & feris nihil mutatum fuit de conditionibus naturalibus, sed idem mansit; sicut ergo Leones, & Tigres, vel Vrsi nunc non comedunt herbas, ita nec tunc; quia semper fuerũt tres modi in animalibus. Quædã sunt quę solas herbas comedunt, vt

Cõfutatio secunda.

Cõfutatio tertia.

Cõfutatio quarta.

Cõfutatio quinta.

Quid faceret Deus, posito casu, quod omnes cõtinerẽt se.

Quæst. Cur Deus dedit animalibus cibos humanis, cum adhuc non essent mortales.

Isidorus Etym. 16.

Ouidius

Pythagoras.

vt pecudes, quædam quæ solas carnes, vt leones, & animalia multum ferocia: licet ista aliquando propter magnam famem herbas comederent, sicut creditur factum in archa Noe tempore diluuij; alia autem sunt, quæ vtroque vtuntur, vt homines. De his tribus speciebus differit Arist. in primo Politico. Cum autem dicitur, q̃ ista data fuerunt in cibũ cunctis animantibus, non intelligitur quòd dederit mandatum bestijs de non comedendo carnes, sicut hominibus: quia bruta non sunt capacia legis; cum ergo natura sua inclinaretur ad vescendũ carnibus, vt nunc, oportet dicere, q̃ carnibus vescerentur. Et cum dicitur q̃ herbæ, & fructus arborum dati sunt in cibum animantibus cunctis, intelligitur, quòd posita sunt ista; vt si animalia vellent comedere de istis, q̃ haberent quid comederent; nõ tamen q̃ nihil haberent ad comedendum, nisi herbas, & fructus. Vel intelligitur quantum ad animalia, quæ solis herbis vtuntur, vel ad ea, quæ interdum herbis, interdum carnibus vescuntur. Dicendum tamen esse videtur, q̃ animalia fera; q̃ nunc solis carnibus cibantur per aliquãtum tempus post creationem abstinuerunt a carnibus. Si autẽ immediate carnes comedere incepissent ante multiplicationem magnam cuiuscunque speciei per generationem, tot animalia mortua fuissent, q̃ aliquæ species deficerent. Deinde facta multiplicatione magna inceperunt bestiæ comedere carnes bestiarum. Sed quidam putant quòd vsq; post diluuium nullum animal manducauit carnes; de quo plus dicetur in Commentario super Eusebium. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat.* In isto cap. continetur tota creatio; & supra quælibet re creata benedicebatur specialiter; hic tamen omnes simul benedicũtur. ¶Et ratio est, quia res dicunt duas bonitates. Prima est bonitas specialis in natura sua, cui datur quædam benedictio; alia est bonitas, quam dicit res quælibet inquantum est quædam pars vniuersi, quia vniuersum est maximum bonum creatum, quod continet quẽdam ordinem perfectissimum; vt dicit Philosophus 12. Metha. in fine, quòd entia nolunt male disponi. *Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona.* Singulas res Deus bonas vocauit, sed omnes iunctas valde bonas; quia ex eis consurgit quidam ordo admirabilis vniuersi.

Die septimo requieuit Deus opere consumato, & benedixit diei septimæ. Cap. II.

IGITVR perfecti sunt cęli, & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitq; Deus die septimo opus suum, quod fecerat, & requieuit die septimo ab vniuerso opere, quod patrarat: & benedixit die septimo, & sanctificauit illum: quia in ipso cessauerat ab omni opere suo, quod creauit Deus, vt faceret. Istę sunt generationes cęli, & terrę, quando creatæ sunt in die, quo fecit dominus Deus cęlũ, & terram, & omne virgultum agri antequàm oriretur in terra, omnemq; herbam regionis priusquàm germinaret: nõ enim pluerat do-

Alph. Tost. super Gen.

minus Deus super terram: & homo non erat, qui operaretur terram. Sed fons ascendebat e terra irrigans vniuersam superficiem terræ. Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis a principio, in quo posuit hominem, quem formauerat: produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue; lignum etiam vitæ in medio paradisi: lignumque scientiæ boni, & mali. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita. Nomen vni Physon; ipse est qui circumit omnem terram Heuilath, vbi nascitur aurum, & aurum terræ illius optimum est; ibique inuenitur bdelium, & lapis onychinus, & nomen fluuij secundi Gehon: ipse est qui circumit omnem terram Æthiopiæ. Nomen vero fluminis tertij Tygris; ipse vadit contra Assyrios. Fluuius autem quartus ipse est Eufrates. Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradisum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum: præcepitque ei dicens: Ex omni ligno paradisi comede; de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas: in quacumque enim die comederis ex eo, morte morieris. Dixit quoque Dominus Deus; Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi. Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuersis volatilibus cœli adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea: omne enim quod vocauit Adam animę viuentis ipsum est nomen eius. Appellauitque Adam nominibus suis cũcta animantia, & vniuersa volatilia cœli, & omnes bestias terræ. Adæ vero non inueniebatur adiutor similis eius. Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam: cumque obdormisset, tulit vnam de costis, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem; & adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam: hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea; hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit

vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Erat autem vterque nudus, Adam scilicet, & vxor eius, & non erubescebant.

GITVR. Descripta hominis formatione hic agitur de eius statu, & conditione. Et diuiditur in duas partes; quia primo ponitur prædictorum consumatio; Secundo de hominis formatione recapitulatio ibi. *Istæ sunt generationes*. Ista in tres partes. Primo de hominis formatione, secundo de hominis formati prima inhabitatione, tertio de filiorum propagatione. Secunda ibi. *Plantauerat*. tertia ibi. *Dixitque Dominus*. Circa primum volens Moyses transire ad aliam narrationem, ponit finem operum supratactorum dicens. *Igitur perfecti sunt cæli*. Igitur, ponitur hic non vt coniunctio illatiua, sed vt coniunctio inceptiua. Et sic quandoque aliquæ narrationes historicæ incipiunt per igitur. *Perfecti sunt cæli*. Non faciunt mentionem de primæ materiæ cœlestis, & elementalis creationę; sed de rerum distinctione, quæ sunt partes principales vniuersi, cum propter has ipsa materia condita fuerit. Et primo dicit de cœlis, quia sunt prima pars, & principalissima vniuersi. Et accipiuntur hic omnes cęli, siue empyreum; quod pertinet ad primam creationem, quæ sine die nominatur, & cœlum crystallinum, & firmamentum continens octo orbes. Et dicitur, *perfecti sunt*. quia perficere importat facere, & deinde complere, & ideo non conuenit simplici, & subitæ productioni. Vnde si Deus mundum subito, ita vt est, ad esse per creationem deduxisset, non diceretur proprie, quòd perfecit mundum, sed q̃ fecit mundum. Cœlo autem bene conuenit, quòd perfectum fuerit, quia successiue, vel per plures operationes cœli ad totale esse deducti sunt. Primo enim materia cœli cum materia elementali creata est. Deinde in secundo die cœlum crystallinũ, & firmamẽtum octo orbiũ inde formatum est. Post in quarto die stellis magnis, & paruis firmamentum decoratum est. *Et omnis ornatus eorum*. dicuntur ornatus astra ornantia orbes, quæ in quarto die producta sunt. In hebręo dicitur; *& omnes militiæ, vel turbę eorum*. Et significatur eadẽ astra, qa dicũtur discurrere p cœlum tanq̃ milites, vel exercitus; & eadẽ dictio ponitur hic in hebræo, quæ ponitur in libris Regum 3. & 4. sæpe. s. coluit oẽm militiam cęli; de quo 4. Reg. 17. c.

Quæst. 1. *Compleuitque Dominus die septimo*. Aliqui libri habent die sexto, sed veritas hebraica habet die septimo; nulla tamẽ in hoc difficultas est, qa cõpletionis terminus accipiendo large põt dupliciter dici, aut p tpe, in quo fit, & vltra instans, quo clauditur illud tps res nõ fiet; aut pro tpe, in cuius principio res non fit, sed paulo ante fiebat. Accipiẽdo primo modo terminum, dies sextus fuit terminus completionis; quia die sexto Deus condidit aliquam speciem creaturæ, ergo dies sextus fuit terminus, in quo Deus agere desinit. Si autem accipiatur secundo modo, dies septimus est terminus completionis: quia in die septimo Deus non creauit nouam speciem creaturarum, & in die immediato ante illum Deus creauit aliquam nouam speciem; igitur die septimo compleuit, vel creare desijt. Patent ista per expositionem de, incipit, & desinit. Vel dicitur esse completio in operibus Dei, sicut in rebus materialibus. Duas perfectiones, vel actualitates habet res naturalis, prima est completio, quam acquirit in assequutione formæ substantialis, & qualitatum cõuenientium, & secundum istum modum res dicitur perfecta in seipsa; alia est vltimata perfectio, quam acquirit in hoc, quòd per formam, quam habet, exit in operationem denominãtem perfectionem rei. Et vocantur istæ duæ formæ actus primus, & secundus, & primus actus ad secundum est. Sic applicantur opera Dei. Deus agit duo principaliter, s. rem producere, & conseruare. Per productionem dat ei formã substantialẽ, vel actualẽ, que pertinet ad primã cõpletionẽ. Per cõseruationẽ dat ei secundã pfectionẽ, quæ est agere, vel generare; cũ res applicentur ad suas operationes, dũ in suo esse cõseruantur. Dicitur ergo cõpleuisse Deus opera sua sexto die cõpletione prima, q̃ est assequutio formæ substantialis, vel actualis; quia in sex diebus creauit, vel produxit oẽs nouas naturas, tam in substãtiali, q̃ accidẽtali pfectione. Septimo die cõpleuisse dr; qa illo die dedit rebus perfectionẽ secundã, quæ est agere: quia ibi incepit conseruatio, vel gubernatio sua, per quam res applicantur operationibus suis. ¶ Non est intelligẽdum hoc simpliciter, quia gubernatio Dei nõ incepit septima die, sed prima: quia post q̃ aliqua res creata fuit, immediate oportuit eam conseruari per Deum; alias in nihilũ statim redijsset, cum res non habẽt cõtinuitatẽ in essendo a seipsis, sed a creatore. Quando ergo dr q̃ in septima die incepit opus cõseruationis: nõ est sic intelligẽdum præcise; sed q̃ ante in sex diebus erant ista duo opera, s. productio, & cõseruatio mixta: In septimo autẽ die incepit gubernatio sola esse. Sed adhuc veritas istius expositionis dependet ex veritate superioris per, incipit, & desinit. ¶ Differt autem complere opus; & cessare ab opere. Complere opus est dare ei terminum perfectionis; Cessare ab opere est non agere postquàm egit. Agens autem, quod potest operi suo aliquid superaddere nõ dicitur complere, donec desistat ab agendo. Deus autem poterat plures species rerum, & ornatus producere: ideo dum in producere erat, nunquàm dici poterat cõplesse, donec pateret, quòd erat intentio eius aliquid superaddere; & hoc patuit per cessationem in die septimo. *Requieuit die septimo*. Non tanquàm fessus quieuit, qa Deus non est virtus fatigabilis, cum sit infinita. Sed requieuit, idest cessauit nouas creaturas cõdere: quia nihil post a Deo productum est, cuius simile in specie ante non produxit, vel in suis causis.

¶ Quod dico propter multa genera vermium, & animalium imperfectorum, quæ nũc de putrefactionibus generãtur. Quorũ cõiter sex sunt genera, quædam de exhalationibus generantur, vt bibiones, quæ sunt minutissima animalia ex vini exhalationibus genita, papiliones ex aqua. Quædam ex corruptionibus humorum, vt vermes in stercore, vel cisternis; quædam ex cadaueribus, vt apes ex iumentis: Scarabones, idest muscæ grandes, quæ sonant volando; & scarabei, idest muscæ virides, ex equis, vel canibus mortuis; & scorpius de carnibus cancri mortui. Vnde Ouidius ait Metamor. 15. lib.

Concaua littorei si dempseris brachia cancri,
Cætera supponas terræ de parte sepulta,
Scorpius exibit, caudaque minabitur vnca.

K Nascitur etiam de medulla spinę humanæ serpens, vt ait Isidorus 11. Etymo. De quo Ouidius Metamor. 15.

Sunt qui, cum clauso putrefacta est spina sepulchro,
Mutari credunt humanas angue medullas.

Quędam ex putredine lignorũ, vt teredines, quę sunt vermes nati intra ligna, quando non abscinduntur tempore debito, & vocantur vulgariter, carcomas. Quædam ex herbarum corruptione; vt tineæ. Quædam ex corruptione fructuum; vt gurguliones ex fabis; de quibus dicitur, quòd non a Deo immediate creata sunt, sed postea naturaliter ex corruptione formata sunt. Deus tamen seminarias causas horum rebus indidit; & iste modus loquendi reperitur

peritur sæpe in scripturis, scilicet, requiescite male agere, idest; cessate. Isa. primo, & secundo cap. eiusdem quiescite ab homine, cuius spiritus in naribus eius, idest cessate ne offendatis eum. *Vel requieuit ab opere suo*. idest, requieuit in seipso non indigens suo opere, cum sit in se perfecte beatus, & perfecte delectabilis: vt ait Aristotel. 12. Metaphysic. & ideo dicitur; requieuit ab opere suo, & non in opere suo, idest, licet ista opera magna, & mirabilia Deus creasset; tamen non habuit gaudium suum in eis, sed ab eis, idest præter ea, vel sine eis in seipso requieuit. Non enim est magis beatus, vel perfectus Deus postquàm mundum creauit, quàm antequàm creasset. *Ab vniuerso opere, quod patrarat*. idest, perfecerat: & dicitur quod patrarat; quia ab alijs operibus Deus quieuit; quia patrata sunt, scilicet a creatione, distinctione, & ornatu. Manet quartum opus, quod nondum completum est, scilicet propagatio. Quintum erit quando in vita æterna præcinget se, & transiens ministrabit beatis: & ibi præcipue gaudebit, & quiescet collecto ad se toto suo corpore, cuius magna pars in mortali vita, & purgatorio igne peregrinatur. *Et benedixit diei septimo*. Potest referri ista benedictio ad diem septimum, vel ad res existentes die septimo. Si referatur ad res, est sensus, quòd Deus benedixit res, idest, multiplicauit; non creando, vel producendo; quia in die septimo nihil horum fuit, sed eas perficiendo, conseruando in generationibus, & actionibus suis, per quas res multiplicantur. *Et sanctificauit*. idest, ad se applicauit ponens sub sua gubernatione. Si autem referatur ad diem literaliter, est sensus. *Benedixit diei septimo*. idest, in die septimo cunctis rebus vniuersaliter benedictionem suam, ideست multiplicationem tradere incepit, cum ibi res inceperint a Deo conseruari vniuersaliter, & non fieri.

Quæst. 3. Quę sant illa, quę sanctificatur. *Et sanctificauit illum*. idest applicuit suo cultui.

¶ Illa dicuntur sanctificata, quę Deo specialiter applicantur, vt res ecclesiæ, in quibus ad diuinum cultum ministratur, vt vestes, calices, & reliqua ornamenta, & ipsi ministri, qui speciali modo ad Dei sortem electi sunt. Vnde clerici, idest sortiti nuncupantur, Deus enim sors eorum est, vt patet Numeri 18. & Deuter. 10. cap. & sic dicitur Exo. 13. cap. Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filijs Israel, idest applica ad cultum meum; quia primogenita animalium immolabilium immolabãtur, primogenita hominum redimebantur, vt patet ibidem; & Nume. 3. c. Et iste dies applicatus fuit ad Dei cultũ, idest, vt homines in eo quiescerẽt a laboribus, vel operationibus; & magis proprie Deo vacarent quàm alijs diebus, vt in illo septimo die, in quo Deus quieuit a creando noua, ipsi cessent ab operando contemplãtes beneficia creationis in sex diebus facta, & aliqua, quę in cõseruatione per temporum curricula facta sunt. Et hoc cõsiderantes in gratiarum actiones pro tãtis beneficijs assurgamus, quod valde Deo placet; quia sacrificiũ laudis honorificabit me, illic ostendã iter salutariũ meorũ; Et iterũ, Immola Deo sacrificiũ laudis. Vtrũq;. Psal. 49. Vel q̃ hoĩes ad honorem Dei requiescant die septima ab oĩ opere seruili, sicut dies septima Deus requieuit ab oĩ opere creationis.

Clericus, quid signi ficat.

Quæst. 4. Nunquid sabbatum fuerit observatũ in lege naturæ,

¶ Sed nunquid sabbatum, cũ a Deo sanctificatum fuerit in primordio rerum, obseruatum fuit ab hominibus in lege naturæ; cum ipsi tenuerint alia præcepta, quæ Deus dedit de comedendo fructus, & nõ carnes? ¶ Respondetur, quòd Deus non dedit istud præceptum de obseruatione sabbati a principio, sed post per Moysem datum est, principaliter autem per Deũ loquentem super Sinai in datione legis. Cum autem dicitur, quòd sanctificauit illum, nõ refertur ad tempus illud, ita quòd tunc applicari fecerit ad cultum suum, sed ad tempus, quo Moyses ista scripsit, quod fuit in deserto; & sic Moyses intendebat dicere, quòd Deus istum diem sanctificauit, scilicet nobis; vt nos ad eius cultum applicemus.

¶ Et patet, quia a principio non erat necesse dare tale mandatum, quia hoc est, vt homines vacent a laboribus, & intendant diuinæ contemplationi in illis diebus, quod facere non possunt in diebus non vacatiuis. In prima autem ętate erat quasi continua quies; modicum enim, vel nihil laboribus intẽdebant, quia paucis cibis vtebantur, & vestibus, pro quibus nunc quotidianus labor est: & quia ea, quæ in cibos sumebant ipsa natura propinabat. Nec obstat si dicatur, q̃ in sudore vultus tui vesceris pane tuo; quia hoc magis cõuenit posteris, quàm primis hominibus. ¶ Nec etiam si dicatur, quòd Cain erat vir agricola, vt infra 4. c. quia hoc erat ad aliquod exercitiũ magis, quàm ad necessitatem. ¶ Et hoc volũt omnes Doctores, & antiqssimi Cronotiste. ¶ Sic enim dicit Ouidius Metamor. lib. 1. loquens de ista prima ætate.

Homines primæ ætatis, quiete continua fruebãtur.

Mollia secure peragebant otia gentes,
Ipsa quoque immunis, rastroque intacta, nec vllis
Saucia vomeribus per se dabat omnia tellus.

¶ Poterant ergo isti in tam cõtinua quiete Deum contemplari, nec aliquo speciali die ad hoc indigebant. ¶ Post autem terra confusa diluuijs vix magnis, quotidianisque laboribus cibos gentibus ad sufficiẽtiam confert. Cum ergo non possint quotidie conuocari, conueniens fuit, vnam diem assignari. ¶ Item quia si hoc præceptum datum fuisset a principio condition is humanę, omnes homines naturaliter ad hoc tenerentur; cum non esset datum specialiter alicui populo, sed cunctis, sicut præcepta moralia, quæ sunt a dictamine iuris naturalis. Cum ergo aliæ gentes non seruassent hoc præceptum, peccassent omnes mortaliter. Sed falsum est, quia dicitur, quòd omnes antiqui gentiles ante Euangelium promulgatum poterant saluari in solis præceptis iuris naturalis, scilicet Deum verum diligere supra se, & proximo non nocere, in quibus est totus decalogus, vt patet Matth. 22. cap. Et sic multi ponunt aliquos Philosophos saluos; vt Socratem, Platonem, & alios, qui tamen sabbata non custodierunt. ¶ Item quia si istud præceptum fuisset datum ab antiquo, dato, quòd aliæ gentes non custodiuissent illud; tamen Abraham, & posteri eius custodiuissent illud: quia sancti viri erant, & hoc dato assuefacti essent ad custodiam sabbati, & sic non oportuisset replicari in datione legis. ¶ Et si dicas, quòd replicari debebat, vt alia moralia, quæ naturaliter obligabant; & tamen in lege data fuerunt a Deo. ¶ Respondetur, quòd non est simile; quia illa licet naturaliter obligarent, tamen nunquam fuerant data; præceptum autem de sabbato secundum eos iam datum fuerat. ¶ Vel aliter, dato quòd iterum replicari deberet, tamen non videtur, quòd rot inducliones poni deberent, sed solùm breuiter commemorari. Sed contrarium est, quia vt nouum inducitur, quod patet, si aliquis considerare vellit literam. Exo. 16. Vbi inducitur populus ne colligat manna die sabbati; & Exo. 20. vbi Deus inducit Hebræos ad obseruationem sabbati dicens; Memento, vt diem sabbati sanctifices, & infra; sex enim diebus fecit Deus cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt; & requieuit in die septimo: iccirco benedixit Dominus diei sabbati, & sanctificauit illum. ¶ Item omnia præcepta, quæ scripta sunt in canone Bibliæ obseruamus, nisi ea, q̃ cęremonialia, vel iudicialia veteris testamẽti sunt; sed sabbatum

Plato, & Socrates an damnati sint.

tum ibi scriptum obseruari debere nõ obseruamus, ergo ceremoniale veteris testamenti erat, & consequenter non pertinebat ad aliquam aliam gentem, nec fuit custoditum a principio.

Quæst. 5. Quid anagogice sabbatum significet.

¶ Potest autem anagogice litera ista signare hominis beatitudinem, qui est finis vltimus eius totalis desiderij completiuus, & saciatiuus. Sicut in rebus naturalibus nunquam est quies, donec adipiscantur suos terminos vltimatos; sicut graue nunquam quietabitur, sed semper appetet, donec sit in centro terræ. Voluntas autem, & intellectus feruntur in quędam bona eis: & experimur quòd volũtas nostra fertur in aliquod bonum. Deinde acquisito illo adhuc non quietatur desiderium, & quantacunque bona qs acquirat, non satiant appetitum semper maiora appetentem, donec deueniatur ad bonum, quo nullum maius est, scilicet ad Deum, qui infinitum bonum est. ¶ Vnde dicit Augu. in lib. confessionum; Inquietum est Domine cor meum, donec requiescat in te. ¶ Sic de intellectu, qui perficitur maximo vero limpidissime cognito; licet enim quis cognoscat in via de Deo aliqua secreta, non quietatur, quia adhuc desiderat vlteriora. ¶ Ex quo concludimus quòd iste appetitus cognoscendi nunquàm terminabitur donec Deum facie ad faciem cognoscamus in illa cœlesti Hierusalem cognoscentes, & fruentes. Istud desiderium rem perfectissimam notat, quæ congruit numero septenario, qui significat rerum vniuersitatem, & completionem; & ideo ad consecutionem huius desiderij nobis congruit die septima contemplari circa illud perfecte beatitudinis obiectum Deũ verum, & summum. *Istæ sunt generationes.* Hic ponitur secundum, scilicet de formatione hominis recapitulatio. *Istæ sunt generationes cœli, & terræ.* ideſt ista, quę supra memorauimus, sunt cœlum, & terra genita, vel formata. Nominat hic cœlum, & terram, quia accipit per terram omnia elementa. Dicit generationes, ideſt productiones, vel formationes, quia ista non sunt proprie genita; est enim generatio mutatio naturalis ad substantiam respectu formæ, ad quam materia naturalis disposita est in potentia naturali ad tales formas: sed erant in potentia obediential, sicut lignum non est in potentia naturali ad formam statuæ: quia natura non potest educere talem formam de potentia ligni, sed est in potentia obediẽtiali artificis, vt inducat formam, quam voluerit in materiam secundum artem. Et istę formæ non dicũtur eductæ de potentia materiæ, sed inductæ in materiam potentẽ obeditiue recipere. Sic dicemus de Deo: quia dato cp formas rerum non creasset, scilicet de nihilo, tamen non eduxisset de potentia materię, vt agentia naturalia: sed induxisset eas in potẽtiam materiæ: quia sicut materia artificialis est in potentia obeditiua Dei: quia potest in eam inducere quamcunque formam voluerit, materia autem nãlis non est in potentia artificum obeditiua: quia per nullum artificium potest facere homo cp de semine asini nascatur capra, vel de semine hoīs nascatur aliud animal, nisi sint diuersarum specierum masculus, & fęmella generantes. *quando creata sunt.* ideſt productę vel formatę: quia sola materia prima, & Angeli cum empyreo cœlo, & animæ hominum creata sunt, cętera autem formata vel producta, quia prę supponebant materiã. *quando creatę sunt.* ideſt quæ creatæ sunt: vel accipitur, quando, proprie, & est sensus. *Istæ sunt generationes cœli, & terræ.* ideſt ista memorata sunt cœlum, & terra genita, & non dicuntur istę generationes cœli, & terræ simpliciter, vel in omni tempore: sed solum pro illo tempore, vel tunc quando creauit ea Deus, quasi dicat. non fuit facta aliqua generatio cœli, & terræ, quia istę generationes, ideſt formationes cõputãtur pro tempore illo, quo Deus ista formauit antequàm aliqua nãliter orirẽtur in terra. Et iste est proprius sensus, scilicet cp ista, quæ commemorata sunt primo c. sunt generationes cœli, & terræ, quas Deus fecit: cętercę aũt generationes rerũ, quæ sequũtur non solum pertinebunt ad Deum, sed etiam ad nãm, & declaratur per ea, quæ subiunguntur. *In die, quo fecit Deus cœlum, & terram.* i. in diebus, ponitur singulare pro plurali, vt sæpe fit secundum consuetudinem sermonis hebraici: vt Exo. 8. c. venit musca grauissima, ideſt multitudo muscarum. Non fuit enim vna dies, in qua Deus faceret cœlum, & terram: quia in sex diebus creata, distincta, & ornata fuerunt. *cœlum, & terram.* Cœlum primo die factum est, scilicet empyreum. Vel alio modo ante omnem diẽ firmamentum, ideſt octo orbes; secunda die terra, & alia elementa tertia die, vel secunda, secundum cp supra diximus primo c. *& omne virgultum.* ideſt omnes arbores, siue virgas florentes: & hoc factum fuit tertia die. *antequàm oriretur in terra.* ideſt productio herbarum facta a Deo fuit antequàm naturaliter in terra aliquid oriretur: cum nõdum virtus generatiua terrę data fuisset. Item quia eadem die terra creata fuerat. *Omnemque herbam regionis.* ideſt totius terræ. *Antequàm germinaret.* ideſt antequàm naturaliter dilataretur, vel emitteret germina: quia etiam herba ad productionem tertiæ diei pertinet. *non enim pluerat.* Hic subditur causa, quare non orta fuerant virgulta, & herbæ: ea enim, quæ in terra gignuntur ex duobus principijs maxime generãtur, scilicet ex humido tanquam materia, & ex calore tanquam ex actiuo digerente: & consequenter ex dispositione artis humanæ per agriculturam ista duo adiuuante; cum ergo deficeret pluuia humectans, & labor humanus disponens, cessabat pullulatio, vel ortus plantarum: ideo subditur. *Non enim pluerat Dominus super terram.* ideſt in quattuor diebus, qui fluxerunt a die, quo herbæ, & arbores creatæ sunt vsque ad diem, qua homo positus fuit in paradiso, non pluit: & hoc quo ad defectum pluuiæ humectantis. *& homo non erat super terram, qui operaretur.* & in hoc erat defectus secundi, scilicet artis, & laboris humorem, & calorem adiuuantis.

Quid proprie sit generatio.

Quomodo intelligẽdum sit Deũ creasse omnia.

¶ *Sed fons ascendebat de terra.* Aliqui vocant istum fontem ascendentem quãdam elenationem aquarũ latentium in cauernis terræ ad superficiem in omnibus partibus, in quibus plantis locus futurus erat, & ex commixtione terræ cum aqua fuit facta temperatio materiæ ad productionem plantarum, & herbarum: & ista eleuatio, & commixtio vocatur irrigatio. ¶ Sed ista expositio non conuenit: quia talis eleuatio aquarum est, quædam dispositio mãæ, quæ requiritur in agẽtibus naturalibus, Deus autem non requirit talem dispositionem. ¶ Item quia in nulla alia operatione Dei ad formanda, vel producenda indiuidua alicuius nãæ describitur dispositio, ergo nec in ista. Item quia Moyses non intendit hic dicere aliquid de rebus productis in tertio die, scilicet de plantarum generatione, sed de conditione terræ antequàm pluere t. Ideo dicendum est, cp ista litera intelligitur de irrigatione terræ postquàm formatæ sunt arbores vsq; ad tẽpus, quo homo incepit colere terrã; & potissima ratio est: quia dicit hic. *sed fons ascendebat.* Quia illa adueniatiua: sed, facit referri hoc ad illa immediate. s. nõ pluerat Deus super terrã, ideſt licet non esset pluuia, tñ fons ascẽdens de terra irrigabat loco pluuiæ, & accipitur fons, ideſt fontes: quia vnus fons nõ poterat irrigare totam superficiem terræ. Erant aũt multi fontes in diuersis partibus terrarum: & isti fontes faciebant irrigando terram, quòd herbæ productæ cõseruarentur

Quæst. 6. Quæ sit causa formationis hominis.

uarẽtur in esse, & quòd aliæ de nouo naturaliter gignerentur. In hebræo habetur. *Sed nubes ascendebat.* Est sensus, quòd calore Solis eleuantur de terra aliquę humiditatẽs, quæ postea densatæ in modum nubis, & resolutæ terram irrigabant. Sed melius ponitur fons, quia si dicamus quòd nubes ascendebant, cum nubes resoluta est pluuia fit, qđ vr dissonare textui dicenti, cp non pluerat Deus. Dicitur ergo cp debet dici fons, & non nubes. Et si arguatur de litera hebraica, dicitur cp dictio posita ibi æquiuoca est ad fontẽ, vel nubẽ. *formauit igitur.* supra posuit causam vnã formationis hominis, scilicet vt coleret terram, hic ponitur in speciali eius formatio.

In quo homo ceteris quas creaturas corporeas excedat.

¶ Fuit autẽ principalis causa formationis hoīs participatio diuinæ bonitatis, & ostensio magnitudinis eius. ¶ Alia fuit, vt homo honorificaretẽ. ¶ Minus aũt principalis: sed magis cõsequẽs, & immediatior fm tẽpus fuit cultura terræ. Ideo post illam causam positã annectit formatio hominis: & demõstrat in litera pfectio speciei humanæ. ¶ Perfectio autẽ rerũ assumit ex causis: quia ab eodẽ principio emanat esse, & perfectum esse; cum autẽ sint quatuor causarum genera, ita possunt res excedere seipsas in perfectione, quantum ad quatuor modos: & secundũ quòd causæ magis dant de esse rei, ita magis mensuratur secundũ illas perfectio rei. Et quia materialis, & formalis magis esse tribuũt, cum immaneant cõposito intrinsecè, & sint elementa eius, magis facient ad perfectionem. Res autẽ primo creatę, vel productæ non possunt differre secundum perfectionem, quantum ad causam efficiẽrem, quia Deus est cã efficiens vniuersaliter omniũ creatorum. ¶ Quantum ad finalem causam non differunt, quia Deus omnia fecit propter se, sed differũt in modo attingendi & participandi illum finem: quia angelici spũs, & omnes creaturæ rationales immediate attingunt Deum intelligentes illum, & fruẽtes eo. Aliæ autem creaturæ imitantur in quantum sunt ad finem participandi suã perfectionem maximam possibilem illi speciei, quę dicit quẽdam gradũ bonitatis, per quem Deum remote attingunt. Et in hoc excedit homo omnes creaturas corporeas: quia immediatius illis summum bonum participat. ¶ Sed quantum ad materialem, & formalem magis in perfectione differt, quia istę causæ intrinsecæ sunt, materiales autem non est perfectior in vno, quàm in alio secundum se: quia eadem materia prima omniũ corporum, sed quãtum ad dispositiones requisitas in materia ad introductionem formæ. Et istę dispositiones aduenientes materiæ faciunt materiã propinquã, quę in vno ente perfectior est, q̃ in alio. Cum enim in naturalibus mã nõ hẽat rationẽ partis speciei, nisi a forma nãli secundũ differentiã perfectionis formarũ, sequit differẽtia ī pfectione mãlis partis, vt patet p Arist. in 2. de Aĩa. illa est ergo mã perfectior, quæ pfectiorẽ formã hẽt: ideo corpus humanũ pfectius est corpore cęlesti, immo corpus ranæ; licet alię dispõnes accidentales in cęlo sint pfectiores, q̃ in homine, vt incorruptibilitas, fulgor, & figura, & influẽdi virtus, de qua immediate subdit. *Formauit Deus hominem.* In productione arborum, piscium, auiũ, & brutorũ dicebat Deus producat terra, & cætera in pductione hominis, formauit Deus hominem, ad significãdũ cp quia species humana erat pfectior cæteris brutis aĩalibus, ideo requirebat formã magis dispositam; ideo dicitur. *Formauit Deus.* ideſt diligentius, & excellentius disposuit materiam illam. *Hominem de limo.* Non fuit homo formatus, sed corpus suum, ideſt materia illa, quæ postea adueniente forma fuit formata. Et patet, quia infra dicitur, & inspirauit in faciem eius spiraculũ vitæ, ideſt animam: sed homo nũquàm est homo donec ei anima sit infusa; ergo nõ intelligitur formatio de animato homine, sed de corpore solum. *De limo terræ.* Dicitur limus terra madefacta, & cõtẽperata aqua. In hebræo dicitur. *De puluere terræ.* vt infra dicit; Puluis est, & in puluerẽ reuerteris. 6. c. Et assumpsit litera nostra limus, quia limus cum dicat terram madefactam, est aliquid dispositum ad materiam corporis; puluis autẽ dicit terram resolutam, & discontinuatam in partes minutissimas ex defectu humoris. Et hoc valde distat a conglutinatione partium componentium, & continuantium corpus. *& inspirauit in faciem eius.* Hic agitur de forma corpotis humani, quę magis facit differre in perfectione ab omnibus animalibus, cum ipsa magis det esse, & differre quam aliæ causæ. Et cum dicitur. *inspirauit in faciem eius.* Notatur quàm anima hominis est alijs formis perfectior, quia non est inducta in potentiam materiæ, etiam si tales rationes seminarias Deus iam materiæ dedisset: sed fuit creata a Deo, & infusam corpori, quod notat spiratio a Deo tanquam ab ipso extra materiam corporis creata sit. ¶ Et ab hoc quidam errandi occasionem assumpserunt, quia dicitur, spirauit, dicẽtes quòd anima de substantia Dei sit, cum ab ipso spirata sit. ¶ Sed valde falsum est: quia si a Deo esset per generationem, siue spirationem, necesse erat esse Deum, & infinitam, & nõ creatam: quia Deus, & quicquid in Deo est, increatum est. ¶ Item sequeretur quòd essent plures Dij quidam creati: quidam increati, vel quòd Deus esset quædam magna substantia, ex qua plures animæ omnium hominum decisæ sunt, quæ omnia impossibilia sunt. Et important magnum defectum in Deo: quia Deus nõ est aliquid quantum, a quo possit fieri decisio: nec anima est talis, quæ possit decidi, cum sit indiuidualis. Ouidius autem Metamor. lib. primo vult animam esse de natura cęlesti. Sed intentionem Ouidij magis declarabimus in commentarijs nostris super Eusebiũ. *in faciem eius.* Deus animam hominis intra ipsum creauit, quia in eodem instanti infunditur, & creatur: & anima, quæ nunc in aliquo corpore est nunquam extra illud fuit: sed vtitur hic quadã figuratione Moyses, vt intelligat populus rudis, quæ aliter intelligere non valebat: & dicitur Deus inspirasse in faciem: quia in facie magis quàm in alijs corporis partibus anima demõstratur, cum ibi sint omnes quinque sensus, ex quorum actibus animam intrinsecus agentem arguimus. In hebręo dicitur. *spirauit in nares eius.* Eadem litera est: inuenies tamen animam quasi quendam flatũ fuisse, qui per nares introisset: & hoc modo loquuntur vulgares, animam dicentes esse aerem mollissimum, quo spiramus. Et iste est verus sensus, quia licet anima sit vere spiritus, tamen scriptura voluit manifestare animam per vitam, quæ est ab anima: ipsa autem vita permanet, quandiu in homine est inspiratio, & respiratio. Et ob hoc vulgus putat animam esse flatum illum Sapien. 2. c. Scriptura ergo vt diceret quòd Deus dedit vitam homini formato, dixit quòd spirauit ei spiraculum vitæ, ideſt dedit ei inspirationem, & respirationem, quæ sunt opera vitæ: & dicitur quòd dedit in faciem eius: quia ista spiratio non est nisi in vultu, scilicet in ore, & naribus. Et dicitur spirauit, quasi Deus fiãdo in vultu hominis dederit ei flatum. Vnde scriptura non dicit istum flatum esse animam, sed esse opus viuentis. *Spiraculum vitæ,* ideſt, animam facientem eum formaliter viuere, quia anima est essentialiter vita. *Et factus est homo in animam viuentem.* ideſt, factus est habens animam dantem vitam: & non solum viuentem, sed etiam vegetantem, mouentem, sentientem, & intelligentem: istos enim quatuor gradus continet anima rationalis, vt patet in secundo de Anima.

Quæ materia perfectior fit.

Quare anima minis religs formis sit perfectior.

Opi. quorundam, quod anima sit de substantia Dei.

Prima ratio.

Secũda ratio.

Opin. vulgi de anima.

Anima æterna ter vita est.

Sed quia viuere viuentibus est esse: vt patet in eodem secūdo de Anima, ideo dicendo animam viuentem, dicimus animam viuentem secundū oēm suā perfectionem vegetatiuā, sensitiuā, secundū locū motiuā, & intellectiuā. Vel dicitur aīa viuens. i. statim mouēs, s. ꝙ statim, vt Adā formatus fuit, moueri potuit, & facere omnia alia perfecte, quia in ætate perfecta in qua generare posset, formatus est. s. ad triginta annos, vel vltra. Et sic vocamus viuēs illud, cuius mouēdi, & agē di principiū intra ipsum est. Sic ēt vocant aquæ viuētes aquæ fontanæ, & fluuiales, qa mouētur; aquę aūt stagnorum nō dicuntur viuētes, qa nō mouent de terra ebulientes, aut decurrētes, sed stāt: vt patet Leuit. 14. c. ¶ Et non dēt poni hic homo a parte subiecti, sed pdicati: qa si ponat a parte subiecti, est sensus ꝙ hō factus fuit in aīam viuētē. i. recepit aīam viuētē: sed hoc falsum est ꝙ homo recepisset aīam, qa nunq̄ fuit homo, quin haberet aīam viuentē. Si aūt ponat homo a parte pdicati, est vera ꝓpositio. Est autē sensus, ꝙ illud corpus formatū a Deo factū est homo, siue factus est homo, quia vtrumque congruum est: & sic dabimus, ꝙ fuerit ante hominis existentiā illud corpus nō animatū, deinde factum est homo. & ratio est, vt veritas propositionis correspondeat veritati rei, ꝙ corpus de limo formatū, quod ē subiectū istius supernālis transmutationis, sit subiectū propositionis, quia denotat recipiens: & homo qui est terminus istius productionis, totaliter ponat a parte pdicati. *plātauerat autē*. Hic ponitur secundū. s. de homis habitatione, & ponuntur tria, primo ponitur loci ꝓductio, secūdo eius ꝙditio ibi. *ꝓduxitque Deus*. tertio hoīs ibidē cōmoratio ibi. *tulit igitur*. De statu felici, quem in terresti paradiso habuissemus, nisi, ꝓtoplaustus noster Adam per peccatum se, & posteros condēnasset, multa a sanctis Patribus dicta sunt, & multa rationabiliter dicere, & ꝓtēplari possemus: sed non expetit breuitas: quam vt potero prosequar salua literæ dilucidatione: & pro qua totis viribus laborabo. Volebat Deus hominem, si nō peccasset, immortalem conseruare, vt aliquanto tempore in paradiso terrestri colonus existeret, deinde p turmas, vel generationes, vt Deo videretur ad beatā Dei visionem in spirituali paradiso, scilicet empyreo cœlo transferre. ¶ Deus autem non creauit hominem immortalem, ita quòd mori non posset, siue impossibile esset eum mori: quia hoc pertinet ad dotes gloriæ. Sed contulit ei quòd posset non mori: ita ꝙ si non peccasset, non incurriset moriendi necessitatem. ¶ Sed istud posse non mori non erat aliquid cōicatum ei per qualitates intrinsecas, quæ facerent eū impassibilē. Illud enim causabitur in corpore humano in gloria ex redundātia beatitudinis animę ad corpus: sed erat hoc ex remotione corruptiuorum, non permittēdo ea agere, vel quia Deus prohiberet quòd ignis ad hominem non accederet, & intoxicatio, & cętera nociua; vel si accederēt tollendo eorum actionem, vt in fornace Babylonica: licet ignis accederet ad tres pueros Sidrach, Misach, & Abdenago, tamen non combusit quidem nec capillum capitis eorum, vt patet Dani. 3. cap. ¶ Dicendo tamen primo modo, quòd Deus remouebat corruptiua elongando ne nocerent: cum locus sit maxime conseruatiuus generaliter rei locatæ, decebat talem locum habere, qui complexioni hominis in omnibus qualitatibus conformis eēt, vbi nociua nō essēt, & loci amęnitas aeris, quia salubritas esset, de quo infra magis dicemus. hoc autem in nullo loco inueniebatur, sicut in paradiso terrestri: ideo Deus plantauerat paradisum, in qua homo morarerur. *paradisum voluptatis*. alia translatio habet ortum deliciarum: & sic habet litera hebraica, & idem significat. Sed ponitur hic paradisus ad significandum affluentiam hominis delectationis: quia paradisus est quasi parans Dei visum, in quo visu totalis delectatio est. Et quia in corporalibus nullus locus magis delectabilis est, quàm ille: ideo paradisus analogicè vocatur. *a principio*. idest a principio creationis terræ in tertio die: quando omnia elementa, & arbores productæ sunt. Vel dicitur. *a principio*. idest in prima parte terræ habitabilis orientalis, & hoc significat dictio hebraica hic posita, scilicet. *miqueden*. idest ab oriente, quæ pars est principium mundi.

¶ Est autem paradisus locus amenissimus in partibus orientis; sed quia quilibet punctus orizontis est oriens respectu alicuius alterius, non videtur in qua parte sit secundum longitudinem ab occidente contra orientem. Item non patet in qua parte orientis sit secundum latitudinem oriētis, quia a septētrione versus austrum tota regio nobis, qui citra sumus, orientalis vocatur. Et ideo ignoratur vtrum ad austrum, vel septentrionem, siue in medio sit. ¶ Philosophus autem in 2. Meteor. asserit inter duos tropicos, scilicet æstiualem, & hyemalem nullam terram habitari; sed totam habitationem citra tropicos esse; maxime citra tropicum æstiualem Cancri, quia de alia terra nihil nobis constat, cum non possint ad nos venire rumores. Sed vt supra diximus, non videtur aliquis locus habitabilis vltra æquinoctialem. ¶ Et ratio superiorum est, quia inter tropicos magna radiorum solarium reflexio ascēdentium ad perpendiculare totam terram ardoribus conficit. Et secundum hoc non ponetur paradisus sub æquinoctiali, vt aliqui volunt, sed ad partem septentrionalem post tropicum æstiualem Cancri. ¶ Et huic videtur concordare, quia flumina, quæ egrediuntur de paradiso, intrant terram nobis cognitam, scilicet Indiam, & Armeniam per partem septentrionalem. ¶ Alij dicunt, quòd paradisus est positus sub linea æquinoctiali in locis secretissimis orientis; & isti dicunt quòd sub æquinoctiali est bona, & temperata habitatio, quod posset induci ex aliquibus rationibus astrologicis, & naturalibus, quas omitto; vnde dicunt Ptolomæum fabricasse astrolabium in ciuitate Arin, quæ est sub æquinoctiali. Dato etiam ꝙ sub æquinoctiali non esset terra habitabilis, tamen posset ibi esse paradisus habitabilis, cum sortiatur aliam complexionem ex altitudine situs, quia dr̄ accedere ad globū lunarē; sed magis mihi placet prima positio. ¶ Iste locus amęnissimus est, qa oīum deliciarū plenus esse dr̄, in quo arbores oīum generum sunt; & delectabilis cantus auiū. Huius loci arbores secūdū Dama. folia nunq̄ deponūt, nec viredinē perdūt; inter oēs tñ arbores lignū vitæ p̄cedit, de quo infra magis dicemus. Tāta est enim hmōi loci salubritas, vt homo ibi valde magno tpe duraret absentibus corruptiuis intantū, vt Elias, & Henoch vsq; hodie ibi perdurēt. ¶ Sunt enim iam anni ex quo Henoch est in paradiso qnq; mille sexcēti, & quadraginta octo, qa nūc est a natiuitate Christi annus millesimus quattuorcentesimus trigesimusseptimus, & sunt a creatione orbis anni sex mille sexcenti triginta & quinq;, qa ab orbe condito vsq; ad natiuitatē Christi fluxerunt anni quinq; mille centū nonaginta & nouē. Si subtrahamus ab ista tota summa annorū sęculi annos noningētos, & octoginta & septē, qui fluxerūt a creatione vsq; ad tēpus, quo raptus est Henoch, vt patet cōputādo annos gnationū, q̄ describūtur Gen. 5. c. Inuenientē qnq; mille sexcēti quadraginta & octo, qbus stetit vsq; hodie Henoch in paradiso, q̄ cōseruabit vsq; ad tpa Antichristi. Pōt ergo vocari ille antiquus dierū, q̄ tot sæcula in cōtinua lætitia prætransiuit. Manet ēt ibi Elias, a cuius trāslatione in paradisū vsq; nūc, fluxerūt anni quasi duo mille trecēti septuaginta,

septuaginta, & quinque: qa fuit raptus tempore, quo regnabat Iosaphat in Iudæa, de quo patet 4. Reg. 2. & 3. cap. & ab illo tempore vsque ad Christi natiuitatem fluxerunt anni nonaginta & nouem, qui coniuncti annis Christi vsque nunc faciunt duo millia trecentum septuaginta, & quinque annorum: licet isti anni non sunt præcisi: quia ignoratur quo anno regni Iosaphat Elias raptus fuerit. Prædicta vera sunt tenendo numerum annorum iuxta literam interpretum, & secundum quòd computat Euseb. lib. Cronicorū, scilicet, fuisse vsque ad natiuitatem Domini annos quinque mille centum nonagintaocto. Et tamen secundum veritatem, & literam hebraicam, quam Biblia nostra sequitur, non sunt vsque ad Christi natiuitatem ab orbe condito, nisi anni ter mille nongenti, & sexagintaduo, quia est minor numerus secundum literam hebraicam; detrahuntur enim anni mille ducēti trigintasex. Et ideo habebit nūc Henoch ex quo est in paradiso annos fere quatuor mille quadringentos & duodecim. De annis autem Eliæ nihil est subtrahendum, quia tota differentia, quæ est inter computationem interpretum, & literæ hebraicæ est inter principium sæculi, & natiuitatem Abrahæ, scilicet in duabus primis ætatibus; in alijs autem nulla differentia est, & tamen Elias natus est in quarta ætate; ideo de annis suis nihil detrahit. De ista diuersitate, & causis diuersitatum; & quomodo concordentur summæ annorum, late dicemus in commētarijs nostris super Eusebium. ¶ In istis autem non est mirabile, quòd tāto tempore permanent, quia Deus illos sic vult manere; sed etiam a naturali dispositione loci ineſt, quòd aliquis magno tempore ibi cōseruari posit, nec hoc incredibile est; qa in Hybernia quædam insulæ sunt, in quibus homines nunquàm moriuntur; quia tanta est aeris salubritas, quòd vita humana valde protenditur, & cum ad magnam senectutem homines deuenerint paulisper deficiente per calorē naturalem humido radicali, & anima propter bonitatem complexionis recedere non potest, fiunt magni dolores in corpore; & ideo homines illius regionis post diuturnos labores vitam fastidientes extra terram illam longe se deportari faciunt ad locum, vbi faciliter morian tur. De his habetur in lib. 15. de proprietatibus rerum.

Est etiam paradisus situ altissima super omnem terræ altitudinem: quia secūdum Strabum, & Rabanum attingit globum lunarem; sed non est hoc intelligendum sic, vt vult Isidorus 15. Etymo. & Beda, sed quòd altitudo paradisi perueniat vsq; ad extremitatem superiorem aeris turbidi, in quo fiūt impressiones metheorologicæ, & ille aer superior valde serenus est, cum infra se omnia turbida habeat; & ideo alterius complexionis valde distantis est a complexione aeris nostri. Ad istam altitudinem aquæ diluuij non peruenerunt, quia destruxissent omnem pulchritudinem paradisi. ¶ Etiam quia tempore diluuij iam Enoch trāslatus erat in paradisum, quem interfecissent præfocando, quod non licebat. Nec valet si dicatur infra 7. cap. quòd aqua diluuij excesit quindecim cubitis super omnes montes: quia, Omnis, non distribuit vniuersaliter semper in sacra scriptura, vt patet sæpissime, quia ponitur, omnis, pro valde multis: & tamen in hoc multa dubitatio est; de qua tangetur 7. cap. & magis Matth. 25. Nam & aliqui putant, quòd altitudo aquarum diluuij excedit quindecim cubitis altitudinem; sed non illapsa est in eum, quia stetit circunfusa, vt murus vtrinq; sicut fuit aqua maris rubri transeuntibus Iudæis. Exo. 14. cap. quod satis est rationabile. ¶ Dicit Isidorus 15. Etymo. & Basilius in Exameron quòd de fonte paradisi fluunt abundantissimæ aquæ, quæ ex magna illisione propter loci altitudinem, de qua cadunt, fragorem nimium faciunt, a quo aliquæ gentes, quæ per aliquam distantiam a paradiso terrestri in locis secretissimis habitant surde efficiuntur, & omnes nascentes naturaliter surdi generantur. Ad descensum paradisi in planicie magna lacus ex aqua fluenti efficiuntur, qui in quattuor flumina distinguūtur; de quibus dicitur infra in litera. *In quo posuit hominem*. Mox vt formatus fuit homo in sexta die, fuit positus in paradiso. *Quem formauerat*. Non formauit Deus Adam in paradiso; sed extra apud ciuitatem Hebron, apud quam dicitur campus Damascenus. Et in hac ciuitate nondum fabricata Adam vixit, & sepultus fuit, vt patet Iosue 14. cap. Distat autem locus iste octo leucis a Hierusalem, in quo loco etiam Abraham cum Sara, Isaac cum Rebecca, Iacob cum Lia sepulti sunt, vt patet infra 49. cap. quare vocatur ciuitas illa Cariatharbe, idest ciuitas quattuor, scilicet virorum; quia isti quattuor Patriarchæ ibi sepulti sunt, & patet quòd homo formatus sit extra paradisum, quia dicitur. *In quo posuit hominem*. Si autem ibidem creatus fuisset non diceretur ibi positus; quia positus dicit factum esse, & postea locari. Si autem ibidem factus fuisset, non proprie diceretur positus ibi, & fuit hoc vt sciret homo, quòd ille locus dabatur ei ex gratia, & non debebatur ex natura. *Produxitque Dominus*. Hic ponitur secundum, scilicet paradisi producti conditio, & primo ponit de arboribus, secundo de fluminibus. ibi, *Et fluuius*. Circa primum, *Produxitque Deus*, scilicet tertia die in qua facta fuit creatio, siue formatio elementorum, & arborum herbarumque, vt patet prędcedenti cap. *De humo*. licet in die tertia elementa, & arbores productæ sunt. *Omne lignum*. idest, arborem. *Pulchrum visu*. Ista referuntur ad paradisum in quo erant ligna pulchra visui, & delectabilia gustu; quia ista duo demonstrant bonitatem, & perfectionē arboris; ideo subditur. *Et ad vescendum suaue*. idest, erat saporis valde delectabilis in gustu. *Lignum etiam vitæ in medio paradisi*. De paradiso vtrum magnæ latitudinis, vel continentiæ esset, an paruæ, non constat. Sed videtur quòd fuisset satis magnæ latitudinis, quia omnes homines ibi victuri erant; licet vt quidam volunt post aliquas generationes transferēdi erant. Sed quocunque modo ponamus, requirebatur magna latitudo, vt homines per diuersa loca vagarentur. Vnde volunt aliqui quòd ambitus terrestris paradisi sit quasi centum leucarum. Erit secundum hoc longitudo quasi triginta leucarum, vel paulò plus; quia in circulo, vel rotundo ita se habet longitudo, quæ est diameter ad lineam circunferentialem. ¶ In medio huius paradisi lignum vitæ erat, quod sic uocatur ab effectu; quia comedentibus uitæ diuturnitatem præstabat. Vel ut uult Magister in historia scholastica, dicitur lignum uitæ, quia comestum sepius homine firmaret, ita ut nulla anxietate, uel in firmitate, uel senio in deterius, occasum, uel mortem laberetur.

¶ Vnde ait Augustinus. 14. de ciuitate Dei; quòd cibus aderat homini ne esuriret, potus ne sitiret, lignum uitæ ne illum senectus dissolueret. ¶ Et ponebatur istud lignum uitæ, quia cum quodlibet animal sit uegetabile, indiget cibo ad continuandam uitam animalem: Est enim uita animalis in armonia calidi naturalis, & humidi radicalis; & cum quotidie humidum corrumpatur a calido, nisi restauretur per quotidianos cibos, & potus, cito animal moreretur desiccato humido radicali. Assumitur ergo humidum cibale; & quia istud humidū, quod reddit in substantiam per digestionem, & incorporationem, non est ita purum, sicut caro secundum speciem, idest caro generata in utero materno ex spermate, & sanguine; & cum quotidie aliquid deperdatur de illa carne, &

generetur

Nisi homo peccasset, fuisset immortalis.

Quæst. 9.

In insulis Hyberniæ homines diu viuūt.

Omnis, in sacra scriptura non semper distribuit.

Latitudo paradisi non poterat nō magna exigi.

Quæst. 10.

Quæ prouidētia ad vsum humanum in paradiso fuit.

generetur alia, & ex alimento fiat caro tam impura, F
quòd non possit esse conueniens ad vitam, sicut est
de vino puro, quia si apponatur ei modica aqua con-
uerteretur in substãtiam vini, & naturam per actionem
vini corrumpentis qualitates conuenientes formæ
aquæ; si autem continuè apponatur efficietur vinum
valde impurum, & aquosum, donec perdatur spe-
cies vini. Ne ergo tanta deperditio fieret in corpo-
re humano, datum fuit lignum vitæ, quod habebat
virtutem reducendi ad puritatem carnis primæ to-
tam carnem alimentalem. Et quando semel come-
disset de fructu illius arboris, reducebatur ad purita-
tem, quæ magno tempore durabat, deinde incipien-
te fieri in puritate per cibos alios, si iterum sumere-
tur cibus illius arboris, reducebatur rursum corpus G
ad pristinam puritatem, & sic frequenter sumendo
duraret homo in æternum durante arbore vitæ. Si
tamen comedisset homo semel de illa arbore: & post
fuisset eiectus de paradiso, non duraret in æternum,
sed ad valde magnum tempus. Deinde incipiente
fieri magna impuritate cibi per alimentationem, si
non gustaret rursus de fructu illius arbor, necesse
erat corrumpi.

Cur datũ sit lignum vitæ in paradiso terrestri.

Quæst. 11. *Lignumque scientiæ boni, & mali.* Iosephus dicit, quòd
sic vocabatur illa arbor: quia vsum rationis accelera-
bat, & acuebat. ¶ Nicolaus redarguit hoc dicens,
quòd virtus corporalis non se extendit ad hoc, vt in-
tellectum acuat. Ista forte vera sunt, si intelligamus,
quòd virtus illius ligni immediate ageret in intelle-
ctũ, quia hoc impossibile est: quia agere in spirituale H
est vltra genus actionis rei corporalis: nisi forte age-
ret, vt instrumentum diuinæ iustitiæ, quia tunc Deus
supplet quod natura de se non valet; sicut est de igne
corporeo inferni, in quo animæ cruciantur. Potest
tamen agere virtus corporalis in corpus, & quia ani-
ma coniuncta est corpori, immutatur per accidens ex
immutatione corporis, cuius forma est. Et hoc di-
Cap. 2. cit Philosophus in principio lib. Physiognom. &
in hoc tota eius fundatur intentio, scilicet quòd ani-
mæ proprietates corporum consequuntur. Sic enim
dicimus de intellectu nostro, quòd licet substantia
incorporea non sit alligata alicui organo, secundum
operationem, vt aliæ potentiæ sensitiuæ, tamen re-
quirit actus organorum ad intelligere: ideo dicitur I
Cap. 15. t. 139. primo Posteriorum, quòd illa scientia caremus cu-
ius obiecti potentia caremus, vt si careamus potentia
visiua, caremus scientia de coloribus. Sicut ergo
priuatio actus organici facit priuationem intelligen-
di, quia nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sen-
su, sic bona dispositio organi faciet ad bene, vel faci-
liter intelligere, & mala dispositio facit ad praue, &
difficulter intelligere, & sic dicit Philosophus secun-
Cap. 5. t. 94. do de Anima, quod molles carne aptos dicimus, in-
eptos vero corpore duros. Ista autem dispositio or-
ganorum corporalis est, ideo causatur ex virtute cœ-
li influentis: quapropter in vna terra ingeniosi ho-
mines sunt, in alia autem rudes valde. ¶ Vnde dicit
Philosophus septimo Polyticorum, quòd homines
habitantes in terris valde frigidis ad vulnera promptis- K
Genus hominum ad modum rude. simi sunt, sed ad intelligere valde inepti. Sic sunt ho-
mines multum septentrionales, qui moribus, & in-
tellectu quasi bestiæ sunt. Dicit autem, quòd homi-
nes habitantes in terra calida ingenio promptiores
sunt: sed fortitudine carent, & animositate, quia
paucum sanguinem sibi inesse nouerunt, vt ait Ve-
getius lib. primo de re militari. Homines autem qui
morantur in temperata terra, sicut sunt Hispani, Ita-
li, & Græci sub quinto climate in totum, vel in par-
tem, & ingenio prompti, & animositate excellentes
sunt. ¶ Disponunt etiam ad hæc elementa, quæ in-
trinseca immutant transeuntia in substantiam rei ali-
tæ; & ideo dicimus aliquos cibos perturbare intelle-
ctum, aliquos iuuare. Sic dicebat Salomon Eccle-
siast. 2. cap. Cogitaui in corde meo abstrahere a vino
carnem meam, vt animum meum transferrem ad sa-
pientiam. Et isto modo bene esset conueniens, quòd
aliqua arbor paradisi ita haberet fructus complexio-
nis mirabilis, vt multum disponeret omnia organa
deseruientia intellectui, & sic vsus rationis accelera-
retur, vel acutior esset. Sed nec in hoc intendo asse-
rere Iosephi positionem; quia tunc esset sensus, quòd
antequàm primi parentes gustarent de fructu huius
arboris, aut non habebant vsum rationis, aut parum
habebant, & sic vult Iosephus, quòd ante simplices
essent, postea gustato ligni fructu sapientes effecti
sunt. Sed hoc valde inconueniens est: quia Dei ope-
ra perfecta sunt, vt patet Deutero. 32. c. Sicut ergo
Adam in corpulentia perfectę ætatis, & robore for-
matus fuerat: ita & in perfecta sapientia quanta con-
ueniebat homini nondum glorificato. Et patet hoc,
quia Adam posuit nomina omnibus animãtibus, sin-
gulis iuxta proprietates suas, quòd ad magnam sa-
pientiam pertinebat. Dicitur ergo arbor scientiæ bo-
ni, & mali ex euentu; quia gustando de fructu eius
cognouerunt parentes primi malum, quòd incurre-
rant, & bonum, quod tenuerant; & sic dicitur sicut
de aliquo inexperto, qui cognouit mala cognitione
intellectiua, & non sensitiua, donec experiatur, sicut
medicus cognoscit morbos speculatiue, sed nõdum
perfecte cognoscit, donec experiatur. ¶ Sic primi
parentes; licet malum esse intelligerent, nunquàm
tamen illud experti sunt, donec de fructu illius arbo-
ris comederunt. Quare iuste arbor scientiæ boni, &
mali, ideſt experientiæ boni perditi, & mali habiti
nuncupatur. ¶ Plato autem dixit arborem sciendi
bonum, & malum vocari hominem; quia non pu-
tauit esse talem arborem. Et dicitur in medio para-
disi; quia medio modo se habet inter substantias in-
tellectiuas, & incorporeas: & inter substantias tota-
liter corporeas; vocauit autem hominem arborem
sciẽtem, quia homo comparatus substantijs spiritua-
libus non videtur homo, sed arbor. *& fluuius egredie-
batur.* Hic ponitur secundum de irrigatione fluuio-
rum. In medio paradisi erumpebat quidam magnus
fons, qui diuiditur in quatuor flumina, quę hic no-
minãtur. *de loco voluptatis.* ideſt de medio paradisi. *ad
irrigandum paradisum.* quia paradisus magni ambitus
est arboribus plenus, & auibus dulciter cantanti-
bus, & alijs animalibus.

¶ De quibus vtrum nunc sint aliqua, dubium est; Quæst.
ante tamen fuerunt, quando serpens tentauit Euam:
nunc autem magis videtur, quòd ibi non sint, ma-
xime de serpentibus, quæ sunt ad exercitandum, &
monendum peccantes: ibi autem peccator nullus
est, nec etiam erunt animalia fera, vel iumenta ad
adiutorium humanum: quia ibi talibus opus non est.
¶ Si ergo dicantur esse aliqua animalia, erunt prin-
cipaliter aues armonijs mirabilibus concinentes, &
aliqua animalia pulchra visu, in quibus Henoch, &
Elias ibidem quiescentes delectentur: quia licet ibi
sint, puri viatores sunt, & adhuc talibus solacijs in-
digentes: cum etiam ibi de arboribus paradisi cibum
sumant. ¶ De isto fluuio paradisi dubium est, an in- Quæst.
tra paradisum diuidatur in quatuor capita, vel extra
paradisum. Satis videtur rationabile, quòd fons vnus
magnus sit in paradiso, qui immediate in scaturigi-
ne sua diuiditur in quatuor capita fluuiorum, vt
conuenientius irrigent paradisum, quàm si esset
vnus fluuius: & deinde descendunt de montibus al-
tissimis paradisi, & tendunt labentes in uarias regio-
nes.

nes. ¶ Sed Isidorus, & Basilius in Exameron dicunt, A
quòd aquę fluunt de loco paradisi efficientes magnũ
lacum, ex quo quatuor ista flumina diuiduntur. Et
hoc satis videtur ex litera: quia dicitur quòd fluuius
egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum para-
disum; ergo dum paradisus irrigatur fluuius est, &
non multa flumina. Item quia dicit egrediebatur,
quia fonti conuenit oriri, & non egredi, quia egredi
dicit decursum aquarum, quæ conuenit fluuio; er-
go fluuius est, qui egreditur, & irrigat, & non est fons,
qui egreditur. Item quia dicitur. *Inde diuiditur in qua-
tuor capita.* inde, ideſt ab ipso loco; quia inde signi-
ficat terminum a quo, & sic litera innuit, quòd pri-
mo fluuius ille fluens de fonte irrigat paradisum, &
inde, ideſt ab ipso loco, scilicet post irrigationem pa- B
radisi in lacu magno inferiori ad radices montium pa
radisi diuiditur in quatuor capita. Etiam potest sta-
re prior positio, scilicet quòd statim in prima erup-
tione aquarum de fonte diuidatur in quatuor capi-
ta: & tunc exponetur sic litera concordando obie-
ctiones factas. *Fluuius.* ideſt, fons magnus, qui voca-
tur fluuius; quia tantæ aquæ simul de eo egrediun-
tur, vt quatuor flumina faciant. *Egrediebatur.* ideſt,
erumpebat; & hoc fontibus conuenit. *Ad irriganda-
dum paradisum.* non quòd illa aqua existens vnus flu-
uius irriget paradisum, sed quòd ille fons erumpit,
vt de aqua eius irrigetur paradisus, quando tamen
paradisus irrigatur quatuor flumina sunt. ¶ Et ista
expositio non repugnat positioni Isidori, & Basilij, C
quia dato quòd cadant ista quatuor flumina distin-
cte de paradiso, tamen ad radices paradisi faciunt ma-
gnos lacus totam paradisi terram ambientes, vt ex
nulla parte paradisus adibilis sit, & rursus ex illis lacu-
bus in quatuor capita distinguuntur.

Quæst. 14.

¶ Ex superioribus dictis de arboribus, & de fluuijs
patet, quòd non est intelligendum, quòd paradisus
terrestris vsque ad globum lunarem pertingat: vt vi-
dentur sonare verba Strabi, & Rabani. ¶ Sed dicen-
dum est, quòd vocant orbem lunarem principium
tertiæ regionis aereæ, quæ est vltra medium inter-
sticium, in quo fiunt impressiones Meteo. scilicet
pluuia, fulgura, grando, nix, & cometæ. Et ratio
translationis est; quia sicut vltra superficiem primam
concauam orbis lunaris omnia clara sunt, & sine tur- D
batione; ita suo modo in tertia regione aeris cuncta
tranquilla sunt, licet non simpliciter, tamen in com-
parationem illius partis ad hęc inferiora, in quibus ma-
xime est turbatio, generatio, & corruptio. Et patet
hoc; quia si diceremus, quòd paradisus accedebat ad
lunarem globum, necesse esset, quòd staret in me-
dia regione ignis; sed hoc non conuenit aliquo mo-
do: quia in igne nihil viuere potest, quomodo ergo
Elias, & Henoch ibi viuunt? Et etiam quomodo ar-
bores esse possunt ibi, & flumina, quia cuncta vora-
citas ignis consumeret? Et si dicas ille ignis non com-
burit, falsum est, quia omnis ignis calidus est, & pa-
tet de illo igne in sua sphera, quia quomodo posset
aliter aerem propinquum conuertere in substantiam E
suam calefaciendo, & humiditatem aeream desic-
cando, vt vult tota naturalis scientia? Et si dicas, quòd
ista fiunt per miraculum, quòd ille ignis non com-
burat, cum sit calidus; hoc non valet, quia nunquàm
est ponenda miraculosa operatio sine necessitate, id-
est si aliqua res, quæ fit, potest reduci in causas natura-
les, nunquàm debemus recurrere ad miraculum;
quia Deus, & Natura, nihil faciunt frustra; vt patet
per Aristot. primo Polyticorum, cap. primo, & pri-
mo Cœli. ¶ Item quia tolleretur omnis certitudo;
quia quandocunque aliqua res fieret, quæ naturaliter
fieri posset, attribueremus miraculo, & sic nihil sci-
remus vtrum Deus, vel natura hoc egerit, & conse-
quẽter regula data de canonizatione sanctorum per
miracula nihil valeret, scilicet quòd sancti canonizari
debent, qui miracula faciunt, quæ naturaliter fieri
non possent. Nec sciremus quando gratias Deo da-
re deberemus pro specialibus beneficiis. ¶ Item
quia res conditas Deus sic ministrat, vt eas proprios
motus agere sinat. vt ait Augusti. super Gen. ad lite-
ram. ¶ Si ergo aliquando contra rerum inclinatio-
nes Deus volens operatus est: non tamen semper:
ideo non est ponendum esse continuum, & perpe-
tuum miraculum; esset autem hoc in paradiso terre-
stri, si diceremus, eam esse in regione ignis. ¶ Ita hoc
manifeste falsum est; quia repugnat sacrę scripturę.
dicitur enim infra 3. c. quòd eiecit Deus Adam, &
Euam de paradiso, & collocauit ante paradisum Che-
rubin, & gladium flammeum ad custodiam ligni vi-
tæ. Si autem paradisus stetisset in media regione
ignis, quomodo collocasset Deus ibi gladium flam-
meũ, quia ibi iam stabat ignis? ¶ Item si in igne fuis-
set paradisus, non posuisset Deus custodiam propter
lignum vitæ: quia nullus homo per ignem intrare
posset, vel auderet. ¶ Item quia cõiter dicitur, quòd
in circuitu paradisi est murus igneus pertingens vsq;
ad cœlos. Si autem in regione ignis esset paradisus,
non esset ibi igneus murus, sed totus locus intra igne
plenus esset, ne daretur vacuitas. ¶ Item adhuc dato
quòd miraculose ille ignis non combureret, non po
terant ibi viuere Adam, & sequentes, & nunc Elias,
& Henoch, nisi daretur vltra aliud miraculum, sci-
licet quia animalia non possunt viuere, nisi habeant
aerem, in quo respirent exceptis piscibus, qui habent
branchias, & sunt alterius complexionis; ideo ho-
mo moritur, si intrauerit aqua in ventrem: non quia
frigida est, quia etiam in aqua calida, vel valde te-
pida homo suffocabitur, sed quia respirare non po-
test. Si autem esset paradisus in ignea regione, non
esset ibi aer: quo illi homines respirarent; oporte-
bat ergo ponere aliud remedium. ¶ Item & for-
tius, quia dato quòd isti dicerẽt gladium flammeum
esse igneam regionem, in qua paradisus erat, non po-
test stare: quia iste gladius flammeus fuit positus post
expulsionem primorum parentũ de paradiso: vt pa-
tet infra 3. c. Sed post eiectionem eorum non fuit ele
uata illa terra ad altiorem locum, quàm erat tempo-
re Adæ, cum erat in paradiso; ergo si a principio suę
creationis, vel formationis non fuit paradisus in me-
dio regionis igneæ, nec post est.

Sententia quorũdam Iosephi.

Improbatio opinionis.

Demonstratio loci arboris, ubi sciẽtia boni, & mali constituta est.

Ignis in propria sphera combusturit.

Vers. 31.

¶ *Nomen vni Physon.* ideſt vnus fluuius vocatur Phy Quæst. 15.
son, & dicitur Physon, quasi mutatio oris, quia fa-
ciem suam, ideſt apparentiam mutat in tribus, scilicet
in colore, quia alicubi clarus, alicubi turbidus; in quã-
titate, quia alicubi diffusus, alicubi strictus, & sensu;
quia alicubi frigidus, alicubi calidus. ¶ Vel dicitur
Physon, ideſt abundantia, quia piscibus abundat, vel
quia terram, per quam transit, abundantem facit.
¶ Iste fluuius vocatur Ganges in India a Gangeto re-
ge terræ Eusiath: sicut dicitur Tiberis fluuius Roma-
nus a Tiberino rege, qui in eo suffocatus est, qui an-
te Albula fluuius dicebatur, de quo Ouidius 2. Fasto-
rum. Et est maximus inter omnia flumina Indię:
habet in latitudine aliquando quinquaginta stadia,
in altitudine autem viginti, vt patet 13. de Propriе-
tatibus rerum. ¶ Secundum quòd ait Paulus Oro-
sius cronotistarum optimus libro primo de Ormesta
mundi, Asia ad mediam frontem orientis habet in
Oceano orientali hostia fluminis Gangis, a sinistra
contra Eurum habet promontorium Caligardama-
na, & insulam Taprobane, ex qua Oceanus Indicus
vocari incipit; a parte dextra, scilicet septentrionali
habet

habet promontorium Samara in extremitate Thimaui montis, cui subiacent hostia fluminis Orthorogore, a quo Oceanus Sericus incipit. Inter has duas partes India est, in qua sunt gentes 44. absque insula Taprobane, quæ decem ciuitates continet; paradisus enim est vltra Indiam in locis secretissimis, & inadibilibus: vnde flumina de ipsa exeuntia intrant per orientalem partem Indiæ, & aliarum terrarum propinquarum: ita vt gentes illæ fluuiorum capita non cognoscant. *Ipse est, qui circuit omnem terram Heuilath.* aliqui dicunt Eiulath: sed corrupta litera est, quòd patet in hebræo, vbi habetur. *haauila*. Est autē Heuilath quædā prouincia Indię in modum insulæ, quæ ab isto flumine circundatur: & est in parte septentrionali Indiæ, & fuit ista terra sic nominata ab Heuila filio Iectan nepote Heber, vt patet infra c. 11.

Mōtes aurei a leonibus custoditi.

Vbi nascitur aurum. idest quòd in illo flumine multum aurum inuenitur: Hoc enim generale est in tota India, quia in ea aurum, & argentum multum inuenitur: sunt enim in terra illa Chryse, & Argyria insulę auro, argentoque refertæ, in quibus montes aurei esse dicuntur, quos Griphes, & leones custodiunt, de quo Isidorus Etymo. 15. Et de terra ista deferebat aurum classis Iran, & Salomonis: & vocatur ista terra ibi Ophir, de quo 3. Regum cap. 9. *Et aurum terræ illius optimum.* In hoc excedit ista terra omnes alias prouincias Indię, ꝙ melius aurum in ista est, quàm in alijs. *Ibique inuenitur bdelium.* bdelij significat duo, vno modo significat arborē aromaticā, alio modo significat lapidem preciosum. Hic autem non potest stare pro arbore, sed pro lapide, quia dicitur. *Inuenitur*. s. inter arenas littorales. Si autem sumeretur pro arbore diceretur, nascitur, vel crescit. Inueniri autem pertinet ad ea, quæ absconditа sunt, vt lapis preciosus latet inter arenas, arbor autem latere non potest. Et accipitur istud vocabulum de hebræo, in quo dicitur. *habedola*. *Et lapis Onychinus*. Dicitur Onichinus ab onix, quod græce vnguem significat, quia ad similitudinem vnguis humani factus est, habens album admixtum rubeo, sicut vnguis. De hoc lapide magis dicemus in Exo. cap. 23. *Et nomen fluuii secundi Gehon*. Iste fluuius vocatur Nilus a nilon, quod est limosum, quia tota aqua sua limosa est, ideo terram multum fęcundat.

Bdelium.

Quæst. 16. Vnde oriatur Nilus.

¶ De origine, & inundatione Nili magis dubitauerunt antiqui sapientes, quàm circa alios fluuios; licet enim ista quatuor flumina de paradiso terrestri oriantur, tamen Tigris, & Eufrates fontem originis in Armenia habere videntur. De Gange aliquod etiam manifestius signum videtur. De Nilo autem nihil. Vnde Philosophus in lib. de inundatione Nili ait, ꝙ origo Nili a ceteris auctoribus non habetur, sed vī nasci de principio littoris maris rubri. De hoc ait Paul. Orosius lib. 1. de Ormesta mundi; Nilus de littore incipiētis maris rubri videtur emergere in loco, q dicitur Mosilon emporium; deinde diu ad occasum profluens facit insulam nomine Meroem in medio sui, aqua vocatur clima Diameroes; nouissime ad septentrionem inflexus tempestiuis auctus incremētis plana Aegypti rigat. Hunc aliqui auctores ferunt non procul ab Athlante habere fontem, & continuo arenis mergi, & interiecto breui spacio vastissimo lacu exundare, atque hinc iuxta Oceanum contra orientem labi per Aethiopica deserta, rursusq; inflexum ad sinistram ad Aegyptum descendere. ¶ De quęstionibus, quòd Nero Imperator misit duos centuriones ad inquirendum caput, & iuerunt ad regem Aethiopię, qui eos cōmēdauit alijs regibus, per quorum regna Nilus fluebat. Cūque multum ascendissent venerunt ad quosdam populos, apud quos erant magni lacus Nili herbosi, quæ nauigio transfretari non poterant, de quibus omnes desperabant posse vltra procedere: & nec ipsi incolæ terræ sciebant vtrū lacus ille ibi inciperent, vel aliunde in eas aqua deflueret; viderunt tamen in aqua duas petras magnas esse, apud quas fortius aqua ebulliebat, hoc autem comperto reuersi sunt. ¶ Concludit ibi Seneca, ꝙ sub terræ superficie terra limosa est, & humiditatibus plena, quæ in vnum concurrentes locum magnos lacus efficiunt, de quibus cum impetu fluuij manant: & ita omnium fluuiorum origines asserit. ¶ Constat autem ista falsa esse: quia contra sacram scripturam. Sed isti plus cognoscere non valuerunt iudicio naturali. Illi autem lacus, quos centuriones viderunt, sunt loca, in quibus Nilus a terra absorptus erumpit; multotiens enim a terra absorbetur, & rursus nouis locis terrarum manare videtur.

Nero misit Centuriones ad inquirendum Nili caput.

¶ Item fluuius in Aegypto, & Aethiopia in æstate valde inundat, maxime in principijs, & finibus mensium: vt ait Philosophus in fine 2. Metheororum. Solinus tamen aliter dicit in Polistor. de quo infra dicemus 26. cap. & cum in Aegypto nūquàm pluat, nec ningat, fiunt quidam aluei, per quos aqua deducitur ad totam terram Aegypti in morem ortorum: vt patet Deutero. 11. cap. ¶ Quare autem in æstate aqua abundet, & in hyeme deficiat, quæstio magna inter antiquos fuit. ¶ Arist. autem in lib. de inundatione Nili ponit opiniones antiquorum de hoc. Thales Milesius vnus de septem sapientibus dixit, quòd venti, qui quolibet anno accidebant illo tempore impellebant aquas de vna parte ad aliam, & videbatur aqua in maiori quantitate: licet non esset secundū veritatem. Ista ratio improbatur ibidem, quia aliquo anno, cum mutentur complexiones temporum, nō euenirent illi venti, & non fieret inundatio, sed nunquàm accidit annus, in quo non fieret; ergo non fit ex vento. Etiam quia inundatio, quæ fit cum vento est impetuositas vndarum ad vnam, vel aliam partē: vt in mari. Hic autem non est sic: quia sine impetuositate aqua crescit, & eleuatur tanquàm aliquid de subtus apponeretur. Item idem ventus est in alijs ꝑpinquis fluminibus Aethiopiæ, Libiæ, vel Aegypti: sed in nullo alio sic fit. ¶ Diogenes dixit quòd in hyeme desiccatur, & in æstate repletur, sicut quidam putei sunt, qui in æstate replentur, & hyeme non apparent. Ista positio aliquo modo conuenit cū positione Philosophi, vt patebit. ¶ Esiobolus dixit quòd in æstate augetur: quia pluit, & niues hyemis resoluuntur. Sed hoc non valet: quia non poterant esse tantę niues, ex quibus ita increscceret fluuius: maxime quia suppositio est falsa: in Aegypto enim vel Aethiopia nunquàm niues sunt, vel pluuię: quia illæ terræ calidissimæ sunt. ¶ Arist. igitur dicit quòd in alueo fluminis sunt fontes latentes, qui in hyeme clausi sunt, in æstate autem aperiuntur, & faciunt fluuium intumescere.

¶ Notandum tamen quòd licet Nilus in æstate augeatur: non tamen in omni terra, sed in Aegypto solùm, & in Libia: non autem in orientalibus partib. Decursu sui in Asia, vt Paulus Orosius innuit primo lib. de Ormesta mundi, & de Nili ortu, & causis inundationis multa dicemus infra 26. ¶ Hieronymus tamen super Amos dicit, quòd semel in anno Nilus valde exundat, vt totum Aegyptum irriget: & hoc fit diuino miraculo sine aliqua aquæ augmentatione: sed factis magnis aggeribus arenarum ad hostia Nili, quibus intrat in mare, aqua superior retrocedit, & per alueos factos toti terræ Aegypti illabitur. Sed rationabilior videtur positio Aristot, quàm

Hieronȳ.

Hierony. Primo quia si magni cumuli arenarum clauderent introitum aquarum Nili in Oceanum, tunc oporteret tumulos aquarum apud hostia, quibus intrat in medio Oceanum, eleuari valde, vt aqua cogeretur retrocedere, & eleuari in Aegypto, & defluere per alueos ad rigandum. ¶ Sed hoc non est: quia æqualis eleuatio aquæ est vbicunque Nilus intumescit: interdum 22. cubitorum. Interdum 16. & sic variando: vt ait Solinus in Polistor. cap. de Aegypto. Confirmatur, quia cum ista inundatio Nili fiat in tota Aethiopia, & Aegypto per plures quàm ducentas leucas, cum in principio suæ inundationis eleuetur cubitis 16. vel quasi necesse erat apud hostia sua iuxta Oceanum eleuari pluribus, quàm mille cubitis, etiam necesse esset diffluere in terras, & eos totaliter aperiri in magna parte Aegypti: sed nihil horum fit. Et si dicas quòd miraculose fit, vt æqualiter aquæ crescant æqualiter, & miraculose eam Deus impellit ad superiora: ita dicemus quòd miraculose detinetur apud hostia eius iuxta Oceanum: nec oportet ponere aggeres arenarum. ¶ Item si ista inundatio miraculose fieret, nō esset maior, vel minor secundū temporum varietates, cum diuina operatio transcendat regulas naturæ inferioris. Sed videtur manifeste, quòd quando in alijs terris magna siccitas est Nilus minus exundat: vt patet tempore magnæ sterilitatis, quæ fuit in Aegypto, & in terra Chanaam, & vicinis terris, quæ accidit ex siccitate. Item quia si aquæ tempore inundationis Nili non intrarent in Oceanum: sed manerent obstantibus aggeribus arenarū, & refluerēt quod nō est credibile: immo nō est possibile, quòd a principio mundi aliquis homo non viderit: & tunc sciretur manifeste causa inundationis Nili, nec tam dissonæ sententiæ sapientum super hoc vsque hodie positæ fuissent. *Qui circuit totam terram Aethiopiæ.* Non intelligas quòd per totam Aethiopiam fluat, sed solū per Aethiopiam Asiaticam. Sunt enim duæ Aethiopiæ, vna quæ est in Asia coniuncta Aegypto a latere meridiei contra orientem longe porrecta, & per hanc labitur Nilus, & inde in Aegyptum fluit; alia est in Aphrica apud Libiam tendens vsque ad occidentem: & ista magis nota in libris est. Ad hanc nullo modo Nilus transire potest: quia Asia, & Aphrica mediterraneo mari se iungunt, vbi omnes Asiaticæ aquæ absorbentur, quæ declinant ad occidentem: & ibi Nilus in mari rubro absumitur, vt quidam putant. Sed non est verum, quia inter Asiam, & Aphricam non est per transuersum mare mediterraneum, sed diuiduntur in terra continente. Nam Asia habet Aegyptum inferiorem in parte sui occidentis, & finitur ibi: & statim sequitur Libia contra occidentem, & illa est principium Aphricæ ex parte orientis. Veruntamen sicut isti prędsupponunt, & est verum, Nilus fluit in mare mediterraneū, quod est ad latus septentrionale Aphricæ. Nilus autem ambulat per totam istam terram Aethiopiæ, quę deserta est. ¶ Vnde dicit Paulus Orosius quòd Nilus, vt multi auctores volunt, incipit a principio littoris maris rubri, deinde longe contra occasum defluit faciens in medio sui insulam nomine Meroem; rursusque ad septentrionem declinans Aegyptum irrigat. Dicunt enim Nilum apud Athlantem fontem habere, & continuo arenis mergi; deinde interiecto breui spacio vastissimo lacu exundare, & deinde iuxta Oceanum contra oriētem per Aethiopica deserta prolabi. *Nomen vero fluminis tertij Tigris*. Tigris autem lingua Pertica sagitta dicitur: quia velox est: & vocatur hebraice. *hidequel*. quod est nomen compositum: & si resoluatur sonat acutum, & velox. *Ipse vadit contra Assyrios*. Assyrij sunt in parte septentrionali Asię: nam incipiendo a prima orientalium regionum, quæ India est veniendo versus occasum prima regio Aracusia est, deinde Parthia, Assyria, Persida, Media, situ terrarum montuoso vsque ad flumen Tigrin, quod est ad occidentem istarum regionum, habent autem a septentrione montem Caucasum longe porrectum: a meridie autem mari rubro, & sinu Persico terminatur. Cum autem dicitur quòd Tigris vadit contra Assyrios, non est intelligendum quasi veniat de oriente ad occidentem: sed potius ab occidente contra orientem tendit: vel quo dammodo contra meridiem: deinde circumflectitur ad occidentem: & tangit latus septentrionale Mesopotamię. *fluuius autem quartus ipse est Eufrates*. Iste fluuius hebraice *Peræth*, dicitur, idest fructificatio: qa loca, per quæ transit fructifera reddit; & tacuit Moyses loca, per quæ trāsibat Eufrates: quia valde nota erant Hebræis; transit enim per medium ciuitatis Babylonicę, & per Caldęam, quę magis propinqua est Iudęæ: & per Mesopotamiam, in qua fuit origo Iudęorum: quia ibi omnes duodecim filij Iacob nati sunt: vt patet infra 30. c. & ibi habitauit Abraham cum patre suo: vt patet infra 11. & Iosue 24. cap. Erant enim patres Iudęorum, scilicet Abraham, & præcedentes de Caldęa: vt patet infra 11. & 12. cap. quia Deus eduxit Abraham de hur Caldęorum: & sic patet Iudith. cap. 5. & transit per confinia terræ promissionis: vt patet infra 15. cap. semini tuo dabam terram hanc a flumine Aegypti vsque ad fluuiū magnū Eufratem.

Duæ Æthiopiæ.

Quæst. 19. De origine horum fluminum.

¶ De origine autem istorum fluuiorum a varijs doctoribus varia referuntur. ¶ Ganges nascitur inter Dachas, Carrancas, & Parthienas in monte, qui Oscobares dicitur, qui est quædam pars Caucasi mōtis. ¶ Nilus secundum quosdam, vt vult Philosophus in lib. de inundatione Nili, nascitur in principio littoris maris rubri, secundum alios non longe ab Athlante fontem habet. ¶ Eufrates a radice montis Parthoatre, qui pars est montis Caucasi. ¶ De his Paulus Orosius primo de Ormesta mundi. De Eufrate, & Tigri ait Boetius 5. de consō. metro primo, quod incipit. Rupis Achimeniæ quòd de eodem fonte ista duo flumina oriuntur, quorum aquę immediate distinguuntur: ita quòd Tigris tendit magis ad orientē contra Assyrios; Eufrates autē cōtra Caldęos. ¶ Sed dicendum ad hæc, quòd est de eis, sicut est de multis fluminibus, quæ in vna parte terrarū fontem habent; deinde subterraneo meatu labentia ad aliam partem terræ nouiter erumpere videntur. Sic enim ponit Seneca lib. 5. de quęstionibus naturalibus. De Alfeo flumine Siciliæ, qui a terra absorbetur. Deinde in Græcia renascitur, quod patet: quia si palea, vel virgæ supernatantes in Sicilia iaciantur in Alfeo in Gręcia ad locum, vbi oriri videtur, ista inuenientur: vel potius econtrario: quia in Grecia est caput Alfei, & Arethusę: & per subterraneos meatus sub vasta profunditate maris labentes in Sicilia oriuntur rursus. De hoc etiam Ouidius Methamor. lib. 5. in fine. ¶ Dicendum ergo erit, quòd ista quatuor flumina de paradiso primam originem habentia longo tractu terrarum frequentius absorbentur. In alijs rursus exundantia locis: & sic non est negandum, quòd isti auctores famosi asserunt: quia scripturæ sacræ non repugnant. *Tulit ergo Dominus*. Hic ponitur tertium, scilicet hominis in paradiso habitatio; tulit Dominus hominem, quia non fuit formatus in paradiso, sed extra in terra, quæ nunc Iudæa dicitur apud vrbem Hebron octo leucis a Hierusalem. *& posuit eum in paradiso*. ducendo eum de loco, in quo formatus fuerat, vel per se, siue per aliquem Angelum: sicut Abacuc Propheta ꝑ verticē capilli ductus est ab Angelo

Determinatio.

gelo de Iudea in terram Babylonis, vt daret cibum F
Danieli: vt patet Danie. 14. c. *Vt operaretur,& custodiret illum*. Possunt ista verba referri simul ad Deum:& est sensus, vt operaretur, scilicet Deus ipsum hominē gratia sua, & beneficijs perficiendo; & custodiret illum, scilicet seruando, ne corrumpentia eum tangerent. Ista enim fuit causa potissima, quare homo in paradiso positus fuit: quia ille erat conueniens locus conseruationi eius sine corruptiuis. ¶ Possunt alio modo ambo verba referri ad hominem,& est sensus, quòd homo positus fuit in paradiso, vt operaretur, ideſt vt coleret ibi,non ad necessitatem, vel laborem: sed ad exercitium,& recreationem, & custodiret nō defendendo ab aliquo inuadente, quia nullum tale in statu illo fuisset: sed vt locum illum habitans in eo teneret, & possideret. ¶ Vel potest referri primum G
verbum ad hominem, & secundum ad Deum, scilicet vt operaretur, ideſt vt homo coleret paradisum. *& custodiret*. scilicet quòd Deus custodiret illum,ideſt hominem,scilicet conseruando eum in loco illo,ne a corruptiuis lęderetur. *præcepit ei dicens*. Deus dedit præceptum homini propter duo; primo vt homo se Deo subditum esse cognosceret, secundo, vt in exercitatione præcepti magis mereretur.

An necessarium fuerit dare præceptum affirmatiuū in statu innocentiæ homini, vt comederet.

¶ *Ex omni ligno paradisi comede*. Istud præceptum affirmatiuum de comestione fructuum obligabat:quia natura animalis conseruatur per cibum,& quia in paradiso stans homo in statu innocentię nihil peccauerat,nullam pœnam pati deberet, fames autem, & sitis pœnalitates sunt, ideo ibi esse non debebant; quare antequam homo esuriret cibum sumere debebat, H
& potum antequam sitiret: quia homo valde perfectus in intellectu poterat cognoscere, antequam adueniret pœnalitas, quòd ei esset necessarium. Fuit ergo necessarium dare homini in paradiso præceptum affirmatiuum, vt comederet: quia ad hoc non inclinabatur,cum non indigeret, indigentia autem est fames, & sitis, quæ ibi non erant. Si autem homo inclinaretur naturaliter ad sumendum cibum,non fuisset imperatum, sicut nunc non datur præceptum ꝙ comedamus: quia sine præcepto nos ad hoc inclinamur. *De ligno autem scientiæ boni,& mali non comedes*. Præceptum illud negatiuum ad exercitandum in obediētia erat: quia natura prona est ad id, quod prohibetur I
ei: licet in primis parentibus nulla pronitas ad malū erat ante tentationem,sicut in nobis nunc:quia antequam peccemus, vel tentemur est pronitas, & interius incentiuum ad malum. *In quocumque enim die comederis morte morieris*. ideſt necessitatem moriendi incurres. Trāslatio Simachi habet mortalis eris,scilicet ꝙ ante erat potens mori, & potens non mori. Nunc autem determinatus ad vnam partem, scilicet quòd necesse fuit eum mori, & hoc est mortalē esse. ¶ Intrāslatione septuaginta interpretum habetur, morte moriemini: quod intelligitur dictum ad virum, & Obiectio remouetur.
mulierem. ¶ Et si obijcitur, mulier postea formata est;respondent,quòd hic fit anticipatio: quia ista præcepta data, quæ posterius poni deberent, prius posita sunt: sed litera hebraica sic habet, vt nostra dicens. K
Morięns morieris. ideſt ex die,qua comederis,incipiet vitæ fieri continua ad mortem dispositio. *Dixit quoque Deus*. Hic ponitur tertium principale, scilicet liberorum procreatio, & tanguntur duo; primum fęminæ requisitæ ad multiplicationem per generationem creatio, siue formatio; secundo vtriusque matrimonialis vnio ibi. *Dixitque Adam*. Circa primum. *Non est bonum hominem*. ideſt virum, scilicet Adam esse solum: quia isti creati sunt, vt multiplicarent per generationem, generatio autem sine masculo, & fęmina vnitis non fit naturaliter,ex quo non erat bonū, ideſt conueniens intentioni Dei, vel ordini vniuersi hominem esse solum. ¶ Ex hoc refellitur intentio Falsa ratio gentium.
dicentium, quòd vir, & fęmina fuerunt creati coniuncti in lateribus, & postea separati solum. ¶ Sed repugnat literæ etiam, quæ dicit non est bonum hominem,ideſt virum esse solum: quia tunc solus non erat,cum fęmina etiam formata esset:& si dicas quòd solus erat:quia non habebat fœminam,cum qua posset conuenire ad generationem. ¶ Sed hoc non valet: quia cum vir, & mulier iam formati essent, non erat ratio, quare magis per separationem corporum fœmina efficeretur adiutorium viro, quam vir vxori. *Faciamus ei*. ideſt viro. *adiutorium simile sibi*. ideſt fœminam,cum qua posit generare. Dicitur adiutorium simile, quia eiusdem speciei erat vir, & mulier, sicut requiritur in omni generatione vniuoca, qualē Deus volebat esse in hominibus. In hebręo habetur, *Faciamus ei adiutorium: quasi contra ipsum*. quia ponitur, *quenegdo*. ideſt contra ipsum. Et hoc magis explicat, quàm litera nostra: quia in generatione vniuoca non solum requiritur similitudo in specie, sed etiam oppositio in quibusdam qualitatibus, scilicet in conditione sexus: quia duo masculi non generant simul; & ꝙ in vno sit potentia actiua in alio passiua, quia generationes naturales fiunt educendo aliquam formā de potentia materiæ:licet autē in generatione cuiuslibet hominis principalis forma,licet anima rationalis non educatur de potentia materiæ, sed creetur:tamen formæ substantiales præcedentes in materia seminali, & dispositiones qualitatiuę educuntur de potentia ad actum,scilicet de potētia materiæ per agens: ideo oportet ibi ponere aliquid actiuum: & hoc est virtus formatiua decisa in semine virili,cui coagit vir tus solis, & aliorum astrorum. Et hoc est quod dicit Philosophus in 2. Phisicorum,sol & homo generant hominem. Passiuum est semen muliebre: quod recipit actiones sicut materia formas. *formatis igitur Deus cunctis animantibus*.i.postquàm ista omnia formata fuerunt de limo terræ Dominus adduxit ea ad Adam. ¶ Est constructio: igitur cunctis animantibus, & volatilibus formatis Dominus Deus adduxit ea ad Adā.

¶ *De humo cunctis animantibus*. Quomodo dicuntur oīa animalia formata de humo, ideſt terra, cum aues, & pisces formati fuerint de aquis? Posset responderi quòd ly. *Formatis de humo*. refertur ad animantia terrę,ideſt ad reptilia, siue quadrupedalia, grefsibilia, & ista omnia de terra formata sunt,sed non stat bene, quia dicitur. *& vniuersis volatilibus cæli*.quæ necessario referuntur ad formationem de humo. ¶ Ideo videtur dicendum aliter,quòd humus dicitur terra mixta aquæ, quod demonstrat origo vocis. Et ista fuit materia omnium animalium, siue aquatilium, aeriorū, vel terrestrium: quia dicitur communiter,quòd omnia animalia,& mixta perfecta mixtione componuntur ex quatuor elementis: licet nō sit æquale de materia cuiuslibet elementi in animali; quia sic impossibile erat viuere; ignis enim omnia cito consumeret,ex illa ergo mixtione aquæ,& terræ producebantur animalia: sed ad hominis formationem, & omnium animalium grefsibilium, terra multum prędominabat modica aquę admixtione facta: ideo dicuntur ista de terra producta. In productione auium paucum de terra,& erat de aqua multum: ideo dicuntur de aqua formatę. Idem in generatione piscium, in quibus minus de terra, quàm in alijs: magis autem de aqua crassiori pure conuenienti elemento aquæ. ¶ Raritas autē aquę in formatione auium magis conueniebat humiditati, & raritati aereæ. *Adduxit ea ad Adam*. Non est intelligendum: quòd immediatè, vt formata sunt adducerentur ad Adam:quia ista omnia

nia formata sunt ante Adā, sed adducta sunt ad Adā, A
postquàm formatus fuit Adam, & ista animalia non erant in paradiso, sed extra in terra: quia paradisus nō erat locus habitationis eorum:& hoc signat verbum. *adduxit*. Si autem ibi ante fuissent,non adducerentur.

Quæst.21. ¶ Et fuit facta ista adductio voluntate Dei, vt sicut illa sola voluntate creauerat,ita sola volūtate adduxit. Vel forte ministerio Angelorum adducētium ea de diuersis partibus terræ: sicut quando venerunt omnia animalia ad arcam Noe. Et non oportuit adduci omnia indiuidua animalium creatorum, sed solum de qualibet specie aliqua indiuidua ad minus masculum, & fœminam, vt videret diuersitates. ¶ Et fuit causa triplex adductionis animalium coram Adam: Cur adduxit Deus animalia ad Adam.
prima, vt videret qd vocaret ea, vt patet in litera,ideſt B
vt ipse ex se imponeret eis nomina, quæcunque vellet: & in hoc significabatur, quòd omnia animalia subijciebantur potestati eius.

Quæst.22. An Adam imposuerit nomina omnibus animantibus.

¶ Et de hoc est dubium, vtrum Adam omnibus animantibus nomen imposuerit:& videtur quòd sic, quia ista nominatio fiebat in signum subiectionis:sed omnia animalia & pisces subiecti erant homini: ideo omnibus nomen posuit: patet c. precedenti vbi dicitur; dominamini piscibus maris. ¶ Item quia dicitur infra; Omne quod vocauit Adam animæ viuētis, ipsum est nomen eius. ¶ Sed dicitur quòd Adam non imposuit nomina piscibus: sed solum gresibilibus animalibus, & volatilibus. Et ratio est: quia ista animalia quotidie visurus esset, cum habitaret in terra; pisces autem, qui sub aquis latent,non vidit prima C
ætas, cum cibis talibus non vterētur: nec mare ad nauigandum intrarent. Et patet hoc, quia in piscibus non reperiuntur in aliqua lingua, nec etiam in hebręa, in qua ista nominum impositio facta est, nomina ita distincta, sicut in animalibus cęteris: quia nomina piscium anologice sumpta sunt a nominibus animalium, secundum quòd homines cognouerunt pisces varijs temporibus,postquàm nauigare, & piscari cęperunt. ¶ Item quia dicitur supra formatis cunctis animantibus terræ, & volatilibus cœli adduxit ea ad Adam. Hic non ponuntur pisces, & postea subditur ibidem:appellauit Adam nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia,& omnes bestias terræ. Secunda causa huius adductionis fuit, D
vt videret Adam, quòd in cunctis animantibus non erat aliquod simile ei, quod posset dari ei in adiutorium generationis: & ideo post subiungitur Adæ. Secunda causa.
Ante non inueniebatur adiutor similis eius, ex quo inferebatur,ꝙ oportebat formare adiutoriū simile ei. ¶ Tertia causa fuit propter cognitionem,vt Adam tunc videret naturas omnium animantium: & cognosceret eorum figuras magnitudines proprietates, & operationes naturales: opera enim Dei perfecta sunt, ideo siue animalia, siue homines in perfectione sua producti sunt. Tertia causa.

Quæst.23. Perfectio in rebus naturalibus,attenditur in duobus.

¶ Perfectio autem in rebus naturalibus viuentibus attēditur in duobus; primo quòd ipsa res habeat in se determinatam quantitatem, & figuram, & ro- E
bur, quę conueniunt naturæ suæ: & istę sunt perfectiones indiuiduales, quę conueniunt indiuiduo in se; alia autem est perfectio indiuidui comparati ad speciem secundum quòd indiuiduum agit ad conseruationem naturæ specificæ. Ista autem conseruatio est per succesionem indiuiduorum ex generatione: ideo est regula Philosophi,quòd tunc vnaquęque res est perfecta, quando potest sibi similem generare:& ista perfectio aduenit post aliam:quoniam natura primo intendit dare quantitatem determinatam, & robur,deinde potentiam generatiuam ad actum exire, quia prius sunt ea, quæ sunt intra, vel ad se,quàm ea, Lib. 2. de Anima. & lib. 4. Meteorum.
quæ sunt extrinseca: & ad aliud. In animantibus autē præter hominem nō reperitur alia perfectio altioris generis, & ideo dicimus, quòd animalia creata sunt in quantitate debita, & robore, & talia vt possent immediate generare. Homo autem secundum quòd animal est, fuit formatus in istis duabus perfectionibus, ita quòd quantitatis & roboris tanti erat,quanti esse debebat secūdum exigentiā speciei; vnde Adam & Eua nunquàm aliquid creuerunt secundum corpulentiam, vel robur. ¶ Erant etiam tales, qui poterant statim generare: vnde in die, qua formati sunt, & peccauerunt, exarserunt genitalia membra secundum concupiscentiam veneream, quod solum fit in potentibus generare. ¶ Et sicut primus homo erat perfectus in istis duobus, ita erat perfectus in alia superiori perfectione, scilicet intellectiua: & hoc siue inquantum ipse intelligens erat, siue inquantum principium erat reducendi alios ad intelligere: cum enim homo, & cætera animalia in qualibet potentia, quam habebant, perfecta creata fuerunt,ita & homo in qualibet potentia; sed intellectus est potentia nobilior in homine, ergo etiam in illa perfectus fuit a formatione sua:alias homo cunctis animalibus infęlicior esset. Intellectus autem perficitur, cum sua potentialitas reducitur ad actum: est autem naturaliter intellectus in potētia ad ea, quorum principia in actu habet,scilicet ad omnia entia naturalia:ad supernaturalia autem non est homo in potētia naturaliter, sed solum quando Deus ei dat aliquam capacitatem eorum ex gratia. Oportet ergo necessario dicere quòd Adam cognouit omnia naturalia,scilicet omnia corpora murabilia cum suis proprietatibus: & sic omnem Philosophiam, Astrologiam,& cæteras Mathematicas perfectissime cognouit.

An Adam fuerit sapiētior Salomone.

¶ Nec aliquis homo ita naturaliter cognoscere potuit,quantumcunque perfectus esset,sicut ipse cognouit. Salomon autem si dicatur sapientior Adam: tamen a Deo specialiter recepit,& non studio inuesti gatiuo, vel per doctrinam. Et forte non esset error dicere,quòd Adam sapientior fuit Salomone:& si arguatur: quia dicitur 3. Reg. 3. cap. quòd Deus fecit Salomonem sapientiorem omnibus, qui præcesserunt eum: & qui post eum futuri sunt, non militat contra, quia, omnis, non distribuit semper vniuersaliter in sacra scriptura: & patet, quia manifestum est: quia Apostoli sapientiores fuerunt Salomone. Intelligēda est ergo illa auctoritas de sapientibus per laborem humanū,inter quos nullus Salomoni æquiparatus est. ¶ Ista autē perfectio erat necessaria Adæ: quia potentiam intellectiuam habebat, in qua perfici debebat, sicut in alijs potentijs: etiā quia sicut animalia primo formata fuerunt principia omnium sequentium per generationem. Ita homo primus intelligens principium esse debebat, intelligendo omnium aliorum hominum per doctrinam, reducendo eos ad actualiter esse intelligentes, sicut magister facit discipulo. *Omne enim,quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius*. ideſt omne nomen, quod imposuit Adam rebus,hoc fuit nomen earum, quasi dicat;quia nullum aliud habebant. Deus enim non imposuit nomina animalibus, nec alijs rebus pręter sex, quas diximus prędecedenti c. & hoc est referendo ad primam ætatem, & partem secundæ.

Quæst.24. ¶ Si aliquis diceret,quomodo vocata sunt animalia,vel aues? Respondet litera,quòd nomina,quæ imposuit eis Adam,ipsa sunt nomina eorum: vel potest referri ad tempus,quo Moyses ita scribebat;& est sensus qualiter Adam vocauit animalia, & aues, taliter nunc vocantur,scilicet in lingua nostra hebręa: & ex hoc patet,quòd in lingua hebræa fuit facta impositio nominum:

nominum: non enim potest dici, quòd intelligatur F
hoc de aliquo idiomate dato in cõfusione ędificationis Babylonicę: quia ante erat terra labij vnius, i. vnius idiomatis: vt patet infra 11. cap. diuisa fuit ibi, & sic non mansit illa lingua prior apud illos, in quibus idiomata diuisa sunt; lingua autem illa prior est, quę fuit ab origine rerum, & ista est hebraica, quod patet ex interpretationibus nominum propriorum, quę posuit Adam. Nam vocauit vxorem suam Euam, vel Hauam magis proprie, vt in hebręo: & subdidit causam, quia mater omnium viuentium erat, hoc autem conuenit nomini hebraico, scilicet. *Hay*. quod significat vitam siue viuentem. *Animæ viuentis*. non est intelligendum, quòd solum rebus viuentibus imponeret nomen Adam: sed etiam cũctis rebus naturalibus, quas vidit in arboribus, lapidibus, elementis, G
& cæteris rebus; principaliter tamẽ animalibus, quia sunt partes principaliores vniuersi; Rebus autem artificialibus non imposuit nomen Adam: quia quotidie res nouę efficiuntur, & nouis nominibus nuncupantur. ¶ Nunc potest responderi ad rationes probantes quòd Adam imposuit nomen piscibus. ¶ Ad primam quando dicitur, quòd nomen imponebatur in signum subiectionis, sed omnibus dominaturus erat: ergo, &c. ¶ Respondetur quòd non oportebat poni nomina oĩbus rebus ab Adam, sed solum rebus principalioribus: quia si illę subduntur, & a fortiori res minoris perfectionis, & non valet ratio: quia tunc etiam sequeretur, quòd cum homo lapidibus, & cunctis alijs rebus dominaretur, quòd ad eum adductæ H
fuissent, vt nominarentur: sed nõ fuit sic: quia solum dicit litera de rebus animatis; sed postea Adam videns alias res imposuit eis postea nomina. ¶ Ad secundam rationem, quando arguitur de litera. *Omne, quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius*. ¶ Respondetur quòd hoc non obuiat: quia ista litera non sonat, quòd Adam imposuit nomen omni rei viuenti, sed quòd omne nomen, quod impositum fuit ab Adam rebus viuentibus, manet vsque nunc: & est nomẽ earum, scilicet in lingua hebraica: & hoc verum est, etiam si Adam solum tria nomina animalium imposuisset. *Appellauitque Adam nominibus suis cuncta animantia*. id est, nominibus cuilibet speciei appropriatis: quia Adam cognoscebat proprietates animalium, & secundum has imponebat eis I
nomina, vt non solum cognitionem haberemus de rebus prẽsentibus per visum, sed etiam de rebus absentibus per nomen quod imponitur, & inter homines collocutio esset de his rebus: quæ sine impositione nominis non fiebat. Et dicit hic cuncta animantia, scilicet quæ ante Adam inducta sunt, quę explicantur immediate, scilicet volucres cœli, & bestiæ terræ. *Adæ vero non inueniebatur*. Hic repetitur causa formationis mulieris, scilicet qꝑ in alijs animalibus nõ reperiebatur adiutor similis Adæ, scilicet in eadẽ specie, vt possent ambo liberos procreare. *Immisit ergo Dominus soporem in Adam*. non fuit iste somnus ex causa naturali: quia solet accidere somnus ex labore, vel ex repletione cibi, & potus, vt non possit repletis ve- K
nis ascẽdere spiritus motiuus multiplicatus de corde per venas ad cerebrum; & tunc membra cessant a motu, & sensu; vel ex magno frigore, vel ex tenebris; ista enim faciunt dormire: & aliquando morbi, vt lethargia. Nihil autem horum adhuc erat in Adam, vt patet intuenti, quia nondum comederat, cum esset hoc parum post suam formationem, non laborauerat, non erat in tenebris, nec frigore, vel morbo: & hoc significat litera, cum dicit. *Immisit Dominus soporem*. scilicet supernaturaliter: & hoc, vt de latere viri dormientis sumeretur costa, ex qua fieret mulier. Et non fuit hoc, vt Adam non sentiret dolorem abstrahendo costam: quia nullus dolor fuit in abstrahendo: quia dato quòd Adam non dormiret, tunc non sensisset dolorem, quia hoc supernaturaliter fiebat. ¶ Et patet, quia si dolor esse deberet in abstractione costæ, sicut nunc in aliquo homine esset abstrahendo vnam costam, nullus somnus tam validus esset, etiam in multum lethargicis, qui faceret non sentire. Sed fuit iste sopor in figura Christi, de cuius latere in cruce dormiẽtis sponsa sua ecclesia formaretur, recipiendo sacramentum redemptionis, & ablutionis in sanguine, & aqua: quia per sanguinem facta est redemptio, & in aqua sacramenta ablutiua, vt baptismus sumpserunt exordium. *Tulit vnam de costis eius*. erat enim Adam raptus in ecstasi, scilicet non vtens sensibus corporeis magis abstractus, quàm dormiens. Et dicũt eum interfuisse curię supernorum, vidisse multa, & prophetasse de diluuio, multisque alijs: & interim costa ablata est.

¶ Sed dicet aliquis hoc esse incõueniẽs, qa aut illa costa ablata erat superflua, aut necessaria; si superflua, ergo homo ante erat monstruosus, sicut q̃ senos digitos in manib⁹, vel pedibus tenẽt: si aũt erat necessaria, tũc mãsit homo imperfectus. ¶ Dicendũ qꝑ illa costa aliquo modo erat superflua, aliquo modo necessaria; sicut dicimus quòd semen est superfluum ratione indiuidui, sed est necessariũ respectu speciei. Illa enim dicuntur necessaria indiuiduo, quæcunque faciunt ad eius conseruationem in esse proprio, & sic semen nõ est necessarium, quia materia seminalis nunquam transit in substantiã rei habentis: immo si non emittatur per coitum, vel alias putrefit, & gignit magnos morbos, quare oportet habentes propositum castitatis conseruandę abstinere a multitudine ciborum generantium materiam seminalem: & quia non potest euitari, quin aliq̃d generetur, laborare oportet, vt per labores in sudorem emittatur, vel aliàs consumatur. Est tamen semen necessarium ad conseruationem speciei; indiuiduum enim non solum intendit conseruare se ipsum, sed etiam speciem, quæ non potest conseruari sine semine: ideo semen nõ est superfluum, nec monstruosum in indiuiduo: licet indiuiduo necessarium non sit. Ita dicendum de costa, qꝑ illa costa erat superflua respectu Adæ, erat tamen necessaria respectu formationis Euæ: quia ipse totius humani generis vnicum principium esse debebat: nec propter hoc vocabitur monstruosa, sicut semen non dicitur monstruosum, vel superfluum. *Et repleuit carnem pro ea*. ideſt locum illum, de quo costa extracta fuerat repleuit Deus carne, ne maneret aliquid vacuum, vel deficiens. ¶ Ex hoc eliditur opinio quorundam dicentium, quòd Deus in vno latere Adæ posuit costas ingeminatas, ideſt vnã super aliam, & secũdum hoc ille locus esset magis tumens, quàm alia loca: & deinde ablata illa costa maneret ęqualis alijs locis, & non oporteret replere locum illum carne: quia repletio dicit vacuitatem. Si ergo carne repletus fuit locus, aliqua vacuitas manebat ibi: sed non esset vacuitas manente costa alia in eodem loco ęquali cæteris remanentibus, quæ fuerat sub priori ablata, ergo non erant duæ costæ suppositæ, sed vna, & illa ablata fuit, & locus materia remãsit vacuus, donec caro ne repleretur. *Et ædificauit costam, quam tulerat in mulierẽ*. ideſt de illa costa fecit mulierem, quia illa costa cum carne sumpta fuit: & de parte carnis partes carneæ fa- &
ctæ sunt, de parte ossis omnes partes osseæ.

¶ Et dicitur ędificasse: quia illa costa erat vt materia rudis, de qua fit domus, in qua per variam dispositionem artificis inducitur forma domus: sic illa costa erat materia rudis, & per actionem Dei formata fuit

Cur mulieres in parte inferiori sunt crassiores hominibus, in superiori e contra,

fuit in figura mulieris. ¶ Nicolaus vult hoc esse pro- A
pter similitudinem ad ædificia, in quibus partes inferiores sunt grossiores; superiores autem sunt graciliores, ne totum simul ruat; sic mulieres in parte inferiori, scilicet in natibus grossæ, & amplæ sunt; in parte autem superiori, scilicet in pectore, vel dorso graciles; & hoc fit ex paruitate callidi digerentis; callidum enim eleuat; cum ergo in mulieribus modicum sit de callido eleuante maior pars nutrimenti cadit ad partes inferiores. In viro autem contrario modo est, quia abundat callor eleuans; ideo maior pars ad pectora, & dorsum ascendit, quare ibi grosior est vir, quàm in natibus.

Quæst. 27. Cur mulier formata fuit de costa.

¶ De costa autem fœmina formata fuit, quia co- B
sta adhæret cordi; vt notaretur quòd vir vxorem valde amare deberet. Sic enim ait Apostolus ad Ephes. 5. cap. Ita uiri diligere debent uxores suas, sicut corpora sua; qui suam uxorem diligit, & seipsum diligit. Nemo enim unquàm carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet, sicut Christus Ecclesiam. ¶ Si autem de pedibus formasset, ancilla uiri uideretur; sicut apud Persas uxor in ancillam accipitur; ut

Cap. 10. Cap. 11.

patet 8. Ethic. Sed iste principatus tyrannicus est; ut ibidem patet; & etiam in primo Politicor. ubi probat Philosophus, quòd mulier pertinet ad communicationem primam, quæ est naturalis, & liberorum procreatiua, & non ad secundam, scilicet seruilem, in qua seruitus est, quia natura facit unum ad unum, non unum ad plura, quemadmodum artifices Del- C
phicum gladium pro paupere. ¶ Si autem de capite sumpta fuisset, domina uideretur, quemadmodum in quibusdam prouincijs fœminæ, si in hæreditate succedant uiris dominantur; ista autem pessima oligarchia est; ut patet 8. Ethic. & 2. Politicorum.

Cap. 10. Quæst. 28. Quomodo ex parua costa potuit fieri magna mulier. Prima opinio.

¶ De formatione autem mulieris de costa dubium est; quia costa uiri paruæ quantitatis est, nec poterat fieri corpus mulieris de illa costa nulla mutatione facta in costa. ¶ Dicunt ergo aliqui, quòd fuit facta formatio per additionem alterius materiæ, scilicet de terra, uel aere, siue alia ratio horum est; quia alias mulier fuisset ualde paruæ quantitatis. ¶ Et etiam inducunt simile de multiplicatione panum; ut patet Ioan. 6. cap. quia uidetur ibi uelle Aug. quòd per additionem materiæ illud factum fuerit, dicens; D
Ille in manibus suis multiplicauit quinque panes, qui de paucis granis creat segetes; de segetibus autem manifestum est, quòd per additionem materiæ procreentur, quia recipitur humidum nutrimentale ab extra; & digeritur, transitque in substantiam segetum. ¶ Alij dicunt, quòd ista formatio fuit facta per multiplicationem sine aliqua extrinseca adiunctione; quia sicut Deus de nihilo cuncta creauit in suis debitis magnitudinibus, ita de parua magnitudine, sine aliqua additione potest fieri maior quantitas; & non fiet, sicut in segetibus per intus susceptionem, sed idem paruum intra seipsum maius faciendo, sine aliqua ratificatione materiæ, ut corpus mulieris solidum esset. ¶ Si autem illa quantitas costæ rare- E
fieret ad tantam magnitudinem, in quanta fuit mulier formata, ualde rara substantia esset, quæ nullo modo conueniret ueritati corporis humani; esset enim talis raritas propinqua raritati aereæ, uel igneæ.

Secunda opinio.

Dixitque Adam. Hic ponitur secundum; scilicet matrimonialis unio. *Hæc nunc caro*. Adam soporatus non uidit, nec sensit ablatam ab eo costam, & inde formatam mulierem; sed Deo reuelante ei in ecstasi cognouit, sicut multa alia prophetica. *Hic nunc*. in hebræo dicitur. *Ista vice caro de carne mea*. ideſt, in alijs uicibus, cum accedebam ad alia animalia, non inueniebam carnem de carne mea; sed ista uice dedi-

Alph. Tost. super Gen.

sti mihi fœminam de carne mea, & ossibus meis. Et ex hoc coguntur Iudæi confiteri, quòd asina est nouerca eorum, cum Adam pater eorum eam carnaliter cognouerit; ut ipsi dicunt. Omnis autem homo abominatur tam detestabilia uitia in primo parente ponere. ¶ Habetur etiam in Talmud Iudæorum, quòd ante creationem Euę Adam habuit aliam uxorem nomine Lilis primam; & istam habuit centum, & triginta annis, quibus fuit excommunicatus pro comestione ligni uetiti; & in toto illo tempore genuit ex ea dæmones. Istud autem impossibile est, cum dæmones sint substantiæ spirituales; sed cogentur in hoc Iudæi dicere dęmones fratres suos ex eodẽ patre esse. *Caro de carne mea*. Quia non solum fuit assumpta costa de Adam, sed etiam caro adhærens; *Vocabitur virago; quia de viro sumpta est*. Mulier accepit hic nomen uiri, quia facta est de carne uiri, sed istud nomen, uirago, non conuenit proposito, quia uirago dicitur, quæ robusta est, ut uir, sed non quæ de uiro sumpta sit. Si autem lingua latina tale nomen reciperet, melius uocaretur uira, quàm uirago. In hebræo autem reperitur conueniens nomen; quia uir uocatur, is, mulier autem uocatur, issa, *Quamobrem relinquet homo patrem, & matrem*. Ista sunt uerba conuenientia ad primam matrimonij institutionem; sed quomodo dicitur, qꝑ Deus instituit matrimonium, cum Adam protulerit hic uerba institutionis? Respondetur, qꝑ Deus dicitur instituisse; quia nouit intellectum, & uoluptatem Adæ ad intelligendum, & dicendum ista; quæ autem Prophetæ dicunt, Deus dicitur illa dicere; ut patet 2. Petri, cap. 1. Vel põt dici, qꝑ Deus dixit hoc; quia ita dixit Christus, Matth. 19. cap. Non legistis; quia qui fecit ab initio masculũ, & fœminam fecit eos? & dixit, Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Et ita patet qꝑ Deus hoc dixit, & ipse instituit matrimoniũ, & non Adam. ¶ Sed tũc dicetur, qũo ſtat, qa hic dr̃, qꝑ Adam dixit ea? Dici põt, qꝑ q̃dam pars horũ uerborũ fuit ab Adã dicta, & alia a Deo. Illud enim primũ; ſhęc nũc caro de carne mea; & os de ossibus meis. Hæc enim uerba sunt Adæ, & nõ potuerũt esse Dei; qa Deus non hẽt carnẽ, & ossa; qa Deus spiritus est. Ioã. 4. c. & spiritus nõ hẽt carnẽ, & ossa; sicut Christus dixit Luc. 24. c. Vnde non poterat esse Eua de carne eius; sed dixit hoc Adã, de cuius carnibus, & ossib⁹ fuit Eua. Verba aũt sequẽtia sũt Dei, ſ. Propter hãc dimittet hõ patrẽ, & matrẽ, & adhęrebit uxori suę, & erũt duo in carne una; qa ista uerba poterãt cõuenire Deo ad institutionẽ matrimonij. Et hoc uꝛ apparere ex uerbis Christi, Matt. 19. c. Vbi nõ ponitur ista particula, Hęc nũc caro de carne mea; sed uerba sequẽtia, ſ. Propter hãc dimittet homo patrẽ, & matrẽ, &c. Et tũc dicetur, qꝑ licet uideatur idem cõtextus cõtinuus, cũ dr̃; hęc nũc caro de carne mea; usq; ad finẽ, nõ est, sed ibi, Quãobrem dimittet homo; sunt uerba Dei; & est iste sensus multũ cõueniens; & concordabũtur sic scripturę. ¶ Alio modo potest intelligi, qꝑ Deus hoc dixit, & etiam Adam, sed Deus dixit illud prius, deinde Adam; & hic non fit mentio, nisi quomodo illud dixit Adam; & Matth. 19. cap. Non ponitur, nisi quomodo dixerit illud Deus; & quia alia uerba conueniunt Deo, alia Adæ, aliter ponuntur hic, & aliter ibi; quia hic dicitur; Hæc nunc caro de carne mea; & sic usque ad finem; & Matth. 19. Tollitur principium, & dicitur; Propter hanc, vel propter hoc dimittet homo patrem, &c. Et tunc esset sic ordo in dicendo, quòd Adam statim uisa Eua diceret, Hæc nunc est caro de carne mea, & os de ossibus meis; & uocabitur virago, quia de uiro sumpta est, quo dicto Deus adiecerit, quasi dicendo Adam

Quis instituerit matrimoniũ.

C ad

Universidad de Deusto Biblioteca

Cur rebus artificialibus nomẽ Adam nõ posuerit.

Ex proprietatibus in animalibus cognitis Adam eis nomina imposuit.

ad quid esset mulier, & qualiter cum ea se haberet vir; Propter hanc dimittet homo patrem, & matrem, &c. & Adam auditis verbis Dei, quasi approbando ea retulerit eadem; & sic dixit illa Deus, & dixit Adam. ¶ Tertio modo potest intelligi, quòd Adam solus dixisset ea, sicut hic modus literæ videtur innuere. Sed dicitur Matth. 19. cap. quòd Deus ea dixit; quia ipse mouit intellectum Adæ ad cognoscendum istam veritatem, & voluntatem eius ad dicendum eam, sicut fit in Prophetis, vt iam diximus. ¶ Sed dicendum, quòd quicunque horum sensuum teneatur, apud Iudæos tenebatur, quòd Deus ista dixisset; sed patet hoc ex modo arguendi Christi contra Pharisæos tentantes eum; Matth. 19. scilicet; Non legistis? quia qui fecit ab initio masculum, & fœminam, fecit eos, &, dixit; propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & cæt. & tacuerunt statim Pharisæi confusi; & tamen cum Pharisæi essent maleuoli, & tentatores, si non intellexissent scripturam, sicut Christus allegabat eam, repugnassent magis irridendo, quasi insipientem, qui allegaret, quod non erat in scriptura, vel non intelligeret eam, sicut erat intelligenda; & tamen tacuerunt; ideo putauerunt eum verum dicere, & manifeste verum. *Quamobrem.* ideſt propter vxorem. *Relinquet homo patrem, & matrem.* Non relinquet homo patrem, & matrem, quantum ad amorem, & charitatiuam subuentionem, & obedientiam; sed quantum ad cohabitationem, quia non habitat filius cum patre, & matre, postquàm accipit vxorem; & per hoc emancipatur filius de patria potestate, quia necesse est iam prouidere domui suæ, & familiæ. Vel designātur in hoc personæ prohibitæ ad connubium, scilicet filius cum matre, vel patre; cum matre quidem nullo modo propter reuerentiam maternalem; coniugalis enim commixtio æqualitatem dicit, & aliquo modo subiectionem vxoris ad virum; ideo in nullo casu liceret filio contrahere cum matre; quia est contra naturale ius, & omnem inclinationem naturalem bonam; cum sorore autem, vel cæteris pro temporis necessitate contrahere licuit; cum patre autem horribile est dicere; quia intentioni naturæ repugnat, cum omnis concubitus masculorum inutilis sit ad generationem. Sed prima expositio magis consonat. *Et erunt duo in carne vna.* ideſt duo, scilicet vir, & vxor coniungentur ad vnam prolis procreationem, miscendo semen.

Quæst. 19.

Erat autem vterque nudus Adam, & Eua, & non erubescebant. Non enim habebant vestes primi parentes in paradiso, quia pulchritudo naturalis maior erat, quàm pulchritudo ornatus in vestibus. Et hoc notat, quòd in vita æterna post resurrectionem vestes non simus habituri; quia vestes propter peccati turpitudinem inuentæ sunt; cessante autem omni culpa, & pœnalitatibus peccati, cessabit vestis; quia caro beatorum fulgebit ibi, sicut Sol. ¶ Dicit autem Iosephus, quòd primi parentes erant adhuc, vt paruuli carentes vsu rationis, & ideo non erubescebant de sua nuditate. Sic enim pueri faciunt; & quòd arbor scientiæ boni, & mali accelerabat, & acuebat vsum rationis; & quòd gustantes de fructu illius ligni, inceperunt habere vsum recte rationis, erubescentes de sua nuditate. ¶ Sed hoc falsum est, quia homo, & omnia alia opera Dei perfecta creata sunt, ergo in sapientia completa; sicut in quantitate perfecta, & robore, & potentia generandi. ¶ Item patet falsitas, quia lex non datur, nisi capacibus, scilicet habentibus vsum perfectum rationis; sed Deus dederat legem de comedendo, & non comedendo, vt supra patet; ergo vsum habebant rationis. ¶ Item si non haberent vsum rectæ rationis, non possent peccare, sed peccauerunt primi parentes eligendo comedere de fructu ligni vetiti, antequàm actualiter comederent; vel incipientes comedere, antequàm fructus ille naturaliter aliquid operaretur; ergo ante esum ligni habebant vsum rationis; alias Deus non videretur eos iuste condemnare. ¶ Item quia Adam ante hoc imposuit nomina omnibus animalibus terræ, & volucribus, vt patet ex ordine literæ, sed istud non fit, nisi ex multa sapientia, ergo habebat iam Adam completum vsum rationis.

An Adam antequàm comederet lignū vitæ habebat vsum rationis.

Cōfutatio opin. Iosephi.

Prima ratio.

Secūda ratio.

¶ Dicendum ergo, quòd non erubescere non erat propter ignorantiam, sed ex conditione status, quia in statu originalis iustitiæ non erat aliquis motus deordinatus membri, propter quem erubescerent; quia talis pertinebat ad pœnalitatem, ideo nunquàm fuit quousque peccassent.

De tentatione, & transgressione Adæ, & Euæ, & maledictione, & eiectione. Cap. III.

SED & serpēs erat callidior cunctis animātibus terræ, quę fecerat dominus Deus. Qui dixit ad mulierē: cur precepit vobis Deus, vt non comederetis ex omni ligno paradisi? Cui respōdit mulier. De fructu lignorum, quæ sunt in paradiso vescimur: de fructu vero ligni, quod est in medio paradisi præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne forte moriamur. Dixit autem serpens ad mulierem: Nequaquàm morte moriemini. Scit enim Deus, quòd in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut Dij, scientes bonum, & malum. Vidit igitur mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro suo, qui comedit, & aperti sunt oculi amborum. Cumque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam, & vxor eius a facie Domini Dei in medio ligni paradisi.

Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei: Vbi es? qui ait: Vocem tuam Domine audiui in paradiso, & timui, eo quòd nudus essem, & abscondi me. Cui dixit Dominus; Quis enim indicauit tibi, quòd nudus esses, nisi quòd ex ligno de quo præceperam tibi, ne comederes, comedisti? Dixitque Adam; Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit Dominus Deus ad mulierem; Quare hoc fecisti? Quæ respondit; Serpens decepit me, & comedi. Et ait Dominus ad serpentem; Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ: super pectus tuum gradieris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Inimicitias ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Mulieri quoque dixit; Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos; in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tibi. Adæ verò dixit; Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo; in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ; spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore vultus tui vescēris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es; quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Et vocauit Adam nomen vxoris suæ Eua, eo quòd mater esset cunctorum viuentium. Fecit quoque Dominus Deus Adæ, & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos, & ait. Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est sciens bonum, & malum. Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est. Eiecitque Adam, & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium, atque versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ.

1. Cor. 14.

SED & serpens descripta hominis conditione. hic agitur de eius casu, & transgressione; & tanguntur tria, primo transgresio culpæ, secundo inflictio pœnæ ibi. *Et aperti sunt oculi.* Tertio transfusio miseriæ ibi. *Et vocauit Adam.* Circa primum. *Sed & serpens erat callidior.* Hic ponitur conditio tentatoris, scilicet serpentis, in quo Diabolus loquebatur. Ista dicuntur ad demonstrandum veri similitudinem, scilicet quomodo Eua falli potuerit: Et ideo dicit serpentem tentatorem suum callidum esse; quia facilius a sapientibus, quàm ab insipientibus defraudamur; callidus enim sensatum significat siue ad bonum, siue ad malum; & vocatur in hebræo. *Arum.* ideſt nudus, scilicet quòd serpens erat magis nudus; ideſt acutior in perspicacitate alijs animantibus, sic habetur in hebræo. vbi nos dicimus præcedenti cap. erant nudi, dicitur in hebræo. *Arum.* Et dicitur aliquis habere intellectum nudum, qui subito ea, quæ dicuntur intelligit; qui autem tardus in intelligendo est, intellectum velatum habere dicitur; sicut qui aures coopertas habet, malè audit, qui autē nudas benè.

¶ Ista calliditas, vel sagacitas erat in serpente tam naturaliter, quàm a casu per dæmonis subintrationem; sed magis per dæmonem intra linguam mouentem; & vt communiter dicitur Diabolus in serpente tentauit; non quia hoc ipse elegisset, sed quia non fuit a Deo permissus intrare in aliud animal pulchræ figuræ, ne ita faciliter tentare posset; sed in spē horribili, quam magis fœmina euitaret. ¶ Sed forte dici posset, quòd permissione Dei, & electione dæmonis factum est, vt serpentem intraret, qui cæteris animantibus callidior erat, vt minus ad hoc fœmina aduerteret, faciliusque deciperetur. ¶ Inuidia autem Diaboli peccatum introiuit in vniuersum orbem, per peccatum autem mors; vt habetur Sapien. 2. cap. Doluit enim Diabolus se deiectum de gaudijs paradisi videns hominem, qui illam assequuturus erat, si maneret; laborauit ergo, vt hominem ad peccatum detraheret, & perderet vitam æternam. ¶ Et quia sciebat virum prudentiorem, & constantiorem esse timens, ne eius primus conatus incassum esset, fœminam primo aggressus est, apparens in forma serpentis. Subintrauerat enim verum serpentem, vt in eo verba formaret; & vt vult Magister in historijs sco. accepit Diabolus quoddā genus serpētis, quod erecte incedit; & adhuc dicūt, quosdā serpētes directos incedere, quos Pharias vocant, & dicit, qp ille serpens habuit vultum virgineum, vt magis Euæ complaceret. ¶ In Talmud Iudæorum habetur, qp serpēs ille cum Eua coiuit; sed hoc turpissimū dictū est, & natura nō patitur. Sed dicit Aug. quomodo Eua falli potuit; qa vidēs serpentē loqui, qp naturæ insolitū erat; credere debuit aliquam intercidere fraudē. ¶ Respōdet dicēs, qp mulier mirata est; sed qa sciebat oēs creaturas bonas esse, fraudem esse non credidit. ¶ Itē quia nullā ante fraudē viderat, ex qua nunc intelligere potuisset. *Qui dixit ad mulierem.* hic incepit tentatio; & loquebatur serpens nihil intelligens eorum, quæ dicebat, sicut asina Balaam; sed solum erant instrumenta loquutionis. Differt tamen, quia Angelus bonus mouebat linguam asinę Balaam contra ipsum arguendo, quòd male ageret; serpentis autem linguam diabolus mouebat.

Quæst. 1. Vnde calliditas in serpente.

Cur Diabo. Euam potius, q. Adam tentauit.

Lib. super Genes. ad lit. & lib. 14. de ciuita. Dei, cap. 11.

Quomodo Eua credidit serpenti.

¶ Aliquis autē inquiret, cur Deus permisit hoīem a diabolo tentari, cū ipse sciret eū casurum. ¶ Respōdetur, qp ad hoc multæ apparentiæ inducunt. Primo enim ait Aug. Deus sic res, quas cōdidit administrat, vt eas, pprios motus agere sinat. Sicut ergo aliæ res in suis naturalibus, pprietatibus operari permittūtur; ita homo in sua arbitrij libertate, de qua Ecclesiastici 16. cap. Deus a principio formauit hominē, & reliqt eū in manu cōsilij sui; & sicut Deus volebat eū p bonos Angelos ad bonū incitari; ita permittere debuit eū p malos angelos tētari; maxime qa in statu illo non poterat homo faciliter tentatori succūbere, vnde ait Augustinus. 11. sup Gen. ad literā; non mihi vī magnæ laudis futurum fuisse hoīem, si pp eum posset bene viuere: qa nullus male viuere suaderet. ¶ Et licet Deus eum tentari permiserit, & casurū sciret; tamē non ponebat eū in tanto periculo, in quanto nos sumus, cum tentamur; quia non poterat Deus mouere appetitū sensitiuū interius, nec fantasiā, vt aliqd sibi bonū, vel malum appareret; & istud est fortissimum tentatoris genus. ¶ In primis parentibus nihil tale erat: quia nondum deordinata ratione non poterant deordinari

Quæst. 2. Cur Deus permisit hominem tētari quē sciebat cassurum.

Alph. Tost. super Gen.

partes sensitiuæ, quia hoc ex pœnalitate procedit. F
¶Fuit autem causa potissima permissionis pulchritudo vniuersi per ordinationem deordinatorum; patet enim differentia bonorum ex damnatione reproborum. *Cur præcepit vobis Deus.* Diabolus intendebat mulierem ad peccatum inducere: & quia peccatum est voluntaria operatio contra legem, siue diuinam, siue humanam, & quia tūc nulla lex posita erat, nisi quòd non comederent de fructu arboris scientię boni, & mali, ideo conatus fuit diabolus inducere mulierem ad comedendum: & licet alia peccata commiserint primi parentes, s. appetitum honoris indebiti, vel ingratitudinem: tamen omnia illa præponebat diabolus, vt ad comedendum induceret.

Quæst. 3. ¶Nec tētauit diabolus in gula, sicut nos tentat: qa G nobis præsuadet, vt comedamus, de quo nō oportet: vel quomodo non oportet, &c. mulieri autem primę nō proposuit immediate, ꝙ comederet dicens, come de de fructu ligni scientię boni, & mali; sed quæsiuit quare talis prohibitio facta fuerat. ¶Est autem ratio diuersitatis, quia diabolus incipit tentare ab ea parte, vbi aliquid deordinatū est, vel primo deordinari potest. In nobis autem post lapsum priorum parentum appetitus deordinatus est semp, vel ad delectationes tactus, & gustus, vel ad tristitias, & etiam ad timores, & audacias, & sic de alijs passionibus. Et ista deordinatio est in parte sensitiua: etiam si intellectus, & uoluntas ordinatissimi sint: quia caro concupiscit aduersum spiritum, & spiritus aduersum carnem: vt patet ad Gala. 5. c. Et sensus, & cogitatio humani cordis in H malum prona sunt ab adolescentia sua, vt patet infra 8. c. Ideo in nobis semper incipit diabolus inducēdo ad explendum actum appetitus deordinati. In primis autem parentibus nihil deordinatum erat, nec in volūtate, & intellectu, nec in parte sensitiua; sed quia nō poterat appetitus sensitiuus deordinari, nisi deordinaretur ratio, ideo a ratione incepit. Nō erat deordinatus appetitus sensitiuus: quia nec sitis, nec fames, nec aliquid talium illis inerat: ideo frustra diabolus tentasset Euam dicens, comede fructum istius ligni: cū ad illud non inclinaretur appetitus Euę; in nobis autem inclinaretur appetitus gustus per famem, & inordinatum desiderium ad delectabile, quod non oportet: ideo proponit, quòd comedamus de illicito. ¶Incepit autem diabolus, vt moueret rationem ordinatam mulieris ad inordinatum desiderium: & quia homo naturaliter est multum liber, & dominus omniū aliarum rerum, valde repugnat ei seruitus. Est autem seruitus quando alicui non licet facere, quod vult; hoc autem est per præceptum, maximè per negatiuum, quod coarctat imperium volūtatis nostrę. Incepit ergo proponere dęmon quomodo illud præceptū erat valde aggrauatorium, s. ꝙ homo, qui naturaliter dominus erat omnium lignorum, prohiberetur a comestione fructus alicuius eorum. Ex hoc mulier mota fuit quadam elatione, & inclinata ad displicentiam præcepti, & per hoc ad dubitationem de pœna comminata, quod pertinet ad superbos. *Cur præcepit vobis Deus.* idest quare aggrauauit vos Deus, tantum subijciendo in seruitutem, vt non comederitis de fructu? Stulta autem Eua, quæ nō attendit, quòd melius erat subditum esse Deo, quàm in se ipso eleuari, indicauit se in hoc pręcepto fuisse grauatam, quare iugum hoc iudicauit esse abijciendum de fructu vetito comedēdo. *Vt non comederetis ex omni ligno paradisi.* Non debet accipi hoc secundum ęquipollentiam propositionis, quia tunc erit sensus, ꝙ Deus mandauit, ꝙ de nullo ligno paradisi comederet; & hoc non dixit diabolus, quia tunc videret mulier, quòd mentiebatur, & non assentiret dictis eius: sed ista litera nō debet sic habe-

ri, sed cum negatione pręposita, vt ęquipolleat suo cō tradictorio. Et sic, vt communiter habetur in omnibus biblijs, est sensus, quòd Deus vetuit eis aliquod lignum: *De fructu ligni, quod est in medio paradisi.* ideſt de fructu ligni scientiæ boni, & mali, qa illud erat in medio paradisi, vt patet præcedenti c. & licet diabolus sciret quæ erat arbor prohibita: tamē noluit explicare, vt mulier eam per se explicaret, & daretur ei occasio plurā loquendi, & se ipsam mouendi ad displicentiā, & desiderium comedendi. *Et ne tangeremus illud.* Hoc mulier addidit a se ipsa ad demonstrandum, ꝙ Deus illud grauabat imponendo tam durum præceptum: quia modus displicentium in rebus aliquibus est, cū libenter non ferant, sermonibus exaggerare; Deus autem solum gustum prohibuerat, & non tactum. G

¶Aliqui tamen dicunt quòd etiam tactum prohibuerat, vt magis elongarentur a gustu: sed nō videtur aliquid tale innui ex litera. Verisimile est enim, quòd si Deus talia mandasset, quòd scripta essent, cum hoc esset vna pars necessaria præcepti. ¶Et non valet ratio, quam adducunt, s. ꝙ prohibuit tactum, vt elongarentur a gustu: quia si Deus sic prohibuisset, tantum peccassent primi parentes in tangendo sicut in gustā do: quia nullum istorum erat malum secundū se, sed quia prohibitum. Comedere enim de fructu ligni nō erant de se peccatum, sed quia Deus vetuerat; ęquale autem est in tangendo; talis autem prohibitio elongatiua ab actu nunquam datur, nisi qñ vnum est de se malum, aliud est malum quia prohibitum: vt si prohibeatur alicui, ꝙ non cohabitent mulieribus, ne formicetur; fornicari autem de se malum est: cohabitare autem mulieribus solum est malum, quia prohibitū: quando autem duo mala ęqualia sunt, nunquā prohibetur vnum, vt elongamur; sed quodlibet eorū equaliter propter se. ¶Item quia quādocunque prohibetur vna res, vt elongemur ab alia minus sumus inclinati ad vnam, quàm ad aliam: alias a qualibet earum immediate cauere possemus, vt cum mādatur alicui, ꝙ non videat mulieres, ne exardescat in concupiscentiā earum, facile est sibi non videre mulieres, sed difficile est, cum viderit, non concupiscere. Si autē ęqualiter difficile esset abstinere a concupiscendo, & a videndo nō mandaretur vnum, vt elōgaremur ab alio. I Sic autem erat in primis parentibus, quia cū non haberent ante peccatum aliquam deordinationē in appetitu sensitiuo, non magis inclinabantur ad gustandum, quā ad tangendum de vetito. Concluditur ergo ꝙ mulier istud addiderit a se ipsa. *Ne forte moriamur.* Mulier a se addidit fortè, quod est aduerbiū dubitandi, cum Deus assertiue dixisset. Et hoc dicebat, quia per displicentiam mandati diuini deuenerat in dubitationem, vtrum Deus secundū verba, quę prædixerat mortem infligeret. Hoc etiam magnum peccatum fuit dubitare de verbis Dei, cum sint permanētiora omnibus rebus: nec potest euenire aliquid, per quod id, quod Deus proposuit, irritetur: quia cęlum, & terra transibunt, verba autem Dei non transibunt, vt patet Lucę. 21. cap. & ex hoc inducitur, quòd sicut K hic mulier mutauit sermonem domini, ita mutauit supra dicens; *Nec tangeremus illud. Dixit autem serpens ad mulierem.* ideſt diabolus per serpentem: quia vidit mulier de morte comminata dubitantem, statim cōstanter asseruit mortem nullo modo pro illo actu secuturam: vt de assertione Dei ad dubitationem mulieris, & deinde ad negationem dæmonis gradatim veniretur. *Nequaquam moriemini.* q. d. Deus dixit hoc, non quia sic futurum esset: sed vt vos arctaret ad nō comedendum. *Scit enim Deus.* Hic subdit causam falsam prohibitionis, & in hoc culpat Deū de inuidia dicēs ꝙ Deus sciebat, ꝙ si comederēt de illo ligno efficerentur

ficerentur sicut Dij; ideo inuidit, & prohibuit come- A
dere. *Quacumque die comederitis ex eo.* ideſt quocunque tępore, s. ꝙ post comestionē de fructu illo immediate sequetur, quod dicitur in litera. *Aperientur oculi vestri.* ideſt intellectus vester erit ad intelligēdum perspicacior. Vocatur autē intellectus oculus æquiuoce; quia vterq; est ad videre, ideſt iudicare, & nec diabolus loquebatur de oculis corporeis, nec Eua hoc intelligebat, quia corporeos oculos tunc satis claros, & apertos habebant. *Et eritis sicut Dij.* ideſt, per comestionem de fructu huius ligni eritis, sicut Deus est; ita ꝙ vos videamini esse Dij, & hoc est in sapientia, vt infra subdit. *Scientes bonum, & malum.* Vel potest intelligi, quantum ad alias perfectiones, scilicet potentes, & nulli subiecti, sicut Deus nulli subijcitur.

Quæst. 5. An Eua crediderit se posse fieri Deum. B
¶Et non est intelligendum, ꝙ Eua crederet se potuisse fieri Deum, quia hoc sciebat esse impossibile; nec quòd poterat esse æqualis Deo; quia eadem est impossibilitas, cum Deus infinitus sit; sed credidit se posse habere quandam similitudinem ad Deum, scilicet, quòd sicut Deus nullo alio indigebat; ita ipsi nullo indigerent, & omnia scirent, & essent regula in omnibus, quæ fieri deberent. ¶Sed in credendo hoc valde fuit stulta mulier, quia nulla arbor talem perfectionem dare poterat; vir autem non credidit aliquid istorum, sed solum comedit, vt mulierem non contristaret; credidit enim, quòd si non comederet de fructu, quem ei mulier præsentabat, ipsa tædio moreretur; vt patet per Magistrum in 2. sententiarum dist. 22. Peccauit ergo Adam ingratus diuinis C
beneficijs, & amans inordinate vxorem; licet eā nondum carnaliter cognouisset, nec cognoscere desiderasset; debuisset enim magis permittere mori vxorem, quàm contra diuinum præceptum de cibo vetito manducare.

Quæst. 6. An Eua ante comestionē actualem peccauerit. ¶Et sciendum est, quòd antequàm mulier gustasset de cibo vetito, multipliciter peccauit; primo in elatione, & displicentia de diuino mandato; secundo de verbis Dei dubitando; tertio immoderate honorem, & excellentiam appetendo; quarto de cibo vetito eligendo comedere. Possent autem ista magis diuidi, & plura assignari peccata; aliqui tamen volunt, quòd non peccauit Eua, donec de cibo vetito actualiter comedit, & probant, quia iustitia originalis D
fuit ablata propter peccatum, sed nunquàm fuit ablata, donec comedit Eua; ergo ante non peccauit. Patet hoc, quia postquàm consensit, antequàm comedisset, non erubescebat de nuditate sua, quod pertinet ad statum originalis iustitiæ. ¶Sed oportet dicere, ꝙ ante actualem comestionem Eua peccauit; quia actus exterior non est peccatum, nisi vt dependet ex libera electione voluntatis; & ideo si aliquando actus exterior sine electione voluntatis fiat, non est peccatum, nec meritorium; vt si fiat aliquid per violentiam, uel propter ignorantiam, quæ destruunt rationem uoluntarij. Et si aliquando minor electio de malo fit; etiam si non sequatur actus exterior, peccatum consummatum est, sed mulier antequàm manum extenderet ad E
lignum, & comederet, deliberauit manum extendere, & comedere, alias non fecisset; ergo ante comestionem peccauit. Et sic ait Augustinus super Gen. ad literam super istud cap. Verbis serpentis mulier non crederet a uera, atque utili re diuinitus se fuisse prohibitam, nisi iam inesset eius menti amor propriæ potestatis, & quædam de se superba præsumptio. Sed non est intelligendum, quòd Augustinus uelit superbiam præcelsisse in muliere tentationem serpentis, sed mox ut serpens incepit persuadere mulieri, quædam elatio suborta est, & deceptio, dubitatio, & cætera peccata.

Alph. Tost. super Gen.

Quæst. 7. ¶Ad argumentum contrarium respōdetur, quòd non est necessarium ablatam fuisse iustitiam originalem post peccatum immediate, quia tunc secundum eorum positionem dicendum esset, ꝙ Eua non peccauit in comedendo, quia etiam post comestionem actualem non perdidit originalem iustitiā, donec uir comedit. ¶Licet enim comederit; tamē de nuditate non erubuit, quousque uir etiā comedit. Sed non erubescere ad originalem iustitiam pertinebat. ¶Et hoc Gratia gratis data, stat cum peccato mortali, sed nō gratū faciēs.
satis est rationabile, qa originalis iustitia est gratia gratis data, quæ bene stat cum peccato mortali, ut donū prophetiæ, genera linguarum, gratia sanitatum, q̄ oīa in peccatoribus hominibus ſm actum sępe reperiuntur; gratia aūt gratum faciens non pōt stare cū peccato mortali. Ideo licet ponatur gratia gratū faciens cōcreata homini, uel ꝙ postea p aliquos actus materialiter meruerunt; licet non mereamur proprie primam gratiam, dr ꝙ illa immediate perdita fuit, quādo mulier elegit deliberate cōtra Dei pręceptū de ligno uetito manducare; & sic de Adam dicetur; sed nō sentitur ista gratia, cū perditur; quia est aliquid ualde spirituale, & respectiuum, s. acceptatio diuinæ uoluntatis. Ideo nemo scit, utrum gratiam gratū faciētē habeat, nisi ei a Deo reueletur; bene tamen aliquis scit, vtrum odio dignus sit; qa bene scit, se eē in peccato mortali, quādo actualiter eligit agere contra legē Dei, & non pœnitet de illo; sed de gratia ignorat, qa dato ꝙ aliquis actualiter cōteratur de malo cōmisso, tamē ignorat, si forte agit quantū dēt, & iō certus nō est. ¶Et si obijciatur illud Eccle. 9. cap. Nescit homo an odio, uel amore dignus sit; Respōdetur, ꝙ intelligitur de futura beatificatione, uel pœna; quia dato ꝙ aliquis nunc male operetur, nescit, si in bono finiet; & licet aliquis nunc bene operetur, nescit, utrum male finiturus sit. Et hoc demonstratur in litera, cum dicitur; Sed cūcta in futurum reseruantur incerta. ¶Dicit ergo quòd nullum incōueniens est, quòd gratia gratis data maneat cum peccato mortali; ergo sic dicetur de originali iustitia, quæ erat quædam ordinatio virium inferiorum subiectarum rationi, nec aliquo modo potentium repugnare, donec ratio repugnaret Deo. Contrarium huius, s. repugnantia appetitus sensitiui, nō est culpa, sed pœna; quia in viris perfectissimis in vita ista est, sicut in B. Paulo, quem valde inquietabat stimulus Dubium, cur statim Eua nō p-didit iustiam originalem.
carnis contra iudicium rectæ rationis, vt patet 2. Cor. 11. In tantum vt clamaret; Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Ad Rom. 7. c. ¶Sed aliquis dicet, cum iustitia originalis haberet aliquid speciale inter alias gratias gratis datas, s. ꝙ propter peccatum tollenda erat, quare non ablata fuit immediate post peccatū Euæ? ¶Respondetur, quòd Deus permisit hoc fieri ad tentationem Adæ, quia sicut permisit serpentē tentare Euam, ita permisit Euā tentare Adam. Si aūt immediate post peccatum Eua perdidisset iustitiam originalē, immediate erubuisset de nuditate, & non iuisset ad virum, sed magis lateret prę verecundia, vt postea factum est; vel si forte iuisset ad virum verecundans, vir expauisset, nec aliquo modo comederet, quare non peccaret. Et patet hoc, quia immediate vt vir comedit, sensit vterque nuditatem, & rebellionem in membris, nec dilata fuit ibi perditio iustitiæ originalis, sicut post peccatum Euæ, quia hic totum peccatum consummatum fuerat, & non in peccato Euæ. *Scientes bonum, & malum.* Non quòd tunc aliquod malum esset, quod scire possent, quia omnia, quæ Deus fecerat, erant valde bona, vt patet supra 1. cap. sed loquitur ex abundantia, dicens; si comederitis de isto ligno scietis bonum, & malum, id-est omnia quæcunque sunt, siue bona, siue mala, siue vera, siue falsa, siue necessaria, siue contingentia,

secundum omnes scibilium differentias. *Vidit igitur mulier*. Supra posuit peccata mulieris in interiori electione, hic ponit peccatum in exteriori operatione. *Vidit igitur mulier lignum*. ideſt, tunc iudicauit esse pulchrum, & desiderabile ad cibū; ante enim bene videbat pulchritudinem ligni, sed non aliciebatur ad comedendum de eo, quia appetitus non erat deordinatus; nunc autē quia ratio deordinata fuerat superbiendo, & dubitando, incepit appetitus deordinari male appetendo, & secundum existimationem male iudicando, sicut patet in illo, qui non est inflammatus appetitu venereo, licet videat pulchras mulieres, & pulchras esse iudicet, non tamen iudicat esse concupiscibiles ad actum venereum; qui autem deordinatus est habens appetitum inflammatum, iudicat pulchras, & conuenientes ad libidinem. *Bonum esset ad vescendum*. In hoc differt iudicium, ꝙ ante habebat, & iudicium, quod nunc in tentatione habet; quia ante iudicabat absolute lignum esse bonum, & suaue; nūc autem iudicabat esse bonum applicando, ſad cibum illicitum. Hoc autem iudicium non poterat esse in parte sensitiua, nisi primo esset iudicium depranatum, secundum rationem superiorem, *Et pulchrum oculis, aspectuque delectabile*; videre autem quòd lignum esset pulchrum ad visum, non pertinebat ad visum; quia Deus non prohibuerat visum, sed gustationem. Sed vt ait Aristot. 3. Ethi. Temperantia est circa delectationes, & tristitias sensitiuas; sed non circa omnes sensus, quia in videndo colores, imagines, vel scripturas non est temperantia, vel in temperantia; nec circa delectationes, & tristitias auditus, quia non est intemperantia in armonia, nec vocum hypocrisi, ideſt, sophisticatione ad ludos; nec in odoratu, quia non dicitur intemperatus in odorando rosas, vel thimiamata. ¶Ista tamen possunt considerari inquantum referuntur ad intemperantiam, ſad gustum, & tactum, & tūc est in istis per accidens intemperantia; vt qui gaudet videndo cibos, non quia boni colores sunt, sed quia comedet eos; sic qui videt pulchram mulierem, & delectatur in vidēdo, quia coire vult cum illa, in sola delectatione visus intemperatus est. Si tamen delectaretur, quia erat boni coloris, non referendo ad aliquid aliud, non est intemperatus, sed in altero genere peccat. Sic qui vult audire voces animalium, intendens satiari de carnibus eorum. Sic in odoratu, qui gaudet in odore pulmentorum, non quia suauis odoris sunt, sed quia cibabitur eis, & qui delectatur in tactu vnguentorum, inquantum reducunt ad memoriam delectationem venereā præteritam, vel acuunt ad futuram. ¶Et patet ita distinctio manifeste, quia homines antequàm comedant, gaudent odoribus quorundam pulmentorum, sed postquàm satiati fuerint, non gaudent illis odoribus. Sic ergo mulier iudicauit illam arborem esse pulchram visui propter suauitatem coloris ante peccatum; sed cum incepit consentire serpenti persuadēti, iudicauit arborem esse pulchram visu, referendo illam pulchritudinem ad gustum, & tunc pertinebat ad genus intemperantiæ. *Tulit de fructu illius, & comedit*. Iam persuasa a dæmone. Dicit Rabbi Salomon, quòd quando mulier dixit, quòd Deus prohibuerat eos, ne tangerent illam arborem, serpēs impulit eā, vt tangeret, & coegit eam tangere, vt crederet mulier, quòd si peccatum erat in tangendo, vel gustando de illa arbore, iam commissum erat in tangendo, & non dubitaret gustare, quasi iam non posset magis peccare. Sed hoc ridiculum est, quia non videtur modus, quo serpens mulierem impelleret. ¶Item hoc procederet, si peccatum committeretur tangendo coacte arborem; sed falsum est, quia omne peccatum actio voluntaria est. *Et dedit viro suo*. Aliqui putant, quòd Eua fecit hoc ex inuidia, ſ. vt sicut ipsa peccauerat, ita faceret virum peccare, ne vilior viro videretur. Sed falsum est, quia Eua non cognouit se peccasse credens verbis dæmonis, donec vidit in se fieri immutationem, ſ. quòd erubescebat de nuditate; hoc autem fuit postquàm vir comedit, vt patet in litera, & non ante. ¶Sed dicendum, quòd dedit ei ex quodam amore inordinato, quia sicut vir nolebat fœminæ displicere, ita fœmina desiderabat viro complacere; putabat autem quòd in hoc complaceret ei. Vel forte, & melius dicendū quòd diabolus, qui vtrumque vincere conabatur, & virum per se aggredi non audebat, per fœminam aggressus est persuadens ei, vt viro daret. Et hoc tenendum videtur. *Qui comedit*. Consentiens vxori, ne eius delitias contristaret; vnde vxor narrauit ei omnia, quæ serpens locutus fuerat, quæ non credidit vir, sed comedit, ne vxorem cōtristaret. Ideo dicitur, quòd vir non deceptus fuit, vt patet prima ad Timoth. 2. cap. Adam non seductus est, Eua seducta fuit, & in præuaricatione mansit. Seduci autem est falsa credere; hoc fuit in Eua, sed non in Adam; fuit tamen Adam seductus aliunde, ſ. quòd credidit, quòd licet peccasset, tamen Deus misereretur eius, & non caderet de illo statu; sed falsum fuit, ꝙa Deus sub magna assertione continuatus fuerat. *Et aperti sunt oculi amborum*. Hic ponitur secundum principale, ſ. pœnæ inflictio; & ponuntur duo, ſ. priuatio boni habiti, secundo impositio mali nociui ibi, *Et ait Dominus ad serpentem*. Hæc in duas, primo ponitur boni perditio, secundo eiusdē improperatio ibi, *Vocauit Deus Adam*. Circa primum. *Et aperti sunt oculi amborum*. scilicet, simul, ita quòd non cognouit se primo Eua nudam, licet primo peccauerit, sed simul cognouerunt se ambo nudos, cum Adam peccauit. Quare autem Eua nō cognouit se ante nudam, ratio supra assignata est. ¶Considerandum est, quòd iustitia originalis non erat aliqua gratia gratum faciens, sed quædam gratia gratis data, quæ consistebat in ordinatione, & rectificatione inferiorum ad superiora, ſ. quòd ipse homo, & fœmina sine aliqua labe immunditię creati sunt tales, vt anima eorum esset subdita voluntati diuinæ, etiam si non fuerit ibi gratia gratum faciens, ſ. quòd in eorum intellectu, uel uoluntate non erat aliquid, propter quod ipsi uellent repugnare uoluntati diuinæ; & ita dicitur quòd homo in statu innocentiæ diligebat Deum naturaliter magis, quàm se ipsum, dato quòd non haberet gratiam gratificantem. ¶Appetitus etiam sensitiuus, & existimatiua, quę computantur pars inferior animæ, taliter ordinati sunt, ꝙ nullo modo repugnaret iudicio intellectus, uel electioni uolūtatis, & deinde potentiæ executiuæ, quæ inferiores sunt, obedirent in exequēdo. Et ad hoc pertinebat debitū robur, & sanitas, & posse nō mori, q̄ oīa faciūt ad bonā, & perfectā executionē actuum uolūtatis; & huic sanitati subordinabantur oīa exteriora, ſ. dominium in aīalibus, & in rebus non sentientibus, ſ. ꝙ bestię non nocerent, ignis non combureret, aqua non suffocaret, lapis non læderet, &c. tota ista connexio uocabatur iustitia originalis, & proprie uocabatur iustitia. Aequalitatē enim quādā dicit iustitia, siue secundū rem, siue secundū proportionem; ut patet 5. Ethi. Erat aūt inter oīa ista quędā q̄ualitas proportionalis, saīę ad Deū, appetitus, & extimatiuę ad aīam, potētiarū executiuarū ad appetitū, & intellectum; sanitas ad potētias executiuas, obediētię rerū exteriorum ad nō corrūpendū sanitatē. Vocatur originalis, ꝙa ista iustitia homini in sua origine, uel formatione data est. ¶Et ꝙa tota ista concatenatio dependebat ex primo, ſ. ex subiectione aīæ nostræ ad uoluntatem diuinam, ideo dissolui nō poterat, donec prima æqualitas, ſ. aīæ ad

Cap. 1. & 1. Mag. mor. c. 20. Penes, q̄ versetur, temperantia.

Dubium. An Eua dederit pomū viro suo inuidia, vel amore.

Deum destrueretur, sicut ueritas conclusionis demonstratæ non potest deficere, donec deficiat veritas principij. ¶Fuit ergo iste ordo in destruendo originalem iustitiam secundum naturam, licet non secundum tempus; sed satis est quòd sit prioritas causalitatis; primo enim uoluntas Euæ a uoluntate diuina recessit, cum displicuit ei de impositione mandati, & superbiuit desiderans honorem; deinde appetitus, & fantasia recesserunt a recta ratione, quando fantasia iudicauit lignum esse pulchrum ad uescendum, & appetitus suus fuit inclinatus ad hæc. Vel magis proprie appetitus insurrexit, quando contra uoluntatem membra genitalia exarserunt, postquàm Adam gustauit; cum enim inclinauit appetitus ad comedendum fructum arboris, deuiauit a recta ratione; sed quia ista deuiatio non fuit inuoluntaria, cum hoc primo elegerit, non dicitur proprie repugnantia appetitus ad uoluntatem, sed postea, cum contra uoluntatem membra genitalia motu fędo libidinis exarserunt. Deinde potentiæ executiuæ obediebant desiderio; quia quicquid homo uolebat poterat; postea non potuit, quod uolebat. Deinde sanitas non mansit firma; quia fuit homo subiectus necessitati moriendi. Deinde bestiæ, & res naturales non custodierunt obedientiam naturalem, sed omnia mortem homini inferre poterant. ¶Istam originalem iustitiam non potuit homo naturaliter habere, sed Deus ex dono dedit, cum tamen ei ablata fuit, pœnalitas magna fuit; sicut rex alicui gratis concedit aliquam dignitatem, sed nunquàm eam tollit, nisi in pœnam, & ista pœna tangitur, cum dicitur. *Et aperti sunt oculi amborum*. Iosephus intelligit hoc de cognitione, uel usu rationis, scilicet quòd ante commestionem de ligno uetito primi parentes erant tanquàm paruuli, nihil intelligentes; cum autem comederunt, incęperunt uti ratione, sed hoc repugnat supradictis, quia sæpe probatum est, quòd formati sunt cum perfecto usu rationis. ¶Item quia sequeretur, quòd per peccatum attingebant magnum bonum, scilicet, usum rationis. ¶Alio modo dicit Rabbi Salomon, scilicet, *Aperti sunt oculi eorum*. Ad cognoscendum malum fuit eorum intellectus illuminatus, quia ante solum bonum cognoscebant. Sed etiam hoc falsum est, quia ad idem pertinet cognitio oppositorum. Si ergo cognoscebant ante bonum, & malum etiam cognoscebāt, utrumque cognitione sola intellectiua speculatiua; bonum autem vtraque, & speculatiua, & experimentali: malum autem cognouerunt experimentaliter post transgressionem; ideo dicendum quòd intelligitur. *Aperti sunt oculi amborum*, scilicet, Ad cognoscendum suam nuditatem esse confusibilem ex conditione status; sed valde decorum, & honestum, sicut nuditas in patria post resurrectionem; quia ibi cessabit vetus vsus membrorum, in quo nunc verecundamur, vt ait August. 22. lib. de Ciuit. Dei, ideo subditur. *Cumque cognouissent, se esse nudos*. ideſt, cū Cognouissent, quòd sua nuditas erat verecundabilis, consuerunt folia ficus. Dicunt quidam Iudæi, quòd ideo consuerunt folia ficus, quia arbor scientiæ boni, & mali, in qua peccauerant, erat ficus. ¶Sed non est multum verisimile; quia quando Adam, & Eua inceperunt verecundari de nuditate, non erant apud arborem scientiæ boni, & mali; quia Eua seducta a serpente comedit, & non erat ibi Adam, & post ipsa tulit, & dedit viro suo, qui in alio loco stabat. Si enim in eodem loco stetissent, non poterat diabolus tentare fœminam, quando tentaret virum; sed hoc nolebat diabolus, sed magis fœminam seorsum, vt eam deuinceret. Videtur ergo quòd de proxima arbore, apud quam starent, accepissent folia, & non reuerterentur ad accipiendum folia de arbore sciētiæ boni, & mali. ¶Item quia dato quòd apud eam starent; quia tamen in ea peccauerant, & tantum malum inde prouenerat eis, timerent iterum manus in eam ponere. ¶Acceperūt ergo folia ficus, vel quia apud eos proxima erat, quando inceperunt erubescere; vel quia nulla arbor erat, qua melius tegerentur. Perhibetur enim in oriente esse ficulnea, quarum folia ad scuti magnitudinem accedunt, vt ait Ver. lib. 1. Speculi virginum. ¶Aliqui quærunt quomodo consuerunt primi parentes folia ficus, cum filum, nec acum haberent. Ista quæstio deceptoria est, quasi si quæratur, quis fuit prior maleus, vel forcipes? ¶Respondetur, quòd maleus. Dico ergo, quòd facile erat consuere folia in aliquo ramo arboris; sicut in vno vimine fecerunt sibi perizomata, ideſt subcinctoria, scilicet quosdam amictus de foliis, qui pendebant de loco lumborum vsque infra partes genitales, quæ pudenda vocantur; quia maxime de illis verecundati sunt illi, & nos quoque de ijs magis verecundamur. ¶Et est causa; quia anima nostra tanquàm dominus, & rector mouet omnes partes corporis ad arbitrium suum; & cum sit valde generosa, & diligens domina, quando aliqua pars corporis insurgit verecundatur; quia non obedit perfecte, sicut verecundaretur vnus homo valde potens, si vnus rusticus contra insurgeret, & non posset eum comprimere. Inter partes corporis nulla est, quę ita repugnet imperio voluntatis, sicut pars genitalis, propter concupiscentiam fortem veneream; alias enim partes mouet homo, & regit principatu despotico, ideſt, seruili mouendo ad placitum, partes autem genitales mouet principatu politico, ideſt, liberali, non qualiter vult, sed qualiter potest rogando, & suadendo. De ijs patet aliqualiter in primo Politi. & sic licet alij actus sint detestabiliores, tamen nullus est ita verecundus, dum fit, quàm iste; erubescit enim anima se a tam turpi passione esse deiectam; cessat enim omnis operatio rationis in actu venereo, vt patet in septimo Ethicorum, circa finem; in alijs autem actionibus criminosis manet aliquis actus rationis, licet non relatus; hic autem tota ratio absorbetur, & totus homo efficitur caro; vnde etiam si iste actus aliquando licitus sit, sicut inter virum, & suam legitimam vxorem, tamen verecundabilis est, nec videri vult. Sic enim ait Tullius; & eum allegat August. 14. lib. de Ciuit. Dei, Omnia recte facta in luce se collocari gaudent; hoc autem recte factum, ideſt, actus matrimonialis, cum fieri desideret, videri non vult: *Et cum audissent vocem Domini*. Ista vox erat, quam dixit Dominus, scilicet, *Adam vbi es?* Et notandum, quòd magis erubuerunt præsentiam Dei, & videri ab eo, quàm inter se mutuo; & non fuit hoc propter timorem, quia Adam respondit postea Deo, quòd latuerat, quia viderat se nudum, & causa est; Adam, & Eua mutuo viderant sibi loca uerenda, & non tantum erubescebant; putabant autem Deum nō uidisse eos, postquàm inceperant uideri a Deo, magis erubescebant. *Deambulabat Deus in paradiso*. Non in forma deitatis, quia secundum illam ubique est, & immobilis; quia omnia replet, ut patet Ieremiæ 23. c. sed in forma assumptæ alicuius creaturæ, & forte in forma uiri. *Ad auram post meridiem*. Post meridiem denotat tempus electionis eorum, quia post meridiē, scilicet hora decima diei, ut aliqui volunt; dicunt enim ꝙ tantū durauit Adam in paradiso, quantum durauit Christus patiens tormenta pro redemptione nostra. Sed hoc valde remotū est, quia Christus in die ferię sextę vsq; ad horam nonā, & in tota nocte precedenti tormenta passus fuit, manifestum est ꝙ non stetit Adam in paradiso tanto tempore: quia non stetit vna die artificiali.

Vnde sit, quòd Natura prudentissima, voluit generationis membra in occulto esse.

Quomodo cōsuerunt folia.

Cur pudor sit pudēda obtēdere.

Cap. 11.

Quędam, quæ recte facta sunt, videri nolunt.

Dubium, quantum durauit Adam in paradiso.

Lib. 11. de Genesi ad lit. cap. 33.

¶ Hoc autem, quod dicit, *Ad auram*, secundum Augustinum tropicum est, qui enim ad auram ambulat a calore refrigerari vult. Sic enim notatur, quòd Deus per peccatum calore iracundiæ incanduerat, & per pœnam refrigerari volebat, vel dicitur ambulare ad auram, ideſt contra auram, quia qui contra auram, ideſt, ventum ambulat, tardus mouetur. Sic enim Deus ad puniẽdum peccatum primorum parentum tardus veniebat, quia Deo miſereri proprium ſemper, & parcere. ¶ Poteſt alio modo accipi, quòd illud totum ſit determinatio loci, ſcilicet quòd ambulabat ad auram poſt meridiem, ideſt ad ventum, qui venit poſt plagam meridianam. Ventus flans a meridie dicitur Auſter, ab occidente dicitur Fauonius, & vt ait Iſidorus 3. Etymo. Inter meridianum occidentalem ſunt duo venti, ſed vnus eorum, qui occidentali collateralis eſt, refrigeratiuus eſt, & ſuauis, ad quem ventum Deus ambulabat; quia videbatur venire de illa parte, de qua ille ventus flabat, qui eſt poſt meridiem, ideſt, poſt partem meridionalem contra occidentem; & iſte ventus vocatur Zephirus, qui valde ſanus, & laudabilis eſt, maxime ad generationem florum. ¶ Vel poteſt ſignari ſolum tempus per iſta, ſcilicet, quòd aduentus iſte Dei fuit poſt meridiem, ſcilicet decima hora, vt quidam volunt: & tunc iſta aura fuit tanquàm quoddam ſignum præcedens, & demonſtrans aduentum Dei. Sic habetur 3. Reg. 19. cap. quando Deus apparuit Eliæ latenti in montibus; & miſit ſigna ſui aduentus, & primo venit ſpiritus grandis, ideſt, ventus ſubuertens montes, & conterens petras; & non in ſpiritu dominus, & poſt ipſum commotio: & non in commotione Dominus; & poſt commotionem ignis, & non in igne Dominus, & poſt ignem ſibilus auræ leuis, & ibi Dominus. Sic etiam quando Spiritus ſanctus ſuper diſcipulos apparuit, factus fuit repente de cœlo ſonus, tanquàm aduenientis ſpiritus vehementis, vt patet Actuum 2. c. In hebræo habetur. *Ambulantis ad auram Dei.* Et vocatur aura Dei illa aura, ſiue ventus, qui venit ad veſperum contra Solis occaſum, maxime apud loca maritima, in quibus ex acceſſu veſpertino maris cauſatur aura. *Abſcondit ſe Adam, & vxor eius.* Quia ambo ſimul erant, & abſconderunt ſe ex verecundia ingratitudinis; quia contra Deum benefacientem eis peccauerunt, & propter verecundiam nuditatis, quam nouiter ſenſerant. *A facie Domini Dei.* id eſt, ut non videret eos Deus; ſciebant autem, quòd vbicunque eſſent, Deus eos videret, ſed fecerunt hoc ex paſſione verecundiæ. Aliquando enim impellente paſſione facimus aliqua, quæ non proſunt. *In medio ligni paradiſi*, ideſt, in medio lignorum *Paradiſi*, ſcilicet in aliqua parte, in qua ligna condenſa valde erant, vt videri non poſſent. *Vocauitque Deus Adam.* Hic ponitur bonorum prædictorum interpretatio. *Adam vbi es?* Non ex ignorantia procedit iſta quæſtio, cum in omni loco oculi Domini contemplentur bonos, & malos; ſed vt ex reſponſione conuenientior fiat increpatio. *Vbi es?* Non apparuit Deus immediate iratus Adæ ad eum puniendum; ſed venit manſuetus vocans, quaſi volens quòd Adam procederet coram ipſo pro delicto veniam petiturus. O quam tunc felix fuiſſet genus humanum, quod quotidianis ærumnis, & calamitatibus conquaſſatur. Vocem tuam audiui, ſcilicet ſonitum auræ, vel flatus præcedentis diuinum aduentum. Vel iſtam vocem, qua nunc quæſiuit, vbi erat. *Et timui, eo quòd nudus eſſem*, ideſt, non auſus ſum comparere ante, quia nudus eram, & hac verecundia valde premebar. *Quis indicauit tibi, quòd nudus eſſes?* ideſt, quis indicauit tibi, quòd carentia veſtium eſſet erubeſcibilis? Non enim intelligitur ſic litera, quòd Deus quæreret, quis indicaſſet Adæ nuditatem carnis ſuæ; quia Adam oculos habebat, & videbat ſe eſſe ſine veſtibus, ſed hoc non iudicabat ignominioſum; nunc autem iudicabat. De hoc ergo quærit Deus, ſcilicet quis indicauit ei nunc magis, quàm ante, quòd nuditas eſſet erubeſcenda. *Niſi quòd de ligno.* ideſt, per tranſgreſſionem præcepti mei tacta fuit originalis iuſtitia, per cuius ſubtractionem nuditas apparuit confuſibilis; quia idem cauſa eſt oppoſitorum diuerſimode, ſicut patet in 2. Phyſicorum. Nauta enim per ſuam præſentiam eſt conſeruatiua cauſa nauis; ſic idem ſua abſentia eſt cauſa ſubmerſionis nauis. Eodem modo iuſtitia originalis per ſuam præſentiam eſt cauſa faciens nuditatem decoram, & honeſtam, & per ſuam ſubtractionem fuit cauſa, vt nuditas appareret confuſibilis. *Dixitque Adam.* ſcilicet, ad excuſationem ſuam. O prauum cor excuſando ſe accuſat, quòd ſi ſe accuſaſſet omnes nos ab accuſatione, & iudicio liberaſſet. *Mulier, quam dediſti mihi ſociam* ad generandum, & conuiuendum. *Dedit mihi de ligno, & comedi.* In hoc multum aggrauauit delictum Adam, quia culpam in Deum retorquebatur, quaſi diceret; Domine tu videres, ſi non dediſſes mihi mulierem ſociam, non peccaſſem, & quia dediſti mihi talem ſociam, ideo peccaui; non debet ergo mihi culpa imputari. *Quare hoc fecisti?* ſcilicet, inducere virum ad peccandum, *Serpens decepit me*, ſcilicet, dicens mihi, quòd non peccabam, nec morerer; & non dixit Adam; mulier, quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi; quia mulier decepta fuit, credendo quod dixit ſerpens, Adam autem non credidit, ſed conſenſit, vt non contriſtaret vxorem. ¶ Et ſciendum, quòd licet Deus cognoſceret peccata Adæ, & Euæ, tamen prius quàm puniret interrogauit eos, vt ſeruaret ordinem iudiciarium, prius inquirens, quàm condemnans; a ſerpente autem nihil interrogauit, quia iam damnatus erat diabolus, qui in eo loquebatur, & de cœlo empyreo eiectus, *Et ait Dominus ad ſerpentem.* Hic ponitur ſecundum, ſcilicet inflictio mali nociui; & hoc diuiditur in tria; quia tres pœnæ inflictæ fuerunt prima, quantum ad ſerpentem, ſecunda ad mulierem, ibi, *Mulier quoque.* Tertia ad hominem, ibi, *Adæ vero dixit.* Circa primum, *Quia hoc fecisti*, ideſt, quia decipere voluiſti mulierem.

Proprium Deo eſt miſereri, & parcere.

Cap. 11.

Tex. 30

Cur Deus prius ad mulierem, quàm ad virum, & quàm ad ſerpentem?

¶ Sciendum enim, quòd diaboli, quia perdiderunt gloriam æternam malitia ſua, videntes homines poſſe peruenire ad vitam æternam, valde inuidebant, ideo licet maior pœna ſequatur in dæmonibus, dum plures damnati homines fuerint, ſicut magis gaudent Angeli boni, quando plures vitam æternam recuperant; quia de bono cuiuslibet actualiter lætantur; tamen deſiderauerunt hominum damnationem, & ſic voluerunt ſe aliquo modo damnari magis, vt alij damnarentur. ¶ Quemadmodum narratur de cupido, & inuido. ¶ Erant in vna ciuitate duo ciues, quorum unus ualde cupidus, alius ualde inuidus erat: Dominus autem eorum cum nimis prudens eſſet, uocauit utrunque, & mandauit eis, quòd peterent, ita tamen quòd ille, qui primo peteret, haberet quod peteret, qui autem ſecundo peteret duplum haberet: tunc cupidus nolebant primo petere, ſperans poſt duplicem mercedem: inuidus autem non petebat primo, ne ſocius ſuus plus reciperet; vrgente tandem domino, ut aliquis eorum peteret, inuidus petit, ut unus oculus ei erueretur, ut duo oculi ſocio eruerentur; melius enim fuerat iſti inuido, quòd primo petiuerat aliquod bonum, & reciperat, & alius dupliciter, quam quòd peteret aliquod malum ſibi fieri, ne alius aliquod bonum reciperet.

An Deus debebat maledicere ſerpenti.

reciperet. *Maledicta eris.* Iſta litera de maledictione ſerpentis intelligi poteſt duobus modis, vno modo de ſerpente, alio modo de dæmone, qui loquebatur in ſerpente. ¶ Sed non videtur eſſe cauſa, quare ſerpens maledici debuerit, cum nihil mali egerit; maledictio enim iuſte inflicta ſemper pro malo commiſſo infligitur. ¶ Et ſi arguas, quòd aliquando maledicuntur ea, quę non peccauerunt, ſicut Chriſtus maledixit ficulneam, quæ non habebat fructum, vt patet Matth. 21. cap. Tamen illa nihil peccauerat. ¶ Reſpondetur quòd iſtud prophetice ad myſticam ſignificationem factum eſt, vt ſignarentur maledicti Phariſæi fructum boni operis non habentes. Et oportuit ſicuti ficulnea ad ſignificationẽ, qa & prophetę aliqñ uerbis, aliqñ rebus prophetabãt, vt Iſaias ambulauit nudus ex mãdato Domini, ſignans qp Iudæi nudi ducerentur in Babylonem, vt patet Iſa. 20. cap. & Ieremias poſuit cathenas ligneas ſupra collum ſuum portans eas per ciuitatem Hieruſalem, vt ſignificaret ducendos eſſe in captiuitatem, vt patet Ieremiæ 27. cap. & etiam prophetæ falſi hoc aliquando vtebantur, vt Sedechias filius Chanaam fecit ſibi cornua ferrea, & ait ad Acab regem; in ijs ventilabis Syriam, vt patet 3. Reg. 22. c. Hic autem ceſſat ratio ſignificationis; ideo non debebat puniri ſerpens in æternum pro peccato dæmonis. *Maledictus eris inter omnia animantia.* ideſt peior reputaberis omnibus animalibus; licet enim Deus quantum ad ſtatum naturæ conſeruet dæmones, vt perfectiores naturas intelligentes, tamen quantum ad conditionẽ magis reputat beſtias, quam dęmonem: quia beſtiæ tenuerunt conditionem ſtatus ſui, dęmones ceciderunt per malitiam a dignitate ſtatus ſui. Vel *maledictus eris inter omnia animantia.* quia licet animalia bruta laboribus ſubiecta ſunt ſecundum voluntatem, & directionẽ naturę humanę, tamen diabolus magis male dictus eſt, quia æternæ miſerię deputatus eſt, vtraq; iſtarum ſatis eſt magna maledictio dæmoni. quia magna pęna eſt ſuperbis, qp alij eis præponantur, Deus autem pręponit hic beſtias dęmonibus. *Supra pectus tuum gradieris.* pectus, vt ait Augu. ſuperbiam notat; diabolus enim ſupra pectus graditur, quia omnem ſuam operationem a ſuperbia incipit, intendit hominum perſuaſionibus ad peccata pertrahere, & in quolibet peccato ſuperbia, tanquam prima origo includitur, cum in quolibet peccato repugnemus Deo, & ſumus inobedientes. Sic dicitur Eccl. 10. cap. Initiũ omnis peccati, ſuperbia. *Et terram comedes.* ideſt homines terrena deſiderantes tibi incorporabis: quia ſicut Chriſtus vnum corpus miſticum facit cum omnibus bonis vnitis vinculo charitatis, ita diabolus corpus vnum facit cum omnibus malis: ideo dicitur ipſe rex ſuper omnes filios ſuperbię. Iob 41. c. Et ſicut aliquis amans Deũ, & ſe ipſum contemnens efficitur de corpore, vel ciuitate Dei; ita qui ſe ipſos inordinate amant, Deum contemnentes dęmoni incorporantur; iſti autem terra vocantur, quia ſolum quę terrena ſunt ſapiunt, ſolis carnalibus delectationibus, & tranſitorijs honoribus inhiantes, quę omnia de terra ſunt. *Cunctis diebus vitæ tuæ.* quia toto tempore quo homines in terra durauerint, diabolus non ceſſabit aliquos ſibi incorporare, & poteſt diem iudicij ipſe caput damnatorum erit, non ad damnandum, quia ibi excludetur omnis principatus, & poteſtas; in terra enim illa calamitatis, & miſerię nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitabit: & patet Iob 10. cap. ſed erat caput miſerorum, quia omnibus miſeris miſerior iudicabitur. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem.* Vocatur hic mulier appetitus ſenſitiuus, & potentia eſtimatiua, quæ pertinent ad rationem inferiorem ſecundum modum Theologorum dicentium, quod tunc guſtat mulier de cibo vetito, quando ſenſualitas ſic iudicat, & inclinat, & tunc non eſt conſumatũ peccatum; tunc autem vir manducat de cibo vetito, quando ratio conſentit, & peccatum tunc conſummatum eſt. Sunt autem inimicitię inter diabolum, & ſenſualitatem: quia diabolus in tentando non poteſt immediate mouere rationem, quia non ſe extendit tantum ſua cauſalitas; oportet ergo quòd tentet extra loquendo, ſicut tentauit primos parentes in ſerpente; vel mouendo potentias ſenſitiuas, & appetitum, ſcilicet quòd offerat ſenſibus, vt viſui, vel auditui, ſiue alijs ſenſibus aliquas ſpecies rerum delectabilium, quibus aliciamur; vel mouet fantaſmata noſtra imprimendo aliquam ſpeciem, vt fit in ſomnijs, vel ſpecies ibi receptas ordinando ad inducendum rationem ad conſenſum. Et quia diabolus non immediate aggreditur rationem, ſed primam pugnam contra ſenſualitatem facit: ideo inter eum, & mulierem ideſt. *Semen tuum: & ſemen illius:* ¶ Semen diaboli eſt praua ſuggeſtio, ſemen mulieris eſt recta operatio, & iſta duo ſibi ſemper innituntur. *Ipſa conteret caput tuum.* ideſt frangit tentationem tuam in capite eius, in principio reſiſtendo. *& tu inſidiaberis calcaneo eius.* ideſt latenter, & inſenſibiliter fallax. Vel calcaneo inſidiatur, quia ſenſualitatis motibus inſidiatur, qui inferiores, & poſteriores ſunt. Iſta maledictio diaboli, vt quidam volunt, magis allegorice, quàm literaliter exponitur de Beata Virgine Maria, quæ confregit caput ſerpentis, ideſt, diabolum. Sed prima expoſitio multum literalis eſt, quia ex quo diabolus nunc fallaciter peccare fecerat primã mulierem, Deus promittit, quòd dabit vires mulieri, vt non ſuccumbat tentationi eius. Et hæc magna pœna eſt diaboli, quia ſuperbus eſt. Superbi autem valde dolent, cum aggrediuntur, & vicuntur maxime a ſexu fragili, ſcilicet, muliebri. Exponitur ergo ſic. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem.* Non inter mulierem iſtam, quam faciliter ſuperaſti, ſed inter te, & aliam Beatam Virginem, quæ omnium mulierum optima fuit; quia illa valde terribilis eſt contra dæmones; effugantur enim in nomine eius. *Et ſemen tuum.* Semen diaboli tantis dicitur tota aliorum dæmonum multitudo, quia quaſi filij eius ſunt. Et forte iſte dæmon, qui tentauit, erat Lucifer, & tunc alij recte vocantur ſemen eius, quia ei conſentiendo in malo eius filij facti ſunt; ſic loquitur Chriſtus Matthæi 25. cap. Cum diabolo, & angelis eius, ideſt cum Lucifero, & alijs, qui a conſentiendo angeli eius, & non Dei facti ſunt; quaſi ipſe ſit pater eorum. Vocatur diabolus Lucifer, cæteri dæmones angeli eius dicuntur. *Et ſemen eius.* ideſt Chriſtus, qui vere de Virgine natus eſt, & eſt ſemen eius; & iſte confregit totam dæmonum poteſtatem ſpolians inferna. *Ipſa conteret caput.* ideſt, poteſtatem tuam, ideſt, ipſa pariendo filium benedictum, confregit poteſtatem tuam magnam, ſuper homines ante Chriſti natiuitatem. Poſt autem ligata fuit iſta poteſtas, vt habetur Apocal. 20. cap. Ligatus eſt Sathanas per mille annos, & poſt mille annos exiuit de carcere ſuo, ſcilicet ad tempora Antichriſti, in quibus permittetur fortiter tentare. Nunc autem remiſſe permittitur tentare. *Et tu inſidiaberis calcaneo eius.* ideſt, fini; quia diabolus finem Chriſti expectabat tanquàm calcaneum, ideſt poſteriorem partem reſpiciens, vt ſciret, ſi aliquid in eo haberet, vel quia Chriſtum extra tentant ſuggerendo ei ad gulam, & inanem gloriam, & poſſeſſionis cupiditatem, vt patet Matthæi 4. cap. Sed mentita eſt iniquitas ſibi, quia non eſt conſilium contra Deum, nec præualere potuit contra eum, qui illum creauerat. Sic etiam forte tenendum eſt, quòd Beatam Virginem tentauerit, nihil præualens.

Lib. 2. de Genes. ad lit. c. 34.

Qui ſe ipſos inordinatè amant, terra vocantur.

Peccatum solum est in natura rationali.

lens. Posset autem aliquo modo ista litera intelligi de serpente, in quem diabolus introiuit, vt tentaret; & dicetur tamen, quòd licet nihil peccauerit serpens, cum peccatum solum sit in natura rationali, Deus voluit eum punire propter facti enormitatem, sicut dicitur de iumento, vel pecore, cum quo aliquis homo coiuisset, quod occidi mandabatur, licet nihil in hoc peccasset, vt patet Leuit. 20. cap. *Maledictus eris inter omnia animantia*, ideſt miserabilior cunctis, quia alia rectis pedibus gradiuntur, & pulchra sunt, tu autem deformaberis, & secundum hoc concordare oporteret illos, qui dicunt serpentem habuisse ante faciem virgineam, nunc autem fœdissimus est, & horribilis. *Super pectus tuum gradieris*. quia dicunt, quòd ante pedes habebat, & recta facie incedebat, postea autem ablati sunt ei in pœnam; quod non videtur, quia nunquàm similiter legitur, Deum naturam, quàm condiderat vniuersaliter damnasse. *Inimicitias ponam inter te, & mulierem*. quia serpens naturæ humanæ valde odiosus, & horribilis est. *Ipsa conteret caput tuum*. quia serpens super pectus graditur, caput terræ propinquum habet, & sic mulier illud calcare potest. *Tu autem insidiaberis calcaneo eius*. quia non potest serpens eleuare, vt mordeat in parte altiori, nisi reptando ascenderit. ¶ Sed non conuenit ista expositio multũ, primo quia Deus non loqueretur animali bruto, intelligere non valenti. ¶ Item quia dæmon solus peccauerat, & non serpens, qui solum fuit instrumentum. ¶ Item quia præsupponit falsum, scilicet q̃ serpens ante tentationem Euę erectus super pedes ambulauit, quia hoc solum conuenit homini; vnde ait Ouidius Metham. lib. 1.

An Deus maledixerit dæmoni, aut serpenti.

Pronaque cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlumque videre
Iussit: & erectos ad sidera tollere vultus.

Sed istę tres rationes calumniabiles sunt, alia autem supra data est solidior, scilicet illa, quæ erat de mutatione naturæ vniuersaliter. ¶ Possumus tamen dicere, quòd neque dæmon punitus est, siue maledictus pro ista tentatione Euæ, neque serpens; & licet vera sint omnia supradicta, & conueniant dæmoni omnia verba totius expositionis, tamen non fuit aliquid horum nunc datũ dæmoni pro tentatione Euæ. Primo competebant ei ante tentationem Euæ pro peccato, quòd cõmisit, vt de cœlo corrueret. Pro tentatione autem Euæ non data fuit aliqua pœna dæmoni, quia alias daretur ei pœna pro qualibet tentatione, qua nos tentat, quod falsum est, & nemo asserit. Etiam quia dæmon quicquid nunc faciat non peccat, quia est in termino, & obstinatus. Existenti autem in termino non competit mereri, neque demereri; quia alioquin beati in vita æterna quotidie mererentur, & augeretur eorum præmium, quod falsum est; ergo dæmon tentando nunc homines, & nocendo eis, non peccat, & consequenter neque peccauit tentando Euam; vnde neque pœna ei pro illo dari debuit; ideo illa non est maledictio dæmonis, quam pro hac tentatione incurrerit, sed poterit esse declaratio illius mali, quod diabolus patitur pro alio malo, quod commisit ante tentationem Euæ; & illud malũ pateretur etiam si non tentasset Euam.

Dæmon non fuit maledictus.

Serpens non fuit maledictus.

¶ Similiter non potest esse proprie maledictio serpentis, quia maledictio est pœna, & pro peccato; sed serpens neque peccauit, neque peccare potuit, cum non sit rationale animal, ideo neque maledictus fuit. Aliquis dicet, quòd pecora interdum puniuntur, licet non peccent, sicut patet de pecoræ, cum quo quis coiuit Leuit. 20. cap. Nam lapidatur, licet non peccauerit, ita poterat esse nunc. ¶ Dicendum, quòd pecora iubetur aliquando occidi, licet non peccauerint, neque cum eis peccatum commissum, sicut si bos occiderit virum, aut mulierem, bos lapidatur, & non comeduntur carnes eius. Exo. 21. cap. Hic autem fit partim ad cauenda futura mala, quia bos, qui vnum virum occidit, plures occidere poterit, partim ad detestationem facti. Ideo propter primum occiditur, & propter secundum non comeduntur carnes eius. Aliquando autem occiditur pecus pro peccato, non quod commisit, sed quod in eo commissum est, vt si quis cum pecore coeat. Leuit. 20. cap. quod fit maxime ad vitandum malum; nam sicut quis cum illo coiuit, ita & alius audito hoc inclinabitur potius ad coeundum cum illo, quàm cum alio, quia illud iam huic rei assuetum est, & permittet illud fieri, quod non permittent animalia non assueta ad hoc. Secũdo propter horrorem facti, quia turpe est, quòd homo dehonestet speciem suam coeundo cum pecore, quod est infra dignitatem humanam. Sed in præsenti nihil tale erat, quia non vetatur hic futurum malum; quia non erat in potestate serpentis, quòd per eum tentaret dæmon hominem; sicut non est in potestate hæreticorum, quòd per eos loquatur dæmon. Etiam non est hic horror facti, cum non sit fœda commixtio, neque sanguinis effusio. Ideo dicendum, quòd Deus non maledixerit serpenti inferendo ei aliquas pœnas. Et hoc apparet manifestius, quia si Deus puniuisset serpentem pro hoc solum, illum serpentem maledixerit, in quo dæmon loquutus est Euæ; sicut solus bos lapidatur, qui occidit hominem, & non alij boues; & solum illud pecus occiditur, cum quo homo coiuit, & non alia pecora eiusdem speciei; & tamen ista maledictio si intelligatur de serpente non solum est data illi serpenti, in quo dæmon loquutus est Euę: sed & omnibus serpentibus tam illius speciei, quàm aliarum; ergo non fuit maledictio data serpenti. ¶ Dicendum quòd verum est, quòd non data fuerunt hæc serpenti in maledictione, sed omnia hæc naturaliter competebant; nam serpens dicitur inter omnia animantia maledictus, ideſt inferior minoris dignitatis, quia est venenosus, & turpis aspectus. Quod autem hoc serpens habeat naturale est, & competit ei secundum speciem, vel genus, quòd vero super pectus gradiatur etiam naturale est. Nam dato quòd homo non peccaret suggerente dæmone per serpentem, adhuc serpens super pectus graderetur, quia dispositio corporis sui talis est. Etiam quia constat ante diem, in quo tentata fuit Eua tales fuisse serpentes super pectora gradientes, cum dicat scriptura creata esse reptilia; & tamen reptilia sunt, quæ super pectora gradiuntur reptando super terram. Etiam serpens naturaliter comedit terram, & iste fuisset cibus eius, etiam si non fuisset illa tentatio, sicut dicitur Isa. 55. cap. Serpenti puluis est panis eius. Quod vero inter mulierem, & serpentem sint inimicitiæ, & insidietur serpens mulieri, naturale est serpenti. Quòd vero calcaneo insidietur prouenit ex habitudine corporis, quia super pectus graditur, & non potest se attollere, ideo partes solas, quæ tangunt terram, lædere potest, scilicet calcaneũ, & plantam; mulier quoque caput conterit pro eo, quòd timet ex serpente mala sibi prouenire. ¶ Sed dicendum quomodocunque sit, quòd ista maledictio quantum ad literam, de serpente intelligitur potius, quàm de dæmone, quia partes literæ in sensu plano ei conueniunt; & dicitur esse maledictio data serpenti ad consolationem hominis, vt sicut homo, ideſt, vir, & fœmina, pro hoc peccato maledicti sunt; ita serpens, quia fuit huius mali instrumentum, maledicatur. Sed quia vere serpens hic non commisit malum, sed videtur ita fecisse; ita non fuit vere maledictus, sed malum suum, ideſt, naturalis conditio, quæ videtur

Maledictio pro peccato.

Diuersimode.

videtur esse aliquid malum, quia non est talis perfectionis, sicut alia animalia, vt hic ostenditur. ¶ Et tamen verum est, quòd aliquod malum nunc est, quantum ad serpentem, & significatur hac maledictione, quòd non fuisset, si homo non peccasset. Sed istud malum magis est in homine, quàm in serpente; sicut quòd sit serpens maledictus inter omnia animalia non est aliquod malum, quod nunc serpens habeat, quòd non habiturus fuisset homine non peccante; sed est quoddam odium, quòd homo contra serpentem innatum habet, quo magis detestatur illũ, quàm cætera animalia, & fugit illum; & ideo maledicit ei, & dicitur maledictus inter omnia animalia, quia aliqua animalia maledicimus, quoniam sunt nobis nociua; nullum tamen tali odio, & maledictione persequimur. Et non fuisset innatum istud odium, si non corruisset fœmina per serpentem. Indidit enim nobis istud odium naturaliter nos iam consequens, quasi vt per hoc quoddã modo reducamur in primi peccati memoriam, quod per serpentem originem habuit. Similiter autem reliquit nobis Deus ex illo peccato quandam verecundiam resultantem in nuditate, & potissime in genitalibus nudis, quæ non fuisset, si homo non peccasset. ¶ Quod vero serpens super pectus gradiatur, naturale ei erat, & futurum ei erat etiam homine non peccante; sed dictum est ad consolationem mulieris, quæ putabat quòd forte Deus aliquando daturus esset serpentibus incessum erectum, sed tunc in pœnam factum est, quòd priuaretur hac possibilitate. Quòd comedat terram idem est, & tamen mulier putabat, quòd alium cibum habere posset, & nunc ad istius cibi epulas damnaretur. ¶ Sed quòd sequitur inimicitias ponam inter te, & mulierem, tangit rem naturalẽ; quia tam viro, quàm mulieri inimicatur mordere cupiens; tamen quòd actualis ista inimicitia sit, & læsio, fuit ex maledictione, & hoc non est in serpente, sed in homine; nam idem naturale desiderium futurum erat serpenti non peccante homine, quod est nunc post peccatum; sed si non peccasset homo, non insidiaretur actualiter serpens homini ad mordendum, neque vnquàm morderet; nunc vero postquàm peccauit homo, nocet ei mordendo, & mortem inferendo. Ideo videtur quòd inferre opus inimicitiarum; vnde secundum veritatem ista maledictio, inquantum maledictio est, non est serpentis, sed hominis; quia Deus constituit serpentem, vt homini valde noceat; & hoc rectissime, quia in quo quis peccat, puniri debet, sed homo suggerente diabolo per serpentem peccauit, ideo pro peccato traditur diabolo puniendus post mottem. In vita autem traditur serpẽti, vt ei magis noceat, quàm cætera animalia, & hoc exigit rectitudo diuinæ iustitiæ, vt peccans per serpentem in serpente, & a serpente torqueatur. Sed inquantum videtur ista esse maledictio mulieris, nihil aliud est, nisi ad consolationem mulieris, vt putet serpẽtem puniri pro eo quòd ei nocuit, vt instrumentum tentationis. *Mulieri quoque dixit*. Hic punitur maledictio mulieris, & ponit hic Deus maledictiones eo ordine, quo peccatum initiatum est; primo enim diabolus elegit hominem ad malum persuadere, secundo fœmina consensit, tertio vir comedit; ideo primo diabolo primo maledictio infligitur, secundo fœminæ, tertio ipsi Adæ. *Multiplicabo ærumnas tuas*. ideſt, miserias tuas, & istæ postea explicantur; vel accipiuntur ærumnæ, ideſt, aliqua fastidia, quæ sequuntur post actum coitus, licet actus delectabilis sit; quia passio insurgit, & hoc est conueniens, quia postea ponuntur omnes aliæ miseriæ per ordinem, scilicet conceptus, & partus, quæ sequuntur post coitum; & patet ratio quia si accipe-

In quo qs peccat, puniendus est.

rentur hic ærumnæ in communi pro miserijs, & post explicarentur, non congrue poneretur coniunctio inter conceptus, & erumnas, quia coniunctio copulatiua diuersitatem signat copulatorum; commune autem non distinguitur contra specialia sua. *Et conceptus tuos*. Vocatur cõceptus tempus, quo mulier gestat fœtum in vtero vsque ad partum; & in hoc tempore prægnantibus labores multi eueniunt, scilicet cibi fastidium, frequentia suspiria, tardus motus, color infectus, immutatio appetitus, & labor in gestando fœtum, multi, durique dolores. *In dolore paries filios tuos*. ideſt, in parturientibus valde magnus dolor est, mortisque propinquitas, cum parturiens quasi exanimata redditur. Iste autem dolor non fuisset in paradiso; quia non doloris acerbitas, sed fœtus maturitas fœminea viscera relaxaret, vt ait August. 14. de ciuitate Dei. Cap. 1.

Et sub viri potestate eris. Homo, & fœmina sunt animalia naturaliter communicantia vita œconomica; vt patet in primo Politic. & in omni œconomia necesse est esse vnum rectorem; & quia vir naturaliter sensatior, ergo naturaliter præerat; non videtur ergo facta iniuria fœminæ, quòd poneretur sub viri potestate. ¶ Respondetur, quòd in paradiso terrestri nõ fuisset proprie principatus, vel communicatio œconomica, nec politica, patet qa principatus est in qualibet harum, & subiectio; sed ista repugnabant statui beato in paradiso terrestri, vt maxime patet; quia omnis politia regitur legibus, vt patet per totum librum Polyticorum; & in omni politia iudex est; vt patet 3. Politi. quia magis est necessarium ad esse politiæ esse distributiuum iustitię, ideſt iudicem, quàm esse ibi panem; in illo autem primo statu, nec leges fuissent, nec iudices, quia lex solum est posita peccatori, & non iusto, vt patet prima ad Timot. 1. cap. Et qui spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege. Ad Galat. 6. cap. In paradiso autem non fuissent homines peccatores, sed confirmati in bono, si restitissent a principio, nec indigerent legibus, sicut spiritus beati in paradiso legem nullam habẽt, quia inordinatio nulla ibi esse potest. ¶ Nõ fuisset ibi etiam œconomia; quia communicatio œconomica dicit necessitatem ad vitam propter conseruationem indiuidui, scilicet in cibis, quos non potest sufficiẽter vnus sibi procurare, & vestitus, & calciamẽta homini necessaria; & ideo constituitur vita œconomica ex domino, & seruo essentialiter, & vxore, vt patet primo Politic. cap. 1. Pro quibus dicit Homerus, q̃ domus, i. cõmunicatio œconomica, vel domestica, dicit virũ, & mulierẽ, & bouem aratorem; bos aũt loco serui ponitur, qa bos pro ministro pauperibus est. In statu paradisi nullo horũ indigeremus, qa vestibus caruissemus. ¶ Erat enim maior decor naturæ instituтę, quàm vestiũ. ¶ Item qa uestes ad repellendã aeris intemperiẽ concessæ sunt, sed ibi nulla fuisset aeris intẽperies, q̃ pœnalitas est, & peccatũ cõsequitur. Itẽ nõ indiguissemus inquisitione laboriosa ciborũ, qa sponte illa beati paradisi tellus oĩa ad vitã necessaria ꝓduceбat; & dato q̃ uir aliqd laborasset excolẽdo, non esset ibi aliqua laboriosa fatigatio, sed uoluptuosa, & grata exercitatio; fœminæ aũt nullũ opus distinctũ remanebat agendũ; quapropter œconomia non erat; qa ut ait Arist. 2. Politi. Inter cętera aĩalia cõicatio œconomica non est; qa opera distincta non sunt maris, & fœminæ, sed ambo idẽ agunt; in uiro aũt, & fœmina sua officia naturaliter in domo distincta sunt. ¶ Itẽ qa in œconomia seruitus necessaria est, in paradiso autẽ fuisset impossibile eam esse. ¶ Sola ergo cõicatio naturalis, quę prima est, ut pater in prologo Politicorũ, fuisset in paradiso; & ista est cõicatio maris, & fœminę; & solũ sũt mas, & fœmina in hac cõicatione, de qua dixit Deus

Quæst. 18. An facta fuerit iniuria mulieri, quod sit sub viri potestate.

In paradiso nõ fuisset cõmunicatio œconomica, aut politica.

Lib. 4. c. 4.

Primo Polit. cap. 2.

supra

supra precedenti c. non est bonũ hominem esse solũ, faciamus ei adiutoriũ simile sibi, scilicet ad generandum. In hac communicatione non est aliqua subiectio, nec principatus, quia nihil est disponendum, vel regendum, sed solus coitus ad procreationem liberorum, in quo equalitas est in qualibet specie animalis. Educatio autem non esset laboriosa, quia fetus nati non contraherent miserias, & indigentias, quas nunc patiuntur. ¶ Nunc autem quia propter peccatũ natura nostra in multas necessitates incidit, inter quas est principalior indigentia victus, & vestitus, quæ in œconomia acquiruntur: & in hac œconomia licet rationabiliter mulier fuit subiecta viro, tanquàm prudentiori ad dispositionem domesticam, tamen ex pœna etiam hoc est, quia si mulier non peccasset, nõ deueniſſet in necessitatem istam, scilicet, quòd sub viri potestate esset, maximè quia mulieres multum præmuntur à viris: & aliquando irrationabiliter, quòd in pœnam datum est. *Et ipse dominabitur tibi.* Mandando quòd facere debeas, & puniendo quãdo ei placuerit. Nec tamen intelligendum est, vt aliqui volunt, quòd corpus mulieris ita fuisset robustũ a principio, sicut corpus viri, & postea in pœnam caruit viribus, vt posset ei vir dominari; falsum est, quia naturaliter corpus fœminę semper est debilius corpore virili, vt patet in ceteris animalibus, quibus non fuit data maledictio. ¶ Etiam quia ad robur corporis sequuntur quędam aliæ dispositiones qualitatiuæ, quæ non conueniunt ad conceptionem, & nutritionem fetus in ventre. In Hebreo habetur. *Ad virum tuum desiderium tuum.* Illi qui subditi sunt potestati aliorum, semper desiderant ab eis aliquid: quia tota vita dependet de manibus illorum, sicut dicitur 122. Psal. Sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum, & sicut oculi ancillæ in manibus dominę suę, ita oculi nostri ad dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri Fœmina ergo, cum recipiat a viro sustentationem in cibo, potu, & vestitu, habet desiderium suum ad virum: & hoc pœna est, quia in statu iustitiæ originalis fœmina nõ habuisset istud desiderium ad virum: quia per se necessaria ad vitam haberet: quia ipsa sponte nascuntur in paradiso terrestri. Vel aliter. *Ad virum tuum desiderium tuum.* ideſt, licet in dolore concipias & parias, tamen post partum iterum desiderium tuum erit ad virum tuum, vt inde concipias. Sed prima melior expositio est. ¶ *Adæ vero.* Hic ponitur maledictio viri. ¶ *Quia audisti vocem vxoris tuæ.* Quia solum audire non erat peccatum, sed obedire contra Dei mandatum. *Maledicta terra in opere tuo.* Sicut maledixit mulierem subijciendo eam potestati viri in regimine œconomico, ita maledicit viro in acquisitione necessariorum ad conseruationem familię. Vir enim est œconomus, id est dispensatiuus domus prouidens toti familiæ, & vxori de necessarijs: & quia ista acquiruntur de terra, ideo maledixit terram, vt homo multum laboraret in acquirendo. In Paradiso si permansisset homo, sine labore suo spõte sua tellus victui necessaria ministrasset: & si aliquis homo excoluisset, hoc non esset ad necessitatem, & laborem, sed ad exercitationem, vt non tota die ociosus existeret. Maledictio ista fuit diminutio fertilitatis, quia antea terra cultore non indigebat, nunc autem sæpius exculta necessaria vix ministrat; & magis ista maledictio nunc inualuit, quàm immediatè in prima ętate, quia continuè senescente iam mundo terra minus fertilis efficitur, non tamen est intelligẽdum, q̃ Deus creasset terram in aliquo gradu fertilitatis: & postea peccãte hoĩe diminuisset illum, quia eadem fertilitas mansit in terra post peccatum Adę, quę fuerat a principio creationis suæ; sed quid hoc significet, dicetur infra q. 20. In hebræo dicitur. *Maledicta terra propter te.* id est, ipsa propter se maledici nõ debebat: sed quia tu peccasti, maledictio eius redundat in te. *In sudore vultus tui vescēris pane tuo.* Ideſt ante sudabis, quàm comedas. Sudor autem causatur ex magno labore calorem excitante, & resoluente, & expellẽte multas partes corporeas, iste autem est in agricultura, quæ varia laborum genera continet. In hebręo dicitur. *In sudore naris tuæ.* Idem est: quia sudor sæpe multiplicatus distillat de fronte per exteriorem partem narium vsque ad pirulam meditonij.

Vescēris pane tuo. Ex hoc aliqui dicunt, quòd a principio rerum dominia hominum distinxerunt ex mandato domini, quia alias nõ diceretur pane tuo. ¶ Respondetur quòd nihil probatur hinc, quia dicitur panis tuus ille, quem tu comedis, necesse est autem dato quòd omnia totaliter communia essent, quòd vnus vnam partem ciborum comederet, alius aliam partẽ; nec poterant eandem partem plures comedere: ideo illa pars, quam quilibet comedebat siue de proprijs, siue de communibus sua dicitur. ¶ Dicitur ergo secundum philosophum 2. Poli. c. 2. Communitas in rebus dicitur tripliciter, vno modo quòd possessiones sint communes, & fructus sint proprij, ita quòd omnes agri, vel vineę communes sint, sed qui coluerit illos recipiat fructus, & nullus alius; secundo modo potest esse communitas in fructibus, & non in possessionibus, ita quòd quilibet agros certos possideat, sed postea agrorum totius communitatis fructus colligantur, & distribuantur in politia per vicos tribus, & confraternitates; tertio modo erit communitas simpliciter, scilicet, quando agri, & fructus communes sunt, & ista est proprie communitas. Vtrum autem aliqua istarum conueniat alicui policię, satis dicitur in secundo Politi. ¶ Fuit autem ista tertia communitas in ecclesia primitiua inter omnes credentes in Ierusalem, vt patet Actuum. 3. c. multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum, quæ possidebat aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia: quot quot enim possessores domornm, & agrorum erant, vendebant, & afferebant precia eorum, quæ vendebant, & ponebant ante pedes apostolorum; diuidebant autem singulis prout vnusquisque opus habebat. Ista etiam communitas obseruatur apud veros religiosos, & forte perfectius quàm tempore primitiuę ecclesię. ¶ In prima ætate non potest poni ista tertia communitas, scilicet in fructibus, & possessionibus: quia ea, quæ communia sunt, a nullo possidentur, sicut theatra, mœnia, & portę, vt patet Instit. de Rerum diuisione. §. sacræ quoque res. Et si fructus communes sunt, hoc cuilibet aliqua pars applicetur ad cibum, & potum, nullus tamen habet dispositionem voluntariam in rebus illis, sicut in rebus proprijs; ideo non posset alicui donare, vel aliquid aliud facere de illis, cum cuilibet ex hoc damnum in tota communitate sequi videretur. Si ergo fructus fuissent cõmunes in prima ętate, non potuisset Cain sine cõsensu Abel spicas domino ferre, nec Abel sine consensu Cain poterat de agnis, & arietibus immolare: sed hoc falsum est, quia cum emuli essent, non quærebat vnus consilium, vel consensum alterius: & istud argumentum agit Philosophus. 2. Politi. contra positionem Socraticam, & Platonicam de communitate, s. quòd tolleretur actus liberalitatis: quia dare liberaliter est dare de proprijs possessionibus, vt patet. 4. Ethi. c. de liberalitate. Ibi autem proprium nullus haberet. ¶ Nec potest esse q̃ in prima ætate fuerit secundus modus communitatis, scilicet, quòd possessiones essent proprię, & fructus communes; sicut enim supra probauimus non fuerunt

Vnde sit, q̃ natura in tot necessitates irruperit.

Naturaliter viri corpus potentius est fœmineo corpore.

fuerunt fructus communes Cain, & Abel siue agriculturę, siue artis pastoralis; si ergo aliqua communitas fuit, prima fuit, s. quòd possessiones essent cõmunes, & fructus proprij, & ista satis potest conuenire il li statui primę ętatis. ¶ Melius tamen videtur dicendum, quòd ibi communitas nulla fuerit, sed proprietas tam in possessionibus, quàm in fructibus. Et quãdo communiter dicitur, quòd in prima ętate omnia communia, respondetur quòd intelligendum est, q̃ in illa ætate pauci possessores erant: & tota terra possidenda, & ideo si aliquis nolebat aliquid possidere, patebat ei omnis locus sine repugnantia aliorum, cũ alij non possiderent illa loca; quare dicebantur communia, ideſt cedentia in potestatem, & vsum cuiuslibet possidere volentis. Dum homines autem magis multiplicati sunt in secunda ætate, & consequenter ista libertas possidendi diminuta est, pluribus occupantibus multa loca: nunc autem iam tota terra possessa est, & oĩa in proprietatem aliquorum versa sunt, vt si aliquis possidere quicquam velit, non inueniat, nisi ex aliquo titulo acquirat. ¶ Concluditur ergo in prima ætate, quòd non erant omnia communia, ideſt quòd essent aliqui agri, vel pars terræ, quos multi simul de communi possiderẽt, ita q̃ illa possessio, quæ erat Cain, esset Abel fratris sui, sicut nunc propriè cõmunia sunt, vel quia oĩs simul non insolidum vnam rem possident, vel tota communitas possidet, & nullus eorum possidet. *Spinas, & tribulos.* Hic ponuntur impedimenta agriculturę, dicuntur spinę aliqui fruticis magni spinosi occupantes terram, & nocentes agricolis. Tribuli dicuntur cardones a terendo, vel tribulando dicti, quia terunt pedes calcantium, & pũgunt se intrinsecus infigentes. *Et comedes herbas terræ.* Fructus arborum melioris nutrimenti sunt, & suauioris quàm herbæ; homini autem mox creato dictum fuit, quòd comederet de fructibus lignorũ totius paradisi, vt patet præcedenti. c. Hoc autẽ dicitur de herbis; vtrunque tñ comedere licuit in ætate illa, carnes autem non. ¶ Ex prædictis apparet, quòd ponuntur hic aliqua in maledictione, quæ futura sic essent, etiã si homo non peccaret: & apparet hoc in maledictione viri: quia multa ibi sunt, quæ in non peccante fuissent. ¶ Quod enim dicitur maledicta terra in opere tuo, terra non recipit maledictionem aliquam, tum quia illa non peccauit, ideo non erat maledicenda, tũ quia maledictio pœna est, & illa nunquàm est nisi in sentientibus; terra autem non sentit, & ideo nec scriptura dixit terram simpliciter maledictam, sed maledicta terra in opere tuo, i. operando eam inuenies malum, s. laborem, & difficultatem in colendo, & malas herbas, & nocuas, quas illa germinabit, quę erunt ad maledictionem tuam. Sed istam maledictionẽ terrę putant aliqui esse diminutionem in fertilitate, quasi si homo nõ peccasset, fuisset futura feratior: & talem eam creatam dicunt, & permansuram, si homo non peccasset; quia homo peccauit, abstulit Deus illã niam fertilitatem, & ita laborat homo in colendo eam. Sed istud non est verum: quia Deus nõ mutauit aliquid in natura rerum propter peccatum hominis; nam perfectio illa, & fertilitas terrę, in qua creata est, pertinebat ad perfectionem operum Dei. Sed indignum est, quòd Deus diminuat gloriam suam, quæ est in operum suorum perfectione propter iniquitatem alienam, ergo non minuerat fertilitatem illã propter hominis peccatum. ¶ Item non est verisimile, q̃ si Deus statim peccãte homine ablaturus esset terrę fertilitatem, frustra produxisset eam mox tollẽdo, cum sciret peccaturum hominem, non ergo produceret illam debuisset, si ablaturus erat. ¶ Dicendũ ergo q̃ fertilitas illa terrę, in qua ipsa creata est manſit post peccatum Adę, & illa non minuitur, vel tollitur propter peccatũ, sed naturaliter minuitur; fuit enim magna fertilitas in prima ætate, ita vt sponte fere omnia tellus produceret: postea autẽ paulisper diminuta est, cum quotidie germinando exhauriatur eius virtus, & veteresçat: & factum est maximè hoc in diluuio per subintrationem aquarum Oceani in terram, & abrasam superficiẽ, in qua germinatiua virtus erat, de quo infra dicetur: & maximè in commentarijs nostris super Eusebium: & ex eo etiam tempore vsque nunc quotidie pauliſper naturaliter terræ virtus minuitur. ¶ Sed dicitur esse terra maledicta in opere humano, quia licet retinuerit eandem fertilitatem, in qua creata est; præstabat tamen quandam difficultatẽ homini in colendo, quam non præstaret si homo nõ peccasset; etiam si non peccasset homo, coluisset terram, quod patet, quia ante peccatum posuit Deus hominem in paradiso, vt operaretur ibi, & erat illa operatio agricultura, sed illa cultura non erat laboriosa, quia non erat ad necessitatem, sed tollendam ociositatem, quia in paradiso erãt multæ arbores sponte ferentes poma, de quibus homo comedere poterat: & de illis iussit Deus homini comedere præcedenti. c. in quo non ostendit ei agriculturam esse necessariam ad cibos habendos: esset ergo ad vitandam ociositatem, quæ mala est. Qui corpus exercet non ad necessitatem victus, sed ad tollendum ociositatem, parum exercetur, s. tamdiu, quamdiu ei delectabile est, ante vero quàm incipiat esse triste cessat, qui autem ob penuriam laborat, tãdiu exercet se, quãdiu acquisierit necessaria, ideo etiã si tristis sit ei exercitatio, sustinet illam propter necessitatem, quale post peccatum est, ideo nunc maledicta dicitur terra in opere nostro, & non ante peccatum. ¶ Additum est; *Spinas, & tribulos germinabit tibi.* Istud licet videatur esse maledictio, natura est, quia etiam si homo non peccasset, certum est, quòd nascerentur in terra spinę, & tribuli; nã sunt quædam species rerum, & detractis quibusdam speciebus videretur diminuta esse perfectio vniuersi, quæ consistit in habendo omnes gradus medios perfectionis substantialis inter minimum substãtialiter, quod est materia, quæ substantiatur per posse, & speciem supremam, s. alicuius Seraphin: ideo essent spinę, & tribuli, quę pertinent ad istam integritatem vniuersi, cum sint iuxta Arist. species, vt numeri. Et ideo dicendum quòd quando Deus iussit, vt terra produceret arbores, & herbas tertia die, produxit quoq; tribulos, & spinas. Etiam producerentur ista, quia vtilia sunt ad cibum quorundam animalium; ergo q̃ tribuli germinentur, non est maledictio, sed natura, est tamen homini malum, & pœna quędam; quia tribuli, & spinę colentem pungunt, & ledunt, & quod deterius est, cũ agricola agros colit, vt fruges inde habeat, inde nascuntur tribuli, & spinę loco frugum, & aliæ herbę malę, quia omnia huiusmodi accipiuntur nomine tribulorum, & spinarum, & suffocant, atque extinguunt fruges. Ideo ad magnum malum hominis ista sunt, licet naturaliter eueniant, cum idem futurũ esset in terra, quòd tribulos geminaret homine non peccante: & tamen pro tanto ad maledictionem pertinet, quia si homo nõ peccasset, nõ coluisset terram ad hoc quòd inde fruges colligeret, sed arbores paradisi sponte sufficientiam fructuum præstarent. Vnde si nascerentur tribuli, & spinę, non curaret Adam, q̃ a non impediebant cibum eius futurum. Aliter ẽt potest dici, quòd sicut non impedirent terrę nascentia, ita neque Adam colentem pungerent, quia non nascerentur ibi; futurus erat enim homo, & tota posteritas sua semper in paradiso terrestri, si non peccasset, & illa terra non germinasset tribulos, spinas, neque aliquid

Diluuium virtutẽ terrę ademit.

Quæ operatio sit absq; labore, q̃ ve exercitatio laboriosa sit.

Quædam q̃ ad suppliciũ videtur pro duci, potius tñ ad perfectionem excogitata sũt.

aliquid nociuum;& hoc propter conditionem suam naturalem, qa est terra vilior, quàm ista, sicut & sunt quædam terræ nunc,in quibus serpētes non gignuntur, neque noctuę: & si aliunde aduehantur noctuæ, moriuntur; sic est insula Cretensis,quę vulgariter dicitur Candia,vt dicit Solinus in Polistor. & Isidorus. lib. 14. Etymo. Ita & quædam terræ gignunt aliquas herbas, & arbores, quas alię non gignunt, quia non omnes omnia ferre possunt, vt ait Virgilius. lib. 2. Georg. Ita ergo in illa benedicta terra paradisi, quæ melioris qualitatis est naturaliter, quam ista ex condi tione,quam Deus ei ab origine dedit solum nascitur quod hominem adiuuat:nihil vero nascitur,quod lędere possit: & ita licet ibi homo terram coleret non lęderetur a tribulis, qui non nascuntor; terra autem, in qua nos manemus naturaliter tribulos germinat, & spinas, etiam si homo non peccasset; & tamen si non peccasset, nō coleret istam terram,quæ tribulos germinat, sed aliam, quæ nihil nociuum producit.

Quid per panē intelligitur.

¶ Quod verò additum est in sudore vultus tui vesceris pane tuo. Nomine panis accepit omne quod quęrimus,& nobis necessarium,aut conueniens est:nam omnis cibus nomine panis intelligitur, vt patet primo lib. Reg. 14.c.vbi mel intelligitur nomine panis; nam dixit, maledictus qui manducauerit panem, & Ionathas gustauit modicū de melle sine pane, & alijs cibis: & dictus est manducasse panem, & incidisse in maledictionem ei comminatam,& nomine panis intelligitur quæcunque larga ciborum præparatio lib. 4.Reg.6.c.ita hic omnia necessaria, vel quę ab homine peruntur nomine panis significat, vt victus,& vestitus:& quicquid alterum est. Nomine autem sudoris significatur labor magnus, cum sudor causetur ex duro labore, vt innuatur quòd omnia necessaria, vel conuenientia nobis iam non possunt sine laboribus haberi,quod non erat futurū in paradiso; nam ibi omnia necessaria, s.cibus sine labore futura erant. Nā ibi solus cibus esset necessarius, quia vestitns nullus futurus erat,si homo non peccasset;quod patet,quia post peccatum agnouerunt homines se esse nudos, & nō ante: vt patet in litera hic. Et ideo tunicas dedit Deus hominibus,quando eiecit eos de paradiso,& ita pauca necessitas homini esset: & ad hoc nulla esset penuria,quia cibus, qui petereturt, inueniretur pendens in arboribus, & si homo terrā coleret, sicut Deus ei iusserat, non coleret ad releuandum ciborum inopiam, sed ad ociositatem tollendam: ideo vere maledictio hominis fuit,quòd in sudore, idest labore nunc omnia acquirat; & tūc nullus labor affligēs futurus erat.

Quādo dicitur in sudore vultus tui &c.

Labor in hoīe vsq; ad mortē extēditur.

¶ Quod vero dicitur; *Donec reuertaris in terram, de qua sumptus es;* verè maledictio est, quia mors hic signatur, vsque ad quam perseuerat labor in homine: & hoc non futurum erat,si homo non peccaret,quia nunquam gustasset mortem.Nunc vero omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram,quæ nō reuertuntur;lib 2.Reg.14.c.Quia iā statutum est vnum quemque hominem semel mori;ad Hebrę.8.c. Non tamen est intelligendum, quòd Deus creasset hominem immortalem, & propter peccatū expoliauerit eum immortalitate induens mortalitatem: quia hoc non poterat fieri sine mutatione naturę,quæ propter peccatum non mutata est ab ea, quæ erat prius. Sed est intelligendum, qp homo talis creatus est, vt mori posset; non tamē erat mortalis,idest necessitate moriendi habens,neque impossibilitatem ad moriendū: ita quòd si peccasset,relinqueretur conditioni suæ, s. qp sicut erat potens mori, efficeretur necessario moriturus,qualis nunc est. Si non peccaret,cum esset potens mori ex natura,efficeretur impossibilis ad mortem ex gratia gratis data, quæ est donum, sicut nunc est in beatis, qui resumpto corpore erūt immortales, *Donec reuertaris in terram, de qua sumptus es.* idest iste labor semper durabit vsque quo homo per mortē resoluatur in terram, de qua formatus est; & ista maledictio omni homini communis est,quia nullus mortalium tam compositę felicitatis est,qualicunque statu emineat, qui curarum, & laborum pōdere pressus vnam diem saltē sine labore, & dolore transigat,quoniam risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat: vt patet Prouer.14.c.

Primus homo creatus est, vt mori posset, non tamen erat mortalis.

¶ Et est mirandum quòd Deus non permittit hic aliquem hominem multum lętari: quia lętitia tēporalis est in delicijs corporis, diuitijs, honoribus, & similibus bonis. Si autem ista a Deo dentur alicui timēti Deum,& custodiēti iudicia eius,omnia ista in Deū semper referet,& distribuet: nec vnquam in eis delectabitur per fruitionem, quæ est propria delectatio. Sed semper erit tanquam solitus dispensator sciens se rationem de omnibus redditurum vsque ad quadrantem nouissimum. ¶ Adde etiam quòd boni frequenter tribulantur, bonorum enim inquieta sors est; erit etiā sic posidens ac si nō posideat sic honoratus, vt honorem non desideret. In ijs autem maior insurgit tribulatio,quàm si nihil horum posideret. Si autem ille,cui a Deo ista temporalia bona donata sunt,intra seipsum omnia referēs seipso,& bonis suis frueretur; delectatio quidem aliqualis inesse poterat, sed passio non dura tumultuatio hoc fieri non permittit. Nūc timor perdendorum bonorum inest, quo miser diebus,atque noctibus cruciatur. Nunc a Deo desiderių attingendi magnas res in pœnam infligitur, vt quod desiderat,non obtineat: & sic a delectatione bonorū, quę posidet inuitus abstrahitur,nunquam satiandus, donec appareat gloria Dei,in qua satiabunt. De ijs ait Iob.si malus fuero vę mihi est, si aūt bonus nō leuabo caput meū. Et Aug.22.de ciui.Dei. Ideo vita ista amaritudinibus, & ęrumnis repressa est,vt alia vita quęratur,quæ nulla amaritudine perturbatur. *Quia puluis es, & in puluerem reuerteris.* Ista non est prædicatio formalis, sed causalis,s. *Puluis es.* idest de puluere formatus: vt patet præcedenti. c. *Et in puluerem reuerteris.* Quantum ad maiorem partem. Aliquid enim abit in auras, aliquid autem in aquam, & ignem per mutationes mediatas, maior tamen pars in puluerem redit, qui principalis materia animalis est. ¶ *Et vocauit Adam.* hic ponitur tertium principale, s.miserię transfusio: quia sicut facti fuerant primi parentes miseri per peccatum, ita proles miserandas genuerunt infirmitate circundatas. *Et vocauit Adam nomen vxoris suæ Euam.* In hebręo habetur. *Hana.* Quod descendit de, *hai*, idest vita,quia vt reditur ratio in litera ipsa est mater oīum viuentium; ante enim denominauerat Adam vxorē suam nomine naturæ,s.viraginem, quia de viro sumptam. Hic autem nominat eam a miseria, scilicet qa miserorum omnium mater futura erat. ¶ Ista impositio nominis adhuc erat in paradiso, donec expellerentur inde prothoplausti post, vt patet infra. *Eo quòd mater esset.* idest futura esset, quia nondum erat aliquis, cum nō genuisset. *Omnium viuentium.* idest omniū hominum miserabiliter viuentium. *Fecit quoque.* Hic ponitur misericordia Dei cum Adam,& Eua,quia licet puniat, semper tamen miseretur, bonis enim & malis prius: quia solem suum facit oriri super iustos, & peccatores,vt patet Matth.5.c. *Tunicas pelliceas.* idest de pelle factas.

¶ Vtrum autem istæ pelles fuerint de animalibus mortuis, vel deductę ad esse per creationem, dubitatur,sed secundum regulam datam precedenti.c.nunquam est ponendum miraculum sine necessitate: poterāt enim per creationē istæ pelles fieri, sed hoc nę cessarium

parętum, fuerunt ex animalib. mortuis necne.

cessarium nō est: animalia enim ad seruitium humanum facta sunt, ideo non est inconueniens, qp nunc indigentibus hominibus operimentis pellium occiderentur animalia; vt eis pelles detraherentur; sicut nunc,vt comedamus carnes,animalia occidimus.

Quæst 18. Cur dedit Deus primis parētibus vestes pelliceas.

Dedit ergo Deus primis parentibus vestes istas pelliceas propter tria, primo vt notaret eos iā esse mortales, quia eos mortuorum pellibus cōtegebat.¶ Secūdo vt aeris intemperies excluderetur,quæ per peccatum hominis iam vigebat, s.frigus, vel calidus aer. Sed hoc non est intelligendum quasi aeris qualitas post peccatum Adę mutata sit; nihil enim de natura rerum fuit mutatum per peccatum: vt diximus supra q.20. Sed talis erat nunc aer post peccatum Adę,qualis prius erat:& qualis futurus erat,etiam non peccāte homine: & erat ille talis aer, in quo homo indigebat veste. Sed quòd ante peccatum existente eodem aere non indiguerit homo veste,neque illam habiturus esset, si nō peccaret, fuit propter duo;primo propter locum,quia homo si non peccasset,semper man surus esset in paradiso terrestri,vbi est aer temperatissimus,& manentes ibi nō indigerent vestibus:& hoc accidit,quia locus ille nō est eiusdē qualitatis cum tota alia terra, cum ille datus fuerit sanctis; ista autē terra est, vt exilium. Vnde hic aer talis est,in quo homo vestibus eget. Secundum erat, quia per peccatum incurrit homo necessitatem moriendi, & ideo passibilitatem omnium incommodorum, per quę ad mortem venitur, & nō erat hoc prius; ideo non erant tūc necessariæ vestes, sed nunc. Tertium vt hominibus potestatem occidendi animalia ad hæc demōstraret, quia cum non esset licentia concessa de vsu carnium, sic crederent homines etiam de occisione animaliū, ideo insinuat in hoc saltem propter vsus pellium animalia esse occidenda. *Et induit eos.* Bene nouerat Adam se induere, quia sciebat tunicam subcinctoriā cōsuere,sed Deus eos induit,quia fortè tenebant manibus perizomata, ne caderent, ne verecundarentur. *Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est.* Verba Dei sunt loquentis ironicę,& improperantis stultitiam primorum parētū, quia Eua credidit se futuram sicut Deus, & in magnas miserias incidit:& quia serpens inducēs Euam ad comedendum de vetito ligno promisit, qp essent sicut dij,i.sicut angeli, ideo Deus improperans dixit angelis. *Ecce Adam quasi vnus ex nobis.* idest videte quomodo Adam, & Eua, qui comedendo de fructu vetito voluerunt esse similes nobis, nō effecti fuerūt sicut vnus ex nobis:sed lapsi sunt in magnas calamitates. ¶ Aliqui volunt quòd ista sit vox inter personas diuinas in trinitate,scilicet,quòd vna loquatur ad aliā dicens; ecce quomodo Adā nō factus est quasi vnus ex nobis,quod intendebat fœmina,& satis stat vtrunque:sed melius stat primum. Quia ironia debebat fieri secundum verba, quæ Eua intendebat esse vera. Diabolus enim dixerat. *Eritis sicut dij.* i. sicut angeli, quia fœmina non intelligebat esse plures Deos, & iō nunc debet conuerti sermo ad angelos. *Sicut vnus ex nobis.* idest sicut Deus, vel vnus ex angelis: quia nobis demonstrat ibi substantias spirituales sicut Deus, & angeli. *Sciens bonum & malum.* idest cognoscens omnia quicunque sunt, vt dixerat serpens: & nō intelligitur de cognitione boni, & mali experimētali,sed sola bona, quia alias essent infelices. Sed necesse est intelligi de cognitione omniū rerum,qualescunque sint,quę est in Deo & in angelis. Et ad notandum totam rerū vniuersitatem ponitur ex abundātia loquendi,bonū, & malum. *Nunc ergo ne fortè mittat manum.* Est modus loquēdi abbreuiatus per defectum vnius dictionis: & aliquando vnius orationis, & est sensus. *Nunc ergo.* scilicet videte. *Ne forte mittat manum.* Vox Dei loquētis ad angelos est quorum ministerio prothoplausti de paradiso expulsi sunt, s. vt cauerent,ne Adam, vel sua posteritas mitteret manum ad lignum vitæ. *Et sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.* Alicui fortè dura videbitur ista sententia:quia post tot miserias inflictas prothoplausti adhuc interdicitur eis, ne comedant de ligno vitę. ¶ Respondetur quòd Deus in hoc valde misericorditer punitionem infligit tē perauit; homines enim in magnas miserias inciderāt Deo infligente. Si autem concederetur ei esus ligni vitæ,diuturna esset vita eorum:& tanto diutius in miserijs angustiarentur; cum ergo miseriarum tempus abbreuiauit,misericors valde fuit. *Viuat in æternum.*

Quæst.24. An Deus fuerit clemens an crudelis, cum post peccatum iterum prohibuit lignū uitæ.

Ratio.

Etiam si antequàm exijssent primi parentes de paradiso, comedissent de fructu ligni vitæ, nō vixissent in æternum: quia, vt diximus precedenti.c.etiam existētibus in paradiso non perpetuaretur vita, nisi de fructu ligni vitæ sępius comedissent; tamen dato quòd semel tantum comedissent dilataretur valde vita eorum,vt fortè viuerent ad mille,& quingentos annos, vel ad duo millia. ¶ Nec hoc valde mirandum est, cum apud Seres in India lanugo in arborbius est, cuius esu vita protelatur: & insulę quædā sunt, vbi nulli moriuntur. Sic enim scripsit Alexander Aristoteli de sacerdotibus arborū Solis,& Lunę qp esu pomorū longissimam agant vitam. *Emisit eum Dominus.* i. Adam, & non solum eum, sed etiam vxorem suam,quę magis peccauerat, & ad generandum necessaria erat. *De paradiso voluptatis.* Hoc fuit factum misterio angelorū educentium eos, & locantium in terra habitationis. Non enim poterat Adam, & Eua per se descendere de altitudine paradisi, & transire magnas congregationes aquarū,quæ circuunt paradisum,& venire per lōga terrarum spacia in terras ignotas: sed angeli deduxerunt, sicut deduxit angelus domini Abacuch de Iudæa in Babylonem super lacum leonum, vt patet Daniel.14.c.Et fuerūt ducti apud locum, in quo post facta fuit vrbs Hebron octo leucis a Ierusalem cōtra meridiem; in illo enim loco Adam formatus fuerat, & ibidem sepultus iacet: vt patet Iosuę.14.c. Nam nō moratus fuit Adam in Oriente circa paradisum. Patet etiā quia infra 4.c. Dicitur de Cain quòd iuit profugus contra Orientem,& construxit ciuitatem.s.fugiendo a loco,in quo habitabat pater suus, ergo non habitabat circa Orientem. *Vt operaretur terram.* Vt,nō dicit hic finem,sed consecutionem; non enim expulit Deus Adam de paradiso, vt coleret terram, sed qa expulit eum de paradiso, necesse fuit ei colere terrā, non potēs alias viuere. Finis ergo eiectionis Adę fuit vt in terra lueret pœnas debitas sceleri suo cum tota posteritate, donec rediret spiritus eius ad Deum,qui fecit illū per mortis resolutionem. *De qua sumptus est.* Ex hoc probant aliqui, qp in eodem loco vixit Adam post peccatum, de quo ante formatus fuerat. Et licet verum sit, tamen non est ista probatio conueniens, quia istud relatiuum, de qua, non refert eundem locum,vel partem terrę precisè,sed speciem terrę,quia de quolibet agricola verum est,quod colit terram,de qua sumptus est, tamen nō colit eam partem,de qua sumpta fuit materia eius diuersis temporibus. *Et collocauit ante paradisum Cherubin.* Deus voluit custodire lignum vitę,& introitum paradisi a dęmonibus,& hominibus. Dęmones autē igneis muris non arcentur, posuit ergo Cherubin custodientem contra dęmonum insidias.

Apud Seros lanugo inducit vitam.

Insulę vbi nulli moriuntur.

Vbi formatus fuerat Adam, & sepultus

Quæst.25 Cur oportuit custodire paradisū a dæmonibus,

¶ Sed vt quid necesse erat custodire contra dæmones locum illum? quia dęmones locorum amenitate non lętantur, sed solum vt tentarentur ibi homines ad deiciendum eos in magnas calamitates; nunc autem nullus homo ibi manebat quousque Enoch

post

cũ ipsi nõ lętentur amenitate loçorum.

post mille exceptis duodecim annis illuc trãslatus est, & Elias post annos quater mille ducentos, & fere septuaginta. Istud est verum tenendo computationem interpretum, quam cõmuniter sequuntur doctores, & cronographi: sed tenendo hebraicam literam, quã loquitur Biblia nostra, dicendum quòd quantum ad annos Henoch est verũ: quia ablatus sit de terra fere mille annis ab orbe condito; nam non desunt duodecim, vel tredecim; sed quantum ad Eliam non est verum; fuit enim raptus post annorũ tria millia, & ferè triginta, qa sicut supra docuimus, differt litera hebraica a computatione interpretum per annos mille ducentos triginta sex, qui demuntur. ¶ Et fortè diceret aliquis quòd Deus Cherubin post eiectionem Adæ de paradiso, vt extunc custodiret vsque quo isti venirent: & post ne diabolus intraret ad tentãdum eos in

Cõfutatio

paradiso, sicut primos parentes tentauerat: sed hoc non est verum: quia hoc non erat necesse istis, quòd Cherubin cõseruarent eos, ne diabolus accederet ad tentandum: quia isti dum inter homines vixerunt dęmonem superauerunt, quanto magis nunc, quando vberiori gratia dotati sunt? Etiam quia hoc dato superfluũ videbatur per tot annos antea Cherubin ibi collocare, maximè quia textus repugnat dicẽs, quòd Cherubin, & flammeus gladius fuerunt positi ad custodiam ligni vitę; non quia dęmoues indigerent illo ligno, sed quia ipsi cupientes se adorari inducunt homines per diuitias, vel adiutoria ad faciendum aliqua mala. Et quia nullum bonum est magis desiderabile hominibus, quàm vita, si dæmones possent adducere fructum ligni vitæ, vt vitas hominum prolongarent valde inclinarent ad hoc, quòd adorarẽtur, & ad omnia mala, valde ergo prouidit Deus saluti spirituali humani generis tollẽdo, ne dęmones possent intrare ad lignum vitæ. *Et flammeum gladium.* idest murum igneũ circundantem paradisum ex parte inferiori.

Confirmatio.

Quæst. 26. Vtde fuerit ille gladius igneus, q̃ cõstitutus fuit in paradiso terrestri.

¶ Nicolaus dicit q̃p iste ignis erumpit de illo monte altissimo paradisi circumquaque, & eleuatur in altas flammas quemadmodum in monte Ethna Sicilię, & in alijs locis, in quibus sunt flãmarum eruptiones. ¶ Sed hoc non videtur, quia si de illo monte nascerentur interius flammæ, essent viscera montis tota sulphurea, & exusta: & locus terræ esset inhabilis ad fructificationem arborum. ¶ Dicendum ergo videtur, quòd ille ignis non nascitur de montibus, sed a Deo positus fuit ibi; non enim proprie diceretur ibi locatus gladius flammeus, si ibidem flammæ nascerentur: quia positum dicitur, quòd aliũde adducitur, & situatur: & hoc magis conuenit positioni doctorũ, vt Isidori, & Basilij dicẽtium, quòd ille ignis peruenit vsque ad concauitatem orbis Lunę, quòd non posset esse, si eructaret de monte illo naturaliter, quia nulla tanta materia esset, quæ continuò inflammata in tam altum culmen erigeretur. Dicendum ergo q̃p Deus creauit ibi ignem nouiter, fortè conuertendo illam materiam aeream eiusdem loci in ignem: & est ille ignis per modum muri ambientis totum locum paradisi, & incipit de longe a superficie terrę, ne magna propinquitas noceat amẽitati paradisi, & ascẽdit iste ignis per omnia aeris interstitia, & continuatur regioni ignis vsque ad Lunam. Si autem iste ignis de terra erumperet, non posset tantum ascendere: quia requireretur ad hoc valde magna materia sulphurea, & iã foret sic tota terra combusta etiam si sulphur esset. Etiam quia flammæ erumpentes de montibus aliqñ erumpunt, aliquando cessant; ibi autem nunquã cessat igneus murus. ¶ Aliqui tenentes esse paradisum sub æquinoctiali dicunt istum gladiũ flammeum esse ardorẽ terræ illius subiectę æquinoctiali, propter quẽ nullus adire potest paradisum, tanquàm prohibitum F muro igneo. Sed dato quòd sit paradisus sub æquinoctiali, non bene videtur hoc dicendum, quia iste gladius igneus positus fuit ante paradisum post eiectionem Adæ: sed æquinoctialis ardor ante ibi erat; æquinoctialis enim antequàm paradisus terrestris esset, facta est: quia æquinoctialis est linea diuidens totũ Zodiacum in duo æqualia, s. ad punctũ principij Arietis, & ad pũctum principij Libræ, & illam decurrit Sol motu raptus bis in anno in die, quo intrat Arietẽ: & quando intrat Libram, sed nũquàm eam directè decurrit, quia semper facit spiras, ideſt imperfectos circulos; cum ergo Zodiacus in octaua sphera die secũda creatus fuerit, ergo æquinoctialis etiam; ardor aũt æquinoctialis quarto die esse incępit, s. quando Sol, & Luna creati sunt: hæc autem omnia fuerunt ante expulsionem Adæ in die sexto; non potest ergo dici q̃p æquinoctialis ardor locatus fuit ante paradisum eiecto Adam, cum ante ibi fuisset. ¶ Dicendum ergo q̃p iste gladius flammeus est ibi ignis positus sexto die Adam eiecto. *Gladium flammeum.* Vocatur gladius, quia sicut gladius acutus est, ita ignis in extremitate acuitur. *Atque versatilem.* Dicitur gladius versatilis, qui ad quamcunque partem se verterit, scindit; ignis autem ad omnem partem comburit. *Ad custodiendam viam ligni vitæ.* Ne homines redirent ad accipiendum de illo fructu, & ne dæmones venirent pro eo ex causa prędicta, ne fallant homines.

De generatione Abel, & Cain, & fratricidio; de maledictione Cain, & filijs eius vsque ad Lamech: & generatione Seth ad Noe, quando generatus, quantum vixit, & quando mortuus. Cap. IIII.

I

ADAM vero cognouit vxorem suam Euam, quæ concepit, & peperit Cain, dicens: possedi hominem per Deum; rursumque peperit fratrem eius Abel: Fuit autem Abel pastor ouium, & Cain ágricola. Factum est autem post multos dies, vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain autem, & ad munera illius non respexit. Iratusque est Cain vehementer, & concidit vultus eius,

K Dixitque Dominus ad eum: Quare iratus es, & cur concidit facies tua? Nonne si bene egeris, recipies? sin autem malè, statim in foribus peccatum tuum aderit? Sed sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. Dixitque Cain ad Abel fratrem suum, Egrediamur foras. Cumque essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suũ Abel, & interfecit eum. Et ait Dominus ad Cain:

Vbi

Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit, A nescio; nunquid custos fratris mei sum ego? Dixitque ad eum, quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos; vagus, & profugus eris super terram. Dixitque Cain ad Dominum: Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear: ecce eijcis me hodie a facie terræ, & a facie tua abscondar, & ero vagus, & profugus in terra. Omnis igitur qui inuenerit me, occidit me. Dixitque ei Dominus; Nequaquam ita fiet, sed omnis, qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuit quæ Dominus in Cain signum, vt non interficeret eum omnis, qui inuenisset eum. Egressusq; Cain a facie Domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden. Cognouit autem Cain vxorem suam, quæ concepit, & C peperit Henoch. Et ędificauit ciuitatem, & vocauit nomen eius ex nomine filij sui Henoch. Porro Henoch genuit Irad, & Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathusael, & Mathusael genuit Lamech, Qui accepit duas vxores nomen vni Ada, & nomen alteri Sella. Genuitque Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentorijs, atque pastorum: & nomen fratris eius Iubal. Ipse fuit pater canentium cithara, & organo. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator, D & faber in cuncta opera æris, & ferri. Soror vero Tubalcain Noema. Dixitque Lamech vxoribus suis Adæ, & Sellæ: Audite vocem meam vxores Lamech, auscultate sermonem meum; quoniam occidi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum. Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech vero septuagies septies. Cognouit quoque adhuc Adam vxorem suam, & peperit filium: vocauitque nomen eius Seth, dicens: Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Sed & Seth natus est filius, quem vocauit Enos, iste cępit inuocare nomen Domini.

ADAM. Descripta hominis conditione, & transgressione hic agitur de eius propagatione: duo enim supra tacta fuerunt, scilicet creatio rerum, & transgressio primorum parentum.

Alph. Tost. super Gen.

Primum erat necessarium in sacra scriptura ad integritatem fidei, scilicet ad demonstrandam infinitam Dei potentiam, quæ patet in creatione, & nos omnes res reduceremus in aliam causam. Secundum, scilicet transgressio primorum parentum erat de integritate Sacræ Scripturæ, vt demonstraretur necessitas Messię redimentis, ad quem tota scriptura principaliter tendit. Hic autem incipit describi processus generationum humanarum succedentium, & hoc sit in toto isto libro. ¶ Et quia, vt sæpe ait Augusti. in libris de ciuitate Dei. Duæ sunt ciuitates, scilicet ciuitas Dei, & diaboli. Vtraque autem earum suas habet generationum successiones. Sacra autem scriptura principaliter tractat de linea bonorum, sed aliquando intermiscet de linea malorum, secundum quòd bonis in vita præsenti corporaliter coniuncti sunt, vt illis causa exercitationis per afflictiones sunt. Præmittit autem hic de linea malorum, vt se breuius expediat, & ista incepit in Cain, & describitur in isto capitnlo vsque ad diluuium. Deinde ponitur lineam bonorum descẽdentium de Adã per filium eius Seth; & in toto isto libro describit lineam continuatam bonorum secundum tres radices, uel truncos: primo per Adam capitulo sequenti; secundo per Noe capitu. sexto, vsque vndecimo: tertio per Abraham cap. vndecimo, vsque ad finem libri, & vltra in alijs. ¶ Ista descriptio est valde vtilis ad duo, primo ad sciendum lineam Messiæ, quæ valde necessaria est, vt declarabimus late Numeri 27. cap. Et sic Euangelistæ eam deducunt; secundo vtilis est ad persuadendum factam creationem, & mundum inchoasse. Si enim ista scripta non forent, putarent homines, ab æternum esse mundum, sicut tenebant Philosophi Gentilium ignari sacrarum literarum; vel dato quòd homines crederent, tamen non ita bene conciperent, neque contentarentur eorum intellectus, sicut cum scirent quot anni fluxerunt a creatione, & quæ generationes hominum fuerunt. Et ideo Deus volens persuadere Iudæis a principio legis datæ mundum creatum fuisse, inducit istam probationem, scilicet quòd inquirerent generationes hominum in linea ascendenti, & sic deuenirent vsque ad Adam, quem nullus hominum genuit, sed eum Deus ante omnes alios formauit. Sic enim dicitur Deuterono. 32. capit. Nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, fecit, & creauit? Memento dierum antiquorum, & cogita generationes singulas. De hoc ibi satis latè disseruimus. ¶ Et diuiditur istud capitulum in dnas partes. Primo ponitur generatio Adæ, scilicet Cain, & Abel totaliter delenda, quia Cain generatio per diluuium, Abel autem per occisionem deletus est. Secundo ponitur generatio non delenda, scilicet generatio Seth, ibi. *Cognouit quoque.* Circa primum *Adam vero cognouit Euam.* Carnaliter ad prolis procreationem. Ista generatio Cain fuit facta quintodecimo anno post eiectionem Adę de paradiso.

Quæst. 1.

Intẽtio totius istius libri.

Vtilitas linę generationis, q̃ in libro describit.

¶ Methodius martir, quem multum sequitur Magister scholasticarum historiarum, dum esset in carcere, orauit a Deo, vt aliqua ei de principio, & fine mundi reuelaret, quod sic factum est: scripsit autem illa verbis, licet impolitis, & ait quòd primi parentes virgines de paradiso egressi sunt, deinde anno quindecimo vitæ Adæ natus est Cain, & soror eius Calmana. Et fortè tanto tempore a copula vacauerunt, quia erant dolentes de peccato, quòd contra Deum egerant, & de amissione fęlicis vitæ in paradiso pro se, & tota posteritate. Deinde a Deo mandatum habuerunt de procreatione liberorũ post alios quindecim annos, quo scilicet trigesimo anno uitę Adę, natus fuit

Quęst. 2.

An primi parẽtes de paradiso virgines exierunt.

D

Opinio hebræorū. tus fuit Abel, & soror eius Delbora. ¶ Hebrei autem dicunt quòd istud per recapitulationem ponitur, quia Cain, & Abel in Paradiso geniti sunt, & probant, quia dicitur supra in c. 1. Crescite, & multiplicamini, quod ad commistionem carnalem refertur. Ideo dicunt quòd formata muliere, & adducta ad Adam, immediatè cognouit eam carnaliter; alioquin fuisset transgressor præcepti prædicti. ¶ Sed

Opinio cōmunis. omnes doctores catholici tenent, quòd primi parentes de Paradiso virgines exierunt, & sic ait Augusti. super Gen. ad literam; primi parentes in Paradiso non coierunt, quia formata muliere post modicum electi sunt de Paradiso. ¶ Sic etiam Hieronymus ait nuptiæ replent mundum, uirginitas autem Paradisum. Probatio autem Iudæorum non Procedit, G quia modicum post formationem mulieris electi sunt, ideo non habuerunt tempus nec dispositionem. Item quia istud præceptum datum de multiplicando erat affirmatiuum, ideo non obligabat pro semper, & ideo licet in Paradiso mansissent multis diebus, & non coiuissent, non transgrediebantur præceptum, donec Deus ei limitaret tempus, in quo

Alia Iudæorū positio. *Concepit, & peperit Cain.* Aliqui Iudæi dicunt quòd immediatè, vt cognouit Adam Euam concepit, & statim peperit, ratio eorum est, quia nulla distantia

Cōfutatio interponitur in conceptu ad partum. Sed hoc nihil est, quia scriptura solum memorat essentialia facti, non curans de his, quæ intercidebant, ut si dicatur filij Israel intrauerunt desertum, & transierunt Iordanem, sed manifestum est, quòd non immediatè post ingressum deserti transierunt Iordanem, quia fuerunt quadraginta anni inter medij. *Dicens possedi hominem per Deum.* Ista est ratio impositionis nominis: subintelligitur & vocauit nomen eius Cain, & conuenit hoc nomini imposito; quia Cain in Hebræo interpretatur possessio, & inde dicitur in Hebræo. *Quauici*, ideſt possedi. Ista nomina demon-

Ratio persuadēs primam linguam Hebraicam fuisse. strant fuisse primam linguam Hebræam, quia Cain, & Abel, Eua, & Adam, & omnia alia non sunt nomina significantia aliquid in aliqua lingua præterquàm in Hebræa, in qua conueniunt nominibus appellatiuis, & verbis. *Possedi hominem per Deum*, ideſt ante hoc nullum hominem habebam, nunc autem I incepi habere, & hoc per Deum, ideſt per voluntatem Dei dantis mihi potentiam generandi. *Rursumque peperit fratrem eius Abel.* Ex hoc argumento Iudæi dicunt, quòd Cain, & Abel in Paradiso geniti sunt, quia tunc oporteret, quòd steriſſent Adam, & Eua in Paradiso per vnum annum ad minus, quia inter primam conceptionem, & secundam quasi vnus annus interceſsisset. Sed Cain, & Abel non simul concepti sunt, vt patet in litera, quia dicitur. *Rursumque peperit fratrem eius*, ideſt alia vice, vel concepti-

Ratio hebræorum, quòd primi parentes, nec genuerant in Paradiso. one. ¶ Interpretatur Abel Luctus, vel magis propriè vanitas, vel nihil, & vocatur Hebraicè Henel. ¶ Luctus dicitur ab euentu, quia propter mortem eius, vt dicitur luxit Adam pater, & Eua centum K annis in quadam valle apud Hebron, quę dicitur vallis lachrimarum, vt patet in libro de diuisione terræ sanctæ. Vel dicitur, nihil, ex quodam vaticinio futurorum, quia de illo nullum semen remansurum erat. Vel dicitur vanitas, quia iam incipiebat natura humana vanitati subdita esse.

Quæst. 3. *Fuit autem Abel.* Hic agitur de primorum filiorum non permanentium distinctione, & tanguntur duo, primum de morte Abel, secundum de generatione Cain, ibi cognouit Cain. ¶ Circa primum. *Fuit autem Abel pastor ouium.* ¶ Isti fuerunt primi duo fratres multum differentes intentione, & conuersatione, quia Cain in agricoltura laborauit, Abel vero, vt pastor. Item Cain fuit caput ciuitatis diaboli, Abel fuit prior in ciuitate Dei; ideo frater carnalis spiritualem persequebatur, quia ciuitas Dei a membris Sathanæ multa dum viuit aduersa sustinet. De ijs Augusti. 15. de ciuit. Dei. cap. 6. ¶ Congregauit Abel oues, quæ mansuetæ erant, & factus est habens curam earum, fortè quia licet de carnibus non cibarentur in ętate illa, tamen lacte pecorum alebantur, quasi fructibus arborum, vel quia pelles ad vestiendum recipiebant propter intemperiem aeris, sicut Deus primos parentes pellibus vestitos de Paradiso emiserat, & ideo sancti viri antiquitus præcipuam curam de officio pastorali habebant. Vnde habetur de omnibus duodecim Patriarchis, scilicet Iacob, & vndecim filijs suis, quòd dixerint coram Pharaone viri pastores sumus, vt patet infra 47. c. Abel autem magis suscepit officium pastorale ad exercitationem, vt tolleret ociositatem, quàm vt necesitatem subleuaret valde malum erat vacantem ab omni opere esse, quia multa mala docuit ociositas, Eccles. 33. cap. *Cain vir agricola*, ideſt quęrens cibos de cultura agrorum, terra enim ante triticum, ordeum, & omnia genera frugum atque leguminum protulerat, sed post humana industria indigebant. *Factum est autem.* Hic ponitur distinctio eorum in diuino cultu.

Post multos dies. scilicet a natiuitate Abel, scilicet post centum annos: in anno centesimo trigesimo vitæ Adę (vt ait Methodius martir.) Et potest induci H ista veritas ex litera interpretum septuaginta in c. sequenti, qui ponunt Adam fuisse ducentorum triginta annorum cum genuit Seth litera Hebraica, & nostra biblia ponunt centum, & triginta. Et dicunt doctores aliqui, quòd omisi fuerunt ibi centum anni, quibus luxit Adam filium suum Abel. Detractis ergo istis centum de ducentis, & triginta, deinde detractis triginta annis, quibus Adam vixerat, quando genuit Abel, manent centum anni, quibus vixit Abel. Quod hic dicitur de vita Abel, non est certum, quia licet constet vixisse Abel, & Cain multis annis, quando ista acciderunt, tamen non constat quot anni fuerunt, & probatio, quæ hic accipitur, non est firma, quia præsupponit multa dubia; vnum est quòd Adã esset annorum triginta, quando genuit Abel, aliud quòd luxit centum annis pro morte Abel. Aliud est quòd esset Adam annorum ducentorum triginta quando genuit Seth, iuxta literam interpretum.

¶ Dicendum ergo est quòd isti multi dies poterant esse centum anni, in qua ætate Abel occideretur a Cain; quia cum Abel constet occisum esse ante natiuitatem Seth, & Seth natus est iuxta nostram literam cum esset Adam cētum, & triginta annorum, poterat esse Abel centum annorum, & plurium etiã iecundum nostram literam: sed non potest esse centum & triginta annorum a fortiori, neque plurium, cum occisus sit ante natiuitatem Seth, & tamen dato hoc, destruentur alia, quæ presupponuntur, scilicet cētum anni: luctus Adæ, & triginta anni ętatis Adę, quando genuit Abel. Sed quod dicitur, quòd erat Adam quindecim annorum, quando genuit Cain, & triginta quando genuit Abel, est assertio Methodii martyris, cui stare possumus, vel assentire, sed non est multum rationabile: nam Adam cum creatus sit in ætate pfecta, in qua potuit gignere, & Deus iuisit ei & vxori quòd crescerent, & multiplicarentur; essentque soli in tota specie: verisimile est quòd statim, vt de Paradiso exierunt proli operam darent, & quia Deus eis multam fœcunditatem dederat, vtpote principijs generis humani non est satis uerisimile, quòd per quindecim annos manerent nullum gignentes filium, & tamen prima proles fuit Cain:

Cain: ergo videtur quòd non erat Adam quindecim A annorum, quando natus est Cain: & consequenter videtur dicēdum, quòd non erat triginta annorum, quando genuit Abel, quia cum fuerit secundus filius Abel, non est verisimile quòd inter primum, & secundum conceptum fluxerint anni quindecim, in

Quod Adam non plorauit filium suũ cētum annis. quibus non conceperit Eua, licet Adam, & ipsi proli vacarent, essentque tunc aptissimi. ¶ Quod autem dicitur de centum annis luctus Adę, communiter refertur, & ab alijs, & a nobis: sed non est satis verisimile, quòd vir prudens qualis erat Adam pro morte filij centum annis fleret, & cessaret a prole, cum pau-

Prima ratio. co tempore pro mortuis lugendum sit, quia vadunt in domum æternitatis suę; vno enim, vel duobus diebus lugendum est. Eccles. 38. cap. Vel vt alibi dicitur; B

Secunda ratio. Luctus mortui septem dierum: lugere autem per centum annos ratione caret. ¶ Item quia in his centum annis, quos dicunt luctus, aut Adam aliquid operabatur, aut abstinebat ab omnibus operibus volens consolari; si dicatur quòd ab omnibus operibus abstineret, non stat, quia non haberet necessaria ad vitam, quæ in sudore vultus sui habiturus erat, vt dicitur præcedenti cap. Si autem non abstineret ab alijs operibus propter luctum, neque abstineret a concubitu ad prolem: nam istud non erat verisimile, pro tristitia occisi filij nolle vacare proli ad gignendum alterum: quoniam potius videtur, quòd propter mortem Abel maiori desiderio inflammaretur gignendæ prolis, vt subrogaret alterum filium mortuum, ne eo abstinente paulisper periret humanum genus, & sic non abstineret Adam a coitu: immo potius rem istam ardentius tractaret. Sic patet ex verbis eius, quando natus est Seth: nam gaudens dixit: Posuit mihi dominus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain, vt patet infra in litera: & ita desiderium suum erat habere filium loco mortui, non

Tertia ratio. ergo abstineret a concubitu. ¶ Item irrationabile valde uidetur centum annis lugere mortuum, nec satis intelligi potest quid luctus iste esset potissimè, quia nominant quandam ualem luctus iuxta Hebron, quasi ibi Adam sequestratus a conuersatione plorare perseuerauerit, & ita neque culturæ terræ, neque alicui operi intenderet, quod falsum est,

Quarta ratio. quia tunc non haberet uictum, quod non est dicendum. ¶ Item patet hoc maximè, quia motiuum D horum pro istis centum annis luctus Adę est, ut concordent literam Hebraicam cum litera septuaginta interpretum, quia in illa dicitur quòd erat Adam ducentorum annorum, & triginta quando genuit Seth: litera autem nostra, & Hebræa dicunt, quòd erat centum, & triginta annorum: & quia non sciunt de istis annis quomodo litera Hebraica non expressit illos: dicunt quòd isti fuerunt centum anni, quibus luxit Adam: Et ideo tacuit eos litera Hebraica, & expresit litera interpretum: & sic differentia fuisset in centum & uiginti annis, uel in quindecim tantum hos solos dixissent annos luctus Adæ. ¶ Sed istud non est uerisimile: nam dato quòd tot an- E nis Adam luxisset filium suum, non ideo scriptura tacuisset hos annos, quia ad uitam Adæ pertinebant sicut cæteri anni quibus non luxit etiam, quia si propter luctum tacuisset eos litera Hebraica, quasi

Quinta ratio. non essent de uita Adæ: eadem ratione tacere debebant interpretes: sed non tacuerunt, ergo neque propter istud tacuit litera Hebraica. ¶ Item ista concordia haberet aliquem colorem, si interpretes in solo Adam addidissent centum annos, & tamen etiã addunt in quibusdam alijs generationibus, ut dicetur sequenti cap. in quibus non potest assignari ista causa: ideo non est hoc rationabiliter dictum.

Alph. Tost. super Gen.

¶ Quod autem dicitur quòd interpretes ponunt duCentos, & triginta annos, & litera nostra solum centum, & triginta, & ideo quidam velint concordare eas dando causas taciturnitatis: an aliquæ dandę sint, vel sit aliqua concordia facienda, tangetur sequenti cap. sed latius, & profundius in commentarijs nostris super Eusebium, vbi ostendetur, in quo & quantum differunt interpretes a litera nostra, & Hebræa in numeris, & quare ibi potius, quàm alibi: & an in veritate tollerari possit computatio interpretum, vel sint falsi illi numeri. *Vt offerret Cain.* Docuerat enim Adam filios suos colere Deum in sacrificijs, & oblationibus. Istud enim maximè pertinet ad actum exteriorem latriæ: quia licet adoratio, & reuerentiæ aliquæ, & laudes fiant Deo, fiunt etiam hominibus: sacrificia autem nulli vnquàm exhibita sunt, nisi esset Deus, vel existimaretur esse Deus. Et ideo ista Deus sibi voluit exhiberi magis, quàm aliquid aliud in operibus exterioribus, quia per hoc laudabatur, quia videntes fieri sacrificia reputabant eum esse Deum: vel saltem sciebant, quòd sacrificans reputabat esse Deum. *De fructibus terræ*, scilicet de frugibus, sed de peioribus, & corrosis, vel putrefactis. Quare non recepta fuit oblatio eius: quia licet Deo non adueniat aliquod bonum si de bonis offerramus, nec adueniat aliquod malum, si de peioribus offerramus, quia Deus bonorum nostrorum non eget: vt patet Psalm. decimoquinto, tamen nos bene agimus, cum de bonis damus, cum autem de C malis peccatores efficimur. De bonis dare ad Dei reuerentiam pertinet, de malis autem irreuerentia magna est. Ideo Deus reprobauit sacerdotes veteris legis, qui pinguia comedebant, Deo autem macilenta, & confracta offerebant dicentes, mensa Domini poluta est, vt patet Mala. primo capitulo.

Cur Abel de primogenitis suis Deo obtulerit. *Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui.* Duplici causa obtulit de primogenitis; prima est, quia primogenita, vt communiter sunt pinguiora, & meliora alijs. Secunda quia primogenita magis Deus acceptat, cum sint primordia uirtutis generantia, & ideo in veteri testamento mandabat Deus sibi offerri de primogenitis, scilicet quòd omnia primogenita sanctificarentur, vt patet Exod. decimotertio cap. Et multotiens alibi. *Et de adipibus eorum.* Ista domino cremabantur, & odorabatur dominus odorem suauitatis, & facit mentionem specialiter de adipibus, non quòd ista sola offerrentur, & comederet carnes oblatas, sicut dicitur in sacrificijs pacificis: vt patet tertio, & sexto cap. Leuit. quia nunc non erat vsus carnium sicut tunc, ideo totum domino comburebatur: sed specialiter fit recordatio de adipe ad conformandum ritui ueteris testamenti, in quo Moyses specialiter scripsit adipem pertinere ad sacrificia domini; vnde dixit Leuit. tertio. Omnis adeps domini eritiure perpetuo in generationibus uestris. Non licebat alicui comedere adipem offerrendum sub pœna mortis: vt patet. Leuit septimo cap. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius.* prius ponitur Abel, quam sua munera: quia magis acceptauit Deus intentionem rectam offerentis, quàm ipsam oblationem, & patet quia operatio dicitur bona, secundum quòd est virtuosa: virtus autem electiuus habitus est, vt patet secundo Ethic. ergo electio formaliter est actus uirtutis, & in ista interiori operatione est bonitas, vel malitia moralis: exterior autem operatio habet aliquid de bonitate, vel malitia secundum quòd est imperata a voluntate rectè eligente, uel malè: ideo Abel, id est sua electio interior fuit magis accepta, quàm munera, ideſt quàm id, quod extra fit: quia ista

Cap. 6.

omnia exteriora Dei sunt, sed voluntatem solam, quam potestati nostræ reliquit, vult vt subdamus voluntati suæ: & quia voluntas nunquàm perfectè vult, nisi exequatur, quando executio in sua potestate dependet, ideo quandoque exteriorem requirit operationem, scilicet cum possumus. *Ad Cain vero, & munera eius non respexit.* Cum enim ad personam Deus non respicit, nec ad id quod extra geritur respicit, quia ea, quæ extra sunt, solum habent bonitatem ab interioribus.

Quæst. 5. Dubium quo signo ostendit Deus respexisse ad munera Abel, & non Cain

¶ Sed quomodo respexit Deus ad munera Abel, & non Cain? ¶ Respondetur quòd hoc erat per quoddam signum demonstrans diuinam acceptationem, scilicet inflammationem sacrificij: quia immisit Deus ignem super sacrificium Abel, & non super sacrificium Cain, & sic habet translatio Theodotionis. *Inflammauit Deus super Abel:* Et illud erat certissimum signum acceptationis diuinæ apud antiquos, ut patet in sacrificio consecrationis Aaron, & filiorum eius. Leuit. nono cap. Et in sacrificio Gedeonis. Iudi. sexto cap. & in sacrificio Salomonis, secundo Paralipo. quarto, & in sacrificio Eliæ in carmelo: vt patet 2. Reg. 18. cap. *Iratus est.* Hic ponitur odiosa Cain ad Abel conuersatio. *Iratus est Cain vehementer,* Vehementer inuidens fratri suo innocenti, quòd sacrificium eius a Deo fuisset receptum. Et istud peccatum valde graue est, scilicet inuidentiæ charitatis fraternæ, & ponitur esse vna de speciebus peccati in Spiritum Sanctum: noluisset enim Cain, quòd oblatio Abel recepta fuisset. Intellexit autem Cain oblationem fratris a Deo esse receptam per signum visibile, scilicet inflammationem sacrificij. *Et concidit vultus eius,* scilicet quòd non poterat respicere rectis oculis, vel vultu placido fratrem suum: sed concidebat vultus, ideſt humiliabatur ad terram non respiciens fratrem; ista sunt signa inuidi, & non posse pacificè loqui, vt patet de Ioseph, & fratribus eius infra trigintiseptimo cap. *Dixitque Deus.* Hic ponitur ipsius Cain a Deo benigna admonitio, ne malum quod conceperat perpetraret. *Quare iratus es?* scilicet contra fratrem tuum, quia causam nullam habes: *Et quare concidit vultus tuus?* ideſt quare sic incedis dimisso capite, & toruis, malignisque oculis respiciens fratrem tuum, quia magis ex hoc lętari deberes? *Nonne si bene egeris recipies?* ideſt non deberes tristari, quia Deus susceperit sacrificium fratris tui, & non tuum: quia si tu bene egeris non obstante illo, tu recipies mercedem tuam, quia Deus diliget te, & acceptabit sacrificium tuum. *Si autem male,* scilicet non offerendo qualiter debes, & quomodo debes, & cæt. *Statim in foribus peccatum est,* ideſt statim peccatum tuum manifestum erit, quia tu scies te peccasse, vel peccatum tuum mihi manifestum erit. *Subter te appetitus eius,* ideſt peccatum est contra hominem, tamen non potest voluntatem deuincere, nisi ipsa vellit deuinci. Vocat peccatum incentiuum ad male agendum sequens ex præcedenti peccato. *Et tu dominaberis eius,* ideſt licet peccauerit, tamen quia appetitus peccati est minor potestati voluntatis. *Tamen dominaberis illius,* ideſt debes illud subijcere. Potest alio modo exponi referendo ad peccatum odij fraterni. *Si bene egeris,* scilicet diligendo fratrem tuum, sicut facere teneris. *Recipies,* scilicet mercedem: quia Deus te acceptabit, & diliget: *Si autem malè,* scilicet odiendo rectam rationem. *Statim in foribus peccatum aderit,* ideſt statim veniet tibi desiderium occidendi illum, quasi staret præsto ante ianuas tuas, quod magnum peccatum est. Si enim laborasset Cain, vt diligeret fratrem suum, nunquàm ei parua cogitatio insurrexisset, sed si laxaret frena odij, peruenire vsque ad desiderium occidendi fratrem. Et vocatur isto modo peccatum sola exterior, & offensiua operatio, scilicet occidere: sic dicitur. Psalm. 4. Irascimini, & nolite peccare, ideſt licet aliquando irascimini interius: non tamen prodeatis ad exteriores percussiones. *Subter te appetitus eius,* ideſt licet ista voluntas mala occidendi fratrem tibi insit: tamen subter te est appetitus eius, ideſt ista passio, quæ quidam appetitus inclinans ad malum erit subter te, quia non poterit mouere vltra tuum consensum. *Et tu dominaberis illius,* ideſt facies quicquid volueris contra inclinationem eius. ¶ Secundum septuaginta interpretes ex alia litera, scilicet. *Nonne si regi offeras, & non recte diuidas, peccasti? sed ad te conuersio eius, & tu dominaberis illius.* Et est sensus secundum Augustinum decimoquinto de ciuitate Dei capitulo octauo, quòd recte offerre est offerre cui debemus, scilicet soli Deo: non recte diuidere est non agere discretè quantum ad circunstantias, scilicet non offerre quod oportet, vt aliquod maculatum, vel illicitum, vt canem, vel asinum: vel non vbi debet, scilicet in loco valde immundo, vel non quando oportet: & sic de omnibus alijs circunstantijs. *Peccasti,* ideſt licet bene agas in vna circunstantia, si in alia malè te habeas, actus malus est: quia bonum est ex integra causa, scilicet ex conuenientia omnium circunstantiarum simul in eodem actu, malum autem ex defectibus singularibus, ideſt quæcunque circunstantia deficiens, etiam omnibus alijs conuenientibus facit actum esse malum: vt patet in pulchritudine, & sanitate. Pulchritudo enim, cum sit conformitas omnium membrorum corporis cum quadam coloris suauitate, ut ait Augusti. 22. de ciuitate Dei: nunquàm poterit esse in aliquo corpore, nisi ibi color suauis, & omnes partes conformes existerint: dato enim quòd color suauis sit, & omnes partes inter se consonent: vnica a cæteris dissonante pulchritudo non erit. Sic etiam sanitas est humorum, & qualitatum primarum in corpore humano conformitas: nunquàm ergo erit, nisi ista omnia constiterint. Si autem magna armonia sit, dato quòd vnus humor peccet, sanitas non est. Et applicatur hoc ad Cain, quia licet Cain rectè offerret, scilicet soli Deo offerendo, tamen non rectè diuisit, ideſt non obtulit quod oportebat, scilicet sanum, & bonum: sed spicas marcidas, & corrosas obtulit, ideo peccauit. *Sed ad te conuersio eius.* hoc dupliciter exponit Augustinus vbi supra, vno modo de peccato commisso in obligatione, & tunc est sensus. *Ad te conuersio eius,* i. tu conuertere ad te peccatum tuum confitendo te peccasse, quia hęc est vera pœnitentia: *Et tu dominaberis eius,* scilicet quia facies, vt a Deo illud peccatum destruatur, & sic eris maior, & dominaberis eius: qui enim se accusat, ad se peccatum conuertit sibi illud imputando, & tunc dominatur eius, ideſt peccatum subiacet potestati eius, quia adhuc luntatem eius destruitur. Qui autem se excusat ad se peccatum non conuertit, sed se ad peccatum, ideſt non conuertit peccatum ad se subijciendo illud dominio suo, sed conuertit se ad peccatum subijciendo secundum inclinationem eius, ideo peccatum seruituti mancipatur. Potest hoc intelligi de desiderio occidendi fratrem. *Ad te conuersio eius,* ideſt illud peccatum, scilicet desiderium occidendi fratrę, conuertetur ad te, vt impellat te ad occidendum. Et vocatur hic peccatum, vt dicit ibidem Augu. non actio, vel electio voluntatis, sed quædam passio in parte sensitiua irascibili, scilicet desiderium occidendi fratrem: &

Peccatum voluntatẽ vincere ne quit, ni ipsa deuici velit.

trem: & sic loquitur apostolus ad Rom. 7. c. Si autem quod nolo ego facio, non ego operor illud, sed quod habitat in me, peccatum. Vocat ibi peccatum concupiscentiam carnis, vt patet ibidem: *& tu dominaberis illius,* ideſt licet iste appetitus te pungat, tamen tu semper poteris illum conterere, contrarium faciendo. *Dixitque Cain.* Hic ponitur Cain obstinatio, & Abel occisio. Iniquus enim iste Cain, qui domino monente ad compassionem fratris innocentis non motus est, sed ad mortem atrocius inhiauit. *Dixit Cain ad Abel.* In Hebræo non habetur quid dixerit Cain Abel fratri suo: sed in litera ad expressionem sententiæ additum fuit: *egrediantur foras:* sicut Numeri 20. c. dicitur in hebræo: *clamauerunt atque dixerunt:* & non habetur quid clamauerint, vel dixerint: sed in Biblia nostra exprimitur quid clamauerint, scilicet domine Deus audi clamorem populi huius, & aperi eis thesaurum tuum fontem aquæ viuæ, vt satiati cessaret murmuratio eorum. Est enim modus loquendi Hebraicus aliquando multum decurtatus, sicut habetur. 2. Reg. 5. c. de expugnatione Ierusalem, & dixit Dauid; In die illa quicunque percusserit Iebuseum, & tetigerit fistulas domatum: & non subditur quid dixerit, vel proposuerit. Declaratur autem hoc primo Paralip. 11. c. vbi dicitur; Dixitque Dauid omnis, qui percusserit Iebuseum in primis erit princeps belli. Secundum Hebræos debet intelligi, quòd Cain dixerit fratri suo Abel aliqua verba dura, & iniuriosa, vt haberet occasionem rixandi cum eo, & occidendi eum. Secundum literam nostram debet intelligi quòd dixerit ei: *Egrediamur foras:* & ista suppletio habetur de eo, quod infra dicitur: *cumque essent in agro,* & secundum hoc videtur quòd Adam, & filij sui fecerant aliqua tuguria simul, in quibus manebant contra aeris intemperiem: & illa erant quasi villa, vel locus populatus: & respectu illorum vocabantur alia loca agri, vel dicebantur esse foras. *Cumque essent in agro.* Induxerat enim Cain Abel fratrem suum, vt irent in agrum: forte vt ibi aliquid secretius loquerentur, vel vt in aliquo Abel fratrem suum Cain adiuuaret: credidit autem Abel verbis blandis, & fictis Cain: quia simplicitas columbina omnia credit, & nusquam fraudem latere præsumit. *Consurrexit Cain aduersus Abel.* Forte insidiosè hoc factum est, vt subito Cain Abel occideret, vel quia Cain paratus erat, Abel autem non: vel forte Cain inuasit Abel, & cum colluctarentur, accidit Cain superare, & occidere fratrem suum. Et non est intelligendum, quòd Cain occidere potuerit faciliter Abel, quasi puer esset Abel, & Cain vir robustus: quia, vt supra diximus, Abel centum annis complebat, cum a frare suo occisus est: & Cain centum & quindecim, cum occidit, vt supra diximus iuxta positionem communem. Sed dato quòd non esset Abel centum annorum, constat, quòd ambo erant viri perfectæ ætatis, cum quisque eorum per se vitam ageret vnus agricolturam alius pastoralem, & vterque Deo offerebat munera, sed cum in eos incidisset ista inuidia de acceptatione diuina ad vnum, & non ad alterum: ideo poterat Abel resistere Cain occidenti: sed accidit q occideretur, vt dictum est.

Quæst. 6. Quo istrumento fuerit occisus Abel, cum ferrũ adhuc nõ esset repertũ

Quærunt aliqui quomodo Cain occidit Abel, quia ferrum nondum inuentum fuerat, nec gladij vel arma effecta fuerant. Satis euidens est responsio quòd præter gladios, & metallica instrumenta multa alia genera mortis sunt, non deerant lapides, vel fustes, aquæ suffocatio, de alto præcipitatio, & per constructionem gutturis strangulatio. Aliqui enim volunt quòd Cain strangulauerit Abel stringendo guttura, ligando, aliquo reste, vel instrumento. ¶ Sed hoc non videtur, quia difficile est, quòd vnus vir alium virum ligaret, & sic posset eum tanquàm totaliter viribus carente strangulare: quia hoc solum faceret vir robustus alicui puero adhuc debili. Item quia dicitur infra. *Sanguis fratris tui clamat ad me.* hoc autem non pertinet, nisi ad sanguinis effusionem, quæ non fit per gutturis constrictionem. Aliqui hebræi dicunt, quòd eum morsibus dilaniauerit: sed hoc nec possibile, nec verisimile est. Non enim poterat Cain tam diu cruciare, & tenere Abel, vt carnes eius diuideret morsibus, uel consumeret. ¶ Dicendum ergo magis uidetur, quòd lapidibus eum oppresserit: & hoc consonat omnibus superioribus, quia dato quòd Abel esset ita fortis, uel fortior ipso Cain, tamẽ Cain aggrediens lapidibus incautum cito opprimeret. Etiam quia sic effunderetur sanguis de corpore, & hoc magis uerisimile est, quàm quòd morsibus eum dilaniauerit, quia nullus hominum est, qui sic posset corpus alterius dilaniare: quia dentes humani magis sunt fractores, quàm præcissores, quod conuenit dilaniantibus. ¶ Item quia cuilibet hominum ualde hoc horribile est, scilicet sanguinem, & crudas carnes partim degustare: maxime de humanis. ¶ *Et ait dominus.* hic describitur Cain peccantis punitio. Et agit duo, primo de crimine pessimo conuincit: secundo pœnam imponit ibi. *nunc igitur maledictus.*

Quæst. 7. De° Cain prius plectere noluit, quam eũ de peccato conuinceret.

Circa primum. *vbi est Abel.* dominus clare uidebat peccatum Cain, sed noluit eum punire, donec eum de peccato manifeste conuinceret: & hoc propter tria, primo ut cum Deus interrogat Cain pro Abel, Cain forte pœniteat, & remittatur ei; sicut ante peccatum eũ admonuit, ne peccaret; ita post peccatum incitat, ut de peccato peniteret. Secundum est, ut non conqueratur Cain, quòd iniuste punitur, cum eum potuerit pro magno scelere puniri. Tertium ut detur forma procedendi iudicibus, ut non ante sententient, quam partes interrogent, & merita causarum discutiant. ¶ Sic enim cum Deus puniturus essent Sodomam, & Gomorram, licet peccatum eorum omnibus patens esset, ait: Descendam, & uidebo utrum clamorem, qui uenit ad me, opere compleuerint, ut patet Gen. 18. c. *Qui respondit, nescio.* In hoc Cain vlterius peccauit: quia peccata peccatis addidit, scilicet mendacium homicidio: si autem respondisset confitens peccatum suum, Deus ei remisisset peccatum illud. *Nunquid custos sum fratris mei?* Ista fuit responsio indignati contra Deum interrogantem. Et sic respondet, quasi putans, quòd Deus ista non viderit. *Nunquid custos sum fratris mei?* ideſt ita quæris à me hoc quasi ego essem custos fratris mei; sed non sum custos fratris mei. *Dixitque ad eum Deus,* ideſt ad Cain. *quid fecisti?* ideſt quare fecisti istud homicidium? quia sanguis fratris tui clamat ad me. Vel, quid fecisti? ideſt ad quid fecisti hoc? scilicet negare mihi quod feceras, quia hoc mihi valde notum est, cum sanguis fratris tui clamet. *vox sanguinis fratris tui.* In hebræo dicitur. *vox sanguinum fratris tui.* quia non solum sanguis Abel clamabat: sed etiam tota posteritas Abel clamabat, quia peribat patre pereunte.

Tria peccata clamãt ad dominum.

¶ Tria peccata maxime ad Deum clamare dicuntur, scilicet occisio innocentis, vt patet hic, secundum est sodomiticum vitium: vt patet infra 18. c. tertium est retentio mercedis operariorum: vt patet Iacob. 5. Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat, & clamor ipsorum in aures domini sabaoth introiuit. *clamat de terra,* ideſt de loco terræ, in quo effusus est. *Nunc ergo maledictus.* Postq̃ Cain de peccato fuit conuictus, hic consequenter ponitur eius punitio. *Nunc igitur eris maled. ctus.* i. in bonis diminutus. Sicut benedictio importat multiplicationem, ita maledictio diminutionem.

Et ista maledictio est super terram, scilicet quòd virtus terræ diminuetur, ne det cibos Cain nisi cum magno clamore, ex quo videtur, quòd magis laborauerit Cain in acquirendo cibos de terra, quàm posteritas Adæ per Seth. Habebat enim terra duas maledictiones primam, quam incurrerat per Adam, scilicet quando dictum fuit ei: Maledicta terra in opere tuo, vt patet præcedenti c. secundam, quam incurrerat p Cain: & patet hoc infra in litera. Dicitur enim: Cum operatus fueris eam, nō dabit tibi fructus suos. Prima maledictio inflicta Adæ extendebatur ad totam naturam, quia ille continebat totam naturam in se. Ista tamen maledictio inflicta Cain non fuit extensa nisi ad solum Cain, quia fuit peccatum personale, ideo punitio fuit personalis, nec potuit trāsmittere ad posteros, quia non fuit ipse primus parens continens totam naturam in virtute. Non est tamen per hoc intelligendum quod minorata fuerit verè in fertilitate sua, vel in aliquo bono ꝓpter Cain, aut quātum ad eum; primo quia vt ostensum est præcedenti cap. q. 20. terra, aut natura rerum in nullo mutata est propter peccatum. Si ergo propter peccatum Adæ non fuit diminuta in se, multo minus mutaretur propter peccatum Cain: quia peccatum Adę erat potentius ad corrumpendum, quàm Cain: quia nullius hominis peccatum transfusum est in posteros, nisi peccatum Adæ: cæteri vero pro se tantum peccant, ergo ita fieret in Cain: quòd non immutaretur terra propter eum. Secundo quia si terra fieret deterior ipsi Cain realiter in se diminuta quantum ad fertilitatem, non solum ei noceretur, sed omnibus alijs hominibus, quæ illam collerent: sed Deus non erat puniturus alios propter Cain, ergo non diminuit illā, & consequenter non est satis concedendum quòd magis laboraret Cain habendo cibos de terra, quàm alij, nisi esset iste labor aliquid ex parte eius, quasi infortunium quoddam ipsius in rebus: non autem ex parte terræ. Vel potest sic intelligi. *Maledictus eris super terram.* ideſt omnes maledicent te super terram, quia tantum scelus commisisti. *Quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui.* Locutio metaphorica est, quia terra os non habet, sed vocatur os terræ hiatus eius, quo aliqua absorbentur. Sicut dicitur Numeri 16. c. quòd aperuit terra os suū, & deuorauit Dathan, & Abiron cum tentorijs suis. Dicitur autem hic aperuisse terra os, quia erat desiccata, & inbibit in se sanguinem humidum, sic enim facit siccum in humido semper, si prævaleat. De ore terræ quædam fabulosa ponunt Iudæi, quæ posuimus Numeri 16. cap. & ibi vide. *De manu tua.* ideſt qui effusus fuit per manum tuam. *Cum operatus fueris eam.* Fuit enim Cain vir agricola: vt supra patet. *Non dabit tibi fructus suos.* Nisi in parua quantitate, & cum magno labore; ergo oportebat quòd laboraret magis Cain in terra pro cibis, quàm ante laborauerat, intelligendo, vt supra diximus. Nam faciebat eum Deus infortunatum, vt si existentibus frugibus superueniret locusta, & dissiparet eas. *Vagus.* ideſt non habens certum locum habitationis: quia aliquando morabatur in vna parte terræ, aliquando in alia; vnde dicitur infra quòd exiuit Cain a facie Domini, & habitauit contra Eden, i. in parte Orientali. *Profugus.* ideſt fugiens ad diuersa loca propter timorem, erat enim timor sibi quędam quotidiana afflictio data in pœnam peccati, vt de omnibus timeret: sicut hebræis dabatur, cum peccarent contra Deum: vt patet Deute. 28. c. s. Dabit dominus tibi cor pauidum, & deficientes oculos, & animam consumptam mœrore, & erit vita tua quasi pendens ante te: timebis nocte & die: & non credes vitæ tuæ: mane dices: ꝙs mihi det vesperū, & vespere, quis mihi det manè? propter cordis tui formidinem, qua terreberis. Et hoc innuit Cain dicens infra: omnis qui me inuenerit, occidet me. *Omnibus diebus vitæ tuæ.* Vsq; ad mortem semper fuit in ista afflictione. *Dixitque Cain ad Dominum.* Hic ponitur Cain desperatio: & in hoc magis peccauit Cain, quàm in omnibus præcedentibus, quia peccatum præcedens fuit ad nocumentum proximi eum occidendo, desperatio autem contra Deum directè est, quia per eam creditur Deum non habere tantam potentiam, vt possit peccata dimittere, vel non habere tantam bonitatem: vt hoc vellit. *Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear.* Secundum doctores canonicos debet intelligi litera ista, vt verba desperantis sint, & legitur assertiuè. *Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear.* ideſt si modicum peccassem, Deus potuisset mihi parcere, sed tantum peccaui, quòd Deus non potest parcere: ista dixit Cain cum magna cōmotione cordis audita magnitudine pœnæ, s. ꝙ vagus esset, profugus, & maledictus, valde timuit, & credidit quòd si exiret de consortio hominum, bestiæ illum occiderent; si autem inter homines moraretur homines eum pro peccatis suis interficerent. ¶ Aliqui hebræi dicunt quòd litera debet legi interrogatiuè per modum conquerentis. Et est sensus: dominę quare tātum punis me? nunquid maior est iniquitas mea, quàm vt possit mihi parci? g. d. non. Ideo iniustè punis tam grauiter pœnas infligendo. *Ecce eicis me.* Hic ponitur pœnę diuturnitas, & potest ista litera dupliciter intelligi, vno modo quòd Cain dicat hæc petens a Deo conseruari in vita, & est sensus. *Ecce eicis me a facie terræ.* ideſt quia iubes me esse profugum, & vagum eicis me a facie terrę, ideſt a conspectu hominum habitantium in terra. *Et a facie tua abscondar.* scilicet vt amplius non videam te; vel vt non ostendas mihi faciem tuam benefaciendo, sicut facis alijs hominibus. *Omnis qui inuenerit me.* Siue homo, siue bestia, occidit me propter maledictionē, quam mihi inflixisti: & ideo petit se conseruari ab his malis: & ista videtur vera intentio literæ. ¶ Alij autem exponunt, quòd Cain petat mortem cito sibi venire, quia videns Cain se a Deo relictum, & in magna miseria constitutum, desiderauit cito mori, ut diuturnas angustias breui temporis mora consumeret. Et ideo quasi mortem desiderans ait, quia eicis me a facie tua vagum, & profugum, cito moriar: quia quicunque inuenerit me, occidet me. *Nequaquàm ita fiet.* ideſt non occidet te quicunque te inuenerit, quia diuturniores pœnas sustinebis.

Sed omnis, qui Cain occiderit. Ista litera multipliciter exponitur: quia secundum literam nostram videtur sonare, quòd ille, qui Cain occideret, magis quàm Cain puniretur. ¶ Sed hoc non videtur rationabile, quia maior pœna correspondet maiori delicto; sed magis peccauit Cain occidendo fratrem, quàm Lamech occidendo Cain, quia Cain interfecit virum innocentem: Lamech autem virum valde nocentem. Item quia Cain occidit eum, quem cognoscebat vt fratrem: Lamech autem non cognoscebat quem occidebat, cum cecutiens esset. Ista autem diminuunt de ratione voluntarij, & demeriti. Item non videtur modus assignandi istam septuplam punitionem esse conueniens. Dicitur enim quòd Lamech, qui puniuit Cain, fuit punitus septuplum, quia perijt in aquis diluuij cum sua pesteritate. Sed ista non est dicenda punitio pro peccato occisionis Cain, quia in diluuio omnes homines perierunt præter Noe, & filios suos, & vxores eorum, non magis de Lamech, quàm de omnibus alijs hominibus descendentibus de Cain, vel Seth. Item quia descendentes de Lamech erant de stirpe Cain,

Cain, ideo ibi non solum puniretur Lamech, sed etiā Cain. Itē nō pōt intelligi hoc de punitione Lamech: quia infra dicitur septuplū vltio dabitur de Cain, de Lamech autē septuagies septies; necesse est ergo referri istam punitionem ad Cain, & non ad Lamech.

Expositio vera.

¶ Ista litera obscura est propter punctuationē. In hebræo sic punctuatur. *Omnis qui occiderit Cain.* Et est hinc vna sententia decurtata, s. omnis qui occiderit Cain, grauiter puniretur; vel liberabat Cain a magnis miserijs. Et ista decurtatio sententiæ sępe fit in hebræo, vt supra diximus. Cū subditur. *Septuplum punietur.* Secundum proprietatem sermonis hebraici dicitur. *In septem punietur.* Et refertur ad Cain, s. Cain punietur in septē, ideſt in septima generatione, quia ab Adā per lineam Cain vsque ad filios Lamech septem generationes fluxerunt, in quarum fine mortuus fuit Cain. Et ista expositio multum cōcordat literæ septuaginta interpretum, quę habet. *Qui occiderit Cain septem vindictas exsoluet.* ideſt ille, qui occidit, ideſt occidere deburit Cain, nunquàm occidet eum, donec septem vindictas exsoluat, ideſt per septem generationes cōtinuas angustias luat pro scelere contra fratrem. ¶ Et dicunt aliqui, quòd durauit Cain per septem generationes propter peccata septem, quę egit circa fraternam occisionem: primum quia non recte se in offerendo habuit; secundum ꝙ fratri a Deo accepto inuidit; tertium quòd dolose egit; quartum quòd vocans eum in agrum occidit; quintum quòd negauit; sextum quòd desperauit; septimum quòd damnatus pœnitētiam non egit, *Posuit Dominus in Cain signum.* Hoc fuit tremor omnium membrorum, & hoc fuit, vt cognosceretur ab omnibus, quòd ille erat vir pessimus fratricida, & abominabilis haberetur. Vel ut cognosceretur quòd ille erat, quē Deus prohibuerat occidi. *Vt non interficeret eum omnis, qui inuenisset eum.* Hoc erat propter duo, primum quia Deus volebat seruare innoxios a sanguine eos, qui viderent Cain, vt cognoscerent in tremore membrorum, vel quia volebat, vt Cain viueret magno tempore, vt multum angustiaretur.

Cur Cain durauit p septē generationes.

Quæst. 9. Cur Deus dederit signū Cain, ne occideret.

¶ Sed ad quid fuit positum signum Cain, ne occideretur? quia magis videtur ad oppositum; qui enim per tremore membrorum cognoscerent Cain occidisse fratrem magis inclinarentur ad abominandum eum, quàm si nullum signum haberet, quia tunc non cognosceretur fecisse tale scelus. ¶ Respondetur ꝙ quando maledictus fuit Cain, Deus inflixit ei in pœnam, vt quicunque videret eum, abominaretur eum, & sic multas angustias sustineret: ex alia parte voluit, vt Cain multo tempore viueret, vt diutius cruciaretur, & pœna sua multis exemplum esset ad cauendū homicidiū: & ideo Deus mandauit, quòd nullus occideret eum: & hoc mandatum Dei de non occidendo Cain fuit diuulgatum. Si autem Cain nō habuisset aliquod signum, per quod ab omnibus fuisset cognitus, quia quilibet vidēs eum abominabatur eum, quilibet eum inueniens occidisset, maximè cum per diuersas partes vidisset profugus; quādo autem videbant eum, licet naturaliter quasi abominarentur, cū Deus hoc ad punitionem Cain ageret, tamen cognoscentes in tremore membrorum ab occidendo eum cauebant. *Egressus autem Cain a facie Domini.* Nō a Deo, qui vbique semper, & totus est, sed a facie similitudinis, in qua ei Deus loquebatur: ꝙ cum vidit se a Deo maledictum non potens sustinere vultū Dei loquentis, fugit ab eo. *Habitauit profugus in terra.* ideſt non potens diu manere in eodem loco præ timore. *Contra orientalem plagam Eden.* ideſt contra paradisum. Immediate, vt peccauit, verecundatus fuit coram patre suo Adam comparere, ideo fugit ad longinquas terras contra Orientē versus paradisum, non quòd ipse tentaret, vt habitaret contra paradisum, quia paradisi viam nesciebat, cum illuc nunquàm iuisset, nec paradisum vidisset, sed quia fugere intendebat de loco cōmorationis patris sui, s. de terra, vbi nunc est Iudea, cōtingit eum fugientem petere partes Orientis. *Contra Eden.* ideſt contra paradisum Eden. Dictio hebraica est: & significat delicias: & sic vocatur hebraicè. *Gan Eden.* ideſt ortus deliciarum, vel paradisus terrestris. Dicit autem Iosephus, ꝙ Cain accepit vxorem suam Calmana peragratis multis terrarum spacijs habitauit in terra Naid, in qua nati sūt ei filij, sed Hiero. non sic transtulit, sed dixit profugus, & est diuersitas ista: quia in hebręo dicitur. *Habitauit in terra Nod.* Iosephus dicit quòd Nod est nomen terrę, in qua habitauit Cain post fugam a facie Dei, sed quia Nod hebraicè interpretatur instabilis, Hiero. transtulit profugus dicens. *Habitauit in terra profugus.* ¶ *Cognouit autem Cain.* Hic ponitur generatio Cain. *Vxorem suam.*, scilicet Calmana: vt vult Iosephus, & Methodius Martir. ¶ Aliqui autem quærunt vnde habuit Cain vxorem.

Quæst. 10. Vñ Cain accepit vxorem. Quo tępore fratres sorores in cōnubium accipiebat

¶ Respondetur, ꝙ de sororibus suis filiabus Adæ, & hoc necessarium erat pro tpe illo, postea aūt multiplicato humano genere non licuit sororem ducere in vxorem, vnde volunt Hebræi, quòd Eua quolibet partu geminos periebat, s. masculum, & fœminam, & post illi duo erant vir, & vxor, sed de fœminis non fit mentio, solas quattuor fœminas describit Sacra Scriptura ante diluuium, scilicet, Euā, Sellam, & Odam, & Noem filiam Lamech; quare autem hoc sit infra dicetur.

Quatuor tantū fœminę ante diluuiū commemorantur.

¶ Et si quæratur quid factū fuerit de vxore Abel, scilicet Delbora, quæ ei nondum copulata fuerat; Respondetur quòd alteri viro post copularetur: nec oportet dicere, quòd iste partus geminorum semper fuisset, sed solum ante multiplicationem. Cum ergo Eua multos filios, & filias genuisset, vt ait scriptura cap. seq. non fuit necesse, quòd vltra geminos pareret, sed aliquando masculos, aliquando fœminas, vel dicetur, quòd illa in viduitate, vel potius virginitate permansit: sed primum melius est. *Et ædificauit ciuitatem.*

Quæst. 11. Quomodo Cain potuit ædificare ciuitatem.

¶ Quærūt aliqui quomodo Cain potuit ędificare ciuitatem, quia ciuitas multitudinem requirit ciuiū ad inhabitationem, & ad ędificationem, tunc autem soli tres homines esse narrantur in scriptura, scilicet Adam, Cain, Henoch. Sed Adam manebat in loco habitationis suæ in Iudęa; ergo soli Cain, & Henoch ciuitatem ædificare debebant. Hanc q. mouet Augu. de ciui. Dei lib. 15. c. 9. & 10. Et respondet quòd tempore ædificationis huius ciuitatis multi erant de filijs Cain, qui sufficiebant ad faciendum non solum vnā ciuitatem, sed etiam multas. Pro quo dicēdum, quòd non ædificauit Cain istam ciuitatem immediatè, vt recesit contra Orientem, quia tunc erat centum & triginta annorum, vt supra declarauimus, scilicet in anno, quo occidit Abel, vt placet aliquibus: & quia homines illius ætatis multum viuebant, scilicet ad non gentos annos, & vltra, vel prope mille, dicetur de Cain quòd magno tempore vixerit, maximè quia vidit septimam generationem, scilicet Tubalcain filium Lamech, tunc autē valde multi homiues erant, & tunc potuit Cain cum multis de genere suo ædificare ciuitatem.

Responsio Augustini.

Quæst. 12. Enos non fuit primogenitus Cain.

¶ Dicendum etiam necessario quòd Enos nō fuit primogenitus Cain, quia tunc solus Cain cum filio suo Enos ędificassent ciuitatem, sed fuit Enos filius Cain genitus in senectute quando ciuitas ædificabatur. Et ideo vocauit ciuitatem ex nomine eius. Et si obijciatur, ꝙ fuerit primogenitus, quia dr. *Cognouit*

Ratio. *Cain vxorem suam*. ergo videtur quòd ille fuit primus filius, quem Cain ex vxore cognita suscepit. Respondetur quòd non valet probatio, quia non dicitur cognouit, ita quòd tunc eam primo cognouisset, sed qa ad quamlibet generationem necesse erat vxorem cognoscere. Sic enim dicitur de Adam supra, ꝙ cognouit Euam, & peperit Seth. ¶ Et quãdo narratur linea generationis Cain, non est intelligendum quòd narretur per primogenitos semper, sed per aliquos alios.

Ratio. Rõ prima. ¶ Ratio istius mutationis tangitur ab August. 15. De ciuitate Dei: & potest esse duplex. Prima quia isti hic nominati fuerunt reges in ciuitate constituta a Cain, vel quia isti fuerũt viri strenui in aliquibus operibus. Et hoc videtur valde verisimile: quia de nullo istorũ dicitur quòd habuerit multos filios, cum tamen manifestum est, quòd multos habebant, quia alias ante diluuium in tota prima ætate non fuissent triginta viri, cum non describantur hic tot: sed absurdum valde est, nisi de Lamech, cui ponuntur quatuor, s. Tubalcain, Tubal, Iabel, & Noema: quia omnes isti fuerunt quarundam artium inuentores, vt patet in textu. Vel

Rõ alia. potest adhuc potissima ratio esse, quia Deus prænunciauerat Cain, quòd in generatione septima occideretur ideo voluit, quòd linea perducẽs ad occisorem Cain, describeretur, licet nõ esset linea primogenitorum; erant aũt tempore, quo Cain ędificauit ciuitatẽ multi filij Cain, quia in ducẽtis annis, vel paucioribus poterãt multæ gẽtes nasci. ¶ In quatuorcentis annis, qui fluxerunt ante generationem Isaac vsque ad exitum de Aegypto fuit multiplicata tãta gens de semine solius Abrahæ, vt præter gentes Ismahelitarum, Madianitarum, Afericarum, Idumeorum, ꝙ populi, siue numeratio sunt p lineam solius Iacob multiplicati vsque sexcenta millia peditum, præter pueros, & senes cum mulieribus, vt patet Exo. 12. c. Sed sciendũ quòd non ędificauit Cain istam ciuitatem deueniens ad finem vitæ suę, sed apud trecentesimum, vel quatuorcentesimum annum vitę, vel quasi. Et patet quia quando genuit Henoch ędificauit ciuitatem, & vocauit eam ex nomine filij sui Henoch, post quem fluxerunt quinque generationes ante mortem Cain: vt pater infra, s. vsque ad Tubalcain, quæ generationes nõ poterant esse secundum tarditatem generandi in tẽpore illo, nisi in quatuorcentis annis, vel quasi ad minus, quos luxit Cain vsque ad mortẽ post vrbem suã conditam, maxime quia non est credendum, ꝙ Cain attigerit magnam ætatem annorum, sicut alij illius tẽporis homines, quia non naturaliter, sed violẽte mortuus est. ¶ De Cain ait Iosephus, quòd Cain congregauit multos ad se, quorum auxilio vrbem condidit, vt rapinas, & latrocinia exerceret, & simplicitatẽ hominum ad inuentionem mensurarum, & ponderum permutauit: primus terminos terræ, & ciuitates mutauit. ¶ Sed non multum videtur quòd Cain latrocinia, vel rapinas exerceret: quia in terra, quam inhabitabat nulla manebat, nisi de semine suo. Non est autem probabile, ꝙ contra suos filios tirannidem exerceret. Etiam quia dato quòd velit prædari; nihil tamen erat, quod prædaretur, quia latrocinia, vel rapinę fiunt de bonis mobilibus, vt de pecunijs, & alijs suppellectilibus. Tunc autem nihil tale erat, quia metalla non erant inuenta, de quibus fieret moneta, cũ Tubalcain ea post inuenerit, nec vestes erant, nisi pelles inornatæ ouium. Suppellectilia autem alia nondum in vsum venerant. *Porro Henoch genuit Irad*. Non est ista linea primogenitorum: sed quicunq; fuerit, qui reduceret in Lamech, qui occidit Cain, quia ista erat intentio scripturæ. *Qui accepit duas vxores*. Iste primo contra diuinam institutionem, & consuetudinẽ præcedentium induxit simultaneam bigamiam; habuit enim simul Odam, & Sellam vxores. Postautẽ licuit sanctis patribus in veteri testamẽto ex diuersis causis ad multiplicãdum populum Dei, vt patet in Abrahã, Iacob, Dauid, & similibus: immo & oĩbus licebat, de quo dicetur lib. 1. Reg. c. 1. & Matth. 19. *Genuit Ada Iabel*. Iste fuit pastor. *Qui fuit pater habitantium in tentorijs*. idest institutor tentoriorum portatilium, in quibus habitarent pastores ad diuersa loca pascuorum. ¶ Iste vt ait Iosephus greges ordinauit, & characteribus distinxit, separauit greges secũdum genera, idest greges ouium a gregibus hædorum, & secundũ qualitatẽ, & greges vnicolores a gregibus sparsi velleris: & secũdum ætatem, vt anniculos a maturioribus. Iste intellexit cõmisuras gregum ceteris temporibus esse faciendas, & vocatur iste pater habitantium in tentorijs, non quòd eos genuerit, sed quòd eos instruxerit, & inter eos principiũ fuerit, sicut pater filij. Sic dicimus Aristotelem patrem philosophorum. *Et nomen fratris eius*. s. ex matre, & patre, quia ex patre etiam Tubalcain fuit frater Iabel, quia vterque fuit filius Lamech. *Tubal ipse fuit pater canentium in cithara, & organo*. non quòd ipse inuenerit ista instrumẽta, quia multo post fabricata sunt, sed quia musicam artem inuenit, & pulsatiuã, qua citharistæ, & organistæ vtuntur. Hoc autem elaborauit, vt pastorum ociosa tędia delectatione musica tollerentur. Homines autem huius tẽporis audientes ab Adam futurum iudicium sęculi, s. ignis, & aqua, labores inuẽtionum suarum columnis, latericijs, & marmoreis consignabant. Tubal autem duabus columnis, s. latericia, & marmorea musicale opus conscripsit, ne lapidea aquis cederet, & latericia ignibus inuiolabilis permaneret, poste rorũ ætati documenta daturus, quarũ lateritia diluuio abolita fuit, marmoream autem apud Iudęam Siria tenet. Greci tamen dicunt Pythagoram magnum inter eos philosophum musicas consonantias inuenisse. De iis Petrus de Riga in aurora hæc inuẽta modo prius est ars musica, quãuis Pytagoram dicant hãc docuisse prius. ¶ Hebræi dicunt vt Rabbi Salomon, quòd Tubal inuenit ista instrumenta ad cultum idolorum, sed hoc falsum est, quia cultus idolorum in prima ætate non fuit, sed cępit in secũda Auenreth, qui ignem in Caldea colere docuit, & Assirophene, qui imagines statuas primo in Aegypto fabricauit, vt aiunt Isidorus, & Eusebius Cesarien. Vel, vt alij volunt, cultus statua rum incępit a Nino rege Niniue circa tempora Abrahæ sub anno ab orbe condito. ter. 1220. Qui bello patri suo mortuo statuam in memoriam constituit, quæ post per abusionem, & potestatem eius intentionem honore diuino a suis culta fuit: & hoc est secũdum numeros interpretum. Fuit hoc ab orbe condito annis mille noningentis octogintaquatuor fere secundum veritatem hebraicam, demendo mille ducentos trigintasex annos. *Sella quoque genuit Tubalcain*. Ista fuit secunda vxor Lamech. *Qui fuit maleator*. idest compositor ferri, & calibis, quia ista cum de terra extrahuntur per maleationem depurantur, & in vnum corpus compinguntur.

Et faber in cuncta opera æris, & ferri.. Aes aliquãdo significat monetã, iuxta illud Luc. 21. c. De vidua, quæ obtulit duo ęra minuta in gazophilatium, idest duos denarios parui valoris. Alio modo signat omne genus metalli. Tertiò modo signat quandam speciem metalli, & isto modo accipitur hic, quia distinguitur contra ferrum. Aliæ autem species metallorum, vt aurum, & argentum non fuerunt a principio inuentæ, sed post per magnum laborem, & cupiditatem ad humanos vsus deuenernnt, sicut ait Ouidius Metamor. libro primo.

Nec tantum segetes, alimentaque debita diues
Pascebatur humus: sed itum est in viscera terræ,
Effodiuntur opes irritamenta malorum.
Iamque nocens ferrum, & ferro nocentius aurum,
Prodierant.

Tubalcain inuentor multarum rerum. Vt ait Iosephus Tubalcain artem ferrariam inuenit, & res bellicas docuit, sculpturas operum in metallis in libidinem oculorum fabricauit. Quo fabricante Tubal frater eius, de quo dictum est, maleorum sono delectatus ex ponderibus eorum proportiones, & cõsonantias, quæ ex his nascuntur excogitauit. Modus autẽ inueniendj metalla talis fuit, dum succenderent frutices in pascuis, venę metallorum, quæ superficietenus eminebant, fluxerũt in riuulos, & sublatę laminæ figuras locorum, in quibus iacuerant referebant: ex quo Tubalcain cognouit, quòd in varias figuras metalla volui possent. Vnde per maleationem ars fabrilis incępit. Vocatur autem Tubalcain maleator quantum ad primam compactionem, vel depurationem metallorum; vocatur faber, quia de metallis diuersa instrumenta, & vasa fabricauit. *Soror vero Tubalcain Noema*, scilicet, soror ex parte matris etiã erat soror Iabel, & Tubal.

Modus inueniẽdi metalla.

Quæst. 15. Solæ quatuor fœminæ describuntur ex nomine suo ante diluuium, s. Eua, quia omnium viuentium principium, & mater fuit: Sella, & Ada, quia fuerunt duę primæ vxores vnius viri, vel propter dignitatem filiorum: Noema, quia ipsa fuit inuentrix omnis generis lanificij, sicut fratres sui multas artes inuenerũt. Vel vt ait August. 15. de ciuitate Dei. Ista linea descripta est linea ciuitatis diaboli, quæ incępit in Cain: & ista ciuitas bonum suum in hac vita habet, quod est quædã corporalis delectatio per mulierem designata. Isti viri hic nominati: & omnes illius tẽporis quadam statura ꝙ proceritate homines nostri temporis valde excedunt, & viribus corporis, vt de gigantibus taceamus, ad quos nulla nostrorum corporum compa ratio esse poterit. Probant hoc antiqua sepulchra, de quibus fluminum viribus ossa ejecta modernorum corporum quantitate mirabiliter excedunt, vt patet per August. de ciuita. Dei. c. 10. Dicit etiam ibidẽ quẽdam molarem hominis se cũ multis alijs simul aspicientibus vidisse, qui si minutatim frãgeretur, cętum de nostris molaribus inde fieri potuisse, quem alicuius gigantis fuisse existimat. Vires autem antiqua facta, & bella denotant. Ait enim Virgi. Aeneidos lib. vlt. de milite fortissimo, qui lapidem magnum ejecit, qui agrorum limites diuidebat.

Vix illum lecti bis sex ceruice subirent.
Qualia nunc hominum producit corpora tellus?

¶ Dixitque Lamech vxoribus. Hic interponitur collocutio Lamech ad vxores suas, vt demonstretur mors Cain, & non computatur vltra linea Cain, non quòd in istis, s. Tubalcain, & Tubal consumatę fuerint generationes Cain vsque ad diluuium, quia tẽpore Tubalcain mortuus fuit Cain, qui fortè octingentos annos non cõpleuit præuentus morte violenta: & quãdo genuit eum Adam transierant quindecim anni a primordio generis humani, vt placet quibusdam, qui non accedunt ad annos primæ ætatis, quæ durauit, s. ab Adam vsque ad diluuiũ vltra mille, & quingentos annos: sed descripsit vsque ad Tubalcain, cuius tempore mortuus fuit Cain, ad quod ista scriptura deducere intendebat. *Audite vocem meam vxores Lamech*. Hic duplicatur ista propositio, & secũdum ꝙ ait Hieronymus in quodam prologo super propheras mino res, quandocunque talia dicuntur, vel ad intellectum spiritualem referuntur, vel auditores multi attenti esse monentur. *Quoniam occidi virum*. Aliqui exponunt istam literam de conquæstione Lamech de vxoribus suis: quia Lamech ad senectutem deueniens male a suis vxoribus tractabatur in pœnam bigamiæ, quia per quæ quis peccat, per hæc punitur. Sapien. 11. Tũc ipse comminabatur eis: quòd si eum male tractando occiderent, maiorem pœnam sustinerent, quàm ipse sustinebat pro morte Cain. ¶ Ad quod sciendum ꝙ Lamech, vt tradit Iosephus, vir sagittarius erat, & multum videndo vsum videndi perdiderat, qui vadẽs ad venationem ferarum non pro vsu carnium, qui in prima ætate non fuit, sed pro delectatione, vel pelliũ necessitate ad vestes puero directore vtebatur. Venit ergo casu quadam die in agro, in quo Cain, qui prę timore incusso, pfugus erat, inter fructeta latebat, cũque puer vidisset fructeta moueri, direxit versus partem illam sagittam Lamech, qua emissa Cain percussus occubuit: quod cum Lamech factũ comperisset, prę tędio puerum tam grauiter arcu percussit, quòd mortuus est. Nunc ergo dicebat Lamech vxoribus suis. *Occidi virum*. idest Cain, qui erat virilis ætatis. *In vulnus meum*. idest per illatum vulnus, effundẽdo sanguinem. *Et iuuenem, vel adolescentulum*. s. directorem, quem dicunt Iudæi fuisse Tubalcain. *In liuore meo*. i. per liuorẽ a me illatum. Dicit liuor nigredo sanguinis apparentis apud cutẽ ex percussione proueniens, quando sanguis non emittitur; sic enim fuerat in ista percussione, quia non fuerat percussus adolescẽtulus gladio, vel aliquo ferro, sed arcu multotiens verberato occubuit tumefacta, & nigrefacta cute sine sangui guinis aliqua effusione. *Septuplum vltio dabitur de Cain*. idest ille, qui percusit Cain, s. ego, punietur in septuplo, quàm Cain. *De Lamech vero septuagies septies*, idest ille, ꝙ occiderit Lamech septuagies septies punietur, quã Cain, vel quàm Lamech. Et volebat dicere vxoribus suis; vxores Lamech ego, qui occidi Cain septupliciter punior: sed si vos me occiditis, me male tractando, quia sic poteritis me occidere, & valde magis puniemini, scilicet septuagies septies.

Expositio prima.

¶ Sed ista expositio falsum supponit, & facit literã falsam. Primo quia non est verisimile quòd duæ mulieres tantum affligerent vnum virum, quòd ipse rogaret eas, ne affligerent, & timeret mortem sibi inferri ab eis, cum posset eas occidere. Itẽ quia Lamech multos filios genuerat, qui si viderent patrem ab vxoribus iniustè affligi, non permitterent. Item quia nõ est verisimile, quòd duæ vxores concordarent ad affligẽdum virum; duæ enim vnius viri vxores inter se raro cõcordant. Item falsa esset litera, quia Lamech non fuit punitus septies, quàm Cain, quia Cain tota vita profugus, & miserabilis membrorum concussus tremore fuit, & ad vltimum sagitta interijt. De Lamech autem nullum malum legitur fuisse passus: & dato quòd occisus fuisset ab vxoribus, non æquiparabatur ista pœna pœnę, quam sustulit Cain. Etiã quia valde irrationabile est, quòd occidẽs Lamech septuagies septies puniretur, cũ peccatum non esset septuagies septies, quod exigebatur ad iustam distributionẽ pœnæ. ¶ Aliqui autem Iudæi aliter exponunt dicẽtes, quòd vxores Lamech audiuerant diluuium futurum esse in diebus illis: ꝓpter enormitatem luxurię, de qua dicit infra 6. c. Quòd omnis caro corruperat viam suam, ideo dicebant inter se, quid nobis proficit concipere, cum filij nostri in diluuio morituri sint? & sic subtrahebant se a thoro Lamech. Lamech autem inducebat eas ad thorum assecurans eas de diluuio dicens. *Occidi virum in vulnus meum*. i. nunquid ego occidi virum per vulnus, vel adolescẽtulum per liuorem, vt a me abstinere debeatis? Vel vt legatur affirmatiuè. *Occidi virum*. idest Cain, & adolescentulum directorem; tamen non debetis propter hoc abstinere a me, tanquã filij vestri sint diluuio perituri, quia vsq; ad septuagintaseptem generationes nõ dabitur vltio

Quæst. 16. Cõfutatio expositionis.

Alia expositio.

de La-

de Lamech. ¶ Sed ista expositio valde infirma est, quia facit implicare contradictionem rationem mulierum, & responsionem Lamech esse debilem, quia vt supponitur, credebant vxores Lamech, quòd diluuium venturum erat propter luxuriam mundi. Quomodo ergo responderet Lamech ad intentionē earum dicens, quòd non puniretur posteritas sua vsque ad septuaginta septē generationes, sicut punitus fuerat Cain in septima? Item ista expositio supponit falsum, scilicet quòd vxores Lamech crederēt diluuiū appropinquare, quia dicitur Luc. 17.c. Edebant, & bibebant, & ducebāt vxores, & dabant ad nuptias vsque in die, quo intrauit Noe in arcam, & venit diluuium, & perdidit omnes; ex quo patet quòd nō retrahebantur vxores Lamech a copula matrimoniali propter timorem diluuij. ¶ Dicendum ergo aliter, s. quòd vxores Lamech abstinebant ab eo: quia sciebāt ipsum occidisse Cain, de quo Deus mādauerat ne aliquis eum occideret sub magna pœna: occiderat etiā filium suum Tubalcain, quem dicunt Iudæi fuisse directorem Lamech: ideo rationabiliter credere poterant illę vxores, quòd proles, quæ gigneretur de Lamech, a Deo propter patrem puniēda esset. Ideo nolebant concipere filios ad occisionem. Lamech autē excusat se dicens eas pacificando: *Occidi virum*. idest licet verum sit, q̄ ego occidi Cain in vulnere cū sanguinis effusione, & adolescentulū in liuore nō effundente sanguinem. *Tamen septuplum vltio dabitur de Cain*. idest si Cain non fuit punitus usque septuplum, idest septimam generationem: ita septuagies septies ultio dabitur de Lamech, i. non punietur usque ad ualde multas generationes; ponitur enim numerus certus pro incerto, q̄ modus in scripturis sæpe inuenitur, ut patet Matth. 18.c. Nō dico tibi usq; septies, sed usque septuagies septies, idest totiens quotiēs aliquis in aliū peccauerit sibi remittendum est. Et procedit dictum Lamech, quia Cain fuit pessimus uir, & ex inuidia cō tra expressum Dei mandatum proditoriè fratrē occidit; Lamech autem ignoranter occidit Cain, adolescentulum autem occidit ex magna ira, dolens quòd occidisset Cain. *Cognouit quoque*. Hic ponitur secundū principale, s. descriptio generationis permansuræ per lineam Seth usq; ad Noe, in quo alius stipes incepit, & ponitur hoc de intentione principali scripturę positis supra quibusdam incidentalibus.

Cōfutatio expositionis.

Expositio uera.

¶ Et dicunt doctores communiter quòd postquā Cain occidit Abel, Adam proposuit ultra se non cognituram uxorem suam, & mansit in hoc proposito per centum annos, lugens filium suum Abel in ualle lachrymarum iuxta Hebron circa Ierusalē: sed post a Deo per angelū monitus fuit, ut accederet ad uxorem suam, quia nolebat Christus de semine depraua-to nasci, & tūc cognoscens uxorē suam genuit Seth, quod tamen improbauimus. q. 4. ¶ Aliqui tamen Iudæi continuant istam literam superiori secundum tē-pus dicentes, quòd quando uxores Lamech nolebāt coniungi uiro suo Lamech, duxit eas coram Adam, qui pater erat oīum, & ut reuerendus iudex increpauit eas, mandans quòd redderent debitum uiro suo: tunc ipsę responderunt Adæ dicentes, iudica prius tibi ipsi, q̄a multis annis segregasti te ab uxore tua Eua quantum ad thorum. Adam autem ne exemplo suo induceret alios ad cessandum a multiplicatione generis humani, accesit tunc ad uxorem suam, & genuit Seth. ¶ Sed hoc esse non potuit, quia Seth fuit genitus anno centesimo trigesimo uitæ Adæ: ut patet c. sequenti secundum literam nostram, & hebraicam: licet septuaginta interpretes dicant hoc factum anno ducentesimo tricesimo uitæ Adæ: sed in tam paruo tempore nō poterant esse septem generationes, quæ fluxerunt ab Adam usque ad Tubalcain, quia in tempore illo sero generabāt homines: & dato quòd genera-ssent ita cito, sicut nunc, scilicet, anno uigesimo, uel modicum ultra, non possent fieri septem generationes in centum triginta annis. *Et vocauit nomen eius Seth*. Qui interpretatur positio, cuius ratio subditur. *Posuit Deus mihi aliud semen pro Abel*. Et propter istā positionem seminis uocauit eum Seth, idest positionē: & dicitur esse positus pro Abel, q̄a Adā uidens Cain pessimum, & a Deo reprobatum non reputabat eum filium. Cum ergo uidit se carere Abel iusto iudicauit se orbatum liberis; deinde postquàm habuit Seth accepit illum in loco Abel mortui. *Sed & Seth natus est filius*. Seth datiui casus est, tenetur acquisitiuè, quia illi natus est filius. *Quem vocauit Enos*. Iste sic dicitur, quia Enos idem est, quod inuocans propter id, quod in litera subditur. *Iste cæpit inuocare nomen Domini*. Fuit iste a Seth patre suo deuotè in diuino cultu educatus intantum quòd aliquas orationes inuenit, in quibus Deū inuocaret, & alios in hoc instruebat. In hebræo habetur. *Tunc incepit inuocare nomen Domini*. idest quòd in tempore istius inceptus fuit cultus idolorum, non ab isto, sed a filijs Cain: ut supra dictum fuit, quia in tempore prędictorum, scilicet Abel, & Tubal honor fiebat idolis: sed hęc falsa sūt, ut supra diximus. ¶ Aliqui uolunt quod iste imagines fecit, & errauit in eis, sed hoc magis falsum, quia sancti uiri filius erat, qui eum non permisisset ad talia inclinari: & causa potissima est, quare non poterat esse in tempore illo idolatria, quia homines non poterāt ignorare unum Deū, quia frequenter apparebat eis: ut patet de Cain, etiā si malus erat. Etiam quia Adam fuerat in paradiso, & cognouerat ista, docebatque filios suos, quare nō poterant circa talia errare.

Quæst. 17. An Adam post occisionē fratris Cain cognouit uxorem.

Prima opinio.

Secunda opinio.

Cō futatio

De recapitulatione creationis hominis, de morte Adæ, & Seth, & filiorum eius, vsque ad Noe. Cap. V.

HIc est liber generationis Adā in die, qua creauit Deus hominem. Ad similitudinem Dei fecit illum: masculum, & fœminam creauit eos, & benedixit illis, & vocauit nomen eorum Adam in die, qua creati sunt. Vixit autem Adam centum triginta annis, & genuit filium ad imaginem, & similitudinem suam, vocauitque nomen eius Seth: & facti sunt dies Adam, postquàm genuit Seth, octingenti anni, genuitque filios, & filias. Et factum est omne tēpus quod vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus est. Vixit quoque Seth centum quinque annis, & genuit Enos. Vixitque Seth postquàm genuit Enos octingenti septem annis, genuitque filios, & filias. Et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus est. Vixit vero Enos nonaginta annis, & genuit Cainan. Post cuius ortum vixit

vixit octingentis quindecim annis, & genuit filios & filias. Factique sunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, & mortuus est. Vixit quoque Cainan septuaginta annis, & genuit Malaleel, & vixit Cainan postquàm genuit Malaleel octingentis quadraginta annis, genuitque filios, & filias, & facti sunt omnes dies Cainan nongenti decem anni, & mortuus est. Vixit autem Malaleel septuaginta quinque annis, & genuit Iared. Et vixit Malaleel postquàm genuit Iared octingentis triginta annis, & genuit filios, & filias. Et facti sunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni, & mortuus est. Vixitque Iared centum sexaginta duobus annis, & genuit Henoch. Et vixit Iared postquàm genuit Henoch octingentis annis, & genuit filios, & filias. Et facti sunt omnes dies Iared nongenti sexaginta duo annis, & mortuus est. Porro Henoch vixit sexaginta quinque annis, & genuit Mathusalem. Et ambulauit Henoch cum Deo. Et vixit Henoch postquàm genuit Mathusalem trecentis annis, & genuit filios, & filias. Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti quinquaginta quinque anni: ambulauitque cum Deo, & non apparuit, quia tulit eum Deus. Vixit quoque Mathusalem centum octoginta septem annis, & genuit Lamech. Et vixit Mathusalem postquàm genuit Lamech septingentis octoginta duobus annis, & genuit filios, & filias; & facti sunt omnes dies Mathusalem nongenti sexagintanouem annis: & mortuus est. Vixit autem Lamech centum octogintaduobus annis, & genuit filium: vocauitque nomen eius Noe, dicens: Iste consolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus. Vixitq; Lamech postquàm genuit Noe quingentis nonagintaquinque annis, & genuit filios, & filias. Et facti sunt omnes dies Lamech septingenti septuaginta septem anni, & mortuus est. Noe verò cum quingentorum esset annorum genuit Sem, Cham, & Iaphet.

Ecc. 44. c.

HIc est. Posita generatione Adæ quantū ad se solum, hic recapitulat, ut deducatur continuatè, & directè usque ad secūdum stipitem, s. Noe. Et tanguntur duo primo fit prædictorum breuis recapitulatio; secundo generationis sanctę continuata deductio ibi. *Vixit autem Adam*. Circa primum. *Hic est liber*. idest ista est scriptura, narratio generationis Adam: quia ante licet diceretur de generatione Adæ, tamen magis tangebantur quædam alia facta: hic autem sola linea generationis deducitur, ideo proprie uocatur liber generationis, sicut primū. c. Euangelij beati Mat. Vocatur liber generationis Iesu Christi, quia ibi sola linea generationis describit nullo alio admixto. Donec illa compleretur. *In die, qua creauit Deus hominem*. Ex hoc uolunt Iudæi, quòd in die, quo Adam formatus fuit, & Eua genuerunt Cain, & Abel in paradiso: sed hoc præcedenti. c. improbauimus. Item hoc impossibile est, & repugnat literę, q̄a licet de conceptione Cain non exprimatur in litera, utrum fuerit in paradiso terrestri, uel extra; tamen de Seth exprimitur q̄ fuerit in centesimo trigesimo anno Adę. Ideo nō potuit esse in die, qua creatus fuit Adam; quando autem dicitur in litera, iste est liber generationis Adā, non intelligitur de generatione Cain, uel Abel, sed de generatione Seth, ut paret immediatè in litera. Impossibile ergo fuit istā generationem fuisse in die formationis, uel creationis Adam. Omnes enim catholici tenent, quòd extra paradisum coierunt primo Adam, & Eua. ¶ Et respondet Nicolaus q̄ dies nō capitur hic pro uno die artificiali, uel naturali, sed pro multis diebus sicut supra 2.c. Istæ sunt generationes cœli, & terræ quando creatæ sunt in die, quo fecit Deus cœlū, & terram, i. in diebus: quia non fuit creatio omnium illorum in una die, sed in pluribus, sic dicit quòd accipitur hic singulare pro plurali. Sed hoc non ualet, quòd ista generatio Adę nō fuit in diebus creationis, sed post. Nec est simile exemplum, quod allegat, quia ibi ponitur necessario singulare pro plurali, quia dies creationis fuerunt plures, dies autē generationis Adæ nō fuerunt, nec in uno, neque in pluribus diebus creationis, ideo dicendū q̄ est sensus. *Iste est liber generationis Adam in die, qua creauit Deus cœlū, & terram*. idest a die, qua creauit Deus &c. s. q̄ cōputando omnes generationes Adam debent computari a die, qua fecit Deus cœlum, & terrā, s. post illum diē, quia ante nihil genuerat. *Ad imaginem*. Quantum ad tres potentias animæ cum tribus actibus suis. *Et similitudinem suam*. Quantum ad uirtutes, quę sunt quidam ornatus imaginis; de ijs diximus supra primo capit. Fecit illum: idest hominem. Hoc refertur ad speciē, quia tota species ad Dei imaginem facta fuit. Vel refert se ad primum indiuiduum, in quo fuit tota natura specifica humana. *Masculum & fœminam creauit eos*. Hoc refertur ad duo indiuidua prima, s. Adā, & Euā. *Creauit eos*. idest formauit, quia nullus eorum fuit simpliciter creatus, cum Adam de limo formatus fuerit, Eua autem de costa uiri. *Et benedixit illis*. idest dedit illis virtutem multiplicandi dicens: crescite, & multiplicamini. *Et vocauit nomen eorum adam*. Hoc nomen adam non est proprium, sed commune; significat enim omnia indiuidua speciei humanę sicut illud nomen homo; magis tamen conuenit masculo primo, quàm Euę, q̄a Adam in hebræo significat præcisum de terra, & dicitur Adā de *adama*. Adama enim terram significat. Adam, scilicet primus uir, fuit præcisus de terra, quia corpus eius de limo formatum est. Eua autem non fuit ita præcisa de terra, sed mediante Adam. *In die qua creati sunt*. idest in die, qua primo formauit eos, s. die sexto; tūc enim uocauit eos homines, siue adam. *Vixitque Adam*. Hic ponitur secundum, s. deductio generis sancti per Seth usque Noe. *Centum & triginta annis, & genuit Seth*. Adam genuerat primo Cain, & Abel cum duabus sororibus eorum, s. Calmana, & Delbora; deinde mortuo Abel accesit ad Euam, nec genuit usque quo esset centum & triginta annorum, & tunc genuit Seth.

Opinio q̄ Abel, & Cain fuerunt geniti in paradiso, quā-do Adam formatus fuit, & Eua.

Cōfutatio opinionis

Resp̄sio Nicolai.

Cōfutatio

Resp̄sio uera.

¶ Metho-

Quæst. 1. Quot annos natus erat Adam cũ genuit Seth.

¶ Methodius martir, & septuaginta interpretes dicunt quòd ducentorum triginta annorum erat Adã cum genuit Seth: & secundum hoc volunt quidam doctores, quòd litera Hebraica tacuerit centum annos, quos Adam tenuit in planctu pro Abel filio suo. ¶ Sciendũ tamen, q̃ interpretes cõcordant in numero totali annorum cuiuslibet hominis hic scripti cũ litera Hebraica, sed differũt, quia aliquando antequã gigneret, ponunt interpretes plures annos, quàm litera Hebraica: deinde subtrahunt eos de annis, quos ponit littera Hebraica post generationem, vt patet in Adam, in cuius tempore totali vtrique concordant, scilicet, quòd vixerit noningentis, & triginta annis, sed litera ista, & Hebraica ponit ei centum, & triginta antequam gigneret Seth. Et deinde octingentos annos, secundum interpretes antequam Adam gigneret Seth, vixit ducentis triginta annis: deinde vixit septingentis annis. De his Augu. 15. de ciuit. Dei. capit. 11. & vltra, vbi concordat omnes varietates annorum. De causa autem huius mutationis, secundum eum infra dicemus. *Genuit filium ad imaginem, & similitudinem suam*, ideſt qui valde similis erat Adæ in tota corporis dispositione, ita vt imago eius videretur, sicut filius in diuinis, & quia multum patrem gignentem perfectè exprimit, vocatur imago eius. Vel dicitur *Ad imaginem, & similitudinem suam*. Et non ad imaginem, & similitudinem Dei, quia natura corrupta ad Dei imaginem, & similitudinem prolem referre non potuit, sed talem genuit qualis erat. Adam enim iam mortalitati subditus erat, & alijs incentiuis peccandi, sic mortalem filium cum reliquijs peccati originalis, & ipsa culpa originali genuit. Non potuit Adam filiũ gignere in imagine, & similitudine, qua ipse formatus est; ad imaginem enim Dei, & similitudinem Adam formatus fuit, vt patet supra primo cap. sed filium suum licet ad imaginem Dei gignere potuerit: ad similitudinem tamen gignere nõ valuit; imago enim in naturalibus attenditur, & ideo amitti non potest. Similitudo autem in gratuitis est, cuius perfectio in quibusdam dotibus status conditi cõstabat, scilicet iustus, & immortalis. Et talem filium Adam gignere non valebat. Similitudo autẽ, & imago hominis ad filiũ proportionaliter accipitur, sicut hominis ad Deum. Sed non potest perfectè homo filium ad imaginem suam, sicut in diuinis gignitur filius imago patris, cum ratio imaginis consistat in expressione rei, cuius est: quia nullus homo vnquam fuit, nec videtur debere esse, qui gigneret filium totaliter eius quantitatis: eiusdem grossitiei, & totaliter vniformem in omnibus figurationibus mẽbrorũ, & oĩbus alijs dispositionibus corporis, & animæ. Filius autem Dei totaliter est similis patri, quia nihil est in patre, quod non sit in filio præter sacramentum generationis, vt ait Hilarius in libris de Trinitat. Ratio est, quia non perfectior est vna persona, quàm altera, cum quelibet sit immensa, & alteri coæqualis: vt patet in Simbolo. *Genuitq; filios, & filias.* Multos filios, & filias habuit Adam postquam genuit Seth. Et vt dicunt quidam fuerunt triginta filij, & totidem filiæ, quorum nomina non exprimuntur, quia non intendit scriptura deducere eorum lineam, sed solum lineam Seth: quia omnes aliæ lineæ diluuio consumptæ sunt, sola linea Seth mãsit, ex qua natus fuit Noe, & post multa tempora Christus Iesus. *Et facti sunt anni Adæ noningenti triginta.* Secundum computationem interpretum durauit prima ætas per duo millia ducẽtorum quinquagintaduorum annorum, secundum literam Hebraicam, & computationem textus nostri durauit mille sexcentis quinquaginta, & sex: & secundum hoc mortuus fuit Adam ante diluuium annis septingentis vigintisex, anno sexagesimosexto vitæ Lamech, anno centesimo vigesimosexto ante natiuitatem Noe. De his Augustinus, de ciuitate Dei, libro 15. cap. 21. *Vixit Seth centum quinque annis.*

Non põt perfectè gignere homo filium ad imaginem suã, sicut in diuinis gignitur filius imago patris.

Ratio imaginis cõsistit in expressione rei, cuius est.

Filius Dei totaliter patri similis est.

In trãslatione interpretũ hr̃, q̃ vixit ducentis quinque, antequam genuisset Enos, sed postea detrahuntur de annis, quos ponit litera Hebraica post generationem, vnde tenent interpretes istam literam, q̃ in nouem generationibus positis vsque ad diluuium cõcordant in totali numero annorum, sed non in numero annorum, quem quilibet attigerat, antequam gigneret. Vnde in prima generatione, secunda, tertia, quarta, quinta adduntur centum anni generantibus ante generationem, deinde subtrahunrur post generationem. In sexta autem generatione, scilicet quando lared genuit Henoch codices nostri, & Hebræi cõcordant codicibus interpretum ponentes ante generationem centum sexaginta annos. Septima autem generatio est sicut præcedentes, scilicet quòd addun tur ante generationem anni centum, deinde subtrahuntur. In octaua autem generatione, qua Henoch genuit Mathusalem, subtrahũtur in codicibus interpretum viginti anni ante generationẽ de annis, quos ponit litera Hebraica; deinde post generationem adduntur ad annos literæ Hebraicè. In litera nostra, & Hebræa dicitur Mathusalem centum octuaginta septem annorum, quando genuit Lamech. In litera interpretum dicitur fuisse centum sexagintaseptẽ. ¶ In nona autem generatione, qua Lamech genuit Noe summa totalis annorum discordat, quia ante generationem ponit litera interpretum habuisse Lamech centum nonagintaocto annos, nostra autem ponit centum nonagintaduos. Sed post generationẽ addit litera nostra, & Hebraica triginta annos supra literam interpretum dicens, vixisse post quingentis & nonagintaquinque. Interpretes ponunt quingentos sexagintaquinque: ideo de tota summa superabundant vigintiquattuor anni in litera nostra, & Hebræa ad literam interpretum. ¶ Sed quomodo hic factum sit, certum non est.

Quæst. De nouo annorum Adæ antequam genuisset Enos.

¶ Hierony. enim qui interpretes non defendit: sed docet præter eorum translationem aliam esse necessariam, fortè diceret hoc ignorantia, vel alia de causa factum fuisse. ¶ Augustin. autem, qui valde defendit eos, dicit de his. 15. de ciuit. Dei. cap. 11. 13. & 15. quòd interpretes viri famosi, & magnæ auctoritatis fuerunt. Et ideo si à litera Hebraica discrepent, & concordari possunt, eis derogandum non est: quia talis mutationis literæ aliqua secreta causa subest; si autẽ concordari non possunt, magis Hebraicè veritati credendum, à qua nobis sacra scriptura prouenit. De mutatione autem hac dicunt quidam, vt ait Augustin. prædicto libro, cap. 12. quia interpretes viri celebres erant, & in scripturis edocti, de quibus non est præsumendum, quòd mentiti fuissent nescientes, vel quòd mentiri voluissent. Iudæi autem licet sic à principio in suis libris habuerint, tamen post vt diminuerent auctoritatem scripturæ nostræ multa loca corruperunt. Augustin. autem refutat istam opinionem: & falsa est, vt probat Hieron. in prologo super Genesim, qui incipit. *Desiderij mei.* Vbi ait, quòd Christus, & Apostoli, siue in Euangelijs, siue Epistolis allegauerunt auctoritates qualiter nunc habentur in litera Hebraica, & non habentur nunc sic in litera interpretũ, ergo videtur, quòd non mutauerint Iudæi: alias Apostoli mẽtiti fuissent, dicentes taliter esse in litera Hebraica, qualiter non habebatur, quòd nefas est, & impossibile: ista enim probatio necessaria est. ¶ Augustin. autem, 15. libr. cap. 15. improbat eam aliter dicens, q̃ facilius erat corrupti literam interpretum, quàm Hebraicam: quia non est verisimile, quòd Iudæi per vniuersum mundum longe, lateque dispersi in hanc sententiam conuenirent, vt sacram scripturam corrumperent, & dum nobis obuiare cupiunt, sibi veritatem auferrent. ¶ Etiam dato quòd eorum malitia tantum excreuisset, non potuissent omnes Bigliæ corrumpi: licet aliquæ corrumperentur. Interpretes autem viri. 70. erant Iudæi, qui non per ignorantiam, cum tot & tanti in scripturis essent, sed per malitiam veritatem gentili regi communicare inuidentes, aliterque quàm in Hebrẽo esset, valde lõge transtulerunt. Sed etiam hoc Aug. nefarium esse credit: quia illi viri in magna auctoritate ab Ecclesia recepti sunt, sed dicit istas mutationes saltem in annis à scriptoribus fuisse ex industria, vel ignorantia factas: & hoc tenet Hiero. in prologo super Paralipo. qui incipit: *si septuaginta.* Dicens quòd si translatio septuagin ta interpretum pura maneret, vt ab eis in Græcum versa est, superfluæ ipse ageret aliam translationem, sed quia scriptores corruperũt, necesse est aliã emendatam de Hebrẽo traducere in latinum.

Alia opin.

Cõfutatio per Augu.

Quæst. 4. Secũdum Aug. vera causa assignatur cur inuenitur error in numero annorum.

Modum autem corruptionis, siue mutationis assignat conuenienter Aug. in c. prædicto quantum attinet ad istam veritatem annorum. s. quòd interpretes scripserint pure, vt in Hebræo habebatur, & sic reliquerint in armario scripturarum Ptolomæi regis: sed post primus, qui inde aliquod exemplum traxit, corrupit in numeris, in quibus facile est errare addita litera, vel minuta. Maxime, quia de numeris scriptores parum curant, quasi nihil ad rem attineat. Quid enim prodest scire quot millia peditum in qualibet tribu Israel fuerint, vel quot annis talis, vel talis vixerit? & deinde ex hoc libro sic mutato multi alij libri extracti sint, qui idem continent. ¶ Sed adhuc iste modus huic loco non valde adaptatur, quia licet summa annorum ante generationem discrepet: sed post per detractionem superaddita totalis summa cum litera Hebraica concordat: vt supra diximus. ¶ Dicendum ergo magis hoc ex industria factum. s. vt veritas sacræ scripturæ euidentior esset. Erat enim apud aliquos antiquitus difficultas, quomodo antiquissimi homines in primordio generis humani tam diutius viuerent. ¶ Dixerunt ergo quidam volentes tollere difficultatem, quòd non erant ijdem anni apud nos, & illos, sed vnus de nostris contineret decem de illis, & tunc oriebatur alia difficultas, quia in litera Hebræa dicebãtur aliqui genuisse, cum essent septuaginta annorum, qui anni secundum prædictam positionem faciunt septem de nostris, in qua ætate nullus gignit, ideo superadderunt centum facientes centum septuaginta, qui faciunt de nostris annis decem septem, in qua ætate homo incipit generare, vel paulo ante. ¶ In prima generatione. s. quãdo Adam genuit Seth in Hebræo ponuntur cẽtum triginta anni, ipsi autem superadderunt centum, dicentes ducentos triginta annos, in qua ætate aliquis perfecte generat: quia de nostris facient annos vigintitres. In anno autem tredecimo nullus ad generandum promptus est, qui red ditur ex centum & triginta annis illius temporis.

Cõfutatio.

Causa vera.

¶ Sed non fuit ista ratio principalis mutandi: quia Adam non solum in 13. anno de nostris, sed etiam in die, qua formatus fuit gignere potuisset. ¶ Fuit ergo causa, quia præcedenti cap. scriptura commemorauit Adam genuisse Cain, & Abel, Cain quoque post multos dies occidisse Abel, & deinde genuit Adam Seth. Dato ergo quòd Adam primo anno, quo exiuit de paradiso genuisset Cain & Abel, sed quousque Cain fieret vir agricola inuidens fratri suo, cum immolauerit, & postea viribus occideret eum, ad minus viginti, vel plures anni transirent, qui fiunt ex ducentis annis temporis illius: sed si diceremus, quòd in anno centesimo trigesimo genuisset Adam Seth, ille esset annus trigesimus de nostris, vsque ad quod tempus non poterat Cain dici vir agricola, & occidere fratrem suum, ideo addidit centum annos, vt recte ætas congrueret. ¶ In secunda generatione, scilicet cum Seth genuit Enos adduntur centum anni, quia in litera Hebræa sunt centum quinque, qui faciunt decem annos, & dimidium de nostris, in qua ætate nemo gignit. Addunt facientes ducentos quinque, qui faciunt de nostris annos viginti & dimidiũ: in qua ætate perfectio inest ad generandũ. ¶ In tertia generatione, qua Enos genuit Cainan ponũtur nonaginta anni, qui faciunt nouem de nostris, in qua ætate nullus vir gignit. Ideo addentes centum fecerunt centum nonaginta, qui faciunt de nostris decem, & nouẽ, in qua ætate quilibet gignit. ¶ In quarta generatione, qua Cainan genuit Malaleel ponuntur septuaginta anni, qui faciunt septem nostros: ideo addit illi centum, vt faciant centum septuaginta, scilicet decem, & septem de nostris ex prædicta causa. ¶ In quinta generatione, qua Malaleel genuit lared, ponuntur anni sexagintaquinque, qui faciunt sex & dimidium de nostris, ideo adduntur centum facientes centum sexagintaquinque, qui sunt decem sex & dimidium, in qua ætate incipit homo generare. In sexta generatione, qua lared genuit Henoch concordat litera hebraica cum interpretibus vtrobique ponuntur centum sexaginta anni, qui faciunt de nostris decem & sex, quod est tempus conueniens ad generandum, & hoc maxime manet ad credendum hoc ex industria factum, scilicet quòd vbi tempus aptũ generationi inuenerũt, nihil mutauerũt. ¶ In septima generatione, qua genuit Henoch Mathusalem ponuntur 65. anni in Hebræo facientes sex & dimidium de nostris: ideo addiderunt centum ex causa prædicta. ¶ In octaua autem generatione, qua genuit Mathusalem Lamech ponũtur anni centum octuaginta, & septem facientes de nostris decemocto annis & magis quàm dimidium, quæ ætas congrua generationi est. Sed de hac subtraxerunt viginti addentes eos post generationem, & hoc fecerũt, vt de industria factum esse non crederetur. ¶ De nona autem generatione, in qua superabundant in totali summa vigintiquattuor anni secundum literam Hebraicam dicit Augustinus sola mendositate ex inaduertantia scriptorum contigisse. Sed de concordia huius generationis, & erroribus, quę sequuntur ad eam, & de totali differentia annorum septuaginta interpretum à litera Hebraica & nostra, & quare in annis primæ & secũdæ ætatis, scilicet ante Abraham discordauerunt, & postea non nisi rarissime, & an sustineri possit summa annorum septuaginta interpretum, vel omnino tanquàm falsa abijcienda sit & de aliis, quæ ad hoc attinere possunt, late dicimus in cõmentariis nostris super Eusebium. *Et facti sunt Omnes dies Seth noningentorum duodecim annorum.* Iste fuit mortuus ante diluuium sex centis & quatuordecim annis post mortem Adæ centum & duodecim annis, ante natiuitatem Noe quatuordecim annis patent ista per subtractionem annorum Seth, qui sunt nongenti duodecim, quibus addantur centum triginta, quos egerat Adam, quando genuit eum, sunt mille quadragintaduo, quibus subtractis de mille sexcentis quinquagintasex, per quos durauit prima ætas vsque ad diluuium manent sexcenti quatuordecim. Secundum patet: quia Adam vixit noningentos triginta annos, Seth autem nongentos duodecim, superant ergo decemocto de vita Adæ super vitam Seth. Isti decemocto subtrahantur de centum triginta, quos

Qua ætate vir incipit generare.

Quanto tẽpore vixit Adam, & Seth.

quos egerat Adam quando genuit Seth, manebunt centum duodecim anni, quibus vixit Seth post mortem Adę. ¶Tertium patet ex iam primo probato, scilicet, quòd Seth mortuus fuit quatuordecim annis ante natiuitatem Noe, quia Noe natus fuit sexcentis annis ante diluuium, vt patet infra, sed mortuus fuit Seth sexcentis quatuordecim annis ante diluuium, vt patuit supra; ergo manent quatuordecim anni inter mortem Seth, & natiuitatē Noe. *Vixit Enos nonaginta annis.* In litera interpretum ponūtur centum nonaginta, vt prædiximus. *Facti sunt omnes dies Enos noningentorum quinque annorum.* Iste fuit mortuus ante diluuium annis quingentis & decemsex: sed subtrahendo annos istius ab annis primæ ætatis totalis, scilicet nongentos & quinque & centum & quinque, quos habebat Seth, cum eum genuit, & centum triginta, quos egerat Adam cum genuit Seth, qui faciunt annos mille & centum quadraginta, qui subtrahantur de mille sexcentis quinquagintasex, quos durauit prima ætas, manent quingenti & decē & sex. ¶Fuit etiam iste mortuus post Adam annis ducentis & decem: patet quia Adam fuit mortuus ante diluuium annis septingentis & vigintisex: vt supra probauimus, à quibus subtrahantur anni quingenti decem & sex, quibus mortuus fuit Enos ante diluuium, vt immediate probauimus manēt ducenti decem anni medij inter mortem Adam, & Enos. ¶Et fuit mortuus Enos anno octuagesimoquarto vitæ Noe. Patet quia Noe natus fuit sexcentis annis ante diluuium, a quibus subtrahantur quingenti decem, & sex quibus mortuus fuit Enos ante diluuium, manent octuaginta & quatuor anni, quibus iam vixerat Noe. *Vixit quoque Cainan septuaginta annis, & genuit.* Litera interpretum ponit centum septuaginta, vt prædictum est. *Et facti sunt dies Cainan nongenti viginti anni.* Iste mortuus fuit ante diluuium quatuorcentis & vndecim annis, patet quia Enos pater huius mortuus fuit ante diluuium quingentis & decemsex annis, vt supra patuit. Sed Cainan vixit post eum centum & quinque annis, quibus subtractis de quingentis decem & sex, manent quatuordecim & vndecim. ¶Assumptum patet quia Enos vixit nongentos, & quinque annos, Cainan autem noningentos & viginti, ergo superant quindecim & nonaginta, quos habebat Enos, cum genuit Cainan, qui faciunt centum & quinque annos. ¶Mortuus fuit Cainan post mortem Adæ trecentis & quindecim annis, patet quia Adam ante diluuium septingentis & viginti sex annis obiit: vt supra probatum fuit, Cainan autem quatuorcentis & vndecim, qui si subtrahantur de septingentis viginti sex, manent trecenti quindecim. Etiam mortuus fuit anno centesimo octuagesimonono vitę Noe, patet quia Noe sexcentis annis ante diluuium natus fuit, vt patet infra septimo c. & iste mortuus fuit ante diluuium quatuorcentis & vndecim, quibus subtractis de sexcentis, manent centum octuaginta nouem anni, quos agebat Noe, cum mortuus fuit Cainan. *Vixit autem Malaleel sexaginta quinque annis, & genuit.* In textu septuaginta interpretum ponuntur centum sexagintaquinque, vt supra diximus. *Et facti sunt omnes dies Malaleel octingenti nonagintaquinque anni.* Iste fuit mortuus ante diluuium trecentis sexagintaseptem annis, quia Malaleel vixit supra Cainan patrem suum annis quadraginta, quibus subtractis à quatuorcentis vndecim, quibus mortuus fuit Cainan pater eius ante diluuium, manent trecenti septuaginta unus anni. ¶Assumptum patet, quia Cainan genuit Malaleel, cum esset septuaginta annorum, vt patet in litera, a quibus subtrahantur triginta anni, quibus minus vixit Malaleel quàm Cainan, quia Cainan vixit noningentis & viginti annis, Malaleel autem octingentis nonaginta, manebunt ergo triginta anni inter mortem Cainan, & Malaleel. ¶Obiit etiam Malaleel post mortem Adę trecentis & quinquagintaquinque annis: patet quia Adam septingentis vigintisex annis ante diluuium mortuus est, Malaleel autem trecentis septuaginta & vno, quibus subtractis de illis manent anni trecenti quinquagintaquinque. ¶Fuit mortuus Malaleel anno vitæ Noe ducentesimo vigesimonono patet, quia Noe sexcentis annis præcesit diluuium, sed Malaleel mortuus fuit ante diluuium trecentis septuagintauno anno, qui si subtrahantur de sexcentis, manebunt ducenti viginti nouem, quibus vixit Iared Noe ante mortem Malaleel. *Vixitque Iared centum sexagintaduobus annis, & genuit.* In ista generatione concordat litera interpretum cum litera Hebraica, & nostra: causa supra assignata fuit. *Et facti sunt omnes dies Iared nongenti sexagintaduo anni.* Iste fuit mortuus ante diluuium annis ducentis & triginta & quatuor, patet quia pater eius fuit mortuus ante diluuium annis trecentis septuagintauno, vt supra patuit, sed Iared vixit post mortem patris sui Malaleel centum triginta septem annos, qui si subtrahantur de trecētis septuaginta uno, manent trigintaquatuor, scilicet ducenti trigintaquatuor. ¶Assumptum patet, quia Malaleel vixit octingentos nonaginta annos, Iared vixit noningentos sexagintaduos annos, in quibus deficiunt septuagintaduo anni de vita Malaleel ad vitam filij sui Iared, qui si addantur ad sexagintaquinque, quos agebat Malaleel, cum genuit Iared manent centum triginta septem, quibus mortuus fuit pater ante filium. ¶Obiit Iared post mortem Adæ annis quadringentis nonagintaduobus: patet subtrahendo ducentos trigintaquatuor à septingentis vigintisex, quos præcesit mors ad diluuium. ¶Obiit etiam Iared anno vitæ Noe trecentesimo sexagesimosexto: patet quia Noe ante diluuium sexcentis annis natus fuit, à quibus subtractis ducentis triginta quatuor, quibus mortuus est Iared ante diluuium, vt patet, manent trecenti sexagintasex anni, quos agebat Noe, cum mortuus fuit Iared. *Porro Henoch vixit sexagintaquinque annis & genuit.* Hic addit litera interpretum centum annos ex causa supradicta. *Factique sunt omnes dies Henoch trecenti sexagintaquinque anni.* Iste raptus fuit ante diluuium annis sexcentis sexagintanouem: patet quia pater suus Iared vixit super ipsum Henoch raptum quatuorcentis & trigintaquinque annis: sed ille ante diluuium mortuus fuit ducentis trigintaquatuor annis, ergo Henoch raptus fuit ante diluuium annis sexcentis sexagintanouem, patet consequentia addendo quatuorcentos triginta & quinque ad ducentos trigintaquatuor. ¶Assumptum patet, quia Henoch vixit annis trecentis sexagintaquinque antequàm raperetur quibus adiungamus centum sexagintaduos annos, quibus vixit Iared antequàm gigneret filium suum Henoch erunt quingenti viginti septē quibus subtractis à noningentis sexagintaduobus manent anni quadringenti trigintaquinque, quibus vixit Iared post raptum filij sui Henoch. ¶Raptus fuit etiam Henoch post mortem Adæ annis quinquaginta & septem: patet quia Adam fuit mortuus ante diluuium annis septingentis vigintisex, à quibus subtractis sexcentis sexaginta & nouem, quibus fuit raptus Henoch ante diluuium, manent anni quinquagintaseptem. ¶Raptus fuit etiam ante natiuitatem Noe annis sexagintanouem: patet quia Noe ante diluuium sexcentis annis natus fuit, sed iste ante diluuium annis sexcentis sexagintanouem raptus fuit, ergo si detrahantur sexcenti

Quo tempore Enos vixerit, & obierit.

Alia litera habet 10.

Mors Cainan.

Quæst. 5. An Henoch viuat an mortuus sit.

Mathusalem.

Quæst. 6. Quot annos natus erat Mathusalem cū genuit Lamech.

Differdāt 70. à litera Hebraica.

sexcenti ex iis manebunt sexagintanouem. *Ambulauit Henoch cum Deo.* ideſt in viis domini recte viuendo. In Hebræo dicitur: *Ambulauit Henoch ad Deum.* Eadem sententia est. *Et non apparuit.* scilicet inter alios homines. In Hebræo dicitur: *Et non ipse.* i. ipse non visus fuit. *Quia tulit eum Deus.* s. per mortē, vt volūt Iudęi.

¶Dicunt enim quòd licet Henoch iustus esset tamen quasdam pronitates ad peccandum habebat, quibus cum magna difficultate resistebat, ideo ex diuino iudicio, & beniuolentia mortuus fuit ante terminum, in quo alij mori consueuerunt ne laberetur in peccatum, vt dicitur de bonis Sapientiæ quarto capitulo: Iustus si morte fuerit præoccupatus in requie manet, vel in refrigerio erit. ¶Sed doctores catholici omnes & tota fidelium ecclesia credit, q̄ Henoch translatus fuerit in Paradisum, & forte sicut Elias in curru igneo, de quo 4. Reg. 2. c. sed nō visus est transferri: quia forte nullus erat tunc dignus videre eum trāsferri, sicut vidit Eliseus Eliā, quia sanctus vir erat. ¶Et manent isti duo in terrestri Paradiso, vt post pugnēt, & prædicent contra Antichristū: & hoc litera aliqualiter demōstrat, quia nō dicit de eo, q̄ mortuus est, sicut de aliis, sed q̄ translatus est, scilicet vt maneret in alio loco meliori, quia cęteros in vitæ sanctitate auertebat. Et hoc etiam innuit textus Sapien. 4. cap. consociando aliqualiter intentioni Iudæorum, sed non totaliter, scilicet placens Deo factus dilectus, & viuens inter peccatores translatus est, raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius: & hoc clarissime habetur Eccles. 44. c. Henoch placuit Deo, & translatus est in Paradisum, vt det gentibus sapientiam. Idem ad Hebræos 11. c. Iudæi autem hunc librum non habent, ideo dicunt Henoch non fuisse viuētem translatum: sed mortuum. *Vixit quoque Mathusalem centum octogintaseptem annis, & genuit.* In ista quarta generatione discordat litera interpretum à litera Hebraica, quia ante generationem diminuit hic litera interpretum ponens Mathusalem genuisse Lamech, cum esset centum sexagintaseptem annorum: & sic diminuit viginti annos, quos addit post generationem. *& facti sunt omnes dies Mathusalem noningenti sexagintanouem anni.*

Iste fuit, qui maxime inter mortales vixit præter illos duos, scilicet Henoch, & Eliam, quorum vitam vsque hodie est, & durabit vsque ad tempora Antichristi. ¶Iste Mathusalem mortuus fuit in anno quo inundauerunt aquæ diluuij, & patet, quia quādo Mathusalem genuit Lamech, erat centum & octogintaseptem annorum, quibus si addantur centum octo gintaduo anni a tēpore, quo natus fuit Lamech vsq; genuit Noe facient 369. annos, quibus si addantur sexcenti anni, qui fluxerunt à natiuitate Noe vsq; ad diluuiū, vt patet ī. 7. c. faciēt noningentos sexagintanouē annos, quibus asserit litera vixisse Mathusalem. Secūdū literā interpretū deficere deberēt viginti anni, quos subtrahunt de centū octogintaseptem annis, quos habuit Mathusalem cum genuit Lamech. Sed quia post in annis Lamech addunt interpretes sex annos antequàm gigneret Noe, dicentes eum tunc fuisse centum octogintaocto annorum, ideo deficient quatuordecim, qui non possunt ex aliquo loco suppleri ex litera interpretum: & secundum illam literam necesse erit dicere, quòd Mathusalem vixit post diluuium quatuordecim annos, quia in totali summa interpretes cum litera nostra, & Hebraica concordant: sed hoc repugnat auctoritati sacræ scripturæ, quæ dicit omnem animam viuentem, quæ non introiuit in arcam periisse aquis diluuij, & adiungit, quia solum octo animæ saluæ factæ sunt per aquam, scilicet Noe, & tres filij sui cum quatuor vxoribus, inter quos non computatur Mathusalem. Et ideo aliqui respondent, vt ait Aug. de ciui. Dei, c. 12. lib. 15. q̄ Mathusalē tūc nō in terra, sed in Paradiso cū patre suo Henoch fuit, & post diluuiū in terras redierit & quatuordecim annis vixerit. ¶Sed istā opi. non tenet Augustinus adhærens magis literæ Hebraicæ dicens, quòd ista litera mendose à translatoribus de libro interpretum transcripta sit. Mortuus autem fuit Mathusalem septingentis & vigintisex annis post mortem Adę, quia Mathusalem in anno diluuij mortuus fuit, in quo anno complebantur anni septingenti vigintisex à morte Adæ, & sexcenti à natiuitate Noe. *Vixit Lamech centum octogintaduobus annis, & genuit.* In ista generatione discordant interpretes à litera nostra, & Hebręa: quia ante generationem ponunt habuisse Lamech annos centum octuagintaocto addentes sex ad nostrum numerum, sed post generationem detrahunt triginta, ita quòd collecta vniuersitate annorum Lamech, secundum nostram literam excedunt vigintitres anni ad literam interpretum: quia in litera interpretum ponitur tota summa septingenti quinquagintaquatuor, sed in nostra litera ponuntur anni septingenti septuagintaseptem. Iste mortuus fuit quinque annis ante diluuiū, patet quia quando Lamech genuit Noe, erat centum octuagintaduorum annorum, quibus si addantur sexcenti anni quibus post vixit Noe ante diluuium erunt anni septingenti octogintaduo: sed omnes anni Lamech fuerunt septingenti septuagintaseptem: ergo deficiunt quinque anni, qui fluxerunt à morte sua vsque diluuium. *Et vocauit nomen eius Noe.* Qui interpretatur requies, & vocatur Hebraice. *Noha.* Ratio impositionis subditur in litera. *Iste consolabitur nos ab operibus.* Hoc exponitur vt communiter de reparatione generis humani pene lapsi: quia timebant homines illius temporis, quòd totum genus humanū diluuio delendum esset, & quia cognouit Lamech prophetice quòd in isto, & posteris eius genus humanum conseruandum erat, ideo vocauit eum quietem, vel consolatorem. In Hebræo dicitur. *Iste quietabit nos.* Et exponūt Iudæi, vt Rabbi Sal. de inuētione instrumentorum rusticorum: quia ante tempus Noe laborabāt homines colentes terram propriis laboribus corporum suorum, & in hoc maxime vexabātur, & modicum proficiebāt. Noe autē primo fabricauit vomeres, & aratra, & agriculturā pro maiori parte ad bruta animalia transtulit, vt iunctis bobus, & iumentis ararent, & nō propriis manibus: & hic magna quietatio fuit toti generi humano, & ista expositio multū consonat literæ secūdum ea, quæ subduntur. *Quietabit nos ab operibus manuum nostrarum.* i. faciet nos quiescere ne tantum laboremus transferendo istos labores ad bruta animalia. *In terra, cui maledixit dominus.* i. in terra, quæ non dat fructus suos, nisi cum magno labore humano: quia Deus maledixit ei propter peccata hominū, ideo necesse erat laborare, si autem peccata non fuissent, nec terra maledicta, sed sine labore fructus suos protulisset in deliciis Paradisi.

Noe primo vomeres fabricauit, & aratra.

Circa prædicta aliqui dubitāt de tanta diuturnitate quāta pdicatur de hominibus illis primæ ætatis. ¶Et aliqui ex hoc volunt detrahere fidem sacræ scripturæ dicētes, q̄ non potest esse q̄ aliqui homines tam diutius viuerent. Sed ista magna insania est, quia veritas sacræ scripturæ est immediate à Deo reuelante: ideo impossibile est eam mentiri, sicut Deus nō mentitur, quia fidelis est, & seipsum negare non potest, vt ait Apostolus 2. Thim. 2. c. ¶Alij autem volentes veritatem sacræ scripturæ reddere clariorem eam corrumpunt

Quæst. 7. Quo isti hoies potuerint tā diu viuere.

Prima opinio.

Secunda opinio.

rumpunt dicentes, quòd quando dicitur hic de hominibus illis, quòd noningentis annis, vel amplius vixerint, non intelligitur de annis, quos nos habemus, sed vnus annus de nostris continet quinque, vel sex vel plures, siue pauciores de annis illis. De hoc Augusti. de ciuita. Dei lib. 15. cap. 13. & 14. & 16. Et reddunt hoc probabile per ea, quæ scribit Solinus in Polistor. cap. primo de diuersitate annorum dicens, quòd apud Aegyptios olim quatuor mensibus annus terminabatur, apud Archadas tribus, apud Archananas sex: in Italia apud Latinos tredecim, & isti multum volentes defendere scripturam sacram dicunt vnum annum de nostris facere decem, de illis, vt ducenti anni de illis sint triginta de his.

Quæst. 8. Sed isti multa inconuenientia faciunt, primum quòd illi homines, qui longeui dicebantur, ad ætatem modernorum non accedant: nunc enim aliqui centum annos, aliqui centum viginti, vel centum triginta annos agunt, qui facerent mille, & ducentos, vel mille & trecentos de annis illis. In illis autem hominibus nullus fuit, qui annum millesimum attigisset, ergo nullus illorum vsque centum annos de nostris vixit: sed hoc irrationale valde est, quia deficiente corpore humano, & producente vltra sęculo ætates hominum minuuntur: sed in prima ætattę mundus valde nouus erat, ergo duratio hominum ibi amplius tendebatur. ¶Item hoc contra sacram scripturam est: si enim decem anni vnum de nostris facerent, cum commemorarentur hic sexaginta anni, sex annos de nostris intelligere deberemus: & cum dicimus centum annos, decem intelligeremus, quòd in anno decimo cum dimidio gigneret, in qua ætate nemo naturaliter gignit. Et cum dicitur quòd Malaleel sexagesimoquinto anno, & Cainan septuagesimo genuerunt, innuitur quòd vnus in sexto anno cum dimidio, alius in septimo genuerint; in tali autem tempore gignere nobis, & cuilibet hominum naturaliter impossibile est. Item maxime repugnat sacrę scripturæ, & quia in vno anno nostro decem de illis ponerentur, & quilibet illorū annorum triginta sex dies contineret, & esset vnus annus vnus senarius quadratus, s. triginta sex dies, qui numerus si dicatur sex in se quadrate. s. sexies sex, sunt triginta sex. In istis aūt annis nō sunt mēses, quia vnus annus faceret vnū mensem: sed infra 8. cap. ponuntur menses, s. quòd septimo mense stetit arca super montes armeniæ. Et si dicantur isti anni diuidi in menses, tunc cuilibet mensi tres dies solum dabuntur. Sed hoc ridiculum est, & repugnat literæ: quia infra 8. cap. dicitur: Septimo mense vigesima septima die mensis: ergo videtur quòd mensis tantus erat, sicut nunc est. ¶Et si dicas quòd mensis tantus erat sicut nunc, sed non erant tot menses in anno sicut nunc, sed tres sicut apud Archadas, quatuor sicut apud Aegyptios: hoc falsum est, quia infra octauo cap. dicitur quòd decimo mense apparuerunt cacumina montium, ergo tot menses, & tot dies annus illius temporis habebat sicut nunc habet. ¶Concluditur ergo quòd homines primæ ætatis valde longeui erant, qui ad tantum annorum numerum pertingebant, cum annus tunc, & nunc æqualis fuerit.

Quæst. 9. Quomodo tam sero generabant, cum non haberēt propositum castitatis. ¶Quærit adhuc Augustinus 15. de ciuitate Dei, capitulo vigesimoprimo, quomodo homines illius temporis castitatis propositum non habentes tam seros filios generabant. ¶Respondetur dupliciter: vno modo quòd sicut in istis hominibus ætas longa erat, ita ex proportione ætatis pubertas, vel tempus potentiæ generandi serius, quàm nunc eueniebat. ¶Huic reiponsioni non multum adhæret Augusti. & non est valde rationale: quia pubertas eodem tempore, vel quasi omnibus hominibus aduenit. Cum ergo aliqui de istis, vt Malaleel, & Cainan in sexagesimoquinto: & septuagesimo genuerunt, quomodo alij, vt Lamech leguntur in anno centesimo octuagesimo secundo genuisse? Non poterat esse tanta inter eiusdem temporis homines pubertatis distantia. ¶Aliam responsionem congruentem assignat Augustinus dicens, quòd isti filij, quos ponuntur homines genuisse, non erant primogeniti sui, sed ante eos alios filios genuerant. ¶Est autem ratio in promptu: quia legislator intendebat deducere lineam progeniei Seth vsque Noe, qui cum filiis suis solus, & vxoribus diluuij aquas euasit. Et ideo nō poterāt in linea generationis describi primogeniti: sed illi, quos generationis necessitas ad eandem lineam exigebat: & non est absonum, aliquos de primogenitis in hac linea fuisse descriptos: sed non fuerunt omnes primogeniti. De Adam manifestum est, quòd filius eius, qui ei in hac linea succedit, non fuit primogenitus, scilicet Seth, quia Cain, & Abel refert scriptura præcessisse. Quòd autem Malaleel sit primogenitus Cainan, quia cum saptuagesimo vitæ suæ anno genuit, & quòd Iared sit primogenitus Malaleel, quia cum sexagesimoquinto anno vitæ suæ genuerit, latis verisimile est, quòd autem Noe fuerit primogenitus Lamech, hoc nulla ratione crediderim, quia eum centesimo octuagesimo secundo vitæ suæ anno genuit, vsque ad quod tempus non est verisimile, eum abstinere voluisse, cum illius temporis homines etiam Sanctissimi, vt Henoch à gignendo non abstinebant: quia de Henoch legimus, quòd habuerit filios, & filias, sed dicendum quòd alios filios ante Lamech habuerit, sed illi non pertinebant ad intentionem scripturæ: ideo non descripti sunt. Exemplum autem huius habemus in genealogia Saluatoris, quam Matth. describit deducens ab Abraham vsque in Christum, in qua non semper primogeniti describuntur, sed illi, per quos Saluatoris nostri linea texebatur. Abraham autem genuit Isaac. Si autem primogenitū nominare voluisset, Ismahelem prius nominasset, & cū subditur, Isaac genuit Iacob, cur non præponitur Esau, qui primo genitus videbatur? & deinde Iacob genuit Iudam, quare non præponitur Rubē, qui præcesit in filiis Iacob? & cum describitur de Dauid dicitur: Dauid autem genuit Salomonem, cur non præponitur Amon Abisalon, vel Adonias, cum & ipsi Salomone multo priores extiterint? Hæc sola ratio est, quia ad Saluatoris lineam nullo modo attinebant. ¶Nec ergo alij primogeniti illorum hominum primæ ætatis describuntur: quia ad lineam ducentem in Noe non accedebant. De his Augustinus de Ciuitate Dei, libro decimoquinto, capitulo decimosexto. ¶Et si quæratur, quare ergo in linea Cain, in qua non intendebat scriptura deducere aliquem terminum talem, tam sero gignebant, vt non plures, quam septem generationes, vsque ad diluuium describantur in tempore mille sexcentorum quinquagintasex annorum: ad quod oportebat quemlibet de linea illa post annum ducentesimum vicesimum, & vltra gignere, si æqualiter isti anni per septem generationes describantur. ¶Respondetur quòd linea Cain non fuit descripta vsque ad diluuium, sed forte per mille annos, aut per octingentos ante cessauerunt illæ generationes, quæ de Cain describuntur: quod patet, quia Tubalcain, & Tubal sunt vltimi viri, qui in illa linea enarrantur: sed isti nati sunt antequàm Cain occideretur, qui forte non attigit septingentos annos, vel ad plus octingentos morte violenta præuentus. Et ex hoc infertur, quòd illæ generationes erant valde tardæ: quia in tam pauco tempore septem generationes enarrantur. Maxime, quia etiam vt vult Augusti. de ciuit. Dei. cap. 21. non fuerunt isti, qui describuntur in linea Cain primogeniti in recta linea Cain: sed reges in ciuitate constructa per Cain, qui non assumebantur de primogenitis: sed de quibuscunque probis viris. Vel solum nominantur illi viri, qui aliquarum nobilium artium, & ingeniorum fuerunt inuentores: licet omnium eorum non describantur ingenua, quod conuincitur: quia cum in vltima generatione, scilicet filijs Lamech, vnum sicut in cæteris virum nominare deberet, tres viros, & vnam fœminam assignauit, quod pene contra morem sacrarum scripturarum est, nisi ex aliquo speciali euentu, & ne iste quatuor personæ superfluæ contra morem scripturæ in vno loco positæ viderentur, eorum ingenia specialiter descripta sunt, de quibus specialiter in textu. Si autem sic fuit, nō contingeret omnes istos primogenitos esse, quare oportebat generationis lineam aliquando variari. Et non intelligas, quòd isti reges sic regnauerint, vt in litera describuntur, quia omnes hi nati fuerunt viuente Cain, quia Lamech qui penultimus omnium est Cain occidit, sed Cain viuente, qui ciuitatem construxerat, non est verisimile quenquam de sua regnasse progenie.

¶Intelligendum ergo est, quòd licet omnes isti ante mortem Cain nati fuerint: tamen mortuo Cain omnes regnauerunt eo ordine, quo nati sunt.

¶Dicendum ergo, quòd siue isti reges fuerint, vt ait Augusti. siue aliqui alij, sufficit tamen, quòd illi solum hic enarrantur, per quos in Lamech generationis linea deueniret, qui occidit Cain. Ista enim erat intentio scripturæ, scilicet demonstrare punitionem Cain esse factam, quam Deus comminatus fuerat ante fuisse futuram. Et hoc satis necessarium videbatur, ne aliquid Deus promisisset, cuius impletio nō legatur. Maxime in tali crimine, ne alii eius pœnam non legentes in similia faciliter ducerentur. Et ideo cum peruenitur ad Lamech cessat linea Cain, & in hac linea non annotantur annorum descriptiones, sicut in linea Seth, quia linea iustorum dignior est, & de intentione principali scripturæ, quam prosequi intendebat ad temporum euidentiam: in hac autem nulla vtilitas erat tempora designare.

Quæst. 11. Cur homines nostræ ætatis, tam cito moriantur, cū prima ætate tam diu uiuerent. ¶Quæretur etiam, quare homines primæ ætatis tam diutius durauerunt, cū nostra ętas tam breuibus terminis includatur. ¶Respondetur quòd ratio multiplex est; prima est a bonitate complexionis ex parte principij intrinseci. Omnis animalium vita in armonia calidi & humidi radicatur: tunc ergo vita animalis diuturna est, cum calidum serò extinguibile est, & humidum tarde desiccabile, naturaliter tamen magis deficit humidum, quàm calidum: cum humidum calidi materia, & fundamentum est; calidum autem non deficit, nisi illo deficiente: sicut ignis non deficit, nisi ligna deficiant, nisi per accidens, licet in hoc differentia sit, quia calidum animalis certā quantitatem humidi vult, quæ si multum excedat calidum extinguetur. Calor autem ignis etiam si infinitum de lignis apponatur, non deficiet, sed magis extenditur. De quibus Aristo. 2. de anima. cap. de potentia nutritiua. Cum autē istud humidum tēperatius, & solidius est, tāto diutius manebit in eo calidū naturale, quibus manētibus, vita remanet. Si aūt istud sit male cōmixtū, & debile, cito cōsumetur, & vita aīalis cibit.

Non sem-buli. ¶Ista patent quemadmodum dicimus de combustibili. Si enim combustibile debile sit, vt stupa, fe-

num, & stipula ignis cito deficiet, quantuscunque apponatur. Si autem combustibile solidum sit, & forte, vt dura ligna, & ferrum, ignis in eis multum durabit. Patet etiam in alimentis: sunt enim quædam cibaria delicata, quæ licet bene nutriant: tamen si calor per motum, vel exercitium intendatur, cito per euaporationem consumuntur, ideo talia cibaria non conueniunt hominibus magna exercitia faciētibus. Alia autem cibaria solidiora sunt, quæ licet durioris digestionis sint: cum tamen bene digesta fuerint tenaciter membris inhærent, vt tardius consumantur. ¶Sic ergo cum Deus in primis parentibus totius spetiei temperatissimam complexionem posuerit, illa immediate purius deriuata fuit in semine eorum, quàm nunc, cum iam valde multa inerit impuritas. Caro enim nostra collata carni hominum illius temporis multum de impuritate habet, quare non potest tanto tempore in eo calidum naturale permanere, cum sit disconueniens humidū, sicut cū igni, qui nutritur in humido vnctuoso olei, vel sebi, si incipiente diminui illo humido apponatur in maiori, vel æquali quantitate de humido aqueo, nō manebit ignis cōsumpto humido vnctuoso, quia humidum aqueū non est propria materia, & cibus ignis. Et quod de hominibus dicitur, idem de cæteris manentibus subintelligendum est, quia eorum periodus multum abbreuiata est. ¶Et si arguas, quòd secundum hoc illi homines, qui secundum lineam descendebant de primis parentibus immediatius, magis viuere deberent, quàm sequentes. s. magis pater quàm filius, & filius magis quàm nepos, & sic cōsequenter, ita quòd vita Adę diuturnissima fuisset: vita autem vltimi hominis in uniuerso sit breuissima semper loquēdo de hominibus, qui naturaliter, & non violēter moriunt. Rō huius, quia magis appropinquant primę puritati naturæ primi, q̄ vltimi. Sed hoc falsum est, quia magis vixit Mathusalē, qui fuit octauus ab Adam q̄ oēs precedentes, ēt magis quàm Adā: vt patet in hoc cap.

Obiectio.

Resp. causę plurime ad uitam adiuuātes. ¶Respondetur quòd ista ratio valeret, si nō essent aliæ causæ adiuuantes ad vitam, vel repugnantes, scilicet origo generationis, tempus generationis, influētia astrorum ſm motum, & proprietatem figurationis planetarum, cibi qualitas, laborum assumptio, cōuersationis modus, & regio inhabitationis, multa quoque alia, a quibus naturaliter salus, & sanitatis destructio causam hūt. Si ergo daremus oīa ista similia, vel eadem in oībus, tunc necesse esset semper posteriores ordinatim minus viuere: sed illa nunquam eadem in aliquibus duobus dantur: nec oportet quòd si aliqui duo æquali tempore viuunt, q̄ æquale haberent principium permanēdi, quia aliquis, qui ad multum viuēdum a principio intrinseco adiuuatur a causa extrinseca continget, q̄ impediatur. Alius aūt, qui ad multum viuendū ab intra indispositus est a causis extrinsecis concordibus continget, quòd adiuuetur, & sic durabit ęqualiter, vel magis quàm ille, qui ad viuendum valde dispositus erat.

Quæst. 12. 2. Causa. ¶Secunda causa est, quia temperate viuebant vtentes solum fructibus arborū, & herbis, de quibus Ouidius Metam. lib. 1. & Boetius de cōsol. lib. 2. metro. 5. De his autem. supra 1. c. diximus, & in secundo.

3. Causa. ¶Tertia causa fuit bonitas nutrimenti valde conuenientis ad restaurationem humidi deperditi per calorem, nunc autem terrę nascentia peiorata sunt, postq̄ aquę diluuii venerunt super uniuersam terram, quę maxime erāt de aquis Oceani, quę salsę sunt, ut patet infra 7. c. rupti sunt oēs fontes abysi magni; aquæ autem salsę sterilitatem inducunt ex caliditate exurēte, & desiccante. Et ideo aliquando ciuitates, vel loca

per delicata cibaria corporib. sunt adhibenda.

Universidad de Deusto Biblioteca

sale seminantur,& arantur,ut nunquam germinent, vt patet Iudicum.9. cap. & hoc patet manifeste: quia ideo post diluuium permisit Deus Noe, & posteritati suæ cibari de carnibus, tanquam non potentibus conseruare vitam fructibus, & herbis. ¶ Quarta causa fuit cognitio rerum, quæ fuit valde perfecta in Adam, cum omnia naturalia cognouerit. Sciebat ergo virtutes fructuũ,& herbarum,lapidum, & lignorum,quibus vita humana conseruari diutius poterat. Et hoc docuit homines contemporaneos. Post autem vel in diluuio, vel in diuisione gentium ista cognitio perdita fuit. Nunc etiam multa mirabilia sunt secretissima naturæ,quæ aliquando nos videntes, vel audientes, tanquam supernaturalia opera admiramur. Quis non stupeat, fontem in Epiro ciuitate Græciæ esse, in cuius aquas extinctas faces si merseris, accensas inde extrahes? quod omnibus notissimum, vulgatissimumque est: & multa alia Isidorus in libris Ethimo. & August.de ciuit.Dei.lib.21. & in libris De rerum naturalium proprietatibus.Inter hęc autem sunt quædam naturalia ad magnam uitæ durationem, quæ nemo cognoscitur, nisi Deus, uel dæmones edocuerint, uel longis experientijs in aliquid eorum, & valde paruum deuenire contingat. Deus autem non permittit nos ista cognoscere, ne in superbiam efferamur, & rebus creatis fruamur: cum ergo aliquis de istis multum cognouerit,de doctore suspectus est. ¶ Quinta causa est bonus siderum aspectus super regionem illam, in qua sani homines illi manebant : & ille aspectus per temporis diuturnitatem ablatus est:& istam credo potissimam causam,quia multis ita placuit : sed veritas alia est, quia omnis virtus inferiorum a corporibus superioribus quantum ad naturalia deriuatur, ut ait Philosophus, primi in principio Metheo. Necesse est hunc mundum continuari superioribus lationibus, vt omnis virtus eius inde gubernetur. ¶ Et iste aspectus non est secundum motum raptus cœlorum,quia iste quotidie fit integraliter : Nec etiam fit secundum motum proprium cuiuslibet orbis planerici, quia motus istorum paruo tempore finiuntur, cum maior inter eos, scilicet motus Saturni, triginta annis completur: sed accipitur secundum aspectum siderum per motum proprium octauæ sphęræ, a qua secundum causas naturales mors,& uita dependet:motus autem huius tardissimus est, scilicet centum annis gradu vno, & sic in tota prima ætate mutatus fuit primus aspectus stellarum motu octauæ sphęræ decem sex gradibus,& dimidio, & quasi per duo minuta: patet, quia durauit illa ætas mille sexcentis quinquaginta sex annis : & secundum istum aspectum fiunt mutationes mirabiles in terra,scilicet,quòd mare intret vnam partem habitabilis terræ nostræ, & ex alia discooperiat,& quòd vna terra fuerit vno tempore habitabilis, & fertilis, & post magna tempora sterilis,& inepta habitationi sit. ¶ Sic patet de gadibus Herculis in mari Mediterraneo in Hispania vltra Hispalim,quas Hercules in littore maris fixit : nunc autem magna spacia a littore distant in parua parte eminentibus,& licet verum sit, tales columnas esse, non tamen sunt illæ columnæ Herculis, siue gades, quoniam hæ apud Athlantem montem in confinijs Aphricę,& Europę,vbi Oceani æstus Tirreni maris faucibus absorbetur,collocatæ sunt. De quibus Solinus in Polistor. cap. de Aphrica, & supra in expositione primi prologi.cap.6.quæstio.3.ubi magis dictum est, sed accipiendo de gadibus primo modo est verum, quòd distant a littore. Fluxerunt autem ab illo tempore,quo gades constitutæ sunt ab Herculę,vsque ad

4. Causa. Cognitio naturaliũ in Adam perfecta.

Fons in Epiro ad mirabilis naturæ.

Cur multa homini Deus uoluerit occulta esse.

5. Causa.

Cap. 1.

Quis ille aspectus cęli, secundũ quẽ fiunt mutationes in cõplexione,&alijs.

tempus istud, scilicet annum Domini millesimum quattuorcentesimum tricesimum sextum,anni ferè duo mille sexcenti sexaginta:fiet autem maior mutatio,si ista rerum, & sæculorum mutatio magno tempore duraverit. De his Ouidius multa lib.Metamorphos.15. vbi ait:

Vidi ego quòd fuerat olim solidissima tellus
Factum equor,factas spacioso ex equore terras,
Et procul a pelago conchę iacuere marinę:
Et vetita inuentę est in montibus anchora sumis.

¶ Sexta ratio,& potissima est diuina prouidentia, ordinans,vt magno tempore homines viuerent, vt sic multiplicaretur genus humanum : si autem ita parua,vt nunc,fuisset hominum vita, sero genus humanum fuerat dilatatum. ¶ Septima, vt homines per aliquam diuturnam vitam multas experientias haberent, per quas principia scientijs, & artibus darent, quia tempus bonus inuentor,& cooperator horum est,& per tempora artium additamenta facta sunt, vt ait Philosophus,primo Ethic. & in principio Metaphysicæ. ¶ Maximè autem hoc necessarium erat ad Astrologiam, quia quædam sunt,quæ requirunt magnorum temporum experientiam, quia motus illi sero complentur : vel quia quædam sunt, quæ raro accidunt, de quibus experimentalis cognitio requirebatur ab vno completè,vt causaret certitudinem: hæc autem in parua ætate, quanta nostra est, non potuissent haberi : hæc autem ratio ab antiquis doctoribus cronographis communiter assignatur. ¶ Redditur etiam hoc probabile, quia sicut videmus fuisse ab aliquo, fore magnam latitudinem in differentia staturæ hominę,quia aliquando homines valde magni fuerũt, & nũc sunt satis paruę staturę: ita fuissent magnæ differentionis, licèt nunc parum durent. Patet enim de gigantibus antiquis, qui valdę magnæ staturę erant, quibus etiam alij homines illius temporis comparati, locustæ videbantur, vt patet Numeri 13. capitu. quanto magis nos, qui ad minimum quasi decuplum. Vnde dicitur de Og, rege Basani,qui valde magnus erat de genere gigantum, cuius lectus ferreus monstratur in Rabath vrbe regia filiorum Amon, vt patet Deuteronom.3.cap. ¶ Et August. de ciuit. Dei. lib.15. cap. 10. ait de dente gigantis inuento in flumine, qui minutatim diuisus, centum dentes de nostris facere posset. ¶ Et Virgilius multa ait in libro nono Eneidos, de illo magno iuuene Pallante, filio Euandri, qui adiuuit Eneam in conflictu contra Turnum regem Rutilorum, ubi mortuus fuit, deinde sepultus, fuit conditus arte mirabili cum lucerna ardente in loco, ubi nunc Roma est,quæ olim Valentia dicebatur,ut ait Solinus in Polistor. capitu. primo, cui tunc pater eius Euander præerat. Deinde anno quasi octingentesimo post Christum, dum quædam ædificia magna Romæ fierent, casu sepulchrum illius inuentum est, & deinde cum lucerna ardente integer eductus, & ciuitatis muro applicatus, altitudinem muri capite excellebat, ut patet in cronicis,& idem scribit Helinandus cronographus. Patet etiam hoc ex alio, quia nunc inter qualdam gentes magna vitarum differentia in periodis est, quia de pigmęis legitur, quòd quinto anno gerant, & octauo senescunt. Alij autem homines ad octuaginta, vel nonaginta annos viuunt. Si ergo nunc tanta inter humanas periodos differentia est, quantò magis inter tempora illa, & ista? De veritate autem huius, scilicet quòd tanto tempore homines vixerint, scripturæ auctoritas irrefragabilis est. Rationes autem assignatæ satis probabiles sunt. Nec verò posita multiplicationis humani generis linea per

per primum stipitem, vel Patriarcham Adam, consequenter ponitur multiplicatio, per secundum stipitem, scilicet Noe: & diuiditur in duas partes. Et primo ponitur Noe generatio: deinde posteritatis suæ multiplicatio, infra capitulo decimo. *Hæ sunt generationes*. Prima in duas: quia primo ponitur Noe generatio: secundo cum Deo, & proximis sancta conuersatio: ibi. *Cumque cœpissent*. Circa primum. *Noe verò cum quingentorum esset annorum genuit*. In nulla alia generatione priorum fuit tanta mora annorum ante generationem, quia de nullo legitur, quòd duocentesimum annum habuerit, cum genuit eum,quẽ genuisse commemoratur:iste autem quingentos annos habuit cum genuit. ¶ Sed dicet aliquis, quòd Noe genuit ante quingentesimum annum alios filios vel filias, licet non nominat eos scriptura, sicut supra dicebamus,quòd illi,qui geniti dicuntur in prima ætate, secundum lineam, quam scriptura describit, non erant primogeniti, sed aliqui alij, per quos ad Noe linea texebatur. ¶ Sed hoc non valet, quia in linea præcedentis cap.non describuntur primogeniti soli, sed quicunque erant, per quos ad Noe generationem tendebatur alijs omissis: hic autem non intendit deducere lineam Noe ad aliquem terminũ, ad quem faciant isti tres filij, quia tertius stipes,quem sacra scriptura in ista narratione assignat,est Abrahã, & ad illum peruenitur solum per lineam Sem. Et non poterat perduci ad aliquem vnum terminum linea per tres fratres distinctos, cum sint tria principia separata: & patet quòd solum descripsit eos legislator, vt demonstraret totam humani generis vniuersitatem ab his tribus fratribus pullulasse. Si ergo plures filios Noe tunc habuisset,scriptura de eis mentionem fecisset. ¶ Forte dicetur, quòd Noe tres filios habuit post quingentesimum annum ætatis suæ: sed quòd ante illud tempus multos alios habuisset, qui mortui erant. Sed hoc non concordat, quia de nullo legitur in ætate illa, quòd ante septingentos annos mortuus sit, nisi fortè gladio perisset: ideo dicitur communiter, quòd Noe non habuit ante diluuium,nisi istos tres filios.Sed nolunt, quòd ideo non genuit ante illud tempus quingentorum annorum, quia si genuisset in ætate, qua alij gignebant, scilicet in centesimo anno, vel ante, tantum fuissent multiplicati filij eius, quòd ibi aliqui mali fuissent, quos necesse esset in diluuio perire. Sed Deus noluit propter bonitatem Noe, quòd aliquis de semine eius diluuio periret. ¶ Sed hoc non valet, quia etiam Noe gignens anno quinquagesimo ætatis suę, potuit post multos filios vsque ad diluuium generare in centum annis, qui fuerunt intermedii inter annum quingentesimum eius, & diluuium, quod ergo non genuerit Noe ante diluuium, nisi tres filios, vt nullus malus esset, & dignus perire diluuio, satis rationale est quod dicitur: sed quare tunc genuerit, scilicet ita sero, & non ante, cum eodem modo potuisset in illis centum annis multiplicare gignendo alios: ratio non videtur: nisi fortè dicatur, ꝙ fuit propter filios Noe, ne si Noe in centesimo anno genuisset ante diluuium habuisset filios quadringentorum annorum, qui iam filios & nepotes habuissent, turbam magnã nimis:& tũc aliqui de illis mali essent,& diluuio perirent, quod magna afflictio esset Noe. Et hoc vt satis rationale, quia licet filij Noe cum arcam intrauerũt, vxores haberent, vt patet infra in literam, tñ credendum forte est,ꝙ tunc nouiter vxores accepissent, ne post diluuium sine vxoribus remanerent. Sed quare non fuerunt plures filij, & quare potius illo tempore quàm alio dicetur in cõmentarijs nostris super Eusebium: *Genuit Sem, Cham, & Iapheth*. Secundum veritatem, vt volunt Hebræi, Sem non fuit primogenitus Noe: quod patet,quia Noe cepit generare anno suo quingentesimo: & cum diluuium factum fuerit anno sexcentesimo Noe, ille qui primogenitus erat Noe,centum annos complebat tempore diluuii: sed Sem non compleuit eos vsque duos annos post diluuium,vt patet infra 11.cap.ergo non erat ipse primogenitus, sed magis aliquis de alijs duobus. ¶ Vnde videtur quibusdam, quòd Sem fuerit vltimus de filiis Noe,quia primus complebat centum annos in anno diluuij, & iste videtur fuisse Iapheth: & secundus compleuit centum annos vno anno post diluuium. Et iste videtur fuisse Cham: sed non est, vt patet infra cap.11.Sem autem, ut ait textus, compleuit centum annos,duobus annis post diluuium, & iste ordo videtur innui infra cap. 10. vbi ponuntur generationes istorum,& primo ponitur generatio Iapheth, de inde Cham,postea Sem.

Noe post quingentos annos genuit.

Propter bonitatẽ Noe Deus noluitquẽ pię ex filijs diluuij perire.

¶ Sed aliquis quæret, quare hic Sem præponitur, si non est primogenitus? Respondet Rabbi Salomon.& aliqui Iudæi,quòd ideo fit,quia natus,fuit circuncisus,& dignitas circuncisionis fecit eum præponi. ¶ Sed hoc valde fictum est,cum non habeat auctoritatem ab aliquo loco probabili. ¶ Item quia repugnat scripturæ: vocatur enim Abraham pater circuncisionis:quod non esset, si Sem cum pelle circuncisus natus fuisset. ¶ Sed dicendum, quòd præponitur etiam, si non esset primus propter dignitatem saluatoris, & omnium patriarcharum, totiusque populi sancti,qui ab eo descenderunt,vt patet infra 10.& 11. capit. & sic aliquando in scriptura minores maioribus præponuntur,ut patet infra 48. cap. cum Iacob in spiritu benediceret nepotibus suis Manasse,& Efrain ad petitionem Ioseph, posuit manum dexteram super Efrain, qui minor erat Manasse.

Quæst.3. Cur Sem præponitur, si non est primogenitus. Prima respõsio rabbi Salomonis.

Ratio vera.

Sed dicet aliquis, quare ergo infra 10. capit. Sem postponitur aliis duobus fratribus? ¶ Respondetur, quòd hoc est,ꝙ uolebat ibi legislator enarrare multiplicationem populi Dei descendentis linealiter: ideo tangens breuiter de multiplicatione generationis aliorum duorum fratrum, ponit vltimo de multiplicatione generis Sem,vt deinde continuet totam lineã de descendentibus a Sem. ¶ De Cham autem, & Iaphet non patet quis maior fuerit: & licet dixerimus maiorem esse Iaphet,sic est uerum, ut patet per dicta infra cap.10. ¶ Satis tamen apparenter dici potest, quòd maior fuit Cham, secundum quosdam, quia hic præponitur Cham Iaphet. ¶ Et si dicatur, quòd infra cap. 10. præponitur Iaphet Cham. Non valet,quia quando ipsa generationum numeratio fit, iam scriptum est de peccato Cham, propter quod meruit perdere dignitatem primogenituræ subiectus in seruitutem. Hic autem cum describitur natiuitas eorum, quia nondum peccauerant, præponitur Cham Iaphet secundum ordinem natiuitatis. Sed aliter de hoc infra dicetur, quid intendamus.

Quæst.4. Cur Sem postponitur alijs duob. fratribus. An Cham fuerit maior Iaphet vel econtra non satis cõstat.

¶ *Cumque cœpissent*. Hic ponitur sancta conditio, vel conuersatio:& diuiditur in tres partes,quia primo ponitur conditio eius ante diluuium: secundo conditio eius in diluuio, in cap.7. tertio conditio post diluuiũ, 8. capit. Prima in duas, quia primo sententia destructionis per diluuium generaliter prædicitur: secundo Noe ex gratia excipitur: *Noe uerò inuenit gratiam*. ¶ Causa autem diluuij fuit multitudo & magnitudo incorrigibilium peccatorum, propter quæ Deus iratus humano generi omnes homines, exceptis octo animalibus perdidit: ponitur ergo modus multiplicationis peccatorum,scilicet,

Causa diluuij.

¶De causis diluuij, & fabrica arcæ, & mensura eius. Et quia videntes filij Dei filias hominum pulchras, acceperunt sibi inde vxores, generantes gigantes in mundo famosos.

Cap. VI.

VMQVE cœpissent homines multiplicari super terram, & filias procreassent, videntes filij Dei filias hominum, quòd essent pulchrè, acceperunt sibi vxores ex omnibus, quas elegerant. Dixitque Deus: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: eruntque dies illius centum viginti annorum. Gigantes autem erant super terram in diebus illis: postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt: isti sunt potentes a sæculo viri famosi. Videns autem Deus, quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum, quòd hominem fecisset in terra. Et præcauens in futurum, & tactus dolore cordis intrinsecus, delebo (inquit) hominem, quē creaui a facie terræ, ab homine vsque ad animātia, a reptili vsque ad volucres cœli. Pœnitet enim me fecisse eos. Noe verò inuenit gratiā coram Domino. Hæ sunt generationes Noe. Noe vir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis: cum Deo ambulauit, & genuit tres filios, Sem, Cham, & Iaphet. Corrupta est autem terra coram Domino, & repleta est iniquitate. Cumque vidisset, Deus terram esse corruptam, (omnis quippe caro corruperat viam suam super terram) dixit ad Noe: finis vniuersæ carnis venit coram me: repleta est terra iniquitate a facie eorum, & ego disperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis leuigatis: mansiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinsecus, & extrinsecus, & sic facies eam. Trecentorum cubitorum erit longitudo arcę: quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. Fenestram in arca facies, & in cubito consummabis summitatē eius. Ostium autem arcę pones in latere deorsum, cœnacula & tristega facies in ea. Ecce ego adducā aquas diluuij super terrā, vt interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitæ est subter cœlum: & vniuersa, quæ in terra sunt consumentur. Ponamque fœdus meum tecum, & ingredieris arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum; & ex cunctis animantibus vniuersæ carnis bina induces in arcam, vt viuant tecum masculini sexus, & fœminini. De volucribus iuxta genus suum, & de iumentis in genere suo, & ex omni reptili terræ secūdum genus suū: bina de omnibus ingredientur tecum, vt possint viuere. Tolles igitur tecum ex omnibus escis, quæ mandi possunt: & comportabis apud te: & erunt tam tibi, quàm illis in escam. Fecit igitur Noe omnia, quæ præceperat illi Deus.

Ecclesiastici 18. a. Psal. 98.

Infra 8. d.

CVMQVE cœpissent multiplicari homines. Duplex sensus potest hic esse: vnus, quòd multiplicatio hominum cœperit fieri tempore Noe: & tunc facta fuerunt magna peccata. Et hoc esse potest, quia licèt humanum genus ante per satis longa tempora incepisset, tamen homines modicum generabant: ideo usque ad tempora Noe, scilicet mille & ducentos, vel trecentos annos ab orbe condito multiplicatio magna hominum non fuit: & tunc erit sensus, quia ista peccata, propter quæ Deus deleuit omnes homines, inceperunt tempore Noe, uel paulò ante: sed non est hoc valde conueniens. ¶ Alio modo potest intelligi, quòd ista peccata non fuerint nouiter facta tempore Noe, sed ante eum magno tempore, cum incepit multiplicari genus humanum. Et hoc verius est, quia multiplicatio non proprie dicitur incepisse tempore Noe, sed multo ante, quia homines magno tempore viuebant, in quo multos filios poterant generare, & ipsi sero morieban-
tur: ideo cito ad magnam venirent multitudinem. Et ratio est, quia cum Deus benignus & longanimis sit, præstabilis super iniquitate, non statim peccatum puniret, sed verisimile est, quòd magno tempore expectaret.

¶ Iosephus autem dicit, quòd vsque ad septimam generationem filii Seth boni permanserunt, scilicet vsque ad Henoch, qui translatus fuit in paradisum: & hoc fuit ante diluuium anno sexcentesimo sexagesimo nono, ut probauimus præcedenti capit. Et hoc satis verisimile est: & concordat ei quod dicitur, scilicet quòd transtulit Deus Henoch in paradisum, ne malitia immutaret cor eius, & fictio deciperet animam illius, Sapientiæ 4. capit. Tunc filii Seth recedentes ab institutis paternis, irritauerunt Deum ad iracundiam: nam & multi angeli Dei cum mulieribus coeuntes, mostruosos partus genuerunt, qui propter confidentiam virtutis a Græcis gigantes dicti sunt: hæc Iosephus. ¶ Methodius martyr exercet diluuij causam assignat, dicens: quòd anno quingentesimo primæ chiliadis, ideſt primi millenarij annorum mundi, filii Cain abutebantur vxoribus fratrum suorum nimijs fornicationibus. Deinde anno sexcentesimo eiusdem chiliadis mulieres in inlāmuersæ, supergrediebantur viris suis: mortuo autem Seth separauit se cognatio eius a cognatione, vel linea Cain, & redierunt ad natale solum: nam & patercorum

Quo tempore gigantes orti sint.

Qui fuerint filij Dei qui acceperūt filias hominum.

Quæst. 8. An dentur sucubi & incubi, & quomodo operentur.

Mista de sucubis spiritibus, & quomodo virile semen suscipiant.

eorum viuens prohibuerat, ne miscerentur: & habitauit cognatio Seth in Cordan, monte proximo paradiso: Cain aūt habitauit in campo, vbi fratrē suū occidit, quingētesimo anno secundæ chiliadis, scilicet anno millesimo quingentesimo ab orbe condito, Exarserunt masculi in alterutrum coeuntes: septingentesimo anno eiusdem chiliadis filij Seth cōcupierunt filias Cain, & orti sunt inde gigantes, & incipiente tertia chiliade, ideſt completis duobus millibus annorum ab orbe condito, & incipiente tertio millenario diluuium inundauit. ¶ Non computat Methodius annos primæ ætatis secundum literam hebraicam, ex qua habentur a creatione orbis vsque ad inundationem diluuium, anni mille sexcenti quinquaginta sex: sed secundum literam septuaginta interpretum sunt anni bis mille ducenti quinquaginta duo, vt ponit August. 15. de ciuitate Dei. c. 21. Et hoc modo satis concordaret, quòd in principio tertiæ chiliadis, ideſt tertij millenarij supueneriit diluuium, scilicet ducentesimo quinquagesimo secundo eiusdem millenarij. Sed in hoc satis constat nobis, non esse magnæ auctoritatis ea, quæ a Methodio traduntur, cum sciamus primam sæculi ætatem non peruenisse ad duo millenaria: & litera interpretum quantum ad hoc sustineri non potest, in quo ponit maiores numeros, quàm litera nostra, vel Hebræa, vt declarabitur in nostris commentariis super Eusebium. *Videntes filij Dei filias hominum.* Causa autem diluuij, vt litera exprimit, fuit quòd filij Dei acceperunt in vxores filias hominum: sed qui vocantur filii Dei, apud quosdam certum non est.

¶ Dicunt quidam, quòd filii Dei vocantur angeli mali, dicti incubi & succubi: qui coeuntes cum filiabus hominum, eas concipere faciebant. Et vocantur dæmones filii Dei propter naturam spiritualem a Deo creatam, sic dicitur Iob. 1. capit. quòd Satan stetit inter filios Dei. & Iob, 38. cum me laudarent astra matutina, & iubilarent omnes filii Dei. Istam opinionem tenet Iosephus, scilicet quòd crescentibus iniquitatibus hominum, angeli ingressi sunt ad filias hominum: & hoc tenet scholastica historia, & multi de Iudæis hic nolunt, maxime Ra. Sal. & ratio sua est, quia ubi nos habemus filii Dei, ipsi habent *Nefilij*. Ideſt cadentes, scilicet angeli mali, qui de cœlo ceciderunt.

¶ De incubis & sucubis vtrum sint, mouet quæstionem August. de ciui. Dei. lib. 15. capitu. 21. Sunt dæmones incubi & sucubi, qui a gentilibus Fauni, & Siluani vocantur. De quibus multotiens Ouidius maxime in libris Fastorum. Et hos Galli drusios vocant: fœminas improba vexant libidine, appetentes, & virilem peragentes concubitum: quam rem tot iam experti sunt, ut a fide dignis se expertos esse frequentius audierunt, ut impudentia esset eos tales esse negare, quales ab omnibus asseruntur. Hi autem dæmones sperma fundere nequeunt, cum corporei non sint, nec habent vnde decidat, sed susceptum ab aliis fundunt. Sunt autem in duplici modo, quia aliquando idem dæmon sucubus est aliquando incubus: primo tamen sucubus quàm incubus est: cum enim viri nocturno semine poluuntur, ibi se dæmon sucubus corpore de aere figurato in uase genitali virile semen receptat, seruans, ne aliqui spiritus exalent, vt sit aptum ad generationem: deinde sexu trāsmutato in uiros se transformant, & cum fœminas in somnis feruore libidinis excitatas esse perspexerint, eis commiscentur, uirile semen, quod recepe-
runt, emittentes: & nunc incubi dicuntur. Et isto modo dicunt Merlinum Vatem in partibus Anglicanis ex pastoris cuiusdam semine per dæmonem sucubum recepto, & deinde in alium matris per eundem incubum dæmonem emisso, generatum.

Merlinus vates natus ex incubo & incubo.

¶ Apparent autem isti dæmones incubi in vigiliis, fœminas improba vexantes libidine: viris autem sucubi dæmones raro, nisi in somnis, apparent: ex talibus autem conceptibus fortissimi homines, & magna statura nasci possunt: quia dæmones uirtutes seminum cognoscunt, scilicet quod & cui consonet: & nouerunt tempora debitarum emissionum, quibus coniunctis natura validissime operatur. ¶ Vtrum autem dæmones incubi, & sucubi gigantes illos, de quibus dicitur in litera, quòd ante diluuium erant, genuerint? Dicit Augustinus quòd non: quia ex litera colligi potest, maxime in litera 70. interpretum, quòd antequam intrarent filii Dei ad filias hominū, erant gigantes super terram. ¶ Et non potest intelligi hic aliquo modo de dæmonibus incubis, quia pœna diluuii data fuit generi humano, quia introierunt filii Dei ad filias hominum: sed in hoc, quòd dæmones incubi coirent cum fœminis, nihil peccabant viri, cum in hoc nihil agerent: nec etiam mulieres, quia dæmones incubi per improbam libidinem eas cogunt. Diceretur ergo quòd propter peccata dæmonum uenisset diluuium, quod absonum est. ¶ Et si dicatur, quòd non fuit causa diluuii ingressio filiorum Dei ad filias hominum, sed fuit quoddam accidens illius temporis, vt videtur velle innuere Iosephus: causa autem fuit, quia multa malitia erat in terra, & quia omnis cogitatio cordis intenta erat ad malum omni tempore, vt patet infra: respondetur, quòd ista est vna de causis diluuij. Sed dato, quòd non esset ista causa diluuij, adhuc non potest stare, quòd dicitur, quia dicitur in litera, quòd filij Dei viderunt filias hominum, quòd essent pulchræ, & acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant: sed non potest intelligi de dæmonibus, quòd acciperent in vxores filias hominum, quia hoc ad solos viros pertinet, licet coire etiam ad dæmones pertineat, vt supra dictum est: ergo non dicuntur hic filij Dei dæmones incubi, sed aliqui homines. ¶ Ideo aliqui voluerunt, quòd vocantur hic filij Dei homines filij iudicum, vel potentum: sæpè enim in sacra scriptura iudices dij vocantur, vt patet Exodo vigesimosecundo capitulo, vbi dicit, applicabitur ad Deos, ideſt ad iudices in litera nostra. In litera autem Hebraica dicitur, applicabitur ad elohim. Dicunt enim quòd isti filij Dei, ideſt filij iudicum, vel potentum, videntes filias subditorum pulchrè ornatas, quando viris suis in nuptijs tradebantur, antequam cognoscerent eas carnaliter viri sui, ipsi cognoscebant eas, & hoc displicuit valde in oculis Domini. ¶ Sed hoc non videtur conueniens, quia istud peccatum fuit solum particulare: diluuium autem fuit vniuersale: ideo debuit infligi pro peccato communi. Sic enim dicit infra: Omnis quippe caro corruperat viam suam. Sed hoc irrationabiliter diceretur, si soli filij iudicum, vel potentum, qui valde pauci erant respectu aliorum, hoc fecissent. ¶ Dicendum ergo, vt ait Augustinus, de ciuitate Dei, decimoquinto libro, capitulo vigesimo quarto, quòd filij Dei vocantur filij Seth: licet enim omnes homines filij Dei sint, quia omnes à Deo creati sunt, tamen illi specialiter filij Dei dicunt, qui sanctitate conuersationis cæteros antecedunt. Sic autem erat de filijs Seth, quia à Deo isti electi fuerant, vt de istis totum sanctorum genus nasceretur: & isti ex doctrina patrum suorum specialiter Deo adhærebant. Dicuntur filiæ hominum mu-

Quæst. 9. Vtrum sucubi & incubi genuerint gigantes, opinio Augustini.

Opinio alia qui sint filij Dei.

Cōsuratio

Resp. vera

Qui in primis filii Dei nuncupentur.

lieres de stirpe Cain. Et illi uocantur homines, quia secundum carnem uiuebant: qui autem in carne est, carnis desideria non prosequens magis filij Dei quã hominis dici potest. Fuit ergo peccatum in hoc, quòd Seth mandauerat omnibus filijs suis, ne coniungerentur matrimonialiter mulieribus de stirpe Cain, sicut præceperat Deus Iudæis, ne contractus matrimoniales iungerent cum filiabus Chananæorum, ut patet Exod. 34. & Deuteronom. 7. capit. *Videntes filij Dei*. Idest filii Seth *filias hominum*. Idest fœminas natas de stirpe Cain. *Quòd essent pulchræ*. Pulchritudo fuit causa, ut filii Seth inducerentur ad concupiscendas filias hominum, quoniam propter speciẽ mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit, ut patet Ecclesiastici 9. capit. *Acceperunt sibi uxores ex omnibus, quas elegerant*. Idest susceperunt uxores de tota stirpe Cain, sicut eis placebat. *Dixitque Deus*. Hic ponitur sententiæ publicatio contra delinquentes. *Non permanebit spiritus meus*. Spiritus multa signat, scilicet animam, ventum, indignationem: de hoc ultimo dicitur Isa. 2. cap. quiescite ab homine, cuius spiritus, idest indignatio in naribus eius est: & sic accipitur hic. Sunt enim uerba Dei punire uolentis genus humanum, quasi dicat, licet nunc, iratus sum generi humano, tamen non permanebit in æternum spiritus meus, idest ira mea contra eos propter peccata, ut deleã eos: sed dabo eis centum uiginti annos, in quibus pœniteant de commissis, quia *Caro sunt*. Idest quia fragiles sunt, habentes promptitudinẽ ad peccandũ. ¶ Alio mõ exponit Rabbi Salomon. dicẽs, nõ disceptabit spiritus meus, quia dictio Hebraica hic posita æquiuocatur ad permanere, & ad disceptare. Et est sensus, hucusque intra me in spiritu meo disceptaui, utrum humanum genus delerem, & non determinaueram: nunc autem non permanebit spiritus meus in æternum, idest ista disceptatio spiritus mei de homine non durabit semper: sed hic finietur concludendo, quòd homo debeat deleri, ut sit uita eius usque ad centum, & uiginti annos. ¶ Aliqui autem putant, quòd hic determinauit Deus uitam humanam, ne excederet centum uiginti annos. Sed falsum est, quia aliqui postea uixerunt sexcentis annis, alii quingentis, alii quadringentis & amplius, ut patet infra cap. 11.

Quæst. 10. Quo intelligitur per manebit spus meus

Quæst. 11. An Deus determinauit uitam humanã, ne excedat centũ xo. annos.

Dicendum est, quòd hic refertur ad tempus, quòd concedebatur ad pœnitendum generi humano, & si non conuerterentur intra illud tempus, deleret eos in fine centum & uiginti annorum: & patet, quia diluuium fuit factum sexcentesimo anno uitæ Noe, ut patet cap. sequenti. Ista autem sententia fuit declarata Noe a domino anno quadringentesimo uitæ eius, scilicet centum uiginti annis ante diluuium: & in hoc tempore Noe prædicauit diuinã sententiam omnibus hominibus, & fabricauit arcam magnæ quantitatis ualde, quæ in centum annis constructa est, ut ait Augustinus 15. de ciuitate Dei. cap. ultimo. ¶ Et quomodocunque litera exponat, non ponitur hic spiritus pro anima, sed spiritus pro furore, uel disceptatione: quia non diceretur, meus, si pro anima acciperetur, sed solum, non permanebit spiritus. Et cum ista sententia, declarata fuit, Noe nondum genuerat aliquem filium, quia anno centesimo ante diluuium ista generatio Noe incepit, & ideo primogenitus eius in diluuio complebat centum annos: sed ista sententia fuit explicata centum uiginti annis ante diluuium, ut patet ex ipsa: ergo fuit data per uiginti annos antequam Noe gigneret primogenitum suum. Possumus tamen accipere spiritum pro anima, & uocabitur spiritus meus, idest à me datus, ut dicitur Ecclesiast. duodecimo, capit. Spiritus redeat ad Deum, qui dedit illum: & poterit intelligi dupliciter tunc tempus centum & uiginti annorum: uno modo de tempore concesso ad pœnitendum, ut dicatur spiritus meus, idest anima à me data, non manebit in æternum, idest semper in homine, quia caro est, id est carnalibus seruiens desiderijs: & non meretur habere animam à me datam: sed erunt dies illius centum & uiginti anni, idest ex nunc usque ad centum uiginti annos expectabo eorum conuersionem. Et si interim non pœnituerit, tunc delebo eos: & sic non manebit anima in æternum in eis, sed solum usque ad illud tempus. ¶ Alio modo potest intelligi de tempore dato homini ad uiuendum post diluuium, scilicet quòd fuerint centum uiginti anni, & non plures. Et conuenit iste sensus valde ad literam inferiorem: nam Deus dicit, pœnitet me fecisse hominem, & delebo hominem, quem creaui: & hoc dicit propter iniquitates: sed postea clementius agens non occidit, aut deleuit omnes, sed reliquit aliquos, qui essent futurorum patres; ijs tamen uoluit tantam uitam dare, quantam dederat prioribus: quia istud erat remedium contra peccatum. Nam si homines ex desiderio peccabant, quanto diutius uiuerent, tanto magis peccarent: ideo uoluit Deus eorum uitam decurtare, ne esset eis tanta licentia peccandi, & ideo dicit, erit uita hominis centum uiginti anni, idest non dabo hominibus uitam regulariter, nisi centum & uiginti annorum, & quòd non excedant amplius. Et cum obijcitur, quòd uixerunt homines post diluuium ad quingentos & sexcentos annos: dicendum quòd Deus posuit illam regulam, ut communem: pauci autem præter regulam inuenti, non infringunt regulam. Nam communiter illa est maior ætas hominum: sed statim post diluuium concessit Deus aliquibus, quòd ad plures annos peruenirent, quod non diu durauit. ¶ Tenendo autem sensum istum, fuit conueniens, quòd Deus prædiceret hominibus mensuram futuræ ætatis, quia Deus inducturus erat diluuium super terram, ex quo sequebatur necessario abbreuiatio uitæ humanæ: nam superficies terræ, in qua erat bona uis germinatiua, abrasa fuit propter aquas, & discoperta fuit pars inferior, quæ non erat ita efficax ad germinandum. Præterea, quod grauius fuit, aquæ salsæ Oceani intrauerunt in terras, & corruperunt eas, quia sal reddit terram sterilem: ideo terras aliquas cum uoluimus steriles in maledictionem reddere, spargimus sale, & aramus. Sic patet Iudi. vbi Abimelech cum superasset uiros Sichem, ciuitatem demolitus est ita, ut in ea sal spargeret: & ita terra sal habens nihil germinat, & opponitur terræ fructiferæ, vt dicitur Psalmus 106. Posuit tertam fructiferam in salsuginem, propter malitiam habitantium in ea. Ita ergo in diluuio propter malitiam hominum, operta fuit terra aquis salsis, quæ vim germinatiuam corruperunt. Et ideo factum est, vt fructus terræ essent pauciores, & minus salubres. Sed quia nos ex alimentis de terra natis uiuimus, necesse est, vt illis deterioratis uita nostra minuetur. Cum ergo Deus diluuium immittere proponeret super terram, uolebat uitam humanam minuere. Vt ergo cum homines creuerant, post diluuium abbreuiatam uitam suam non putarent, hoc factũ esse per accidens, quasi Deo non intendente, prænunciatum à Deo, ꝙ uita abbreuiaretur, ita quòd essent anni hominum solum centum uiginti. Et hoc Deus facere uolebat per diluuiũ, quod immittebat.

Quomodo autem diluuium iustè a Deo missum fuerit, & quomodo illa pœna erat potius conueniens illi tempori, quàm alteri, & quòd non debuit alia pœna tunc, nisi illa, infligi, declarabitur latius in nostris comentarijs super Eusebium. *Gigantes erant in terra*. Gigantes dicuntur homines magnitudine corporum cęteros quasi monstra quędam excedentes, & huic corporis magnitudini respondebat animorum & virium magnitudo. ¶ Vnde apud Poetas dicuntur cum dijs pugnasse, & fuisse a Ioue fulminatos, vt patet Metam. lib. primo. sed hoc ad quandam narrationem historicã pugnæ Titane cum Ioue Rege Cretensium refertur, de qua pugna Lactantius de Natura Deorum, libro primo. *In diebus illis*: Non negat, quòd post diluuium gigantes fuerint, quia fuit Og Rex Basan, vt patet Deuteronom. 3. capit. Fuerunt etiam gigantes in Hebron ciuitate Iudęæ, vt patet Numeri 13. cap. & in Thani ciuitate Aegypti in eodem cap. 13. Fuerunt etiam tempore Abrahę gigãtes, quos destruxit Amraphel, ut patet infra 14. cap. sed non erant multi post diluuium, sicut ante, quia tempore Amraphel deleti fuerunt, ita quòd tempore Moysi solus Og restitisset de genere gigantum, vt patet Deuteronom. 3. cap. In Hebron etiam soli tres gigantes erant de genere Enach, ut patet Numeri 13. & Iosue 15. cap. & vocantur isti gigantes. A Græcis dicti sunt a ge, quod est terra, tanquam a terra geniti essent. Sic enim poetarum vulgauit auctoritas, quasi mulier tantos viros gigne re non potuisset. *Postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt*. Idest quòd gigantes nunquam fuerunt in sæculo, quousque filij Dei, idest filij de linea Seth, acceperunt vxores de filiabus hominum, idest de stirpe Cain, quia forte ex concubitu istorum gigantes primo geniti sunt, licet postea ex quacunque linea venire potuerunt. ¶ Augustinus autem, qui sequitur literam interpretum, dicit, quòd ante erant gigantes in terra, quàm intrarent filii Dei ad filias hominum, ut patet 15. de ciui. Dei. cap. 24. vnde dicit, quòd litera in interpretibus talis est. In diebus illis erant gigantes super terram, & post illud intrauerunt filii Dei ad filias hominum, & genuerunt sibi. ¶ Et satis faciliter inducitur litera nostra ad istam sententiam, si dicatur. *Post quod*. Vbi dicitur, postquam: vel sic intelligatur. ¶ Non enim est difficile, vel multum contra naturam vocabuli sic intelligi, maximeque in litera nostra, vbi fit principium versus. Si tamen esset sensus, quòd postquam ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, genuerunt ipsæ gigantes, necesse esset vnum contextum orationis esse: nec posset esse principium versus in li *postquam*: sed coniungeretur superioribus sine puncto medio. Si autem sit sensus, vt vult Augustinus, stabit congrue punctus, & principium versus in li *postquam*. *Isti sunt potentes a sæculo*. Idest ab antiquo fuerunt habiti in magna reputatione virium. *Viri famosi*. Idest quorum fama per totum orbem dilatata est: siue de malis, quæ faciebant, siue de robore. *Videns autem Deus*. Hic ponitur malitia completa, propter quam delendum erat genus humanum. Et non est ista aliqua causa distincta ab alia superiori, scilicet de ingressione filiorum Dei ad filias hominum: sed ista est communis, includens illam, & omnes alias malitias: *Quòd multa malitia*. i. Magna & turpissima uitia ex habitu, & non ex noua passione vrgente. Peccata enim, quæ ex passione fiunt, non vocantur malitiæ, ut patet 7. Ethic. ideo incontinentia malitia non est, quia ex forti passione fit contra rectam electionem præcedentem. Intemperantia autem, quæ fit ex habitu, & electione deprauata in actum vitij tanquã

per se bonum, nulla passione ad hoc instigante, malitia dicitur. Isti autem abutentes maribus, & fœminis modo indebito, ut dicit Methodius martyr, tantum in vsum prauam verterant inclinationem, quòd iam illud bonum valde esse iudicabant. *Et cuncta cogitatio cordis intenta erat ad malum*. Hic demonstrat eorum perfecta malitia, quia non solum mala ista faciebant ex aliqua causa extrinseca alliciente, uel fortiter inducente, sed etiam ex intentione iudicante, & voluntate deliberante. *Omni tempore*. Nunquam enim conuertebantur, licet Deus diutius expectaret: cum ergo incorrigibiles eos vidit, penitus deleuit. Et hoc etiam notat eorum malitiam habitualem, quia incõtinens licèt a passione vincatur, tamen pœnitiuus est, intemperatus autem nunquam pœnitet, vt patet 7. Ethic. *Pœnituit eum*. In Deo pœnitentia, dolor, vel lætitia, ut passiones sunt, non cadunt, quia istæ impotentiam notant, quæ a Deo in infinitum elongata est. Sed quia scriptura vult declarare nobis, qualiter se habuerit Deus puniens humanum genus propter peccatum, declarat eo modo, quo possibile est nobis intelligere per quandam ualde æquiuocam similitudinem. ¶ Et est figura, quæ dicitur antropospathos, id est conuersio passionis humanæ ad Deum. Et est similitudo, quia sicut homini, qui aliqua egit, & postea dissipat ea, illa non placuerunt in oculis eius: ita Deus fecit homines, & postea in diluuio deleuit eos: ideo dicitur pœnituisse de opere suo. *Et tactus dolore cordis*. Dicitur Deus doluisse, uel quia doluit, idest pœnituit eum fecisse hominem, ut supra dicebatur: uel quia puniturus erat totam multitudinem generis humani: ideo quasi compatiens dolebat de malo, quod eis illaturus erat, ut patet Luc. vigesimonono capit. dicitur dolor cordis more humano verus dolor, quia aliqui fingunt se dolere, & non dolent: qui autem in corde dolet, uere dolet. Dolor autem Dei dicebatur uerus, propter intensionem tropicam, quia multum detestabatur homines illius temporis: vel quia multum dolebat cordialiter pro magna offensa a multis temporibus facta, & semper continuata: vel quia intensæ dolebat propter magnam plagam, quam illaturus erat, destruendo totaliter in diluuio peccatores. *Intrinsecus*. hoc ponitur ad augmentum. s. quòd ille dolor erat cordialis, & intrinsecus. i. non solum demonstrabat Deus se dolere, sed etiam intra se fortissime dolebat: vel dicitur intrinsecus. s. quia licèt homines noscent, quòd Deus puniturus erat eos propter peccata, tamẽ tanta futura erat ista punitio, quòd eam cogitare non poterant, sed occulta manebat in Deo: ideo dicitur, intrinsecus, & præcauens in futurum omnes declinarent ad malum ex vniuersali corrupta consuetudine; ne ergo postea talia fierent, Deus fortiter puniuit.

Peccata q̃ ex passione fiunt, non uocãtur malitiæ.

Nec dolor nec lætitia quatenus passiones sunt, in Deo cadere possũt.

¶ Ista autem correctio fuit multum rationalis, qa sicut se habet puer ad puerilia vitia, sic se habebat mundus ad uitia prima, sicut patet in principio 2. Ethico. Tota rectitudo disciplinæ est, quòd pueri a primordiis ætatis doceantur recte lætari, & recte tristari: cum autem puer a passione fortiter ducatur ad malum, tunc fortiter corrigendus est, vt timor pœnæ, & dolor deuincat motus passionales. Et tunc assuetus passiones deuincere, causabit in se habitus, fortiter inhærentes fundamento materię dispositissimę; & ideo tales uirtutes multum permanentes sunt. De hoc etiam in fine 3. Ethic. Mundus autem in prima ætate habuit ętatem puerilem, in qua sicut in puero incipiunt insurgere passiones, ita in mundo incępit multiplicari malitia. Ideo dura disciplina corrigenda fuit, ut fortis ad bonum fieret impressio: magna autẽ fuit ista correctio, & grande posteris relinquens

Quæst. 12. An correctio Dei fuerit rationalis, Cap. 3.

exemplum, si mente attenderent. *Delebo, inquit, hominem, quem creaui.* idest totum genus humanum. Ista enim sententia a principio vniuersalis fuit: sed post exceptus fuit Noe cum filijs, & uxoribus filiorum, quia iustus erat, & inuenit gratiam coram domino. *A facie terræ.* idest non maneat, nec aliqua radix eius super totam faciem terræ. *Ab homine vsque ad animantia.* vocat animantia sola animalia gressibilia, & volatilia: pisces autem non fuerunt deleti.

Queſt. 13. Cur bruta, quæ non peccauerunt, punita fuerunt.

¶ Terra autem & animalia nihil peccauerant: tamen deleta fuerunt propter hominem. Duobus modis puniuntur ea, quę non peccauerunt propter peccantes; Vno modo puniuntur, uel delentur ea, quæ pertinent ad peccatores, ut ipsi in hoc valde tristentur. Et in argumentum suarum uenit afflictionum: sicut cum Deus occidit filios bonos propter patres peccatores, ut patres affligantur de dolore filiorum. ¶ Secundo, quando aliqua, quæ peccare nō possunt, ad detestationem magni criminis destruuntur: ut brutum, cum quo aliquis homo coisset, mandatur occidi ad detestationem criminis, ut patet Leui. 20. c. & mandabat Deus Iudæis quando procedebant ad bellum contra aliquos valde magnos peccatores, ꝙ delerent omnia pecora in ore gladii: ut quando iuerunt contra Cananeum regem Arad, ut patet Numeri 21. & contra Iericho, ut patet Iosue 6. & contra Amalech, ut primo Reg. 15. ca. & cum pugnauerunt contra Gabaa in sorte Beniamin propter magnum & detestabile facinus, deleuerunt ciuitatem, & vniuersa pecora & iumenta cum viris, & mulieribus in ore gladij, vt habetur Iudi. 20. c. ¶ Sic etiam secundum leges humanas, & mandata principum, cum aliquis committit crimen lęsæ maiestatis, vt est proditor patriæ, non solum ipse deletur, sed etiam domus eius, vt non habitetur in æternum. ¶ In prima ætate homines repleuerant totam terram iniquitate in omni loco peccantes; ideo propter scelerum immanitatē totus ornatus terræ perijt, scilicet omnia gressibilia animantia & volucres, quæ licet ad ornatum aeris pertineant, in terra tamen magis commorantur: pisces autem sub aquis latent, in quas nunquam homines introierant, cum non fuerit in prima ætate aliquis vsus nauigationis, nec piscationis: solis enim fructibus, & herbis vescebantur. *Pœnitet me feciſſe eos.* Ideſt quia eos deleturus sum, magis vellem non fecisse eos. Bonauentura in uita Christi exponit dicens *Pœnitet me feciſſe eos.* i. pœnitentiam me agere oportet, quia feci eos, ideſt quia feci homines, & peccauerunt, oportet me pati moriendo pro eis. Si autem nō fecissem eos, non oporteret me pati pro eis. Sed istę sensus multum mysticus est, nec eum intendit litera. *Noè verò.* posita sententia diluuij generalis, hic fit quędam exceptio ex gratia speciali.

Queſt. 14. Gratia gratũ faciēs.

Inuenit gratiam coram domino. ideſt placuit Deo de operationibus suis. Et ista vocatur gratia gratum faciens, scilicet cum Deus acceptat opera nostra tanquam placentia sibi, sicut famuli alicuius domini dicuntur esse in gratia domini, quando famulus placet in oculis domini, & contentatur dominus de seruitio famuli. Ista gratia gratum faciens in Deo, siue in temporalibus dominis contingit, quòd tribuatur sine gratia gratis data: & e contrario, temporales domini aliquos famulos vere diligunt, & contentantur de seruitio eorum: & tamen ad tempus non demonstrant vultum, nec benefaciunt, vt post abundantius benefaciant: aliquibus autem famulis benefaciunt ex aliqua occasione, quos odio habent. Deus autem aliquos diligit, & eos ad æterna bona magna disposuit, quibus hic nullas excellentias tribuit. Alijs autem, quos nō diligit, gratias gratis datas elargitur, vt quòd sint valde sapientes, acuti ingenio, eloquentes, famosi, honoribus prædicti. Noe autem vtrumque habuit: primo enim fuit acceptus Deo, quia inuenit gratiam in conspectu eius, etiam gratiam gratis datam, quia liberatus fuit de diluuio, & constitutus fuit Patriarcha, vel principium generis humani restaurandi, sicut Adam fuit Patriarcha generis humani nouiter procreandi, & dilatandi. *Hæ sunt generationes Noè.* Ter nominantur generationes Noe, scilicet præcedenti cap. prout in eis terminatur processus primæ ętatis, quia genitis filijs Noe non fuit facta ulterior generatio in linea recta vsque post diluuium: postquam autem diluuium transijt, incipiente secunda ætate sæculi, filii Noe inceperunt generare. Secundo nominantur generationes Noe, vt, cæteris pereuntibus in diluuio, in arca conseruandę, & sic nominantur hic. Tertio nominantur, ut post diluuium dilatandæ, & sic nominantur infra 9. & 10. cap. *Noe vir iustus.* non recedens a præceptis iuris naturalis, & ab institutionibus sanctis antiquorū Patriarcharū. s. Adę, & Seth, qui instituerāt aliquas cęremonias, vt ꝙ sacrificarēt Deo, & facerent quędā alia, licèt Philosophus dicat 5. Ethic. quòd sacrificare Deo, de iure naturali est: sed sacrificare Brasidæ, scilicet patri Deo, a lege positiua est. In hoc autem ualde decipitur, quia non sacrificare alicui, nisi vni uero Deo, magis naturale est, quàm sacrificare Deo: quia sacrificare Deo non est necessarium ad salutem æternam: esset tamen necessarium, si esset de iure naturali, prout ius naturale dicit dictamen rectæ rationis sine aliqua legis positione; quia agens contra ius naturale peccat mortaliter, & cęteris paribus magis quàm ille, qui peccat contra legem positiuam solum, cum hoc sit innatum, & magis conforme recte rationi: lex autem litera positiua dicit quoddam iugum impositum. De hoc magis diximus Leuit. vltimo cap. non sacrificare autem alicui, nisi Deo vero, necessarium est ad vitam æternam, etiam sine legis positione, quia quilibet de Gentilibus, qui Deo alieno immolabat, ex hoc obligabatur ad mortem æternam. Intelligit tamen Philosophus, quòd quia Deus intelligitur, vt quoddam bonum, quo nihil maius est, dandus est ei maximus honor, qui est in faciendo ei sacrificia, & hoc commune est apud omnes homines: quia omnes existimant Deum suum in maximum inter bona, & perfecta. Sed vtrum iste, vel iste Deus sit verè Deus, antiquorum delirabat insania, cum naturaliter Deum cognoscere possent, vt ait Apostolus ad Ro. 1. capit. *Perfectus fuit in generationibus suis.* Dupliciter exponi potest. Vno modo ad quandam laudis suæ diminutionem, scilicet, quòd Noè fuit vir iustus in generationibus suis, ideſt, in comparatione ad homines, qui etant in generationibus illis, vel in tempore illo: sed si fuisset in tempore Patriarcharū successētium, scilicet Abraham, Isaac, & Iacob, laus eius modica, vel nulla fuisset. Alio modo potest exponi ad augmentum laudis suę, scilicet, quòd Noe fuit vir iustus in generationibus suis, ideſt inter omnes, qui erant de linea Seth, nullus iustior erat. Et fortè Henoch, qui trāslatus fuit in Paradisum, non erat iustior Noe. *Cum Deo ambulauit.* Sequendo vias eius, secundum ius naturale, & cęremonias datas, intendens semper cultum Dei. *Sem, Cham, & Iaphet.* De maioritate inter istos supra determinatum fuit.

Corrupta est terra, coram Domino. i. omnes hoīes, qui erāt in terra, quasi vniuersaliter: & hoc fuit per Sodomiticum viciū, quod tunc inualuit: & licèt in quolibet vitio homo corrumpatur, quia ordo rectæ rationis destruitur: in hoc tamen maior peruersio ordinis & modi est, qui corruptio dicitur, & vicium contra natu-

De vitijs contra naturam. Peccatum quid.

naturam: sed etiam inter alia vicia contra naturam hoc detestabilius est. ¶ Est autem peccatum in deordinato vsu rerum. Cum autem aliquis vtitur re ad intentionem, qua condita est: si tamen magis, quàm iustum sit, vel non, vbi conuenit, nec quando, & sic de alijs circunstantijs, peccatum quidem est, sed non contra naturam: cum autem aliquis vtitur re contra intentionem naturæ producentis rem, tunc peccatum contra naturam dicitur. Cibus ad vtendum eo à natura institutus est: si autem aliquis sumat magis, quàm debet de cibo, non est peccatum contra naturam. Sic etiam natura ingenerauit coitum ad generationem: cum ergo aliquis coit taliter, quòd generare possit, etiam si modus illicitus sit, vel persona non debita: tamen peccatum contra naturam non est, vt si quis adulterium, vel raptum, siue incestum committat, etiam si cum matre, quia sic gignere potest. Si autem aliquis coeat taliter, vel fundat semē, vt generatio inde sequi non possit, contra naturam vitium illud est. Ideo coitus masculorum in alterutrum, cum ad generationem venire non possint, vocantur vitia contra naturam. ¶ Sic etiam sunt alia vitia contra naturam, quia contra intentionem naturæ, vel instituentis ordinatur vsus rei. Sic enim dicitur, quòd vsura est contra naturam, quia pecunia solum instituta fuit, vt esset medium commutandi, vt patet 5. Ethic. Vsus autem vsurarij est in pecunia non mediare in commutationibus, sed multiplicare per vsum. De hoc magis latè diximus Deut. 23. cap. *Coram Domino.* ideſt Deo vidente solum, sicut dicūtur fieri coram Deo omnia, quæ in hominibus abscondita sunt. Et tunc est sensus, quòd isti multum secretè peccabant. ¶ Sed hoc non conuenit, quia illud vitium erat multiplicatum apud omnes, vt patet in litera, quia omnis caro corruperat viam suam. Cum autem omnes eodem vitio laborant, non verecundantur de seipsis, vt patet in vitio Sodomorum, quia publicè illud faciebant, vt habetur infra 19. ca. quòd publicè conuenit omnis populus ad domum Loth, vt daret eis viros, scilicet Angelos ad abutēdum eis. Etiam dicitur Isa. 3. cap. Peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, nec absconderunt. Dicitur ergo. *Coram Domino.* i. in conspectu Dei, & cœli, & terræ, ita quòd quilibet videre poterat, qui vellet: sic dictum fuit per prophetā Natham ad Dauid: Tollam vxores tuas in oculis tuis, & dabo eas proximo tuo, & dormiet cum eis in oculis solis huius, ideſt vidente toto Israel, & cœlo, & terra, vt patet 2. Reg. 12. cap. & postea completum est, vt patet 2. Reg. 16. cap. *Et repleta est iniquitate.* Quantum ad alias malitias, scilicet rapinas, homicidia, & similia. *Omnis quippe caro.* ideſt omnis homo: non enim intelligitur hoc de animalibus brutis, quia illa nec peccare possunt, nec mutare naturalem viam traditam, cum habeant principiū agendi determinatum ad vnum: homo autem habet intellectum, & voluntatem, quæ sunt indeterminata principia: ideo aliquando mutant, *Corruperat viam suam.* scilicet mutando naturæ ordinem, vt masculus cum fœmina coiret: ipsi autem exarserunt in alterutrum masculi in masculos, turpitudinem operantes, & contra bestias exarserunt. ¶ Aliqui autem dicunt, quòd siue homines, siue bestiæ excesserant viā suam, & bestiæ, & aues vnius speciei coibant auibus, & iumentis alterius speciei. Motiuum horum est, quia dicitur, omnis caro corruperat viam suam. ¶ Sed non valet hoc dictum, quia sic etiam dicitur Matth. vltimo. Prædicate Euangelium omni creaturæ, ideſt omni homini, quia non est intelligendū, quòd Christus mādaret prædicari asino, & leoni, qui sunt creaturæ. Si ergo homo vocatur omnis creatura, à fortiori vocabitur omnis caro. Etiam non est verisimile, quia animalia vnius speciei inclinarentur ad animalia alterius speciei, cum nunc nō videamus talia, nisi ex ingeniatione humana in paucis animalibus. Etiam quia dato quòd commiscerentur diuersarum specierum indiuidua, tamen in hoc non peccabant, nec propter hoc delenda erant, cum peccatum cadat solum in natura rationali super terrā, quia homines, qui soli corruperant vias suas, in terra erāt, & non in aqua, nec in alio elemento. *Finis vniuersæ carnis.* ideſt hominum, & omnium animalium gressibilium, quia pisces non fuerunt deleti, cum manerent in aquis. ¶ Et primo, quia in prima ætate solum morabantur homines in terra: aquas autem non intrauerant, cum nondum naues haberent: ideo non potuerunt peccare in aquis: & propterea non debuit dari punitio in aquis. In secūdo iudicio sæculi, quod erit per ignem, non solum purgabitur terra, & aer, sed etiā mare, quia multa iam in aquis facta sunt peccata post nauigationem. *Venit coram me.* ideſt ego video, quòd omnis caro destruenda est: vel venit ante me, ideſt ego veniens ad puniendum genus humanum, adduco mortem coram me, & finem totalem. *Repleta est terra iniquitate.* ideſt omni peccato, scilicet quod in tota terra fiebat iniquitas. *A facie eorum*, id est ab ipsis, s. quia ipsi faciebant iniquitatem. *Ideo ego disperdam eos.* Disperdere est totaliter destruere, vel delere. In diluuio autem omnia animantia terrestria, & aerea deleta sunt. *Cum terra.* ideſt, non solum disperdam eos, sed etiam terram. ¶ Terra enim fuit deleta, quia virtus germinatiua terræ diminuta fuit valde. Et fuit ratio, quia intrauerunt aquę diluuij, quę erant ex Oceano super terram, & salsedine sua vitiauerunt terram reddendo sterilem, vel quia per aquas Diluuij superficies terrę, quasi in profunditate duorum palmorum vndique consumpta est, & in illa parte virtus terræ principaliter erat, quia cum terra virtutem recipiat ex influentia cęli, illa pars virtuosior est, quam magis penetrare potest cęlestis influentia: & ista est superficies, & partes coniunctæ. Partes autem terrę propè centrum uel ante in magna profunditate sine aliqua uirtute sunt totaliter siccę. Et illam terram, quia nec seritur, nec quicquā gignit hominibus inuisa, Gentiles quasi pro religione Tellurem vocauerunt, quod nomen Deæ est. de qua August. 7. de ciuitate Dei: & Tullius, lib. de natu. Deorum. *Fac tibi Arcam.* Hic ponit modū euadēdi, scilicet in arca bituminata. *Fac tibi Arcam.* ideſt ad vtilitatem tuam, quia solus ipse cum suis filijs, & vxoribus saluati sunt. ¶ Non vocatur ista nauis, sed arca: non enim erat in modum nauis in superiori parte aperta, & in inferiori clausa, sed vndiq; clausa, quia tam de sursum, quàm deorsum aquæ fluebant: nec erat in parte inferiori acuta, vt in aquis dirigi posset, more aliarum nauium, sed ampla, & talis, qualē magis diuina prouidentia, quàm ars humana dirigeret, vt ait August. 15. de ciuit. Dei, cap. 26. *De lignis leuigatis*, i. applanatis, vt in construenda arca cohærerent. In Hebræo ponitur quoddam nomen ligni, vbi nos dicimus, leuigatis, & vocatur *Gofer.* Et forte illud nomen significat idem, quod Sethin, vel aliam speciem ligni multum durātis in aquis, & quasi imputribilis. *Mansiunculas in ea facies.* vt aues, & animalia, & homines in diuersis locis conseruarentur. *Et bitumine linies eam.* In Hebræo dicitur. *Bachofer*, i. cum pice: bitumen autem tenacius est, & colligitur supernatans in lacu asphaltite in Iudæa, scilicet in mari, vel lacu Sodomitico, vbi illæ quatuor ciuitates submersæ sunt: quæcunque enim illo linita fuerint, dissolui non possunt, nisi sanguine menstruo superfuso. *Intrinsecus, & extrinsecus.*

Peccatum solum cadit in natura rationali super terram.

Cur in primo diluuio aliquā tulum terra sterilis facta sit.

trinsecus. Extrinsecus, vt iuncturæ tabularum clauderentur, ne subintraret aqua; intrinsecus, ne impetus magnus aquæ delens exteriorem lituram subintraret, vel magna humiditas exterior redderet interiorem partem limosam. Vasculum autem, in quo Moyses positus fuit in aqua, erat linitũ exterius, quia modico tempore in aqua permansurũ erat, vel quia modicus impetus erat, vel vt quidam dicũt, ne odor piscis puero noceret. *Trecentorum cubitorum*. Ista est mensura arcę. ¶ Longitudo considerabatur in arca secundum lineam iacentem in plano: & est magnitudo tabularum inferiorum coniunctarum terræ: & est proportio inter istas magnitudines, quia longitudo sexcupla est ad latitudinem, scilicet trecenti ad quinquaginta. ¶ Altitudo autem subdecupla est ad longitudinem, ſ. triginta ad trecentos, & ista proportio seruatur in corpore humano, quia longitudo, quæ est à vertice vsque ad plantas pedis, est sexcupla ad latitudinem, quæ est à latere in latus, mediante toto pectore: & est decupla ad latitudinem, quæ est linea erecta, mensurans profunditatem pectoris, iacente corpore humano in planicie terræ. De ijs Augustinus de ciuitate Dei lib. 15. cap. vltimo. Ideo dicit istam arcam magna significare misteria. *Fenestram in ea facies*. idest locum, per quem viderent.

Quæ fuit proportio arcæ Noe, secundum tres dimẽsiones.

Quæst. 16. Quæ fuerit fenestra arcæ Noe.

¶ Dicunt quidã q̃ ista fenestra fuit carbunculus quidã magnus intra arcam positus, qui totam arcam illustrabat. Sed hoc non videtur, quia ista fenestra erat quædam apertio facta in arca: siue paruum hostium, vt patet infra 8. cap. dicitur enim, quòd aperuit Noe fenestram, quam fecerat & emisit corũ. ¶ Alij autem dicunt, quòd ista fenestra erat crystallina, scilicet, vt aquas perhiberet, & lucem reciperet. Sed quia animalia congruè sine luce viuere non poterant, ideo necesse erat esse plures fenestras, quæ totam arcam illuminarent. vna enim non poterat tantum ædificium illustrare: maximè, quia distinctæ mã siunculæ erant. ¶ Sed nec hoc multum ualet, quia istæ fenestrę crystallinæ non erant tales, quæ aperiri, & claudi possent, sed lapides crystallini magni compacti erant tabulis, & bitumine, vel alia materia, ita quòd non mouerentur, maximè quia ista vna fenestra erat, quia dicitur infra 8. cap. Aperuit Noe fenestram, quam fecerat: ergo una uidetur fuisse. ¶ Dicendum ergo, quòd ista fenestra erat ostiolum in parte superiori mansiũculę, in qua manebant hoĩes, & illa erat illita bitumine: sed faliter erat facta, q̃ si impelleretur à parte interiori, aperiretur: sed postquam aperiretur, non poterat redire prior compago bituminis: nec erat necessaria, quia fenestra erat clausa, ne introirent pluuiæ de cęlo cadentes: cum autem aperta fuit, non pluebat; aquæ autem inferiores non accedebant ad locum fenestræ, & hanc mandauit Deus fieri, vt per eam postea emitterentur coruus, & columba, & per istam fenestram nulla lux intrabat, quia illita erat, & de ligno: sed erant ibi fortè aliqui lapides interius multum refulgentes, vt carbunculus, vel erant factæ multę fenestræ crystallinæ ad mansiones diuersas, sed de eis non fit hic metio, sed de sola fenestra lignea. Sed de ista fenestra, & an essent plures, & quomodo se habebat arca quantũ ad lucem interius tuitiuam, dicetur in cõmentarijs nostris super Eusebium. *Et in cubitu consumabis*. Istos cubitos dicunt Origenes, & Aug. fuisse geometricos, quia Moyses, qui ista describebat, cognouerat omnem sapiẽtiam Aegyptiorum: ideo verisimile est, q̃ de geometricis loquatur, vt patet, 15. de ciu. Dei, circa finem; maximè quia hoc valde magnum ędificium erat: si autem acciperentur hic cubiti vsuales, non esset valde magnum ędificium. Continet autem

Prima opinio.

Secunda opinio.

Cubitus secundum quem mẽsurabatur arca Noe, erat geometricus, cõtinens, vel sex de nostris, vel nouẽ pedes.

geometricus cubitus, sex de nostris, vt vult Aug. vbi supra, vel nouem de vsualibus, vt quidam volunt, scilicet de pedibus, non de cubitis.

Quomodo tantum ædificium potuit compaginari.

Quæst.

QVAERIT autem Augustinus, vbi supra, quomodo ædificium tantę magnitudinis compaginari potuit, cum requirerentur ibi tantæ magnitudies, & incrustaturæ? Respondetur, quòd potuit conpaginari sicut compaginantur magnarum vrbium muri, vel quòd fortè fuit hoc speciali voluntate Dei, vt conseruaretur genus humanum. ¶ Nicolaus autem vult, quòd essent cubiti vsuales, continentes duos pedes, vel pedem, & dimidium, & dicit, quòd accipiendo cubitos nostri temporis, esset paruum illud ædificium, sed accipiendo cubitos illius temporis, qui multo maiores erant quam nostri, erit magnum. Sed re uera adhuc paruum est, si cõsideretur multitudo animalium, & ciborum pro anno integro: etiam, quia ista arca in centum annis facta est, vt dicunt Aug. & Hiero. Si autem fuisset ita parua, secundum quòd numerus cubitorum nostrorum exigebat, non stetisset tanto tempore in faciendo eam. ¶ Quærit etiã, quæ animalia intrauerunt arcam? Et respondetur, non intrauerunt ea, quæ nascuntur ex corruptionibus qualescunque sint in sex speciebus, vt patet supra, cap. 2. q. 2. vbi hæc diximus, quia non erat necesarium conseruari ista, cum possent rursus ex corrupta natura generari. Ea enim, quæ sexum distinctum non habent in brutis, non intrauerunt arcam, quia dicitur, quòd induceret secum de animantib. sexus masculini, & fœminini. Etiam illa animalia, quæ ex æquiuoco generantur, non oportuit ibi esse, cum post ex indiuiduis aliarum specierum conseruatarum gigni possent. Ea etiam, quæ sexum habent, sed non gignunt, non intrauerunt in arcam, vt mula, & mulus, quia non gignunt. ¶ Quę. Vide & in etiam, vnde fuerunt alimenta pro tot animalibus, & tanto tempore, scilicet anno integro? Respondetur, quòd Noe ante collegerat valde multos fructus, & herbas ex mandato Dei, vt patet infra secundum, quòd videbat necesse esse, cognoscens quid cuique conueniret animali, quia erat vir sapiens, maximè nunc edoctus à Deo. ¶ Sed adhuc quæritur, cum sint quædam animalia, quæ solis, aliorum animalium carnibus pascuntur, vt leones, & multæ bestiæ, & serpentes, vel vt Manticora, quomodo pauit illa? Respondet Augustinus, quòd Noe erat vir sapiens: ideo fortè inuenit vnum cibum, in quo animalia conuenirent. Vel fortè aliquis diceret, quòd Noe posuerit ibi aliqua animalia non necesaria, de quibus alerentur animalia comedẽtia carnes: sed falsum est, quia pro anno vno tot animalia necessaria essent ad cibum, quot caperentur in arca. Etiam quia est contra textum, quia de mundis accipiebantur septem, de immundis autem duo. ¶ Dicendum ergo, vt supra diximus. Vel aliter respondet Augustinus, quòd nullus cibus est, ad quem famis non cõpellat, maximè quia animalia comedentia carnes, ficubus, & castaneis cibari possunt. Vel aliter, vt ait Scholastica historia, quòd animalia bruta vsque tunc fortè non vescebantur carnibus, sicut homines. Secunda magis, quàm prima, vel tertia tenenda est. De his tamen, & ferè de omnibus dubijs pertinentibus ad diluuium latius dicetur super Eusebium. ¶ Sic se habebat dimensio arcæ, quòd longitudo vndique trecẽtorum cubitorum erat, scilicet in fundo, vbi erant tabulę iacentes, & in duobus lateribus. In parte autem superiori non considerabatur huiusmodi lõgitudo, quia breuior & strictior erat, vt quidam volunt, sed satis stat bene vtrobique. Altitudo au-

Quæst.

Vide & in

Aliud q̃

Confir.

Confir.

Alia ratio.

Refutatio

Quæ animalia intrauerunt arcam.

Refutatio

Refutatio

Quæstio

autem triginta vbique: latitudo autem variabatur, quia arca erat in parte inferiori tangẽte aquas corpus quadrangulum altera parte longius, scilicet longitudo erat maior latitudine, quia sexcupla erat ad eam. Deinde continuè angustabatur latitudo donec paulatim decrescendo latitudo eius in summitate essent vnius cubiti, scilicet quòd illa tabula in tecto posita, & iacens, quæ coniungebat duo latera erecta, altitudinis erat vnius cubiti: & ideo mansiones superiores strictiores erãt, quàm inferiores. Et hoc erat propter duo. Primum ne pluuiæ cadentes super planitiem superiorem arcæ grauarent, & deprimerent infra aquas, quod necessario contigisset, si ęqualis esset latitudinis supra, & infra: cum autem parua esset latitudo, immediatè pluuię defluebant: Secundũ vt archa recta incederet super partem inferiorem. Si aũt pars superior fuisset ita lata sicut inferior, sine magno impetu potuisset circunuolui in periculum intra manentium. *Ostium arcæ pones in latere deorsum*. Li, *arcæ*, non determinat ostium, sed determinat li, *latere*. & ordinatur sic; Ponens ostium in latere arcæ. Istud ostium fuit, per quod intrauerunt cuncta animantia in arcã, & fuit hic in latere, idest non in profunditate arcę. Erant autem quatuor latera arcæ erecta secundum latitudinem triginta cubitorum: sed duo erant latera longitudinem mensurantia, & erant trecentorum cubitorum, & alia duo mensurantia latitudinem etãt quinquaginta cubitorum. Dubium est ergo, in quo latere horum fuerit ostium: poterat enim in quolibet eorum esse. Magis propriè autem vocatur latus latitudo, quàm longitudo: ideo latera continentia latitudinem, scilicet in quinquaginta cubitis, dicentur propriè latera: nos enim nunquam consueuimus vocare latera arcæ alicuius, vel figuræ non ęqui latere, nisi minores dimensiones. Sic etiam in arca testamenti, quę in longitudine duos cubitos, & dimidium continebat, in latitudine autem cubitum & dimidium, vt patet, Exod. 25. cap. vocantur latera latitudines cubiti, & dimidij, quibus applicabantur vectes, vt patet ibidem. Etiam Deuteron. 31. cap. dicitur, quòd ponatur librũ Deuteronomij in latere arcæ: sed nullo modo potest hoc intelligi, nisi de latere cubiti & dimidij, in quo fiebat quidam sinus, vt ibidem dictum fuit: quia si acciperetur pro latere secundum longitudinem, vbicunque poneretur, esset in latere; & tunc non magis valeret dici, ponas in latere arcæ, quàm ponas in arca, quod est absurdum. ¶ Si autem in isto latere minori fuerit ostium, oportebat interpositiones tabularum ad distinguendum mansiones fieri secundum longitudinem trecentorum cubitorum, ita quòd extenderentur ab vno latere paruę latitudinis vsque ad aliud latus latitudinis, & esset quælibet interpositio ęqualis in longitudine lateribus longitudinis exterioribus, scilicet quælibet tabula distinguens vnam mansionem ab altera, esset trecentorum cubitorum: si alio modo ponantur tabulæ diuidentes mansiones, scilicet secundum latitudinem, erit quælibet tabula quinquaginta cubitorum: vel si ponerentur interpositiones secundum latitudinẽ ab vno latere longitudinis ad aliud latus longitudinis, necesse erat, mansiones istas esse in duobus locis perforatas, pręter vltimam, quæ esset in latere oppositio lateri ostij, & tunc animalia mansuetata tranirent per mansiones animalium immansuetorum, vel econuerso. Magis ergo videtur, quòd ostium fuerit in latere longitudinis, & tunc interpositiones mansionum erunt secundum latitudinem ab vno latere longitudinis ad oppositum: & non erit necesse, quòd animalia mansueta tranirent per mansiones animalium ferocium: sed omnia intrauerunt

Ratio formæ nauis.

In quo latere erat ostium.

per mansionem hominum, & auium. & hoc consonabat satis, vt homo maneret apud ostium ad recipiendum, vel excludendum animalia. *Ostium arcæ pones*. Ista litera potest dupliciter punctuari: vno modo secundum literam nostram, scilicet, quòd li. *Deorsum*. determinet istam orationem. *Ostium arcę pones*. Et tũc esset sensus, quòd ostium arcæ erat in parte inferiori lateris. Sed hæc non est conueniens, quia tunc staret ostium infra sentinam, vel stercorariã, & esset ostium sub aquis, quia arca mergebatur sub aqua per duodecim cubitos ad minus, vt infra patebit: sed hoc non conueniebat, vt arca solidior esset in ostio: si enim ostium mergeretur in aquis ex discontinuitate tabulæ ostij cum tabulis lateris arcæ, posset facilius bitumen in aqua per humectationem dissolui, vt humiditas penetraret. ¶ Nec oportet dicere, q̃ Deus ex potentia sua conseruaret arcam, ne pertrãsiret humiditas: si enim Dei potentia attendatur, Noe, & animalia, quæ fuerunt in arca, in medio aquarum siue arca illæsi esse potuissent: sed Deus non semper supra naturam per miraculum operatur, quia sua sapientia indicat magis aliter expedire. ¶ Si autem punctuetur secundum Hebraicam punctuationem li, *deorsum*, coniungetur sequenti orationi, & dicetur sic, pedes ostium in latere arcæ, scilicet & facies cenacula & tristega deorsum, idest infra portam. Dicit enim literas Hebraica. *Et facies infima, secunda, & tertia*. idest sub ostio facies duas cameraciones magnas, scilicet stercorariam, quæ erat inferior, & apothecam, quæ erat immediatè supra eam: & deinde super istas duas erat ostium ad mansiones hominum, auium, & animalium. Erat tamen ostium directè ad mansionem hominum, & per eam ingressa sunt animalia cętera ad mansiones suas. Et ista est veritas. Reducitur autem nostra punctuatio ad istum sensum sic. *Pones ostium arcæ in latere deorsum*. idest deorsum fenestram, quia immediatè ante dixerat de fenestra, ideo valde congruè refertur ista litera ad illud, secundum istam punctuationem. ¶ Erat enim fenestra in mansiuncula, in qua homines manebant, & erat supra fenestra circa summitatem altitudinis arcæ: & infra erat ostium. *Cenacula, & tristega*. Hic ponitur figura vel diuisio interior arcæ, & vbi dicitur hic. *Cenacula, & tristega*. Habet alia translatio. *Bicameratam, & tricameratam facies eam*. idest habentem duas cameras, & tres cameras, scilicet quinque mansiones, & in hoc omnes concordant. Et dicit Augustinus, quòd istę quinque cameræ fuerunt ibi præter stercorariam, siue sentinam. Est autem differentia in assignatione istarum camerarum. Aliqui enim volunt, quòd istæ cameræ quinque, sic sint ordinatæ, quòd camera sentina, vel stercoraria esset inferior locata immediatè super tabulam inferiorem arcæ, quæ tangit aquas, & super istam erat camera apothecaria, idest in qua reponebant herbæ, & fructus ad cibum: deinde tertio loco erat camera animalium ferocium, & serpentum. Quarto loco, & supra erat camera animalium mansuetorum, & inter istas duas ponunt ostium arcæ, quo loco, & supra omnes erat camera hominum, & auium. Et secundum istam dispositionem erat quælibet camera ita longa, sicut arca, scilicet trecentorum cubitorum, & tantæ latitudinis, quãtę tota arca, licet inferior camera esset latior omnibus: quia arca versus summitatem semper stringitur, donec consumetur tota latitudo in vno cubito, quæ inceperat in quinquaginta: & sic consequenter de alijs, quia arca semper stringebatur vsque ad summitatem, ideo tunc mansio hominum, & auium esset valde stricta. Et secũdum hoc quęlibet istarum camerarum haberet modicam altitudinem, scilicet

Quo camerę assignãtur in ista arca.

sex

Universidad de Deusto
Biblioteca

sex cubitos, si æqualiter diuiderentur eis triginta cubiti totius altitudinis. Item oportebat tunc in qualibet istarum camerarum esse aliquem descensum ad sentinam, vt ibi stercora manerent, ne putrescerent animalia in stercore suo, iuxta illud Ioelis primo.c. Computruerunt iumenta in stercore suo, & ille descensus transiret per omnes cameras inferiores: vel quòd in qualibet earum esset aliqua apertio, per quam fluerent stercora in sentina. Sed hæc positio non est valde conueniens, quia quælibet camera magnum spatium superfluum contineret. ¶ Dicendum autem, quòd iste cameræ melius assignantur alio modo, & cõuenientius literæ, vt volunt communiter Doctores, scilicet quòd camera, quę vocatur sentina, vel stercoraria, sit inferior locata super tabulam arcæ tangentem immediatè aquas, & ista contineat totam longitudinem, & latitudinem arcæ, & sit satis lata, scilicet decem cubitorum, vel quasi, vt multa stercora ibi caperentur. & hæc non erat diuisa per aliquam interpositionem. Deinde super tabulam superiorem sentinæ locata fuit alia camera continens totam longitudinem & latitudinem arcę, licet non esset tantum lata, sicut prior, quia arca sem per magis angustatur versus summitatem, & ista fuit diuisa in duas partes per quandam interpositionem tabularum, & sic erat bicamerata. Et in vna parte continebantur herbæ, in alia autem fructus ad cibos. Et conseruabat Deus supernaturaliter fructus ne putrefierent, & herbas ne marcerent, vt semper conuenirent cibo animalium per totum annum; maximè quia istæ herbæ multæ erant, & fructus, & sibi suppositi: ideo naturaliter citò debuissent noxio calore putrefieri, & marcere, vt nos quotidie videmus in multa herba coniuncta, & suppositа: Erat autem maior camera herbarum, quàm fructuum, quia plura animalia comedunt herbas, quàm fructus.

Secũda assignatio.

¶ Erat deinde super tabulam superiorem istius cameræ, quæ vocabatur apothecaria, ideſt conseruatiua ciborum, tertia continens totam longitudinem & latitudinem arcæ, licet esset angustior cæteris, quia arca semper angustabatur versus superiora, & diuidebatur ista pars in tres cameras per duas interpositiones tabularum, & in vna erant animalia mansueta contra vnum latus: in alia erant animalia ferocia iuxta aliud latus oppositum. In camera autem media erant homines & aues, & ideo vocatur ista pars tricamerata, ideſt habens tres cameras super eandem tabulam, ita quòd vna non esset super aliam, & hoc innuit textus dicens. *Cenacula, & triſtega facies in ea.* Potest duobus modis intelligi; vno modo quòd cenacula sint duæ illæ dimensiones in secunda cameratione, in quibus ponebãtur fructus, & herbæ, quos animalia comedebant, siue cenabant; & dicatur *Triſtega*, ideſt triplex domus, à tris quod est tres, & tego, gis, quasi tres tecturæ. Et ista est tertia cameratio, in qua erant mansiones, & tunc non fit mentio de sentina. Alio modo potest intelligi, & melius, quòd cenacula, & tristega idem sint: & dicitur. *Facies cenacula, & triſtega.* Ponitur ibi, &, pro, ideſt, sicut sæpè fit in sacra scriptura, sed vocantur istæ cameræ cenacula, quia cenaculum idem est quod magna domus, & spatiosa, sicut dicitur Ps. 103. secundum quandam translationem, qui extendis cę lum sicut cenacula, quia cœlum valde magnum & spaciosum est; vbi nostra translatio dicit, qui extendis cœlum sicut pellem. ¶ Sic etiam illæ tres camerationes, accipiendo eas, sine aliqua diuisione media, erant valde magnę, scilicet trecentorum cubitorum in longitudine, & in latitudine quinquaginta, vel numerus proportionaliter ad angustationem arcæ. Vocantur autem tristega, ideſt trium tectorum, quia aliud tectum habebat sentina, aliud apotheca, aliud mansio animalium, quia sentinæ tectum, erat pauimentum apothecæ, & tectum apothecæ, erat pauimentum mansionis animalium: tectum autem mansionis animalium erat summitas arcę. Si autem acciperentur hic mansiones distinctę hominum, & aliorum animalium, non possent vocari tristega, quia licet essent tres mansiones, tamen vnum tectum habebant, scilicet tectum arcę supremum. Erant ergo tristegæ, ideſt tres camerationes necessario distinctę, quarum prima, quę sentina, vel stercoraria erat, vnica camera erat. Secunda, scilicet apotheca bicamerata erat. Tertia, scilicet mansio omnium animalium tricamerata erat. Harum trium mansiuncularum, quæ erant in prima cameratione, mansiuncula hominum, & auium satis erat magna, quia ibi erant omnes species auium, & de qualibet specie septem aues. De tribus istis tamen nescitur, quæ fuerit maior: satis enim magna debuisset esse mansiuncula animalium mansuetorum, quia de qualibet specie septem indiuidua ponebantur: si autem tot indiuidua de ferocibus, vel immundis fuissent, satis planum erat, quòd mansiuncula ferocium maior esset, quia plures species sunt animalium ferocium, & immundorum, quàm mundorum. Erat autem sic disposita arca, quia ostium erat in superiori trium camerationum ad mansiũculam hominum & auium, & ex mansione illa erant ostia interius facta interpositionibus distinguentibus mansiones, ita quòd possent animalia fera transire de mansione hominum in mansionem suam, & etiam animalia mansueta. ¶ Et quia Noe agebat curam de animalibus, dando eis cibos, qui erant in apotheca, quæ erat secunda cameratio, posita erat quædam scala apertæ habitationis hominum vsque ad apothecam, per quam descenderet ad afferendum cibos. deinde dabat cibos illis animalibus, ambulans inter aspides, dracones, vnicornes, & elephantes, & ex voluntate Dei nullum nocebat ei; sed aspiciebant ad manus eius, vt daret eis escam in tempore opportuno. Conseruabatur ibi magna pars inter animalia ex voluntate diuina, scilicet vt leo non noceret vnicorni: nec dracho elephanti, vel accipiter columbæ, vel similibus. Erat etiam quædam fenestra, siue apertio in mansiuncula mansuetorum, & alia in mansiuncula non mansuetorum, per quas fluere poterant fœces, & stercora in sentinam: facta etiam alia fenestra in apotheca fructuum, & alia in apotheca herbarum in locis congruentibus oppositis fenestris superioribus, vt fœces directè caderent de superiori mansione in infimam. Has autem fœces, & stercora colligebat Noe, & filij sui & deijciebant per illa foramina in sentinam ne computrescerent animalia in stercore suo. Est etiam credendum, quòd miraculosè tollebatur fœtor stercorum, ne corrumperetur aer, & omnia animalia, & homines peste perirent. In hoc laborabant illi homines in arca quotidie, nec magnum otium eis erat. Credendum etiam quòd voluntate Dei animalia modico cibo contentabantur. Non enim videtur probabile, quòd in apotheca arcæ tantus cibus contineretur, qui sufficeret omnibus illis animalibus ad vnum annum integrum. ¶ De istis animalibus quærunt aliqui, quomodo delata sunt, quia quædam terræ sunt, ad quas, nisi per maria longa, iri non potest. Et si dicas, quòd ab hominibus nauigantibus illuc adducta sunt, verum esse poterit de animalibus mansuetis: sed animalia ferocia, vt dracones, aspides, & basiliscos, quis nauigio ducere, aut tange re

Mansiuncula hominum, & auium.

Plures species animantium ferocium & immundorum.

Respõsio.

re audendum putaret? Respondetur, quòd Angeli, qui animalia ad arcam de diuersis partibus adduxerunt, ne species animalium perirent, reduxerunt ea postea in diuersas partes mundi, vt vbique multiplicarentur, vt ait Augusti. 15. de ciuitate Dei ad finem: *Ducam aquas diluuij*. Dicitur diluuium à delendo, quia per multitudinem aquarum vniuersa, quę in terra erant, perierunt, & ipsa terra perijt, quia pars superior, in qua erat virtus germinandi, per aquam cõsumpta fuit. Et hoc sonat dictio Hebraica, scilicet *Mabul*. Quæ significat subuersionem, quia magnæ aquæ subuertunt ædificia, & omnia erradicant. *Interficiam omnem carnem*. scilicet quæ erat super terram. Pisces ergo, qui non erant super terram, sed in aquis, non consumpti fuerunt, licet caro dicantur, vt patet prima ad Corinth. 15. scilicet omnis caro, non eadem caro: sed alia piscium, alia volatilium &c. *Et vniuersa, quæ in terra sunt, consumentur*. ideſt omnia ædificia, si qua sunt facta, vt vrbs Henoc, quam construxit Cain, & aliqua alia fabricata arte humana. *Ponamq; fœdus meum tecum*. Ista sunt uerba de assecuratione Noe per fœdus Domini. Et non est istud fœdus, de quo scilicet 20. cap. scilicet de positione iridis, quia illud fœdus fuit assecuratio de timore diluuij, ne vnquam vlterius veniret super terram: hic assecurat eum, ne timeat minas aliorum hominum. Cum enim Noe ex mandato Dei dixisset alijs hominibus, quòd Deus volebat immittere aquas diluuij, nisi corrigerentur, & vidissent eum incepisse facere arcam, comminati sunt, quòd si viderent eum intrantem arcam occiderent eum, ne alijs morientibus ipse saluaretur, & hoc valde timebat Noe: ideo Deus dixit, quòd ipse faciet eum saluum cum progenie sua & vxoribus, vt possit, & ne timeat intrare arcam. *Et ingredieris arcam tu, & filij tui*. ideſt non erit secundum quòd illi dicunt, quod occidentes antequam intres, quia ego intrare te faciã. *Et vxores filiorum tuorum*. Licet filij Noe essent centum annorum tempore diluuij, tamen tunc nouiter vxores acceperant; nullus enim eorum genuit vsque post diluuium, de quo infra decimo capitulo. *Et de cunctis animantibus vniuersæ carnis*. scilicet de volatilibus, & gressibilibus. Pisces enim in arcam non introierunt, quia diluuium non nocebat eis: in arca autem saluari non poterant. *Bina induces in arcam*. ideſt duo indiuidua, masculum, & fœmellam, & iste numerus nõ dicit hic precisionem, scilicet quod solum duo fuerint introducta de qualibet specie, cũ dicatur infra, capit. sequenti, quòd de auibus, & animalibus mundis ponerentur septena: sed dicitur hic *Bina*. Ad designandum, quòd non poneret vnum, scilicet masculum solum, uel fœmellã solam: siue duas fœmellas secundum duos masculos: sed bina, scilicet masculum, & fœminam. *Masculini sexus, & fœminini*. ideſt quòd non ponerentur omnes masculi, uel omnes fœminę: sed aliqui masculi, & aliquę fœminæ ad generãdum. Ex hoc etiam innuitur, quòd ea, quæ sexum non habent, uel non generant, non fuerunt conseruata: quia ista conseruatio fuit propter futuram generationem, quæ in solis masculis, aut solis fę minis non est. *De volucribus iuxta genus suum*. i. de quolibet genere siue specie, uel modo uolucrum introduces aliquas uolucres. *De iumentis in genere suo*. ideſt de qualibet specie iumentorum. Vocatur iumẽtum animal, natum ad releuandum labores hominum in portando onera, uel faciendo alia opera: ut equi, muli, asini, cameli, boues, & elephãtes. Hic autem uocantur iumenta omnia animalia bruta gressibilia, prẽter serpentes. *De omni reptili*. ideſt de omni serpente, quæ reptat super pectus suum in terra: quia in arca fuerũt omnia genera serpentum, ut basiliscus, dipsę, & similia; quæ licèt sint à principio nociua ualde homini, ibi tamen nihil nocebant ex uoluntate Dei. Nec ista animalia adduxit Noe in arcam, quia ipse non poterat ea quærere in separatissimis partibus mundi: sed Angeli adduxerunt ea. *Tolles ex omnibus escis, quæ mandi possunt*. Angeli forsitan iuerunt ad colligendas istas escas adducentes de multis locis. *Ex omnibus estis*. Et sic excluditur ratio dicentium, quòd Noe inquisiuit vnam escam, in qua omnia animalia, & homines cõuenirent: quia hic mandatur de omnibus escis. *Quæ mandi possunt*. ideſt teri in dentibus siue inter mandibulas: & istæ sunt teneræ res, quæ ab omnibus mandi possunt, quia nulla res mandibilis est, quę ab vno animali, siue ab alio non comedatur. *Et comportabis apud te*. ideſt pones in arca apud te. Et non intelligitur apud. s. quòd in eadem mansione ponerentur cibaria & homines, quia cibaria erant in apotheca bicamerata: homo autem erat super apothecã in media mansiuncula camerationis superioris. Sed dicitur esse apud te, ideſt in arca ad mandatum, & dispensationem tuam. *Et erunt tam tibi, quàm illis in escam*. Non sunt referenda omnia omnibus, sed singula singulis, scilicet quòd non comedebant homines de omnibus illis escis, sed animalia quædam de quibusdam, & quædam de alijs. *Fecit ergo Noe omnia*. Hic ponitur Noe perfecta obedientia sibi mandata exequendo.

Diluuium unde sic dictum.

Filij Noe post centum annos generẽt.

Quæ non generãt animalia in arca nõ in traducunt.

De ingressu ad arcam, & inundatione diluuii. Cap. VII. 2. Pe. 2.

DIXITQVE Dominus ad eum: ingredere tu, & omnis domus tua in arcam: te enim vidi iustum coram me in generatione hac. Ex omnibus animantibus mundis tolles septena & septena: masculum & fœminam: de animantibus verò immundis duo & duo, masculum & fœminam: sed & de volatilibus cœli septena & septena, masculum & fœminam: vt saluetur semen super faciem vniuersæ terræ. Adhuc enim & post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, & delebo omnem substantiam, quam feci de superficie terræ. Fecit ergo Noe omnia, quæ mandauerat ei Dominus. Eratque sexcentorum annorum quando diluuij aquæ inundauerunt super terram: & ingressus est Noe, & filij eius: vxor eius & vxores filiorum eius cum eo in arcam propter aquas diluuij. De animantibus quoque mundis & immũdis, & de volucribus, & ex omni quod mouetur super terram duo & duo, ingressi sunt ad Noe in arcam, masculus & fœmina, sicut præceperat Dominus Noe. Cumque transissent septem dies, aquæ diluuij inun-

Matth. 24. d.

dauerunt

dauerunt super terram. Anno sexcentesimo vitæ Noe, mense secundo, septimodecimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & catarrhactæ cœli apertæ sunt, & facta est pluuia super terram quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingressus est Noe, & Sem, & Cham, & Iaphet filij eius, & vxor illius, & vxores filiorum eius cum eis in arcam: ipsi & omne animal secundum genus suum, vniuersaque iumenta in genere suo, & omne quod mouetur super terram in genere suo, cunctumque volatile secundum genus suum. Vniuersæ aues, omnesq; volucres ingressæ sunt ad Noe in arcam bina, & bina ex omni carne, in qua erat spiritus vitę. Et quę ingressa sunt, masculus, & fœmina ex omni carne introierunt, sicut præceperat ei Deus, & inclusit eum Dominus de foris. Factumque est diluuiū quadraginta diebus super terram, & multiplicatę sunt aquę, & eleuauerunt arcam in sublime à terra. Vehementer enim inundauerunt, & omnia repleuerunt in superficie terræ. Porrò arca ferebatur super aquas, & aquę

Eccl. 39. c.

prævaluerunt nimis super terram, opertique sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cęlo. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat: consumptaque est omnis caro, quę mouebatur super terrā, volucrum, animantiū bestiarum, omniumque reptilium, quæ reptant super terram. Vniuersi homines, & cuncta, in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt. Et deleuit Deus omnem substantiam, quæ erat super terram ab homine vsque ad pecus, tam reptile, quàm volucres cœli, & delectæ sunt de terra. Remansit autem solus Noe, & quæ cum eo erant in arca. Obtinueruntque aquæ terram centum quinquaginta diebus.

Sap. 10. 2.

DIXITQVE supra fuit descriptus status Noe ante diluuium: hic describitur status in diluuio, & primo ponitur de diluuio stāte, & crescente: secūdo de diluuio recedēte inf. 8. c. Prima in duas. Primo ponitur Noe in arcam ingressio. Secundo diluuij inundatio, ibi. *Anno sexcentesimo.* Circa primū. *Dixitque Dominus ad eum.* .Noe. *Ingredere tu.* Hæc fuit facta iā arca, vt patet in fine precedentis capituli, scilicet Noe fecerat omnia, quæ mandauit Dominus. *Ingredere tu.* idest præpara te ad ingressum, vt vult Nicolaus, quia non intrauit in arcam vsque septem dies, cum venerunt aquę diluuij. Aliqui autem Hebræi dixerunt, quod immediatè ingressus fuit Noe post dictū Domini, & pluuia statim futura erat: sed Dominus expectauit illos septem dies propter exequias funeris Matusalem anni Noe, qui tunc mortuus fuerat. Et omnis domus tua, scilicet familia tua, vxor tua, & filij tui cum vxoribus suis. *Te enim vidi iustum.* Hoc fuit, propter quod Noe mansit illæsus aliis pereuntibus, & tota domus sua merito eius. ¶ Accipitur hic iustus pro iusto legaliter, scilicet qui vocatur iustus, quia obedit omnibus mandatis in lege: nec vocatur hic iustitia vna virtus specialis, sed aggregatio actuū omnis virtutis aliquo modo sub vno habitu, & sic dicit Philosophus, 5. Ethic. quia iustitia legalis non est pars virtutis, sed tota virtus. & ista est maxima virtus, cū contineat omnem virtutem, vt patet quinto Ethic. quia lex mandat non fornicari, non maledicere, & sic de alijs, & omnia bona mandat: & isto modo vocat sacra scriptura sæpissimè iustum, scilicet qui in omnibus virtutibus perfectus est, vt dicitur, iustus vt palma florebit: & alibi, iusti autem in æternum viuent. *Coram me.* ideſt aliqui alij, licet viderentur iusti in exteriori apparentia, tamen coram me non erant iusti, quia præcordia erat plena dolo. *Vel coram me.* ideſt ambulantem secundum cor meum in præceptis meis, sicut dicitur de Dauid, inuenit virum secundum cor meum. Psalmus 88. *In generatione hac.* ideſt inter omnes viros huius temporis, & generationis, quasi dicat, non erat aliquis ita bonus sicut tu; & hoc dicitur ad laudem Noe. Sic etiam id quod dicebatur supra, Noe vir perfectus fuit, & iustus in generationibus suis, ideſt nullus erat ita bonus in tempore suo: ideo nullus alius meruit in diluuio liberari, nisi ipse, & domus eius meritis eius. *Ex omnibus animantibus mundis tolles.* ¶ Quæ vocantur hic animalia munda, cum nondum fuisset data lex Mosayca, quæ distinguebat mundum ab immundo: ¶ Dicunt aliqui, quod Deus distinxit Noe certas species animalium, & istæ non reputabantur tunc mundæ, vel immundę, sed postea in lege Mosayca vocata sunt munda. & isto modo ponitur hic mundum per anticipationē, sicut Iosue multotiens vocatur Iosue in lib. Exo. vt patet Exo. 24. & 32. & 33. tamē nunquam fuit nominatus Iosue, donec iuit ad explorandum terram Chanaan, de quo Numeri 13. capitulo: quia tunc mutauit nomen eius Osee in Iosue. Iste autem species animalium gressibilium mundorum sunt decem, vt patet Deuteron. 14. cap. ¶ Aliqui autem Iudæi volunt quòd ante Iudęorum legem data fuit facta distinctio mundorum, & immundorum, & fuerunt aliqua legalia obseruata, sicut dicunt de sanctificatione Sabbati, de quo supra 2. cap. Satis diximus etiam de abstinentia ab esu sanguinis, vt patet infra 20. cap. & de circuncisione, vt patet infra 17. cap. ¶ Fortè satis bene dicetur, quòd hic non vocantur animalia munda, animalia, quę apud Mosaycam legem munda iudicata sunt, sed omnia illa, quę ad cibum secundum consuetudinem hominum, & suauitatem licita, vel in vsu erant: & sic asinus, equus, & camelus, leo, & similia immunda dicuntur, quia hominum consuetudo ad comedendum non accepit illa: sed porcus, & omnia alia, quę in lege Mosaica ad cibum prohibita erant, non vocabantur hic immunda. ¶ Et videtur ratio q̄ Deus omnia animalia comestibilia multiplicari voluit, ut sufficerent ad cibum hominum. Ideo non solum multiplicauit ea, quæ post vocata sunt munda in lege, sed etiam omnia alia, quæ tunc gentes & post comederunt, sed postea gentes de alijs animalibus comedebant, vt puta de porco & lepore, & de omnibus quibus nos vescimur: ergo illa munda vocabantur, & de omnibus illis mandauit septem conseruari: ergo in arca posita sunt, vt munda omnia, quæ postea in cibum venerunt.

¶ Quod autem non fuisset ante distinctio mundi, & immundi cibi, patet, quia ea, quæ à principio fuerunt communia, fuerunt quasi quædam naturalia, sicut à principio non vescebantur homines carnibus: ideo nulli homines vescebantur. Si ergo à tempore Noe fuisset distinctio mundi, & immundi, omnes homines obseruassent eam: sed non erat sic, quia alijs animalibus vescebantur aliæ gentes. Nam si eadem animalia, quæ in lege distincta fuerunt, vt munda, ante fuissent munda, non erat necesse ponere legem de munditia animalium.

An ante legē Mosaicam fuit distinctio mūdi & immundi.

Noe & iustus.

Respōso.

Prima ratio.

¶ Item quia dicitur infra 9. capit. tanquam olera virentia tradidi vobis cuncta, præter hoc quòd carnem cum sanguine non comedetis: sola enim sanguinis comestio hic interdicta fuit, & non aliquod animal: non sic autem Iudæis dictum est, sed distincta fuerunt certa quædam animalia, quibus vesci liceret, vt patet Leuitic. 11. & Deuteronom. 14. capitu.

Cap.

Secūda ratio.

¶ Item quia clarè exprimitur hoc in litera infra 9. capit. vbi dicitur, omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt, & omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum. Constat tamen quòd multi pisces Iudæis fuerunt prohibiti, & multa alia viuentia: ergo non erat idem mundum istis, & illis.

Tertia ratio.

Respōso.

¶ Et si dicas, quòd cum dicitur, omne quod mouetur, & viuit, & omnes pisces erunt in cibum vestrum, quòd intelligatur de mundis solum, valde est contra modum loquendi, tam vniuersalem, tantam intelligere particularitatem, maxime quia immediate solus sanguis cum carne excipitur.

Solu.

¶ Et cum arguit, quòd ante legem fuit obseruatio Sabbati, falsum est, vt probauimus supra 20. capit. Et cum dicitur, quòd ante legem fuit abstinentia ab esu sanguis, falsum est: quia solum fuit prohibitus sanguis cum carne, ideſt comedere membrum abscissum de aliquo animali viuenti, quod sanguine plenum est. Et hoc fuit ad vitandam crudelitatem, quæ in hoc valde sit: sed bene licebat istis comedere sanguinem animalis iam occisi, quia hoc non est ad crudelitatem, sicut nunc comedunt omnes gentes præter Iudæos. Iudæis autem non fuit talis modus prohibitionis, sed dictum fuit, sanguinem omnino non comedetis, vt patet Leuitic. 7. & 17. capitu. & Deuteronom. 12. & supra mandabatur enim in omnibus ijs, quòd sanguis non comederetur, sed effunderetur super terram, quasi aqua.

Soluitio alterius rationis.

Quo pacto sanguis apud vetes erat prohibitus est.

¶ Quod autem dicit de circuncisione, verum est, quia Abrahæ ante legem per quadringentos, & triginta annos data fuit, vt patet ad Galatas 3. capit. Sed de hoc fuit ratio specialis, quia circuncisio erat signum distinctiuum populi Dei: & quia populus Dei, & Messias narrantur descendisse ab Abraham, ideo ibi incipere debuit.

Solu. rationis.

¶ Et hoc etiam demonstrant, alia cærimonialia non fuisse ante datam legem, quia hoc habet expressum locum vbi mandatum fuerit. De alijs autem non reperitur certus locus, etiam, quia circuncisio licet esset maximum inter omnia cærimonialia, tamen in lege Moysi non fuit replicatum, quia ante datum fuit, & ab omnibus eis obseruabatur: de Sabbato autem postea fuit datum mandatum, vt patet Exod. 20. & 31. & Deuteronom. 5. capitu. etiam de prohibitione esus sanguinis: ergo ista ante non fuerunt prohibita, vel obseruata. *Tolles septena, & septenna.* ideſt septem de quolibet modo animalium, vel specie.

¶ Andreas vult ex hoc loco, quòd fuerint quatuordecim indiuidua de qualibet specie animalis mundi: quia septena non dicit septem, sed septem duplicata: de immundis autem dicit solum duo indiuidua ingressa fuisse, scilicet, masculum, & fœminam.

Opinio, An numerus animalium fuit septenarius simplex vel duplicatus, vt quatuordecim.

¶ Et destruit in hoc positionem, dicentium fuisse septem animalia de qualibet specie mundorum, tres masculi, & tres fœminæ ad generationem, & septimum indiuiduum, scilicet vnus masculus ad sacrificium, quando Noe de arca egressurus erat. Dicit enim Andreas, quòd erat irrationale introire quattuor masculos, & tres fœmellas, quia sic non congruę omnes gignerent: bene autem si essent quatuordecim indiuidua, scilicet septem mares, & septem fœmellæ.

Prima opinio.

¶ Et quando alij dicunt, quòd ponebatur septimum indiuiduum ad offerendum in holocaustum, dicit hoc non esse necessarium, quia sciebat Noe, quòd in arca animalia illa, & aues gignerent, & de illis post immolaret.

Solu. obiectionis.

¶ Sed positio aliorum magis rationalis est, quàm positio Andreæ, quia non videtur tanta multitudo animalium, & auium potuisse recipi in arca, & cibus pro illis: oportuisset enim maiorem arcam fabricauisse.

Opinio rationabilior.

¶ Item, quia satis sufficiebant ad multiplicationem tres masculi, & tres fœmellæ, quia in natura humana, cuius principaliter intendebatur multiplicatio, solum erant quatuor mares cum totidem fœmellis, licet ista ratio non multum cogit, quia ista multiplicatio animalium, & auium mundarum fiebat in cibum hominis. Maior autem requirebatur multiplicatio in cibo, quàm in homine, qui inde cibari debebat: & quomodocunque sit, credendum est, quòd non immediate post diluuium inceperunt homines comedere carnes, quia tunc citò comedissent omnia indiuidua animalium mundorum antequam multiplicata fuissent. Item quia dicit Andreas, quia animalia in arca gignere debebant: sed hoc non tenetur communiter: dicunt enim omnes Hebræi, quòd in arca nec homines, nec bruta coierunt, propter vniuersalem mundi tribulationem, sicut dicitur Ionæ secundo, quòd prædicante Iona Niniuem esse delendam, decretum fuit in ciuitate, quòd homines, & iumenta, & pecora non gustent quicquam, & non pascantur, & aquam non bibant.

Confutatio primæ opinionis.

¶ Cum autem dicit, quòd non erat rationale, q̄ tria indiuidua masculina tribus masculinis combinata essent, & bene maneret sine combinatione, hoc procederet si in arca gignere debuissent, vel extra arcam omnia postea manere debuissent: sed in arca non genuerunt, vt diximus, & extra arcam sic non permanserunt, quia de qualibet specie mundorum septimum indiuiduum, ideſt masculus vnus in holocaustum ablatus fuit.

Solu. obiectionis.

¶ Item motiuum suum non valet, scilicet, quòd ideo fuerint quatuordecim indiuidua de qualibet specie mundorum, quia dicitur *Septena*. Quia eodem modo diceretur, quòd fuerunt quatuor indiuidua de qualibet specie immundorum, quia dicitur de eis. *Bina, & bina.* Binus autem non significat solum duo, sed duo multiplicata, scilicet quatuor. Constat tamen, quod de qualibet specie immundorum fuerunt solum duo indiuidua, scilicet masculus, & fœmella, vt patet infra in litera. *De volatilibus cœli septenna, & septena.* Ista duo septena non referuntur ad idem, quia tunc de qualibet specie volatilium essent vigintiocto animalia in arca, vel ad

Reflexio argumenti primæ opinionis.

numerus

numerus quatuordecim: sed referuntur ad diuersa, scilicet *De volatilibus septena, & septena.* idest de vna specie volatilium septena, idest septem, & de alia specie septena, idest alia septem. *Vt saluetur semen suum.* idest saluetur: vel conseruetur species sua per generationem: hęc enim fuit ratio, quia mas, & fœmella combinati sunt de qualibet specie. *Super faciem vniuersæ terræ.* idest, vt extendatur genus suum per vniuersam terram. Ideo incipiente multiplicatione auium, & animalium post diluuium, Angeli mandato Dei transtulerunt de qualibet specie aliqua individua ad diuersas partes orbis remotas, vt ibidem genus animalium haberetur.

¶ Vel potest hoc referri specialiter ad animalia, & aues mundas, quia ideo maior multitudo de ijs, quàm de aliis introiuit in arcam, vt scilicet maior multiplicatio in prole sequeretur, scilicet dilatatio ad omnes partes mundi: quia animalia munda in magna quantitate sunt in qualibet terra: immunda autem pauca sunt, & non in qualibet terra.

¶ Ratio, quia animalia munda, & aues in qualibet terra ad cibos hominum necessaria sunt, animalia autem immunda non sunt ad cibum, nec ad adiutorium laboris, vt omnia genera serpentum, & bruta, multum quæ ferocia animalia, vt leones, & vrsi, & similia: quædam tamen de immundis adiuuamen humanum sunt, vt equus, mulus, camelus, asinus, & similia, quæ iumenta ab adiuuando vocantur, & ista satis multiplicata sunt: immunda autem ferocia non sunt multiplicata, nisi in quibusdā mundi extremitatibus, vt in Libya, & Aethiopia, leones, & omnia serpentum genera, de quibus Solinus in Polistor. in capitul. de Aphrica, & India similiter: non autem in aliis partibus mundi, nisi rarissime, vel in pauco numero.

Tumenta cur sic appellata.

Quare q̄dam ferocium animaliū species in quibusdā partibus non sunt.

¶ Quare autem quædam species istorum ferocium in quibusdam terris non sint, vel quia Angeli non adduxerunt ea ad terras illas, ideo ibi genita non fuerunt: vel quia natura terrę non patitur, quia quælibet animalium species certam complexionem regionis requirit: alia autem animalia ferocia in quibusdam partibus sunt, sed non multiplicantur, vt serpentes, & quędam feræ. Ratio huius, quia fortè Deus ea crescere non permittit, ne regiones deuastent, vel quia natura humana eis contraria est. Ideoque laborat ad ea extirpanda: & alia animalia, vel aues vice hominum hoc agunt, vt patet de ciconijs Aegyptijs, quæ sacræ vocantur, quas in serpentes magnam stragem facere Solinus affirmat in Polistor. capitul. de Aegypto. *Adhuc enim post dies septem.* Isti septem dies computantur à die, quo Noe, & cuncta animantia introierunt in arcam, vt quidam volunt, & immediatè Deus pluuiam super terram missurus erat: tamen distulit propter exequias Mathusalem viri iusti, aui Noe, vt perfectè fierent, vt dicunt Iudæi. *Ego pluam super terram.* Licèt pluuia, vt communiter fiat ex causa naturali, quia natura naturalis est, & resolutio, & eleuatio, conuersioque vaporum naturales sint: tamen hic ex causa naturali factum non fuit, si ex sola voluntate diuina: ideo dicitur *Ego pluam.* Quasi dicat ex potentia mea sola hoc faciant sine actione causarum naturalium: non enim poterat actio causarum pure naturalium ad tantum excedere.

An diluuiū fuerit ex coniunctione planetarū, vel voluntate Dei.

Prima opinio.

Secūdaopinio.

¶ Aliqui tamen nimiè sibi ipsis sapientes conātur dare istius diluuij causam naturalem, dicentes, quòd tempore illo fuit coniunctio planetarum humidorum, & vigorata fuit humiditas, & magna pars aeris, & terræ in aquam pluuialem conuersa est, vt tanto tempore plueret.

¶ Sic etiam dant rationem conflagrationis omnium elementorum per ignem ante iudicium, dicētes, quòd tunc planetæ valde calidi, & sicci coniungentur in signis calidis, & actione sua omnia inferiora calefacient, & inflammabunt.

¶ Sed ista falsa sunt, quia licèt diluuium particulare, scilicet inundatio in aliqua parte terræ, ut inūdatio facta tempore Regis Ogygi in Grœcia, & diluuiū Deucalionis factum sub Rege Deucalione in Thessalia, secundum naturam possibilia fuerint, scilicet secundum naturam planetarum dominātium illi terrę, non tamen posset naturaliter fieri vniuersale diluuium, scilicet quòd tota terra aquis cooperiretur, vt in hoc diluuio; maximè, cp excederet aqua quindecim cubitis altissimos montes. Et hoc satis patet per Philosophum in primo Meteorologicorum, capitul. vltimo, vbi probat, quòd impossibile est tot exhalationes resolui, quæ sufficiant ad cathaclysmum, idest vniuersale diluuium.

Cōfirmatio.

¶ Et patet hoc, quia corpora cœlestia, vt planetæ, & alia astra, quæ ista causant, in inferioribus non causant, nisi super illam partem mundi, quam respiciūt. vt si talis, vel talis coniunctio fiat in tali, vel tali Orizonte, ibi causabitur aliquis effectus notabilis, qui non causatur in alio Orizonte. Et ideo astrologi dicunt esse diuersas influentias super terram in diuersis partibus diei, & hoc in nostris corporibus experimur, etiam si nullus diceret: sed hoc solum est, quia in diuersis partibus diei, vel noctis diuersa sunt alcen dentia, & diuersa astra, vel gradus signorum in sex domibus supra: non enim potest planeta, vel aliquod corpus cœleste influere in aliquam partem mundi, quam non respicit. Vnde planeta, qui est super angulum terrę, non potest influere in aliquem in medio orizontis nostri, vel cuiuslibet, qui supponitur angulo medij cœli.

¶ Responsio autem est; quia ista influentia nihil aliud est quam quædam uirtus deriuata à corporibus cœlestibus per motum super illa inferiora: cum ergo planeta, quæ est in oppositio hemisphęrio, non moueatur super nostrum Orizontem, nec aspiciat, non valebit in eo aliquid causare. Et ideo dicitur, cp in partibus inferioribus terræ non generatur aliquid, nec corrumpitur, sed manet terra in sua siccitate, & frigiditate: quia influentia cœlestiū corporum solum penetrat secundum crustum terrę, in qua cauſantur mineralia. Cum ergo impossibile sit esse aliquam cōiunctionem planetarum, vel aspectum, qualiscunque sit, simul super totam terram, ideo impossibile est, illos naturaliter influere ad diluuium.

Solutio.

¶ Item, quia entia naturalia ordinatissima sunt, vt patet 12. Metaphysic. vbi dicit, Phylosophus quòd ita bene sunt ordinata, quòd melius ordinari non possent. Si autem in corporibus cœlestibus essent potentia, vt per diluuium, vel inflammationem, vel quomodolibet aliter terram destruerent, hoc inordinatissimum esset: quia entia naturalia desiderant se conseruare, & maximè desiderant conseruationem vniuersi: & ideo licet nunc entia naturalia aliquo modo corrumpant, contra statum ordinatissimum vniuersi est. Hoc autem pertinet ad diluuium vniuersale, vel vniuersalem conflagrationem: quia per cōflagrationem vniuersalem posset totum elementum aeris corrumpi, vel principales partes vniuersi, scilicet omnes homines, propter quos omnia quodammodo facta sunt, vt patet 2. Physicorū, & omnes species animalium & planetarum. Idem autem de diluuio dicendum est, vt satis patet: ergo natura non potest causare vniuersale diluuium.

¶ Et si aliquis respondens ad superiorem proba-

tionem, diceret, quòd licet coniunctio, vel aspectus planetarum non possit esse super omnes partes terræ simul, tamen super illam partem, in qua esset, tantam multitudinem causaret aquarum, quòd ille fluerent ad omnes alias partes terræ, cum terra orbicularis sit, & sic totam cooperirent aquæ, & fieret vniuersale diluuium.

¶ Respondetur quòd hoc impossibile est, quia non est tanta vis corporum cœlestium, quòd in vna parte tantum de humiditate influeret, vt tota terra vndique cooperiretur, ad montes altissimos perueniente aqua, & excedente quindecim cubitis. Et idem de conflagratione dicendum. Patet magis ex litera hoc fuisse supernaturale, quia dicitur quòd rupti sunt fontes abyssi: ruptio autem quandam violentiam signat, quæ facta fuit à Deo in rebus naturalibus, cum ipse egit supra consuetum modum earum.

Quadraginta diebus, & noctibus. Non sciebat Noe, vtrum transijssent quadraginta dies, dum pluerat, quia toto cœlo obscurato solis, vel astrorum præ multitudine nubium, non videbat lumen, sed Deus ei reuelauit, quòd quadraginta dies fuerant. Et non durauit, nisi quadraginta diebus, & totidem noctibus: quia in illis creuit aqua vsque ad quindecim cubitos super cacumina montium, & non erat necesse plus crescere: quia vsque ad illum locum corruptus fuerat aer in peccatis, & turpitudinibus hominum. Et propter istam eleuationem aquæ ad tantam partem aeris, dicti sunt cœli fuisse tunc de aqua, vt patet secundæ Petri. capitulo vltimo.

Cur tantū creuerit inundatio aquarum, vt ampli⁹ non cre-uerit.

Delebo omnem substantiam, quam feci. Vocat substantiam viuentem animam: quia res inanimatæ, vt terra, & arbores, non corruptæ, vel deletæ sunt, sed peioratæ sunt: licet enim diluuium tulerit superficiem terræ, & conuerterit in aquas, vel injecerit in Oceanum, siue montes aliquos fecerit, tamen quia arbores firmius radicatæ erant, non euulsæ sunt. *De superficie terræ.* Idest, vt non maneat super terram, sed moriatur, & conuertatur in terram. cum enim homines viderunt magnam inundationem aquarum, maxime, quia Noe prædixerat eis, fugerunt ad montes altissimos: & cum aquæ continue crescerent, detrahebat eos inde in profundum, & moriebantur. Sic etiam omnia bruta faciebant. *Fecit ergo Noe omnia, quæ mandauerat ei Dominus.* Scilicet recipiendo intra arcam animalia, quę ad eum veniebant, & ponendo familiam suam in arca.

Quo tempore inceperint aq̄ diluuij.

Eratque sexcentorum annorum. Non impleuerat Noe adhuc sexcentesimum annum, sed incoauerat eum, quia transierant de ipso quasi mensis, & dimidium, scilicet, quia mense secundo, decimaseptima die mensis inceperunt aquæ diluuij: & hoc erat in anno sexcentesimo Noe, vt patet infra. Annus inceptus pro completo computatur, etiam si vna sola dies transierit: & sic à tempore illo, quo Dominus mandauit Noe facere arcam, vsque ad diem diluuij primam fluxerant centum anni, præter viginti annos, quibus prędicauit Noe cunctis hominibus, vt conuerterentur de vijs suis pessimis. Et sic dicitur præcedenti capitulo: Erunt dies hominis centum viginti anni, quibus durauit prędicatio, & arcæ fabricatio. *Quando aquæ diluuij inundauerunt super terram.* Idest inceperunt inundare: erant enim pluuiæ illæ ita magnæ, quòd non videbantur, quia non apparebant pluuię, sed quasi de cœlo flumina nascerentur, in terram defluentia, ideo prima die qua inceperunt, magnam inundationem fecerunt.

Alph. Tost. super Gen.

Et ingressus est Noe. Ex hoc patet, quòd octo animæ saluatæ fuerunt in diluuio, scilicet Noe, & vxor eius, & tres filij sui, & totidem filiorum vxores.

Non nominātur hic eodem ordine istæ personæ ingredientes, quo narrantur exeuntes, quia hic ponuntur primo omnes viri, deinde omnes fœminæ Sequenti cap. nominatur Noe cum vxore sua, deinde filij eius cum vxoribus suis.

¶ Diuersitatis ratio est, quia quando introierunt arcam, intrauerunt vt dolentes de vniuersali destructione, & ideo separati, ne delectarentur in commixtione sexuum: cum autem exierunt, destructionem totius generis humani per suam propagationem reparaturi erant: ideo coniuncti quasi ad generationem, prompti nominantur. *De animalibus quoque mundis, & de volucribus.* Non distinguitur hic mundum, & immundum inter volucres, quemadmodum in animalibus gressibilibus: multæ tamen aues in lege immundę iudicantur, vt aquila, griphes, alietus, miluus, accipiter, struthio, & noctua, larus, bubo, mergulus, & tignus, ibis, onocrotalus, porphirion, erodion, charadrius, vpupa, vespertilio, & multæ aliæ de quibus Leuitico vndecimo, & Deuteronomio decimoquarto capite. Ex quo videtur, quòd non accipit hic animal mundum, idest, quòd secundum legem comedere licebat, sed illud, quod homines post diluuium comederunt: aues autem non distinguuntur per mundum, & immundum, quia rarissimæ sunt, quibus aliqui homines non vescantur: serpentes, autē leones, & similia nulli homines comedunt: ideo immunda iudicantur. *Et de omni, quod mouetur in terra.* Idest de omni viuenti, & moto super terram ad differentiam piscium, qui viuunt: sed non introierunt in arcam, quia in aquis melius conseruabantur: & intelligitur hic de omni quod mouetur, in quo reperitur sexus masculinus, vel fœmininus: alia autem animalia, quæ imperfecta sunt, nec sexum habent de corruptionibus nascuntur: ideo non introierunt in arcam. *Duo ingressa sunt ad Noe.* Non dicit hic principaliter duo, numerum, sed ordinem: non est enim sensus, quòd de qualibet specie viuentium intrauerunt duo solum ad Noe, quia de volucribus, & animalibus gressibilibus mundis septem ingressa sunt de qualibet specie, vt supra dictum fuit: sed dicit duo ordinem, scilicet, quòd de qualibet specie intrauerunt duo, idest combinata, quia omnia, quæ introierunt in arca intrauerunt combinata, scilicet masculus, & fœmina, vt postea gignerent, præter masculos auium, & omnium mundorum de qualibet specie: quia vnus masculus sine consorte intrauit, & ille seruatus fuit pro holocausto in exitu de arca. *Cumque transijssent septem dies.* Scilicet ab illo die, quo mandauerat Deus Noe ne intraret in arcam, sed non intrauit, donec venit dies septimus, in quo inundauerunt aquæ: & forte in ijs septem diebus recepit animalia vehementia, & aues, licet aliqui dixerint, quòd ipse cum domo sua intrauerat, & non pluerat, deinde vsque ad septem dies, vt supra diximus: sed falsum est, quia Noe, & animalia cum eo steterunt vno anno integro, & ingressi sunt eadem die, qua egressi sunt reuoluto anno: sed mense secundo, die decimaseptima anni sexcentesimi primi vitæ Noe, exiuit Noe de arca: ergo mense secundo die decimaseptima anni sexcentesimi vitæ Noe ingressus fuit ipse archam: ista autem die incœperunt aquæ diluuij

venire

venire super terram, vt patet infra: ergo ista die intrauit Noe in arcam. *Anno sexcentesimo vitæ Noe.* Scilicet incipiente, sed nondum completo: quia solum transierat mensis, & dimidium de illo anno.

Mense secundo.

Quo mense factum fuerit diluuium.

¶ Quis fuerit iste mensis, dubium est, quia de inceptione anni dubium est, de quo aliquid diximus supra primo capitulo. Apud Latinos, primus mensis Ianuarius est: sed ad Hebræos nihil de hoc attinet, maxime cum annus Latinorum non incepit semper in Ianuario, sed post Iulium Cæsarem: ante enim in Martio principium erat, & finis in Februario: erat enim Ianuarius vndecimus, & Februarius duodecimus mensis. Sic enim ait Ouidius in secundo libro Fastorum.

Qui Ianum sequitur, veteris fuit vltimus anni.

Idest mensis, qui sequitur post Ianū, scilicet Februarius, fuit vltimus, idest duodecimus in anno antiquorum Latinorum.

Opinio Hebræorū duplex de Ichoatione anni.

¶ Secundum Hebræos duplex opinio est de inchoatione anni, sicut de inchoatione mundi. Rabbi Eliezer, & quidam sequentes dicunt, quòd annus incepit in Septembri; & secundùm istos, secundus mensis est October: Rabbi Iosue, & aliqui sequentes eum, dicunt, quòd principium anni est in Martio, vt patet Exodi duodecimo capite. Iste mensis primus erit vobis in mensibus anni. Sed secundum quòd concluſimus supra primo capite, mundus in Septembri creatus fuit: ideo annus ibi incepit, & mensis. Si autem Martius dicitur primus mensis, hic non dicitur, quia simpliciter primus sit: sed quia ibi incipiunt Iudæi numerare menses, & annos, propter aliquem euentum notabilem, qui in illo mense fuit, scilicet liberatio de Aegypto, quæ in xv. die mensis huius facta fuit, vt patet Exodi duodecimo. Sic etiam Græci ab Alexandro annos suos computare inceperunt, vt patet primo Machabeo. quia facta Alexandri, & gloria fuerunt maiora factis aliorum Regum Græcorum: quia ante eum regnauit Philippus pater eius, & aliqui alij, vt patet per Paulum Orosium libro tertio de Ormesta mundi, & per Solinum in Polistore, & Eusebium in Chronicis. Et confirmatur ista sententia ex eo, quod habetur Exodi duodecimo capite, quando Dominus dixit Moysi: Iste mensis, idest Martius primus erit vobis in mensibus anni. Si autem iste mensis ante fuisset primus, mandatum illud esset valde superfluum, & stultum: ergo videtur, quòd ante September erat primus inter menses anni, vel ad minus non erat primus Martius.

Prima opinio.

Secunda opinio.

Confir.

Diluuium fuit mēse Octobris.

¶ Fuit ergo ista fontium ruptio in mēse secundo, idest in Octobri, scilicet, qui immediate sequitur post Septembrem.

Quo Iudæi incipiunt menses.

¶ Nobis tamen non potest esse notum, quo die Octobris nostri hoc contigerit, licet dicatur in litera, decimaseptima die, quia non incipiunt Iudæi menses sicut nos, sed per lunationes, scilicet, quòd lunatio, quæ est propinquior æquinoctio autumnali, quod fit intrante Sole primum gradum libræ, & est quasi in medio Septembris nostri. est principium Septembris, siue illa lunatio sit ante æquinoctium, siue post. Ideo quando September apud eos citius incipit, quo incidit ferè cum principio nostri Septembris, quia æquinoctium ferè fit in dimidio Septembris nostri: September autem tardius incipiens apud Hebræos inchoat iuxta finem Septembris nostri: & tunc coincidit cum Octobri nostro. Si vero September eorum tunc fuit temporaneus, scilicet coincidens cum Septembri nostro, ista ruptio fontium fuit facta circa festum sancti Lucæ. Si autem fuit serotinus valde, ruptio ista fuit quasi in medio Nouembris nostri. *Rupti sunt omnes fontes.* Ruptio significat violentiam: per quod ostenditur, quòd ista inundatio aquarum nō fuit ex causa naturali, sed Deus contra naturæ consuetudinem, & super naturæ potentiam operatus est.

¶ Aliqui autem nimis confidentes sapientiæ suæ, dicunt, quòd istud diluuium prouenit ex causa naturali, scilicet ex coniunctione planetarum humidorum in signis pluuialibus.

¶ Et eodem modo volunt assignare causam conflagrationis vniuersalis ante diem iudicij per ignem, dicentes, quòd coniungentur planetæ calidi, & sicci in signis igneis. Sed ista irrisoria sunt: de igne ante iudicium satis patet, quia natura non posset tantam ignis quantitatem gignere, vt comburat, & depuret alia elementa. De diluuio autem patet, quòd non potuit naturaliter accidere ex duobus.

¶ Primo ex natura loci, quia agentia naturalia non possent tātum educere rem extra locum suum: aquæ autem in diluuio excesserunt locum sphæræ suæ, quia secundum Astrologos aqua, & terra faciunt vnam sphæram: tunc autem aqua occupauit magnam partem sphæræ aeris, scilicet, quòd excesserit montes altissimos quindecim cubitis, vt infra patet. & sic dicitur secundæ Petri. capite tertio, quòd cœli, & terra erant tunc de aqua, idest aqua inuaserat tunc totam terram, & magnam partem cęli, idest aeris, & reddiderat eos humidos secundum qualitatem aquæ.

¶ Secundario patet hoc ex magna aquarum quantitate, quia naturaliter non poterat tantum de alijs elementis conuerti in aquam, quòd aqua cooperiret totam terram in tanta altitudine. Et est hoc contra intentionem Philosophi in secundo Metheorum, vbi dicit de diluuijs, quia possunt esse particularia, scilicet, quòd vna terra cooperiatur, & non aliæ: sed quòd omnes cooperiantur, naturæ impossibile est, maxime, quia istud diluuium fit ex aliqua speciali influentia: sed ista non potest esse in omnibus partibus cęli. De hoc supra dictum fuit in isto capite, & plenius dicetur super Eusebium. *Fontes abyssi.* Abyssus dicitur locus absconditus in viceribus terræ, in quo aquæ latent, & de quo emanant fontes, & lacus. *Abyssi magnæ.* Dicitur magna abyssus tota terræ concauitas, in qua latent aquæ ad differentiam aliquarum paruarum cōcauitatum terræ, quæ vocantur paruæ abyssi: tunc enim tota aqua manens sub terræ visceribus erupit ad superficiem terræ. huic modo loquendi concordat valde, quod dicit Seneca libro sexto de Quæstionibus naturalibus tractans de origine Nili. *Et catharractæ cæli apertæ sunt.* Quidam doctor solemnis dixit, quòd cœlum stellatum, & omnes inferiores orbes aperti sunt, & magna pars aquarum supra cœlestium, scilicet crystallinarum, decidit in terras: sed hoc non habet saltem aliquam apparentiam, quia aquæ illæ crystallinæ, non sunt de specie istarum naturalium aquarum elementalium, vt declarauimus supra primo capite, quia non sunt fluxibiles, sed de natura sua sunt gelidæ: ideo non possent suffocare, vel cruciare homines, cum non habeant aliquam istarum qualitatum actiuarum, & passiuarum, quæ sunt instrumenta harum actionum. Etiam, quia cum illæ aquæ fuerint de natura cœlesti, aliquid perijsset de veritate cœli, quòd inconueniens est,

est, maxime, quia illæ aquæ non sunt propriæ aquæ, sed est substantia cœlestis habens aliquam similitudinem cum aquis. Sed accipitur hic cœlum pro cœlo aereo: sicut dicitur Psalm. 8. Volucres cœli, idest aeris & Matth. cap. 13. Aues cœli comederunt illud, & est sensus, quòd. *Catarhactæ cœli apertæ sunt.* Idest multæ aquæ fluxerunt de aere super terras: quia forte omnes exhalationes existentes in medio aeris intestino, conuersæ fuerunt tunc in pluuias: & dicuntur catarhactæ quædam aperturæ, vel meatus aquarum, & accipiuntur hic tropicæ, ad significandum quòd tota aqua defluxit, quæ super aerem erat ad terras. Vel dicuntur apertæ catharactæ cœli, ad notandum, quòd hoc non fuit ex causa naturali, sed Deus supernaturaliter operatus est. Et iste est conueniens modus loquendi, quia ea, quæ à Deo fiunt, dicuntur à cœlo fieri, quia Deus cœlum principaliter habitat. Sic habetur primo Machab. cap. 3. Quia non est in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo fortitudo est, idest a Deo. Et iste modus loquendi frequentior est in sacra scriptura, & etiam apud vulgares, vt dicant catarhactas cœli: quia est catarhacta alueus, vel apertura, per quam fluit aqua, quæ interius tenebatur: & hoc prouenit ex opinione vulgarium, qui putant, quòd pluuia sit in cœlo custodita, velut in thesauro Dei. Est autem cœlum clausum, ideo nisi aperiatur, non potest inde aqua fluere: si autem claudatur, nunquàm fluet. Sic patet Deuteronom. 28. capitulo. scilicet, Aperiet Dominus thesaurum suum optimum cœlum, vt pluuiam tribuat terræ tuæ tempore suo. Econtrario autem, quando non venit pluuiam, dicitur cœlum indurari. eodem cap. Sit cœlum quod supra te est, æneum, & terra quam calcas, ferrea: det Dominus imbrem terræ tuæ, puluerem, & de cœlo cadat super te cinis, donec conteraris. Cum igitur in cœlo putetur esse aqua clausa, necesse est dari aperturas quasdam, quas catarhactas vocamus, per quas fluat, & iste aperiuntur, & clauduntur ad nutum Dei, sicut dixit ad Elisæum quidam de seruis regis Ioram: Si fecerit Dominus etiam catarhactas aperiri, nunquid poterit esse, quod loqueris, idest etiam si Deus mittat panes coctos, & farinam de cœlo per catarhactas, quas aperuerit, non potest esse verum verbum tuum. libro quarto Regum capitulo septimo. Et talis sonus fit de catarhactis cœli. Psalm. 41. Abyssus abyssum inuocat in voce catarhactarum tuarum, idest in sonitu pluuię cadentis de cęlo per catarhactas tuas. *Et facta est pluuia super terram.* Nimis enim crescebant aquæ, quia aquæ desuper fluebant per quadraginta dies continuos nocte, & die, & de viscеribus terræ erumpebant. *Quadraginta diebus.* Non durauerunt pluuię pluribus diebus, quia in istis quadraginta sufficit quousque excederent montes altissimos aquæ.

Catharactæ quid sint.

Opinio vulgaris de pluuia.

Et non potuit cognoscere Noe, vtrum transissent quadraginta dies, vel plures, siue pauciores: quia licet Noe sciret, quòd aliqui dies transierunt, dum ipse mānsit in arca, quia percipiebat se moueri: motus autem non fit sine tempore, etiam cum homines aliquando mensurent actionem suam tempore: postea conuerso mensurant tempus per actionem, vt sciant, quantum tempus transiuit, licet non aduerterint, quia sciunt quantum fecerunt, & sic Noe videns se multa fecisse in arca, dum audiebat sonitum pluuiæ continuę, iudicaret se pluribus diebus stetisse, dum durauit pluuia: Nescicbat tamen, quot dies essent, quia temporis magnitudo certificatur per motum cœli quantum ad solem, & lunam, vt patet supra primo capitulo, vbi dicitur: Vt sint nobis in signa, & tempora, dies, & annos. Noe autem non vidit Solem, dum durauit pluuia, quia totus aer vehementibus pluuiis obscurabatur: Deus tamen reuelauit postea Noe, quòd steterat per quadraginta dies, dum pluebat. *In articulo diei illius.* Dicit Nicolaus, quòd articulus significat rem distinctam, & manifestam: Deus autem fecit Noe ingredi in arcam in die clara, vt alij viderent eum ingredientem, & sic cognoscere posset Noe, quòd Deus poterat eum custodire ab insidiatoribus suis, qui cogitauerant eum occidere, ne intraret in arcam.

Quid articulus diei

Expositio Nicolai.

Videtur autem aliter dicendum, quòd articulus significat paruam particulam distinctam: & sic vocatur articulus diei parua pars temporis, qua nox à die secernitur: & tunc est sensus, quòd Deus fecit Noe intrare in arcam in principio diei, scilicet in aurora. Et ista est sentētia Rabbi Abraham, & Auenezra. *Diei illius.* Hic est recapitulatio, & refertur hęc ad diem, in quo ingressus fuit Noe in arcam, qui fuit septimus antequàm pluere inciperet: vt quidem putant: sed supra ostendimus quòd fuit ille, in quo incepit pluere. *Noe, Sem, Cham, & Iapheth.* Hic nominantur viri mixti cum vxoribus, vt patet sequēti cap. Et ratio est: quia quando intrauerunt in arcam, non intrauerunt ad generandum: quando autem exierunt, procedebant ad generandum, & ex hoc concluditur, q̄ viri in toto illo anno integro, quo mansērunt in arca, nūquam carnaliter cognouerunt vxores suas; sic etiam de animalibus brutis, quòd ibi nec coierunt, nec genuerunt: quia dolentes homines, & iumenta de vniuersali mundi afflictione delitiis carnalibus non vacabant. *Et tres vxores filiorum eius.* Nouiter acceperant filij Noe illas vxores, nec genuerant ex illis, nec cognouerant eas: patet, quia ante diluuium isti filios non habuerant, nec dum in arca fuerunt, sed post exitum. Et hoc fuit, quia pater eorum Noe cognoscens quę ventura erant, vetuerat eis ad vxores accedere: vel quia forte alia die antequàm in arcam intrarent, eas acceperunt, ne actionem haberent accedendi ad eas. *Et omne animal secundum genus suum.* Genus denominat hic speciem: quia si accipiatur genus proprię, non est differentia generica inter animalia, sed solum specifica, idest omnia animalia eiusdem speciei simul, & alia alterius speciei simul: quia magis cōcordabant sic, quàm si confuse ponerentur in arca: & non solum ponebantur animalia vnius speciei simul, sed etiam masculus, & femina simul, licèt ibi generare non debebant. *Vniuersaque iumenta.* Replicatio superabundans est, ad magis declarandum, quia omnia, quę infra dicuntur, continentur sub animali: sed postquàm posuit omnia animalia sub quadam communitate, declarat illa magis descendendo ad particularia: dicuntur enim iumenta animalia mansueta, nata ad adiuuandum homines, vt equi, boues, asini, & cameli, qui iuuant ad ferendum onera, & ad collendum terram. *Et omne quod mouetur super terram.* Per hęc intelliguntur omnia animalia gressibilia, quę non sunt iumenta, siue sint comestibilia, vel mansueta, vt oues; caprę: siue non mansueta, vt leones, & serpentes, & similia. *In genere suo.* In omnibus animalibus seruabatur hoc, siue essent gressibilia, siue volatilia, q̄ omnia animalia eiusdem speciei ponebantur simul. *Cunctūq; volatile.* Hoc nomē generale est ad omnē modū, vel speciem animaliū, quę in aere mouentur. Deinde magis declarat, cum subdit. *Vniuersæ aues:* Facit hic differentiam inter aues, & volucres, licet idem sint: vocat enim aues omnia volatilia, quibus

Alia expositio Rabbi Abenezra.

Ratio.

Quę bruta iumēta appellari possint.

veſcimur, & quæ principaliter apud nos aues nuncupantur: volucres autem vocat omnia animalia, quæ volant, qualiacunque ſint, dum tamen ſit in eis diſtinctio maris, & fœminæ: quod dico proprie muſcas, apes, papiliones, & cyniphices, cū aliis ſimilibus, in quibus non eſt generatio per commixtionem ſexuum, ſed ex corruptionibus, de quo magis diximus ſupra 2. & precedenti capite, quia iſtę volantes imperfecte non introierunt arcam, cum poſſent poſtea gigni ex corruptionibus, licet in quibuſdā imperfectis inueniatur generatio per commixtionem ſimul, & per putrefactionem, vt eſt in muribus. *Bina, & bina.* Binus non dicit hic principaliter numerum, ſed ordinem: ſi enim ſignificaret numerum, eſſet ſenſus, quòd de qualibet ſpecie animalis intrauerunt duo ſolum: ſed hoc falſum eſt, quia de volucribus, & animalibus mundis intrauerunt ſeptem: de immundis autem ſolum duo: ſed ſignificat ordinem, ſcilicet quòd de qualibet ſpecie intrauerunt bina, ideſt combinata, vt poſtea ſic generarent, prēter ſeptimum animal, de qualibet ſpecie mūdorum, qui maſculus erat, & ſine conſorte ponebatur, quia gignere non debebat, ſed mox, vt de arca exiret, Deo immolandus erat. de quo ſupra 8. cap. *Ex omni carne.* ideſt non ex piſcibus, quia diluuium non faciebat periculum piſcibus, ſed greſsibilibus, & volatilibus, & accipitur hic caro ſtricte pro ſubſtātia corpulenta rerum volatilium, & greſsibilium: accipiendo tamen large, piſces carnem habere dicūtur, vt patet primæ Corinth. 15. cap. Omnis caro non eadem caro: ſed alia caro pecorum, alia volucrum, alia piſcium; & ſimile Leuit. 11. cap. vbi dicuntur piſces habere carnem. *In qua erat ſpiritus vitæ.* Hęc additio non ponitur ad faciēdum differentiam, ſcilicet quòd ſit aliqua caro, in qua non ſit ſpiritus vitæ, quia nulla caro eſt, quæ non habeat ſpiritum vitæ: ſed ponitur ſpecificatiue, ſcilicet quòd omnis caro introiuit in arcam, & illa habet ſpiritum vitæ. *Et quæ ingreſſa ſunt, maſculus, & fœmina introierunt.* ideſt in omnibus animalibus intrantibus arcam, fuit iſte modus, quòd nullum animal ſolitarium intrauit, ſed omnia combinata, ſcilicet maſculus & fœmina, præter ſerpentem inter animalia munda. *Et incluſit eum Dominus de foris.* ideſt bituminauit Deus oſtium arcæ, poſtquàm nec intrauit à parte exteriori, ne ſubintraret aqua per iuncturas tabularum. Hæc autem per hominem nullo modo fieri poterant. vnde in Hebræo dicitur. *Clauſit Dominus pro eo.* ſcilicet quia Noe claudere non poterat. *Factumque eſt diluuium.* i. cępit fieri, & durauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus pluuia, inundando a die, qua intrauit Noe in arcam. *Multiplicatæ ſunt aquæ.* Fluentes de cœlo, ſcilicet aereo, & erumpentes de viſceribus terræ. *Et leuauerunt arcam in ſublime.* Ita quòd arca moueretur fluctuando per diuerſas partes aquarum inundantium. Et dicit Auguſtinus de ciuitate Dei, libro 15. quòd iſta arca talis erat, vt diuina prouidentia, & non humana ſolertia fluitaret. Mirabile enim fuit, quòd iſta arca in vno anno, quo durauit in aquis per diuerſas partes inter valles, & colles ſine rectore fluitans, ex aliqua illiſione fracta non fuit. Et iſta eleuatio non fuit poſt quadraginta dies, ſed ante, forte in quinto, vel ſexto die, quādo creuiſſent aquæ per decem, vel duodecim cubitos, quia ſi non fuiſſet eleuata vſque ad quadraginta dies ante, fuiſſet aquis cooperta, & poſt non potuſſet grauedine aquarum eleuari. *In ſublime à terra.* Quia in illis quadraginta diebus creuerunt aquæ ſuper totam terram, & quindecim cubitis ſuper montes altiſsimos vehementer inundauerunt: quia ante nec poſt, nunquàm tantum aquæ creuerunt, nec in futuro tantum creſcent, ſicut promiſit Deus Noe, & ſemini eius, vt patet ſequenti cap. *Omnia repleuerunt in ſuperficie terræ.* ideſt totam terram in circuitu cooperuerunt aquæ. Et hoc requiritur ad hoc, quòd ſit diluuium vniuerſale: in aliis autem diluuiis, ideſt Ogygi, & Deucalionis aliqua pars terræ cooperiebatur, ſed non tota terra: quia tempore Ogygi cooperta fuit magna pars Achaiæ apud ciuitatem Eleuſinam: tēpore Deucalionis cooperta fuit magna pars Theſſaliæ apud montem Parnaſum, vt ait Paulus Oroſius j. lib. de Ormeſta mundi, & Iſidorus lib. 13. Etym. c. de diluuiis. *Porro arca ferebatur ſuper aquas.* Fluitando, ſcilicet: & patet, quia ipſi morabantur ante diluuium contra meridiem verſus terram Iudeæ: ſed poſt quieuit arca ſuper montes Armeniæ, quæ eſt in confinio ſeptentrionis, & orientis iuxta mōtem Taurum, & Caucaſum. *Aquæ præualuerunt ſuper terram.* Creſcendo ſemper in illis quadraginta diebus. *Operti ſunt omnes montes excelſi.* Aliqui dicunt, quòd non aſcenderunt aquæ ſuper montem Olympum, qui eſt Olympus mons altiſsimus in Theſſalia, vel potius Macedonia & Græciæ regione, excedens nubes, in cuius ſūmitate ſi literæ in puluere deſcribantur, indeletæ poſt annos multos inuenientur, vt ait Solinus in Poliſto. cap. de Theſſalia, & Macedonia: ex quo colligitur, ibi nullum ventorum, vel pluuiarum impetum fieri. Sed arguetur contra hoc, quia dicitur in litera, quòd montes altiſsimi in vniuerſo orbe operti ſunt.

¶ Reſpōdetur, quòd non obſtat, quia. Omnis non diſtribuit ſecundum totam vim ſuam in ſcripturis ſacris, ſicut apud Dialecticos: & patet, quia manifeſtum eſt, quòd etiam præter iſtum montem, alius euaſit, ad quem non aſcenderunt aquæ diluuij, ſcilicet mōs Paradiſi terreſtris, cū ibi maneret Henoch pro tunc, de quo multa diximus ſupra 2. cap. Sed an aquę diluuij aſcenderunt Olympum, non eſt certum, ſed potius eſt tenendum, quòd aſcenderint: neque eſt in hoc dubitatio faciēda: nam eodem modo dubitaremus de aliis montibus altiſsimis Theſſaliæ, & Macedoniæ, quibus non ſunt aliqui montes in toto orbe æquales, vt ait Solinus in Poliſtore. Sed plane dicendum, quòd ſuper omnes illos aſcenderint. De ſolo monte Paradiſi terreſtris eſt ratio dubitandi, tū quia erat ibi iam Henoch, ne extingueretur: tum quia aqua diluuij corrupit terram, auferendo bonam cruſtam, in qua eſt germinatiua: & infundendo vim ſalſuginis ad inferiora: ſed locus Paradiſi non debuit lædi, quia eſſet habitatio ſanctorum: ideo non debuit illuc intrare diluuium. Licet aſcēderet ad maiorem altitudinem: maneret tamen aqua circumfluia in modum muri, de quo tactū eſt ſupra ſecundo cap. quæſt. 9. & dicetur in commentariis noſtris ſuper Euſebium. De montibus tamen aliis nulla dubitatio eſſe debet, quin aſcenderit aqua ſuper illos, quia non ſubeſt cauſa dubitandi: immo ſi aliqui fuiſſent, ad quorū ſummitatem non perueniſſent aquæ, poſſent ibi homines, & animalia fugere mortem: & tamen in diluuio omnia viuentia perierunt: ergo ſupra omnes montes aſcendit aqua diluuij: ſed non eſt eadem cauſa de loco Paradiſi, quia illuc neque homines, neque animalia, neque dæmones aſcendere poſſunt, cum ibi ſit Cherubin, habens gladium igneum verſatilem, ad cuſtodiam ligni vitæ: ſupra 2. cap. *Quindecim cubitis altior fuit aqua.* Iſti ſunt cubiti geometrici, quia ſecundùm Origenem, & Auguſtinum 15. de ciuitate Dei cap. vlt. Moyſes vtitur cubitis geometricis in omnibus iſtis deſcriptionibus. Sed de his dubium eſt, & magis videtur, quòd ſint communes, ideſt humani. *Super montes quos operuerat.* Non eſt intelligendum

In quibuſdam generatio eſt propagationem, & putrefactionem.

dum quòd præcisè aqua excedens fuerit quindecim cubitis ſuper quemlibet montem: quia quidam montes parui ſunt, quidam autem altiſsimi: & ſic aqua exceſsit forte centum cubitis ſuper aliquos montes. Nec eſt intelligendum, quòd ſuper montes altiſsimos vniuerſæ terræ quindecim cubitis exceſſerit, cum aliqui fuerint montes, ad quorum capita diluuium non peruenit, vt diximus de monte paradiſi terreſtris. Sed intelligendum quòd de illis montibus, qui operti fuerunt aquis, altiſsimi montes fuerunt cooperti quindecim cubitis. *Conſumptaque eſt.* Hic ponitur effectus diluuij, ſcilicet conſumptio omnium viuentium. *Omnis caro.* ideſt omne animal, ponitur pars pro toto. *Volucrum.* ideſt auium. *Animantium.* animalium manſuetorum, ſiue comeſtibilium, ſiue non comeſtibilium. *Beſtiarum.* ideſt animalium ferocium, vt Leonum, & Vrſorum. *Reptilium.* ideſt ſerpentum, & colubrorum, qui reptant. *Super terram.* ad differentiam animalium reptantium in aquis, ſcilicet piſcium, qui reptilia dicuntur, vt patet ſupra primo capitulo: Producant aquæ reptile animæ viuentis: piſces enim non mortui ſunt. *Et quibus ſpiraculum vitæ.* ideſt viuentium & ſpirantium ad differentiam vegetabilium, quæ licet viuant, tamen non ſpirant: arbores enim non fuerunt deletæ, ſed multæ præ magnitudine inundationis deletæ, & eradicatæ fuerunt. *Et omnem ſubſtantiam.* Vocauit hic ſubſtantiam ſolam rem viuentem, & per ſe mobilem, quia loquendo de ſubſtantia generaliter non omnes aliæ ſubſtantiæ perierunt in diluuio. *Remanſit autem ſolus Noe.* Ex hoc mendacium quorundam arguitur dicentium, quòd Og rex Baſan gigas, euaſit aquas diluuij propter magnitudinem corporis ſui: litera enim vult quòd ſolum Noe, & qui cum eo erāt, euaſerint. ¶ Dato enim quòd Og tantæ magnitudinis fuerit, quòd exceſsiſſet altitudine aquas diluuij, tamen ſecundum naturam viuere impoſsibile erat. Vnde enim in tanto tempore cibum habuiſſet, tanto tempore in aquis manens, cum aquæ omnia cooperuiſſent? ¶ Item quomodo potuiſſent ſuſtinere aquę frigiditatem, & humiditatem mortificantem humanam complexionem tanto tēpore? Naturaliter enim impoſsibile erat, etiam ſi illo tempore fuiſſet, non potuiſſet viuere tandiu: quia à diluuio vſque ad tempus, quo occiſus eſt Og in introitu terrę Chanaam, Deuter. 3. cap. fuerunt anni octingenti triginta ſeptem, ſcilicet à diluuio vſq; ad natiuitatem Abrahæ ducenti nonaginta duo anni, vt colligitur infra vndecimo capitulo: & inde vſque ad introitum Abraæ in terrā Chanaam ſeptuaginta quinq; anni vt infra duodecimo: & inde vſque ad exitum de Aegypto quadringenti triginta: Exod. 12. Et ad Galath. 3. & illud vltra Euſebius in Chronicis: & inde quadraginta anni vſque ad introitum in terram Chanaam, quibus per deſertum diſcurrerunt: Deuteron. 2. & 8. & in illo anno occiſus fuit Og rex Baſan, qui adhuc erat vir fortis, & pugnator; ergo non potuit eſſe tempore diluuij, quia nemo poſt diluuium tandiu vixit: ridicula ergo iſta ſunt. *Et obtinuerunt aquæ terras centum, & quinquaginta diebus.* ideſt tenuerunt aquæ terras, ſcilicet eleuatæ exiſtentes ſuper terram. In Hebræo habetur. *Creuerunt, ſiue maioratæ fuerunt aquę ſuper terras.* Et ſecūdum hoc volunt aliqui Iudæi, quod aquæ per continuos centum & quinquaginta dies creuerunt continuo, & in fine iſtorum dierum fuerunt aquæ altiores terra quindecim cubitis. ¶ Sed hoc non poteſt ſtare, quia aquæ creſcebant per pluuias cadentes: pluuiæ autē ſolum durauerunt per quadraginta dies, ex quibus fiebant augmentationes aquarum. Et ad literam Hebraicam dicitur, quòd maiorari, vel creſcere non dicit ibi fieri, ſed factum eſſe. Et eſt ſenſus maioratæ ſunt aquæ per centū & quinquaginta dies, ſcilicet quòd creuerunt per quadraginta dies, deinde ſteterunt per centum quinquaginta dies in illo augmento, ita quòd nihil decreuerunt, & poſt iſtos dies inceperunt minui. Et iſtum ſenſum ſecuta fuit litera noſtra, quæ non dixit, maioratæ ſunt, vel creuerunt, ſed obtinuerunt: quia obtinere, eſt tenere principatum: aquæ autem tenuerunt principatum, non quando creſcebant, ſed quando ſuper totam terram eleuatę erant. ¶ Iſtos cētum quinquaginta dies computat Nicolaus à die, quo pluuiæ inceperūt: & ſic tenet Hiſtoria ſcholaſtica. Rabbi Salom. dicit quòd iſti centum quinquaginta dies computantur poſt deſcenſum pluuiarum, ſcilicet poſt quadraginta dies, in quibus aquę eleuatæ fuerant quindecim cubitis ſuper montes. Et iſte ſenſus magis videtur conſonare literę noſtrę, quia obtinere eſt tenere excellentiam: quando autem pluuię inceperunt, nondum proprie dicebantur tenere excellentiam ſuper terram, quia nondum exceſſerant altitudinem mōtium: ſed poſt illos quadraginta dies dicebantur proprie tenere excellentiam, quia totam terram excedebant: & ſecundum hoc centum nonaginta dies tranſierunt a die, qua pluuię cęperunt, vſque ad diem, qua aquę minui cęperunt. Sed de hoc magis dicemus ſuper Euſebium.

Og rex Baſan non euaſit diluuium. Prima ratio.

Secunda ratio.

Tertia ratio.

C *De ceſſatione diluuij, & egreſſu Noe de arca, & holocauſtis.* Cap. VIII.

RECORDATVS autem Dominus Noe, cunctorumque animantium, & omnium iumentorum, quæ erant cū eo in arca, adduxit ſpiritū ſuper terram, & imminutæ ſunt aquæ, & clauſi ſunt fontes abyſſi, & cataractæ cœli, & prohibitæ ſunt pluuiæ de cœlo. Reuerſęque ſunt aquę de terra euntes, & redeuntes: & cęperunt minui poſt centū quinquaginta dies. Requieuitque arca menſe ſeptimo, viceſimoſeptimo die menſis ſuper montes Armeniæ. At verò aquæ ibant, & decreſcebant vſque ad decimum menſem. Decimo enim menſe prima die menſis apparuerunt cacumina mōtium. Cumque tranſiſſent quadraginta dies, aperiens Noe feneſtrā arcæ, quam fecerat, dimiſit coruum, qui egrediebatur, & non reuertebatur, donec ſiccarentur aquæ ſuper terram. Emiſit quoque columbam poſt eum, vt videret ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ: quæ cum non inueniſſet vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in arcam: aque enim erant ſuper vniuerſam terram, extenditque manum ſuam, & apprehenſam intulit in arcam. Expectatis autem vltra ſeptem diebus aliis, rurſum dimiſit columbam ex arca; At illa venit ad eum ad veſperam,

speram, portans ramum oliuę virentibus folijs in ore suo. Intellexit ergo Noe quòd cessassent aquę super terram: expectauitque nihilominus septem alios dies, & emisit columbam, quæ non est reuersa vltra ad eum. Igitur sexcentesimoprimo anno vitæ Noe, primo mense, prima die mensis, imminutæ sunt aquæ super terram. Et aperiens Noe tectum arcę aspexit, viditque quòd exiccata esset superficies terræ. Mense secundo, septimo & vigesimo die mensis arefacta est terra: Locutus est autem Dominus ad Noe, dicens. Egredere de arca tu, & vxor tua, filij tui, & vxores filiorum tuorum tecum; cuncta animantia, quæ sunt apud te, ex omni carne tam in volatilibus, quàm in bestiis, & vniuersis reptilibus, quę reptant super terram, educ tecum, & ingredimini super terram: Gresćite & multiplicamini super eam. Egressus est ergo Noe, & filij eius, & vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo. Sed & omnia animantia, iumenta & reptilia, quæ reptant super terram secundum genus suum egressa sunt de arca. Ædificauit autem Noe altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocausta super altare: odoratusque est Dominus odorem suauitatis: & ait ad eum. Nequaquam vltra maledicam terrę propter homines. Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua: non igitur vltra percutiam omnem animantem, sicut feci. Cunctis diebus terræ sementis & messis, frigus & æstus, æstas, & hyems, nox & dies non requiescent.

Supra j c. & d. & infra 9.a.

RECORDATVS. Descripto statu Noe in diluuio crescente & stante: hic describitur eius status in diluuio deficiente. Et primo ponitur aquarum recessus, secundo hominū de arca egressus. ibi, *Locutus est autem Dominus*. Prima in duas. Primo ponitur montium apparitio; secundo terræ planę apparentis desiccatio, ibi, cumque. *Transissent quadraginta dies*. ¶Circa primum. *Recordatus est autem Dominus*. In Deo nunquam accipiuntur ista prædicata, sicut in nobis, sed valde figurate: recordatio enim præsupponit obliuionem: Deus autem nihil obliuiscitur, quia omnia nuda, & præsentia sunt oculis eius, vt patet ad Hebræos quarto capitulo. sed sicut dicitur more humano, quòd aliquis homo obliuiscitur alterius, quando eum de præsuris non liberat, cum potest, & tunc dicitur recordari, quando eum liberare incipit: sic hic Deus dicebatur obliuisci Noe, quia eum permittebat inter vehementissimas aquas diluuij fluitare: sic enim dicitur Psalmus 43. Quare faciem tuam auertis, & obliuisceris inopiæ nostræ. Et quia nunc Deus incepit liberare Noe, diminuendo aquas diluuij, ideo eius recordari dicitur. *Et cunctorum animantium, & iumentorum*. Quia sicut miserius fuit Noe eripiendo eum de aquis diluuij, ita miserius fuit omnium animalium brutorum. Nec obstat quod dicit Apostolus ad Corinthios pri. capitulo nono, non est cura Deo de bobus, sed de hominibus: quia hoc intelligitur magis principaliter; & patet, quia ibi dicit Apostolus de illa auctoritate, non alligabis os bouis triturantis, quod ipse intelligit de prædicantibus. & in hoc quod dicit, ideo esset cura Deo de bobus, respondet ad argumentum: quia aliquis diceret istam auctoritatem solum intelligi de bobus, & non de homine: tunc dicit Apostolus, quod non est cura de bobus, scilicet magis principaliter, sed bene curat de eis secundario, vt sunt quædam entia, in quibus demonstratur sapientia, & potentia Dei, & sunt ordinata ad hominis seruitium, vt patet Sapientiæ capitulo vndecimo. Misereris omnium, quia omnia potes: diligis enim omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. *Et adduxit spiritum super terram*. idest adduxit Dominus ventum vrentem, & desiccantem aquas, scilicet Aquilonem, qui præ nimia siccitate, & frigiditate vrit: & diminutæ fuerunt aquæ. sic habetur Exodo decimoquarto capitulo. Quòd postquam diuisit Deus aquas maris rubri ad transitum filiorum Israel, misit ventum vrentem tota nocte, qui desiccauit profundum maris, quod humidum, & limosum erat. *Et imminutæ sunt aquæ*. Per desiccationem venti vrentis conuertentis aquas in aerem. *Et clausi sunt fontes abyssi*. idest meatus, vel aperturæ per quas egrediebantur aquæ latentes in visceribus terræ. ¶Et non est intelligendum, quòd isti fontes clausi fuerint post centum & quinquaginta dies, sed post quadraginta dies. patet quia sic dicitur, quòd pluuiæ prohibitæ fuerunt, tamen non fuerunt prohibitæ post centum & quinquaginta dies, sed post quadraginta dies, quia solum quadraginta diebus pluit, vt patet precedenti capitulo.

¶Item quia si non fuissent clausi fontes abyssi, vsque ad centum quinquaginta dies semper erupissent aquæ, & creuisset continue aqua vsque ad centum & quinquaginta dies. Et ex hoc sequeretur, quòd eadem die peruenissent aquæ ad maximam altitudinem, & cępissent diminui. & sic non permansisset aqua aliquibus diebus in sua fortitudine, quod est inconueniens, & contra superiora: quia centum & quinquaginta diebus permanserunt aquæ in sua altitudine, vt dictum fuit præcedenti capitulo, donec venit ventus vrens. *Et catharactæ cœli*. idest aperturæ, per quas fluebat aqua de cęlo, idest de aere. Et est tropica locutio, quia in cœlo non sunt cataractæ, sed solum in terra propter densitatem & soliditatem materiæ. Sed est sensus, catharactæ cœli, idest pluuiæ cadentes de aere tanquàm per catharactas abundantissime, vt declaratum est præcedenti capitulo. *Et prohibitæ sunt pluuiæ*, scilicet post quadraginta dies, quia tunc pluuiæ cessauerunt. *Reuersæ sunt aquæ de terra*. idest aquæ Oceani, quæ super terras crumperant, transilientes terminos suos, voluntate Dei reuersæ sunt de terra ad Oceanum. *Euntes & redeuntes*, idest fluentes, & refluentes; & iste motus cępit fieri impulsu venti vrentis, quem Deus induxit, ad desiccandum aquas: ante enim quàm inciperent minui aquæ, in illis centum & quinquaginta diebus non ibant aquæ, & redibant, sed immobiles permanebant, quia non commouebat eas aliquis ventus. *Et cæperunt minui post centum & quinquaginta dies*. Computando istos dies ab illo tempore quo cresćere desierunt, scilicet post quadraginta dies, vt supra dictum fuit, licet alij aliter dicant, quia Nicol. tenet oppositum, & veritas declaratur in commentariis super Eusebium.

Quæst. 1. Quo intelligitur mẽsis septim°

Requieuitque arca mense septimo. Non dicitur iste mensis septimus computando ab ingressu Noe in arcam, sed computando a principio anni currentis: quia si fuisset iste septimus mensis introitus in arcam, mansisset Noe in arca magis, quam per annum, scilicet per annum, & fere duos menses, vt patet ex sequenti litera: sed hoc falsum est, & contra omnes doctores. ¶Arguetur tamen, quòd hoc impossibile est, quia computãdo dies, qui sunt à decima septima die mensis secũdi, vsque ad vigesimam septimam diem mensis septimi eiusdem anni, non reperientur secundum menses Hebræorum, nisi dies centum quinquaginta septem: sed secũdum computationem superiorem, quæ multum consonat literæ, diximus, quia à prima die diluuij vsque quo inceperunt decrescere aquæ, fuerunt dies centum nonaginta. Deficient ergo dies triginta tres. Respondetur quòd tenẽdo positionem, quam supra tenui, dicendum est, quòd iste mensis septimus non fuit septimus mensis anni, sed septimus ab ingressu in arcam: & cum septem menses lunares faciant bis centum & septem dies, supererunt decem & septem dies ad centum & nonaginta, in quibus arca fluitaret super omnes montes. ¶Et tunc oportet dicere, & ista nomina, scilicet septimus & decimus non dicantur respectu eiusdem, sed septimus dicatur respectu ingressus, & decimus mensis computatur in litera respectu principij anni. Et secũdum istam computationem inter diem qua inceperunt minui aquæ, & diem qua sedit arca in montibus Armeniæ, solum transierunt dies decem & septem. ¶Et si dicãtur isti duo menses septimus & alius decimus, respectu principij anni transierunt sexaginta tres dies, inter diem, qua inceperunt minui aquæ, & inter diem, qua sedit arca in montibus. Patet consequentia illa prima, quia inter diem vigesimam septimam mensis septimi, & primam diem mensis decimi eiusdem anni secundũ mẽses lunares, sunt dies sexaginta tres, à quibus si removeantur quadraginta septem dies, qui transierunt à principio primi mensis vsque ad diem decimam septimam secundi mensis, in quo incepit diluuium, manent decem septem dies, quibus arca potuit fluitare super montes altissimos post maximum augmẽtum aquarum. ¶Si autem teneatur alia positio, quæ satis communis est, scilicet quòd centum quinquaginta dies positi in litera superioris cap. computãtur à principio inundationis aquarum, dicetur, quòd mensis, in quo arca quieuit super montes, fuit mensis septimus à principio anni, & non à principio diluuij. Et tunc tollitur æquiuocatio mensium, quia omnes isti menses denominabuntur per respectum ad principium anni, & non ad principium diluuij. ¶Nec sequitur aliquod inconueniens sicut in alia positione, quia secundo postquàm intrauit Noe in arcam, quia incluſis centum quinquaginta diebus, quibus aquæ creuerunt super terras, adhuc manent octo dies, quibus arca fluitaret super cacumina montium. Quod sic patet: accipiantur tredecim dies, qui manent de mense trauit decima septima die mensis secundi: & vigesima septima dies septimi mensis, quãdo requieuit arca super montes Armeniæ, & faciunt quadraginta dies. Et assumantur dies mensis tertij, quarti, quinti, sexti, qui simul sunt centum & decem & octo: & addantur quadraginta prædicti, erunt centum quinquaginta octo: à quibus abstrahantur centum quinquaginta, quibus aquæ obtinuerunt terras, & manebunt octo dies, quibus in aqua fluitauit super montes arca. sed de hoc dicetur magis in commentariis super Eusebium.

Quæst. 1.

Vigesima septima die mensis. Litera Hebraica habet. *Decima septima die*. Et secundum istam literam deficiunt duo vel tres dies de centum & quinquaginta, quibus aquæ obtinuerunt terras: patet computando à decima septima die mensis secundi, vsque ad decimam septimam diem mensis septimi, quia sunt dies centum quadraginta octo. ¶Patet etiam ex nostra computatione superiori: quia in nostra litera, quæ ponit, arcam quieuisse die vigesima septima, manent octo dies ad fluitandum: sed litera Hebraica ponit decem dies minus: ergo deficient duo. ¶Necesse ergo erit secundum illam literam dicere, quòd non vocatur iste mensis, in quo quieuit arca, septimus respectu principij anni, sed computando à principio diluuij, & tunc manebunt quadraginta quinque dies, quibus arca fluitaret, addendo quadragintaseptem dies, qui subtrahebantur a principio anni vsque ad principium diluuij. Et tota ista computatio fundatur super hoc, quòd menses illi essent lunares, qualibus Moyses in lege vsus est. Et isti menses sic diuiduntur vulgariter, quòd vnus teneat viginti nouem dies, alius triginta, quia in viginti nouem & dimidio completur cursus Junæ: sed quia ille dies non potest diuidi, dantur vni mensi triginta dies & alteri viginti nouem. Sed quare litera nostra dixit, vigesima septima die, cum Hebræa dicat, die decima septima? & an sit hoc necessarium ad saluandum aliquod inconueniens: dicetur late in commentariis super Eusebium. At vero aquæ ibant, scilicet reducentes se ad Oceanum, vt supra diximus: reuersæ sunt aquæ de terra, scilicet ad mare: vel melius, aquę ibant, idest mouebantur, euntes & redeuntes ad modum accessus, & recessus maris: licet accessus & recessus maris fit per motum lunæ, & varium aspectum: iste vero accessus, & recessus fiebat impellente vento Aquilonari, vrente ad desiccandum aquas, vt supra dictum fuit. *Et decrescebant*. Per desiccationem a vento Aquilonari vrente. *Vsque ad decimum mensem*. Non dicit hic, vsque, terminum totaliter, sed aliquo modo, quia non fuit finitum decrementum aquarum in decimo mense, sed in mense secundo anni sequentis die vigesima septima, vt infra patet: sed in isto mense decimo fuit finita diminutio aquarum, vsque ad apparitionem cacuminum montium. Et accipitur hic decimus mensis computando a principio anni, non autem ab ingressu in arcam, quia alias mansisset Noe in arca vno anno, & quasi duobus mensibus, quod omnes negant, dicentes eum stetisse vno anno completo præcise.

Fluxus & refluxꝰ maris vnde.

Apparuerunt cacumina montium. scilicet altissimorum, quia montes inferiores adhuc latebant sub aquis, & tunc requieuit arca super montes Armeniæ. ¶In Hebræo autem non habetur Armeniæ, sed Ararath, & non est Armeniam Ararath, sed Ararath est quædam terra coniuncta Armeniæ, cuius montes protenduntur vsque Armeniam. Et isti montes vocantur Taurus & Caucasus, qui sunt mõtes altissimi, prouenientes ab orientis confinio per latera septentrionalia vsque prope Europam, quasi totam Asiam a septentrione valantes, licet Caucasus tendatur magis a parte orientis, & magis per latus septẽtrionale: Taurus autem est minus orientalis, & magis declinans ad meridiem: de quibus Paulus Orosius libro primo de Ormesta mundi. ¶Aliqui autem arguunt ex hoc, quòd montes Armeniæ fuerunt altissimi in toto orbe, quia super illos primo arca resedit. Sed non probatur aliquid ex hoc, quia potuit esse, ꝙ ad aliam partem orbis essent montes altiores sicut est Olym-

Quæst. 2.

pus in Thessalia, & Paradisus terrestris in delitiis orientis: sed arca à casu fluitans deuenit in partes Armeniæ, in quibus primo illis montibus insedit potuissent tamen etiam in dextra, vel in sinistra prope illos montes esse alij altiores. ¶ Ille mensis septimus, in quo sedit arca, fuit Martius secundum illos, qui dicunt, quòd iste mensis vocatur septimus, non per respectum ad principium diluuij, sed per respectum ad principium anni: patet consequentia, quia Hebræi incipiunt annum in Septembri, vt patuit supra 1. & 6. cap. Et sic fuit ista quies arcæ, iuxta finem nostri Martij, vel in principio Aprilis: sed secundum illos, qui dicunt, quòd iste mensis vocatur septimus, cõputando à principio diluuij, erit iste mensis Maius. Et sic facta fuit ista quies arcæ in fine Maij, vel circa principium Iunij. ¶ Decimus autem mensis, in quo cacumina montium apparuerunt, secundũ omnes est mẽsis decimus à principio anni: ideo erit minus, suppo sita computatione Iudæorum. s. quòd annus incipiat Septembri: & sic verum est.

Quis fuerit septim⁹ mensis, in quo arca requieuit.

Quæst. 4.

Cumque transissent quadraginta dies. Hic agitur de apparitione terræ planæ aridæ, & cõputantur isti quadraginta dies ab apparitione cacuminum mõtium. Nec potest intelligi, quòd computentur à tempore, quo quieuit arca, esse mensem septimum anni: adhuc inter mensem septimum in vigesima septima die, & primam diem mẽsis decimi, sunt dies sexaginta tres: patet, quia sunt duo menses integri & quatuor dies. Et secũdum hoc sequeretur quòd Noe emisisset corum antequàm apparuissent cacumina montium, quod est contra literam, & rectam rationem. ¶ Et secundum alios ponentes, istum mensem vocari septimũ respectu principij diluuij, sequitur, quòd viginti tres diebus post apparitionẽ cacuminũ miserit Noe coruum, ad inquirendum terram aridam: sed hoc irrationabile est, quia in tam paucis diebus non poterãt tantæ aquæ consumi: patet consequentia superior, quia inter vigesimam septimam diem mẽsis septimi, & primam diem mẽsis decimi, si isti menses sint eiusdem anni, sunt sexaginta tres dies, computando duos mẽses lunares integros, & quatuor dies. s. tres de mense septimo, & vnum de mense decimo, a quibus subtrahendo quadraginta septem dies, quibus præcessit principium anni principium diluuij, manent dies decem & sex, vel decem & septem vsq; ad principium mensis decimi, in cuius prima die apparuerunt cacumina montium. Deinde si super istos decem, & septem dies vellimus complere quadraginta dies, oportebit accipere viginti tres dies de mense decimo: ergo illi viginti tres dies intercidissent inter apparitionem cacuminum & emissionem corui.

Quæst. 5. Quantum mergebat arca i aqs.

Ex prædictis colligi potest quantum mergebatur arca in aquis, cum essent aquæ in maxima fortitudine, vel eleuatione. Et non potest dici, quòd arca mergeretur quindecim cubitis in aquis, quia eius fundum tangeret cacumina montium: & sic nunquam fluctuasset, sed semper quieuisset: quod est contra literam. ¶ Dicendum ergo necessariò, quòd tantũ arca cooperiebatur aquis minus quindecim cubitis, quantum distabat fundus arcæ à capitibus montium. ¶ Quantum ergo hoc fuerit, potest accipi computando totum tempus, à quo aquæ cęperunt decrescere, vsque quo decreuerũt vsque ad cacumina mõtium: & istud tempus fuit à fine centum quinquaginta dierum vsque ad primam diem mensis decimi, in quo apparuerunt cacumina montium. ¶ Si autem isti centum quinquaginta dies computentur à principio inundationis diluuij, scilicet à decima septima die mensis secundi, complebuntur in vigesima die mensis septimi: remanebunt ergo ab illo die vsque ad primam diem mensis decimi inclusiue, dies septuaginta: qui si diuidantur per quindecim cubitos æqualiter, præsupposito, quòd quotidie aquæ æqualiter minuerentur, quod satis est rationale, euenient cuilibet cubito quatuor dies, & dimidius, & sexta pars vnius. Et dicitur in litera, quòd arca requieuit super montes Armeniæ die vigesima septima mensis septimi: manent ergo septem dies, scilicet à die vigesima mensis septimi, in qua inceperunt aquæ decrescere: istis septem diebus, euenient fere duo cubiti, quia in nouem diebus, & tertia vnius diei desiccarentur duo cubiti secundum computationem superiorem: ergo arca mergebatur in aqua tredecim cubitis, & modicum plus. Si autem accipiatur, quòd isti centum & quinquaginta dies, post quos aquæ inceperunt decrescere, computentur à fine quadraginta dierum, quos pluit, finientur in prima die mensis noui eiusdem anni, & manebunt triginta dies vsque ad primam diem mensis decimi, in qua apparuerunt cacumina montium. Et si isti triginta dies diuidantur quindecim cubitis, quibus aquæ excedebant montes, proueniet cuilibet cubito duos dies. Et quia secundum istam computationem mensis septimus dicitur, non computando à principio anni, sed computando à principio diluuij, quia aliter computari non potest, cum non sint centum nonaginta dies vsque ad illud tempus, computando à prima die diluuij, detractis quadraginta septem diebus, quibus præcesserit principium anni principium diluuij, à diebus sexaginta tribus, qui sunt inter diem vigesimum septimum mensis septimi, & diem primam decimi mensis eiusdem anni, manebunt sexdecim, siue decem & septem, inter vigesimum septimum diem mẽsis septimi, in qua requieuit arca in montibus, & diem primam mensis decimi, in qua apparuerunt cacumina montium. Prouenient ergo istis sexdecim diebus octo cubiti, & istis necessariò mergebatur sub aquis, & non magis. ¶ Quantum autem mergeretur secũdum descriptionem literæ Hebraicæ, quæ dicit, quòd die decima septima mensis septimi requieuit arca in montibus Armeniæ, satis patet volenti calculare, qualicunque positioni Hebraicam literam applicet: quare in ijs morari non intendo. ¶ Sed dicendum, quòd ista calculatio, qua nituntur aliqui ex ingenio numerandi potius quàm sapientiæ, aut veritatis, deficit in fundamento, quia præsupponit, quòd arca sedit super montem altissimum, & super eum vel alios altissimos mouebatur: & sic non eminebat ibi aqua supra capita mõtiũ ad plus nisi quindecim cubitis, & tantum poterat mergi arca. Possumus tamen dicere, quòd iste mõs, supra quem sedit arca, non fuit altissimus in orbe: & ideo poterat eleuari super eum arca forte plusquam triginta, aut quadraginta cubitis aqua. Et tunc non posset haberi computatio de cubitis, quibus mergebatur arca in aquis aliquo tempore, & ita leues sunt rationes: si tamen supponeremus, quòd ille mons, supra quem arca sedit, fuerit altissimus, & non eleuata fuerit aqua supra eum, nisi quindecim cubitis, & arca illuc peruenerit tempore magnæ eleuationis, tenebit calculatio facta.

Aperiens Noe fenestram arcæ. Non fuit ista fenestra ostium, per quod intrauerant animalia, sed fenestra paruula existens in inferiori parte arcæ, de qua supra diximus. ¶ Quid autem factum sit de ista arca post diluuium, dicit Iosephus, quòd Armeni demonstrãt usq; hodie partes illius arcę in mõtibus illis, in quibus sedit. ¶ Qui enim Barbarorum historias conscripserunt, huius arcę memoriam faciunt. Vnde Berosus Caldęus ait: Dicitur magna nauis esse, quæ in Armeniam venit circa montem Cordicum, & aliquas eius partes ad huc supereſſe, & quoddam genus bitumnis ex illa accipi naui, quo homines ad emundationem maximè vtuntur. ¶ Meminit etiam eiusdem Hieronymus historicus Aegyptius, qui antiquitates scripsit. Manasses autem Damascenus de eadẽ sic ait. Est super Numadam excelsus mons in Armenia, qui Baris appellatur, in quo multos confugientes, sermo est tempore diluuij liberatos, & quendã in arca simul deuectum: sed de hoc magis dicetur in commentarijs super Eusebium.

Quæst. 7.

Dimisit coruum. Ista emissio corui fuit in mense vndecimo eiusdem anni, die duodecima: patet computando quadraginta dies a secunda die mensis decimi, qui determinabuntur mense vndecimo, die duodecima. *Qui egrediebatur, & non reuertebatur*, i. qui egressus est, & non fuit reuersus, quousque siccarẽtur aquæ: non intelligendo quòd coruus steterisset extra arcam, cum aquæ cooperirent terram, & quòd desiccata redijsset. Magis enim videtur oppositum, scilicet quòd ante quàm terra esset desiccata, coruus nõ inueniens locum, vbi maneret, nec cibum, nollet stare extra arcam: sed desiccata terra bene vellet manere coruus extra. ¶ Dicunt tamen aliqui totaliter sequentes sic literam, vt iacet, quòd coruus fuit interceptus aquis, vt nõ posset redire in arcam: vel quia inuenit aliquod cadauer supernatans, in quo pastus est, & deinde terra desiccata in arcã reuersus est. ¶ Sed hoc licet forte quantum ad vnam partem aliqualiter sit rationabile, tamen quantum ad secundam partem totaliter est irrationabile: quia postquàm coruus inueniret terrã desiccatam, & plenam cadaueribus, non erat aliquid, propter quod desideraret redire in arcam, cum animalia ibi existẽtia desiderarent extra esse, vt patet de columba, quæ cum inuenit terram arefactam, non fuit amplius reuersa ad arcam. ¶ Dicitur ergo secundum communem expositionem, quòd coruus emissus nunquam redit ad Noe. Et quando dicitur in litera, donec siccarẽtur aquæ, non dicit terminum assignatum, scilicet quod vsque ad illud tẽpus non fuit reuersus: sed nec etiam posit. q. d. si coruus redire debuisset ad arcam, hoc debuisset esse antequam siccarentur, quia postea nõ erat aliqua ratio quare rediret: sed non redijt donec siccarentur aquæ, ideſt nunquã redijt ante desiccationem: ergo a fortiori vult concludere scriptura, quòd postea non redierit. ¶ Et similis modus loquendi inuenitur multotiens in scripturis, vt patet Psalm. 108. Sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorũ. Sed non est intellectus Prophetę, quòd quando Deus posuerit inimicos eius sub pedibus eius, non debeat sedere a dextris eius, quia sic in æternum sedebit. Sic etiam dicitur Matth. 1. c. Ioseph autem accepit Mariam coniugem suam, & non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum. Non intelligitur ex hoc, q̃ postquam Maria peperit Christũ, cognouerit eã Ioseph. Sed ponitur ibi, donec, ad tollendũ maius dubium: quia totũ dubiũ erat, vtrum Christus fuerit conceptus per Spiritum Sanctũ, vel opere virili. Ideo Euãgelista declarãs hoc dixit, q̃ Maria nõ fuit cognita a Ioseph antequàm Christum cõciperet: vtrum autem postea cognita fuisset, quantum ad istã quæstionem nihil attinebat. Constat tamen q̃ postea non fuerit cognita. De ijs extra, de Verbo. sig. c. Ioseph autem Litera Hebraica habet.

Quæst. 8. An coruus egressus iuerit ex arca.

Quòd egrediebatur, & reuertebatur, ideſt q̃ Noe mittebat coruum, & ipse immediatè redibat, quia terra erat cooperta aquis, & non audebat recedere ab arca, & ideo volitabat circa fenestrã arcæ, ut ait Iosephus. ¶ Diuersitatem huius loci in biblia nostra, & Hebraica tangit beatus Hiero. in libro de Hebraicis quæstionibus, dicens, quòd hebræi habent hic negationem, dicentes, quòd coruus non fecit legationem, quam Noe mandauerat. Et Rabbi Salom. assignat rationẽ huius, dicens, quòd coruus nolebat recedere ab arca, quia habebat suspectum Noe, ne cũ fęmella sua coiret. Magna patet hic Iudæorum insania, & impudẽtia, quia talia cogitare, & dicere non verẽtur, maximè de viro tam iusto, quem Deus laudauit, vt patet supra 6. c. Neque etiam de aliquo alio; quis enim vir commiscerì posset fęmellę coruorum? Nemo inquam. Etiam hoc repugnat determinationi communi omnium latinorum, & Hebræorum, dicentium, quòd in arca animalia non coierunt, nec homines. Et præter rationem supra assignatam, fortè fuit propter magnã multiplicationem, quia cum aliqua animalia multũ gignerent, & in pauco tempore, non caperentur omnia in arca. Etiam quia non sufficeret eis cibus.

Cõcordia literæ Hebraicæ & nostræ de redditu corui.

¶ Potest tamen ista litera nostra concordari Hebraicę: litera enim Hebraica narrat veritatem facti, quia coruus noluit ire, sed redijt in arcam, litera nostra narrat intentionem Noe: quia quantum ad eius intẽtionem, cum non fuisset executus legationem, ad quam mittebatur, tantum erat ac si nunquàm redijsset, licet redierit, quia nihil, & inutile æquiparantur. *Emisit quoque columbam post eum.* Non est intelligendum quòd miserit prius coruum, & ipso non redeunte miserit columbam, quia contrarium supradictum fuit: sed dicitur misisse columbam post coruum, ideſt quòd postquàm misit coruum & noluit exequi legationẽ, misit columbam, & executa fuit legationem.

Quæst. 9. Cur misit potius coruũ, & columbam, quã cæteras aues.

¶ Sed quare mittebat magis istas aues quã aliquas alias? Ratio est, quia istę fortiter uolant, & domesticabiles valde sunt. Si autem misisset aliquam minus domesticam, fortè cum fuisset extra arcam, noluisset redire ad arcam.

Quæst. 10.

¶ Sed quare Noe mittebat istas aues ad inquirendum vtrum terra desiccata esset? quare non aspiciebat ipse Noe de arca? Respondetur quòd cum tota arca vndiq; clausa esset, non poterat uidere Noe terram, nisi fregisset aliquam partem arcę, uel aperuisset ostium, uel fenestram: Noe autem non auderet frãgere aliquid de arca, quia poterat incidere in pericula. ¶ Vel quia etiam si frangere uellet, non posset, cũ non haberet instrumenta in arca. ¶ Etiam non poterat aperire ostium, per quod introierant animalia, quia Deus fortiter illud clauserat foris, & bituminauerat. Et dato quòd Noe potuisset per impulsum aperire, nõ audebat, quia poterant euenire aliqua pericula, scilicet q̃ animalia existentia in arca, exirent, nõdum desiccata terra, & perirent. ¶ Vel dato quòd ista non timeret, sine mandato Dei aperire nolebat, quod Deus per se ipsum clauserat. Sola ergo fenestra manebat, per quam aspicere poterat. Quare ergo per illam non aspexit? Fortè respondebatur, quod illa fenestra alta erat, & non poterat ad eam accedere Noe, ut per eam contemplaretur. ¶ Sed hoc falsum est, quia in litera dicitur, quòd Noe aperuit fenestrã: ergo poterat ad eam accedere. ¶ Item dicitur infra, quòd ueniente columba ad arcam, Noe misit manum per fenestram, & introduxit columbam ad se in arcam: ergo accedere poterat ad eam. ¶ Dicendũ ergo, quòd Noe non poterat uidere per fenestram, quia parua erat, nec poterat per eam caput mittere, aut corpus. ¶ Sed dices, satis sufficiebat, quòd applicaret oculos ad fenestram, & sic uideret: Respondetur, quòd non sufficiebat, quia fenestra erat in latere arcę in parte superiori arcę, ita quòd per illam lumen stellarum, & solis introire posset: sed non poterat aliquo modo uideri terra plana, quia oportebat caput emittere: Immo totum corpus propter curuitatem lateris

lateris arcę ad respiciendum terram in profundo. Et illam fenestram congruenter poterat aperire Noe, quia illa solum erat clausa, propter pluuias desupra cadentes, quæ iam cessauerant, ut patet c. præcedenti. ¶Et si dicatur contra, quia infra dicitur in litera, ꝙ Noe aperuit tectū, & vidit quomodo desiccata erat terra: quare ergo non posset nunc videre per illum locū, quia apertio tecti nihil aliud videtur fuisse, quā apertio fenestræ, quæ erat in tecto? Respondetur ꝙ illa apertio tecti non fuit apertio fenestræ, sed ablatio tabulæ claudentis summitatem arcę: Quare autem nunc illud non aperuit, infra dicetur super istam particulam, explanando literam. *Vt videret si iam cessarent aquæ.* Istud verbum. *Videret.* refertur ad Noe, & non ad columbam, quia cum columba esset animal irrationabile, non poterat ipsa iudicare, ad quam mittebatur, nec renunciare certam legationem. ¶Sed intelligitur, quòd Noe misit colūbam, vt videret, ideſt iudicaret per columbam, vtrum cessassent aquæ. Iudicium autem assumi debebat hoc modo, quòd si colūba nō rediret, intelligeretur, quòd cessassent aquæ, sicut patet infra quādo columba non reuersa est: vel si fortè portaret aliquod signum, ex quo iudicari posset aquas cessasse, sicut dicitur infra, quòd quando columba portauit ramum oliuæ virentis in ore, intellexit Noe, quòd iam cessassent aquę. ¶Et fortè ista fuit causa potissima, quare magis misit coruū, & columbam quàm alias aues: quia iste consueuerunt cōmuniter aliquid portare in ore, quando inueniunt, vt patet de coruo, qui si inueniat caseum, portat in ore, volitans cum eo. ¶Quare autem non misit alias magnas aues, quæ aliquid in ore portare consueuerunt? ¶Respondetur, quòd fenestra parua erat, & non poterāt per eam magnæ aues capi, etiam ex causis supra tactis. *Qui cum non inuenisset, vbi requiesceret pes eius.* Sed videtur hoc esse contra superiora, quia dictum fuit, quòd discooperta erant cacumina montium. ¶Respondetur, quòd cacumina montium altissimorum discooperta erant, in quibus non erant arbores: tota autem terra ex diuturna mora aquæ, quæ super eam facta fuerat, lutosa erat: & ideo columba non libenter requiescens in luto redijt ad arcam. *Aquæ enim erant super vniuersam terrā*, scilicet plenam: capita enim montium iam fuerant discooperta. *Extenditque manum.* Noe vidit volitantem columbam super fenestram, & non potentem introire, quia foramen angustum erat: misit ergo Noe manum, & tenuit eam, intromittens in arcam. *Expectatis autem vltra septem alijs diebus.* Ex hoc innuitur quòd inter missionem corui, & columbę interceſſerunt septem dies; quia alias nō diceret litera alijs septem diebus, si ante missionem primam columbæ nihil expectasset.

Cur non misit alias magnas aues.

Quæst. 11. Cur Noe expectabat septē dies post vnam missionem.

¶Sed quare ponit hic, quòd Noe expectabat semper inter vnam missionem & aliam, septem dies, & non plures, neque pauciores? Respondetur, ꝙ Noe intendebat scire, vtrum aquæ cessassent: aquæ autem cum sint humidæ regulantur a Luna, quæ est mater omnium humidorum; & ideo Noe respiciebat Lunam: Luna autē quando est in coniunctione, & maximè quando est in directa oppositione habet magnā virtutem in humidis, multiplicando humiditatem? & ideo in istis temporibus reperiūtur ostreę marinæ, & conchilia, & cancri pleni humiditate. Luna autem quando est in quadraturis cum Sole, scilicet quando distat a Sole per nonaginta gradus siue accedendo, siue recedendo, habet virtutem desiccatiuam, & tunc conchilia, & cancri vacui sunt: patet etiam in vasis triacę conseruatiuis, quę reperiuntur plena in oppositione, & quasi vacua in quadraturis: etiam cerebra humana quando sunt multū humida in coniunctione & oppositione bene se habent, quia sunt plena nimis: quando autem sunt in quadraturis, in tātum diminuitur naturalis humiditas cerebri, quòd efficiuntur tales stulti, vel amentes. Quia ergo dum Luna est in istis quattuor punctis cœli, scilicet coniunctione, oppositione, & duabus quadraturis, fit mutatio in aqua multiplicando, vel diminuendo: ideo considerauit in istis quattuor punctis mittens illas aues, cū oppositio, & vna quadratura distēt septem diebus & ab illa quadratura vsque ad coniunctionem sunt alij septem dies, & a coniunctione ad aliam quadraturam alij septem: & sic totus circulus Lunæ completur: & sic quater misit aues. ¶Fortè quando misit coruū, Luna erat in coniunctione, & erat aqua multa, & nō voluit exire: quando autem misit secundario columbam in prima vice, erat quadratura prima Lunę recedendo a Sole: & tamē adhuc multa aqua erat. Quando autem misit columbam in tertia vice, erat Luna in oppositione: & secundum naturam debebat esse aqua valde augmentata: Deus tamē voluit, quòd nō obstante actione Lunæ aquæ, continuè, & ęqualiter diminuerētur: vt sicut supernaturaliter istæ aquæ venerant, ita aliquo modo contra consuetum modum agentium naturalium velocius siccarentur. Et ista vice columba attulit ramum oliuæ. In quarta vice iuit columba in secunda quadratura accedente Luna cōtra Solem, & tam naturaliter, ꝙ voluntate Dei tunc aquæ multum diminui debebant: & inuenit totam terram perfectè desiccatā, & non fuit reuersa ad Noe vltra. ¶Patet hoc maximè in fluxu, & refluxu maris; quia mare facit magnam mutationem, quando mouetur Luna per ista puncta, siue motu naturali, siue motu diurno, licet aliter assumantur quadraturæ pro motu naturali, & aliter pro motu raptus. ¶Pro motu enim quotidiano raptus accipitur primus punctus in Oriente nostro secundum quamlibet terram; & cum mouetur Luna ab illo puncto versus Meridianum, siue angulum cœli, fit primus fluxus maris crescendo. Cum autem mouetur ab angulo cęli habēte locum quadraturę versus Occidentem, fit primus reflexus decrescendo: Cum autem mouetur Luna a puncto Occidenti ad angulum terræ habente locum oppositionis, fit secundus fluxus maris crescendo: Cū autem mouetur ab angulo terrę habente locum quadraturæ secundę contra Orientem, fit secundus refluxus diminuendo. ¶Ista quattuor puncta aliter accipiuntur secundum motum naturalem Lunæ, quia punctus Orientis dicitur ibi locus coniunctionis: punctus quadraturę primæ est punctus, in quo est, quādo distat a Sole per nonaginta gradus siue per tria signa integra recedendo. Punctus Occidentis dicitur punctus oppositionis, cum Luna distat a Sole per integrā medietatem cœli, siue sex signa. ¶Punctus secundę quadraturæ est, quando Luna distat a Sole per quartā partem cęli, scilicet nonaginta gradus, siue tria signa, accedendo, & ista puncta sunt mobilia secundum varietatem locorum coniunctionis. ¶Et licet quotidie fiat fluxus & refluxus maris secundum motum raptus Lunæ, tamen quando Luna est in quarta coniunctionis secundum motum naturalem, omnes fluxus sunt fortes, & refluxus sunt parui. Et similiter quando est in quarta oppositionis, & hoc est in primis septem diebus, ab ortu lunarionis, siue a coniunctione: & in medijs septem diebus, scilicet immediatè postquàm Luna plena est. In istis enim diebus mare multum crescit, & modicum decrescit. In quarta autem primæ quadraturæ, ideſt in secundis septem diebus, scilicet immediatè ante Lunam plenam, & in quarta secūdæ quadraturæ, scilicet in quartis septem diebus, qui sunt vltimi in qualibet lunatione, fluxus maris

Quod septenarius in luna est valde considerādus, & quare.

maris sunt parui, & refluxus sunt magni, scilicet quia modicum crescit, & multum decrescit. *Venit ad eum ad vesperam.* Stetit enim tota die columba extra arcā: sed quia adhuc aqua erat in terra, & declinante Sole ad occasum, ex humida terra frigus insurgebat, venit columba in arcam, vt ibidem requiesceret. *Portans ramum oliuæ virentis.* Hoc erat signum ad indicandum terram arridam esse: vel ad minus quòd non multam aquam habebat, quia arbores discoopertæ erant. *Intellexit autem Noe quòd cessassent aquæ.* Non est sensus, quòd cessassent aquæ, ideſt quòd cessassent pluuiæ, quia hoc poterat Noe scire per auditum pluuiarum cadētium super arcam, vel per apertionem fenestræ, nec etiam intelligitur, quòd cessassent aquæ, ideſt ꝙ nō essent aliquæ aquæ in terra, quia bene stabat quòd columba portaret ramū, & aqua cooperiret magnā partē planiciei terrę, sed intelligitur quòd cessassent aquæ, ideſt intellexit Noe, quòd aquæ non erant multæ super terram, sicut ante erant, quia arbores erant discoopertæ. *Expectauit nihilominus septem alios dies.* Hoc fuit Luna existente in quarta secundę quadraturæ, in qua Noe scire voluit, vtrum aliqua mutatio in aqua facta fuisset. *Et non est reuersa ad eum.* Quia pastū, & locum gratum ad manēdum inuenit: & ex hoc intellexit Noe, quòd aqua consumpta fuisset. *Igitur sexcentesimo primo anno vitæ Noe*, scilicet sequenti anno post illum, in quo inceperat diluuium, primo mense, scilicet Septembri, qui omniū mensium primus est, vt supra probatum fuit primo c. & præcedenti. *Immutæ sunt aquæ super terram*, scilicet quia apparere super terrā desierunt: erant tamen in terra imbibitæ, & desiccabātur paulatim vsque ad vigesimum septimum diem mensis secundi, eiusdem anni sexcentesimi primi. Et ex hoc apparet, quòd omnes missiones colūbæ, & corui factę sunt in mense duodecimo anni sexcentesimi, quia post hoc desiccata fuit totaliter aqua in terra, quod fuit in prima die sequentis anni, vt patet in litera. *Et aperiens Noe tectum arcæ.* Non erat ista fenestra, sed erat aliqua incrustatura, vel iunctura tabularum sic fabrefacta, quòd aperiri posset sine magnis viribus.

Quæst. 12. Cur a principio Noe non aperuit tectū, vt videret. Resp.

¶Sed dicetur; quare a principio non aperuit Noe tectum, vt videret, & non fuisset necesse mittere coruum, vel columbam? ¶Respondetur, quòd illa pars tecti, quæ aperta fuit, erat magna, scilicet tabula claudens summitatem arcę in cubito vno, & non poterat postea bituminari: & quia Noe nō erat certus ante de statu aquarū, timuit aperire tectum: nunc autem non redeūte columba, certissimè credidit, quòd nulla, vel modica aqua erat super terram: ideo non timuit aperire. *Vidit quod exsiccata esset superficies terræ*, ideſt quòd crusta superior terræ exsiccata esset: tamen non erat in parte subteriori terra plenè arefacta, ita vt esset solida ad ambulationem animalium: ideo non exierūt animalia vsque ad diem vigesimum septimum mēsis secundi, in quo perfectè desiccata fuit terra. *Mense secundo*, scilicet in Octobri, circa tēpus festiuitatis omnium sanctorum, vel quasi. *Arefacta est terra*, ideſt in illo die fuit perfectè desiccata, & arefacta, ideſt consummata arefactio, quæ inceperat præcedenti mēse, ita vt animalia, & homines sine periculo submersionis in limo moueri possent per eam. *Locutus est autem.* Hic ponitur hominum de arca egressus. Hic mandauit Deus Noe, vt exiret de arca ipse, & omnia animalia. Et hoc multum decebat, vt sicut Noe Deo mandante arcam intrauerat, ita ad exeundum eius mandatum expectaret. Stetit autē Noe cum cæteris animalibus in arca vno anno integro. Eodem enim die reuoluto anno solari, quo ingressus fuit, egressus est.

Quæst. 13.

¶Et si obijciatur, quia dicitur quòd introiuit in arcam decimo septimo die mensis secundi, & hic dicitur quòd exiuit sequenti anno eodem mense, die vigesimo septimo: Respondetur, quòd Iudæi computant annos per lunationes: & si vna lunatio computetur pro vno mense, & duodecim lunationes pro vno anno, erit annus lunaris minor anno solari vndecim diebus: & sic computando a decimo septimo die mēsis secundi, vsque vigesimum septimum eius mensis, includendo vtrunque diem, sunt dies vndecim, qui super annum lunarem complent annum solarem. ¶Iudæi autem computant annos suos non per menses nostros, sed per lunationes, & sic computauit hic Moyses: Est enim regula generalis, ꝙ annus sequens addit semper super præcedentem vndecim dies Lunę. Vnde si iste annus incepit Luna decima, necesse est sequētem annum incipere Luna vigesima prima.

De ingressu Noe in arca, & egressu, quo scilicet tempore, & die fuerit. Resp̄sio.

Tu & vxor tua. Quando Noe intrauit in arcam, viri intrauerunt per se, & fœminæ per se: vt signaretur, ꝙ sicut in arca a generando abstinere debebant propter mundi uniuersalem tribulationem, ita in exitu de arca generationi uacare debebant ad mundi pereuntis restaurationē. Et ideo tunc coitus fuit sub mandato, sicut quodlibet aliud bonum opus ex genere. ¶Et dupliciter mereri poterant, qui tunc generationi uacabant. Primo si propter bonum finem agebant. Secundo, quia Deo mandanti obediebant, & non coire fuisset ibi magnum uitium, quia non erat tunc tempus continētiæ: & sic uirginitas fuisset ibi peccatum, uel continentia, sicut si Adam, & Eua uellēt uirginitatem obseruare: & quantum ad hoc assignatur medium in uirginitate, scilicet secūdum rationem, licèt nullum sit ibi secundum rem, quia cum uirginitas sit circa abstinentiam a delectabili uenereo, nullus est, ꝙ magis abstineat a delectabili uenereo, quàm uirgo, ꝙ nullo modo talem delectationem experitur: sed est in medio secundum rationem, quia recta ratio imperat, nunc esse continendum ab omni delectabili: & aliquod tempus est, in quo non debemus abstinere a delectabili uenereo. Et tunc uelle abstinere, est extremum superabundans, sicut uelle esse uirginem tempore, quo oportebat multiplicare prolem: Et Deus hoc mandabat, sicut in exordio generis humani tempore Adæ, & mundo pereunte tempore Noe. Ideo Deus sub præcepto posuit coitum, dicens, crescite & multiplicamini, ut infra patet. *Filij tui, & vxores filiorum tuorum.* Ex hoc apparet, quòd octo homines solum saluati sunt per arcam, scilicet Noe, & tres filij eius, & quattuor uxores eorum. *Tam in volatilibus*, scilicet auibus. *Bestijs*, ideſt omnibus quadrupedibus, siue mansuetis, siue non māsuetis. *Reptilibus*, ideſt serpentibus. *Educ tecum.* Quia animalia iam domesticata in arca fortè exire nollent, nisi Noe ea educeret. *Et ingredimini super terram*, ideſt iam non habitetis in arca, sed super terram ambulate, & manete. *Crescite & multiplicamini.* Illud uerbum non solum fuit dictum hominibus, sed etiā bestijs, quia necessaria erat utrobique multiplicatio: & licet bestijs istud uerbum intelligibile non erat, tamen Deus mouit eas specialius tunc ad desiderium generandi, quā ante mouerat: & necesse fuit, ꝙ tēpore quo in arca fuerūt, nec generauerūt, nec ad hoc inclinabantur, faciēte hoc Deo: homines aūt esterius p uerba exhortatus est, ut generationi uacarent. *Sed & omnia animantia*, i. aues & omnia animalia quadrupedia, siue comestibilia, siue non comestibilia, præter ea, quæ ad humanum adiutorium in oneribus portandis destinata sunt, & animalia uenenosa. *Jumenta.* Animalia data in subsidium humanum, ut sunt asini, equi, muli, & cameli. *Et reptilia, quę reptant super terram*, ideſt omnia animalia, quæ super pectus mouentur, & sunt uenenosa: nullos enim pedes ha-

Quæst. 14. Cur viri per se ingressi sunt, egressi autem simul cum mulierib.

des habent, vel si habẽt, valde parui sunt, ita vt magis pectore reptent quàm pedibus ambulent. Et dicitur. *Super terram*. Ad differentiam piscium, qui dicuntur reptilia, sed reptant per aquas, & non super terram. *Secundum genus suum egressa*, Idest illa, quæ erant de vna specie simul egrediebantur, deinde illa, quæ erant de alia specie: sicut enim ordinatim, & impermixte ista animalia ingressa fuerunt in arcã, & ita ibi mãserunt, sic ordinatè egressa sunt. *Aedificauit autem Noe*. Supra posita fuit obedientia Noe de arca egredientis: hic autem ponitur deuotio eiusdem offerentis. *Altare Domino Deo*. Viderat Noe se a Deo liberatum de morte: ideo ne ingratus esset tanto beneficio, gratias referebat, offerens de cunctis animalibus.

Quæst. 15. An altare Noe fuit ex terra, vel ex lapidibus.

¶ De isto altari, quod Noe ædificauit, non dicitur, vtrum fuerit de terra, vel de lapidibus. In lege autem mandabatur, q̃ altare esset de terra, vt patet Exo. 20. c. vel si fortè vellent facere de lapidibus, lapides esse debebant impoliti, vt patet Deut. 27. c. & Exo. 20. c. Si tẽpore Noe non erat obligatio aliqua ad legalia, cum non data fuissent, sic etiã est de sacrificio, ut infra patet. Et volens Noe Deo specialissimum honorẽ præbere pro tanto beneficio: obtulit ei multa sacrificia, quia licet sint alia opera pertinentia ad cultum, & honorem Dei, nihil tamen est, quod tam proprie Deo conueniat, sicut sacrificium, quia laudes & adorationes, licet Deo conueniant, hominibus tamẽ interdũ impenduntur, Sacrificium tãtę dignitatis ab antiquo extitit, vt nullus vnquàm hominum, quantumcunq; errauerit, sacrificium alicui alteri obtulerit, nisi vero Deo, vel ei, quem verum Deum esse putabat. *De cunctis pecoribus, & volucribus*. In lege enim Mosaica solũ tria genera pecorum offerri debebãt, scilicet arietes, tauri, & hirci. De volucribus autem duo genera, scilicet turtures, aut pulli columbarũ, vt patet Leui. 1. c. & per totum: causa autem horum ibi ponitur Leuit. 1. & infra 15. c. breuiter. Noe autem non obseruauit hic istam legem, quia nondum data fuerat.

Quæst. 16. Quę animalia hic appellet munda.

Volucribus mundis. Quomõ ponuntur hic animalia munda, quia tunc non erant ista, vel illa determinate munda: & ideo in lege Euangelica omnia munda dicuntur, quæ cum benedictione percipiuntur, vt patet Actuum 10. c. Sic dicitur primę ad Timot. c. 4. Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciẽdum est, quod cum gratiarũ actione percipitur: sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem. ¶ Dicunt tamẽ aliqui, q̃ cęremonia de munditia animaliũ erat tunc quantum ad cognitionem, sed non qnantum ad obseruationẽ, quia vt patet cap. sequẽti, omnia animalia tradita sunt hominibus in cibum tanquã olera virentia. ¶ Et tenendo istam positionem, quæ satis rõnalis est, dicendum erit, q̃ solum decem species animaliũ quadrupedum oblatæ sunt, quia de pecoribus solum decem mũda sunt, vt patet Deut. 14. c. De volatilibus autem multę species mundarum sunt. ¶ Vel potest dici, q̃ vocat hic textus animalia munda omnia, quæ homines in cibum sumebant, & vocantur munda, ad differentiam quorundam, quæ propter vilitatem suã, & malam complexionem non comeduntur, ut serpentes, iumenta, & quædam ferę. Et istud est rationabilius, & illud tenuimus præcedẽti cap. *Obtulit holocaustum*, i. incendit illas carnes totaliter, nihil de eis dimittendo: dicitur enim holocaustum totum incensum: & differt a victima pacifica, & ab hostia pro peccato, quæ non totaliter comburuntur, vt patet Leuit. 3. & 6. & 7. c. *Odoratus est dominus odorem suauitatis*, i. placuit Deo illud sacrificium, sicut placet alicui hominis res boni odoris, non ex seipso, quia de se nihil est, sed ex deuotione offerentis. Et est hic figura, quæ vocatur antropospathos, i. quando humana passio Deo attribuitur: Deus enim non odorat, cum non sit corporeus in essentia sua: & dato quòd odoraret, iste odor non erat odor suauis, sed odor grauis, s. odor carnũ combustarum cum adipibus suis. *Et ait ad eum, nequaquam ultra maledicam*. Placatus dominus sacrificio facto per Noe, quia a bono corde fiebat, promisit, q̃ homines nunquam deleret, sicut ante deleuerat, subdens causam, vt infra patet. *Maledicam terræ*, i. omni creaturę habitanti in terra, s. vniuersaliter, quia nõ solum in diluuio homines perierũt, sed etiam bestiæ. Vel potest dici terra maledicta, quia in diluuio etiam tota terra in terræ nascentibus de omnibus arboribus peiorata est, quia intrauit Oceanus salsus in terras, & quia crusta superior terræ, in qua erat virtus germinum ablata, & deleta est: & terra, quæ relicta fuit, salsedine corrupta est. *Propter homines*, ideſt propter peccata hominum. In diluuio non solum homines puniti sunt, sed tota terra uniuersaliter, i. totus iste mundus inferior, cum soli homines peccauerint. Nunc autem promittit Deus, q̃ non puniatur terra vniuersaliter propter peccata hominum, quia cum cogitatio hominis sem per ad malum prompta sit, homines sępè peccarent; & sic sępè oporteret totam terram puniri & corrupi. Etiam intendit aliud dicere, s. q̃ peccata hominum non debent totaliter puniri, quia natura eorum secũdum appetitum sensitiuum existens, nunc in statu lapso ad malum prona est. Si autem ipsi peccarent ex mera libertate nullo interius inclinante, nec exterius surgente, deberẽt hic totaliter puniri, sicut fuit de angelis malis. ¶ Etiam dicit, q̃ non solum nõ punietur terra propter peccata hominum, sed etiam nunquã omnes homines simul punientur. Et hoc satis patet, quia multotiens post diluuium oẽs homines simul declinauerunt in multas iniquitates, tamen non fuerunt simul puniti. In principio autem conditionis humanæ, in fine primæ ætatis valde decens fuit talẽ punitionem facere, secundum rationes, quas assignauimus supra c. 6. *Sensus*, i. appetitus sensitiuus, est pronus in malũ, quia licet intellectus, & ratio semper deprecentur ad optima, ut patet circa finem primi Ethic. & in fine 5. tamen pars irrationalis, s. appetitus sensitiuus multum repugnat rationi, iuxta illud Apostoli, caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, ad Gala. 5. c. *Et cogitatio*. Corrupto enim appetitu sensitiuo, & corrupta existimatiua potentia, sequitur praua cogitatio, & prauum iudicium, quia cogitationes hominum uanæ, & instabiles sunt. *Ab adolescentia sua*, ideſt post pueritiam, quando pubertas incipit aduenire. In prima enim ætate, s. infantia, & in secunda, quæ est pueritia propter inexperientiam, & naturæ imperfectionem, natura nostra nondũ actualiter inclinatur ad malum, licet in aliquibus malitia supple ętatem. In fine autem pueritiæ incipit carnalis concupiscentia, & consequenter aliæ passiones.

Non igitur percutiam ultra omnem animam, sicut feci, Ideſt non occidam oẽs homines, & omnia animalia, sicut nunc factum fuit in diluuio. Et si arguas contra, quia ante diem iudicij ignis cõsumet omnia, & interficiet expurgando elementa. Respondetur, q̃ istud dictum intelligitur ad peccatorum punitionem, s. q̃ propter nullum peccatum mundus vltra consumetur, sicut nunc consumptus est: sed bene omnia destruentur ad huius mundi restauratiouem, ut incipiat terra noua, & cęlum nouum, vt patet Apoc. 20. c. Cunctis diebus terræ, ideſt nõ mutabuntur tempora propter aliqua peccata hominũ, sicut nunc mutata fuerunt: sed omnibus diebus, quibus terra durauerit, durabũt istæ vicissitudinariæ temporum qualitates. ¶ Et non intelligitur. *Cunctis diebus terræ*, i. cunctis diebus, quibus terra durauerit, concipiẽdo simpliciter: quia post diẽ iudicij

iudicij terra manebit, & alia elemẽta, vt patet Eccl. 1. cap. generatio transit: terra autem in æternũ manet: tamen non manebit tẽpus messis, nec alia tempora, cum nullum tempus erit: sed intelligitur. *Cunctis diebus terræ*. Ideſt cunctis diebus, quibus homines, & alia animantia mãserint super terram. Vel cũctis diebus, quibus generatio, & corruptio fuerint in terra. *Sementis, & messis*. Ista duo ponunt in recto, aliqui ea ponunt in genitiuo, adiungentes ea illi ablatiuo, cunctis diebus. Sed nõ est bene dictum, quia genitiuus illius ablatiui est terræ. Etiam, quia tunc solum distinguerentur quatuor tempora, & non sex: litera tamẽ vult ponere sex tẽpora. ¶ Item quia sequeretur, q̃ omnia tempora descripta in litera, includerentur, & voluerentur in semente, & messe, si ponerentur genitiui signãtes possessionem: sed intelligitur, q̃ *Sementis*. Ideſt tempus seminandi, & messis, i. tempus metendi, & sic de alijs, nunquam requiescent. Distinguuntur enim hic sex tempora in anno per æqualia: & ideo cuilibet tempori correspondent duo menses. ¶ Tempus sementis est primum, cui dantur menses duo, scilicet medietas Septẽbris totus October, & medietas Nouembris. ¶ Deinde medietas Nouembris, totus December cum medietate Ianuarij cõueniunt tempori frigoris: quia in istis maior frigiditas est, quàm in toto anno Sole multum elongato a nobis. Deinde medietas Ianuarij, totus Februarius, & medietas Martij dantur tempori hiemis: quia illud tempus est pluuiosum, & aliqualiter frigidum. Deinde medietas Martij, totus Aprilis, & medietas Maij dantur tempori messis: quia ista computatio fit secundum terram tẽperatam, in qua circa finem Martij aliqua colligũtur maximè, quia Martius Iudæorum est tardior, quàm Martius noster, quia aliquando coincidit cum Aprili nostro. Deinde medietas Maij totus Iunius, & medietas Iulij dantur tempori Aestatis, in qua calor non est ita magnus, sicut Sole stante in Leone, & Virgine: quia licet directior sit radius Solis super nos Sole stante in Cancro, quàm alibi, cum tunc magis ascẽdat ad perpendicularem: tamen Sole existẽte in Leone, & Virgine, & Libra, terra magis disposita est ad fortẽ calorem ex magna mora Solis super terram: ideo potest a qualibet leui reflexione inflammari. ¶ Deinde medietas Iulij, totus Augustus, & medietas Septẽbris dantur tempori æstus, in quo est nimius calor. *Nox, & dies*. Ista non dicunt aliqua determinata temporis, sed dicunt quasdam paruas mensuras omnium temporum.

Quomodo sex tẽpora distinguuntur in anno per æqualia.

Quæst. 18. Dubium an in diluuio ęstas cessauerit.

Non requiescent. Ideſt non cessabũt, sed semper sibi succedent. In diluuio enim ista tempora cessauerũt, non quantum ad substantiam: quia tempus in se ipso, vt regulariter accipimus, nihil aliud est, nisi mora motus Solis in signis suis Zodiaci: & quia in illo anno diluuij ita motus fuit Sol, sicut in oĩbus alijs annis, ideo non cessauit tempus: sed dicũtur cessasse ista temporum quantum ad qualitatem, quia cuilibet istorum tẽporum correspõdet quædam dispositio in qualitate, frigiditate: vel alijs qualitatibus: & istæ qualitates nõ cooperta aquis, quod est contra omnẽ temporis cõplexionem. Cessauerunt etiam ibi saltem quantum ad aliquam partem anni dies, & nox: quia tanta erat aeris, & nubium obscuritas, quòd nec Sol, nec cętera astra videri poterant, dum pluuiæ durauerunt. ¶ Post diem autem iudicij ista cessabunt, siue quantum ad qualitatem, siue quantum ad substantiam: quia essentia temporis fundatur in motu; post diem autem iudicij non mouebuntur orbes cœlestes: quia non erit necessaria generatio, & corruptio, propter q̃ sit motus, iõ nec erit dies, nec nox. De hoc Apoc. 10. c. Vbi dicitur, q̃ angelus fortis posuit pedẽ vnum super mare, & alium super terram, & iurauit per viuentem in sęcula sęculorum, q̃ tempus amplius non erit. Et Zacha. 14. cap. Erit dies vna, quæ nota est dño, non dies, nec nox; & in tpe vesperi erit lux. Et loquitur ibi Propheta de die iudicij, vt satis patet ex cõtextu literæ.

Quæst. 19. Dubium Cur ann? diuidit in sex tempora, cũ Naturales diuidãt eũ in quatuor.

¶ Sed quare diuiditur hic annus in sex tempora, cũ secũdum Naturales, & Astrologos solum in quatuor tempora diuidatur? ¶ Respondetur q̃ distinctio temporis anni assignata a Naturalibus est secundum quatuor primas qualitates, secundum dominium earum. Illa enim pars anni, in qua vna dominat, vocatur vnũ tempus: & sic de omnibus quatuor. Hic autẽ distinguuntur tempora vulgariter, partim secundum qualitates primas, partim secundum actus humanos in illis temporibus: & quantum ad hoc assignant mensem, qui coincidit cum vere, & Aestate: & semẽtem, quæ coincidit cum autumno, & hyeme.

De benedictione Noe; prohibitione sanguinis; signo fœderis, de vinea, inebriatione. Noe, maledictione Chanaam pueri, de Cham, & filijs, vltimo de Sem, Et terra, & regione ipsorum. Cap. IX.

BENEDIXIT QVE Deus Noe, & filijs eius, & dixit ad eos: Crescite, & multiplicamini, & replete terrã. Et terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cęli, cum vniuersis, quę mouentur super terram. Omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt, & omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibum. Quasi olera virentia tradidi vobis omnia: excepto quòd carnem cum sanguine non comedetis. Sanguinẽ enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum, & de manu hominis: de manu viri, & fratris eius requiram animam hominis. Quicunque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippe Dei factus est homo. Vos autem crescite, & multiplicamini; & ingredimini super terram, & implete eã. Hæc quoque dixit Deus ad Noe, & ad filios eius cum eo: Ecce ego statuã pactum meum vobiscum, & cum semine vestro post vos, & ad omnem animam viuentem, quæ est vobiscum, tam in volucribus, quàm in iumentis, & pecudibus terræ, cunctisq;, quæ egressa sunt de arca, & vniuersis bestijs terræ. Statuam pactum meum vobiscum, & nequaquam vltra interficietur omnis caro aquis diluuij: neque erit deinceps diluuiũ dissipans terram. Dixitque Deus: Hoc est signum fœderis, quod do inter me, & vos, & ad omnẽ

Sup. 1. dist. & 8. c.

Matt. 26. a Apoc. 3. c. Isa. 54. b

animam

animam viuentem, quæ est vobiscum in generationes sempiternas: Arcum meum ponam in nubibus, & erit signum fœderis inter me, & inter terram. Cumque obduxero nubibus cęlum, apparebit arcus meus in nubibus: & recordabor fœderis mei vobiscum, & cum omni anima viuente, & quæ carne vegetat: & non erunt vltra aquæ diluuij ad delendam vniuersam carnem. Eritque arcus meus in nubibus: & videbo illum & recordabor fœderis sempiterni, quod pactum est inter Deum, & omnem animam viuentem vniuersæ carnis, quæ est super terram. Dixitque Deus Noe: Hoc est signũ fœderis, quod constitui inter me, & omnem carnem super terram. Erant ergo filij Noe, qui egressi sunt de arca Sem, Cham, & Iapheth. Porro Cham ipse est pater Chanaam. Tres isti filij sunt Noe, & ab his disseminatum est omne genus hominum super vniuersam terram. Cępitq; Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam. Bibensque vinum, inebriatus est: & nudatus est in tabernaculo suo. Quod cũ vidisset Cham pater Chanaam, verenda scilicet patris sui esse nudata, nunciauit duobus fratribus suis foras. An vero Sem, & Iapheth pallium imposuerunt humeris suis: & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui; faciesque eorum auersę erant, & patris virilia non viderunt. Euigilans autem Noe ex vino cùm didicisset, quæ fecerat ei filius suus minor, ait; Maledictus puer Chanaam, seruus seruorum erit fratribus suis. Dixitque: Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaam seruus eius. Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaam seruus eius. Vixit autem Noe post diluuium trecentis quinquaginta annis, & impleti sunt omnes dies eius nongentorũ quinquaginta annorum, & mortuus est.

F

G

H

I

K

Alias iacuit.

BENEDIXITQVE. Descripto statu Noe in diluuio, consequenter describitur status eius post diluuium, & primo quãtum ad Dei beneficium, secundo quantum ad eius agriculturam, & exercitium ibi. *Capitque Noe.* Prima in duas, primo enim describitur Dei beneficium in conferẽdo bonum, secundo in remouendo malum ibi. *Hæc quoque dixit Deus.* ¶ Circa primum. *Benedixitque Deus Noe.* Benedictio semper importat augmentationem: sed aliquando in temporalibus, aliqñ in spiritualibus, vtrunque autem potuit hic esse: quia enim Noe, & filij eius erant viri boni, & iusti, & obtulerant Deo sacrificium, in hoc actu deuotionis, & charitatis meretur charitatem, vel gratiam sibi multiplicari; ideo Deus multiplicauit in eis gratiam suam. ¶ Vel potest intelligi, qp ista benedictio sit augmentatio in bonis temporalibus, vel in prole; & manifestatur per id, quod subditur; *Crescite, & multiplicamini.* Sic enim cum Deus vellet hortari Adam, & Euã ad multiplicationem humani generis, dedit eis potẽtiam generatiuã, vt possint valde plurificari: & sic dicitur; benedixitq; illis Deus, & ait. *Crescite, & multiplicamini.* Non est hoc consilium, vel exhortatio, sed mãdatum obligans sub pœna mortalis peccati. Nusquam enim reperitur Deus ista mandasse, nisi cum temporis necessitas hęc exigebat, s.in primordio conditionis humanę, & post destructionem diluuij vniuersalẽ. ¶ Licet nunc dicũt aliqui doctores, qp si nunc oẽs homines vno animo consentirent, vt continentia esset in toto orbe: ita qp amplius non esset aliqua copula carnalis, Deus suppleret numerum electorum quodam alio modo, sicut Euam formauit ex Adam. Quid autem sit non plene patet: constat tñ qp nunquam omnes homines in talẽ consensum deuenient, quia filij ciuitatis diaboli, qui vsque ad finem mundi durabũt, nunquam derelinquent delitias suas: in quibus eorũ tota beatitudo est: maximè delitias venereas. *Et replete terram.* Tales propositiones non debent intelligi secundũ vim verborum, sed fm modum cõem loquentiũ. Dicitur enim repletio terræ habitatio satis populosa: si enim homines terrã proprie implerent, impossibile erat eos naturaliter viuere: quia non esset eis cibus, nec requies, nec poterat modus talis repletionis imaginari. *Terror videtur, ac tremor sit super cuncta animalia.* Idest oĩa animalia timeant, qñ viderint vos, & tremant ex magno timore. Sed non est intelligendum ex hoc, qp Noe & filijs eius dederit illud dominium super animalia, qđ datum fuit Adæ manenti in statu originalis iustitiæ, s. qp nullum animal ei noceret: sed omnia mandato eius obedirent tanquam animalia domestica. Sed intelligitur hoc quantum ad quędam animalia, quę per artem domesticabilia sunt: vel qp animalia omnia naturaliter timent faciem hominis, licet aliqua eum inuadunt cogente timore, vel famis inopia. Vel vt ait scholastica historia, hæc ad consolationem Noe, & filiorum suorum dictum fuit, quia ipsi pauci existẽtes timebant a tot bestijs consumi: nec credebant se illã pacem cum bestijs habituros, quàm in arca tenuerãt: quia videbant illud ex miraculo fuisse donatum: ideo Deus tollit eis timorem dicẽdo. *Sit timor, & terror vester super cuncta animalia.* Idest non timeatis cõsumi ab animalibus feris, sed magis ipsa animalia tera timebunt vos: super cũcta animalia, scilicet quadrupedia, siue fera, siue mansueta. *Et omnes volucres cæli.* Quia aliqui uolucres sunt durissimæ, & crudelissimæ, vt Gryphi, a quibus homines timebant cõsumi. *Cum vniuersis, quæ mouentur in terra.* Propter reptilia dicit, quæ super terram mouentur reptando. *Omnes pisces maris.* Supra abstulit eis animalium ferorũ metum hic prouidet eis de cibo ad uiuẽdum. *Omnes pisces maris.* Hic datur hominibus potestatem comedendi carnes, & pisces. Ante diluuium nec erat usus uini, nec carnium, nec piscium: sed solis fructibus, & segetibus sponte natis vescebantur, ut ait Boetius de consola. lib. 2. Metro. 5. Et Ouidius Metam. lib. 1. Circa principium. De his latius diximus sup. 1. c. Vbi posuimus uersus istorum.

¶ Causa autẽ quare Deus permisit nunc esum carnium, & nõ ante, immo nunc incitauit ad illum, fuit quia per diluuium fuerant terræ nascentia peiorata, nec habebant uirtutem nutritiuam, sicut antea: quia salsedo maris Oceani intrantis terras cuncta corruperat. ¶ Secunda causa erat, quia natura humana erat fragilior qñ antea: ideo indigebat cibo substantialiori, & magis

Secunda causa.

Opinio dicẽtis homo nũc febre uitæ.

Cõfutatio

& magis nutritiuo: huiusmodi enim sunt carnes. ¶ Aliqui autem dicunt, qp vita hominis ideo nũc ita breuis est, quia carnes comedunt, inducẽtes testimonium, scilicet qp ideo in prima ætate tm viuebant, qa carnibus non vescebantur; sed hoc pro vtraque parte ridiculosum est. Non enim ideo homines primę etatis tm viuebant, quia carnibus non vescebantur, quia magis vixissent, si carnes comedissent: sed vita eorũ prolongabatur ex multis causis, quas assignauimus supra 5. cap. ¶ Vita autem hominum præsentis temporis ex oppositis causis diminuitur maximè propter malam complexionem ciborum, quę quotidie peioratur: & propter influentiam cœli, quæ non concordat nunc priori tempori. Carnes aũt nihil obstãt, nisi in excessu comedãtur: quia tunc putrefactio, & corruptio sequetur. Si tñ homines nunc carnibus non vterentur minus viuerent, cum carnes multum sint conuenientes complexioni humanæ. *Manui vestrę tradidi sunt.* Idest omnes pisces maris, & fluminum sunt in potestate vestra, vt faciatis ex eis qcquid volueritis. *Et omne quod mouetur in terra erit vobis in cibum.* Idest de omnibus, quæ mouentur in terra poteritis assumere in cibum quicquid volueritis. Non debet hoc intelligi imperatiuè, s. qp Deus mãdauerit hominibus, qp assumerent cibum de oĩbus, quæ mouentur in terra: quia sic tenerentur comedere de serpentibus, & alijs animalibus venenosis, quæ repugnant complexioni humanæ, quod non conuenit; licet aliquæ gentes comedant serpẽtes, sicut Aethiopes comedunt dracones, vt hñ de proprietatibus rerum lib. 17. Dñ enim qp Aethiopes occidunt dracones, & extrahẽtes quasdã partes nigras corporis, in quibus est venenum totum aliud comedunt, & cõfirmatur hoc. Psal. 103. Draco iste, quem tu formasti ad illudendum ei, & dedisti eum in escam populis Aethiopũ. Vel potest intelligi, qp ly, omne, non distribuat fm suam totã vim: secundum qp communiter reperitur in scripturis, sed accipiatur pro multis, s. omne quod. *Mouetur in terra erit in cibum vobis.* Idest omne comestibile, qp mouetur in terra erit in cibum vobis. *Tanquam olera virentia tradidi vobis omnia.* Idest sicut ante licebat vobis vti oleribus virentibus in cibum, ita nunc licebit vobis vesci carnibus. & piscibus.

Aethiopes comedunt dracones.

Quæst. Dubium. Quomodo sit cibus cum sanguine, cum comedãtis.

Excepto quòd carnem cum sanguine non comedetis. Ab illa generalitas ciborum excludit Deus hoc, s. carnẽ cum sanguine. ¶ Quod multipliciter intelligi potest. Vno modo, qđ prohibeatur absciſio mẽbri alicuius animalis viuentis, & comestio talis membri: quia in illo membro adhuc sanguis manet diffusus per venas: & ratio huius prohibitionis est, quia magna crudelitas est sic animalia trucidare; Deus autem intẽdebat homines a crudelitate remouere. ¶ Alio modo põt intelligi de animalibus suffocatis, vel p se mortuis, quæ non sunt comedenda, quia sanguis eorum manet in ipsis. ¶ Alio modo qp prohibeatur hic esus sanguinis per se, sicut in sanguificijs, & tunc ponitur ibi cũ pro. & Carnem cum sanguine, i. non comedatis carnem, & postea sanguinem. ¶ Vel aliter carnẽ cum sanguine, i. nõ comedatis animal de aucupio, vel venatione, donec prius sanguis eius super terram effundatur: vt patet. Leui. 17. cap. ¶ Sanguis enim quocunq; mõ in Mosayca lege vetabatur, ut patet. Leui. 3. & 7. cap. Vbi dñ, qp anima, quæ sanguinem comederit, morte moriatur. ¶ Et hoc tenebant Iudæi super oẽs alias cę remonias: & ideo qñ videbant qp gentes comedebãt sanguinẽ horrebant eas: nec poterant sustinere aspectum illarũ: & ex hoc sequebatur, qp qñ in principio ecclesię primitiuæ aliqui de Iudæis conuersi sunt ad fidem, & aliqui de gentibus. Et Iudæi videbant conuersos de gẽtilibus comedere sanguinem scãdaliza-

bantur in tantum, qp aliqui a fide recedere volebant: Ideo in concilio apostolorũ, in quo vertebatur quæstio, utrum conuersi de gentibus legalia legis Mosaicę obseruare deberent respõsum fuit, qp non deberẽt astringi ad obseruationes cæremoniarum pręter hoc qp abstinerẽt a sanguine, & suffocatione, quia magnũ scãdalum ex his sequebatur. De his Actorum. 15. cap. *Sanguinem animarum vestrarum.* Anima nõ habet sanguinem, quia incorporea est: sanguis autem corporis humor est. ¶ Sed vocatur sanguis animæ sanguis ipsius hominis: qa homo anima vocatur, ut patet infra 46. cap. Vbi dñ qp septuaginta animæ introierunt in Aegyptum de femore Iacob: & Exo. 1. cap. Vel uocatur sanguis animæ, quia anima in sanguine est magis, qñ in alio humore, ut patet Leui. 17. cap. Et est sensus; non comedatis sanguinem: ut ego requirã sanguinem vestrum de manu cuiuscunque effundentis illum. Qũo autem sanguis sit sedes animæ magis, qñ alius humor late diximus. Leui. 17. cap. *De manu bestiæ.* Qđ dupliciter intelligitur, vno modo qp siue aliquis homo occidat alium, siue per se, siue mediante bestia Deus requiret sanguinem eius. Alio modo qp Deus requirit sanguinem hominis de manu bestiæ, ideſt qp sicut Deus requirit sanguinem unius hominis de manu alterius, ita requiret de manu bestiæ si effundat: quia licet bestia peccare non possit: Deus tamen tradet eã in manum alicuius occisoris propter facti errorem, sicut dicitur Leui. 20. cap. qui cũ iumento coierit morte morietur, pecus quoque occidite. *De manu hominis.* Siue uiri, quod dupliciter intelligitur. *De manu viri.* Idest de manu fortis, qui vir uocatur. q.d. quãtũcunque robustus sit, qui effuderit sanguinem alicuius, ego requirã de manu eius. *Et de manu fratris sui.* Idest quantumcunque sit frater, ideſt proximus amicus, uel cognatus, q occiderit, non euadet ultionem Dei: uel aliter. *De manu viri.* Idest de manu cuiuscunque casualiter, uel palam occidentis. *Et de manu fratris.* Scilicet cuiuscunque in secreto occidentis, quia ille, qui communicat specialiter cum aliquo tanquam frater eius, põt eum secretius occidere, ideſt siue aliquis publice occidat, siue in secreto non effugiet punitionem. *Quicunque effuderit sanguinem humanum; fundetur sanguis eius.* Ideſt si alicuis occidat aliquem, Deus tradit eum in manum alterius occidentis eum: sicut hĩ Matth. 26. cap. Qui accepit gladiũ, gladio peribit, ideſt dignus est, qp occidat nisi forte pęniteat, & Deus ei istam pęnam remittat, vel in aliam conuertat: vbi nos dicimus *Humanum, siue hominis.* Hebraica litera habet. *Baadam.* Idest in homine, vel pro homine, scilicet qp si aliquis fuderit sanguinem humanum intra ipsum hominem non effundẽdo foras, sicut cum aliquis suffocat alium, vel intoxicat eũ, vel quomodolibet aliter, ita qp mors sequatur, & sanguis non effundatur, etiam illo casu requirã sanguinem: vel si aliquis occidit aliquem pro homine, i. vt complaceat alicui homini, ille occidetur, & subdit ratio huius. *Quia ad imaginem Dei factus est homo,* Ideſt non debet indifferenter occidi homo ex quacunque actione, sicut animalia bruta: quia creatura perfectissima est homo, s. ad imaginem Dei. De ista aũt imagine penes quid attendatur, vel in quo cõsistat, dictum fuit supra cap. 1. *Hæc quoque dixit Deus.* Hic ponitur diuinum beneficium in remouẽdo malum, sicut enim remouerat timorem ferarum, ita hic remouet timorem diluuij aquarum, vt ait Iosephus. Noe, & filij eius timebant, qp Deus propter peccata eorum eos diluuio iterum destrueret quomodocunque peccarent. Et Noe continue orabat Dominum, ne hoc fieret: ideo pepigit Deus cum eo, & semine suo, ne vnq talia ageret. Etiã fuit propter hoc, quia homini exeũti nunc de arca post diluuium iussit Deus crescere, & multi-

Homo anima vocat.

Anima magis in sanguine est quàm in alio humore.

multiplicari, ideſt vacare proli. Erant autem nunc homines timidi, quia viderant, ꝙ propter peccata Deus induxerat diluuium ſuper terram, quod omnia vaſtauerat: ſe ipſos autem ſciebant ad peccandum pronos, & ideo faciliter peccarent, & tunc immitteretur rurſus ſuper eos diluuiū, uel alia uaſtatio, pp qđ eſſent ſemper timidi; atque de hoc malo ſuſpecti, neque gaudere uellent, qđ tñ requiritur in uacatione prolis; & ita iſte timor obſtaret multum multiplicationi generis humani, q̄ Deus intendebat, & erat ualde neceſſaria. Ideo abſtulit eis timorem præſtando ſecuritatem, ꝙ nūquam mitteretur diluuium, in quo periret omnis caro: Et ſicut dicitur diluuio, ita intelligitur de omnibus alijs uniuerſalibus vaſtationibus. Et eſt ſenſus ꝙ ēt ſi grauia, & multa peccata committerent unus, uel plures, uel totus mundus, nunquam ſequeretur uniuerſalis uaſtatio. *Ecce ego ſtatuam pactum.* Licet de futuro uerba iſta ſonent tñ de præſenti eſt ſenſus, quia per hoc ꝙ iſta dicebat actualiter ſtatuebat pactū cum eis promittendo, nunquam futurum diluuium. *Et cum ſemine veſtro poſt vos.* Ex hoc conſtat, ꝙ quātacunque, & qualiacunque peccata homines facerent, nunquā Deus immittet diluuium, nec vniuerſalem conſummationem, quia hoc pepigit cum Noe pro ſe, & ſemine ſuo. *Et ad omnem animam viuentem, quæ eſt vobiſcum.* Iſtud pactum non ſolum fuit ad homines, ſed etiā ad omnia alia animalia, quia in diluuio, vel qualibet alia generali cōſummatione eorum periculum vertebatur. *Cunctis, quæ egreſſa ſunt de arca.* Ex hoc patet, ꝙ iſtud pactum Dei cum Noe fuit poſt exitū de arca, & poſt ſacrificium. *Et vniuerſis beſtijs terræ.* Scilicet feris, quæ inter pecora, vel pecudes non numerantur. *Nequaquā vltra interficietur omnis caro aquis diluuij.* Hic promittit Deus, ꝙ nūquam veniet diluuium vniuerſale, in quo deſtruatur omnis caro, ſed non tollitur, qui venirent aliqua diluuia, in quibus aliqui homines, & beſtiæ perirent, ſicut fuit diluuium Ogygi in Græcia tempore Iacob Patriarchæ: & ſicut fuit diluuium Deucalionis in Theſſalia tēpore, quo filij Iſrael per deſertum incedebant viuente Moyſe. De ijs Iſidorus Ethim. ca. 22. & Augu. de ciui. Dei. lib. 18. c. 8. Et fluxerunt inter iſta duo diluuia ſexcenti anni, vt ait Solinus in Poliſtor. cap. de Thios inſula. De hoc Paulus Oroſius primo libro de Ormeſta mundi; & tamen non vult ſexcētos annos Oroſius fuiſſe inter duo diluuia, quia diluuiū Ogygi dicit fuiſſe mille, & quadraginta ante vrbem conditam, & diluuiū Deucalionis octingentis, & decem annis ante vrbem conditam. Et ſic inter ambo diluuia fuerunt anni ducenti & decem. Iſidorus quoque lib. 13. Ethimo. quaſi idem tempus ponit dicens, vnum accidiſſe tempore Iacob, & alterum tempore Moyſi; & tamē ēt ſi computemus a natiuitate Iacob vſque ad mortem Moyſi, non ſunt anni quadringēti cōpleti, vt poteſt colligi ex ſacra ſcriptura, & manifeſte ponit illud Euſebius. Sed iſta varietas accidit pp opiniones de temporibus regis Ogigi, de quo ſunt quinque opiniones, aut ſex, vt tangit idem Euſebius, & in commentarijs eius declarabitur. Ipſe autē tenet id quod Paulus Oroſius, ſ. ꝙ fuerint ducēti anni, uel quaſi inter hæc duo diluuia particularia. *Nec erit ultra diluuium diſſipans terram.* Scilicet totā terrā. Illud enim diluuium totam terram diſſipauerat corrumpēdo cā ſalſedine, & tollendo ſuperficiem, in qua tota virtus erat, quia in diluuio fuerūt ablati, quaſi duo palmi de ſuperficie terræ, uel plures. In alijs autem futuris diluuijs non erat diſſipanda terra; licet in aliqua parte lęderetur. *Hoc ſignum fœderis, quod do inter vos, & me.* Fędus erat, ne Deus immitteret diluuiū ſuper terrā. Signum autem declarans veritatem huius promiſſi erat iris. Et ideo eſt ſenſus; hoc eſt ſignum fęderis, i. iſtud eſt ſignum, per quod videre poteritis veritatem mei promiſſi. Et tunc creauit Deus iridem, uel eam naturaliter fecit, & oſtendit eam Noe. *In generationes ſempiternas.* Ideſt vſque ad conſummationem omniū generationum ſęculi, ſ. vſque ad diem iudicij. *Arcum meum ponam.* Vocatur iris arcus, quia eſt ſemicirculus, & aliquando minus ſm altitudinem Solis in Occidēte quando generatur: nūquam tñ accedit perfectè ad ſemicirculum. *Inter me, & inter terram.* Quia diluuium principaliter totius terræ cum omnibus in ea exiſtentibus erat lęſiuum; ideo pactum Dei de non mittēdo diluuium ad totam terram dirigebatur. *Cumque obduxero.* Ideſt obtenebrauero, vel cooperuero. *Nubibus cœlum.* Nubes enim denſate in medio aeris interſtitio tollunt nobis viſionem cœli, & luminarium.

Apparebit arcus meus in nubibus. Vocatur iſte arcus dñi, quia iſte nō eſt fabricatus ab aliquo homine, ſed a ſolo Deo cauſatus eſt per ſua naturalia agentia. Vel vocatur arcus Dei, quia a Deo datus eſt in ſignum nō futuri diluuij. Et tunc ponitur arcus magis quam alio tpe, quia qñ nubibus operitur cęlum, eſt ſignū pluuię futurę multę, ideo ad tollēdum timorē diluuij, ponit arcus. Vel fortè non ſolum cauſatur hoc ex intētione agentis ad finem, ſed ex conditione materię ſic vel ſic diſpoſitæ; nubes enim, in quibus cauſāt iris, taliter diſpoſitę ſunt, ꝙ in eis naturailter talis effectus ſequit, ēt ſi Deus non intenderit irim ad aliq̄ ſignificationē, ſed ſolum cōcauſaret per influentiā generalem, vt in alijs oībus entibus. *Et recordabor fœderis mei.* In Deo nō cadit obliuio promiſſi, ſicut in hoībus; ſed dr recordari, quia tunc ad ſuccurrendum paratum ſe demonſtrat. *Fœderis mei vobiſcum.* Ideſt ꝙ pepigi vobiſcum. *Et cum omni anima viuente, quæ carnem vegetat.* Ideſt cum oī animali ad dr̄iam animatorum non habentiū cartilaginem, quemadmodū ſunt arbores, & oīa plantatiua; cum iſtis ſ. nō eſt principaliter pactū factum poſitū, quia licet aliqualiter vegetabilia in diluuio damnificarent, non tñ deſtruuntur totaliter queadmodū animalia, quę moriunt. Ad animalia ergo principaliter hoc fędus Dei pertinet. *Erit arcus meus in nubibus.* Nihil enim eſt arcus, niſi impreſsio facta in nube rorida ꝙ poſita Soli recipiēti radios ſolares: dum tñ illa nubes non ſit multum denſa. *Et recordabor fœderis ſempiterni.* Dr̄ iſtud fœdus ſempiternum, quia ponitur pro toto tempore, quo homines fuerint ſuper terram. *Hoc erit ſignum fœderis, quod conſtitui.* Ex hoc videtur ꝙ arcus eſt ſignum ad voluntatem repreſentans, & nō naturaliter cum dicatur eſſe conſtitutum, ut pater in litera.

¶ Sed dubitari ſolet cum iris ſit aliquid naturaliter cauſatum, qūo potuit dari in ſignum diluuij non futuri? Aliqui reſpondent ꝙ bene potuit dari in ſignum: ſicqa ante diluuium nec fuit pluuia, nec iris. ¶ Sed hoc non eſt ueriſimile, quia cum pluuia cauſatur ex motu, & figuratione corporum cœleſtium diſponentiū aerē ſicut, & omnes naturales effectus, ut ait Pſholomeus in Almageſto, & in Quadripartito, nō vr rōnale, ꝙ in tanto tpe, ſ. in mille, & ferę ſepringentis annis quibus durauit prima ętas, vt probatur in ſ. 5. c. nō fuerit aliqua mutatio, vel figuratio corporū cęleſtiū pluuię cauſatiua. Alij dicunt ꝙ licet fuerit pluuia ante diluuium, nunq̄ tñ fuit iris; dñt enim ꝙ in toto illo tpe nunq̄ talis diſpoſitio cauſata fuit, qa ad generationem iridis, ſm Philoſophū. 3. Metheo. requirunt diæ nubes, vna eſt nubes rorida leuis concaua, in qua fiat radiorum ſolariū ſuſceptio, & re percuſsio, & alia nubes dēſa poſt nubē roridam, quę faciat pp ſui aliquale ſoliditatē, ut radij ibi detineant ad cauſandā repercuſsionem, ſicut in ſpeculis requirit vitri piſpicuitas, & plumbi denſitas terminans. Volunt ergo iſti ꝙ iſta diſpoſitio nunq̄ ante fuit, quo vſq; Deus oſtēdit Noe primo

primo talem reuerberationem Iridis. Sed et iam hoc non eſt veriſimile, quòd in tanto tempore non fuerit talis diſpoſitio cum nunc tam frequenter fiat, & res naturales à Deo naturales agere permittunt, quia Deus ſic res conditas adminiſtrat, vt eas proprios motus agere ſinat, vt eſt ſententia Auguſt. ſuper Gen. ad literam. Et cū cauſæ iſtius Iridis ſępè eſſe debuerint, ideo iris etiam ſępe eſſe debuit. Dato ergo quòd iris apparuit ante diluuiū, dicetur ꝙ iris generabatur tūc naturaliter ex eiſdem cauſis, ex quibus nunc gignit.

¶ Dicit enim Herueum, ꝙ iris eſt ſignum non futuri diluuij non ad placitum, quemadmodum voces ſunt ſigna rerum, ſed ſignū naturale ſicut fumus eſt ſignum naturaliter ſignās ignem præceſsiſſe, de quo primo quolibet, quæſt. vlt. Rationem huius aſsignat, quia diluuium cauſatur ex multitudine aquarum, iris autem requirit ad ſuam cauſationem certam diſpoſitionem, quæ nō poteſt fieri in tempore multum ſicco, nec multum pluuioſo, ſed dicunt eſſe duæ nubes, vna rorida concaua, in qua radij recipiantur, alia denſa, quæ teneat radios, ne tranſeant. & ſic requiruntur vapores ſufficientes ad tenendum radios: non tamen debent eſſe vapores valde multi: quia tunc non poſſent cauſari illi colores ex reuerberatione, ſicut nec poteſt fieri in aqua, quia magna humiditas ibi denſata eſt: & quia ad diluuium multi vapores requirūtur, ideo iridis generatio diluuium excludit, & non excludit diluuium pro ſemper, ſed pro vicino tempore, id eſt, ꝙ ſi nunc ſit iris, quòd nō erit in breui diluuium, ſed bene poterit eſſe poſt aliquantum tēpus. Item dicit, ꝙ continuatio iridum poteſt eſſe ſignum diluuij nunquam futuri, ſemper accipiendo ſignum pro ſignō naturali, ita quòd nunc ſit vna iris, deinde alia, & ſic conſequenter. Item dicit quòd dato, quòd ante diluuium fuerint plures irides non tamen fuit alia iris propinqua diluuio, quia tunc diſpoſitio contraria erat in nubibus, ſcilicet, quòd erant onuſtæ vaporibus groſsis, & condenſatis.

¶ Et licet ſuperiora ſint ſatis bene dicta, tamen error vr̄, quia hic attribuit cauſam diluuij virtuti naturali, & quia non diſtinguit inter diluuium particulare, & vniuerſale, ſed falſum eſt, quia diluuium vniuerſale non pōt cauſari naturaliter: vt ſup. cap. 7. probauimus, ſed ſolum particulare diluuiū cauſatur naturaliter. Etiam quia textus attribuit totam cauſam huius diluuij Deo; vnde quantū ad efficientem dr̄ ſupr. 6. cā. Ecce ego adducam aquas diluuij ſuper terrā; de cauſa materiali dr̄ ſup. 7. cap. Rupti ſunt fontes abiſsi magnę, & catarrhactæ cœli apertę ſunt, quæ naturaliter fieri non poterant. Patet ergo ꝙ loquendo ſimpliciter falſum eſt, quòd iris eſt ſignum nō futuri diluuij. Sed diſtinguendum eſt de diluuio, ꝙ duplex eſt diluuium, ſcilicet particulare, & vniuerſale. Diluuiū particulare eſt magna aquarū inundatio in aliqua determinata parte orbis: & de iſto diluuio eſt verum, quòd eſt ſignum naturale iris diluuij, & nō ad placitū, quia ſignat modicos vapores eſſe pro tunc eleuatos in aere, quia nubes adhuc tenues ſunt: & hoc patet in regula penultima communis perſpectiuę, parte tertia, ſcilicet generationem iris cataclyſmum excludere. Et ſi diluuium factum tempore Noe fuiſſet particulare, verum fuiſſet, ꝙ iris non potuiſſet apparere pauco tempore ante diluuium; ſed quia ſupernaturaliter venit illud diluuium per vnum diem ante diluuiū exiſtente aere non repleto vaporibus, potuiſſet iris apparere. Dicendum ergo ꝙ iris ante diluuium dato ꝙ apparuiſſet, nihil ſignabat ad placitum, ſed ſolum ſignabat naturaliter magnam copiam aquarum, ſiue particulare diluuium ſubito non futurum. Poſt diluuium autem facto fœdere inter Deum, & homines cœpit

Alph. Toſt. ſuper Gen.

iris eſſe ſignum diluuij vniuerſalis nō futuri, ꝙ Deus voluit, quòd nunquam amplius vniuerſale diluuium inundaret. Ideo hoc erat cauſa nō inducendi diluuiū; Sed vt homines magis certificarentur voluit dare iridem in ſignum rememoratiuū, non in ſignum cōfectiuum; nihil. n. efficit iris ad nō eſſe diluuium vniuerſale, quia dato ꝙ nunc eſſet iris, & nihil mutando de virtute, vel efficientia eius naturali, poſſet induci ſubito diluuium vniuerſale à Deo, quod non fieret ſi naturaliter ſignaret iris nō futurum vniuerſale diluuiū, quia tunc oportebat mutari aliquid de virtute eius. Eſt autem iris poſt diluuium ſignum non futuri diluuij particularis immediatè ex cauſa aſsignata, & quod naturale eſt mutari non poteſt.

¶ De iſta iride à multis dr̄ ꝙ quadraginta annis ante diem Iudicij non apparebit iris. Et ſi fortè diceret, ꝙ poſt apparitionem iridis per quadraginta annos nō poſsit eſſe diluuiū particulare, adhuc haberet aliquā euidentiam, qūia ad diluuium particulare requiritur valde magna reſolutio vaporum, & eleuato ſucceſsiua ad partem medij interſticij, & qñ incipiunt multū condenſari illi vapores non poteſt apparere iris, ſed iſti vapores poſſunt eſſe in tali diſpoſitione condenſationis per quadraginta annos ante: ergo in illis quadraginta annis non poteſt fieri iris. Horum tamen intentio eſt, quòd ad inducendam illam inflammationem, quæ præcedet iudicium: requiritur magna diſpoſitio in aere per ſiccitatem ad magnam, & ſubitam inflammationem, & tanta diſpoſitio non poteſt cauſari niſi per quadraginta annos ante ad minus incipiat deſiccari aer; ergo in illis quadraginta annis nunquam formabitur iris, cum iris nō poſsit eſſe niſi in nube aliqualiter aquoſa, & denſa ex parte poſteriori. Sed iſti videntur errare ſicut alij de diluuio, quia ſicut diluuium vniuerſale non poteſt induci naturaliter, ſed a Deo ſolo, ita conflagratio vniuerſalis non poteſt induci naturaliter. Ergo non erit aliqua diſpoſitio naturalis ad effectum pure ſupernaturalem. Item, quia ſequeretur quędam magna abſurditas: ſi enim in quadraginta annis ante diluuium non poſſet formari iris propter magnam ſiccitatem, ſequeretur ꝙ in omnibus iſtis, vel in maiori parte eorum circa finē eorum tanta eſſet ſiccitas, quòd nec eſſent pluuię aliquę, ſed omnia deſiccarentur. Hoc autem falſum eſt, quia tunc homines viuere non poſſent, vel ſi aliqui viuerent cū magna famis anguſtia, & temporum intēperie viuerent. Hoc autē falſum eſt, quia Luc. 17. cap. idem Matth. 24. cap. dr̄ quòd dies Iudicij veniet inſperatus, ſ. qñ hoīes non putauerint; ſed ſi talia præcederent hoīes eſſent ſuſpecti de die Iudicij ergo, &c. Item hoc non pōt ſtare, quia dr̄ Luc. 17. cap. idē Matth. 24. ꝙ tempus ante iudiciū erit, ſicut in diebus Noe, quia edebant, & bibebant, & vxores ducebant, & dabantur ad nuptias vſque in diem, qua intrauit Noe in arcam, & venit ſubito diluuium, & perdidit omnes. Sic ergo ante diem iudicij erunt hoīes lętantes in cibis, & potibus, & in actibus venereis quouſq; ſubito veniat ſuper eos tuba iudicij. Sed iſtæ delectationes ciborum, potuū; & actuum nuptialiū nunquam fiunt ſine magna lętitia cordis, non autem inter malum formidantes. Et cum abundantia bonorum exteriorum prouenientium ex bona habitudine tēporis. Si aūt illam inflammationem præcederet talis deſiccatio, qualē iſti deſcribunt, vtrunq; iſtorum impoſsibile eſſet naturaliter, ſ. cordis lętitia, & bonorum exteriorum abundātia. Dicendū ergo, ꝙ ante iudicium nulla talis præcederet deſiccatio, ſed erunt tēpora fęlicia ſine bellis, ſine temporalibus anguſtijs, ita vt homines poſſent vacare deliciis, iuxta cor, vt ex verbis Chriſti colligitur. A quo. n. iſta poſitio de nō apparitione iridis ortū habuerit

G

Licet Deꝰ pollicitus ſit vniuerſale diluuium amplius futurum, nō tamen particulare.

Quantum tēporis in terceſſerit in diluuijs illis, quæ poſt vniuerſale iſtud facta ſunt.

Quæſt. 6. Prędicto ſentia.

Quæſt. 7. Cauſatio iridis.

Quæſt. 8. An quadragita annis aſſi iudicium nō apparebit Iris.

Pulcherrima deciſio.

An poſt vniuerſalē conflagrationē poſſit formari Iris.

buerit nescio, sed cõfiteor mihi nullo modo placere. F
Erant ergo filij Noe. Ista particula ponitur recapitulatiue ad supradicta, & præponitur ad declarandum Historiam de inebriatione Noe. *Filij Noe, qui egressi sunt de arca Sem, Cham, & Iapheth.* Istos filios solum habebat Noe, quando exiuit de arca. Isti autem quando de arca exierunt, non habebant aliquos filios, nec ante habuerant, sed post diluuium nati sunt. De quo magis diximus supra 6. cap. *Porro Cham.* Cum Moyses huius libri Historiographus multa facta notabilia illius temporis reliquerit nõ scripta, hoc solum tetigit, quia intẽtio sua erat deducere istã Genealogiam ad Iudeos, quibus lexa domino data est; & quia illi possessuri erant terram istarum gentium Chananæarum propter peccatum Chananæorum, vt patet infra 13. & 15. cap. & Leui. 18. ideo describitur hic principium peccati eorum, scilicet irrisio patris, propter quod maledictio venit in stirpem Cham. G

Quæst. 9. An Noe habuerit alios filios præter nominatos.

Tres filij Noe, & ab his disseminatum est omne hominum genus super vniuersam terram. Ex hoc videtur quòd Noe nullos alios filios habuerit, nisi hos, quia si aliquos alios habuisset scriptura nominasset eos, quod non facit. Vel dato quod non nominasset, ab illis tamẽ descendissent aliquæ gentes, sed ab ijs tribus descenderunt omnes gentes, vt dicitur hic, ergo nulli alij fuerunt. *Disseminatum fuit.* Idest diuisum per terras successiue. Satis autem probat ista ratio, q̃ Noe post diluuium filios alios nullos genuit, & etiam quòd nõ genuit ante diluuium aliquos, qui nũc super essent post diluuium, quia si super essent ab illis quoque dissemi- H
naretur genus humanũ, sicut ab his tribus, & tamen ab his solis tribus disseminatum est omne genus; ergo non fuerunt alij, qui supereſſent post diluuium. Nisi forte dicatur q̃ aliqui geniti sunt post diluuium à Noe, sed illi nullos filios genuerunt. Et ideo non nominantur hic, quia non fuit ab eis disseminatum humanũ genus, & idem erit, si dicatur, q̃ aliqui erant nunc, qui geniti erant ante diluuiũ, sed quia non genuerunt aliquos tacuit eos Moyses. Dicẽdum q̃ neutrum eorum stat; primum non, quia si Noe aliquos genuisset post diluuium, nõ est verisimile, q̃ illi mansissent infecundi, vel steriles, quia nunc erat ualde necessaria multiplicatio generis humani; & Deus ad eã incitabat, dicẽs: Crescite, & multiplicamini; & ad hoc benedixit eis, vt patet supra in litera; ergo non est verisimile, q̃ aliqui essent, qui non gignerent eo tempore, sed magis videtur dicendũ q̃ Noe nullos genuerit post diluuium, quia erat tunc sexcentorum annorum, & forte ætas ista grauata angustijs præcedentibus erat reddita inepta ad gignendũ; vel si apta erat accidit, q̃ non genuerit licet vixit post diluuium trecentis, & quinquaginta annis: vt patet infra in littera. Si quis autem vellet contendere, q̃ genuerit filios, sed illi nullos genuerint, possibile quidem est, sed minus verisimile, ideo potius est dicendum, q̃ tunc nullos genuit. Secundũ magis planum est, scilicet q̃ non habuit Noe ante diluuium alios præter istos tres filios, qui supereſſent post diluuium, quia ad hoc oportebat quòd in arcam intrassent tempore diluuij, sed K
falsum est, quia in arca non fuerunt, nisi octo personę, idest Noe, & isti tres filij eius, & quatuor uxores eorum, vt patet sup. 6. & 7. cap. Ergo nulli alij tunc filij eius erant, qui nunc superfuerint. Manet aũt solum q̃ habuerit Noe alios qui ante diluuium obierint; & ideo isti non nominantur, quia ex eis non fuit multiplicatum humanum genus post diluuiũ. Et istud potest aliqualiter sustineri, quia non apparet manifesta falsitas; & tamen communiter tenetur, quòd nullos alios filios habuerit Noe ante, neque post, & istud

Noe nullos filios gẽuit post diluuium, vt quidam suspicant.

consonat sacrę scripturę; nam supra 6. cap. ante diluuium facit mentionem scriptura, quãdo genuit Noe, & dicitur q̃ genuit istos tres, & de nullo alio fit mentio: & ita isti soli fuerunt, & ab eis disseminatum est omne genus humanum, quia aliquę terræ ante, aliquæ verò post inhabitatæ sunt. Prima autem populatio post diluuiũ fuit in Armenia apud Taurum, & Caucasum montes magnos Armenię; & patet ex eo quod dicitur infr. cap. 11. scilicet quòd Nemrod cum alijs sequacibus recesserunt de Oriẽtali parte versus Occidentem, & venerunt in cãpum Senaar, vbi ipse ędificauit Babylonem. Sed secũdum orbis terrarum ordinationem, vt patet per Paulum Orosium libr. 1. de Ormesta mundi, circa latus Septẽtrionale post terminos Indiæ transuersaliter iacentis a Septentrione ad Meridiem, & occupantis totam frontem Orientis contra Occidentem inter montem Caucasum a Septentrione, & mare Persicum a Meridie sunt gentes multę inter quas Armenij sunt ante fontem Tigridis, & Euphratis. Sed descendendo per idem latus Septentrionale contra Occidentem multis terris interiectis sequuntur Babylonia, & Caldęa aliqualiter versus Meridianam partem. *Per vniuersam terram.* Scilicet habitabilem; non enim tota terra habitata est. Aliquæ enim terræ propter intemperiem locorum, & defectum victualium non habitantur. Aliq̃ autem propter gentium paucitatem. *Cępitque Noe.* Hic ponitur secundum, scilicet status Noe post diluuium quantum ad agriculturam, & exercitium. *Cępitque Noe esse vir agricola.* Idest colens agrum diligenter, vt haberet inde fructus; & dicitur. *Cępit.* Quia Noe fuit primus qui coluit vineam ante diluuium non fuit vsus vini, & ideo non colebatur vinea, nec in alijs rebus colendis magnus labor erat, quia sponte terra gignebat fructus, de quibus homines viuerent, vt volunt doctores, & Historiographi. Nec obstat si dicatur quòd dictum fuit Adę, in sudore vultus tui vesceris pane tuo, supra 3. cap. & dictum fuit, quòd Cain erat vir agricola. Respondetur quòd primum datum I
in pœnam magis dabatur pro posteritate ipsius Adæ, quam pro tempore Adæ. Item dicendum de Cain, quòd modicus labor erat, quia natura per se illa dabat, sed ad tollendum ocium, & ad magis iuuandum naturam, aliqualiter laborabant. Vel verius dicendum quòd Cain fuit aliquid speciale: quia Deus dedit ei illum laborem in persona sua solum in pœnam fratricidij, de quo diximus magis supra 4. cap. In secunda autẽ ætate peiorata terra peringressum Oceani in terras, non potuerunt fructus sine magno labore haberi. Ideo indiguit terra cultore adiuuante naturam deficere incipientem; ideo tunc proprie incepit Noe esse vir agricola. *Exercere terram.* Idest mouere eam arando, & fodiendo: quia sic terra melius disponitur ad susciendam influentiam cœli, quia & humorem pluuiarum. *Et plantauit vineam.* Non quòd vineam ipse fundauerit: quia nam talem arborem produxit, sed quia ipse coluit illam vineam producẽtem vuas labruscas, & meliorauit. Vel forte abscidit palmites de vite illa siluestri, & transplantauit, sicut nũc ponuntur nouiter vineæ, vuę optimi saporis factę sũt. *Bibẽsque de vino eius inebriatus est.* Primo vt Noe bibit ine briatus est multiplici ratione; primo quia multum bibit adhuc ignorans vim eius, sed putabat sic bibendum esse, vt de aqua.

¶ Secundo, quia cerebrum Noe erat debile, cum esset assuefactum aquæ, & ideo à fortitudine vini immediatè conturbatũ est; pater hoc in illis, qui ad vinũ non sunt assuefacti, qui si bibant citius inebriantur. Aliqui enim dicunt hic multa fabulosa. f. q̃ immediatè, vt plantauit Noe vineã, produxit vuas, & fecit inde vinum, & bibit, & dñt q̃ hoc fecit quibusdam confe-

ctionibus

ctionibus naturalibus. Quòd autẽ hoc fiat in quibusdam herbis, satis constat. Et nobis visum est Petroselinum infra duas horas nasci, postq̃ seminatum fuerat; sed nõ vr posibile sm naturam, q̃ sic fiat in vite: quia ibi maior virtus requiritur. Etiam quia dato, q̃ per aliquam artem naturalẽ, saltem omnibus cognitam possent vuæ cito nasci, oportebat postea maturari, ad qđ diuturnitas temporis requiritur. Fundamentum autẽ istorum est, quod dr in litera. *Plãtauit vineam, bibensque de vino eius inebriatus est.* Et nulla mora intercidit inter plantare, & bibere. Sed hoc irrisorium est, quia sic est modus cõis scripturæ loquendi, s. cõcepit, & peperit: constat tñ, q̃ nulla mulier immediatè post cõceptionem peperit. Scriptura. n. solum curat de essentialib. narrationibus, non se extendens ad quædam accidentalia, & extrinseca. Dicendum ergo q̃ Noe post annũ à plantatione vineæ, vel post plures annos, sicut nunc fit, habuit vuas maturas, ex quibus bibit vinũ, & inebriatus est. *Et nudatus est in tabernaculo suo.* Quia in tabernaculo suo bibit, & ibi inebriatus est, & dormiuit. Et ista nuditas fuit quantum ad partes genitales: dato. n. q̃ alię partes corporis viderentur, verecundia nõ fuit, quia verendæ nõ erant maximè in viris, de mulierib. autẽ alia ratio est. *Quod cum vidisset Cham pater Chanaan.* Hic vocatur Cham pater Chanaan: quia vt quidã volũt, Chanaan nepos Noe primo vidit Noe esse nudatum, & nũciauit patri suo, & postea Cham irrisit. Vel nominatur Chanaan, quia postea fuit secutus malos mores patris sui Cham. Vel verius dicẽdo, q̃ Noe maledicturus erat Chanaan p̃ patre suo Cham, ideo nominauit hic eum, vt videretur origo maledictionis. C

Cur homo erubescit et nudas genitalia.

Verenda patris sui esse nudata. Verenda vocant partes genitales, quia de eis magis, q̃ de alijs partibus erubescimus. Ratio huius erubescentiæ est, quia nullæ partes sunt minus obedientes imperio rationis, q̃ istæ in toto corpore. Animus. n. hominis est generosus, & multum liber naturaliter, & sicut qñ aliquis dñs habet seruitio animæ rationalis subditæ, vt patet p Aristo. 1. Polit. cap. 3. qñ ei repugnant anima nostra multum erubescit. Sic. n. primi parentes in Paradiso post peccatũ immediatè verecũdati sunt, quia cum ante oĩa membra eorum libertati seruirent, post peccatum surrexit immediatè cõcupiscentia in genitalibus, quam cum tentassent cõprimere, & non valuerunt, erubuerunt, tegentes illa membra tẽpore, quo Noe nudatus fuit, non erat vsus femoraliũ. Si. n. Noe femoralia habuisset, dato q̃ alias corporis partes nudassent, mansissent femoralia stricta tegentia partes verendas. *Nunciauit duobus fratribus suis foras.* Scilicet Sem, & Iapheth. Ex hoc vr, q̃ isti omnes manebant in eodem tabernaculo, quia hic nõ põt dici foras, nisi respectu illius tabernaculi, & nunciauit ista Cham fratribus suis, vt eos ad irridendum prouocaret, sed ipsi è contrario verenda patris contexerũt. *Palium imposuerunt humeris suis.* Et incedebant isti auersis vultibus contra partem posteriorem; nec voluerunt ponere palium ante oculos, & inrenda patris sui: nõ. n. habebat femoralia, quę nondũ in vsum venerant, sed postea per Semiramidem Reginam Niniue adinuenta sunt. O quanta filiorum ad patrem pietas, o quanta vrbanitas; vultus auertunt, & retrouersis pedibus incedunt, ne patris virilia contẽplentur, quæ pessimus, & degener filius ignorantibus ante vulgauerat. Multum hic instruimur circa paterD
nam reuerentiam, ne paternos defectus irrideamus, sed quantum valuerimus contegentes æquanimiter tolleremus. *Euigilãs autem Noe ex vino.* Ebrietas. n. dormire facit, & ille somnus innaturalis est; ideo non dr

Semiramis in vsum femoralia adinuenit feminarum.

q̃ Noe euigilauit, sed q̃ euigilauit à vino. Cum enim somnus sit quies virtutũ animalium, vt patet in 2. de somno, & vigilia: & iste virtutes sint in cerebro, vel dependeant secundum virtutem à cerebro. Qñ cerebrum est occupatũ, ita q̃ iste virtutes non possint operari, sequitur dormitio. Cerebrum aũt occupatur qñcunq; fit multa resolutio fumorum grossorum ascendẽtium de stomacho ad cerebrum, vt post cibum, & post laborem, & quia vinum propter caliditatẽ multas fumositates fortes de stomacho ascẽdere facit ad cerebrum cessant vires animales in cerebro occupato fumositatibus, donec ille consumantur, vel per frigiditatem cerebri condensẽt, & descendant, & tunc incipit euigilare dormiens. *Cum didicisset, quod fecerat ei.* Didicit hoc Noe p alios filios, vel fortè, & verius, qa quando Noe euigilauit inuenit discooperta verenda veste sua, & super se vestem, quã non posuerat, inuenit; ideo miratus quid hoc esset, quæsiuit à filijs, qui ei veritatem facti indicauerũt. *Filius suus minor.* Scilicet Cham. Ex hoc cũ superioribus patet, q̃ Iapheth fuit maior inter filios Noe, quia Noe incepit gnare quingẽtesimo anno ętatis suæ, ergo primogenitus suus cõpleuit centum annos in anno diluuij, s. anno sexcentesimo vitæ Noe, sed ista nõ fuit Chã, quia est minor oĩbus, vt hic patet; nec ẽt fuit Sem, quia Sem cõpleuit cẽtũ annos duob. annis post diluuiũ; vt patet inf. c. 11. ergo Iapheth erat maior. Nec obstat si dicatur, q̃ infra cap. sequẽti vocatur Sem frater maior, quia ibi vocatur maior secundum dignitatẽm, & non secũdum ætatem; quia de Sem venit Messias, & totus populus Dei. De hac maioritate dictum fuit supra 6. cap.

Aristot. de Somno, & Vigilia. cap. 3. Virtutessõni a cerebro pẽdẽt.

Quæst. 12. An Iapheth fuerit maior ĩter filios Noe.

Maledictus Chanaan. Quare maledicitur Chanaã, cũ peccauerit pater eius Cham? Dicũt aliqui, vt supradiximus, q̃ Chanaan primo vidit verenda Noe discooperta, & indicauit patri suo Cham. Vel aliter vt intelligatur, q̃ non solum Cham propter istud peccatum meruit in seipso maledici, sed etiã in posteritate sua. Vel quia Deus benedixerat Noe, & filijs eius exeuntibus de Arca, ideo Noe non fuit ausus alicui eorũ maledicere, sed maledixit nepoti. Vel aliter quia si Cham maledicetur, intelligeretur tota posteritas maledicti in patre; sed hoc non est verum, quia solũ fuerunt maledicti filij eius descẽdentes per Chanaan, qui sunt septẽ gentes, scilicet Amorrhæi, Chananæi, Euæi, Iebusæi, & cæteræ. Patet quia iste gẽtes fuerunt datæ in manus filiorum Israel, vt diſperderent eas, & acciperent terram earũ, vt patet sæpe in Exo. Leu. Num. & Deut. quia alij filij descenderint de Cham, patet inf. c. sequẽti, s. Chus, Mesrain, Phut, & cęteri. Ex superioribus, patet q̃ ista reuelatio, & inebriatio Noe nõ fuit eo tẽpore, quo exiuit de arca, quia Cham genuit Chanaã filium suũ ad minus vno anno post diluuium. Sed qñ Chanaan maledictus fuit à Noe, quia primo vidit verenda eius, vel indicauit patri suo Cham, ipse habuisset saltem nouem, vel decẽ annos, ita q̃ esset doli capax, ergo multis annis post exitum de arca plantauit Noe vineam. Vel si fortè dicas, q̃ Chanaan non vidit verenda Noe, sed maledictus fuit à Noe propter alias causas supra positas. Adhuc stat dictum, quia Noe nõ poterat maledicere Chanaan antequam natus esset, ergo non fuit in primo anno cum Chanaan non fuerit natus in primo anno post exitum de arca. Maximè quia non videtur Chanaan fuisse primogenitus Cham cũ multi alij ponantur ante eum in narratione filiorum Cham: vt patet sequenti cap. *Seruus erit fratribus suis.* Quia descẽdentes de stirpe Chanaan seruierunt Iudæis, qui erant filij Sem, vt patet in multis locis in libro Numerorum, & Deuteronomij, & in libro Iosue, & Iudicũ. *Benedictus Dominus Deus Sem.* Vidit Noe prophetico spiritu, quòd filij Sem verum

Quæst. 13. Cur maledicit Chanaan, cum pater eius Cham pec cauerit.

Gẽtes quæ per Chanaan descenderũt.

Quæst. 14. Qñ Noe inebriatus est, añ multo tẽpe post exitum Arcæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dei cultum seruaturi erant declinantibus alijs ad idolatriam, ideo credidit Sem esse maioris reuerentiæ, & præposuit eum fratri suo maiori Iapheth & prius eũ benedixit, & Deum ipsius Sem a quo Sem tantã gratiam habiturus erat, vt eum vere cognosceret, & coleret; & etiam quia Sem induxit Iapheth vt velarent pudenda patris sui. *Dilatet Deus Iapheth.* Hic benedicit Iapheth prænunciando multiplicationem eius in prole, quia patris reuerentiam custodiuit: fuit enim multiplicatus in filijs Iapheth magis quam quilibet aliorum duorum. De quo magis dicetur infra. *Vt habitet in tabernaculis Sem.* Potest ista litera dupliciter legi cum superiori coniunctim, ita quòd sit vna benedictio, vel disiunctim ita quòd sint duæ benedictiones. Si enim legatur disiuncti, est sensus; Deus dilatet Iapheth dando ei filios multos, & habitet in tabernaculis Sem, i. Deus habitet in tabernaculis, scilicet quòd colatur à filijs: Sem verò cultu in tabernaculis suis. Et sic dicebatur Deus habitare in tabernaculo facto p Moysen, vt patet Numeri 7. cap. & in tẽplo facto per Salomonem, vt patet 3. Reg. 8. cap. Alio modo põt tota litera referri ad idem, scilicet q̃ sit tota benedictio Iapheth. Et est sensus dilatet Deus Iapheth scilicet in prole, & non solum hoc sed etiam habitet Iapheth in tabernaculis, Sem, quia Sem colebat verum Deum, & aliqui gentiles de stirpe Iapheth ibant ad adorãdum Deum in templo, vt patet de eunucho reginæ Candacis, Act. 8. cap. & Io. 12. cap. & secũdo Macha. 3. cap. de Seleuco Rege Asię præstãte sumptus pro impẽsis sacrificiorũ. Vel quia in Aduentu Christi de gentibus multi conuertendi erant, & instruendi per Apostolos, qui de genere Sem erant; & sic erant habituri in tabernaculis Sem. *Vixit autẽ Noe.* Describpto processu vitę Noe, hic agitur de eius morte. *Trecentis, & quinquaginta.* In toto isto tempore Noe non genuit aliquẽ filium, vt supra probauimus. q. 9. licet aliqui eum asserant quendam filium nomine Ionicum post diluuium habuisse, & licet iste multo tempore vixerit, tamen ad annos antiquissimorum non accesit; vixit enim Mathusalẽ nongentis sexagintanouem annis, vt patet sup. 5. cap.

Apostoli erant de genere Sẽ.

Quidã asserũt Noe filiũ post diluuiũ habuisse.

De generationibus filiorum Noe, & de diuisione regionum ipsorum, primo de Iaphet, & filijs eius, & regione ipsorum, vltimo de Sem. Cap. X. I

1. Paral. 1. HAE generationes filiorum Noe, Sẽ, Cham, & Iapheth; natiq̃ sunt eis filij post diluuiũ. Filij Iapheth, Gomer, & Magog, & Madali, & Iauan, & Thubal, & Mosoch, & Thiras. Porro filij Gomer, Ascenez, & Riphath, & Thogorma. Filij aũt Iauan, Elisa, & Tharsis, Cethim, & Dodanim. Ab his diuisæ sunt Insulę gentium in regionibus suis, vnusquisque secundum linguam, & familias in nationibus suis. Filij aũt Cham K
1. Paral. 1. Chus, & Mesrain, & Phut, & Chanaan. Filij autẽ Chus Sabat, Heuila, & Sabatha, & Regma, & Sabathaca. Filii Regma, Saba, & Dadan. Porro Chus genuit Nemrod, ipse cœpit esse potẽs in terra, & erat robustus venator coram Domino. Ab hoc exiuit prouerbiũ quasi Nemrod robustus venator coram Domino. Fuit autem principium regni eius Babylon, & Arach, & Archad: & Chalanne in terra Sẽnaar. De terra illa egressus est Assur, & ędificauit Niniuen: & plateas ciuitatis, & Chale. Resen quoq; inter Niniuen, & Chale: hæc est ciuitas magna. At verò Mesraim gennit Ludim, & Anamim, & Laabim, & Nephtuim, & Phetrusim, & Casluim: de quibus egressi sunt Philistijm & Caphturim. Chanaan autẽ genuit Sidonem primogenitum suum, Aethæum, & Iebusæum, & Amorræum, & Gergesæum, & Euæum, & Aracæum, Cynęũ, & Aradium, Samaræum, & Amathæũ, & per hos disseminati sunt populi Chananæorum. Factiq; sunt termini Chanaan venientibus à Sidone Ieraram vsq; ad Gazã, donec ingredias Sodomam, & Gomorrã, & Adamam, & Seboim, vsq; Lasa. Hi sunt filij Chã in cognationibus, & linguis, & generationibus, terrisq̃ue, & gentibus suis. De Sem quoq; nati sunt patre omnium filiorum Heber: fratre Iapheth maiore. Filij Sem, Aelam, & Assur, & Arphaxad, & Lud, & Aram. Filij Arã Hus, & Hul, & Gether, & Mes. At verò Arphaxad genuit Sale, de quo ortus est Heber. Natiq; sunt Heber filij duo. Nomẽ vni Phaleg, eo quòd in diebus eius diuisa sit terra, & nomen fratris eius Iectan. Qui Iectan genuit Elmodad, & Seleph, & Asarmoth, Iare, & Adorã, & Vzal, & Decla, & Hebal, & Abimael Saba, & Ophir, & Euila, & Iobab. Omnes isti filij Iectã. Et facta est habitatio eorum de Mesa pergẽtibus vsque Sephar montem orientalẽ. Isti sunt filij Sem, secundum cognationes, & linguas, & regiones in gẽtibus suis. Hæ familiæ Noe iuxta populos, & nationes suas. Ab his diuisæ sunt gentes in terra post diluuium.

1. Petri 4. HAe sunt. Descripta generatione Noe, qui erat truncus in secundo ordine, consequẽter describitur multiplicatio in eius progenie. Et diuiditur in duas partes primo ponitur pluralitas totius cognationis, secundo ponitur electio partis melioris infra capit. 11. prima in tres secundum quòd describuntur lineæ trium fratrum, scilicet Iapheth, Cham, & Sem. Secunda ibi. *Filij autem Cham. Tertia ibi.* De Sem quoque. Circa primum ponitur quidam Prologus, siue Præfatio ad supradicta. *Hæ sunt generationes filiorum Noe.* Idest isti sunt filij geniti à filijs Noe. Et accipitur generatio pro regenita, vel potest accipi generatio pro linea, vel coordinatione filiorum descendẽtium ab eodem stipite immediato. Et secundum hoc scilicet tenendo primam expositionem; quia tenendo secundã isti non faciunt aliquam generationem, quia non sunt in successione, sed posteri eorum. Sunt hic solum tres generationes, quia solum tres filij ponuntur, vt tres immediatè stipites. *Sem, Cham, & Iapheth.* Licet Sem nõ fuerit maior

ior in ætate præponitur tamẽ alijs, quia fuit maior in dignitate propter causas tactas supra præcedenti cap. *Natique sunt eis filij post diluuium.* Ante diluuium enim filij Noe nõ genuerunt: vt supra assignauimus causas. cap. 6. Filij autem istorum trium totum orbem possederunt. Filij enim Sem, Asiam tenuerunt, filij Cham Aphricam, filij Iapheth Europam. Clarius autem, & verius distinguit Iosephus, quia filij Sem Asiam seorsum vsque ad Oceanum tenuerunt ab Euphrate facientes initium. Filij Iapheth tenuerũt Septentrionalem plagam à Tauro, & Amano montibus Cilicię, & Siriæ vsque ad Tanaim flumen. In Europa vsque Gadiram, idest prouinciam Cadicẽ. versus Ispalim, iuxta strictum mare Mediterraneũ, Sed verius est in finibus Aphricæ, & Europę apud montem Athlãtem, de quo diximus supra 5. cap. plenius. Et tamen parum differt vnũ ab alio in veritate. Filij Cham à Libano, & Amano montibus cunctas Siriæ vsque ad Oceanũ repleuere prouincias. *Filij Iapheth.* Hic describit primo generationes Iapheth, & solũ ponuntur hic quindecim generationes de Iapheth, de Chã triginta, de Sem viginti septem, nec repugnat hoc dictis in capit. præcedenti, quia licet alij duo filij in principio plures filios genuerint, postea tamen Iapheth magis, quam quilibet aliorum multiplicatus est. *Gomer.* Ab hoc nominati sunt Galatæ populi in Grecia habitantes, ad quos Paulus vnam Epistolam scribit licet quidã Galatiam à Gallis senonibus primo inhabitatam ferunt, qui duce Breno in Græciam ad quorundam bellorũ adiutoria venerũt. *Et Magog.* Ab hoc descenderũt Scithæ secũdum B. Hieronymum, & ab iis sunt Gothorum Reges, qui magnalia p orbẽ gesserunt, & Hispaniam populauerunt, & vocãtur nunc iste gentes vulgariter Turci. *Madai.* A quo dicti sunt Medi, vel vt ait Isidorus Etym. libr. 9. à Medo Rege Medi dicti sunt. *Lauan.* A quo Iones dicti sunt, qui sunt populi in Græcia habentes vnum de quinque Græcorum idiomatibus, vt ait Ebrardus, vnde versus,

Græcorum quinque sunt idiomata vere.

Tubal. A quo Hispani; iste sedem posuit in descensu montis Pirenei apud locum, qui dr Pampilona. Deinde cũ isti ibi se multiplicassent in multos populos ad placitum, i. comitiua tubal Latina lingua Cœtubalia dicta est. Deinde cum cœtubales se ad plana Hispaniæ extendissent peruenientes ad fluuium, qui in eadem prouincia Iber dr, terram illam ex nomine Tubal, & Iberi Celtiberiam vocauerunt, & quia videbãt sub iugis terræ illius quandã stellam, quæ hesperus dr in nocte iuxta principijs occultari, terrã à nomine illius Hesperiam vocauerunt, de quibus B. Isidorus, & Hiero. Multas populationes, & noĩa Hispania habuit, de quibus diximus latius super primum Prologum Bibliæ, qui vocatur, Epistola ad Paulinum. capit. 2. & latius in Commẽto nostro super Eusebiũ. *Mosoch.* A quo Cappadoces nominantur, ex quo nomine apud eos nunc quædam ciuitas nominatur Moscha, vt ait Iosephus, lib. 1. antiquitatum. *Thiras.* A quo Traces nominant; Tracia enim regio est cõiuncta Græciæ, quæ ab Oriẽte ciuitatem Constantinopolim habet ab Occidente Macedoniam, de qua fuit Alexander Magnus, à Septẽtrione Dalmatiã, à Meridie mare Aegeum, vt ait Paulus Orosius primo de Ormesta mũdi. Aliqui dicipiuntur circa regionem Traciæ: putant. n. eam esse Græciæ partẽ, sed non est, sed est ab Oriente Græciæ; vt Paulus Orosius asseruit. Similiter. & Isidorus, lib. 9. Etymol. ait, & lib. 14. Traciæ ab Oriente Propõtis, & vrbs Constantinopolis opposita est: à Septẽtrione verò Ister obrendit: à meridie verò Aegeo mari adhæret ab Occasu Macedonia illi subiacet. Aliqui putant

Alph. Tost. super Gen.

Traciam dictam à Thiras filio Iapheth, quasi Thiraciã & ita hic accipimus. Alij verò dicũt eam à Seuicia populorum ibi habitantium Traciã dictam, quasi Truciam, Iosephus lib. 1. antiqu. vult q̃ à Thiras dicti sint, cum tamen prius Tiraces nominarẽtur: vnde ait, Thiras autẽ Thirenses appellauit suos, quorum princeps fuit, qui postea Tracum nomen acceperunt. Alij aũt quibus principia gentium non sunt nota, putauerunt à crudelitate Traces appellatos. Vtrãque opinionem tangit, Isidorus, lib. 9. Etym. & 14. nam lib. 14. ait Traciæ Thiras Iapheth filius veniens nomen dedisse perhibetur. Alij à Seuicia populorum Traciã appellauerunt, & lib. 9. Etymol. ait Traces ex filio Iapheth, qui Thiras vocatus est orti, & cognominati perhibẽtur, licet gentiles ex morib. ita eos dictos existimant, quia sunt truces; ferisimi enim omnium gentium fuerũt, vnde & multa de eis fabulosa memorãtur, q̃ diis suis captiuorum sanguinem litarent, & sanguinem humanum in osibus capitum potare soliti essent. De quibus Virgilius, libr. 3. Aeneidos.

Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum.

Idest terras crudelium, & auarorum. De ijs multa Solinus in Polistor. cap. de Tracia. Et diximus in Commentarijs super Eusebiũ. *Porro filij Gomer Ascenez.* Horum origenes, & nomina, & loca populationũ ignorantur. Nominum. n. antiqua mutatio horum obscuram fecit memoriam: vt ait Hier. in libr. de Hebraicis quæstionibus, & Isidorus Etymol. lib. 9. *Filij Iauan Elisa.* A quo quædam Græcię pars denominatur, quæ cõiungitur, Sicilię, in qua regnauit Eolus, qui dicebatur Deus ventorũ, & continere eos carcere æterno propter magnam peritiam in ventis, vt ait Solinus in Polistor. cap. de insulis vulcanijs, vbi propter flãmas claras, & fumum in altum eleuatũ, incolæ terræ illius videntes motũ ignis, aut fumi cognoscunt ante per triduum, quis vẽtus futurus, maximè in tertia insula vulcania, quæ Strongyle dicitur. Hoc ita quidam putant, sed rectius dicit q̃ Elisa habitauit alibi in multis insulis, Ita dicitur Ezech. 27. Hiacintus & purpura de insulis Elisa. Maximę quia non conuenit nomen, quoniã illæ insulæ iuxta Siciliã vocatæ sunt Eolię, ab Eolo rege ventorum, qui multo postea fuit, & vocantur etiã insulæ vulcaniæ, & ab Elisa deberent vocari Elisiæ. Cap. 4.

Tharsis. Ab hoc veniunt Cilices gentes quædã, & ideo in Cilicia ciuitas quædam est nomine Tharsis, vt patet, & in hac natus fuit Paulus, vt habetur Actuũ 21. cap. & 22. Ego sum Paulus Tharsensis non ignote ciuitatis municeps. i. habitator, vel oriundus *Cethim, & Dodanim.* Origo istorum populorum cõmuniter ignorãtur. Iudæi tamen dicunt, q̃ Cethim sunt Romani; sed falsũ est, quia Romani partim ex Archadibus, partim ex Græcis, & maxime ex Troianis, & quibusdam Aboriginibus, scilicet Arũcis, Pelasgis, Archadibus, Siculanis, & totius Græciæ aduenis facti sunt. De quo Solinus in Polistor. cap. 2. & Salustius in Catilinario; nisi forte dicatur, q̃ primi Aborigines habitantes Cethim dicti sunt. Et necesse est hoc aliquo modo confiteri, quia Numeri 24. cap. vbi dicit litera nostra; Vesniẽt in triremibus de Italia. In Hebræo dicitur de Cethim. *Ab ijs diuisæ sunt insulæ gentium.* Idest isti filij Iapheth supra numerati habitauerũt in diuersis insulis, & multas terras occupauerunt. Et dicuntur habere insulas gentium ad differentiam insularum Iudæorũ: vocabunt enim Iudæi omnes populos gentes. *In generationibus suis.* Idest adhuc de isto Iapheth ortæ sunt multæ generationes gentium, quia quindecim gentes distinctæ linguas distinctas habentes: omnes enim hic nominatim varia idiomata habuerunt, vt patet in hoc cap. & in sequẽti. *Secundũ linguam suam.* Idest, q̃ quilibet istorum pro se, & filiis suis vnũ idioma habuit.

Origo Romanorum.

Et quia Iapheth quindecim habuisse nominat filios mediate,& immediate.vt patet in litera;ideo quindecim idiomata ab eo descenderunt. Et quia Cham triginta filios habuit, triginta idiomata habuit. Et quia Sem viginti septem filios habuit,viginti septem idiomata orta sunt,quæ simul faciunt idiomata 72. Et ponuntur hic ista per anticipationem, quia diuisio linguarum non fuit facta in istis mox,vt nati sunt, sed in diebus Phalech: vt patet sequēti c.vbi dicitur quoniā in diebus eius diuisa est terra: sed qa quando Moyses ista scribebat iam facta fuerat diuisio idiomatū, ideo anticipauit hoc ad magis declarādum. *Filij autē Cham.* Descripta generatione Iaphet describitur generatio per Cham. *Chus*. Ab isto Aethiopes descenderunt; sic enim in Hebrēo Aethiops, Chus dicit. *Et Mesrain.* Ab isto descēdunt Aegyptij; vnde in Hebrēo Mizrai Aegyptus dicitur. *Phut.* Ab hoc descēdūt libres habitātes in parte Meridiana orbis,q̄ est in Aphrica,& valde calida harenosa plena serpētibus apud Aethiopes, & Aegyptios; vnde in terra illa fluuius est, qui dicitur Phut. *Et Chanaan.* Iste est, quem maledixit Noe, vt patet præcedenti capite & ab hoc gentes illæ descenderunt, quę terram promissionis,s.Iudeā,& Arabiam tenebāt. *Filij autem Chus Saba.* Ab hoc dicti sunt Sabei, qui sunt in Arabia,inter quos thura multa nascuntur.

Quæst.4. Quo aliqua gēs denominatur à patre, & aliæ gētes à filijs, cū denominatio fiat per successionem.

De quibus Solinus in Polist.cap.de Arabia. Sed forte aliquis dubitabit quomodo à patre denominetur aliqua gens,deinde à filijs denominentur aliæ gentes, cum denominatio gentis fiat per continuitatem in generationis successione: pater autem nō habet aliā successionem, nisi filios suos; ergo nō dicunt ipsi denominare alias gentes,quam pater. ¶ De hoc respondetur Nume.26.c. ¶ Sed sciēdum q̄ si omnes filij alicuius patris denominant singulas gentes, vel tribus pater eorum nullam gentem, vel tribū poterit denominare. ¶ Vt cum oēs duodecim filij Iacob denominent duodecim tribus, non potest ipse Iacob denominare aliquam gentem,vel tribum. Et ratio est,quia nihil est,per quod patris progenies derivetur,nisi per filios,qui omnes exausti sunt, quia singulas tribus denominant. ¶ Et sic tres filij Noe non denominant specialiter aliquas gentes, quia omnes filij eorum immediati denominant gētes. In istis autem, de quibus fit quæstio,est iste modus q̄ si pater habebat duos,vel tres,siue plures filios,vnus eorum non denominabat aliquam gentē specialiter, sed retinebat nomen gentis, quam pater eius denominabat, & alij denominabant gentes speciales; ideo dicendum, q̄ nunquam hic computantur omnes filij alicuius viri,sed manet aliquis de illis, per quem continuetur,& denominetur paterna cognatio. *Et Euila.* Ab hoc descenderunt Getuli prope Cartaginē aphricanā habitantes,in qua terra beatus Augu. Episcopus fuit. *Et Sabatha.* Ab hoc Sabatheni dicti sūt. *Et Regma,& Sabathaca.* Horū nomina apud nos, & populationes ignorātur,& ipse gētes originem suam nesciunt. Et sic multi populi Aborigines dicuntur,quasi originem suam cognitam non habentes, sicut magni sapientes,& historiographi,p̄diderunt;sic enim quosdam Italos nominat aborigines Solinus in Polistor.c.de Italia. *Filij Regma Saba, & Dadam.* Nec isti cognoscuntur.

Quæst.5. De Nemrod inuentore astrologiæ, & orbis dimensionū.

Porro Chus genuit Nemrod. Nominat hic specialiter iste Gigas, quia potētissimus vir fuit primus regnare volens post diluuiū. Iste occasionē prębuit confusionis linguarū inducēs hoies ad ædificandū turrim excelsam,& ciuitatē. Iste sub anno à creatione orbis ferè millesimo noningentesimo astrologiam, & orbis dimensiones inuenit, vt ait Isidorus in primo Cronicorum. Refert autem Philo.in quęstionibus super Gen.q̄ viuente Noe multiplicati sunt filij eius vsque vigintiquatuor milia virorum fortium,præter paruulos,& mulieres,& habebant super se duces tres. Refert Methodius martir in libr. Ciliadum,quòd Noe centesimo anno tertiæ ciliadis,ideſt centū annis post diluuium genuit filium Noe Ionicum, cui trecentesimo anno eiusdem ciliadis,ideſt trecentesimo anno post diluuium donationes fecit, & misit eum in terram Etham, & intrauit vsque ad mare, quod dicitur Liocora, ideſt solis regio, iste accepit donum sapientię à Deo,& inuenit astronomiā,ad quem iuit Nemrod Gigas, & accepit ab eo consilium, in quibus regnare debuisset. Ionicus iste quosdam futuros prædixit euētus de ortu,occasu,& successione regnorum, qui Nērod suo discipulo enarrauit. *Ipse cæpit esse potēs in terra.* Erat enim Gigas corpore, audax mente,viribus robustus, consilio discretus, dominandi auidus, ideo gentem adhuc rudem quibusdam persuasionibus ad se applicuit,vt dominaretur in eis,& deinde alios sibi subijceret.

Iste fuit primus omnium regum in toto orbe, & seculo;non enim ante ipsum legitur aliquis regnasse, quia post diluuium iste fuit primus omnium regum,cū adhuc hominibus congregatis ante Babilonicā diuisionem imperaret, & omnes homines sibi ipsi subicere volebat tanquā Domino:ideo suasit eis ædificare turrim Babilonis,& vrbē vt ibi eēt sedes regni sui. Et hoc deduxisset ad esse, nisi Deus turbasset consilium eius diuidendo linguas, vnde postea non potuit incipere dominari, nisi in gente illa, in cuius lingua ipse mansit:quia illi,qui erant diuersarum linguarum, fugiebant adinuicem velut se mutuo odisserunt. Et tamen iste procedente tempore, magis super alias gentes regnauit,quam super eam, cuius linguæ erat. Quod verò esset iste primus omnium regum apparet, quia neque in sacra scriptura, neque in historijs gentium legimus ante istum aliquos regnasse. De historijs gentium notum est, quia nulla recordatur huius temporis;nam incipiunt illæ a temporibus Nini,præcedens autem tempus nulla neque Græcorum, neque Latinorum, neque Barbarorum, aut nouiter scripsit historia, vt ait Eusebius in prologo libr.Cronicorum; & Paulus Orosius lib.1.de Ormesta mundi;& tamen iste multo fuit ante Ninum. De sacra scriptura notum est; nam hunc nominat regem inquantum dicit; Fuit autem principium regni eius; & ante hoc nō ponit nomen regis in tota sacra scriptura. Et sicut nō scribitur,ita nō putatur quisquā fuisse. Et verum est hoc accipiendo de regibus post diluuium, quia nullus ante istum esse potuit, cū iste esset in principio temporis, sed ante diluuium in prima ætate seculi an fuerint aliqui reges, non apparet. Cōstat enim q̄ scriptura sacra nullum scribit regnasse, neque etiam satis videbatur causa regnandi; cum homines nondum haberent causam cōueniendi politicæ, eo quòd necessitas est principium cōmunicationis politicæ,& ista necessitas tunc non erat cū terra sufficienter prouideret homini,etiam si agricultu-
ram non exerceret. ¶ Dicendū est tamen quòd ante diluuium licet ista non essent multum necessaria, erant tamen de facto; nam erat vsus agriculturæ, & agricultura erat politica cōmunicatio. De primo patet; Deus,n. dixerat Adæ, cum peccauit: in sudore vultus tui vesceris pane tuo supra in cap. & ceperunt homines de Paradiso excluſi terrā colere, sicut Cain fuit vir agricola, & offerebat Deo de spicis, quas colligebat de terra supra 4.cap. ¶ Quod verò esset comunicatio politica patet, quia Cain,qui fuit primogenitus Adę cōdidit ciuitatem, quàm ex nomine filij sui vocauit Enos supra 4. capit. Ciuitas autem non est vnius, sed multorum cōuenientiū in vnitate loci & legis; ideo commu-

communicatio politica tunc erat, & cum fuerit in principio primæ ętatis,a fortiori esset in discursu temporis:ciuitas autem non est sine lege, lex autem non est sine executore,quem Aristo.vocat distributiuum iustitiæ, & hunc dicit in ciuitate magis esse necessarium,quàm panem.lib.3. Politico. Iste autem habet locum præsidentis, ideo facile est cōcedi regem esse, cum ciuitas concedatur; nam qui præest, quòd rex, vel princeps,aut alio noie dicatur, cū tñ ipse sit summus p̄sidens,nō differt. Adhuc potissimū, quia Aug. lib.15.de ciu.Dei.cap.20.dicit in illa ciuitate,quā fecit Cain;fuisse usq; ad diluuiū sex Reges, quorū primus fuit Cain;& dicit q̄ oēs illi,qui noīantur sup.4.cap.de stirpe Cain fuerunt reges per successionē in illa ciuitate,quā fecit Cain,& ob hoc dicit q̄ ponunt tā pauci in progenie Cain vsq; ad diluuiū,& in progenie Seth ponūtur plures. Istud satis erat probabile; verum tñ sacra scriptura nullū nominat regē in prima ætate,primus omniū cui nomen regis attribuit est Nemrod. Iste autem cum non potuisset regnare super omnes homines diuisis linguis,regnauit super solos illos,qui manserunt in lingua sua; & accidit ipsos manere in Arath, & in ciuitatibus, quæ hic nominantur infra, vel vt melius dicatur, cum diuisæ sunt linguæ, istæ mansit in vna lingua cum aliquanta multitudine hominum, singuli autem,sicut erant in lingua concordes cōueniebant seorsum, & ibant in regionem vnā. Nemrod verò cum hominibus linguę suę mansit in Babilone,vbi fuit ista diuisio; nolluit enim inde recedere. Et licet alij vellent illam tenere regionem, nulli concessit,quia ipse erat potens. Tenuit ergo ipse regionem illam,& dominatus fuit omnibus ibi manentibus. Et ita primus omnium regum fuit Nemrod,& primum regnū fuit in Babilone, & terra Senaar, vbi sunt istæ ciuitates hic nominatę, & istud est principium regni Asyriorum,quod ponitur primum inter omnia regna mundi. Et tamen Nemrod in processu temporis cum Aliæ gentes cęperunt habere sedes,& vrbes in Asia,vbi ipse nunc manebat, ipse quoque cę pit subiicere eas sibi, ut sup multas linguas rex esset. Et hoc uidetur innuere litera, cum dicit principium regni eius Arath;non dicit regnum eius fuit Arath; ac si dicat Nemrod cępit regnare in terra ista,& tamē postea super multas alias ciuitates regnauit,& de hoc intelligitur litera: Istę cœpit esse potens in terra,ideſt iste fuit primus dominus,ante quem nullus alius erat dominus, neque rex, sed omnes ęquales; iste autem fuit primus,& post eum multi fuerunt,& sunt. *Et erat robustus venator coram domino.* Ideſt per violentiam homines opprimens tanquam animalia capta in venatione,& hoc publice faciebat, quod est facere coram dominō, quia Deo omnia nota sunt, sicut dicuntur fieri in oculis solis ea, quæ publice fiunt. ut patet 2. Reg.12.cap. Vel dicuntur coram domino fieri,quæ occulta hominibus sunt, & soli Deo nota sunt, scilicet quòd si aliquis nolebat subijci dominio eius publice,uel occultę occidebat eū. Rabbi Auenezra dicit, quòd uocatur robustus uenator coram domino, quia cum uir fortis esset, & uiribus, & arte animalia multa caperet immolabat ea coram idolis suis, quos uocat Deum. Sed prior sententia melior est. Iste Nemrod gentes subiectas ad cultum idolorum coegit, & eos ignem colere docuit in Caldea post constructionem turris, ut ait Isidorus Ethim. lib.7.cap.6. *Ab hoc exiuit prouerbium, quasi Nemrod robustus venator coram domino.* Vocatur prouerbium uerbum ualde commune,quod ab omnibus recitatur. Et quia Nērod fuit ferocissimus uir, & opprimens homines, quandocunque aliquis erat peruersus, dicebatur de eo vulgariter in prouerbio, quasi Nemrod robustus venator coram domino, ideſt sicut ille opprimebat, ita iste opprimit. *Fuit autem principium regni eius Arath.* Reges enim,quia per uiolentiam intrauerunt, libertatem tollentes humanam, per uiolentiam permanere debebant; ideo ad Turamina ciuitates muratissimas construebant. Primo ergo iste Nemrod Babilonem cum alijs sequacibus construxit, in qua licet facta diuisione linguarum multi ab eo recederent, illi tamen, qui manserunt in vnitate linguę cum eo, steterunt cum eo in ciuitate,qnam semiplenę ędificauerant. Et dicuntur ista hic per anticipationem, quia non contingerunt usque ad natiuitatem Phalech, ut patet cap. sequenti. *Arach.* Quæ postea Adila uocata est magna ciuitas in terra Caldeorum. *Et* Chalanne, quę mutato nomine a Seleuco rege uno de successoribus Alexandri Magni,ut ait Paulus Orosius.3. lib.de Ormesta mundi, Seleucia dicta est. *In terra Senaar.* Pater Senaar quædam magna planicies, in qua est Babilonia terra Caldeorum, quę licet non sit una planicies continuata,tamen per respectum terrę Aracusię Parthię, Asyrię, Medię, Persidis, & Mesopotamię,quæ ei coniunctæ sunt habentes situm asperum, & montuosum,ut ait Paulus Orosius.1.lib.de Ormesta mundi. Tota terra Senaar planicies dicitur; & sic dicitur cap.seq.cum proficiscerentur de Oriēte inuenerunt campum in terra Senaar, quasi pro mirabili, & nobili hoc ponentes,quia ex Armenia, in qua fuerāt geniti post exitum de arca vsq; ad terram Senaar, nunquam campos, & planicies inuenerunt. *De terra illa egressus est Assur.* Incidentaliter ponitur hic hoc,qa dictum fuit de Babilone,in qua cum Nemrod,& alijs venit Assur vir nobilis de genere Sem. Et cum nollet repugnare Deo videns intentionē peruersam aliorū ædificantium turrim,fugit de terra illa. Vel ut alij uolunt destructa lingua in constructione turris, ipse, cū alij recesserunt, recessit in quandam terram contra Oriētem,& magis Septentrionalē,quàm Babilon,& nunquam ab aliquo habitatam, in qua sedes locauit eam a nomine Assur Asiriam nominans:& ædificauit ibi ciuitatem magnam,quę post multum tempus a Nino rege Niniue dicta est;& in hac ciuitate fuit regnum Asiriorum,quod proprie incepit a Nino, qui cupidine dominandi gentibns extraneis per quinqua ginta duos annos arma mouit, multas gētes in suam subijcens ditionem,donec simul vita, & bello caruit, a sagittaris in obsidione cuiusdā ciuitatis interfectus; de quo Paulus Orosius lib.1. de Ormesta mundi. Et durauit regnum istud per annos mille, & quadraginta,ut ait Eusebius in cronicis vsque ad Sardanapalum vltimum regem eorum, qui vaide muliebris fuit, de quo meminit Aristo.1.Eth.dicens multi eorum, qui in potestate sunt similia patiūtur Sardanapalo: & postea videns domum suam a quodam præfecto noīe Arbatus ignibus deuastari ex desperatione flammis se iniecit, de quo Paulus Orosius. 2. lib. de Ormesta mūdi. *Ædificauit Niniuem.* Iste Assur ciuitatem illam ædificauit,sed non uocauit eam sic;hic tamen per anticipationem ponitur. *Et plateas ciuitatis.* Scilicet plateas ciuitatis Niniue,ut aliqui uolunt, quæ erant magnæ plateæ.Sed secundū literā hebraicam dicitur ędificauit ciuitatē latitudinis. *Vel ciuitatem platearum.* Quia eadem dictio est apud Hebræos prolatitudine, & platea, scilicet. *Rehonot.* Et videtur,quòd non ista fuerit ciuitas Niniue, sed quędam alia ciuitas magnę latitudinis. *Et Chale.* Alia ciuitas est, quam ędificauit iste Assur. *Et Resen quoque inter Niniuem, & Chale.* Resen alia ciuitas est,quam ędificauit Assur quasi in medio regni sui. Iste ciuitates non habuerunt postea eadem nomina, quę habēt in sacra scriptura. Nam Arath dicta est Edessa, uel Edissa: Calanne dicta est Seleutia.

Nemrod gentes subiectas ad idolatrarū cultus impulit, & eos ignē colere docuit.

Cap. 1.

De hoc dicit Isidorus lib. 15. Etym. c. 1. scilicet Edessam vrbem Mesopotamiæ condidit Nemrod filius Chus postquam de Babilone migrauit, in qua & regnauit: quæ antea Arath nominata est; ipse extruxit & Calane postea, quæ verso noīe à Seleuco rege dicta est Selencia. *At verò Mesraim genuit Ludim, Anamim, Laabim, Neptuim, Phethrusim, Chasluim.* Isti nō sunt in singulari numero, sed in plurali, vt patet ex terminatione Hebraica, & vt dicit Hieronymus omnes isti populi ignoti sunt p̄ter Laabim, qui Libyes dicti sunt, cum prius Phutei dicerentur. *De quibus egressi sunt Philistiim.* i. de istis populis ignotis nati fuerunt Philistiim, qui Palestini dicuntur à Palestina terra, in qua habitant; Palestina enim idem est, quod Iudæa; vnde isti Philistiim habitabant mixti filijs Israel, & in ciuitatibus vicinis in littore maris in Gaza, Iopen, Astalone, Azoto, Acaron, Geth, & vinculis eius contra Phenices, qui habitāt in Tyro, & Sidone, de quo 1. Reg. 6. c. *Capturim.* Ignoti populi sunt. Dicunt enim aliqui Hebræi, q̄ Phethrusim, & Casluim cōmutabāt adinuicem concubitum suarum vxorū, & ex tali commixtione Philistiim procreati sunt. Ad hoc mouentur, quia dicitur: De quibus egressi sunt Philistiim. Sed istud nihil est, quia non significatur, nisi q̄ de progenie istorum descenderint Philistiim, qui poterāt descendere per modum honestum sine commutatione vxorum. *Chanaan autem.* Ponuntur hic filij descendentes de Cham per lineam Chanaan, in quos venit maledictio data per Noe Chanaan. *Sidonem primogenituum suum.* A quo constructa fuit, & nominata ciuitas Sidon in prouincia Phœnicis apud Tirum ciuitatem, quasi per quinque leucas distantem: & sunt istæ ciuitates satis propinque Ierusalem. Et apud illas Christus prædicauit, vt patet Matthei 15. cap. Et sunt istæ ciuitates in latere Septētrionali terræ promissionis in confinio Occidentis, & Septentrionis. Mare enim magnum est terminus Occidentalis terrę promissionis, vt patet Numeri 34. cap. Tyrus autem est super mare in latere Septētrionis, patet quia Iibanus mons altissimus est in latere Septentrionis, vt patet Numeri 34. cap. Sed Libanus est apud Tyrum, quia Iram, qui erat rex Tyri habebat in potestate sua mōtem Libani, vt patet in Reg. 5. cap. Diuidūtur autem istæ ciuitates à terra Idumæę per mōtem Libanum. *Aethæum Iebusæum.* Isti sunt populi, qui habitauerunt in terra promissionis, quos expulerunt Iudæi, vt patet in sequentibus libris sæpe. *Amorræum.* Duplices erant Amorræi. Quidam habitant ante transitum Iordanis ascendentib. de terra Aegypti apud Moab, & Amon; & in istis fuerunt Reges Seon, & Og, de quibus Numeri 21. & Deuter. 2. & 3. & terram istorum acceperunt in sortem duæ tribus, & dimidia: vt patet Numeri 32. & Deuteron. 3. & 4. cap. Erant autē alij Amorræi vltra Iordanem, qui cum Chananæis, Euuæis, & alijs populis congregati sunt in pugnam contra Iosue, vt patet Iosue 9. capit. & de istis Amorræis erant quinque reges, qui ascenderunt ad pugnādum contra Gabaon, quos suspendit Iosue in patibulis, vt patet Iosue 10. capit. *Gergesæum.* Iste populus hic nominatur, sed postea inter istos populos in alijs locis raro nominatur, immo quasi nūquam reperitur, nisi infra 15. cap. & Deut. 7. cap. vel quia modicus populus erat, vel quia cōtra Israel modicum pugnauit, aliquando tamen pugnauit contra Israelitas, vt patet in lib. Iosue. *Araeæum.* Qui condidit Archas oppidum quoddā contra Tripolim in radicibus Libani. *Cinęū.*

Quæst. 7. Duplex populus Cinęus.

¶ Sciēdum q̄ duplex est populus Cinæus quidā, q̄ est de stirpe Abrahæ de Madian, & erāt filij Iethro, siue Obab soceri Moysi, vt patet, Iudi. 4. cap. Et differentia magna est in scriptura istorū nominum apud Hebręos: & primi Cinæi scribuntur per literam Samech, quę est supra apud nos, & debent vocari Sinęi: & sic est in Biblijs correctis. Alij Cinęi, qui descendunt de Iethro scribuntur per literā. cof. & apud nos per. c. & debent vocari Cinæi. ¶ Et illi primi deleti sunt à filijs Israel cum alijs gentibus Chananæorum. Isti secundi morati sunt apud Iudæos, & valde dilecti ab illis, vt patet Iudi. 4. cap. Et de hoc hī 1. Reg. 15. ca. qñ dixit Saul Cinęo, quòd recederet de medio Amalec, ne destrueret eos cū Amalechitis; & de isto prophetat Balaam Numeri. 24. ca. q̄ ab Assyrijs esset delenda. ¶ Et patet, q̄ loquatur de isto, quia alius Cinæus iam fuerat cōsumptus ab Israelitis cū alijs Chananæis. ¶ Etiam quia post Amalech immediatè prophetauit de Cinæis, quia erant coniuncti Amalechitis, & isti erāt descendētes à Iethro: vt patet satis pę illud quod fecit eis Saul, vt habetur 1. Reg. 15. capit. *Aradium.* Ab isto nominati sunt Aradii, qui Aradiū insulam possederūt angusto mari à Phœnicis littore separatam, de quo Solinus in Polistor. *Samaræum.* Ab hoc putant quidam cōstructam fuisse Samariam ciuitatem nobilē in terra promissionis. ¶ Sed falsum est, qa Amri Rex Israel ædificauit illā, vt patet 3. Reg. 16. capit. ¶ Etiam quia ante tempus illud nunquam nominatur Samaria in libr. Iudicum, vel Reg. in 1. & 2. nec in lib. Iosue in diuisione sortium, vbi omnia loca magna tunc existentia cōputantur nominibus proprijs. In 3. autem & 4. Regum, & in 2. Paralipo. & in prophetis, qui fuerunt post Regem Amri multiēs nominatur Samaria. ¶ Sed quia Samaria signi ficat duo, scilicet ciuitatem, & prouinciam, vt patet 4. Reg. 10. capit. vbi vocat Samariam ciuitatem, & in multis alijs locis. Quòd autem sit nomen prouinciæ, patet Ioan. 4. cap. vbi dicitur, quòd oportebat Christum transire per Samariam, & transiuit per vnam de ciuitatibus Samariæ nomine Sichar. ¶ Potuit ergo esse, quòd licet ciuitas, quæ dicitur Samaria fuerit constructa per Regem Amri tamen terra denominata fuisset Samaria ab isto Samarēo Principe, quia 3. Reg. 16. capit. dicitur quòd antequam ædificaretur ciuitas illa, vocabatur mons ille, in quo sita fuit mons Samarię. Et hoc tenendum esse plurimi putāt. Potius tamen videtur, q̄ prius non vocaretur mons Samariæ, sed per anticipationem dictum est, quia ibi postea Samaria condita est, & hoc patet, quia dicitur vocata Samaria à Somer domino mōtis. *Hamatth.ū.* Ab hoc denominata fuit ciuitas Hemath, quæ est in terra promissionis in latere Septentrionali, vt patet Nmeri 34. cap. Et hæc ciuitas postea vocata fuit Reblatha, de quo 4. Reg. 25. cap. nunc autē vocatur Antiochia ab Antiocho Rege Syriæ, in qua beatus Petrus cathedram Apostolatus tenuit, antequam in urbe Romana, p̄ septem annos, de quo in historia beati Petri, & in historia tripartita Romanorum Pontificum. *Per hos disseminati sunt populi Chananæorum.* Ideſt per istos homines filios Chanaan nati sunt omnes Chananæi, qui disseminati sunt in populos multos, quia multæ gentes de eis exierunt.

Quæst. 8. Cur Chananęus populi non nominantur in libris.

¶ Sed quæret aliquis, quomodo isti populi Chananæorum aliter nominantur in Exodo, Numeris, & Deuteronomio, quia ibi nominātur Chananæus, & Ferezæus, qui hic non ponuntur. ¶ Respondetur, quòd hic nominantur populi secundum nomina virorum, à quibus descenderunt, sed postea per temporum circuitus aliqui populi istorum nomina perdiderunt. ¶ Et sic aliqui de istis, & fortè Samaritæ vocabantur Ferrezæi, quia Samaritæ dicuntur, à quibus terra Samariæ nuncupata est, sed illa terra est de terra promissionis, quæ tenebatur ab istis populis septem descendētibus de Cham, præter Cinæum, & Aradiū.

Et

Et inter istos nominanī Pherezęi: ergo oportet, q̄ponātur inter istos, sed non potest dici, q̄ sint Amorręi, Euęi, Ethęi, Iebusęi, Chananęi, &c. qa tunc coincidерent, ergo oportet dicere, q̄ Pherezæi sunt Samaritæ.

¶ De Chananæis autem. s. quare nominatur vnus illorum populorum Chananæus, cum nullus istorū filiorum Chanaan sic vocatus fuerit, vel quia omnes isti Chananęi sunt: quia de Chanaan descendunt dubium videtur. ¶ Respondetur, q̄ isti vocantur Chananæi, quia vt supra diximus a quolibet istorum hominum hic nominatorum denominatur aliqua gēs, sed cū ponatur hic Cham, oportet, quòd aliqua gens ab eo denominetur, sed hoc non potest esse, nisi illa gens descendat per lineam alicuius de filijs suis, ergo descendentes ab aliquo de filijs Chanaan vocantur Chananæi; nō quòd specialiori modo, quàm alij sint de progenie Chanaan, sed vt denominatio patris eorum non cesset. ¶ Et si dicatur: quare ergo non nominatur Chananæus hic, sicut in alijs libris sæpe nominatur? ¶ Respondetur quòd ratio est, quia hic solum describuntur filii Chanaan; Chananæus autem non est aliquis filius Chanaan, sed est populus denominatus ab ipso Chanaan patre istorum. *Factiq; sunt termini Chanaan.* Describit hic Moyses terminos terræ istorum, quia Iudæi habituri erant terram istam, & habitauerunt simul omnes isti populi Chananæotū, ideo vno termino omnes claudebantur. *Venientibus a Sidone usque Geraram, usque Gazam, donec ingrediaris Sodomam.* Hic ponuntur termini longitudinis, & latitudinis terræ Chananæorum: Sidon enim est in latere Septētrionali in confinio Occidētis, & Septētrionis, Sodoma, & Gomorra, quę nunc vocantur mare salsissimum, sunt a parte oriētali in angulo contingentię meridiani lateris, & orientalis, vt patet. Numeri 34. cap. Ideo maior longitudo illius terræ est a Sidone vsque ad Sodomam, quasi per diametrum quadrati. Gaza autem est ciuitas Philistinorum in latere meridiei contra angulum occidentis. *Gomorram, & Adamā, & Seboim, vsque Lasa.* Iste ciuitates cum alijs duabus submersæ fuerunt propter vitium sodomiticum, & ibi est mare salsissimum, siue mare mortuum præter Lasa, quæ est magis in fine terræ promissionis. Aliqui autem putant Lasa esse Segor siue Bala, vt ante nominabatur, quia Pentapolis ponitur in valle, vbi sunt istę ciuitates: & quia hic nominantur quinque, putatur Lasa, vel Iesa esse vna de eis. ¶ Sed falsum est, quia si esset aliqua, non esset nisi Segor, quia omnes aliæ ponuntur hic in litera, sed nō potest intelligi de Segor, quia Segor est magis intra terrā promissionis, quàm aliæ, vt patet ex fuga Loth, Iesa autem est magis in angulo terræ Chanaan, quàm aliqua istarum, ideo dicitur vsque Lasa, quasi dicat, ibi finitur ista terra. *Hi sunt filij Cham in cognationibus.* Quia omnes isti diuersas cognationes, & diuersos populos fecerunt. *Et linguis suis.* Quia quilibet istorum hic nominatorum vnam linguam specialiter faciebat pro sua posteritate; licèt istæ linguæ non fuerunt distinctæ immediatè, vt fuerunt distinctæ cognationes: quia distinctæ fuerunt cognationes a principio; lingua autem, & labium idem fuit semper in terra quousq; in ædificatione Babylonis destructa fuit: vt patet sequenti cap. *In terris, & gentibus suis.* Quia isti populi habituerunt mixti, scilicet quod habitarent Amorræi inter Euæos, & sic de alijs, licet habitauerunt simul, quia termini terræ vnius erant cōiuncti terminis terræ alterius, & sic erāt in diuersis regnis, & terris, & uarię gentes erant, quia non nominabātur eodem nomine, sed quælibet gēs nomine suo.

Quæst. 9. Cur ex filijs Chananęis vnus populus dicitur Chananæus cum ex filijs Chananæo nemo hoc noīe vocatus fuerit.

De Sem quoque. Hic ponitur tertia pars, scilicet linea generationis Sem; & licet Sem maior esset alijs duobus fratribus dignitate, tamen postponitur, quia intēdit legislator lineam Sem tenere in narrando. Et si eam præposuisset, oportebat interrumpere ideo præposuit aliis, vt eas breuiter tangens, & dimittens lineā Sem latius prosequeretur. *De Sem nati sunt patres omniū filiorum Heber.* Nō fuit Heber filius immediatus Sem, sed nominat eum hic propter suam dignitatē: quia ab eo dicitur totus Israel populus Hebræus. Vocantur patres filiorum Heber omnes aui, & proaui, abaui, ataui, & tritaui filiorum Heber, quia pater filiorū Heber solum fuit ipse Heber. Patres ergo filiorum Heber sunt Arphaxad filius Sem, & Sala filius Arphaxad accipiendo filios Heber ipsos, qui ab ipso immediate per seipsum descenderunt. Si autem accipiantur filij Heber omnes descēdentes ab eo, tam mediate, quàm immediate patres filiorum Heber non solum erunt Arphaxad, & Sala, sed etiam filij Heber cō sequenter quidam sunt patres aliorum. *Fratre Iapheth maiore.* Licet Sem fuerit frater Cham, & Iapheth, tñ vocatur frater Iapheth, quia ambo cōcordes fuerunt in tegendo verenda patris sui, sicut Simeon, & Leui habebant alios decem fratres, tamen uocabantur ipsi duo inter se fratres: vt patet Gen. 49. cap. Quia cōcordes ualde erant ad omnia. Etiam licet dina haberet vndecim fratres, tamen fratres eius uocantur, Simeō, & Leui, ut patet Gen. 34. cap. quia pro ea magis concordes, & pugnantes erant. Litera nostra habet hic. *Maiore.* Quod necessario refertur ad Sem, litera autē Hebraica hēt hic adiectiuum. s. *Gadol.* Quod significat maiorem; sed quia litera Hebraica caret casibus potest stare in genitiuo, & tunc refertur ad Iapheth, vt dicatur. *Fratre Iapheth maioris.* Vel potest referri ad Sē, si ponatur in ablatiuo, vt ponitur in litera nostra. ¶ Tamen quædam præpositio denominans casualem habitudinem, quæ adiungitur isti adiectiuo, magis retorquet illud ad genitiuum, quam ad ablatiuū, & tunc est clara litera, q̄ Iapheth sit maior, vt supra determinatum fuit. Et respondetur ad istam literam, quòd hic refertur maioritas ad Sem, non maioritas ætatis, sed maioritas dignitatis. *Filij Sem Helam.* A quo nominantur Elamitæ, qui sunt populi Asiani in latere Septentrionali supra Babylonem contra Orientem. Et isti sunt coniuncti Persis; sunt tamen magis meridiani. *Et Assur.* Ab hoc dicti sunt Assirij iste Assur iuit cum Nemrod Gigāte in campum Senaar, vbi inceperunt ędificare Babylonem, & postea Assur recessit ab eis. ¶ Est enim Assyria terra in latere Septentrionis sita ab Oriente habens Parthiam, & Aracusiam, ab Occidente habet Persidem, à Septentrione montem Caucasum, à Meridie mare Rubrum, & sinum persicū, vt ait Paulus Orosius lib. 1. de Ormesta mūdi. *Arphaxat.* A quo Caldei nati sunt. ¶ Caldea enim ab Oriente Babylonem habet, ab Occidēte autem Arabiam, à Septentrione Mesopotamiam. *Lud.* A quo Ludij dicūtur. *Et Aram.* A quo nominātur Syri, & ideo in Hebręo Syria Aram nūcupatur; licet postea denominati fuerint à Chamuel filio Nachor, ut patet Gen. 22. cap. Sed de hoc ueritatem apertius declarabimus in commentariis nostris super Eusebio. *Filij Aram Hus.* Dicit Nicolaus, quòd iste Hus tenuit principatum Damasci, & Trachonitidis.

Meones populi, à q̄ bus Homerus Poeta Meoni⁹nūcupatus ē.

¶ Sed non uidetur uerum, quia Damascus fuit condita ab Eliezer, Damasco procuratore domus Abrahę, ut communiter dicitur, sic etiam testatur ipsemet Noco. infra 15. cap. *Hul,* a quo Auari gentes sic dictæ. *Gether.* ab hoc descendunt Ethari. *Et Mes.* A quo dicuntur Meones populi in Grecia, in quibus natus fuit Homerus Poeta, ideo uocatur Meonius vates: ut patet ex Alexandreidis lib. 1.

Cuius Meonium redolent præconia vatem.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De ijs populis magis declarauimus in Commẽtarijs, F
ſuper Euſebio. *At vero Arphaxad genuit Sala.* Cuius populus, & cognatio ignoratur. *A quo ortus eſt Heber.* Qui fuit principium populi ſancti, a quo primam denominationem recipiunt Iſraelitę. *Nomen vni Phaleg, eo q̃ in diebus eius diuiſa ſit terra.* Nomen illius poſitum fuit ab euẽtu eo, q̃ in tempore illo facta fuit diuiſio in terra, qui autem habebat vnam linguam, tunc habuit ſeptuagintaduo. dicitur enim in Hebræo Phaleg. diuiſio. Et dicunt ex hoc Iudęi, q̃ Heber habuit ſpiritum prophetiæ, quia ſciuit imponere nomen filio ſuo ex euentu futuro, & ſatis eſt rationale. Vel quòd dicatur, quòd terra fuit diuiſa in diebus Phaleg, cum nondũ Phaleg viueret, ſed in diebus Phaleg, ideſt quando natus eſt ſcilicet, q̃ per aliquot dies, vel menſes diuiſio linguarum prȩceſſerit natiuitatem Phaleg, & tũc G
non oportebat q̃ Heber habuiſſet ſpiritum prophetię. Dicitur diuiſa terra, quia in multas linguas diuiſa
Queſt. 10. quomodo intelligitur, q̃ terra fuit diuiſa. eſt. Vel vt vult. Rabbi Auenezra terra fuit diuiſa quantum ad ætatum durationem; ante enim quam vaſtaretur Phaleg, viuebant homines quaſi quingentis annis, vt patet de omnibus. cap. ſequenti, poſtquam autem genitus fuit Phaleg nunquam homines vixerũt, niſi vſque ducentos, & quinquaginta, vt patet conſequenter in litera, & ſic fuit ętas diuiſa per medium. *Et nomen fratris eius Getham.* Sicut ait beatus Hiero. iſti populi nobis ignoti ſunt, vel propter nominum antiquas mutationes, quia propter bella deleti ſunt, vel quia longinqui à nobis ſunt, vel alijs populis mixti. *Et Ophir.* Ab iſto denominata fuit quædã terra Ophir, H
quę abundat auro, & dicitur montes aureos habere, quia in ſuperficie montium multum aurum de cauernis terræ a beſtijs erutum reperitur, & ibidem a leonibus, & Griphis cuſtoditur, vt ait Rabanus ſuper libros Regum; & ad iſtã inſulam Ophir mittebat quolibet anno Salomon claſſem ſuam, & ducebat inde aurum multum, vt patet. 3. Reg. 9. cap. & 10. *Et facta eſt habitatio eorum demerſa vſque Sephar montem orientalem.* Iſtud relatiuum non refert hic omnes filios Sem, quia penè totam Aſiam occupauerunt, ſed refertur ad filios Ietan, q̃ immediate nominati fuerunt, & iſta nomina locorum nobis ignota ſunt. *Iſti ſunt filij Sem.* Scilicet ſupra enarrati ſecũdum cognationes, quia quilibet iſtorum hic nominatorum faciebat per ſe vnam cognationem, & vnum genus, ideo ſicut nominantur viginti ſeptem filij Sem, ita nominãtur viginti ſeptem cognationes ab eo: *Et linguas.* Quia quilibet iſtorum habuit vnam linguam non immediatè, vt nati ſunt, ſed poſtquam linguę diuiſę ſunt tempore Phaleg. Et non nominauit hic ſcriptura iſtos filios ſolos, quia ſoli iſti erant, quando linguæ diuiſę ſunt, ſed quia in diuiſione linguarum fuerunt tot linguæ datæ, quot familiæ erant ſub iſtis. Et licet filij iſtorum multi nati eſſent, & poſſent denominare diſtinctas familias ſicut patres ſui, tamen quia non fuerunt datæ illis aliæ linguæ: ſed ſolum paternæ: ideo non nominati ſunt cum alijs, vt facientes diſtinctam cognationem. Quilibet tamen iſtorum hic nominatorum multos filios habebat, quando diuiſio linguarum facta fuit. *Et regiones.* Quia diuerſa loca occupabant, nec miſcebantur gentes iſtorum inter ſe: ita quòd facerent vnum principatum, vel regnum, ſed multa regna, & regiones. *In gentibus ſuis.* Quia iſti non erant vna gens, ſed diuerſæ gentes diuerſis nominibus nuncupatæ. *Hæ familiæ Noe.* Scilicet primariæ, licet enim iſti deſcenderẽt à diuerſis filijs, & nepotibus Noe, primariè tamẽ tanquam à trunco ab ipſo Noe deſcenderunt. *Iuxta populos, & nationes ſuas.* Ideſt iſtę familię Noe licet eſſent deſcendentes ab vnico princip. i. à Noe, tñ inter ſe diſtinctæ erãt per populos, & nationes. i. per regna diuerſa, & cognationes, vel genera. *Ab his diuiſæ ſunt gentes poſt diluuium.* Ideſt oẽs diuiſiones gentium, quæ nunc ſunt in toto orbe ab his tribus filijs natæ ſunt. Fuerunt autem ante diluuium aliquæ diuiſiones, ſed non tantæ, quia filij Cain, & filij Seth diuiſi erant inter ſe ex mandato Adæ, ideo dicitur ſupra 4. cap. quòd Cain receſſit contra orientalem plagam paradiſi, poſtea tamen aliqualiter coniuncti ſunt, ſcilicet quando filij Dei, id eſt filij Seth acceſſerunt ad filias hominum, ideſt ad filias Cain, accipiendo de eis in vxores contra mandatũ Adę, pp quod venit diluuium, vt patet ſup. 6. cap.

De ædificatione Babel, & confuſione linguarum: de filijs Sem, vſque ad Abraham, & fratrem eius: de morte Aram, qui genuit Loth, de egreſſu eorum de Caldea. Cap. XI.

ERAT autẽ terra labij vnius, & ſermonum eorundem. Cumq̃; proficiſcerentur de Oriente inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerunt in eo. Dixitq́ue alter ad proximum ſuum: venite faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habueruntque lateres pro ſaxis, & bitumen pro cœmento. Et dixerunt: Venite faciamus nobis ciuitatem, & turrim, cuius culmen pertingat ad cœlum, & celebremus nomen noſtrum antequã diuidamur in vniuerſas terras. Deſcendit autem Dominus, vt videret ciuitatem, & turrim, quam ædificabant filij Adam, & dixit: Ecce vnus eſt populus, & vnum eſt labium omnibus: Cœperunt hoc facere, nec deſiſtẽt à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleãt. Venite igitur deſcendamus, & confundamus ibi linguã eorum, vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui. Atque ita diuiſit eos Dominus ex illo loco in vniuerſas terras, & ceſſauerũt ædificare ciuitatem. Et idcirco vocatum eſt nomẽ eius Babel, quia ibi cõfuſum eſt labium vniuerſæ terræ: & inde diſperſit eos Dominus ſuper faciem cunctarum regionum. Hę ſunt generationes Sem; Sem erat centum annorũ, quãdo genuit Arphaxad: biennio poſt diluuium; vixitq́; Sem poſtquã genuit Arphaxad K
quingẽtis annis, & genuit filios, & filias. Porro Arphaxad vixit triginta quinque annis, & genuit Sale. Vixitq́; Arphaxad poſtquam genuit Sale trecentis tribus annis, & genuit filios, & filias. Sale quoque vixit triginta annis, & genuit Heber. Vixitq; Sale poſtquam genuit Heber quadringentis tribus annis: & genuit filios, & filias. Vixit autem Heber triginta quatuor annis: & genuit Phaleg. Et

Et vixit Heber poſtquam genuit Phaleg, qua A
dringẽtis triginta annis, & genuit filios, & filias. Vixit quoq; Phaleg triginta annis, & genuit Reu. Vixitq́ue Phaleg poſtquam genuit Reu ducentis nouem annis, & genuit filios, & filias. Vixit autem Reu trigintaduobus annis: & genuit Sarug. Vixit quoque Reu poſtquam genuit Sarug ducentis ſeptem annis, & genuit filios, & filias. Vixit autem Sarug triginta annis: & genuit Nachor; vixitq́ue Sarug poſtquam genuit Nachor ducẽtis annis, B
& genuit filios & filias. Vixit autem Nachor vigintinouem annis: & genuit Thare. Vixitq́ue Nachor poſtquam genuit Thare centũdecem, & nouem annis, & genuit filios, & filias. Vixitq́ue Thare ſeptuaginta annis, & genuit Abram, & Nachor & Aram. Hæ ſunt autem generationes Thare. Thare genuit Abram, Nachor, & Aram. Porrò Aram genuit Loth. Mortuusq́ue eſt Aram ante Thare patrem ſuũ in terra natiuitatis ſuæ in Hur Chaldæorum. Duxerunt autẽ Abram, & Nachor C
vxorem. Nomen vxoris Abram Sarai, & nomen vxoris Nachor Melcha filia Aram patris Melchæ, & patris Ieſche. Erat autem Sarai ſterilis, nec habebat liberos. Tulit itaque Thare Abram filium ſuum, & Loth filium Aram filium filij ſui, & Sarai nurum ſuam vxorem Abram filij ſui, & eduxit eos de Hur Chaldęorum, vt irent in terram Chanaam. Veneruntq́ue vſque Aram, & habitauerunt ibi. Et facti ſunt dies Thare ducẽtorumquin D
que annorum, & mortuus eſt in Haran.

ERAT autem poſtquam deſcripta fuit humani generis in vniuerſale multiplicatio. Hic ponitur lineæ Abrahæ electio, & tanguntur duo; primo cuiuſdã partis reprobatio, & cauſæ eiuſdem appoſitio; ſecundo partis electæ enumeratio: ſecunda ibi. hæ ſunt genetationes. Circa primũ *Erat autem terra labij vnius.* Ideſt omnes homines habebant vnum idioma, & ponitur hic terra pro hominibus, continens pro contento, ſecundum methonymiam. Et iſtud idioma, quod erat commune erat Hebraicum, quia à principio fuit: & patet per impoſitionem nominum: quia Adam impoſuit nomina rebus E
ſecundum idioma illud, quod tunc erat: ſed nomina ibi impoſita nõ inueniuntur in aliquo idiomate, niſi in Hebræo. Adã, & Eua nomina Hebræa ſunt Cain, & Abel, Noe, & ſic de omnibus alijs: quia in Hebræo iſta aliquid ſignificant, ſed non ſignificant in aliqua alia lingua, & patet hoc, quia quandocunq; ſunt duo nomina, ſcilicet primitiuum, & deriuatiuum habentia eandem literam, oportet q̃ ſi vnum ſit Latinum, & aliud Latinum: ſi vnum Græcum, & reliquum, & ſic in qualibet lingua, ſed ſic eſt q̃ Adama eſt nomen Hebræum primitiuum, ergo Adam quod eſt ſuũ de-

Quæſt. 1. Probatur quod Adã fit nomen Hebraicũ.

riuatiuum erit nomen Hebræum. Sic patet in Cain, & ſuo primitiuo Chanizi. Sed forte dices, q̃ iſta nomina nõ ſunt, vt primitiua, & deriuatiua: ſed ſunt no- Obiectio.
mina diuerſarum linguarum in voce coincidentia, ſicut ſæpe accidit, quòd eadẽ vox, quæ eſt in vno idiomate ſit in alio, & non ſignificent idem, ſicut iſta dictio, leuaui, in Latino ſignat id, qđ erexi. Sed in Hebræo ſignat cor meum. Et iſta dictio, peri, in Latino eſt ſecunda perſona imperatiui de pereo peris: ſed in Hebræo ſignat fructũ. Sic dices quòd Adam, & Adama, Hai, & Haua, Cain, & Chanizi non concordãt in ſignificato, ſed ſunt nomina diuerſorum idiomatũ. Reſpondetur, quòd hoc falſum eſt: quia iſta nomina non ſolum concordant in voce, ſed etiam in ſignificato, & tunc quandocunq; ſunt aliqua duo nomina B
eiuſdem vocis principalis, & habẽt idem ſignificatũ: & habent ſe ſecũdum ſubtractionem, & additione literarum, & varietate terminationis ſunt ſicut primitiua, & determinatiua, ſed ſic eſt in oĩbus iſtis: quia Adam dicitur de Adama, ideſt terra, & ſic eſt eadem litera, & idẽ ſignificatum, quia Adam ſignat exciſum de terra: ſic dicitur Eua, vel Haua in Hebræo de Hai; Hai enim vita eſt, Haua autem mater viuentium dicitur. Sic enim dicitur in textu Gen. 2. Et vocauit eam Hauam, eo quòd eſſet mater omnium viuentium, ſic de Cain, & Chanizi, & Chanizi dicitur poſſedit, Cain autem poſſeſſio. Sic enim dicitur Gen. 4. cap. Poſſedi hominem per Deum. Diuiſis gentibus in plures lin- Quæſt. 2. Cur dicit Hebraica lingua.
guas: ita lingua Hebraica, quæ ante erat eadem apud omnes, manſit ſolum in ſtirpe Heber: ideo vocatur Hebraica: & non manſit in oĩbus deſcendentibus ab Heber, ſed in ſolis illis, qui erãt in recta linea, per quã venit Chriſtus. Vñ non mãſit iſta lingua in oĩbus filiis Heber, ſed ſolũ in Phaleg: & nõ in oĩb. filijs Phaleg, ſed ſolum in Reu: & ſic conſequenter, & non in omnibus filijs Abrahæ, ſed ſolum in Iſaac, & deinde nõ in omnibus filijs Iſaac, ſed ſolũ in Iacob: ita plures aſſerunt, quorum opinionem hic ſequuntur, ſed de veritate magis tangemus in Commentario noſtro ſuper Euſebium. Sed poſt non ſolum manſit in Tribu Iuda, de qua Chriſtus deſcendit directè: ſed ẽt in omnibus vndecim alijs tribubus. Et hoc valde mirabile erat, quia omnes filij alicuius de iſtis erudirentur in lingua Hebraica, ſed ſolus vnus loqueretur in ea. Et Cur lingua Hebraica nñc eſt incompleta.
erat lingua Hebraica completa in omnibus verbis ſicut omnia alia idiomata; nunc autem non eſt completa, quia ſolum illa nomina mãſerunt pure Hebraica, quæ in lege ſcripta erant, & non alia. Et ratio fuit, quia Hebræi mixti fuerunt alijs gentibus, & acceperunt idiomata earum. De his Auguſtinus de ciu. Dei, libr. 15. *Labij vnius.* Ideſt vnius idiomatis. *Et ſermonum eorundem.* Vt aliqui volunt non ſolum erat idem idioma materialiter quantum ad voces, ſed etiam quantum ad modum accentuandi, & proferendi. Vel dicitur, quòd erat idem idioma, vel eadem lingua generaliter apud omnes: & non ſolum hoc, ſed etiam erãt ijdem ſermones: quia nõ erat aliquis homo, qui proferret verba, quæ alius non intelligeret. nunc autem in qualibet idiomate: licet commune ſit, ſunt aliqua verba ſpecialia, quę ab omnibus non intelliguntur.

¶ Fuit autem facta iſta confuſio linguarum quaſi Quæſt. 3. Qñ fuit facta confuſio linguarum.
per centum annos poſt diluuium, ſcilicet in diebus Phaleg, quia Phaleg natus fuit centum annis poſt diluuium; patet computando duos annos, quibus natus eſt poſt diluuium Arphaxat, & triginta quinque annis antequam gigneret, & triginta annos Sale antequam gigneret Heber, & triginta quatuor annos Heber antequam gigneret Phaleg, qui ſimul ſunt centum, & vnus annus. In diebus autem Phaleg, ideſt qñ natus fuit diuiſa eſt terra. Et dicit Rabbi Abraham,

Auenezra,

Universidad de Deusto
Biblioteca

An Abrahã, & Noe fuerint in ædificatione turris, & ciuitatis. Opinio.

Auenezra, ꝙ in ædificãdo turrim illam, & ciuitatem fuit Noe, & Abraham. ¶ Quod autem Noe fuerit ibi cum ædificantibus satis patet: quia omnes homines, qui tunc erant ædificabant ciuitatem: licet quidã bona intentione, alij autem mala. Et hoc apparet: quia cum litera dixisset quasi de omnibus hominibus, ꝙ terra erat labij vnius, ideſt ꝙ omnes loquebãtur vna lingua, subiunxit immediate, ꝙ recesserunt de parte Orientali. q.d. omnes homines, & venerunt in campum Senaar. Item quia dixerunt, antequàm diuidamur in vniuersas terras: Noe autem isto tempore viuus erat, quia cum linguarũ confusio facta fuerit annis quasi centum post diluuium, ergo ædificatio ciuitatis, quæ præcesit confusionem linguarum fuit ad plus per centum annos post diluuium. Noe autem vixit post diluuium trecentis, & quinquaginta annis:

Cõfutatio opinionis in parte, ſ. de Abraham.

vt patet supra 9. cap. ergo tunc viuebat. De Abraham autem, quòd tunc viueret non videtur posibile, quia confusio linguarum, & inceptio constructionis ciuitatis, & turris ad magis fuerunt post diluuiũ per centum annos. Abraham autem post diluuium trecentis minus vno anno natus est: vel forte centum ter, & vno, computando duos annos post diluuium, anteꝙ natus esset Arphaxad. Deinde computando annos omnium succedentium anteꝙ gigneretur, vsque ad annos Thare septuaginta sunt, antequàm gigneret Abraham: ergo videtur, quòd confusio linguarum præcesit natiuitatem Abrahæ, quasi per ducentos annos. Sed quomodocunque dicatur Abraham natus fuit post diluuium trecentis minus octo annis, vt patet computando annos omnium a diluuio vsq; ad Abraham. Et iste suprapositæ computationes procedunt secundum errorem quorundam. *Cumque profiscerentur de Oriente.* Non dicit hic litera specialiter de aliquibus eorum, quòd recesserint ab Oriente, sed quasi de toto humano genere loquitur. Et sic est veritas, quòd omnes quotquot tunc erant videntes terram Armeniæ, non esse bonæ dispositionis ad habitandum, quia tota illa terra montuosa erat, vt ait Paulus Orosius primo lib. de Ormesta mundi, venerunt vt quærerent bonum locum habitationis in plano. Et persuadetur hoc, quia lingua Hebræa erat ante in omnibus hominibus: & si ibi non fuisset destructa, & cõfusa, mansisset eadem apud omnes: & cum ista confusio fuerit facta solum in ædificantibus Babilonem, si aliqui alij homines mãsissent in alia parte orbis, qui non conuenissent ad ædificandum, in illis non fuisset mutata lingua hebraica: sed falsum est: quia in solis filijs Heber per rectam lineam Messiæ mansit: vt supra dictum fuit. Ista ratio satis demonstrat quod intendit. *De Oriente.* Scilicet de terra Armeniæ, in qua habitauerat Noe post exitum de arca cum filijs suis, quousque venerunt ad ædificandam Babilonem. Est autem terra Armeniæ magis Orientalis, quàm terra Babiloniorum, & Caldeorum in latere Caucasi mõtis Septentrionalis, vt ait Paulus Orosius primo libro de Ormesta mundi. *Inuenerunt campum in terra Senaar.* Dicitur quòd inuenerũt campum quasi pro magna, & notabili re, cum ex Armenia vsq; ad locum illum tota terra esset montuosa, & aspero situ, vt declarat Paulus Orosius libro primo de Ormesta mundi. Et vocatur ista terra Senaar, non quòd ante sic vocaretur, quia nullus vnquàm hominum ad eam venerat, nec etiam in prima ætate, quia in loco separato habitabant: sed quia ipsi venientes ad eam sic eam vocauerunt, & ista terra Senaar est terra Caldæorum, & Babiloniorum. *Et habitauerunt in eo.* Forte fecerunt ibi aliquas paruas mansiunculas: & patet ex hoc cum sequenti quòd quando isti mouerunt sedes de Oriẽte ad locum illum nõ venerunt ea intentione, vt turrim, aut ciuitatem facerent, sed vt in plano habitarent. Deinde venit eis in mentem, vt facerent turrim, & ciuitatem: sic enim dicitur quòd primo habitauerunt in campo illo, quasi nihil aliud intendentes. Deinde tractu temporis, quasi consiliantes dixerunt inter se, Venite faciamus lateres, &c. *Dixitque alter ad proximum suum.* Ideſt omnes inter se consiliati sunt, vt facerent ista. *Venite faciamus lateres.* Quia forte terra illa, cum sit campestris, lapides non habet; vel quia putabãt solidius ædificium esse de lateribus, quàm de lapidibus: vel quia vt aliqui volunt intendebant ibi euadere ab alia destructione seculi per ignẽ, lateres autem igni resistunt, cum decocti sint, lapides autem igne soluuntur in calcem. *Et coquamus eos igni.* Vt duriores sint. *Habueruntque lateres pro saxis, & bitumen pro cemento.* Innuit quòd ædificatio, quæ fiebat temporibus suis, scilicet Moysi, vel quælibet bona, & firma ædificatio fiebat de lapidibus, & cemento: lapides enim sunt principalis materia ædificationis: cementum autem, ideſt calx posita inter lapides ad conglutinandum, & firmiter retinẽdum erat minus principalis materia. Nec accipitur hic cementum pro fundamento ædificij, vt communiter appellare solemus, sed pro calce conglutinante: & isto modo vocantur quidam artifices cementarij, ideſt lictores, vel superinductores in parietibus ædificiorum. Isti autẽ acceperũt lateres pro principali materia, & bitumen pro secundaria. Est enim bitumen fortissimum genus luti ad conglutinandum, & nascitur in terra illa, sicut in terra Iudææ, vel apud Sodomam, vt patet infra 14. cap. *Faciamus nobis ciuitatem, & turrim.* Non fuit tunc nouiter excogitata turris, vel ciuitas, quia Cain ante diluuium condidit ciuitatem, vt patet supra 4. cap. Et forte viderãt eam Noe, & filij eius antequàm intrarent in arcam, ex qua exemplar assumpserant. Tota autem ciuitas Cain aquis diluuij destructa fuit, quia destruxerunt superficiem terræ. *Cuius culmen pertingat ad cœlos.*

Quæſt. 2. Quomodo turris potuit pertingere ad cœlum.

Non est intentio ædificantium, quòd turris accederet ad cœlos, quia hoc sciebant impossibile. Maxime cum esset ibi Nemrod, qui Astrologus erat, & sciebat distantiam cœli a terra; maxime quia sciebant inter medium aerem frigidissimum esse, in quo generantur grandines, nix, & omnia metheorologica: & ibi impossibile est aliquid viuere ex loci frigiditate. Sciebant etiam ignem esse ante cœlum, in quo nulla res viuit, sed omnia consumuntur. Etiam quia facere turrim accedentem ad cœlos non conueniebat fini eorum. Quia secundum aliquos: vt vult Rabbi Salomon, & Nicolaus ideo isti faciebant istam turrim altissimam, vt in ea defenderẽtur a diluuio, quod iterum superuenturum expectabant. Hoc ergo stante nõ erat aliqua necessitas, vel vtilitas facere turrim vsque ad cœlum: quia diluuium non attigit cœlum alia vice, sed solum quindecim cubitos super montes excelsos. Alij autem dicunt, quòd ideo faciebant istã turrim altissimam, vt defensarentur ab igne superuẽturo, & consumpturo seculum, sed hoc nihil proderat, quia etiam si turris pertingeret vsque ad cœlum, nihil proficeret, quia ignis tangit superficiem concauam orbis Lunæ; & ideo adhuc ibidem consumerẽtur, nisi turris subintraret cœlum aperiendo, vel rumpendo illud, quod non est imaginabile.

Quæſt. 3. Quomodo turris potuit pertingere ad cœlum.

Sed adhuc istę præsumptiones sunt falsæ. Prima, scilicet quòd ipsi intelligerent saluari in ista turri a diluuio; quia Noe erat ibi cum ædificãtibus, & filij eius tres, quibus Deus sæpe promiserat, & posuerat pactũ cum eis, ne vnquàm emitteret aquas diluuij ad consumandam terram, ideo ipsi nõ permitterent turrim ædificari ad talem finem. Et dato quòd non steterisset ibi

ibi Noe, nec filij eius, alij nepotes eius, qui ibi stabant sæpe ab eo audiuerant de pacto Dei cum terra, ne vnquam mitteret super eam aquas diluuij. Etiam quia si ipsi hoc intenderent, non bene ędificarent turrim de lateribus, qui aquis consumi possunt, sed de lapidibus duris saxeis; & forte magis facerent multas arcas tales quales Noe in diluuio habuerat. Nec etiã est vera secunda præsuppositio, ſ. de igne, ꝙ ipsi timerent ignẽ, & vellent ibi euadere, quia sicut Deus pepigerat nunꝙ se inducturũ aquas diluuii super terram, ita pepigerat, ꝙ nũquam mal ediceret terrę pp hoies dicens; Non igitur percutiã ultra oẽm animã, sicut feci: sed si ignis vniuersaliter veniret oĩa cõsumeret magis adhuc quàm aqua, quia magis actiuus est. In diluuio. n. non perierunt pisces, nec arbores, si tamen ueniret ignis, omnia quasi consumeret elementa, & elementata.

2. Confutatio.

Respõ. ad dubium.

¶ Quis ergo fuerit finis, vel intentio in ędificantibus tam altissimam turrim infra demõstratur. Dicendum ergo quòd ista locutio est hiperbolica. *Cuius culmen pertingit ad cœlum.* Ideſt quòd sit ualde alta excedens omnem altitudinem montium, & rupium atq; scopulorum prominentium; sic enim dicitur sępe hiperbolice, astra ferit clamor, ideſt magnę uoces sunt; non tamen est sensus, quòd aliquę uoces hic prolatę possent audiri usque ad cœlum; sic enim dicitur Alexandreidis lib. 3. de magno clamore fœminarum, qñ caperetur ciuitas Thirus ab Alexandro.

Aurea fœmineus perstringit sidera clamor.

Quæſt. 6. Quomodo filij celebrare nolebant.

Et celebremus nomen nostrum. Ex hoc patet quòd intẽtio edificantium nõ erat euadere diluuiũ, uel ignem sed celebrare nomen suum, ideſt facere famosum, fama enim solemnis alicuius tunc dilatatur cum opera magna, & memorabilia agit sicut erat ista turris.

Sed aliquis dicet, quòd ex hoc infertur contra ea, quę supra diximus, scilicet quòd omnes homines cõ uenerint ad construendam istam ciuitatem, quia celebritas nomina, uel fama nunquam est ad seipsum, sed ad alterum. Si autem omnes homines ibi erant ad quos poterat esse nomen eorum celebre? ad nullum certe. Respondetur, quòd licèt non intendebant nomen suum celebrare ad aliquos tunc existentes, uolebant tamen celebrare respectu fururorum, ut maneret memoria eorum apud futuras generationes, sicut nunc manet, quanto magis si illi turrim perfecissent sicut intendebant? & non fuisset locus depopulatus sicut nunc est propter peccata habitantium in eo? sicut prędixerat Isa. 13. cap. *Antequam dispergamur in terras.* Secundũ Nicolaũ, & Ra. Sa. qui tenent vnam de superioribus præsuppositionibus est sensus. *Antequam dispergamur in terras.* Ideſt faciamus istam turrim, in qua defendamur a diluuio. Ne diluuium veniens, & reperiens nos imperatos dispergat corpora nostra per trans sicut fecit in prædecessoribus nostris. Vel aliter. *Antequam dispergamur in terras.* Scilicet quòd isti loquebantur prophetice de futura dispersione sua per linguarum cõfusionem, ideo antequã dispergentur in terras volebant nomen suũ famosum facere. Vel aliter intelligendo, ꝙ ipsi volebant dispergi per terras, quia non poterant omnes simul in vno loco viure, ideo anteꝙ diuiderentur, quia tunc multi erãt uolebat facere aliquod memorabile, per quod nominarentur vbicunq; essent. Imaginabantur enim quòd nunquam genus humanum totum sic esset coniunctum, ut tunc erat. & ideo redisime conueniebat toti generi humano coniuncto facere opus mirabilius, quod esset in toto orbe, magis quàm vni genti particulariter, & rectissime sic fuisset, nisi Deus præuidens aliam utilitatem humani generis hoc fecisset.

¶ Aliqui enim stulti corde credunt, quòd illi conditores turris Babylonicę, ideo sic eam altissimam faciebant, quia uolebant per eam ad cœlum ascendere tanquam pugnaturi cum Deo, ut fabulose refertur per Ouidium Metamor. lib. 1. & per omnes alios poetas, ꝙ gigantes uolentes Deos de cœlo ascendendo deprimere; ideo montes montibus imposuerunt, ut accederent, & ibi pugnantes maximos lapides iaciebant, tandem ibi a dijs deleti sunt euersis montibus super eos in monte, vel potius campo Phlegra in Macedonia. Huius tñ erroneæ fabulę Solinus in Polistor. cap. de Macedonia originẽ prodit. Nullus. n. tam captę mentis est, vt ad cœlum ascendere contra Dei voluntatem se posse credat. Maxime quia corpora cęlestia corpora grauia qualia sunt nostra, dum mortalia sunt, non sustinerent. Maxime propter obstaculum ignis intermedij, & aeris caliginosi frigidissimi. In litera hebraica habetur. *Ne dispergamur in terras.* Quia ponitur ibi. *Penasum.* Quod non significat antequam, sed, quia non, vel, ne, scilicet quòd isti faciebãt turrim magnam, ne dispergerentur. Intelligebant enim quòd turris tantę altitudinis, quę cœlum videretur tangere quasi ubique terrarũ, uel saltem in valde magna parte videri posset. Et vt in tanta distantia potentiam uisiuam posset immutare, eam grossissimam, & amplissimam fecerunt, scilicet quòd quando aliquis uellet recedere ex aliqua causa a ciuitate ilཀ, ubicunque esset, uideret illam turrim, & sciret postea redire ad ciuitatem, quod non contingeret, si nõ esset illa turris sic altissimę posita: quia cum nondũ essent itinera, per quę homines scirent ire, & redire indigebant aliquo alto signo, ut uenirẽt, ne perderentur aberrantes, & dispergerentur per totum orbem. Et hoc est quod dicitur. *Ne dispergamur in terras uniuersas.* Ideſt nos videntes a longe istam turrim vbicunq; simus, non dispergemur aberrantes per uniuersas terras. Et istam intentionem tangit aliqualiter Rabbi Abraham, Abenazra. Nec credo, ꝙ sit aliqua verior ista, & ita concordans uerbis textus, & rectę rationi; tamen literę nostrę non conuenit, quę dicit antequã dispergamur in terras. Et iuxta istam literam debet esse alius sensus, qui suprà tactus est. ſ. homines erant nunc coniuncti, & intendebant dispergi per terras quasi melius, & commodius sic habituri essent, ante tamen quàm dispergerentur uoluerunt facere aliquid famosum, quod in memoria posterũ relinqueretur factum esse a toto humano genere coniuncto, quale erat facere turrim, & ciuitatem Babylonis, & hoc est celebrare nomen. Et ista fuit intentio literæ nostrę, & eorum qui trãstulerunt. *Antequam dispergamur.* Cum tamen litera hebraica dicat. *Ne dispergamur.* Sed tenendo literam hebraicam, debemus dicere necessario, ꝙ homines intendebant simul manere omnes non longe ab illa turri: & ideo uolebant eam facere talem, qualem cogitabant, & vbiq; eam videre possent, & non errarent: sed redire scirent ad locum, & tunc celebrare nomen esset facere rẽ ubique, uel ex quocunque loco cognoscibilẽ. Vtraque opinionum istarum satis ex litera potest habere colorem, & motiuum. Augustautem lib. 16. de ciuit. Dei. cap. 4. & 5. & 6. loquitur de hoc, & innuit quod intendebat facere istam turrim contra Deum quasi per hoc aliquid possent contra eum. Sed hoc non est multũ probabile. Etiam non consonat literę, quę dicit celebremus nomen nostrum &c. Ideo tenenda est aliqua de duabus præcedentibus opinionibus.

Causa cur turrim illa eminentissima structa sit.

Quæſt. 8. Cur Deus fecerit ne turrim ædificarent.

Aliqui autem putant, quòd ideo Deus destruxit vnitatem linguę, & fecit, ne ędificarent turrim: quia superbę ista illi homines faciebant uolentes aliquid cęleste cognoscere, vel alias qualitercunq; peccarẽt.

Sed

Sed salua reuerentia istorum non videtur verum; im F
mo dicēdum est secundum superiores expositiones
duas, quæ verisimæ sunt, ꝙ isti nullo modo peccaue-
runt: quia malum finem non intendebant, nec iste
actus erat de se malus; patet enim, quia facere turrim
altisi mam de se nō est malum, vel bonum, vt forni-
cari, vel furari, sed est indifferēs. Item finis istorū erat
bonus, ſ. vt oēs videntes illam turrim altisimam non
aberrarent, & omnes ibi viuerent; vel saltem prope
illam ciuitatem, & sic iste actus erat bonus: quia actus
indifferens secundum se sortitur bonitatem, vel ma-
litiam ex fine. Desiderabant enim oēs simul viuere;
hoc enim naturale desiderium est, cum homo natu-
raliter sit animal politicum: vt patet in primo Politi-
corum, cap. 1. ideo dicit Philosophus 3. Polit. ꝙ hoīes G
desiderantes vitam ciuilem, multa mala sustinent, vt
eam habeant, & eā non dimittunt, nisi a malis secun-
dum vitam superexcedantur; quod autem aliquis vel
let complere naturale desiderium nō deordinatum,
non peccat, sicut si quis velit comedere moderate
cum esurit, non ergo videtur fuisse in hoc aliquod
peccatum, nec mortale, nec veniale. Maxime quia
inter eos erat sanctus Noe pater omnium ipsorum,
& principalis ædificatorum: quia pater, & princeps,
qui non permisisset turrim fieri ad aliquem malum
finem. Tenendo autem aliam expositionem etiam
non erat aliquid malum, neq; peccatum: nam quòd
homines vellent facere aliquod famosum, quod in H
memoriam ipsorum omnium maneret, postquàm
per orbem diuiderentur, nō erat peccatum, quia de-
siderium gloriæ, vel honoris non est de se peccatum,
licet enim homini desiderare honorem quendam,
& bonis actibus illum procurare, si non sit ille honor
contra Deum: vt si homo per honorem, quem cu-
pit detrahat aliquid diuino honori, vel procuretur
honor per rem malam, aut in re mala, in qua non est
verus honor, sed vituperium; aut si contra expressam
prohibitionem Dei. Hic autem nihil horum erat.
Nam per ædificare turrim altisimam nihil detrahe-
bant diuino honori. Etiam non procurabatur iste
honor, vel fama per rem malam, quia ædificare tur-
rim non est de se malum: cum Deus aliquando ius-
serit fieri ædificia magna, & munita, sicut erat tem- I
plum Salomonis; & postea cum illud iusit restau-
rari destructum a Chaldæis. Etiam non erat ista res
a Deo expresse vetita, quia hucusque non dederat ta-
lem prohibitionem; ideo sicut licebat hominibus
ædificare domos, in quibus habitarent, ita licebat
turrim illam facere; & ita nō erant de hoc tanquàm
de malo arguendi. Neque valet ratio, Deus destru-
xit opera eius, vel non prosperata sunt, ergo mala
erant, vel malo animo fiebant: quia Deus per altis-
simam prouidentiam suam aliud de rebus disposuit,
cum opera nostra discordarent: & ideo vult, vt non
maneant operata a nobis, licet bono animo illa fece-
rimus, & illa in se nihil mali habeant. Satis est enim,
quòd non concordent intentioni eius: sed neque K
nos voluntatem Dei nouimus, neque tenemur in
omnibus concordare diuino volito: sed in quibus-
dam licitum est potius discordare, sicut cum pater
meus, aut filius moritur, certum est Deo placere,
quòd moriatur, & tamen mihi displicet, quòd mo-
riuntur, & licite de eorum morte doleo. Sic etiam
inter viros sanctos inuenitur, quòd quidam alijs cō-
traria velint, & tamen vtrique ex charitate. Non er-
go diffiniendum est, quòd isti malum facerent ex
hoc solo, quòd Deus opera eorum destruxit.

Quæst 9. Cogitare potest homo contra

Sed quantuncunque isti putarent bene agere, ta-
men Deus aliud disposuerat: ideo non permisit eos
agere contra id, quod præfuerat, & futurum esse di-
sposuerat. Deus enim licet aliquando permittat nos
cogitare, & deliberare contra ea, quæ ipse disposuit,
tamen nunquàm permittit nos contra ea agere, quia
dispositio Dei immutabilis est, sicut si Deus dispo-
suit conseruare Petrum ab hostibus, ne occidatur:
licet permittat hostes suos cogitare, qualiter eum
occidant, & hoc eligere; nunquàm tamen permit-
tit eos hoc agere. His exemplis tota sacra scriptura
plena est; hoc tamen non tollit libertatem arbitrij,
vel diminuit: vt patet infra 50. cap. Et maiorem vti-
litatem generis humani Deus fecit impediendo, ne
turris construeretur, & diuidendo linguas, quàm si
lingua eadem mansisset, & turris ædificata fuisset.
Homines enim, qui habent eandem linguam, magis
coniunguntur, & desiderant simul habitare: qui au-
tem habent diuersa idiomata, simul non conueniūt,
quia in meliori discordant, ſ. in intellectu, & voluntate:
quia non possunt sibi adinuicem communicare,
quæ volunt, & quæ intelligunt, in quo tota humana,
& propria delectatio est. Sic enim ait Aristo. 9. Ethic.
quòd conuiuere est: & hoc est communicare men-
te, & verbo, non autem quemadmodum animalia in
eodem pascit: ista enim cōmunicatio horum fit per
verba, sed ſm Philosophū in principio Periher. sunt
ea quæ sunt in voce earū, quæ sunt in aīa passionū no
tæ; carentes aūt vnitate idiomatis, ista communicare
nō valent. Etiam quia necessaria ad vitam animalem
habere non poterant cōgrue inter se, cum se non in-
telligerent. Item si illa turris, & ciuitas completa fuis-
set, sicut illi facere intēdebant, tanta nobilitas ciuita-
tis, & turris induxisset homines ad simul ibi moran-
dum, vel saltem circa illam ciuitatem. Et licet vnitas
idiomatis, & simultanea commoratio de se bona es-
sent, per accidens tamen multum nociua erāt generi
humano; quia si omnes homines simul habitarēt, nō
possent habere victum: quia modicum terræ spaciū
non sufficiebat cibos tārę hominum multitudini ex-
hibere: ideo ad vitam necessaria erat distinctio com-
morationis. Item facilius destrui posset totum genus
humanum. Si enim bella insurgerent cum oēs com-
morarentur omnes simul pugnarent, & sic magna
clades sequeretur. Item morbi magis inualescerent,
quia nunc licet vna terra pestifera sit, & quasi tota de-
struatur, alia manet illæsa, & salubris ex contraria di-
spositione cœli super illam partem orbis. Si autem
omnes simul mansissent, cum illa terra ex habitudi-
ne cœli, vel alias male disponeretur, omnes mori pos
sent. Item quia secundùm Poetam corrumpunt bo-
nos mores eloquia mala: cum ergo semper inter ho-
mines mali, & idolatræ fuissent, vel fuerūt, & sunt, illi
faciliter alios corrupissent, & sic totus mundus erra-
ret. Deus autem contraria facere determinauerat: &
quia videbat, quòd ex vnitate linguæ, & cohabitatio-
ne ista sequebātur, ideo destruxit turrim, & turbauit
linguas. Si enim omnes gentes ibi cohabitassent, alia
permixtio generationum fuisset, nec secuta fuissent
ea, quæ vsque hodie facta sunt: sed mundus in quodā
alio ordine perseueraſſet. Et quia Deus præsciuerat
quasdam gētes ex sua gratia bonas futuras, & quasdā
alias ex propria malitia prauas futuras, ideo distribuit
diuersa loca diuersis gentibus. Præcipue cum in hoc
altisima, & occultisima Dei dispositio, cum sit in
locis quædam secreta, lateatque rationi, fidei, &
naturæ non repugnat.

Et si dicas, quare non diuisit Deus a principio ge-
neris humani linguam, quia tūc possent existere istę
vtilitates? Dico ꝙ a principio nō debuit statim lingua
diuidi; si enim mox, vt facti sunt, alia, & alia idiomata
habuissent, nō habentes aliquam cōmunicationē, se
non ut hoīes dilexissent. Item qa nō sequebantur ali-

qua

Aedificantes turrim bonum finum intendebant.

Quomodo desiderium gloriæ, vel honoris est sine peccato.

Homo nō tenetur in omnibus cōcordari Dei volito.

Disponitur non tamen sed mala.

Vtile humanum generi peccata ficta.

Cap. 9

Nihil omnibus entibus magis intimum est, ꝙ Deus.

Quæst. 11. Quot linguæ datæ fuerant.

qua de incōuenientibus supra assignatis; præcipue cū A
tota gens, quæ in illa prima ætate erat seruabatur di-
luuio consumenda. Et tamen adhuc ibi quædam di-
stinctio facta fuit: & si non in lingua, fuit tamen in di-
uersitate habitationis: quia Adam spiritu diuino affla
tus mandauit filijs Seth, ne cōiungerētur filijs Cain,
vt de stirpe damnata Messias non descenderet: & qa
multi de filijs Seth filiab. Cain mixti sunt eas in vxo-
res accipientes, ideo venit diluuium, vt patet supra 6.
cap. In principio aūt secundæ ætatis non statim fuit fa
cta linguarum diuisio, quia conueniens erat, vt hoīes
simul habitantes aliqualiter multiplicarētur, & dein-
de diuisio fieret: centum ergo annis post exitum de
arca, vel quasi aliqualiter multiplicatis hominibus, &
cogitantibus qualiter in eodem loco simul habitarēt B
Deus linguas diuisit, vt simul nō habitarent, nec post
diuisionem tantum cōicarent. Si hoīes enim vniuer-
saliter idem idioma haberent magna foret cōicatio
inter eos. Si enim nunc existente tanta diuersitate, &
varijs laboribus tanta communicatio sit, quanto ma-
gis si idiomatis identitas existeret? *Descendit autem do-*
minus. Posita occasione destructionis linguæ vnius
hic ponitur ipsa destructio. Et dicitur dominus de-
scendisse ad videndum turrim, non quòd Deus de-
scendat, quia vbique est, & in ipsa turrę, quæ ædifica-
batur, erat, & intra ipsos ædificantes. Nihil enim om-
nibus entibus magis intimū est, quàm Deus: sed con-
format se scriptura intellectui nostro, vt mēsuratum
mensuræ; alias impossibile esset aliqualis intellectio.
Nos enim imaginamur Deum, vt quendam poten- C
tissimum, & honoratisimū Regem in cœlo empy-
reo, sedentem spiritibus angelicis circundatum. Et
quādo aliquid in his infimis nouiter agit, dicimus eū
de superioribus ad hæc inferiora descendere. Modus
autem secundum veritatem, per quem Deus ista in-
feriora operatur a nullo, nisi a beatis spiritibus eū; cla-
re videntibus intelligitur. *Ciuitatem, & turrim quam ædi-*
ficabant. Nondū ciuitatis muri finiti fuerant, nec tur-
ris consumata: sed cuncta in fieri erant. *Filij Adam*,
Ideſt filij hominum. Est hic Adam nomen appella-
tiuum, ideſt homo: & vocat eos filios Adam, ideſt nō
Dei, quia ista non Deo instruente, sed propria volun-
tate suggerente faciebant. *Ecce vnus est populus*. Ideſt D
indiuisus: quia cum omnes cognati essent, vel fra-
tres, vel consobrini, & vnam linguam haberent, sibi
inuicem iungebantur: & sic vnus populus erat. *Et*
vnum labium omnibus. Ideſt vnum idioma, & vocatur
labium, quia labijs profertur. *Cæperuntque hoc face-*
re. Ideſt ædificare ciuitatem, & turrim. *Nec desi-*
stent a cogitationibus suis, donec eas opere compleant. Vi-
debat enim Deus in promptu, quòd isti consuma-
rent, quæ inchoauerant, quia erant viri fortes ro-
bore, & sani, tenaces propositi, & quòd omnia,
quæ volebant, prompta erant: ideo nisi Deus eos
impediret completuri erant, quæ inceperant; voluit
ergo Deus eis magnum præstare impedimentum, vt
in opere nullatenus procederent. *Venite ergo, & de-*
scendamus. Secundum imaginationem nostram lo- E
quitur hic Deus Angelis, tanquàm vnus magnus
Rex suis ministris, vt destruat opus aduersariorum
descendere autem ad Deum non pertinet, qui vbi-
que est, Angelis tamen conuenit, quia quando sunt
in cœlo, non sunt in terra; habent enim loca diffini-
ta, vt dicemus Exo. 3. cap. satis late.

Quæst. 11. An turris fuerit celestis.

Ideo aliqui Angeli veraciter, & realiter descende-
runt ad exequendum, quæ Deus volebat. Dicit enim
Iosephus, quòd Angeli ventos mittentes euerterunt
turrim. Sed hoc non multum videtur, quia turris Ba-
bilonica postea stetit, & vsque hodie stat: si ergo An-
geli aliquid euerterunt illud fuit modicum, quia ma-

gna altitudo eius māsit in futuras generationes. Me-
lius ergo videtur dicēdum ꝙ Angeli nihil destruxe-
runt, quia textus non dicit, ꝙ Deus, vel Angeli destru
xerunt turrim, sed ꝙ diuisa lingua cessauit turris ædi-
ficatio. Etiam quia opera, quæ fiūt immediate a Deo,
vel Angelis perfectius fiunt, q̄ ea, quæ fiunt ab homi-
ne. Sicut ergo quando aliquid gignitur, vel causatur,
perfectius causatur a Deo per se, q̄ a natura; ita quādo
aliquid a Deo destruitur, perfectius destruitur, & era-
dicatur vsq; ad fundamenta ab ipso Deo, q̄ ab homi-
nibus. Nec valet si dicas, ꝙ ea, quæ agit natura, ēt agit
Deus, qui oībus rebus coagit, tanq̄ prima causa in-
fluens in effectum, ergo quādo Deus per se agit, caus-
sat secundum modū conuenientem sibi soli, ſ. agere
mirabiliter. quādo aūt coagit naturæ, non attribuitur
sibi proprie actio, sed naturæ: ipse tamen ministrat vi-
res naturæ, & non cōicat entibus naturalibus tales vi-
res, quales ipse habet, fortius agit per se, q̄ coagēs na-
turæ. Dato tñ ꝙ Deus ageret ſm suas vires, nō magis
ageret solus, nec minus q̄ si adderentur ei vires totius
naturæ: quia vires naturæ, quæ finitæ sunt, applicatæ
viribus Dei infinitis nihil sunt. Si ergo Angeli tur-
rim, vel ciuitatem destruxissent, non reliquissent in
eis lapidem super lapidem, vsque ad fundamentum;
sed non fuit facta talis destructio, vt per se patet, ergo
nulla facta fuit. *Confundamus linguam eorum*. Scilicet,
vnam linguam diuidendo in plures.

Quæst. 12. Quot linguæ datæ fuerant.

Quot autem linguæ ibi datæ fuerint, non manife-
statur ex litera hic, vel alibi, sed quia supra præceden-
ti cap. cum enumeraret filios filiorum Noe. Dicebat
de singulis, ꝙ habebant singuli linguas suas; & quia
ibi computati sunt septuagintaduo, ideo dicitur com
muniter, ꝙ sunt septuagintaduo idiomata. Vtrum
autem aliquod idioma de ibi datis perierit pereun-
te gente per bellicas clades, ignoratur. Et an om-
nia ista idiomata, quæ nunc sunt ibi data sint, uel
aliqua eorum humana uoluntas, & industria fece-
rit, incertum est. Qualiter autem ista confusio lin-
guarum facta fuerit, respondetur, quòd Deus tur-
bauit intellectus omnium istorum, & fecit eos obli-
uisci idioma, quod ante cognouerant, radendo ab
intellectu eorum illum habitum cognitiuum uer-
borum, & significatorum per uerba illius idioma-
tis. Et causauit in eis quosdam habitus cognitiuos
nouorum uerborum, ut sunt signa rerum; sed de
omnibus his dubijs magis dicemus in Commenta-
rijs nostris super Eusebium. *Vt non audiat vnusquis-*
que uocem proximi sui. Ideſt non intelligat: quia etiam
si diuersa idiomata starent, bene audiebant se ad in-
uicem, cum adhuc auditibus non carerent. Vel di-
citur. *Vt non audiat vnusquisque*. Ideſt, ut audire no-
lit, quia diuisis linguis cum vnus laboraret intelli-
gere eum, quem ante intelligebat, & non ualebat
conuertebatur in iram, & eum amplius audire no-
lebat. Et hoc est quod Deus intendebat, ut seip-
sos audire nolentes ab inuicem recederent, & non
ædificarent. *Atque ita dimisit eos Deus*. Quia qui se
non intelligebant, simul manere nolebant, sed unus-
quisque eis, quos intelligebat iungebatur; & tunc
in uaria loca orbis, & insulas receſſerunt, quæ po-
stea a nominibus eorum appellatæ sunt, ut tengi-
mus supra præcedenti capit. tunc Tubal iuit in Hi-
spaniam. De cuius uaria populatione diximus in de-
claratione primi prologi, cap. 1.

An aliqđ idioma datum perierit pereunte gente.

¶ Assur in Assiriam, Mesrain in Aegyptum,
Chus in Aethiopiam, & sic de cæteris. *Ex loco il-*
lo. In quo ante omnes habitare uolebant; sed Nem-
rod, qui principari uolebat, mansit in eodem lo-
co cum eis, qui cum intelligere poterant, & do-
minatus fuit super eos, quo mortuo filius eius Bel-

lus,

ius, qui Bellus Nemrothides dictus est, vt patet Alexandreidis. 3. cap. 1. Niniuem aggressus est. Sed parũ obtinuit: sed eo mortuo filius eius viuens fortissime pugnans eam totam obtinuit, & Niniuem ciuitatem magnam, quam Assur condiderat, vt patet. cap. præcedenti: & eam alio nomine vocauerat a suo nomine Niniuem vocauit; licet hunc Ninum aliqui nolũt fuisse de semine Nemrod, & inuasisse violenter Asiriorum regnum, vt dicit Magister in historijs scholasticis. Alij autem volunt, quòd Ninus fuerit de genere Sem, & filijs Assur. Et sic pertineret ad eum directe regnum Asiriorum, sed postea cupiditate dominandi foras progrediens primus alijs gentibus bella indixit, vt ait Paulus Orosius primo de Ormesta mundi, & Isidorus Ethimol. 18.

Cap. 1. Quæst. 13. Cur nõ cõpleta fuit turris ab his, qui remanserãt.

¶Sed forte aliquis dicet quare Nemrod, qui erat cupidus dominandi, & faciendi res famosas postquã alij discesserunt non cõsumauit turrim cum alijs manentibus secum. Respondetur quòd quando linguæ diuisæ sunt propter ædificationem turris, vt fuit veritas, & omnes separati sunt, tãtus timor decidit in omnes istos, quòd nunquam ausi fuerunt post aliquid ædificare. Timebant enim quòd sicut ante in ædificantibus linguæ diuisæ sunt, ita dimiderentur nunc si iterum ædificarent. Vel quòd aliud deterius eis contingeret, & sic mansit opus inceptum per tempora trium regum, scilicet Nemrod, Belli, & Nini, quousque Semiramis regina mortuo suo Nino restauratuit, & compleuit muros ciuitatis. De turri autem nihil egit, vel quia non potuit, vel quia ausa non fuit.

Latitudo turris secũdum sentẽtiam Iosephi.

Deinde Babylonem Nabuchodonosor restaurauit, & ampliauit, vnde ipse ait Danie. 4. cap. Nonne hæc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni. *Et cessauerunt ædificare ciuitatem.* Quia se non intelligebant, ideo ab inuicem recedebant. *Et uocatum est nomen eius Babel.* Significat enim in hebræo Babel confusionem, vel subuersionem: quia ibi subuertit Deus linguam vnam omnium gentium. De magnitudine autem huius ciuitatis, & turris dictum fuit supra in 1. cap. epistolæ ad Paulinũ super partem Babyloniorum. Dicit autem Iosephus, quòd tanta erat latitudo illius turris, quòd videbatur esse æqualis altitudini, scilicet quòd esset quadrata: & nimirum, quia turris, quæ in tam altum cacumen suum erigere debebat amplissimo fundamento subniti debebat, & illa latitudo faciebat, quòd modicum alta videretur.

Quia ibi confusum fuit labium uniuersæ terræ. Idest ibi destructum fuit idioma, quod erat generale in tota terra, non quòd illud perierit: quia in Heber, & suis posteris mansit, sed quia factum fuit, quòd non esset cõmune sicut ante erat. *Et inde.* Idest ex illo loco, in quo destructum fuit idioma commune dispersi sunt homines in omnes terras: quia omnes erant congregati in Babylone, vt ibi habitarent. & quia confusa est lingua recesserunt. *Hæ sunt generationes Sem.* Hic ponitur secũdum, scilicet vnius partis, vel lineæ electio, & quia ista electio fuit in Abraham, qui erat de progenie Sem; ideo recapitulantur generationes Sem.

Sem erat centum annorum, quando genuit Arphaxad.

Quæst. 14. Primogenitus Sem fuit Arphaxad, quẽ cẽtesimo anno genuit, quia iste erat conueniens tẽporis ordo ad generandum, antiqui enim in prima ætate post cẽtum annos communiter generabãt: sed post Sem in secunda ætate omnes citius gignere ceperunt: quia Arphaxad in trigesimoquinto anno, & alij consequẽter in tricesimo, Sem autem citius genuisset: sed impeditus fuit, ne ante diluuium gigneret propter causas assignatas supra 6. cap. Non tamen intelligebatur quasi ante centum annos homines non gignerent, quia in prima ætate inuenimus aliquos, qui ad annum sexagesimumquintũ gigneret, sicut Malaleel genuit Iareth. sup. 5. cap. Sed ita accipiendum est, q̃ homines in anno centesimo, & vltra gignebant, q̃ nunc non accidit: & tamen quòd tunc ante annos quadraginta, & triginta gignerent non est inconueniens asseri: quia erat in eis non minor virtus, quàm in nobis: sed nos mouemur ad dicendum, quòd illi sero gignebant, quia supra quinto cap. inuenimus homines tarde genuisse eos, quos genuisse affirmantur. Sed istud nihil valet, valeret quidem si præsumeretur nominatos ibi fuisse primogenitos eorum, quorum filij dicuntur, sed falsum est; multos enim alios filios genuerant, sed eos solos scriptura commemorat, qui pertinent ad illam successionem, de qua fuit Noe cũ ipse ponatur extremus in illa narratione. Accidit autem illos tarde generari. Hoc sentit August. lib. 15. de ciuit. Dei. *Biennio post diluuium.*

¶Et sic compleuit centum annos Sem, duobus annis post diluuium, ex quo patet, vt supra inductum fuit, quòd Sem non erat primogenitus Noe: quia Noe genuit primogenitum suum anno quingentesimo vitæ suę. Et diluuium fuit anno sexcentesimo vitæ Noe, vt patet supra in fi. 5. cap. & in 6. ergo primogenitus Noe complebat centum annos in anno diluuij, filius autem Noe Sem non compleuit centum vsque duos annos post diluuium, vt hic patet. Et licet Sem dederit operam, vt gigneret immediate, vt exiuit de archa iuxta mandatum domini, tunc factum ad eos: Crescite & multiplicamini; tamen illo anno gignere non potuit, quia forte aliqua indispositio in ipso, vel in vxorem fuerit. Nec est dicendum, quòd forte Sem non accesserit illo anno ad vxorem suam, & sic non genuerit: quia faceret cõtra Dei præceptum, qui immediate vt exierunt de archa, dedit eis præceptum de vacando generationi.

Quæst. 15. Sem non erat primogenitus Noe.

Iste Sem est, qui vocatur infra cap. 14. Melchisedech; non est enim Melchisedech nomen proprium apud Hebræos: sed nomen appellatiuum compositum, & significat id, quod Rex meus iustitiæ: quia melech solum significat regem; Malchi, vel Malqui significat id quod Rex meus; cedech significat iustitiam. Iste est de quo dicit Apostolus ad Hebræos. 7. cap. Iste Melchisedech Rex iustitię sine patre, sine matre, sine genealogia: nec initium dierum, nec finem vitæ habens. Assimilatus autem filio Dei manet sacerdos in æternum: sed de Sem legitur pater, & mater; licet nomen matris non exprimatur. Legitur etiam genealogia a parte ante, & a parte post: vt patet hic. Habuit etiam initium dierum, quia natus fuit nonagintaocto annis ante diluuium, vt patet ex superioribus. etiam vitæ finem habuit, quia dicitur quòd vixit sexcentis annis. Respondetur, quòd Sem, & Melchisedech eadem persona est, sed sub isto nomine Sem legimus de eo omnia supradicta: sed sub isto nomine Melchisedech, nec legitur habuisse patrem, nec matrem, nec genealogiam, nec principium, vel finem vitæ, sed solum legitur, quòd fuit Rex Salem, & Sacerdos Dei altissimi, vt patet infra 14. cap. Et isto modo loquitur Apostolus ad Hebręos. 7. volens assimilare sacerdotium Christi sacerdotio Melchisedech.

Sem alio nomine dictus Melchisedech.

¶Vixit autem iste Sem, siue Melchisedech usque ad quinquagesimum annum vitæ Iacob. Quod sic patet anni totius vitę Sem fuerunt sexcenticentum antequam gigneret Arphaxad, & quingenti postquam genuit Arphaxad, vt patet isto cap. Accipiuntur ergo centum anni, quos habuit antequam gigneret Arphaxad, deinde trigintaquinq; anni Arphaxad, antequam gigneret Sale; deinde triginta anni Sale antequam gigneret Heber, deinde trigintaquatuor anni

Quæst. 16. Qd Sem vixerit vsque ad Iacob.

anni Heber anteq̃ gigneret Phaleg: deinde triginta anni Phaleg anteq̃ gigneret Reu: deinde triginta duo anni Reu anteq̃ gigneret Sarug: deinde triginta anni Sarug anteq̃ gigneret Nachor: deinde viginti nouem anni Nachor anteq̃ gigneret Thare; deinde septuaginta anni Thare anteq̃ gigneret Abrahã, qui omnes simul faciunt quadringentos annos, præter decem, de quibus omnibus in isto cap. deinde centum anni Abrahæ cum genuit Isaac: vt patet infra decimoseptimo cap. erunt quingenti; deinde sexaginta anni Isaac quando genuit Iacob, vt patet infra decimoquinto cap. erunt quingenti sexaginta. Deficiunt ergo ad completionem totius vitæ, scilicet quinquaginta anni, quibus Nachor vixit post natiuitatem Iacob. Noe autem vixit vsque ad quinquagesimumoctauum annum vitæ Abrahæ. Hoc fuit ante natiuitatem Iacob centum duobus annis. Et consequenter fuit mortuus ante filium suum per annos centum quinquaginta duos. Quod sic patet: a diluuio vsque ad natiuitatem Abrahæ fluxerunt anni ducenti nonagintaduo, addẽdo eis duos annos, qui fluxerunt post diluuium ante natiuitatem Arphaxad, quod patet ex superioribus computationibus. Noe autem vixit post diluuium trecentis quinquaginta annis: vt patet supra 9. cap. deficient ergo ad complendi sunt post natiuitatem Abrahæ vsque ad illud, ergo tempus vixit Noe.

Quæst. 17. Cur in descriptione generationum sacræ scripturæ non semper fiat mentio de primogenitis.

Si quæratur quare in descriptione generationum istius secundæ ætatis non dicit scriptura: Mortuus est, sicut dicit describendo primam ætatem. Respõdetur q̃ ratio est, quia nunq̃ scriptura aliquid superflue ponit. In prima autem ætate ponitur: Et mortuus est: ad differentiam, quia tunc Henoch iustus non fuit mortuus, sed tulit eum dñs in Paradisum voluptatis, & vt non credatur sic de alijs, dr̃ de quolibet: & mortuus est. In ista aũt ætate nullus sic in Paradisum translatus est, sed oẽs mortui sunt; ideo scriptura de omnibus mortẽ subticet, quasi oẽs æqualiter fuisse mortuos affirmans. Conuincitur ẽt error quorũdam ex istis generationibus dicentium, q̃ post diluuium nullus vixit vltra centum & viginti annos, iuxta illud, quod supra dicebatur cap. 5. Et erit vita hominis centum viginti anni; quia hic legimus quemlibet istorum vixisse quingentis, quadringentis, vel ad minus trecentis annis: vt patet in litera. Dicendum ergo, vt ibidem dictum fuit, q̃ illa taxatio temporis de conuersatione, & expectatione ad pœnitentiam intelligitur, quia in illis centum viginti annis Noe fecit arcam, & prædicauit, vt pœniterent de peccatis, ne Deus immitteret diluuium super terram. *Vixit Arphaxad quadringentis tribus annis.* Fuit ergo tota vita Arphaxad quadringentis trigintaocto annis; & mortuus fuit anno quadringentesimooctauo vitæ Isaac: qđ patet, quia Sem vixit sexcentis annis, & mortuus est anno quinquagesimo vitæ Iacob. Remouẽdo aũt centum annos, quibus natus est Sem anteq̃ gigneret, supererunt sexagintaduo anni Sem super vitam Arphaxad, de quibus tollantur quinquaginta, quos vixit Sem, dum vixit Iacob, manebunt auferendi duodecim anni: q̃ si auferantur a sexaginta annis, quos habebat Isaac quando genuit, vt patet infra 25. cap. Manebunt anni quadraginta octo, quibus vixerat Isaac, quando mortuus fuit Arphaxad. *Vixit Sale postquàm genuit Heber quadringentis tribus annis.* Et sic vixit Sale quadringentis trigintatribus annis, & mortuus fuit decimooctauo anno vitæ Iacob. Patet quia Arphaxad fuit mortuus anno quadringentesimooctauo vitę Isaac. Si aũt tantum vixisset Sale, sicut Arphaxad, deberent addi his annis trigintaquinque anni, quibus natus fuit Arphaxad anteq̃ gigneret Sale. Et tunc pertingerent vsque ad vigesimumtertium annum vitæ Iacob, scilicet duodecim, qui restabant post quadragintaocto, scilicet ad sexaginta, quando Isaac genuit Iacob; & vigintitres anni de vita Iacob, qui simul agunt triginta quinque. Ab his autem subtrahantur quinque, quibus minus vixit Sale q̃ Arphaxad: & erunt decem & octo anni vitæ Iacob. *Vixit autem Heber postquàm genuit Phaleg quadringentis triginta annis.* Et sic sunt omnes anni vitæ Heber quadringenti sexagintaquatuor, coniungendo triginta, & quatuor superiores, & mortuus fuit Heber septuagesimonono anno vitæ Iacob. Patet quia Heber vixit magis quàm Sale trigintauno annis: quia Heber quadringentis sexagintaquatuor, Sale autem quadringentis trigintatribus. Dato ergo quòd ambo fuissent nati eadem die, cum Sale mortuus fuit anno decimooctauo vitę Iacob superaddendo trigintaunum annos, quibus magis vixit Heber, peruenirent numerus ad quadragesimumnonum annum vitæ Iacob, quibus addantur triginta anni, qui subtrahuntur de annis Sale, quia vixit isto tempore ante Heber ad septuagesimumnonum annum vitę Iacob. *Vixit Phaleg postquàm genuit Reu ducentis nouem annis.* Et sic sunt omnes anni Phaleg ducenti trigintanouem. Et mortuus fuit anno quadragesimooctauo vitæ Abrahæ, scilicet decem annis ante annum, quo mortuus fuit Noe. Patet quia accipiẽdo triginta annos Phaleg anteq̃ gigneret Reu, & triginta duos annos Reu anteq̃ gigneret Sarug, & triginta annos Sarug ante Nachor, & vigintinouem annos Nachor ante Thare, & septuaginta annos Thare ante ortum Abrahæ, sunt centum nonagintaunus. Ad complendum autem ducentos trigintanouem, adhuc manent quadragintaocto anni assumendi de vita Abrahæ vsque quos vixit Phaleg: & Noe, vt supra ostensum est, mortuus est anno quinquagesimooctauo vitæ Abrahæ. *Vixit autem Reu postquàm genuit Sarug ducentis septem.* Et sic sunt omnes anni Reu ducenti trigintanouem coniungendo trigintaduos annos, quos habuit antequàm gigneret, & mortuus fuit anno septuagesimooctauo, scilicet tribus annis postquàm intrauit Abraham terram Chanaan, vt patet infra 12. cap. vitæ Abrahę. Patet quia cum Phaleg, & Reu æqualibus annis vixerint si in vno die nati fuissent, oportebat, q̃ eodẽ die mortui fuissent: sed Phaleg vixit triginta annis ante ortum Reu; ergo Reu fuit mortuus triginta annis post mortem Phaleg; Phaleg autẽ mortuus fuit anno quadragesimooctauo uitę Abrahę, vt supra patet; ergo Reu mortuus fuit anno septuagesimooctauo uitę Abrahę. Tempore istius Nemrod iuit ad Persas, & docuit eos colere ignem: & etiam Chaldęos.

Quæst. 18. Cur Nemrod docuit colere ignem.

Quare autem iste Nemrod ignẽ colere docuit ſm illos, qui dicunt, q̃ homines huius temporis timebãt destructionem futuram per ignem dicetur, q̃ ideo Nemrod colebat ignem, ei aliquid deitatis attribuendo, vt non ureret eos, quando omnes alios consumpturus esset. Sic enim ait Marcus Varro inter gentiles uir acutissimus in libro sacrorum, q̃ aliqui dij colebantur, quia boni erant, alij autẽ colebantur, ne nocerent sicut febris, timor, discordia, & similes, de quibus August. 6. de ciuit. Dei. Sed quia supra probauimus, q̃ isti nullam destructionem futuram, nec per aquam, nec per ignem formidabant, dicetur q̃ iõ colebat ignẽ tanq̃ inter corpora perfectissimũ, uel tanq̃ magis utilẽ; sicut Aegyptij aquã colebant, quia vallis eis utilis erat: quia tota terra Aegypti pro maiori parte a Nilo irrigua est, vt patet Deuter. 11. cap. *Vixit autem Sarug postquàm genuit Nachor ducentis annis.* Et sunt omnes anni uitę Sarug ducenti triginta anni,

Quo tpe fcepit Sciarũ regnũ

eoniungendo triginta, quos habebat, quando genuit Nachor. Et mortuus fuit anno centesimo primo vitæ Abrahæ, qui fuit primus annus vitæ Isaac. Patet qa Reu pater istius postquàm genuit istũ vixit annis ducẽtis septẽ, & mortuus fuit anno septuagesimooctauo vitæ Abrahæ. Iste autem vixit annis ducentis triginta postq̃ genuit eum Reu, ergo si addantur viginti tres anni, quos vixit Saruch post mortẽ Reu, accedet numerus super septuagesimumoctauũ ad centesimumprimum annum vitæ Abrahę. Et ille est primus annus vitæ Isaac, quia anno centesimo genuit Abraham, Isaac, vt patet infra 17.cap. Tempore huius Saruch Belus Nemrotides Babylonis rex intrauit Assiriam, sed parum, aut nihil in ea obtinuit. Isto tempore regnum Scytharum, qui à nobis Gothi dicũtur, incepit vbi primus rex fuit Thanus, & post eum Ninus. *Vixit autem Nachor postquam genuit Thare centum nouem annis.* Et sic sunt omnes anni Nachor centum quadragintaocto, & mortuus fuit anno quadragesimonono vitæ Abrahæ anno, quo fuit mortuus Phalech, vel saltem vno anno post. Et patet quia si accipiantur vigintinouẽ anni ipsius quando genuit Thare, & septuaginta anni Thare, qñ genuit Abrahã sunt centum minus vno. Deficiunt ergo anni quadragintanouem, qui sumendi sunt de vita Abrahæ.

Quæst 19. Quo tpe incepit regnũ Aegyptiorum.

Tempore huius Nachor regnum Aegyptiorum incepit, in quo primus rex Zoes siue Mineus dictus fuit, ita enim multi existimant: sed non cõuenit hoc intẽtioni Eusebij lib. chronicorũ, qui in primo anno Abrahæ ponit incipere decimamsextam dinastiam Aegyptiorum. i. decimumsextũ principatum regalẽ, & quælibet dinastia durabat aliquanto tempore, & hic habet Eusebius ex libris Manetho historiographi Aegyptiorũ, sed quãdo inceperit regnum Aegyptiorum, neque apud Eusebium ponitur certitudo, cum ipse incipiat in dinastia decimasexta. *Vixitque Thare septuaginta annis, & genuit Abraham.* Volunt aliqui ꝙ Abrahã sit primogenitus Thare: quia hic pręponitur alijs filiis. Sed non videtur rationale, quia sm cõem opinionẽ tenetur ꝙ Sarra fuerit filia Aran, sed Abraham solũ habebat decem annos vitæ super Sarram: vt patet infra 17. cap. Nunquid ne centenario nascẽtur filius, & Sarra nonagenaria pariet? ergo oportet ꝙ si Abraham erat primogenitus, ꝙ Aran genuisset eam ad magis quãdo erat octo, vel nouem annorum. Patet consequentia, quia cum Abraham solum fuerit natus decem annis ante Sarram, vt probatum est, & Abraham natus fuit ante Aran, vt præsupponũt illi, ergo solum manebant ad plus nouem anni, quia non poterat nasci Aran post Abraham minus q̃ per vnum annũ: sed ꝙ aliquis homo generet in decimo anno: maxime in ætate illa, in qua nullus generabat ante tricesimum annum, videtur impossibile; ergo vnum istorum antecedentium. s. vel ꝙ Sarra fuerit filia Aran; vel ꝙ non fuerit Aran natus post Abraham. Primum autem cõiter tenetur. s. ꝙ Sarra fuerit filia Aran; ergo dicendum est, quòd Abraham non fuit primogenitus: sed ponitur hic primus non ætate, sed dignitate, quia vir iustus, & radix populi Dei, & lineæ, per quam venit Messias. Sic enim supra diximus de Sem filio Noe, qui licet non esset primogenitus, ponitur tamen ante alios, vt patet supra 6.cap. quia præcessit eos dignitate, vt ibidem patuit. Sępe enim scriptura ordinem naturæ præposterat propter ordinem dignitatis. Patet enim ꝙ Abraham nunq̃ vocatus fuit sic, sed Abrahã, quousque mutauit Deus nomẽ eius, vt patet infra 17.cap. tamẽ semper vocat eum scriptura Abraham, vt patet hic, quia Abraham maiorem dignitatem signat q̃ Abraham, quia Abraham signat patrem excelsum. Abrahã vero signat patrem multarum gentium, vel populorum. *Hæ sunt autem generationes Thare.* Hic ponitur articulus, & fit principiũ, quia sicut supra computatæ sunt generationes secundæ ætatis à Sem vsque ad Abraham, ita hic computantur generationes tertię ætatis, quę incipit in Abraham, & ista secũda ætas fuit minor in duratione qualibet alia ætate, quia sm cõputationem veritatis Hebraicæ, & Bibliam nostram, solum durauit annis ducẽtis nonagintaduobus. Patet quia supra 9.cap. dictũ fuit ꝙ Noe vixit post diluuium trecentis quinquagintà annis: sed sm computationem superiorem Noe vixit vsque ad quinquagesimumoctauum annum vitæ Abrahæ, in cuius natiuitate incepit tertia ætas. Ergo si subtrahantur isti quinquagintaocto anni vitæ Abrahæ manebunt ducenti nonagintaduo anni, quibus durauit secunda ætas. Septuaginta autem interpretes computant aliter ponẽtes cuilibet supradictorum plures annos ante generationem, & sic faciunt valde plures annos. s. mille septuagintaduos in secunda ætate. Et licet Abraham sit caput tertiæ ætatis tamen incipit computatio in Thare, vt fiat mentio de alijs duobus filijs eius fratribus Abrahæ. s. Aran, & Nachor propter miraculum factũ in Aran, & Abraham: si verum est, & propter vxores Patriarcharum, qui sunt de semine Achor. *Porro Aran genuit Loth.* Et sic Loth fuit consobrinus Abrahæ, tamen vocat eum fratrem: vt patet infra 13. Non fit autem mentio de vxore Aran qualiter vocata fuerit, quia mos sacræ scripturæ est nunq̃ de fœminis curare, nisi ꝓpter aliquod speciale mysterium. Vxor autem Abrahæ nominatur, quia fuit mater Patriarcharum; vxor vero Nachor, quia filiæ suę fuerũt vxores Patriarcharũ, vt patet de Rebecca, & cõsequẽter de Lia, & Rachele, vt patet infra 24. & 29. cap. *Mortuus est Aran ante patrem suum.* In Hebræo dicitur super faciem patris sui, idẽ est *Ante* vel *Super faciem.* Et intelligitur dupliciter. vno modo. *Ante patrem suum.* Idest anteq̃ moreretur pater suus, quia alij filij. s. Abrahã, & Nachor mortui sunt post mortem patris sui Thare. Aran autem mortuus fuit anteq̃ pater moreretur. *Vel ante patrem suum.* Idest coram patre suo. s. vidente Thare. *In terra natiuitatis suæ, in Vr Chaldæorum.* Istud nomen Vr significat duo, vno modo significat ignem in lingua Chaldaica, alio modo est nomen ciuitatis. Accipiendo primo modo est sensus, ꝙ Aran mortuus fuit in igne Chaldæorum.

Ordo dignitatis in sacra scriptura præponitur ordini naturæ aliqñ.

Dicunt enim aliqui Hebręi fabulam contexentes, ꝙ Thare pessimus, & idolatra erat, & accusauit Abraham filium suum corã Nemrod, ꝙ nõ coleret ignẽ: & ideo in igne positus fuit, sed Dei miraculo illæsus exiuit, Aran autẽ dicebat in corde suo, quòd si Abraham illæsus esset, ipse coleret, & confiteretur Deum cœli: si autem non, coleret ignem sicut alij. Cũ autẽ exiuit Abraham, quęsitũ fuit ab Aran, quid coleret, & respondit se colere Deum cœli, ideo in ignem positus fuit: sed quia magnam fidem non habuit ibidem expirauit, & isto modo exponunt quod habetur infra seq. cap. Hoc tamen non habet apparentiã, ꝙ pater accusaret filios de cultu Dei: quia si eos accusasset ipsi recessissent ab eo, & nõ venissent cũ eo: sed dicitur ꝙ Thare tulit secũ Abraham, & Loth, &c. Et venit in Aran. Etiam nõ videtur verũ ꝙ positi fuerint in igne, quia dicitur in litera, ꝙ Thare tulit Abrahã, & Loth, & Sarai, &c. & eduxit eos de Vr Chaldæorum: sed manifestum est ꝙ Loth non fuit positus in igne, nec Sarra. Etiam dato ꝙ Abraham in igne positus fuisset, non eduxisset eum inde Thare, quia ipse accusabat eum ad mortem. Et dato quòd postea condolẽs filio vellet eum inde extrahere, tamen non permitteretur à Nemrod, qui persequebatur ad mortem

omnes

omnes non colentes ignem. Item præsupponit falsum. s. ꝙ accusaret eos corã Nemrod, quia tunc non vinebat. Nam tempore Abrahæ, vt apparet ex omnibus cronicis antiquis. s. Iosephi, Pauli Orosij, Eusebij, Augustini, Helinandi regnabat viuus, qui succedit Belo. Belus autem successerat Nemrod; ergo non vinebat tunc. Item Thare nullo modo accusaret filios, quasi non colentes ignem, cum ipse esset verus Dei cultor, & quando fugit, aut venit de Vr Chaldęorum in terram Chanaan. Ideo venit, quia ibi patiebatur ipse cũ progenie, vel domo sua dura a Chaldęis habitatoribus terrę illius, qui deos multos colebant, Sic innuitur Iudic. 5.c. vbi Achior princeps Amonitarũ loquutus est Oloferni de progenie Iudæorum, dicẽs: Populus iste de progenie Chaldęorũ est, hic primum in Mesopotamia habitauit, quoniam noluerũt sequi deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldęorum deferentes itaque cęremonias patrum suorum, qui in multitudine deorum erant, vnum Deum cœli coluerunt, qui præcepit eis, vt exirent inde, & habitarent in Charrã. Et ita apparet ꝙ Thare, qui exiuit erat verus Dei cultor. Sed obijciet aliquis ꝙ illud de Abraham intelligatur, & non de Thare. Sed dicendum ꝙ non stat, quia ad Thare, & filios suos litera refertur. Et hoc expresse ponit Aug. 16. de ciui. Dei, cap. 13. vbi cõcludit: Vnde manifestum est domum Thare persecutionem passam fuisse à Chaldęis pro vera pietate, qua vnus, & verus ab eis colebatur Deus. Et August. ibi dicit ꝙ Thare, & Abraham filius eius colebant verum Deum: sed Nachor filius Thare colebat idola; vnde falsum apparet id, quod Iudęi de Thare confingunt. Sed mouẽtur Hebræi ex eo quod habetur Iosue 24.c. scilicet Trãs fluuium habitauerũt patres vestri ab initio Thare pater Abraham, & Nachor, seruieruntque dijs alienis, & ita de Thare, & Nachor patet ibi, quòd fuerint idolatræ. Sed dicendum ꝙ istud non obstat, quia Thare, & Nachor fuerunt idolatræ postq̃ recedentes de Vr Chaldęorum venerant in Charran. Sed anteq̃ veniret nõ erat idolatra Thare, immo ideo cõpulsus est venire, quia nolebat colere idola, vt dictum est. Vnde non est verum, quod dicunt de Vr Chaldęorum. Debet ergo accipi Hur secundo modo. s. vt est nomen ciuitatis, & tũc ponitur litera ista, vt exponens, & expositum, scilicet. *Mortuus est Aran in terram natiuitatis suæ in Vr Chaldæorum.* Et ista terra natiuitatis Aran erat ciuitas Vr in terra Chaldęorum. Erat enim Abraham secũdum originem suam Chaldęus, & ideo dicũtur omnes Iudęi descẽdere de Chaldęis, vt patet Iudith 5.cap. ex verbis Achior: sed ista mors non fuit violenta, sed naturalis, quia vt ait Iosephus. Sepulchrum Aran demonstratur in Vr ciuitate Chaldęorum. *Nomen vxoris Abraham Sarai.* Postea autem vocata fuit Sarra, vt patet infra 17.cap. Ratio autẽ mutationis fuit, quia Sarai secundum Hebraicã interpretationem signat id, quod princeps mea, & sic refert ad vnũ. Sarra signat id, quod princeps, & sic refertur ad multos absolute accipiendo. Vel potest referri, quia Sarra multorũ populorũ fuit mater, sicut Abraham pater, licet plus se extenderit paternitas Abrahæ quàm maternitas Sarræ, quia Abrahã habuit multos populos de genere Ismael, quem genuit ex Agar, & multos de genere filiorũ Cethurę, vt patet infra 25.c. Isti autem nihil pertinent ad Sarram.

Sed cuius filia Sarra fuerit clare non habetur, quia sicut textus nominat vxorẽ Nachor Melcham fuisse filiam Arã: ita nominaret vxorem Abrahæ esse filiã Aran, sed non nominat, ergo non fuit filia eius. Item quia dicitur infra, ꝙ tulit Thare Loth, & Abraham, & Sarai nurum suam, si autem fuisset filia Aran fuisset neptis Thare, ergo non vocaret eam nurum sed neptem. Et si respondeas, ꝙ vocat eam nurum, quia vere nurus erat, cum esset vxor filij sui, adhuc non valet, quia tunc etiam deberet vocare Melcham neptẽ suam esse nurũ suam, quia erat vxor filij sui Nachor, sed non nominat sic. In contrarium dicet aliquis, ꝙ satis patet ex textu, ꝙ Sarai sit filia Aran, quia ꝯ. 20. c. dixit Abraham ad Abimalech, aſs soror mea est, qa filia est patris mei: sed non matris meæ, & assumpsi eam in vxorem, & sic non erat Sarra de aliqua cognatione extranea: sed de cognatione Abrahę. Respondetur ꝙ hoc non probat intentum; immo magis oppositum, quia ex illo textu concluditur, ꝙ Sarra fuit filia Thare, quia dicitur filia patris mei est, & ꝙ fuerit filia alterius vxoris. Et si forte dicas, ꝙ licet vocetur filia patris sui, non vocatur filia Thare immediate: sed mediante Aran, sicut dicitur Num. 32. Iair esse filius Manasse; non ꝙ fuerit filius eius immediate, sed ꝙ descenderit ab eo mediantibus alijs, vt ibidem probauimus clare. Sic etiam Daniel vocauit Nabuchodonosor patrem Balthasar, tamen non erat pater, sed proauus, quia in medio intercidit Euilmerodach, & alij: & sic dicit Hiero. super istũ passum, qui habetur Daniel 5.cap. & habetur extra De verb. signif. c. nam & rex Nabuchodonosor pater tuꝰ, ideſt proauus more scripturæ, quæ auos, & deinceps patres appellat. Adhuc non videtur valere, quia non solum dicit hic, ꝙ erat filia patris sui, sed etiam ꝙ erat soror sua, ergo videtur quòd erat vere soror. Maxime, quia subditur immediate: & accepi eam in vxorem q.d. licet equaliter graue esset accipere in vxorem sororem meam, tamen accepi. Et istud satis videtur rationabile, & cõsonare verbis textus, & hoc tenerem, nisi duo me mouerent. Primum auctoritas doctorum, quia omnes dicunt, ꝙ Sarra fuerit filia Aran; secundum, quia non videtur credibile, ꝙ Abraham, cum esset tam sanctus vir, accepisset eam vxorem suam, quia iste gradus semper fuit prohibitus, nisi propter necessitatem, vt in principio generis humani: quia Cain, & Seth accepe runt sorores suas in vxores: & hoc prohibitũ est valde Leuit. 18. cap. Et respõdetur ad ista argu. immediata, quãdo dicitur ꝙ non solum dicit Abraham, quòd sit Sarra filia patris sui, sed etiam dicit quòd est soror sua, dico ꝙ possunt aliqui vocari fratres, & ab eodem patre, qui tamen non sunt veri fratres. Patet enim in ista 13. cap. ibi vocat Abraam Loth filium Aran fratrẽ suum, cũ sit consobrinus; ergo eodem modo vocabit Sarram sororem Loth filiã Aran sororem suam, licet secundum veritatem sit consobrina. Et etiam posset dici, ꝙ Loth erat filius eiusdem patris cũ Abraham, licet pater Abrahę esset auus Loth; sicut Manasse, qui non erat pater immediate Iair vocatur pater eius: vt prædiximus. Sic ergo posset vocari Sarra filia patris Abrahæ, sicut poterat Loth, qui erat vere frater eius. s. Sarræ. Ad aliud quãdo dicitur ꝙ Abrahã accepit eam in vxorẽ, licet graue videretur. Respondetur quòd non intẽdebat hoc dicere Abraham, sed volebat concludere veritatem dicti sui, & dicti Abimelec q.d. Sarra soror mea est: qa est filia patris mei, ideſt neptis patris mei: & tamen quia non obstante hoc, non est totaliter soror mea, sed magis consobrina, ideo accepi in vxorem.

Ad primã rationem.

Ad secũdã

Quæst. 23. An Sarra fueria filia Thare, vel Aran.

Ex hijs euidenter patet, ꝙ Sarra non erat de aliqua alia cognatione extranea: sed cognatione Thare: sed vtrũ fuerit filia Thare, vel Aran nõ patet ita euidẽter: ita oẽs doctores tenẽt, ꝙ fuerit filia Arã, quod sic possunt persuadere: In sacra scriptura nunq̃ ponũtur mulieres, nisi propter aliquod magnum mysterium, sed hic ponit Iescha filia Arã, ergo debet poni pp aliquã dignitatẽ, vel mysteriũ: sed nihil tale videtur posse assignari, nisi ponat esse vxor Abrahæ, ergo dicetur, ꝙ

Mos sanctorũ Patriarcharũ erat, vt acciperent vxores de cognatione sua.

Iescha binomia est. Et vocatur alio nomine Sarra. Sic enim multæ mulieres & viri in sacra scriptura habent nomina varia: vt Isaia, & Iesse, Iosue, Oseę, & Iesus, de quibus satis multotiens dicimus: vt habetur infra trigesimosexto capitulo, & patet Exodo 33. cap. Item semper fuit modus sanctorum Patriarcharum accipere vxores de cognatione sua. Sed de cognatione Abrahæ erat hęc Iescha filia Aran, & non aliqua alia de suis, cui posset copulari, ergo duxit eam. Antecedens patet, quia Patriarchæ intendebant vitare idolatriam in se, & in tota sua progenie, ideo volebãt accipere vxores de sua progenie, quæ non essent idolatræ, quia in alijs cognationibus terræ omnes ad idola declinauerant, maxime hoc esse debuit in Abraham, qui fuit sanctissimus inter Patriarchas: & ipse mandauit seruo suo Eliezer, quòd non acciperet filio suo Isac vxorem de Chananęis: sed rediret in domũ natiuitatis suæ, s.in Nachor, in Mesopotamiam, vt patet infra 24. cap. Et si arguas ꝙ accepit Abraham in vxorem Cethuram, quæ erat gentilis, infra 25. respondebitur late. Item Thare habebat duas neptes filias Aran matrimonio copulandas, & duos filios suos: sicut ergo vnam neptem. s. Melcham tradidit filio vni, scilicet Nachor, ita debuit tradere aliam. i. Iescham, quæ alio nomine dicitur Saray alteri filio. i. Abrahæ, & non homini alterius tribus, vel cognationis præcipue, quia magis Abraham desideraret habere vxorẽ de cognatione sua, quàm Nachor, qa Nachor postea pessimus, & idolatra fuit, ergo Abrahã suscepit aliã filiam. s. Iescham. Multæ aliæ rationes fieri possent, ꝙ ista positio satis videtur innui ex litera. Ad argu. facta in oppositum in principio respondetur. Et primo ad primum qñ dicitur, ꝙ si vxor Abrahæ fuit filia Aran vocaret eam textus filiam Aran, sicut vocat Melcham vxorem Nachor filiam Aran. Respondetur, quòd textus vocat vxorem Abrahæ filiam Aran, sed vxor Abrahæ habet duo nomina. s. Sarra, & Iescha sub isto nomine Sarra non legitur habere patrẽ, nec matrem: sed sub isto nomine Iescha dicitur filia Arã, sicut supra diximus de Melchisedech, qui sub isto nomine, Melchisedech, nõ habet patrem, nec matrem, nec genealogiam, vt patet ad Hebr. 7. cap. sed sub isto nomine Sem, omnia habere legitur. Ad aliud quãdo dicitur quòd si Sarra fuisset filia Aran, cum esset neptis Thare non vocaret eam Thare nurum: sed vocat eam nurum, ergo &c. Respondetur quòd vtrũq; est verum. s. quòd Sarra est neptis Thare, quia est filia filij sui Aran, & quòd est nurus Thare: quia est vxor filij eius Abrahæ. Quod arguis quòd non valet hic, quia tunc eodem modo deberet vocare Melcham vxorẽ Nachor nurum suam, quia est vxor filij sui. Posset aliquis dicere, quòd scriptura denominat hic personas à maiori dignitate sua, sed manifestum est, quòd Sarra dignior erat inquantum vxor Abrahæ, & nurus Thare, q̃ inquantum filia Aran. Quia inquantum erat filia Aran nullam dignitatem habet, sed inquantum est vxor Abrahæ, magnam habet excellentiã. s. quòd de semine eius Christus descendat, & ipsa sit origo omnium sanctorum Patriarcharum. Sed aliter respõdetur, & melius, quòd Sarra accipitur hic bis, vna vice prout nõdum erat matrimonio copulata Abrahæ. Et tunc vocatur nomine nuptarum. s. nurus, & nõ filia. Melcha autem solum accipitur semel, s. vt nondum nupta, sed copulanda. Et ideo vocatur filia Arã, & non vocatur nurus, quia non accepit eam Thare iam nuptam ad ducendum in terram Chanaan, sicut accepit Sarram iam nuptam, quia Melcha mansit cũ viro suo in terra natiuitatis suæ, vt patet hic. & ĩ. 24. c.

Tertia rõ.

Ad primã rationẽ solutio.

Ad secũdã

Quæst. 25.

Erat autem Saray sterilis. Saray quando accepta est ab Abraham in vxorem habebat vnam causam sterilitatis, siue vnum impedimentum non concipiendi, quia naturaliter erat inepta viro propter indispositionem matricis, erat tamen adhuc iuuẽcula. Sed qñ postea peperit, habebat duo impedimenta, vnũ quòd sterilis erat à iuuentute sua, secundum quòd iam antiquata erat, & desinebant in ea fieri muliebria. i. fluxus mestrui sanguinis, vt patet infra 18. cap. Aliqui autem dicũt quòd Abraham erat sterilis sicut Sarra, sed manifeste falsum, qa Abrahã genuit de Agar Ismael, & genuit de Cethura multos filios. Et si forte dicas, quòd per miraculum habuit Abraham filiũ de Agar cum ipse esset sterilis, falsum est: quia habuit s̃m carnẽ. i. s̃m cõem cursum naturæ ex temperie potentiæ actiuę, & passiuę in semine viri, & vxoris. Sic enim ait Apostolus ad Gala. 4. cap. quòd qui de ancilla natus est s̃m carnem natus est. i. per naturalem actionẽ carnis, non cooperante aliquid specialiter Deo per miraculum: sed solum influentia generali. Et si dicas ꝙ licet Ismaelem naturaliter genuerit, quia tunc potẽs erat, tñ alios genuit ex Cethura per miraculum, maxime cũ dicatur ad Rom. 4. cap. quòd corpus Abrahę erat emortuum, & vulua Sarræ emortua: ergo tempore Sarræ non poterat naturaliter gignere, & à fortiori nec tempore Cethuræ, respõdetur quòd corpus Abrahæ non erat totaliter emortuum, sed fere emortuum, vt dicit ibi Apostolus in litera: quia licet Abraham non posset tũc gignere naturaliter ex Sarra, neque ex aliqua alia antiqua muliere poterat tñ gignere ex iuuencula, sicut postea genuit ex Cethura iuuencula. Vulua aũt Sarræ totaliter emortua erat, quia neque ex Abraham, neque ex aliquo alio iuuene, vel sene naturaliter gignere poterat, cum esset simpliciter sterilis. *Patris Melchę, & patris Ieschæ.* Aran, qui mortuus fuit in Hur Caldęorum genuit Melcham, & Iescham duas filias, quas dedit Thare duobus filiis suis, scilicet Abrahæ Ieschã, quæ alio noĩe vocatur Saray: & dedit Melcham Nachor. *Eduxit eos de Hur Caldeorũ.* Idest de ciuitate quæ vocatur Hur in terra Caldęorum in qua natus fuit Abraham, & fratres sui, vt irẽt in terram Chanaan. Intentio Thare, & filiorum suorum erat, vt irẽt in terram Canaan: vt ibi peregrinarentur, quia terra delectabilis est, sed habita occasione mansẽrũt in Aran ciuitate, quæ erat in itinere, in qua postea mortuus fuit Thare. *Venerunt vsque in Aran.* In actibus Apostolorum vbi B. Stephanus recitat istã historiam vocatur ista ciuitas Charra: & sic habetur Iudith 5. cap. vbi recitat Achior, quòd Hebræi exeuntes de terra Caldęorum venerunt, & habitauerunt in Charran. Respondetur ꝙ actus Apostolorum primo sunt scripti in Græco à B. Luca, deinde à B. Hieronymo in Latinum versi sunt, & seruauit Hiero. literarũ modum, & prolationẽ in Græco, & Hebræo in transferendo quantum seruari potuit, & quia Aran in Hebræo incipit per Beth, quæ est litera magnę aspirationis, & non correspondet sibi s̃m suam vim aliqua in Latino. Ideo posuit solum, a, dicens Aran, in Græco autem Aran scribitur per literam quę dicitur, chi, cui apud Latinos equiualet, ch. Ideo scripsit Hieronym. Charran. Similiter dicitur ad scripturam libri Iudith: quia Iudith apud Hebræos in Canone Bibliæ non ponitur: sed tũc agiographa legitur, vt patet in prologo galeato super libros Regum, & apud Caldęos Iudith inter historias legitur. Hiero. autem transtulit Iudith de Caldaico idiomate in Latinũ sermonem: vt patet in ꝓlogo eiusdẽ super Iudith. Et qa in Caldęo simul reperit sonoritas vocis ideo trãstulit Charrã, ꝓ Aran.

Quæst. 26.

Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum. Vixit ergo Thare vsque ad annum trigesimumquintũ vitæ Isaac si cõputetur, ꝙ Thare erat annorũ septuaginta, qñ genuit Abraham, vt dictũ fuit, patet quia ad

Voũ Thare vixerit vsq; ad annũ trigesimum vitæ Isaac.

septuaginta annos, quos agebat Thare cum genuit Abraham s̃m istã positionem addantur centum anni, quos agebat Abraham cum genuit Isaac, erũt centum septuaginta, ad complendum autẽ ducentos, & quinque deficiunt trigintaquinque, qui sumẽdi sunt de annis Isaac. Et sic complebitur ibi vita Thare. Et s̃m hoc necesse est dicere, ꝙ Abrahã prius exiuit de Charra, quàm moreretur Thare, patet consequẽtia, quia qñ exiuit Abraham de Charra, erat 75. annorũ: vt patet sequen. cap. si istis addantur 70. anni, quos agebat Thare qñ genuit Abraham erunt simul 145. deficiunt adhuc 60. anni ad complendũ 205. quibus vixit Thare. Sexaginta ergo annis ante mortem Thare venit Abrahã in terram Chanaan, & ista est sñia Augu. 16. de ciui. Dei, cap. 15. Sed ista computatio Aug. procedit supponendo, ꝙ primogenitus fuit Abraham ad quod sequi videretur incõueniens supra assignatũ. s. ꝙ Aran genuit Sarram, siue Iescham filiam suam, cũ esset annorũ octo, vel nouem, sed propter reuerentiã Aug. bene possumus negare, ꝙ Sarra fuerit filia Aran si non sequeretur aliquid inconueniens. Sed adhuc hoc negari nõ potest maxime per partem Aug. quia ipse dicit 16. de ciui. Dei, c. 13. ꝙ Iescha fuit Sarra. Sed adhuc possent omnia ista saluari tenendo Aug. & dicendo, ꝙ qñ dicitur ꝙ Thare cum esset septuaginta annorum genuit Abraham, Aran, & Nachor, quòd intelligitur, ꝙ qñ Thare compleuit annos 70. genuit istos. i. tũc finiuit gignere istos. s. ꝙ in anno 70. genuit vltimum istorũ, qui fuit Abraham. Et s̃m hoc potuit esse ꝙ genuerit Thare Aran, qñ erat annorum 30. vel 40. & sic manebũt 30. vel 40. anni, quos egisset Aran, qñ genuisset Sarram: quia Sarra nata fuit decẽ annis post Abraham, ergo s̃m istam computationem nata fuit 80. anno Thare. Sic ergo manerẽt oẽs anni post tricesimum annũ Thare, quos habuisset Aran anteq̃ gigneret Sarrã. i. quinquaginta, vel quadraginta anni.

Obiectio.

Sed adhuc sequitur aliud magnum inconueniens: quia B. Stephanus qñ narrauit ista Act. 7. cap. dixit, ꝙ Deus loquut⁹ fuit Abrahę anteq̃ habitaret in Charra: & postq̃ mortuus est Thare pater eius transtulit eum in terram istam, in qua nunc vos habitatis, & si ista litera teneatur non potest stare intentio Aug. Sed respõdet Aug. ibidem cap. 16. lib. 16. de ciui. Dei, sequẽs Bibliam Græcam, in qua dicitur, & post mortẽ Thare collocauit eum in terra ista, in qua vos habitatis, & dicit ꝙ ista collocatio nõ fuit per corporalem ingressum in terram Chanaan, quia ista magis vocatur peregrinatio, q̃ collocatio: sed dicitur collocatus in terra illa, qñ incepit ibi aliquid proprium possidere. Et hoc necessarium debuit esse post annum trigesimũquintum vitæ Isaac, quia s̃m istam cõputationem Thare mortuus est anno trigesimoquinto vitæ Isaac, vt supra demonstrauimus. Alij autem volẽtes sequi literã nostram, dicunt, ꝙ Abraham venit de Charra post mortem patris sui in terram Chanaan. Et qñ arguitur ꝙ Abraham solum erat 75. annorum qñ egressus fuit de Aran ad veniendum in terram Chanaan. Respondent quòd isti septuaginta quinque anni nõ incipiũt cõputari à principio vitæ Abrahę, sed a tempore quo liberatus est de igne Caldeorum. Quia s̃m modum loquendi popularem, tunc aliquis dicitur nasci, quando de aliquo magno periculo liberatur, & tunc intra istos septuaginta quinq; annos poterit tota vita Thare computari. Sed ista positio friuola est. Et ideo licet eam Augu. tangat 16. de ciui. Dei, cap. 16. tamen de ea nihil curat, nec probando, nec improbando. Primo enim ista positio nititur friuolo fundamento. s. quòd Abrahã fuerit positus in igne in Caldea, de quo sup. Secundo dato ꝙ hoc verũ esset, sequitur contra textum absurditas, s. quòd quomodo Abraham exiuit de Aran, erat centum & triginta quinque annorũ ad minus; patet quia Thare mortuus est, cum esset ducentorum & quinque annorum, vt patet in litera; ergo nunq̃ exiuit Abraham de Aran, quousque complesset Thare ducentos & quinque annos. Sed vt supra dictum fuit genuit Thare Abrahã, qñ erat septuaginta quinque annorum, ad completionẽ aũt ducentorum quinque annorum deficiunt anni centum triginta quinque: quos oportet assumere de vita Abrahæ. Dato ergo quòd Abraham exiuisset de Aran immediate eo anno: quo mortuus fuit Thare necessario esset tunc Abraham centum triginta quinque annorum. Sed hoc repugnat ei, quod habetur infra 18. & 17. quòd Abraham genuit filium cum staret in terra Chanaan: & erat tunc centum annorum, & sic ponit Apost. ad Roman. 4. cap.

Quæst. 29. De natali Isaac.

Et si forte isti vellent adhuc magis errando euadere: & dicant quòd quando dicitur, quòd Abrahã genuit filium suum Isaac in anno centesimo vitæ suæ: ꝙ sit iste annus cẽtesimus à tempore quo eductus est de igne Caldeorum, & sic erit computatio continua, & vniformis, & non sequitur assignatum, sed stabit quòd Abraham genuerit Isaac postq̃ venit de Aran in terram Chanaan. Sed hoc non potest stare, implicat enim plura inconuenientia, q̃ præcedens responsio, quia si annus septuagesimus quintus Abrahæ cõputando à tẽpore, quo liberatus fuit de igne Caldeorũ est annus cẽtesimus tricesimus quintus vitæ eius, vt probatum fuit, expositione sequitur, quòd annus centesimus s̃m istam computationem sit annus centesimus sexagesimus: quia sicut centũ addit viginti quinque ad septuaginta quinque: ita centum sexaginta addit viginti quinque ad centum trigintaquinque. Sequitur ergo ex hoc, quòd Abraham genuerit Isaac anno vitæ suæ cẽtesimo sexagesimo, & vltra sequitur quòd Abraam nõ vixit post natiuitatem Isaac, nisi per centum quinque annos: patet quia anni totius vitæ Abrahæ fuerunt centum septuaginta quinque: vt patet infra 25. cap. sed hoc falsum est, quia prius accepit vxorẽ Isaac, quàm moreretur Abrahã, vt patet infra 24. cap. Sed quando Isaac accepit vxorẽ erat annorum quadraginta: vt patet infra 26. cap. Ergo falsissimum dicit ista positio.

Ratio alia secundũm literam nostram.

Quæst. 30.

Sed non repugnando intentioni August. & sequendo literam nostram in actibus Apostolorum, quam ipse non sequitur, sed literam alterius translationis dicens, quòd ante mortem Thare per annos sexaginta exiuit Abraham de Aran. Dico quòd Abraham exiuit de Aran eo anno, quo pater eius Thare mortuus est, sic enim dicitur Actuum 7. Et post mortem Thare patris eius transtulit eum Deus in terram hanc, in qua vos habitatis. Et si dicas contra, quia dicitur sequ. cap. quòd Abraham erat septuaginta quinque annorum, quando egressus fuit de Aran, sed quando mortuus fuit Thare compleuit Abraham annos centum triginta quinque: ergo ante mortem Thare exiuit: antecedens patet, quia Thare genuit Abraham, cum esset septuaginta annorũ, vt patet supra: sed à septuagesimo anno Thare vsque ad mortem eius, s. ducẽtos quinque annos deficiunt anni centũ trigintaquinque anni: ergo tot habebat Abrahã, quando mortuus est Thare. Respõdetur ꝙ ista probatio procedit supposito quod Abraham fuerit primogenitus Thare. Sed hoc non conceditur propter incõuenientia supra assignata. Et quando dicit textus quòd Thare cum esset septuaginta annorum genuit Abraham, Aran, Nachor: non dicitur ibi ꝙ genuit Abraham solum, sed ꝙ tũc generare cępit Thare, & genuit aliquẽ de istis. Si enim diceretur, quòd cum septuaginta annorum esset Thare genuit Abraham, & non adiungeretur

Obiectio.

aliquid alterum necessario intelligeretur, quòd ista ætate erat Thare, quando genuit Abraham: nunc autem sufficit, quòd Thare esset septuaginta annorum cum genuit aliquem istorum, scilicet Aran. Deinde post aliquãta tempora genitus fuit Nachor: post vero anno centesimo trigesimo vitæ Thare natus fuit Abraham, & si ad annum centesimum trigesimum ponantur septuaginta quinque anni, quos habebat Abraham: quando exiuit de Charra, siue Aran, erũt anni ducentiquinque quibus vixit Thare. Et in isto vltimo anno mortuus fuit Thare: & eodem compleuit Abraham: septuaginta quinque annos, & eodem exiuit de Aran.

Quæst. 31. Obiectio. Præcedentia satis conuenienter dici poterant ad signandum ętatem Abrahæ, nisi aliquo modo videretur repugnare eis intentio sacræ scripturæ. Dicit enim: vixit Thare septuaginta annis, & genuit Abraham, Nachor, & Aran. Non enim potest intelligi nisi tripliciter: Primo modo, quòd omnes istos iam genuerat, quando compleuit septuagesimum annũ, vel quòd in illo anno generare cępit primũ eorum, vel quòd in illo anno aliquem de illis genuit. Si dicatur primum, scilicet quòd iam omnes genuerat, dicetur quòd Abraham genitus est ante annũ septuagesimum vitæ Thare, vel in illo: & ita manebit difficultas, quam volebat effugere ita respõsio præcedẽs. Si dicatur tertium, scilicet quòd in isto anno genuit aliquem de istis filijs, erit necesse, quòd intelligatur de Abraham, quia de illo facit principaliter mentionem scriptura, & propter ipsum nominat alios: & tunc manet idem quod supra, quia stabit difficultas de ætate Abrahæ. Si autem ponatur secundum, scilicet quòd omnes geniti fuerint post annum septuagesimum Thare: necesse est, quòd in illo anno aliquem genuerit: quia alias non stabit assignatio illius anni: vnde quocunque modo exponatur, necesse est dici, quòd aliquem istorum filiorũ genuerit illo anno: sed non est rationabile, quòd dicatur de alio, nisi de Abraham, ergo natus est Abraham anno septuagesimo Thare.

Veritas huius quęsiti. Est autem veritas ista, quòd Thare genuit istos tres filios, & non genuit eos in eodem anno, sed in diuersis. De ãlijs non ponuntur anni, in quibus geniti sunt. De Abraham intelligitur quòd genitus est anno septuagesimo Thare. Et ratio est, quia de Abraham loquitur scriptura propter se, cum eius progenie prosequatur: de aliis duobus dixit propter Abraham, ideo solius Abrahę posuit annum natiuitatis. De aliis vero tacuit.

Secũda rõ. Secundo patet, quia hoc idem facit scriptura in prima, & secũda ætatibus, ponitur vnus filius quousque veniatur ad Noe, cuius ponuntur tres filij: & tamen certum est, quòd quilibet aliorum habuit alios filios, præter illum, qui nominatur in litera, cum dicatur ibi de quolibet genuit filios, & filias, vnus tamen solus ponitur eius filius: quia intentio scripturæ erat narrando progeniem humanam descendere ab Adam vsque ad Noe: sed nõ poterat descendi ad Noe per filios omnes, aut per quemlibet, sed per vnum tantum: ideo cuilibet homini ponitur vnicus filius, quousq; veniatur ad Noe cuius ponuntur tres filij. Et causa est, quia sunt omnes tres de intentione sacræ scripturæ, scilicet quia per omnes illos tres multiplicatum est genus humanum, sed non ponitur pro quolibet illorum, quando natus est, sed pro vno tantum, cum dicatur quòd anno quingentesimo vitę suę Noe genuit Sem, Cham, & Iaphet: & hoc est, quia Sem erat principalis, cuius intendebat scriptura describere progeniem, & non aliorum.

Tertia rõ. Tertio patet, quia sic fit in secunda ætate, quæ finitur in Thare: nam incipit in Sem, vt patet supra in litera, & ponitur de quolibet, quem genuit, Et ponitur vnicus filius, quod non est quasi vnicum habuerit quilibet cum certum sit, quòd habuerint plurimos, quia tunc multiplicabatur valde humanũ genus. Etiam præcedenti cap. patet quòd Sem habuit filios quinque, & hic ponitur ei vnicus: & istud est, quia intendit scriptura descendere narrando à Noe vsque ad Abraham, qui est principium ætatis tertiæ: & in ista ætate secunda vltimus est Thare, cui ponuntur tres filij, Abraham, Aran, & Nachor: sicut in prima ætate in vltimo, qui est Noe ponuntur tres filij. Et ratio est, quia vnus tantum est de intentione principali scripturæ, scilicet Abraham, propter ipsum tamen nominantur alij, scilicet Aran, nominatur propter Abraham, quia Abraham accepit illius filiã in vxorem Nachor etiam propter Abraham nominatur, quia Isaac filius Abrahæ, & Iacob nepos eius acceperunt vxores de filiabus Nachor: vnde sicut descendunt omnes Hebręi de Abraham ex parte paterna: ita descendunt de Nachor ex parte matris. Ideo debuerunt omnes hij tres nominari: & tamen nõ debuit poni tempus natiuitatis cuiuslibet eorum, sed solius Abrahæ, eo quòd de eo principaliter agit scriptura.

Quarto. Quarto, quia si diceremus, quòd ille annus septuagesimus fuerit, in quo natus sit aliquis de alijs, & non Abraham, erit multum rationabile, quia tunc scriptura assignaret tẽpus ei, de quo minus principaliter agit omittendo eum, de quo principalius agit: maxime quia non apparet aliquis finis, quare assignaretur tempus natiuitatis Aran, vel Nachor, & tamen de Abraham esset causa; non ideo de illo accipietur.

Quinto. Quinto & principaliter, quia scriptura sacra in libris Moysi, & in libris Regum describit continuum decursum temporum, non omittendo aliquem annum, vsque ad transmigrationem Iudæorum in Babylone, vbi terminantur libri historici veteris Testamenti habentes narrationem continuam. Et est hoc ad sciendum quantitatem temporis à principio conditi mundi: quod fit ad magis certificandum de rebus ipsis, de quibus agitur: & præcipuè ad ostendendum nouitatem mundi: & quod non fuerit mundus æternus, sicut putauerunt plurimi philosophorum: vel saltem quòd ab initio eius transierint multo maiora tempora, sicut introducit populo in Thimeo loquentes sacerdotes Aegypti ad Solonem de plusquam nouem millibus annorum. Per computationem autem continuam temporum sacræ scripturæ ostẽditur numerus annorum sine vllo errore. Et hoc multum fidei nostræ cõfert. Non erat autem per quod melius computarentur anni, quàm per generationes hominum: ideo scriptura tẽpora primæ ætatis. s. mille sexcentos quinquaginta sex annos computat per generationes illorum hominum, per quos ab Adam venitur ad Noe, aliorum hominum tẽpora non scribuntur, quia non descenditur per eos ab Adã in Noe: & tamen vsque ad Noe debebat extendi cõputatio primę ætatis: quia in anno sexcentesimo vitę eius finita est: & in sequenti anno incepit secunda ætas, quæ per solos filios Noe computatur: quia de hominibus primæ ætatis nullus superfuit, nisi Noe, & tres filij eius, cæteris diluuio deletis. Secũda ætas est à Noe vsque ad Abraham, ideo debet enarrari tẽpus eius per generationes illorũ, per quos à Noe descenditur ad Abrahã: & quia licet Noe habuit tres filios, non potuit descendere, nisi per vnũ nomen: quia nõ describitur progenies nisi vnius. s. Sem. Et non quantum ad omnes: sed solum quãtum ad illos, per quos descenditur ad Abraham, & cuiuslibet illorum anni ponũtur. Terminatur aũt secũda ætas in Thare cũ in natiuitate Abrahę filij eius incipiat tertia ætas secũdũ omnes: ergo necessario debet poni quoto anno vitæ

suæ Thare genuerit Abraham, quia alias nesciretur quantum durauerit secunda ætas, sed dicitur quòd Thare vixit septuaginta annis, & genuit Abraham, Nacor & Aran: ergo Abraham est, qui illo anno natus est, & non aliquis de alijs. Sexto, quia si ita non intelligeretur non possemus continuare annos sacræ scripturæ: nam sciremus quot anni essent à creatione mundi vsque ad natiuitatem Thare: & tamen inde nesciremus continuare cæteros annos scripturæ, eo quòd ponũtur anni Abrahæ, & posteriorum suorum: & tamen non sciremus quoto anno Thare natus esset Abraham, in quo debebat fieri continuatio, cum vsque ad Thare venisset computando scriptura: necesse est ergo dici, quod annus septuagesimus Thare detur natiuitati Abrahę, & non alicuius aliorũ duorum. Sed tunc manent duæ difficultates, quæ supra tangebantur. Prima erat quomodo poterat Sarra vxor Abrahæ esse filia Aran, quia esset primogenitus horum Abraham: & Aran esset minor eo: & tamen Abraham solum natus est decem annis ante Sarram, vt supra ostensum est: ergo Aran ad plus in octauo, aut nono anno suo gigneret Sarram, quod videtur impossibile, atque incredibile. Secunda difficultas est quomodo poterit esse, quòd Abraham introierit in terram Chanaan anno septuagesimoquinto ætatis suæ: sicut dicitur sequẽti cap. Et tamen exierunt de Aran siue de Charra post mortem Thare patris sui: sicut dicitur Actuum 7. cap. Et tamen si natus est Abraham anno septuagesimo ætatis Thare oportet, quòd in anno mortis eius esset annorum centum triginta quinque, quia Thare erat annorum ducentorum quinque quando mortuus est, vt patet in litera. Dicendum quòd supra diffinita sunt vera, & istæ difficultates non obstant. Ad primam dicendum, quòd non sequitur istud inconueniens, quia poterat esse Aran triginta, vel quadraginta annorum, quando gigneret Sarram: Argumentum autem videtur militare, si dicamus, quòd Abraham natus est ante Aran, & tamen hoc negabimus: immo Aran multo prius natus est, q̃ Abraham. Sed argumentum solum manet ex litera, quia dicitur Abraham Nachor, Aran. Dicendum quòd iste ordo parum valet, quia aliquando ponitur quod posterius est ante id, quod prius est, sicut Isaac natus est ante Iacob, & ponitur prius Iacob: Leuit. 26. cap. Sed adhuc in præsenti est causa magis aperta, quia etiã si Abraham sit posterior omnibus, debet illis præponi, quia ponuntur hic tres, scilicet Abraham, Nachor, Aran, & annus septuagesimus, qui ponitur in litera, nõ ascribitur alijs, sed Abrahæ soli, vt probatum est; ergo ille debet præponi, vt videatur cõiunctus esse ille annus: & ista est vera causa. Poterunt ergo esse Aran multo ante Abraham, vt ita supra tangebamus. Ad secundam difficultatem dicimus, quòd vtraque litera est vera, scilicet quòd Abraham exiuit de Charra postquam mortuus est pater eius Thare, & quòd introiuit in terram Chanaã anno septuagesimoquinto. Circa quòd intelligendum, quòd bis exiuit Abraham de Charra, vbi habitauerat cum Thare patre suo. Primo viuente patre suo; secundo post mortem eius. De prima vice intelligitur, quod habetur sequenti cap. scilicet, quòd esset annorum septuaginta quinque Abraham, cum ingressus est in terram Chanaan: & tamen quando introiit in terram Chanaan exiuit de Charra, & tunc dicetur, quòd viuebat Thare, eratque annorum centum quadraginta quinque: & postea vixit annis sexaginta. Cauta autem duplicis exitus de Charra, & duplicis introitus in terram Canaan fuit, quia Abraham venit cum patre suo in Charram, & mansit ibi diu, eratque tunc Thare verus Dei cultor, sed postea ibi manens deprauatus est forte ex consortio filij sui Nachor, qui erat idolatra, etiam in terra Caldæorum, sicut dicit Augustinus lib. 16. de ciuita. Dei, cap. 13. Et tunc ne peruerteretur Abraham, aut ne esset in periculo peruersionis propter prauam conuersationem idolatrarum, & propter alias causas iussit ei Deus exire de Charra de domo patris sui, & venit in terram Chanaan, erat tunc annus septuagesimus quintus Abrahæ, & Thare centesimus quadragesimus quintus, mansit tunc Abraham in terram Chanaan sexaginta annis, & anno ipso sexagesimo mortuus est Thare pater Abrahæ in Charra. Eratque Abraham centum & triginta quinque annorum, & erat annus trigesimus quartus vitæ Isaac, mortuo autem Thare, reddit Abraham de Chanaan in Charram, vt acciperet ea, quæ proueniebant ei ex successione patris sui, nam non sineret illa perire, & forte iret ad sepeliendum patrem suum: quo facto non maneret ibi, sed reuerteretur in terram Chanaan, in qua Deus ei habitare constituit, vt postea nunquam reuerteretur in Charram: quia non erat aliquid, propter quod redire vellet. Et de ista secunda vice dicitur Actuum 7. quòd post mortem Thare veniret in terrã Chanaan, vel exiret de Charra. Et nunc applicatur bene litera Act. 7. cap. secundum translationem, quam sequitur Augustinus, scilicet post mortem patris eius collocauit eum in terram hac, in qua vos habitatis. dicitur collocauit, quia prius manebat in terra Chanaan, sed non erat collocatus, nam quia rediturus erat in Charram ad accipiendum, quæ ei iure successionis paterne prouenerant, & postea in terram Chanaan non dicebãtur collocatus, quousque firmiter ibi maneret non iturus ad alia loca: & hoc accidit postquam secunda vice redijt in terram Chanaan mortuo patre eius Thare. Similiter iuxta literam, naturã, Act. 7. qui dicit, transtulit illum Deus in terram hanc, in qua vos habitatis post mortem patris eius Thare, quasi diceret prius in illam venerat: sed non erat translatus in eam: quia non federat totaliter in eam, neque omnia bona sua ibi habebat: quia adhuc partem bonorum suorum habebat in Charra, vbi manebat pater eius Thare. In secunda autem vice fuit translatus: quia omnia bona sua secum tulerat in terram Chanaan ibi firmiter mansurus. Sciendum quòd supra quando dicitur, quòd Thare tulit secum Abraham Loth &c. vt venirent in terram Chanaan, non fit mentio, quòd secum duceret Nachor, vel melcanthum, vt ait Augustinus de ciuita. Dei, 16. lib. cap. 14. Non propter hoc intelligendum est, quòd Nachor postea non recesserit de Caldea, & venerit in Mesopotamiam: quia infra 24. cap. habetur quòd Nachor moratus fuerit in Mesopotamia, quia quando Abraham misit Eliezer seruũ suum ad cognationem suã, vt acciperet vxorem Isaac filio suo, dicitur quòd ille seruus iuit in Mesopotamiam ad ciuitatem Nachor, ex quo innuit Augustinus quòd Nachor à principio non recesit de Hur Caldeorum cum Thare, quia forte à fide, & pietate paterna discedens, opinioni Caldeorum adhęserat, colendo ignem. Sed postea persecutionem passus eo, quòd suspectus haberetur, quòd non ignem coleret in Mesopotamiam aufugit, vbi ciuitatem de nomine suo condidit: sed adhuc postea ibi idolatra fuit. Sic enim dicitur Iosue 24. c. patres vestri transfluuium habitauerunt in Mesopotamia, & dijs seruierunt. Sed non potest hoc intelligi de Abrahã, qui semper ab idolatria immunis fuit, nec de successoribus suis, qa ipsi nõ habitauerũt trãsfluuiũ in Mesopotamia, sed in terra Chanaã, & in Aegypto. Oportet ergo intelligi de Nachor, q ibi in textu exprimitur, & hoc magis declaratur, qa deinde

tota progenies Nachor in idolatria mansit, vt patet F
postea, quia quando Iacob veniret de Messopothamia Laban fuit persecutus eum, eo quòd portaret Deos illius, & postea inquisiuit eos per totum tentorium Iacob, quos tuus occultauit Rachel, vt habetur infra 31. cap. Tempore Thare regnum Assiriorum ampliatum est regnante Nino apud Assirios, Licet tunc regna incepissent, scilicet regnũ Sicioniorum, & Aegyptiorum, regnum tamen Assiriorũ potentius erat, quia totam magnam Asiam, quæ tertia pars orbis est, immo dimidia præter Indiam tenuit: alia autem duo regna ei subiecta nõ erant, quia regnũ Sicyoniorum in Europa erat, s. in Græcia: regnum autem Aegyptiorum in Asia. In Assiria primus rex Belus fuit, qui sexaginta quinque annis regnauit viuente Thare: Ninus autẽ filius eius quinquaginta duobus annis post eum: & erat annus quadragesimus tertius regni eius, quando Abraham natus est, qui erat secundùm Augustinum ferè millesimus ducentesimus ante vrbem Romam conditam: sed secundùm Paulum Orosium erat millesimus trecentesimus, scilicet duobus millibus, & quadraginta duobus annis ante Christi natiuitatem. De ijs August. de ciuit. Dei lib. 16. c. 18. Aliqui enim Belum patrem Nini Saturnum fuisse existimauerunt: sed falsum est, quia Saturnus in Creta Græciæ regnauit: Belus autem in Babilone. Item quia Saturnus a suo filio Ioue de Creta expulsus fugit in Italiam, vt patet per Ouidium libro 1. de Fastis, vbi dicitur

At bona posteritas puppim formauit in æra,
Hospitis aduentum testificata Dei. H

Et per Lactantium de Natura deorum libro primo, nihil, aut tale Belum à Nino filio suo passus legimus; sed magis post mortem, vt Deum honoratum. Nam vt ait Iosephus, & habetur in Historia Scholastica, mortuo Bello Ninus filius eius in solacium doloris imaginem patris sibi fecit, cui tantam reuerentiam exhibebat, vt omnibus reis confugientibus ad eam parceret: & ideo homines de regno eius honores diuinos illi imagini ceperunt impendere: huiusmodi enim exemplo omnes caris suis defunctis imagines faciebant: cunctæ tamen ab illa imagine Belli originem ducentes, sic nominantur. s. à quibusdam Bellũ ab alijs Beel, ab alijs Baal, siue Baalin; alij autem magis cõponentes vocauerunt Belphegor, & belzebub. De his omnibus latius, & accuratius dicetur in commentarijs nostris super Eusebium. I

Cap. 13. Quo inualuerint, vt honores apud priscos Bello exhibiti sint.

Quæst. 35. Hoc tempore Ninus, qui nono anno vitæ Abrahę mortuus est bella multa faciens Zoroastrem regem Baranorum occidit. Iste Zoroastres ridendo natus est contra totum cursum naturæ, vt ait Solinus in Polist, cap. 2. de his, quæ fuerũt mirabilia in homine. Illi qui dicunt, quòd iste Zoroastres fuit Cham filius Noe, & fuit artis magicę repertor, & septem artes liberales in quatuordecim columnijs scripsit in septẽ æneis, & in septẽ latericijs, vt iste per aquã, & ille per ignẽ non perirẽt; minus aũt hunc Zoroastrẽ occidẽs omnia eius opera, & libros combusit, de quo Paulus Orosius in primo de Ormesta mundi, & Lucas Tuden. in Chronicis. Mortuo Nino Semiramis vxor eius virilem animum gerens pluribus gentibus, quàm vir bella indixit, & egit. Aethiopiam enim bello præssam sanguine multo cepit, Indis bellum intulit, ad quos præter ipsam, & Alexandrum Magnum nullus bellando ingressus est, a filio suo ipsa suggerente incestuose cognita est; sed priuatam ignominiam scelere publico occultauit, præcepit enim, vt inter matres, & filios nulla esset reuerentia de coniugiis appetendi; sed postea filius eius quem Niniam vocauerunt, tantam infandi sceleris turpitudinem fastiditus matrem occidit, quæ causa fuerat filium incestare. De ijs Paulus Orosius, primo de Ormesta mũdi, & Augustinus de ciuitate Dei, lib. 18. cap. 2. Cum autem natus fuit Abraham apud Siciones rex erat Cecrops. Quando autem Abraham exiuit de Caldea apud Astrios regnabat Nimia filius Nini, & Semiramidis apud Sicionios regnabat Texilion; quo regnante in tantum tempora prospera euenerunt, quòd eum iam defunctum Deum esse credant, & ludos in honorem eius primum fieri instituerint. De ijs Augustinus de ciuit. Dei, lib. 18. cap. 2. Eo tempore Sirophenes prius idolatra Aegyptiorum fuit. Caldei enim ignem colebant inducentes alias gẽtes ad hoc, & alia idola comburentes; sacerdotes autem Aegypti, qui aquam adorabant eo, quòd præceteris regionibus vberius irrigatur Aegyptus idolum in honorem Belli fecerunt, & remouentes coronam auream posuerunt ei vas fictile ad modum coronæ perforatum, & per occultos meatus aqua veniebat inferioribus foraminibus cera obturatis; venientes Caldei apposuerunt ignem; liquefacta autem cera aqua defluens ignem extinxit, & præualuerunt idola Aegypti. G

Vnde fictũ fuerit, q̃ Aegyptij aquã adorauerit.

Ab hoc loco vsque ad decimum nonum cap. nulla temporum signatur historia, quod fuit tempus annorum pene vigintiquinque. Quia autem multi de nostris historicarũ narrationum, & temporalium euentuum ignari sunt, nimisque circa talia aliquid cognoscere delectabile est: vt sic aliqualiter cognoscamus qualiter illi antiqui viri, & antiqua tempora trãsierint proposueram inter sacræ scripturæ expositionem aliquid de temporalibus incidentibus intertexere, non tamen sic, vt tanquàm temporum historias à principio enarrare vellem; cum hoc pene infiniti negocij sit, & à multis partialiter hoc exequentibus nondum plene exactum est: solas tamen temporum annotationes ipsarum historiarum ponere studui, scilicet, quid in quo tempore factum sit: ipsam autem historicam narrationem obmittere, nisi quod raro est puntatim, brachologiceque perstringere, & hoc valde delectabile est, vt sciatur quæ historiæ gentium, quibus temporibus acciderint, & cui historiæ sacræ scripturæ contemporaneæ fuerint. Hoc autẽ in omnibus libris sacræ scripturæ, qui historiam recipiunt faciam. Sunt enim plerique libri, qui ad idem tempus pertinent: vt libri prophetarum, & in ijs nihil tale poni potest, in aliis autem libris vbi historia recipi potuerit, iste modus seruabitur, vt in fine capitulorum incidentia contemporanea illi historiæ scribantur. Et quia aliqua tempora intermedia transeũt, in quibus nulla relatu digna gesta sunt, aut ab historiographis silentio pressa sunt fiet intercisio vsque ad illud cap. in quo aliqua temporalis historia contemporanea sit. Et in quolibet cap. vbi incidentia temporalia posita fuerint, fiet remissio ad aliud cap. proximum in quo aliqua gentium historia habeatur; ita vt postquàm aliquis in hoc libro, & cæteris, qui Deo dante sequentur scierit, vnam historiam scire poterit, in quibus locis huius operis allegationes historicæ sitæ sint. Nec tamen intendo per hunc modum omnes annotationes temporum ponere: sed eas, quę præcipuæ sunt, & non vsque ad hoc tempus; sed vsque ad tempus, in quo finit vltimus liber sacræ scripturæ, scilicet vsque ad Apocalypsin, quam sub Domiciano Imperatore scriptam esse à beato Ioanne ex scripturis auctenticis habetur. Cætera autem, quæ ab ipso Domiciano vsque nunc euenerunt in Chronographorum historiis requirantur. Et quia libri sacræ scripturæ non faciunt continuationem temporum, scilicet, vt inter libros Regum vbi sunt historię ante Babilonicã captiuitatem, & postea per multa tem- K

Quæst. 36.

ta tempora nullus liber habetur, qui tempori illi conueniat, in quo aliqua facta notabilia gentium accidẽtia scribentur talia in fine illorũ librorum, post quorum scripturam tẽporum sequuntur, de quibus scripturã nulla sacra est. Sic enim post librũ Machabęorũ, qui est vltimus in veteri testamento vsque ad euangelia, quæ sunt prima in nouo testamento multa euenerunt, quæ in fine secundi Machabæorum annotantur. Hic autem harum temporalium incidentiarum caput feci, quia priores ætates rude seculum habuerunt, in quo nulla fuerint, quæ debuerãt stilo memoriæ commendari, vt pote quia gentes nondũ bella nouerant, nondum diuersas terras ambulauerant: nondum maria longa carina sulcauerant; de quibus Ouidius Metham. lib. 1. & Sene. in Tragędia septima, quę dicit Medea, & Boetius de Cõsola. lib. 2. Metro. 5. B

De egressu Abrahæ, de Caldea, & ascensu eius in Aegyptum cum Sarai, quam sororem dixerat. *Cap. XII.*

DIXIT autem Dominus ad Abrã: egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi. Faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriscque benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi: atque in te benedicentur vniuersę cognationes terræ. Egressus est itaque Abram sicut præceperat ei Dominus: & iuit cũ eo Loth. Septuagintaquinque annorum erat Abram cum egrederetur de Haran. Tulitque Sarai vxorem suam, & Loth filium fratris sui, vniuersamque substantiam, quam possederant, & animas, quas fecerant in Haran: & egressi sunt, vt irẽt in terram Chanaam. Cunque venissent in eam, pertransiuit Abram terram vsque ad locum Sichem, & vsque ad conuallem illustrem. Chananęus autem tunc erat in terra. Apparuit autem Dominus Abram, & dixit ei: Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei, & inuocauit ibi nomen eius. Et inde transgrediens ad montem, qui erat contra Orientem Bethel: tetendit ibi tabernaculum suũ: ab Occidente habens Bethel, & ab Oriente Hai. Aedificauit quoque ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius. Perrexitque Abram vadens, & vltra progrediens ad meridiem. Facta est autem fames in terra; descenditque Abram in Aegyptum, vt peregrinaretur ibi. Præualuerat enim fames in terra. Cunque prope esset, vt ingrederetur Aegyptum, dixit Sarai vxori suę, noui quòd pulchra sis mulier, & cum quòd viderint te Aegyptij dicturi sunt, vxor illius est, & interficient me, & te reseruabunt: dic ergo obsecro te, quòd soror mea sis, vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui. Cum itaque ingressus esset Abram Aegyptum, viderunt Aegyptij mulierem, quòd esset pulchra nimis: & nunciauerunt principes Pharaoni, & laudauerũt eam apud illum: & sublata est mulier in domum Pharaonis, Abram vero bene vsi sunt propter illam. Fueruntque ei oues, & boues, & asini, & serui, & famulę, & asinę, & cameli. Flagellauit autem Dominus Pharaone plagis maximis, & domum eius propter Sarai vxorem Abram. Vocauitque Pharao Abram, & dixit ei: quid nam est hoc quod fecisti mihi? Quare non indicasti mihi, quòd vxor tua esset? Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, vt tollerem eam mihi in vxorem? Nunc igitur esse coniunx tua, accipe eam, & vade. Præcepitque Pharao super Abram viris, & deduxerunt eum, & vxorem illius, & omnia quæ habebat. A C D E

DIXIT AVTEM. Descriptis duobus discursibus, vel ætatibus generis humani: hic subiungitur tertia ætas, in qua agitur de sancti populi electione, & separatione ab alijs populis, & ista descriptio currit per tres principales trũcos, vel stipites: primo per Abraham, secundo per Isaac infra 25. cap. tertio per Iacob infra 28. cap. Et qa sicut est processus in natura de imperfecto ad perfectum, ita est processus aliquãdo apud Deum, nõ quidẽ in seipso, sed in operationibus ad nos factis. Ideo primo describitur Abraham, vt apud Deum incipiẽs. Secundo, vt proficiens infra 17. cap. Tertio, vt perfectus 22. ca. Circa primum sic proceditur, quia primo describitur qualiter se habuit ad Deum, secũdo qualiter se habuit ad proximum infra 13. cap. tertio qualiter ad se ipsum 15. cap. Et circa hoc tria ponuntur: primo Abraæ obedientia siue subiectio, secundo ipsius deuotio ibi. *Apparuit Dominus.* Tertio fidei, & firmitatis suæ in aduersis cõprobatio ibi. *Facta est autem fames.* Circa primum dicitur. *Dixit autem Dominus.* Sępe loquebatur Deus cum Abraham, sed hoc communiter erat in visione per apparentiam angelorum. Si autem Deus aliquando in somnis ei aliqui dixerit nõ constat ita euidenter, sicut de alijs. Planum tamẽ est quòd aliquando ei per somnium apparuerit, vt patet infra 15. cap. quando mandauit aspicere stellas, & infra 22. cap. quando mandauit surgere, & immolare Isaac. *Egredere de terra tua.* Secundũ Rabbi Samuel, & Auenezra ista litera ponitur per recapitulationem, qa primo fuerunt dicta ista uerba, quàm moreretur Thare de cuius morte præcedenti cap. dictum est. Vult enim quòd Thare pater Abraæ in Aram ad idolatriam declinauerat cum Nachor filio suo: & iõ Deus apparuit Abraæ dicens, q̃ egrederetur de terra illa, Processus naturæ.

illa, & hic fuit per sexaginta annos ante mortẽ Tha-
re. Hic sunt dubia, vnum quando ista vox dicta fuerit,
Quãdo dictum fuit Abrahæ, exi. secundo quando Abraham de Aram egressus fuerit.
Quantum ad secundum capitulũ superiori determi-
natum fuit, licet enim posset satis congruè teneri cũ
Augusti. & Rabbi Sa. quòd Abraham sit egessus de
Aram annis sexaginta ante mortem Thare, tamen
diximus quòd magis videbat cõsonare literę Bibliæ
nostrę, quòd sit egressus de Aram in anno, quo mor-
tuus fuit Thare. Sed ista intelligenda sunt sicut ibi di-
ximus, & in commentarijs Eusebij dicemus. Abrahã
bis exiuit de terra sua: & si volumus accipere totum
rigorem literæ, exijt ter eo quòd terra Abrahæ erat
duplex. Prima fuit terra Caldęorum, in qua natus est
prędicti cap. & Iudic. c. 5. Alia fuit terra Aram, siue
Charra. De prima exiuit semel, de secunda bis. De
prima patet, qa Deus iussit Abrahę exire de terra sua
cum esset in Hur Caldęorũ, & exiuit obediẽdo Deo:
& tamẽ in isto exitu non uenit in terram Chanaam,
neque deseruit patrem suum Thare, sed venit cũ eo
in Charram; istud patet Act. 7. c. Ex verbis Stephani,
s. Deus gloriæ apparuit patre nostro Abraham, cum
esset in Mesopotamia priusquã moraretur in Char-
ra, & dixit ad eum; exi de terra tua, & de cognatione
tua, & veni in terram, quam tibi monstrauerò. Tunc
exijt de terra Caldęorũ, & habitauit in Charra, & de
isto exitu non intelligitur litera huius cap. sed solum
de alio exitu multo postea quando exiuit de Charra,
vt statim dicetur.

Quæst. 2. De qua ciuitate iussit Deus exire Abraham.
Sed obijcietur q̃ non posset sic intelligi, primo qa
illa vox dicta est ad Abraham, cum dicatur Deus glo-
riæ apparuit patri nostro Abraham, cum esset in Me-
sopotamia, & tamen nunc nõ exiuit Abraham solus,
sed Thare pater eius cum cognatione sua; ergo non
intelligitur litera de illo exitu. Secundo quia dicitur,
exi de terra tua, & de cognatione tua: & tamen nunc
nõ exiuit de cognatione, sed potius mansit cum illa,
in quantũ venit cum Thare patre suo, & reliqua co-
gnatione, & mansit cum eis in Charra. Tertio quia
dicitur, q̃ veniret in terram, quam ei monstraret, &
tamen Charra non fuit terra mõstrata a Deo, sed po
tius terra Chanaam, vt patet hic; ergo non potest sic
litera illa exponi. Quarto quia dicitur apparuit patri
nostro Abraham dum esset in Mesopotamia; & tñ
quando erat cum patre suo Thare in Aram, siue in
Charra, erat in Mesopotamia; ergo non intelligitur
de vocatione facta in terra Caldęorum, neque de exi-
Decisio. tu de terra illa cum Thare patre suo. Dicẽdum quod
prima vocatio Dei, de qua loquitur Stephanus Act.
7. c. fuit in Hur Caldęorum, quæ erat ciuitas natiuita-
tis Abrahæ, & cognatione eius, & inde fuit primus
exitus, quo exiuit Abraham cum patre suo Thare.

Prima rõ. Et venerunt tunc in Charra, quę dicta signat litera ip-
sa Stephani, s. Deus apparuit patri nostro Abraham,
cum esset in Mesopotamia, antequam moraretur in
Charra. Et tamen ista vocatio, de qua hic habet fuit
in Aram, siue in Charra, vbi morabatur cũ patre suo
Thare: postquam venerat de terra Caldęorum, vt pa-
tet hic ex p̃cedenti cap. in fine; ergo non intelligitur,
q̃ Stephanus dicit de ista vocatione, quam ponit ista
litera, sed de illa, q̃ diximus fuisse in terra Caldęorũ.

Secũda ratio. Secundo quia dicitur tunc exijt de terra Caldęorũ, &
habitauit in Charra. Si exijt tunc de terra Caldęorũ,
ergo in terra Caldęorũ erat, qñ facta fuit ista vocatio,
& tñ ista vocatio, de qua hr̃ in litera ista, nõ fuit in ter-
ra Caldęorum facta, sed in Aram, & iã venerat Abra-
ham de terra Caldęorum, vt patet præcedenti cap. ergo
alia vocatio est illa, de qua loquitur Stephanus.

Tertia rõ. Tertio quia dicitur habitauit in Charra, & tamen in
vocatione, de qua hic dicitur, & exitu nõ habitauit in
Charra, sed in terra Chanaam, in qua non fuit pater
eius Thare: ergo est alia vocatio, de qua loqtur Ste-
phanus, quàm ista, & illa est, qua venit Abraham cum
patre suo Thare in Charram: sicut diximus. Quarto
patet quia dicitur ibi, & inde postquam mortuus est
pater eius trãstulit eum Deus in terram istam, in qua
vos habitatis, & sic apparet ibi q̃ saltem duo exitus
fuerint, & tamen hic de vno fit mentio. Ideo alia vo-
catio est, & exitus, de quibus loquitur Stephanus in
principio verborũ suorum, quàm vocatio & exitus,
de quibus hic. Nunc responderi potest ad ea, quæ
obijciebantur.

Quæst. 3. Ad primum dici põt vno modo, q̃ apparitio Dei,
& vocatio fuit facta non solum ad Abraham, sed etiã
ad patrem eius Thare, & tunc concordabit bene lite-
ra præcedentis cap. quòd vero ad Thare patrẽ Abra-
hæ fieret ista vocatio, satis erat rationabile, q̃ Thare
erat tunc colens Deum, sicut innuitur Iudic. 5. cap. &
expressius ponit Augu. lib. 16. de ciui. Dei. c. 13. & 14.
Et quia terra Caldęorum erat idolatrarum vocaret
eum Deus inde, & cognationem suam: vt nõ inficere-
rentur crimine idolatriæ, & tunc conuenit, quod ha-
betur prędicti cap. s. q̃ Thare exiuerit de Hur Cal-
dęorum, & tulerit secum Abraham filium suum, &
Sarai nurum suam, &c. Nam cum vocatio esset facta An apparitio tuo filio, & facta fuit Abrahæ vel etiam Thare.
ad Thare, & domum suam, & ipse esset principalis, &
rector ęconomiæ ipse dicebatur exire, uel uenire, &
alij dicebantur duci, quia ad eius imperium mouebã-
tur. Sed obijcietur tunc quando dicitur quòd Deus
gloriæ apparuit patri nostro Abraham, nam deberet
dici, quòd apparuit Thare, vel saltẽ diceretur de vtro-
que, s. de Thare, & Abraham. Dici potest quòd licet
vtrique fuerit facta apparitio, & uocatio fit mẽtio de
solo Abraham propter dignitatem ipsius, & quia ip-
se solus pertinuit ad populũ electum Dei, & non Tha
re. Etiam dicetur quomodo dicitur exi de terra tua,
& de cognatione tua, quia debet dici ad utrunque, &
non uidetur conuenire nisi Abrahæ. Dici potest uno
modo, quòd etiam si tam apparitio, quã locutio fue-
rint facta ad Thare solum, uel ad Thare, & Abraham;
quia tñ scriptura incepit præcipere in ptona Abrahæ
necesse fuit q̃ totum prolequeretur in ptona Abra-
hæ, quia erat inconuenienter dictum, q̃ apparitio di-
ceretur facta Abrahæ, & q̃ vox poneretur dirigi ad
Thare, uel ad Abraham, & Thare, sed eadem ratione
poneretur locutio directa ad solum Abrahã, quando
ponitur apparitio ei facta. Aliter posset dici q̃ etiam
ista uerba poterant intelligi de Thare, ut si essent ad
eum directa; nam uerũ est quòd ipse egressus est de
terra sua, & de cognatione sua. De terra quidem sua
egressus est Thare, quia terra natiuitatis suæ est Hur
Caldęorum præcedẽti cap. de cognatione sua egres-
sus est, quia exijt de terra Caldęorum, ubi erat cogna-
tio sua, nam dicitur Iudic. 5. cap. q̃ populus ille est de
origine Caldęorum: certum est autẽ q̃ alios cogna-
tos haberet Thare in illa terra, præter Abram filium
suum, & Loth filium filij sui, & tamen hos solos secũ
tulisse dicitur; ergo cæteros relinquebat in terra Cal-
dęorum, & sic exibat de cognatione sua. Secundo &
melius responderi potest, quòd ista apparitio, quæ fa-
cta est in terra Caldęorum soli Abrahę facta est, & sic
stabit conuenienter litera Act. 7. ca. & non oportebit
fieri suppletiones aliquas, neque expositiones: sed ac-
cipiet sicut iacet, s. Deus gloriæ apparuit patri nostro
Abraham, cum esset in Mesopotamia, s. ei soli appa-
ruit, & non Thare; & ideo ei soli dirigetur uox, s. exi
de terra tua, & de cognatione tua. Nam illa erat terra
Abrahę, quia in Hur Caldęorum natus est, & ibi erat
omnes cognati eius. Etiam de cognatione sua exitu-
rus erat, quia cognati sui manebãt in Hur Caldęorũ,
& quo-

& quocunque ipse iret exibat de cognatione sua, qa
nõ ibant illuc omnes eius cognati. Sed tunc obijcie-
tur: q̃ non stet: quia sic solus Abraham exiret de ter-
ra illa, quia soli ei mãdatum erat factum de exeundo.
An præceperit soli Abrahæ, vt exiret. Dici potest q̃ fuit soli Abrahę facta apparitio, & mã-
datum datum de exeundo; ipse autem cum exire vel-
let reuelauit illud patri suo Thare, qui erat tunc fide-
lis, & pius Deum verũ colens, inde voluit ipse quo-
que exire, tum vt faceret id, quod Deus filio suo face-
re iusserat, tum ut non cogeretur, aut induceretur ad
colendos falsos Deos. Nã pro hac causa dr̃ Iudic. 5. c.
q̃ exijt populus Hebręorum de terra Caldęorũ. Vel
põt dici q̃ Thare cum fidelis esset, & ab idolatris op-
primeretur, cupiebat exire de terra sua, vt iret in aliã
terram, in qua non cogeretur ad idolatriam, & ẽt si
neque ei, neque Abrahæ filio suo appareret Deus.
An præceperit pro Dei, vel patris Abraham exiuit. Accidit tñ interim q̃ Deus appareret Abrahę, & iu-
beret ei exire, & exiuit cum Thare patre suo, qui exi-
re nolebat. Sed adhuc obijcietur, q̃ præcedenti cap.
Dr̃ tulit itaque Thare Abraham filium suũ, & Loth
filium filij sui, & eduxit eos de Hur Caldęorum, vt ve
nirent in terram Chanaã, & sic patet q̃ Thare edu-
cebat Abraham de regione illa, & non exibat inde
Abraham, vt vocatus a Deo, & iussus exire. Dicendũ
quòd Abrahę erat datum mandatum de exeundo de
terra illa: & exiturus erat, etiam si Thare non exiret.
Accidit tamen quòd tũc Thare exire uoluit siue pp
reuelationem factã Abrahæ filio suo, siue qa ipse cu-
piebat fugere idolatriam: & quia filij obediẽbãt patri,
& sequebantur eum, velut principalem dictum est: q̃
ille eduxit eos: quia illum exeuntẽ illi comitati sunt;
Quæst. 4. dato quòd ille non exiret, illi tamen exirent.

Nunc ad secundum respondendum; quòd Abra-
ham fecit quod Deus iussit, nam exiuit de terra sua,
& de cognatione sua. Erat quippe terra Abrahæ ter-
ra Hur Caldęorũ, & de illa iubebat Deus exire Abra-
hæ. Et exiuit veniẽdo in Charram. Etiam de cogna-
tione sua exiuit: quia in Hur Caldęorum cognatos
multos habebat, quos dereliquit exeundo de terra
illa, & ideo q̃ cum Abraham iret Thare nõ impedie-
bat, quin ille mandatum Dei impleret. Secũdo patet
hic, quia scriptura dicit in hoc, impletum esse manda
tũ Dei. Act. 7. c. s. dixit ei, exi de terra tua, & de cogna-
tione tua: & sequitur, tunc exijt de terra Caldęorũ, &
habitauit in Charra. Et ita innuitur, q̃ impletum fuit
mandatum illud veniendo in Charram, & tñ Thare
uenit in Charram cum Abraham, ergo etiam illo ue
niente implebat Abraham mandatũ Dei. Tertio pa-
tet, quia cum dictum est Abrahæ, q̃ de terra sua exi-
ret, & de cognatione sua, & ille exibat de regione
Caldęorum, de qua oriundus erat, & in qua erant sui
cognati, exibat de terra sua, & de cognatione sua.
Quòd uero cognati sui sequerẽtur eum recedẽtem,
uel aliq̃ de eis non obstabat q̃n impleret Abrahã præ
ceptum Dei. Nam non erat in potestate sua, q̃ non
sequerent̃ enim cognati sui; & id qđ in potestate eius
nõ erat non impediebat impletionẽ mãdati. Quarto
põt dici, q̃ intelligitur exitus de cognatione, & terra
quantum ad cognatos, qui idolis seruiebant; volebat
enim Deus sibi purum reddere, vt non macularetur
idolatria. Cognati autẽ sui colebant idola, ideo iussit
Deus exire de cognatione. Si qui tamẽ erant cognati
Abrahę cultores veri Dei, non prohibetur Abraham
inter eos manere, sed Thare, & Loth erant tũc tales:
ideo non cogebat recedere ab eis per hoc mandatũ
Dei. Nam Thare Deum colebat, vt Aug. dicit lib. 16.
de ciui. Dei. c. 13. Nachor aũt erat frater Abrahæ, sed
quia erat idolatra, deseruit eum Abraham. Nã mãsit
Nachor in Hur Caldęorũ recedente inde Abrahã, vt
Aug. ibidẽ innuit. Et hoc magis apparet: qa in vltima
vocatione, qua dictũ est hic Abrahę, egredere de ter-
ra tua, & de cognatione tua, venit cum eo Loth filius
fratris sui Aran, & non solum venit, sed potius tulit
illum secum Abraham, vt hic dr̃, & tñ hoc nõ obstat,
quin impleuerit præceptũ. Et hoc est quia Loth erat
cultor veri Dei: ergo a fortiori cum Abrahã non tu-
lerit secum Thare, sed ille voluerit venire cum eo nõ
impedit, quin impleuerit Abraham præceptum Dei.
Si aũt diceremus sicut præcedenti q. dicebat, q̃ appa-
ritio illa non solum fuit facta Abrahę, sed ẽt Thare
tunc erit certum, q̃ non iubebatur recedere Abrahã
a Thare patre suo cum ad ambos fieret vocatio, sed
infligeretur, q̃ ipsi recederent ab alijs cognatis suis, q̃
erant idolatræ. Et tñ melius dr̃ q̃ fuerit apparitio fa-
Quare apparitio fuit facta soli Abrahæ. cta soli Abrahę; & hoc primo, quia ista apparitio erat
principium ſegregationis, & electionis populi Dei;
Sed Thare non fuit pater populi electi, sed Abrahã,
neque computat̃ Thare in hoc populo; ergo nõ fie-
ret apparitio ipsi Thare, sed Abrahę, qui erat caput, &
pater populi, qui eligebatur. Secundo quia ista appa-
ritio, & vocatio erant ad cauendũ idolatriã in eo, qui
vocabat̃, & tñ Thare licet nunc esset veri Dei cultor
ad vltimũ incidit in idolatriã, & in ea mansit, ergo nõ
est ille, cui facta est apparitio, sed Abraham, qui nunq̃
idolatriã incidit, fuit, cui reuelatio, & apparitio facta
est. Tertio quia ad magnam dignitatem alicuius per-
tinebat fieri ad ipsum reuelationem, & apparitionẽ
Dei, tamen Thare non iudicatur alicuius dignitatis:
Abraham vero magnæ dignitatis, quod patet ex mu-
tatione nominis infra 17. c. s. Non vocabitur vltra no-
men tuum Abram, sed appellaberis Abrahã, qa patrẽ
multarũ gentium constitui de Abrahę igitur debuit
fieri apparitio Dei, & non Thare, & ideo respondebi-
tur sicut supra.

Quæst. 5. Sed nunc ad tertium dicendũ, quòd Abraham im-
pleuit mandatum Dei, & cum dr̃ q̃ non uenit in ter-
ram, quam mõstrauit ei, potest dici vno modo, quòd
Abraham uenit hac vice in Charram, & tñ uenit in
terram, q̃ ei monstrauit, & poterat dici, q̃ monstraue-
rit ei Charram. Cum vero obijcitur, q̃ monstrauit ei
terram Chanaam: dici põt q̃ hac vice non mõstrauit
ei terram Chanaam, sed in secũda uocatione, de qua
hic in litera, & tunc venit in terram Chanaã; sed illa
prima vocatione non exprimitur, quã terrã ei Deus
monstrauerit, & sic potest dici, q̃ mõstrauerit Char-
ram, & illuc venit Abrahã; & hoc apparet aliqualiter
Act. 7. cap. s. dixit ei, exi de terra tua, & de cognatione
tua, & veni in terram, q̃ mõstrauero tibi; & sequitur,
tunc exijt de terra Caldęorum, & venit in Charram;
& ita vr̃ innui q̃ veniendo in Charram impleuit prę-
ceptum dñi. Et nõ est dubium quin impleuerit præ- An Deus ostenderit Abrahæ Charram, aut Chanaam.
ceptum dñi veniendo in Charram, sed an illa sit terra
ostensa Abrahæ est dubium. Aliqui dicunt q̃ fuit illa
terra ostensa Abrahæ, quia non solum Abrahã uenit
in illam, sed etiã mansit ibi longo tempore quo vsq;
Deus iterum mandauit Abrahæ exire de terra illa, &
ire in terram Chanaam, & tñ si prima vice mõstrasset
Deus Abrahę terrã Chanaam, in q̃ iret, & ipse iret in
Charrã, non manẽt ibi, sed trãsiret vltra in terrã Cha-
naã, & tamen mansit ibi, ideo vr̃ terra illa ei monstra-
ta. Aliter potest dici, q̃ monstrata fuit ei terra Cha-
naam, & non Charra; & tamen Charra erat in itine-
re, & accidit, quòd cum illuc venisset Abraham ma-
neret ibi aliquandiu cum patre suo Thare. Et vr̃ istud
verius, quia Deus non ostẽderet Abrahę illam terrã,
in qua nõ erat mansurus. Erat enim ista uocatio prin-
cipium electionis, & ſegregationis populi Dei; & tñ
populus Dei nõ debuit manere in alia terra, q̃ in ter-
ra Chanaam, qa illa fuit ei promissa infra 13. & 15. ca.
Charra aũt non pertinuit ad possessionem suam ideo
non

non debuit illā ostendi. Secundo patet, qa hoc innuit F
litera præcedenti cap. s. Tulit Thare Abraham filium
suum, & Loth filium filij sui, & eduxit illos de Hur
Caldeorū, vt irent in terram Chanaam, & tñ si Deus
monstrasset Abrahæ Charram, non intenderet ire in
terram Chanaā; ergo debet haberi pro certo: qꝫ Deus
monstrauit, aut nominauit Abrahæ terram Chanaā
in terra Caldeorum quomodo ei apparuit, & illuc in-
tendebant Abraham, & Thare ire, sed accidit quòd
in Charra manerent aliquandiu.

Quæst. 6. Cur Abraham manere ausus est in terram Charram, cum monstrata fuerit ei Chanaā.

Sed obijcietur qūo Abraham fuit ausus manere in
terram Charrę, cum Deus dixisset, qꝫ irer in terram,
quam monstraret ei, & illa fuit terra Chanaam? Dici
pōt vno modo quòd intendebant Abraham, & Tha-
re ire in terram Chanaam, sicut dī præcedēti c. Deus
tñ posuit impedimentum aliqđ, vt tunc non possent
illuc transire, & durante isto impedimento nō pote-
rat in terram Chanaam transire Abrahā, neque erat
in culpa. Causa aūt quare Deus istud impedimētum
poneret erat, vt non transiret Thare in terrā Chanaā,
quia non expediebat, quòd transiret illuc. Primo qa
Thare nunc colebat Deum verum, postea tñ conuer-
sus est ad idola ipse, & Nachor, & tota alia cognatio
sua præter Abraham Iosuę vlti. c. s. transfluuium habi-
tauerunt patres vestri ab initio Thare, & Nachor, ser-
uieruntque dijs alienis. Cum autem illi declinarent
ad idolatriam: deberet ab eis Abrahā, & domus sua
recedere, vt non indificerentur isto crimine. Et tñ si
in terra Channam illi manerēt, non possent Abrahā, H
& domus sua ab illis recedere cum in terrā Chanaā
mansura esset posteritas Abrahę. Cum autē in Char-
ra, aut alibi extra terram Chanaam maneret Thare
declinante illo, & cognatione sua ad idolatriam po-
terat Abraham cum domo sua recedere ad terram
Chanaā, in qua mansurus erat, ergo non debuit Tha-
re venire in terram Chanaam, sed alibi manere, & sic
fuit conueniens, quòd maneret in Charra. Secundo
fuit, & præcipue propter possessionem terræ. Deus
enim promisit terram Chanaam Abrahæ, & semini
suo, infra 13. & 15. cap. Et illam habituri erant posteri
Abrahæ deletis gentibus omnibus, quæ ibi essent; qđ
factum est post exitum de Aegypto sub duce Iosuę;
si autem Thare illuc trāsisset maneret posteritas eius,
& filij sui Nachor in terra Chanaam, & ibi creseeret: I
cum vero Hebrei sub duce Iosuę intrarent in terram
Chanaam, aut dimitteret gentem illam ibi, aut expel-
lerent, si ibi permitteret, occuparent magnam partē
terræ Chanaam: & tamen tota fuerat promissa semi-
ni Abrahæ, ergo non deberent permitti manere. Ad
expellendum autem eos de terra oportebat cum eis
pugnare, & occidere eos: quia non dimitterent ipsi
ipōte terrā suam, & oīa quæ possidebant. Pugnare tñ
contra cognatos suos, & occidere illos, erat inconue-
niens. Nam Deus iusit Israelitis, qñ exierunt de Ae-
gypto, qꝫ non pugnarent contra Idumęos, neque cōtra
Moabitas, aut Amonitas, Deu. 2. c. Et hoc quia co-
gnati erant; ergo debuerunt isti esse extra terrā Cha-
naam ad hoc quòd Israelite nullam occasionem pu-
gnandi contra eos haberent. Hoc non poterat fieri si
Thare intrauisset in terrā Chanaam, & filius eius Na-
chor, qa ibi maneret sua posteritas; ideo Deus bene
prouidit ponendo impedimētum aliqđ, ut Thare in-
trare non posset in terram Chanaam, existente autē
isto impedimento Abraham quoque nō poterat in-
troire in terram Chanaam, ideo non erat in culpa
etiam si non iret illuc.

Quæst. 7.

Sed aliquis dicet, idato qꝫ nō iret nunc Thare in ter
ram Chanaam, quare nō fuit postea cessante impedi-
mento? Aliquis dicet qꝫ nunq cessauit impedimentū
viuente Thare, ideo non potuit illuc ire. Dicēdum qꝫ
hoc non stat nam viuente Thare venit Abraham in
terram Chanaā, vt dictum fuit precedenti ca. & infra
ostendetur, sannis sexaginta ante mortē Thare: ergo
potuit Thare venire in terram Chanaā. Dicēdum qꝫ
impedimentum, si qđ præcesserat, cessauit, & tñ non
venit Thare in terram Chanaā, primo quia iam non Prima ra.
desiderabat illuc ire: a principio enim qñ Thare cul-
tor veri Dei erat audito, qꝫ apparuisset Deus filio suo
Abrahæ, & iussisset ire in terrā Chanaā, ipse quoque
desiderauit illuc ire, & qñ exiuit de terra Caldeorum
proposuerat venire in terrā Chanaā, vt significat præ-
cedenti c. postea vero declinans a cultu veri Dei ces-
sauit ēt velle id, qđ Deus iusserat Abrahę; & ita noluit
ire in terram Chanaā, qñ Abrahā illuc iuit de Char- G Secūda ra.
ra, licet ire potuisset. Secundo qa Thare fortè in ter-
ram Chanaam ire disposuerat, quasi melius q̄ alibi ibi
sibi futurum esset. Et tñ postq̄ mansit in Charra pro-
spere sibi succesit; ideo non desiderauit in aliam re-
gionem ire. Tertio quia fortè Deus abstulit istud de- Tertia ra.
sideriū de corde Thare. Si. n. illuc Thare iret, qñ iuit
Abraham, sicut venerat cum eo de Hur Caldeorū in
Charram, sequerent inconuenientia posita præcedē-
ti quęst. Ideo dedit in cor eius, vt ire nolet in terram
Chanaam, qa Deus mouet cor hominis, quo uoluerit, iuxta illud Prou. 21. ca. cor regis in manu dñi, quo-
cunque uoluerit, uertere illud; ita ergo, & corda alio-
rum virorum uertet, quo uoluerit. Quartò quia for- Quarta ra.
tè Thare cupiebat adhuc in terram Chanaam ire, sed
Deus posuit timorem in corde eius, ut non auderet
ire. Sic enim solet facere, ut patet infra 25. c. vbi erant
populi Chananęorū cupientes persequi Iacob, & de-
lere domum eius, sicut ipse timebat infra 24. qđ fieri
facile erat: sed Deus inculsit timorē Chananęis, vt fa-
cere non auderent infra 25. s. cunque profecti essent
terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitates, &
non sunt ausi persequi recedentes; & simile patet,
Exo. 34. cap. Ita potuit fieri in Thare nunc, ut non au-
deret ire in terram Chanaam.

Quæst. Cur Deus iussit Thare recedere de Hur Caldeorum, & degentem in Charra ingredi terram Chanaam.

Sed dicetur si expediebat; vt Thare non intraret in
terram Chanaam, ad quid fecit Deus eum venire de
Hur Caldeorum? Ibi enim manebat longius a terra
Chanaam, & posteritas eius minus posset miscери po-
steritati Abrahæ, & ad idolatriam eam trahere. Di-
cendum qꝫ sicut fuit expediens propter Abraham, qꝫ
Thare, & Nachor non introirent in terrā Chanaā, ita
fuit expediens pp ipsum, quod nō maneret Thare in
terra Caldeorum in loco suæ originis: Et hoc quia
oportebat Abraham, & posteritatē suā reuerti aliqñ,
postq̄ essent in terrā Chanaam ad locum, in quo es-
set posteritas Thare, ideo debuit manere Thare cum
posteris sūis in aliqua terra magis propinqua terræ
Chanaam, q̄ Hur Caldeorum, qui tñ esset extra terrā
Chanaā, ut facilius & tutius posset illuc ire Abrahā,
vel posteri sui. Oportebat aūt, quòd Abraham & po-
steri sui pp duo redirent aliqñ ad Thare, & posteritā-
tem suam. Primo pp successionē in bonis; erat quip-
pe Thare pater Abrahæ, & successurus erat ei, unde
quando mortuus est, erat in Charra, præcedenti cap. K
& illuc iuit Abraham, ut acciperet ea, quæ iure suc-
cesionis ei proueniebant; deinde redijt in terrā Cha-
naam, fortasis hoc non fecisset Abraham, si more-
retur pater eius in Hur Caldæorum: Difficile enim
sibi esset, aut non tutum ire in terram illam. Secūdo
oportebat redire propter matrimonia, quia posteri
Abrahæ nō erant accepturi vxores de stirpe Chana-
næorum, inter quos habitabant, sed de cognatione
sua; sic patet de Isac filio Abrahæ, nam voluit Abra-
ham, quòd acciperet de Chananęis vxorem, sed misit
ad urbem Nachor fratris sui, & accepit inde Rebec-
cam filiam Batuelis filij Nachor infra 24. ca. Similiter

Iacob

Iacob non voluit accipere vxorem de Chananęis, sed A
iubente patre eius Isaac iuit ad ciuitatem Nachor, &
accepit vxores duas Liam, & Rachelem, quæ erāt de
cognatione sua infra c. 29. & 30. Et tamē si cognatio
ista mansisset in terra Caldeorū fortè non potuissent
posteri Abrahę illuc ire ad accipiendum vxores. De-
buit ergo Thare, & Nachor exire de terra Caldeorū,
& venire ad aliquam terram propinquam terræ Cha-
naam, & ibi manere talis autem fuit Charra: ergo ibi
fuit cōueniens manere Thare, & ita tam Thare, quā
Nachor debuerunt exire de terra Caldeorum, non
tamen debuerunt in terram Chanaam intrare.

Quæst. 9. Solutio Cur manere voluit Abrahā in Charra.

Redeundo ad illa, quę omisimus sup. q. 5. dicemus
quòd Abraham propter impedimentum intrandi in
terram Chanaam mansit in Charra, & ita non erat in B
culpa. Secundo potest dici quòd etiam si non esset
impedimentum aliquod intrandi in terram Chanaā
posset Abraham licite manere aliquandiu in Charra
cum patre suo, neque in hoc faciebat contra manda-
tum domini. Nam ipse exierat de terra sua Caldeo-
rū, & de cognatione sua, quod ei iussum erat, & ibat
in terram Chanaam, quam ei Deus monstrauerat, &
tamen non tenebatur semper procedere quousque
veniret in terram Chanaam, quia hoc non fuerat ex-
pressum in mandato, dum tñ nō intenderet manere
firmiter habitādo alicubi extra terram Chanaā, quia
hoc esset contra mandatum Dei: si tamen alicubi in
via manere vellet aliquandiu Abraham, quia sibi vti-
le erat: dum tñ intenderet postea ire in terram Cha- C
naam, & ibi habitare licitum esset: ita ergo nūc esset,
quia licet in Charra cum Thare manserit aliquandiu,
Abraham intendebat ire in terram Chanaam, ideo
non faciebat contra voluntatem Dei.

Alia solutio.

Quæst. 10. Cur Abraham tāditi moratus fuerit in Charra.

Sed tunc petetur, qūo tādiu moratus fuit Abrahā
in Charra, quousque Deus iterum iusit ei exire de
terra illa, & ire in terram Chanaam? Nam apparet ex
hoc quòd intēdebat iam Abraham manere in terra,
in qua Thare erat, s. in Charra. Ad hoc respondent
aliqui vno modo, s. quòd Abraham mox, vt de terra
Caldeorum venit in Charrā relicto ibi patre suo trā-
siit in Chanaam, & ita non fuit mora aliqua, sed cō-
tinuatio itineris, & neque fuit vocatio aliqua, nisi in
terra Caldæorum. Sed obijcietur, quòd manserit ali-
quandiu: quia cum esset Abraham in Charra, siue D
Aran cum patre suo Thare facta fuit ad cū vocatio,
vt patet hic in litera. Dicunt isti quòd vocatio vnica
fuit, quæ facta est in terra Caldeorum: & tamen hic
ponitur ista vocatio per recapitulationem; deberet
enim poni ante exitum de Hur Caldæorum. Et quia
ibi non fuit posita ne videretur pertinere ad Thare,
qui tūc exiuit de terra Caldæorum postponitur quasi
videatur esse in Charra, tamen non significatur inde
facta, sed illa, quæ facta est in Hur Caldæorum, de qua
locutus est Stephanus Actu. 7. cap. Se verius videtur
dicendum quod fuerit facta alia uocatio in Charra.
Et hoc magis conuenit literæ, ut infra tangetur. Et
data alia uocatione necesse est diei, quòd Abraham
fuit aliquādiu moratus in Charra, quia si procederet
cōtinuo processu, ut iret in terram Chanaā, non erat E
necessaria, neque utilis alia uocatio. Secundo patet
hoc efficacius: quia isti præsupponunt, qꝫ Abraham
non fuit moratus aliquandiu in Aran, sed relicto ibi
patre processit in terram Chanaam: & tamen hoc est
contra literam huius ca. vbi præsupponitur, quòd ali-
quāto tempore longo manserit in Aran, & acquisie-
rit ibi opes, vel auxerit facultates suas; cum dicitur tu-
litque Sarai uxorem suam, & Loth filium fratris sui,
vniuersamque substātiam, quam possederant, & ani-
mas, quas fecerant in Aran, & ita in Aran acquisierāt
animas, idest seruos; ergo aliquanto tempore ibi mā-
serant ad hoc, quòd possent acquirere facultates ibi.
Sed tunc dicetur quomodo Abraham tandiu ausus
fuerit morari in Charra siue Aran, ut indiguerit alia
uocatione; nam iam uidebatur vltra uoluntatē Dei
manere. Dici potest quòd Abraham quando mansit
in Charra intēdebat ire in terram Chanaam, & tamē
quia non obligabatur statim ire manebat ibi aliquan-
diu quādiu sibi utile esse uidebat manente sibi firmo
proposito eundi in terram Chanaam, quia tamen in
hoc morabatur plus debito, aut plusquam Deus vel-
let uocauit eum Deus, quòd iret neque tamen pecca-
uerat manendo usque nunc, quia non fuerat uolun-
tas Dei super hoc reuelata, & statim, ut fuit reuelata
recesit inde, & sic non peccauit. Aliter potest dici, qꝫ
cum uenerit Abraham in Charrā reuelauit ei Deus, B
quòd ibi maneret cum patre suo aliquandiu, licet de
hoc scriptura nihil expresserit, & ideo manebit ibi A-
braham, quo usque contrariam reuelationem habe-
ret de exeūdo inde, & statim, ut illam habuit recesit.

Quæst. 11. An apparitio, de qua loquit Stephanus fuerit facta in terra Caldæorum, vel in Charra.

Nunc ad quartum supra positum est respōdendū,
qꝫ illa apparitio, de qua loquitur Stephanus Actu. 7.
fuit facta in terra Caldeorum; & non in Charra, quod
patet, quia dicitur ibi Deos apparuit patri nostro A-
brahæ, cum esset in Mesopotamia, antequam mora-
retur in Charra. Et ita non fuit facta reuelatio illa, de
qua loquitur Stephanus in Charra; sed alibi: & tamē
non fuit alibi antequam in Charra, nisi in terra Cal-
dæorum; ergo in terra Caldæorum facta est ista reue-
latio. Item patet quia dicitur ibi; dixit ei, exi de terra
tua; & de cognatione tua, tunc exijt de terra Caldeo-
rum, & habitauit in Charra: ergo antequam exiret de
terra Caldeorum facta fuit ista apparitio. Cum autē
obijcitur, quòd facta fuit in Charra, quia dicitur facta
fuit in Mesopotamia, & tamen Mesopotamia est, in
qua est Charra. Dicendum qꝫ istud nihil obstat, sed
procedere uidetur argumentum apud eos, qui sunt
ignari situs terrarum, & locorum. Est enim verum qꝫ
Hur Caldæorum, in qua facta est reuelatio Abrahæ
erat in Mesopotamia, & etiam Charra, in qua postea
habitauit Thare cū Abraham aliquandiu erat in Me-
sopotamia, & ibi etiam erat ciuitas Nechor, ut colli-
gitur infra 24. Et ideo utraque reuelatio tam in Hur
Caldæorum, quàm in Charra facta est in Mesopota-
mia. Circa quod considerandum qꝫ Syria comprehē Descri-
dit totam terram, quæ est a flumine Tigri usq; ad Ae- ptio Syriæ.
gyptū large sumendo Syriam. Habet ab Oriente Ti-
gri, a Meridie sinum Arabicum, ab occasu mare Me-
diterraneum, ab Aquilone Armeniam, & Cappado-
ciam. Hæc autem Syria in plures partes diuiditur, pri-
ma Syria est, quæ inter Tigrim, & Eufratē protenditī
in longum a Septentrione in meridiem, ideſt a mōte
Tauro usque ad sinum Arabicum: & ista Syria vocat
Mesopotamia, in ea est ciuitas Edessa, quæ vulgariter
dicitur Roase; & in lib. Thobiæ dicitur Rages, & est
ad quatuordecim leucas vltra Eufratem ad Aquilo-
nem inter montem Taurum, & Caucasum. Et huic
parti Aquilonari appropriatur nomen totius, & uoca
tur stricte loquendo Mesopotamia Syrię; diuiditur
hæc Syria in prouincias; Mediam, Caldęam, Persidē.
Hæc regio est, in qua habitauit Thare, & Nachor, &
in qua est Charra, & uocatur Mesopotamia, i. in me-
dio fluuiorum, uel aquarum iuxta interpretationem
Græcam, & in Hebreo uocatur Aran Naharain, ideſt
Syria fluuiorū, & in hac est ciuitas Nachor infra 24.
cap. Et satis patet, qꝫ Charra sit in Mesopotamia, quia
est ultra Eufraten, ut innuitur Iosue 24. cap. Et tamen
regio, quæ est inter Tigrin ab Oriēte, & Eufraten ab
Occidente Mesopotamia dicitur; terra autem Hur
Caldæorū est in hac Mesopotamia cum in ea sit Re-
gio Caldæorum, ut dictum est: & ita non est incon-

ueniens

ueniens id, quod pro inconuenienti reputatur inter F eos, qui nesciũt quid sit Mesopotamia: vtraque ergo apparitio tam in Vr Chaldęorum, quàm in Charra facta est in Mesopotamia.

Quæst. 12. Duplex apparitio facta Abrahæ. Duplex iussio. Triplex exitus.

Nunc vero redeundo ad id, quod incepimus supra q. 1. dicemus, ꝙ fuit duplex apparitio facta Abrahæ: & duplex iussio exeundo de terra sua, & fuit triplex exitus; prima iussio fuit illa, quæ in Vr Chaldæorum facta est, & istam ponit solus Stephanus Act. 7. Et hic nulla mentio fit de illa, sed id, quod ad illam pertinet, declaratum est ex quæstione secunda vsque huc. Respondendũ huic vocationi, & apparitioni primus exitus, qui fuit de Vr Chaldęorum usque in Charrã, quod etiam solus Stephanus tetigit dicens Deus gloriæ apparuit patri nostro Abraham, cum adhuc esset in Mesopotamia, & dixit ei; exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam mõstrauero tibi: tunc exijt de terra Chaldęorum, & habitauit in Charra. De isto exitu nõ habetur aliquid hic sub nomine talis exitus, sed præcedenti ca. dicit qũo Thare exierit de Vr Chaldæorum cum Abraham: & tñ non fit ibi mentio de vocatione aliqua; vnde non ponitur per modum vocationis. De ætate Abrahæ tpe istius vocationis aut exitus, nihil ponit sacra scriptura, neq; ex aliquo loco determinatè colligere possumus. Secunda vocatio fuit existente Abraham in Charra, siue Aran: hic vero statim dicitur; Dixit dñs ad Abraham: egredere de terra tua, & de eognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quàm monstrauero tibi. Hæc apparitio, & vocatio solum facta fuit Abrahæ: nam ad Thare patrem suum non pertinet. De prima vocatione, & apparitione, an facta fuerit Thare, erat aliqualiter dubium, eo ꝙ Thare exierit de terra sua, sicut Abraham, immo fit mentio præcedenti cap. quòd Thare tulerit secum Abrahã in Charram. De hac vocatione certum est, quòd non pertinuerit ad Thare: quia Thare nõ fecit id, quod hic iubetur, s. quòd non venit in terram Chanaan exeundo de loco aliquo, sed mansit in Charra, & ibi mortuus est. Etiam verba ista non possunt dirigi ad Thare: quia hic dicuntur aliqua, quę nullo modo poterãt ei conuenire, s. egredere de domo patris tui, nũc uero Thare etiam si egrederetur de Charra, non egreditur de domo patris sui: nam domus patris sui nõ erat I in Charra; sed in Vr Chaldæorum. Item dato quòd esset tunc Thare in Vr Chaldæorum, adhuc nõ posset dici eo tẽpore exire de domo patris sui; licet exiret; sed solum de cognatione sua, quia pater suus Nachor non erat tunc viuens. Mortuus enim fuerat ante hoc, quasi viginti sex annis: & patet quia tota vita Nachor patris Thare fuit annorum centum quadraginta octo: nam erat annorum viginti nouem, quando genuit Thare, & vixit postea annis centum, & decem nouem annis præcedenti cap. qui anni sic computantur. Erat Nachor pater Thare annorum viginti nouem, quando genuit Thare; erat autem Thare annorum septuaginta, qñ genuit Abraham, ut eodẽ ca. Abraham vero quãdo nunc vocatus fuit, & introiuit in terrã Chanaan, erat annorũ septuaginta, & quinque: vt patet infra in litera, qui omnes sunt anni centum septuaginta quatuor, de quibus demantur centũ quadraginta octo anni, quibus vixit Nachor, vt ostensum est, manebunt anni viginti sex qui fluxerant post mortem Nachor; & sic qñ facta fuit ista vocatio iam fuerat mortuus pater Thare viginti sex annis prius: vnde non poterat dici tunc de Thare, quòd egrederetur de domo patris sui, quia pater suus nõ uiuebat; & sic non habebat domum, sed poterat dici de cognatione sua.

Secunda vocatio Abraham.

Quæst. 13. Sed obijcietur, ꝙ etiam si pater suus non viueret tunc, diceretur domus patris eius esse; quia dicit domus Leui, & domus Iacob, & domus Aaron eo tẽpore, quo nullus istorum erat Psal. 113. & Psal. 117. Dicipotest ꝙ domus accipitur, pro cognatione, sicut acipit. Virg. lib. 1. Aene, scilicet.

Cùm domus Assaraci Thathiam, claraſq; Mycenas.
Imperio premet.

Et intelligitur de Romanis, qui dicebantur esse de domo Assaraci, idest de progenie Troianorum, & dominaturi essent Græcis multo tempore post fundationem vrbis Romæ; & tamen tunc neque futurus erat Aeneas, neque Assaracus eius auus multo minus, sed progenies descendens ab Assaraco maneret tũc. Hoc modo domus Leui, & Iacob, & Aaron, G & aliorum dicebatur esse, qñ ipsi non erant; & tñ tũc non distinguitur domus Iacob a cognatione Iacob, i. qui descendit ab ipso. Hic vero distinguuntur ista: ga dicitur: Egredere de cognatione tua, & de domo patris tui: ideo non potest accipi domus patris nisi familia patris viuentis; cognatio autẽ uocatur reliqua parentella descendens ab auis, & proauis; vnde si hoc deberet ad Thare patrem Abrahæ referri, s. quòd ipse egrederetur de cognatione sua, & de domo patris sui, oportebat patrem tunc viuere, & tamen non viuebat, qa annis viginti sex ante hoc mortuus est, vt ostẽsum fuit supra: ergo non poterat tunc egredi Thare de domo patris sui. Item non potest de illo intelligi quod sequitur; Faciam te crescere in gẽrem magnã: quia non creuit Thare in gẽrem magnam. Etiã quia H dicitur: Benedicam tibi, eriſque benedictus, quia nulla benedictio ad Thare pertinet: ergo non fuit ista vocatio facta ipsi Thare; & ita erit distincta a præcedenti, quæ aliquo modo poterat intelligi de ipso, vt ostensum est.

Cur dõ poterat dici domus patris Thare, si nõ habebat pater cũ de aliis hoc dicũ fuerit.

Quæst. 14. Sed ista vocatio pertinet ad Abraham; & omnes partes eius, & complectiones possunt attribui Abrahæ: dicitur enim: Egredere de terra tua: quod poterat esse verum, quando egrederetur Abraham de Charra, siue Aran: nam licet ibi non natus esset, mansit ibi diu, & acquisit opes multas, cum dicatur infra in litera: Et animas, quas fecerant in Aran, idest acquisiuerant seruos. Dicebatur autem ista esse terra sua: non quidem terra originis: sed terra habitationis. Etiam conuenit ei completio: quia Abraham exiuit de terra illa iubente Deo, & mãsit ibi Thare. Dicitur egredere de cognatione tua: erat enim ibi cognatio Abrahæ: quia erant illi, qui descendebant de patre suo, & fortè aliqui, qui descendebant de auis suis, de quibus tamen scriptura nullam facit mentionem, & venerũt cum Thare, & Abraham. Dicitur de domo patris tui, quia verè erat tunc domus patris Abrahæ, de qua posset recedere, cum esset pater eius viuens: nã vixit multo tempore post istum egressum Abrahæ de Charra. De omnibus ijs egressus est Abrahaã, & venit in terram, quàm mõstrauit ei Deus, scilicet in terram Chanaan relicto patre suo Thare, & fratre suo Nachor cum tota cognatione ipsorum: cætera etiam, quę ibi K sequuntur completa sunt in Abraham de multiplicatione in gentem magnam, & benedictione. Huic quoque mandato secundo de exeundo respondet secundus exitus, & iste fuit quando exiuit Abraham de Charra siue Aran, & venit in terram Chanaã. De hoc exitu habetur hic in litera, & non habetur Act. 7. cũ dicitur; Egressus est itaque Abrahã, sicut præceperat ei dominus, initq̃ cum eo Loth, tulitq̃; Sarai vxorẽ suam, & Loth filium fratris sui, vniuersamq̃; subſtantiam, quã possederat, & animas, quas fecerant in Arã, & egressi sunt, vt irent in terram Chanaan. De isto exitu habetur tempus, s. cuius ætatis erat Abraham, qñ exiuit de Aran, siue de Charra. Et dicitur ꝙ erat annorum

Cuius ætatis Abraham, qñ exiuit de Charra.

annorum septuaginta quinque, sic dicitur infra in li- A tera septuaginta quinque annorum erat Abraham cũ egrederetur de Arã: & in hoc differt iste exitus a primo: quia de primo non habemus cuius ętatis erat Abraham cum egrederetur de Vr Chaldęorum. Ex hoc etiam apparet ꝙ iste exitus Abrahæ fuit viuente Thare patre Abrahę, & vixit adhuc post hoc annis sexaginta: quod patet qa Thare erat septuaginta annorum, cum genuit Abraham precedenti c. Abrahã vero cum exiuit de Aran, & ingressus est in terram Chanaam erat annorũ septuaginta quinque: vt patet hic in litera, qui sunt simul anni centũ quadraginta quinque, & tamen Thare vixit annis ducentis, & quinque precedenti cap. ergo supererant anni sexaginta vsque ad mortem Thare.

Quæst. 15. An Abrahã iussus fuerit exire de terra ante mortem Thare, vel post.

Sed contra hoc aliqui dicunt, ꝙ nõ possit stare: sed B dicta fuerint verba ista post mortẽ Thare, quod patet: quia precedenti cap. dr̃ veneruntque Aran, & habitauerunt ibi, factique sunt dies Thare ducentorũ quinque annorũ, & mortuus est in Aran, & sequit statim: dixit autem Deus ad Abraham; egredere de terra tua, & de cognatione tua, & sic post mortem Thare dicta essent ista verba. Ita omnes concorditer assereremus propter ordinem literæ, si nihil aliud obstaret. Sed tamen obstat, quod dr̃ infra in litera septuaginta quinque annorum erat Abraham, cũ egrederet de Aran: & tamẽ si post mortem Thare dicta essent verba ista dicerentur ad plus anno cẽtesimo trigesimo quinto vitæ Abrahę, & ille esset annus trigesimus quintus vitæ Isac. Et patet quia Thare vixit ducentis & quinque C annis: precedenti cap. Genuit autem Thare Abrahã anno septuagesimo vitę suę, ut in eodẽ ca. Supererãt ergo viq; ad mortem Thare cẽtum, & triginta quinque anni. Vnde necesse erat ꝙ Abraham esset annorum centũ triginta quinque qñ dicerẽtur ei ista verba, & exiret de Aran, & ita videretur manere inconuenientia. Aliqui vt Rabbi Salom. & multi alij Iudæi dicunt, ꝙ ista verba dicta sunt anno septuagesimo vitæ Abrahę: & ꝙ in ipso anno exiuit ille de terra Arã: isti sequuntur literam, & tamen non respondent ad inconueniens, s. quòd videntur ista verba dicta post mortem Thare. Nicolaus autem dicit varię, s. quòd egressus est Abraham de Charra anno septuagesimo quinto suæ vitæ, & fuit annis sexaginta ante mortem D Thare: & tamen dicit ꝙ ista verba dicta fuerunt post mortem Thare. Primum dicit propter assertionem literę; secundo propter ordinem literę. Sed assertio Nicolai non stat: quia est multum disconueniens sibi ipsi; primo quia tunc daretur quòd exierit Abraham de Aran sine aliquo mãdato Dei: quia mandatũ istud multo post factũ est, s. sexaginta annis post exitum, vt demonstratum est, & hoc non est conueniens. Secundo: quia poneretur mandatum de egrediendo superuacuę, s. quia iam egressus erat: ideo nõ poterat egredi; vnde non solum erat mãdatum superuacuũ; sed etiam stultum, cum esset impossibile egredi postquàm egressus esset. Tertio quia falsum est, & cõtra literam; nam necesse est prius poni mandatum istud de exeundo, q̃ exitum: & patet quia dicitur in litera E & postea sequitur, egressus est itaque Abraham sicut præceperat ei dñs, & sic patet quòd præceptum illud fuerat datum prius: & tamen exiuit Abrahã de Aran septuagesimo quinto anno vitæ suæ, s. ante mortem annis sexaginta, vt ostensum est, ergo sexaginta annis ante mortem Thare dicta fuerũt ista verba, & hæc est veritas. Sed tamen Nicolaus conatur respondere ad inconuenientia, s. cum obijcitur contra ipsum, quomodo iubetur egredi ei, qui erat egressus; respondet ꝙ fuerat egressus corpore; sed non mente cũ adhuc

Impugnatio.

reuerti vellet. Sed hoc nõ stat, primo quia tũc Abraham esset in peccato volendo redire in terram illam, de qua Deus iusserat ei exire, quod tñ non concedimus cum esset Abraham vir sanctus. Secundo qa nõ vellet redire Abraham in terram idolatrarum cũ cognatio sua ad idolatriam declinasset. Tertio quia nõ potest intelligi de exitu secundũ mentem, sed secundum corpus, cum dicatur: egredere de terra tua, & veni in terram, quam monstrauero tibi, & sic quãdo ista verba dicta sunt, nondũ venerat Abraham in terram Chanaam, quàm ei Deus monstrauit: & tamen ad hãc venit annis sexaginta ante mortem Thare annis sexaginta, vt demonstratum est, & confitetur Nicolaus ergo fuerunt illa verba dicta ante mortẽ Thare sexaginta annis. Quarto quia si Deus vellet Abrahæ mandare, quòd non cuperet redire in terram suã, non diceret hoc modo, scilicet egredere de terra tua, sed increparet pro illo desiderio: ergo intelligitur, ꝙ est mandatum verè de exeundo, quando nõdum exiuerat, & ita fuit datum ante mortem Thare.

Quæst. 16. Alia opinio Nicolai.

Sed adhue Nicolaus non stat in responsione ista, dicens quòd non desiderabat redire in terram suam, quæ erat plena idolatria, sed dictum est ei: egredere de terra tua, idest cum recesseris de ea longius recede. Dicendum tamen quòd hoc nõ stat, primo quia litera non significat hoc, cum dicat egredere de terra tua: tamen non potest egredi de terra, qui non est in ea: recedere autem longius aliud est. Secũdo quia etiam litera sequens discordat; nam dicitur, egredere de terra tua, & veni in terram, quam monstrauero tibi: & tamen post mortem Thare iam erat Abraham in terra, quam ei monstrauerat dominus, scilicet in terra Chanaam; ergo de exitu intelligitur. Tertio quia Nicolaus præsupponit, ꝙ quãdo dixit Deus ista Abrahę, erat ille in terra Chanaam, & tunc cum dicat longius recedendum, aut intelligendum est longius, idest extra terram Chanaam, aut longius procedẽdo magis per terram Chanaam. Non primo modo, quia non erat exiturus Abraham de terra Chanaam, sed eam possessurus, ut in sequenti cap. & infra 15. Non secundo modo, qa postquàm esset Abraham in terra Chanaam nõ tenebatur potius manere in vna parte eius: quàm in altera: ideo non potest sic accipi.

Impugnatio.

Quarto patet: quia istud dictum secundum Nicolaũ esset dictum anno, quo mortuus est Thare, & illud fuit anno centesimo trigesimo quinto vitæ Abrahæ, qui erat annus trigesimus quintus Isac, in quo anno nulla mutatio apparet ex sacra scriptura circa Abraham, & Isac filium eius; non ergo potius diceretur ei istud hoc anno, quàm alio, & sic non est iste sensus.

Quæst. 17. Responsio auctoris.

Dicendum, quòd ista verba bis dicta sunt Abrahæ primo in terra Chaldæorum uiuente patre suo Thare, & uenit tunc cum Thare de Vr Chaldæorum in Charrã: & tunc nescitur quis annus ætatis erat Thare, aut Abrahæ. Secundo dicta fuerunt ad Abraham in Charra, quando nondum introierat in terrã Chanaam, uiuebat autem tunc Thare, erat enim annus septuagesimus quintus uitæ Abrahę, ut patet in litera. Et erat centesimus quadragesimus quintus vitę Thare: supererãt autem usque ad mortem suam anni sexaginta, & his sexaginta annis uixit Thare post introitum Abrahę in terram Chanaam, qui complẽtur anno centesimo trigesimo quinto uitæ Abrahę, q̃ erat annus trigesimus quintus uitæ Isac. Cum aũt obijcit ꝙ dicta sunt uerba ista post mortem Thare, negandũ est, sed fuerũt dicta sexaginta annis ante mortẽ illius. Et cum obijcitur ꝙ ponitur mors Thare, & statim pronuntur ista uerba dicta ad Abraham. Dicendum ꝙ litera non asserit hoc, sed ex ordine literę colligit: multum autem differunt ista: aliud est enim quod litera

Solutio obiectionis

asserit;

asserit; aliud quod ex ordine literæ sequi potest. Primum nūquam potest negari: quia esset negare sacrā scripturam: secūdum autem potest negari, quia illud non est aliquid scripturæ, sed ordo scribēdi: in scribē do aūt interdum seruat ordo naturalis rerum, sicut factæ sunt iuxta tempus, aliquādo autem solum ordo artificialis, quòd ea, quæ sunt posteriora tēpore, prius scribuntur, & è contrario, & hoc fit suadente aliqua ratione: & secundum hoc fiunt duę figurę, quæ vocātur Anticipatio, & Recapitulatio, quæ figuræ sæpe obseruantur in sacra scriptura, & etiam in omnibus historijs secularibus. Neque est enim possibile aliquā historiam longam scribi multarum rerum, in qua nō fiat sępe Anticipatio, & Recapitulatio: sic enim lib. 1. Macha. 8. cap. vbi ponitur de morte Iudæ Machabæi: & tamen lib. 2. Macha. 8. c. & vsque ad finem libri agitur quomodo pugnabat Iudas Machabęus: vnde illi, qui sunt ignari modorum scribenbi sacræ scripturæ, putauerūt Iudam Machabæum surrexisse a mortuis, & pugnasse, quod ridiculum est. Similiter supra 1. & 2. cap. ponit Anticipatio, & Recapitulatio: quia 1. cap. dicitur: Creauit Deus hominem ad imaginem, & similitudinem suam: masculum, & fœminam creauit eos: & tamē cap. 2. dicitur: Formauit Deus hominem de limo terræ, & postea subdit de formatione Heuę, cum tamen 1. cap. præsupponūtur ambo vt creati, & benedicti. In prętenti ita fuit, nam fuit prius vocatio Abrahæ, & exitus de Charra ad eundum in terram Chanaan, quàm mors patris Abrahæ: sed scriptura præposuit mortem Thare, non quidem asserens eam fuisse prius, sed scribens prius, eo quòd aliquid dixerat de Thare, & nunquam postea fieri debebat mentio de illo, cum tota narratio pertineat ad Abraham, & posteris eius, inquantum illi segregantur a cęteris populis. Fuit autem segregatio per exitum de Charra, & introitum in terram Chanaan, ideo voluit prius ponere omnia, quæ pertinebant ad Thare, vt postea nunquàm de eo sermo fieret, sed continuaretur historia Abrahę, & ad hoc scipsit de morte Thare, in qua omnia complentur: & tunc redijt ad scribendum vocationem Abrahæ, & exitum de Charra, licet ante mortem Thare fuerit: & tunc continuantur omnia de Abraham sine interruptione vlla. Per talem modum multæ anticipationes, & recapitulationes fiunt in sacra scriptura, & hæc est veritas, quæ non habet aliquod inconueniens.

In omni historia, sed præcipue in sacra scriptura fuerunt Anticipatio, & Recapitulatio.

Quæst. 18. Quomodo hic facta sit anticipatio.

Sed aliqui dicunt, quòd fuit hic anticipatio, sed non per istum modum assignatum. Dicnnt enim quòd ista vocatio, & exitus fuit ante mortem Thare, & tamen non fuit facta in Aran, siue in Charra, sed in Vr Chaldæorum: vòluit enim quòd sit eadem vocatio, quam scribit Stephanus. Actuum 7. ca. & ista. Et tamen de illa certum est, quòd fuit facta in Vr Chaldæorum, ut patet ex verbis Stephani, ut supra ostendimus: uolunt tamen quòd scriptura tacuerit illam vsque post mortem Thare. Causam huius esse volunt, quòd scriptura voluerit istam vocationem, & exitum tribuere soli Abrahæ, qui separabatur, & eligebatur, & non simul ad Thare: ideo præposuit omnia, quæ ad Thare pertinebant: etiam mortem eius: & tunc posuit vocationem Abrahæ, & exitum, & introitum in terram Chanaan.

Prima rō.

Dicendum quòd satis poterat concedi factam esse istam Recapitulationem, nisi aliquid aliud obstaret, & tamen obstat: primo quia isti volunt ponere vnicam vocationem, & tamen hoc non conuenit satis literæ, cum ponatur hic vocatio: & Actuum 7. cap. & videatur non esse vnam, sed illam esse factam in Vr Chaldæorum: hanc vero in Aran, siue in Charra, si vtrobique litera inspiciatur.

Secundo, quia daretur tunc, ꝙ in Aran non fuerit aliqua vocatio facta, sed inde exierit Abraham sine vocatione, quod isti cōcedunt dicentes: ꝙ Abraham non fuit moratus in Charra, sed relicto ibi patre statim transiuit in terram Chanaan. Sed istud falsum est: quia aliqualiter longo tempore mansit Abraham in Charra, cum ibi multiplicauerit opes suas: vt patet infra in litera. Tertio, quia etiam si scriptura non exprimeret verisimile erat factam esse vocationem in Aran. Postquàm enim vocatus à domino exiuit de Vr Chaldæorum, non moratus est in via vsq; Charan: Ideo nulla alia vocatione opus erat: cum autem venit in Charran moratus est ibi lōgo tempore cum patre suo, ita vt diuitias multas lucrifaceret: & ita nesciret, quando placeret Deo, ꝙ inde recederet. Probabile erat ergo, quòd iterum Deus inde vocaret eum, admonendo ire in terram Channaan. Quarto, quia videtur hoc necessario intelligi ex litera hic: nam dicitur: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, &c. Et sequitur: Egressus est itaque Abraham, sicut præceperat ei Dominus: septuaginta quinque annorum erat Abraham, cum egrederetur de Aran. Et ita apparet, quòd ista egressio non fuit de terra Chaldęorum, sed de Aran, siue Charra: & tamē nunc egressus est vocatus à domino: cum dicatur: Egressus est, sicut præceperat ei Dominus; ergo præceptum istud de exeundo fuit datum in Aran. Quinto patet, quia si istud mandatum datum esset in terra Chaldęorum, & inde esset egressio, ponerentur illi, qui egressi sunt: & tamen de Vr Chaldæorum egressi sunt Abraham, Thare, & multi alij: vt præcedēti cap. Et non ponuntur hic nisi Abraham, & vxor sua, & Loth, qui iuerunt in terram Chanaan. Tulit itaque Sarai vxorem suam, & Loth filium fratris sui, vniuersamque substantiā, quam possederant, & animas quas fecerant in Aran, & egressi sunt, vt irent in terrā Chanaan: & sic manifestè apparet, quòd quādo nūc exierunt iam steterant in Aran, cum ibi fecissent animas, & illas secum portabant: ergo exitus iste fuit de Arā, & mandatum de exeundo fuit de Aran, & nō de terra Chaldæorum. Dicendum ergō, quòd iste fuerunt duæ vocationes distinctæ, & fuerunt duo exitus, & in isto secundo exitu non iuit Thare, sed Abraam, & Sarai, & Loth filius fratris eius.

Secundo quia.

Tertia ratio.

Quarto.

Diximus autem supra q. 1. quòd fuerunt duę vocationes, & tres exitus. De duobus vocationibus, & de duobus exitibus sibi respōdentibus iam diximus: fuit autem tertius exitus de Aran ad eundum in terram Chanaan, & iste fuit post mortem Thare: de hoc minus scriptura loquitur: & tamen necesse est poni eū: quia Act. 7. cap. in verbis Stephani habetur. ſ. Deus gloriæ apparuit patri nostro Abraham, cum adhuc esset in Mesopotamia priusquàm moraretur in Charra; & dixit ei: exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam tibi mostrauero: tunc exijt de terra Chaldæorum, & habitauit in Charra: & inde postq̄ mortuus est pater eius, transtulit eum Deus in terram istam: in q̄ vos habitatis. Et ita apparet manifeste, ꝙ post mortem Thare exiuit Abraham de Charra, & translatus est in terram Chanaan: & tamen exitus secūdus, quo exiuit Abraham de Charra, fuit sexaginta annis ante mortem Thare, cū esset Abraham septuaginta quinq; annorū: vt patet hic in litera; ergo necesse est dare tertiū exitū Abrahę ad eundū in terrā Chanaā, quem Stephanus vocauit translationē. Causa autem huius exitus fuit: quia quando exiuit Abrahā de Charra cum Sarai vxore sua, & Loth, totaque substantia sua, & venit in terrā Chanaan, viuebat Thare: fuit enim sexaginta annis ante mortē eius, vt supra ostensum est: mortuus est autem Thare anno centesimo trigesimo

Quæst. 1.

Quando exiuit Abraham de Charra.

trigesimo quinto uitę Abrahę, qui erat trigesimus quintus uitę Isac. Et quia bona Thare pertinebant ad filium eius Abraham cum alijs liberis Thare, redijt Abraham in Charram in mortē Thare, ut acciperet bona sua, & inde reuersus est in terrā Chanaam nunquàm rediturus in Charram. De isto exitu tertio solus Stephanus dixit; nam hic nihil dr, eo ꝙ de solo secundo habetur, qui fuit ante mortē Thare, & ob hoc proprie dixit transtulit eum Deus inde potius, q̄ exiui inde; qa in alia uice exiuerat de Charra, & tn rediturus erat, & hanc mentem habebat Abrahā, s. ut rediret in Charram moriente patre suo ad succedendū in bonis. Vnde non erat adhuc plene fixus in terra Chanaam; cum autem mortuo patre uenit in Charram, & acceptis bonis hęreditarijs redijt in terram Chanaam fuit ibi, omnino fixus; ideo tunc transtulit eum Deus in terram Chanaam, & prius non erat translatus licet illuc iuisset, & ibi maneret.

Quæst. 20. Vtrum in tertio exitu fuerit vocatio.

Sed dicetur quomodo huic exitui non assignatur uocatio Dei, sicut in alijs duobus; quia neq; Stephanus illam posuit, qui de hoc exitu solus loquitur. Aliquis dicet, ꝙ fuit uocatio aliqua, sed non habetur; quia multa acciderunt, quę non scribuntur, ut Ioan. 20. & 21. cap. Sed dicendum ꝙ ista positio non conuenit, primo quia non est ponenda pluralitas sine necessitate; scriptura sacra in alijs exitibus posuit uocationem; hic autem non posuit, non licet autem aliquid addere ad eam sine causa: & tamē non apparet aliqua causa necessitatis ad ponēdum uocationem, ideo nō licet eam poni. Secundo quia nulla ratio erat ponēdi hic vocationē, qa non est sicut in alijs exitibus: tunc enim erat Abraham extra terram illā, ad quam iubebatur uenire, ideo opus erat vocatione, & admonitione, nūc vero erat iam in terra Chanaam; ideo nō erat opus vocari. Tertio quantum ad hoc, qa si Abraham moriēte patre redijsset de terra Chanaam in Charrā, vt maneret ibi: opus esset vocatione postq̄ ibi esset: sed iuit illuc solum vt acciperet bona hæreditaria, & rediret in terram Chanaam: ergo nō erat vocandus. Quarto quia Abraham relinquebat omnia bona sua, & domum in terra Chanaam, quando venit in Charram mortuo patre eius. Ideo etiam si non vocaretur ipse rediret, vt non perderet bona sua: non ergo fuit vocatio aliqua ista vice, sicut in alijs.

Quæst. ar.

Sed aliquis dicet, ꝙ etiam hac vice fuit vocatio, sicut in alijs vicibus, & vocatio erit ea, quę habetur hic, quia iste tertius exitus fuit post morte Thare. Actuū 7. cap. & vocatio quæ hic ponitur ſm ordinem literæ post mortē Thare: Ideo poterimus dicere, ꝙ ista vocatio fuit pro illo exitu: & cultabimus tunc anticipationem, & recapitulationem, in qua multum laboratur, sicut dictum est supra quæst. 17. quia nunq̄ est recedendum a recto ordine literæ sine necessitate. Dicendum, ꝙ hoc non stat: quia ista vocatio, quæ habet hic, non potest competere, nisi secundæ egressioni, quæ fuit viuēte Thare, & non tertiæ, de qua nunc loquuntur. Primo qa dr, egredere de terra tua, & de cognatione tua: nunc vero non poterat egredi, qa iam sexaginta anni erāt, ꝙ egressus fuerat. Secundo qa dr de cognatione, & de domo patris tui; sed ista duo simul non poterant verificari, nisi viuente patre Abraham, vt ostensum est supra quæst. 14. & tamen nunc mortuus erat pater Abrahæ; ergo non poterat istud dici. Tertio qa dr veni in terram, quam monstrauero tibi, & ita nondum terra monstrata erat, q̄n illa verba dicebantur, & tn habitauerat iam Abraham in terra Chanaam per sexaginta annos, quæ erat terra, quam Deus monstraturus erat; ergo nō poterant tunc dici ista verba. Quarto qa in cōpletione illius præcepti dr egressus est itaq; Abrahā: sicut præceperat ei dns, sc.

Reiicitur obiectio.

Quæst. 2. Quando exiuit de Vr Chaldæorum.

Alph. Tost. super Gen.

A ptuagintaquinque annorum erat cum egrederetur. Cōstat tn ꝙ hac tertia vice erat Abrahā centū triginta, & quinque annorum, cū mortuus esset pater suus; ergo non intelligitur de illa vice. Quinto, qa dr tulit secū Sarai vxorem suā, & Loth filiū fratris sui, vniuersamq; substantiā, quā possederāt, & alias quas fecerāt in Aran: & tamen hac tertia vice nō ferebat Abrahā secum ista: sed habebat totam domum suam in terra Chanaam cum veniſſet solū, vt tolleret bona, quæ ei iure hæreditario prouenerāt ex patre suo. Dicendum ergo est, ꝙ iste tertius exitus non habet aliquā vocationem: quia non indigebat ea propter causas dictas; vocatio autem ista, de qua hic, conuenit secundo exitui, sicut declaratum est.

De istis satis dictum erat, tamen a quibusdam ita dr quantum ad istud dubium, scilicet quo tempore ista verba dicta fuerunt. Rabbi Sa. dicit, ꝙ sexaginta annis ante mortem Thare: & ꝙ immediate dictis verbis recessit. Augustinus autem licet quantum ad vnam partē teneat opinionem Rabbi Sa. tamen non tenet ꝙ ista verba dicta sunt ei sexaginta annis anteq̄ moreretur Thare, sed antequàm veniret in Aran: vt patet de ciuit. Dei, lib. 16. cap. 16. Nicolaus aūt dicit, ꝙ ista verba dicta fuerunt Abrahæ immediate post mortē Thare, & mox recessit de Aran. Sed ipse arguit, qūo ergo Deus mādat ei recedere de terra sua, cum iam recessisset? Rndet ſm aliquos, ꝙ licet egressus fuerit corpore, tn mente ibi manebat cū adhuc illuc redire cogitaret. Sed replicat hoc non esse probabile: qa terra sua idolatria plena erat, & dominabatur tunc Nērod, qui vocabatur alio noīe Amraphel: vt patet infra 14. cap. Sed hoc falsum est: qa vt probatum fuit supra 11. cap. tpe Abrahæ non regnabat Nemrod: sed Ninus tertius Rex ab eo: ad propositum tn non refert, quia ibi esset alius Rex cogens hoīes collere ignem, & ille ipsum cogeret ad idolatriam; ideo rndet vltimo, ꝙ dr ei: egredere de terra tua, i. licet egressus fueris corpore, & mente tn adhuc longius recede, magis enim distat terra Chanaam a Chaldæa, q̄ Aran Mesopotamiæ. Mihi aūt vr dicendū esse cum Augustino: ꝙ ista verba dicta fuerint ante mortem Thare, & ēt anteq̄ venirēt in Aran: vt patet in narratione Beati Stephani. Actuū 7. cap. vbi dr, Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahā, cum esset in Mesopotamia, priusq̄ moraretur in Charra, & dixit ad eū: exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram, quam tibi mōstrauero: tunc exijt de terra Caldæorum, & habitauit in Charra: & inde postq̄ mortuus est pater eius, transtulit eum Deus in terram istam, in qua vos habitatis. Secundum ista verba materialia Beati Stephani, & secundum ꝙ innuit Augustinus, vbi s. iste fuit ordo, ꝙ cum Thare per secutionem Caldæorum fugiens recessisset de terra Caldæorum, & intrasset in regnū, vel terram Mesopotamiæ, anteqū accessisset ad Aran ciuitatem in itinere apparuit Deus Abrahæ dicens, ꝙ egrederetur de terra sua, & de cognatione: sed quia Abraham videbat patrem suum Thare senem esse afflictū non reliquit eum credens, ꝙ nō, resistebat in hoc voluntati diuinæ: quia Deus non mandabat immediate egredi. Cum autem mortuus fuit Thare Abraham, siue cōtentus voce priori recessit de Aran, vt veniret in terram Chanaam. Si autem teneatur responsio, vel positio Nicolai, oportet responderi ad istum textum Beati Stephani, cuius solutionem non video: nisi dicatur, quòd ista vox bis dicta est, scilicet primo antequàm veniret Thare in Aran, secundo post mortem Thare: nec potest negare Nicolaus, quòd ista vox non fuerit dicta ante mortem Thare: quia textus euidenter ponit Actuū 7. cap. vt recitauimus supra. Sed circa oīa præ-

Ordo vocationis Dei in Abraham.

dicta veritas est, quam suprapositimus in 21.quæstionibus, scilicet quòd Abraham fuit vocatus a Deo semel in terra Caldeorum, & tunc venit Abraham, & Thare solum vsque Charram: secunda vice vocatus est in Charra, postq; ibi habitasset lõgo tempore, inde recessit in terram Chanaam: & hæc vocatio, & exitus habetur hic: & fuit hæc vocatio, & exitus annis sexaginta ante mortem Thare. Tertia vice exiuit Abraham de Charra, & venit in terram Chanaam, scilicet quando moriente patre venit ad tollendum bona paterna, quæ erat in Charra, & de hoc exitu solum scribit Stephanus Actu.7.cap. Et secundum hoc intelligendæ sunt opiniones variæ. Nam quod dicit Rabbi Salomon. verum est, sed solum ille loquitur de secunda vocatione, & secundo exitu, de quo hic habetur de primo nihil intellexit. Augustini autem dicta intelligũtur de prima vocatione, & exitu, & fuit illa vocatio in terra Caldeorum, & tunc necesse est sibi, q̃ concedat aliam vocationem, præter illam in Charra, vel quòd dicat istam uocationem, de qua habetur hic esse illam, quæ facta est in Caldea, sed istud nõ potest esse, vt ostendimus supra 18. q. ideo oportebit, q̃ teneat primum intelligendo esse duas vocationes.

Confutatio opinionis Nicolai.

Nicolai autem positio est minus rationabilis, neq; potest satis sustineri: quia non fuerunt ista verba dicta post mortem Thare, neque fuit tunc iste exitus, de cuius positione dixmus sup. quæst. 15. *Egredere de terra tua.* Quia quãdo ista vox dicta fuit, licet Abraham recessisset ab Hur ciuitate Caldeorum, in qua natus fuerat: tamen non totaliter recesserat a Caldæa cum Mesopotamia, & Caldea more sacrarum scripturarum eadem terra iudicentur: quod patet in narratione beati Stephani, vbi dicitur, quòd apparuit Deus Abraæ in Mesopotamia mandãs, quòd exiret de terra sua, & tunc dicitur in litera, quòd exiuit de terra Caldæorum, tanquam Mesopotamia intra Caldæam sit. Sic enim Hur erat proprie terra natiuitatis Abraç: ita tota Caldea vocabatur terra eius modo loquẽdi vulgari, quo dicitur regnum, in quo aliquis natus est, esse terram istius. *Et de cognatione tua.* Ideſt de inter fratres, & cognatos tuos; manebat enim in Hur ciuitate Caldæorum Nachor frater Abraç deditus idolatriæ, & alij de consanguineis Abraç. *Et de domo patris tui.* Ideſt de domo Thare: quia Abraham veniebat cum Thare, & iubebatur recedere, ne malis moribus aliorum ipse inficeretur. Secundo tenendo quòd dicta fuerit ista nox post mortem Thare, dicitur. *De domo patris tui.* Quia licet post mortem patris non manebat domus patris, sed totum manebat in posteris potest dici domus patris locus, in quo erat domus patris, antequam moreretur pater. *Et veni in terram, quam mostrauero tibi.* Magna obedientia, & confidentia Abraç in hoc demonstratur: quia nondum dictum fuerat Abraç, quo ire debebat, & tamen ad Dei mandatum cum tota domo sua quocũque eum Deus impelleret recedebat. Prædicta procedunt secundum illud fundamentum vnius positionis, scilicet, quòd verba ista fuerunt post exitum de Hur Caldeorum, cum essent Thare, & Abraham in itinere antequam venirent in Charram. Et hoc fit ad concordandum literam Stephani, & istam, vt sit tota vna vocatio, & fm hoc est expositio multum cõueniens: & tñ, vt ostendimus, veritas est, q̃ fuerunt duæ vocationes, & tres exitus: verba aũt huius cap. solum accipiũtur de vocatione secunda, qñ erat Abraham in Charra, siue Aran, & ibi longo tpe habitauerat, acquisiueratq; opes multas: nesciente.n. Abraham qñ inde recedere deberet in terram Chanaã, dixit ei Deus annis sexaginta ante mortem Thare patris sui: anno aũt vitę suæ sexagesimoquinto. *Egredere de terra tua,*

Expositio Nicolai.

Ideſt de Haran, siue Charra, quod idem est: hæc enim erat terra Abraę: non quidem originis, sed habitationis: nam per tñ tempus ibi manserat, q̃ terra eius vocari poterat, cum ibi multiplicasset opes suas, cum dicatur infra in litera: & animas, quas fecerant in Arã. i. seruos, quos acquisierant. *Et de cognatione tua.* Quia hic ponit domus patris, & cognatio: & ponunt ut distincta erãt cognati, vel cognatio: dupliciter vno nõ vocabit cognatio quantũ ad illos, qui nõ descẽdebãt de Thare, sed de auis, aut proauis eius: quia forte aliq horũ venirent nunc cũ Thare de Hur Caldæorum, licet scriptura nõ exprimat illud p̃cedenti cap. & hoc est, quia solũ voluit scriptura facere mentionẽ de illis psonis, q̃ pertinent ad narrationẽ eius. Alio mõ vocabitur cognatio quantũ ad illos, qui descendebant, de Thare, & tñ non manebant de familia eius, cũ nõ essent in sua œconomia: vtroq; mõ est verum, quia Abraham exiuit de cognatione sua: nam oẽs deseruit exeundo de Aran: solum.n. tulit secum Sarai vxorẽ suam, & Loth filium fratris sui, & seruos suos, vt dicitur infra in liteta: serui autem non erant de cognatione sua. *Et de domo patris tui.* Istud potuit facere Abraham: quia domus patris eius erat in Aran, vbi erat nunc Thare, & viuebat: nam post hoc vixit annis sexaginta, & de domo patris sui recesit Abraham: quia erat tunc ibi domus patris sui. *Et veni in terram, quam mostrauero tibi.* Ista est terra Chanaam, in qua non erat nunc Abraham, sed iuit illuc recedendo de Aran, *Faciamq́ue te in gentem magnam.* Deus hominibus promittit, vt Deus ad se alliciat secundũ q̃ videt eos desiderare. Desiderium aũt naturale est, quòd quodlibet animal conseruet se per generationem in suo simili, scilicet in suo filio, & quia Sarra erat sterilis, angustiabatur Abraham, quia ab ea filium habere non poterat. Deus ergo promittit hic gentes multas de eo exituras. August. 16. de ciuit. Dei. cap. 17. dicit quòd duo promissa fuerunt hic Abraæ, primo terra Chanaam, quam possessurum erat semen suum, cum dicitur veni in terram, quam monstrauero tibi, scilicet in terram Chanaam. Secundum promittit multiplicatio, & benedictio omnium gẽtium in semine suo, vel in seipso: & hoc ualde maius est, quàm primum, scilicet q̃ de Abraham nasceretur Messias, in quo benedicentur omnes gentes, hoc tenet glo. ordi. & licet istud secundum promissum non tantum declaretur in litera; tñ Abraham ita intellexit promissionem factam: ut patet Io. 8. cap. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauisus est. *In gentem magnam.* Quia ad literam sic contigit, quòd multę gentes nascerentur de Abraham: quia nati sunt Ismaelitæ, qui valde multiplicati sunt, ut patet infra 16. cap. & natę sunt multæ gentes de filijs Cethurę: multi etiam de Idumęis per Esau, multi autem de Israelitis per Iacob. *Et benedicam tibi.* Benedictio semper importat multiplicationem, vel augmẽtum: quia Deus Abraham multiplicauit in bonis spiritualibus, & temporalibus: *Erisque benedictus.* Ideſt, quia ego benedico tibi eris benedictus, cũ possum dare quod volo: venient.n. super te multa bona, q.d. multi hoies benedicunt alios imprecãdo bona, & tamen aliq̃n non hñt eueniunt illa bona, quia illi, qui benedicunt non hñt in potestate bona, quæ imprecantur: sed quia ego possum facere, quæ dico: ideo quia benedico tibi, certissime eris benedictus, ideſt eueniẽt super te bona, quæ tibi annuntio: vel eris benedictus antonomastice, scilicet magis quàm patres tui: quia benedictiones posteriorum erant maiores benedictionibus priorum, sic dixit Iacob ad Ioseph; benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum suorũ: ut patet infra 49. cap. In Hebræo dr. *Erisque benedictio.* Qñcunq; enim

enim multum aliquis excedit alios in aliqua quantitate, non solum denominatur ab illa concretiuè, sed etiam abstractiuè, ut dicatur de aliquo ualde sapiẽte, quia ille non solum est sapiens, sed sapientia, quia abstractum prius significat ipsam formam, quàm concretum. Rabbi Salomon, & quidam alij Hebręi dñt, quòd *Eris benedictio.* Intelligitur, quòd in noïe Abraę forma benedictionis exprimitur, quia futurum erat, quòd benedictio sacerdotũ hoc modo fieret: Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob benedicat tibi. Et iterum: repetebatur nomen Abrahæ, dicendo Deus Abrahę benedicat tibi, & sic forma benedictionis, qua vtebantur sacerdotes super populum incipiebat a noïe Abrahæ, & terminabatur in noïe Abrahę. Et forte Iudæi mentiuntur in hoc, quia Deus mandauit sacerdotibus, quòd qñ populum benedicerent, sic benedicerent: Benedicat tibi dominus, & custodiat te, ostẽdat dominus faciem suam tibi, & misereatur tui, conuertat dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem: vt patet Numeri. cap. 6. Nisi forte dicatur, q̃ in aliquibus benedictionibus specialibus profereban tur verba prædicta. *Et magnificabo nomen tuum.* Ideſt dabo tibi celebritatem nominis, scilicet famã, quia tanta bona Deus faciebat Abrahæ, q̃ nomẽ eius cognoscebatur a multis: & sic habetur infra 21. cap. q̃ quando Abimelec vidit prosperitatem Abrahę in omnibus iuit ad eum: & pepigit cum eo fœdus, vt non faceret malum semini suo, sicut Abimelc non fecerat malum ei. Maxime, quia fama victoriæ, quam habuit de quatuor regibus eripiens Loth consobrinum suũ faciebat eũ celebrem. Sic.n. dixit Deus Dauid, ut patet 2. Reg. 7. c. Faciam tibi nomẽ grande, iuxta nomẽ magnorum, qui sunt in terra. *Benedicam benedicentibus tibi.* Tantum enim Deus acceptauerat Abraham ad gratiam, q̃ non solum benedixit eum, sed etiam oẽs benedicentes ei. Sicut cum aliquis multum diligit alium non solum diligit eum, sed etiam amicos eius. *Et maledicam maledicentibus tibi.* Quia Deus destruebat emulos, & inimicos Abrahæ priuãdo eos bonis tpalibus, & vita in hebræo dicitur. *Maledicam maledicenti tibi.* Ponuntur enim benedicentes pluraliter, maledicentes autem singulariter, ad signandum q̃ multi benedicerẽt Abrahæ, & pauci maledicerent. *Atque in te benedicentur uniuersæ cognationes terræ.* Iudæi dicunt. *In te benedicentur omnes cognationes terræ.* Ideſt in noïe tuo. s. q̃ qñ aliquis uolebat benedicere, vel imprecari bona alteri, dicebat benedicat tibi Deus sicut benedixit Abrahę. Christiani aũt verius intelligũt de Christo dicentes. *In te benedicentur omnes cognationes terræ.* Ideſt in Christo de te nascituro, quia in qualibet gente Christiani, & vbique Christi nomen insonat, & q̃cunq; aliqua benedictio danda est, nomen Christi exprimit. Vel in Christo benedictæ sunt oẽs nationes terræ, ideſt per Christum oẽs redemptionẽ receperũt: oẽs homines secũdum apostolum in Adam peccauerãt, vt ad Ro. 5. cap. ideo oẽs erant obligati morti æternæ. Benignitas aũt redẽptoris nostri Iesu: oẽs nos ab hac obligatione per passionem suã absoluit: ut patet Isa. 53. cap. Vere lãgores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. *Egressus est autem Abraham.* Scilicet de Aran, in qua per multum tps habitauerat, usq; ad mortem patris sui Thare: non tamen constat quantũ tempus fuit istud, quia non constat, quoto anno vitæ suę venerit Thare in Mesopotamiam. *Sicut ei præceperat dominus.* Sicut verus obediens non indicans, vtrũ bonum, vel malum, laboriosum, uel non laboriosum esset: sed solum formam mandati attendens. *Et iuit cum eo Loth.* In hoc magna bonitas Loth apparet, qui magis uoluit cum auunculo fideli, & iusto peregrinari, quàm inter infideles cognatos in abũdan-

Quo intelligitur, ergo Benedictio apud Hebręos.

Modus benedictionis, qui inualuit apud antiquos.

In quacunque benedictione nomen Christi exprimit.

Motiua Loth bonitatis hinc deprehenditur.

tia, & quiete magna delectabiliter commorari, & sic postea fecit: quia secutus est eum, quando descendit in Aegyptum, vt patet infra 13. cap. Et ideo propter Abraham Deus fecit multa bona Loth, & posteris eius, vt patet infra 19. cap. & Deuteron. 2. cap. dando eis possessionẽ terrarum, & adiuuando expellere hostes suos. *Septuagintaquinque annorum erat Abraham, cùm egrederetur de Aran.* Patet quia, vt pręsupposito est, Thare genuit Abraham, cum esset centum triginta annorum: & mortuus fuit Thare completis ducẽtis quinque annis, vt patet pręcedenti cap. Restabant ergo ab illo tempore vsq; ad mortem Thare septuagintaquinque anni. In anno ergo mortis Thare Abrahã compleuit septuagintaquinque annos: & eodem anno exiuit de Aran, vt veniret in terram Chanaan. De veritate autem huius dicti diffusius dixi cap. præcedẽte circa finem, propter pręcedentia quidã ita tenent, maxime qui sequũtur Nicolaum, s. q̃ in morte Thare fuerũt ista verba dicta, & recesit Abrahã de Aran: sed istud est impossibile; immo sexaginta annis vixit Thare post istum recessum Abrahę: erat enim Thare septuaginta annorum, quando genuit Abraham, & Abrahã erat annorum septuagintaquinque, quando recesit de Aran: erat ergo tunc Thare annorum centum quadragintaquinque, & sic vsq; ad mortem suam supererant anni sexaginta, quia Thare vixit ducentis, & quinque annis, vt in pręcedenti cap. *Tulit vxorem suam Sarram,* Quam Thare pater eius dedit ei in vxorem, anteq̃ exirent de Vr Chaldeorum, & tenuit eam in Aran: & postea multo tempore in terra Chanaan: sed non potuit ex ea filiũ suscipere, quousque miraculosè cõcepit, quia vere sterilis erat: vocabatur autẽ alio nomine Iespha, vt patet cap. pręced. *Et Loth filium fratris sui.* Scilicet filiũ Aran, & erat Loth frater Sarrę: vocatur tñ Loth frater Abrahę. infra 13. cap. *Vniuersamque substantiam, quam possederant.* Scilicet pecora multa: quia viri Patriarchę pastores erant, & tota eorum substãtia in pecudibus erat, vt patet infra 47. Sic enim dixerunt filij Iacob pastores ouiũ sumus nos, & patres nostri. *Et animas, quas fecerãt in Aran.* Anima ponitur pro toto homine; vt patet infra 46. cap. Omnes animę, quę ingressę sunt in Aegyptum de Iacob fuerunt septuaginta. Et non dicuntur hic fecisse aïas, i. genuisse filios, quia Abraham nullum vnq̃ filiũ habuit, quousq; de Agar suscepit Ismahelem: vt patet infra 16. cap. Sed vocantur aïę, quas fecerunt, i. serui, vel ancillę, quos acquisierunt: facere enim computatur pro acquirere, & non computat seruos, vel ancillas in noïe substantię; sed seruus est possesio dñi sui, vt patet 5. Ethic. & primo Polit. cap. 2. vbi vocatur organum actiuũ aïatum; separatũ homo existẽs simp'r alterius. Vel dicuntur aïę, quas fecerunt, i. hoïes, quos ad cultũ veri Dei in Aran cõuerterunt; qa docentes, vel cõuertentes alios, facere eos dicuntur, & gignere eos; sic.n. dicit Apostolus ad Galat. 4. cap. Filioli mei, quos ego parturio, donec formet in vobis Christus; & forte ista sententia est melior, s. q̃ illi, quos conuerterunt in Aran, secuti sunt eos uenientes in terram Chanaan, ut magis ab eis erudirentur, & ne in terra illa idolatrarum manentes, rursus ad idolatriam uerterentur.

Sarra vxor Abrahę ante cõcipere non potuit, quam ex miraculo concipere.

Cap. 6.

Qui alios conuertũt eos facere dicuntur.

Vt venirent in terram Chanaan. Aran, quę est in Mesopotamia est magis Septentrionalis, quàm terra Chanaan, & magis contra Orientem; terra autem Chanaan dr terra Palestinę, & partim terra Phenicię, & Arabię, ubi nunc Iudęa nuncupatur. *Vsque ad locum Sichem.* Abraham ueniens de Mesopotamia intrauit in terram Chanaan per partem Septentrionalẽ in cõfinio Oriẽtis; cum.n. terra Chanaã sit Australis respectu terrę Mesopotamię, necesse est, q̃ qui ue-

Quæst. 23. Descriptio itineris Abrahę recedẽtis de Mesopotamia.

nit itinere recto de Mesopotamia in terram Chanaã intret per latus septentrionale eius: sed quia Mesopotamia non solum est septentrionalis respectu terræ Chanaan, sed etiam est Orientalis: ideo intrantes in terram Chanaan de Mesopotamia, vel Caldea nõ intrant directe per latus septentrionale terrę Chanaan, ideſt ex transuerſo lateris ſeptentrionalis: ſed per partem ſeptentrionalem in confinio Orientis. Et ſignũ huius eſt, quia quando Nabuchodonoſor venit de Babylone, quæ eſt in Caldæa ad terram Chanaan, intrauit, & exiuit per ciuitatem, quæ dicitur Reblata, quæ alio nomine uocatur Emath, vt patet 4. Reg. 25. cap. Iſta autem Reblata, ſiue Emath eſt in confinio Orientis, & ſeptẽtrionis terræ Chanaan, vt patet Numeri 34. cap. Intrat ergo Abraham per latus ſeptentrionale, & conuertit ſe contra partem Orientalem terræ Chanaã. Sichem. n. ꝑ partem Orientalem terræ promiſsionis eſt apud montem Hebal, & Garizim, vt patet in lib. de diuiſione terræ ſanctæ, per quam partem intrauerunt Iſraelitæ venientes de Aegypto, ut pater Deuteronom. 11. & Ioſue 8. cap. Sichem nunc Neapol. ideſt noua ciuitas dicitur, ad quã oſſa Ioſeph de Aegypto translata ſunt, vt patet Ioſue 24. cap. In Sichem Emor filius regis oppreſsit Dinam filiam Iacob, ut patet infra 34. cap. Iuxta fontem Sichem fabricauit Ieroboam uitulos aureos duos, quos adorari fecit ab Iſrael.

Vbi uituli aurei fabricati ſint quos Iſraelitæ coluerũt. Queſt. 24.

¶ Diſtat autem Sichem decem leucis a Hieruſalem ad orientem: de quibus in lib. de diuiſione terræ ſanctæ. *Vſque ad conuallem illuſtrem.* In hebræo dicitur. *Elon more.* Et dicunt aliqui Hebræi, quòd iſte locus eſt ilex Mambræ: & cauſa erroris eſt, quia *Elon.* Significat vallem, & ilicem. *More.* Autem dicunt ꝙ poteſt accipi pro Mambrę, ſed non eſt iſte ſenſus. Errant enim Iudæi, quia nolunt attendere diuerſitatem nominum, & diuerſitatem locorum. *More.* Enim ſignificat aliquid dignum viſu, vel delectabile ad uidendũ, & deriuatur. *De marhe.* Ideſt videndum, & loco huius tranſtulit Hiero. illuſtrem: quia illuſtris dicitur nobilis, vel famoſus, vel multum conſiderabilis, ſiue viſibilis ab omnibus. Et eſt iſta vallis, in qua ſunt quatuor ciuitates ſitæ coniunctę. Deinde quinta aliqualiter diſiuncta, quę uocatur Segor, ſiue Bala: & hęc vallis uocatur Pentapolis, ideſt quinque ciuitatũ, quia ibi erãt Sodoma, Gomorra &c. Erat enim illa vallis multum delectabilis, quaſi Paradiſus domini, ut patet infra 13. cap. & tota irrigatur Iordane Abraham autem veniens de Meſopotamia, & intrans terram Chanaan, primo intraturus erat itinere recto ad Sichem, quàm ad Pentapolin; quia iſta vallis erat in extremitate terræ promiſsionis in confinio lateris orientalis, & auſtralis, ut patet in deſcriptione terminorũ terrę Chanaan, ut patet Numeri 34. cap. Ideo erat iſtud latus oppoſitum lateri, per quod intrauit Abraham, ſcilicet per confinia lateris ſeptentrionis, & orientis: ideo vltimum, ad quod poterat accedere Abraham in tota terra promiſsionis veniendo directe de Meſopotamia: erat iſta vallis Pentapolis: ideo dicitur uſque ad vallem illuſtrem, quaſi iſta vallis fuerit terminus totius motus eius, & vocatur iſta vallis illuſtris, ideſt nobilis, vel famoſa: quia vbertate fructuum nulla tam famoſa erat in terra Chanaan. *Chananęus aũt erat in terra.* Non accipitur hic Chananęus pro tota gente deſcendente de Chanaan, ſcilicet pro ſeptem gentibus: ſed pro quadam gente ſpeciali de illis, & patet quia eodẽ modo dicitur infra: Pherezęus autem erat in terra: & eſt ſenſus. *Chananæus aũt erat in terra.* Ideſt tunc terram iuſte occupabat: quia ut Hebræi dñt Noe: poſt diluuiũ ordinauit, ꝙ Sem haberet terrã illã, Chananęi aũt ſunt de filiis Cham, & patet iſtud, quia ꝟ. 14. dicitur ꝙ

Error Iudæorũ in declaratione uocabuli.

Vallis Pẽtapolis.

Chananęi ſunt de filiis Chã.

F Melchiſedech, ideſt Sem, vt volunt omnes Doctores, erat Rex Salem, ideſt Hieruſalem, quę eſt in terra promiſsionis, ſiue terra Chanaam. Et dicitur hic magis de Chananæo, quàm de alijs ſex populis: quia fit hic mentio, qualiter iuit Abraham ad habitandũ circa vallem illuſtrem, quæ dicitur Pentapolis, quia iſtã vallem, & terram propinquam tenebat ille populus, q̃ dicebatur Chananæus: & ab illo populo vetabatur Abrahã morari in terra illa, vt incola: ſed cogebatur peregrinari, & emere terram, in qua habitaret. Patet ſupradictum, quia Pentapolis, ſiue illa vallis, in qua erat Sodoma cum alijs quatuor ciuitatibus irrigabatur Iordane, & per illam partem intrabat Iordanis in mare: de hoc infra cap. 13. Iſte autem populus ſpecialis, qui vocatur Chananæus, tenebat terram coniunctam Iordani, & mari, vt patet Numeri 13. cap. vbi dicitur Amalech habitat in Meridie Ethæus, Iebuſæus, & Amorræus in montanis: Chananæus vero moratur circa mare, & iuxta fluenta Iordanis.

G Quare dixit hic ſcriptura Chananæus autem erat tunc in terra. Dicendum ꝙ ſicut ſupra tactũ eſt, Chananæus non nominat generaliter omnes filios Chanaam, ideſt populos deſcendentes a Chanaam filio Cham. Sed nominat vnum de ſeptem populis, quorũ terram promiſit Deus Abrahæ ſequenti cap. & infra 15. Erat namque tota terra illa per iſtos ſeptẽ populos, vel gentes diuiſa: & hanc partem terræ in qua nunc Abraham erat tenebat illa gens, quæ vocatur Chananæorum. Cum autẽ eſſent ſeptem populi, cauſa quare iſte ſolus nominatur, eſt, quia iſte poſsidebat illam terram, & non alij, in qua nunc Abraham morabatur: tranſiuit enim Abraham ad conuallem illuſtrem, ſed conuallis hoc eſt Pentapolis, ſiue vallis Sodomorum, per quam Iordanis tranſit, cap. ſeq. & tamen iuxta Iordanem, & mare mortuum, in quo terminatur Iordanis. In iſta valle habitabat iſte populus Chananæus, vt dicitur Numeri 13. cap. Scilicet Amalech habitat in Meridie, Ethæus, Iebuſæus, & Amorræus in montanis, Chananæus vero moratur iuxta mare, & iuxta fluẽta Iordanis; & patet ꝙ iſta ſit cauſa nominandi populum iſtum, quia etiã ſeq. cap. noĩat populos illos, q̃ habitabãt in terra, in qua erant Loth, & Abraham: cũ dr̃ eo aũt tpe Pherezæus, & Chananęus habitabant in illa terra. Sed dr̃ ad quid proderat nominare populum iſtum ẽt ex illa cauſa. Dicẽdum ꝙ fuit primo ad ſignandum, ꝙ Abrahã non poſsidebat terrã illã: nam dixerat Deus ad Abrahã egredere de terra tua, & veni in terrã, quam monſtrauero tibi, faciam te in gentem magnam: ideo putaret aliquis ꝙ Deus ſtatim daret ei terram illam in ſuã, & vt ſignificetur, quòd non dedit eam Abrahæ dr̃ quòd Chananęus morabatur in terra? q.d. ſi terra iſta deberet eſſe in poteſtate alterius populi, & tamen Chananęus tenebat illam: ergo non poterat eſſe terra in poteſtate Abrahę. Secundo fuit ad oſtendendum, ꝙ Abraham non manebat in terra illa, vt habitator, ſed vt colonus ſuſceptus ad habitandum in terra precio dato: quia etiamſi in terra illa maneret, non habebat in ea neque vnum paſſum pedis, ſed a Chananęis accipiebat. Sic dicitur ad Hebr. 11. Fide, q̃ vocatur Abrahã, obediuit exire in locum, quem acceperus erat in hę reditatem, & exijt neſciens quo iret: ſed fide commoratus eſt in terra repromiſsionis, tãquàm in aliena in caſulis cum Iſaac, & Iacob coheredibus repromiſsionis eiuſdem Stephanus quoque Actuum 7. cap. dixit: & inde poſtq̃ mortuus eſt pater eius, tranſtulit eum Deus in terram iſtam, in qua vos habitatis, & non dedit illi hęreditatem in ea neque paſſum pedis, ſed repromiſit dare eã illi in poſſeſsionem: ideo dr̃ Chananęus aũt habitabat in terra, vt intelligatur, ꝙ ille erat dominus

Quæſtio. Cur hic dicitur Chananæus erat tunc in terra. Reſpon.

Secunda cauſa

dominus terræ illius. Abraham vero erat incola, vel colonus manens in terra p̃cio dato. Tertio fuit dictũ ad oſtendendum, ꝙ ſub iuriſditione Cananæorum erat Abraham, & ſi aliquam cauſam litigij habiturus erat aduerſus aliquem, aut aliquis aduerſus eum conueniendus erat coram iudicibus Cananæis. Sic ſequẽtic. cũ de iurgio paſtorum Abraæ, & Loth dicitur, adiungitur: Ferez eius autem, & Cananæus habitabant in terra illa, ac ſi dicatur coram iſtis ventilanda eſſet cauſa paſtorum, & vt non cogerentur ambo comparere coram iudicibus Cananæis, & Ferezeis voluit Abraham, quòd ab inuicem recederent. *Apparuit autem.* Hic ponitur ſecundum, ſcilicet Abraæ ad Deũ deuotio, quod manifeſtatur in diuina facta apparitione, & in gratiarum actione. *Et dixit ei.* Vt communiter quando Deus Abraæ apparebat: ei aliquid promittebat, ſicut hic promittit, vt ſequitur. *Semini tuo dabo terram hanc.* Supra promiſerat Deus Abraham multas gentes venturas de ſemine ſuo. Sed non promiſerat eis aliquam terram habitationis: in iſta parte promittit eis terram ad habitandum. *Semini tuo.* Promiſſio iſta fuit facta Abraæ non pro ſe, ſed pro ſemine ſuo: ideo ſemper ſe dicit peregrinari, & ſic dicitur infra 15. cap. ſcito prænoſcens, quòd peregrinum futurum eſt ſemen tuum in terram non ſuam.

A

B

Queſt. 26. Cur Deus non dedit immediate terram promiſſ. Abrae ſed diſtulit p quadrigẽtos annos. Te legis Moſayce

¶ Et ſi dicatur, quare Deus non dedit iſtam terrã immediate Abraæ: quia expectauit per quadringentos annos? vt patet infra 15. cap. Reſpondetur, quòd iſta terra tenebatur tunc ab illis ſeptem populis Cananęorum, a qua propter peccatum ſuum expelli debebant: vt patet Leui. 18. cap. Et quia nondum peccata ſua tantum demeruerant, ut inde expellerentur: ideo nondum expellebantur: & hic patet. infra 15. cap. Nec dum completæ ſunt iniquitates Amorreorũ uſq; ad præſens tempus. *Et ædificauit ibi Altare.* Iſtud altare fecit Abraham ad gratias agendum in eo immolando hoſtias, & tũc faciebat Abraham altare domino vbicunque volebat: ut patet hic, & ſequen. cap. ſed tempore legis Moſayce non poterat vbiq; altare fieri ad immolandum, niſi intra tabernaculi atrium: nec poterat hoc facere quilibet de his: Leui. 17. & Deutero. 12. cap. reliquæ bibliæ habent hic immediate, & inuocauit nomen domini: ſed non eſt de textu: erat enim interlinearis gloſa: aliqui aũt de ſcriptoribus neſcientes diſcernere inter textum, & gloſam, iſtud in textu poſuerunt. Simile habetur in multis locis bibliarũ noſtrarum non correctarum. *Et inde.* Ideſt de conualle Sichẽ, & Pentapol. *Tranſgrediens ad montem, qui erat contra Orientem Bethel.* Gloſa ordinaria dicit, eſt parua villa, quæ poſtea fuit in ſorte Beniamin, & ſicut ante vocabatur Bethel. i. domus Dei: ita poſtea uocata fuit Bethanẽ. i. domus idoli: quia poſuit ibi Ieroboã vnum vitulum aureum: ut patet 3. Reg. 12. cap. Iſte mons, iuxta quem poſuit tabernaculũ ſuum, erat in ciuitatem Hai. & inter ciuitatem Bethel, ut patet in litera. Habebat aũt Hai ciuitatem ad Orientẽ, Bethel vero ad occidentem: quia Bethel erat magis occidẽtalis, quàm Hai: erat autem inter iſtas duas ciuitates medius mõs Garizim, & mons Ebal, in quo recitate fuerunt maledictiones, & benedictiones, ut patet Deuteron. 11. & 27. cap. Erant autem iſti duo montes vnus mons. Sed vocabantur duobus nominibus, quia dno capita habebat, quorum unum uocabatur Hebal, alterum Garizim. Quòd autem iſti montes ſint inter Hai ciuitatem, & Bethel: ſatis patet Ioſue. 7. & 8. cap. ubi dicitur, quòd poſtquam acceperunt ciuitatem Hai fecerunt cerimonias deponendo maledictionem, & benedictionem, quam ante facere non poſſent impedientibus hoſtibus: quia cum oppidum Iericho ſit in introitu terræ Chanaan, & iuxta Iericho ſit ciuitas

C

D

E

Alph. Toſt. ſuper Gen.

A Hai, montes illi ſunt poſt Hai ciuitatem. *Contra Oriẽtem Bethel.* Bethel, ut communiter ab omnibus doctoribus dicitur eſſe Hieruſalem, & dicitur, ꝙ hẽt plura nomina, ſcilicet

Solima, Luza, Bethel, Hieroſolyma, Iebuſhelia,
Vrbs ſacra, Hieruſalem dicitur, atque Salem.

Queſt. 27. an Bethel, de qua hic loquitur ſit Hieruſalem.

Iſti duo uerſus ponuntur a Nicolao. infra 28. cap. & ſunt quaſi de intentione omnium doctorum. Ego ne ſcio vnde iſte error acciderit: quia etiã ſi omnes doctores teneant, quòd Bethel, & Hieruſalem ſunt eadem ciuitas, tñ non ſunt ſaltem iſta Bethel, de qua hic agitur: quia verum eſt, quòd aliqñ Hieruſalem vocatur Bethel, ut declarabitur infra 35. cap. ſed nõ eſt iſta, quod multis rõnibus patet. Primo ex iſto loco, quia Hieruſalem eſt in parte occidentali terræ promiſsionis. ſ. circa mare magnum: Bethel autẽ eſt circa Oriẽtem terræ promiſsionis, ſcilicet circa Iericho. Item patet hoc ex eo quod habetur infra 22. cap. qñ dicitur ꝙ Abraham tulit filium ſuũ: ut immolaret eum in mõtem, quem Deus monſtraturus erat ei. Iſte mons uocatur Moria, ſiue uiſionis, & eſt Hieruſalẽ: quia in illo monte poſtea fuit ædificatum templum. Hic tñ mõs multum diſtabat a Bethel: quia ambulauit Abraham tribus diebus de loco, in quo tũc habitabat, & die tertio adhuc vidit montem exiſtentem procul, ut patet infra cap. 22. ergo non erat iſte mons Bethel. Itẽ quia qñ Iacob uoluit ire de Berſabee in Meſopotamiam, tranſiuit per mõtem Bethel, & dormiuit ibi: ut patet infra 28. ſed conſtat, quòd cum Berſabee ſit magis Orientalis, quàm Hieruſalem. & Meſopotamia magis Orientalis, quàm terra Canaã, ille qui deberet ire de Berſabee terræ Chanaam in Meſopotamiam, nõ debebat redire in Hieruſalẽ, ſed aſcendere per confinia Septentrionis, & Orientis terræ promiſsionis. Itẽ patet magis, ut quidam uolunt, quia tpe Abraæ, & Iſac, Salem, quæ Hieruſalem dicitur, erat ciuitas facta, qa in ea erat Rex Melchiſedech, ut habetur infra 24. ca. Sed Bethel non erat tunc locus populatus, ſed mõs, patet quia Iacob dormiens ibi in campo ſuppoſuit capiti ſuo lapides & uocauit nomen loci illius Bethel. Iſtud argumentum non probat: quia præſupponit falſum: nam tunc locus ille populatus erat: quia in eodẽ c. dicitur ꝙ Iacob appellauit nomẽ loci illius Bethel, quæ antea Luza uocabatur: licet ergo quidam ſic inducere uoluit, tñ errauit. Item patet hoc, quia in lib. de diuiſione terræ ſanctæ, qui ualde certus eſt, ut puta facta ab illo, qui habitabat in terra illa: & ſciebat totã terram, & diſtãtiam, dr̃ ꝙ Bethel diſtat ab vrbe Sichẽ vno milliario. i. media leuca: ſed ut immediate ſubiũgitur Hieruſalem diſtat a Sichẽ per uiginti miliaria. i. per decem leucas, ergo non ſunt idem Bethel, & Hieruſalem. Item quia ut patet in eodẽ lib. & ſatis colligitur hic, & 8. cap. Ioſue: Bethel eſt in latere montis Garizim circa Orientẽ illius terrę, ſed Hieruſalẽ multũ diſtat a monte Garizim. Item patet hoc ex eo, ꝙ habetur Ioſue. 8. & 10. ca. Dicitur. n. in 8. ꝙ pugnauit Ioſue contra vrbem Hai, & quòd homines de illa ciuitate, & de oppido Bethel, quod propinquum erat inſecuti ſunt Ioſue fugiẽtem, & reliquerunt oppida aperta, & deinde plures illorũ occiſi ſunt, ſed poſt in 10. cap. dr̃, quòd cũ audiuiſſet Adoni Bezech Rex Hieruſalẽ cõuerſionẽ Gabaonitarũ ad Iſrael, & q̃ feciſſent ciuitati Hai cõgregati ſunt multi reges ad pugnandũ contra Gabaon. Si aũt Bethel fuiſſet id quod Hieruſalem non perueniſſent noua deſtructione Hai ad eum qua ſi per nuncium, quia ipſe per ſe cognouiſſet, tamen omnes de vrbe Hai & Bethel ſimul exiuerunt ad pugnam contra Ioſue, & non manſit aliquis in his duabus ciuitatibus, ut patet Io. 8. cap. Item clarius, quia ut hr̃ Ioſue 17. c. Bethel cecidit ī ſorte filiorũ Ioſeph.

Confutatio rõnis.

sed Hierusalem cecidit in sorte filiorum Beniamin: F
vt patet Iosue 18. cap. Item clarissime hoc demonstratur: quia ut habetur 3. Reg. 12. cap. Quando diuisum fuit regnum Israel a regno Iuda dixit Ieroboam Rex Israel in corde suo, ꝙ si ascenderet Israel ad adorādum Deum in Hierusalem, cum esset Hierusalem in tribu Beniamin, & manserit cum Rege Roboam conuertetur totus populus ad dominum suum Roboam: ideo fabricauit duos uitulos, quorum unum posuit in Bethel, & alium in Dan; ergo luce clarius apparet, ꝙ non est idem Bethel: & Hierusalem, nec aliquis insipientissimus posset hoc negare. Et ex consequenti isti errant: quia dicunt ꝙ Luza est idem ꝙ Hierusalem: quia Luza est idem quod Bethel: ut patet infra 28. cap. ubi dicitur vocauit Iacob nomen loci illius Bethel, quæ prius uocabatur Luza. *Aedificauit quoque ibi altare Dominus.* In hoc magis patet deuotio Abrahæ, & religio: quia ubicūque morabatur altare construebat, ut a Dei cultu circa latriam non cessaret: ut patet enumerādo eius mansiones, s. hic & infra 8. cap. quando habitauit in Hebron: & de habitatione in Bersabeę: patet infra 21. cap. ubi dicitur, & innocauit ibi nomen dñi Dei æterni *Perrexit Abraham.* Abraham non habens firmam ciuitatem in terra illa ad modū peregrinantis hinc, & inde mouebat tabernaculum suum; ubi melius sibi esse cognoscebat. *Et vltra progrediens ad meridiem.* Idest cōtra Aegyptū, quæ est Australis respectu terræ Chanaam. Patet quia desertum Sin, & Cadesbarne sunt in uia uenientibus de H
Aegypto in terram Chanaam, ut patet Numeri 20. & 33. Sed ista duo, s. Sin, & Cadesbarne sunt termini terræ promissionis a parte Meridiana; ut patet Numeri 34. cap. & ista progressio fuit descensus: qa manentem in parte Oriētali terræ Chanaam, s. circa Bethel, & Sichem in quibus erat Abraham, & tendentē contra Meridiē eiusdē terræ descendere oportet; cū terra illa, & gñaliter quælibet terra ꝰ Meridiē ꝓnior, & decliuior est. Et iō cum uenirent filij Israel de Aegypto in terrā Chanaam, semp dicebātur ascendere: ut patet Numeri 13. cap. ubi dixit Moyses exploratoribus ascendite per meridianā plagam: & qñ ibant de terra Chanaam in Aegyptū dicebantur descendere: ut patet infra 42. cap. s. decē frēs Ioseph descenderunt I
in Aegyptū; istud patet Iosue 24. cap. dr̄. Idē dr̄ infra in litera, s. descēdit Abrahā in Aegyptū. *Vltra progrediens.* Quia uenientes de Mesopotamia, sicut fecerat Abraam primo accedunt ad Bethel, q̄ ad partē meridianā: cum introitus de Mesopotamia sit per cōfinia Oriētis, & Septētrionis; iō ad descendendū in Aegyptū de Bethel, quod est in parte meridiana oportebat ultra ꝓgredi. *Facta est autem fames.* Hic ponitur tertiū, s. fidei, & firmitatis Abrahæ in aduersitatibus cōprobatio; erat enim ad experimentū Abrahæ illa fames, ut demonstraretur firmitas, & constantia in aduersis; magnus enim labor, & afflictio sibi erat, cū familiam magnā haberet; & pecora multa ꝙ in terra sua esset sterilitas; qa cogebatur descēdere in Aegyptū, q̄ satis K
distās erat *Descendit Abraham in Aegyptum.* Non ꝓ illā uiā, per quā ascenderunt postea filij filiorū suorum, s. tribus Israeliticæ; quia uia breuis, & recta, & populata est a terra promissionis in Aegyptum ꝓ terrā Philisthinorū, & ꝓ hanc descendit Abrahā. De hoc Exo. 13. cap. & Deuter. 2. cap. de magno circuitu terrarum; filij autē sui ascenderunt ꝓ longos terræ circuitus, donec cōsumeretur uniuersa gñatio eorū, q̄ peccauerāt in Deū, *Vt peregrinaretur ibi,* Idest, quòd nō ibat Abrahā in Aegyptū, ut moraretur ibi, qa sciebat qūo Deus ꝓmiserat ei terrā Chanaā; in qua ipse, & semen suum post eū moraturi erant; sed solū iuit in Aegyptum, ut moraretur aliquo tpe, dū fames trāsiret, *Prævaluerat enim fames in terra,* s. in terra Chanaā, non aūt in Aegypto, ad quā pgebat Abrahā; in Aegypto enim rarius est fames, q̄ in alijs terris; ut declarabitur infra 16. & 41. cap. *Cumque prope esset, vt ingrederetur Aegyptū.* Volebat Abrahā humanitus, puidere de remedio castitatis uxoris suę, & iō, puidit anteq̄ adesset periculo, s. an teq̄ accederet ad Aegyptū. Oportet. n. remediū semp ꝓcedere dānū; nā sic ait Oui. li. 1. de Remedio amoris. Remedia damnum præcedere debent.

Principijs obsta, sero medicina paratur:
Cum mala per longas conualuere moras.

Noui quòd pulchra sis mulier. Ponitur hic mulier in nominatiuo, & non in uocatiuo, i. nūc noui quòd sis mulier pulchra. In hebrēo aūt dr̄. *Nunc noui ꝙ pulchra sis.* Et est sensus, quòd licet Sarra pulchra esset; quia tū in terra Chanaam, & Mesopotamiæ essent multę aliç mulieres pulchrę non uidebatur Sarra esse singulariter pulchra; in terra autem Aegypti mulieres deformes sunt, & nigrę propter terrę distemperiem; qa est nimis calida; unde nunq̄ ibi pluit, aut raro ualde; in comparatione autem mulierum ita deformium Sarra admirabiliter pulcherrima uidebatur, & patet ex sequentibus, quia propter hoc immediate fuit assumpta, ut esset uxor Regis. Erat tamen Sarra aliqualiter antiqua; qa haberet tunc septuaginta annos, uel quasi; & patet qa Abraham erat maior ętate Sarra in decem annis; ut patet infra 17. cap. quia quando Abrahā erat centenarius, Sarra erat nonagenaria; cum dr̄ putasne cētenario nascetur filius, & Sarra nonagenaria pariet? sed qñ Abrahā uenit in terrā Chanaam; erat septuagintaquinque annorum; ut patet supra in litera; ergo tunc erat Sarra sexagintaquinque annorū; ab illo aūt tpe usq; ad descensum in Aegyptū nō cōputatur tps; sed forte essent duo, uel tres anni; & sic Sarra esset quasi septuaginta annorum, in qua ętate mulier inueterata est aliqualiter; erat in illa ętate Sarra adhuc pulchra; quia nondum conceperat, uel peperat; concipere autem, parere, & nutrire uelociter mulieres inueteratas reddit; uidebatur ergo Sarra adhuc esse satis in ętate bona, & pulchra. Vel est sensus. *Nūc noui, ꝙ pulchra sis.* Idest licet semp pulchra fueris, nunq̄ mihi cōsideraui de pulchritudine tua; quia nunq̄ mihi fuit utilis, uel nociua; nūc autem noui quòd pulchra sis, idest nunc cognoui pulchritudinem tuam, quia eam ualde esse periculosam mihi conspicio.

Et cum viderint te Aegyptij. Quare magis timebat de Aegyptijs, q̄ de Chananęis inter quos, ut peregrinus habitauit; cum etiam Chananęi essent uiri pessimi? Respōdetur quòd propter tria: primo quia Aegyptij magis libidinosi sunt, quàm Chananæi. Secundo, & principaliter, quia in terra Aegyptiorum mulieres turpes sunt, cum ergo uiderent Sarram omnes mouerentur in amorem eius. In terra autem Chanaam nō erat hoc, quia licet ibi uiri luxuriosi essent, erant tamē multæ mulieres satis pulchræ, cum sit terra magis Septentrionalis, quàm Aegyptus, & sunt ibi mulieres non ita nigræ, ut in Aegypto. Tertio, quia ibat nunc nouiter in Aegyptum, & antequàm esset cognitus, inferretur ei malum: in terra autem Chanaam notus erat: ideo non erat eadem causa timoris.

Dicturi sunt, vxor ipsius est: me autem interficient, & te reseruabunt. Dices quid hoc agit? Nunquid Aegyptij tā religiosi erant, ut uxorem alterius non contingerēt? Respōdetur quòd Abraham sciebat, quòd apud Aegyptios adulterium nefas erat morte plectendum, & minus reputabant Aegyptij peccatum uirum occidere, q̄ ad uxorem uiuente uiro eius accedere, & quia sciebat, ꝙ Aegyptij concupituri erant Sarram, ideo sequebatur ꝙ si scirent eū esse uirum eius, ꝙ eū occidere uellēt: ut postea impune Sarrā acciperēt. *Dic obsecro, ꝙ soror mea sis.* Maior honor erat Sarrę, ꝙ eēt uxor

Abrahæ,

Abrahæ, q̄ ꝙ esset soror eius: quia si fuisset soror eius A
verissime non accepisset eā in uxorem, nec fuisset ipsa mater Messiæ, & Patriarcharum, nunc autem: quia erat uxor Abrahę ut trunq; fuit: & sic rogabat Abrahā Sarrā, ꝙ nomen magis honorabile taceret, & minus honorabile exprimeret. Vel rogauit Abraham Sarram, quia Sarra magnam gratiā faciebat Abrahæ dicēdo, quòd erat soror eius, quoniam sic eriperetur a morte, alias autem non. Si aūt Sarra fuisset maliuola odio habens uirum suum, dixisset de uiro suo, quòd erat uir suus: & tunc occideretur, & ipsa fuerat assumpta in uxorem Regis. Quæst. 31.

Sed dices qūo Abrahā cū esset uir ita sanctus, mādauit uxori suæ mentiri: qa mendacium malū est, & De mendacio. B
non est ex Deo, ut patet Io. 8. cap. s. Diabolus mendax est, & pater mendacij. Item quia per mendaciū illud exponebat uxorē suā lenocinio, uel periculo castitatis: magis tū debuisset in propria persona mortē eligere, q̄ uxorē fornicationi exponere? Itē quare Abraham uoluit descēdere in Aegyptum, cum sciret Aegyptios libidinosos ualde esse, & uxorē suā acceptu-
ros: qa pulchra erat? Respōdetur ꝙ homines in periculis positi semper debēt agere ad sui liberationem illud, quod possunt sine mortali peccato, secundum uiam humanam: quia uita seruanda non est, quæ sine mortali peccato seruari non potest, & sic non tentabunt Vita seruā da nō est, quæ sine mortali peccato seruari nō potest. H
Deum omittendo illud, per quod periculum euitare possunt in quantum possunt, & quando nihil ultrà possunt: tunc residuum committere possunt diuinæ dispositioni, sine Dei tentatione: Abraham autem C
in terra Chanaan habebat familiam magnam, & pecora multa, & non habebat cibos; unde posset ea sustentare, cum esset peregrinus in terra Chanaan; nec forte tantam pecuniam habebat, ex qua emere posset cibos in tanta famis caristia; & dato quòd haberet indigenæ terræ illius non uendidissent; quia in tanta fame positi erant; ita ut non sufficerent nitidualia eis, & pecoribus suis; & ideo si uoluisset Abraham manere in terra Chanaan tentabat Deum; quia ipse, & tota familia, & pecora sua fame perijssent. Videbat autem ex alia parte, quòd si in Aegyptum descēderet uxor sua posset pati damnum uiolatæ castitatis utrunque angebatur angustijs; sed quia quando sunt duo pericula simul, secundum humanam prouidentiam, urgentissimum est uitandum: ideo Abraham potius debuit succurrere periculo famis, quàm periculo castitatis. Si enim sciuisset Abraham certissime istā propositionē, s. uel ꝙ oporteret eum cum rebus suis fame morituri, uel uxorē suā ex occasione sua perditura castitatē, potius debuisset eligere mori fame, q̄ uiolari castitatē: qa melius est oīa mala pati, q̄ malo consentire. Sic enim ait Philosophus 3. Ethic. ad quędam aūt fortassis non est cogi. sed magis mori patientem durissima. Sed quia sciebat Abraham certissime, ꝙ si mansisset in terra Chanaan secūdum uiam humanam necessario cum tota familia sua erat fame moriturus. Sciebat autem, ꝙ eūdo in Aegyptum: licet esset aliquod periculum castitatis, tamen non erat ita in promptu, nec ita manifestum: poterat enim aliquo modo per uiā humanā tolli, & id quod non poterat humanitus fieri supponebat Abrahā diuinæ dispositioni, & adiutorio. Et causa præsumptionis erat: quia cum Sarra esset pulchrior omnibus mulieribus Aegypti, & erat de alienigenis, putabat probabiliter Abraham, ꝙ ipsa seruaretur, uel esset uxor Regis, sicut post factum fuit. Scie bat etiam, quòd illo tempore Reges non accedebāt ad uxores nouiter acceptas, usq; ad annum integrū: ut patet Hester 2. cap. quia primis sex mensibus ungebantur oleo mirrino: & postea alijs sex mensibus

Alph. Tost. super Gen.

quibusdam unguentis, & pigmentis varijs utebantur, & deinde ad regis intrabant, cubiculum. Sperabat ergo Abraham, quòd in tanto tempore Deus de remedio prouideret uxori, & sibi, & toti familiæ, & istam solutionem sequitur Gloss. ordinaria. Dicit enim Augustinus. 16. lib. de ciuit. Dei. cap. 20. quòd Abraham non docuit Sarram mentiri: sed ueritatem occulte celare: immo dicit, quòd si sic non egisset ualde grauiter peccasset tentando Deum: & non fuit istud mendacium: quia secundum quòd habetur infra 20. cap. quando aliud simile accidit Abraham respondit Sarram esse sororem suam, quia erant filij eiusdem patris, sed non immediate, ut præcedenti cap. declaratum fuit, secundum morem Hebreorum omnes, qui sunt de eadem cognatione, fratres uocantur, sicut patet sequēti cap. ubi uocat Abraham Loth fratrem suum: licèt esset consobrinus, scilicet filius Aran. fratris sui, ut patet cap. præcedenti. In eodem autem gradu attinebat Sarra Abraam, in quo attinebat Loth ipsum Abraham. Sed Loth uocatur frater Abrahę, ergo etiam uocabatur Sarra soror. Sed dato, ꝙ quando Sarra accepta fuit in uxorem regis, quæsitum fuerit ab ea, utrum alicui uiro erat matrimonialiter copulata: quid respondisset? cogebatur mentiri, uel dicere se esse uxorem Abraę, & tunc sequeretur inconueniens, quod ante scilicet, quòd Aegyptij interficerent Abraham. Respondetur, quòd Abraham egit quantum fieri poterat cōsilio humano. Quia autem aliquid quęreretur a Sarra hoc non dependebat a cōsilio humano Abrahę, sed a uoluntate quærentis, quam in potestate sua Abraham nō tenebat: sed erat in Dei potestate; ideo sperabat Abrahā, quòd Deus mouereet uolūtates Aegyptiorum, ut nihil tale ab eo peterent, sicut tenuit eos, ne aliquis eorum ad eā carnaliter accederet, & hoc patet, quia mouet linguam hominum: ut interdum non loquantur quid uolunt, sed quod Deus uult: ut patet de Balaam: Numeri 22. cap. & 23. ubi cum ipse uellet maledicere Hebręos lingua eius uertebatur ad benedictionem: ideo dixit: nunquid aliud loqui potero, nisi quod iusserit dñs? *Vt bene sit mihi pro te.* Potest intelligi hoc duobus modis, uno modo priuatiue: *Vt bene sit mihi pro te.* Idest ut nō sit malum: quia si ipsa diceret, ꝙ erat uxor Abrahę occiderēt eum Aegyptij, quòd ergo non occideret D
erat ei bonum, quia non erat malum. Alio modo positiue: *Vt bene sit mihi pro te.* Idest ut pro te dentur mihi aliqua, scilicet uictus, & honor, sicut postea factum est, quia honorabatur nimis Abrahā ab Aegyptijs, & ditatus fuit: si iste erat sensus Abraę non intelligebat, quòd daretur aliqua bona Abrahę ab aliquo, qui eam in uxorem, uel concubinam reciperet: quia iste malus titulus erat recipiedi aliquid: sed forte Abrahā doctus a Deo intelligebat ea, quę futura erant, scilicet ꝙ ipsa acciperetur a rege: eo mō, quo accepta fuit, & ipse ditaretur pp eam sic acceptā. Sed primus sensus melior est, ut patet per ea, quę subduntur. *Et viuat anima mea ob gratiam tui.* Idest pp te, scilicet uiuā ego propter te: quia ponitur anima pro toto homine: sic dr̄. infra 47. ꝙ septuaginta animæ ingressę sunt in Aegyptum cū Iacob: & sic bonū quod intendebat Abrahā hr̄e Sarra tacente, ꝙ esset suus uir Abrahā, erat ꝙ ipse uiueret. *Viderunt Aegyptij mulierem.* Dñt Iudei, ꝙ Abraham, ut magis custodiret uxorem suam inclusit eam in quadam arca, qñ intrabat per loca Aegypti: & ad transitū cuiusdam fluminis, uel passagij Aegyptii per scrutantes ea, quę abscondita portabantur, uiderunt Sarram in arca, quòd esset pulcra nimis, & digna, ut fieret uxor regis. *Et nunciauerunt principes regi.* Alii qui de Aegyptiis, qui erant in passagio nunciauerūt alicui principi Pharaonis de illa muliere: principes au-

Balaā cū uellet maledicere Hebręos benedicebat eos.

Qūo ex nimia pulchritudine, modos Abraham secum Sarram addu cebat.

I 4 tem

tem vt acquirerent gratiam regis, dixerunt ei de pul F
chritudine mulieris, & quòd talis nulier ad solum
regem pertinebat. *Sublata est mulier in domum Pharaonis.* Scilicet vt fieret vxor regis, & vocabantur omnes isti reges Aegypti Pharaones, sicut Imperatores Romani vocabantur Cęsares : habebant tamen alia nomina propria: vt patet 4. Re. 24. cap. de illo, qui vocatur ibi Pharaonechao . In historijs autem Iosephi
2. Reg. 23. & aliorum ponuntur nomina propria istorum Pharaonum: & hoc maxime facit Eusebius lib. Cronicorum, & Manecho a quo accepit Eusebius lineā Aegyptiorum . *Abraham vero bene vsi sunt propter illam.* Scilicet tractantes eum molliter , & gubernantes eum, & familiam eius. *Fuerunt́que ei oues, & boues, & asini.*
Ista data fuerunt sibi a Pharaone & seruis eius. Et ut G
aliqui uolunt Abrahā fuit multum honoratus, quia arithmeticam, & astrologiam apud Aegyptum docuit, ut refert Iosephus, & hoc satis rationale est: quia Astrologia, & Geometria fuit inuenta in terra Caldeorum a Nemrod, & sic in terra illa multum vigebat, quare Abrahā potuit eam ibi addiscere, & postea docere Aegyptios, postea ex Aegyptijs delata fuit ista ars in Græcos. Sed si aliquid docuit Abraham Aegyptios, illud fuit ualde modicum: quia non mansit in Aegypto vno anno: sed immediate, vt reuelatum est Sarram esse vxorem suam, recessit de Aegypto : illud tamen modicum esset Aegyptijs tanquam principium ad excogitandum multa in Astrologia, quod
Cap. 1. satis concordat Aristoteli in primo Metha. scilicet H
propter nimium admirari sacerdotes in Aegypto incœperunt philosophari: potest tamen ista auctoritas probare oppositum. *Flagellauit autem Deus Pharaonem plagis magnis.* Abraham enim fecerat quantum potuit humanitus: vt custodiret castitatem vxoris, residuum cōmendauit diuinę dispositioni, Deus autem, qui neminem in se sperantem derelinquit adiuuit eū in necessitatibus, faciens ne Sarra illicito concubitu polluereretur. *Plagis maximis.* Quæ autem fuerint istæ plagæ maxime non scribitur in litera. Dicunt Hebręi q̄ fuit fluxus seminis : ita Pharao, nec serui sui coire non poterant, vel erat eis coitus in maxima difficultate. Nostri autem doctores dicunt, quòd plagę fuerunt, quòd conclusit Deus vxorem Pharaonis, & seruorum eius ne parere possent . *Propter Sarai uxorem Abraham. In Hebræo dicitur propter uerbum Sarai.* Habebat enim Sarai angelum corporis sui custodem: & quando dicebat ei, quòd percuteret Pharaonem aliqua plaga ne eam cognoscere posset percutiebat. I
Et sic nunquam ad eam accedere potuit. Sic enim legitur de beata Agnete, quòd haberet Angelū Dei corporis sui custodem: nec permittebat aliquem iuuenem ad eam accedere. *Vocauit́que Pharao Abraham.* Vt quæreret ab eo quare huiusmodi rem fecisset, & hoc fuit cognito, quòd Sarra soror eius esset. Quomodo autem scire potuit: dicunt quidam, q̄ cum rex percussus fuisset magnis plagis, sacerdotes sui orabāt Deum pro salute sua, quibus a dijs suis respōsum est, K
q̄ Rex patiebatur propter iniuriam illatam peregrino tollendo uxorem eius, uel forte Angelus domini apparuit de nocte Pharaoni, dicens ei hoc, sicut accidit quando iterum Abimelech cœpit Sarram : vt patet infra 20. cap. *Quidnam est quod fecisti mihi?* Bene sciebat Rex quid fecisset Abraham, q̄ uocasset uxorem suam sororem suam, sed loquitur ad modū iratorum, vel cōquerentium, qui aliq̄n quærunt ea, quæ cognoscunt. *Quare non indicasti, quòd uxor tua esset.* Forte Abraham subiunxit responsum : sicut fecit infra 20. cap. ad Abimelech: tū Ira tacuit illud. Declarauit hic Pharao se scire, q̄ Sarai esset uxor Abraę, uel dęmonibus reuelātibus ex uoluntate Dei in sacrificijs: uel melius forte, q̄ Deus reuelauit percutiendo eum, sicut legitur infra 20. cap. de Abimelech, q̄ Deus reuelauit ei. *Quàm ob causam dixisti ei esse sororem tuam, vt tollerem eam tibi.* Vt non significat hic causam finalem, s. q̄ Abraham propter istum finem diceret Sarai esse sororem suam, vt tolleret eam rex pro se: sed tenetur cōsecutiue, s. q̄ tu dixisti, q̄ soror tua erat ista, quæ est vxor tua, poterat consequi, q̄ ego accepissem eam in vxorē. *Nunc ecce coniunx tua.* Scilicet in potestate tua est. *Accipe eam, & vade.* Scilicet quocunq; volueris: ita vt sis in tua libertate, sicut dixit ei iterū Abimelech: ecce terra coram te est, vbicunq; placuerit habita infra 20. cap. Vel magis intelligitur, q̄ mandauit ei recedere de terra Aegypti: quia sciebat Pharao Aegyptios esse luxuriosos, & ideo nō poterat inter eos securus viuere expediebat ergo ei recedere, & patet ista sententia per ea, quę subduntur: quia Pharao mādauit viris suis, q̄ custodirent eum, cum dī, *Præcepit Pharao super Abraham,* Idest de Abraham, quia sæpe ista præpositio: super, ponitur pro, de, & cōstruitur cū ablatiuo, vt fit hic, licet nō appareat: qa eadē terminatio est in accusatiuo, & ablatiuo. & sic dicit doctrinale, cum super, est, pro, de, sexto coniungere debes: & allegat versum Virgilij in primo Aeneidos, scilicet

Multa super Priamo rogitans super Hectore multa.

Viris suis. Idest seruitoribus suis: vt saluum deducerent eum, & totam familiam, & substantiam eius vsque ad terminos regni sui: ne aliquis de Aegyptijs noceret ei propter vxorem, vel tolleret eam sibi, & sic fecerunt, vt sequitur.

De egressu Abram, & Loth de Ægypto, de eorum diuisione, de promissione Abram facta de semine multiplicando, terraque possidenda.
Cap. XIII.

ASCENDIT ergo Abram de Ægypto ipse, & vxor eius, & omnia, quæ habebat, & Loth cum eo ad australem plagam. Erat autem dives valde in possessione auri, & argenti. Reuersusque est pariter, quo venerat a meridie in Bethel vsque ad locum, vbi prius fixerat tabernaculum inter Bethel, & Hai, in loco altaris, quod fecerat prius; & inuocauit ibi nomen Domini. Sed & Loth, qui erat cum Abram fuerunt greges ouium, & armenta, & tabernacula, nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter. Vnde facta est rixa inter pastores gregum Infra 21. Abram, & Loth. Eo autem tempore Chananæus, & Pherezæus habitabant in terra illa. Dixit ergo Abram ad Loth: ne quæso sit iurgium inter me, & te, & inter pastores meos, & pastores tuos: fratres enim sumus. Ecce Infra 13. vniuersa terra coram te est: recede a me obsecro: si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam. Eleuatis itaque Loth oculis vidit

vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ A
vniuersa irrigabatur, anteqū subuerteret Dns Sodomam, & Gomorrā sicut Paradisus Domini, & sicut Aegyptus venientibus in Segor. Elegit́que sibi Loth regionem circa Iordanem, & recessit ab Oriente, diuisiq́ue sunt alterutrum à fratre suo. Abram habitauit in terra Chanaan; Loth verò moratus est in oppidis, quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. Homines autem Sodomitæ
pessimi erant, & peccatores coram Domino B
nimis. Dixit́que Dominus ad Abram, postquā diuisus est ab eo Loth. Leua oculos tuos
Infra 21. & 26. in directum, & vide à loco, in quo nunc es ad Aquilonem, & Meridiē, ad Orientem, & Occidentem. Omnem terram quam conspicis, tibi dabo, & semini tuo vsq; in sempiternū;
Rom. 4. faciamq́ue semen tuum sicut puluerem terræ. Si quis potest hominum numerare puluerem terræ semen quoq; tuum numerare poterit. Surge ergo, & perambula terrā in longitudine, & in latitudine sua: quia tibi daturus sum eam. Mouens igitur tabernaculum C
suum Abram, venit & habitauit iuxta conuallem Mambræ, quę est in Hebron, ædificauit́que ibi altare Domino.

ASCENDIT. Descripto in superioribus qualiter Abrahā se habuit ad Deum, hic describitur qualiter se habuit ad proximū, & hoc dupliciter, Primo in prosperitate ei pacem conseruando, secundo, tempore aduersitatis eum ab hostibus liberando infra 14. cap. Prima in tres: primo ponitur inter familiam Abrahæ, & Loth contentionis occasio: secundo occasionis præcisio, ibi. *Dixit ergo Abraham.* tertio facti huius diuina approbatio, ibi *Dixit Dominus ad Abrahā.* Circa primū. Ascēdit Abrahā de Aegypto, quia Aegyptus est terra inferior, & ideo ab ipsa contra terrā Chanaan ascensus est: vt patet Numeri 13. cap. *Et Loth cum eo.* In hoc multum cōmendatur Loth, quia semper Abraham auūculum suum sequi volebat quocunque iret: propter quod Deus benefecit Loth liberando de subuersione Sodomæ merito Abrahæ, vt patet infra 19. cap. & filijs eius dedit possessiones, & deleuit hostes eorum, vt patet Deut. 2. cap. *Ad Australem plagam.* Scilicet ad australem partem in terra promissionis nō enim declinauit Abraham ad australem plagam in ipsa terra Aegypti: quia hoc erat declinare contra lineam æquinoctialem, situe Oceanum, vel Aethyopiam interiorem. Sed declinauit ad partem Aquilonarem Aegypti, quia cū terra Chanaan sit magis Septentrionalis, quàm Aegyptus necesse est, q̄ quicunq; de Aegypto venit in terram Chanaan veniat contra partem Septentrionalē. E
Sed vocatur hic pars australis respectu terræ Chanaā: quia illa terra habet pro parte Meridiana illam partē, per quam Abraham veniebat de Aegypto, scilicet viam terræ Philistinorum: vt declarauimus præcedēti cap. *Erat autem dives valde.* Quia multa Abraham adduxerat de Aran, & plurima in Aegypto habuerat, quia Deus eum quotidie multiplicabat.

¶ Quare dicitur, quòd erat dives valde Abraham. Quæst. 1. Cur dicit Abrahā dines valde.
Dicendum, quòd primo fuit, vt ostēdatur verum esse, quod dictum est præcedenti cap. scilicet, Abrahā verò bene vsi sunt propter illam, fuerūtq́ue ei boues, oues, & asini, & in his ditatus est valde. Secundo fuit ad dādum causam eorū, quæ Deus promiserat Abrahæ præcedenti cap. scilicet faciam te crescere in gentem magnam, & benedicam tibi: benedictio autem signat abundantiā. Secunda Corinth. 19. cap. scilicet, Qui parce seminat, parce metet, & qui in benedictionibus seminat, de benedictionibus metet: & ita opponitur ibi parcitas benedictioni. Sed parcitas ad paupertatem pertinet: ergo benedictio ad multam. Ad ostendendum ergo, q̄ Deus benedicebat Abrahæ, dī quòd erat dives valde in possessione argenti, & auri. Tertio ponitur ad dandū causam eius, quod sequitur, scilicet quòd fuit cōtentio inter pastores Abrahæ, & Loth, & istud fuit propter diuitias, quia ambo erant tam diuites, & præcipuè Abrā, q̄ terra habitationis, non poterat eos capere simul; ideo vt hoc verisimile esset debuit præmitti de diuitijs Abrahæ. Sed obijcitur, q̄ hoc non faciat ad propositū: quia cōtentio erat ꝓp multitudinem gregum, qui in parua terra capi nō poterant, & tñ de Abraham dī, q̄ erat dives in possessione auri, & argenti: ergo non ponitur ꝓpter illud. Dicendum q̄ illud propter alias causas dici poterat sicut tactum est. Sed etiam ad istud tertiū pertinet: quia cum esset Abraham dives in argēto, & auro, haberet deinde multam familiam, & pecora, & greges: cum tota occupatio antiquorum præcipuè patriarcharū esset circa pascua ouium, infra 47. Pastores ouium sumus serui tui nos, & patres nostri; & ex multitudine gregū sequeretur ista contentio. In Hebræo dicitur *Erat ponderosus nimis.* Idest quia multa pondera auri, & argenti habebat: vel quia qui multum diuites sunt habent multam familiam, & multa bona mobilia, & pecora, quæ non possunt citò moueri: sicut quando homo seipsum totum habet: quia velociter moueri potest. Glo. tamen ordinaria vult q̄ Abrahā esset grauis, vel onustus debitis, & non diuitijs, quia illi, qui peregrinantur plura expendunt, quam in terra sua manentes. *Reuersus est itinere quo uerat.* Quia volebat redire in D
locum, de quo exierat, & ad hoc nullum iter melius erat, quam illud per quod iuerat. Vel quia consueuerunt itinerātes in reditu sic se habere q̄ redeāt ad eadem hospicia, ad quæ ante accesserant, ne nouos hospites cognoscant. Vel quia forte sicut solet accidere itinerantibus, quando pecunijs carent relinquunt aliqua pignora in hospitijs, vt post redeuntes illa liberēt. Sic cum Abraham magnos sumptus ageret, & nō haberet pecuniam, de qua solueret, pignora reliquerat, quæ nunc liberare volebat adductis forte pecunijs de Aegypto. Sed prima sunt veriora, quia nō est credendum, q̄ Abraham mox vt exiret de loco, in quo habitabat, careret pecunijs. *A Meridie in Bethel.* Idest ascēdit de parte Australi in Bethel, quæ est in mōtanis circa partē Orientalē terræ Chanaan, scilicet circa Hierico, & Hai: Vt patet Iosue 8. & 16. cap. Aegyptus autē non solum erat Meridionalis respectu terrę Chanaā: sed etiam Occidentalis: ideo ascendebat primo directè quasi ab Occidente per Meridiem ad Orientem. *Vsque ad locum, in quo prius fixerat tabernaculum.* Locus, in quo prius fixerat tabernaculum, erat apud montem Hebal, & Garizim, & erat vltra Bethel. *Inter Bethel, & Hai.* Bethel erat a parte Occidentali: & Hai ex parte Orientis: vt patet præcedenti cap. Hai est quædam ciuitas, quam expugnauit Iosue, vt patet Iosue Cap. 8.
& ista cecidit postea in sorte Iudæ, & data fuit sacerdotibus, vt habetur Iosue 21. cap. *In loco altaris, quod fecerat*

cerat primus. Forte mansit ibi altare, & iterum Abrahã F
super illud immolauit, & gratias egit. Vel melius dicẽ
dum, ꝙ Abraham non reliquit ibi altare, quando de-
scendit in Aegyptum: sed destruxit, ne fortè venirẽt
aliqui de Chananæis, & immolarẽt ibi immundicias
Deorum suorum, & hoc vr̃ sonare litera dicens. *In lo
co altaris*. Quasi dicat, nõ erat ibi iam altare, sed locus,
in quo ante altare constructum fuerat.

Quæst.2. ¶ Quæretur quare Abrahã faciebat altaria, & qua-
re tot. Nam præcedenti cap. habetur, ꝙ fecerit duo al
taria. Dicendum ad primum, ꝙ faciebat ad laudandũ
nomen Dei inuocando illud ibi: vt dicitur hic in lite-
ra, s. Et inuocauit nomen Dñi ibi. Dicendum, ꝙ hoc
non est satis rationabile: primo, quia ad laudandum
Deum inuocando nomen eius non exigebatur locus G
determinatus, sed vbique poterat vocari Deus, ideo
non construeretur altare. Secundo, quia altare apud
omnes veteres, tam in nouo, quàm in veteri testamẽ-
to inter Gentiles fuit semper ad offerendum in eo sa-
crificia: nam Gentilibus mos erat in altaribus suis of-
ferre multitudinem animalium dijs suis. In veteri aũt
testamento fecerat Deus altare holocaustorũ, in quo
offerentur, & cremarentur omnia sacrificia anima-
lium. Exod. 27. & Leu. 1. cap. In nouo autem testamẽ-
to altare quoq; solum est ad offerendum ibi verũ sa-
crificiũ corporis, & sanguinis Domini: & officia ho-
rarum canonicarum ad laudes Dei pertinent, & ta-
men non dicuntur super altare: vt videatur, & decla-
retur, ꝙ altare ad solum sacrificium est: ideo tunc ad
hoc etiam erat. Dicendum sine dubio, ꝙ Abrahã fa- H
ciebant nunc altaria ad offerẽdum ibi sacrificia, & nõ
ad aliud: quia consuetudo fuit omnibus hominibus,
qui Dei cognitionem habebãt ab antiquo offerre ei
sacrificia, quæ super altare cremabãt, & ad hoc fiebat
altare. Sic. n. in principio mundi Abel offerebat Deo
sacrificium de primogenitis gregis sui: Cain verò fra
ter eius offerebat de spicis segetum. supra 4. cap. Noe
quoque statim, vt exiuit de arca post diluuiũ obtulit
sacrificium Deo de omnibus animalibus mundis, su-
pra 8. cap. & quanto aliquis sanctior esset, atque Deo
deuotior, tanto magis frequentaret istud: & quia nõ
inueniebatur aliqua cæremonia, quę tã expresse perti
neret ad cultum Dei. Sacrificiũ nanq; soli Deo offer-
tur: nã quantumcunque aliqui homines circa verum I
Deum errauerint, nũquam fuit aliquis, qui offerret sa
crificium, nisi Deo vero, aut illi quem putaret, aut ha-
bere vellet pro Deo vero. Sic dicit August. lib. 8. & 9.
de ciuita. Dei. Ideo Abraham cũ esset valde deuotus
Deo offerrebat sacrificia, & ad hoc fabricauit altare.
Aliqui dicunt, ꝙ Abraham faciebat istud altare ꝓ di-
stinctione sui à Chananæis, quasi ipse esset cultor veri
Dei. Sic fuit de duabus tribubus, & dimidia, quę fece
runt altare mirę magnitudinis apud tumulos Iorda-
nis, non vt ibi offerrẽt sacrificia: sed vt illud altare es-
set in testimoniũ, quòd ipsi erant cultores Dei Israel.
Iosue, 22. cap. Dicendum, ꝙ hoc non est concedendũ
primo, quia altare secundum se nõ est, nisi ad offeren
dum sacrificia, & non ad perhibendum tale testimo-
nium: nam si ad hoc esset communiter altare, nõ in- K
dignaret totus Israel contra duas tribus, & dimidiã:
sicut indignati sunt putantes eas idolatriam commit-
tere. Iosue. 22. cap. & tamen indignatæ sunt valde: er-
go cum hoc altare fecerit Abraham, & non constet,
qua intentione fecerit: est dicendum ꝙ fecit ea intẽ-
tione, ad quam est altare secundum se, s. ad offerendũ
sacrificia. Secundo quia talis distinctio erat superua-
cua: non. n. proderat Abrahæ ad aliquid, ꝙ se vellet di
stinguere à Chananæis. Secus erat de duab. tribubus,
& dimidia; nam proderat eis testimonium illius alta-
ris, s. vt sciretur, ꝙ illi pertinebant ad Deum Israel, si-
cut & ceteri habitantes citra Iordanẽ, & non possent
excludi à cõsortio populi Dei, quod videbatur eis nõ
posse fieri sine illo altari. Iosue. 22. cap. Sed hic Abra-
ham, siue per signum aliquod se à Chananæis distin-
gueret, siue non nihil acquirebat, & nihil ei peribat:
ergo non debuit propter hoc facere. Tertio quia nõ
potest hoc fieri, nisi inter illos, qui cognoscunt Deũ,
pro quo ponunt signum: sic erat inter duas tribus, &
dimidiam ad totum reliquum Israel: quia vtrorumq;
erat idem Deus, quem credebant solum esse verum
Deum: vnde duæ tribus, & dimidia per signum alta-
ris volebant alijs Israelitis manifestare se pertinere ad
alium Deum, quem illi colebant: sed nunc circa Cha
naneos nõ erat istud, quia illi nõ cognoscebant Deũ
Abraham, neque sciebant, an ille verus Deus esset, G
ideo per altare illud nulla ipsi distinctionem inter se,
& Abraham cognoscerent. Quarto, quia per hoc
Abraham sibiipsi noceret, faciens sibi odiosos Ca-
naneos Dominos terrę illius: quasi eos contemneret
dicens, se colere verum Deum: illos verò deos falsos
colere: ideo non ageret hac intẽtione Abraham, sed
solum ad offerendum sacrificia super altare, secundũ
consuetudinem omnium gentiũ. Cum autẽ vlterius
ꝙrebatur, quare tot altaria faciebat Abraam: dicũr ali
qui, ꝙ ex magnitudine deuotionis fiebat: nam offer-
re sacrificia pertinebat ad deuotionem, & cultũ Dei:
quãto ergo esset aliquis tunc sanctior, atque Deo de-
uotior, tanto plus frequẽtaret istam cęremoniam, &
tanta plura altaria erigeret: sed Abrahã erat sanctior
oĩbus hominibus temporis illius, cum nunc Deus eũ
segregaret, & eligeret inter omnes homines: ergo ip
se multa altaria fecerat. Dicendum ꝙ Abraham mul
ta altaria faciebat, duo ponuntur præcedenti capit. &
alterum ponitur infra 21. cap. & tamen dicendum, ꝙ
non multiplicabat altaria pro illa causa: quia altare fa-
cere de se non erat cęremonia diuini cultus, sed offer
re sacrificia in eis: & tamẽ tot sacrificia poterat Abra-
hã offerre ĩ vno altari, quot ĩ mille, & si nocte, die vel-
let cremare ibi sacrificia, sicut Salomõ obtulit vna die
mille hostias super altare vnum, lib. 2. Paralipp. 1. cap.
& alia die cremata sunt in vno die duodecim millia
bouum, & cẽtum viginti millia ouium, libro 3. Reg.
8. cap. ergo etiam si Abrahã vellet omnia pecora sua
vna die offerre in sacrificium, nõ oportebat esse mul
ta altaria, sed vnicum: non ergo fuit ista causa multi-
plicationis altarium. Dicendum ꝙ vera causa fuit di-
uersitas locorum, vbicunq; enim erat Abrahã, vnum
tantum altare habebat, & tamen quia multa loca va-
riabat, faciebat multa altaria, constituendo in quoli-
bet loco vnum, vt nũquam esset sine altari, quia sem-
per offerrebat Deo sacrificia. s. vel per singulos dies,
vel sępè. Quòd autẽ proueniret hoc in diuersis locis,
patet, nam dicitur præcedẽti. cap. Apparuit Dominus
Abrahę, & dixit ei: tibi dabo terram hanc, qui ædifica
uit ibi altare Domino, qui apparuerat ei: & inuocauit
ibi nomẽ eius: & statim sequitur: Et inde trãsgrediẽs
ad montem, qui erat contra Orientem Bethel, tenden-
dit ibi tabernaculum suum, ædificauit quoque ibi al-
tare Domino. Et ita apparet, ꝙ erat alius locus habita
tionis vbi altare. Secundum erexit quasi iam nõ pos-
set in primo offerre sacrificia, & ita, ꝙa Bersabeæ fuit
alius locus habitationis Abrahę, erexit ibi aliud alta-
re, infra 21. cap. & ista est causa vera.

Rõdeo ad
secundum
dubium.
Cur vtrq;
tanta fece
rat.

¶ Quæretur quomodo ausus fuit Abraham altare Quæst.3.
erigere, quia non licebat alicui altare erigere: sed in Quòd
vno tantum altari offerebantur omnia sacrificia, Le- fas fuit
uit. 18. & Iosue. 22. cap. Item quomodo ausus est ipse Abra
facere sacrificia, quia hoc ad solos sacerdotes pertine ham
bat. Leuit. 1. & Numeri. 18. cap. Abraam autem non erigere
erat sacerdos. Item quas cæremonias sacrificiorũ fa- altare
ceret

ceret Abraham. Ad primum dicendum, ꝙ non erat A
hoc illicitum Abrahę, sicut enim offerre sacrificium
erat de se licitũ. immo laudabile, quia pertinebat ad
cultum Dei ita, & erigere altare, quod erat ad offerrẽ
dum ibi sacrificia erat licitum, & laudabile, nisi fortè
alicui esset à Deo veritum: & tamẽ tempore Abrahæ
nulli erat vetitum: ideo licebat, & laudabile erat, & si-
cut licebat erigi vnum altare: ita ei licebat multa eri-
gi, quia idem erat finis vnius, & multorum; prohibi-
tio autem non fuit, nisi per legem ideo ante legem li
cebat altaria constitui multa, & vbique. Lex quidem
data est tempore Moysi in deserto, Exod. 19. cap. Eius
verò obseruatio quantum ad generalem obseruatio-
nem cępit post mortem Moysi, quando Hebræi pri-
mo fuerunt in pace in terra promissionis eiectis inde B
hostibus. Deut. 12. cap. quod fuit circa finem vitæ Io-
sue ducis sui, s. postquam locauerunt tabernaculũ Do
mini in Sylo. Iosue. 18. cap. ideo omnibus, qui fuerũt
ante istud tempus licuit facere quicquid vellẽt, dum
tñ de se malum non esset, & praua intentione non
fieret: tale autem erat erigere altare hic, vel ibi, & eri-
gere vnum, vel multa. ideo nulli tunc erat illicitum.
Abraham tñ fuit multo ante datã legem. ideo licuit
ei altaria erigere. Item dato, ꝙ iam esset lex data, ad-
huc non esset illicitum Abrahę erigere altare, vel al-
taria in multis locis: nam tẽpore legis datę, qñ obser-
uantia eius maximè vigebat, licebat viris sanctis pro-
phetis, & huiusmodi, quibus voluntas Dei cognita
erat, & contra quos non erat suspitio de idolatria eri- C
gere, & offerre sacrificium in diuersis locis, sic patet
de Samuele, qui offerrebat sacrificium in diuersis lo-
cis, & erigebat ibi altaria; nã erexit altare in Masphat,
erexit quoque in Ramatha. libr. 1. Reg. 7. cap. & tamẽ
non erat ibi sanctuarium, neque arca, sed tabernaculũ
erat tũc in Nobe, & postea in Gabaon: arca verò erat
in Gabaa in domo Aminadab, & ibidem colligitur,
& probatur: & tamen nemo accusat Samuelem, ꝙ in
his locis altaria erigeret, & sacrificia faceret.

Quæst.6. De sacrificijs, & tabernaculis tempore Abrahæ.

¶ Si quis autem calumniari velit, ꝙ erat sanctuariũ
in his locis, & ita ibi licitè offerrebantur sacrificia; di-
cẽdum ꝙ non stat. Primo, quia poterat sanctuarium
esse in vno loco, sed non in multis cum esset vnũ ta-
bernaculum Domini, & vnicum altare holocausto-
rũ, qđ Moyses fabricauerat, Exod. 27. & tñ Samuel in
duob. istis locis habebat altaria. s. in Masphad, & in Ra
matha, vt patet. li. 1. Re. 7. c. ergo altaria faciebat extra
locũ sanctuarij. Scđo, quia dato ꝙ in sola vrbe Rama-
tha offerret Samuel sacrificia, & ibi esset tẽplũ Dñi. i.
tabernaculũ adhuc non liceret ei secundum legẽ eri-
gere altare aliqđ, sed solũ offerre in altari illo, quòd
fecerat Moyses, & erat ad hostium tabernaculi, Leui.
17. cap. & tamen Samuel ædificabat altaria ad immo-
landum, cũ dicatur. lib. 1. Reg. 7. cap. reuertebatur Sa-
muel in Ramatham: ibi enim erat domus eius, & ibi
iudicabat Israelem, & ędificauit ibi etiam altare domi
no: & sic non offerrebat in altari, quod erat in sanctua
rio: sed in alijs, quæ ipse ędificabat, & hoc contra legẽ
erat. Tertio quia de vrbe Bethleem nullus asserit, ꝙ
fuerit ibi vnquam arca, aut tabernaculum, quia taber E
naculum primo fuit in Sylo: ibi enim posuit illud Io-
sue, & totus Israel quando introierunt in terram Cha
naam. Iosue. 18. cap. Postea tempore Hely sacerdotis
moriente eo, perijt arca de Israel capta a Philistinis li.
1. Reg. 4. cap. & 5. tunc quoque tabernaculum transla
tũ est de Sylo, & erat in vrbe Nobe. li. 1. Reg. 21. cap.
Deinde occisis sacerdotibus Nobe, & ipsa vrbe per
regem Saulem euersa, li. 1. Reg. 22. cap. translatum est
tabernaculum in Gabaon; ibi enim erat tempore Da
uid, & Salomonis, li. 1. Paral. 16. & li. 2. Parali. 1. cap. &
tunc per Salomonem templo constituto cessauerũt

In Bethleẽ fuisse tabernaculum.

omnia hęc in solo templo Salomonis offerrebantur
sacrificia, & ita apparet, ꝙ nunquam fuit tabernacu-
lum in Bethleem, & tamen Samuel offerrebat sacri-
ficium in Bethleem, sicut fecit quando vnxit Dauid
in Regem lib. 1. Reg. 16. cap. ergo extra sanctuarium
offerrebat ille sacrificium: & tamen quia Samuel erat
propheta fidelis, & famosus in toto Israel, nemo eum
accusabat, ꝙ sacrificia faceret; vbi vellet: nam diceba-
tur agere ex volũtate Dei, & Deo sibi hoc reuelante:
& certum est, ꝙ aliquid horum faciebat ipse Deo iu-
bẽte, sicut offerre sacrificium in Bethleẽ. Nam Deus
hoc iusit lib. 1. Reg. 16. Aliquid autem apparebat esse
de voluntate Dei, licet de mandato non constat: sicut
fuit oblatio sacrificij in Masphat: nam Deus approba-
uit illud sacrificium per miraculum, quod secutum
est, scilicet ꝙ intonuit dominus fragore magno de cę
lo super Philistiim, & exterruit eos, & cęsi sunt a filijs
Israel, li. 1. Reg. 7. cap. De Abraham autẽ sic erat, quia
erat vir sanctus, & propheta Dei, & qui nouerat volũ
tatem Dei: ideo etiam si lex data iam esset liceret ei al
taria erigere: istud apparet, quia Abrahã sanctus erat:
cum nũc solus esset electus etiam propheta erat; quia
Deus de ipso perhibuit testimonium, ꝙ esset prophe
ta infra. 20. cap. cum dixit ad regem Abimelech, scili-
cet nunc ergo redde vxorem viro suo, quia prophera
est, & orabit pro te, & viues: etiam erat ei volũtas Dei
nota, quia Deus apparebat ei, & loquebatur, sicut lo-
cutus est præcedẽti cap. & etiam infra in litera. & in-
fra. 15. cap. & sępe habet, ꝙ Deus ei loqueretur: quic-
quid ergo ille faceret, putaretur facere de intentione
Dei: & ita a nullo argueretur vbicunque sacrificium
faceret. Sed tamen dicendum, quòd præcipua excu-
satio Abraæ est ꝙ nondum esset data lex, quę hoc ve-
taret, vnde non solũ ei, qui erat vir sanctus, & prophe-
ta talia manifestum erat licere, sed etiã omnibus alijs
etiam non sanctis hæc licebant, quia nihil Deus ho-
rum vetuerat.

Quæst.7. Sacrificia facere ante legem scriptam omnibus licitum.

¶ Alia dubitatio erat circa hoc quomodo ausus Quæst.7.
est facere Abraham sacrificia, quod ad solos sacerdo- Sacrificia
tes pertinebat. Dici debet supra primo, ꝙ nõ erat hoc facere ante
illicitum, quia nõ erat vetitum: erat enim facere sacri legem
ficia in honorem Dei de se bonum, & nulli erat veti- scriptam
tum: ideo omnibus licebat. Immo in omnibus esset omnibus
D laudabile: ꝙ vero sacerdotes soli hoc facerent, lege licitum.
determinatũ fuit, ideo quo vsque diffiniretur omni-
bus erat licitũ. Cain emẽ, & Abel duo primi filij Adę,
quos scriptura commemorat sacerdotes non erant:
quia nemo eos sacerdotes constituerat, & tamen ipsi
offerrebant sacrificia, & cremabant ea, Abel quidem
de primogenitis gregis sui, Cain verò de segetibus, vt
patet supra. 4. cap. Similiter Noe obtulit Deo sacrifi-
cium de omnibus animalibus mundis, & ipse crema-
bat holocaustum, patet supra. 8. cap. tamen non erat
ipse sacerdos: sed fuit illud sacrificium Deo acceptũ:
quia odoratus est dominus suauitatis odorem, vt in
eodem cap. liquer. Ita ergo esset de Abrã, & de quoli
bet alio viro illius temporis, ꝙ liceret eis facere om-
nes cęremonias sacrificiorum: non habita differẽtia,
an esset sacerdos, vel non cum potius nullus esset tũc
sacerdos, quia nulla institutio cæremonialis fiebat sa-
cerdotum, aut si uelimus dicere poterimus asserere,
ꝙ omnes erant sacerdotes, quia omnibus licebat sa-
cra facere, quod erat officium sacerdotũ. Nam inue-
nimus vocari sacerdotes aliquos ante datam legem: Ante legẽ
sicut dicitur sequenti cap. ꝙ erat sacerdos Dei altissi- oẽs erant
mi, & erat iste tempore Abraæ; nam ei obtulit Abra- sacerdo-
ham decimas omnium; & non vocabatur Melchise- tes.
dech sacerdos ex alia causa, nisi qa sacerdotis officiũ
exercebat, offerrendo sacrificia. Nam panem, & vinũ
obtulit, vt legitur sequenti cap. Etiam ante datam le-
gem

gem alios inuenimus vocari sacerdotes Dei, scilicet quia habebat officium offerrendi, & immolandi potius, quam alij. Sic dicitur Exo. 19.c. Sacerdotes quoque, qui accedũt ad dominum sanctificentur, ne percutiam eos: & tamen nõ erat adhuc lex data, quia eodem cap. ponitur dispositio ad dandum legem, & sequenti cap. 20. data est. Erant igitur illi sacerdotes solum, quia sacrificia faciebant, & cæteras cæremonias ad Deum.

Quæst. 8. ¶ Dicendum ergo, q̃ ante legem datam sacerdotes aliqui erant, qui sacra facerent: tamen quia lex nõ vetuerat aliquid libebat cuilibet esse sacerdos, & offerre sacrificia. Volunt autem aliqui, q̃ solum primogeniti hoc faciebant, sed an ita esset non est certum.

Consuetudo sacrificantiũ ante legẽ datam. Est ergo dicendum, q̃ inter antiquos ante legem data tam erat ista cõsuetudo, q̃ quamuis omnibus liceret sacrificia facere non omnes faciebãt sacrificia, sed aliqui, & tamen rursus est intelligendum, q̃ aut cõsiderabatur quilibet homo quanrum ad se, aut vt pars alicuius cõmunitatis. Si erat homo per se, vt solitarius habitans, aut licet in cõmunitate habitaret, vellet aliquid ex deuotione segregatim agere licebat cuilibet offerre sacrificia, & immolare de suo qũocũque vellet, & vbi vellet, quia nulla lege vetitum erat alicui ista facere. Si autem consideraretur homo, vt pars cõitatis, & in policia viuens aliud erat: nam quælibet policia habebat aliquos ritus colendi Deum verum, vel Deum falsum; & ex nomine totius policiæ fiebãt cærimonię cultus illi Deo, quem policia illa Deum profitebatur, & quia non poterat aliquis vnus actus per totam policiam fieri habebat ministros, qui vice totius policiæ illud agerent, & isti ministri quantum ad sacra vocabãtur sacerdotes, & sic erant sacerdotes alii qui in policia, & non omnes, & ad illos solos pertinebat ista facere nomine cõitatis, & est dicendũ, quòd ista consuetudo fuit ante legem datam in oĩbus populis, tam inter Israelitas, quàm Gentiles, & sic in quolibet populo aliqui erant specialiter sacerdotes, & non omnes. Istud patet quantum ad Iudæos, quia q̃n data est lex, & ante erant ibi sacerdotes, qui distinguebantur à populo, & conueniebat illis ministrare Deo, & non toti populo. Exod. 19.cap. cum dicitur sacerdotes autem, & populus nõ transeant terminos, neque ascendant ad Dominum, ne forte interficiat illos, & ita ibi distinguuntur sacerdotes, & populos, & sic nõ erat quilibet de populo sacerdos, sed aliqui. Etiam apparet, quòd sacerdotes erãt maioris dignitatis, quàm alij de populo. vnde preponunrur sacerdotes, cum dicitur sacerdotes, & populos non transeant. Etiam patet ista distinctio dignitatis eod. cap. cum dicitur: Descende, & contestare populum, ne forte vellent transcendere terminum ad vidẽdum Deum, & pereat ex eis multitudo plurima, & statim sequitur, sacerdotes; quoque, qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, & ita dixit de sacerdotibus, q̃ accedebant ad Dominum; illud autem est ministrare ei, in quo innuitur, q̃ ad solos sacerdotes pertinebat tunc ministrare.

Quæst. 9. An quilibet poterat esse sacerdos: an determinatus solum. ¶ Sed de istis sacerdotibus, qui essent, dubium est an possent esse quicunque homines, vel determinati. Aliqui dicunt, q̃ ad solos primogenitos pertinebat: motiuum autem istorum est, quia esse sacerdotẽ est aliquid honoris. honor autẽ debetur potius primogenitis, quàm alijs. Sed dicendum, quòd hoc nõ constat. immo neq; est satis verisimile; primo, quia si debetur maior honor primogenitis, quàm alijs: hoc est respectu eius, cuius sunt primogeniti, s. respectu patris: nam apud illum, vel in successione bonorum illius maioris est primogenitus, quàm alij: secus quantum ad populum, vel cõitatem, cuius non sunt filij, quia ibi non videtur aliqua ratio, quare aliqui potius, quàm alij habeant honorem, cum populus filios nõ habeat, & ideo nõ fit ibi distinctio primogeniti, & nõ primogeniti. Apparet primum, quia dicitur infr. 49. cap. Ruben primogenitus meus tu fortitudo mea, & principium doloris mei: tu prior in donis, maior in imperio, & ita vocauit eum priorem in donis, & maiorẽ in imperio cęteris fratribus, quia erat primogenitus. Vnde & lex iubebat, quòd primogenitus haberet duplum de bonis paternis, quàm quilibet aliorũ fratrum. Deuter. 21.cap. Apparet secundum, quia populus, vel communitas non habet filios, quia non est persona aliqua: ideo respectu hominis habentis filios stat bene distinctio primogeniti ab alijs in honore, sed in populo, qui filios non habet nõ videtur, quòd debeat præponi in honore, vel emolumento primogenitus ad non primogenitum; ideo licet esse sacerdotem in populo esset aliquid honoris, non videtur, quòd potius deberet dari primogenitis, quàm alijs. Secundo, quia potius videt non assumerentur in magnum honorem licet administratio sua esset honorabilis, sed conducerentur precio, vt loco totius populi ministrarent: & ita quilibet poterat ad hoc sumi, & quilibet poterat in hoc locare operas suas: sicut ad docendum locant homines operas suas precio dato. Simile patet Iudi. 17. vbi Michęas quæsiuit à Leuita: vnde esset, & volendo eum sibi facere sacerdotem dixit; mane apud me, & esto mihi parens, atque sacerdos, daboq̃ tibi per annos singulos decem argenteos, & vestem duplicem, & quæ ad victum sunt necessaria, acquieuit puer, & mansit apud hominem, & ita apparet, q̃ sacerdotes precio conducebantur, ut ministrarent, nam ille nõ quæsiuit an esset primogenitus apud patrem suum. Tertio apparet istud adhuc planius eadem cap. de eodẽ uiro Michęa, qui in domo sua habebat Deos, quos colebat, & quibus offerrebat sacrificium, licet esser Iudæus, & antequam haberet illum Leuitam in sacerdotem, fecerat unum de filijs suis sacerdotem, cũ dicitur; impleuitq; manum unius filiorum suorum, & factus est ei sacerdos, ex qua litera apparent duo; primo quòd in eadẽ domo non oẽs ministrabant, vt sacerdotes, sed unus tantum; secundo quòd nõ erat necesse, quòd primogenitus esset sacerdos. Sed dicitur impleuit manus unius filiorum suorum, quasi non plus differret hũc, quàm illum esse sacerdodem, sed quicunque posset esse sacerdos. Moyses quoque aliqualiter ostendit istud in confirmatione legis, nam lex data debuit cõfirmari in sanguine sacrificiorum; nondum tñ erant Aaron, & filij sui consecrati in sacerdotes secundum ritum legis, neque aliqui alij, quia ritus paternę cõsecrationis fuit in anno secũdo exitus de Aegypto mẽse secundo, ut colligitur Exo. 40. & Leui. 8. & 9. Lex autem fuit data, & confirmata anno primo ab exitu de Aegypto mẽse tertio, ut colligitur Exo. 19. & 24. Et ideo non erãt tunc aliqui sacerdotes secũdum legem, qui facerẽt illa sacrificia, sed Moyses iussit alijs, quòd illa facerent, s. eis, qui prius habebant consuetudinem ministrandi. Exod. 24.c. s. misit iuuenes de filijs Israel, ac si quilibet hoc facere posset. De Abraham ergò dicendum est quòd poterat ipse sacrificia offerre, & cremare, quia nulla lege hoc uetitum erat. Similiter non erat contra cõsuetudinem illius rẽporis, quia licet in communitate, uel populo pro communitate non esset quilibet sacerdos, sed aliqui determinati, tamen pro se ipso, & pro eo quod ex deuotione offerre uellet quilibet poterat esse sacerdos cum posset facere sacerdotem quemcunque uellet. Sicut patet de Michęa, Iudi. 17.c. Nam prius pro Deo suo fecit sacerdotem unum de filijs suis deində amoto illo fecit sacerdotem unum de Leuitis.

Sed

Quæst. 10. Data lege aliqui erãt qui sacra facerent. Sed adhuc de Abraham dici potest, quòd adhuc existente lege Moysi liceret ei ministrare immolando animalia, quia lex solos filios Aaron fecerat sacerdotes, tamen prophetis, & viris sanctis etiam si nõ essent de filijs Aaron licebat ministrare faciendo sacrificia sicut sacerdotibus. Sic patet de Samuele prophetа: non enim erat ille de sacerdotibus, sed de Leuitis, vt colligitur Psalm. 97. s. Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius Samuel inter eos, qui inuocant nomẽ eius, & sic Samuel nõ erat inter sacerdotes, sed inter inuocantes nomẽ Domini. i. Leuitas, qui laudabant Dñm Deum, cantando ministrantibus sacerdotibus, sed ipsi non ministrabant: hoc etiam magis patet lib. 1. Paralip. 6. cap. vbi pater Samuelis, & ipse Samuel, & filij eius inter Leuitas: iste tamen Samuel faciebat sacrificia: nam ipse immolauit agnum in Masphath, lib. 1. Reg. 7. cap. ipse quoque fecit sacrificium quando vnxit Dauid in Regem, lib. 1. Reg. 16. cap. & hoc nõ erat in eo increpabile, quia erat propheta, & videbat agere secundum voluntatem Dei. Sic erat de Abraham, erat enim propheta Dei, vt patet infr. 20. cap. & loquebatur sępè Deus ad illum, vt legit̃ præcedenti cap. & infra in litera, & infra 15. ideo quicquid ageret, videbatur agere secundum voluntatem Dei, & non esset quid illicitum circa illum.

Quæst. 11. Quid mãdauerit lex de loco s. crificij, & de sacrificantibus sacri ficio. ¶ Hæc autem duo, tam de locis sacrificiorum, q̃ de facientibus sacrificiorum cæremonias nõ fuerunt sic data in lege, sicut prius; nam prius omnia licebant, cũ nihil esset vetitum, postea autem circa vtrunque fuit datus certus modus. De primo fuerunt datæ duæ determinationes; prima, quòd non offerrentur sacrificia in multis locis. Secunda, quòd non in multis altaribus. De prima patet Deuteron. cap. 12. & 16. cap. vbi dicitur, quòd non offerrent Israelitæ sacrificia sua in omni loco, quem vellent, sed solum in illo loco, quẽ Deus eligeret, vt poneret nomen suum ibi. Ista erat vna tantum ciuitas, licet non esset semper eadem; habebant enim Israelitę sanctuarium, quod iubẽte Domino fecerat Moyses in desertum, & istud erat fixũ in ciuitate vna, & illa erat, quam Deus elegisset ad ponendum ibi sanctuarium, sicut fuit primo in Sylo deinde Nobe, postea Gabaon, deinde Hierusalem; in illa autem sola ciuitate licebat Iudęis offerre sacrificia, & non in alijs locis, neque in agris, quia iudicarẽtur tunc idolatræ, Leuit. 17. capit. Secunda determinatio erat, quòd non fieret oblatio in multis altaribus: nam licet esset vna tantum ciuitas, in qua fierent sacrificia posset cogitari, q̃ ibi essent altaria multa, in quib. offerrentur sacrificia præcipuè, quia totus Israel conueniebat aliquando, in locum illum ad sacrificia, & tamen non fiebat sic. Immo vnicum altare erat, in quo omnia cremabantur, & offerrebatur sanguis. Et istud altare non erat factum per aliquem hominem offerẽtem, sed erat illud, quod fecerat Moyses in deserto, quod vocabatur altare holocaustorum. Exod. 27. cap. Etiam sciẽdum, quòd cum esset vnica ciuitas, in qua offerretur sacrificium, non licebat offerri in qualibet ciius parte, sed solum intra sanctuarium, quod in illa vrbe fixum erat: & adhuc intra sanctuarium non in quolibet loco offerrebatur sacrificium, sed solum in vno altari holoca ustorum, quod ibi erat ad hostium tabernaculi: alibi autem offerre erat nefas, Leuit. 17. & Iosue 22. cap. Erant autem in eodẽ sanctuario duo altaria, vnum quod vocabatur holocaustorum, alterũ thimiamatum. In primo offerebantur omnia sacrificia. Exod. 27. & Leuit. 17. in secundo nunquam offerebatur sacrificium, sed solum cremabatur thimiama quotidie bis in mane, & vespere, Exod. 30. cap.

Altare holocaustorum Moysi. ¶ Sed obijcietur, quod interdum essent tot animalia immolanda, q̃ non caperentur in vno altari: debent ergo esse multa, & hoc maximè quando totus Israel conueniebat: nã ter in anno omnes masculi Hebręi venturi erant in sanctuarium, s. in tribus festiuitatibus, Exod. 23. & 34. & Deuteron. 16. & quilibet illorum aliquid ferrebat: quia nullus illorum debebat apparere vacuus coram Domino, vt patet Exod. 23. Et intelligitur de oblatione in ijs festiuitatibus, quib. in sanctuarium ibant. Deut. 16. c. nam dato, q̃ appareret omne masculinum ter in anno coram Domino, sequitur non apparebis ante Dominum vacuus, sed offerret vnusquisq; secundum quod habuerit iuxta benedictionem Domini Dei sui: cum igitur omnes isti offerrent, non possent capi sacrificia in vno altari, & ita deberent esse multa. Dicendum, q̃ erat vnicũ altare, vt dictum est, & in illo omnia cremabãtur: erat enim magnum altare, nam altare quod fecit Moyses habebat quinque cubitos longitudine, & totidem in latitudine, vt Exo. 27. & illud totum implebatur igne, & superponebantur carnes: & postea fuit factum altare maius: nam ędificato Templo Salomonis cessauit tabernaculum Moysi, & altare eius, factumq; est altare æneum, quod erat viginti cubitorum in longitudine, & totidem in latitudine, vt in libr. 2. Paralip. 4. cap. & ibi reddebatur magna area quæ esset quadragentorum cubitorum quadratorum secundum artẽ Arithmeticę, & talis area caperetur supra se multa sacrificia. Est quoque aliud q̃ adiuuabat, vt multa sacrificia capi possent super istud altare, s. quia non cremabantur omnes carnes animaliũ, sed vt cõiter soli adipes: causa est, quia q̃n offerebat̃ multitudo sacrificiorũ, erat in concursu populi: sacrificia aũt populi erãt, vt plurimũ hostię pacificę, vt de eis comederent offerentes, & de illis nõ proueniebat Deo, nisi adeps, Leuit. 3. capit. Capi autem multorum animalium adipes simul super altare vnum facile erat, & cremari; sed capi ibi totas carnes erat difficile: carnes tñ totæ non ponebantur, nisi de holocaustis, & hoc rarius offerebat populos, sed pacificas hostias, cum de holocaustis nihil manducabant, ipsi autem volebant offerre, & mã ducare. Sed adhuc aliud erat, q̃ adiuuabat, quia si tot essent sacrificia, quæ simul cremari deberẽt, q̃ etiam altare illud æneum non sufficeret ad capiendum illa ponebatur ignis in pauimento atrij ante altare, & ibi cremabantur sacrificia: ibi autem possent capi innumerabilia sacrificia, & sustineri, quia nullo pondere præmeretur pauimentum: sic enim factum legimus semel. s. quando Salomon dedicauit Templum: nam tunc oblata sunt simul duodecim milia boum, & centum viginti milia ouiũ in sacrificium, s. in hostias pacificas, & quia altare æneum paruum erat. neque poterat capere, aut sustinere tantam multitudinem adipum sanctificauit Salomon medium atrij ante altare, idest pauimẽtum atrij, & fecit poni ignem in pauimẽto, & super illum adipes, vt legitur in libr. 3. Reg. 8. & libr. 2. Paralip. 2. cap. An verò alijs temporibus factum sit vrgente tali necessitate, non legimus, sed satis est verisimile, q̃ fieret cum in dedicatione Templi factum fuerit, & iudicatum sit esse licitum: & tamẽ tũc non erãt plura altaria, sed vnum tñ, quia cætera multitudo nõ cremabatur in aliquo altari, sed in pauimẽto atrij ante altare, & ita iudicabat̃ cremari in vno altari, quasi locus esset vnus, per continuitatem. Et ex hoc patet, q̃ secundum rigorem huius legis non licuisset Abrahæ erigere multa altaria: sed neque vnũ; immo solum offerre in altari, quod erat intra atrium ad hostium tabernaculi, Leuit. 17. cap. Nũc verò multa altaria erigebat; nam præcedenti cap. erexit duo, & infra in litera dicitur, q̃ erexit alterum in Hebron: & infra 21. cap. innuitur, q̃ alterum erexit in Berſabeæ, & quintum altare erexit in monte Moria, vbi debuit,

Masculi ter in anno ad sanctuarium veniebant.

Magnitudo altaris Moysi.

&

& voluit immolare Isaac, infra 22. cap. & generaliter quocunque ibat Abrahã ad manendum faciebat ibi altare, vt posset immolare Domino victimas, vt non cessaret a cultu Dei.

Quæst. 12. Qui debeãt esse ministri sacrificiorũ secundum legem.

¶ Secũdum erat de ministris sacrificiorum, & ante legem datam omnibus licebat facere sacrificia: qa nulli erat veritum: licet non essent oẽs sacerdotes, vt ostensum est supra; sed secundum legẽ non fuit sic. Sicut enim Deus arctauerat loca faciendi sacrificia: ita voluit arctare licentiam ministrandi interdicẽdo generaliter omnibus potestatem faciẽdi sacrificia, tã pro se priuatim ex deuotione, & de rebus suis, quàm ministrando nomine communitatis relicta licentia, & mandato faciendi hoc Aaron, & posteris eius. Est autem considerandum, q̃ Deus ad tollendum occasionem idolatriæ: sicut interdixit omnia loca ad offerendum sacrificia, relicto vno tantum, ita voluit determinatos esse ministros: nam si omnibus permitteretur licentia sacrificandi, posset facilius idolatria, aut idolatrarũ cęremoniæ introduci. Et quia facere omnes cęremonias cultus diuini, & semper erat onerosum, voluit eligere Deus eos, qui magis sibi tenebantur ad hoc, vt rationabilius eis ista onera imponeret: omnes autem Israelitę tenebantur Deo, quia liberauerat eos de durissima seruitute, & ita erãt serui eius. Leuit. 25. & 26. & tñ tenebantur specialiter Deo primogeniti Israel: quia istos non solũ liberauit à seruitute, sed ẽt liberauit à morte, s. qñ Angelus percutiens oĩa primogenita Aegyptiorum in nocte vna, tam in hominibus, q̃ in iumentis, & pecoribus. Exo. 12. Istos igitur Deus accipere volebat ad sibi ministrãdũ, velut ad hoc obligatos, & posteros eorum, Numeri. 3. cap. & tamen siue quia peccauerant primogeniti in adoratione vituli: siue propter alias causas, de quibus dicetur Numeri. 3. cap. non accepit istos, sed accepit à tota Israel, vt darent ei tribum Leui, quę erat omniũ minima ad ministrandum loco primogenitorum totius populi, & fuit data. Sed adhuc tribum Leui totã noluit pertinere ad ministrationẽ in sacrificijs, & cultu sanctuarij, sed accepit Aaron, & filios eius solos. Hos enim fecit consecrare in sacerdotes. Exod. 28. & 29. cap. & Leuit. 8. & 9. His enim dedit potestatem faciendi omnes cæremonias, tam sacrificiorum, quàm quę intra sanctuarium fieri debebãt, Numeri. 3. & 17. & 18. Cæteros autem de tribu Leui, quos velut nomine, pprio, vel appropriato eis Leuitas vocamus fecit dari Aaron, & filijs eius in subministratores. Numeri. 3. tamen isti nihil poterant facere de eo, quod ad sacrificia pertinebat. Quid autem sacerdotes ex officio facerẽt, & quid Leuitæ facere possent, ibidem magis declarabimus. Et secundum rigorem huius legis nõ licebat Abrahæ, nec alicui alteri laico facere sacrificia, sed solis posteris Aaron, qui consecrati erant in sacerdotes, & tamen nunc, quia nulli vetitum erant, tam Abrahã, quàm cæteri poterant facere sacrificia: nam & ipse Abraham fecit ritum sacrificiorum, infra 15. capit. per se: & ita credendum est, q̃ alijs vicibus faceret.

Quæst. 14. Quib⁹ cęremonijs vtebãtur.

Vltimum dubium circa hoc erat, quibus cæremonijs in sacrificijs vteretur tũc Abraham. Dicẽdum, q̃ Abraham tunc erat, qñ nulla lex erat, quę ad aliquid cęremoniale determinate arctaret: ideo licebat ei facere quodcunque vellet, nisi de se malum esset: ideo qualibuscunque cæremonijs sacrificiorũ vti poterat. In lege autem secus fuit, quia sicut Deus determinauit loca offerendi, & ministros, ita determinauit oẽs ritus colendi ipsum, de quibus est totus liber Leuiticus. Sed quantum ad sacrificia distinxit tres species, s. holocaustum, hostiam pacificam, hostiam pro peccato: & sub his alias species subdistinxit, de quorum sacrificiorũ omnibus cæremonijs habetur, Leu. 1. cap. vsque ad cap. 8. ideo nihil nunc de illis dicendũ est. Et si in tempore illo fuisset Abraham, sicut ipse non immolaret animalia, quæ offerret: sed sacerdos de filijs Aaron: ita neque fierent in sacrificio illo quęcunque cæremoniæ, sed illæ solę, quas lex definierat. De Abraham tamen, quia ante legem fuit, dicetur q̃ vtebatur in sacrificijs suis cęremonijs ibi placitis cum ad alias eum nullus astringeret.

Quæst. 15. An Abraham habuerit reuelationem naturalem de sacrificando.

Sed aliquis dicet, q̃ Abraham habebat determinatas cęremonias, tam circa sacrificia, quàm etiam circa conditiones animalium, quæ in sacrificium dabat: erat prima conditio quantum ad substãtiam animalium, ideſt de qua specie essent, & erant de quinque speciebus, id est boue, oue, capra, turture, columba: hæc enim sola obtulit iubente Deo, infra 15. cap. Secunda erat conditio de ætate, s. q̃ tam vaca, quàm capra, quàm aries essent annorũ trium, & non offerentur maioris, aut minoris ætatis: in columba autẽ, & turture nulla consideraretur ætas, vt infra 15. cap. Tertia conditio erat circa modum faciendi sacrificium, s. quòd vaca, & capra, & aries diuiderentur in duas partes per medium à capite vsque ad caudã: turtur verò, & colũba non diuiderentur eod. cap. Quarta conditio erat de positione partium, s. quòd partes eiusdem animalis ponerẽtur ex aduerso, medietas cõtra medietatẽ, & esset in medio via ad transeundũ, & ita fieret de vaca, capra, ariete, vt in eod. cap. & sic erãt istę cæremoniæ sacrificiorum Abrahę. Aliquis dicet, quod non, quia forte illa vice voluit facere: alijs autẽ vicibus non faciebat sic, cum nulla lege ad hoc, vel illud vrgeretur. Sed obijcietur, quòd determinate seruabat istas cæremonias in sacrificijs, eo quod lege tenebatur: nam Deus iusit ei sic facere, infra 15. capit. Dicendum, q̃ non erant istę cæremonię sacrificiorũ, quas seruabat Abrahã, offerendo sacrificia, neque vnquã sic fecit, nisi illa vice: & ratio est, quia non erãt sacrificia, sed fiebat fœdus inter Deũ, & Abrahã, sic patet eo. cap. f. In die illo pepigit Dñs cũ Abrahã fœdus, dicẽs, semini tuo dabo terram hanc: ad ponendũ autẽ fœdus occidunt animalia. Secundo patet: quia illo non quasi volente Abraham Deo offerre sponte ex deuotione, sed Deo iubente, vt hoc faceret. Nam dubitabat Abraham quomodo Deus facturus esset bonum ei: aut quod bonum; & ad dandum ei certitudinem de eo, q̃ ei promittebat voluit cum eo inire fœdus: quoniam nulla maior certitudo esse poterat: & hac vtebantur hoĩes, vt maxima certitudine: ita patet eod. cap. Tertio patet, quia si sacrificiũ esset, cremaret illud totũ, aut aliquit eius: & tamen non fit mentio, q̃ cremauerit illud, aut quid fecerit de illo, sed solũ dicitur q̃ transierit lampas ignis inter medias diuisiones: & hoc erat, vt significaretur Deum transire inter diuisiones animalium, quòd erat ad confirmationẽ fœderis: ergo non erat sacrificium, sed fœdus. Quarto, qa si fuisset illud sacrificium, poneretur super altare, sed non fuerũt positę, sed super pauimentum, aut terram, cum essent partes distinctę à partibus: Abraham tamen cõsueuerat altaria facere ad sacrificium: ergo non erat illud sacrificium, sed fœdus: & ita dicendum est sacrificium, sed initum est cum eo fœdus.

Dicendum ergo quòd Abraham nõ tenuit illas cæremonias in sacrificijs suis: teneret autẽ, quas vellet, cum nõ arctasset eum lex ad aliquas cæremonias: sed est intelligẽdum, q̃ teneret aliquas quas sancti viri, & cultores Dei tenebant. Eo enim tempore aliqui erãt cultores veri Dei, & aliqui cultores idolorum: vtrique autem sacrificia offerebant in signum deitatis eis, vel quem

quem in Deum tenebant, sed non erant eædem cæremonię, sicut neque erant ijdem dij. De cultoribus veri Dei erat verisimile, quòd eisdẽ cæremonijs vterentur: erant autẽ tunc aliqui cultores Dei, & sacerdotes eius, sicut Melchisedech, de quo dicitur cap. sequenti, quòd erat sacerdos altissimi: & ideo Abrahã, qui erat cultor veri Dei obtulit Melchisedech decimas, & non obtulit alicui alteri sacerdoti, quia de illo solo inter antiquos refert scriptura, quòd sacerdos Dei altissimi esset. Cęremoniæ autem sacrificandi, & distinctiones sacrificiorum creditur tunc fuisse, & illas habuisse principium ab Adã: ille enim cognouit Deũ, vt instrueret filios suos in cultu veri Dei, & doctrina ab eo tradita perseueraret, postea in oĩbus sanctis vsque ad legem datam, quia id quod ille traderet haberetur pro lege, cum esset primus, & pater, & doctus à Deo. Signum autẽ huius est, quia duo filij eius primi, de quibus scriptura commemorat, i. Cain, & Abel, licet non essent ambo boni, ambo tamen offerebant Deo munera. Cain de frugibus: Abel verò de pecoribus: hoc tñ non videntur fecisse, nisi vt à patre instructi, quia alias Cain, qui malus erat non vacaret cæremonijs cultus Dei, quasi ex se illas incipiens. Ab Adam autem videtur traditum, q̃ fierent Deo sacrificia, & qualia illa essent: maxime enim ille holocausta daret, quia in holocaustis totum animal datur, Leui. 1. cap. & tunc ita fieret, quia non manducabant homines carnes, & non esset durum dare animal integrũ. Secus fuit postea tempore legis, qñ homines mãducabant carnes, & eis durũ erat dare totas carnes: ideo instituta fuerunt alia duo genera sacrificiorũ, in quibus nõ dabantur carnes, sed quasi soli adipes, s. hostia pacifica, & hostia pro peccato, de quarũ cęremonijs habeẽ Leuit. 3. vsque ad 7. cap. Sed hoc specialiter tradidit Adam, q̃ licet carnẽ totam offerre possent principaliter adipes offerrent, quasi magis pertinentes ad rationem sacrificij, & magis Deo placituros: sic. n. offerebat Abel vir sanctus. Vñ & scriptura de adipibus ab eo oblatis specialem mentionẽ facit, dicens sup. 4. Abel quoq; obtulit Deo de primogenitis gregis sui, & de primogenitis adipib. eorũ. Hoc. n. fuit quasi adipes magis fm se ad sacrificium pertinerent; & ob hoc in lege postea cautum est, q̃ oẽs adipes sacrificiorum pertinerẽt ad Deũ: cum tñ non pertineant oẽs carnes sacrificiorũ ad Deum: & ẽt tantum voluit Deus adipes ad se pertinere, q̃ non solum de aĩalibus ei oblatis voluit adipes sibi dari, sed ẽt de omnibus alijs animalibus voluit, q̃ nullus cõmederet adipes. De his patet Leuit. 3. & 7. cap. & ob hoc etiam Moyses irridebat sacrificia gẽtilia, quia offerentes sacrificia comedebãt adipes. Deut. 32. cap. f. & diceret vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam, de quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libamini? Irridet enim eos, & Deos ipsorum, & modos sacrificiorum, quia de sacrificijs comedebant adipes ipsi, qui offerrebant, & non cremabãt, in quo innuit, quòd sit maxime necessarium in sacrificio cremare adipem. Ista consuetudo faciendi sacrificia Deo vero vſq; duraſſe in tota prima ętate vsq; ad diluuium, quia in illa ætate non fuit idolatria aliqua: vnde & Noe vir sanctus statim, vt exiuit de arca obtulit sacrificiũ Deo de omnibus animalibus mundis, atque volucribus, & fuit istud sacrificium holocaustum, supra 8. cap. & ita videtur q̃ in prima ætate iam erant holocausta.

Quæst. 17.

Sed aliquis dicet, quòd Abraham non offerrebat Domino sacrificia aliqua, quia licet erigeret altaria, nunquam fit mentio de eo, q̃ sacrificia faceret, sed solum q̃ inuocaret nomẽ Dñi. Sic patet pręced. cap. vbi bis dicitur, q̃ Abraham erexit altare, & vtraq; vice dr̃ q̃ inuocauit nomen Domini. Similiter infra 21. cap. dicitur q̃ in Bersabeę inuocauit nomen Domini, & non dicitur de sacrificijs: ergo videtur q̃ nõ faciebat altare, nisi ad memoriam nominis Dei, & in signum: non autem ad offerendum sacrificia. Dicendum, q̃ Abraham non erigebat altaria ad talem memoriam solum, sed ad offerendum sacrificia, vt ostensum est. supr. q. 3. & 4. Secũdo patet, quia antiqui sancti offerebãt sacrificia, sicut Abel, & postea Noe, qui fuit vir iustus in generationibus suis, ut supra 6. cap. obtulit holocaustum de omnibus animalibus mundis. supra 8. cap. ergo Abrahã, cuius sanctitas crescebat super sanctitatem antiquorum, magis frequentaret sacrificia, quam alij sancti faciebant. Tertio patet & efficatius, quia Abraham vere offerebat sacrificia, & maxime holocausta, & erat sibi ista res frequentata: nam infra 22. cap. dixit ei Deus q̃ offerret sibi Isac vnigenitũ suũ in holocaustum, & sic notum erat Abrahæ quid erat holocaustum, & quomodo fiebat, solitus, ergo erat ipse offerre holocaustũ. Quarto, quia non solũ Abraham, sed etiam filius eius Isac, qui tunc paruę ætatis erat, nouerat, quid esset holocaustum, nam dixit ad patrem suum: ecce ignis, & ligna, vbi est victima holocausti? Hoc autem erat, quia sæpe vidisset Isac patrẽ suum holocausta facere. Quinto, & præcipue, quia dicitur eodem cap. vidit Abraham arietem herentem cornibus post tergum inter vepres, quem assumens obtulit holocaustum, pro filio, & ita fecit ibi holocaustum pro filio, & sic sciebat ille ritum holocausti: nõ igitur fuerat istud primum holocaustum, quod ille fecit. Sexto patet, quia nepos eius Iacob faciebat sacrificia, infra 46. cap. f. profectusque Israel cum omnibus, quę habebat venit ad puteum iuramenti, & mactatis ibi victimis Deo patris sui Isac audiuit eum per visionem nocte: etiã ante hoc solitus erat Iacob facere sacrificia. Sic patet infra 31. cap. vbi ipse, & Laban Socer suus fecerunt pactum, & dicitur iurauit ergo Iacob per timorem patris sui Isac, immolatisq; victimis in monte vocauit fratres suos, vt ederẽt panem. Sic igitur Iacob sępe immolabat victimas: nõ faceret tamẽ hoc, nisi doctus à patre suo, & auo: ergo illi immolabãt sacrificia: Abraham igitur offerebat animalia saltem in holocaustum; Si tunc forte erat vsus pacificarum victimarum non est satis notum, sed credẽdum est quòd sic: tales. n. videtur fuisse, quas Iacob immolauit in monte Galaad, infra 31. cap. nam vĩ, quòd de carnibus comedit ipse, & alij assistẽtes. *Et inuocauit ibi nomen Domini.* Scilicet gratias reddendo, quòd eũ, & familiam suam in bonis multiplicauerat, & illæsos conseruauerat, & immolauit ibi, licet nõ legatur scriptũ, quia multa facta sunt, quæ non scribunt, sed demonstratur hoc ex ipso altari, quia altare non fit ad fundẽdum prẽces solum, sed ad sacrificandum. Dicit enim Iosephus in libris Antiquitatum, libr. 1. de Abrahã, q̃ primus præsumpsit Deũ pronũciare creatorem vniuersorũ esse cunctorum, & hominum; opiniones quas cęteri de Deo habebant innouare, & immutare prævaluit: hoc autem cõijciebat per terræ pasiones, & maris: & ea quę contingunt circa Solem, & Lunam, & ex omnibus, quæ circa cœlum sæpe eueniunt. De eodẽ Berosus Cronographus Caldæorũ meminit, dicẽs: Post diluuium fuit decima generatione apud Caldæos vir in cœlestibus rebus peritus. Subticet autem hic scriptum quomodo Abraham venit in Damascum, sed temporum historiæ non subticent: est enim vsq; hodie nomen eius in ciuitate Damascena gloriosum, & vicus ostenditur, qui ab eo dicitur habitatio Abrahã. vnde Nicolaus Damascenorum Cronographus ait; Abraham regnauit in Damasco veniẽs aduena cum exercitu de terra, quę super Babylonem dr̃ Hur Caldæorũ. *Sed & Loth, qui erat cum Abraham.* Loth stat hic in

De hostijs pacificis, & quo tẽpore inceperint.

Iosephus ĩ laudem Abrahę.

Vicus ĩ ciuitate Damascena ostenditur qui dicitur habitatio Abrahę.

in datiuo, & tenetur acquisitiuè, patet quia subditur. *Fuerunt greges ouium.* Scilicet ipsi Loth. *Et armenta.* Ideſt greges vacarum, & boum. Grex quando per ſe ponit congregationem minorum pecorum ſignat, ſ. pecudum, & ouium, caprarum. Armentum ſignat cõgregationem magnorum animalium, vt taurorũ, & vacarum. *Et tabernacula.* Quia cum nõ haberent domos fixas pp frequentẽ motum tentorijs portatilibus vtebant, & quia multa familia, & res mobiles erant oportebat eſſe multa tentoria: iſta omnia Deus dederat Loth pp Abraham, quia eum à morte liberauit etiã propter Abraham, vt patet infra cap. 19. *Et non poterat eos capere terra.* Quia tanta erant cuilibet eorum pecora, ꝙ magna terra paſcuorum indigebant; ideo non poterant ſimul commodè habitare, etiam quia multæ diſſenſiones ſuboriri poſſent. *Erat quippe ſubſtantia eorum multa.* Subſtantia denominat oẽs res poſſeſſas, ſiue animatas, ſiue inanimatas, & ſi ſubſtãtia cuiuslibet eorum erat magna, quanto magis vtriuſque coniuncta poſſeſſio. *Et non quibant.* Ideſt non poterant. *Habitare communiter.* Ideſt ſimul. ſ. quòd tabernaculum vnius eſſet apud tabernaculũ alterius, quia tunc oporteret, quòd pecora vnius paſcerentur circa tabernacula, & pecora alterius multum diſtanter, ne impedirentur: hoc autem non conueniebat alicui eorum. Ideo melius erat non habitare ſimul.

Quæſt. 18. Quæ contentio fuerit iter paſtores Abraham & Loth.

Vnde & facta eſt rixa inter paſtores gregum Abraham, & Loth. Iſta contentio erat, quia quilibet de ipſis volebat meliora paſcua, & aquas occupare. Dicunt autẽ Hebræi ꝙ cõtentio fuit, quia paſtores Loth permittebãt pecora intrare in ſegetes alienas: paſtores autẽ Abraham hoc non faciebant, nec fieri permittebant, quia à Domino ſic edocti erant. Loth autem ſuos paſtores circa hoc non inſtruebat. Sed hoc non videtur val de rationabile, quia Loth erat vir iuſtus, & edoctus à viro iuſto. Ideo talia fieri à ſuis paſtoribus nulla ratione permitteret, ſi ad eius notitiam peruenirent, maxime quia ipſe erat multum obediẽs Abrahæ circa omnia; ideo non dimitteret iuſtum mandatum Abrahæ tanquam mãdatum auunculi ſui maioris, & viri iuſti. Et hoc patet quia licet videret Loth materiam contẽtionis inter paſtores ſuos, & paſtores Abrahæ, ipſe nõ poſtulauit ſeparationem. Sed expectauit in hoc ſentẽtiam Abrahæ; Abraham autem determinauit ſeparationem eſſe faciendã. Dicendum ergo ꝙ illa ſuperior fuit cauſa diſcenſionis, & ſatis demõſtrat ex litera, qa cum dictũ fuiſſet, ꝙ ſubſtantia iſtorum erat multa, & terra eos capere nõ poterat, ſequit immediate, *Vnde.* i. ex quo terra eos capere nõ poterat, *Facta eſt contentio.* ſ. de occupatione meliorum paſcuorum, & aquarum.

Quæſt. 19. Cur fit mẽtio de diuitijs Loth, non Abrahæ.

Quęretur quare ſcriptura hic dixit, ſed & Loth, qui erat cum Abraham fuerunt greges ſignando diuitias eius; nam vr, quòd de eo dici deberet de Abrahã quidem ad oſtẽdendum qũo implebatur promiſſio Dei, ſcilicet quòd benediceretur, i. ditaretur debuit hoc dici; ſed non fuit ſic de Loth. Dicendum quòd fuit cõueniens quòd ſcriptura hoc poneret, quæ nihil ponit ſuperuacuum. Et primo pp hoc, quòd hic in contrarium inducitur, quòd potius facit ad propoſitum: nã præcedenti cap. Sicut Deus dixit Abrahæ benedicam tibi, eriſq; benedictus; ita dr benedicam benedicentibus tibi: & tñ Loth erat vnus de benedicẽtibus Abrahę cũ eum diligeret: ergo & ille debuit benedici, ſed benedictio ſignat multiplicationem, vel abũdantiam. debuit igitur ditari Loth; & cum ſcriptura ſignauerit Abrahã ditatum, cõueniens fuit, quod illud de Loth aperiret. Secundo fuit ad oſtẽdendum merita Abrahæ, ſ. quòd Loth ditabatur pp Abraham. Tanti.n. meriti erat Abraham apud Deum, quòd non ſolum ipſe, ſed & alij pp eum bona à Deo recipiebant. Specialiter autem debebat eſſe hoc de Loth, quia erat filius fratris Abrahę, & frater ſororis ſuę Sarræ, ſupra 11. & hic eum fratrem vocat, ipſe quoque tãtum diligebat Abraham, & tam obediens ei erat, quòd cum ſequebatur quocunque iret; vnde ante Abraham receſſit à patre ſuo Thare de Charra, venit cum eo Loth, vt apparet pręced. cap. & quando vrgente fame deſcendit in Aegyptum Abraham, deſcendit cum eo Loth, vt in eod. cap. & ideo ſi aliquis erat, cui Deus deberet benefacere propter Abrahã, maxime erat Loth. Et hoc videtur aliquo modo ſignificare litera, inquantum dicit, ſed & Loth, qui erat cum Abraham fuerunt greges ouium, & armenta; acſi dicat iſta fuerunt ei, quia erat cum Abrahã, ſcilicet ex meritis eius. Tertio poteſt dici, & melius, quòd hoc ponit ſcriptura, vt reddat cauſam ſequentium: nam dr infra de cõtentione inter paſtores Abrahæ, & Loth, quod fuit pp gregũ, & armentorum multitudinem, cum terra eos capere non poſſet. Vt autem videatur, quòd hoc erat credibile, præmiſit de multitudine armentorum ipſorum, & prius dixit de Abraham, quòd erat diues valde, ſtatim de Loth ſubiunxit, ſed & Loth fuerunt greges ouium, & armenta: iſta enim eſt cauſa vera literæ, & hoc ſignificat litera, dicens, ſed & Loth, qui erat cum Abraham fuerunt greges ouium, ſcilicet ex eo, quòd iſte Loth habebat greges multos ouium, & armẽta, & erat cum Abraham, ſcilicet manẽs iuxta eum fuit facta contentio inter paſtores: quia terra eos capere non poterat.

Quæretur quare dicitur, quòd fuerunt Loth greges ouium, & armenta. Dicendum, quòd diſtinguitur greges, & armenta; eſt enim grex cõgregata multitudo paruorum pecorũ, & ouium, caprarum, porcorum, armẽta ſunt multitudines animalium maiorum, vt bouum, equorũ, aſinorum, camelorum, & huiuſmodi. Nunc verò dicendum primo, quòd hoc dicit ſcriptura, quia verum erat. Nam Loth habebat armenta, & greges: ideo ſcriptura, quod verum erat expreſſit. Secundo fuit, quia hoc pertinebat ad propoſitum: vult.n. reddere ſcriptura cauſam cõtentionis paſtorum, de qua ſtatim dr: paſtores autem nõ ſunt, niſi pecorum: vnde ſi Abraham, & Loth non haberẽt pecora nõ haberent paſtores, & ob hoc debuit exprimi de armentis, & gregibus potius, quàm de alia re: nam ſi diceretur, quòd erat diues nimium, vel quòd habebat familiam multam nimis non faceret ad propoſitum, quia inde nõ ſequebatur iurgium paſtorũ, neq; quòd paſtores haberẽt: ex pecoribus autem ſequit, ꝙ haberẽt paſtores, & inde poterat iurgium prouenire. Sed quæretur quare non fuit dictum de Loth, ꝙ erat diues in auro, & argento ſicut dicitur de Abraham?

Quæſt. 20. Cur dicitur Loth greges habuiſſe, & non Abraham.

Dici põt primo ꝙ hoc fuit, quia forte Loth nõ erat diues in auro, & argẽto, ſicut Abraham, ſed ſolum in armentis, & gregibus: ideo iſtud ſolum expreſſit. Secundo, quia etiam ſi Loth haberet aurum, & argentũ reduceret illud in greges, & armẽta, quia hoc erat ro, & potiſſima poſſeſſio apud veteres, & maxime apud Patriarchas Hebræorũ, & ſic Loth iſtud potius habere vellet, quam aliquam aliam poſſeſſionem. Tertio & præcipue, quia dato ꝙ haberet Loth aurum, & argentum multũ nõ exprimeretur: quia nõ faciebat ad propoſitum; nam hic agitur de iurgio paſtorum Abrahę, & Loth: aurum verò, & argentũ non erat immediata cauſa iurgij paſtorum, nec habẽdi paſtores. Sed cauſa habendi paſtores erant pecora: cauſa iurgij paſtorũ erat multitudo gregum: ideo cum ad hoc nõ faceret aurum, & argentum non fuerunt illa expreſſa, ſed armenta, & greges. Sed quæretur quare de Abraham dicitur, ꝙ erat diues valde in poſſeſſione auri, cũ hoc non faciat ad propoſitum, ſicut neque de Loth dicit.

Et

Quæſt. 22. Cur Abraham dicitur dines in auro, & argento.

Eſt dicendum, quòd non eſt ſimile de Abraham, & Loth: vnde etiam ſi Loth eſſet diues in auro, & argento, ſicut Abrahã non exprimeretur hoc de Loth, & Loth non introducitur hic propter ſe, ſed propter ea quæ pertinent ad Abraham; Abrahã verò pp ſe introducitur, quia narratio rerũ eius pertinet principaliter ad ſcripturam: ideo ea quæ pertinent ad Loth, nõ narrabuntur, niſi inquantum ad Abraham pertinuerint, quòd enim Loth abſolutè diues eſſet nõ pertinebat ad Abraham: ideo quòd aurum, & argẽtum haberet, & poſſeſſionem multam, & non erat narrãdum: pertinebat autem ad Abraham, quòd paſtores eius, & paſtores Loth contentionẽ haberẽt: huius autem erat cauſa immediata, & directa multitudo gregũ, & armẽtorũ, & non aurũ, & argentũ: ideo non debuit dicere de auro, & argento, ſed de armẽto, & gregibus Loth. De Abrahã ſecus, erat, quia narratio de illius rebus ſecundum ſe ad ſcripturam pertinet; ideo quicquid magnũ aut memorabile ad illũ pertinet ſcribetur. Sic autem erat, ꝙ ipſe eſſet diues valde in auro, & argento: ideo debuit exprimi. Præter hoc conueniebat hoc dici de Abraham, & non de Loth. Primo, quia precedenti. cap. Deus dixerat, quòd benediceret Abrahæ, ideſt multiplicaret eum in bonis, ideo ad oſtendendum, ꝙ vera eſſet promiſſio dictũ eſt, ꝙ erat diues valde in poſſeſſione auri, & argenti. De Loth non erat talis neceſſitas hoc dicendi. Secundo, quia erat aliqua cauſa: vt eſſet Abraham diues in auro, & argento, & non erat eadem cauſa de Loth, ſcilicet ꝙ Abrahã, cũ deſcẽdit in Aegyptũ, ſublata eſt vxor eius in domum Regis, & propter illam bene vſi ſunt Abrahã, ideſt beneſaciebãt ei, tam Rex, quàm Principes, ut patet pręced. cap. Tunc autem poterat habere aurum, & argentum multũ, quia iſta ſunt dona Regalia, & magnorũ Principũ; circa Loth nihil tale fuit. Tertio, quia Abrahã dicitur docuiſſet Aegyptios in multis artibus, ſ. in Arithmetica, & Aſtrologia, & ide donationes multas acciperet, ꝙ non pertinebat ad Loth. De hoc dicit Iosephus, lib. 1. Antiquitatũ Rex Abrahę multa munera donauit, & vt eſſet inter ſapiẽtiſs. Aegyptiorũ inſtituit, virtutẽq; eius, & gloriã: in hoc contingit eſſe clariorẽ; nam cũ eſſent Aegyptij diuerſis moribus cõplacẽtes, & ad inuicem leges proprias reprobantes, & à ſe propterea diſſidentes ſibi met eos comparans, & vnũquẽque deſpiciens verba eorum inania, nihilque habentes demonſtrabat; erat igitur in admiratione cunctorũ tanquam vir ſapiens atque paratus non ſolum ad intelligendum, ſed ad ſatisfaciendum, & ad loquendum quęcunque docere niterer, Arithmeticam eis quoque contulit, & quæ de Aſtrologia ſunt, ipſe tradidit: nam ante aduentum Abrahæ in Aegyptum hoc Aegyptij ignorabant: à Caldęis hæc plantata noſcũtur in Aegypto; vnde etiam peruenisſe noſcũtur in Græcos. Sed dicetur quare de Abrahã non dixit ſcriptura, ꝙ habebat armẽta, ſicut de Loth: quia licet eſſet Abrahã diues in poſſeſſione auri, & argenti, nõ ideo ſequebatur cõtentio inter paſtores Abrahæ, & Loth niſi habebat armenta, & greges. Dici poteſt vno mõ ꝙ ſcriptura non dixit ita planè de Abraham, ſicut de Loth, quia de Abrahã nõ erat ratio dubitãdi. De Loth verò poterat dubitari, quia non erat cognitũ de ſubſtantia eius: ideo de Loth expreſsius dictũ eſt. Sedo põt dici ꝙ de Abrahã ẽt ponit, ꝙ habuerit greges, & armenta, quia ꝓced. cap. dr Abraham verò bene vſi ſunt pp illã, & cameli; iõ nõ erat opus poſtea repeti. Tertio, qa ex verbis, quib. ſignatur Loth, habere greges, & armẽta: ſignat idẽ de Abrahã, ſ. Sed & Loth, qui erat cũ Abrahã fuerũt greges ouiũ, & armẽta, i. ẽt ipſi Loth fuerũt greges; acſi dicat nõ ſolũ Abraham habuit greges, ſed ẽt Loth. Quarto patet, quia ſtatim dr erat quippe ſubſtantia eorum multa; iſta ſubſtãtia eorum erat in gregibus, & armentis: ergo de vtroque idem ſignatur.

Quæſt. 24. Cur dicit fuerũt ipſi Loth greges armenta, & tabernacula.

Quæretur quare dicitur, quòd fuerunt ipſi Loth greges, & armenta, & tabernacula. Dicendum, quòd de tabernaculis dicitur primo, quia ita erat: nam tam Abraham, quàm Loth tabernacula habebant multa: in quibus morabantur ipſi, & familiæ ſuę, & paſtores: ſunt enim tabernacula tentoria, quæ in campo extenduntur facta de linteo, aut alio panno, & facile eſt mouere illa de loco ad locum. Vel ſunt facta de leuibus tabulis, quæ figuntur, & fit habitaculum. Deinde mouentur ad alium locũ, & portãtur per viam ſicut erat de ſanctuario Domini, quod erat de tabulis. Exod. 26. & cum mouenda erant caſtra, portabantur tabulæ illæ à Leuitis. Numeri. 4. capit. & ab hoc eſt origo tabernaculi, ſcilicet tabernaculum à tabulis, vel tabernis, quæ ſunt paruæ tabulæ. Secundo fuit, quia hoc ad propoſitum pertinebat: paſtores n. per agros nõ poſſunt manere in domibus, q̃ ſunt habitacula fixa, morantur aũt in tentorijs, & quia dictum eſt de Abrahã, & Loth, ꝙ habebãt armenta multa, & greges, debuit dici de tabernaculis, qa tabernacula pertinẽt ad vſum paſtorum. Tertio ponitur ad notandũ, ꝙ tota conuerſatio Abrahæ, & Loth erat in gregibus, & armentis, pro quibus paſcua quærenda ſunt, & qa non ſunt ſem per paſcua bona in loco vno, oportet frequenter mutari locum: ad hoc autem non cõueniebat habere domos fixas, ſed tabernacula portatilia, vt faciliter poſſint (qñ expedierit) mutari, & ita non habebãt aliud Abraham, & Loth niſi pecora, & tabernacula. Quarto fuit ad oſtendendũ, quòd Abraham, licet accepiſſet promiſſionem terrę illius, tñ nondum poſſidebat aliquid in ea, neq; vnũ paſſum terrę ſicut dr Act. 7. c. Tranſtulit illum Dñs in terram iſtam, in qua vos habitatis, & nõ dedit illi hæreditatẽ in eã, neq; paſſum pedis; ſed repromiſit dare eã illi in poſſeſſionem, & quia non habebat Abraham in ea neque vnum pedẽ terrę non poterat fabricare domũ, ſed habitabat in tabernaculis, q̃ ſunt tentoria portatilia. Sic patet ad Heb. 11. c. Quinto fuit inquantum iſtud facit ad propoſitum cõtentionis, de qua ſtatim hr: nam dr quòd paſtores cõtendebant, & hoc erat, quia ſubſtantia eorũ erat multa, & nõ poterat eos terra ſimul capere: id verò quod terram occupabat, erat multitudo gregum, & armentorum, & ẽt tabernaculorũ; ideo debuit de illis exprimi; quia occupatio, quam illi faciebant, erat cauſa contentionis. Sed circa id, qđ dictum eſt, quòd non habebat, neq; fabricabat domũ Abrahã in terra Chanaan, cum nõ haberet ibi, neq; vnum paſſum pedis, quæret quare non emebat domũ aliquam à Chananæis, vel ſaltẽ locum, in quo eã fabricare poſſet, ſed in tabernaculis morabãt. Aliquis dicet quod hoc fuit, quia Chananæi habitatores terrę illius nolebãt aliquid vẽdere Abrahæ, & Loth, ſed ſolũ fructus terræ vendebant, ſ. precio dato permittebant manere in terra ad tẽpus, tam eos, q̃ pecora ipſorum: cogebanẽ ergo manere in tabernaculis, i. tentorijs. Sed dicendum, quòd nõ ſtat, quia quicquid vellẽt emere Abraham, & Loth, vẽderent eis Chananęi. Sic patet de agro Ephron Hethęi, qui erat in Hebron; nam illũ emit Abrahã ab Ehpron Hethęo quadringentis ſiclis argẽti, & pertinuit campus cum arboribus ad Abrahã ad ſepeliendum mortuos ſuos, infr. 23. Similiter Iacob emit poſſeſſionem in Sichem centum agnis, inf. 33. & Ioſue. 24. cap. Dicẽdum, ꝙ fuit primo pp conditionem vitę Abrahæ, & Loth; erant.n. paſtores gregum, & tota ſubſtantia ſua erat in pecoribus, ꝓ quib. oportebat q̃ri paſcua; ſed illa non ſunt ſp in eodem loco, ideo frequẽter mutaban-

Quæſt. 25. Cur Abraham non emerit domos, nec fabricauerit.

tur de loco ad locum; & quia ad hoc parum proderat domos habere, cū non possent in illis habitare, nō emerant domos, sed morabantur in tabernaculis. Secundo quia Abraham, & Loth nouiter venerant in
2. Ratio. regionem illam, & non cognoscentes morem gentis nesciebant an possent inter eos pacificè viuere: sed intendebant, quòd si alicubi non possent pacificè viuere, transirent ad alium locum: & quia tunc transeundo perderent qui equid immobile haberent, nolebāt aliquid immobile emere: sed solum habere greges, & armēta, & tabernacula: ita vt omnia sua essent mobilia, & possent se transferre de loco ad locum sine dāno. Tertio quia postquam Abraham intrauerat
3. Ratio. Chanaan mutauerat locum in terra illa: & deinde descenderat in Aegyptum: & nūc reuerrebatur, vt patet hic, & p̄cedenti cap. sed ad tam frequētes mutationes non proderat habere domum, ideo neque domū, neque immobilia pro tunc habere intendebant. Quarto, quia Abrahā intrauerat terram illam iubēte Deo:
4. Ratio. & ibat quo ille volebat: nesciebat autem an iuberet ei trāsferre super alias partes regionis illius; ideo quandiu sic erat, nolebat emere immobilia, ideſt agros, &
5. Ratio. domos. Quinto fuit, quia Deus promiserat Abrahæ dare terram Chanaan, p̄cedenti cap. & infra in litera, ideo nolebat Abraham emere id quod Deus ei daturus erat; ne forte præiudicare videretur voluntati Dei, q̄ vellet humanitus habere, quod ei diuinitus cōferēdum erat: & hoc innuitur ad Hebr. 11. cap. ſide quidem Abraham obediuit in locū exire, quem accepturus erat in hæreditatem, & exijt nesciens quo iret, fide moratus est in terra repromissionis tanquam in aliena in casulis habitando cum Isac, & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdē. Et ita apparet, q̄ ideo habitabant in casulis, ideſt in tentorijs, vel tabernaculis, quia expectabant, quòd Deus daret eis terrā, & no
6. Ratio. lebant eam emere. Sexto, quia vī fruſtra esſe, quia nesciebant quando Deus daturus esſet terram, & forte ſtatim daret; vnde perderent precium quod darent; non ergo emebant aliqua immobilia.

Quæſt. 25. Obiectio. Sed dicetur, quòd ista ratio erat conueniens quandiu ignoraret Abraham quando Deus fecit fœdus cū eo. Sed cum dixerit ei, quòd non daret ei ſtatim terram Chanaan, quia nōdum complete erant iniquitates Amorræorum, ſed quòd ſemen ſuū peregrinum futurū esſet per quadringētos annos, & tunc in quarta generatione reuerterentī in terram hanc, certū est quod tunc sciebat Abraham, q̄ non habiturus esſet aliqd ipſe de terra illa, neq; poſteri ſui, vſq, poſt quartam generationē; vnde ſtatim poterat prouidere ſibi humanitus emendo domos, & agros, qui ſibi conuenirent. Dicendum, quòd licet Abrahā iſtud nouit nō emit aliquam poſſeſſionem, ſed manſit ſicut prius, & non ſolum ipſe, ſed ēt Iſaac filius ſuus, & Iacob nepos eius poſt ipſum. Iſti.n. non habuerunt domos, ſed in caſulis habitauerunt, tanquam in terra aliena, vt patet ad Heb. 11. cap. Cauſa huius fuit, quia tunc fuit Abrahæ maior incertitudo de ſuo ſtatu, quia dictum est ei, futurum est peregrinum ſemen tuum in terra nō ſua quadringētis annis, & ita ſignabatur aliqualiter, q̄ de terra illa exituri eſſent, cum dicatur in terra nō ſua, & tamen neſciebat qñ inciperet iſta peregrinatio: ideo putaret forte, q̄ ſtatim inciperet, & ſic non eſſet ſibi conueniens emere poſſeſſiones in terra illa. Secundo fuit hoc propter certas rationes poſitas p̄ceed. queſt. quia omnes poſſunt nunc applicari ſicut ibi.

Queſt. 26. Cur Abrahā poſtea emerit immobilia. Sed adhuc aliquis quæret quare Abraham poſtea emerit immobilia, cum nunc nō emiſſet? Nā inf. 23. c. dī q̄ emit agrū Ephron Aethæi quadringentis argēteis. Dicendum, q̄ Abrahā illum agrum valde tardè emit, & hoc fuit ex magna neceſſitate. De tēpore apparet. Nam Abraham emit agrum illū annis ſexaginta duobus poſtquam ingreſſus est in terram Chanaā. Emit quidem illum quando mortua est Sarra vxor eius, vt ſepeliret eam ibi, ut legitur infra 23. cap. & tū in anno quando mortua est Sarra fluxerāt anni quinquaginta duo ab introitu Abrahæ in terram Chanaā. Hoc autem patet: quia Abraham erat antiquior Sarra annis decem: vt colligitur infra 17. cap. cum dixit Abraham putas ne centenario naſcetur filius, & Sarra nonagenaria pariet: & ſic patet q̄ quando Abrahā erat centum annorum, erat Sarra nonaginta annorū. Sed die quo mortua fuit Sarra erat ipſa annorum centum viginti, & ſeptem: vt patet infra 23. cap. ergo tūc erat Abraham cētum triginta ſeptem annorum. Sed quando Abraham intrauit in terrā Chanaā, erat annorum ſeptuagintaquinque, ut apparet præcedenti c. ergo quando mortua est Sarra fluxerant anni ſexaginta duo, tanto tēpore Abrahā manſit in terra Chanaā nullū immobile emens ex quo ſatis apparet, q̄ intentio ſua erat nihil emere; nā ſi aliquid intendiſſet emere, nō tardaſſet tādiu. ſ. vt circa finem vitę ſuę emeret.

Quæſt. de Abraham vide Genesim 23. Etiam dicendum est, quòd illud quod emit Abraham fuit ex magna neceſſitate, & non fuit poſſeſſio ad habitandū, vel colendū; tunc enim mortua est Sarra, volebat autem Abraham ſepelire eā, & quòd in ſepulchro ſuo non poſſet ſepeliri aliquis Gentilis propter honorem Sarræ: & quia ſi non haberet Abraham locum proprium, in quo ſepeliret eam ſepelirent Gentiles ibi alios mortuos, quod eſſet durum Abrahæ: ideo neceſſe fuit ſibi emere locum ſepulturæ, & ad hoc emit agrum Ephron Aethęi in Ebron: & tamen iſtum agrum non emit Abraham ad ædificandum ibi domos, vel ad colendum, aut ad paſcua, ſed emit ſolum ad vſum ſepulchrorum, vt patet infra 23. cap. & poſtea ibi omnes Patriarchæ ſepulti ſūt: ſcilicet Sarra, & Abraham, Iſac, & Rebeca, Iacob, & Lia, vt infra 49. cap. Vnde apparet, quòd Abraham in tota vita ſua non habuit poſſeſſionem aliquam in terra Chanaan: nam neque domum, neque agrum vnquam habuit, ſed moratus est in caſulis, ideſt in tentorijs, vt conſtat ad Hebræo. cap. 11. Ager autem ſepulchrorum non proprie computatur inter bona, quia non est ad vſum viuentium, ſed mortuorum, & non est de bonis prophanis, ſed de ſacris rebus.

Quæſt. 27. Cur poſſe Abrahæ ex poſteris ſuis eū poſſidere, cū promiſſum eſſet terra Chanaā habituris domos. 2. Ratio. Sed quæretur quomodo Iacob emit agros in terra Chanaan, cum neque Abraham, neque Iſac emerit aliquid. Dicendum, quòd verum est Abrahā non emiſſe aliquid in terra Chanaan, niſi agrum Ephron Aethęi, qui non erat ad habitandum, vel colendum, ſed ſolum ad ſepeliendum mortuos, de Iſac eodem modo dicendum, quòd non emerit poſſeſſionē aliquam, ſed ſemper diſcurrit, vt peregrinus, & non inuenitur, quòd aliquid emerit: nam habetur tota hiſtoria Iſac Exod. cap. 25. infr. vſque 37. & in hoc nihil inuenitur, quòd emerit Iſac. Sed de Iacob habetur, q̄ aliquid emerit: nam emit partem agri in Sichem, iuxta vrbem, infra 33. cap. Dicendum, quòd cauſa huius fuit Iſac, & Abrahā reputabant ſe peregrinos, & propter cauſas expreſſas ſupra queſt. 25. putabant non cō uenire ſibi emere poſſeſſiones aliquas; ideo nō emerunt, ſed in tabernaculis manebant, & vagabant per terram quærendo paſcua. Iacob autem peregrinatus fuerat in Meſopotamiam, de qua poſt longum tēpus diues reuertebāt; & cum ex reuelatione Dei intraſſet in terram Chanaan, & ibi viſione Angelica confortatus liberatus eſſet à fratre ſuo, infra 32. & 33. venit in Sichem, & ibi velut iam de periculis liberatus putabat ſe requiem habiturum. & ſic apud vrbem ipſam Sichem emit partem quandam agri centum agnis, infra 33. ſiue centum nouellis ouibus Ioſue. 24. cap.

Sed

Sed adhuc dicendum, q̄ Iacob non deſijt esſe peregrinus, neque habere mentem peregrini, quia licet emerit agrum emit illum tantum, & non emit ad ædi
Obiectio. ficandum domum, vel ad colendum, ſed ſolum ad ſigendū tabernacula. Primū patet quia non inuenitur in tota hiſtoria Iacob, q̄ aliqua alia īmobilia emerit. Sed dicet aliquis q̄ licet non inueniāt, tū fuit, qa multa fuerunt, quæ non ſcripta ſunt. Dicendū est certū eſſe, q̄ Iacob nihil aliud emit in terram Chanaan: nam Iacob moriens dimiſit filijs ſuis terram Chanaan, quā ei Deus promiſerat, licet illam nō poſſideret, & dixit qui haberent ſortes, & qui non infra cap. 48. & in fine dixit ad Ioſeph, do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amoræi in gladio, & arcu meo & iſta pars est, quam emit Iacob a Sichimitis infra 33. capit. nam ſicut fuit iſta pars legata Ioſeph. ita in ea ſepulta fuerunt oſſa eius Ioſue. 24. capit. ſcilicet oſſa quoque Ioſeph, quę tulerāt filij Iſrael ex Aegypto ſepelierūt in Sichem in parte agri, quam emit Iacob a filijs Emor patris Sichem centum nouellis ouibus, & fuit in poſſeſſione filiorum Ioſeph; & ſic innuitur, quòd ideo ibi ſepulta sūt oſſa eius, quia iſta poſſeſſio legata est ei. Sed ſi Iacob aliqd aliud haberet proprium in terra Chanaan, Legatum faceret de illo ſicut de iſto, aut taceret de omnibus; ſed de hac parte agri, quam ſcriptura aſſerit, quòd emerit Iacob infra 33. capit. dicit quòd fecit legatum ſpeciale, vltra torā terrā Chanaan. infra 48. cap. & nō dicit de aliquo alio; ergo videt q̄ nō habuerit Iacob aliquid aliud, de quo teſtaret, & ita nihil aliud emerat. Secundū patet ſcilicet q̄ nō emit Iacob agrū iſtū ad collendū, ſcilicet plantando ibi vineas, vel ſeminando, vt eſſet terra aratoria, quia ſi ad hoc intendiſſet emeret plures agros: & tamen emit agrum paruū, ita vt non vocetur ager, ſed pars agri. infra 33. ca. Et apparet q̄ propter iſtā partem agri noluit deſinere eſſe peregrinus ſimpliciter, quia noluit ibi ædificare domum, ſed ſolū fixit tabernacula, quaſi non ſemper ibi manſurus, etiā fuit hoc, vt ibi poſſet erigere altare dño Deo, ſic dī eodem cap. emitq; partem agri, in qua fixerat tabernacula à filijs Emor patris Sichem centum agnis, & erecto ibi altari innouauit ſuper illud fortiſſimum Deum Iſrael. Et ita māſit: verum est ergo q̄ iſti tres Patriarchæ eſſent in terram Chanaan, quam Deus ei promiſerat: tanquam in aliena habitando in caſulis; ad Hebr. 11. cap. nam nulla iſtorum habuit domum, ſed in tentorijs, vel tabernaculis manebant.

Quæſt. 29. Cur poſſe Abrahæ ex poſteris ſuis eū poſſidere, cū promiſſum eſſet terra Chanaā habituris domos. 2. Ratio. Sed quæretur quare poſteri Abrahæ, cum redierūt in terram Chanaam, habuerunt domos, nam patres eorum nunq̄ domos habuerāt, ſed in tabernaculis habitabant. Dicendum, q̄ cauſa fuit, quia Abrahę, Iſac, & Iacob promiſerat Deus terram Chanaā, ſed nō derat eis in ea, neq; vnū paſſum pedis. Act. cap. 7. ideo morabantur in caſulis in ſpe repromiſſę hæreditatis, ad Hebr. 11. cap. ſ. poſteris ſuis ſub duce Ioſue dedit terram Chanaā in poſſeſſionem deletis Chananæis poſſeſſoribus eius: ideo ipſi tanq̄ Dñi facti ipſius terrę debuerūt domos habere, & vrbes, & firmiter in terra ipſa manere. Secundo, quia Deus iuſſit, q̄ diuideretur terra ſorte per omnes duodecim tribus Iſrael. Numeri. 26. cap. & dedit modū diuidēdi, & diuiſores, eod. c. & Numeri. 34. c. & ita volebat, q̄ quælibet tribus maneret in terra ſua, & non trāſiret ad terram alterius tribus, quod Deus non volebat ne confunderetur ſortium diſtributio. Numeri 27. & 36. cap. ergo oportebat, quòd vrbes, & domos haberent. Tertio, qa Deus ſæpè iuſſit per Moyſen, & Iſraelitę haberent domos; & diſpoſuit de domibus vrbium, & agrorum quid fieret qñ vouerentur, & quid fieret de domibus Leuitarum, Leuit. 27. cap. & 25. & de domibus laicorū. Etiā

A dixit quid faciendum eſſet quando in domibus Iſraelitarum inueniretur lepra, qūo purificarentur, aut cōdemnarentur, Leui. 14. cap. & in multis alijs loquitur de domibus; ideo debuerunt Iſraelitæ poſt reditū de Aegypto habere domos: licet patres eorum Abrahā, & Iacob non habuerunt domos, ſed tentoria, ſiue tabernacula. Sed dicet, quòd per hoc excluſæ ſunt oēs rationes poſitæ ſup. q. 25. quæ inducebant q̄ Abrahā non debēt habere domos, aut agros in terra Chanaā, quia ille concludebant in Abraham pp peregrinationem, & incertitudinem manſionis, & quia morabant in terra aliena, q̄ omnia non fuerunt in poſteris ſuis, q acceperunt terram Chanaan velut ſuam, deletis inde habitatoribus terræ illius: vna tū ratio manet, ſ. quia B erant paſtores Abrahā, Iſac, & Iacob, & pro illis non conueniebat manere in loco vno, ſed diſcurrere p diuerſa loca ad quęrenda paſcua, ita igit in poſteris ſuis videbāt futurum, ſicut dixerunt filij Iacob corā Pharaone paſtores ouiū ſumus ſerui tui nos, & patres noſtri, infr. 47. cap. ideo poſteri ſui nō poterāt habere domos. Dicendum q̄ poſteri Abrahæ debuerūt habere domos poſt reditum de Aegypto in terram Chanaā, vt dictum eſt, & ſi ita non fieret nō prodeſſet eis, q̄ daret eis Deus terrā in poſſeſſionē, cum neq; habitarent in vrbibus, neq; colerent agros. Cū verò obijcitur de officio paſtorali, dici pōt vno modo, q̄ ēt ſi haberent Iſraelitę vitam paſtoralē, poterant habere domos, & agros, nā neceſſarius erat eis cibus, & potus; ideo ſemi C narent agros, & colerent vineas haberet poſſeſſiones diſtinctas, cū verò dī de mutatione locorū pp paſcua pecorū, dicendum, q̄ ſtabat habere domos, & mutare loca pro paſcuis, quia nō oportet ſemp eſſe in motu, qa & nunc paſtores ſunt inter nos, & tū domos habent, & determinatis tpibus mouentur, & determinatis temporibus redeunt. Secundo pōt dici, & adhuc melius quòd nō erat ſic de poſteris Abrahæ poſt reditum de Aegypto in terram Chanaan, ſicut fuerat de Abraham, Iſac, & Iacob. Nā Abraham, Iſac, & Iacob, & filij Iacob fuerunt totaliter paſtores; ita quòd tota occupatio eorum erat in officio paſtorali, & tota ſubſtantia eorū in pecoribus erat; ſic dixerunt filij Iacob ad Pharaonem, paſtores ouium ſumus ſerui tui nos, & oēs patres noſtri, inf. 47. cap. Poſteri aūt Abrahę, cū intrauerunt in terram Chanaan, non futuri erant oēs paſtores, quia tanta gens nō poterat viuere in officio paſtorali; quia tunc non ſolū efficerent aliquā vnam gentem, & regnū per ſe ipſos, ſed ēt neq; vnum populum, aut policiam; cū in qualibet policia oporteat eſſe per ſe ſufficientia ad vitam, vt dicit Ariſt. lib. 1. Politic. Cap. 5. Et hoc non est niſi vbi ſunt oīa officia, & omnes miniſtrationes neceſſe ad viuere, & ad bene viuere in cō munitate. Sed hoc non eſſet vbi eſſent oēs paſtores; ideo non poterāt eſſe oēs paſtores in tota gente Iſraelitarum, ſed paucissimi ex eis eſſent paſtores: alij verò in diuerſis officijs, & adminiſtrationibus eſſent, ſicut ad viuere, & ad bene viuere requirīt, & ideo licet paſtores non haberent locum ad manendum, ſaltē haberent alij, & ita habitarēt plurimi in domibus, & determinatis locis: pauci autem eſſent, qui non haberēt determinata loca, ſed in tabernaculis habitarent. De Abraham, Iſac, & Iacob ſecus erat. Iſti enim poterant eſſe totaliter paſtores, quia nō erant per ſe aliqua gēs, aut populus, cum tam pauci eſſent, vt populum non poſſent facere; ſed inter Chananæos viuebant, & ſic poterant totaliter dediti eſſe vitæ paſtorali, quia quod eis ad vitam, aut bene viuere deeſſet, haberēt ab alijs, cum in policia adiaceat vnicuique particula boni alterius, vt dicitur libro tertio Politico. & ſic potue- Cap. 6. runt in domibus conuenienter manere Iſraelitæ reuerſi in terram Chanaan, quod non bene poſſent facere

facere Abraham, Isac, & Iacob, qui erant pastores: F
nam proprium est pastoribus in agris manere de loco
ad locum pro pascuis mutari, & habitare in tentoriis,
vel tabernaculis. Sic dicitur supra 4. cap. Lamech ha-
buit vxores duas nomen vni Ada, nomen alteri Sel-
la; genuitque Ada Iahel, qui fuit pater habitantium
in tentorijs, atque pastorum, & ita ad pastores conue-
nit habitare in tentorijs, quę sunt tabernacula. Sed
Quæst. 31. Cur dicit, nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul. quæretur quare dicitur in litera, nec poterat eos cape
re terra, vt habitarent simul? Dicendum quòd hoc
dicitur ad signandũ causam contentionis, & sequitur
ex precedenti litera, scilicet quia Abraham habebat
pecora multa, & Loth pecora multa, nõ poterant si-
mul habitare, quia indigebant terra multa, in qua pos
sent capi, & copiosè pasci pecora ipsorum. Et cum
dr non poterat eos capere terra intelligitur, nõ de to G
ta terra, aut de terra Chanaan, quia postq̃ separati fue
runt ab inuicẽ manserũt in terra, & in terra Chanaã:
vt patet infra in litera, sed intelligitur de illa portione
terrę, in qua ambo prius habitabant: nam accipiebant
eandem terram, idest aliquam certam portionem
terrę accipiebant precio a Chananęis, in qua morarẽ-
tur, & pecora haberent, & illa erat tam parua pro
multitudine pecorum ipsorum, quòd non capiebat
eos, ideo dicitur, q̃ non poterat eos capere terra, vt
habitarẽt simul, scilicet bene caperet eos terra si in di
uersis locis habitarent, sed manendo simul, non ca-
piebat eos terra. Dicitur erat quippe substantia eorũ
multa, scilicet amborum: est istud redditiuum causæ
superiorum, & significat substantia omne, quòd pos- H
sidetur, siue mobilia, siue immobilia: & hic maximè
signat pecora, quia propter multitudinem pecorum
erat ista contentio, non autem propter aurum, & ar-
gentum, aut reliquam supellectilẽ. Et dicitur substan-
tia eorum, idest amborũ, quia si substantia vnius eo-
rũ fuisset pauca, aut potius nulla, & alterius esset sub-
stantia, tanta quanta nunc etat amborum caperentur
in terra, quia idem non impediret se ipsum: sed cum
erant duo, etiam si non haberent tantam substãtiam
sicut vnus, non possent capi ad pacificè habitandum,
quia iam ibi erat competitor.

Quæritur quare dicitur, & nõ quibant habitare cõ
Quæst. 32. Cur dr, & nequibant habitare simul. muniter. Dicendum, quòd sensus est præcedentis li- I
teræ poterant quidem Abraham, & Loth in terra vi-
uere, sed non poterãt simul manere, quia vnus alium
non impediebat propter multitudinem armentorũ.
Si enim pauca vtriusq; essent armenta, & greges pos-
sent habitare simul: & non se turbarent, cum autem
multa essent, nõ poterant habitare simul, idest in ea-
dem portione terræ, in qua prius; & tamen si omnia
armẽta, & greges vtriusque fuissent vnius potuissent
in terra illa capi etiam si plura essent, quia cum tunc
non haberent competitorem, facile erat capi: sed qñ
competitor est, cum vterque idem velit, difficile est
non contendere. Et dicitur non poterant habitare cõ
muniter, idest in communi, quia forte erant prius, vt
vna domus, licet bona essent distincta: fuerant enim
bona Abrahæ, & Loth distincta antequam intrarent K
in terram Chanaan, quia præcedẽti cap. dicitur: Tulit
itaque Sarai vxorem suam, & Loth filium fratris sui,
vniuersamque substantiam, quam possederant, & ani
mas, quas fecerant in Aran: inquantum dicitur posse-
derant, & fecerant significat diuersam esse substan-
tiam Abrahæ, & Loth: & tamen hoc fuit, quando re-
cesserunt de Aran antequam intrarent in terrã Cha-
naan. Erat autem causa distinctionis substantiæ, quia
Loth erat filius Aran fratris Abrahæ mortui, & suc-
cesserat ei, & quantum ad illud habebat bona distin-
cta ab Abraham, & sicut fuerat ista distinctio ante in-
troitum in terram Chanaan, ita ibi durauit, & nunc
erant bona distincta: stante tamẽ ista distinctione bo-

norum poterat esse habitatio cõis sicut tutor, & pupil
lus suus eãdem domum habent, quia pupillus est sub
curatore, aut tutore, & tutor administrat bona pupil-
li: & tamen distincta sunt bona pupilli, & tutoris. Ita
de Loth, & Abraham erat, quia Loth erat filius fra-
tris Abrahæ, & ita erat sicut filius eius, & quia minor
eo erat, obediebat ei: vnde poterant eandem domũ,
siue familiam habere, & esset ratio aliqua sumptuũ.
Ista habitatio communis durauit vsq; nunc, qñ tanta
fuit multitudo pecorum vtriusque, q̃ non potuerũt
simul habitare; nam cum separati essent locis, nõ pos-
sent eandem domum, aut familiã habitare, quod erat
non posse habitare cõiter. Aut põt intelligi, q̃ habita
bant prius cõiter, i. simul, sicut vicinus apud vicinũ,
quia licet non esset eadem domus, aut familia vtriusq;
que, sed duæ domus, tamen simul morabãtur, & vnus
nunquam ab alio recedebat, neque mediabat aliquis
inter eos: nunc verò recesserunt ab inuicẽ ita, vt pos-
set aliquis inter eos mediare, immo multa terra inter
eos erat, vt nulla maneret occasio contendendi.

Quare dicitur, vnde facta est rixa inter pastores gre Quæst. 33. Cur facta est rixa inter pastores Abrahæ, & Loth. Dicendum, q̃ istud ponit tan-
gum Abrahę, & Loth. Dicendum, q̃ istud ponit tan-
quam consequens ex præcedentibus, nam erat tanta
multitudo pecorum vtriusque, q̃ nõ poterant simul
capi in terra; ex quo quicunque de pastoribus vellet
pro gregibus suis id, quod melius erat, aut minus ma
lum: & quia pp paruitatem terrę concurrebat in idẽ,
necesse erat, q̃ contenderent, quis haberet quod me-
lius æstimaret. Dr autem de pastoribus gregum, non
quòd soli pastores gregum cõtenderent, sed et pasto
res armentorum, cum tã Abraham, q̃ Loth haberent
armẽta, & greges, quia dicitur supra: Sed & Loth, qui
erat cum Abraham fuerunt greges ouium, & armen
ta: & ideo tam gregum, quàm armentorum pastores
contenderent: sed ponitur de pastoribus gregum pro
pastoribus omnium pecorum: sicut, & ouis aliquãdo
accipitur pro omnibus pecoribus, tam ouibus, quàm
capris, quàm bobus. Sic patet infra 47. capit. vbi Pha-
rao rex queſiuit à filijs Iacob fratribus Ioseph, quid ha
betis operis? & illi dixerũt: Pastores ouium sumus ser-
ui tui, tam nos, quàm patres nostri: & tamen certum
est, q̃ non solum erant pastores ouium: sed etiam bo-
um, & caprarum cum de omnibus his pecoribus ha
berent: nam Abraham, & Isaac de omnibus his ha-
buerant; ergo patres sui non erant solum pastores
ouium, accipitur ergo pro omni genere pecorum, &
ita accipitur in præsenti. Deinde quęretur quare dr, Quæst. 34. Cur dr, quòd fuit facta rixa inter pastores Abraham, & pasto-
quòd fuit facta rixa inter pastores Abraham, & pasto-
res Loth. Dicendum, q̃ hoc dr ad signandum, q̃ ista rixa non fuit inter Abraham, & Loth, sed solum inter re-
pastores, cum essent illi viri sancti. Secundo ponit ad
respondendum quæstioni tacitæ, vel ad tollendũ in-
conueniens: diceret enim aliquis, cũ ambo isti essent
viri sancti, & essent in tanta propinquitate cognatio-
nis, qũo inter eos fuit rixa, quod non pertinet ad viros
perfectos? Respondetur, q̃ non fuit rixa inter Abra-
ham, & Loth, sed solum fuit inter pastores eorum ne
scientibus Abraham, & Loth: & ideo neque fauentibus
bus: pastores tamen non erant viri perfecti, neque in
tali propinquitate, ideo inter eos facilè erat rixa fieri
sine aliqua culpa Abrahæ, & Loth. Tertio dr hoc ad
ponendum causam separationis ab inuicem, nã nunc
fuerat rixa inter pastores Abrahã, & Loth pp res per-
tinentes à dominos suos, idest pp greges: si autem nõ
separarent ab inuicem oportebat cõtentionem illam
transferri ad dominos, & ipsorum fieri principaliter;
cum pp res ipsorum esset: ideo vt nõ veniretur ad illã
contentionẽ voluit Abrahã, q̃ separarentur. Istud pa-
tet ex verbis Abrahæ, qa cũ voluit suadere ipsi Loth,
quòd separarẽtur ab inuicem, dixit: Ne quęso sit iur-
giũ inter me, & te, & pastores meos, & pastores tuos;

& ita non dixit, ne quæso sit iurgium inter pastores A
meos, & pastores tuos: sed ne sit iurgium inter me, &
te. q. d. ad istud venietur, si simul manemus in terra;
ideo dimidamur ab inuicem in terra hac.

Quæritur quæ fuit causa rixę pastorum Abrahę, &
Quæst. 35. Cur fuit cãsa rixæ pastorum Abrahæ, & Loth: Loth. Aliqui dñt, quòd fuit, quia pastores Loth intra
bant alienas segetes, & nõ pastores Abrahæ, qa Abra
ham hoc vetuerat suis, vt factum est supra q. 18.
Sed dicendum, q̃ hoc non stat primo, quia non est ve
risimile, quòd pastores Loth non essent vetiti hoc fa
cere per Loth: erat enim vir ille iustus, & vetaret il-
lud: nam scriptura asserit Loth fuisse virum iustum,
& in tãtum placuisse Deo, q̃ angelos hospicio recipe
re meruerit. infr. 19. vetaret ergo fieri quod iniustum
erat. Secundo, quia Loth, & Abrahã tunc habitabant B
cõiter, & in omnibus sequebatur Loth vitam Abra-
hæ: ergo & eandem doctrinã suis traderet quã Abra-
ham suis. Tertio, quia dato, q̃ hoc facerent pastores
Loth nõ contenderent cum eis pastores Abrahę cũ
in hoc non præiudicaretur eis, neq; tam iusti erant, vt
pp aliena damna tanquam proprijs contendere vel-
lent aduersus aliquem. Quarto, quia si ista fuisset cau-
sa contendendi non dabatur conueniens remedium,
qa sine separatione potuisset prouideri, s. q̃ Loth cor-
riperet pastores suos iubẽdo illis abstinere ab alienis,
& tamen non ita actum est: ergo non erat ista causa.
Quinto, quia dixit Abraham ad Loth, ne queso sit iur
gium inter me, & te: & ita quęcunque causa esset ista,
erat talis, ex qua poterat contentio sequi inter Abra- C
ham, & Loth: sed cum isti viri iusti, & prudẽtes essent
non sequeretur inter eos iurgium: pro eo quòd ipsi
vitare possent: & tamen hoc vitare posset Loth. siu-
bendo suis, vt abstinerent ab alienis segetibus, aut vi-
neis: ergo pro hac causa non esset iurgium. Sexto pa
tet ex remedio quòd dedit Abraham ad tollendũ iur
gium. s. quòd ab inuicem separarentˉ, & istud nõ quę-
rit ad illam causam: ergo non erat illud motiuum.
Quæst. 36. Causa separationis Abrahæ & Loth ab inuicem. Sed dicendum, quòd causa contendẽdi erat angustia
terrę: habebant enim pecora multa, & in parua terra
manere non poterant: & ad pacificè manendũ opor
tebat eos ab inuicẽ segregari. Et hoc patet primo ex
causa, quæ in litera ponitur. s. sed & Loth, qui erat cũ
Abraham fuerunt greges ouiũ, & armẽta, & taberna
cula, nec poterat eos capere terra, vt habitarẽt simul, D
& ita causa contendendi erat quia pp multitudinẽ pe
corum non capiebantur simul in terra. Secundo, quia
dr erat quippe substãtia eorum multa, & non quibãt
habitare cõiter. vñ & facta est rixa inter pastores gre-
gum Abraham, & Loth: & sic littera ponit rationem
contẽtionis dicens: vnde & facta est rixa, i. ex hac cau-
sa facta est, s. quia erat possessio eorum multa, & non
poterãt habitare cõiter. Tertio patet ex remedio tol-
lendæ contentionis, quod dedit Abraham. s. quòd ter
ra coram eis erat eligeret Loth an vellet ire ad dex-
tram: an ad sinistrã, & ita cum separatio erat remediũ
contra contentionem, causa contendendi erat simul
esse, s. quia simul manere non poterant pp multitudi-
nem pecorum. Quarto põt dici, quòd erat contentio E
inter pastores pro aqua, quia licet pro pascuis conten
dere possent, præcipuè tamen pro aqua: quia id ma-
gis in contentionẽ venit, quod nimis habetur, & ma-
gis eo indigemus talis erat aqua: nam aqua est nimis
necessaria pastoribus, & in terra Chanaan facilius ha-
betur herba, quàm aqua: ideo magis cõtendi accidit,
pro aqua, quàm pro herba, & hoc generale est in to-
ta terra Chanaan, & in regionibus vicinis, s. in deser-
tis Arabiæ, & in terra Madian, & in regione Mesopo-
tamiæ: nam ibi sunt pauca flumina, & terra arida; vn-
de vt plurimum vtuntur, tam homines, quàm pecora
aquis putealibus, & in agris sunt putei, de quibus hau-

ritur aqua, & effunditˉ per canales in locum aliquẽ in
quo pecora bibant. Sic patet infra 30. & 31. & quia tã
rara aqua est, ponitur sub magna custodia. s. quòd clau
dantur putei forti clausione, vt nõ liceat cuilibet hau-
rire aquam, qñ voluerit. Sed cõgregatis omnibus pa-
storibus ad quos aqua illa pertinet bibant pecora, ne
quid ibi fraudis cõmittat. Sic enim fiebat in terra Me-
sopotamiæ ad quam iuit Iacob, & vbi habitauit cum
socero suo Labã. Sic patet infra cap. 29. scilicet profe-
ctus Iacob venit in terram Orientalem, & vidit puteũ
in agro tresque greges ouium accubantes iuxta eũ:
nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi la
pide claudebatur: mosque erat, vt cunctis ouibus con
gregatis euoluerent lapidem, & refectis gregibus rur-
sus super os putei ponerent, & obhoc, quia erant mul
ti greges, & pauca aqua. s. pauci putei, vel vnus tãtum:
erat contentio interdum super adaquatione, s. quis
prius pecora sua adaquaret, & qui minus potens erat
sustinebat in hoc damnum, & tardius pecora adaqua-
bat, & ita patet eodem cap. vbi quando venit Rachel,
quę pascebat gregem patris sui Laban. Iacob amouit
lapidem de ore putei: & adaquauit gregem eius. Simi
lis modus erat in terra Madian, vbi pastores de puteo
hauriebant aquam ad adaquanda pecora, & cum se-
ptem filiæ sacerdotis Madian custodiẽtes gregem pa
tris sui Hietro hausissent aquam, effundissentque in
canalibus pastores superuenientes abijciebant eas, vt
pecora sua ipsi prius adaquarent: Moyses verò defen-
sis puellis adaquauit gregem earum: & ideo reuerten
tibus eis citius ad patrem, q̃ solitę erant, quia pastores
consueuerant eas impedire in adaquatione gregis, q̃
siuit pater, cur citius solito venissent, responderunt il-
le: q̃ vir Aegyptius liberauerat eas de manu pastorũ,
& hauserat aquam cum eis. Exod. 2. cap. Erat autem
aqua non solum pauca in regione illa, sed in paucis lo
cis; ideo etiam putei pauci erant, quia non inueniebatur vbique aqua: licet terram foderent: & super pu-
teis erat multa contentio pastorum, sicut patet infra
26. cap. vbi inter pastores Philistinorum, & Isac super
aqua puteorum contentio multa fuit, & ad vltimum
cum pastores Isac fodissent puteum vnũ: & inueniſ-
sent aquam, annunciauerũt Isac, quasi pro re magna,
& vocauit nomen loci illius Bersabe, i. puteus abun-
dantiæ: & mansit postea semper nomen loci illius,
eodem cap. ita autem poterat esse, quòd serui Abra-
hæ, & Loth simul manentes paucam aquam pro pe-
coribus inuenirent cum esset terra paucarum aquarũ
& super hoc contenderent: separati autem ab inui-
cem poterãt inuenire copiam aquarum quisque pro
suis gregibus.

Eo autem tempore Chananæus, & Pherezæus ha- Quæst. 37. Qũo Chananęus, & Pherezę erãt i terra Chanaan.
bitauit in terra illa. Isti populi non erant permixti: sed
quilibet per se: contingebant tamen se termini terra-
rum suarum, vt diximus supra 10. cap. Sicut postea fa
ctum fuit in diuisione sortium filiorum Israel, quòd
tribus essent impermixtę: & morabatur tunc Abra-
ham inter istos duos populos, quia Chananæus erat
ex parte Orientis, & Meridiei ad latus contingentiæ
Meridiei, & Orientis, scilicet circa Sodomam, & Go-
morram, quæ sunt in valle Pentapolis, & circa Hieri-
co. Sic habet Numeri 13. cap. Chananæus moratur
circa mare, & iuxta fluenta Iordanis; Pherezęus au-
tem morabatur contra Occidentem, & Septentrio-
nem. Isti duo populi quo angustabant eos, ne dilatari
possent quantum vellent, ideo non poterant simul ha
bitare. Vel vt quidã volunt fit hic mentio de istis duo
bus populis, & isti duo erat eis magis cõiuncti, & si for
te aliqua discensio inter Loth, & Abraham oriretur
per iudices istorum populorum determinanda erat,
& quia Abrahã coram iudicibus infidelibus cõpare-

re nolebat,licet diligeret consobrinum suum Loth, & uellet cum eo libenter habitare,magis tñ elegit separati,ne discordia nasceretur,quia valde onustũ est fi deli cõtendere cũ fideli corã iudice infideli,iõ hoc ve tat, & arguit Apostolus 1.ad Cor.6.ca. *Ne quæso sit iurgium inter me,& te.* Licet Abraham,& Loth directe iur gia nollent,tamẽ quia pastores suscitarẽt,necesse erat eos inuicem iurgari. *Fratres enim sumus.* Ideſt ego, & tu nõ fratres ex eodẽ patre, & mre, sed fratres,qa Abrahã erat frater Arã pris Loth.dñr fratres tripliciter.s.natura,vt Iacob, & Esau: cognatione,vt Abraã,& Loth; gente,vt omnes Hebræi.Sic dicit Glo.ordi. & Hieronymus super Matth. cuius est illa glo. *Ecce vniuersa terra coram te est.* Ideſt potes eligere quamcunque partẽ volueris:Abraham senior,& honorabilior erat, tamẽ electionẽ dedit Loth. *Si ad sinistram ieris.*q.d.licet abinuicem propter vitanda iurgia se iungamur: non tamẽ a te recedam,tantum,quin possim tibi auxilio esse,& patet hoc sequenti ca.cũ Loth captiuus deduceretur eleuatis itaq; Loth oculis ad contemplandũ terrã.s. quæ melior,an peior esset,nolens recipere electionẽ, quam Abrahã ei dabat.*Vidit omnem circa regionem Iordanis.* Ideſt vidit omnem regionem Iordanis circa se,& hoc erat contra orientem respectu loci,in quo erat ip se tunc:quia Iordanis deriuatus de mõte libano in par te Septentrionali terræ promisionis declinat contra meridiem circundãs terrã illam a parte orientis,& in hac regione Iordanis erat Pẽtapol.i.quinq; ciuitates, quarum quattuor nunc subuertę sunt: vt patet infra 19.ca. *Qui vniuersa irrigabatur antequam subuerteret dominus Sodomam,&c.* Et ideo erat multum delectabilis,& plena arboribus. *Sicut Paradisus domini.* i.sicut Paradisus terrestris valde est amena, quia quatuor fluminibus irrigatur.*Et sicut Aegyptus venientibus in Segor.*Ista litera potest legi simul vel diuidi in duas sententias.Si autem simul legatur est sensus q̃ Pentapolis est ita delectabilis. *Sicut Aegyptus venientibus in Segor.* Ideſt quantũ ad illam partem per quam venitur de Aegypto in Segor, quia illa terra magis delectabilis est in toto Aegypto. Si autem legatur ista litera diuisa, est sensus,q̃ ista Pẽtapolis est sicut Aegyptus,ideſt sicut Aegyptus tota irrigatur Nilo, ita Pentapolis tota irrigatur Iordane: Aegyptus enim irrigatur:quia Nilus in principibus, & finibus mensiũ crescit,quia meatus factos aqua excrescens irrigat omnem planiciem terræ illius:Aegyptus.n.multũ plana terra est. Sic vult philosophus in 2.Posteriorum. inundationes tamen principales Nili sunt duę.s.Sole existente in cancro vsq; ad leonem,& secunda Sole existente in Libra,de quibus latius infra 26.cap. *Venientibus in Segor.*i.ista amenitas est veniendo de loco,in quo tunc morabatur Abraham contra Segor:quæ tunc vocabatur Bala.vt patet.cap.sequẽti. nã Seguor nomẽ appellatiuum,& significat paruitatem: quia dixerat Loth ad angelum, ne destrueret illã ciuitatẽ,qa parua erat,& subiungitur:ideo vocatũ fuit nomẽ vrbis illius Segor:vt habet infra 19. *Elegit sibi Loth regionem circa Iordanem,* i.terram Pẽtapolis Sodomę & Gomorræ &c. & recesit ab oriente.Hoc repugnat ei quod supra diximus, scilicet q̃ iuerat contra orientem.

Quo tempore Nilus augeatur. Cap. 13. tex. 89.

Quæst.38. Quo recesserit Loth.

Respondetur q̃ declinatio Loth ab Abraham non fuit secundum longitudinem Oriẽtis,& Occidentis: licet secundũ latitudinẽ Septentrionis ab Australi parte,vtraq;.n.pars erat in Oriente terrę promissionis:qa Bethel,& mons Garizi,vbi Abrahã tũc manebat erãt circa Orientẽ illius terræ,& erat directe per medium frontis Orientalis:Pentapolis aũt,vbi nũc est mare salsissimũ,est in confinio Orientis,& Occidẽtis, s.in angulo;nõ ergo recesit ab Oriente, quasi contra Occidentem venerit,sed recesit a fronte Orientis,perueniens ad angulum Orientis;ille tamen angelus magis

videbatur eminere cõtra Orientem mundi, quã frõs media Oriẽtis terræ Iudeę. & patet hoc quia nulla terra est magis orientalis in terram Chanaã,quam Pentapolis,cum sit terminus Orientalis terræ illius,vt patet Num.34. *Diuisi sunt alterutrum a fratre suo.* Est sententia decurtata. *Diuisi sunt alterutrum.* Ideſt alter ab altero. *A fratre suo.*i. frater a fratre,quia ambo fratres vocabant, vt patet sup.in litera. *Abraham habitauit in terra Chanaã.*

Dicitur terra Chanaam illa, in qua moratus fuit Abraham,non accipiendo terram Chanaam pro tota terra occupata ab alijs septem populis, & isto modo accipiendo non solum erat Abraham in terra Chanaam,sed ẽt Loth habitans in oppidis Sodomorum. *Loth moratus est in oppidis circa Iordanem,& habitauit in Sodomis.* Ex hoc videtur q̃ illa oppida,quæ erãt circa Iordanem non erant in terra Chanaam : accipiendo specialiter pro terra pertinente ad illum populum, qui specialiter uocabatur Chananęus,& erat vnus de alijs, qui specialia nomina habentes,generaliter Chananęi dicebantur. Secundum tunc dicetur q̃ hoc est cõtra dicta supra,scilicet q̃ Chananæus habitabat circa fluẽta Iordanis:vt patet Numeri.4.cap. Respõdetur q̃ terra circa Iordanem,& mare ad Chananæos specialiter pertinebat: sed potuit esse q̃ illud oppidum, in quo mansit Loth pertineret ad Pherezæos, qui aliquã partẽ haberent circa Iordanem:erant enim isti duo populi se in confinis attingentes; ideo supra dicebatur, q̃ in diebus illis Chananęus,& Pherezæus erant in terra illa,scilicet simul habitantes.

Et habitauit in Sodomis. Iudæi enim exponunt hoc ad magnum Loth opprobrium,scilicet q̃ cum sciret Sodomitas viros pessimos esse,& peccatores coram domino,noluit diuertere ab eis,& ideoratus eos peiora tus est.Catholici autem doctores multum laudant in hoc Loth, scilicet cũ inter malos habitauerit, malus non est effectus,sed semper seruauit innocentiam, & omnem cordis, & carnis suæ mundiciam. De hoc Gregorius in primo Moralium. *Homines autem Sodomitæ.* Ideſt habitantes in Sodomis. *Pessimi erant.* Scilicet mali inter seipsos:vt patet: Ezechi.16.cap.hæc fuit iniquitas Sodomę sororis tuæ superbia,saturitas panis,& habundantia:ocium ipsius,& filiarum eius,& manũ egeno nõ porrigebãt. *Et peccatores coram domino.* Quãtum ad infandissimum scælus, scilicet concubitũ masculorum,& dicuntur peccatores corã domino,quia publice hoc faciebant,nec verecundabantur:vt patet infra 19. cap. q̃ totus populus publice petijt a Loth: vt daret eis duos viros, qui intrauerũt ad eum,vt abuterentur eis:& sic patet.Ila.3.cap.pecatum suũ, quasi Sodoma prædicauerunt,nec abiconderunt:vel dicuntur peccatores coram domino, quia vicium sodomiticum est vnum de tribus vitijs,quæ clamant ad Deũ: Effusio sanguinis,ut patet supra.4.cap.Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.Secundũ est defraudatio mercedis in mercenarijs:sic habetur Iaco.c.5. Ecce merces operariorum,qui messuerunt regiones vestras,quæ fraudata est a nobis,clamat, & clamor eorũ in aures Domini Sabaoth introiuit. Tertiũ est peccatum Sodomitarum:vt patet infra 18.cap. clamor Sodomorũ,& Gomorręorũ multiplicatus est,& peccatũ eorũ aggrauatũ est nimis,& ab istis Sodomitis,qui erant quidã infęlix populus denominantur omnes tali vicio maculati,& nõ solũ erãt hoc vicium in Sodomis,sed etiam in Gomorra, Adama,& Beboin:denominatur tamen a Sodoma,quia erat maior ciuitas inter illas.

Circa præcedentia dicetur quare dicitur, quòd eo tempore Chananæus,& Pherezęus habitabant in terra illa. Aliqui dicunt quòd hoc dicitur de tempore, quo Abraham, & Loth separati sunt ab inuicem; quia

quia causa separationis eorum fuerunt isti duo populi,s.quòd tñ coangustabant eos, quòd non poterant manere simul,sed diuisi: si autem nõ premerent eos tantum, possent simul habitare.Sed dicendũ, q̃ hoc nõ stat,primũ,qa istud nõ posset esse verũ,si Abrahã, & Loth essent in terra illa, in aliquo, qđ ipsi possiderent tanquã suũ,& esset paucum,nam tunc illi populi,inter quos erãt,& non pmittebant eis plus possidere,cogerẽt eos recedere ab inuicẽ: & tñ Abraham,& Loth nihil in terra illa possidebant,neque passum pedis: sed habitabant in ea,tanquam aliena in casulis, vt ad Hebræ.11.& Act.7. cap. & precio dato manebant in illa, & sic nõ poterant coangustari,cũ nõ haberẽt, in quo ab his populis arctarentur: sed ipsi tñ de terra haberẽt, quantum vellent dato precio s̃m quantitatem terræ,quam acciperent. Secundo quia hoc est q̃ verba Abrahæ,quę ipse dixit ad Loth ad vitandum iurgium:Ecce vniuersa terra corã te est,recede à me obiecro:ergo nõ erant coangustati, cum in tota terra possent habitare: nam hoc est dicere:ecce vniuersa terra coram te est,ideſt in volũtate tua est habitare in quacunque parte terræ volueris. Tertio quia dixit Abraham ad Loth: Si tu ad sinistrã ieris,ego dextram tenebo: si tu dextram elegeris,ego ad sinistram pergam:& ita tamen in potestate Abrahæ erat, quòd rent quocunque vellent: ergo non erant coarctati ab his duobus populis. Quarto patet ex executione: nam Loth elegit habitare in valle Sodomorum, & ibi habitauit, & Abraham voluit habitare in Hebron,& ibi habitauit: cum ergo possent habitare vbi vellent nõ erant coarctari. Quinto quia si ideo Abraham & Loth separarent ab inuicem:qa Chananęi,& Pherezęi coarctabant eos in terra illa, nõ separarent ab inuicem: sed exirent de terra illa, & habitarent simul in alia terra,in qua haberent latitudinẽ cohabitãdi, cũ Abraham diceret: Ecce vniuersa terra corã te est:& tamen nõ habitauerunt postea simul:ergo causa recessus ab inuicem non fuit, q̃ Chananęi,& Pherezęi eos premerent, & arctarẽt, neque propter hoc nominantur isti duo populi: quasi arctarent Abrahã, & Loth, vt non possent simul habitare.

Aliter ergo dicẽdum scilicet, q̃ nominant isti duo populi propter iurgium pastorũ Loth, & Abrahæ,& patet, qa statim,vt dictũ est: Facta est rixa inter pastores gregum Abrahæ, & Loth: subditur: Eo autẽ tpe Chananæus,& Pherezæus habitabãt ī terra illa.Et ita apparet pp causam iurgij dictũ esse, & ptinet hoc ad hã, & Loth, vel pastores eorum,non erãt ipsi iudices ad dirimědum istã litem,cũ essent,vt peregrini in terra illa,in qua nõ habebant neque passum pedis. Actu. 7.cap. & iurisdictio residebat penes oriundos de terra illa, quorum erat terra, & isti erant Chananæi, & Pherezæi : ideo lites iudicio aliquorum de Chananæis, & Pherezæis dirimendæ essent, & cogerentur Abraham, & Loth contendere coram his : istud autem abhominabile erat Abrahæ; nam si esset aliquis fidelis iudex, coram quo contenderẽt, non esset tam difficile Abrahę contendere cum Loth iudicialiter : sed coram infidelibus iudicibus agendæ essent causæ, quod valde turpe videbatur Abrahæ: ideo potius voluit recedere a Loth, quem diligebat,quam quòd esset ei occasio litigandi coram infidelibus,siue idola tris iudicibus.Sic Apostolus.1.Cor.6.c. arguit Corinthios,q̃ ipsi fideles existentes coram iudicibus infidelibus litigarent,dicens:q̃ potius deberent causas perdere & fraudem pati,quam q̃ fidelis fidelem corã infideli iudice cõueniat. Secũdo, qa si Abrahã,& Loth nollẽt contẽdere iudicialiter corã infidelibus,& tñ in ter se iurgia haberent,veniretur ad cędes, & vulnera:

Quæst.42. Cur nomi nantur isti duo Popu li Chananæi, & Pherezæi.

Quæst.43. Quomodo Abraham & Loth non recesserunt de Chanaã.

Quæst.44. Quo exemplo Abrahã,& Loth euitabant iudicia Chananæorũ Iudicũ, & Pherezæorum.

& tunc iudices terræ illius, ad quos pertinebat nõ relinquere scelera impunita, intromitterent se ad puniendũ delicta eorũ,& forte priuarent eos bonis, aut duram animaduersionem in eos exercerẽt;maxime, quia alterius cultus erant,& peregrini:vnde etiã si delicta eorum non exigerent,habita solũ occasione priuarent eos bonis.Vt autẽ hoc euitaretur vir prudens Abraham voluit, q̃ ab innicem recederent. Et quia causa maxime impellens erat,quia inter tales iudices erant,dixit scriptura,quòd Chananęus,& Pherezęus habitabant eo tempore in terra illa.

Sed quia dictum est,q̃ ideo recesserunt ab inuicẽ, ne cogerentur coram infidelibus cõtendere, quæreẽ quomodo euitabat istud:quia idem manebat post separationem ab inuicẽ,eo q̃ in terra Canaan erant, & sic inter infideles, & corã illis conuenirentur in omnibus causis. Dicendum, quòd euitabatur inconueniens, quia non contenderent iam Loth, & Abrahã coram aliquo iudice infideli : nam cũ separati essent, non possent habere contentionẽ, cum esset contentio inter eos pp simul habitare,q̃ verò quilibet illorũ corã infideli iudice contenderet contra infidelẽ, non erat inconueniens,quia Apostolus non arguit in hoc nisi fideles, qñ cum alijs fidelibus coram infideli iudice contendebãt. 1.Cor.6.cap. s.Audet aliquis vestrum habẽs negocium aduersus alterum iudicari apud iniquos,& nõ apud sanctos:& postea dr: Ad verecundiã vobis dico,nõ est inter vos sapiens quisquã, qui possit iudicare inter fratrem,& frattrem suum, sed frater cũ fratre in iudicio contẽdit, & hoc apud infideles. Fratres vocant ibi fideles, & sic nõ arguit Apostolus Corin.qñ fidelis,cum infideli corã infideli iudice contẽdebant,sed quando ambo litigantes erãt fideles, & iudex infidelis : hoc nunc Abrahã, & Loth vitauerant, quia diuisi ab inuicem nunq̃ contenderent corã aliquo iudice. Secũdo qa separati ab inuicẽ adhuc potẽrãt euitare iudicium coram infidelibus, quia aut quis istorum cõueniret infidelem corã iudice infideli, aut conueniret.Si primo modo,dupliciter poterat prouideri:primo nõ conueniendo, vt si potius vellet Abrahã,aut Loth sustinere dãnũ,aut iniuriã inferri ab infideli,q̃ cõuenire eũ corã infideli iudice: vt iste honor deferret infideli. Sic innuit Apostolus.i.Cor.6.cap.q̃ potius deberẽt pati dãna fideles,q̃ litigare corã infidelibus iudicibus.i.Frater cũ fratre in iudicio cõtẽdit,& hoc apud infideles:iã.n.delictũ oĩno est ī vobis,q̃ iudicia habetis inter vos,quare nõ magis iniuriã accipitis? quare nõ magis fraudẽ patimini : sed vos iniuriã facitis,& fraudatis,& hoc fratribus. Si aũt conueniatur fidelis ab infideli coram infideli iudice,non est incõueniẽs aliquod,q̃ cõparet,qa cõueniri pati est, & nõ aliquid agere, qui.n. conuenit honorẽ defert iudici, nõ qui conuenitur;maxime qa oĩbus iudicibus,& dominis infidelibus iubet Deus subditos esse fideles, q̃ in terra eorum commorãtur. prima.Petri. 2.cap.Subditi estote omni humanæ creaturę propter Deũ, siue regi quasi prę excellẽti, siue ducibus tãquã ab eo missis. Et tñ nõ intelligitur de regibus,& Ducibus Christianis: quia qñ Petrus loquebãt ista,nullus rex erat Christianus, sed omnes infideles,cũ esset in primitiuæ ecclesiæ initio;& Christus dominus noster dignatus est coram præside.i.Pilato,qui infidelis erat,iudicari. Secũdo nõ poterat excusari,quãtũ ad præcedens,fidelis, qui conueniebat infidelẽ corã iudice infideli, quia p̃supponit̃,q̃ bonam causam haberet,quia alias nõ cõueniret aliũ, & tunc condẽnatio fieret super infidelẽ, & non esset ignominia fideli: & tamẽ primus modus melior est,s.q̃ potius vellet fidelis dãna pati,q̃ coram infideli litigare. Sed neque istud est necesse excusari, cũ Apostolus istud nõ culpauerit, sed solum qñ fide-

lis contra fidelē habebat causam corā iudice infideli.

Quæst. 45. Cur dicit Chanang & Pherezæus, nam vī, ꝙ satis erat alterum nomi nare.

Quare dicit Chananæus, & Pherezęus habitabant eo tempore in terra illa: nam videt quòd sufficiebat dici Chananæus tm̄ vel Pherezæus, ꝙa siue essent isti in terra Chananæorum, siue Pherezæorum, iudicarētur per infideles, quia vterque populus erat infideliū. Et cōfirmatur, quia prȩcedenti cap. cū propter Abraham debuit fieri mentio de infidelibus, dictum est solum de Chananæis, ſ. Chananæus autem tunc erat in terra. Dicendum, ꝙ etiam ſi de vno tm̄ istorum populorum fieret mētio sufficeret ad hoc, ꝙ Abraham, & Loth recederent ab inuicem, ne corā infidelibus iudicibus populi illius cōtenderent: dictum est tm̄ de vtroque, quia ambo isti populi habebant iudices, ad quos ptinebat cognoscere de causis Loth, & Abrahæ: istud aūt esse poterat, quia forte terra, in qua nūc manebāt Loth, & Abrahā partim erat in portione Chananæi, partim in portione Pherezæi populi, vt ſi esset in limitibus, & tunc ad iudices vtriusq; populi pertineret de Abraham, & Loth iudicare, & tanto grauius esset eis, quanto pluribus iudicibus subijcientur; & hoc colligit inquantum dī; eo aūt tempore Chananæus, & Pherezęus habitabant in terra illa. Nam nō solum dixit, ꝙ habitabant in terra, sed ꝙ in terra illa habitabant, ſ. in terra, in qua erant Abraham, & Loth: vnde ad ambos populos pertinebat, & iudices amborum populorū poterāt iudicare de causis Abrahæ, & Loth. Cum aūt dicebat, quòd prȩced. cap. solum dī de Chananęo, ꝙ erat in terra. Dicēdum quòd hoc dī, quia terra illa in qua tunc Abrahā erat, ꝗñ illud dicitur pertinebat ad solum populum Chananęum: ista aūt pertinebat nūc ad Chananæum, & Pherezæum, simul: ideo ibi de solo Chananęo dictum est: hic autē de vtroque. Est tm̄ intelligendum, quòd tam hic, ꝗ ibi Chananęus accipitur vno modo, ſ. pro vno de septem populis Chananęorum, qui specialiter vocatur Chananæus, & distinguitur ab alijs ſex populis, & patet quia ponitur hic distinctus à Pherezęis, qui sunt vnus de septem populis Chananæorum.

Quæst. 46. Cur in sacra scriptura fit mentio de iurgio Abrahæ, & Loth.

Quęretur quare ſcriptura voluit hic ſcribere de iurgio, quod fuit inter pastores Abrahæ, & Loth. Dicendum ꝙ fuit primo pp id, qđ inde secutum est: nam ſeparatio Abrahæ, & Loth ab inuicē ſecuta fuit ex hoc, & tm̄ narrare ſeparationem illam pertinet ad intētionem sacræ ſcripturæ, cuius causæ tangent inferius: ergo poni causam ſeparationis huius fuit cōueniens, & istud est iurgium pastorum. Secūdo fuit vt ostendaṫ, quod remedium posuit Abraham in hac re: nā ad viros prudentes, & ſanctos pertinet cauere cōtra futura vicia, ne fiant, & quia ex iurgio pastorum ſecutum erat iurgium dn̄orum, in quo peccatum esſet: ideo Abrahā vir ſanctus, atq; prudens caute, in hoc prouidit faciendo ſeparationem, & vt ſciaṫ, qūo prouiderit, ponitur iurgium, in quo prouidit. Tertio fuit ad intētionem nostrā; nam dī ad Ro. 15. cap. quæcunq; ſcripta ſunt, ad nostram doctrinam ſcripta ſunt, vt per patientiam, & conſolationē ſcripturarum ſpem habeamus. Erudimur autem in hoc facto, quòd non ſolum boni à malis perſecutionem patiuntur, ſed etiam boni inter ſe ipſos inuicem affligūtur. Nam quòd boni à malis patianṫ, quotidianum est: iuxta illud multę tribulationes iustorum. Pſal. 33. quòd tm̄ boni inuicem ſibi ipſis moleſtias inferrant, videretur fortaſſis mirabile, & tm̄ verum est, & tale fuit hic, quia tā Loth, quā Abraham iuſti erant; & tm̄ pastoribus Abrahæ iurgantibus contra pastores Loth, & econtrario inferebat Abraham moleſtias Loth, & Loth moleſtias Abrahæ, & triſtitiam patiebantur ambo; ita vt oporteret ab inuicem recedere.

Quæst. 47. Quæretur quare dicitur, quòd dixit Abraham ad Loth, ne ſit iurgium inter me, & te. Dicēdum, ꝙ ponitur ad notandam prudentiam Abrahæ, & virtutem; pertinet enim ad virum iuſtum, & prudentem, vt viſa occaſione mali, ſtatim prouideat, & non diſſimulet, quia in exordio pōt prouideri contra mala ne fiant: in progreſſu autem eorum non pōt prouideri; ideo ſic Abraham cum esſet vir ſanctus, atq; prudēs, cognito, ꝙ pastores iurgati essent, & habito quid ex hoc ſequi poſſet, ſtatim locutus est ad Loth, vt tolleretur occaſio futurorum malorū. Sed dicetur, quòd cum tam Abrahæ, quàm Loth damnum ſequeretur ex iurgio pastorum, quare potius dī quod locutus est ſuper hoc Abraham ad Loth, quàm Loth ad Abraham. Dicendum quòd hic fuit, quia in veritate accidit, quòd Abrahā loqueretur ad Loth, & non loqueretur Loth ad Abraham. Sed dicetur quare potius Abraham locutus est ad Loth, quàm econtrario, cū esſet cauſa communis. Dicendum primo, quòd forte fuit, quia istam rem prius agnouit Abrahā, quàm Loth, & ita prius locutus est. Secundo potest dici, & melius, quòd licet ambo ſimul agnoſcerēt, vel Loth priuſquam Abraham, non loqueretur Loth ad Abraham, ſed expectaret eius ſententiā. Primo, quia Abraham erat dignior, & maior ſtatu, quàm Loth. Secundo, quia maior etate. Tertio, quia erat Abraham maior in cognatione, i. ſuperior, ſ. frater Arā patris Loth. Quarto, quia erat Loth velut ſub cura Abrahæ, & ad imperium eius regebatur: ipſe enim de Aran; siue Charra eduxerat eum relicta alia cognatione, vt ſecū proficiſceretur in terram Chanaan; in qua nunc erat, & cum eo iuerat in Aegyptum, atq; deſcenderat prȩcedēti cap. vnde in omnibus ſequebatur Loth ipſum Abraham, tanquam filius patrem. Quinto, quia Abraham prudentior erat, & ſciret melius quid opus esſet propter reuerentiam: ergo Abrahæ, expectaret Loth, quid ille diſponeret, & ita Abrahā primo locutus est.

Cur dicit Abrahā ad Loth, ne ſit iurgium inter me, & te.

Quęretur quare dixit Abraham ad Loth, ne quęſo ſit iurgium inter me, & te: nam videtur, ꝙ nō dixerit conueniēter fuerat. n. iurgium inter pastores ſuos, & nō inter ipſos: ideo debuit dici, ne q̄ſo ſit iurgiū inter pastores tuos, & pastores meos. Dicēdum, ꝙ Abrahā & voluit ſuadere Loth, ꝙ recederent ab inuicem, vt tolleretur iurgiū, quod inchoatum erat, & dixit eo modo, quo melius poterat ſuadere, & dicit ne ſit iurgiū inter me, & te, q.d. nō poterit ſiſtere istud iurgium in pastoribus, ſed neceſſe est, quòd ad nos perueniat: illi enim pro rebus noſtris contendunt: ideo nos neceſſario contendemus: & hic ſignauit Abraham cum dixit, ne ſit iurgium inter me, & te, & pastores meos, & pastores tuos, q.d. nos cōtendemus, & illi contendēt: tamen contentio noſtra maior erit, quàm ſua, quia illi propter nos contendunt. Secūdo dixit hoc ad ſignificādum maiorem cauſam ſeparationis ab inuicem, nam ſi contentio pastorum cum eis ſisteret, & ad nos non peruenire, non esſet magnum malum: & forte non esſet ſufficiens cauſa ſeparationis eorum, qui ſe tam nimium diligebant. Sed quia iurgium futurum erat inter ipſos principaliter, fuit cauſa ſufficiēs ad recedendum, quia non poterat eis esſe maius malum, ꝗ vt ibi ambo contenderent, qui tanta dilectione cōiuncti erant. Sed quæretur quare dixit, ne ſit iurgium inter me, & te, & pastores meos, & pastores tuos nominando ſe, & ſua priuſquam Loth, & res eius, cū videatur hic eſſe indiſciplinati viri: quiſque enim debet alios in locutione ſibi præferre hunc honorē eis dando, ſic Apoſtolus dicit ad Ro. 12. cap. honore vos inuicē prȩuenientes. Aliqui dicunt quòd hic fuit, quia Abraham habebat Loth, vt ſubiectum ſibi, & vt filiū: ideo loquebatur ad eum tanquam ad minorem. Sed dicendum quòd non ſtat, quia licet alias Abrahā reputaret

putaret Loth qūocunque vellet cum de illo non cōſtet. Saltem in præſenti certum est, ꝙ non reputauit eum vt minorem, ſed vt æqualē. nam dixit ad illū fratres enim ſumus, & tamen fratres dn̄t æqualitatē omnimodā; ergo Abraham vt æqualem illū nominauit, & nō ut minorem, cum tm̄ posſet nominare illum cō ſobrinum ſuū, ſicut erat, & tunc ut minorē noīaret. Sed dicendū, ꝙ cauſa est pp quandam urbanitatis do ctrinam: qui. n. alijs honorem deferre uolūt in bonis præponunt alios ſibi ipſis: in malis aūt præponunt ſe alijs, quia ſicut honor est de bono alteri plus tribuere quam ſibi: ita & est honor de malo ei tribuere minus quam ſibi, & ſi ſibi, & alij culpam imponere debet: ſibi maiorem imponat: alteri uerò minorē, & quia aliquid noīari prius est plus habere: ille q̄ in malo prius noīatur, plus de malo accipit: Abrahā aūt uolebat ſe, & Loth accuſare, ſ. ꝙ ſi ſimul manerent cōtenderent qđ malū erat: ideo uoluit ſe prius noīare in contētione, q̄ Loth, & pastores ſuos prius q̄ pastores Loth, qua ſi plus mali, & culpæ de hac cōtentione ad ſe, & ad pastores ſuos ptineret, quàm ad Loth, & pastores eius.

Quæst. 50. Cur Abraham dixit ad Loth, ne ſit iurgium inter me, & te, & fratres. n. ſumus.

Quæretur quare dixit Abrahā ad Loth fratres. n. ſumus. Dicendum, ꝙ volebat Abraham ſuadere Loth; ꝙ recederent ab inuicem ad vitandum iurgia, quia mala erant inter eos: & ad hoc dixit fratres enim ſumus, ac ſi diceret, ſi contra alios contendendū esſet, qui non attinerent nobis in cognatione, non esſet tm̄ malum. Sed nos ſumus in tanta propinquitate, cū fratres ſumus: ideo valde mala ſunt iurgia inter nos. Secundo dictum est ad oſtendendum cauſam ſuæ ſolicitudinis in hic, ut iurgium cauaretur: nam ſtatim vt nouit Abraham iurgium paſtorum locutus est ad Loth, vt oſtenderet cauſam tantę ſolicitudinis dixit: fratres ſumus, ideſt iuſtum est, quòd totis curis contentiones de medio auferamus, cum fratres ſimus. Tertio fuit ad dandum cauſam eius, quod ſuadebat: nam Abraham ſuadebat Loth, ꝙ ab inuicem recederent, vt non ſequerentur iurgia, ꝙ tamen recederent ab inuicem durum erat cum tam nimiū ſe diligerēt, & tam grata esſet eis cohabitatio: pp quod non debebant recedere ab inuicem, niſi propter aliquid, quod esſet valde magnum, & istud erat iurgium inter eos, cū essent fratres: deterius enim valde erat iurgia fieri inter ipſos, qui fratres erant, quàm ſponte ab inuicem recedere, & carere ea voluptate, q̄ in cōicatione est.

Quæst. 51. An terrum ꝙ Abraham, & Loth e. ſuccessores.

¶ Quæretur quomodo erat verū quod dixit Abrahā, fratres enim ſumus: nā non erant fratres Abrahā, & Loth. Dicendum, ꝙ non erant fratres, ideſt filij eiuſdē patris; aut matris cum potius Loth esſet filius Arā fratris Abrahæ: tm̄ verum dicebat Abrahā fratres ſumus, quia ex modo loquēdi recipitur iſta, ꝓpoſitio tanquam vera in ſacra ſcriptūra. Tribus enim modis, vt Hiero. dicit ſuper Mathe. vocantur fratres: natura, vt Eſau, & Iacob: cognatione, vt Abraham, & Loth: gente, vt oēs Hebræi. Primus modus accipiendi est ſecundū rigorē: hos. n. proprie vocamus fratres, qui natura ſic vocantur, ideſt natiuitate. ſ. quia ex eodē patre aut matre nati ſunt, & ab hoc modo cæteri vocantur fratres: nam fratribus competit ęqualitas, & amor propter esſe ab eiſdem parentibus, vt dī lib. Ethic. cæteris vero propter æqualitatem, & affectum quendā attribuitur, ꝙ fratres dicantur, licet nō ſint. Secundo modo fratres dicuntur cognatione. ſ. qui propinqui ſunt in aliqua cognatione, & ſic Hieron. voluit quòd Abrahā, & Loth vocarentur fratres; erat enim Loth filius fratris Abrahæ, quod erat in magna ꝓpinquitate ei attinere ſic; ēt Sarra dicebatur ſoror Abrahę, vt ambo vocarentur fratres: nam infra 20. cap. dixit vere ſoror mea est: erat tamen filia fratris ſui Aram, & verè ſoror Loth, & hoc modo in nouo teſtō uocanṫ

Lib. 1. Cap. 12.

A fratres, & ſorores Chriſti, vt Mathæ. 13. cap. cum dixerunt viri Nazareni de Chriſto, nonne hic filius Fabri est? nonne mater eius Maria dicitur, & fratres eius Iacobus, & Ioſeph, & Simon, & Iudas, & ſorores eius nonne oēs apud nos ſunt, & Math. 12. cap. dī. ecce mater tua, & fratres tui ſunt foris, & tm̄ iſti non erant fratres, aut ſorores Chriſti, quia mater ſua non concepit, neque peperit aliquem, niſi benedictiſsimum Ieſum, & Iudæi maxime de vrbe Nazareth clare hoc nouerant, cum dn̄a noſtra ſemper inter eos conuerſata esſet: & ibi nata neque in hoc poterant dubitare ſicut in uocando Ieſum filium Ioſeph: nam licet non esſet verum ſatis veriſimiliter Iudæi in hoc decipiebantur cum dn̄a noſtra deſponſata esſet Ioſeph, & co habitaret ei, & poſt cohabitationem naſceretur Chriſtus, rationabiliter putabāt illum fuiſſe filium Ioſeph, quamuis non erat. Sed de alijs non erat ſic, nam non peperit eos dn̄a noſtra, ſed ſorores eius, & hic manifeſtum erat omnibus Nazarenis, quia tm̄ erant filii ſororum eius vocabantur fratres eius, ideſt Chriſti filij eius. Et patet ꝙ iſta esſet intentio illorum, qui dabant fratres Chriſto: nam hic idem in nouo teſtō affirmāt apoſtoli, qui rectę, & ſanctę de Chriſto ſapiebant. Sic apoſtolus dicit ad Gala. j. cap. aliorum apoſtolorū vidi neminē niſi Iacobū fratrem dn̄i; vbi certū est accipi fratrē. i. cognatum, & non vere fratrē: ita igitur Nazareni intelligebant cū dabāt fratres Chriſto: nam ſi acciperent proprie Chriſti fratres. i. filios matris eius, qđ falſum esſet, nō diceret apoſtolus aliquē fratrē dn̄i B cum nullum haberet. Iſti qui ſunt propinqui vocantur fratres translato vocabulo a veris fratribus, quia ſicut illi maxime coniuncti ſunt in deſcendendo ab aliquo, ita iſti multam coniunctionem, & propinquitatem habent. Tertio modo dicuntur fratres gentę, vt omnes Hebræi. Sic accipitur Leui. 25. cap. ſi paupertate compulſus vendiderit ſe tibi frater tuus ſcilicet Hebræus. Et Deut. 15. cap. dicitur cum venditus fuerit tibi frater tuus Hebræus, aut Hebręa. & Deuter. 23. capit. dicitur non fęneraberis fratri tuo ad vſuram pecuniam, neque fruges, neque quamlibet aliam rem, ſed alieno: fratri autem tuo abſque vſura, quod indiget comodabis. Vocantur ibi fratres omnes Iudęi: alieni vocantur, qui erant Gentiles, vel de gentilitate conuerſi, Leui. 25. capit. nam illis concedebat dari ad vſurā & haberi in ſeruos. Et non ſolum vocabantur fratres inter ſe omnes Iudæi, qui deſcendebant de ſtirpe Iacob: ſed etiam generalius omnes filij Abrahæ, vel Iſac, & poſteri eorum vocantur fratres. Sic accipitur Deuteronom. capit. 23. non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est, & tamen Idumæi non erant de gēte Iudęorum, ſed alia gens erat multum diſtincta, quia tamē Idumæi deſcēdebant de Eſau, q erat frater Iacob inf. 25. cap. dicuntur Idumæi frēs Iudęorum. Iſti in hic tertio modo dicuntur fratres per deriuationem a primis: quia ſicut illi immediate ab aliquo vno, & eodem deſcendunt: ita & omnes, qui de eadem gente ſunt deſcendunt ab aliquo vno, ſed diſtantius ideo minus proprie vocantur frēs quam qui ſunt in ſecundo modo. Quarto modo vocantur frēs, ſcilicet omnes Chriſtiani interſe. Sic accipitur Iacobi 1. cap. ſi frater, & ſoror nudi ſunt, & indigeant victu quotidiano, ideſt ſi vir fidelis, aut mulier fidelis: & 1. Corinth. cap. 6. dicitur. ſed frater cū fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles ideſt Chriſtianus cum Chriſtiano cōtendit coram iudice infideli, quod turpe reputat Apoſtolus, & qñ Apoſtoli vocant frēs eos, qbus ſcribunt, aut quibus loquuntur hic modo accipiunt. Iſtum modum accipiendi frēs nō habuit vetus teſtamentū: ſed Chriſtus introduxit illū Math. 23. cap. oēs aūt vos fratres

Qūo Chriſtus habuit fratres & ſorores.

C

D

E

eſtis

estis. Ratio aũt huius est, quia tribus duo competunt, F
scilicet æqualitas, & amor, & vtrũq; ex eadẽ radice: qa
eñ ab eisdem sunt, & non est vnus ab alio, cõpetit eis
æqualitas: si enim vnus esset ab alio compereret eis in
æqualitas dignitatis, & honoris. Similiter, qa sunt ab
eisdem competit eis amor, communicant enim vni-
tate naturę in accipere ab eodem, & amor venit ab
identitate: quia amicabilia, quæ ad alterum venerunt
ex amicabilibus, quæ ad seipsum, ut dicit lib. 9. Ethi.
ideo illi, qui ita se diligunt, aut diligere debent sicut
fratres, iuste vocabuntur fratres; sed Christus voluit,
quòd omnes fideles valde se diligerent: Ioan. 15. cap.
Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem sicut
dilexi vos. Ex alia etiam ratione possunt fideles vo-
cari fratres: sunt enim fratres filij eiusdem patris: ita G
omnes fideles sunt filij eiusdẽ patris: nam hunc Chri-
stus dedit eis patrem, & non alium, & ab hac ratione
iusit, vt fratres vocarentur Mathe. 23. cap. Omnes au
tem vos fratres estis, & patrem nolite vocare vobis su
per terram; vnus enim est pater vester, qui est in cœ-
lis. Et ita secundum istos quinque modos inuenimus
vocari fratres in scriptura: vnde verum dicit Abrahã
ad Loth fratres sumus: quia erant secundo modo.

Quæst. 52. Cur Abrahã dixerit ad Loth, Ecce uniuersa terra coram te est, recede a me.

Quæretur quare dixit Abrahã ad Loth: Ecce vni-
uersa terra coram te est, recede a me obsecro. Dicen-
dum, ꝙ Abraham voluit prouidere contra iurgia, ne
inter eos nasceretur, & quia putauit non posse aliter
vitari, nisi ab inuicem separarẽtur dixit: Recede a me:
Sed cum dixit: Ecce vniuersa terra corã te est: ppter H
duo dixit. Primo ad significandum possibilitatem, &
etiam facilitatem separationis: nam poterat dicere
Loth, qũo recedemus ab inuicẽ, quia si recesserimus,
alter nostrum non habebit, vbi habitet, & hoc potissi
me videbaẽ de eo, cum diceret ei: Recede a me. Vt au
tem appareret facilitas recedendi, ostendit ei copiam
locorum ad manẽdum, dicens: Ecce terra corã te. i. in
tota terra, quam vides, potes habitare, & sic nõ habes
vnum tm̃ locum, sed multa. Secundo dictum fuit ad
significandum electionem, volebat enim Abraham
dare Loth facultatem eligendi de terra, quod vellet,
vt in reliquo maneret ipse, vt statim sequitur: ad hoc
dixit, ecce vniuersa terra coram te est, ideſt quicquid
volueris de terra eliges. Ista autem terra vniuersa, de I
qua dicitur, non est totus mundus: nam non erant ha
bitaturi per diuersas partes orbis, sed dr̃ vniuersa ter-
ra. s. terra Chanaan: nam in hac sola licebat Abrahæ
habitare: quia de terra Caldæorum iusserat Deus re-
cedere, & postea de Charra Mesopotamie, vt veniret
in terram Chanaan, quam ipse ei mõstrabat, ergo nõ
licebat Abrahæ de illa exire sine mandato Dei: vnde
de ista terra intelligebatur, & non de alijs partibus or
bis: quia cum non liceret Abrahæ ire ad aliã, neq; vo-
lebat, ꝙ Loth ad aliam iret. Et adhuc non intelligeba
tur de tota terra Chanaan, prout in ea erant septem
populi Chananæorum: sed de illa portione terræ,
quæ erat iuxta eos, nam non perambulauerat Abra-
ham totam terram Chanaan, vt de tota illa loquere- K
tur. Et apparet hoc ex electione Loth, quia dicitur in
litera: Eleuatis itaq; oculis, vidit omnem circa regio-
nem Iordanis: & ita non elegit, nisi id, quod iuxta se
erat, & quod videre poterat.

Quæst. 53. Quid significet; uniuersa terra coram te est.

Quæretur quomodo erat verum, quòd vniuer-
sa terra erat coram eo, ideſt quòd posset habitare, vbi
vellet. Aliquis dicet, quòd erat, quia quamlibet partẽ
terræ Chanaan habebat liberã ad hoc, quòd vbi vel-
let, posset habitare, & hoc est, quia quamlibet partem
terræ illius habebant Abraham, & Loth. Sed dicen-
dum, ꝙ non stat: quia non solum non habebãt quãli-
bet partem terræ illius; sed nullam partem habebãt:
quia in tota terra Chanaan non habebat Abraham,
neque vnum passum pedis: sed erat tota terra Chana-
næorum. Actu. 7. cap. & habitabat in ea Abraham, si-
cut in aliena. ad Hebrę. 11. cap. Ideo non poterat ibi
Abrahã, aut Loth habitare, vbi vellẽt, nisi forte eme-
rent aliquid de terra: tamẽ neque emerunt ibi aliqd:
quia Abraham nunquam aliquid emit, nisi agrum E-
phron Ethei ad sepeliendum mortuos suos. infra 23.
cap. ad habitandũ autem, & colendum nunquã emit
terram aliquam, vt ostensum est supra 25. q. vsque 23.
& ideo in quacũque parte terræ Chanaan habitaret
Abraham, erat ut peregrinus, & ut in terra aliena.
Dicendum ergo ꝙ Abraham, & Loth non habebant
aliquid proprium in terra Chanaan, neque vnũ pas-
sum pedis, tamen habitabant, vbi volebãt, quia precio
dato permittebant eis Chananæi habitare, vbi vellẽt:
& ita dicebat nunc Abraham: Ecce vniuersa terra co-
rã te est. i. poteris habitare, vbi volueris, quia a Chana-
næis poteris accipere pro precio quãcunque partẽ vo
lueris, & ibi habitabis: & hoc mõ intelligitur electio,
quam Abraham dabat Loth, quòd eligeret quãcun-
que partem vellet, quia ubique poterat habitare, acci-
piendo terram illam a Chananæis pro precio.

Quæst. 54. Quo Abrahã dabat electionem terræ, cum non esset sua.

Sed dicetur qũo dabat Abrahã electionem Loth,
& tantam libertatem in eo, in quo ipse nihil habebat.
Dicetur quòd intelligitur, non ꝙ quælibet pars terræ
esset libere ipsius Loth, vel ꝙ aliquam eius posset da-
re Abraham, cum nullam haberet: sed dabat electio-
nem de eo, quòd poterat. Chananæi enim terram illã
satis latam pro precio concedebant peregrinis habi-
tandã, & totum vsum fructum eius, sicut usq; nunc
fecerant, concedendo ei, & Loth: nunc vero cum se-
pararentur forte aliq̃ partem terræ uellet conducere
Loth a Chananæis, & illã eandem vellet conducere
Abraham offerendo plus precij, & ita non posset hẽ
Loth quod vellet: istam ergo ptãtem concedit Abra-
hã Loth. s. ꝙ conducat a Chananæis quãcunq; partẽ
terræ voluerit, quia illam non conducet ipse, & quia
quãcunq; vellet Loth, poterat velle Abrahã, & in ea
impediret ipsum, dixit ecce vniuersa terra corã te est.
s. in quacũque parte terræ poteris habitare conducẽ-
do eam a Chananæis: quia ego te in hoc non impe-
diam. Et hoc ẽt modo cõcedit ei electionẽ. s. quia nõ
cõpetet cum eo in eo, quod ille elegerit. Sed dicet ali
quis ꝙ ista litera plus significat. s. plenã libertatẽ acci-
piendi q̃cunq; partẽ terræ uellet. s. quia forte nõ erat
illa terra tota occupata: quia nõ habitabatur, & posset
eligere habitare, vbi uellet, & illud efficeret suum. Di
cendũ ꝙ nõ stat, quia si taliter se hr̃et terra illa, quòd
non esset habitata, neq; occupata, efficeret primi oc-
cupantis, & ita Abrahã, & Loth possent efficere suã
magnam partẽ terrę Chanaã. Sed falsum est, quia ne-
que vnum passum pedis hr̃e potuerũt de illa, ut patet Cap. 7.
Act. Ergo tota erat occupata, & pertinebat ad ipãles
dños. Vnde nõ possent isti habitare in ea sine permis-
sione dñorum terrę illius, & hoc significat ad Hebr.
11. cap. s. quòd habitauit Abrahã in terra repromissa
sibi, tanq̃ in aliena in casulis. Et significat quòd iõ ha-
bitabat in casulis, quasi nesciret quanto tpe placeret
dñis illius terrę, ut ibi esset: & ita dato pcio ex permis
sione Chananęorũ habitabãt Abrahã, & Loth in ter
ra illa, & nullã aliam ptãtem habebant habitandi, nisi
quantã eis cõcederent Chananęi pcio dato: nã si libe
re potuissent accipere quã partẽ uellent, non emisset
Abrahã ab Ephron Etheo agrũ, in quo sepelliret Sar
ram, & mortuos suos qnadringẽtis siclis. infra 23. sed
accepisset agrũ illum, uel aliũ, & tm̃ nullũ accepit: sed
emit illum, ergo nullã partem terrę liberã inuenit, in
qua uelut in sua sepellire posset mortuos suos: & ita
dicendũ est de terra ad habitandũ, & colendum, & ad
pascua, qa nullã partẽ hẽbant Abrahã, & Loth in ter-
ra

ra Chanaan, nisi quam accipiebant à Chananęis pre-
cio dato, vel precibus: ergo potestas eligendi quã da-
bat Abrahã ipsi Loth non intelligit, nisi sicut supra. s.
ꝙ non impediret ipsum in cõducendo partẽ illam, q̃
uellet de terra cõducere a Chananęis, sicut dictũ est.

Quæst. 55. Cur Abraham rogat Loth, ut recedere ab eo.

Quare dixit Abrahã Loth, recede a me obsecro:
quia poterat rogare Abrahã a Loth, & non oporte
ret rogare eum, ꝙ recederet ab ipso. Aliquis dicet, ꝙ
volebat Abrahã manere in loco illo, in quo nũc erat,
& ꝙ non esset cum eo Loth, & ad hoc oportebat, ꝙ
recederet Loth: ideo debuit Abrahã rogare Loth, ꝙ
recederet ab eo. Dicendũ, ꝙ non stat, quia Abraham
dedit ptãtem Loth eligendi, vbi uellet esse, & ꝙ si ille
eligeret partẽ dextram acciperet Abrahã sinistrã, &
si Loth eligeret sinistram acciperet Abrahã dextrã, B
ut patet in litera; & tunc si eligeret Loth terrã illã, in
qua nunc erat Abrahã, exiret inde Abrahã: ergo non
dicebat hic Abrahã, vt maneret ipse in terra illa, & re
cederet inde Loth. Secundo patet, quia si hoc uellet
Abrahã cum Loth eligisset terrã aliam. s. circa Sodo-
mã mansisset Abrahã in ista terra, in qua nũc erat, sed
non mansit in ea, immo iuit in Hebron, ut patet in li-
tera, ergo nõ dixit hic, ut recederet inde Loth, & ma-
neret ipse ibi. Sed dicendũ, ꝙ dixit hic Abraham pp
duo; primo ad suadendũ Loth separationẽ ab inuicẽ:
nam dato, ꝙ Abrahã recederet nunc a loco, in quo
erant ipse, & Loth non recederet, quia similiter rece-
deret inde Loth, & sequeretur Abrahã, & ita non re-
cederent ab inuicẽ, sed manerent simul, ubicunq; es- C
sent, & quia non poterant recedere ab inuicẽ, nisi vel-
lent ambo idem, & Abrahã hoc uolebat, ideo suaden
dũ erat ipsi Loth, vt hoc uellet, & istud fecit orando,
ut recederet ab eo. i. ut uel recederet ab eo, uel nõ se-
queretur eũ inde recedentẽ. Secundo fuit ad dandũ
electionẽ, nam statim in lr̃a sequitur, qũo dixit Abra-
ham, ꝙ eligeret ad quã partẽ uellet ire Loth, siue ad
dextrã, siue ad sinistrã, & quia ille, qui eligeret, primo
acciperet locũ habitationis, q̃ alius dr̃ ad Loth, ꝙ re-
cedat. i. accipiat primo partẽ, quam uoluerit, & tunc
Abrahã acciperet aliã. si aũt ecõtrario diceret ego re-
cedã a te significaret, ꝙ Abrahã eligeret accipiẽdo pri
mo locum habitationis. Tertium põt addi, ꝙ fuit ad
suadendũ Loth, ꝙ hoc uellet, quia erat ei ualde du- D
ri erant, & dulciter cõuersabant, & ambo soli erant in
regione hac peregrini de cognatione hac, qđ reddet
rer dulciorẽ cõuersationẽ; erat tm̃ durius Loth rece-
dere ab Abrahã q̃ Abrahę recedere a Loth, qm̃ plura
bona recipiebat Loth ex ista conuersatione, q̃ Abra-
hã, quia Loth erat minor, & quasi sub protectione A-
brahæ, qui & dirigebat eũ, & res eius tollens ei curas
gubernationis rerũ familiariũ; Abrahã aũt nihil horũ
accipiebat ex cõuersatione Loth, nisi ꝙ delectabant
cohabitando, ideo durius esset Loth recedere ab A-
brahã, q̃ econtrario: pp qđ Abraham uoluit suadere
Loth, ꝙ recederet ab eo qđ usq; nunc nõ fecerat, sed
potius sequebat eũ quocunq; ibat sicut de terra Cal-
dæorum secutus fuerat eũ in hãc terrã Chanaã, & de E
terra ista Aegyptũ, & postea de Aegypto cũ eo sue-
rat huc reuersus, ista aũt suasio fuit rogando, ꝙ rece-
dere uellet ab eo, ideſt consentiret separari.

Quæst. 56. Cur dicitur Abraham ad sinistrã ire, ego dextram tenebo, si tu ad sinistrã ego ad dextrã, & econtrario, &c.

Quæret quare dixit Abrahã ad Loth, si tu ad sini-
strã ieris, ego dextram tenebo, si tu dextrã elegeris,
ego ad sinistrã pergam. Dicendũ ꝙ significat in hoc
partẽ uellet, & ꝙ Abrahã non occuparet illã. Dedit
autem Abrahã Loth ptãtem eligendi. Primo ex qua-
dam necessitate, ut suaderet quod uolebat: nã Abra-
hã uolebat, ꝙ separarentur ipe, & Loth; hic aũt nõ uole
bat Loth, & si Abrahã diceret, ego volo morari in tali A parte, & tu morare in tali, diceret Loth ꝙ nolebat: im
mo quòd illam partem volebat quam Abraham, vt
nunquã cum venirent in discessione, quam volebat
Abraham; vt ergo suaderet Abrahã, qđ volebat Loth
debuit dare ei potestatẽ eligendi, vt non esset ei locus
dissentiendi. Secundo fuit, quia ex vrbanitate ita face-
re debuit: nemo enim sibi ipsi honorem, aut bonum
ascribere debet, sed alijs in re communi, vel inquantũ
alio cõcat, & quia in accipiendo hunc, vel illum locũ
ad habitandum conueniebant, vel cõicabant Abra-
ham, & Loth debuit Abraham ex vrbanitate tradere
potestatẽ eligendi Loth. Tertio, quia, vt dr̃, debet qui
maior est diuidere inter se, & minorem, & ius eligẽdi
cõcedere minori: erat aũt Abrahã maior, & dignior,
ideo ipse debuit diuidere, ꝙ ad istam, uel ad illam par-
tem iret, vel habitaret vnus, vel alius: & debuit conce-
dere ipsi Loth, tãquam minori, quam partem vellet,
& tamen prima ratio est efficacior in his.

Quæst. 47. Alia interpretatio illorum uerborum, si tu ad sinistram, &c.

Quæretur quare dixit Abraham si tu ad sinistram
ieris, ego dextram tenebo. Dicẽdum quòd in hic si-
gnificantur duo, s. ius eligendi, & propinquitas habita
tionis. Primum enim supra tactum est, secundum hic
dicimus, & hic quòd licet non manerent simul Abra
ham, & Loth sicut prius: non tñ longè ab inuicem re
cederent. Et hic duo signãtur per dextram, & sinistrã
pp duo, quæ eis competunt. primum est oppositio, se-
cundum vicinitas: oppositio quidem quia dextrũ, &
sinistrum opponũtur sicut ante, & retro, & est sensus,
quòd si Loth vellet dextrũ, Abraham sinistrum, i. nõ
vellet illud, quod Loth, sed oppositũ, & ita non se im-
pedirent: vicinitas aũt signatur, quia manus dextra, &
sinistra sunt propinquæ, & ita habitationes Abrahę fu
turæ erant propinquæ, & hoc dixit Abraham, quia di-
ceret Loth, qũo ego recedã à te, quia cum solus sim
in regione ista opprimẽt me Chananæi, & venient su
per me multa incommoda: neq; habebo auxiliatorẽ.
Dicit ad hoc Abrahã, non erit sic, quia nõ longè rece-
dam à te, sed erimus, sicut manus dextra, & sinistra, qa
vbicunq; fueris ego ero vicinus tibi, sicut dextra sini-
strę, & econtrario: & ita fuit qñ adiuuit eum in bello
quatuor regum contra reges quinque Sodomorum,
vt sequẽti cap. Sed dicet sicut Abraham dixit de dex- Quæst. 48. Cur Abrahã noluit ante, & retro sicut dextrã, & sinistram.
tra, & sinistra quare nõ dixit de ante, & retro? Dicen-
dum, ꝙ sunt sex differẽtiæ positionis ante, & retro, sur
sum, deorsum, dextrorsum, sinistrorsum: duę istarum
non poterãt hic accipi. s. surs̃um, & deorsum, quia ha-
bitatio erat in terra in superficie eius, & nõ est aliqua
habitatio supra terrã, alia infra terram, nisi distingua-
mus habitationem nostrã, & damnatorũ, qui inferna
possident. Manent aũt quatuor positionis differẽtiæ,
& de duabus earũ. i. dextro, & sinistro dixit Abrahã, &
non de ante, & retro, & hoc quia, vt aliqui putant, nõ
poterant ire ante, & retro cum essent in parte maxi-
me anteriori, i. Orientali terræ Chanaam: poterant
tñ ire dextrorsum, & sinistrorsum: ideo istas duas par-
tes nominauit Abraham. Sed dicendum, ꝙ non stat,
quia ẽt poterat noiare Abrahã ante, & retro, quia da-
to ꝙ essent nũc in parte maxime Orientali terræ Cha
naã, poterat alter eorum declinare ad partem Occidẽ
talẽ, quę erat retro, ideo istud vr̃ factũ fuisse, quia ele-
git Loth loca Sodomorum, quæ erant ad Orientem:
& Abaaham venit ad vrbẽ Hebron, ad ilicem Mam-
bre, qđ erat ad partem magis Occidentalem, & cõtra
Meridiem. Sed dicendum, ꝙ non distinxit Abraham,
nisi dextrum, & sinistrum, quia volebat significare, ꝙ
concedebat electionem Loth, quã partem terrę vel-
let, & ad hoc satis erat distingui dextrum, & sinistrũ:
ac si diceret; si tu volueris vnam partem ego accipiã
aliam, & vsus est verbis vulgariũ: nam ipsi potius istas
duas differentias positionis distinguũtur, quàm alias

propter

propter duas partes corporis notas in eis.

Quæst. 59. Cur Abraham, & Loth ab inuicē recesserunt.

Quæretur quare Abrahā, & Loth ab inuicē recesserunt. Dicendum, q̄ fuit primo p̄p iurgia: nam inceperant oriri iurgia inter pastores ipsorū, quæ peruentura erant vsque ad ipsos sicut dixit Abrahā, ne quæso sit iurgium inter me, & te, & quia inter eos fieri contentionem erat inconueniens, debuerunt potius ab inuicem recedere. Secundo quia abundanter eis vita esset, vt victus diuisim existentibus: habebant enim armenta multa, & greges: & simul habitarent non erat abundantia pascuorum, & aquarum pecoribus amborum: cum vero recederent ab inuicem haberet quisque illorum copiam: ideo fuit eis cōueniēs disiungi: licet non intenderint hic ipsi principaliter: immo cauere iurgia. Tertio fuit ex intentione Dei, vt maneret Abrahæ, & semini eius tota terra Chanaan. Deus enim promisit Abrahæ, & semini eius totam terram Chanaan: nō erat autē Loth de semine Abrahæ, cum non esset filius eius; ideo non erat Loth neque semen suum habiturus partem terræ Chanaan: habuit tñ Loth duos filios. s. Moab, & Amon: ex quibus fuerunt duæ gentes. s. Amonitæ & Moabitæ. infra 19. cap. & hijs Deus dedit terras habitandas Deut. 2. c. & sunt terræ quas ipsi populauerunt; iō debuit Deus separare Loth ab Abrahā, ne forte filij Loth inciperent possidere terram Chanaan, aut quandam eius partem, quia cum totā terram Chanaā Deus promisisset semini Abrahę necesse erat, q̄ in reditu de Aegypto pugnarent Hebræi, qui erant de semine Abrahæ contra Amonitas, & Moabitas ad expellendū eos de terra, & occiderent eos, quod erat inconueniens: nam Deus vetuit Israelitis pugnare p̄ Moabitas, & Amonitas in transitu. Deut. 2. cap. debuerunt ergo separari, vt non manerent in terra Chanaā: sed foris extenderentur in populos; quod & factum est: ad quod profuit, q̄ Loth eligeret partem terræ Sodomorum, vt postea dicetur.

Quæst. 60. Cur scriptura facit mentionē de separatione Abrahæ, & Loth.

Quæretur ad quid scriptura fecit mentionem de separatione Abrahæ, & Loth. Dicendum, quòd fuit primo ad reddendū causam eorum, quę dicuntur sequenti cap. de bello Abrahę contra quatuor reges, in quo liberauit Loth, & res suas, & quinq; reges Sodomorū, & res suas. & tñ non potuisset illud dici de Abraham; nisi præcessisset, quod separati fuissent loco: nam si manerent simul, vt prius non posset sic liberare Abrahā Loth, cum nō posit capi Loth, & res suæ, quin caperetur Abrahā: quia erat, vt vna domus, & vna familia: nunc vero cum locis distarent, potuit hic accidere Loth, & q̄ non peruenirent ad Abrahā, & sic postea posset iste liberare captos ab hostibus. Secūdo fuit ad maiorem gloriā Abrahę: nam si non fuisset ip se diuisus a Loth, aut nullo mō ipse pugnasset contra quatuor reges, aut non sicut nūc pugnauit: sed aliter, & tñ ex ista pugna cōtra quatuor reges habuit Abraham magnam gloriam, patet illud, quia si Abrahā, & Loth simul manerent, aut morarētur ambo in locis Sodomorum, aut non: si non morarentur ibi, nō pertineret ad Abraham, q̄ quinque reges Sodomorum ducerentur captiui, cum non essent de cognatione eius neque ipse habitaret in terra eorum: nam & nūc non fecit aliquid propter illos: sed propter Loth, qui captiuus ducebatur, ut patet sequenti cap. Si autem Loth, & Abraham simul morarentur in terra Sodomorum esset primus impetus pugnę contra terrā illam, & tunc Abraham defenderet se, & defendendo se, repelleret reges quatuor, & quia simul se defenderent quinque reges Sodomorum, ex quorum parte erat Abraham, esset omnium illorum victoria simul, nunc uero, quia Abraham non habitabat cum Loth, & capti erant quinque reges ab hostibus, & cum eis, F Loth Abraham, qui alibi habitabat superuenit armatis copijs, & fuso exercitu quatuor regum liberauit reges quinque captiuos excussitque prædam de manu quatuor regum, quod ad singularem eius gloriā fuit. Tertio fuit hoc ad instructionem nostram; quā principaliter intendit sacra scriptura: ad Roman. 15. cap. vt non iudicemus malum esse, quod sancti viri aliquando ab inuicem, neque possent salua caritate cohabitare, in quo aliqui ambos, uel vnum eorum accusarent. Sed nunc ostendit nobis sacra scriptura, quòd duo viri sancti Loth, & Abraham, qui prius co habitabant, non potuerunt commanere quin lites inter eos fierent, & tamen in hac separatione neuter eorum fuit culpabilis, quia iurgia nō fuerunt per eos suscitata, sed per pastores eorum, quòd etiam postea ipsi non compescerēt ea neutrius eorum culpa fuit, quia natura rerum repugnabat, ut fieri posset possidentibus eis tantam multitudinem pecorum, quæ in terra angusta simul pascentur: vnde nō fuit alius modus prouidendi contra lites, nisi discessus ab inuicē. Nec mirum, quòd inter Abraham, & Loth viros veteris testamenti plura possidentibus occasione rerū familiarium discessio fieret, & lites: cum inter Paulum, & Barnabam viros sanctissimos noui testamenti nihil temporale possidentes, quos spiritus sanctus specialiter elegerat, & in opere prædicationis simul esse iusserat. Actu. 11. cap. fuerit facta discessio occasione cuiusdam Ioannis, qui vocabatur Marcus. Isti enim Paulus, & Barnabas electi a Deo assumpserunt secum Ioannem, qui dicitur Marcus. Act. 12. cap. qui aliquandiu perseuerauit cum eis. Deinde in Pamphilia reliquit eos nollens ire cum eis in Dorben post aliquantum tempus reuersus est Ioannes ad eos: Paulus autem nollebat recipere Ioannem, & rogabat Barnabam, ut non reciperēt eum, quia recesserat ab eis Barnabas autem uolebat recipere, & recipiebat eum, & in tantum res hæc peruenit, quòd discessione inter eos facta Barnabas, & Paulus discesserunt. Nam Barnabas assumpto eodem Ioanne nauigauit Ciprum: Paulus vero electo Silla perambulabat Siriam. Actu. 15. cap. vt ergo in hijs, & similibus non iudicaremus aliquem uirum sanctum reprehensibilem, eo quòd inter sanctos interdum discessio fiat placuit Deo, ut isti duo viri sancti ab inuicem discederent.

Quæst. 61. An Abraham debuerit secum ducere Loth in terrā Chanaan, & Chaldæa.

Sed quæretur quomodo Abraham voluit secum ducere Loth filium fratris sui in terram Chanaan: nam hoc erat sibi ad impedimentum, & contra promissionem, quam Deus ei fecit: nam promisit Deus Abrahę, & semini eius dare terram Chanaan possidendam, Loth autem non erat de semine Abrahæ, ideo neque ipse, neque filii sui possessuri erant terram Chanaan, non igitur debebat venire cum Abraham in terram Chanaan, quia impediebat eum in assecutione terræ promissæ. Dicendum, quòd Abraham motus est ad tollendum secum Loth primo, quia erat filius fratris eius Aran: eratque sibi forte commendatus per patrem, ut de illo gereret paternam curam, quod ille facere uolens habuit eum comitem totius peregrinationis suæ. Secundo, quia Loth erat cultor Dei sicut Abraham, & quando recessit Abraham de Charra, siue Aran, iam forte Thare pater Abraham declinauerat ad idolatriam Abraham ergo prouidere uolens, ne Loth, qui erat iunior manens cum Thare polluretur idolatria, tulit eum secum in terram Chanaan. Tertio quia Loth ualde diligebat auunculū suum Abrahā, & potius uolebat sequi eum, q̄ manere cū Thare, & q̄ cum quouis alio Abraham igitur non habens aliquam causam repellendi eum, secum tolleret. Quòd Loth ita diligeret Abra-

Abraham, verisimile valde erat, quia quocūque ibat, sequebatur eum: nam descēdit cum eo in Aegyptū., & inde cum eo reuersus est, vt patet præcedenti cap. Etiam colligitur ex hoc: quia fuit sibi valde dura discessio ab Abraham: neque hoc fieri potuit, nisi rogante Abraham. Dixit enim ecce vniuersa terra coram te est, recede a me obsecro.

Cum autem obijciebatur, quòd hoc impediebat executionem promissionis Abrahæ: dicēdum, quòd quando Abraham exiuit de Aran, siue de Charra, vt veniret in terram Chanaan, non habebat aliquam causam repellendi a se Loth: ideo non repulit. Nam Deus non vetuerat ire Loth cum Abraham: etiam nulla causa præcesserat, quæ hoc impediret: ideo tulit eum secum, cum haberet causas motiuas ad tollendum, scilicet quæ positæ sunt p̄cedenti quæstio. & nō haberet causam aliquam ad repellendum. Sed obijcietur, quòd habebat causam, & erat promissio ei facta a Deo, in qua non participabant, qui non erāt de semine eius: fuerat autem promissio bis facta, antequàm veniret Abraham in terram Chanaan: quia semel in Vr Chaldæorum, vt habetur Actuum 7. cap. & iterum facta est in Aran, cum Deus apparuit Abrahæ, & iussit ei ire in terram Chanaan: vt patet præcedenti cap. Etiam patet tertio: quia terram illam promiserat Deus semini Abrahæ præcedenti cap. Sed de semine Abrahæ non erat Loth. Dicendum quòd ista non obstant: quia in eis non erat aliqua talis promissio, quæ deberet excludere Loth a consortio Abrahæ, & illo non excluso impediretur semen Abrahæ in assecutione promissionis. De prima promissione dicendum, quòd illa nihil obstat: quia ibi non fuit promissa terra aliqua Abrahæ, aut semini eius: sed solum mandatum est ei exire de terra sua, & venire in aliā, scilicet: Deus gloriæ apparuit patri nostro Abraham, cum adhuc esset in Mesopotamia priusquam moraretur in Charra, & dixit ad illum, exi de terra tua, & de cognatione tua, & veni in terram quam monstrauero tibi: & sequitur: tunc exijt de terra Chaldæorum, & habitauit in Charra, & sic ex parte promissionis illius nihil obstabat Abrahæ, quin venirent ad eum quicunque vellent: quia non fuerat terra aliqua promissa. De secunda promissione, & vocatione dicendum, quòd fuit apertior, & tamen etiam ibi nō fuit aliqua terra promissa semini Abrahæ, cum dicatur præcedenti cap. Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram, quam monstrauero tibi: faciamque te crescere in gentem magnam, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus: & ita multiplicatio generis ibi promittitur, sed non terra aliqua possidenda: ideo ad hoc non obstabat, quin veniret Loth cum Abraham, vel quicunque alius. De promissione terrę dicendum, quòd ibi terra promittitur, & tamen illa promittitur in terra Chanaan iam existenti ibi Abraham, & Loth simul erat: vbi non erat in potestate Abrahę, q̄ veniret, vel nō veniret cum eo Loth; ideo non tulit secum Abraham Loth contra rationem, neque vt impedimentum afferentem alicuius promissionis factæ. Aliter etiam posset dici, quòd licet fuisset facta talis promissio in Ara, siue in Charra, antequàm inde exiret Abraham non erat inconueniens, quòd Loth cum eo veniret. Primo quia ibi non promittitur terra determinata, sed dicitur semini tuo dabo terram hanc, vnde non apparet de quanta terra intelligeretur, & sic poterat in terra aliqua coniuncta habitare Loth, & semen eius. Secundo quia adhuc non apparet qui intelligebantur in semine Abrahæ, sed postea Deus determinauit, dicens, in Isaac vocabitur tibi semen. infra 21. cap. Sed quod primo dictum est, melius est, scilicet quòd non dictum est, antequàm veniret Abraham in terram Chanaan, sed postea; vnde non potuit tunc Abraham abijcere Loth.

Quæst. 62. Cur Deus permisit Loth venī re cū Abrahā, qui futurus erat impedimēto.

Sed quæretur cum Deus intenderet promittere, & dare Abrahæ, & semini eius terram Chanaan; quare faciebat, quòd veniret cum eo Loth: cum hoc impedire posset semen Abraham in assecutione terræ illius, scilicet si ibi filij Loth habitarent; quia illi occuparent partem terrę Chanaan, & sic non impleretur promissio Dei de dādo totam terram Chanaan semini Abrahæ; & si totam habituri essent posteri Abrahæ, oportebat quòd contenderent contra filios Loth, qui erant cognati sui. Dicendum quòd voluit Deus quòd veniret Loth cum Abrahā in terram Chanaan; & ideo neque prohibuit expresse, neque impediuit sicut impediuit Thare venire, cuius causæ tactæ sunt præcedenti cap. quæst. 6. Sed voluit quòd veniret Loth cum Abraham. Primo, vt esset cultor eius; tunc enim quando Abraham exiuit de Charra, vbi erat Thare pater Abrahæ, erat cultor Dei sicut Abraham, & post hoc Thare redijt ad idolatriam; sicut colligitur Iosue 24. cap. Si autem ibi maneret Loth forte declinaret ad idolatriam, sicut auus eius Thare, cum ipse esset minor, & sequeretur antiquiorem. Voluit autem Deus quòd maneret in cultu suo; ideo fecit quòd veniret cum Abraham in terram Chanaan, qui fuit semper Dei cultor. Secundo quia Deus voluit, quòd filij Loth acciperent possessionem iuxta terram Chanaan, vbi postea fuit terra Moabitarum, & Amonitarum; isti enim populi fuerunt de Amon, & Moab duobus filijs Loth. infra 19. cap. & acceperunt terram coniunctam terræ Chanaan; vnde terram Moabitarum accedit vsque ad Iordanem, vbi est terminus terræ filiorum Israel. Numeri 33. & 34. & Amonitæ etiam habent terram in extremitate terræ Israel; & ideo Amonitę, & Israelitę contendebant super terminis terrę. Numeri 21. & Iudicum 11. cap. & istam terram, quam acceperunt Amonitæ, & Moabitæ tradidit eis Deus; vnde nolluit quòd Israelitę acciperent aliquid de illa. Deuteron. 2. cap. Et tamen si maneret Loth in Charra cum Thare auo suo, non esset facilitas habendi terram illam, quę erat magis coniuncta terrę Chanaan, immo erat magis Meridiana, quàm terra Chanaan; vnde inter terram Mesopotamię, in qua erat Thare, & terram, quam acceperunt Moabitę, & Amonitę, media erat terra Chanaan, veniēdo de Septentrionali parte in Australem; ergo ad illam habēdam potius debuit venire Loth cum Abrahā; quàm manere cum Thare. Tertio fuit, vt manifestarentur opera Dei circa Sodomitas existente ibi Loth, & venientibus Angelis ad domum eius, quod non fuisset factum si mansisset Loth in Charra, infra 19. cap. Cum autem dicitur, quòd istud afferebat impedimentum posteris Abrahę ad possidendum terram Chanaan in reditu de Aegypto, dicendum quòd verum est si illo tempore Amonitę, & Moabitę posteri Loth habituri essent in terra Chanaan; fecit tamen Deus, q̄ non habitarent ibi tunc, sed foris. Deuteron. 2. cap. Ideo nullum impedimētum erat, & hoc fecit Deus faciēdo recedere Loth ab Abraham; ideo non erat inconueniens, q̄ faceret Deus venire Loth cum Abraham in terram Chanaan, sed potius bonū.

Quæst. 63. Cur Deus permisit Loth venī re cū Abrahā, qui futurus erat impedimēto.

Quæst. 64. Quomodo Loth elegit terram ad habitandum iuxta verba Abrahæ.

Sequitur quomodo Loth iuxta verba Abrahę elegit regionem vnam ad habitandum, & de hoc quęretur quare elegit. Dicendum q̄ Loth potius manere voluisset cum Abraham, quàm recedere ab eo habitando in quacunque regione; quia erat ei vtile, atque delectabile simul habitare cū Abrahā; & tñ non

non potuisset effugere mandatum Abrahę, ille enim F
volebat, ꝙ ab invicem recederent, prę terea Loth
vidit sic expedire, ne sequerētur iurgia inter eos: quia
ergo sic futurum erat voluit eligere regionē, in qua
habitaret. Et cum petitur quare ipse elegit, ac si dica-
tur, quare non reliquit electionem Abrahæ, vt ho-
norem ei deferret. Dicendum, quòd fuit primo, quia
potius ipse fecit ex obedientia, sicut enim ex manda-
to Abrahæ consensit recedere ab eo, ita iubente A-
braham, quòd ipse eligeret elegit, vt in omnibus tene
ret verbum Abrahæ. Secundo fuit, quia ratio ita di-
ctabat; ad maiores enim pertinet diuidere, ad mino-
res autem eligere: ideo cum Abraham maior diuisis-
set, Loth elegit vt minor. Tertio, quia non erat ista
electio præcisa, sicut datis duabus rebus solis conce-
ditur electio inter illas, sed erat hic tota terra Cha- G
naan, vbi erant multæ partes bonę habitationis, & da-
to quòd Loth eligeret vnam manebant multæ, in
quibus posset conuenienter habitare Abraham.
Quarto fuit, qa ita placebat Abrahæ: erat enim Loth
iunior, & qui magis auxilio indigeret alieno quàm
Abraham, ideo vt facilius viuere posset concederet
ei Abraham habitare in meliori terra, in qua facilius
bonorum ad vitam copiam haberet. Vnde posito ꝙ
Loth propter honorem Abrahæ nollet eligere, tra-
deret ei Abrahā terram, quam cognosceret esse me-
liorem ad faciliorem victum habendum, & pascua
gregum, ideo Loth videns quid Abraham vellet, ele
git id quod sibi melius videbatur.

Quæretur quare dicitur eleuatis oculis Loth vidit H
omnem circa regionem Iordanis. Dicendum, quòd
Loth voluit vti concessa sibi libertate, & potestate eli
gendi, & quia qui eligit, id accipit, quod melius iudi-
cat: inspexit ꝙ terra esset melior, & ad hoc dicitur
quòd eleuatis oculis vidit regionem Iordanis. Et po-
test intelligi, quòd Loth ab illo loco, in quo tūc erat,
quando ista dixit ei Abraham: circunspexit omnem
terram in circuitu, quæ inde uideri poterat, & vidit
terram, quæ est circa Iordanem, & iste sensus est lite-
ræ secundum corticem eius. Et tunc est præsuppo-
nendum, ꝙ Abraham, & Loth erant nunc non lon-
ge a regione Iordanis, cum videre possent illam de ip
so loco. Aut potest intelligi, quòd concessa ista facul
tate eligendi Loth ipse vagatus est per diuersas partes
terræ Chanaan perquirendo, quæ esset aptior ad ma-
nendum, & vidit istam regionem circa Iordanem,
quæ magis ei placuit. Sed dicendum, ꝙ primus est
melior sensus: primo quia magis concordat superfi-
ciei litera, quòd non discurrerit, sed solum de loco,
in quo erat aspexit, & hoc signat quod dicitur eleua-
tis oculis. Nam si per diuersas partes terrę Chanaan
vagaretur perquirens, non oportebat dici eleuatis o-
culis: nihil ergo fecit, nisi oculos eleuare. Secundo,
quia litera debet accipi per subauditam, vel suppletio-
nem, quando accipiendo eam, sicut iacet, sequitur ali
quod inconueniens: alias autem accipietur, sicut ia-
cet: hic uero non poterat esse aliud inconueniens,
nisi quòd terra Iordanis esset distans a loco, in quo
erant Abraham & Loth, quando ista dicebantur, ita
vt non posset de loco ipso videri, sed oportet peruа-
gari alias partes terrę, & tamen nulla ratio urget nos,
vt confiteamur distare inde regionem Iordanis, ergo
potius concedendum est, quod prope erat regio Ior
danis, & inde videri poterat eleuatis oculis. Tertio
patet adhuc clarius, quia litera istud significat, cum
dicit eleuatis, itaque oculis Loth vidit omnem circa
regionem Iordanis, ideſt vidit eā iuxta se, scilicet re-
gionem omnem Iordanis vidit circa se: nam non po-
test aliter litera accipi, & si circa eum erat non opor-
terat ire ad aliquam partem ad videndam terram il-

Quæst. 65. Cur dicit, ꝙ eleuatis oculis uidit omnem circa regionem Iordanis.

lam, sed oculis eleuatis uideretur, & hoc vult litera.

Quæst. 66. Quæ sit regio Iordanis.

Sed quęretur cum dicatur, quòd vidit regionem Iordanis, quę erat ista regio Iordanis. Dicendum, ꝙ a fluuio Iordane nominatur, & est regio in vallibus, aut planis, per quas transit fluuius Iordanis, & in his vallibus erat quondam tota vallis Sodomorum, quę uocabatur Pentapolis, ideſt quinque ciuitatum est au tem tota illa regio delitijs affluens propter rigationē ex aquis Iordanis, & quędam pars regionis huius erat iuxta locum, in quo erant Abraham, & Loth, quādo ista dicebantur, & ideo potuit Loth non recedendo de loco suo, videre regionem circa Iordanem: vnde non dixit simpliciter, quòd vidit omnem regionem circa Iordanem, vel omnem regionem Iordanis, qa multa terra erat ab ortu suo vsque ad terminum; sed dixit uidit omnem circa regionē Iordanis, ideſt om- G
nem regionem Iordanis circa se, & per illam iudica-
uit de aliis partibus regionis Iordanis quales essent.

Quæst. 67. De Iordane celebrimo flumine.

Sed quia de Iordane dictū est tangemus aliquid de eo: est enim Iordanis fluuius famosissimus in tota sa-
cra scriptura: non tam propter sui magnitudinem, q̄ propter sui dignitatem: accepit autem dignitatem ex his, quę dominus circa illū agere voluit, & pati. Etiā ex memoria sacrę scripturę, in qua nullus tam fre-
quens sermo habet, quantum de Iordane. In Ior-
dane enim maximum miraculum ostensum est, quale nulla alia aqua vidit: nam cum transiturus es-
set exercitus domini tempore illo, quo Iordanis
alueum suum impleuerat: neque vada essent, ne-
que pontes transducendo exercitus, iussit Deus in-
trare sacerdotes cum arca in aquas Iordanis: statim
autem, vt pedes eorum fuerunt in aqua superiores a-
quæ steterunt, & crescebant in modum altissimarum
turrium superuenientibus semper alijs aquis ab ori-
gine fontium Iordanis: inferiores autem decurrerūt
vsque ad mare sollitudinis, quo absorbentur. manife-
stę alueus Iordanis siccus per quem transiuit totus
populus domini: mox autem, vt sacerdotes domini
tenentes arcam exierunt de alueo Iordanis inceperūt
aquæ defluere sicut prius: Iosue. 3. & 4. cap. De Iorda
ne quoque extracti sunt iubente domino duodecim
lapides magni, quos detulerunt Hebræi in primum
locorū castrorum suorum, ideſt in galgalam, vt ibi es- I
sent in memoriam sempiternam, quòd deduxisset
Deus populum suum per alueum Iordanis arentem.
Duodecim quoque alij lapides magni extra alueum
introducti fuerunt in alueū fluminis, dum erat arens,
& fixi fuerunt ibi in loco transitus, qui ibi postea sem
per fixi manserunt intra aquas in testimonium, quòd
per locum illum transduxit Deus populum suū aren-
te alueo Iordanis, Iosue. 4. cap. Fuit autem istud mira-
culum factū in Iordane pauor omnibus populis Cha-
nanęorum; qui mox audito admirabili transitu He-
bręorum exterriti sunt, elanguit que cor eorum, neq;
mansit in eis aliquid virium. Iosue. 5. cap. Sed multo
maior dignitas collata est aquis Iordanis ex diuinis sa-
cramentis. Huius enim aquę primam sanctificationē
pro se, & omnibus aquis meruerunt. In Iordane. n. K
baptizato Saluatore nostro tactu suę munditissimę, at-
que sacratissimę carnis fluenta Iordanis sanctificata
sunt: ibi enim a Ioanne vniuersus populus baptizaba
tur. Math. 3. & Luc. 3. cap. De Iordane autem plurima
memoria habetur in sacra scriptura, cuius causa est,
quia fluuius iste est intra Chanaan: in qua Iudæi habi-
tabāt, & propter multa necessaria erat haberi sermo-
nem de illo: neque est aliquis fluuius maior eo in to-
ta terra Iudęorum propter hoc Iordanis est terminus
terræ promissę ex parte Orientis; Numeri. 34. cap. &
ideo tam famosus est fluuius iste, vt de eo ad notifi-
cationem sui dici non sit necesse.

Sed

Quæst. 68. De origine, & nomine Iordanis.

Sed de eius origine, & nomine tangemus. Dicit A
enim Hiero. super Matth. Istę est locus Cæsareę Phi-
lippi, vbi Iordanis ad radices oritur Libani: & habet
duos fontes, vnū Ior nomine, alterum nomine Dan,
qui simul iuncti Iordanis nomen efficiunt. De hoc
Isidorus dicit lib. 13. Etym. cap. de fluminibus, scilicet
Iordanis Iudææ fluuius a duobus fontibus nomina-
tus: quorum alter vocatur Ior, alter Dan; his igitur ꝓ-
cul esse distantibus in vnū alueum fœderatis Iordanis
deinceps appellatur. Nascitur autē sub Libano mon-
te, & diuidit Iudæam, & Arabiam, qui per multos cir-
cuitus iuxta Hierico in mare mortuū influit. De hoc
etiam Solinus in Polistore, cap. de Iudæa, 36. ait Iudæa
illustris est aquis: sed nō eadem natura aquarum om-
nium Iordanis amnis eximiæ suauitatis Paneade fon- B
te dimissus regiones prætersiuit amęnissimas mox in
Asphaltitem lacum mersus stagno corrumpitur. De
vera tamen origine Iordanis dubitatio est: commu-
niter enim asseritur, ꝙ ex radicibus Libani oriatur.
Iosephus autem lib. 15. Antiquitatum dicit, iuxta Pa-
neada esse speluncam in modum mōtis, sub qua ter-
ræ altitudo inassensibilis est aquis immobilibus ple-
na: inde fontes Iordanis fluuij nascuntur. Sed idem
Iosephus lib. 5. de Bello Iudaico, vbi de natura lacus
Genezareth loquitur, qui alio nomine locus Cene-
reth, vel mare Tiberiadis vocatur: aliam opinionem
ponit de origine Iordanis, scilicet ꝙ sit quidam fons
vocatus Fiala, in terra Traconitidis regionis, distans
a Cęsarea Philippi stadijs centum, & viginti: ibi enim C
aqua est, quę nunquàm margines fontis excedit, ne-
que deficit, & fons ille in speciem rotæ, rotundus est;
vnde & Fialam illum vocant: prima autem origo Ior
danis apud Paneadem, ideſt Cæsaream Philippi esse
putabatur, sed Philippus Traconitidis regionis Te-
trarca inuenit Fialam esse Iordanis principium. Hoc
modo, paleas enim in Fialam misit, quæ postea in Pa-
neade apparuerunt, vbi Iordanis prius principum pu-
tabatur esse. Hanc enim vt veritatem tenet Iosephus:
qa tamē ortus manifestus Iordanis apud Paneadem
esse conspicitur, non longe a radicibus Libani, inde
cōmuniter Iordanis ortus esse asseritur. Communis
autem positio de ortu Iordanis, quæ conuenit inten-
tioni Hieronymi super Matth. Est ꝙ ad radices Liba- D
ni oriantur duo fontes Ior, & Dan, qui aliquandiu se-
parati fluant: postea in vnum confluant, & ibi efficia-
tur nomen Iordanis, coniunctio autem ista fit iuxta
Cæsaream Philippi ciuitatē: est enim ista ciuitas, quæ
pluribus vocatur nominibus aliquando Dan, aliquan
do Lachis, aliquando Lesen Dan; vltimo quasi tem-
pore Saluatoris vocata fuit Cæsarea Philippi: & ita
Euangelistæ eam vocant: sed Dan solet vocari sæpe
in Veteri Testamento: vt lib. 1. Regum 3. cap. scilicet
A Dan vsq; Bersabeę; & idem lib. 3. Reg. cap. 12. Dan
enim est ciuitas, & Bersabeę similiter, q̄ sunt in dua-
bus extremitatibus terræ Chanaā, scilicet Dan in par-
te Aquilonari, & Bersabeę in Meridiana, vocatur ali-
quā Lachis, & Lesen Dan; Iudic. 18. cap. Hæc ciuitas dī
esse ad radices Libani: sed nō est coniuncta Libano; E
distat enim quasi per quatuor miliaria, vel leucas a
Libano monte: fontes aūt noīe Ior, & Dan nascūtur
vere de ipsis radicibus Libani, & non simul, sed vnus
distat ab alio: quasi per tres leucas; a ciuitate autē Cę-
sareæ Philippi, non æqualiter distant: quia Ior distat
quasi per quatuor leucas: Dan vero quasi per sex, &
est Dan contra Orientem. Ior vero contra Occiden-
tem terræ Chanaan iuxta Cæsaream Philippi coniun
guntur, & ibi communem fluuium reddunt. Deinde
autem cum progrediatur fluuius, venit in locum, vbi
lacū magnam efficit, quæ vocatur aquæ Meron, quæ
aquæ famosæ sunt ex bello Iosue ibi gesto fere cōtra

omnes Reges Chananæorum, Iosue 11. cap. Postea
cum non longe processerit efficit lacum magnam, q̄
dī Genezaret, vt Matthæus vocat: & solebat vocare
mare Cenereth: Numeri 34. Sed cōmunius vocatur
mare Tiberiadis. Ioan. 6. & hæc est lacus magnus, per
cuius medium Iordanis trāsit: est enim lacus iste tam
magnus, vt lacus, & mare vocari possit, quia vt Iose-
phus ait lib. 5. de Bello Iudaico habet in latitudine
quadraginta stadia: in lōgitudine vero centum, ideſt
in latitudine leucas quinque, in longitudine vero
duodecim, & dimidiā sicut sunt magni lacus in alijs
quibusdam regionibus, & inde per longam terram
fluens, transit non longe ab vrbe Hierico, quasi per
tres leucas, & post paululum mari mortuo absorbe-
tur, & cum illud intrauerit nusquam comparet aqua
Iordanis, neque vltra mare illud transit: licet mare il-
lud terminatū sit, huius terminationis in mari mor-
tuo testes sunt, quotquot de Iordane loquuntur: hoc
enim vult Iosephus lib. 5. de Bello Iudaico; & Soli-
nus in Polistore, cap. 36. de Iudæa, & Isidorus lib. Ety- Cap. 21.
mol. 13. cap. de fluminibus. Iordanis autem iste a
monte Libano, de quo oritur vsque ad mare mor-
tuum, quo absorbetur per valles, decurrit inter con-
tinuos montes: vallis autem per quam fluit ab inco-
lis Gortus dicitur, Hebraice autem Aulam appella-
tur; est enim vallis illa grandis, atque montibus valla-
ta continuis a Libano vsque ad desertā Pharan, vt di-
citur in lib. de diuisione Terræ sanctæ. Diuidit autem
Iordanis Galilæam, & Idumęam, & terram Bostion,
quæ Idumęę est secunda Metropolis: habet autē Ior-
danis a loco, in quo oritur, s. a radicibus Libani vsque
ad locum, quo absorbetur mari, vel potius vsque ad
deserta Pharan miliaria; quasi centum, & in toto hoc
spacio est defluxio per valles inter montes, qui conti-
nuantur vsque mare rubrum. Multa quidem alia de
Iordane dici possent: sed hic sufficiant; aliorumque
opiniones circa quædam dicta de Iordane aliter se ha
bent: sed tanquàm minus probabiles illas omisi.
Quęretur quare dicitur quę vniuersa irrigabatur.

Quæst. 69. Cur dicitur q̄ vniuersa irrigabatur.

Dicendum quòd intelligitur de regione circa Ior
danem: nam vbicunque fluit Iordanis tota regio pro-
pinqua flumini irrigatur. Causa autem quare hic po-
nitur est ad ostendendum, cur elegit Loth regionem
istam ad habitandum; qui enim eligit, id capit, quod
melius est, aut sibi videtur. Sed regio circa Iordanem
erat melior; ideo eam elegit. Quòd vero sit melior
probat; quia ista terra tota irrigabatur, & terra, quę ir-
rigatur melior est, quàm quę non irrigatur causa hu-
ius est; terra enim Chanaan non est abundans aquis;
sed rara flumina, & fontes habet; ideo ad pascua pe-
corum in agris fiunt putei; quia non sunt alię aquę,
vbi adaquentur, vt ostensum est; supra quęstio. 36. vbi
autem terra est deficiēs aquis, id quod abundat aquis
est simpliciter melius; & potissime hic fuit quantum
ad eos, qui viuunt in arte pastorali, qui aquis mul-
tis indigent pro pecoribus, & herbis. Hic autem di-
xit hic litera; quia non solum dixit esse ibi Iordanem,
qui multas aquas habet; sed dixit regionem Iorda-
nis totam irrigari; irrigatio enim terrę, facit copiam
herbarum propter humectationem terrę; & hic red-
dit terram pascualem. hic autem laudauit scriptura,
scilicet ꝙ terra irrigaretur. Quia autem verisimile
sit totam illam terram irrigari, apparet ex conditio-
ne locorum, per quę fluit Iordanis; nam a Libano
vnde oritur Iordanis vsque ad desertā Pharan, inter
quę est mare mortuum, per miliaria quasi centum,
sunt valles continuę, per quas Iordanis fluit clau-
sæ vndique mōtibus continuis; & in his vallibus sunt
campi lati, & amæni. illi autem irrigantur, & ideo
ibi est copia non solum pascuorum; sed etiam om-

nium

nium arborum cuiuscunque generis, sicut testis est Iosephus. lib. 5. de bello Iudaico.

Quæst. 70. Cur dñs, ꝙ irrigabat antequam subuerteret dñs Sodomam,

Quæretur quare dr: quę vniuersa irrigabatur anteꝙ subuerteret dñs Sodomam, & Gomorram. Dicendū ꝙ Moyses, ita scripsit ad ostendendum verum esse, quod scribebat: nam diceret aliquis, ꝙ non irrigabat regio illo Iordane, cum videamus nunc non irrigari, sed esse ibi mare mortuū in tota regione Pentapolis. Ad hoc rñdendū dicendo, ꝙ licet non irrigetur nūc, irrigabatur anteꝙ subuerteret dñs Sodomam, & Gomorram; qñ enim Abraham, & Loth ista loquebanr, nondum subuerterat dñs Sodomam, & Gomorrā, sed manebat terra in statu suo, & erat vallis illa Amena nimis, in qua erant quinque ciuitates: & ideo elegit eam Loth ad habitationem: qñ autem Moyses istud scribebat iam subuersa erat Sodoma, & non manebat vallis, neque irrigatio Iordanis: cum Moyses scriberet hoc post exitum Hebręorum de Aegypto cum in deserto manebant; subuersio autem Sodomorum facta est vinente Abraham, & Loth: nam facta est vno anno ante natiuitatem Isaac filij Abrahæ, vt colligitur. infra 18. & 19. cap. & fuit non multo tępore postꝙ Abrahā, & Loth ista inter se loquebātur: nam non potuerunt esse anni viginti tres inter vtrunque. Hoc patet, quia ab introitu Abrahæ in terram Chanaā vsque ad natiuitatem filij sui Isaac fuerūt anni viginti quinque, quia Abrahā erat annorū septuaginta quinque, qñ ingressus est terrā Chanaā: pcedēti cap. qñ natus est autem Isac erat Abraham annorū centum. infra cap. 21. ergo fuerunt anni viginti quinque ab introitu Abrahæ in terram Chanaan vsque ad natiuitatē Isaac: & tñ subuersio Sodomorū fuit vno anno añ natiuitatē Abrahæ: nā angeli, qui ibāt ad subuertendum Sodomam dixerunt, ꝙ vsque ad annum vnum Sarai haberet filium. infra 18. cap. & ipsa nocte innuerūt Angeli illi Sodomam, & euerterūt eam. infra 19. cap. & sic ab introitu Abrahæ in terrā Chanaā vsq; ad subuersionē Sodomorum fuerunt anni viginti quatuor; & tñ ab introitu Abrahæ, & Loth in terrā illam forte transiuerunt duo, vel tres anni: quia Abraham manserat aliquandiu in terra Chanaan, & postea descendit in Aegyptum, & reuersus est, vt pcedenti cap. & postea ibi habitauerunt aliquandiu, & tunc secutum est iurgiū, vt patet hic: & sic in oībus his transirent duo aut tres anni, & manerent viginti vnus, aut viginti duo anni a tpe, quo Abraham, & Loth ista loquebantur vsq; ad subuersionē Sodomæ, & tāto tpe habitauit Loth in terra Sodomorum, & ita dixit scriptura irrigabatur. q. d. nunc non irrigatur referendo ad tempus, in quo ista scribebantur.

Quæst. 71. Qño Loth elegit terram bonā.

Est autem sciendū, ꝙ in hoc, ꝙ dicit irrigabat, duo probat, aut facit. Primū qūo potuit Loth eligere terram illam ad habitationem illam, quia non eligitur, nisi terra bona. Hæc autem nunc pessima est: & erat tpe quo ista loquebatur Moyses, & scribebat, ideo nō poterat eligi. Ideo rñdetur, ꝙ licet tunc esset pessima, quia iam subuerterat dñs Sodomam, & Gomorram, tamen tempore cōtentionis pastorum Abrahę, & Loth non erat talis, sed potius optima, quia irrigabatur Iordane, & ita erat nimium pascualis, ut ad habitandum eligi posset. Secundum est, quia ostendit veram esse assertionem illam, quę infra ponitur. s. ꝙ habitauit Loth in Sodomis. Aliquis autē dicet, quomodo poterat habitare Loth in Sodomis: quia ibi nihil erat, nisi mare mortuum, quod non relinquit habitationis locum, & hoc modicum, quod ad latera relinquitur sua praua qualitate corrumpit. Respondet ad hoc, quòd nunc non posset ibi esse bona habitatio, & tamen antequam subuerteret dominus Sodomam, & Gomorram erat bona, & delectabilis habitatio: quia terra erat spatiosa, & amena vniuersa irrigata Iordane, & sic habitaret ibi Loth.

Quæst. 72. Quid accidit aquæ Sodomorum

Cum vero dicitur anteꝙ subuerteret dñs Sodomā, & Gomorram, non est intelligendum hæc duo loca tm esse subuersa: plura enim fuerunt, licet aliqui ista sola fuisse putent: erat enim vallis Sodomorū, in qua fuit subuersio facta, & vbi nunc est mare mortuum in hac valle erant quinq; ciuitates nomine: Sodoma, Gomorra, Adama, Seboin: Segor, & propter hoc vocatur regio illa Pentapolis Græco uocabulo, Sapien. 10. cap. 1. quinque ciuitatum: cum dicitur hic iustum a pereuntibus impijs liberauit fugientem descendente igne in Pentapolin: & ita in Pentapolin. i. in regionem illarum quinque ciuitatum descendit ignis, & sulphur de cœlo, vt perirent. infra 19. cap. Et cum tota regio Pentapolis peritura esset, non perijt tota, qa vna de ciuitatibus, scilicet Segor, quæ minima erat omnium quinque inxta nomē suum precibus Loth liberata est: nam cum Angelus Dei videretur totam regionem velle destruere, timens Loth ascendere in montem, ne forte malum apprehenderet eum ibi, & moreretur, rogauit Angelum Dei, vt parceret illi parue ciuitati, & pepercit ei. Illa ergo liberata est, & quatuor reliquę subuersæ sunt, scilicet Sodoma, Gomorra, Adama, Seboin, vt clare colligitur Deuter. 29. cap. scilicet ita vt non misereatur, nec virens quippiam germinet exemplum subuersionis Sodomæ, & Gomorræ, Adamę, & Seboin, quas subuertit dñs in ira, & furore suo, & sic quatuor fuerunt ciuitates subuersæ. Sed dicendū, ꝙ de his duobus facit scriptura hic mentionem, & non de alijs duabus, & quod hic facit dicens antequam subuerteret dñs Sodomam, & Gomorram, facit infra solum nominādo istas duas. s. infra 18. cap. clamor Sodomorū, & Gomorreorū multiplicatus est, & infra 19. cap. dr igitur pluit dñs super Sodomam, & Gomorram sulphur, & ignem, & sic de illis duabus tantum ibi dicitur, quasi illę solæ essent subuersæ, & aliæ manerent in columes: certum est tamen quatuor subuersas fuisse. Deut. 29. cap.

Quæst. 73. Cur ex ciuitatibus in Pentapoli subuersis tantum Sodoma, & Gomorra

Causa autem quare scriptura de his duabus exprimat tacendo alias, videtur esse duplex, prima quia forte peccatum istarum duarum erat grauius, quàm peccatum aliarum, licet enim peccatum commune esset omnibus quinque, aut omnibus quatuor, & mererentur omnes subuersionem: multo grauius peccauerāt istæ duæ ciuitates quàm aliæ, & ideo in ipsa subuersione grauior pœna ibferretur viris Sodomæ, & Gomorræ, quàm habitatoribus Adamę, & Seboin, & post mortem apud inferos grauior pœna, vbi erat vera cōmensuratio, & adæquatio pœnarum. Secunda causa est, quia istæ duæ vrbes erant maiores, & ideo fit mentio de eis: de alijs autem tacetur, quasi essent aliæ vrbes subditę his, & non adderet aliquid nouum vltra Sodomam, & Gomorram; & hoc seruant adhuc scriptores Gentilium, qui has duas vrbes tantum nominant tacitis alijs: sic facit Solinus in Polistore. cap. 36. de Iudęa in longo a Ierusalem recessu tristis sinus panditur, quem de cœlo tactum testatur, humusque nigra, & in cinerem soluta, duo ibi oppida Sodomū nominatum alterum: alterum Gomorrnm. Et ita ista duo loca solum nominat. Causa vtraque satis potest stare, sed prima videtur esse melior, scilicet quòd peccatum harum duarum ciuitatum fuit grauius, quàm aliarum, & huic consonat litera infra cap. 18. vbi cum de peccato magno agitur solę istę duę ciuitates nominantur. s. clamor Sodomorum, & Gomorreorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis, scilicet quòd specialiter istarū duarum vrbium peccatum erat aggrauatum. Et sicut istę duę ciuitates erant præcipuæ in peccato suo super alias:

alias: ita & Sodoma super omnes etiā super Gomorram: ideo de ea sola fit mentio: nam nunc peccatum eorum, qui imitantur habitatores illius regionis, vocatur peccatum Sodomiticum, & non amplius solius Sodomæ peccatum esse: & hoc etiam modo loquitur Christus peccatum omnium illarum ciuitatū dans Sodomæ. Matth. 11. cap. s. & tu Capharnaum nunquid vsque ad cœlum exaltaberis, & vsque ad Infernum descendes? quia si in Sodomis factę fuissent virtutes, quæ factæ sunt in te, fortè mansissent, vsque ad diem hunc: veruntamen dico tibi, ꝙ terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quàm tibi. Et ēt aliquando in veteri testamēto sic scribitur significando peccatum Sodomæ maius fuisse, & alias ciuitates fuisse, quasi sequentes eā in peccato. Sic patet Ezech. 16. cap. scilicet. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otiū ipsius, & filiarum eius; & egeno, & pauperi manum non porrigebāt: & ita vocauit ibi alias vrbes filias Sodomæ, quasi imitarentur eam, vt matrem in peccato. Si quis velit trahere in alium sensum, scilicet quòd illa erat mater, ideſt maior, vel metropolis, & alię erant minores ciuitates subditæ ei, nō reprobamus, sed pręcedens sensus melior est. Constat enim, quòd non erant subditæ vrbi Sodomæ, quasi de regione, aut terra eius: cum certum sit, quòd quælibet earum regem haberet. Vnde sicut erant quinque ciuitates, ita habebant quinque reges, vt patet sequenti cap. Et tamen posset dici, quòd erant alij quatuor reges subditi regi Sodomorum. De quo quid sit tangetur sequenti capitulo.

Quæst. 74. An Sodoma, & Gomorra sint adhuc subuersæ

Sed quæretur quomodo potest stare istud, quod hic dicitur, antequam subuerteret Dominus Sodomam, & Gomorram: nam videtur quòd non sint subuersæ istæ ciuitates: quia Solinus in Polistor. cap. 36. de Iudæa dicit, longo a Ierusalem recessu tristis sinus panditur, quem de cœlo tactum testatur humus nigra, & in cinerem soluta: duo ibi oppida Sodomū nominatum alterum, alterum Gomorrū: & ita vī, ꝙ re Solini, quòd tempus fuit longe post mortem Christi, & ita non subuersæ fuerunt ciuitates. Dicendum quòd secundum veritatem subuersæ fuerunt ciuitates illæ: quia sacra scriptura hoc testatur, cui non potest comparari authoritas alterius scripturæ, & ideo etiam si Solinus expresse assereret ciuitates illas male dicebat, & constanter asserendum, quòd non intelligeret Solinus se ipsum. Nunc vero certum est, ꝙ sacra scriptura asserit subuersas vrbes illas: ideo dicendum est, quòd non maneant Sodoma, & Gomorra, vsque hodie, neque vsque ad tempora Solini scriptoris. Aliquis forte dicet, quòd subuersi sunt habitatores vrbium illarum, & tamen vrbes manserunt: cœdificia autem vrbium manere possent, & ita manerent quæ vrbes illæ, vel manere possent. Sed dicendum, quòd non stat, quia hoc est contra intentionem sacræ scripturæ, quę vult non solum occisos habitatores, sed & perisse regionem, quia ex tunc est ibi mare, quod mortuum dicitur, & sub eo est regio tota, quæ quondam erat. Secundo, quia dicitur hic antequam subuerteret Dominus Sodomam, & Gomorram: ergo subuersæ erant: subuersio autem est eradicatio fundamentorum: ita vt res non maneat: ergo non manent Sodoma, & Gomorra. Tertio, quia si illæ duæ vrbes manerent, superuacua esset litera ista: nam hic vult scriptura reddere causam, quare Loth eligeret tunc ad habitandum regionem illam, cum non sit habitabilis, & dicit, quòd antequam subuerteret Dominus Sodomam, & Gomorram, irrigabatur vniuersa regio illa: & ita in quantum dicit irrigabatur significat, quòd nunc non irrigatur: & tamen si solum occisi fuissent habitatores, & manerent vrbes, non esset mutatum aliquid de conditione terræ, & sic irrigaretur nunc, sicut prius, & tamen non irrigatur, sed solum prius irrigabatur: ergo non manet terra sicut prius. Vnde non solum habitatores occisi sunt: sed deletæ fuerunt vrbes, & loca circa vrbes, cum non sit ibi irrigatio Iordanis, sicut prius erat. Quarto patet, quia Deuterono. 29. significatur, quòd ciuitates quatuor omnino perierint, cum dicitur; neque virens quippiam germinet in exemplum subuersionis Sodomę, & Gomorrę, Adamæ, & Seboin, quas subuertit Dominus in ira, & furore suo: & ita non manserunt ciuitates illę. Quinto patet, & apertius, quia infra 19. cap. ponitur, quòd non solum ciuitates, sed etiam terra, quæ in circuitu erat subuersa sit, cum dicitur: igitur Dominus pluit super Sodomam, & Gomorram sulphur, & ignem a Domino de cœlo, & subuertit ciuitates has, & omnem circa regionem vniuersos habitatores vrbium, & cuncta virentia: & sic non solæ ciuitates subuersę sunt, vt non manerent: sed etiam terra, quæ in circuitu erat: ita vt non apparerent campi aliqui: ergo non potuerunt manere vrbes, cum etiam terra, quę in circuitu vrbium erat perierit. Sexto apparet ex verbis Christi. Matthæ. 11. cap. scilicet. Si supra Sodomis factæ fuissent virtutes, quę factæ sunt in te, fortè mansissent vsque in hunc diem: ergo non manebant tempore Christi regiones Sodomorum, & ita multo minus tempore Solini, qui fuit posterior Christo. Septimo apparet ex scripturis aliorum, qui & oculis suis regionem illam viderunt: nam tota valle latitudinis sex leucarum, & per totam longitudinem suam asserunt esse opertam aquis: quas mare mortuum vocant, & ibi nullam habitationem esse: planum ergo est non sic mansisse Sodomam, & Gomorram.

Quæst. 75. An Sodoma, & Gomorra de quibus meminit Solinus sint eę dē, de quibus loquitur sacra scriptura.

Ad auctoritatem autem Solini poterat dici, quòd nullius momenti est, cum asserat contrarium sacræ scripturæ, cui nullius hominis, vel scripturę authoritas comparatur. Sed quia Solinus est vir magnę authoritatis, potest aliter dici, quòd manent oppida Sodomum, & Gomorrum: non quidem illa, quę prius erant, sed posterior ætas circa locum illum alia duo oppida priorum nominum construxit, & de illis loquitur Solinus. Tertio potest dici, quòd neque istud sit verum, quia deleta regione illa, & facta pessimæ habitationis nemo vellet condere ibi alia oppida ad habitandum, & dato quòd aliquis illa construeret nō auderet eis priora nomina imponere, quasi illa essent detestabilia: nam non solum fideli cuilibet notæ sunt sacræ scripturæ: sed etiam infideles longe distantes a regione agnoscunt ex indignatione Dei hoc accidisse, & non esse aliquod naturale accidens, vel speciale naturam loci; cum Solinus vir Gentilis in Polistore asserat regiones istas de cœlo tactas, ideſt percussas. Quia ergo per iram Dei hæ deletæ erant nemo hoc agnoscens auderet, quod Deus deleuerat, erigere, faciendo ibi memorias talium ciuitatum.

Sed dici poterit, quòd sunt eædem vrbes, quę prius non quidem foris in loco habitationis: sed intra aquas: ita vt sub aquis appareant aliqua ædificia vrbis Sodomorum, & Gomorreorum. Istud an sit, certum non est, & tamen non est inconueniens, quòd sic esset: neque videtur repugnare scripturę: quia Deus non destruxit vallem illam terræ Sodomorum, quasi non manserit terra annihilando eam, quia tunc non posset aqua transire per vallem illam, aut ibi esse: & tamen ibi sunt aquæ maris

mortui, ergo est terra sub illis, & erit eadem terra, quę F
prius erat, quia non fuit illa subtracta, & alia subiecta
Subuersio quid sit. loco eius, sed solum facta fuit subuersio. Est autem
subuersio non adnihilatio, neque translatio rei de lo-
co suo in alium, sed solum mutatio ordinis, scilicet
quod erat supra, sit infra, & ita est, si domus eradice-
tur, aut euellatur a fundamentis: ita ꝙ fundamētum
sit supra, & non tectum: nam tūc subuersa est domus.
Ita fuit in regione Sodomorum: intra terram omnē
solent esse aquę: & quia tunc apparuit aqua supra ter-
ram, & non terra, cū prius appareret terra, & nō aqua,
dicitur euersa tota illa regio, super quam aqua appa-
ruit, cum prius nō appareret. Et sic poterit tota regio
Sodomorum esse sub illa aqua, ita ꝙ Deus aquas illas
de nouo eduxerit, vel de inferioribus erumpere fece-
rit, sicut in terremotibus sępe fit, ꝙ subuersis aliqui- G
bus locis aquæ appareant in locis, vbi fuerāt oppida,
vt ponit Seneca lib. de naturalibus quæstionibus. Se-
cundo apparet ꝙ terra illa, quæ prius erat, maneat ibi
sub aquis: nam antequā subuerteret dominus regio-
nem illam, erant in illa valle putei bituminis multi: &
in illos corruerunt multi de bellantibus, qui nescie-
bant regionem illam: vt patet sequenti cap. & de illis
puteis educebatur bitumen, vt eodē cap. apparet. Nūc
autē post subuersionem regionis illius ibi est in lacu
bituminis multum, & inde colligitur ex aquis, quia il
lud enatat ex inferioribus partibus puteorum: & il-
lud est bitumen optimum, quod vocatur bitumē Iu-
daicum: & ideo vocatur mare illud Sodomorum la-
Cap. 19. cus asphalti, idest bituminis, vt dicit Isidorus li. 13. Ety H
mo. cap. de lacis, & stagnis: & Iosephus, lib. 5. de bellō
Iudaico. Et ideo dicendum, quòd sicut manent pu-
tei bituminis, qui prius erāt, ita poterunt manere ędi-
ficia, quæ erant prius, vel aliqua eorum, quæ erant la-
pidea: & fortiter compacta, & fortè inter aquas ap-
pareret ciuitas Sodomorum, & Gomorreorum, vel
aliquæ partes earum, & de illis loqueretur Solinus:
& tamen non est concedēdum, ꝙ extra aquas aliquæ
partes ædificiorum eminerent. Secundo patet, quia
hoc idem scimus esse in alijs partibus orbis, & in Ale-
mania quadam parte eius inferiori, vbi irrumpente
flumine Rheno quandam vallem quondam habitatā
nunc scimus esse opertam aquis: manent aūt ędificia,
quæ quondam fuerunt sub aquis: & quædam partes
turrium ecclesiarum prominent super aquas. Non I
est ergo inconueniens, ꝙ sic manserint oppida Sodo-
mæ, & Gomorrę sub aquis, & appareāt aliquę partes
earum sub aquis. Quarto modo potest dici ꝙ Soli-
nus nominauerit oppida Sodomum, & Gomorrum
non quæ nunc ibi sint, aut nunc appareant, sed quæ
quondam fuerūt, & quorum memoria nominū ma-
net in regione illa, vt ab illis terra illa appelletur, sed
quicquid Solinus intellexerit, siue verū, siue falsum,
constat Sodomam, & Gomorram, & alias duas vrbes
tunc deletas, ita vt vel penitus esse desierint, vel tota-
liter sub aquis fuerint: ita vt nullus in oppidis illis ha-
bitare postea potuerit.

Quæst. 76. Quomodo irriget nūc regio illa Sodomę, & Gomorrę. Dixit ꝙ vniuersa regio circa Iordanē irrigabatur: K
intellexit scriptura de regione circa Iordanem, quæ
est in valle Sodomorum, vsque ad finem vallis: quia
de hac erat verum, ꝙ irrigabatur prius: & tunc quan-
do Moyses istud scripsit nō irrigabatur, quia subuer-
terat Dominus Sodomam, & Gomorram, & tamen
alia regio, quæ erat circa Iordanem tota irrigatur etiā
nunc. Est enim intelligēdum, vt supra diximus, quòd
a monte Libano, vsque ad desertum Pharan, scilicet
ab ortu Iordanis vsque ad finem eius totus decursus
est per valles campestres planas, quæ vndique monti-
bus clauduntur continuis, & illa spacia campestria
sunt amena abundantia omni genere arborum, quæ

& aquis fluminis irrigātur per aquæductus factos per
plana: de illo autem nihil mutatum fuit: nam vsque
hodie ita fit, vsque Hierico, & aliquantulum vltra: nā
circa Hierico incipit vallis Sodomorū, & ibi est ma-
re mortuum, vbi iam nō est irrigatio, quia tota regio
subuersa est, scilicet iacens sub aquis: & ideo verbum
istud nō intelligitur de tota regione circa Iordanem,
sed solum de regione circa Iordanē, quæ erat in valle
Sodomorum, quia illius status mutatus fuit. Ex hoc
apparet quòd quando Abraham, & Loth loquebān-
tur de separatione adinuicem, quòd erant iuxta vallē
Sodomorum, & de illa regione solum loquitur hic
scriptura: nam & locus, in quo postea fuit Abraham
prope erat ad regionem Sodomorum, cum de loco
ipso potuisset videre Abraham Sodomam, & Go- G
morram iam euersas, & fumum ascendentem, quasi
de fornace, infra 19. cap. quod non fieret, nisi valde
prope esset.

Dicitur quòd vniuersa regio circa Iordanem irri- Quæst. 77. Cur pote-
gabatur, sicut Paradisus Domini: istud ponitur etiam tur irriga-
ad reddendum causam, quare Loth elegerat regionē tio loco-
circa Iordanem, & quia nunc nō apparet neque tem- nis, & re-
pore Moysi apparebat naturalis bonitas terræ illius, gio illa
propter quam eligeret eam Loth, tanto magis eam para- Epi-
laudat scriptura, vt quod re ipsa ostēdi non potest, ex radio.
magnis laudibus sacrę scripturæ innotescat. Alia cau- Prima ra-
sa esse potest ad ostendendum infœlicitatem Sodo- tio.
mitarum, qui per scelera sua non solum seipsos, sed
& talem regionem sęculo perdiderūt: erat enim ma-
gnarum deliciarum, in qua habitatores gaudere pos-
sent, & frui bonis huius sęculi a Deo concessis: illi au-
tem infœlices causa extiterunt, vt & bona naturalia,
quæ Deus omnibus hominibus vtenda concesserat
illis agentibus tollerentur. Tertia causa esse potest Tertia ra-
ad ostēdendum aliquam occasionem peccati Sodo- tio.
mitarum: tantæ enim erāt copiæ naturales illius ter-
ræ, atque deliciæ, quòd pauco cum labore omni vo-
luptate frui poterant: & ita ociantes, & delicijs vacan-
tes ad illicita, & infanda defluxerunt, quod non acci-
disset eis, si terra sterili existente: difficilis, atque labo-
re magno parcus eis quæreretur victus. Et hoc signi-
ficatur Ezech. cap. 16. scilicet hæc fuit iniquitas So-
domæ sororis tuæ: superbia, saturitas panis, & abun-
dantia eius, & filiarum eius. Sed hic duo simul, ideſt
abundantia, & otium esse non poterant, nisi ex natu-
rali bonitate terræ, neque etiam talia vitia initium
habuissent, nisi in eis quorum magnæ erant delicię, &
otium ad quæcunque illicita cogitanda.

Cum autem dicitur, sicut Paradisus Domini maxi- Quæst. 78.
ma laus est, quasi non esset alia similis regio in tota de Paradi-
terra Chanaan, & ob hoc elegerat eam Loth. Et in- so.
telligitur vno modo, quòd est sicut Paradisus Domi- Solutio.
ni, ideſt sicut Paradisus terrestris: nam non potest in- Primo ꝙ
telligi de Paradiso cœlesti, cum comparetur in ame- nō.
nitate terræ, & in irrigatione. Circa quod sciendum,
quòd vt veteres dicunt, & Augusti. octauo libro su-
per Gen. ad literam, & magister recitat libro secun-
do senten. distin. 17. tres sunt generales sententiæ de
Paradiso; quidam dicunt Paradisum solum accipi
corporaliter, & non esse aliquem spiritualem Para-
disum: secunda sententia est eorum, qui dicunt Pa-
radisum solum accipi spiritualiter; tertia est illorum,
qui dicunt esse Paradisum spiritualem, & etiam cor-
poralem. Prima ra-

Prima opinio non est vera. Si enim accipiatur Pa- tio.
radisus solū, vt inuenitur hoc nomine in canone Bi-
bliæ, posset stare ista positio, quia raro inuenitur hoc
nomē in sacra scriptura: & vbi inuenitur stat pro hor-
to virētium herbarum, & arborum, vbi multę deliciæ
sint: & sic accipitur supra 2. ca. vbi dī de Paradiso, vbi

positus

positus est Adam, & vbi arbores erant, & flumina: ita A
etiā accipitur in præsenti, scilicet sicut Paradisus Do-
mini, ideſt ita irrigabatur terra circa Iordanem in re-
gione Sodomorum, sicut Paradisus Domini: ergo lo-
Secunda ratio. cus aliquis erat, qui irrigaretur, quia alias non teneret
comparatio. Item patet hoc, ex eo quod habetur
Ezech. 28. & 31. cap. Dicitur omne lignum Paradisi
non est assimilatum illi: & iterum eodem cap. cedri
non fuerunt altiores illo in Paradiso Dei, & iterum &
emulata sunt eum omnia ligna voluptatis, quę erant
in Paradiso Dei: certum est in omnibus his accipi Pa-
radisum pro loco corporali, cum dicatur ligna esse in
Paradiso: in nouo autem testamento si inueniretur
nomen Paradisi, acciperetur pro vita beata, siue ęter-
na requie: sed Christus non vtitur hoc vocabulo, sed B
solum dicit sinum Abrahæ. Luc. 16. cap. Et ideo ve-
rum est, quod proponebatur, scilicet si accipiamus
Paradisum solum, vt est in canone Bibliæ non erit in-
conueniens, quòd solum sumatur pro loco corpora-
li: si tamen accipiatur in tota generalitate sua, scili-
cet, vt etiam sumitur a doctoribus non poterit stare:
Quæst. 79. quia illi, vt communiter vocāt Paradisum vitā beatā.
Cōfutatio Secunda positio erat eorum, qui dicebant Paradi-
tertiæ opi- sum accipi solum spiritualiter: & ideo vbicunque su-
nionis. matur dicunt intelligi spiritualiter. Ista positio est
Tom. su- Origenis, sed ostendit eam falsam Epiphanius Epi-
per Gen. scopus Ciprien. in quadam epistola sua, quam Hiero-
Epiphā. nymus transtulit in latinum, & cum dici videatur ali-
epi. quid corporale de Paradiso, exponit illud totum Ori-
ad Io. epi. genes de ecclesia præsenti, aut futura. Sed dicendum C
Hieros. Ille quòd istud non stat, quia necesse est accipi Paradisum
Origenis. in aliquibus locis scripturæ pro corporali loco: vt pa-
tet supra secundo cap. Origenes tamen etiam totum
illud de spirituali exponit; motiuum autem eius, &
aliorum est, quia nesciunt, vbi sit Paradisus ille: & ita
Prima rō. locum corporalem esse nō putant, quia locum illum
non viderunt: sed quicquid sit, necesse est accipi pro
loco corporali, quia dicitur ibi: plātauerat autem Do-
minus Deus Paradisum voluptatis, sed plantatus est:
Secunda ra- ergo arbores habet, quia non plantantur, nisi plan-
tio. tæ. Secundo, quia determinatur ibi locus, scilicet
plantauerat Dominus a principio Paradisum: vbi ha-
bet litera Hebraica, & alia translatio ab Oriente: cum
Tertia rō. ergo determinetur locus, vbi sit Paradisus erit Para- D
disus aliquid corporale, & non spirituale. Tertio,
quia dicitur quòd Deus posuit in Paradiso hominē,
quem formauerat: ergo homo, qui non erat forma-
tus in Paradiso fuit positus: & sic erat locus corpora-
lis, quia si aliquid spirituale esset non posset poni ibi
Quarta rō homo. Quarto, quia dicitur, quòd fons egrediebā-
tur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, sed
id, in quo fons est, & quod irrigatur locus est: ergo
Quinta rō Paradisus est locus corporalis. Quinto, quia dicitur,
quòd Deus produxit in Paradiso omne lignum pul-
chrum visu, & ad vescendum suaue: & tamē vbi sunt
Sexta rō. arbores, quæ videntur, & quarum fructu vescimur,
est locus terrestris, ergo talis est Paradisus. Sexto, quia
dicitur, quòd fons egreditur de loco voluptatis, & di- E
uiditur in quatuor flumina, quorum nomina ponun-
tur supra secundo cap. & illa sunt vera flumina: ergo
est verus locus corporalis Paradisus, cum flumina nō
possent egredi, nisi de terra. Et ista ratio est, quæ ma-
xime vrget: nam de lignis Paradisi, & cæteris licet sint
corporalia poterat dici, quòd per metaphoram acci-
perentur in sensui spirituali: & tamen de fluminibus
non potest hoc dici, cum illa flumina cognoscamus
esse vera flumina in terra: sicut est Eufrates, qui tran-
sit per terram Mesopotamię in latere terrę Chanaan,
de quo infra 15. ca. & Moyses, qui scripsit illa quatuor
flumina Paradisi, ponit vnum illorū fluere iuxta ter-

ram Chanaan. Sed constat illud esse verum flumen: A
ergo verus locus terrestris est, de quo egrediūtur flu-
mina hæc. Septimo patet, quia supra 3. cap. dicitur ꝙ Septima
Deus eiecit Adam de Paradiso, & hoc fuit in pœna ratio.
peccati sui. Si autē accipiatur Paradisus spiritualiter,
sicut nos accipimus erit beatitudo æterna: & tamen
de hac non eiectus est Adam, quia nō fuit Adam eie-
ctus ante peccatum; si enim fuisset beatus nunquam
potuisset postea peccare, neque effici miser: ideo ne-
cesse est dici fuisse aliquem locū corporalem, in quo
Adam aliquandiu fuit, & inde eiectus est.

Tertia opinio est eorū, qui dicunt Paradisum accipi Quæst. 80.
vtroq; modo, i. corporaliter, & spiritualiter: nā cōmu Cōfutatio
niter in sacra scriptura pro loco corporali accipitur tertiæ opi-
iuxta ea, quæ supra dicta sunt; sed in locutione nostra nionis.
communi: & sanctorum doctorum accipitur Paradi- B
sus pro loco nō corporali, sed spirituali, ideſt pro quie
te beata. Sed nunc de Paradiso agitur, s. de corporali
loco, & iste est proprius modus accipiendi, & pro spi-
rituali quiete nō accipitur, nisi large, & per metapho-
ram: & patet hoc quia Paradisus non est nomen La-
tinum, neque Hebræum, sed Græcum, significans or-
tum, vt dicit Isidorus, lib. 14. Etymo. cap. 4. Et ita apud
Græcos est nomen commune Paradisus pro orto, si-
cut apud Latinos hoc nomen ortus, aut viridarium:
vnde & Iosephus in lib. de bello Iudaico vtens modo
loquendi Græco Paradisos pluraliter vocat quoslibet
ortos, sed quia locus ille, quem scriptura vocat Para-
disum supra 2. cap. erat locus multarum deliciarum
plusquam esset alius in tota terra, tractum est, vt vitā
beatam in cœlo, in qua est maximum bonum voce-
mus Paradisum, & tamen Paradisus in prima, & pro-
pria sui significatione nō significat, nisi ortum, & ma-
ximè ortum delectabilem: vnde in Hebręo non vo-
catur ortus absolutę, sed ortus deliciarū, scilicet gan
eden, quia gan, significat ortum, eden, significat deli-
cias. Et hoc modo accipitur hic pro loco corporali
multarum deliciarum, quia terra Sodomorum voca-
bat Paradisus, sed non poterat accipi spiritualiter, imo
corporaliter, quia apud Sodomitas nullum bonū spi-
rituale erat, sed potius erant peccatores coram domi-
no, & erant pessimi, vt dicitur hic in litera, sed erāt ibi
deliciæ multæ ex conditione terræ, quę vocatur Para-
disus. Item patet, quia dicitur, ꝙ irrigabatur, sicut Pa-
radisus: & sic comparatur ad Paradisum in irrigatio-
ne, & tamen irrigatio pertinet ad locum corporalem,
ergo Paradisus pro loco corporali accipitur hic.

Sed cum dicitur, quòd erat sicut Paradisus Domi- Quæst. 81.
ni: illa terra regionis Sodomorum potest dupliciter Cur dicit
intelligi: vno modo ꝙ erat sicut Paradisus terrestris: sicut Para-
erat enim Paradisus ille Domini, quia ipse plātauerat, disus Do-
& pro se custodiebat, neque hominibus communica mini illa
bat, postquā inde excluserat primos parētes nostros: terra re-
terra autem Sodomorum erat tam delectabilis, ꝙ si- gionis So-
milabatur huic Paradiso terrestri: & dicitur ꝙ irriga- domorū.
batur, sicut Paradisus, quia terrestris Paradisus habet Responsio
fontem magnum, qui egreditur ad irrigandum locū prima.
voluptatis supra 2. ca. & diuiditur in quatuor flumina.
Sic autem regio Sodomorum tota irrigabatur Iorda
ne: copiosa irrigatione, & ita in hoc similatur irriga-
tioni Paradisi terrestris. Secundo modo pōt intelligi, Responsio
ꝙ erat sicut Paradisus Dñi, ideſt sicut ortus a Deo plā secunda.
tatus: & ꝙ non accipiatur pro Paradiso terrestri, sed
pro quolibet alio orto plantato a Deo: & est ista locu
tio cōueniens: omnis enim res a Deo per se facta est
melior, quā ea, quę fit ab homine: si aūt homo studio-
se, & accuratius plātet ortum, poterit esse delicio-
sus: sed si plantauerit Deus ortum, erit incomparabiliter
delicio-sior: ita autem erat de regione Sodomorum:
erat enim tota, vt vnus ortus, sed non erat, vt ortus

plantatus humano opere; sed tam delitiosus erat, ut F
nullo opere humano aliquid tale posse effici putaretur. Simllis modus loquendi est apud Sapientes, & Poetas, vt id quod valde excellens est, dicatur non esse opus hominis, sed Dei: sic Homerus in Iliade laudans virtutem, & pulchritudinem Hectoris dicit, quòd non videbatur esse filius hominis, sed Dei, & istud recitat Aristo.lib.7. Ethi.cap.1. iste est ergo sensus verus literæ. Et quia ponitur comparatio ad Paradisum in irrigatione, potest referri ad Paradisum terrestrem, scilicet quòd sicut Paradisus terrestris irrigabatur sufficienter sine opere humano exeunte fonte de medio Paradisi: ita regio Sodomorum irrigabatur aquis Iordanis sine aliquo labore Sodomitarum. Si autem comparatur ad aliũ Paradisum Domini, ideſt G
quẽcunque ortum plantatũ a Deo: erit sensus, quòd irrigabatur, sicut Paradisus Domini, ideſt si homo plãtaret aliquem ortum delectabilem, qui vocaretur Paradisus, non posset facere, ꝙ irrigaretur aquis sponte influentibus in locum, sed faceret cum difficultate aquas decurrere: terra autem Sodomorum non erat talis; sed sine labore humano faciliter tota irrigabatur de aquis Iordanis, cum esset vallis plana: ergo erat terra illa, sicut Paradisus Domini, ideſt quasi Deus plantasset ortum illum, quia habebat copiam aquarum sine difficultate.

Quæst. 82. Cur dicit sicut Aegyptus veniẽtibus in Segor.

Dicitur quòd erat regio illa, sicut Paradisus Domini: & sicut Aegyptus veniẽtibus in Segor: & hoc potest dupliciter intelligi: vno modo coniungendo totam literã, scilicet sicut Aegyptus venientibus in Segor, ideſt terra Sodomorum est vaide delectabilis, & H
est tantum quantum Aegyptus veniẽtibus in Segor, ideſt quantum Aegyptus, quantum ad illam partem, qua venitur de Aegypto in Segor: quasi illa pars Aegypti sit amenior alijs partibus Aegypti. Alio modo intelligitur diuidẽdo literam, scilicet quòd terra Sodomorum irrigabatur sicut Paradisus Domini, & irrigabatur sicut Aegyptus irrigatur, & ista irrigatio est quãtum ad partem illam, qua intratur per regionem Sodomorum, quousque veniatur in Segor: quia ibi

Cõfutatio primi sensus prima.

desinit ista irrigatio. Primus sensus non pertinet ad literam; primo, quia ibi comparatur Aegyptus ad terram Sodomorum in esse delectabilem: & tamen hęc non est bona comparatio, quia Aegyptus non est ter- I
ra delectabilis, cum Deus laudet sæpe magis terram Chanaan, in quam introducebat Iudęos, quã terram Aegypti, de qua educebat eos, & vocet eam terram Chanaan fluentem lacte, & melle, & terram bonam, atque spaciosam. Exo.3. cap. quasi non sit Aegyptus terra bona, & spaciosa: ergo cum laudaret Deus portionem optimam terræ Chanaan, nõ compararet eã in esse bonam terræ Aegypti, quam dicit generaliter

Secunda cõfutatio.

non esse ita bonam, sicut terrã Chanaan. Secundo, quia per istum sensum diceretur terra Aegypti delectabilis, qua venitur de Aegypto in Segor: sed nõ est ista vera comparatio, quia terra, qua uenitur de Aegypto in Segor nõ est terra Aegypti: sed est terra deser ti Arabici, media inter mare mortuũ, i. mare Sodomorum, & mare rubrum, sicut apparet ex omnibus, K
qui describunt habitudinem terræ: nam certũ est solitudines Arabicas mediare inter Aegyptum, & terrã Chanaan; & consequenter inter Aegyptũ, & Segor,

Tertia cõfutatio.

quę est de terra Chanaan in valle Sodomorũ. Tertio quia dato ꝙ aliqua terra sit pertinẽs ad Aegyptum in itinere, quo uenitur de Aegypto in Segor, non esset illa terra delectabilior alijs partibus Aegypti: quia terra, quæ est in Aegypto delectabilis, & bona est illa, quæ irrigatur Nilo flumine, quia Nilus facit terram illam copiosam in fructibus quantum ad terram, ad quam extenditur; ad partes autem, ad quas non extẽditur Nilus est terra arida, & nõ delectabilis: & tamẽ terra, qua venitur ab Aegypto in Segor est necessario ad extremitatem Aegypti, per quam nõ fluit Nilus, sed appropinquat ad desertum: ideo non est illa terra bona, sed arida, & ad illam non compararet scriptura terram Sodomorum, quam laudat: & ideo sensus primus non est conueniens.

Quæst. 83. Expositio vera.

Dicendum autem, ꝙ sensus secundus est conueniens, scilicet quòd terra Sodomorum irrigabatur tota, sicut irrigatur Paradisus Domini, & sicut irrigatur Aegyptus: & ista irrigatio est in terra Sodomorum venientibus in Segor, ideſt quousque veniatur in Segor, descendendo inferius per terram Sodomorum. Comparatio autem tota hic est quãtum ad irrigationem, & non quantum ad aliquid aliud, & causa est, quia tota laus tempore Sodomorum est quantum ad irrigationem, & patet, quia dicitur in litera vniuersa irrigabatur sicut Paradisus Dñi: & sicut Aegyptus. Causa autem quare laudetur terra ista de irrigatione est, quia tota terra Chanaan, vt cõiter est deficiens aquis, ꝙ ergo ista terra abundet in eo, in quo alię deficiunt, laus eius est. Secundo erat specialiter ad propositum iuxta modum viuendi Abrahę, & Loth: erat enim eorum vita pastoralis: pastores aũt pro pecoribus egent pascuis, & aqua: hæc autem potissimè habentur in terra Sodomorum, propter hoc ꝙ tota irrigatur: & ita crescunt ibi herbę multæ: ergo laus magna erat terræ Sodomorum ad hoc, ꝙ eam eligeret Loth, quòd irrigaretur tota. Causa autem, quare cõparauit scriptura terram Sodomorum in irrigatione ad Paradisum Domini, & ad Aegyptum, fuit, quia ista erant duo, de quibus magis erat nota irrigatio, & credebatur, quòd magis irrigarentur, quam aliæ partes orbis quantum erat in cognitione Hebrçorum de Paradiso Domini ratione cognoscebant: de Aegypto vero sensu, & experimento didicerant. Si enim Paradisus Domini accipiatur ꝓ Paradiso terrestri, vbi fuit Adam, notum erat Hebræis quòd irrigabatur, & hoc per reuelationem propheticam, sicut Moyses illis dixerat, atque scripserat supra 2. cap. ꝙ egrederetur fons de medio Paradisi ad irrigandum Paradisum: & ita erat abundans fons ille, ꝙ diuidebatur in quatuor magna flumina: eodẽ cap. Si accipiatur Paradisus Domini pro quocunque orto, quem Deus plantaret, est sensus quòd Iudæis cognitum esset ratione, quòd ille ortus esset magis abundans aquis, quam quiliber alius, quia cum bonitas ortorum, & earum rerum, quæ irrigantur, sit aquarum copia, id quod Deus plãtaret, cum esset valde bonum, abundaret valde aquis: notũ ergo Iudæis esset ratione, quòd Paradisus Domini valde irrigaretur. De Aegypto notum erat Iudæis ad sensum, quòd irrigabatur; & hoc tam secundum veritatem erat, quàm secundum cognitionem ipsorum. De veritate patet, quia Nilus fluit per Aegyptum, qui crescit sæpe: & maximè bis in anno: eleuatur autem aqua, quasi per cubitos viginti altitudinis, aut mediocriter ad quindecim, & decẽ, & sex, & in tanta exaltatione cum terra Aegypti sit plana irrigatur magna pars Aegypti per aquæ ductus factos, & ageres, & inde prouenit tota copia frugum Aegypti. Hoc autem non fit similiter in alijs regionibus, quia licet irrigentur aliæ regiones aquis: non tamen sic crescunt aquæ fluminum suorum, vt magnæ partes terræ possent irrigari, sed paruæ partes circa flumina. Et hoc apparet ex scripturis eorum, qui aliquid de fluminibus scripserunt: nam non ponunt similia fieri de alijs fluminibus: vnde & leges humanæ fecerunt specialem mentionem de ista irrigatione Nili, ut patet libro nono Codicis, titulo de aggeribus Nili non rumpendis, ideo constabat magis

magis posse irrigari Aegyptum alijs regionibus. Iu- A
dæi quoque hunc sensum didicerant: & hoc erat potissimum, ꝓpter quod Moyses istud dixit: ipse enim hoc scripsit, quando Hebrei egrediebantur de Aegypto, scilicet quando erant in deserto, cum recentem memoriam habebant eorum, quæ in Aegypto viderant, & quia ipsi ibi nati fuerant sciebant, quomodo irrigabatur Aegyptus, & per irrigationem erat tota copia agrorum in fructibus, & quia nouerant Hebrei melius irrigationem Aegypti, quàm alicuius alterius terræ: etiam si aliqua alia esset ad notificandum irrigationem terræ Sodomorum locutus est Moyses de irrigatione Aegypti, & hoc etiam seruat Deus in alijs comparationibus, quas facit de terra Chanaan ad alias terras: nam comparat ad Aegyptum, quia il- B
la erat maximè nota. Sic patet Deuterono. 11. cap. scilicet terra, ad quam ingredieris possidendam non est, sicut terra Aegypti, de qua existi. Et in hoc laudat terram regionis Sodomorum; nam reliqua regio terræ Chanaan non erat Aegyptus, sed aquis egens: terra autem Sodomorum erat aquis abundans, & irrigua, sicut Aegyptus, cum dicitur. Deute. 11. cap. terra ad quam ingredieris possidendam non est, sicut Aegyptus, de qua existi, vbi iacto semine ortorum moræ aquæ ducuntur irriguæ, sed montuosa est, & campestris de cœlo expectas pluuias: terra autem Sodomorum ab hac lege excipiebatur, quia erat plana, & tota irrigabatur Iordane. Sed quia quando Moyses loquebatur illud, quod habetur Deuterono. 11. non erat terra Sodomorum, quia subuersa erat, vt patet Quæst. 14. Cur Moyses non curauit eam excipere a communi lege. hic non curauit eam excipere a communi lege. C

Cum vero dicitur venientibus in Segor determinauit Moyses, quæ erat regio Iordanis irrigua, sicut Paradisus domini, & Aegyptus, & dixit, quòd ista erat, qua veniebatur in Segor: nominauit enim finem eius: incipit enim ista regio a parte Septentrionali, & decurrit contra Meridiem per vallem, sicut fluit Iordanis; principium autem regionis Sodomorum erat non longe a Hierico versus Meridiem, & inde extenditur contra desertum Pharan, quod est in Priua. parte Meridiana terræ Chanaan. Et nominatur Segor propter duo; primo, quia ibi est finis regionis illius: licet enim vallis, per quam decurrit Ioardanis, & vbi est mare mortuum, & ipsum mare magis extenditur: tamẽ regio Sodomorum, scilicet Pentapolis, quæ erat regio quinque ciuitatum, nõ extenditur vltra Segor: & ideo dixit, ꝙ tota regio Sodomorum a principio sui, quo vsque veniretur in Segor irrigabatur, ac si dicatur incipit circa Hierico: & terminatur in Segor, & tota illa regio venientibus in Segor, ideſt quousque veniatur in Segor, irrigabatur. Secundo, & principaliter, quia Segor erat ciuitas nota, & non alia de ciuitatibus Sodomorum, & ista est causa vera: erãt enim quinque ciuitates in valle illa, scilicet Sodoma, Gomorra, Adama, Seboyn, Segor, quatuor primæ subuersæ sunt Deutero. 29. cap. Segor autem nõ subuersa fuit, cum non computetur inter subuersas eodem cap. immo Deus reliquit eam liberam a malo præcibus Loth, qui confugit in eam, infra 19. cap. ma- E
nebat autem illa tempore Moysi, & postea mansit, & fit mẽtio de illa in sacra scriptura: & ideo poterant cognoscere Iudæi, postquàm essent in terra Chanaan istam vrbem, & non poterant cognoscere alias, quæ iam subuersæ erant: & ista erat extra illud mare mortuum, iuxta illud tamen: ita quòd descẽsus cõtinuus Iordanis erat circa vrbem Segor: ideo descendendo de Hierico contra Segor, & vsque ipsam poterant videre, quæ erat regio Sodomorum, quæ irrigabatur, & vbi licet extenderetur vltra Segor. Et ista est causa vera, non potuit autem dicere scriptura veniẽtibus Sodomam, vel Gomorram, aut Seboyn, quia ille ciuitates non manebant, neque cognoscebatur locus earum. Secus autem erat de Segor, quia illa manebat, & sciebatur ab Israelitis, vbi esset, & satis hic significat Moyses, quòd illa ciuitas maneret, quia non locutus est de illa, sicut de alijs; nam de alijs dixit per modum prẽteriti, scilicet quòd tota regio Iordanis irrigabatur antequam subuerteret dominus Sodomam, & Gomorram: de Segor loquitur per modum præsentis, dicendo, sicut Paradisus domini, & sicut Aegyptus venientibus in Segor; ergo & tempore Moysi erat venire in Segor, quod non esset si subuersa esset, sicut aliæ vrbes quatuor Sodomorum.

Quæst. 85. Paradisus qualis sit.

Quoniam dixit hic litera sicut Paradisus domini: & maximè accipitur de Paradiso terrestri, sunt hic aliqua dubia de Paradiso terrestri: licet de hoc dictũ sit aliquid supra secundo cap. sed hic addentur alia, quia locus exposcit. Erat primum dubium de Paradiso hac, an sit locus corporalis, an spiritualis, quia de hoc inter antiquos valde dubitatum est; nam & Origenes dixit non esse locum aliquem corporalem, sed spiritualiter intelligi. Sed de hoc iam est declaratum supra quæst. 74. quòd sit locus corporalis; ideo non est vltra in hoc negotiandum.

Hom. in Gen.

Aliud dubium est cũ sit locus iste corporalis qualis est. Respõdetur quòd est ortus consitus multis generibus arborum, hoc apparet ex nomine; nam Paradisus est nomen Græcum, & significat ortum delectabilem, & est apud Græcos istud nomen commune apud nos nomen ortus, & hoc significat Isidorus, lib. 14. Etymo. cap. 4.

Respõsio prima.

Secundo apparet, quia Paradisus pertinet ad plantationes, cum dicatur supra 2. cap. plantauerat autem Dominus Deus Paradisum voluptatis a principio: ergo ortus erat cum plantaretur.

Secunda.

Tertio apparet ex nomine Hebræo: nam dicitur in Hebrço, gam eden, vbi nos habemus Paradisum voluptatis, & Gam in Hebræo signat ortum, Eden, signat delitias, & dixit esse ortum delectabilem.

Tertia.

Quarto apparet ex modo loquendi Iosephi lib. 1. Antiquitatum, scilicet dicit autem Deum plantasse ad Orientem Paradisum omni germinatione florentem, & postea dicit: Deo autem in ortum veniente, & sic ortum vocat locum illum.

Quarta.

Aliud dubium est quid est in illo Paradiso. Dicendum quòd est ibi copia aquarum salubrium, & arborum omnis generis fructuum. De aqua apparet supra secundo cap. fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum: erat autem magna copia aquarum, cum fluuius ille diuidatur statim, in quatuor capita, ideſt, quatuor magna flumina, quæ sunt præcipua flumina totius orbis. Erat autem ista copia aquarum taliter disposita, quòd fluebat per Paradisi totam latitudinem, cum dicatur ad irrigãdum Paradisum, & ita sine humano labore poterant ibi irrigari plantationes: vnde & hic quando regio Sodomorum laudatur quòd tota irrigabatur flumine Iordanis comparatur Paradiso, scilicet quæ vniuersa irrigabatur sicut Paradisus domini: antequam subuerteret Dominus Sodomam, & Gomorram. De arboribus notum est, quòd essent ibi arbores omnium generum, quia supra secundo capit. cum incepe-

Quæst. 86. Quid est in Paradiso terrestri.

rit scriptura dicere de Paradiso, adiecit; Produxit Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue: lignum etiam vitæ in medio Paradisi, & lignum scientiæ boni, & mali, & ita non solum erant ibi ligna ad necessitatem cibi: sed etiam ad delectationem visus, ut delectaretur homo in uidendo tam pulchram varietatem. In alijs etiam locis scripturæ fit mentio

de multis arboribus Paradisi: nam Ezech. 28. cap. dicitur de delitijs Paradisi, & non de arboribus, sed delitię istę erāt in multitudine arborum diuersarum, & in abundantia omnium rerum conuenientium ad bene, & suauiter viuere: & Ezech. 31. cap. dicitur de aliquibus lignis, quæ fuerunt in Paradiso, scilicet de cedris, & abietibus, scilicet cedri non fuerunt altiores illo in Paradiso Dei, & abietes non adæquauerūt summitatem eius, & iterum dicitur: omne lignum Paradisi non est assimilatum illi, neque pulchritudini eius.

Quæst. 87. An in Paradiso terrestri erāt animalia.

Est dubium an in Paradiso terrestri erant animalia aliqua. Dicendum videtur quòd ibi non erant animalia saltem quadrupedia. Primo patet, quia cognitionem de Paradiso non habemus, nisi ex sacra scriptura: quia ratione non potest colligi quid ibi vellet Deus ponere, aut quòd Paradisum vellet plantare: & tamen supra secundo cap. vbi tota narratio de Paradiso ponitur, non habetur aliquid aliud, nisi de arboribus: & de aquis, scilicet quòd esset ibi omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue: & quòd esset fluuius qui egrederetur ad irrigandum Paradisum: ergo non possumus aliquid aliud asserere. Secundo si ponerentur ibi animalia, aut esset ad humanam delectationem, aut ad necessitatem, sed ad neutrum videbantur conuenire: ergo non essent ibi; apparet primo de pulchritudine, quia si ibi essent animalia quadrupedia, & serpentes, & huiusmodi deformarēt potius pulchritudinē Paradisi: etiam nòn erant propter necessitatem cibi humani, quia hō ibi non vescerentur carnibus: ergo non essent ibi animalia. Quia vero homo non vesceretur ibi carnibus apparet ex promissione Dei data circa hominem: nam ponitur supra primo, quòd statim, vt homo fuit creatus, dixit ei Deus: ecce dedi vobis omnem herbam afferētem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ: ibi enim non dedit Deus homini animalia in escam, sed herbas, & fructus arborum. Similiter quando homo fuit in Paradiso, nō fit mentio, quòd daretur ei in escam caro aliqua, sed solum fit mentio de arboribus, scilicet produxit Deus de humo omne lignum pulchrū visu, & ad vescendum suaue; & ita de esca nihil ibi nominauit, nisi lignum, idest arborem apparet etiam manifestius, quia eodem cap. dicitur quod præcepit Deus homini: ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas. Et ita non dedit Deus homini aliquid ad comedēdem ibi, nisi fructus arborum: non igitur essent ibi animalia ad cibum, & non solum non erat in Paradiso homo comesturus carnes, sed neque etiam de Paradiso expulsus comedit illas, quousque post diluuium Deus dixit hominibus, quòd carnes comederent supra 9. cap. & ita apparet, quòd in Paradiso non essent futura animalia quadrupedia, aut reptilia. De volatilibus dubium est, & satis potest concedi, quòd ibi essent, quia volatilia non habent certam sedem. Sed cum alicubi fuerint inde auolant: & sic possunt alicubi esse, & subito inde longe distare, hoc modo poterant aliunde in Paradisum venire volatilia, & sedere in arboribus Paradisi, & inde auolare, ita vt earum certa sedes non esset potius ibi, quàm alibi, & poterant prodesse aues ad cantum, quia quędam aues in cantu faciunt melodiam: de piscibus eodem modo dici poterat, quòd essent in fluuio, qui irrigabat Paradisum: & tamen de illis non diceretur absolutę, quòd erant in Paradiso, quia non erant in terra Paradisi, sed in flumine eius.

Quis fuisset cibus hominum in Paradiso.

Quæst. 88. Deinde quæretur, in qua parte mūdi est Paradisus; nam cum sit locus corporalis necessario erit in aliqua parte mundi, Dicendum quòd istud induxit multos errorem, ex eo enim quòd nesciebant, vbi erat locus Paradisi putauerunt, quòd non erat Paradisus aliquid corporale, sed solum spirituale: sic enim voluit Origenes, sed illius opinionē destruxit Epiphanius ostendens esse locum corporalem, sicut tetigimus supra q. 74. Etiam dicendum, quòd non solum est in aliqua parte, sed etiam necesse est in terra esse: non enim potest esse in alia parte mundi, quod patet, quia in Paradiso erant arbores: & tamen arbores non possent esse, nisi in terra, qa in alijs elemētis, neque plantari, neque figi possunt propter illorum raritatem. Secundo qa in Paradiso erat fluuius, qui diuiditur in quatuor, sed fluuius non potest esse, nisi in terra; maximè, quia diuiditur fluuius ille in quatuor flumina, quæ fluunt per terram. Tertio, quia supra secundo cap. cum scriptura loquitur de rebus, quæ erant in Paradiso dicitur produxit Deus de humo omne lignum pulchrum visu: ergo in Paradiso est humus, sed humus est terra humida ab humore dicta; ergo Paradisus in terra erat. Quarto, quia homo erat in Paradiso: & ibi fuit serpens supra cap. secundo, & tertio: & tamen ista nō poterant esse in alio elemento, quàm in terra, quia illud est solidum; ergo Paradisus est in terra.

Qua parte mundi est Paradisus terrestris.

In Aggæo.

Sed propter hoc q̄ dictum est nunc de serpente, q̄ fuit in Paradiso est dubium contra id, quod diximus, supra quæst. 87. scilicet quòd nō erant animalia in Paradiso saltem quadrupedia, & reptilia: & apparet primo quantum ad serpentem: nam in Paradiso fuit, quando decepit mulierem, cū post peccatum de Paradiso homo ejectus sit. Secundo, quia in Paradiso erat Adam, quando imposuit nomen cunctis animātibus supra secundo cap. & tamē cuncta erant coram Adam quando eis nomen imposuit. Dici potest dupliciter quantum ad veritatem quæstionis, vno modo quòd animalia non manebant in Paradiso, neque mansura erant ibi. Alio modo potest dici, q̄ manebant aliqua animalia eo pauco tempore, quo ibi mānsit Adam cum Eua: & tamen non erant mansura, si Adam, & Eua non peccassent. Tertio non potest dici secundum alios, q̄ animalia ibi tunc manebant, & etiam postea mansura erant. Accipiendo primo modo potest ad primam rationem responderi, quòd serpens ille, qui seduxit Adam, non erat verus serpens, sed aliquid a dęmone fictum, idest similitudo animalis a dæmone formata: & patet, quia loquebatur ille serpens prudenter suadens mulieri malum, sed serpēs, neque loquitur, neque intelligit, quia intelligere solius hominis est, ut ait Aristo. lib. 1. de Animalibus: & ita licet esset ille serpens in Paradiso non sequitur, quòd erat ibi aliquod animal, quia illud non erat animal; sed animalis similitudo. Ad secundum potest dici, q̄ animalia illa verè fuerunt in Paradiso; & tamē non fuerunt ibi quasi creata fuissent, aut ibi mansura essent, sed quia tunc Deus tulit illa coram Adam, ut ea videret, & imponeret illis nomina, sicut dicitur supra secūdo cap. formatis, itaque Deus de humo cūctis animantibus, & vniuersis volatilibus cœli adduxit ea ad Adam, vt uideret quid uocaret ea: & ita Deus adduxit illa, & non erant ipsa præsentia, sic fecit ea adduci de diuersis partibus terrarum, ut intrarent in arcam, cum non essent omnia genera animalium prius in loco, in quo erat arca. Si autem teneatur tertia positio: non oportebit solui aliquod argumentum, quia secundum eam cōceduntur animalia esse in Paradiso; & ita non obstabat ibi esse quodcūq; genus animalium; & tñ non concedet s̄m istū modū oīa illa animalia qbus nomina imposuit Adā fuisse in Paradiso, sed de foris fuisse adducta, qa Deus adduxit animalia,

Quæst. 90. Virum in Paradiso esse animalia.

animalia, & volatilia omnium generum ad Adam: & tamen nulla regio est, in qua aues omnium specierum, & animantia sint: sicut quædā aues, & animalia sunt apud Aethiopes, quæ in alijs partibus mundi non reperiuntur, sicut experientia docet, & scriptores tradunt.

Quæst. 90. Approbat primā, & secundam positionē.

Sed verior videtur esse positio secūda, & tertia quā prima, quæ non potest conuenienter responderi ad primam rationem de serpente: non enim est conuenienter dictum, quòd non fuerit serpens ille verum animal: sed aliqd a dęmone formatum, neque ratio illud probat: quia dato quòd esset verum animal potuerat habere locutionem prudentem, sicut asina Balaam erat verum animal, cui insidere solitus erat ille: & tamen loquebatur ad Balaam redarguendo ipsum. Numeri 22. cap. Sed debet dici q̄ locutio illa in serpē te fieret per dęmonem decipientem, & loquentem: serpens autem verus erat sicut, & locutio in asina Balaam fiebat per angelum. Item patet efficacius, quia intentio sacræ scripturæ est, q̄ esset ille serpens verum animal: nam dicitur supra 3. cap. Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat dominus, qui dixit ad mulierem, &c. & ita causa locutionis illius designatur ex eo quòd serpens erat callidior, ideſt prudentior, vel astutior alijs animalibus terræ: & tamen si non fuisset verus serpens ista redditio causæ, non esset conueniens. Item non stat: quia etiā si non esset ille verus serpēs; sed a dæmone fictus mulier extimesceret videns id, quod nunquam viderat. Et hoc repugnabat valde persuasioni, quia si timeret mulier, & aliquid mali suspicaretur: non solum non assentiret serpenti tentanti: imo neque audire vellet, & ita debemus concedere, quòd mulier iam animalia aliqua viderat, & fortè serpentes aliquos, vt non expauesceret, cum istum videret, siue verus, siue fictus esset. Et ita dici conueniens est, quòd antequàm Adam peccaret animalia aliqua erant in Paradiso: & tamen tunc manet differentia secundæ, & tertiæ positionis, scilicet quòd māsura essent animalia postea, si homo non peccaret, & nunc maneant an non; vtraque positio satis posset sustineri sine inconueniēti: & tamen videtur esse rationabilior positio secunda, scilicet quòd vsque ad tentationem Adæ futura erant animalia in Paradiso: postea vero, siue Adam peccaret, siue non; nequaquam essent ibi animalia: & ita intelligimus ea, quæ diximus supra quæst. 87. Et ratio ad hoc adiuuat: dispositum erat enim Deus q̄ homo tentaretur; & tentatio ista non poterat conuenienter fieri, nisi existentibus in Paradiso animalibus, vt dictum est: ergo vsque ad tentationem illam essent ibi animalia: post tentationem autem non essent ibi futura; nam aut superaretur homo, aut superaret: si superaretur, sicut superatus est eiceretur de Paradiso. Et tunc non oportebat animalia ibi manere propter hominem, cum homo ibi non esset. Si aūt homo superaret maneret in Paradiso: sed iā non essent ibi opportuna animalia, neque ad delectationē, neque ad cibum, vt declaratum est supra quæst. 87. sed eicerentur inde animalia. Et ita nunc videtur dicendum, quòd licet homines ibi maneant, scilicet Elias, & Henoch non sunt ibi animalia aliqua, quia non est eis opus; cum carnem non manducent: sed alantur fructibus lignorum, & principaliter ligno vitæ, & conuenit hoc sacræ scripturæ, scilicet animalia quando præsentata sunt ante Adam non erant in Paradiso; sed adducta sunt de foris, supra 2. cap. & tunc poterant manere aliqua ibi, quę Deus vellet, & manerent vsque ad consummatam tentationem. Et istud apparet, quia non fuerunt animalia aliqua in Paradiso creata: homo enim, qui erat dignior non fuit

in Paradiso creatus, sed foris: a fortiori ergo animalia non crearentur ibi: nam hominem foris formatum tulit Deus in Paradisum supra 2. c. animalia aūt sic creauit Deus foris, & postea adduxit ea ad Adā, q̄ erat in Paradiso, supra 2. cap. & tunc possent ibi manere ea, quæ Deo placerent ad ministerium huius tētationis. Confirmatur autem ista positio per sententiam Ioannis Damasceni, lib. 2. sententiarum suarum, vbi in finem laudum, quas ponit de Paradiso terrestri ait: diuina regio, & digna ei, qui secundum imaginē Dei erat, in qua nil irrationalium habitabat, sed solus homo diuinarum manuum plasma, & ita nullum ibi de animalibus erat, ideſt futurum erat, si homo ibi maneret: nullum etiam nunc manet iuxta secundam positionem, quàm tanquam veriorem posuimus supra 87. quæst. & hoc tenendum videtur.

Quæst. 91.

Nunc redeundum est ad id, quòd supra petebatur: declaratum enim fuit supra quæst. 88. quòd erat Paradisus in terra, & non in alio elemento; nunc est dubium, in qua parte terræ sit Paradisus. Dicendum quòd aliqui putauerunt esse Paradisum terrestrem in parte Occidentali orbis, & iste fuit error aliquorum sequentium carmina Poetarum, qui insulas fortunatas Paradisum esse dixerunt: ita enim dixit Plinius, & tangit illud Isidorus, lib. 14. Etymo. cap. de insulis, scilicet Fortunatæ insulæ vocabulo suo significant omnia ferè bona, quasi fœlices, & beatæ fructuum vbertate: suaptę natura preciosa poma siluæ parturiunt: fortuitis vitibus iuga collium vestiuntur ad herbę vicem, messis, & olus vulgo est; vnde & Gentilium error, & secularium carmina Poetarum propter soli fęcunditatem easdem esse Paradisum putauerunt.

Vbi sit Paradisus terrestris. Prima opinio.

Cōfutatio Prima rō.

Sed istud falsum primo; quia insulæ Fortunatæ, vt est testis Plinius, & Isidorus, lib. 14. Etymo. sunt sitę ad leuam Mauritanię in Occidente & distinctæ inter se, interiecto mari, & tamen Paradisus est in parte Orientali, vt ostendetur; ergo non sunt illæ insulę Fortunatæ Paradisus.

Secunda ratio.

Secundo, quia insulæ Fortunatæ sunt sex, quarum nomina, & qualitates ponit Solinus in Polistor. cap. vltimo, & inter se sunt distinctę interiecto mari, vt Isidorus dicit; Paradisus tamen terrestris vnus tantum locus est; ergo non sunt insulæ Fortunatæ.

Tertia rō.

Tertio, quia ad Paradisum non est accessus hominibus cum Cherub custodiat viam ligni vitæ, supra 2. cap. ad insulas autem Fortunatas est nobis quotidiana nauigatio; nam præcipua illarum est, quæ Canaria dicitur, quę apud nos vulgata est: ergo non est ibi Paradisus in omnibus illis, neque in aliqua earum.

Quarta rō.

Quarto, quia in Paradiso terrestri sunt maiores delitiæ, quàm sint in tota alia terra; ideo uocatur Paradisus uoluptatis, supra 2. cap. & tamen nihil tale est in insulis Fortunatis; ideo non est ibi Paradisus.

Quinta rō.

Quinto, quia licet insulæ Fortunatæ multum laudentur; tamen secundum veritatem nihil laudis habent, ut ostendit Solinus in Polistor. cap. vltimo, loquens de qualibet insula earum per se quantum ad suam qualitatem; contra positionem aliorum scriptorum, sed laudes istæ prouenerunt ex immensa liptorum, sed laudes istæ prouenerunt ex immensa licentia Poetarum, neque est in eis aliquid quod mediocrem laudem mereatur, nisi Canaria, quæ aliquid boni habet, scilicet quantum nobis vulgatum est; nō solum ergo non sunt insulæ illæ dignæ nomine Paradisi: sed neque terrę alicuius delectabilis, & opimę.

Quæst. 92.

Dicendum est autem quòd Paradisus terrestris est situs in parte Orientali orbis, scilicet in aliqua parte Asiæ, & primo patet assertione omniū scriptorum; dicit enim Isidorus, li. 14. Etym. c. 4. Paradisus est locus in Oriētis partib. cōstitutus: idē dicit Strabus, idē Beda, idē Histo ria Scholastica: & hoc aperuit Iosephus, li. 1. Antiqta-

Opinio vera de Paradiso.

tum dicens; plantasse Deum Paradisum ad orientem omni germinatione florentem. Secundo & plenius attestatione sacræ scripturæ: nã dicitur supra 2.cap. Plantauerat Dominus Deus Paradisum voluptatis à principio, vbi alia litera habet plantauerat Deus Paradisum ad Orientem, & illa est vera litera: nam in Hebræo dicitur, *Miquidem.* i. ab oriente vbi litera nostra dicit, à principio: & hoc litera nostra vult significare, cum dicit, à principio: quia non accipit de principio temporis: sed de principio loci: & principium terræ est Oriens. Tertio patet, & multum clare: quia scriptura testatur ſ. 2.cap. Quòd quatuor flumina egrediuntur de Paradiso, & nominat illa: fluxum aũt omnium illorum nos cognoscimus esse in Asia, sicut ibi dicit Moyses: & experiẽtia docet eorum, qui flumina viderunt; ergo est Paradisus in Asia, quæ est orientalis pars orbis, & non in Europa, neque Aphrica. Ex eodem apparet, q̃ sit Paradisus in parte Oriẽtali Asię: quia fluxus illorum fluminum, vbicunque fluere videtur, est de Oriente versus Occidẽtem: ergo origo sua est magis orientalis: & maxime apparet in flumine Gange, qui est in India: & est vnus de fluuijs Paradisi, & ingreditur ibi per partẽ orientalem: ergo adhuc est Paradisus magis orientalis q̃ terra Indorum, quæ tamen est prima regio ex parte Orientis, quæ ab omnibus cognita est communiter.

Quæst. 93. Qũo Paradisus est ignotus, & cur homines illuc nõ vadũt.

Quęretur quomodo homines nesciunt locum Paradisi, & non vadunt illuc aliquando. Aliqui dicunt, q̃ ex hoc est: quia locus Paradisi est ab hominum habitationibus multum distans, ideo illuc peruenire nõ possunt. Ista est sententia Strabi, & Bedæ. ſ. Paradisus est locus in oriẽte positus interiecto Oceano, & montibus appositis a regionibus, quas homines incolunt secretus, & remotissimus. Sed cõtra istos obijcietur, q̃ non stet sententia eorum, quia si Paradisus distaret a nobis interfuso Oceano non possent flumina orta de Paradiso venire in regiones nostras: & tamen omnia illa quatuor flumina, quæ oriuntur in Paradiso transeunt per regiones notas Asiæ, vt scriptura asserit supra 2.cap. Ergo non interiacet mare Paradiso, &

Prima rõ. terræ nostræ. Dicendum q̃ non est certum an Paradisus sit in terra continente Asiæ: vel sit in aliqua insula magis orientalis ipsius Oceani, q̃ sit Asia: & tamen certum est, q̃ potest esse aliqua insula; quia istud nulla ratio prohibet; possunt enim flumina inde ad nos venire; licet interiaceat Oceanus, aut aliæ partes marium; quia aliqua flumina huius nos scimus, quæ alibi orta ad alias terras interfuso mari per occultos subterraneos meatus procedũt; sic enim Arethusa fons Græciæ est in regione Elidis, & Pisæ, qui cũ Alpheo fluuio a terra ibi absorti sub magnis profunditatibus maris Mediterranei iterũ absorpti in insulã Ortygiã renascuntur: vbi demum terra mersi per longos tractus maris Ionij vsque in Siciliam per profundas terræ cauernas deuehuntur, & rursus in Sicilia apud ciuitatẽ Syracusas oriuntur; sic Ouidius testatur lib. 5. Methamor. sic Virgilius libro 8. Bucolicorum egloga vltima cum ad Arethusam loquitur dicens.

Sic tibi, cum fluctus subterlabere Sicanos
Doris amara suam non intermisceat vndam:

Idem testatur Seneca libro de quæstionibus naturalibus. Secundo apparet, quia licet Paradisus sit in insula, siue in terra continente, necesse est poni de fluminibus Paradisi, q̃ ad nos veniant nõ continuo meatu super terram; sed absorpta a terra alibi appareant; Nã Tigris, & Eufrates duo flumina Paradisi sunt, sed constat eorum decursum non manifestari vsque ad Armeniã; vbi de vno fonte ambo soluũtur, & statim diuiduntur; vt Sallustius, & Boetius auctores certissimi, pbãt. De flumine Nilo Aegypti idẽ est. De Paradiso. n. fluit, ut sacra scriptura innuit, & Iosephus lib. 1. antiquitatum: & tamen in multis locis a terra absorbetur: ideo ortus eius per certitudinem vsque nũc inueniri non potuit. Non est ergo incõueniens, q̃ sit paradisus distans a nobis interfuso Oceano, aut alijs maribus: licet an ita sit, nesciamus. Sed neque istud multum prodest: quia facilius sic illuc perueniri posset, cum Oceanus sit nauigabilis, & ad terras, quas peditando attingere nõ possumus, nauigio peruenimus. Quæst. 90.

Alij dicunt q̃ est in terra continente: & tamen sunt multæ difficultates veniendi, ita vt homines ire non possint illuc, ſ. deserta inaccessibilia, montes excelsi; serpentes, & diuersa genera bestiarum: ita vt illuc veniens homo nõ posset peruenire. Similia autem impedimenta solent dari, vt causa quare homines non veniant ad aliam partem orbis vltra æquinoctialem circulum inter tropicum capricorni, & circulum antarcticum. Nam cum illa terra sit necessario eiusdẽ complexionis, cuius ista nostra, in qua habitamus inter tropicum cancri, & circulum arcticum, erit bonæ habitationis, sicut ista terra nostra: Et asserunt multos habitare terram illam; sed non esse nobis accessum ad regionem illam, propter incommoda prædicta; & alia similia, quæ Philosophi antiqui ponunt, & recitat ea Albertus Magnus lib. de natura loci. Sunt autẽ alia incommoda maiora, quę omnino tollũt cõmeatum in regiones illas: & similiter poterit esse de Paradiso, ſ. quia in aliquibus locis est talis vis mineralis, q̃ non solum aqua vertitur in lapides, & aliæ materię: sed etiam animalia, quæ in illa loca inciderint, integra conuertantur in lapidem declinantem aliqualiter ad rubedinem; vnde dicit similia corpora lapidea tã hominum, quàm bestiarum esse inuenta. Probatio autẽ quòd illa fuerint uera animalia est, quia non solũ exterius: sed etiã interius inueniuntur omnia lineamẽta, quæ inueniuntur in ueris animalibus ſm speciem: sed istud fuit impossibile fieri opere humano, quia artifex poterat lapides exterius sculpere, sed non interius: vnde constat certissimo argumento ista fuisse quondam uera animalia, & per vim mineralem fortè loci in lapides fuisse conuersa, manente figura, q̃ natura in trãsmutationibus: naturã, i. speciem rei uertit, sed non figuram, quia symbola iuxta Aristo. manẽt in genito, & in corpore. Horũ lapidum natura valde frangibilis est: & sunt lapides salti, & causam horum oĩum reddit Auicenna, qui hic esse asseruit: & Albertus Magnus lib. suo de mineralibus; ubi autem expertum fuerit talia esse, nullus homo audebit transire.

Sed dicendũ q̃ prędicta non urgent, quia sacra scriptura in contrarium est: quantæcunque enim difficultates eundi ad paradisum terrestrẽ ponantur, constat q̃ nullum est impedimentum omnino prohibẽs peruenire: nã eiecto Adam de paradiso posuit Deus Cherubin habẽtem gladium flammeum, atque versatilem ad custodiam ligni uitę: & tñ si locus non esset aliqualiter adibilis hominibus, non poneret Deus custodtã, quia lignum, & locus essent naturaliter custodita; ergo erat locus accessibilis, cum Deus posuerit custodiam pro ligno uitæ. Aliter ergo dici potest, q̃ locus ille est accessibilis, sed homines illuc nunquam accedunt, quia & locum nesciunt, & uiam ignorant, quum aũt sint media deserta multa inter habitationẽ nostram, & locum illum, non inquirunt; & ideo non perueniunt illuc; ratio aũt non inquirẽdi est difficultas locorum pp medias solitudines etiam si nullum aliud incommodum esset. Hoc autem conuenit positioni illorum, qui dicunt paradisum esse sub æquinoctiali linea, quem locũ multi philosophorũ asserũt tẽperatissimum; & si ibi sit, erunt inter nostram habitationẽ, & paradisum multæ solitudines; maxime ga

non

non solum ponitur sub æquinoctiali: sed etiam in capite Orientis: & contra illam partem sunt multæ; & magnæ solitudines. Quòd vero contra illam partem sit Paradisus confirmant per ortum Nili: nam ille directo cursu videtur venire per deserta Aethiopica de sub æquinoctiali. Hoc tenet Sanctus Tho. post alios Sapientes lib. 2. senten. distinct. 17. art. vlti. & ibi etiam tenet, q̃ animalia non poterant ad Paradisum ire, neque ibi erant, nisi quãdo Deo operante deducta sunt illuc ad Adam: aut operãte dęmone, sicut factum de serpente potest putari, in quo concordat sententiæ Ioan. Damasc. & sententiæ nostræ positæ supra quæstio. 87. & quæstio. 90.

Quæst. 96. Cur nemo in Paradisum terrestrem veniant sine errore: constat enim q̃ quatuor flumina uisi Paradisum terrestrẽ ingrediantur, & exeant inde, & ascendo ea. quis autem progrediatur iuxta aliquod illorũ ad capendum, q̃ non est iste conueniens modus veniendi in Paradisum: quia præter alia inconuenientia solitudinum, & animalium, quæ in medio occurrunt est præcipuum, q̃ per ista flumina nullo modo potest inuestigari Paradisus: nam nullum flumen istorum cõtinuo cursu fluit super terram, sed in multis locis absorpta a terra alibi nascuntur. De Tygri, & Euphrate duobus fluminibus patet: nam ambo communem fontem habent in Armenia, vbi incipientes fluere, statim diuiduntur: & omnes Auctores gentilium indequem Boetius sequitur lib. 5. de Consola. metro. 1. & rationabiliter dicunt, quia vident ibi eorum fontem esse: similiter de Nilo, & Gange, ideſt Gihon, & Phison, vt infra dicemus tangendo de fluminibus Paradisi; & ita cum per cursus istorum fluminum veniatur ad loca, vbi cum absorpta fuerint, erumpunt, cessabit inquisitor: & non poterit vltra quęrere primum fontem horum fluminum, sicut factum est in Nilo ab antiquis inquisitoribus. Alij autem tollunt omnes has difficultates asserentes locum Paradisi cognitum esse, & populos habitare non longe inde, sed peruenire nõ posse illuc propter fragorem casus aquarum. De hoc dicit Basilius in Hexameron: Paradisus autem est in Oriente in altissimo monte, de cuius cacumine cadentes aquæ maximum lacum faciunt: & in suo casu tantum strepitum, & fragorem, q̃ omnes incolæ iuxta prædictum lacum nascuntur surdi ex impetu moderato sonitu, seu fragore, sensum in paruulis auferente corrumpente: Et similis sentẽtia est Ambrosij in Hexameron; ex illo autem magno lacu asserunt quatuor flumina nasci, de quibus supra 2. cap. De prædictis an vera sint, nobis non constat, nisi quãtum scriptorum tribuimus: licet non sit satis verisimile ibi velle homines habitare, vbi omnes surdi efficiuntur: tamen sacræ scripturæ hoc non discordat, quæ præsupponit perueniri posse ad Paradisum: sed non intrare propter Cherubin cum gladio flammeo, atque versatili, qui custodit viam ligni vitæ, supra 3. cap. Sed quicquid horum teneatur, hoc saltem constat, q̃ locus Paradisi determinate est nobis ignotus: quia nemo nostrum illuc peruenit: neque de eo alia cognitio habetur, quàm ea, quam tradidit sacra scriptura: & hoc maxime de interioribus; nam si vsque ad Paradisum aliquis venire posset, intrare tamen nõ posset: & sic nescire quid cẽt inferius: propter quod sacra scriptura illud aperte voluit declarare, supra 2. cap. Nunc autem videndum est quid in summa scriptores asserant de Paradiso terrestri: dicit enim Isidorus lib. 14. Etymo. cap. 3. Paradisus locus est in Oriẽ tis partibus constitutus, cuius vocabulum ex Græco in Latinum vertitur ortus. Porro Hebraice Eden: dicitur quod in nostra lingua deliciæ interpretatur quod vtrunque iunctum facit ortum deliciarum. Est enim omni genere ligni, & pomiferarum arborum conditus: Habens etiam ibi lignum vitæ: nõ ibi æstus, nõ frigus, sed perpetua aeris temperies, de cuius medio fons prorumpens totum irrigat nemus: diuiditurque in quatuor nascentia flumina, cuius loci post peccatum hominis aditus intercluſus est. Septus est enim vndique rumphea flammea, ideſt muro igneo accinctus; ita q̃ pene cum cęlo iungatur incendium: Cherubin quoque, ideſt Angelorum præsidium arcendis spiritibus malis super rumpheę flagrantia ordinatum est, vt homines flammę, Angelos vero malos Angeli boni submoueant; ne cui carni, vel spiritui transgressionis aditus Paradisi pateat. Strabus autem, & Beda de hoc dicunt; Paradisus est locus in Oriente positus interiecto Oceano, & montibus appositis a regionibus, quas incolunt homines secretus, & remotissimus altus pertingens vsque ad circulum Lunę; locus summè conueniens homini innocenti propter eius summam temperiem; quia non frigus ibi, neque æstas; sed perpetua temperies. Scholastica historia dicit: Plantauit Deus a principio creationis Paradisum herbis, & arboribus locum deliciarum; & hic in mundi principio, ideſt in Oriente; & ille locus est amęnissimus longo tempore, marisque tractu a nostro habitabili segregatus, adeo altus, vt vsque ad Lunarem globum attingat; vbi & propter situs altitudinem aquę diluuij nõ peruenerunt. Idem refert Magister lib. 2. senten. distinct. 17. Damascenus autem de hoc dicit; Quia vero ex visibili, & inuisibili creatura conditurus erat; Deus hominem secundum suam imaginem, & similitudinem; sicut quendam principem, & regem omnis terrę, & omnium, quę sunt in terra, constituxit ante quandam regionem in qua conuersatus beatam duceret vitam; & hic locus diuinus est Paradisus Dei manibus in Eden, ideſt delicijs, & voluptate plantatus; in Oriente quidem omni terra celsior penitus temperato, & tenuissimo aere circumfulgens; plantis semper floridis comatus, bono odore plenus, lumine repletus, pulchritudinis vniuersæ gaudij, & exultationis promptuarium creaturę sensibilis; excedens intelligentiam diuina regio; & digna ei, qui secundum imaginem Dei erat, in qua nil irrationalium habitabat, sed solus homo diuinarum manuum plasma. Auguſt. autem de Paradiso terrestri loquitur lib. 8. super Genesim ad literam; loquitur etiam lib. 13. de ciuitate Dei, cap. 21. vbi ostendit Paradisum esse locum corporalem contra illos, qui asserunt esse spiritualiter intelligendum, sicut est Origenes; cętera autem, quę de Paradiso terrestri dicuntur, in hunc modum sunt.

In Genes. cap. 13.

Lib. 2. de fide ortho doxa, cap. 11.

Quæst. 98. An possimus scire magnitudinem, vel paruitatẽ Paradisi.

De Paradiso terrestri solet quęri quantum ad magnitudinem suam, an aliquid magnum, vel paruum sit. De hoc dicendum, quòd auctores nihil certum tradiderunt; immo neque illud tangere uoluerunt. Causa autem est; quia sacra scriptura de hoc nihil dixit; de qualitate enim loci aliquid ponit sacra scriptura, quam secuti potuerunt & alia dicere scriptores, ad quæ ratio eos conducebat. De magnitudine autem nihil dictum est; ideo neque illi tetigerunt. Sed dici potest, q̃ Paradisus est locus satis magnus, nam sunt ibi arbores omnium generum in multa amęnitate; est etiam ibi fluuius magnus, qui irrigat Paradisum; sed hoc satis magnam exigit quantitatem; ideo non erat paruus locus. Secundo, quia si homo non peccasset, ibi futura erat habitatio omnium hominum; nemo enim in his partibus mundi, in quibus nos habitamus maneret; & tamen pro omnibus hominibus

minibus simul habitantibus magna latitudo loci requirebatur. Ex hoc autem aliqui errant asserentes Paradisum esse tantę magnitudinis, vt est vna Prouincia magna: aut fortassis aliqua de partib⁹. f. sicut Aphrica, vel Europa: nam nũc homines occupant tres partes terræ: occuparent ergo tũc tantum quantum est vna, aut dimidia saltem: tanta igitur erit magnitudo Paradisi. Sed dicendum ꝙ non stat, primo quia si Paradisus aliquid tam magnum esset latere non posset vbi esset: quia propter sui magnitudinem se manifestaret: & tamen latet, ergo non est tantę magnitudinis. Secundo, quia id quod de hominibus dicitur nõ vrget, quia in Paradiso terrestri non erant futuri homines semper quo vsque expleretur hominum numerus: sed per generationes transferreretur: per vnũ de duobus modis, quos Aug. tãgit super Genesim ad literam: & refert Magister, lib. 2. Sent. dist. 20. & sic nõ esset aliquando tanta multitudo hominum in Paradiso terrestri, quanta est nunc in terris, aut forte in vna sola parte mundi. Tertiò dici potest, ꝙ etiam magna multitudo hominum ibi manens non indigeret magno loco tanto, sicut nunc indigeret: causa huius est, quia homines nunc habent secũ animalia, de quibus viuunt: & propter animalia indigent lata terra non solum pro se, sed etiam pro pastu, & mansione animalium: vbi autem nulla animalia mansura erãt quia neque homines illis indigerent, vt dictum est supra, quæst. 87. & q. 90. Ergo non indigerent magno loco. Quarto, quia nunc homines indigent magna terra propter loca, quæ colunt, de quibus habent necessaria ad victum: & quia sæpe terra est modicum fertilis, est lata terra necessaria pro paucis hominibus: in Paradiso autem homines non colerent terram; sed arbores, quas Deus plantauerat darent homini sufficientiam victus; ideo non indigerent ibi latitudine terræ, & multa huiusmodi sumi possunt. Ex quibus apparet ꝙ Paradisus esset terra aliquantulum lata tamen non multum; non enim videtur, ꝙ oporteret habere maiorem magnitudinem, quàm habeat insula, scilicet in longitudine tres, vel quatuor leucas; in circuitu autem duodecim, aut parum plus, vnde auctores solent vocare Paradisum montem; quod non fieret, si putarẽt esse circuitum eius ad valde magnũ, vt est vnius Prouincię, vel Regni; sed hoc de magnitudine opinãdo dicimus, ꝙ nulla ratio trahit nos ad tantum specialiter dicendum. Nunc quæretur de altitudine Paradisi terrestris. Dicendum ꝙ communis positio est, quòd sit locus valde excelsus; & aliqui hoc tribuũt propter flumina, quæ inde exeunt; nam quatuor flumina exeunt de Paradiso supra 2. cap. Et illa per totam Asiam fluunt, quæ in quibusdam locis eleuantur ad magnas altitudines; sed aqua non potest eleuari naturaliter vltra æquilibrium suæ originis; ergo locus originis illorum est valde altus; & ita Paradisus terrestris erit valde excelsus. Sed dicendum quod ista ratio non erit necessaria; quia licet Paradisus sit locus planus possẽt inde ista flumina nasci; ga licet ibi primum aquæ illæ apparerent, i. illius fluuij, qui diuiditur in quatuor capita, poterat procul inde in aliquo loco excelso habere primam originem, & apparere in Paradiso; cum per subterranea loca illuc veniret; & tunc æquilibrium aquarum illarum non acciperetur per habitudinem ad locum Paradisi; sed ad primam originem: & si locus ille esset valde excelsus possent flumina per longas terras fluere, & alicubi ascendere ad magnas altitudines. Alij autem dicunt, quòd est magna altitudo Paradisi propter loci salubritatem; nam locus habitationis nostræ habet aerem turbulentum propter exalationes, & vapores, qui surgunt hic de terra, & aquis; & ideo non est bene sanus locus nostræ habitationis; ibi autem est locus maximę salubritatis; ideo debet esse remotus ab actione magna contrarietatis, qualis est hic propter refractionem radiorum circa terrã, & eleuationem vaporum, & exhalationum ex ea, & ex aqua; locus autem vltra exhalationes, & vapores erit magis redactus ad medietatem temperamenti; & ibi erit conuenientior locus Paradisi, & ideo multi dixerunt Paradisum esse locum excelsum. Dicendum est, ꝙ ista ratio aliquid habet verisimilitudinis; sed quantum per hoc appareat eleuari non constat.

Dicunt aliqui quòd eleuatur Paradisus vsque ad altitudinem circuli Lunę, ita quòd pertingat circulum Lunæ; sic tenent Beda, & Strabus; & Magister in historia Scholast. & Magister refert, lib. 2. Sent. dist. 17. vt supra q. 97. declarauimus. Ad hoc autem mouentur ex duobus. Primo, vt euitent aquas diluuij; nam aquæ diluuij fuerunt eleuatæ super mõtes altissimos cubitis quindecim supra 7. cap. Et tamẽ ad Paradisum volunt, quòd non peruenerint aquæ diluuij; ideo ponunt quòd sit altitudo eius vsque ad Lunam. Secundo propter salubritatem loci; nam ibi nihil moritur cum Henoch, & Elias tanto tempore ibi viuant: sed hoc non fieret, si esset locus ille planus, sicut locus nostræ habitationis: vbi propter magnam actionem cõtrarietatis fit vehemens, & velox corruptio: ideo voluerunt ponere extra omnem locum contrarietatis, & sic posuerunt quòd attingat cęlum Lunæ.

Sed nunc est dubium, an istud sit verum. Dicendum quòd non: non enim eleuatur Paradisus, aut aliqua terra vsque ad globum Lunæ, ideſt vsque ad corpus eius: neque etiam vsque ad circulum eius, ideſt vsque ad concauum orbis Lunæ. Causa huius est, quia hoc maxime repugnat rationi: nam si tantum eleuaretur, esset Paradisus in media regione ignis, quia elementum quod cœlo coniungitur est ignis, & est sphęra eius maioris capacitatis: quàm cuiuslibet alterius elementi: quia quanto est elementum superius tanto est capacius, vt est sententia Arist. lib. de Genera. Et ideo totus locus Paradisi erit intra ignem. Istud est omnino contra rationem: quia intra ignem nihil agere potest vitã: sed omnia cito in eo corrumpuntur. Secundo propter velocitatem motus; nam cęlum mouetur magno impetu ita, vt propinqua rapiat: vnde & elemẽta superiora, ideſt ignis, & aer mouentur ex raptu cœli: vnde si talis motus esset raperentur, quæ essẽt in Paradiso, vel fieret eis magna violentia, quod est contra bonam consistentiam. Tertiò, quia si tanta esset altitudo Paradisi, ut usque ad Lunam pertingeret esset valde magna altitudo, & consequenter latitudo: ita vt totam terram, vel quasi totam occuparet: & propter hic, quia vt probat Ptholomæus, in lib. Almagesti. & Alfraganus refert libro suo, cap. 21. Longitudo inferior Lunæ à terra est milliarium centum nouem millium: nongentorum triginta septem: & est maior ista altitudo semidiametro terræ triginta tribus vicibus, & medietate vicis, & medietate decimę partis vicis vnius. Semidiameter autem terræ est medietas longitudinis terræ: & sic altitudo ista est quasi decem, & septem vicibus maior tota longitudine terrę: & tamen istud est contra rationem, quia oporteret tunc esse basim Paradisi totã terram: immo aliquid quod sit tota terra maius: cũ nullius ædificij sit maior altitudo decem & septem vicibus, quàm latitudo fundamenti. Quarto, quia si tanta esset altitudo Paradisi, non posset latere: quia de quacunque parte terræ apparet saltem in toto Hemisperio in quo esset: cum quicunque puncti Hemisperij in cœlo apparcat ex quocũque loco orizontis illius Hemisperij: & tamen latitudo terræ illius habitabilis

Opinio ędam falsa.

Cõfutatio eiusdem.

Quæst. 99. Quantę altitudinis sit Paradisus opinio cõmunis.

Alia opin.

Quæst. 102 An Paradisus extendatur vsq; ad circulum Lunæ.

Quæst. 102 Fundamẽta superioris opinionis.

Vide differentiam Lunæ à terra, & cęlum à terra secundum Astrologos.

Quæst. 103 Cõmunis opinio.

bitabilis non habet plus Hemisperio: nam non sunt plures duodecim horis ab Oriẽte in Occidente: ergo Paradisus terrestris appareret ex quacũque parte terræ habitabilis, cum ad cęlũ pertingeret, & appareret ex terra quantumcunque Occidentali: sed non appareret ex terra Occidentali, neque ex terra quãtumcũq; Oriẽtali in quàm venerint homines: ergo non est tanta altitudo Paradisi. Quinto, quia si tanta esset altitudo Paradisi tolleretur multum toti orbi quotidie de illuminatione ante Meridiem, & maxime de partibus Orientalibus: & tamen nihil tale fit: ergo non est talis altitudo Paradisi: est enim valde irrationabile istud asserere. Sed dicetur quomodo isti mori sunt ad dicendum, quòd Paradisus peruenit vsque ad cœlum Lunæ, ideſt vsque ad concauum eius: nam istud non conuenit motiuis eorum: erat enim vnum motiuum, quòd fuerit propter salubritatem loci: voluerunt enim quòd esset vita continua in Paradiso: & nihil moreretur ibi: mors autem est propter actionẽ contrarietatis: ideo debuerunt separare locum illum ab actione contrarietatis. Sed vbicunque est elementum est talis actio, quia ibi sunt qualitates contrariæ: ideo non proderat, quòd ponerent pertingere ad cœlum: dum tamen non esset intra cęlum: quia etiam si ad cęlum pertingeret, manerent intra elementa. Dicendum quòd si isti potuissent ponere Paradisum terrestrem intra cęlum posuissent: vt ibi omnino cessaret actio cõtrarietatis: & tamen non potuerunt: quia rumperetur cęlum, quòd moueretur obiectu terræ Paradisi: & ita posuerunt infra cœlum Lunæ, & ad illud pertingeret. Ista est etiam causa, quare posuerũt ꝙ pertingeret vsque ad cœlum Lunæ: quia Luna est cœlum infimum, & vsque ad illud poterat peruenire. Si autem ad Mercurium, Venerem, vel ad cęlum extẽderetur necesse erat rumpi, & penetrari cęlos priores: ideo de cęlo Lunæ dixerunt.

Sed quomodo conueniebat hoc ad alterum inconueniens euitãdum quod volebant euitare, scilicet de aquis diluuij: nam scriptura dicit quòd eleuata fuit aqua quindecim cubitis super montes altissimos supra 7. cap. Ergo etiã si eleuaretur Paradisus vsque ad cœlum Lunæ haberet locum quod dicit scriptura. Aliqui dicunt non esse illud incõueniens, quòd si Paradisus pertingebat vsque ad orbem Lunæ, non erat quo eleuaretur aqua: quia non manebat aliquis cumbitus, quo eleuaretur: ideo non poterat intelligi de mõtibus, qui sic eleuabantur, cũ constet ꝙ aqua non intrauit in cęlum: si accipietur de montibus illis, qui sunt multum inferiores cœlo. Sed dicetur ꝙ istud nõ est necessarium: quia nõ solum non eleuata fuit aqua vsque ad cęlum: immo fuit multum distans à cęlo: quia certum est, quòd aqua nõ peruenit ad sphęram ignis: nam si illuc ascendisset totus ignis extingueretur: manſit tamen sphęra ignis: ideo etiam si esset Paradisus in confinio aeris, & ignis intra aerem non attingerent illuc aquæ diluuij cum non possent ad ignem peruenire. Dicendum est, quòd aquæ diluuij non multum ascenderunt: & ita putat ab omnibus; & etiam qui dixerunt peruenisse, aut attingere Paradisum ad cęlum Lunæ, non ideo dicant, vt sic vitent, aquas diluuij peruenisse ad Paradisum, sed propter salubritatem, & separationem a contrarietate, vt tantum est; quòd vero aquæ diluuij illuc non peruenerint consequens fuit ad tantam altitudinem; & etiam si minor poneretur sufficeret ad illud. Sed dicẽt qũo isti ausi sunt dicere, quòd peruenirent Paradisus vsque ad cęlum Lunæ, cum ex hoc sequerentur multa inconuenientia, & maxime erat illud notum de igne, quòd poneretur intra cœlum. Ad hoc aliqui respondent quòd dictũ fuit istud per hyperbolem; est enim hyperbole transcensus veri ad signandum magnitudinem, iuxta illud astra ferit clangor: & illud in Alexandreidæ:

Aurea fœmineus perstringit sydera clamor.

Quod verum non est: sed significatur clamoris magnitudo, sed ad cęlum non perueniebat. Ita enim dicit quidam doctor: non enim in veritate attingit altitudine orbem Lunæ: sed circulum lunarem dicitur attingere hyperbolicæ: vt eius maxima altitudo, & incomparabilis respectu terrę inferioris insinuetur. Sed dicendum, quòd non satis hoc stat: quia si per hyperbolem dictum esset non designaret certum cęlum: sed diceretur quòd accedit ad cęlum: fit tamen determinatio. s. quod pertingat orbem Lunæ: ergo sm proprietatem voluit dicere qui hoc dixit, & nõ secundum hyperbolẽ. Alij dicunt, quòd intelligitur istud per similitudinem ad significandum conditionem illius loci: quia in Paradiso terrestri erat magnũ temperamentum, & non moriebatur ibi aliquid quod fiebat propter non esse ibi contrarietatem fortem sicut hic: sed à cęlo Lunæ: & supra istud est, quòd nõ est contrarietas, neque corruptio: ergo dictũ fuit, quòd accedit Paradisus ad cęlum Lunæ. Sic enim exponit sanctus Thom. lib. 2. Sent. dist. 17. art. vlti. Sic enim exponit Alexander. s. Paradisus lunarem circulum tangit, vt dicit Beda. i. pertingit ad aerem quietum post istum aerem turbulentum vbi finis est: & terminus exhalationum, & vaporum humidorum, quorum fluxus, & progressus lunari corpori appropriatur. Sed dicendum, quòd isti dixerunt hoc ad excusationem huius positionis: quia non videbatur posse aliter saluari, nisi per hyperbolem, vel per similitudinem: & tamen dicendum, ꝙ neque est iste sensus positionis huius: immo ꝙ sit tanta altitudo Paradisi, quòd vere pertingat ad cœlum Lunæ: & patet hic ex modo loquẽdi historiæ Scholasticæ. s. Paradisus est altus adeo, vt vsque ad lunarem globum attingat, vbi etiam propter situs altitudinem aquę diluuij non peruenerunt; & tamen si altitudo illa non acciperetur secundum veritatem; sed secundum similitudinem, non esset causa non peruenienti illuc aquas diluuij; ergo intelexerunt isti ita, quòd vere attingeret ad cœlũ Lunæ.

Est autẽ dicendum ꝙ auctores huius positionis vere intenderunt quod Paradisus pertingeret vsque ad cęlum Lunæ; & nõ putauerunt ex hoc sequi incõueniẽs aliqd, immo per hoc induci quod ipsi volebant. Causa autem est, quia vsque ad cęlum Lunæ putant esse aerem; & nullum ignem, & tunc est, quod ipsi volunt. Est enim hoc propter salubritatem; quia ponunt sic Paradisum in extremitate aeris placidi, quieti, non turbulenti; nam turbationes, & impressiones in aere non fiunt, nisi vsque ad finem secundæ regionis; in tertia autem regione aeris est securitas, & temperies; & quod ibi fuerit est elongatum ab actione secundum contrarietatem; & sic non competit illi loco salubritas. Similiter in hoc liberant Paradisum ab aquis diluuij, quia certum est ad talem altitudinẽ non peruenisse aquas diluuii. Cum autẽ obijcitur, ꝙ ponendo sic Paradisum ponimus illum in igne, dicũt ꝙ non sequitur, eo ꝙ ante Lunam non est ignis. Ista positio Platonis, & omnium Platonicorum, & plurimorum Philosophorum. s. ꝙ non sint in toto orbe, nisi quatuor elementa, & composita ex his; vnde volunt cęlum de natura quatuor elemẽtorum; primus autem, qui opinionem istam destruxit ostendendo cęlum; & omnia cęlestia esse de natura quinta, quæ nõ sit elementalis, fuit Arist. lib. 1. de cęlo & mundo; cui propter efficaciam rationum assentiunt posteri. Qui autem ponebant cęlum de natura elementorum dicebant totum cęlum esse ignem, & stellas esse puriores

Cõfutatio.

Quæst. 105 Quod quidã vere putauerit Paradisum pertingere cęlum Lunę.

Secũda responsio.

Negant ignem etiã ante Lunã oẽs Platonici.

Cap. 4.

Prima responsio.

res ignes, cui positioni fere omnes Poetæ consenserunt. Et istud rationabiliter ponebatur, si cœlum esset de natura elementorum: est enim cœlum excelsum super omnia corpora: ideo erit de natura ignis: quia ignis est leuior inter omnia elementa: & ideo debet esse in situ superior. Secundo adiuuat ad hic lux corporum cœlestium: pertinent autem lux, & lumen in elementis ad ignem potissimum quãtum ad vulgares videtur esse idem color astrorum, & flãmarum ignis: ideo faciliter putauerũt esse ignes cœlestes ipsas stellas, & omnia corpora, quæ ibi sunt. Ordinauerunt autem sic elementa, vt essent terra, & aqua, & aer, & super ea esset ignis, qui est cœlum, & nulla pars elementi ignis esset, quæ pars non pertineret ad cœlum, & quia cœlũ incipit in cœlo Lunæ, incipiebat ibi ignis, & ante illud cœlum nullus ignis esset. Hoc ergo modo non obstabat Paradisum pertingere vsque ad cœlum Lunæ: quia non poneretur aliqua pars eius intra ignem. Ista fuit vera intentio eorum, qui fuerũt auctores huius positionis: quia illi fuerunt Platonici, & non putauerunt inconueniens esse istud aseri. Istud apparet: quia multi de doctorib⁹ nostris Theologis veteribus secuti sunt in rebus naturalibus Platonem. Sic enim fecit August. qui in libris suis super Genesim ad literam posuit cœlum, siue firmamẽtum esse de natura ignis: & dixit illud cœlum esse super aerem: in quo innuit, quòd non est aliquod elementum ignis, quod immediate sit super aerem nisi cœlũ. Sic Magister lib. 2. Sent. dist. 14. refert dicens in dubio. Alij putant cœlum esse igneæ naturæ, quibus consentit August. In litera autem dicit: quidam verò cœlum, quod excedit aeris spacia, igneæ naturæ dicunt asserentes super aerem purũ ignem esse, de quo ignes ydera, & luminaria facta esse coniectant: quibus August. consentire videtur: & ita secundum opinionem August. debet dici, quòd ante cœlum Lunæ non sit ignis aliquis: ideo poterit esse Paradisus pertingẽs vsque ad cœlum Lunę, & nõ erit in igne aliqua pars Paradisi. Sicut autem August. fuit Platonicus: ita & multi alij de doctoribus nostris partim propter reuerentia August. qui hanc doctrinam sequebatur, partim quia illa visa fuit rationabilis, sicut inter veteres putatum est, plusquàm esset doctrinã Arist. Auctores autem huius sententiæ. s. ꝙ Paradisus pertingat vsque ad cœlum Lunæ videntur fuisse Strabus, & Beda: postea multi eos de Theologis secuti sunt: sed Strabus, & Beda ex toto, vel ex aliqua parte Platonici fuerunt imitantes Augu. ideo fuit eis conueniens visum ponere accessisse Paradisum ad circulũ Lunæ quasi non propter hoc sit in igne.

Cõfirmatio.

Dicendum nunc secundùm veritatem, quòd Paradisus non eleuatur vsque ad cœlum Lunæ: nam esset in igne totus Paradisus: cum nos sciamus secundùm veritatem sphերã ignis esse, quæ appropinquat cœlo, & non aerem cũ cœlum non sit de natura ignis: sed de alia natura quinta: vt ostendit Arist. lib. 1. de cœlo, & mun. & ita nõ poterit ibi esse Paradisus. Etiam si vera esset positio Platonicorũ, ꝙ cœlum esset ignis, & ante cœlũ non esset ignis: adhuc non posset pertingere Paradisus cœlum Lunæ: quia sequerẽtur alia inconuenientia de magnitudine basis Paradisi, & de impedimento luminis: & de cognitione loci Paradisi: quæ posita sunt supra q. 101. Dicendum etiam, ꝙ motiua eorum non inducũt sufficienter hic: nam dato ꝙ non esset ignis ante cœlum Lunæ adhuc non sequeretur ex motuis illorum, ꝙ Paradisus pertingeret vsque ad orbem Lunæ. Primum motiuum sic ex ratione aquarum diluuij: & tamen ad excusandum aquas diluuij, vt illuc non peruenerint, aut non sufficiet etiam altitudo illa, quæ est vsq; ad cœlum Lunæ,

Quæst. 106 Determinatio dubij secũdũ veritatem.

Cap. 4.

Solutio rationũ aduersariorum.

Ad primum motiuum.

vel sufficiet minor. Nam secũdum rigorem verborum sacræ scripturę si accipiatur sententia, erit aqua diluuij super Paradisum terrestrem etiam si pertingat cœlum Lunæ. cum dicatur supra 7. cap. Operti sunt omnes mõtes excelsi sub vniuerso cęlo quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat: & quia Paradisus est vnus de mõtibus in vniuerso necesse esset illum operiri aquis diluuij. Si aũt accipiatur litera sacræ scripturę ſm alium modum, non fuit necessaria tanta altitudo ad hoc, ꝙ non peruenerint aquæ diluuij illuc. sicut statim in sequentibus declarabitur. Secundum motiuum, quod erat de salubritate loci non est sufficiens: quia aut isti volũt ponere omnino Paradisum extra locum actionis per contrarietatem aut ex hoc videatur peruenire salubritas: aut non volunt hoc, sed in aliquo parue actionis per contrarietatem ponere. Si primo modo non est possibile: quia etiam si ponatur Paradisus iuxta cęlum Lunæ ponitur in loco actionis per cõtrarietatẽ, quia ibi necesse est esse elementũ cũ non sit intra cęlum, siue ergo sit ignis iuxta veritatem, & sententiã Aristot. siue sit aer iuxta intentionem Platonicorum vtrobique erunt contrariæ qualitates, & locus actionis per contrarietatem: & ita ex hac parte non saluabitur salubritas. Secundo, quia etiam si Paradisus terrestris poneretur intra cęlum nõ videretur sequi ista salubritas ex hac parte: quia licet locus cõtinens Paradisum terrestrem non haberet contrarietatem aliq̃ intra Paradisum erat contrarietas: quia ibi erat terra, & aqua; & in quolibet erant qualitates pertinẽtes ad contrarietatem etiam necesse erat poni ibi actionem per cõtrarietatem: nam ibi erat generatio aliqua circa herbas, & fructus arborum, & aliquas alias res: etiã esset ibi augmẽtum quod est quædam generatio: sed generatio sine alteratione nõ fit, & alteratio sine contrarietate, ergo esset ibi necessario cõtrarietas quędã. Tertio patet, quia dato quòd adhuc in ipso Paradiso, ideſt in rebus eius non esset contrarietas, esset saltem in homine, quæ non potest esse quin habeat qualitates contrarias, & qđ plus est fieret in Paradiso generatio hominum, fieret nutritio, fieret augmentatio, sed ista non fiunt sine quadam corruptione, & generatione: ergo non poterat poni Paradisus sine actione per contrarietatẽ. Quarto, quia dato ꝙ Paradisus poneretur extra locum actionis per contrarietatẽ, non sufficeret ad salubritatem, quam isti volunt, quia etiam si homo non corrumperet ab extrinseco corrumperet ab intrinseco, quũ in se habeat sufficientẽ contrarietatẽ: vnde si nihil aliud ponãt nunquam poterunt inducere illam salubritatem. Si aũt nõ vellint ponere Paradisum extra oẽm actionem per contrarietatem: sed extra gradum aliquem actionis per contrarietatẽ, nõ oportebat poni circa corpus Lunę, aut cœlum eius, quia alibi inuenietur locus conueniens ad hoc.

Ad secundum motiuum.

Tertium motio ad secundum.

Quæst. 107 Determinatio.

Dicendum vr̃, ꝙ Paradisus est in loco excelso, sed altitudinis quantitatẽ diffinire nescimus, quia neq; sacra scriptura ponit, neq; ratio illud cõuincit, neq; quam nostrum experimento didicit. Et dicendum, ꝙ causa huius altitudinis non fuit ad euadendum aquas diluuij, quia illud erat posterius, sed vt daret ei tanta altitudo, quanta conueniret ad bonam habitudinẽ Paradisi, & eorum, quæ ibi essent: bona autem habitudo Paradisi erat temperies loci ad delectabiliter ibi esse, scilicet vt non esset æstus, neq; frigus, sed qualitatum temperies reductarum ad medium: erat ẽt salubritas ad esse, s. vt res non corrumperentur, aut nõ faciliter: corruptio aũt fit per actionem contrarietatis: ideo ad tollendum facilem corruptionem oportebat Paradisum non esse in loco magnæ actionis per contrarietatem: in igne autem est extremũ contrarietatis: in aere

Alia ratio ad secundũ.

quoque

quoque caliginoſo est extremum contrarietatis. s. magnum frigus: iuxta terram autem propter incidẽtiã, & reflexionẽ radiorũ Solis nõ est extremum contrarietatis, sed est permixtio omnium: & licet sit quædã temperies est parua: & est cum magna actione cõtrarietatis. Et ob hoc nõ potuit poni Paradisus attingẽs vsque ad orbẽ Lunæ quasi esset ignis, & corrũperent omnia calore. Non etiã debuit poni intra aerem turbidum caliginosum: quia ibi est magna frigiditas, & omnia mortificarentur: apud terram autem melius poneretur: quia ibi est quędam temperies: & tamen est ibi magna actio per cõtrarietatẽ, quæ facit res cito corrumpi. Debuit ergo quæri alius locus, in quo esset actio aliqua per contrarietatem, sed minor, & maius temperamentum. Iste locus videtur esse tertia aeris regio, quæ est statim super aerẽ caliginosum, vel turbidum: ibi enim esset pauca actio per cõtrarietatem: esset tamen aliqua, quæ sufficeret ad aliquam generationem, & corruptionem, & ob hoc in illo aere serexan. Paradisi altitudo lunarem tangit circulum, vt dicit Beda. i. pertingit ad aerem quietũ post istũ aerem turbulentũ: ideo finis est, & terminus exalationum, & vaporum humidorum, quorum fluxus, & progressus lunari corpori appropriatur. Ista positio videtur esse rationalis, quàm multi sapientum tenent, & tenuimus eam 5. 2. c. q. 9. Et hoc nunc videtur tenendũ.

Alexan. de Hales.

Quæst. 107 Quòd Paradisus non attingat cœlum Lunæ.

Sed aliquis dicet, ꝙ ẽt istud non stet: quia sequent̃ inconuenientia data tanta altitudine. s. occupatio multæ terræ ad basim Paradisi: & impedimentum multiplicationis luminis, vt ostensum est supra q. 101. Dicendum ꝙ non sequentur illa inconuenientia: nam illa erant posito, ꝙ peruẽniret Paradisus ad cœlum Lunæ. Tamen si peruenirent ad tertiam regionem aeris. s. serenam: non est magna altitudo: & tamen est præsupponendum, ꝙ non eleuetur Paradisus per totam illam tertiam regionem, sed solum ꝙ peruenirent ad illam, i. planities Paradisi sit intra tertiã regionem aeris sereni, quæ est intra aerem turbitum. Altitudo autem siue pes Paradisi occupet duas regiones. s. infimã, quæ est circa nos, & mediam, quæ est aeris turbidi, siue caliginosi. Est autem regio tertia maior, quàm duæ regiones inferiores: vnde si pertingeret Paradisus vsq; ad supremum tertię regionis aeris. s. circa ignem, esset magna altitudo eius, & tunc non possemus euitare inconuenientia supra posita q. 101. si tamen ponamus esse planiciem Paradisi in principio tertiæ regionis aeris, erit parua altitudo: ad quam non sequentur aliqua inconuenientia, & tantum proderit ista altitudo, quantum si eleuaretur vsq; ad finem istius regionis, vel quasi. Quia autem non sit ista magna altitudo apparet, quia aliqui montes sunt, qui videntur ad tantã altitudinem peruenire, sic dicitur de mõte Olympo: est enim mons altissimus, ita vt cœlũ tangere videaꝰ. Et ideo apud Græcos nomen mõtis, & cęli idem est; dicit enim de hoc Isidorus lib. 14. etymo. ca. De montibus Olympus mons Macedoniæ nimium excelsus: ita vt sub eo nubes esse dicantur: de quo Virgilius, & nubes excessit Olympus: dictus autẽ Olympus: quasi Olon lampos. ideſt ardens, quasi totum cęlum: hic mons Macedoniam diuidit à Thracia. Et ita apparet, quod excedit Olympus nubes, quę sunt in secũda regione aeris. i. in aere caliginoso. Etiam tantę sublimitatis est mons Olympus, vt omnes excedat aeris turbines, & alias passiones: vnde & Philosophi illuc ascẽdentes, vt situs stellarum, & cursus inspicerent, ibi visuere non poterant, nisi secum spõgias cum aqua ferrent: & sic per aquæ attractionem aerem redderent spissiorẽ, sicut dicit historia Schol. Quod vero Olympus aerem caliginosum excedat, manifesto argumẽ-

Quæst. 107 Determinatio.

Cap. 2.

Argumẽtũ

occupat

occupat lucem aliarum regionum: quia quando longissima vmbra eius est, scilicet in ortu Solis, aut in occasu, est septuaginta sex millium passuum: & sunt milliaria octoginta sex: sed hic pauca terra est: procederent autem omnia ista inconuenientia si altitudo Paradisi esset vsque ad cœlum Lunæ, sicut supra tactum est.

Quæst. 110 An aquæ diluuij peruenerint ad Paradisum.

Consequenter est dubium de Paradiso terrestri circa aquas diluuij, an illuc peruenerunt. Aliqui dicunt quòd sic: quia supra 7. cap. dicitur operti sunt omnes mõtes excelsi sub vniuerso cœlo quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat: sed Paradisus erat vnus de montibus vniuersi: ergo super illam eleuata fuit aqua. Aliqui dicunt, quòd non accessit aqua diluuij ad Paradisum: quia aliqui alij montes fuerũt ad quos nõ accessit aqua diluuij, sicut mõs Olympus, quũ neq; pluuiæ cadant super illũ. Sic etiã patet de mõte Parnasso, q est in Thessalia iuxta Boetiam, vt dicit Isid. lib. 14. Etymo. c. de montibus: & ad caput huius non peruenerunt aquę diluuij, vt dicit Ouidius lib. 1. in Methamor. Ergo à fortiori non peruenerunt ad montem Paradisi, qui ponitur excelsior.

Respõsio. Dicẽdum quòd vt tetigimus supra 7. cap. quæst. 9. De monte Paradisi est aliqua causa dubitãdi an illuc peruenerit aqua diluuij. De alijs autem montibus totius terrę non est aliqua causa dubitandi, quin aquæ super illos ascenderit. De illis patet primo, quia dicitur supra 7. Quod operti sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cœlo: isti autem sunt mõtes sub cœlo. ergo operti sunt. Secundo, quia si diceretur de aliquibus montibus, quòd non operti sunt: quia erant excelsi: similiter dicetur de multis alijs, quũ multi sint mõtes valde excelsi in terra. Tertiò, quia hic dato cessaret: finis diluuij in aliqua parte, quod est inconueniẽs quum nemo possit impedire cõsilium domini, neque eius resistere voluntati infra cap. vlti. Et tamen si relinquerentur montes obliqui non operti in orbe, confugerent homines ad illos: & ibi euaderent aquas diluuij: sed falsum est, quia omnes interierunt: omnes ergo montes operti sunt.

Prima ratio.

Secũda ratio.

Tertia rõ.

Quæst. 111. An oportuerit operiri omnes montes aqua diluuij.

Sed dicet aliquis, quòd ad hoc non oportebat operiri omnes montes: sed solum in parte Orientis: tũc enim quando factum est diluuium, non erant homines diuersi per orbem, quum diuersio fuerit post diuisionem linguarum post diluuium supra 11. cap. Aut re diuisionem autem linguarum omnes homines habitabant in Oriente, & non longe quidam ab alijs habitabant: ergo satis erat in parte illa Orientis operiri montes omnes. In alijs autem partibus mundi non erat necesse operiri montes: & ita multi possent manere discooperti. Dicendum quòd non stat: sed generaliter omnes montes in toto orbe fuerunt operti: primo, quia licet homines essent in sola parte Orientis: tamen animalia non erant ibi solum, sed per totam terram dispersa, cum per omnes partes terræ dispersa creasset ea Deus: & tamen omnia animalia debuerũt perire: ergo omnes mõtes totius orbis oportuit operiri: quia alias possent multa animalia confugere ad montes: & ibi liberarẽtur: & fieret hoc maxime in auibus, quæ volare poterant in montes, & ibi liberarentur: & tamen nullum animal euasit aquas diluuij: sic enim Deus promiserat supra 6. cap. Delebo inquit hominem, quem creaui à facie terræ ab homine, vsque ad animantia, a reptili vsque ad volucres cęli: & sicut Deus promiserat, ita impleuit supra 7. cap. Scilicet consumpta est omnis caro, quæ mouebatur super terram volucrum: animantiũ bestiarum: omniumque reptilium, quæ reptant super terrã vniuersi homines, & cuncta, in quibus spiraculum vitæ est in terra mortua sunt: ergo necesse fuit, q omnes mõtes operirentur: quia alias non morerentur omnia animantia. Secundo patet, quia si Deus non vellet operire oẽs montes, aut totam terrã, sed solũ terram, in qua habitabant in Oriente transtulisset Noe: & alios, qui cum eo saluati sunt, & ipsa pauca aãlia in aliam partẽ orbis, vbi non esset diluuiũ istud, vel cuius mõtes non operirentur: & ibi manerent sine difficultatibus viuendi quas habuerunt in arca. Voluit tamen Deus, q in arca manerent quasi iste esset modus conuenientior, & facilior, qui inueniri poterat: ad hoc: ergo tota terra, & omnes montes operti fuerunt aqs. Tertio, quia daturo, quòd aquas mitteret Deus super partẽ Oriẽtis totam, in qua essent homines: quia tamen tantæ erant illæ aquæ, q vbi operirent montes altissimos: & eleuarentur quindecim cubitis super illos supra 7. cap. Rotarẽtur in circuitu orbis effluæ super totam terram, atque operirent illam, & montes eius: & sic non manerent aliqui montes discooperti. Quarto, quia licet cõiter teneatur, q ante diluuiũ habitabat totum humanum genus in Oriente: non tñ est tam necessarium, quin negari possit: quia poterat esse, q essent dispersi hoĩes per diuersas partes mũdi: & quũ in diluuio oẽs perijssent manẽtibus solis Noe, & tribus filijs eius, cũ vxoribus suis, reuniretur genus humanum rursus, & habitaret in parte Orientis post diluuium, quo vsque diuisa lingua dispergerentur, de qua dispersione sola fit mentio supra 11. Et si isto modo poneretur, necesse erat per totã terrã mitti aquas diluuij, & oẽs montes altissimos operiri, vt oẽs hoĩes perirẽt. Sed duæ rõnes primæ sunt magis cõuenientes: nam non concedimus q humanũ genus dispersum est ante diluuium; primo, quia nõ apparebat alia causa dispersionis, sicut postea. Secũdo, quia nõ proderat talis dispersio, quum postea in diluuio reuniendi essent: & frustra erat fieri duas dispersiones, cũ vna sufficeret. Tertio, quia causa dispersionis fuit diuersitas linguę, cum se non intelligerent. Et qui nõ participabant mente, & sermone non poterant cohabitare: ista. n. ponitur causa dispersionis supra 11. cap. Et tamẽ ante diluuium, & post vsque ad ædificationẽ turris Babylonis semper fuit lingua vna, & sermonũ identitas 10. cap. Ergo non fuit facta dispersio ante diluuium. Quarto, quia dispersio humani generis erat aliquid magnum, quum pertineret ad totum humanum genus. Talia autem omnia accidentia narrat sacra scriptura; sicut narrat diluuium & dispersionem post diluuium, similiter diuisionem linguarum; non narrat aũt aliquã diuisionẽ hoĩum, nisi post diluuiũ, ergo nõ fuit aliqua prius. Ex supradictis etiam appareret, q non sunt aliqua aãlia in Paradiso terrestri: sed solus hõ, sicut ostendimus supra q. 87. & q. 90. quia supra 7. cap. Dicitur, q consumpta est oĩs caro, quæ mouebatur super terram: volucrũ aãntiũ bestiarũ, omniumque reptilium, quæ reptant super terrã vniuersi homines, & cuncta, in quibus spiraculũ vitæ est, mortua sunt: & tamẽ quicquid in Paradiso esset non moreretur: ergo non essent ibi aãlia aliqua. Sed ad hoc posset dici, q nõ includantur sub illa generalitate ea, quę erant in Paradiso: sed solum quæ erãt foris super terram: nam sicut homo, qui ibi erat nõ mortuus est, neque inclusus fuit sub illa generalitate oĩum hoĩum morientiũ: ita & aãlia, quæ ibi essent nõ includerent sub clausula generali oĩum animalium. Aliter ergo & melius dici potest, q ex hoc non tollitur aãlia esse in Paradiso: sed hoc sequitur, q si aliqua ibi essent nõ exirent ad terram, neque aliqua deforis intrarent Paradisum: nam si aliqua ibi essent, quæ intrarẽt deforis, siue illa essent gressibilia, aut reptilia, siue volatilia possent in diluuio multa animalia tempore diluuij euadere in Paradiso: sed hoc erat cõtra intentionem Dei:

Dei: nam propter hoc operti fuerunt omnes mõtes, vt nullum animal euadere posset: ergo neque confugiendo ad Paradisum euaderent. Neque etiam poterant aliqua aãlia de Paradiso exire foras: quia si exirẽt aliqua, possent ex illis reparari post diluuium loca pereuntium in speciebus suis: & nõ oporteret, quòd Deus faceret seruari aãlia in arca: & tñ seruatæ sunt species oĩum aãlium in arca iubente Deo, supra 6. & 8. cap. Ergo nõ erant in Paradiso aliqua aãlia, quæ supplerent locum pereuntium exeundo post diluuium foras. Etiã ad vtrumque proderat conditio Paradisi: nam erat vallata muro igneo pertingẽte quasi vsque ad cœlum: vt dicit Isidorus lib. 14. etymo. c. 4. Ergo nihil viuens exire, ac intrare posset, quod non vreret. Secundo, quia hominibus interdicitur ingressus ad locum illum, quasi indignis: ergo a fortiori animalibus cæteris.

Quæst. 114 An in Paradiso fuerint aues.

Ex hoc etiam patet circa id quod tangebatur q. supra 87. Quòd non esset inconueniens esse ibi aues, sicut est de alijs aãlibus: & dicendum est q non est tñ inconueniens sicut de alijs: tamen neque ibi sunt: primum patet, quia volucres non ita deformarent pulchritudinem Paradisi sicut quadrupedia, & reptilia. Secundo patet hoc, quia volucres poterant conferre ad voluptatem, eo q per melodiam cantus condelectarent existẽtes ibi: quadrupedia aũt, & reptilia non habent cantum suauem: ergo minus cõueniens erat ista ibi esse. Aliud erat, q tamen neque volucres erãt ibi. i. non futuræ erant, si hoĩes ibi mansissent, & multo minus nunc manebunt. Primo, quia contingeret volucres effici immortales: nam hõ per esum ligni vitæ efficeretur immortalis, vt signatur supra 3. cap. Aues autem si ibi essent comederent de fructu ligni illius: ergo efficerentur immortales, vel longissimæ vitæ: sed hoc Deus non concederet volucribus, cum non concedat hominibus: ergo nõ sunt ibi volucres. Secundo ex eodem fundamento negabitur aues volare de Paradiso foras, etiam si aliquæ ibi essent, & deforis intrare Paradisum: obstat. n. ad vtrũque motus igneus excelsus, vt ingredi, & exire nõ possint. Tertio quia si inde possent foras volare aues, potuisset, vt dictum est, prouideri in locum mortuorum in diluuio, & non oporteret seruari in arca saltem de omnibus auibus: & tamen de oĩbus speciebus auium seruatę fuerunt aliquę in arca, supra cap. 6. Ergo nullę poterãt exire de Paradiso, per quas fieret subrogatio in locũ mortuorum in diluuio. Quarto, quia aues illę existentes in Paradiso comederẽt de ligno vitæ, per quod efficerentur: aut immortales, aut vitæ longissimæ: & si hoĩes sumerent de illis auibus in cibum, esset cibus suauissimus prolongans vitam vltra modum sicut cibus ligni vitæ: quod tamen erat contra voluntatem Dei. i. q hoĩes non acciperent aliquid de ligno vitæ, viam ligni vitæ. Quinto, quia aues exeuntes de Paradiso possent in ore portare aliquem fructum ligni vitæ, sicut columba portauit in ore suo ramum oliuę virentibus folijs, supra 8. cap. Et tamen si homo de illo fructu comederet, efficeretur immortalis, aut vitæ lõgissimæ: ergo non debuerunt esse aues aliquæ in Paradiso, quę inde possẽt egredi: sed vel nullę ibi essent, vel non possent egredi: vtrũque autem credibile est: q. non sint ibi aues aliquæ, & si essent nõ egrederentur foras, neque aliquæ ingrederentur illuc.

Quæst. 115 Olympus mons dictus in quo operti aquis.

Nunc ergo ad præcedentia redeundo dicemus, q non manserunt animalia aliqua viuẽtia in toto orbe, nisi quæ in arca fuerunt cum Noe: & ideo fuit tota terra operta aquis, & oẽs montes. Cum autem obijciẽ q mons Olympus mansit non opertus aquis negandum est: quia manerent incõuenientia, quæ supra tacta sunt. s. quia licèt non essent ibi hoĩes: erant bestiæ, & volucres, quæ in montem illum ascenderent, cum & hoĩes sæpe ascendant: & ibi euaderent aquas diluuij, quod falsum est, vt supra ostensum est. Secundo, quia nõ est aliqua causa motiua, quare dicamus montem Olympum non fuisse opertum aquis: nam nullus auctorum gentilium, aut fidelium asserit nõ fuisse illum opertum, immo, vt statim tangetur, asserit Ouidius lib. 1. Metham. Totam terram, & omnes montes fuisse opertos aquis, nisi Parnassum: & ita vult Olympum fuisse opertum. Tertio, quia si aliquod motiuũ est ad hoc, q non ascẽderint aquę diluuij super Olympum erit: quia caput Olympi est super locum, vnde pluuiæ cadũt, & ita nõ possent illuc ascendere pluuiales aquæ: nam non poterat intelligi quomodo caderent pluuiæ super Olympum, si locus pluuiarum inferior est Olympo: & tamen si istud motiuum sequeremur, diceremus multos esse montes, ad quos non ascenderunt aquæ diluuij: quia multi sunt montes, super quos non cadunt pluuiæ: nam dicit Aristo. lib. Metheo. Quòd super montes altissimos pluuiæ non cadunt: & ponit exemplum de Olympo: & ita non solum illum: sed multos esse volunt super quos non caderent pluuiæ: & tamen nemo asserit multos montes esse, ad quos non peruenerint aquæ diluuij: ergo neque de Olympo hic asseremus. Quarto, quia si de Olympo hic diceremus, esset idem dicendum q de monte Athos Macedoniæ: nam etiam super illũ non pluit sicut probat Solinus in Polist. cap. 13. Et tamen de monte Athos nemo facit exceptionem: ergo neque excipere poterit Olympum. Quinto, quia motiuum supra positum de altitudine montium, & casu pluuiarum aliquid valeret, si fuisset diluuiũ illud pure naturale, quia tunc non possent eleuari aquæ vltra capita mõtium altissimorum, cum origo pluuiarum sit inferior: & aqua non eleuetur vltra æquilibrium. i. vltra locum æqualitatis suæ originis: & tamen fuit diluuium illud super naturale, cum dixerit Deus ego inducã aquas diluuij, supra 6. cap. Ergo potuerunt montes operiri vltra loca, in quibus fit generatio pluuiarum: non igitur obijci potest de Olympo.

Quæst. 116. Ad aliam obiectionẽ de Parnasso.

Cum autem dicebatur de monte Parnasso, respondendum q ille fuit opertus aquis, sicut & cæteri montes per rationes suprapositas, & apparet manifeste: nam mons Olympus fuit opertus aquis, qui tamen multo altior est Parnaso: ergo & Parnasus opertus fuit, ratio paret, quia Parnassum nõ laudant authores tanquam excelsum: omnes tamen laudant, & miratur Olympum, sicut facit Homerus. Cũ autem obijcitur, q Ouidius dixit hunc montem non esse opertũ aquis diluuij: respondent quidam negando dictum Ouidij quasi non sit verum, cum certum sit Olympũ esse maiorem. qui tamen opertus est. Aliter autem potest dici dupliciter: vno modo q Ouidi⁹ dicat hoc poetice; voluit. n. ille fingere diluuium vniuersale, & in eo solos duos homines fuisse liberatos in cacumine montis Parnassi: ideo debuit ponere totam aliam terram, & montes opertos fuisse, Parnassum autem non. Et vt non videatur ex insipientia dixisse, asserit montem Parnassum excedere omnes alios montes, & eleuari supra nubes; quasi non posset super illum esse casus pluuiarum ad causandum diluuium: & sic poterat Parnassus excedere aquas, cum alij montes operti essent: sic enim ipse dicit libro primo Metha.

Prima responsio.

Secũda responsio.

Mons ibi verticibus petit arduus astra duobus
Nomine Parnassus, superatque cacumine nubes.
Huc vbi Deucalion, nam cætera texerat equor,
Cum consorte thori parua rate vectus adhæsit:

Istud autem dicemus fictum. s. quòd tota terra operta mansit discooperto Parnasso, vbi aliqui euadere possent:

sent: sed ad artificium poeticum ita dici debuit, ne imperite fabulam contexuisse videretur. Secundo potest dici secundum veritatem, quòd capita duo montis Parnassi in diluuio aliquo manserunt discooperta, in quibus multi ab aquis diluuij liberati sunt, quod & Ouidius sub integmento poetico significare voluit: & dicendum quòd non fuit istud diluuium Noe, de quo nunc loquimur: quia de illo nulla historia Græca, Latina, aut Barbara meminit, & generaliter de toto tempore quod fuit ab exordio seculi vsq; ad tempora regis Nini: vt ait Eusebius lib. Chronicorum: & Paulus Orosius lib. 1. de Ormesta mundi: sed fuit diluuium Deucalyonis. Tria enim diluuia leguntur: primum fuit sub Noe, de quo vt diximus nullæ literæ testantur, nisi sacræ. Secundum fuit quod vocatur Ogygi regis in Athica: & fuit tempore Iacob Patriarchæ. Tertium fuit quod vocatur Deucalyonis tempore Moysi, vel pauco tempore post. De his loquitur Isidorus lib. 3. Etymo. cap. de diluuijs. Istud autem diluuium de quo Ouidius meminit. fuit diluuium Deucalyonis: vnde dicit solos Deucalyonem, & Pirram tunc liberatos in monte Parnasso: nulla autem alia diluuia legitimus: licèt multæ alluuiones, & aquarum abundantiæ post fuerũt: sed nulla illarum meruit diluuij nomen: cum non deleuerit plene ex toto aliquas prouincias, sicut in his factũ recolitur. Diluuium autem istud Deucalyonis non fuit generale, ideſt quòd omnes terras operuerit: nã non potest naturaliter accidere tale diluuium, sicut Philosophi probant: sed particularia naturaliter eueniunt: ideo neque aliquod aliud fuit generale, nisi diluuium sub Noe: & ideo in hoc diluuio potuit manere mons aliquis discoopertus: vnde sicut istud diluuium fuit vltimum tempore, ita fuit minus aliis quantitate. Aliud diluuium sub Noe fuit maximum, quia generale; Diluuium Deucalyonis fuit minimũ, diluuium sub rege Ogyge fuit medium in quantitate; ficasserit Augustinus lib. 18. de ciuitate Dei, cap. 8. Istud autem diluuium non fuit in tota terra, sed solum in regione Thessaliæ circa montem Parnassum: & quia mons ille est ibi excelsior. manserunt duo capita eius discoperta secundum veritatem historicam vbi Deucalyon, qui rex erat, aut vir potens cum vxore sua receperunt omnes ad se confugientes, & aluerunt tempore diluuij, quousque reddito pristino statu ad plana suadente Deucalyone descenderunt. Sic asserit Paulus Orosius lib. 1. de Ormesta mundi. & Isidorus lib. 13. Ety. c. de diluuijs. Istud autem diluuium principaliter fuit in Thessalia, & in regionibus finitimis, ad Aegyptum tamen nullo modo peruenit, vt dicit Augustinus libro 18. de ciuitate Dei, cap. 10. Et in illo diluuio verum est, quòd capita Parnassi operta non fuerunt, & tamen in diluuio sub Noe, quod fuit generale opertus fuit totus Parnassus, & plusquã quindecim cubitis eleuata fuit aqua super illius capita, cum super montes altissimos eleuata fuerit quindecim cubitis supra 7. cap. Et ita apparet, quòd neque Olympus, neque Parnassus manserunt discoperti in diluuio Noe, sed omnes montes terræ operti fuerunt.

Redeundo ad id quod inceperamus tangere de Paradiso terrestri, est dubium, an aquæ diluuij illuc peruenerint. Dicendum quòd oportet poni, quòd non intrauerint aquæ diluuij Paradisum, primo, quia tempore diluuij erat ibi Henoch, iam enim illum transtulerat Deus in Paradisum, supra 5. cap. Et tamen si illuc intrarent aquæ, non poterat ille euadere, nisi miraculose, ergo non peruenerunt illuc. Nam & si fieri non posset, vt non peruenirent illuc aquæ, nisi per miraculum, potius hoc agendum erat quàm vt illuc venirent, & Henoch per miraculum liberaretur, quia minus inconueniens erat. Secundo, quia si illuc aquę introiuissent, destruxissent totam amœnitatem terræ Paradisi, quod erat maius inconueniens, nam per diluuium terra, in qua nos habitamus deleta fuit, siue quia aquæ maris, vt dicunt quidam, intrauerunt in terram, siue quod potius est, quia facies terræ, in qua bona illa virtus data à Deo in creatione existebat abrasa, & successit alia crusta, quæ non est æqualis virtutis, & ob hoc statim post diluuium vita hominis abbreuiata est, ita vt in pauco tempore veniretur ad hoc, quòd non inuenirentur homines maioris ætatis, quàm centum & triginta annorum. Ad quam ætatem vix aliqui homines nostri temporis peruenium. Illud verò non factum est, nisi quia vis alimentorum fuit minor deteriorata terra. Sic autem esset si aquæ diluuij intrarent Paradisum terrestrem, abraderent enim faciem terræ bonam, & manerent alimenta Paradisi paruę virtutis, quod erat inconueniens, cum ibi alimentandi forent duo illi viri Henoch, & Elias. Tertio, quia si aquæ diluuij illuc intrarent, sequeretur inconueniens de muro igneo; vallatur enim Paradisus muro igneo altissimo pertingente quasi vsque in cœlum: vt ait Isidorus libro 14. Etymol. cap. 4. Periret autem ignis ad introitum aquæ, vel oporteret dari miraculum, quod non est dandum sine necessitate. Quarto, quia non erat aliqua causa necessitatis, vt aquæ diluuij intrarent Paradisum sicut erat de alijs montibus, nam si aliqui montes de alijs manerent discooperti, possent illuc concurrere homines, vel animalia, & maxime volatilia, & liberarentur; sed nulla animalia saluata sunt in diluuio, nisi quæ fuerunt in arca, supra 7. cap. Ergo fuerunt omnes montes operti. De Paradiso terrestri non erat illud, quia ibi nihil erat, quod Deus occidere vellet, sed seruare, & illuc non poterant intrare animalia aliqua de foris, etiam si essent volatilia, vt ostensum est supra quæst. 114. Ergo non fuit causa aliqua vt illuc intraret diluuium.

Sed tunc dicetur quomodo poterit stare, quia supra 7. dicitur quòd operti sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cœlo, & mons Paradisi erat vnus de montibus? Dici potest vno modo, quòd sub illa generalitate non est necesse accipi montem Paradisi, quia in scriptura sacra signa distributiua non faciunt semper distributionem vniuersaliter, iuxta illud infra 41. cap. Omnes prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent escas. Certum est tamen, quòd non veniebant homines de toto mundo in Aegyptum ad escas emendas, cum & aliquæ gentes sint in mundo, quæ nesciunt an Aegyptus sit. Et aliæ ad quas cibi ex Aegypto non possent ferri. Et si omnes prouinciæ venirent in Aegyptum non sufficeret Aegyptus pro toto mundo forte pro vna hebdomada ad cibos. Secundo potest dici, quòd est distributio, sed est accommoda, scilicet, quòd omnes montes sub vniuerso cœlo operti sunt, ideſt omnes illi, qui continere poterant animalia aliqua, quæ Deus vellet occidere. Et hoc erat generaliter verum de omnibus montibus terræ, nisi de Paradiso: quia ibi nihil tale erat, neque illuc concurrere poterat, vt ostensum fuit: ergo solus ille manebit non opertus, & distributio manebit secundum rigorem.

Sed quęretur quis modus fuit, quo non venirent aquæ diluuij ad montem Paradisi, cum operuerint alios? Dicendum quòd potuit esse vnus modus per altitudinem, istud enim esset si mons Paradisi excederet quemlibet montem, & altissimum montem excederet quindecim, vel decem, & sex cubitis. Nam aqua non eleuata fuit plus in diluuio, quàm vt excederet quindecim cubitis super montes altissimos. supra 7. cap. Si autem Paradisus excederet decem, & sex cubitis, super altissimos montes, non pertingeret aqua ad Paradisum. Et istum modum ponunt communiter, qui dicunt non peruenisse aquas diluuij ad Paradisum, scilicet, quia erat locus altissimus, cum ponerent illum pertingere ad cœlum Lunæ. Sic dicit historia Scholastica. Facile est autem cuilibet concedere, quòd excedat Paradisus decem sex cubitis quemlibet montem altissimum, cum altitudo Paradisi non sit nobis determinata præcise. Alius modus est, vt dicamus aquas diluuij eleuatas fuisse ad maiorem celsitudinem, quàm sit Paradisus terrestris. & tamen non intrasse Paradisum; sed mansisse circunfusas in modum muri. Istud autem conuenit valde ad saluandum literam sacræ scripturæ, cum dicitur supra 7. cap. quòd omnes montes sub vniuerso cœlo operti sunt, & quòd aqua fuit celsior quindecim cubitis; vnde faciamus, quòd sit ibi distributio secundum rigorem, & nullus mons excipiatur, neque etiam mons Paradisi; ideo etiam aqua esset celsior, quàm ille quindecim cubitis; non tamen intrauerit, sed manserit circunfusa in modum coronæ, & muri excelsi. Et istud est satis conueniens, quia similia legimus facta a Deo. Sic enim diuiso mari rubro, steterunt aquæ vndique in modum muri excelsi, & per illam immensam concauitatem, & aquarum voraginem transiuit populus Hebræus. Exod. decimoquarto cap. Sic etiam factum est in Iordane, quando introeuntibus sacerdotibus in aquam Iordanis, stetit aqua superior, & intumescebat, atque eleuabatur in modum turrium excelsarum, quousque sacerdotes cum arca de aqua exierunt: vt patet Iosue 3. & 4. capit. Et istum modum tetigimus supra 7. cap. quæstion. 9. Quicunque autem istorum duorum modorum esse poterat.

Cum dictum sit quòd Paradisus fuit liber ab aquis diluuij, est dubium an etiam liberabitur a generali conflagratione mundi, quando omnia, quæ in terra sunt, ardebunt. Alij dicunt, quòd non; primo, quia Deus non destrueret rem tam excellentem, sicut est Paradisus. Secundo, quòd sicut in diluuio omnia perierunt; Deus tamen seruauit Paradisum, ita in conflagratione ardentibus cæteris tota ardebit Paradisus. Tertio, quia vt dicitur quantum eleuatæ sunt aquæ in diluuio, tantum eleuabitur ignis in die iudicij, & tamen aquæ cum eleuarentur, non peruenerunt ad Paradisum; ergo & flammæ non peruenient illuc, & ita non exuretur. Dicendum, quòd Paradisus terrestris in generali conflagratione ardebit, & non manebit ibi arbor aliqua, neque herbæ, immo neque fluxus fluminum, sed sola terra. Et si forte aliqua manserit, hoc erit, primo quia illa conflagratio erit ad hoc, quòd totus mundus purgetur, & innouetur, & non maneat iam aliquod corruptibile, & generabile, maxime quod per nutritionem accipit quantitatem, eo quòd post diem iudicij succedat status incorruptionis; ideo illa sola manebunt, quibus potest competere status incorruptionis. Hic enim sunt simplicia, aut mixta non viuentia, quemadmodum sunt lapides, & metalla. Animalia, autem arbores, & herbæ, certum est, quòd non manebunt, cum istorum consistentia non sit sine continua actione, & passione per contrarietatem, quæ sunt ad generationem, & corruptionem: & tunc stante cœlo, per cuius motum est principium omnium motuum, non alteraretur aliquid, & ideo non gignetur, neque corrumpetur. Paradisus autem terrestris non est nunc, sine aliqua generatione, & corruptione; cum ibi sit sumptio alimenti, & conuersio in alitum. Est etiam generatio continua aquarum in fonte Paradisi, cuius flumina inde orta semper fluant. sed post diem iudicij non erit generatio, neque corruptio, ergo non erit status ille Paradisi. & sic corrumpetur quicquid ibi est manens secundum aliquam generationem, & corruptionem, & alterationem, sicut sunt arbores, & herbæ; sic etiam continuus decursus aquarum, ideo per ignem exurentur arbores Paradisi, & herbæ, & & flumina manente terra ipsa pura, aut aliqua aqua sine decursu, & generatione per modum lacus, & status; quia hoc pertinet ad simpliciter elementum. Secundo, quia superuacuum esset manere Paradisum terrestrem exustis cæteris partibus totius terræ, ideo non manebit.

Ex hoc responderi poterit ad in contrarium dicta. Ad primum dicendum, quòd licèt Paradisus sit aliquid valde nobile, tamen exuretur, quia licèt Paradisus sit excellẽtior qualibet alia parte terræ per se sumpta, tamen Paradisus terrestris non est excellentior tota terra simul sumpta cum omnibus suis animalibus arboribus, & herbis, & cæteris, quæ ibi nascuntur; & tamen Deus destruet statum animalium, arborum, & herbarum, & generaliter omnium viuentium in tota terra. Ergo non est inconueniens, quòd destruat Paradisum terrestrem. Secundo quia Paradisus terrestris est nunc valde excellens, ideo Deus non destruet illũ, sicut neq; destruxit in diluuio, sed pro statu illo, qui erit post diem iudicij Paradisus aliquid nobile non erit, sed potius imperfectum, ergo destruetur. Quarto, quia potest dici, quòd licèt arbores, & herbæ Paradisi pereant, non dicitur destrui aliquod bonum, cum meliorem statum accipiat, sicut non dicitur destrui homo, cum incipit esse vir, postquam erat puer; sed potius perficitur, & euacuatur imperfectum succedente perfecto, sicut dicit Apo. 1. ad Corinh. 13. status autem incorruptibilitatis est nobilior statu corruptionis, sed nunc Paradisus terrestris manet secundum statum corruptionis, & generationis, tunc autem exustis arboribus, & herbis transibit ad statum incorruptionis; ergo non destruetur per illam exustionem, sed potius perficietur. Ad secundum cum dicebatur, q̃ seruauit Deus in diluuio &c. Dicendum, q̃ ibi Paradisus seruatus est, & non seruabitur in illa generali conflagratione, quia multæ dissimilitudines sunt. Prima quia tunc erat Paradisus necessarius, vt ibi maneret Elias futurus, & Henoch, qui tunc erat, sed in tempore conflagrationis ad nihil iam seruire debet, ideo perire non est inconueniens. Secunda quia Paradisus terrestris manet nũc, vt melius eorum, quæ sunt in tota terra; ideo quandiu status iste fuit conueniens in aliis rebus, non debuit deteriorari Paradisus: sed in conflagratione cessabit totus status rerum corruptibilium, & generabilium, vt dictum est, ideo neque erit conueniens status Paradisi. Tertia quia inter conflagrationem generalem, & diluuium est magna differentia, quia in diluuio non perierunt omnia, sed solum animalia; in conflagratione autem tam animalia, quàm non animalia, quia etiam herbæ, & arbores peribunt. Ex hac autem parte in diluuio non debuit perire Paradisus, quia non erant ibi aliqua, quæ Deus in terra destruebat; in conflagratione autem omnia pereunt, qualia sunt in Paradiso, scilicet arbores, & herbæ; ideo non manebit Paradisus. Secundo, quia etiam in diluuio non perierunt omnia animalia; nam pisces non perierunt, sed solum animalia, quæ mouentur super terram. ſ. 7. cap. In conflagratione nihil manebit animalium. Tertio quia diluuium non fuit, nisi ad pœnam peccatorum, & purificandum mundum a peccatis;

Nota tria diluuia.

Lib 13. cap. 22.

Diluuium Deucalyonis.

Quæst. 117 An aquę diluuij peruenerint vsque ad Paradisum terre trem

Quæstio An in generali conflagratione mundi Paradisus destruatur, vel non, quia Deus non destruxit eum in diluuio, nisi quia erat conueniens.

Quæst. 114 Obiectio tollitur.

Quæst. 115 Quòd aquæ diluuij non fuerint supra montem Paradisi.

peccatis; conflagratio aũt non erit ad pœnam, sed ad mutandum statum. s. vt non sit mundus in tali statu, in quali prius erat, sed quomodo erat in statu generationis, & corruptionis, transeat ad statum incorruptibilitatis; & ob hoc non debuit in diluuio operiri Paradisus aquis, quia non erat ibi aliquid, quòd pœnam recipere deberet, aut peccata emendanda, sed est ibi aliquid in statu corruptionis, & generationis, scilicet arbores, & omnia viuentia, ergo debuit tunc ardere. Ad tertium qñ dicitur de eleuatione aquarũ diluuij, & igne potest dici vno modo, quòd licèt illud sit quædam glosa, tamen an vera sit ignoramus, & ideo si nihil aliud cogit, negare poterimus cũ nulla ratio inducant similitudinem inter diluuium, & conflagrationem, sed sunt plures dissimilitudines, vt dictum est. Secundo potest dici, quòd etiam si non ascenderet ignis plusquam aqua in diluuio, ascenderet ad Paradisum; nam idem Paradisus non opertus fuit aquis, quasi illuc non pertingerent aquæ, sed Deus seruauit illum miraculosè existentibus aquis in circuitu, quasi murus, vt dictum est; tunc autem non seruabitur per miraculum, quia non est opus seruari, vt ostensum est, ideo exuretur. Tertio quia videtur asserendũ contra illam glosam, scilicet ignis plus ascendet, quàm aqua diluuij, ratio diuersitatis est, quia aqua solum tantum ascendit, vt nullum animal viuens maneret; si autem non operiret omnes montes, multi homines, & animalia in cacuminibus montium saluarentur, etiam si solum operirentur montes, manerent animalia, & homines in arboribus super montes: & quia aliquæ arbores erant valde excelsæ, debuit ascendere aqua quindecim cubitis super montes altissimos, vt sic neque in montibus, neque in arboribus aliquid saluaretur; secus erit de conflagratione, quia illa fiet ad deputandum omnia impura, vt maneat mundus innouatus, & nihil relinquatur ad statum corruptibilitatis, & tamen tota regio aeris in qua sunt vapores, & exhalationes habet aliquid impurum, quod non est aer, sed aliquid terrenum mixtum: ideo tota illa regio purgabitur per ignem, sed summitas illius partis aeris, ad quam perueniunt vapores, & exhalationes plus eleuatur quindecim cubitis super montes altissimos; ergo ignis plus eleuabitur, quàm aqua diluuii, & hoc pro certo tenendum est, quòd Paradisus cremabitur, cum ad nihil prodesse posit post diem iudicij.

Qõ. 122. Qualis sit locus Paradisi.

Nunc quærendum est de qualitate loci Paradisi. Dicendum quòd multiplex qualitas est eius per omnia laudabilis: quicquid enim de laudibus alteri loco dari potest, huic conuenit, cum Deus creauerit eum, vt locum excellentiorem omnibus locis, qui sunt in terra: plurimas autem laudes eius summatim tetigimus. supra qõ. 97. referendo quid scriptores dicant de Paradiso. Est enim in Paradiso terrestri omnium bonorum copia, quę potest homini competere secundũ corpus. ita vt nihil possit optari, quod ibi non sit, & nihil abominari, quod ibi sit, quod ad fœlicitatem secundum corpus sufficit; sic dicit August. lib. 14. de ciuit. Dei. cap. 10. Quid timere, aut dolere poterant in tantorum tanta affluentia bonorum, vbi non aderat quicquam, quòd bona a voluntas nõ adipisceretur, neque inerat quod carnem vel animam hominis fœliciter viuentis offenderet, vel in aliquo molestaret. Vt autem dicamus quædam bona illius loci particulatim, erat ibi summa iocunditas, quod attestatur fructuum dulcedo, quia ibi plantauerat Deus omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue. supra cap. secundo. Etiam proueniebat ista iocunditas ex lucis plenitudine, cum loca obscura tristitiam ingerant, lux vero lætitiam afferat. Ecclesiast. 11. cap. scilicet, Dulce lumen, & delectabile oculis videre Solem, sed Paradisus est luce plenus, quia puritati aeris, claritas lucis proportionatur, vt dicit Beda. Est etiam ibi summa amenitas propter delicias visus, quæ sunt in rebus pulchris. Hoc autem summè est in Paradiso, quia ibi est vniuersæ pulchritudinis promptuarium, vt dicit Damascenus. Sunt enim in Paradiso non solum ligna suauia ad cibum, sed & pulchra visui, supra 2. cap. vt simul gustus, & visus pascantur: est enim ibi arborum, & florum immarcessibilis pulchritudo. Nam arbores comam non perdunt, neque flores marcescunt. Est ibi etiam terræ fecunditas, cum sine humano labore vniuersa proferat humus. Cum enim Deus posuit hominem in Paradiso, non dixit ei laborandum in agricultura, quasi terra sponte ea sola proferret, quæ homini opportuna erant. Cum vero expulsum de Paradiso in huius terræ exilium misit, dixit in labore tuo vesceris pane, idest, in sudore vultus tui, & dixit; spinas, & tribulos germinabit tibi. supra 2. & 3. cap. Quasi terra hic non sit, sicut terra Paradisi, sed illa gignit solum vtilia, hic verò tam vtilia, quàm nociua. Similiter hic non germinat, nisi tamdiu culta, vt colendo subdatur, illa verò sine vllo labore vniuersa profert: etiam fecunditatem attestatur aquarum copia, quia fluuius egreditur de medio Paradisi, qui statim diuiditur in quatuor capita, quæ sunt apud nos magna flumina, & de præcipuis totius orbis. Est quoque per totum fecunditas propter copiam irrigationis; nam fons, qui egreditur de loco voluptatis, irrigat totum Paradisum. supra 2. cap. Ista autem irrigatio tantam laudem loco tribuit, vt propter hoc solum laudetur terra Sodomorum, & comparetur Paradiso, sicut hic dicitur quòd vniuersa irrigabatur, sicut Paradisus Domini, antequàm Dominus subuerteret Sodomam, & Gomorram. Ibi quoque est loci securitas, quod accidit ex altitudine situationis: nam licèt non tangat Lunarem circulum, sicut aliqui asseruerunt; est tamen tantæ altitudinis, vt nubes excedat, & in aere sereno situatus sit, vt ostensum est. supra quæstion. 99. vsque ad quæstion. 109. Ad tantam enim altitudinem nullum malum accedere potest. Est quoque ista securitas ex muro, & præsidio appositis; nam est murus igneus in circuitu Paradisi, qui eleuatur quasi vsque ad cœlum, vt dicit Isidorus lib. decimoquarto Etymologiarum, capit. quarto, & licèt non tantum eleuetur murus ille, est tamen multæ altitudinis, ita vt nihil transgredi possit. Est quoque ibi præsidium Angelorum, vt dicit Isidorus. Et illos vocat scriptura Cherubin, positum ad custodiam ligni vitæ, supra 3. cap. tanta autem ibi securitas est his ibi existentibus, quòd neque dæmones, neque homines, neque animalia aliqua illuc ingredi possunt ad turbandum quietem eorum, qui ibi fuerint ad lædendum pulchritudinem Paradisi.

Est autem ibi aliud, quod potissimum est, scilicet loci salubritas, quod testatur longitudo vitæ existentium ibi; nam Elias, & Henoch ibi sunt, qui iam tamdiu viuunt, vt immortales videantur. Henoch enim si computemus, ſm literam septuaginta interpretum. Quam sequuntur fere omnes antiqui in cõputando annos, inueniemus ab anno suæ translationis vsque ad istum annum, s. millesimum quadringẽtesimum tricesimum sextũ, annos quinque millia sexcẽtos quadraginta septẽ. quod patet; ab orbe condito

dito usque ad Christi natiuitatem, sunt secundum aliam literam anni quinque millia centum nonaginta octo, vel nouem, a Christi natiuitate vsque nunc sunt anni mille quadringenti triginta sex, qui reddũt annos sex mille sexcentos triginta quatuor, vel quinque; ab his autem adunantur anni nongenti octuaginta septem, qui fluxerunt ab orbe cõdito vsque ad annum, quo translatus est Henoch in Paradisum, vt colligitur ex litera. supra 5. cap. manebunt anni quinque millia sexcenti quadraginta septem, vel octo, tot enim annis vixit Henoch in Paradiso secundum literam illam. Istud videtur sequi ex ista computatione, quæ mixta est ex litera annorũ septuaginta interpretum, & ex litera annorum literæ Hebrææ: nam summa computatur per numeros interpretũ: subtractio autem per annos literæ nostræ. Si autem tota computatio fiat per annos septuaginta interpretum, subtrahentur plures anni, quia inueniuntur ab orbe condito vsque ad annum translationis Henoch secundũ literam illam anni mille quadringenti octuaginta septem, & ita adduntur quingenti in quinque generationibus, vt ostendit Aug. lib. 15. de ciuit. Dei. cap. 10. vsque ad cap. 14. & latius declarauimus in commentarijs nostris super Eusebium, ablatis autem istis manebunt secundum literam interpretum anni quinq; millia centum quadringenta septem, vel octo, vsque ad diem hanc ex translatione Henoch, quibus addamus trecentos sexaginta quinque annos, quia tantæ ætatis erat quando translatus est. supra 5. cap. manebunt quinque millia quingenti duodecim anni, quibus sic vixit Henoch. Computando autem secundum hebraicam literam, quam nos tenemus, est multo minor summa annorum, quia ab orbe condito vsque ad Christum natum solum sunt anni tria millia nongenti sexaginta duo, vel secundum alium modũ nonaginta duo, & inde vsque ad præsens tempus anni mille quadringenti triginta sex, qui simul reddunt annos quinque millia trecentos nonaginta octo, a quibus subtrahantur anni nongenti octuaginta septem, qui ab orbe condito vsque ad translationem colligũtur secundũ literã nr̃am, manebunt anni quatuor millia septingenti septuaginta septem, quibus iam vixit Henoch. Elias quoque est in Paradiso, qui illuc translatus est tempore Iosaphat regis Iuda, & ab eo tempore vsque ad annum istum, colliguntur anni fere duo millia trecenti sexaginta octo anni; nam viuente Iosaphat translatus est ille, cum de translatione eius agatur lib. 4. Reg. 2. cap. & de vita regis Iosaphath habeatur lib. 4. Regum. 3. cap. vbi iam Eliseus in locum Eliæ successerat; a principio autem regni Iosaphar vsque ad Christi natiuitatem sunt anni nongenti triginta duo, & postea sunt anni mille quadringenti triginta sex, qui simul reddunt annos duo millia trecentos sexaginta octo. Sed isti anni non sunt præcisi, quia nescimus quoto anno regni Iosaphat raptus est Elias. Etiam non computamus hic quot annos vixerat Elias vsque ad diem illum. Et non solum isti tanto tempore vixerunt, sed etiã viuent vsque ad aduentum Antichristi, quantumcunque ille differatur, ergo est magna salubritas loci illius, in quo sunt. & non solum de istis ita est, sed etiam asseritur, quòd nihil ibi mori potest. Nunc vero est dubium de causa huius salubritatis, & tam diuturnæ vitæ. Dici potest, quòd vna causa est ex uolnntate Dei speciali; nam etiam si nulla alia causa esset, ista sufficeret. Nam Deus istos duos homines reseruat ad aliquod mysterium operationum suarum, ipse ergo uitam eis supra communem naturę cursum daret, etiam si alia non adiuuarent.

Secunda causa est qualitas aeris propter subiectum determinatæ parti cœli, quod facit magnam equalitatem complexionis, & reddit aerem temperatum ad vitam valde salubrem, ita vt ibi longa salubritas inueniatur. Sic est de insula quadam Hiberniæ: sunt enim ibi loca, in quibus cadauera mortuorum nunquam putrescunt, sed ibi semper permanent incorrupta. Est enim Hibernia quædam insula parua, in qua homines non moriuntur, sed quando nimio senio afficiuntur, vt moriantur, extra insulam deferuntur. Tertium est autem, quòd Paradisus erit subiectus illi loco cœli, a quo reddatur maior salubritas, & aer, & aqua, & cibaria reddantur saniora; nam Paradisum specialis ratio diuinæ prouidentiæ constituit, vt cæteris locis esset nobilior: daret igitur ei conuenientiam situs ad recipiendas virtutes cœli. De loco autem Paradisi terrestris, respectu positionis ad cœlum tactum fuit supra quibusdam dicentibus, quòd fit sub æquinoctiali, quasi locus ille sit maximæ temperiei; alijs autem dicentibus, quòd sit inter tropicum Cancri, & circulum arcticum, quia ista sola regio videtur esse temperatæ, & bonæ habitationis; cui etiam videtur testari exitus fluminum de Paradiso: nam illa fluunt contra partem Septentrionalem, de quo diximus supra 2. cap. quæstion. 8. Sed quid horum sit, certum non est, sed hoc est certum, quòd vbi fuerit locus salubrior, ibi erit Paradisus. Tertia causa salubritatis est ex altitudine loci. Hoc enim generale est, quòd loca posita in sublimiori sunt salubriora, quia purior ibi aer est, & minor vaporum copia illuc accedit, sed rursus sublimitas nocet propter frigiditatem aeris, quæ frigiditas ad multa lædit: erit autem ibi locus simpliciter salubris, ad quem vapores resoluti non venerint, dum tamen subtilitas aeris non excedat humanum temperamentum: tale autem quid est in Paradiso, quia diximus eleuari vltra regionem aeris turbidi, & esse in loco sereno, vbi neque pluuiæ sunt, neque venti, & ibi nihil est quod corrumpatur, aut corrumpat, & hanc esse causam præcipuam, multi putauerunt. Est autem verum, quòd hic multum confert propter separatum esse locum tam ab extremitate contrarietatum, quàm ab actione secundum contrarietatẽ, quia & prętęr Paradisum inuenimus loca quędã nostrę habitationis, quę propter similem exaltationẽ loci sunt salubriora, ita vt generaliter hoĩes ibi sint lõge maioris vitæ, q̃ apud nos; sic est enim in monte Athos, qui est mons Macedoniæ, tantæ altitudinis, vt excedat nubes, & super illum neque pluat, neque venti spirent, & in illa altitudine est oppidum, in quo homines erant duplo maioris vitæ, quàm alij. Sic dicit Solinus in Polistore, cap. 13. est sane Athos sublimis adeo, vt altior existimetur, quàm vnde imbres cadũt; quæ opinio eo fidem concepit, quòd in aris, quas in cacumine sustinet, nunquàm cineres eleuantur. nec quicquam exaggeribus suis perdant, sed in quo relicti cumula permaneant; in summo eo oppidum Acroton fuit, in quo dimidio longior, quàm in alijs terris incolentium ætas prorogabatur; ideo inde homines Macrobios Græci, nostri appellauere longæuos. Quarta causa est bonitas alimentorum, hoc enim maxime ad vitæ breuitatem, aut longitudinem facit, cum hoc faciat æqualitatem, aut inæqualitatem in corporibus: poterunt autem esse in Paradiso meliora cibaria, quia forte sunt ibi arbores, & herbæ quarundam alienarum specierum, quarum hic non inueniuntur, & fortassis competit illis ex virtute consequente illas, secundum speciem causare maiorem salubritatem in cibatis, sicut & nunc diuersa ſm speciem causant diuersam nutritionẽ, cum nõ habeant eandem qualitatem. Quinta ratio est, quia

Attẽde Hiberniæ insulę salubritatem.

quæcunque ibi sunt ad nutritionem, retinent magis virtutem naturalem, quàm quæ alibi sunt. Eo quòd per aquas diluuij fuit tota terra corrupta, abrasa superficie, aut crusta, in qua bona virtus rerum erat, quod apparuit ex abbreuiatione vitæ, nam ante diluuium viuebant homines fere ad mille annos, post diluuium autem in paruum tempus vita decurtata est vsque ad centum, & viginti, & triginta annos, & hoc fuit propter varietatem virtutis nutritiorum pullulantium iam ex virtute corruptæ, & debilitatæ terræ: sed ad Paradisum non peruenerunt aquæ diluuij, vt ostensum fuit: ideo mansit terra illa in prima, & naturali virtute integra, & terræ nascentia erant ibi melioris nutritionis ad prolongandam vitam. Sexta causa est propter lignum vitæ; est enim in Paradiso lignum vitæ, quod ibi plantatum fuit a Deo ad dandum immortalitatem, vel longissimam vitam, ideo isti gustantes de illo poterant diu viuere, ista videtur esse causa vera, & præcipua tam diuturnæ vitæ: cæteræ enim ad hoc conferunt, nulla tamen excepta prima, posset dare tantam vitæ longitudinem, vt aliquis iam vixerit per quinque millia quingentos, & duodecim annos, sicut de Henoch supra probatum est. Et istud videtur intendere sacra scriptura cum longitudinem vitæ, aut immortalitatem tribuat ligno vitæ, supra 3. cap. scilicet, Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum. Et tamen Elias, & Henoch qui in Paradiso sunt, sumunt de ligno isto, cum non sit eis vetitus cibus alicuius arboris, ideo poterunt per hoc effici immortales, vel longissimæ vitæ.

Quæst. 125 Ad quid Deus creauit Paradisum.

Nunc quæretur ad quid Deus creauit Paradisum. Dicendum quòd fuit creatus ad ponendum ibi hominem, & vt ibi homo viueret. Hoc patet supra 2. cap. Plantauerat Deus Paradisum voluptatis a principio, in quo posuit hominem, quem formauerat. Secundo fuit, quia ita decebat fm Dei excellentiam Deus enim est perfectissimum agens, & omnia opera sua sunt perfecta. Deuteron. 32. Et ideo in singulis generibus dedit aliquod optimum, quod videretur nihil melius posse fieri secundum naturam illis generibus: fecerat autem Deus elementum terræ, in quo dederat multa terræ nascẽtia diuersarum perfectionum; voluit ergo dare aliquid optimum in illo genere, scilicet portionum terræ, & terræ nascentium, & locorum, quantum ad omnes qualitates horum, & fecit esse Paradisum. Tertio, quia conueniebat hoc ex conditione hominis, quem ibi Deus ponere volebat. Creauerat enim Deus hominẽ, & bestias. bestias quidem infra dignitatem suam, quibus hanc terram possidendam dederat: hominem vero diuinæ cognitionis participem, ac per hoc cuiusdam diuinæ dignitatis, ideo sicut natura sublimior, ita & in loco excellentiori manere debebat; præfecerat quippe Deus hominem omnibus rebus a se creatis, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestijs terræ, omnique reptili, quod mouetur in terra. Erat igitur homo sicut rex super ea, quæ Deus creauerat, sed rex in regno suo habet habitationem lõge illustriorem habitationibus subditorũ suorum. Debuit ergo dari homini aliquis locus multo excellentior, quàm terra ista, in qua bestiæ mansuræ erant, & iste erat locus Paradisi. Quarto conueniebat ex conditione vitæ, quam homo acturus erat; nam bestiæ vitam mortalem agerent, etiam si homo non peccasset, cum non sint illæ capaces beatitudinis, homo autem poterat, si voluisset, vitam felicem agere, qa felicitatis capax est; ad fœlicitatem autem exigitur præsentia omnium bonorum, & absentia omnium malorum, siue eorum, quæ contristare possunt. Debuit ergo dari aliquis locus, in quo homini viuenti in corpore talia accidere possent, scilicet vt omne bonum adesset, & omne malum abesset; talis autem est Paradisus, & nullus alius locus in terra hic habens inuenitur. ergo Paradisus debuit creari. Omnes istas causas fere tetigit Damascenus lib. 2. sent. suarũ dicens; quia vero ex visibili, & inuisibili creatura conditurus erat Deus hominem secundum suam imaginem, & similitudinem sicut quendã regẽ, & principẽ oĩs terræ, & omnium, quæ sunt in ipsa construxit ante quandam regionem, in qua conuersatus beatam duceret vitã, & hic locus diuinus est Paradisus Dei manibus in eden, idest in delicijs, & voluptate plantatus in Oriẽte quidem omni terra excelsior, penitus temperato, & tenuissimo aere circunfulgens, plantis semper floridus comatus, bono odore plenus, lumine repletus pulchritudinis vniuersæ gaudij, & exultationis promptuarium, creaturæ sensibilis excedens intelligentiam, diuina regio, & digna ei, qui secundum Dei imaginem erat, in qua nil irrationaliũ habitabat, sed solus homo diuinarum manuum plasma. Vltimã rationem tangit August. lib. 14. de ciuit. Dei. cap. 10. scilicet, quid timere, aut dolere poterant in tantorum tanta affluentia bonorum, vbi non aberat quicquam, quod bona voluntas non adipiscereturꝫ nec inerat quod carnem, vel animam hominis fœliciter viuentis offenderet, vel in aliquo molestaret. Quinto fuit hoc propter habitationem Henoch, & Eliæ: prouiderat enim sibi Deus istos duos viros, quos de diuersis seculis eligere volebat reseruandos in fine seculi, vt hominibus darent sapientiam, quos longissimam vitam agere oportebat, non tamen in Paradiso cœlesti, cum adhuc vitam mortalem agant, ad hoc igitur dare debuit locum quendam, in quo mortales adhuc existentes in longissimum ęuum procederent nullis senectutis affecti incommodis, nullus autem talis potuit esse, vbi haberet conditiones quas dicitur habere Paradisus, ideo debuit pro hoc saltẽ creari Paradisus.

Quæ requirunt ad felicitatẽ.

Quare Enoch, & Elias sint hoc loco.

Sed obijcietur, quòd non debuit creari Paradisus terrestris; nam si homo ibi mansurus esset conueniens erat creari, & tamen non stetit ibi, sed habitabat in hac terra cum bestijs; ergo superuacuum fuit creari. Dicendum, quòd fuit conueniens, & oportunum creari Paradisum, & non obstat quod dicitur de homine, quòd non maneat ibi primo, quia Paradisus factus est, vt homo ibi maneret, & ita factum est, quia positus fuit homo ibi statim, vt creatus est, & mansit ibi quousque peccauit: quia autem postea non mansserit ibi, fuit per accidens, & illud non debuit impedire, quando Paradisus fieret ad hoc, quòd homo poneretur ibi. Secundo, quia etiam si homo non assecuturus esset Paradisum, fuit conueniens, quòd Deus illum crearet, dum tamen Paradisus conueniret homini secundum se, sicut Deus creauit animas ad fœlicitatem. Multæ animæ sunt, quæ nunquam fœlicitate participant, sicut illæ, quæ damnantur, neque etiam sunt in dispositione proxima ad habendum fœlicitatem, sicut animæ illorum, qui moriuntur in vtero, vel quos mater per abortum emittit, qui neque baptizari potuerunt, & Deus ita prœuiderat futurum, sed quia corpori formato in vtero dispositione vltima humana debetur anima, porro tius Deus vult implere hoc, quod naturaliter fecit esse debitum, quàm ꝙ anima, cui est beatitudo naturaliter possibilis illã non acquirat, quod est pacẽdẽs. Tertio quia homo aliquandiu vixit anteꝙ peccaret, tam

Quæst. 127 Cur dicitur plantasse Deus Paradisum voluptatis.

Quæst. 128. Cur locũ primo datum homini voluit Deus hortum esse.

tam vir quàm fœmina, & si Deus non fecisset Paradisum, sed poneret hominem hic, vbi est nunc post peccatum, esset homo in loco non conueniente sibi, secundum naturalem suam dignitatem, & etiam secundum intẽtionem Dei, quia Deus volebat, ꝙ si homo non peccaret, posset agere vitam fœlicem, & immortalem, & tamen hic nõ est talis locus, cum sit aliquid, quod cõtristet, & aliquid absit, quod prẽsens delectaret: melius ergo fuit, ꝙ homo haberet id, quod secundum dignitatem naturæ ei ex ordinatione Dei competebat; licèt illud statim ex culpa sua perditurus esset, q̃ ꝙ aliquando esset quando non haberet id, quod ex natura ei competebat, ꝙ primum erat hoĩs culpa. Secũdum videbatur Dei inordinatio. Quarto, quia ẽt si homo nunquã mansurus esset in Paradiso, conueniens erat fieri Paradisum: pertinebat enim ad perfectionem rerum in se, & ad laudem Dei. ad Deũ enim pertinet facere res pfectas, & quia Paradisus est optimũ quod in terra excogitari põt, conueniens fuit illũ fieri, ẽt si nullus ibi mãsurus esset, sicut Deus multa fecit magnæ pulchritudinis, & excellentiæ tam in animalibus, q̃ alijs generibus rerum, quæ nullam vtilitatem homini præstant, licèt dicantur esse omnia propter hominem, quia tamẽ in his elucet perfectio artificis, fuit conueniens Deum talia facere: Ita de pulchritudine Paradisi erat, licèt nemo ibi maneret: Et in hoc habet Deus conditionem magnanimi: pertinet enim ad magnanimum, quædam habere, quæ sunt magnorum sumptuum, & nullius vtilitatis, aut lucri, sicut dicit Aristot. lib. 4. Ethic. Sic enim licèt Paradisus nulli profutura foret, erat magnæ excellentiæ, & pulchritudinis: ideo tale quid habere magnanimitatis erat; maxime quia apud Deum nihil potest esse inutile, cum omnia conferant ad illos fines, ad quos ipse ea instituerat, neque in aliquo possit frustrari eius intentio. Quinto quia licèt non mansurus esset ibi Adam, & posteritas sua: erant ibi mansuri Elias, & Henoch, quibus Deus volebat dare vitam adhuc mortalem longissimam, & non erat alius modus conueniens ad hoc tantum, quantum iste, sicut dictum est prẽcedẽti quẽstion. Ergo propter istos saltem debuit fieri Paradisus.

Nunc quæretur, quare dicitur supra 2. cap. Plantauerat Dominus Deus Paradisum voluptatis? Dicendum, quòd scriptura voluit significare nobis conditionem loci illius, in quo homo mansit a principio suæ formationis, & expressit nobis ei conuenientibus. Est enim locus ille hortus, quia præcipuum, quod ibi est, arbores sunt. & quia locus continens arbores, vocatur hortus, vel viridarium, dedit scriptura ei tale nomen: vnde si Latino sermone vteretur, hortum eum vocaret; vtitur autem sermone Græco: Græci enim pro horto Paradisum dicunt. Et quia prius sacra scriptura de Hebræo in Græcum, quam in Latinum versa est, sicut apud Græcos Paradisus vocabatur, ita & apud Latinos vocatur, vt dicit Isidorus lib. 14. Etymolog. cap. 4. & hoc induxit multis errandi causam, cum significatum huius nominis Paradisi ignorarent, quasi aliquid alterum significet. Ex quo apparet, quòd cum prædicamus Paradisum de cœlesti, & terrestri, proprius dicitur de terrestri, quàm de cœlesti, quia terrestris est vere hortus, cum habeat arbores, cœlestis autem non potest vocari Paradisus, idest, hortus, nisi per metaphoram. Vocamus autem eum sic, quia ibi omnium deliciarum verarum est copia, quæ excedunt omne, quod cogitari potest. Dicitur autem Paradisus voluptatis, idest, hortus deliciarum, quia hoc nomen Paradisus non sufficiebat ad hoc significãdũ, quia Paradisus apud Græcos hortũ signat, potest autem esse hortus delicios⁹, & nõ delicios⁹, & quia hortus ille, quem Deus plãtauerat ad ponendum ibi hominem, debebat esse magnarum deliciarum addidit voluptatis, & hoc est iuxta Hebræam literam, in qua habetur, gan, eden. gan, significat hortum, eden, significat delicias, ideo ad hoc totum exprimendum dictum est, quòd plantauit Paradisum voluptatis, vel deliciarum.

Causa autem quare locum, in quo posuit Deus hominẽ, fecit potius esse hortũ, quàm aliquid aliud, fuit, quia Deus voluit dare homini creato omnes delicias, quas habere poterat fęliciter viuens in corpore: sunt autem maxime deliciæ ordinati hominis secundum corpus in visu, & in tactu. In visu quidem, quia sensus visus plures nobis rerum differentias notificat, & hunc sensum plus diligimus lib. primo. Metha. cap. primo. In tactu autem sunt voluptates proprie necessitatem magis, quàm propter cognitionẽ, cum gustus sit, per quem iudicamus de nutrimento, & per nutritionem viuimus, ideo Deus in his duobus generibus voluptatum prouidere voluit, ad quæ magis poterat prouidere dando hortum voluptatis, quàm aliquid alterum, quia in arboribus diuersi generis est pulchritudo, quæ visum delectat, & est fructus, qui gustum reficit, ideo hoc dari debuit, & hoc significat litera. supra 2. cap. scilicet produxit Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue.

Homo nõ fuisset cõuenienter positus a Deo ĩ medio animalium.

Non erat aliquid alterum, in quo Deus hominem tam conuenienter poneret: non enim in medio multorum animalium, quia licèt illa pulchra sint visui, non conferebant ad gustum, quia homo si in Paradiso maneret, nõ vteretur carnibus, sed arborum fructibus, & herbis, cum etiam de Paradiso expulsus in tota prima ætate sęculi carnes non manducauerit. Item quia Deus positurus erat hominem in aliquo loco: congregatio autem animalium non est locus, quia non est aliquid immobile: locus autem est immobilis, ideo dato quòd homo manducaturus esset in Paradiso carnes, adhuc locus, in quo mansurus foret, non esset congregatio animalium, sed aliquid alterum immobile, & vt esset delectabile dictum est, quòd esset congregatio arborum qui est locus, & affert aliquid oportunę delectationis. Dixit autem locum illum esse hortum voluptatis, ad significandum conditionem vitæ hominis, quam Deus ei dare volebat, & quam inchoauerat, si permansisset, volebat Deus, quòd haberet homo vitam fęlicem, in qua requiritur, quòd habeatur omne, quod cõcupiscimus, & absit omne, quod abesse volumus: talem enim vitam dicit Aug. ibi fuisse lib. 14. de ciui. Dei. cap. 10. scilicet quid timere, aut dolere poterant in tantorũ tanta affluentia bonorum? vbi non aberat quicquam, ꝙ bona voluntas non adipiscereturꝫ neque inerat quod carnem, vel animam hominis fęliciter viuentis offenderet, aut in aliquo molestaret? in his autem duobus concluduntur omnes deliciæ. Vt enim haberetur quicquid bona voluntas cuperet, necesse erat haberi omne, quod secundum quemlibet sensum delectat, cum homo tunc fœlicitatem in corpore adhuc mortali ageret, & ideo nondum frueretur. ad hoc autem, quòd abesset omne, quod contristat, aut abesse volumus, necesse erat, non esse ibi mortem, non morbos, non senium, non luctum, non dolorem, & ideo abesse omne quod ista inferre potest; & esse talem loci qualitatem, vt ibi nihil mori, neque ad mortem dispo ni posit: & hoc propter summam temperiẽ loci, & conuenientiam alimenti. In his autem generaliter dictis includuntur omnes deliciæ: tales autem erant deliciæ Paradisi; ideo dictum est, quòd plantauit

Deus Paradisum voluptatis. Et non solũ talis debuit F
esse locus ille, sed ẽt sacra scriptura hoc exprimere debuit, vt intelligamus, ꝙ locus ille, in quo hõ innocentiæ: viuens manens non erat talis, qualis est terra, in qua nos degimus quantuncunq; sit voluptuosus hic aliquis locus, & vt constet quãtis bonis homo caruit propter inobedientiam, quibus vteretur si obediens permansisset.

Qõ. 129. Cur dr, ꝙ plantauerat ortum uoluptatis a principio.

Quæretur quare dicitur plantauerat Deus Paradisum voluptatis a principio. Dicendum, quòd dupliciter intelligi potest principium, quia vel de tempore, vel de loco, & quomodocunq; accipiatur ponit ordinem. Si accipiatur de tpe est sensus, quòd Deus plãtauit Paradisum a principio, ideſt in principio temporis, & ita intelligunt aliqui, quòd Deus plantauit Paradisum in principio omnium rerum, tunc, qñ dicitur in principio creauit Deus cœlum, & terrã, & hoc videtur esse propter dignitatem Paradisi. Sed non stat, primo quia tunc computaretur Paradisus inter coęua quatuor, quæ ponuntur a Doctoribus. s. natura Angelica, cœlum, materia prima, & tempus, sed non ponitur inter hæc neque additur, vt quintum ergo non putatur creatus, aut plantatus Paradisus in principio rerum. Secundo, quia Paradisus terrestris continet arbores, cum Paradisus sit ortus, ut dictum est; & tamen non fuerunt arbores aliquę creatę in principio rerum, sed solum in die tertio cœpit creatio, siue productio arborum. supra primo cap. ergo saltẽ ante diem tertium non poterat produci Paradisus. Tertio quia arbores, & herbę non possunt produci, H
nisi in terra discoperta, & tamen usque ad diem tertium mansit terra coperta aquis, & ibi congregauit Deus aquas in locum vnum, ergo non poterunt arbores Paradisi ante diem illum esse: plantatio tamẽ ad arbores pertinet, ergo non fuit ante diem tertium Paradisus plantatus. Quarto quia, vt dicitur supra 2. cap. egrediebatur fluuius de loco voluptatis ad irrigãdum Paradisum, sed non poterat fluuius esse ante diẽ tertium, cum tota terra aquis operta esset. ergo non fuit Paradisus a principio rerum. Sed dicendum, ꝙ accipiendo principium hic, vt dicit tempus debet intelligi de tertio die, & non de principio rerum omniũ, scilicet in die tertio cœpit Deus producere herbas, & arbores: & prius nõ produxerat aliquas arbores, cum I
terra nondum esset discoperta aquis, & ita principiũ productionis plãtarum fuit dies tertius, & in illo principio plantatus est paradisus, vt intelligatur postea plantatus. s. qñ homo formatus est, aut iam viuente homine. Alio modo accipitur principium, vt dicat locum, & est principium prima pars loci. Erit tunc sensus, ꝙ plantauit Deus Paradisum a principio. i. in principio terræ, siue prima parte eius, & ista pars est Oriẽs, quia ab Oriente incipit motus: & tunc scriptura nominat partem terræ, in qua est Paradisus. Vtraque harum duarum vltimarũ expositionũ non põt sustineri; primam nanq; ponunt multi Doctores, sic ponit Magister lib. 2. sent. dist. 17. & historia scholastica, & vr voluisse eam Hieronymus in quantum nomen principij posuit, & principium absolute sumptum magis dicitur de duratione, quàm de loco. Secunda tñ expositio est vera, & hanc scriptura intendit, nam in Hebræo, vbi nos dicimus in principio dicit litera, miquedem, quod significat ab Oriente, & ita accipit Iosephus lib. primo antiquitatum, plantatum Paradisum in Oriente. sic etiam antiquæ translationes habebant. vt dicit Magister lib. 2. senten. distin. 17. & iste sensus est tenendus, & siue hoc vellet litera, siue non, certum est, quòd Paradisus in parte Orientali terræ est, vt tenent omnes expositores, & probauimus illud. supra quæstio. 92.

Quæretur dato, ꝙ Paradisus fuerit in parte Orien- Qõ. 130. Dato, ꝙ Paradisus fuit in Oriente, cum deuixit plantauerat ꝙ principio.
tali plantatus, ad quid scriptura exprimere voluit, ꝙ plantauit eum Deus a principio? Dicẽdum, quòd hoc fuit conueniens secundum quancunque expositionem. Si enim teneatur prima, vt sit a principio. s. temporis plantatum. i. in die tertio, erit causa, vt tollat dubium. s. vbi homo fuit statim, vt formatus est; quia cũ de plantatione Paradisi non sit facta mentio vsq; post hominis formationem, putaret aliquis, ꝙ fuit factus aliquanto tempore post formatũ hoiem, & tũc mansisset hõ aliquandiu extra Paradisum, qñ nondum esset Paradisus. Et hoc est incõueniens, vt dicetur. infra ideo debuit dici, ꝙ factus est a principio. s. in die tertio, & ideo ante formationem hoĩs. Secũdo, quia hõ G
non est formatus in Paradiso, sed foris, & in Paradisum adductus; & ideo nesciretur qñ factus est Paradisus, nam poterat credi multo tempore post factus: quod non accideret si hõ formaret intra Paradisum: quia tunc prẽexisteret Paradisus, vt ergo non putetur multo tempore post hoiem Paradisus plãtatus. dr ꝙ plantauerat illum a principio. s. non plantauit eũ procedente tempore: sicut hoĩes plãtant ortos, sed a principio plantauit. s. quando creauit alias res, quæ fuerũt ante hominem, & hoc fuit in die tertio, qñ oẽs arbores, & plantæ habuerunt principium essendi. Si autẽ accipiatur a principio, ideſt in Oriente, sicut est verus sensus scripturæ, hoc scriptura exprimere voluit, primo vt det causam quorundam, quæ sequuntur; nam dicitur quòd egrediebatur de loco voluptatis fluuius ad irrigãdum Paradisum, qui statim diuiditur in quatuor flumina, & de illis ponitur. ſ. 2. cap. per quas terras fluunt, & oẽs illæ terræ sunt in Oriente, ideo dixit, ꝙ Paradisus erat in Oriente, vt sic appareret verisimile de illis fluminibus, quòd exirent de Paradiso. Secundo fuit, quia sacra scriptura voluit notificare nobis de Paradiso ea, quæ conueniens erat sciri de ipso, eo quòd erat aliquid elongatum a nobis, & cuius notitia non poterat haberi, nisi per reuelationem. Etiam quia erat potius res diuina, quàm habens naturalem conditionem; ideo posuit conditiones huius Paradisi. supra 2. cap. & ꝙa inter cætera erat conueniens sciri, vbi esset Paradisus, quia hoc ignorato quasi cętera superuacuo dicebantur voluit scriptura dicere vbi erat, & dixit quòd ab Oriente.

Quis locus & cuius nominis hic. Oriens.

Sed quæretur cum dicatur ꝙ ab Oriente erat Paradisus, quis locus aut situs loci? Significatur nomine Orientis; nam quælibet terra respectu alicuius est Orientalis, & respectu alterius Occidentalis, & quilibet punctus est Oriens, & Occidens; & ita licet dicatur in Oriente nescietur, quæ pars sit terræ. Dicendũ ꝙ Oriens, & Occidens sumuntur dupliciter, vno modo relatiue, vt dicatur Oriẽs quilibet punctus, qui est magis appropinquãs ad ortum Solis, quàm respectu eius Oriens, & quilibet punctus, qui est respectu alterius propinquior ad Occasum Solis, quàm ille, dicatur Occidens eius; & hoc modo quilibet punctus est K
Oriens, & Occidens ad aliud sumptus. Alio modo accipiatur Oriens, & Occidens quasi absolute, & vocabitur Oriens illa pars mundi, quæ est vicina ortui Solis, & illam ita vocabimus Orientem, ꝙ nunquam Occidentem, sic est terra Indorum, quæ est multum vicina ortui Solis respectu nostri, cum vltra eam procedendo non inueniamus terram continentem, sed Oceanum Indicum: & si quæ insulæ sunt in eo; Occidens autem vocabitur absolute terra illa, quæ est niminũ vicina Occasui Solis. Et sic est terra Hispanorũ. Quam ita vocamus Occidentem, ꝙ nunq̃ vocamus Orientem, licet intra ipsam Hispaniam sit vna pars Orientalior, q̃ alia, & Occidentalior, q̃ alia. Accipiendo primo modo respectu cuiuslibet loci, est Oriens, & occidens, aquilo, siue septẽtrio, & meridies, sic ac- A
cipitur infra in litera; Leua oculos tuos in directũ, & vide a loco, in quo nũc es ad aquilonẽ, & ad meridiẽ, ad Orientẽ, & ad Occidentẽ; omnem terram, quam conspicis, tibi dabo. Et ita accipiebatur oriens quicqd erat immediate vltra pedes Abrahæ contra ortũ Solis, & Occidens, vel ad Occidẽtem quicquid erat statim, vel vltra pedes Abrahæ contra occasum locis, cũ litera dicat, vide a loco, in quo nunc es, & ita omne quod non erat locus ille, erat ad Orientem, vel Occidentem, vel meridiem, vel Aquilonem.

Quot modis capiat Oriens.

Scdo mõ sumẽdo distinguitur, quia aut accipitur stricte fm Astrologos pro vero Oriente, & vero Occidente, & tunc Oriens, & Occidens sunt puncta fixa, & distat oriens ab occidente per Diametrum totum B
cœli, & est spacium horrarũ duodecim. Et tunc oriẽs & occidens non sunt puncta signata in terra habitabili, sed in mari tam ex parte ortus, quàm ex parte occasus. Et iste modus est necessarius apud Astrologos, & ipsi soli vtuntur eo ad inueniendas longitudines ciuitatum ab inuicem per habitudinem ad Orientem, & Occidentem fm arcus interceptos inter meridianos earum. Accipitur aliqñ minus stricte oriens, & occidens, vt oriens dicatur esse punctus in principio terræ habitabilis ex parte ortus Solis, & Occidẽs dicatur punctus in fine terræ habitabilis contra occasum Solis. Et hoc modo acipitur ẽt apud Astrologos, & vocatur Oriens non verum, & Occidens non verũ, & C
non distant per integrum Diametrum cœli oriens, & occidens sic sumpta, & ẽt iste modus accipiendi non est in sacra scriptura, neque in vulgari. Alius modus est minus strictus, vt orientem absolute dicamus terram vltimam habitabilem contra ortum Solis. s. Indiã, & proximas regiones, & Occidẽtem dicemus Hispaniam, & quæ ei coniuncta sunt. Iste modus est frequens tam in vulgari, quàm apud scriptores. Vltimus modus est, vt vocetur Oriẽs terra, quæ multum est elongata ab alia contra ortum Solis. licet non sit illa prima terra habitabilis. s. India, & occidens terra multum distans ab alia contra occasum solis, licèt nõ sit vltima terra habitabilis. i. Hispania. Et iste modus est vltatissimus tam apud scriptores, quàm vulgares, quàm etiam sacram scripturam, nam dicimus nos habitantes in Hispania Ierusalem est Orientem, vel in Oriente, & totam terrã Asiæ Orientem, vel in Orien te esse. Similiter qui sunt in India terras Romanorũ, & totam Italiam dicunt occidentẽ, immo & Ierusalẽ & Aegyptum vocant Occidẽtem. Sic ẽt dicimus ecclesiam orientalem & occidẽtalem. s. Græcos, & oẽs asianos dicimus ecclesiam orientalem: latinos autem omnes dicimus ecclesiam occidentalem. Et iste modus accipiendi est in sacra scriptura, vt Mat. 2. cap. vidimus stellam eius in oriente, & venimus adorare eum: tñ ibi non accipitur Oriẽs pro tota terra Indorum, quia reges illi, qui venerunt ad Christum adorandum non longe a Ierusalem habitabant cum venerint die tredecimo ab eius natiuitate, sed si esset terra Indie distans per centum leucas vocatetur oriẽs simpliciter, vt declarabitur Math. 2. cap. similiter Numeri. 23. cap. loquitur Balaam dicens de Aran; Adduxit me Balach rex Moabitarũ de mõtibus Oriẽtis; & sic vocant ibi mõtes Arã. i. terræ Mesopotamiæ montes Oriẽtis: & tñ Mesopotamia non multum distat a Ierusalem, quia in Mesopotamia, siue Aran habitabat Thare pater Abraham. supra 11. cap. & inde egressus est Abraham, vt intraret in terram Chanaan, præcedenti cap. & sic oriens vocatur ibi absolute terra, quæ elongabatur ab alia tamen non valde multum, & iste est modus magis communis accipiendi in sacra scriptura orientem, & occidentem absolute.

Nunc vero dicendum est, ꝙ cum dixit scriptura Qõ. 132. Determinatio circa primũ modum.
Paradisum esse ab Oriente, potest accipi respectiue, & absolute, si accipiatur absolute verum est, quia Paradisus terrestris est tam orientalis, quãtum terra Indorum, & adhuc plus cum fluuius Ganges exiens de Paradiso, labatur per terrã Indorum, & intret ex parte Orientis, & tñ terram Indorum vocamus simpliciter Orientalem, immo maxime Orientalem: ideo Paradisus, qui est Orientalior vocabitur absolute esse in Oriente. Si autem accipiatur respectiue, tunc dicetur ab Oriente esse Paradisum. Sed tunc est intelligendũ respectu cuius vocabitur ab Oriente, & dicetur, ꝙ potest dupliciter accipi, vno modo respectu terræ illius, in qua formatus est homo: nam non fuit formatus in Paradiso, vt significatur. supra 2. cap. & respectu illius terræ erat Paradisus ab Oriente, quia putatur illa fuisse terra Chanaan, vt infra dicetur. Alio modo potest accipi respectu terræ illius, in qua Moyses erat, quando istud scripsit; nam ipse scripsit Genesim, & sequentes quatuor libros legis, dum esset in deserto post exitum de Aegyto. Erat autem illa solitudo Arabica, quę est aliquantulum magis Orientalis, quam terra Chanaã, in qua Iudæi intrauerunt, & ista terra est multo Occidentalior, quàm Paradisus; ideo bene poterat dicere Moyses Paradisum esse ab Oriente. s. respectu regionis huius, in qua ipse ista scribebat. Iste modus est conueniens, & non præcedẽs, quia licet fuerit formatus hõ extra Paradisum, & in loco qui esset vere Occidentalior, q̃ Paradisus: tñ scriptura non designauit locum, in quo hõ formatus est, sed non põt dici aliquid relatiue ad alterũ, nisi sciatur quid est illud, ad qđ refertur, ergo neq; dicetur aliquid ad Orientẽ alterius, nisi sciatur quid est illud, & vbi respectu cuius alterum dr Orientale. De loco aũt vbi Moyses ista scribebat certum erat, ideo respectu illius poterat dici Paradisus ad Orientẽ. Sed adhuc põt dici, ꝙ accipiatur magis proprie Oriens pro terra absolute dicta Oriẽs; quia terram Indorum absolute vocamus Orientem: a fortiori, ergo Paradisum ita vocabimus, qui est magis Orientalis, vt dictum est.

Qõ. 133. Cur dr plãtauerat Deus Paradisum, in quo posuit homi nem.

Quæretur quare dr, ꝙ plãtauerat Deus Paradisum, in quo posuit hoiem. Dicendũ, ꝙ hoc fuit ad signandum, ꝙ hõ non fuit formatus in Paradiso, quia si ibi formatus esset, non diceretur, ꝙ fuit ibi positus, cum positio dicat locationem rei, quę iam erat. Sed aliquis dicet, ꝙ hõ fuit formatus in Paradiso, quia hoc cõueniebat ei secundũ suam dignitatẽ, sicut & fuit conueniens, ꝙ ibi moraretur, & non in terra hac, & moraretur nisi peccasset. Dicendũ, ꝙ certum est hoĩem. i. Adam non fuisse formatum in Paradiso, neq; de terra Paradisi, sed foris: & patet primo per rõnem allegatã. s. in quo posuit hoĩem; si tñ ibi formaretur, nõ diceretur, ꝙ fuit ibi positus, quia hoc pſupponit existentiam. Secundo quia dr: In quo posuit hoĩem, quẽ formauerat; & sic formatio pẽesserat ad positionem; sed nõ fuit Adã in Paradiso anteq̃ ibi poneret, ergo prius formatus est, q̃ esset in Paradiso, & sic non est formatus in Paradiso. Tertio patet, quia ſ. 2. c. dr: Tulit Deus E
hoĩem, & posuit eum in Paradiso voluptatis, & istud est manifestius: aliunde, ergo est allatus, vt esset in Paradiso, & non fuit ibi a principio sui esse. Quarto quia datur ibi causa. s. vt operaretur, & custodiret illũ, & ista est cã translationis illuc. Si aũt hõ in Paradiso formatus esset, non oporteret dari aliq̃ cãm, quare ibi esset, quia naturale est rei esse in loco suæ gñationis, ergo non fuit ibi formatus, & ita ad significandum hoc dicitur, quòd posuit Deus hominem in Paradiso.

Qõ. 134. Cur hõ nõ fuit formatus in Paradiso.

Sed quæret quare nõ fuit hõ formatus in Paradiso? Dicendũ, ꝙ fuit primo ad oñendũ, ꝙ nõ mansurus esset ibi semper, sed casurus inde. Secũdo fuit hoc ad

significandum, ꝙ Paradisus non debebatur homini secundum naturam, sed ex gratia, & liberalitate Dei, & tamen quod res habet ex principio suæ generationis videtur ei esse naturale. ideo vt non appareret esse naturale homini manere in Paradiso creatus fuit foris. Istæ duæ rationes sunt de intentione Augustini, & ponit eas Magister lib. 2. senten. distinct. 17. Sed de prima dicendum, ꝙ facit ad propositum inquantum si homo in Paradiso formatus esset, videretur esse locus ille sibi naturalis, & quod naturale est, difficulter perditur; quod autem accidentaliter aduenit, faciliter perit, ideo cum dicatur ꝙ positus est homo in Paradiso significabatur, quòd sicut ei istud adueniebat, ita illud perderet. Dicẽdum tamen ꝙ ista fuit aliqua ratio formandi hominem extra Paradisum, non tamen fuit homini significata; quia Adam nõ fuit præscius sui casus; nam si casum suum præsciret, cum facile esset ei vitare illum, vitaret, & non caderet, tamẽ corruit, ergo non præsciuit. Similiter Magister lib. 2. senten. distinct. 17. dicit, ꝙ anima Adæ non fuit talis creata, vt præsciuisset casum suum, ideſt non habuit tantam, aut talem scientiam, ꝙ casum futurum præcognosceret. Item quia Angeli boni, & dæmones sunt superiores anima; Angeli quidem boni tam in natura, quàm in statu; Angeli autem mali sunt superiores in natura, & ante peccatum erat status vtrorumque melior, quàm status hominis ante casum, potissime secundum eos, qui asserunt omnes Angelos creatos in gratia: & tamen Angeli boni non præsciuerũt suam beatitudinem futuram, & Angeli mali non præcognouerunt suum casum, vt August. definit: & post eum Magister lib. 2. senten. distinct. 4. Ergo a fortiori anima hominis non præsciret casum suum, quæ erat minus perfecta tam in naturalibus, quàm in gratuitis. Item si præsciret, aut posset euitare, aut non: si posset euitare, euitaret, cum esset sibi res tanti periculi, & nondum haberet aliquid, quod in contrarium inclinaret. Si autem non posset euitare, esset contra libertatem arbitrij, quod est inconueniens: cum sponte quilibet peccet, potens illud euitare. Etiam esset homo miser antequàm peccaret, habendo tristitiam, quæ valde affligeret ipsum, scilicet quòd Paradisum perditurus esset. Dicendum est ergo, ꝙ non præcognouit casum suum, & ita si ista fuit causa, vt formaretur extra Paradisum, non fuit ei significata, sed significatur nobis; ideo Deum formasse illum foris, quia præuiderat eum non ibi mansurum. Sed dicendum, quòd secunda ratio rationalior est. Tertio quantum ad principale dicendum, ꝙ fuit, vt homo magis Deum laudaret, & se ei teneri crederet: Si enim homo in Paradiso crearetur, quia nõ viderat alium locum minus nobilem, in quo fuisset non haberet ex hac parte de quo Deum laudaret, cuique gratias ageret, cum autem creatus fuerit homo foris in loco minus nobili, qui locus fuit ei sicut naturalis, & viderit se transferri in locum tam egregium, haberet de quo semper gratias ageret, eumque magis amaret. Quarto, vt homo efficeretur cautior ad seruandum mandata Dei, ne perderet Paradisum; nam si illum habuisset ex formatione, videretur esse naturalis sibi locus, & naturalia difficulter pereunt: cum autem datus esset sibi ex liberalitate Dei, facilius erat perdi, cum donationes propter ingratitudinem reuocentur. Quinto, vt non haberet homo ius querelæ, cum expelleretur de Paradiso. Si enim formatus esset homo in Paradiso, & propter peccatum inde expelleretur, posset putare iniuste secum actum esse, quia naturalia propter peccatum nõ pereunt, nam nulla naturalia tunc homo perdidit, ideſt neque esse, neque alias perfectiones corporis

An Adam præsciuerit casum suum.

sui absolutas: locus tamen generationis videtur esse naturalis; ideo neque illum perdere debebat. Cum autem esset formatus extra Paradisum, & locus ille ex liberalitate ei ad habitandum concessus, non habebat ius querelæ, si inde expelleretur propter peccatum. Et istæ causæ vltimæ videntur magis facere ad propositum quàm aliæ duæ priores, licet secunda priorum satis est conueniens.

Quæst. 137 Cur Eua fuit formata in Paradiso.

Quæretur cum homo, ideſt vir siue Adam formatus fuerit extra Paradisum, quare Eua formata fuit in Paradiso? Aliqui dicunt, ꝙ non constat vbi formata fuit mulier, ideo asserunt, ꝙ fuit foris formata, sicut vir. Sed dicendum, ꝙ non stat, quia certum est, ꝙ mulier fuit formata in Paradiso; nam postq̃ Adam fuit positus in Paradiso, nunquàm inde exiuit, quia ille erat locus habitationis eius, quousque exclusus est inde propter peccatum, sed mulier formata est ante peccatum viri, cum ipsa dederit viro fructum, vt manducaret. supra 3. cap. Ergo fuit formata manente viro in Paradiso, & hoc omnes Doctores concorditer tenent. Præsuppositio autem hoc, scilicet quòd mulier formata fuerit in Paradiso, & non vir, dicunt aliqui ideo fuisse, quia mulier erat dignior viro: & sic debuit formari in loco digniori. Sed obijcietur, ꝙ non stet, quia Deus dixit mulieri, ꝙ esset sub potestate viri. supra 3. cap. & tamen si vir esset minus excellens, is subesset mulieri, ergo erat vir dignior. Aliquis respondebit, ꝙ hoc nihil probat, quia illud fuit factum pro peccato, & mulier licet esset naturaliter nobilior reddita est propter peccatum subdita, quia ipsa fuit viro causa peccandi. Dicendum ꝙ hoc non stat, quia si mulier ante peccatum, fuisset naturaliter dignior viro, licet subijceretur viro ad hoc, ꝙ ei obediret, tamen non perderet meliora naturalia, quæ habebat, quia per peccatum non perierunt naturalia in viro, aut fœmina: & tamen nunc manent excellentiora naturalia viri, quàm fœminæ tam quantum ad corpus, quàm ad animam, ergo non fuerunt ante peccatum digniora naturalia fœminæ. De corpore patet, quia vir est robustior, fœmina fragilior. De anima quia vir est sapientior, & aptior tam ad prudentiam quàm ad virtutem, quàm etiam ad cognitionem speculatiuam. Secundo patet, quia Apostolus signat istam differentiam dignitatis inter virum, & fœminam; dixit enim 1. ad Corinth. 11. cap. Quòd vir est imago, & gloria Dei, mulier autem est imago, & gloria viri, imago tamen accipitur secundum naturalia, & non secundum gratuita, ergo naturalia viri sunt nobiliora quàm fœminæ. Tertio patet, quia etiam ante peccatum Deus designauit esse virum digniorem fœmina, nam fœmina facta est non propter se, sed propter virum, quia data est sibi in adiutorium, cum dixerit Deus, Faciamus ei adiutorium simile sibi: adiutorium autem est propter id, cuius est adiutorium. Quarto, quia si esset mulier dignior viro ante peccatum, Deus daret virum fœminæ, & non fœminam viro. & tamen dedit fœminam viro: ergo ante peccatum erat vir dignior fœmina. Patet hoc, quia supra 3. cap. quando Adam excusabat se de peccato, dixit; Mulier, quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi. Et ita asseruit datam fuisse sibi fœminam, erat illa igitur vmins digna etiam ante peccatum: ergo non fuit ista causa, vt in Paradiso formaretur Eua, & non vir.

Quæst. 138 Responsio quæstii.

Dicendum, quòd non fuit formata mulier in Paradiso quasi dignior, sed quia fuit de latere viri formata, & ante formationem fuerat positus Adam in Paradiso, & non fuit inde exclusus; neque vnquàm exijt quousque peccauerit: ergo necesse erat formari in Paradiso Euam; econtrario autem potuisset accidere,

dere, quòd formaretur vir in Paradiso, & fœmina foris, vt si voluisset Deus formare Adam in Paradiso, & non formaretur fœmina, donec peccaret vir, excluderetur Adam de Paradiso ante formationem Euæ: & sic illa extra Paradisum formaretur. Si autem formaretur Eua de terra, sicut Adam, & non de Adam, tunc esset ratio dubitandi, si ipsa formaretur in Paradiso, & ille non; & tamen tunc est dicendum, quòd etiam illa formaretur extra Paradisum, sicut vir, cum non esset aliqua causa formandi eam in Paradiso, & putaretur, quòd formaretur in Paradiso, quasi illa esset dignior, tamen non fuit sic. Et etiam August. & alij Doctores hoc signant, petunt enim quare mulier formata est de latere viri, & nõ de alia parte: reddunt etiam ꝙ factum est, quia non formabatur, vt domina; neque vt ancilla: si enim vt domina, esset de capite, si vt ancilla esset de pedibus, sed quia erat vt socia formata est de latere: vt dicit Magister lib. 2. sentent. distinctio. 18.

Cur Eua formata fuit de latere.

Quæst. 137 Obiectiones adhuc fiunt de hoc, quòd Eua fuit formata ex costa Adæ.

Supposito autem quòd mulier in Paradiso formata fuit, stat dubium quomodo valeant duæ illæ rationes assignatæ supra quæstio. 134. ad ostendendum, ꝙ Adam non debuit formari in Paradiso. Est prima, ꝙ fuit ad signandum, quòd non erat semper mansurus in Paradiso, & tamen etiam Eua non mansit semper in Paradiso, cũ fuerit expulsa quando Adam. ergo neque ipsa debuerat formari in Paradiso: & tamen ibi formata est. Secunda erat ad ostendendum, quòd nõ debebatur Paradisus homini ex natura, sed ex gratia: & tamen Euæ etiam non debebatur Paradisus ex natura, sed ex gratia, & ipsa formata fuit in Paradiso, ergo non fuit ista causa sufficiens. De alijs tribus causis sequentibus idem dici poterat. Dicendum, ꝙ illæ rationes sunt conuenientes, vt non formaretur Adam in Paradiso, vt fuit inductum. Quod vero de muliere obijcitur, non obstat, sed obstaret, si Eua fuisset per se formata de terra aliqua, sicut Adã, quia tunc peteretur, an de terra Paradisi, vel extra Paradisum: & tamen formata fuit de carne, quæ erat in Paradiso: ideo non potest comparari Adæ in formatione ad hoc ꝙ intus, vel foris formaretur. Secundo, quia tota natura humana censebatur esse in Adã, & ideo formato eo extra Paradisum, videbatur quicquid erat naturæ humanæ extra formatum, & etiam cum significaretur, ꝙ non dabatur Paradisus homini, tanquàm debitus ex natura, sed ex gratia datus, satis repræsentabatur in Adam, extra Paradisum formato, quia Eua non erat tanquàm ipsa natura humana, vel aliquid eius, cum tota natura fuit in Adam, & non in Eua: & Eua non fuerit ex terra tanquàm ex principio, sed fuit ex viro; & ideo per illum sumebatur iudicium de tota specie, & omnibus indiuiduis eius. Simile apparet de eis, qui gignerẽtur ab Adam, & Eua in Paradiso; quia si genuissent aliquos ibi ante peccatum, & postea peccarent Adam, & Eua ante ætatem discretionis illorum, expellerentur inde illi sicut Adam, & Eua, quia non accipiebatur iudicium standi, vel manendi per accidentia indiuiduorum singulorum, sed solum illius indiuidui, in quo fuit tota species: & illud fuit Adam solus. Et ita de Eua nihil obstat, quicquid circa ipsam fieret, ideſt vbi formaretur. Item patet hoc iuxta ea, quæ diximus de peccato originali; omnes enim nos incurrimus peccatum originale, non quia patris nostri proximi illud habuerunt, sed quia Adam, quia dato quòd aliquis homo conceptus esset sine peccato originali, sicut solet asseri de domina nostra a multis, & ille filium gigneret, & iste homo nunquàm peccaret mortaliter, neque venialiter, sicut omnes asserunt de domina nostra, adhuc filius ab illo genitus nasceretur in peccato originali, nisi Deus ex speciali priuilegio præseruaret eum, & ita non contrahitur peccatum originale in paruulis ex peccato parentis immediati, quia quæ sunt personalia, non transeunt in prolem. Nam si peccatum transiret, similiter transiret gratia, quod falsum est; sed peccatum originale est in omnibus posteris ex peccato primi parentis, eo quòd in illo erat tota species. Sic dicitur ad Roman. 5. cap. Omnes in Adam peccauerunt, quasi omnes essent ipso, quando ille peccauit, & omnes peccarent eo peccante. Erant quippe omnes in lumbis eius, sicut dicitur de Leui, quòd erat in lumbis Abrahæ, & decimatus est, quando decimas dedit Abraham Melchisedech sacerdoti. ad Hebr. 7. cap. Vnde Apostolus dixit notanter, omnes in Adam peccauerunt, & non dixit omnes peccauerũt in Eua, licet fuit tam peccatum Euæ, quàm Adæ, neque dicitur, simul omnes in Adam, & Eua peccauerunt: sed solum, omnes in Adam peccauerunt, scilicet quia in Eua non fuit tota natura, licet fuerint omnia indiuidua posteriora: in Adam autem tota natura fuit, cum ipse aliquando esset solus homo, & omnis humanitas ab eo deriuata est, siue per propagationem, siue per ablationem partis, sicut fuit Eua in ipso, quia de eo formata est. Et ob hoc cum de peccato originali loquimur, non dicemus quòd prouenit in nobis ex peccato primorum parentum, sed solum ex peccato primi parentis, ideſt Adæ quasi nihil fecerit Euæ peccatum ad peccatum nostrum originale: cum Apostolus non dicat nos peccasse in Eua, sed solum in Adam. Et similiter peccatum Adę est nobis causa omnium malorum, & non peccatum Euæ; nam si illa peccasset, & non Adam non incurrissemus nos peccatum originale, & consequenter neque in pœnas, quæ consequuntur peccatum originale, quia tamen Eua fuit causa Adæ peccandi, & ille non peccasset, nisi illa peccante, vt colligitur supra 3. cap. attribuimus mala nostra peccato primorũ parentum, quasi ambo ad hoc aliquid egerint: & tamen etiam si Eua non peccasset, & peccaret Adam nos incurreremus in peccatum originale: & in omnia mala sicut incurrimus, ꝙa vt Apost. dicit, Omnes in Adam peccauerunt, ergo peccante illo, omnes peccaremus. Et ita redeundo ad propositum, dicendum, ꝙ siue Eua formata esset in paradiso, siue foris, nihil obstabat, neq; conferebat ad significationes supra positas, quia quicquid competebat generi humano per solũ Adam signabatur, in quo fuit tota natura speciei, & per Euã nihil signabatur, quia ipsa non fuit vt continens totam speciem, sed vt indiuiduum singulare speciei, vt ostensum est. Si tamen aliquis vellet contendere, posset dicere formatã Euã extra Paradisum, ꝙa licet id, de quo formata est, ideſt costa viri fuerit in Paradiso, tamen de formatione non constat, an fuerit in Paradiso, immo posset dici ꝙ foris, quia dicit supra 2. cap. ꝙ postquam formauit Deus Euam duxit eã ad Adã, & sic formatio Euæ distãter fuit facta à loco, in quo erat Adam: & tamen erat Adam in Paradiso. Potest ergo dici ꝙ Eua formata fuit extra Paradisum: sed in hoc nõ est insistendum, cum cõmuniter teneatur, quòd fuit formata in Paradiso; si quis tamẽ voluerit contendere formatam eam foris, non poterimus eum conuincere.

Quomodo intelligatur oẽs in Adam peccauerunt.

Solũ peccatũ Adæ fuit causa omniũ malorum, & non Euæ.

Quæretur cũ nõ fuerit in Paradiso formatus Adã, vbi formatus est? Dicendum quòd foris in aliqua parte terræ, sed in qua nondum constat. Sed aliqui dicũt, quòd fuit formatus in ciuitate Hebron, vel apud illã in campo Damasceno. Est enim cãpus Damascenus (vt asserũt) locus quidam campestris iuxta ciuitatem Hebron, quę non erat quando Adã formatus est. Sed postea lõgo tempore cõdita fuit in loco illo, vbi formatus

Quæst. 138 Vbi fuit formatus Adam.

matus fuerat Adam. Ad hoc autē mouentur primo, quia ibi Adam post expulsionem de Paradiso vixit vsque ad mortem suam, & ibi sepultus est: vt patet Iosue 14. vbi dicitur nomen Hebron antea dicebatur Cariatharbe Adam maximus ibi inter Enachim situs est, idest Adam qui est maximus, cum sit primus pater humani generis situs est ibi, i. sepultus. Ita enim ab omnibus communiter exponitur, & ita videtur, q̄ ibi formatus esset, & quòd propter hoc vellet manere ibi. Secundo, & efficacius; quia supra 3. cap. dicitur emisit eū Dominus de Paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est. Et ita videtur significari, quòd Deus reduxit Adam ad illam terrā, de qua eum plasmauerat, & tamen reduxit eum in Hebron: quia ibi vixit, & mortuus est; ergo in Hebron fuerat formatus. Dicendum, quòd licet istud teneatur a multis, & nos illud non abijciamus, tamen veritas est, q̄ non est nobis certum, an ibi in campo Damasceno iuxta Hebron, vel alibi formatus fuerit: neque etiam refert in qua parte terræ fuerit formatus, vel de qua portione; quia de quacunque portione terræ poterat Deus formare corpus Adæ q̄uè perfectum: cum ibi non requireretur aliqua dispositio ex parte materiæ, eo quòd non erat naturalis illa formatio, sed diuina. Rationes autem per quas probant, non habent efficaciam. Prima nō tenet, quia dato, q̄ Adam ibi viueret, & moreretur, non cōstat q̄ inde formatus esset; sed solū viueret in terra illa, ad quā Angelus expellens eū de Paradiso, tulisset eū, & fortè nō deduceret eum in terrā illam, in qua formatus fuerat. Secundo, quia dato quòd Adā posset venire in regionē illā, in qua formatus fuerat, nō oportet poni q̄ illuc iret; quia nihil erat, quod moueret ipsum ad hoc, quia forte magis placeret ei alia terra, scilicet quæ esset delectabilior. Tertio, quia fundamentum negatur ab aliquibus; nā licet multi concedant, quòd Adam sit sepultus in Hebron, alij negant; causa est propter æquiuocationem literæ Hebrææ: nam in Hebræo dicitur Adam sicut, & litera nostra transtulit: Adam verò est aliquādo nomen proprium illius primi hominis, aliquādo est nomen commune significans quemcunque hominem. Vnde vbi nos dicimus; Filij hominum vsquequo gravi corde? in Hebræo dicitur filij adam. Et ita poterit accipi litera, vt dicat homo maximus vbi nos dicimus adam maximus. Et tunc non intelligitur de primo parente, sed de homine magnæ staturæ. Et illum dicunt esse vnum gigantem, qui habitabat in Hebrō, & erat pater aliorum gigantum. Hunc sensum tenēt multi Hebrēorum: & tunc negato fundamento, ratio non valebit; licet nos istud fundamentum non negamus, de quo magis dicēt Iosue. 14. cap. Quarto, quia etiam à multis negatur aliud fundamentum eorum, qui istud asserūt. Vocatur enim ciuitas ista Cariatharbe, & Hebron. Iosue 14. cap. Dicunt enim, quòd vocatur Cariatharbe, idest ciuitas quatuorum virorum; nam sic interpretatur in Hebræo, scilicet quia ibi erāt sepulti quatuor Patriarchæ; Adam, Abrahā, Isaac, Iacob, qui sunt viri excellentes, & per excellentiā possunt vocari viri. De Abraham, Isaac, Iacob certum est, quod ibi sepulti fuerunt. Sic enim dicitur, infra vltimo cap. de Adam allegant Iosue, 14. cap. alij tamen dicunt non vocari, ideo Cariatharbe, idest ciuitate quatuor virorum, sed quia ibi erant quatuor gigantes, scilicet Sisai, Tholmai, Ahimai, qui erat filij Enach, & ipse Enach, secundum quosdam computatur, vt quartus gigas. Ponuntur isti gigantes Iosue. 15. capit. & ab his quatuor vocata fuit ciuitas illa quatuor virorum, scilicet gigantum, & tamen q̄ ratio sit huius nominis, declarabitur Iosue, 14. cap. Secunda quoque ratio supra inducta nō vrget primo, quia dicitur emisit eū, vt operaretur terrā, de qua sumptus est illud relatiuū non refert terram, de qua Adam formatus est, sed totam terram, quæ est extra Paradisum, quæ erat terra, de qua sumptus est, & huius totius fuit aliqua pars, de qua sumptus fuit Adam. Secundo, quia si non accipe retur sic, sed strictè pro illa particula terrę, de qua sumptus est, quę esset non maior corpore ipsius hominis, quod est falsum, quia totam terram licebat ei incolere, & excolere, & tamen scriptura dicit, vt operaretur terram, de qua sumptus est; vnde non licebat ei aliam operari, sed licebat per totam terram manere, & totā colere: ergo tota terra fuit terra, de qua sumptus est Adam. Tertio patet, quia similis modus relationis ponitur ibidem supra 3. capit. cum dixit Dominus ad Adā: In sudore vultus tui vescēris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es. Ibi enim non potest accipi terra, nisi pro tota terra, idest pro qualibet portione, pro hac vel pro illa; quia quādo Deus dixit hoc Adæ, non erat aliqua portio terræ determinata illa terra, in quam vertendus erat Adā, sed erat tunc caro; ergo ita quando mittitur ad laborandum, & operandum terram, de qua sumptus est, intelligitur de tota terra, & verificatur in quacunque parte terræ.

Quarto, quia dato, q̄ Angelus reduxisset Adā ad terram illam, in qua formatus fuerat, quando expulit eū de Paradiso, non constat, quòd fuit formatus in Hebron. Nam constat tenendo prędictam expositionē, quòd ibi mortuus, sed in tāto tempore vitę suę mutaret forte sedes, cum liberum sibi esset ire quo vellet: & sic accideret mori eū, & sepeliri in Hebron, licet non fuerit ibi primo positus, quando exiuit de Paradiso.

Quæretur quare homo positus est in Paradiso, cū fuerit foris formatus? Dicēdum, quod fuit primo ad hoc, vt daretur ei locus secundum naturam suā. Erat enim ad imaginem Dei; & ideo excellentior omnibus animalibus, decuit dari sibi locum multo nobiliorem. Et iste fuit locus Paradisi, qui excedit qualitatem omnium locorum, qui sunt in tota terra alia. Hanc rationem tangit Damascenus. Secundo fuit, quia Deus volebat dare homini in corpore vitam fęlicem. Ad fœlicitatem autem secundum corpus exigitur, vt omnia habeantur, quæ bona voluntas cupere potest, & omne absit, quod contristare possit; & tamen nulla pars terrę erat extra Paradisum, in qua homo haberet omnia, quæ cuperet: similiter nulla erat, in qua non esset aliquid, quod contristaret, quia vbiq; dolor, morbus, & mors esset: solus autem locus Paradisi erat, in quo omne bonum erat, & nullum malum aderat; ideo fuit conueniens ibi hominem poni, de quo magis dictum est supra quæst. 125. Et si obijciatur quid proderat hominem poni ibi, quia homo statim perdidit locum illum, & non cōsecutus est id, ad quod Deus illum ibi ponebat. Dicendum, quòd proderat, quia Deus faciebat id, quod absolutè erat conueniens fieri; quod verò homo illum locum perderet, fuit per accidens, & ex defectu suo; quod autem homo à Deo poneretur ibi, erat per se bonum, & rectum, tam ex dignitate hominis, quam ex fine, quem Deus prestituerat speciei humanæ indiuiduis; quod autem est per se bonum, & ad principia agendi Dei pertinet, non est turbandum propter id, quod est per accidens, & prouenit ex alienis defectibus. Cum autem dicitur, quòd non consecutus fuit homo intentionem Dei. Dicendum, quòd Deus consecutus est hoc, quod voluit, cum non possit frustari prouidentia eius. Hoc enim voluit, qđ ipse ageret id, quod homini conueniebat secundum dignitatem naturæ, & finem, ad quem ipse instituebat eum: & hoc sufficiēter fiebat ponendo semel hominem in Paradiso; voluit etiam quòd homo ageret bonum, secundum cōditionem

ditionem naturæ suæ, idest liberè, & flexibiliter; & qa sic faciendo poterat facere bonum, & permanere, & facere malum, & per iustam Dei legem expelli. Et quid horum acturus esset præuiderat Deus, & nihil actum est contra id, quod vt ita dicamus cogitauerat, neque contra id, quod fieri voluerat.

Quæst. 140. Accommeauerat Adam fuerit creatus ex tra Paradisum, cū a multis propter lędi propter lo ci ita qua latenter.

Sed obijcietur, quòd cum Deus posuerit hominē in Paradiso, vt ibi ageret vitam fęlicem, quasi eam foris agere non posset, quid de tempore, quo foris fuit? nam læderetur à natura loci, nam neque haberet fo set, sed aliquid adesset, quod contristaret, scilicet loci inæqualitas in calido, & frigido, & alijs incommodis. Dicendum hoc certum esse, q̄ homo antequam de Paradiso expelleretur, siue antequam peccaret, vt verius dicatur nullam pœnalitatem habuit, quia neque aliquid concupiuit, quod non haberet neque aliquid habuit, quod habere vellet, quia istud esset pœna, siue per præsentiam rerum, siue absentiam. Et homo non debuit habere pœnam aliquam ante peccatum. Neq; enim ante peccatum etiam extra Paradisum pœnam habere poterant, neque post peccatum etiam in Paradiso existentes sine pœna esse poterant; ita enim eis accidit. Nam in Paradiso peccauerunt, & statim ibi pœna eos consecuta est; nā erubuerunt se ipsos, & operuerunt eas partes, quas pudendas putauerunt; cōfusi quoque sunt in Paradiso, cum Deus ab eis rationem exegit, cur laterent, & cum eis ibi perpetuę pœnæ sententiam intulit, supra 3. cap. Cum autem dicitur quomodo extra Paradisum manēs homo non lędebatur. Dici potest vno modo, quòd hoc fuit, quia pauco tēpore foris fuit, & hoc verum est: Deus enim non formauerat hominē, vt foris maneret, sed intus; & ideo illico formatum tullit in paradisum, & in hoc momēto temporis, vt ita dicamus nihil concupiuit, & nihil abhominatus est: & sic ex nulla parte potuit ei pœnalitas accidere, idest aliquid contra voluntatem eius; si autem diu foris maneret, accideret maior difficultas quando non inciderent incommoda. Secundo fuit ex diuina dispositione: voluerat enim Deus hominē tandiu a pœna seruare immunem, quamdiu seipsum seruare innocentem: ideo qui sine sensu doloris, & exteriori adustione seruare potuit tres pueros in camino ignis Dan. 3. cap. potuit a fortiori Adam seruare sine aliqua pœnalitate quamdiu fuit extra Paradisum, sed hoc certū est, q̄ valde paucum tempus fuit, scilicet cum formatus est statim fuit adductus illuc.

Quæst. 141. Cur dixit Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue.

Sed quæretur quare scriptura loquens de Paradiso supra 2. capit. dixit produxit Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue. Primo est respōdendum quare dixit generaliter de productione oīs ligni, & postea quare suaue, & pulchrū. Quantum ad primum dicendum, quòd ligna produxit Deus de humo, idest de terra humida, & cōueniēter ponitur ibi vocabulum, humi, & non terræ; nam terra elementum notat: & ideo non dicit dispositionem immediatam ad aliquid; humus verò dicit terrā humidam, & illa est dispositā ad generationem omnium de ea nascentiū; ideo dixit bene de humo: hoc in Paradiso, vt producerentur ibi arbores à Deo, cum tā generale fuit, tam in terra extra Paradisum, quàm generaliter dictū fuerit de tota terra, quòd in die tertio produxerit ligna pomifera, & herbas, supra 1. cap. Sed de Paradiso dictum est nunc specialiter primo, quia propositum erat sacræ scripturæ dare nobis cognitionem Paradisi, & eorum, quæ in ipso erant, cū aliter cognitionem habere non poteramus, nisi per reuelationem; & quia Paradisus est ortus, & in orto præcipuum quod est sunt arbores, debuit dici de productione arborum. Secundo fuit, quia homo in Paradiso mansurus alendus erat, cum adhuc non haberet simpliciter vitam immortalem: cibus tamen hominis non debuit esse caro, quia non competuit ei etiam in tota prima ętate; ideo debuerūt esse fructus arborum, quibus vescerentur; & vt videretur, q̄ haberet copiam horum dictum est, q̄ produxit lignū omne de humo. Tertio fuit, vt seruetur artificiū scripturę; nam supra 1. cap. cum agitur de creatione hominis in generali cum creatione aliarum rerum, dicitur q̄ dixit Deus viro, & fœminę; Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis semētem generis sui, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, quia ergo ibi dabantur terrę nascentia in escam: ne videretur postea discordare cibus, quē in Paradiso homo habuit, expressit scriptura de productione lignorum. Quarto, & principaliter, quia scriptura intendit concludere peccatum Adæ, & exclusionē de Paradiso: fuit autem illa exclusio propter peccatum eius, qđ fuit comedendo de fructu arboris; ideo scriptura debuit ostendere quomodo erant arbores in Paradiso, & sic dixit, q̄ Deus produxerat arbores de humo.

Quæst. 142. Cur dixerit pulchrum visu, & ad vescendū suaue.

De alio quæretur, s. quare dicitur produxit Deus lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue. Dicēdum, quòd fuit primo ad notandum excellentiā Paradisi; erat enim Paradisus ortus cum multę arbores ibi continerentur: & quia Paradisus cum sit speciale opus Dei debet esse excellētius cęteris rebus eiusdem generis, debuit ostendi excellentia eius. Et ista est in eo, quòd essent ibi excellentiora ligna, quàm alibi hoc signatur, cum dicitur q̄ erat ibi lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue: necesse est enim quòd omne, quod in Paradiso est, & alibi sit excellentius in Paradiso quàm alibi. Nam cum aliquid volumus valde nobile significare comparamus illud Paradiso; sic dicitur hic in litera in laudē terræ Sodomorum, quòd irrigabatur sicut Paradisus Domini.

Secundo fuit ad ostendēdum statum hominis in Paradiso; posuerat Deus hominem ibi, & volebat quòd ageret vitam fœlicem. Et quia adhuc non erat homo simpliciter immortalis, sed viuens vita animali per cibum; debuit Deus prouidere de cibo. Et quia non erat homo manducaturus carnem, vt dictum est, sed arborum fructus, prouidendum fuit ei de optimis fructibus, vt nihil homo cuperet, quod non haberet. Rursus homo delectari debebat secundum visum, in quo sunt multæ delectationes: quia multas nobis rerum differentias ostendit: in visu autem pulchrum est, quod delectat, ideo debuit de vtroque principaliter prouideri. Et ad hoc dicitur quòd produxit lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue; nam per pulchritudinem prouidetur in delectationibus visus, per suauitatem ad vescendum in delectationibus gustus. Tertio & principaliter fuit propter illa, quæ vult concludere scriptura: vult enim inferre Adam, & Euam expulsos de Paradiso, quia comederunt de ligno vetito eis. Non erat autem verisimile, quòd ipsi vellent agere contra mandatum Dei, nisi aliquod motiuum forte haberent: illud enim fuit conditio ligni; si enim esset lignum paruæ nobilitatis, non impelleret motu forti, & adhuc dicitur supra 3. cap. quando Eua incitata fuit ad manducandum de ligno vetito suadente serpente, vidit mulier, q̄ bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile: & tullit de fructu illius, & comedit, vt ergo artificiose inferatur de tentatione illa præmittitur in dispositione Paradisi, q̄ aliquod tale lignum ibi esset. Et sic dicitur q̄ produxit omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue, & ista est causa principalis.

Sed

Quæst.143 Cur dr̃ p-duxit oẽ lignum &c. nunqd sufficiebat si aliqd pulchrum, & suaue, pduxisset.

Sed quæretur quare dicitur, q̃ produxit omne lignum pulchrum visu &c. quia sufficere videretur, q̃ Deus produxisset ligna pulchra visu, aut multa ligna pulchra visu. Dicendum, q̃ fuit primo ad ostendendum specialem laudem Paradisi. Nam sicut laus Paradisi erat, quòd essent ibi ligna pulchra visu, & ad vescendum suauia; ita erat specialis, & propria laus Paradisi, q̃ essent ibi omnia ligna pulchra visu. Est enim Paradisus optima pars terrę, & sicut in quolibet genere est datio optimũ, per cuius accessum, aut recessum ab eo iudicatur de singulis rebus illius generis quantum bonæ sint: ita per comparationem ad Paradisum iudicãt de alijs portionibus terræ, quæ melior, & quæ minus bona. Vnde & illa terra, quæ valde bona est cõparatur simpliciter, & absolutè Paradiso, sicut dicitur in litera de Iordane, quòd irrigabatur sicut Paradisus Domini; quia tamẽ in alijs hortis egregijs erãt multa ligna pulchra visu, & ad esum suauia, vt designaretur simpliciter optimũ esse Paradisum, debuit dici, quòd ibi erant omnia ligna pulchra visu. Nam si non essent ibi omnia, nõ esset hortus optimus Paradisus, q̃ melior esset ille, in quo essent omnia ligna pulchra visu, & ad vescendum suauia. Secundo dicitur hoc, quia ita cõpetebat pro homine existẽte in Paradiso: acturus autem erat ibi vitam fęlicem si non peccaret, vt dicit Damascenus; sed ad beatitudinem requirebatur, vt nihil cuperet homo, quod non haberet, & nihil adesset, quod contristaret. Talem enim statum dicit Aug. fuisse hominis in Paradiso, lib. 14. de ciui. Dei, cap. 10. Et tamen si non esset ibi omne pulchrum, posset homo cupere aliquod pulchrum, quod ibi non haberet: Et si non esset ibi omne suaue ad vescendum, posset homo cupere aliquid suaue, quod non haberet. Vt ergo nihil deesset de eo, quod homo cuperet; debuit esse omne lignum pulchrum ibi, & ad vescendum suaue, & istud erat multum necessarium. Tertio ad reddendum verisimile illud, quod fuit in tentatione mulieris; nam dicitur, quòd vidit mulier, q̃ bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructibus, & comedit. Diceret autem aliquis quomodo potuit esse aliquod lignum, tam pulchrum, & tam suaue, quod moueret mulierem ad faciendum contra id, quod Deus iusserat, aut vetuerat? Respondetur, q̃ poterat esse aliqd tale, quia vbi erant omnia ligna pulchra, quæ sunt in tota natura rerum, poterat aliquod valde pulchrum inueniri, quod multum moueret. Secus si essent ibi pauca ligna pulchra, quia fortè inter illa non inueniretur aliquod tantæ pulchritudinis, vt tam nimiũ mouere posset. Quarto potuit hoc dici ad aggrauandum peccatum Euæ, & Adæ, & ad alleuiandum mandatũ Dei. Si enim in Paradiso non esset nisi vnum lignum pulchrum: & suaue, cętera essent paucæ laudis: & de illo ligno vetuisset Deus hominibus manducare: videretur mandatum Dei valde durum ad seruandum, & peccatum hominum facilè, & paruum, cum durũ esset eis abstinere ab illo ligno, cũ non haberent aliud pulchrum visu, & ad gustandum suaue. Nunc autem cum dicitur, quòd erat ibi omne lignum pulchrum visu, &c. apparet, quòd mandatum Dei erat leue, quia etiã si vetaret de illo manducare, relinquebantur multa alia pulchra, & suauia, de quibus possent manducare, & non esset eis durum abstinere: & peccatum hominum apparet graue, qui cum multa alia haberent, quibus vescerentur, de hoc, quod Deus vetuerat manducare voluerunt.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

Quæst.144 Cũ ligna Paradisi pter pulchritudi-

Quæretur cum ligna Paradisi haberent alias excellentias præter esse pulchra visu, & ad vescendum suauia, quare scriptura non expressit, nisi istas duas qualitates, nã erant ligna Paradisi excelsa nimis, quod pertinet ad quandam dignitatem lignorum. Sic patet Ezech. 31. cap. scilicet, Cedri non fuerunt altiores illo in Paradiso Dei, abietes non adæquauerunt summitatem eius. Et ita cum compararet altitudinem illius arboris magnæ, de qua ibi loquitur, & diceret, q̃ eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis, transiuit ad comparãdum arboribus Paradisi in altitudine, quasi non sint aliæ arbores alibi altiores. Dicendum verum esse, q̃ in Paradiso erant arbores valde excelsæ, & tamen non expressit hic scriptura de altitudine arborum, illarum. Primo, quia dicendo de pulchritudine, subintelligebatur; nam dicitur lignum pulchrũ visu, quod videntem delectat: inter cætera autem, quę arborem pulchram reddũt, est vnum illius celsitudo: ideo dicto, q̃ erant arbores pulchræ in Paradiso, intelligebatur etiam, q̃ erant excelsæ. Et hoc colligitur Ezech. 31. cap. Nam postquam dictum est de altitudine arborum, quasi inde concludatur pulchritudo, adiungitur omne lignum Paradisi non est assimilatum illi, neque pulchritudini eius. Secundo fuit, quia dato, quòd in pulchritudine nõ intelligeretur altitudo, non diceret scriptura, nisi de pulchritudine, & non de altitudine; quia scriptura ibi dicit ista de lignis Paradisi, in quantum ordinantur ad tentationem fœminæ, scilicet quòd mouere poterant Euam ad desiderandum fructum, & tamen ad mouendum non faciebat aliquid altitudo. Sed solum pulchritudo fructus, & arboris, & suauitas fructus: ideo de altitudine nihil dictum est.

Aliquis quęret an in Paradiso erãt ligna aliqua nõ fructifera, quę vocamus ligna non pomifera. Dicet aliquis q̃ non, quia in Paradiso nihil erat inordinatũ: superfluum autem tollit ordinem, ideo neque erat ibi superfluum aliquid; sed ligna non fructifera essent superflua in Paradiso, ergo non erant ibi. Primo, quia Paradisus erat hortus, ĩ quo homo positus erat, vt ibi aleretur, sed ligna non fructifera non faciunt ad cibum. Secũdo, quia inter nos ligna nõ fructifera vtilia sunt, quia sumimus ea, vt materias diuersę fabricationis: sed in Paradiso nulla fabricatio futura erat, quia neque ibi domus erant vtiles, vbi homines nudi erant, & prius est homini necessaria vestis, quã domus. Tertio, quia non videtur esse aliquid alterũ, ad quod prodessent ligna illa: ergo ibi non essent. Dicendum, q̃ in Paradiso fuerunt ligna tam fructifera, quàm non fructifera, quia dicitur hic, q̃ produxit Deus de humo in Paradiso omne lignum pulchrum visu; & tamẽ quædam ligna sunt non fructifera, quæ habent magnam pulchritudinem, ideo & illa esse debuerunt ibi, & fuerunt. Secũdo patet expresè, quia Ezechi. 31. cap. inter arbores Paradisi ponuntur aliquæ non fructiferæ: dicitur enim cedri non fuerunt altiores in Paradiso Dei, & abietes non adæquauerunt summitatem eius: & tamen abietes sunt arbores non fructiferæ, quæ ad solas diuersas structuras prosunt; ita de alijs infructiferis intelligendum est. Cum autem obijcitur non fuisse in Paradiso aliquid superuacuum, concedendũ est, quia ibi erat magnus ordo. Et tamen dicendum q̃ ligna, licèt essent non fructifera, non erant superuacua, cum prodessent ad pulchritudinem. Et hoc erat, q̃ in Paradiso petebatur, cum dicatur q̃ produxit Deus omne lignum pulchrum visu. Et cum specialiter obijcitur, q̃ erat Paradisus hortus. Dicẽdum q̃ homo erat positus in Paradiso non solum vt in cænaculo, sed vt in loco habitationis suę, & totius vitę agẽdę. Vnde non solum competebat ei, q̃ in gustu sufficeret, sed etiam q̃ in visu delectaret; quia singuli sensus expetunt delectationes suas: & ideo non soli fructus erant ibi necessarij, qui proderant in gustu, sed etiam ligna pulchra non fructifera, quæ delectarent visum. Ad secundum dicendum q̃ non proderant ibi ligna ad ædificia, quia nullum lignum cæderetur, neque ędificium aliquod construeretur; prodessent tamen ad delectandum visum secundum variam pulchritudinem. Ad tertium respõsum est per dicta, quia hæc est vtilitas variorum lignorum Paradisi, vt per pulchra varietatem videntes oblectarent. Sed adhuc aliquis obijceret, q̃ nõ erant ibi nisi ligna fructifera, quia supra 3. cap. & 2. c. dicit de omni ligno Paradisi comede, de ligno autem scię boni, & mali ne comedas. Et ita de ligno omni comedere poterat, nisi de vnico vetito, & tamen nõ posset comedere de illis, si nõ essent fructifera, ergo omnia erant fructifera. Respondetur q̃ non erant omnia fructifera, sed aliqua infructifera, & tamen hinc non sequitur omnia esse fructifera. Primo, quia illud non est mandatum sed licentia: aliàs tenerentur mãducare de omnibus, & tamen falsum est, cum satis esset, q̃ comederent de vno. Secundo, quia dato q̃ esset mandatum, est ibi distributio accõmodata, scilicet de omni ligno paradisi, idest de omni ligno habẽti fructum. Et sic Apostolus locutus est ostendens non esse discretionem ciborum iam faciendã, cum ait, omnis creatura Dei bona est, & nihil est reijciendum. Et tamen non sequitur ex hoc q̃ si quis dederit alteri serpentes ad manducandum, vel lapides, q̃ debeat manducare: quia illud non intelligitur nisi de esca, quæ ordinariè, aut cõmuniter solet ab hominibus sumi, & cuius esus in se non est malus.

Obiectiones aliæ soluuntur.

Decisio.

Responsio ad arg.

Quæst.145 Cur dr̃, q̃ ligna non fructifera erant in Paradiso

Cum dicatur q̃ produxit Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue, quare prius dictum est pulchrum visu, quam suaue ad vescẽdum? Nam videtur q̃ potius deberet dici e contrario, cum arbores potius sint ad fructum, qui in cibum sumitur, quam ad pulchritudinẽ. Dici potest vno modo, q̃ in hoc non differt quid præponatur, aut postponatur, neque scriptura in hoc attendit, sed solum vt veritatem rerum aperiat. Et ita contigit vt hoc illi præponeret cum posset e contrario fieri. Scẽdo põt dici q̃ factum est; quia debuit talis ordo esse: nã & sic principalius fit in arbore, q̃ fructus prosit ad gustum, quã ad delectandum visum; est tamen communius q̃ visum delectet, quàm q̃ gustum: & ideo positum fuit primo de visu. Nam visum possunt delectare omnes arbores etiam non fructiferę: ad esum autem solæ arbores fructiferæ sunt suaues. Etiam non est arbor suauis nisi in fructu, est tamẽ pulchra ad visum per totũ. Tertio & principaliter dicitur hoc inquãtum ordinatur ad ea, quæ dicuntur post illud de tentatione; nam supra 3. cap. ponitur quomodo Eua peccauit manducans de ligno vetito. Manducauit autem, quia concupiuit, concupiuit autem, quia illecta fuit, allicere autẽ eam arbor potuit per duas conditiones suas, scilicet quia habebat pulchritudinem, & suauitatem: istæ autem duæ in mouendo istum ordinem habuerunt: q̃ stimulata fuit mulier à pulchritudine, & non à suauitate. Cognoscebat enim pulchritudinem, & non suauitatem. Si enim aliquando prius Eua de illo ligno manducasset, nosset eius suauitatem, & nunc suauitas cognita moueret eam ad edendum: tamen nõ nouerat, quia non manducauerat: ideo suauitas nõ mouebat, sed pulchritudo alliciebat: q̃ pulchritudo nota erat sibi per visum. Ideo in tentatione Euæ potior fuit pulchritudo, quàm suauitas: debuit ergo præponi, q̃ esset lignum pulchrum visu.

Quæst.146 Cur præponit pulchritudo suauitati.

Quæst.147 Cur pulchritudo & non suauitas ponitur obiectum primum potentiæ visiuæ.

Sed tunc dicetur, cum sola pulchritudo nota esset, & non suauitas: & ita pulchritudo moueret, ad quid positum est vtrunque, scilicet visu, & ad vescendum suaue? Dicendum quòd vtrũque debuit exprimi. Primo, quia non solum dictum est hoc propter tentationem, sed etiam propter alias causas supra positas; & ad illas prodest vtrunque, licèt non prodesset ad tentationem. Et præcipuè cum sacra scriptura notificaret nobis ea, quæ sunt in Paradiso: & ibi sunt fructus præcipui, & arbores, debuit illorum conditio nominari. Si autem dicerentur ligna pulchra visu nullo addito, putaretur, q̃ solũ erant pulchra visu, sed non suauia ad cibũ, sicut quædam arbores apud nos sunt, & contemnuntur: ideo debuit poni vtrunque. Secundo, quia etiam quantum ad tentationem hoc prodest: nam licèt sola pulchritudo nota esset, tamen suauitas in gustu mouebat: erat enim pulchritudo, vt habita, quia non porerat magis haberi quã sensu visus manifestè cognosci, & experiri. Suauitas autem non erat cognita tanquam sensu habita: sed vt mente concepta, & illa sic mouebat sicut finis, vt conceptus mouet ad operandum: & non vt actu existens. Ita in tentatione ista id, quod mouebat vt finis, erat suauitas cibi, quia cupiebat mulier frui cibo illo suaui: & tamen non erat cognita ista suauitas, nisi per pulchritudinem, quæ testabatur omnem fructũ suauẽ: magis ergo mouebat suauitas, quàm pulchritudo, quia suauitas, vt finis & propter se: pulchritudo autem vt medium cognoscendi suauitatem. Ita autẽ est in bestijs, quæ in quibusdam sensibus non gaudẽt, nisi propter alios: ideo in quibusdam per se in alijs p accidens gaudent. Nam in auditu, & odoratu nõ gaudent per se, sed inquantum referuntur ad gustum: vt non gaudet canis odore leporis, nisi quia per odorem inuenit eum ad comedendum, & auditu leporis non gaudet, nisi inquantum per hunc cognoscit prope esse leporem; sic dicit Aristot. lib. 3. Ethic. cap. de Temperantia: non est autem neq; alijs animalibus, secundum hos sensus delectatio præter secũdum accidẽs non enim odoribus leporum canes gaudent, sed ci; batione: sensum autem odor fecit: neque leo bouis voce, sed comestione; quoniam autem prope est per vocem sensit, & gaudere vtique hac videtur, neq; videns, neque inueniens ceruum, vel agrestem caprã, sed quoniam cibũ habebit. Ita ergo in præsenti erat, quia suauitas per se delectabat, & per se quærebatur: pulchritudo autem solum per accidẽs, scilicet solum inquantum ostendebat fructũ esse suauem: cuius suauitas adhuc sensu non capiebatur, sed ratione. Et ob hoc scriptura circa hoc variat, quia aliquando ponit pulchritudinem ante suauitatem, & aliquando econtrario: præponitur aliquando pulchritudo, vt iuuatur, q̃ illa secundum rem erat prima, quæ mouebat, quia illa primo capiebatur sensu. Aliquando præponitur suauitas ad vescendum, quia illa secundum intentionẽ erat prima, & vt finis: licèt secundum sensum non esset prior. De primo patet supra 2. cap. scilicet, Produxit Deus omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue. De secundo patet sup. 3. cap. scilicet, Vidit igitur mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile.

Cap. 10.

Quæst.148 Cur dr̃, q̃ lignum vitæ erat in medio Paradisi lignum etiã boni, & mali.

Quęretur quare dicitur supra 2. quòd lignum vitę erat in medio Paradisi, lignum etiam boni, & mali? Aliquis fortè dicet hoc factum, quia non erant pulchra lignorum genera in Paradiso; vnde neq; potuit plura nominare. Dicendum, q̃ non stat, quia statim dictum est, q̃ produxit Deus omne lignum pulchrũ visu, & ad vescendum suaue: & tamen in omnibus lignis pulchris plures sunt quam duæ species: ergo nõ fuerunt propter hoc posita ista duo ligna. Secundo, quia constat, q̃ erant ibi plura alia, scilicet cedri, abietes, & platani. Ezech. 31. cap. scilicet, cedri non fuerũt altiores illo in paradiso Dei, & abietes non adęquauerunt summitatem eius, & platani non fuerunt æque frondibus illius: & adiungitur statim, omne lignum Paradisi non est assimilatum illi. Et ita omnia illa tria ligna

ligna nominata in Paradiso erant: ergo non erant ibi sola duo, ideſt lignum ſcientiæ boni, & mali, & lignũ vitæ. Aliter poteſt induci ſecũdum quoſdam, q̃ iſtud ſit ad reddẽdum veriſimile, quod præmiſſum fuerat, ſcilicet quòd Deus produxerat de humo omne lignũ pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue. Et apparet, q̃ ita eſſet, quia etiam lignum vitæ ibi erat, & lignum ſcientiæ boni, & mali: & non poteſt aliquod lignum precioſius æſtimari, quàm iſta. Dicendum, quòd iſta introductio haberet locum, ſi verè lignum ſcientiæ boni, & mali daret ſciẽtiam, & aliud lignum daret vitam: quia non ſunt aliqua precioſiora, q̃ ſapere, & viuere: & tamen non nominant ambo ligna ab his proprietatibus ſaltẽ lignum ſcientię boni, & mali. Reſpõſio vera. Eſt ergo dicendum q̃ ſcriptura noſtra uit iſta ligna, quia agit de tẽtatione primorum parẽtum, & expulſione eorũ de Paradiſo, & qa expulſio fuit ꝓpter peccatũ comedendo de ligno vetito: & illud eſt ſcïæ boni, & mali: ideo prę̃mittitur, q̃ tale lignum erat in Paradiſo: patet hic, quia ſupra 3. cap. dicitur q̃ ſerpens queſiuit, quare de illo ligno non manducabant: & Deus dixerat ſupra 2. cap. de ligno autem ſcïæ boni, & mali ne comedas: vt igitur ſciretur, q̃ tale lignum erat in Paradiſo debuit ſcriptura, quãdo ponebat deſcriptionem Paradiſi, oſtendere, q̃ ibi eſſet: & ſic de illo expreſſum eſt. Obiectio. Reſpõſio. Sed obijcietur, q̃ iſtud eſſet ad exprimẽdum de ligno ſcię boni, & mali, & tamen de ligno vitæ nulla cauſa erat exprimenda, quia in illo non peccatum fuit. Dicendum q̃ fuit cauſa exprimendi de his duobus lignis, quia hæc duo faciebãt ad propoſitum ſcripturæ: vult enim concludere ſcriptura expulſionẽ primorũ parentum de Paradiſo, quæ eſt propter peccatum: & hic ſunt duo, primum eſt quid eſt, in quo peccatum eſt: ſecundum quid eſt, quo homines per peccatum caruerunt. Ad hæc duo faciunt iſta duo ligna. Nam in ligno ſcïæ boni, & mali fuit cõmiſſum peccatũ: lignũ aũt vitæ fuit cuius eſu homo priuatus eſt ꝓp peccatũ. Et quia de his duob. poſtea mẽtio fieri debebat, p̃miſſum eſt in deſcriptione Paradiſi, q̃ iſta duo ligna ibi eſſent. Nam de ligno ſcïæ boni, & mali dicitur ſupra 2. cap. de ligno ſcïæ boni, & mali ne comedas, de ligno vitæ dr̃ ſup. 3. cap. ne forte mittat manum ſuam: & comedat de ligno vitæ: & viuat in ęternũ. Cur de alijs arboribus paradiſi nõ fit mentio. Dicetur quare de alijs lignis Paradiſi non facta eſt expreſſio. Dicẽdum q̃ erant multa alia ligna precioſa in Paradiſo: & tamen non debuit fieri expreſſa mentio de illis, & ratio eſt: quia non conueniebat intentioni ſacræ ſcripturæ. Fuit enim intentio eius oſtendere fuiſſe Paradiſum terreſtrem: & qualis erat, vt concluderet quomodo ibi homo fuit: & quomodo inde excluſus eſt. Et ad hoc debuit oſtendi, quòd Paradiſus erat locus excellens, vt ſciretur quantum honorem Deus faciebat naturæ humanæ conſtituendo eam ibi: & videretur quantum bonum homo perdidit per peccatum: ob hoc tamen non fuit neceſſe poni ſingulas excellentias Paradiſi: ſed ſatis fuit ſermone generali id dici, quod factum eſt inquantum dictũ fuit, q̃ erat in Paradiſo omne lignum pulchrum &c. & de fluminibus Paradiſi. Et quia ea quæ generaliter faciebant ad ſtatum hominis in Paradiſo ſatis erat dici generaliter; quę verò ſpecialiter faciebant, erant ſpecialiter dicenda. Et quia arbores Paradiſi cõmuniter non faciebant ad ſtatum hominis in Paradiſo, niſi in generali, ſcilicet inquantum reddebant Paradiſum locum excellentem, fuit ſatis dici, q̃ erat ibi omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue: quia iſta duo reddebant locum amenum: aliqua autem ligna erãt, quę in ſpeciali pertinebant ad ſtatum hominis, ſcilicet lignum illud, in quo peccauit: & lignum illud cuius cibo in ſpeciali priuatus eſt: ideo de illis ſolis debuit dici; ſunt autem hæc lignum ſciẽtiæ boni, & mali: & lignũ vitæ, vt tactum eſt: ideo de his debuit dici in ſpeciali. Si autem aliqua alia pertinuiſſent ad ſtatũ hominis in Paradiſo, de illis quoque dictum eſſet; ſed non pertinuerunt aliqua alia, ideo de his ſolis expreſſum eſt. Eſt enim ſacra ſcriptura multum artificioſa in narrationibus ſuis: & ideo non narrat ſingula, quæ tangunt rem illam de qua agit: ſed ſolum ea, quæ faciunt ad intentionem narrantis. Sicut frequenter dicitur concepit, & peperit: & tamen certum eſt, quòd inter concipere, & parere multa fuerunt, quæ ſacra ſcriptura nõ narrat, quia non pertinent ad intentionem eius. Sic eñim ſupra 4. & 5. cap. illi qui ponuntur ibi multos filios genuerunt: & tamen 5. cap. non ponitur niſi cuiuslibet vnus filius. Et hoc eſt, quia ille ſolus faciebat ad intentionem ſcripturæ, ſcilicet vt deduceretur linea primæ ætatis ab Adam vſque ad Noe, qui ſolus cum domo ſua ſuperfuit in diluuio. An arbor ſciẽtię boni, & mali eſſet aliquid lignũ vitæ. Quia verò dicitur de ligno ſcientiæ boni, & mali, & de ligno vitę eſt primo dubium an lignum ſcientiæ boni, & mali eſſet aliquod lignum vitæ. Aliqui dicunt, quòd non; immo lignũ vitæ dicebatur ad ſignãdum aliquid, & ſimiliter lignũ ſciẽtiæ boni, & mali: & non erant vera ligna. Sic enim volunt per lignum ſcientiæ boni, & mali tranſgreſſi mandati experimentum, vt dicit Auguſtin. libr. 13. de ciuit. Dei, cap. 21. Dicendum, quòd aliqui fuerunt, qui totum Paradiſum terreſtrem ſpiritualiter ſolum intelligendum eſſe voluerunt, quòd non eſſet aliquis locus corporalis: & conſequenter omnia, quæ in Paradiſo fuiſſe dicuntur ſpiritualiter accipienda erunt: & ideo lignum ſcientiæ boni, & mali. Sic tenet Origenes cuius opinionem cõfutauit Epiphanius epiſcopus Cypriẽſ. oſtendens eſſe locum corporalẽ: & quę ibi eſſe dicuntur, eſſe corporalia: & ideo lignum ſciẽtiæ boni, & mali aliquid eſſe: cui fauet Hieronym. qui tranſtulit epiſtolas cõfutationum, quas in Græco ſcripſerat, in Latinum. Secundo apparet hoc ex aſſertione Auguſt. libr. 13. de ciuit. Dei, cap. 20. vbi dicit lignũ ſcientię boni, & mali fuiſſe lignum, vel arborem, & non eſſe malam. Tertio, quia ipſe Auguſt. eodem lib. 21. cap. tangit opinionem illorum, qui dicunt Paradiſum eſſe ſolum ſpiritualiter intelligendum, & improbat eam, cum dicit: vnde nota nullum totum ipſum Paradiſum, vbi primi homines parentes generis humani ſacræ ſcripturę veritate fuiſſe narrantur, ad intelligibilia referunt: arboresque illas, & ligna fructifera in virtutes vitæ, moresque conuertunt, tanquam viſibilia, & corporalia illa non fuerunt. Sed intelligibilium ſignificandorũ cauſa dicta fuerint. Et ibi poſtea confutat hoc, dicens, quòd iſta ſecundum veritatem fuerunt: & tamen per ipſa poſſumus aliquid ſpeciali ter intelligere, ſicut Sara, & Agar fuerunt in veritate duæ vxores Abrahę, quę pepererant ei filios; & tamen per illas ſignificamus duo teſtamẽta, ſicut Apoſtolus dixit ad Galat. 3. cap. ita Paradiſus vere eſt. & ſtu mina eius, & ligna; & tamen aliquid ſignificant. Et ponit ſignificationem dicens; nemo itaque prohibet Paradiſum, vita beatorum; quatuor eius flumina, quatuor virtutes; Prudentiã, Fortitudinẽ, Temperãtiam, atq; Iuſtitiam. Et ligna eius omnes vtiles diſciplinas: & lignorum fructus mores piorum, & lignum vitæ ipſarum bonorum omnium matrem ſapientiam: lignum ſcientię boni, & mali tranſgreſſi mandati experimentum. Quarto, patet ex ipſa litera ſacræ ſcripturæ. quia ſupra 2. cap. Deus expreſſe vetuit Adæ manducare de ligno ſcientiæ boni, & mali: etiam mulieri dixit, quòd de omnibus alijs lignis manducarent, & de illo non ſupra 3. cap. Et iſtud lignum dicitur plantatum in Paradiſo, & de terra productum, ſupr. 2. cap. Sed naſci de terra pertinet ad aliquid quod vere eſt, & non

nõ ad id quod ſpiritualiter intelligitur: ergo erat illud bonum lignum: & ita concedendum eſt. Quæ vis cur de ligno ſcię boni, & mali. Sed tũc eſt dubium quare vocatur lignum ſcïæ boni, & mali. Aliqui dicunt hoc fuiſſe, quia verè dabat fructus illius arboris cognitionem boni, & mali. Sic dicit Ioſephus, lib. 1. Antiquitatũ, ſcilicet, in hoc enim poſuit plantationem vitæ arboremq́ prudẽtiæ, qua cognoſceretur, quid eſſet bonum, quidve malum, & poſtea dicit, illa namque plantatio cauſa erat acuminis, & intellectus. Sed Nicolaus dicit hoc non eſſe verum, quia corporale non poterat agere aliquid in ſpirituale, quia non communicant in materia. Sed obijcietur contra Nicolaum, quia Deus produxit iſta duo ligna, ſcilicet lignum vitę, & lignum ſcïæ, ſed lignum vitæ verè vitam conferebat, vt omnes concedunt, ergo & lignum ſcïæ conferet ſcïam. Dicendum, q̃ non eſt ſimile, quia dare vitam ſatis conuenit ligno illi, & non ſoli illi, ſed & omnibus cibis, quia omnis cibus dat vitam, & per nutritionem viuimus: & quamdiu viuimus, nutrimur, & ex eiſdem ſumimus, ideſt vitã habemus, & nutrimur: ſed an lignum illud daret vitã in ęternũ, erat dubiũ, & quomodo daret: licèt enim anima det vitam, tamen viuimus per hoc q̃ corpus participat vita animæ: & quia corporalia directã actionem habent ad corpus, & poſſunt facere directè ad vitam: nam ſi non poſſent dare aut continuare vitã, non poſſent illam auferre: ſed quædam corporalia, ideſt cibi ſumpti vitam auferunt: ergo & alij cibi vitam præſtabunt. De ſcientia nõ eſt ſic, quia certum eſt q̃ nullum lignum, neq; aliquod ens corporale habet actionem ſuper intellectum, qui eſt aliquid potentiæ immateriale. Sed dicendum, q̃ neque Nicolaus omnino cõuenienter redarguit Ioſephum, quia licèt ligna non agant aliquid directè ſuper intellectum, poſſunt agere aliquid indirectè, quia agent aliquid directè ſuper corpus, & illud reducetur indirectè ad intellectũ. Sicut enim omne per accidens reducitur ad per ſe; ita omne indirectum reducitur ad directum: non enim poterit aliquid ſuper aliud agere indirectè, niſi egerit ſuper aliquid directè, quia per accidens, & indirectè non poſſunt eſſe prima ſimpliciter. Et ita eſt in cibis, q̃ directè agunt in corpus: & ſic agendo in illud agũt indirectè in intellectum inquantum intellectus corporeo organo indiget ad percipiẽdum intelligibilia, quæ cognoſcibilia: organum autem, quia eſt corpus, alteratur per corporalia ad bene, vel male ſe habere: & quia indiſpoſito organo impedietur actio intellectus, facient per accidens ad non bene intelligere ea, quæ per ſe faciunt ad malam habitudinẽ organi: & ideo poterunt aliqui cibi facere ad acumen ingenij. Secundo patet hoc, quia contrarietates inueniuntur intra idem genus: ſi ergo aliquis cibus tollit memoriam, & aliquis cõfert memoriam, & ſi aliquis tollit acumen ingenij conferendo hebetudinem, aliquis dabit acumen: ſed certum eſt aliquos cibos dare hebetudinem, & memoriam tollere, vt experimur; ergo & aliqui erunt, qui acumen ingenij dabunt. Tertio quia Iſa. 8. cap. dicitur de Emanuel, quem virgo pariet, quòd butyrum, & mel comedet, vt ſciat reprobare malum, & eligere bonum: ex quo manifeſtũ eſt, quòd licèt ille puer natus non indigeret butyro, aut melle, vel aliqua alia re ad ſciendum, quia Deus erat; cum butyrum, & mel faciant ad ſciendum elige re, & cognoſcendum eligibilia, quia aliàs fruſtra ponerentur iſta ad ſignificandum ſapientiam in Emanuel potiuſquam habere capillos, vel comedere panem. Quarto, quia Salomon hoc teſtatur, ſ. q̃ vinum repugnet ſapientię, & aqua conferat ad illã, Eccl. 2. cap. ſ. cogitani in corde meo abſtrahere à vino carnem meã, vt animum meum transferrem ad ſapientiam. Sed ſicut inuenitur in iſtis iuuare ad ſapientiam, vel contrariũ facere, inueniri poterit in arboribus; ergo nõ erat inconueniẽs, q̃ arbor aliqua eſſet in Paradiſo, quæ ad ſapientiã conferret diſponendo valde organa ſeruientia intellectui, & illa vocabit̃ arbor ſcïæ boni, & mali.

Dicendum tñ, q̃ licèt poſſet aliqua talis arbor eſſe, Queſt. 152. & probationes Nicolai non obſtent, ſicut hic oſtenſum eſt, & etiam latè dictum fuit ſup. cap. 2. q. 11. tamẽ an talis arbor ibi fuerit, & ſpecialiter an illa fuerit talis, & ob hoc ſic vocata, non concedimus. Neque ẽt intendimus aſtruere opinionem Ioſephi: ille enim vult, q̃ fuerit iſta arbor ſcientiæ boni, & mali, ſcilicet, q̃ homines nõ haberent prius prudentiam, & cognitionem rerum, & manducando de illa arbore ſtatim habuerunt cognitionẽ, & agnouerunt ſe eſſe nudos: & tamen certum eſt, quòd iſta non ſunt vera, vt infra declarabitur. Alij autem dicunt, q̃ vocatur iſta arbor ſcientię boni, & mali, nõ q̃ habuerit hoc nomen per naturam, ſed ab occaſione, ſ. quia accidit, quòd homo guſtando de fructu illius arboris cognoſceret bonum, & malum, non quidem per prudentiam, quia illud ſic iam cognouerat, ſed per experientiam, quã cognitionem nondum acceperat. Cõfutatio opinionis Ioſephi. Sic tenuimus ſupra 2. cap. quæſt. 11. Et iſte eſt modus exponendi communis: ſic enim dicit Magiſter, lib. 2. Sentent. diſt. 17. ſcilicet, lignum autem ſcientiæ boni, & mali non à natura hoc nomen accepit, ſed ab occaſione rei poſtea ſecutæ. Arbor enim illa non erat mala, ſed ſcientiæ boni, & mali ideo dicta eſt, quia poſt prohibitionem erat in illa tranſgreſſio futura, qua homo experiendo diſceret quid eſſet inter obedientiæ bonum, & inobedientiæ malum. Nõ ergo de fructu, qui inde naſceretur poſitum eſt illud nomen, ſed de re trãſgreſſionem ſecuta: cognouit enim homo priuſquam tangeret hoc lignum bonum, & malum, ſed bonum per prudentiã, & experientiam: malum verò per prudentiam tantũ, quod etiam per experientiam tãtum nouit vſurpato ligno vetito, quia per experientiam mali didicit, q̃d ſit inter bonum obedientiæ, & malum inobedientiæ. Idem modus exponendi eſt in hiſtoria Scholaſtica, vt malum dicatur ægritudo, bonum ſanitas, ſed lignum ſcientiæ boni, & mali dictum eſt, ex eo, q̃ ſecutum eſt poſt comeſtionem: prius enim neſciebat homo, quid eſſet malum; quia non expertus; bonum dicimus ſanitatem, & firmitatem; malum verò ægritudinem, & imbecillitatem, quæ nondum ſenſerat: agnouerat q̃dem ea per ſcientiam, quia ex vno contrariorum naſcitur reliquum, ſed non per experiẽtiam, vt medicus dum ſanus eſt, nouit morbos, ſed cum egrotat magis cognoſcit, quia nouit & ſentit; ſicut de puero delicatè nutrito dr̃, q̃ nõdum nouit quid ſit malum; immo non nouit quid ſit bonum, & malum. Secundum iſtã expoſitionẽ, quæ eſt cõis omnium ſapientũ debet dici, q̃ lignum ſcientiæ boni, & mali nõ erat malum, vt Auguſt. dicit lib. 13. de ciu. Dei, cap. 20. ſed erat bonum. Et iam dicendum q̃ per eius fructus comeſtionẽ non acquirebatur aliqua cognitio, ſed ſolũ dictum eſt ſic ab euentu, quia poſt comeſtionem cognitum eſt bonum, & malum per experientiam, ſ. quid diſtet inter bonum, quod eſt obedientia, & malũ quod eſt inobedientia; nam per obedientiam fuerat homo fœlix, ꝓ inobedientiam incępit miſer eſſe, aut mala pati.

Sed quæretur q̃n, & à quo poſitum fuit hoc nomen arbori illi, vt vocaretur ſcientiæ boni, & mali. Queſt. 153 Quãdo, & à quo fuit poſitũ hoc nomẽ illi arbori. Dicendum, q̃ tenendo præcedentem expoſitionem non fuit huic ligno poſitum hoc nomen ab initio, ſed vel nomen non habebat, vel nõ habebat hoc, ſed aliud; nam oẽs dicunt, q̃ habuit nomen ex re inde ſecuta, ſ. q̃ cognouerunt primi parentes malum per experientiam, quod prius non cognoſcebant, ſed prius

eſt

est id, à quo nomen imponitur rei, quam ipsum nomen, ergo cum ista cognitio experiẽtialis fuerit post peccatum, non potuit nomen istud prius imponi. Et tunc dicendum erit, ꝙ non fuit nomen à Deo impositum, sed fuit postea, vel ab Adam, vel à Moyse. Nam si Deus aliquod nomen imponeret rei, imponeret illud à principio, & secundum naturam suam, & non à casu; istud tamen posterius impositum est. Si autem teneatur opinio Iosephi debet dici, ꝙ istud nomẽ fuit positum ligno à principio, quia competebat ei secundum naturam suam, scilicet ꝙ daret cognitionem de bono, & malo: & tũc poterat dici, ꝙ imponeretur nomen à Deo, vel ab Adam: cum Deus imposuerit quibusdã rebus nomina: alijs verò Adam: & tamen opinio Iosephi falsa est, quantum ad totum quod ille asserit; ideo non potuit nomen hoc esse huius arboris à principio: & tamen an fuerit positum nomẽ ab Adam, vel à Moyse (nam ab alio non poterat poni) nõ constat, sed tangetur sequenti quęst. Sed obijcietur, ꝙ fuerit à Deo impositum hoc nomen, nam ita locutus est Deus, scilicet ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas: ergo Deus imposuit hoc nomen, cum ante euẽtum rei sic locutus fuerit, supra 2. cap. Dicendum, ꝙ si accipiatur illud dictum esset sub eis verbis, quæ ponuntur ibi, oporteret dici nomen impositum esse à Deo, vel ab Adam ante peccatũ, & imponeretur ab alia ratione: & tamen non fuerunt illa verba dicta, sed alia, quæ hoc significabant, & hoc fuit anticipationis figura, vt dicetur statim.

Quæst.154 Cur vocetur lignũ scientię boni, & mali secundum rei veritatem.

Nunc redeundum est ad ostendendum quare secundum veritatem vocetur illud lignum scientiæ boni, & mali. Dicendum, quòd non vocabatur sic quasi in illo esset virtus ad dandum cognitionẽ boni, & mali; quia cum cibi conferant ad intellectum disponendo organa, non solum aliqua vna arbor hoc haberet, sed multæ arbores, sicut nunc multi cibi conferãt ad acumen ingenij. Secundo, quia si vocaretur sic arbor illa, quasi hoc haberet excellentius inter cęteras arbores, quòd conferebat ad acumen ingenij, non vetaret Deus homini de fructu illius arboris mãducare, cum Deus vellet, quòd homines haberent omnem perfectionem humanam naturalem, sed vetaret de aliqua alia arbore manducare: nam satis erat de hac, vel de illa vetare: dicitur tamen illa, de qua vetaretur cibus, esset pulchra visu, & putaretur suauis ad cibum. Et dicendum est, quòd istud nomen non fuit impositum propter cognitionem mali experientialem, quæ indecura est, quia omnis, qui artificiosè scribit, sic scribere debet, vt ex eo, quod scribit, appareat causa omnũ, quæ in scriptura sua habentur, & non sit aliunde quærenda, quia sic habet scriptura integritatem; idem est in artificioso eloquio, vt nihil extra peti debeat, quod causam reddat eius, quod est; tamen in toto hoc, qđ scribitur supra 3. cap. vbi habetur de tentatione, & peccato primorum parentum, & de his, quę consecuta sunt peccatum, non habetur aliquid, quod consequatur peccatũ, ex quo possit poni hoc nomen: ergo non fuit positum propter sequentia ad peccatum: immo si propter sequentia ad peccatum imponi nomen debuisset, potius vocaretur lignum apertionis oculorũ, aut lignum nuditatis: & tamen nullum nomen horũ impositum fuit: ergo non fuit impositum nomen ab euentu hoc, quia supra 3. cap. dicitur, tulit mulier de fructu ligni illius, & comedit, deditque viro suo, qui comedit, & aperti sunt oculi amborum, cumque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus. Et ita non ponitur post peccatum aliqua cognitio boni, & mali, sed solum apertio oculorum, & cognitio nuditatis. Si autem dicatur apertos fuisse oculos amborũ, & vidisse se nudos, fuit cognitio boni, & mali. Dicendum, quòd nihil valet, quia istud trahitur per argumẽtum, & non ex verbis, quæ in litera ponuntur: sed inueniri potest ex litera aliud, vnde trahatur nomen: ergo non est illud asserendum. Dicitur ergo, quòd hoc nomen fuit impositum arbori per falsitatem ex verbis diaboli, siue serpentis tentantis; nam dixit serpens mulieri; cur præcepit vobis Deus, vt nõ comederetis de omni ligno Paradisi? & cum respondisset mulier, adiecit serpens nequaquam morte moriemini: scit enim Deus, quòd in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij scientes bonum, & malum. Ecce dixit serpens, quòd homines comedentes de ligno illo essent scientes bonum, & malũ: ideo vocatum est postea lignum illud scientiæ boni, & mali. Non est tamen verum, quòd comedendo de illo scirent aliquid, quod prius nescierant, quasi arbor aliquid conferret ad hoc, sicut diabolus innuebat, sed ob hoc mentitus est diabolus, vt alliceret mulierem ad comedendum de fructu vetito.

Detectio figmenti.

Etiam dicendum, quòd non stat, quòd nominetur lignum scientiæ boni, & mali quasi ex illius cibo scierint homines bonum, & malum per experientiã, quia sic accipitur scire in malum, scilicet experiri malum, & tamen sacra scriptura non accipit scire bonũ, & malum in malum, sed in laudem; ergo non potest illo modo teneri. Pater, quia ita dixit diabolus: eritis scientes bonum, & malum: & tamen ibi nõ potest accipi pro malo secundum experientiam, quia istud dicit in perfectionem, & pati malum; sed certum est, ꝙ diabolus non diceret in ista significatione, cum soluũ dicat ad incitandum mulierem ad comedendũ; mulier autem non incitaretur nisi per bonum, & laudabile, quod esset valde concupiscibile, ergo cum dixit scientes bonum, & malum, nõ accipitur pro scire secundum experiẽtiam, sed scire absolutè, quod importat perfectionem. Secundo, quia dicitur supra 3. cap. eritis sicut dij scientes bonum, & malum: sed certum est quòd Deus, aut dij non scirent bonum, & malum per experiẽtiam, cum Deus nullum malum pati possit, sed quicquid scit, cognoscat cognitione absoluta: Ergo ita accipietur cognitio boni, & mali. Tertio, qa etiam Deus hoc dixit, vel Angelus loco Dei, Ecce Adam factus est quasi vnus ex nobis sciens bonum, & malum: & dixit pro Angelis bonis, vel pro personis diuinis: & tamen certum est, quòd neque Angeli boni, neque personæ diuinę habent cognitionem mali per experientiam. Et non inuenitur aliter ibi cognitio boni, & mali, quàm sicut ibi dictum est: ergo non vocatur arbor scientiæ boni, & mali ex cognitione mali per experientiam, sed ex cognitione absoluta, quæ est laudabilis, & appetibilis. Et in hoc certum est, ꝙ diabolus mẽtitus est, quia Adam, & Eua non cognouerunt bonum, & malum comedendo de fructu arboris, sicut diabolus restatus est. Primo, quia diabolus dixit hoc pro aliqua perfectione; & tamen comedendo de illo fructu nõ assecuti fuerunt homines aliqua perfectionem absolutam, sed incurrerunt in multas imperfectiones. Secundo, quia dixit nequaquam morieris, & hoc est contra id, quod Deus dixerat, quacunque hora comederis ex eo, morte morieris, supra 2. cap. Serpens asseruit simpliciter, quòd non morerentur: & ita mentitus est volendo facere Deum mẽdacem. Tertio, quia dixit, eritis sicut dij scientes bonum, & malum: & tamen certum est, quòd non fuerunt sicut dij, quia non acceperunt maiorem perfectionem, quàm habuerãt, sed ceciderunt ab ea, quam habebant, vel si accipiatur totum sub vno contextu, eritis sicut dij scientes bonum, & malum, ideſt scientis bonum, & malum eo modo, quo dij sciunt: fal-

sum fuit, quia non sciuerunt sicut Deus, sed sicut qui experitur, & ille modus cognoscendi non dicit perfectionem. Dicendum ergo, quòd arbor scientiæ boni, & mali accepit hoc nomen, ex eo, quod serpens dixit eritis sicut dij scientes bonum, & malum, quia non inueniatur aliquid de cognitione boni, & mali, nisi illud ibi. Et postea quando Deus illud dixit quacendum, quòd scire bonum, & malum accipitur ibi in bona significatione, vt significat aliquid perfectum, quale Deo competit, cum dixit eritis sicut dij scientes bonum, & malum. Et dicendum, quòd diabolus dixit bonum, & malum, ideſt omnia, scilicet scientes omnia, hęc est enim magna perfectio, & solus Dei, quòd omnia sciat: & tamen vt diceret omnia dixit bonum, & malum more vulgari, quasi omne, quod est aut cogitatur sufficiẽter distinguatur per bonum, & malum, & non possit aliquid inueniri, quòd non sit, aut bonum, aut malum. Etiam dicit quòd falso impositum est nomen, ideſt ex falso, scilicet, quia diabolus certificauerat hominem, ꝙ sciret bonum, & malum, ideſt omnia, & cupiens hoc assentiri suadenti serpenti, & comedit de ligno vetito.

Nunc redeundo ad id, quod petebatur supra quæstio. 153. dicetur, quòd istud nomen, scilicet lignum scientię boni, & mali non fuit impositum illi arbori à Deo, etiam non fuit impositum ei ab Adam, quando dedit nomina animalibus, sed necesse est postea impositum fuisse ab Adam, vel à Moyse, cum acceperit nomen istud, ex eo quod dixit serpens. Si autem obijciatur, quòd dixit Deus ex omni ligno Paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas; & nondum peccauerat homo, & etiam nondum imposuerat nomina rebus: ergo Deus imposuit nomen istud, quia ipse eo vsus est, antequam quisquam illud proferret. Dicendum, ꝙ nõ imposuit Deus istud nomen, neque fuit impositum ante peccatum, ibi tamẽ ponitur, quòd Deus sic dixerit. Et est istud dictum per anticipationem, scilicet, quia eo tempore, quo Deus locutus est ad Adam, ne comederet de ligno illo, non vocabatur lignum scientiæ boni, & mali, sed postea vocatum est sic. Et quia quando Moyses istud scripsit vocabatur sic, potuit hoc nomine illud appellare, licèt non sic vocaretur, quando Deus de illo dixit ad Adam: & ita est de multis alijs in sacra scriptura: Sic est enim de vrbe Bethlehẽ, quę prius vocabatur Efrata, sicut innuitur Micheę 5. & Mat. 2. c. & postea impositum est sibi nomen Bethlehem a magna saturitate, quæ fuit tempore Neemi, vt Hebræi volunt, & Isidorus aliqualiter concordat cũ hoc lib. 15. Etym. c. 1. & tamen inf. 48. cap. cum agitur de morte Rachelis, & loquitur Iacob introducitur, quòd vocabatur eo tẽpore, quo agebantur ea, de quibus ibi hĩ, tamen vocabatur sic eo tempore, quo agebant ea, de quibus ibi hĩ, cum vocabatur sic eo tempore, quo illa scripta sunt. & potuit auctor, i. scriptor vti illo vocabulo. Et ista anticipatio causat multas difficultates legentibus sacram scripturam. Et istud apparet, quòd ita sit: nam istud nomen non ponitur in scriptura ante locum illum, quando dicitur supra secundo cap. Produxit Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue, lignum etiam vitæ in medio Paradisi, lignumque scientiæ boni, & mali: & tamen certum est, quòd Moyses loquitur, qui est scriptor, cum sit ibi relatio rerum simplex, & non introducantur verba alicuius: ideo in omnibus sequentibus potuit Moyses ponere illud nomen, quasi iam esset, & tamẽ postea introducuntur verba Dei ad Adã, scilicet ex omni ligno Paradisi comede: ideo potuit

Alph. Tost. super Gen.

dicere ponendo hoc nomen; de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas. Et tamen dicendo, quòd Deus non dixit illud nomen, quando locutus est ad Adam, sed forte vsus est alio nomine, quod illa arbor haberet, aut quod Deus sibi imponeret, aut expressit arborem per circumlocutionem, quæ poterat fieri duobus modis; vno modo demonstrando, vt si esset Adam iuxta illam arborem, quando Deus ei loqueretur, & diceret, ex omni arbore Paradisi comede: de ista autem arbore non comedas, ostendendo illam ad oculum. Alio modo poterat fieri per expressionem nominum æquiualentium; vt si diceret, non comedas de arbore, quæ est in tali, aut tali loco, vel de arbore, quæ est in medio Paradisi.

Secundo patet hoc per nominationem, quam fecit Eua. Nam quando quæsiuit serpens ab Eua, quare non comedebant de fructu omnium arborum, dixit illa de fructu lignorum, quæ sunt in Paradiso vescimur, de fructu verò ligni, quod est in medio Paradisi præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud. Et ita mulier vocauit lignum illud, lignum, quod est in medio Paradisi, supr. 3. cap. Et non lignum scientiæ boni, & mali, ergo ita Deus potuit illud nominare, & verisimile est potius, ꝙ nominauerit, quàm ꝙ nominauerit lignũ scientiæ boni, & mali.

Quæst.157 Probatio, quod Deus non imposuit hoc nomen illi arbori.

Apparet etiam istud primum, scilicet quòd Deus non imposuit istud nomen illi arbori, neque ita vocauit eam, quando ad Adam locutus est, quia si vocaret eam lignum scientiæ boni, & mali: aut hoc diceretur, quia conferebat scientiam boni, & mali aduiuando ad eam disponendo organa ad illam habendam, aut quia per comestionem de fructu illius arboris accidit homini, quòd cognosceret, & bonum, & malum per experientiam, sicut communiter exponitur, & dictum est supra quæst. 152. Non potest accipi primo modo, quia tunc videretur Deus imponere præceptum graue, scilicet, quòd homines non comederent de illo, per quod efficerentur sapientes, nã nihil est maius in humanis perfectionibus, quàm sapientem esse, cum altissima potentiarum humanarũ sit intellectus potissime cũ istud possent homines assequi sine labore: ergo nihil difficilius in mandatis esse poterat: & consequenter peccatum hominis videretur multum alleuiari, cũ pro desiderio talis rei egerit contra mandatum Dei. Secundo, quia in hoc verificaretur verbum serpentis, scilicet nequaquam moriemini: scit enim Deus, quòd quacunque die comederitis aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij scientes bonum, & malum: & tamen diabolus locutus est falsum: ergo non diceret hoc Deus. Ex quo dicẽdum est, ꝙ etiam si arbor illa verè haberet hanc dandi scientiam, vel acumen ingenij proprietatem, non vocaret eam Deus arborem scientiæ boni, & mali; quia ex verbis suis appareret mandatum eius valde graue, quod erat incõueniens: si autem iuberet de illa comedere, tunc eam sic vocaret, alio ergo nomine vsus est. Si autem acciperetur in secundo modo, etiam nõ vocaret sic Deus illam arborem, quia tunc istud dicendo, designaret homini, ꝙ peccaturus esset, & peccãdo incurreret in experientiam mali. Et istud est valde inconuenienter dictum, quia sic homo esset præscius sui casus antequam peccaret, quod est absurdum. Item autem posset homo euitare peccatum, aut non si non posset euitare, quin de fructu illo comederet supuacuè: immò irrationabiliter Deus mãdaret homini, ne comederet, quia erat impossibile, ꝙ non comederet, & etiã non imputaret sibi ad peccatum cum illud vetare nõ posset. Si autẽ posset euitare illud, & de facto vitaret, nõ comederet de arbore: & ita nõ cognosceret bonũ, & malũ per experiantiam, & sic falsa esset pnunciatio

Dei prænunciando homini in nomine arboris, quòd cogniturus esset malum per experiẽtiam, ergo Deus non diceret istud, etiam in secundo sensu: & ita nullo modo.

Quæst. 158 Probatio, q̃ Adã nõ imposuerit hoc nomẽ arbori ante peccatum.

Secundum etiam non stat, scilicet, quòd Adã imponeret istud nomen ante peccatum; nam poterat cogitari, quòd Adam imponeret aliquod nomen huic arbori, sicut imposuit omnibus animalibus, sup. 2. cap. Et istud satis erat verisimile, sed est dicendum, quòd hoc dato non imponeret ipse hoc nomen ante peccatum. Nam tunc, aut imponeret in primo sensu, id-est quòd arbor illa haberet vim acuendi ingenium, aut in secundo sensu, scilicet, quòd per comestionem illius peccaturus esset, & cogniturus malum per experientiam. Non potest stare primus sensus primo, quia non est verum, quòd haberet arbor illam vim: nam tunc diabolus verum diceret, scilicet quacunq; hora comederitis aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij scientes bonum, & malum: & tamen diabolus mentitus est. Secundo, quia si talem vim haberet illa arbor, quando homo manducauit de illa, accepisset aliquam talem cognitionem, sed nullam accepit, cum non cognouerit, nisi malum per experientiam: ergo non habebat arbor illam vim. Tertio patet, quia si hoc nomen imponeret illi Adam, cum imponeret secundum veritatem, sciret, quòd illa arbor haberet illam vim: & ita sciret mandatum Dei esse valde graue, quo vetaretur eis arbor illa. Ideo siue Deus vetando nominaret illã arborem scientiæ boni, & mali, siue quocunque alio nomine, satis erat, quòd Adam sciret illam esse arborem ad sciendum omnia, & ita nosset mãdatum Dei esse valde graue, in quo, & alleuiaret peccatum ipsorum: hoc autem est inconueniens, ergo non imposuit ipse hoc nomen. Neque etiam poterat esse hoc in secundo sensu, quia tunc præcognosceret homo miseriam suam, & peccatum futurum, & sequeretur absurditas, sicut supra præcedenti quæst. immo adhuc maior absurditas, quia si Deus illud nomen imponeret, & vocaret sic arborem nullo sensu significaret futuram hominis infelicitatem, sed forte homo non intelligeret quid Deus designabat, & maneret non cognoscens malum suum, & maneret ei, vt accidentale, quòd peccaret, vel non peccaret, sicut fuit in veritate: si tamen ipse imponeret sic nomen in hoc sensu, præcognosceret, se futurum miserum: & ita antequam peccaret, iam esset miser cognoscens futuram miseriam, & iam actu habens tristitiam. Vnde maius inconueniens est, quòd homo imponeret istud nomen ante peccatum, quàm quòd imponeret Deus illud. Sed dicendum, quòd fuit impositum post peccatum ab eo, quòd diabolus dixerat; quacunque hora comederitis eritis sicut dij scientes bonum, & malum, & positum est per Adam, vel per Moysen. Per Adam poterat poni, quia postquam peccauit, & expelleretur de Paradiso memor illius culpæ, & mali sui vocaret sic illam arborem, quam tangendo, & comedendo de fructu tantum malum incurrerant, volendo habere scientiam boni, & mali, sicut dixerat diabolus, & sic Moyses postea scriberet. Vel potest dici, quòd Moyses scribens imponeret illud nomen: Acciderat enim sic res ista, quam ante Moysen nemo scripserat. Ipse autem volens rem exprimere per nomina consona rebus, imponeret hoc nomen illi arbori ab eo, quod diabolus dixerat, per quod Eua mota est ad comedendum de illo fructu, & istud est etiam valde conueniens.

Quæst. 159 Cur de ligno vitæ in medio Paradisi.

Dicto de ligno scientiæ boni, & mali nunc de ligno vitæ dicendum est. Et quia dicitur supra secundo capit. Lignum etiam vitæ in medio Paradisi quæretur quare dicitur lignum etiam vitæ in medio Paradisi. Aliquis dicet, quòd hoc dictum est, quia sic erat, scilicet quòd in medio lignorum Paradisi plantatum esset lignum vitæ. Et causa huius esset, quia lignum vitæ erat dignius omnibus lignis Paradisi: ideo propter excellentiam debebat poni in medio, quia hoc pertinet ad honorem quendam, vel designationem dignitatis: sic dicitur Iob trigesimo cap. Cum sederem quasi rex circunstante exercitu, eram tamen merentium consolator; & ita circunstipari ab alijs ad honorem pertinet. Sed dicendum, quòd non est ita accipiendum quasi esset lignum vitę in medio Paradisi, & non alia ligna. Nam etiam lignum scientiæ boni, & mali erat in medio Paradisi: nam supra tertio cap. Cum mulier responderet serpenti, ait, De fructu lignorum, quæ sunt in Paradiso vescimur; De fructu autem ligni, quod est in medio Paradisi præcepit Dominus, ne comederemus: & tamen illud est lignum scientiæ boni, & mali; ergo illud lignum erat in medio Paradisi.

Dici potest duobus modis: Vno modo, quòd in medio Paradisi per æqui distantiam, vel quasi in medio esset lignum vitę, & etiam lignum scientiæ boni, & mali: & ita vnum non distaret ab alio, nisi parum. Et hoc satis est conueniens, & videtur concordare literæ, supra secundo cap. scilicet lignum etiam vitæ in medio Paradisi, lignum quoque scientię boni, & mali, ideſt etiam lignum scientię boni, & mali erat in medio Paradisi, sicut lignum vitæ.

Secundo modo accipi potest medium per interpositionem. Et ita omne, quod est intra rem est in medio rei: Iste modus loquendi est valde vsitatus in sacra scriptura, vt Deuteronom. 13. cap. Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somnium vidisse se dicat, &c. non tamen intelligitur de illis, qui erant in medio populi Israel, sed in quacunque ciuitate, & vbicunque inuenirentur in toto Israel, eodem capit. & 17. cap. Et hoc quid est dicere in medio, solet vocare scriptura intra portas, ideſt quid est intra ciuitatem, est in medio ciuitatis, & ita quicquid esset intra Paradisum diceretur esse in medio Paradisi: & ita in quacunque parte Paradisi lignum vitæ esset, diceretur in medio eius. Et sic tam lignum vitę, quàm scientiæ boni, & mali dicerentur esse in medio Paradisi: si tamen tenere voluerimus, quòd sint in medio accipiendo propriè per æquè distantiam non erit inconueniens, cum nihil sit, quòd istud impediat.

Quæst. 160 An lignum vitæ fuerit in medio Paradisi.

Quæretur nũc de ligno vitæ, quid sit & an aliquod verum lignum esset. Aliqui dicunt, quòd non erat lignum, quia nulli ligno istud conueniret, sed aliquid spiritualiter intelligendum est per hoc. Dicendum, quòd hoc, quod dicitur de ligno scientiæ boni, & mali, & de ligno vitæ mouit inter cętera quosdam ad putandum, quòd hoc quod de Paradiso dicitur, sit spiritualiter intelligendum, & varij varia acceperunt. Plato enim vt plures asserunt, cum legisset hoc in libris Moysi, & non posset intelligere, quod aliquod lignũ esset sciẽtiæ boni, & mali retulit ad hominem, quem vocauit lignum scientię boni, & mali, quia malum, & bonum nouit, quod arboribus non conuenit: Dixit tamen esse lignum, quia homo est corporeus ad differentiam spirituum, qui sciũt bonum, & malum, sed non sunt corporei. Dicit etiam in medio Paradisi fuisse positum lignum illud, quia homo medius est secũdum naturam inter supra se positum, & sensibilia sub se posita: ita & arborem vitæ aliqui vocant hominem, qui viuit, quasi sint aliæ arbores, quę non viuant, scilicet, quę non perueniunt ad vitam rationalem. Alij autem referunt hoc ad virtutes, scilicet lignum vitæ sit sapientia, quæ est mater omnium virtutum, quasi sit illius principium essendi, & viuendi. Alij adhuc per Paradisum

disum terrestrem accipiunt ecclesiam: & applicant singula singulis dicentes per lignum vitę accipi sanctum sanctorum, ideſt Christum, sicut Aug. ponit lib. 13. de ciui. Dei, cap. 21. Sed dicendum, q̃ iste sunt expositiones mysticè, & non litterales, ideo non tollunt litteralem, sed præsupponũt; & illa est, q̃ sit aliquod verum lignum, ideſt arbor in Paradiso, & vocaretur lignum vitæ. Primo patet, quia Aug. lib. 13. de ciu. Dei, cap. 21. Ostẽdit, q̃ Paradisus debeat accipi corporaliter, & omnia, quæ ibi dicuntur esse etiam corporalia, & ponuntur ibi arbores multæ; ideo erunt veræ: Necesse est tamen accipi lignum vitæ, & lignum scientiæ boni, & mali, sicut accipiuntur alia ligna. Nam dicitur supra 2. cap. produxit Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue: lignũ etiam vitæ in medio Paradisi, & lignum etiam scientiæ boni, & mali: Et ita sub eodem modo & clausula posuit vtraque connumerando illa, quasi essent res vnius generis; & tamen priora erant vera ligna, quæ de terra producta sunt. Igitur & lignum vitæ erat verum lignum in terra plãtatum, aut de terra productũ. Secundo patet, quia lignum vitæ est, de quo comedi potest: erat ergo verum lignum corporale. Sic patet supra 3. cap. scilicet ne forte mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ: ergo erat vera arbor fructus habens. Tertio, quia supra 3. cap. expulso homine de Paradiso posita est custodia pro ligno vitæ, ne homo veniret ad accipiendum de illo; ergo erat verè in loco Paradisi aliqua arbor, cui fuit apposita custodia, ne homo sumeret de illa contra voluntatẽ Dei. Quarto, quia si acciperetur spiritualiter lignũ vitæ pro sapientia, quæ est mater omnium virtutum, vel pro sancto sanctorum, qui est Christus; quos duos sensus ponit Aug. lib. 13. de Ciui. cap. 21. Non esset malum, q̃ homo post peccatũ acciperet de ligno vitę, neque poneretur ei custodia, ne homo de illo sumeret, cũ potius peccatores hortetur scriptura accedere ad sapientiã, vt deserant vana, quæ non prosunt: & in quibus peccauerunt, & etiam accedere ad Christum, quod & ipse faciebat mãducans, & bibens cũ peccatoribus corporaliter, vt traheret eos ad se spiritualiter, Mat. 9. cap. & tamẽ homini post peccatum uetatur accessus ad lignum vitę: ergo non erat illud ad spirituale, sed corporale, quod poterat corporaliter prodesse priuatur homo illud propter peccatum. Dicendum ergo, q̃ lignum vitæ erat verè quædam arbor in Paradiso, sicut cæterę arbores quantum ad veritatem naturæ; licet in virtute, & forte in specie differret.

Quæst. 161 Quæstio. Quæritur de illo ligno vitæ quale esset, & an esset vnicum, vel plura: & ita de ligno scientię boni, & mali. Circa primum petitur de specie, & natura ligni, scilicet an esset eiusdem speciei, cuius sunt ligna, quæ apud nos sunt, vel alterius speciei. Et dici posset, quòd esset eiusdem speciei cum aliquo de lignis, quæ apud nos sunt, licet nos nesciamus cuius speciei: & sic habebit nomen sicut ligna nostra, vt amigdalus, ficus, pyrus, pomus, & huiusmodi, sed scriptura voluit nominare lignum illud nomine speciei, & vocauit nomine virtutis, vel efficaciæ ligni, & dicetur quòd licet Deus fecisset illud lignum esse eiusdem speciei cũ aliquo de lignis nostris: fecit tamen multo disparis virturis, quia & hoc leue est Deo. Sed melius dicitur, quòd illud lignum non erat in eadem specie cum aliqua de arboribus, quæ sunt in terra nostra, aut alibi extra Paradisum: & hoc patet, quia arbores, quæ sunt eiusdem speciei, habent eandem virtutem, licet differant in plus, & minus secundum aliqua particularia, quę inueniuntur in vna arbore, & non in alia: & nulla arbor est inter nos, quæ habeat similem virtutẽ illi, licet minorem: ergo nulla arbor est hic talis speciei qualis est illa. Secundo, quia arbores eiusdem speciei non solum habent virtutẽ eiusdem naturæ differentem solum per plus, & minus, sed ẽt haberent virtutem æqualem, nisi quia vna est plautata in meliori loco, vel respicit meliorem partem cœli, aut abundãtius colitur, & irrigatur, & ita de alijs, sed omnes arbores, quæ erant in Paradiso erant productę de terra à Deo per vnum modũ productionis: & omnes habebant eandem terram, & aspicientem eandem partem cœli; ideo haberent multæ aliæ arbores eandem efficaciam in Paradiso cum arbore vitę, sed hoc non concedimus; ergo non erat in eadem specie cum alijs arboribus Paradisi. Hæc vera sunt, nisi ponatur specialiter hoc à Deo prouenisse, sed hoc non est inconuenienter dictum, quia tunc non esset illa virtus aliquid in natura illius arboris, & sic posset esse virtus illa in lapidibus, aut terra; sed falsum est, quia per cibationem conferebat aliquid illa arbor, quod non conferebant aliæ, & expulso homine de Paradiso mansit eadẽ virtus in arbore: & ideo data est ei custodia Angelica; ergo erat virtus illa aliquid in natura arboris illius: & sic consequebatur speciem, esset igitur aliquid alterius naturę, quàm cętere arbores. Dicendum est itaq; arborem vitę pertinuisse ad aliquam speciem vnam, cuius speciei nulla arbor est, inter nos, & cum ad naturam consequatur virtus, sicut alterius speciei erat, ita erat etiam illa, quàm alię arbores diuersæ virtutis; & ita inter nos non inuenitur aliqua arbor, quæ efficaciam similem habeat. Voluit autem Deus speciem illam tam perfectam producere in genere arborum, vt nihil ei equetur; immo neque assimiletur in virtute, & operatione.

Quæst. 162 An arbor scięti ę boni, & mali differat specie ab alijs arboribus.

De arbore autem scientiæ boni, & mali forte aliqs sic existimabit, quòd oporteat esse diuersæ speciei ab alijs arboribus, sicut est de ligno vitæ. Dicendum autem, quòd si ponamus diuersam virtutem huius à virtutibus aliorum lignorum Paradisi, & eorum, quę inter nos sunt ponemus quoque speciem distinctam: si tamen non est alia virtus, aut si non apparet causa ponendi aliam virtutem, neque erit causa ponendi aliã speciem. Si enim poneremus iuxta opinionem Iosephi, libr. 1. Antiquitatum, quòd illa erat plantatio prudentiæ, scilicet, quia acuebat intellectum, vel illa sola, vel illa potius, quàm aliæ arbores dabimus ei aliã speciem, quia ista virtus non prouenit, nisi consequendo diuersam speciem, vel naturam; & tamen diximus, q̃ opinio Iosephi nõ erat vera, neque arbor illa aliquid tale conferebat, nisi forte, sicut aliæ arbores, vt supra ostensum est; ideo ex hac parte non oportebit ei dari aliam speciem; quia enim vocaretur ista arbor scientiæ boni, & mali ex falsitate prouenit, scilicet, quia diabolus dixit, eritis sicut dij scientes bonum, & malum, & exinde arbor illa vocata est scientiæ boni, & mali; diabolus tamen mentitus est. Ex mendatio autem non prouenit species, vel natura, neque aliquid inde arguitur; ideo ex alio quærenda est species: secundum veritatem autem de illa arbore non legimus aliquid, nisi quòd erat pulchra visu, & ad vescendum suauis; quia supra tertio capit. dicitur, vidit mulier, q̃ bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis aspectuque delectabile, etiam nihil plus requirebatur, quia de arbore illa nondum manducauerat mulier; vnde neque experta fuerat virtutem aliquam eius, aut suauitatem: diabolus autem voluit suadere magnam esse virtutem arboris, ideo manducandum esse de illa. Virtus autẽ non potest cognosci per exteriora, & ideo non habuit mulier, per qđ ad hoc immediatè moueretur; habuit autẽ pulchritudinem foris, quã cõtemplaretur, quæ pulchritudo manifesta erat: & ex pulchritudine arguebatur, q̃ eẽt suauitas ad vescendum,

scendū,& inde mota est,& comedit:sed ad hoc,q̄ aliqua arbor sit pulchra visu,& ad vescendū suauis,non oportet dari ei determinatam speciem, cum hoc cōpetat multis arboribus, sicut dicitur supra 2. cap. produxit Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue: ergo non erat vnius tantum ligni, idest vnius speciei esse pulchrum visu, & suaue ad vescendum, sed multorum lignorum, siue specierum. Et ideo dicemus, quòd pro arbore scientiæ boni, & mali non oportet poni diuersam speciem ab alijs arboribus, sed debet hoc poni pro arbore vitæ, propter causam dictam.

Quæst.163 An arbor vitæ esset vna, aut multæ in vna specie.

Queretur an arbor vitæ esset vna tantum,vel essent multæ in vna speciæ, & idem de arbore scientiæ boni, & mali. Dicēdum videtur primo de ligno vitæ, quòd erat vnum tantum in specie sua. Nam si multa essent sub specie:aut essent in Paradiso,aut extra Paradisum; non extra,quia tunc sequeretur inconueniens,scilicet quòd homines comedentes de lignis illis efficerentur immortales extra Paradisum,sicut in Paradiso, qđ non est verum: quia nemo foris potest effici immortalis; immo neque vitam potest differre in longum. Secundo, quia tunc non profuisset expelli hominem de Paradiso: propter hoc enim fuit expulsus, ne mitteret manum suam, & sumeret de ligno vitæ, & viueret in ęternū. supra 3.cap. si tamen foris essent aliqua ligna,de his ibi quoque posset māducare, & effici immortalis: ergo nullum lignum tale foris erat.

Tertiò, quia si esset foris aliquod lignum vitæ:frustra poneretur custodia pro via ligni vitę, cum foris haberi possit, vbi non custodiebatur. Et tamē posuit Deus custodiam pro ligno vitę in Paradiso,supra 3.capit.ergo non erat alibi lignum vitæ. Etiam non potest poni, quòd esset lignum vitæ aliud in Paradiso,sicut solent multa esse eiusdem speciei. & apparet primo, qa in eis,quæ per solam reuelationem habentur,non debemus aliud asserere, quam quòd ipsa reuelatio prodit: quia Deus iubet, quòd non addamus ad verbum eius, neque minuamus ex eo. Deuteron. 4. & Apocalip. 22. & tamen sacra scriptura ostendit, aut ponit vnum tantum; ergo non sunt plura ponenda.

In Paradiso nō erāt multę arbores vitę eiusdē speciei.

Apparet hoc primo, quia supra 2.cap. dicitur. produxit Deus ex humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue, lignum etiam vitæ in medio Paradisi: & ita dixit lignum singulariter,ergo vnum tantum erat. Secundo patet, quia dixit lignum etiam vitę in medio Paradisi:si enim multa ligna essent de specie hac in Paradiso, non possent omnia esse in medio Paradisi:ergo erat vnum tantum. Tertio patet, quia supra 3.capit.dicitur. nunc ergo ne forte mittat manū suam, & sumat de ligno vitæ: & ita significatur ibi, vt vnum tantum lignum. Quarto patet, quia eod. cap. dicitur, quòd posuit Deus Cherubin,& gladium versatilem ad custodiam ligni vitę;& ita significauit vnicum. Quinto, quia ad id, ad quod erat lignum vitæ, sufficiebat vnicum, quia paucis cibus inde sumendus erat; ideo sufficiebat vnicum. Sed obijciebatur,quòd essent multa, quia in qualibet specie sunt multa individua: sed lignum vitæ ad vnam speciem pertinebat. ergo erant multa ligna vitæ. Dicendum, quòd licèt in qualibet specie, vt communiter, sint multa individua; tamen aliquæ species sunt, in quibus vnicum individuum est; sicut in perpetuis, vt sunt corpora cœlestia: nam Sol alterius speciei est,quam Luna,& quā Venus,& Iuppiter: vnicus tamen Sol,& vnica Luna, & Vnicus Iuppiter: nam sunt multa individua eiusdē speciei propter conseruationem speciei. quando autem in vnico conseruatur sufficiēter, non sunt plura. Et ita est in perpetuis,quia quodlibet perpetuum semper durat: & nō est ibi conseruatio per successionem in suo simili: ideo in illis, vt communiter in qualibet specie est vnicum individuum, vt in cœlestibus. In corruptibilibus autem est vnicum individuū in actu, licèt sint multa in successione, vt in specie phœnicis; vnica enim phœnix inuenitur: & licèt ibi naturæ speciei non repugnet in pluribus inueniri, quia tunc sufficientur conseruatur in vno, non multiplicatur.

Quæst.164 An ligni scientiæ boni, & mali esset vnicum, aut plura, & quomodo.

Nunc de ligno scientiæ boni, & mali est dubium, an sit vnicum,vel plura. Aliquis dicet, quòd vnicum, quia idē est de ligno scientię boni, & mali,& de ligno vitę: & tamen ostensum est lignum vitæ esse vnicum in specie sua: ergo ita erit de ligno scientiæ boni, & mali. Dicendum, quòd non est eadem causa vnitatis, aut pluralitatis ligni vitæ,& ligni scientiæ boni,& mali.Nam lignum vitæ determinat sibi speciem propriā ab alijs arboribus, vt ostensum est supra quæstio.161. Lignum autem scientię boni, & mali non determinat sibi speciem propriam,sed potest esse in specie cuiuscunque alterius ligni, vt ostensum est sup.qō.162. Ideo non est eadē ratio vnitatis, & pluralitatis in vno, & in altero. Et dicendum,quòd lignum scientiæ boni,& mali habebat fortè multa alia ligna in specie sibi similia: ipsum tamen vnicum erat lignum, quod dictum est sciētię boni, & mali. Primum apparet, quòd lignum illud non determinauit sibi aliquam speciem propriam, sed poterat esse in quacunque specie, cum solum requireretur ad illud, q̄ esset lignū pulchrum visu, & ad vescendum suaue, & in qualibet specie arborum inuenitur istud, licèt in quibusdam potius, q̄ in alijs: vnde de quacunque specie arborum incerti iumus an lignum scientiæ boni, & mali esset in illa specie, nisi de arbore ficulneæ, quia certum est,quòd nō fuit ficulnea: Nam postquam viderunt se nudos post peccatum, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata,supra 3.cap. sed certum est,quòd non auderent iam post peccatum tangere illam arborem, ne maius malum inde eis accideret: ergo cum accepe-runt folia ficus, certum est, quòd arbor ficus non erat lignum scientiæ boni, & mali, sed de alijs speciebus omnibus sumus incerti, quia in qualibet earum poterat esse istud lignum.

Secundum est, quòd lignum scientiæ boni, & mali erat vnicum, quia non fuit sic vocatum lignum aliquod, nisi illud, de quo Deus vetuit homini comedere: & tamen vnicum vetuit, licèt essent multa alia in eadem specie: ergo vnicum erat lignum scientiæ boni, & mali. Primo patet, quia supra secundo cap. dicitur. produxit Deus omne lignum pulchrum de humo, & ad vescendum suaue: lignum quoque vitæ, & lignum scientiæ boni, & mali: & ita, vt vnum significauit illud. Secundo, quia eodem cap. dicitur præcepitque ei Deus, ex omni ligno Paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas; & ita alia ligna significauit sub quadam multitudine: lignum autem scientiæ significauit vt vnicum. Tertio patet, quia etiam ex verbis mulieris hoc colligitur: quando dixit supra tertio capit. De fructu lignorum, quæ sunt in Paradiso vescimur: de fructu verò ligni, quod est in medio Paradisi, præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ita significauit vt vnū. Quarto patet per desiignationem, quam fecit mulier, inquantum dixit, de fructu ligni, quod est in medio Paradisi: & tamen si essent plura ligna vetita, non essent omnia in medio Paradisi, vnicum ergo erat.

Quinto patet, quia ex verbis diaboli, qui etiam significauit illud, vt vnicum, dicens, Scit enim Deus, quòd in quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: ergo relationem rei singularis fecit. Sexto, quia etiam ex relatione scripturæ apparet: dicitur

citur enim vidit mulier, q̄ bonum esset lignum ad vescendum,& pulchrum oculis:& ita vnicum erat,quia si multa essent ligna, huiusmodi non accideret cadere oīa sub oculis: & sæpe supra 3.cap.fit mentio de eo, sicut de vnico. Septimo patet,quia si lignum scientię boni,& mali non esset vnicum,non poterat accidere, nisi duobus modis;primo modo quasi Deus vetuisset multa ligna expresse illa designando. Alio modo, q̄ lignum scientiæ boni, & mali esset nomen speciei, & vetando hoc extendebatur ad totam speciem.sed nō stat aliquis istorum duorum modorum: non secundus quia non est nomen speciei, cum non dicat speciem distinctam ab alijs lignis.supra qucst.162.sed fuit nomen impositum a casu ex verbo,quod dixit serpēs; ideo non potest comprehendere omnia ligna alicuius vnius speciei. Non stat primus modus, quia Deus non vetuit plura ligna, cum appareat hoc singulariter dictum, vt apparet ex præcedentibus,scilicet de ligno autem scientiæ boni, & mali non comedas: Est enim illud singulare; ideo signat vnam tantum rem, scilicet vnam speciem, vel vnum individuum: & tamen non est speciei nomen lignum scientię boni, & mali: ergo est vnū individuum: & ita fuit vnum solū.

Quæst.165 Cardo illius quæstionis.

Nunc redeundum est ad lignum vitæ, quomodo, aut cur vocatum est illud lignum vitæ? Dicendum, q̄ omnes concordant in hoc,quòd sic vocetur, quia vitam dabat, & non est hìc sicut de nomine ligni scientiæ boni, & mali, quia illud sic vocatum est falso nomine,propter id quod diabolus dixerat, eritis scientes bonum, & malum, lignum autem vitæ non accipit nomen nisi a Deo, vel Adam, cum diabolus circa illud nihil dixerit. ideo vera causa nominis esset; ergo

Quæst.166 vocaretur lignum vitæ, quia vitam daret. Dicendum quòd vitam dare stat dupliciter, aut simpliciter dare vitam,idest conferre ad illam, aut dare vitam, scilicet longam: accipiēdo primo modo non vocaretur istud lignum vitæ, quia omnia ligna vitam dant, scilicet omnia illa, quæ ad cibum prosunt. Nam per cibum restauratur id,quod deperit, quòd si non restauraretur,citò periret animal, inquantum ergo quilibet cibus ad sustentationem vitæ facit, poterit vocari omnis arbor vitæ. Sed dicendum quòd isto modo non vocatur arbor vitæ. Nam tunc non acciperet speciale nomen, cum omnia ligna ad hoc prodessent, sed nomen speciale fuit positum propter specialem causam.Secundo quia supra 2.cap.dicitur de omni ligno, quod est in medio Paradisi comede:Deus autem non iuberet hoc, nisi quod licèt lignum prodesset ad vitam: ergo omnia, hoc modo vitam præstabant, & tamen cum scriptura nominasset ista sub nomine generali, postea dixit specialiter de ligno vitę, scilicet,produxit Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue, lignum etiam vitæ in medio Paradisi; & ita omnia alia ligna, quę erant ad cibum, non erant ligna vitæ; ergo lignum vitæ accipiebatur specialiter;vt dabat longam vitā.Sed nunc dicendum de ligno vitæ si dabat longam vitam,quæ vita erat ista aut quo eam conferebat? Dicendum quòd longa vita vocatur ibi non quantumlibet longam: quia sic vitam ducentorum annorum longam diceremus, & tamen ad talem longitudinem vitę non erat necessariū lignum vitæ:cum per esum quorum licet aliorum cibus viuerent,quasi vsque ad mille annos,supra 5.cap. & tamen isti non sumebant de ligno vitæ, cum esset illud solum in Paradiso. Sed vita longa vocatur illa, quæ esset vltra comunem diuturnitatem: vt si aliquis accederet ad duo millia, vel tria millia annorum, nam nullum inuenimus compleuisse mille annos,supra 5. cap.ergo qui ad talem peruenirent diuturnitatem,vi-

Quæst. vtrum dabat longam vitam,aut quo eam conferebat?

uerent per lignū vitæ, & ista propriè vocaret vita longa. Et dicūt aliqui q̄ non est inconueniens intelligi lignum vitę dare talem lōgitudinem: vitę cū nunc, qñ vita nostra est breuissima,vix peruenies ad centū annos,inueniātur aliqui cibi in quibusdam regionibus, qui viuentes conseruent homines per quadringētos annos;sic enim asserunt de arboribus Solis, & Lunæ. Dicit.n.historia Scolastica in lib.Hester,q̄ Alexander consuluit arbores Solis, & Lunæ, & asserit, q̄ in ortu Solis cum splendor tangeret arbores illas in summitate,concutiebantur illæ vsque ad radices: & tunc responsum dabatur interrogantibus, vbi Alexander de morte sua responsum accepit, si Babilonem intraret: & ita factum est,Sacerdotes autem, qui ibi erant vtentes pomis arborum Solis, & Lunæ quadringentis annis viuebant illæsi: ergo sicut ibi quadruplicatur ætas super ętatem nostram communem,poterat per lignū vitæ pluspuam quadruplicari:& ita posset aliquis viuere vltra duo millia annorum.

Attēde de arboribus Solis, & Lunæ.

Quæst.167 An lignū vitę posset dare sempiternā vitam.

Sed de ista diuturnitate vitæ non est dubium,qui tā tam aut maiorem possent homines habere per lignū vitæ,& tamen dubium est, an per esum ligni vitæ homines possent semper viuere:ita vt nō gustarent mortem.Dicendum videtur q̄ sic:quia si aliquis cibus potest conseruare hominem viuentē per tria millia annorum,& non senescentem: poterit eodē modo seruare:quia qđ tamdiu durat,habet aptitudinē ad semper manendum:& tñ Henoch,qui est in Paradiso per esū ligni vitæ vixit iam p̄ quinque millia quingentorum,& duodecim annorū,computando vsq; ad annum Christi millesimū quadringentesimū tricesimū sextū:& viuet vsque ad tpa Antichristi non senescēs, ergo nulla causa videtur, quomodo iste non viueret per decem millia annorum, & ita in sempiternū, cū adhuc nō alteratus fuerit in tanto tempore,vt senex efficeretur. Secundo patet,quia hoc communiter asseritur de ligno vitæ. Nam vt ait Beda super Gen. & Strabus lignum vitæ dictum est, quia diuinitus accepit hanc vim, vt qui ex eius fructu comederet corpus eius stabili sanitate, & perpetua soliditate frueretur: neque ulla infirmitate, vel ætatis imbecilitate in deterius, vel occasum laberetur. Tertio apparet & firmius ex authoritate sacræ scripturæ: nam postquam peccauerunt primi parentes voluit Deus excludere illos de Paradiso,ne semper viuerent.s.3.cap.l. ne fortè mittat manum suam,& sumat de ligno vitæ,& viuat in æternum. ergo comedendo de ligno vitæ poterat viuere in æternum.i. viueret nunq̄ moriens. Quarto patet, quia ista fuit causa exclusionis Paradisi. Dixerat.n.Deus, q̄ quacunque die comederet morte moreretur.s.2. cap. ideo cum peccasset voluit excludere de Paradiso,& non ob aliam causam præcipuè, nisi vt moreretur, quod fieret non comedendo de ligno vitæ:ergo vī, q̄ comedendo de illo nunquam moreretur. In hoc autem erat speciale in ligno vitæ vltra cętera,& illud erat dignius alijs. Nam si comederet homo de alijs lignis Paradisi, non viueret semper,sed senesceret,& aliqñ moreretur,sicut & in hoībus de Paradiso expulsis apparuit; si autē comederet de ligno vitæ,nunquam moreretur; ideo illud solum erat melius,& dignius alijs.Et patet, quia qñ expulsus fuit hō de Paradiso, propter solum lignum vitæ inde expulsus est:cum dicatur.sup. 3. cap. ne fortè mittat manū suam,& sumat de ligno vitæ,& viuat in æternum.De alijs autem lignis dictū est: nihil ideo sumere de alijs lignis,non cōferebat semper viuere. Item quia expulso homine posita est custodia Paradiso,supra 3. cap. & dicitur q̄ fuit ad custodiendum viam ligni vitæ, & de alijs non dicitur: ergo licèt de alijs lignis Paradisi comederet,non viueret semper.

Quæst. 168 An cibus efficiat homines immortales, Cap. 8. Tex. 15.

Sed aliquis diceret, q̃ hoc est inconueniens, quia Aristoteles irridet, quòd aliquis per cibum possit efficere immortalis, sed immortalitas est per naturam, & in eis, qui cibo nõ vtunt. Sic enim ponit lib. 3. Metha. Irridendo fabulas illorum, qui dixerunt, quòd quidã dij manducauerunt, aut gustauerunt de quodam cibo, & effecti sunt immortales: alij verò, qui de eodem non gustauerunt manent mortales. Ita autem videtur esse, si dicamus esse homines immortales comedendo de ligno vitæ, quia ille cibus est. Dicendũ, quòd homo manducando de ligno vitæ nunquã moreretur, & tamen hoc non est contra intentionem Aristo. Primo, quia cibus nullus de seipso potest præstare immortalitatem; & tamen aliquis cibus per virtutem Dei præstaret illam: homines enim nunc naturaliter sunt mortales, & moriuntur: & tamen ipsos eosdem efficit Deus post mortem in resurrectione immortales; ibi autem nullo appositio effecit eos immortales, ergo per aliquem cibum in quo fuerit specialis virtus sua poterit efficere eos immortales. Secundo, & melius dicẽdum, quòd homines comedentes de ligno vitæ poterant semper viuere: & tamẽ non efficiebantur immortales per esum illius ligni. Et verum est, quòd nullus cibus præstare potest immortalitatem, patet hoc primo, quia non conceditur simpliciter, quòd aliquis comedens de ligno vitæ esficeretur immortalis, sed oportebat alia interuenire. Secundo, & principaliter, quia licèt manducaret de ligno vitę quotiens opportunum esset, non efficeretur immortalis, sed posset mori, quia posset cremari in igne, aut diuidi gladio, aut confringi re dura, & generaliter vulnerari ab omnibus illis, quæ violentam mortem inferunt: & tamen qui est immortalis nullo modo potest mori, aut corrumpi: ideo non concedimus, quia lignum vitæ quantumcunque esset excellens, posset efficere aliquos immortales. Poterat enim esse, q̃ manducando de ligno vitæ viueret homo semper, i. nunquam moreretur, tamen non ideo efficiebatur immortalis. Circa quod considerandũ, quòd corpus Adæ, & omnium hominum in statu innocentiæ erat resolubile, & resolueretur de facto, atque moreretur, si contra hoc non prouideretur: erat autem prouisio per cibum, vt sicut nos comedimus, ne moriamur: ita & tunc comederet Adam. Et propter hoc Deus iussit Adæ, quòd comederet de omnibus lignis Paradisi, præterquam de ligno sciẽtiæ boni, & mali: si tamen corpus hominis non esset resolubile, ac potens mori non indigeret cibis: isti autem cibi proderant in Adam ad restaurationem deperditi per actionem caloris naturalis, quemadmodum fit in nobis. Amplius manducaturus erat Adam de ligno vitæ conuenientibus temporibus, ad hoc, quòd non dissolueretur, vel incideret senectus in eum, & per istam continuationem euitaretur senectus, & posset homo in eodem statu manere semper.

Quæst. 169 Quo conferebat lignum vitæ ad semper viuere.

Sed, quia sacra scriptura de ligno vitæ facit mentionem, quòd comedendo de illo viueret homo in ęternum, de alijs lignis nihil dicit, quasi non conferrent ad vitam, est dubium quomodo conferebat lignum vitæ ad semper viuere: & si quid conferebant ad hoc alia ligna Paradisi.

Et dicendum, quòd doctores circa hoc quærunt, an Adam in statu innocentiæ deberet dici mortalis, & immortalis, & sicut Augustinus diffinit libro nono, super Gen. ad literam: & libro 13. de ciuita. Dei, quòd Adam erat potens mori, & potens non mori, & hoc omnes doctores cõcedunt, sicut tractatur per Magist. libro secundo Sentent. distinct. 19. Et tamen hoc supposito petunt an absolutè debet potius vocari mortalis, vel immortalis, & concedunt, quòd debeat vocari immortalis: & tamen ista immortalitas non erat per naturam, sicut Angeli sunt immortales, & anima est immortalis, sed per gratiam quandam. Et etiam dicendo, quòd erat adhuc ista immortalitas non proprie immortalitas, quia immortalitas resurgentium similiter erit non per naturam, sed per gratiam, in quibus erit immortalitas, & impassibilitas: & tamen ibi magis propriè erit immortalitas. Si enim accipiatur immortalitas inquantum dicit potentiam ad non moriendum, vel ad semper viuendum, & est potentia passiua obedientialis ex parte corporis, semper est eadem, quia adhuc in nobis est talis potentia, quia possumus recipere immortalitatem, & aliquando recipiemus illam, licèt non habeamus eam nunc, neque possumus vocari immortales. Et ideo ista eadem erat in statu innocentię in Adam, & erit in resurgentibus. Si autem accipiatur immortalitas, vt dicit aliquam perfectionem formalem additam naturæ, à qua efficiatur homo immortalis, non erat eadem immortalitas Adæ, & resurgentium, sed prima erat per gratiam innocentiæ, alia erit per donum gloriæ: vtraque autem prouenit ex victoria animæ super corpus, sed in statu innocentiæ erat talis victoria animæ super corpus, vt nihil posset effici in corpore, quod animę aduersaretur: & tamen si anima vellet, quòd corpus pateretur, posset pati, & verè pateretur nõ solum passione intentionali, sed etiam reali. In statu resurgentium erit maior victoria animę super corpus ita, q̃ nõ solum non fiet in corpore cõtra voluntatem animæ, sed etiam proprietates animæ quodammodo in corpus redundabunt, ita vt corpus sit lucidum, agile, spirituale, impassibile. Damnatis autem resurgentibus competit immortalitas, & tamen non erit per redundantiam proprietatum animæ in corpore, quia non erunt corpora sua agilia, lucida, spiritualia, siue subtilia, & impassibilia, quæ vocantur dotes corporum, & sunt corporum glorificatorum, & nõ damnatorum: erunt enim illa passibilia, sed non mortalia. Vnde autem proueniat illis immortalitas, declarabitur magis Matthæ. 25. cap. Est igitur differentia inter immortalitatem hominum in statu innocentiæ, & resurgentium; primo, quia resurgentes habebunt dotes quatuor corporis per redundantiam quandam virtutum animæ in corpus: in statu autem innocentię nulla dos istarum erat. Nam non erat corpus Adæ clarum, agile, subtile, impassibile, quia non poterat Adam esse subito vbicunque vellet, sicut potest nunc esse habens corpus beatificatum; neque erat corpus suum emittens fulgorem, sed opacum sicut corpora nostra; ena transire non poterat corpus Adæ per obstantia solida, ideſt lapides, vel ligna, aut parietes sicut possunt corpora glorificata ex dote subtilitatis, sicut & corpus Christi transiuit per ianuas clausas. Ioan. 20. cap. Ita de impassibilitate est.

Quæst. 170 Quomodo intelligitur, q̃ Adã erat immortalis.

Secunda differentia est, quia Adam poterat semper viuere, & nunquam mori, sed hoc non erat sine cibo; immo comedendo de lignis Paradisi, sicut præcepit ei Deus, ex omni ligno Paradisi comede sumpra secũdo cap. In resurgentibus autem est immortalitas sine cibo, quia cibo non vtuntur, neque prodesset eis cibus ad aliquid, licèt verè comedere possent, sicut Christus comedit post resurrectionem. Luc. 24. capit. tamen non transiret cibus in corpus glorificatum. Et hanc differentiam significauit Christus, Matthæ. 22. dicens in resurrectione, neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei, ideſt sicut Angeli non vtuntur cibo, & potu, neque copula carnali, ita neque resurgẽtes vtentur his, idem Luc. 20. cap. Tertio, quia in corpore Adæ fiebat quotidie aliqua generatio, & corruptio: in corporibus autem resurgentium

tium nihil istorum fiet patet hoc, quia Adam sumebat cibum, & ita conuertebatur cibus in substantiam aliti, & conuersio illa erat quædam generatio. Similiter, qui nascerentur ex Adam si permanerent in innocentia, nascerentur paruuli, & postea crescerent ad debitam magnitudinem, ista tamen augmentatio est quædam generatio. Similiter fiebat quotidie corruptio aliqua, scilicet ad conuersionem cibi, cum digereretur, corrũpebatur aliquid, quia alioquin transiret totus cibus in corpus Adæ, quod falsum est, etiã in ipso corpore Adæ fieret, & fiebat corruptio quantum ad substantiam eius: nam quotidie resoluebatur aliquid de corpore Adæ per actionem caloris; quia si non resolueretur corpus eius continua resolutione, non indigeret cibis aliorum lignorum Paradisi: neque etiam ligno vitę, cum cibus etiam in nobis, & in omnibus animalibus non prosit, nisi ad restaurationẽ deperditi: si autẽ detur oppositũ, nunquã animalia sumerent cibum, postquã peruenerunt ad debitã magnitudinẽ, quia vsq; illuc est cibus necessarius ad augmẽtationẽ, etiã si nulla resolutio fieret; sed cũ habuit animal debitã magnitudinẽ, si non fieret resolutio, cibus non esset conueniens: & tñ semper indiget animal cibo, ideo est pp resolutionem cõtinuã, vt restaurẽt deperditum in eo: sed Adã, & Eua formati sunt à Deo in ætate completa, cum postea non augmentata fuerint corpora eorum; indigebant tamen nutrimento, & Deus iussit, quòd comederent de omnibus lignis Paradisi; ergo fiebat resolutio in corporibus eorum; quia si non fieret resolutio, & sumerent semper cibum, semper augerentur in longum, & latum, quod est contra naturam, quia vis nutritiua non procedit in infinitum nutriendo ad augmentum; cum omnium natura cõstantium sit positus numerus magnitudinis, & augmenti, libr. 2. de Anima; ergo necesse est, quòd cum Adam, & Eua cibum sumerent post completam debitam magnitudinem, quòd fieret in eis aliqua resolutio, ad cuius restaurationem sumetur alimentum. Quarta differentia erat, quia Adam poterat mori si voluisset. Nam si non sumeret cibum aliquem moreretur, aut si sumeret cibos alios, & non de ligno vitæ, moreretur: post resurrectionem autem nemo potest mori. Nam qui sunt in inferno vellent mori, & tamen non possunt mori: qui sunt beati non volunt mori: & tamen etiam si vellent, nõ possunt mori. Ideo nihil requiritur, quòd faciat ad non moriendum, sicut requirebatur in Adam, ad hoc, quòd non moreretur. Quinta, quia Adam poterat pati, & dolere, si voluisset, etiam si non moreretur; vt si mitteret manum in ignem, vreretur, & si applicaret gladium carni suæ, cæderetur, & ita à duris læderetur, & confrigeretur si illa vellet sibi applicare, & poterat pati, & dolere, & quòd non moreretur, vel quòd pateretur, & moreretur sicut accidit nobis in vtroque. Sexta est, quia Adam ita erat immortalis, quòd poterat mori, sicut & mortuus est, quia peccauit: resurgentes autem ita sunt immortales, quòd non possunt mori, neque morientur vnquam. Septima est, quia Adam, licèt esset immortalis, sicut erat sumere cibũ. ita erat emittere superflua, quia nullus cibus totus conuertitur, quia nullus cibus quantumcunque bonus, & salutaris, totus conuertitur in substantiam rei alitæ, sed fit separatio impuri, & emissio. In resurgentibus autem, quia non est accipere cibum, neque etiam est emittere superflua, & multa alia huiusmodi possunt colligi inter resurgentes, & Adam. Istę differentiæ erant supra positæ inter homines viuentes in statu innocentiæ, & resurgentes: & eodem modo inter beatos, & damnatos. Cum etiam damnati sunt immortales, tamẽ quidam

Alph. Tost. super Gen.

præcedentium conditionum sunt, quæ non competunt immortalitati damnatorum, scilicet illæ, quæ pertinent ad dotes gloriæ, cum illi nõ habeant eas, cæteræ autem sunt communes eis, & beatis, & in illis differunt à statu Adę in innocentia; & tamen illi, qui erant in statu innocentię si permansissent transirent ad statum gloriæ, & beatitudinis, non gustando mortem, & tunc haberent veram immortalitatem, secundum omnes conditiones suprapositas, & desinerent comedere de ligno vitæ, & omnibus cibis, & tunc transferrentur ad cœlum, quia non esset eis iam locus conueniens Paradisus terrestris.

Ad istam autem immortalitatem, quam homines haberent in Paradiso terrestri ex dono gratuito Dei est considerandum quid faceret lignum vitæ, & est dicendum, quòd non erat illa propria immortalitas, sed haberet ibi homo remedia contra omnes modos corruptionis, & mortis, & ita nunquam moreretur.

Quatuor modis animal corrũpitur.

Quatuor enim modi sunt, quibus corpora animaliũ corrumpuntur. Primus est, qui inuenitur generaliter in omnibus generabilibus, & corruptibilibus, ex eo, quòd res materiales habent virtutem finitam ad essendum: ideo oportet, quòd omnes illę certa periodo corrumpantur, vt dicitur libro 2. de Generat. & Corruptio. Et iste modus conuenit omnibus animalibus inquantum sunt res materiales generabiles, & corruptibiles. Etiam enim si nihil esset, quod ipsa corrumperet, aliquando desinerent esse, quia habent finitam potentiam ad essendum, & non erat necesse ad hoc, quòd corrumperentur, quòd quid ab extra, vel ab intra ea corrumperet. Secundus modus corruptionis est ex excessu inordinato alicuius contrariorum, & iste modus est communis omnibus mixtis: in simplicibus enim non inuenitur iste modus, quia non simplicia contrarietatem in seipsis, sed ad alia: & ideo sic nunquam corrumperentur: primo modo eo, quòd non est in eis potentia ad semper essendum, sed potentia finita; in mixtis autem inuenitur vterque modus; nam quia sunt entia generabilia habent potentiam finitam ad essendum, quia verò sunt mixta, habent compositionem ex contrarijs, & in illis contingit aliquando immoderatum excessum fieri, & tunc fit corruptio. Tertius modus est corruptionis ex actione caloris naturalis, qui consumit subiectiua. Et iste modus corruptionis est proprius animalibus. Nam in alijs non inuenitur: est enim calor instrumẽtum animæ in omnibus operationibus suis, & vocatur naturalis calor: hunc enim habent omnia animalia, quantum licèt sint aquatica, quia non est vita sine calore: iste calor consumit humidum, in quo est vita, & vocatur humidum radicale, & per consum ptionem illius perit animal: sicut autem inuenitur in animalibus iste tertius modus proprius, ita inueniuntur duo præcedentes communes: nam animal perit inquantum est mortale, & generabile habens potentiam finitam ad essendum per primum modum, & inquantum est compositum ex contrarijs, & excedit aliquando vnum de illis excessu immoderato. Quartus modus est corruptionis per violentiam ab extrinseco agente, sicut per incisionem gladij, per vstionẽ ab igne, per confractionem à duris, & huiusmodi iste modus magis conuenit animalibus, quam alijs rebus, quia sunt magis passibilia: & tamen etiam competit mixtis, tam viuentibus, quàm non viuentibus, vt lapidi, quòd frangatur, & arbori, quòd cædatur, & vratur: simplicius quoque, quia omne simplex generabile per actionem extrinseci contrarij destruetur, & istud potest computari, cum violentia, cum fiat ab extrinseco. Omnibus his quatuor modis potest quodcunque animal corrumpi: si autem prouideatur con-

tra omnes istos modos, non moreretur animal: & poterit dici animal immortale.

Quæst. 172. Vide omnia remedia data Adam contra corruptionem. Tex. 57.

In Adam erat prouisio contra omnes istos modos: ideo Adam in statu innocētiæ poterat vocari immortalis. Contra primum modum corruptionis erat prouisio in Adam per conditionem animę: habet enim materia esse specificum per formā: cum per illam trahatur in participationem speciei. Quia tamen formę rerum generabilium habent vim limitatam ad dandum esse secundum certam durationem: non manebit materia sub illo esse vltra illam periodum: vt dicitur lib. 11. de Gen. & Corrup. hoc enim competit formis materialibus, anima aūt humana ē forma immaterialis: & competit ei secundum se esse in perpetuū: & non secundum determinatā periodum; ideo si nihil aliud obstet, poterit materia sub illo esse manere in æternum: & ideo contra illum modum corruptionis bene prouidetur per naturam animæ. Contra secundum modum corruptionis prouidebatur per naturam animæ cum quadam vi ei collata: habet enim anima naturaliter dominium, vel eleuationem quandam super corpus: quod non habent formę materiales super materiam, & ideo potest aliqualiter continere corpus in quadam æqualitate complexionis competente ei ad operationes. Et licèt hoc possit aliqualiter per naturam ad hoc ꝙ omnino possit, erat ei data quædam vis a Deo, qua contineret corpus in ęqualitate complexionis, & vnus humor non excederet aliū prēter proportionem, & vna qualitas non exaltaretur super alteram immoderatè. Contra hunc etiam modum adiuuabat natura loci, & aspectus cęli. Erat enim ille locus temperatus nimium in eminenti positus super aerem turbidum, in quo loco parua est actio per contrarietatem: ideo aer ipse adiuuabat ad continuandum æqualitatem cōplexionis, vt non excederet vna qualitas aliam. Et adiuuabat etiam aspectus cœli cum astra multum ad hoc influant, quia inde est principiū actionis totius, & alterationis. Si igitur aliqua portio terræ est inter nos tam salubris, & tātæ æqualitatis, ꝓpter aspectum cęli, vt homines ibi non moriantur, sicut est quædam pars Hiberniæ, quāto magis erit hoc in Paradiso, qui locus est magis elongatus ab actione per contrarietatem. Contra tertium modum corruptionis subueniebatur homini in Paradiso dupliciter, primo per alimentum ex alijs lignis Paradisi. Secūdo per esum ligni vitæ. De primo patet: corpus enim hominis in statu innocentiæ erat resolubile: & resoluebatur cum calor naturalis continuè consumeret humidum, sicut in nobis fit: & contra istam resolutionē proderat esus de omnibus lignis Paradisi. Nam de illis conuertebatur in substantiam aliti aliquid ad reparandum id, quod peribat per actionem caloris, sicut in nobis, & in omnibus animalibus fit resolutio, & proRatio qua re cōtinua cibi refectuatio non sufficit ad ēpiternā vitam hominum.
uidetur contra illam per cibum, & potum. De secundo, idest ligno vitę patet scilicet, quia restauratio illa, qꝫ fiebat per esum aliorum lignorum, non sufficiebat, & id quod deerat supplebatur per lignum vitæ: nam in nobis fit restauratio continue: sed ista nō sufficit ad hoc, ꝙ animal semper viuat: causa huius est, quia id, quod ex nutrimento conuertitur in alitū non est adeo perfectè substans virtuti speciei, sicut quod prius inerat, & resolutum est: eo ꝙ virtutes materiales semper debilitantur in agendo; ideo oportet, ꝙ in fine sequatur diminutio in nobis, quando virtus speciei intantum debilitatur propter mixtionem extranei, quòd non potest fieri tanta restauratio, quanta fit consumptio: & ita in fine oportebit esse consumptionem, sicut dicit Arist. lib. de Gene. Et ponit exē-
Libro 1. Tex. 34.
plum de vino, cui admiscetur aqua: nam a principio apposita pauca aqua conuertitur illa in vinū: & totum mixtum est vinum. Si postea addatur adhuc pauca aqua cōuertetur in vinum, sed illud erit debilius quousque tandem totum vinum efficiatur aquosum. Cōtra istam impuritatem subueniebat lignum vitæ per virtutem mirabilem ei a Deo datam, scilicet quòd assumptum, & transiens in naturam corporis reducebat ad perfectam assimulationem, & ita stabat humidum radicale in tanta puritate, in quanta prius. Sed quamdiu eadem dispositio, quæ prius erat manet in animali, illud non senescit, ideo lignum vitæ reducens ad tantam puritatem ipsum, quod conuertebatur in alitum de alimento faciebat, vt nunquam homo posset senescere. Contra quartum modum corruptionis prouidebatur per diuinam sollicitudinem. Erat enim decretum Dei, vt nihil noceret homini, quamdiu ille in innocētia manere voluisset. Nam animalia nocere non poterant, quia Deus ea subiecerat illi: ignis, & ferrum, & lapis, & huiusmodi nocere nō poterant: quia Deus ista auferebat, idest faciendo, ꝙ in illa nō incideret; nam caro humana passibilis erat, & si in igne ponere tur, cremaretur, & si gladius ei applicaretur, diuideretur: sed Deus prouidebat, ne aliquid istorum noceret, impediendo nocumentum. Istud autem non dando virtutem aliquam naturæ humanę: sed per actionem suam nocumenta impediendo, iuxta illud Psalm. 36. Cum ceciderit non collidetur: quia Dominus supponit manum suam. & Psal. 90. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in oībus vijs tuis: in manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ex his apparet, qualis erat immortalitas Paradisi in statu innocentiæ: & hoc etiam apparet, quare de solo ligno vitæ fiebat mentio ad perpetuitatem hominis; licèt omnia ligna Paradisi ad vitam conferebant; erant enim quatuor modi corruptionis, & quatuor remedia contra modos corruptionis: sed de alijs non fit mentio, nisi de ligno vitæ, cuius remedium erat contra tertium modum corruptionis. Causa est, quia scriptura ponendo de ligno, loquitur de expulsione hominis de Paradiso: & ista exclusio erat ad hoc, quòd priuaretur eis, quæ conferebant ad perpetuam vitam hominis. Erant tamen quędam non pertinentia ad Paradisum, quæ faciebant ad vitæ perpetuitatem: ideo scriptura non expressit illa. Contra primum enim, & secundum modum corruptionis erat prouisio per naturā animæ: anima autem non manebat in Paradiso, sed habebat eam secum homo, ideo non debuit de ea dici. Similiter conditio, vel virtus data animæ ad continendum corpus in continua æqualitate complexionis, erat aliquid gratuitum, quod vel consequeretur animam, vel priuaretur homo illo per peccatum: & desineret esse: & non erat aliquid corporale, quod maneret in Paradiso, ideo neque de ea debuit fieri mentio.

De quarto quoque remedio non debuit aliquid dici, quia illud non erat aliqua res absoluta corporalis, vel spiritualis homini collata: sed erat diuina prouidentia impediens omnia nocumenta: & ita non erat aliquid Paradisi, neque hominis, sed Dei; ideo neque de ista dictum est.

Tertium remedium erat ex lignis omnibus Paradisi, & ex ligno vitæ, & tamen neque de alijs facta est mentio. Causa est, quia alia ligna proderant modo communi, scilicet sicut prosunt omnia alimenta, quę hic sumimus, cum non conferrent, nisi ad restaurationem deperditi transeundo in substantiam aliti; & hoc confertur hic ex omnibus cibis: ideoque si priuaretur esu lignorum aliorum Paradisi, nihil videbatur necesse: & tamen loco ligni vitæ, quod faciebat transire alimentum in alitum sub tāta puritate, sub quanta erat id, quod primo resolutum fuit, nihil inueniretur: ideo id quo propriè homo caruit exclusus de Paradiso, fuit lignum vitæ. propter quod de nullo alio fit mentio, nisi de ligno vitæ ad ostēdendum causam exclusionis hominis de Paradiso. supra 3. cap.

Quæst. 174. Quod referunt Patres Paradisi ma- gna conferre a- lia vitæ, remedia gratuita.

Dicendum tamen ꝙ licèt ligna Paradisi non conferunt ad vitam longam, eo modo quo lignum vitæ: tamen diuturniorem vitam illa cōferent, q̄ hæc. Vnde si post peccatū maneret homo in Paradiso terrestri, & non manducaret de ligno: & ablata essent alia remedia gratuita: adhuc diutius viueret, q̄ nūc viuit, aut vnq̄ extra Paradisum vixit. In prima enim ætate, quando terra nō erat læsa per aquas diluuij, sed suam primariā virtutē retineus ex oībus, quę in ea nascebātur, viuebāt homines quasi per mille annos. Si autem manerent in Paradiso, forte viuerent per annos mille, & quingētos, aut plus. Et hoc poterat prouenire ex conditione loci habentis maximam salubritatē propter purū aerē, & bonū aspectū cœli. Cum ēt quædā terræ propter hanc cām faciunt hoīes duplo longiores vitæ, q̄ aliæ terræ, sicut est de oppido Acroton sup montem Athos in Macedonia supra nubes, & vētos, & pluuias. Nam hoīes illi duplo viuunt, q̄ alij hoīes: & ob hoc Græci vocant eos Macrobios, i. longæuos: vt dicit Solinus in Polistore, cap. 13. a fortiori autem erit hoc in Paradiso terrestri, quia ille locus est magis separatus ab actione secundum contrarietatem, q̄ alia loca habitata, & est subiectus meliori parti cœli. Secundum est conditio ciborum, quia meliora erant cibaria Paradisi, q̄ quæ foris erant; Quod accidebat primo ex meliori terra plantationis. Nam eædem arbores secūdum speciem in alio, & alio loco meliorem, aut deteriorem fructum reddunt, secundum ꝙ terra cus Paradisi habet meliorē tellurem, q̄ quælibet alia portio terrę, ideo arbores redderent ibi meliores fructus, sicut generaliter fructus nati in montibus, sunt salubriores fructibus natis in vallibus, licèt non sint ita pingues, etiam quia terra Paradisi respiciebatur a meliore parte cœli. Tertio accidebat ex diuersitate arborum, quia forte erant in Paradiso aliquæ species arborum, quæ non inueniuntur in terra adhuc præter lignum vitæ: & quæ sunt in diuersa specie, non causant eandem nutritionem. Quarto poterat accidere, quia dato, quòd tot species arborum essent in terra, quot in Paradiso præter arborem vitæ, adhuc in nulla parte terræ inuenirentur tot species arborum, quot in Paradiso, quia licèt in tota terra sint species arborum, nulla pars terræ determinata est, aut regio, in qua sint omnes species arborum: sed quædam in vna, quæ non sunt in alia. In Paradiso autem omnes arbores, & arborum species, simul erant: ita vt promptum esset cuilibet comedere de quacunque arbore vellet. Ideo ex hac parte certum est, quòd vita hominis in Paradiso esset diuturnior, quàm foris manendo; etiam si in Paradiso non comederent de ligno vitæ, neque gauderent alijs priuilegijs, aut remedijs datis a Deo contra corruptionem: & ideo forte in Paradiso possent viuere ad mille, & quingentos annos, & vltra, cum expulsi de Paradiso, non potuerunt peruenire ad mille annos. Nam & hic homines, qui diuersis cibarijs inter se vtuntur, inæqualis vitæ sunt. Istud autem prouenit potius in Paradiso, quàm in terra, quia cibi illi erant puriores: & quod de eis transiret in substantiam corporis, transiret ad maiorem similitudinem præexistentis, & resoluti quàm id, quod transiret in substantiam de cibis, extra Paradisum: & tamen de cibis istis arborum Paradisi, scriptura non facit mentionem, sed solum de ligno vitæ, quia illa licèt conferrent maiorem vitam, quàm haberi posset in terra, tamen erat pauca differentia, quæ non perueniebat ad immortalitatem: & de illa modicum erat aduertendum scripturæ, quæ aliud intendebat.

Quæst. 175. Quod lignū vitæ immortalitatem tribueret.

Ex præcedentibus apparet, quòd lignum vitæ non solum conferebat longam vitam: sed etiam immortalitatem, idest, nunquàm mori, & hoc est contra intentionem quorundam. Dixerunt enim quidam quòd vtentes ligno vitæ diuturnè viuerent, & tamen aliquando morerentur, hoc putauerunt sequuti ea, quæ videntur, quia aliquis cibus tam bonus est inter nos, vt cibati ex eo diuturniorem vitam habeant, quàm cibati ex alio; tamen nemo efficitur immortalis: neque etiam multum longæuior alijs. De ligno vitæ ita putabant. Dicendum, quòd si esset arbor alicuius speciei earum arborum, quæ a nobis cognitæ sunt, verum esset istud: & tamen est alterius speciei: vt ostendimus supra quæstion. 161. & cibum alterius speciei consequitur alia virtus. Et supposito eo, quòd omnes Doctores de illo ligno dicunt: necesse erat quòd posset vitam semper seruare: & quòd nunquàm aduenire senectus. Nam faciebat quòd id, quod de alimento transibat in substantiam aliti, transiret ad perfectam similitudinem eius, quod præfuerat: & si ita fieret, necesse erat semper manere eundem statum, qui primo fuerat: & ideo nunquàm aduenire senectus: & quod nunquàm senescit, aptum est semper viuere. ideo vere dicendum est, quòd homines vtentes cibo ligni vitæ, semper viuerent, etiam si mundus duraret per sexcenta millia annorum: & quantuncunque vltra cogitetur durare. Secundo patet, quia scriptura dixit, & viuat in æternum: accipiendum est ergo quòd vere viueret in æternum, sicut illa asserit. Aliquis dicet, quòd ex illo non colligitur, quòd vere homo viueret in æternum, gustando de ligno vitæ: quia æternum in scriptura sacra, aliquando accipitur pro pauco tempore, sicut patet de seruo Hebræo, cuius auris perforabatur subula; nam ille seruiebat in æternum. Deuteronom. 15. cap. & tamen istud æternum non erat semper: quia homo non semper durabat, etiam non erat per totam vitam seruus: sed solum vsque ad iubileum, Leuit. 25. Et ita illud æternum non poterat includere plures, quàm quadraginta nouem annos. Sic poterat dicere, quòd viueret in æternum, idest ad multum tempus, & tamen non semper. Sic etiam patet Exod. 15. cap. scilicet, Dominus regnabit in æternum, & vltra: & ita aliquid est vltra æternum; & ideo æternum est aliquid finitum: quia aliàs vltra æternum nihil esset. Dicendum ꝙ hoc non stat; nā æternum secundum proprietatem vocabuli dicit id, quod semper durat; non est autē recedendum a significatione vocabuli, nisi propter cām manifestam, vt q̄n accipiēdo s̄m proprietatem vocabuli oporteret scripturam esse falsam: & in hic nihil cogit recedere a significato vocabuli; ergo neq; est recedēdum, sed ꝙ propriè accipiatur pro eo quod semp viuit. Secundo apparet, qa cā exclusionis hoīs de Paradiso fuit, vt verificaret verbū Dei, s. quacunq; die comederis, morte morieris, i. eris mortalis, & morti obligatus. Si autem manēte hoīe in Paradiso posset sequi mors, non esset necessitas expellendi: & tamen iudicatum est tanq̄ necessarium, ꝙ expelleretur; ergo manendo ibi non moreretur: hoc aūt erat propter esum ligni vitæ, ergo poterat facere vere, ꝙ homo nunq̄ moreretur: & ita viueret in æternū, sicut aīa viuit. Tertio, qa hoc conueniebat intentioni Dei constituentis hominem in Paradiso, ideo enim ibi. Eum posuit, vt feliciter viueret, si innocenter viuere vellet, ad hoc autem nihil mali, aut pœnalita-

Æternū aliquando accipitur pro pauco tempore.

tis

tis pati deberet quousque peccaret: sed non potest qs alterari, & senescere sine doloribus, & pœnalitatibus, ergo necesse erat, ꝙ manentes ibi non senescerent, neque ad senectutem disponerentur. Sed hoc non poterat fieri, nisi id quod transit de cibo in substantiã, transeat secundum eandem puritatem, & perfectionem, in qua erat id, quod resolutum est, ergo lignum vitæ hoc conferebat: sed vbi istud accidit non potest accidere mors naturalis, sed solum violenta. ergo verè lignum vitæ faciebat, quòd homo viueret in æternum, idest nunquam moreretur. etiam si viueret per mille millia annorum,

Qõ. 176. Non sufficiebat vni cus tantũ uitalis arboris cibꝰ ad immortalitatem adipiscendam.

Sed dicendum, ꝙ cum lignum vitæ hoc conferret, non conferebat, si semel tm̃ sumeretur, sed oportebat, vt sæpe sumeretur, nam cibus ille faceret, ꝙ transiret cibus adueniens ad perfectam similitudinẽ eius, quod resolutum est, & ideo oportebat, ꝙ talem, aut tantam virtutem daret corpori conuertenti illud in se, vel cibo, qui conuertebatur, ꝙ iret in similitudinem perfectam. Sed virtus naturalis continuè debilitat, ideo oportebat iterari sæpe ad hoc, quòd maneret semper virtus fortis, & esset res quasi propinqua suæ origini quotiens hoc iterari deberet, nota erat hominibus existentibus in Paradiso, qui cognoscebant dispõnes corporum suorum, & nossent quid eis opus esset; lignum autem ipsum in promptu habebant: vt de illo possent quotidie sumere. Nam non vetuit eis Deus, nisi vnum lignum, s. scię boni, & mali: & istud distinctum erat a ligno vitæ. sup. 2. cap. Considerandum etiam, quòd lignum vitæ proderat dupliciter. scilicet vt cibus, & vt dans virtutem cibo, & cibato; proderat enim vt cibus inquantũ transibat in substantiam aliti ad restaurationem deperditi: & in hoc habebat conditionem aliorũ ciborum, & lignorũ Paradisi. proderat aũt, vt dans virtutem cibo, & cibato ad transeundũ in similitudinem perfectam; & ita erat, vt cibus, & medicina: sed magis erat, vt medicina largè loquendo, quàm vt cibus; quia ad cibum oĩa alia seruiebant ligna Paradisi: sed excellẽtia sua erat in hoc, ꝙ virtutem dabat ad perfectam similitudinẽ, & ideo licèt cætera ligna nutrirent, hoc solum erat quod faciebat, ꝙ homo non senesceret, neque debilitaretur: sed maneret in eo virtus perfecta.

Qõ. 177. Quis erat ille fluuius qui egrediebatur de loco uoluptatis ad irrigandum Paradisum.

Dicitur autem. sup. 2. cap. ꝙ fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, quæritur quis fluuius erat iste. Aliqui dicũt, ꝙ iste erat Oceanus: quia de eo nascuntur quatuor flumina Paradisi, sed omnia flumina egrediuntur de mari Oceano: iõ est Oceanus. Dicendum, ꝙ non stat, quia Oceanus circuit totam terram, & tamen fluuius iste, de quo dr̃ erat intra Paradisum, cum dicatur, ꝙ egrediebatur de loco voluptatis, ergo non est Oceanus. Quum autem dicitur, ꝙ omnia flumina, & omnes aquæ egrediuntur de mari; potest teneri secundum positionẽ quorundam, ꝙ egrediuntur de mari mediatè: & tamen immediatè egrediuntur de diuersis cauernis terræ.

Alij autem dicunt, ꝙ neque mediatè, neque immediatè exeunt omnes aquæ de mari, sed habẽt loca suæ generationis primariæ in terra, vbi est quædam vis cõuertens aerem in aquam: sed quid sit verum horum, nunc nõ diffinitur; quicquid aũt sit, constat, ꝙ iste fluuius, de quo dr̃ non est Oceanus, sed aliquid cuius caput est intra Paradisum. Et de isto dicẽdum, quòd vocatur aliquando fons, aliquando fluuius iuxta vsum doctorum. Fons enim vocatur, quia ibi est caput illarum; nam fons est caput nascentis aquæ a fundendo aquas dictus: vt ait Isido. lib. 13. Etymol. cap. de fluminibus, Et quia ibi habet manifestam originem aqua illa, & non decurrit aliunde in Paradisum quum dicatur, quòd egreditur de loco voluptatis potest haberi nomen fontis; fluuius autem dici potest, quia fluit. i. decurrit aqua eius ad irrigandum Paradisum, vt litera ibi dicit, & hoc propriè est fluuius, s. aquarũ perennis decursus a fluendo perpetim dictus: vt ait Isidorus eo. cap. Scriptura autẽ magis vocauit fluuiũ, quàm fontem, & satis propriè: quia nominatur ibi aqua propter necessitatem irrigationis Paradisi. Irrigatio autem nõ est nisi per decursum aquæ, fluuij autem est decurrere. Fontis autem non est decurrere, sed caput esse fluẽtis aquæ; ideo melius vocatus est fluuius quàm fons. Quum autem dicitur ꝙ egreditur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, non sunt ista accipienda, vt diuersa quasi alius fit locus voluptatis, de quo egreditur fluuius, & alius sit Paradisus, quem irrigat, sed ibi originem manifestam primo habeat, & est sensus, quòd egreditur fluuius de loco voluptatis. i. de Paradiso, & non aliunde ad irrigandum Paradisum.

Cap. 12.

Dicitur de isto fluuio Paradisi, supra 2. cap. Quòd inde diuiditur in quatuor capita, & sunt ista quatuor flumina, & est dubiũ de hoc, an diuisio ista fiat intra Paradisum statim in exitu aquæ de fonte: vel fiat extra Paradisum. Aliqui volunt, ꝙ ista diuisio fiat intra Paradisum. s. ꝙ fons, de quo egrediũtur aquæ ad irrigandum Paradisum sit tam magnus per pulchritudinem eructuãtium inde aquarum, ꝙ posset statim diuidi in quatuor flumina, & hoc conuenit literæ. s. inde diuiditur in quatuor capita. i. ex ipso exitu, vel scaturigine fontis diuiditur aqua in quatuor flumina, & nũquam est vnum tantum flumen. Secundo patet ex conuenientia irrigationis. est enim aqua illa ad irrigandum Paradisum: & tamẽ facilius irrigabatur Paradisus diuisa aqua in quatuor alueos, q̃ si sit vnicus. ergo cõuenit dici ꝙ intra Paradisum statim ex fonte fit diuisio quatuor fluminum. Alij dicunt ꝙ diuisio fluminũ nõ fit intra Paradisum, sed foris. sic. n. Basilius dicit in Examero, cui aliqualiter concordat Isidor. & Ambro. ꝙ de fonte Paradisi egrediatur fluuius, qui irriget Paradisum: & inde fluant aquæ per alta principia, quæ ad radices montis Paradisi collectæ magnos lacus efficiunt: & inde ex magna ipsa cõgregatione aquarum diuidantur in quatuor flumina. Secũdo patet hoc ex litera: quia dicitur fluuius egrediebat̃; egredi signat motum, & ita aqua illa Paradisi quando mouetur fluuius est: & ita est vnicus, & nõ quatuor. Tertio, quia diuisio illa fieret statim apud exitum aquæ: & nunquam esset vnus alueus, & non diceretur fluuius: sed fons, quia fons dicit caput aquarum, fluuius autem ipsas aquas: vt ait Isidorus libro 13. Etymol. capitulo de fluminibus, & tamen dicitur fluuius, ergo intra Paradisum vnus est alueus. Quarto, quia dicitur, quòd fluuius egrediebatur ad irrigandum: & ita quando irrigabat erat fluuius: sed quãdiu est intra Paradisum, aqua illa irrigabat, ergo quãdiu est intra Paradisum, est fluuius, & non multa flumina: sed foris fit diuisio. Ista autem sententia est magis tenenda; nam & Iosephus ita sentit libro primo antiquitatum, quum ait rigatur itaque iste hortus ab vno flumine circa omnem terram vndique profluente, & alij doctores posteriores concordant cum eo, scilicet, quòd defluant omnes aquæ ad radices Paradisi: & ibi in amplissimos lacus collectæ, in quatuor flumina deriuantur. De hoc tactum est supra 2. cap. q. 13. Quum autem obijcitur quòd melius irrigabit aqua diuisa in quatuor alueos, quàm in vnicum collecta. Dici potest vno modo, quòd locus Paradisi est planus: & fluuius ille facit plures circuitus per Paradisum, & ita totum ipsum irrigat. Similis modus est, quem ponit Virgilius libro quarto Georgicorum de flumine Stygie apud inferos, quòd nouies animas claudit circũ-

Decretal. nano.

eundo, ne sit eis ad nos exitus, cum ait:

Quos circum limus niger; & deformis arundo Cociti.
Tardaque palus inamabilis vnda.
Alligat & nouies Stix circumfusa cohercet.

Secundo modo potest dici, ꝙ fluuius vnicus est, tamẽ ex eo parui aluei vtrinque ad latera deriuantur, qui fluuiorum nomina non merentur, & illis irrigatur tota capacitas Paradisi fluuio manente vnico. Tertio modo potest intelligi, ꝙ fluuius sit vnicus, & non deriuentur ab eo aliqui aluei parui, neque magni, qui in superficie terræ decurrãt: sed per interiora terræ sunt tractiones, per quas deriuatur aqua, quæ tractiones sunt vsque ad quatuordecim, vel decem, & sex stadia: & per has terra tota in circuitu humectat̃, licèt aqua foras nõ procedat. Istum sensum tenet historia scholastica: & sequitur eam Geruasius lib. de ocijs imperialibus decisione prima. cap. de fonte, & quatuor fluminibus Paradisi.

Qõ. 178. Cur de fluminibus fiat mentio, & de aliis non fiat, & de Nilo fiat narratio. Quòd Qõ. 178. Andibula quatuor fluminum fiat para Paradisũ, uel extra.

Diuiditur aqua fluens de Paradiso in quatuor flumina de quibus scriptura. supra 2. cap. facit singularẽ mentionem ponendo nomina, & aliquas cõditiones singulorum, de quo quare fiat, dubitabitur: quia cætera, quæ ad Paradisum pertinent, non prosequitur scriptura ita particulariter: sed solum dicendo, ꝙ in Paradiso erat omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue. Maximè, quia adhuc illa, quæ dicuntur generaliter de lignis Paradisi, ponuntur inquantum pertinent ad exclusionem hominis de Paradiso per peccatum; flumina autem nihil ad hoc faciunt, ideo adhuc magis in generali: & breuius de his dici debuit. Tertio quia cætera sunt intra Paradisum, flumina autem ista non sunt in Paradiso, sed foris, quia foris diuiduntur: vt dictum est præcedenti. q. & ita non vr̃ quare de eis dicatur. Dicendum, ꝙ Moyses scripsit eam particulariter de his fluminibus: quia exeunt de Paradiso. De alijs aũt fluminibus quicunque sint, & quantunque egregia non facit mentionẽ. Et fuit hoc conueniens ad manifestationem Paradisi; est. n. Paradisus locus a nobis valde secretus, qui & in cognitionem hominum non venit, nisi quãtum sacra scriptura illum nobis reuelauit. Et vt istud, quod de Paradiso reuelat̃, sit credibilius, posuit Moyses aliquod signũ: & istud est quod descripserit quatuor flumina Paradisi, quantum ad suas conditiones particulares. Et primo prodest ad ostendendum, ꝙ Paradisus sit. Nam quia locus ille non est nobis notus, neque aliquis historicus aut Philosophus de illo scripsit, putatur non esse. Moyses autem dat aliquod signum, ꝙ Paradisus sit dicendo, ꝙ flumina quatuor de illo exeant, & ponendo conditiones illorum; nam si ens fictum esset, non possent de illo narrari aliqua de exeuntibus. Secundo prodest ad ostendendum locum Paradisi quadam generali descriptione: quia aliquis diceret, si Paradisus est, vbi est? dixit autem Moyses, quòd erat in Oriente, vbi litera nostra dicit a principio, scilicet a principio terræ. Vt autem hoc verum appareat; dixit de his quatuor fluminibus, quòd exeũt de Paradiso. Certum est autem omnia quatuor flumina venire de parte Orientis habitatoribus Asiæ, & maximè Iudæis, quibus Moyses ista loquebatur. ideo satis redebat hoc verisimile de Paradisi loco. Tertio potuit hoc introduci in laudem terræ, quam Iudæi accepturi erãt in possessionem: & quam Deus promiserat iam Abrahæ, & semini suo. Nam illa claudebatur ex vna parte vno de his quatuor fluminibus, scilicet Eufrate, vt patet infra 15. cap. scilicet Semini tuo dabo terrã hanca fluuio Aegypti vsque ad flumen magnum Eufratem. Fuit igitur conueniens de his quatuor fluminibus dici, vt de isto quarto dici posset. Aliqui putant solum Eufratem de his quatuor tangere terminos terræ promissionis, & tamẽ etiam Nilus qui est secundus, tangit terminos eius: vt ostenditur. infra cap. 15. Cum autem obijcitur, quòd non debuit dici ita particulariter de his, dicendum quòd fecit illud Moyses propter causas supra positas. Et nõ est simile de alijs, quæ erãt in Paradiso: quia illa non faciebant ad notificationem, sed erat id quod notificari deberet, notificatiua autem debent esse manifestiora. Ad secundum dicendum, quòd ligna & ea quæ memorantur fuisse in Paradiso, ponũtur inquantum faciunt ad ostensionem peccati primorum parentum: & expulsionem eorum inde, & tantum de illis ponitur, quantum ad hoc sufficit. De fluuijs autem non dicitur ad ostendendum aliquid de peccato hominis, & expulsione eius de Paradiso: sed solum ad reddendum probabile id, quod dictum est de Paradiso: ideo debuit hoc esse manifestius. Ad tertium dicendum, quòd flumina illa non sunt in Paradiso, sed egrediuntur de Paradiso, & propter hoc, quòd foris sunt, debet de eis fieri maior mentio. Nam si intus manerent, non essent nobis nota, neque possent notificare Paradisum; quia autem foris sunt, possunt illum notificare egrediendo ab eo; ideo conuenienter de eis debuit dici ita particulariter.

Qõ. 180. Phison primus fluuius Paradisi quid significet.

Dicitur de primo fluuio Paradisi, nomen illi Phison est, istud nomen est Hebræũ: & signat mutationẽ oris, siue vultus, & non inuenitur istud nomen apud nos, neque aliqnod de illis, quæ posuit Moyses: sed alia nomina, quæ a Græcis postea imposita fuerunt. Ipsi enim tanqnam curam gerentes de vniuersa re publica mundi velut omnibus ad eos pertinentibus nomina omnibus rebus imposuerũt, scilicet prouincijs, fluminibus, montibus, & plurimis vrbibus, sic asserit Iosephus libro primo Antiquitatum. Innominatum est nomen istud a proprietate: quia iste fluuius mutat vultum sæpe, tam in colore: quia alicubi clarus, alicubi turbidus, quàm in quantitate; quia alicubi diffusus, alicubi strictus: quàm etiam in sensu: quia alicubi frigidus, alicubi calidus. Vel dicitur Phison, idest abundantia, nam abundat piscibus. Inueniuntur enim ibi magni pisces, sicut anguillę triginta pedum in longitudine. Et secundum alios Phison interpretatur caterua, quia cateruam fluminum habet, scilicet decem flumina magna, quæ in illud incidunt. Iste fluuius per terram Indorum transit, & vocatur apud eos Ganges: & etiam apud nos: sic enim Græci illum appellant. Accepit autem nomen a Græco quodam Indorum Gangaro, quem putant regnasse in terra Heuilath, quã iste fluuius circuit, sic enim Tiberis Romanus fluuius a Tiberino quodam rege Italo sic dictus est, cũ prius Albula diceretur: vt Ouid. scribit. De hoc dicit Isidorus. lib. 13. Etymol. cap. de fluminibus, scilicet Ganges fluuius, quem Phison sacra scriptura cognominat exiens de Paradiso pergit ad Indiæ regiones; dictus autem Phison, idest caterua: quia decem fluminibus magnis sibi adiunctis impletur, & efficitur vnus: Ganges autem vocatus a Gangaro rege Indiæ. Fertur autem in modum Nili exaltari, & super Orientis terras erumpere.

Cap. 21.

Iosephus autem libro primo Antiquitatum parum differt ab Isidoro in significatione nominis: sed in nomine a Græcis dato aliquantulum deuiat dicens: & Phison nomen est vni, quod mundationem significat, qui eductus in Indiam pelago latè diffunditur, quod Geta nuncupatur a Græcis. Est autem iste fluuius maximus inter omnia flumina Indiæ, scilicet Ganges Indus, Hypanis: vt dicit Soli. in Polistore. cap. de India; & dicit ibi de Gange: minima latitudo gangis per octo millia passuum, maxima perviginti pater. Altitudo vbi vadosissimus est mensura centum pedũ

deno-

denotat. & ideò plura stadia sunt, q̃ aliqui ponunt latitudinis aquarum huius: nam dicunt aliquando continere in latitudine quinquaginta stadia: vt tetigimus supra 2. cap. quæstion. 15. & tamen minima latitudo Gangis est octo millium passuum, quæ faciunt stadia sexaginta quatuor, maxima latitudo est viginti milliũ passuum, quæ faciunt centum, & sexaginta stadia. cõputando pro quolibet stadio centum, & vigintiquinque pedes: vt dicit Isidor. lib. 15. Etym. de itineribus.

Cap. 16. Quæst. 181. Cur describat ita distincte a Moyse Phison.

Dicitur supra 2. cap. De isto fluuio Phison, circuit omnem terram Heuilath, hoc autem Moyses optimè fecit, describendo terras per quas fluunt ista flumina, & alias conditiones eorum, nam si sola nomina posuisset, nullam notificationem facit: eo ꝙ non sunt eadem nomina fluminum, quæ posuit Moyses apud alias gentes; nam nos non vocamus istud flumẽ Phison, sed Gangem. Cum autem describitur terra, & aliæ circunstantiæ particulares, habetur conueniẽs designatio, & certificatio. Iste fluuius circuit omnem terram Heuilath: & ita facit eam aliquo modo insulam. Aliqñ dicunt aliqui Heiulath: sed corruptè dicunt, & facile est corrumpi: vera tamen litera est Heuilath. nam in Hebræo dicitur, Haauila. Est autẽ Heuilath quædam prouincia in India: & est in parte superiori eius ab Oriente incipiens, & longo terrarum tractu versus Septentrionem se diffundit. Ista regio sic nominata est a quodam dicto Heuila, nepote Heber, & filius Iectan; de quo supra 10. cap. Dicitur ꝙ ibi nascitur aurum; commune est hoc Indiæ: in multis enim partibus Indiæ circumnascitur, vel inuenit: nam ibi sunt duæ insulæ, scilicet, Crisæ, & Argiræ, auro, & argento refertæ, ita vt de alijs metallis nihil habere videantur: vt dicit Solinus in Polistore, cap. de India: & Isidorus lib. 14. Etymol. cap. 4. Est etiam ibi terra Ophir, in qua aurum multum est, & gemmæ, & Salomon mittebat illuc pro auro: vt patet lib. 3. Reg. 9. & 10. cap. & ideo non est mirum, ꝙ in regione Heuilath sit aurum. Et tamen quãdo dicitur vbi nascitur aurum, solet referri ad fluuium. quasi in fluuio Gange inueniatur aurum, nam vt dicit historia scholast. & Geruasius, trahit fluuius ille aureas arenas: sed potest bene intelligi de terra, sicut de fluuio, & fortè melius de terra Heuilath: quia dicitur, vbi nascitur aurum, & tamen nasci non est in flumine propter continuum fluxum, sed solum inueniri arenas aureas, quę agentibus aquis de locis minerabilibus eruantur, aut eradantur: vel de loco generationis guttatim in fluuium distillet aurum, & postea inter arenas inueniatur. Secundo quia dicitur, & aurum terræ illius optimum est: sed terram nominauerat Heuilath: melius ergo intelligitur, ꝙ in terra inueniatur, q̃ in flumine, & in terra nascatur: & tamen Doctores solent exponere de fluuio, quorum opinionẽ sequuti fuimus, supra 2. cap. Dixit autem, ꝙ aurum terræ illius optimũ est. In hoc differt aurum Heuilath, ab auro aliarum regionum, quia licèt vbicunq; aurum gignitur in mineris sit purum, quia mixtionẽ, vel adiunctionem non habet alterius; metallum tamen adhuc non est omne aurum purum æquale alteri auro: quia perfectio specifica nõ inuenitur æqualiter in oĩbus indiuiduis eiusdem speciei, sed essentia speciei inuenitur æqualiter: quia consistit in indiuiduali, & ita aliquod aurum ex ipsa generatione erit melius, quàm aliud: & tale dicitur esse aurum terræ Heuilath: vt scriptura asserit hìc.

Descriptio Heuilath.

Crisæ, & Argiręs In die insulæ auro, & argento refertæ.

Quæst. 182 Additur, quòd in terra Heuilath inueniatur Bdellium nomen est proximum cum Hebræo. Nam dicitur Habedola, ideſt Bedola: quia ha est articulus, sicut apud Latinos, & Græcos vtimur articulis determinatis generum. Est autem dubium quid Bdellium: & aliqui dicunt, quòd est nomen arboris, & interdum nomẽ lapidis precioſi, hic verò volunt, ꝙ sit nomen lapidis, & causa est: quia volũt, ꝙ ista, quę hìc dicuntur inueniantur in fluuio, cũ hic Moyses faciat mentionẽ de fluminibus Paradisi, & de significationibus eorum: & rñ arbores non sunt in flumine. Lapides autem precioſi inueniũtur bene in fluminibus inter arenas. Secundo, qa dr̃ ibi inuenitur Bdellium. Pertinet autẽ inueniri ad res mobiles; sicut sunt lapides precioſi, & non ad immobilia, sicut sunt arbores; de illis aũt magis dr̃, ꝙ nascuntur, cum arbor agat radices in terra: & ita diximus supra 2. cap. sequendo eorum sententiam. Sed videtur rationabilius, quòd Bdellium accipiatur pro arbore, vel pro gummi eius, siue lachryma. Et ratio est, quia Sapientes quando loquuntur de Bdellio, non distinguunt, sed ponunt absolutè pro arbore: sic dicit Plinius lib. 12. & 10. Bdellium est arbor nominatissima nigra, similis oliuæ in robore, & folijs, cuius gummi maximè sumitur in vsibus medicinæ. Nam eius lachryma, siue gummi est translucida, gustu amara, bene odorifera, sed est magis aromatica, quando vino est infusa. Dicit etiam Isidorus lib. 17. Etymolog. Bdellium est Indiæ, & Arabiæ arbor, cuius lachryma Arabica melior est, aromatica autem lucida est, & subalbida leuis, & pinguis æqualiter terrea, & faciliter remollitur: & est amara, boni odoris, ligno, vel terræ non mixta. Indica verò sordida iacet, & nigra: & adulteratur cum gummi, quod non ita amaricat gustum. Vndecunque autem veniat, substantiam habet glutinosam, & attractiuam. Cum gummi isto Bdellio concordat vernix, quod dicitur gummi cuiusdam arboris habens virtutem conglutinandi, clarificandi, & conseruandi: & ideo pictores, maxime eo vtuntur. Multum enim stringit, sicut Bdellium; facit enim colores in pictura tenaces, ne pluuijs incidentibus deleantur. Alterius tamen naturæ vernix: quia est frigida, & sicca in secundo gradu, Bdellium verò calidum, & humidum: sed in stringendo, & clarificando concordant: vt dixit Platearius. Et ita vr̃ quòd accipiatur hìc, s. ꝙ Bdellium inuenitur in terra Heuilath: & dixit hic Moyses, ꝙ inuenitur ibi: quia non est arbor Bdellij in omnibus regionibus, sed solũ in India, & in Arabia, & pars Indiæ, in qua inuenitur, est prouincia Heuilath. Ad primũ in contrarium pro altera positione dicendum, ꝙ ea quæ hìc Moyses nominat, nõ sunt omnia in fluuio: sed quædam in terra, vt aurum, de quo dixit, & aurum terræ illius optimũ est; nã fluuius designatur per proprietates terræ, quã circuit. Ad secundum dicendum, ꝙ arbor nascitur: & tamen dicitur, inuenitur propter raritatem: quia siqs quærat arborem istam in alijs regionibus, non inuenitur. In sola autem India, & Arabia inuenitur: vt dicit Plinius, & Isidorus: & ideo magis voluit dicere, inuenitur, quàm nascitur. Dicitur etiam, ꝙ ibi inuenitur lapis Onychinus. est enim lapis precioſus, qui potest dici, ꝙ inueniatur in flumine ipso, vel inter arenas, vel inueniatur in aliquibus partibus terræ Heuilath extra fluuium, & iste est vnus de duodecim lapidibus precioſis, qui ponebantur in rationali. Exod. 28. cap. Dicit enim Isidorus lib. 16. Etymolog. cap. de gemmis rubris. Onychinus est lapis Indicus, & Arabicus permixtum in se habens colorem ad similitudinem humani vnguis; Græci enim vnguem onicen dicunt; Indicus autem onix ignis colorem habet at bis cingentibus venis: Arabicus verò nigri coloris, est albis cingentibus venis, huius genera sunt quinque. Dicit autem Dioscorides, ꝙ ista gemma plures habet effectus noxios, digito portatus, vel collo suspensus excitat tristitiam, & multiplicat timores, mouet lites, & animos ad rixas, in pueris multiplicat saliuam

Cap. 16. Quæst. 181. Cur describat ita distincte a Moyse Phison.

Quæst. 183 De flumine Gihon.

Cap. 6. Bdellium duplex licet Indicũ, & Arabicum.

Quid Onychinus lapis.

Cap. 8.

Quid sit Bdellium.

Onychinus lapidis qualitates.

linam superfluam, & nociuam, non potest tamen nocere in præsentia Sardij, specularem habet naturam, & politam: & ideo ad modum speculi repræsentans imagines, & figuras, sed obscure. Dicitur etiam, quòd inuenitur ad signandam raritatem: nam non inuenitur in alijs regionibus, nisi in India, & Arabia.

Quæst. 183 De flumine Gihon.

Dicitur supra 3. cap. nomẽ fluuio secundo Gihon. iste fluuius est, qui vocatur a nobis, & a Græcis Nilus a Nilon, quod est limosum; est enim aqua eius valde limosa, & ideo totam terram, per quam transit, valde fecundat. De isto fluuio Auctores concordant, quòd sit Nilus: & interpretatur Gihon hiatus terræ, vel terreus, vtrunque sibi bene competit; nam fluuius iste alicubi a terra absorbetur, & alicubi apparet, sicut & cætera flumina, quæ exeunt de Paradiso; vocatur autem terreus, ideſt turbidus, vel lutosus, & idem significat nomẽ a Græcis impositum, scilicet Nilus, quod est limosus quasi terra resoluta plenus. De hoc dicit Isidorus lib. 13. Etymolog. cap. de fluminibus, scilicet Gihon fluuius de Paradiso exiens, atque vniuersam Aethiopiam eingens, vocatus hoc nomine, quòd incremento suæ exundationis terram Aegypti irrigat: Ge enim Græcè, Latinè terram significat. Hic apud Aegyptios Nilus vocatur propter limum, quem trahit, qui efficit fœcunditatem. Nam antea Nilus Latinè Melo dicebatur. Apparet enim in Nilide lacu, de quo in Meridiem versus excipitur Aegypto, vbi Aquilonis flatibus repercussus aquis, retro luctantibus intumescit: & inundationem Aegypti facit iste fluuius, sicut a limositate apud Græcos, & nos vocatur Nilus, ideſt limosus, ita & apud sacram scripturam vocatur Gihon, ideſt lutosus, vel terreus; & quandoque sine nomine proprio per suppletionem aliorum nominũ vocatur fluuius turbidus, ideſt obscurus propter limositatem: ita vocatur Iosue 13. cap. scilicet vniuersa Gessuri a flumine turbido, qui irrigat Aegyptum vsque ad terminos Accaron. Et sic fluuius qui irrigat Aegyptum, vocatur turbidus: & tamen ille est Nilus, quia nullus alius irrigat Aegyptũ. De isto fluuio sunt multa dubia, s. de loco originis eius, de causa inundationis Nili, quæ non inuenitur in alijs fluminibus, & quæ sunt terræ, in quibus exundat, & in quibus non, de quibus satis diximus supra 2. cap. 16. & 17. & 18. & infra 26. cap. tangetur, vt in ipsis locis requiratur.

Quæst. 184 An Geon circuit omnem terram Aethiopiæ.

Dicit quod iste fluuius circuit omnem terram Aethiopiæ, quod aliquis dicet esse falsum; nam Nilus non circuit omnem terram Aethiopiæ, sed in finibus Aegypti Mediterraneo absorbetur mari; & tamẽ ad hoc quod circuiret omnem terram Aethiopiæ, oportebat ꝙ perambularet terram Aphricę, in qua est Aethiopia: & tamen nullam partem Aphricæ tangit: sed in finibus Aegypti, quæ ad Asiam pertinet in Mediterraneum mare incidit. Dicendum quòd duplex est Aethiopia, scilicet in Asia, & in Aphrica, Nilus circuit Aethiopiam, quę est in Asia, & post Aethiopiam intrat in Aegyptum, veniens de parte Meridiana, & absorbetur mari magno, diuisus in septem alueos, & per septem hostia intrans. Aethiopiam vero, quæ est in Aphrica, neque circuit, neque tangit: & hanc nos vocamus communius Aethiopiam: quia est nobis propinquior, quàm terra Aethiopum Asianorum. Poterat autem dicere scriptura, quòd Gihon erat fluuius, qui irrigabat: & Aethiopiam circuit. Erat autem Iudæis magis notus Nilus, vt est in Aegypto, quàm vt circuit Aethiopiam: quia fuerant ipsi in Aegypto, qui irrigabatur Nilo. Et Deus facit eis mentionem de hoc Deuteronom. 11. dicens, quòd non est terra Chanaam, ad quam transeunt possidenda, sicut terra Aegypti, vbi iacto semine in ortorum morem aquæ ducuntur irriguæ. Sed dixit, quòd circuit terram Aethiopiæ. Primo, quia vult notificare flumina ista per id, quod propinquius est de eis ortui suo. Sed propinquius est ad originem, vbi circuit Nilus Aethiopiam, quàm vbi irrigat Aegyptum, ideo memorauit Aethiopiam, & causa aperta est: quia vult notificare istos fluuios, inquantum exeunt a Paradiso, sed propinquior est Paradiso Aethiopia, quàm Aegyptus. Secundo quia Nilus magis est in terra Aethiopiæ, ideſt longiorem tractum ibi habet, quàm in Aegypto. Cum dicatur, ꝙ circueat vniuersam terram Aethiopiæ; ista autem est longa terra. De hoc circuitu dicit Paulus Orosius lib. 1. de Ormesta mundi, ꝙ Nilus, vt multi Auctores volũt, incipit a principio littoris maris rubri, deinde longe contra Occasum desluit, faciens in medio sui insulam nomine Meroem, rursusque ad Septentrionem declinans, Aegyptum irrigat.

Quæst. 185 Tigris fluuius tertius in Mesopotamia.

Dicitur ꝙ nomen tertij fluminis est Tigris, ipse fluuius vadit contra Assyrios. Istud nomen Tigris est impositum a Græcis: & apud nos vsitatum; nam in Hebræo vocatur Hidequel. licet Iosephus lib. 1. Antiquitatum, vocat ipsum in Hebræo Diglat: & sic dicit ipse, Historia Scholastica vocari: sed parum differt: nam quando transfertur nomen Hebræum in literas Latinas, secundum conditionem earum, non ita sonat sicut in Hebræo. Sicut Hebræi vocant Iacob Zrael, nos dicimus Israel, quod est idem: & ita de multis alijs. Similiter hic aliud obstat, quòd est compositio, vel adiunctio articuli, scilicet Hi, & ideo ablato illo manet, Dequel, quod non multum distat a nomine, quod ponit Iosephus, ideſt Diglat: & vtrobique ponitur eadem significatio, scilicet angustum, & acutum. Nomen autem istud Tigris, quo nos vtimur, a Persis est introductum, per quorum terram fluit; signat enim sagittam: & ita vocatur propter sui velocitatem: quia fluit velociter, & sicut sagitta fertur. Et est istud nomen impositum bestiæ, & fluuio; fera enim Tigris dicitur propter sui velocitatem: nihil enim æquè velox est in cursu: vnde ratio eadem nominis fuit vtrique, & ambobus idem nomen impositum. Et differt etiam parum ab Hebræo: quia, Diglat, significat acutum: & hoc dicitur pro ratione velocitatis: quia acutum dicitur a penetrando faciliter. Et ita est motus eius facilis, quod non accidit in eo, quod est amplum, & habes: quia illius est tardus motus. De hoc dicit Isidorus libro 13. Etymolog. cap. de fluminibus. Tigris fluuius Mesopotamiæ, de Paradiso exoriens, & pergens contra Assyrios: & post multos circuitus in mare mortuum influens. Vocatur autem hoc nomine propter velocitatem instar bestiæ Tigris, nimia pernicitate currentis. Sed vocatur mare mortuum mare rubrum: nam in mare rubrum incidit Tigris, & non in mare mortuum, quod est mare Sodomorum. Cum autem dicitur quòd fluuius iste vadit contra Assyrios, nõ est intelligendum quasi veniat ab Oriente contra Occidentem: sicut plurimi accipiunt. Et causa ipsorum est, quia Tigris exit de Paradiso, & est Paradisus in Oriente: ideo Tigrim ab Oriente versus Assyrios fluere putant. Sed non est sic: immo Tigris procedit ab Occidente contra Orientem, & aliqualiter contra Meridiem: sed magis ꝯ Orientẽ, & tãgit regionem Assyriorũ in parte Occidentali eius. Et hoc patet ex sñia Isidori lib. 14. Etymol. cap. 4. & magis ex sententia, & verbis Pauli Orosij lib. 1. de Ormesta mundi. Est enim regio Indorum, maxime Orientalis: fluuius autem Tigris quantum ad suum manifestum ortum, totumq; decursum est multum Occidẽtalis ad Indiam: vnde inter fluuium Indum, qui est terminus Occidentalis Indorum: & fluuium Tigrim, sunt regiones quinque: & gentes

Cap. 21.

Tigris quare sic dicitur.

tes triginta duæ. Sunt enim regiones Aracusia, Assyria, Persia, & Media: & est ordo istarum sic, quòd Indus fluuius est in fine Occidentali terræ Indorum, & inde procedendo contra Occidentem est terra Aracusiæ, quæ ad Orientem habet fluuium Indum: postea sequitur Parthia versus Occidẽtem: licèt aliquãdo sit nomen generale omnium istarum gentium: postea Assyria, deinde Persia, & Media, & ad Occidentem omnium istarum est fluuius Tigris: & ideo hortus & decursus fluuij est magis Occidentalis, quã terra Assyriorum. Ideo si contra eam fluit, non potest fluere, nisi de Occidente contra Orientem: & qñ tetigerit Assyriam tanget eam primo in termino Occidentis. Et istud apparet in designatione terminorũ Asiæ, quàm facit Isidorus lib. 14. Etymol. scilicet Assyria ab ortu habet Indiam, a meridie Mediam tangit, ab occiduo Tigrim: a Septentrione montem Caucasum, vbi sunt portæ Caspij. Et ita iste fluuius Tigris tangit Mesopotamiam, & Assyriam. Mesopotamiã quidem habet totam ab Occidente: quæ clauditur inter ipsum, & Eufratem, & ab eis Mesopotamia Græco vocabulo dicitur: quasi in medio aquarum, idest duorum fluminum magnorum posita. Asiam autem habet ab Oriente: sed non statim tangit Assyriam in parte sui ipsius Orientali, sed alias regiones prius: & deinde quando processerit circa finem suum, tangit Assyriam: & tunc absorbetur a mari rubro. Et hoc totum obseruauit Moyses hic in modo loquendi: nã dixit, quòd Tigris vadit contra Assyrios: inquantum dixit vadit, significat, quòd procedit ab Occidente contra Orientem. Nam Moyses, & illi quibus ista scribebat, erant magis Occidentales, quàm fluuius, cum essent in Arabica solitudine circa terram Chanaan. Et si esset propinquior eis terra Assyriorum, quam Tigris, quando accederet Tigris ad Assyrios, diceretur venire, quia accederet magis ad terram, quàm isti tunc tenebant, idest, in qua erant, quam prius. Si autem esset econtrario, cum accederet Tigris ad terram Assyriorum, diceretur ire ad eos: quia elongaretur semper magis a loco, in quo nunc Hebræi erant: & tñ dixit Moyses ipse vadit contra Assyrios: ergo significauit, quòd procedebat Tigris ab Occidente versus Orientem ad hoc, quòd perueniat ad terram Assyriorum: & ita tanget terram illam a parte Occidentali illius. Etiam significauit Moyses, quòd non tangit Tigris regionem Assyriorũ statim, vt incipit manifestè fluere: sed transit per alias regiones, & ad finem tangit per terminos terræ Assyriorum: & tunc rubro absorbetur mari. Et hoc signauit Moyses cum dixit contra Assyrios: ac si dicat, non statim in suo ortu tangit terram Assyriorum, sed postea cum multum processerit.

Cap. 3.

Mesopotamia quare sic dicta.

Dicitur deinde supra. 2. cap. fluuius autem quartus ipse est Eufrates. Iste fluuius sic vocatur a Græcis, & a nobis: apud Hebræos vocatur Berath, idest frugifer, quia fructificare facit terram, per quam transit: licèt Iosephus lib. primo Antiquitatum dicat interpretari florem, vel dispersionem: & non est hoc inconueniẽs iuxta conditionẽm dictionum Hebraicarũ, quæ multa significant: potissimè, quia ista, quæ Iosephus ponit, non multum distant a fructificatione: quia flos, & fructus coniuncti sunt. Similiter dispersio ad multiplicationem pertinet, quia quod vnicum est, non dispergitur, quod verò multiplex, aut multiplicatum est, diuidi potest, & dispergi. De Eufrate dicit Isidorus lib. 13. Etymol. cap. de fluminibus, scilicet Eufrates fluuius Mesopotamiæ de Paradiso exiens copiosissimus gemmis, qui per Mediam Babyloniam influit: hic a frugibus, vel ab vbertate nomen accepit: nam Hebraicè, Eufrata, fertilitas interpretatur.

Qõ. 186. Eufrates fluuius Mesopotamiæ.

Mesopotamiam enim in quibusdam locis ita irrigat, sicut Nilus Alexandriam. Ista enim fertilitas, quam facit Eufrates est propter irrigationem: nam irrigat terram Mesopotamiæ in quibusdam locis. Et ista irrigatio prouenit non solum ex planicie terræ, quam facile est irrigari, sed præcipuè ex eleuatione, & augmento aquæ: nam intumescit fluuius in altum, & sic effunditur super plana terræ per alueos, & inuento limo aliunde terram fœcundat. Concordat autem cũ Nilo flumine Aegypti in istis augmentis non solum, quia intumescit, sed etiam quia ferè eisdem temporibus, quibus Nilus: licèt non ad tantam altitudinem excrescat: ideo incrementa Eufratis non sunt famosa, sicut incrementa Nili. Nilus quidem incipit quolibet anno intumescere, cum Sol est in Cancro, scilicet in Iunio: deinde cum inceperit transire ad signũ Leonis in principio eius est fortissima inundatio, scilicet ad medium Iulij. Cum autem peruenerit Sol ad Libram, quæ est ante medium Augusti, decrescit; & finito signo Virginis cum inceperit Libram circa medium Septẽbris, iam reddit Nilus ad priores alueos: sic. n. vult Solinus in Polistor. cap. 41. de Aegypto. Incrementa autem Eufratis fluuij fiunt circa eadem tempora, scilicet incipit qñ fuerit Sol in gradu vicesimo, quod est in principio mensis Iulij: & durat augmentum quamdiu Sol est in Leone: decrescit quãdo transit Sol ad Virginem: sic dicit Solinus in Polistor. cap. 46. de fluminibus Tigri, & Eufrate, scilicet deinde Eufrates præbens plurimas gentes, Babyloniam quondam Caldæorum caput diuidit, Mesopotamiã opimat continuę inundationis excessibus ad instar amnis Aegypti terras contegens inuecta soli fœcundi tate ijsdem fermè temporibus, quibus Nilus exit, Sole, scilicet in parte Cãcri vigesima cõstituto: attenuatur cum iam Leone decurso ad extima virginis transitum facit: quod gnomonici similibus parallelis accidere contendunt: quas & cœli, & terrarum positione æqualitas normalis effecit lineæ: vnde apparet ista duo flumina ad modum eiusdem perpendiculi constituta: licèt diuersis manent plagis, eaſdem incremẽti causas habere.

Attende quo modo Nilus incipiat crescere, & decrescere.

Sed quæretur, cum Moyses in alijs fluminibus fecerit aliquam designationem, quare non fecit circa Eufratem, sed solum dixit, quòd Eufrates erat fluuius quartus. Dicendum, quòd causa fuit, quia Moyses voluit notificare ista flumina, & quanto aliquid est magis ignotum, tanto pluribus indiget notificationibus, quod verò notius est, paucioribus indiget: id eñ quod a sensu remotius est, minus notum est. Et ob hoc, quia Phison primus fluuius erat magis distans a conspectu Iudęorum, cum sit in terra Indorum, plures ei notificationes posuit: secundus, & tertius, idest Nilus, siue Gion, & Tigris minus a terra Iudæorum distabant, cum Tigris tangat Mesopotamiam a parte Orientis, & Nilus intret Aegyptum: ideo de his pauciores posuit notificationes, solum dicens per quas terras transibant: & non omnes, sed paucas: nam de Gion, idest Nilo dixit, quòd circuit omnem regionẽ Ethiopiæ: de Tigri dixit, quòd vadit contra Assyrios: de Eufrate autem nihil dixit, quia totaliter eis notus erat. Nam a principio sui de parte Septentrionis vsque ad finem suum, quãdo mari rubro immergitur est magis coniunctus terræ Iudęorum, quàm aliquis de alijs fluuijs: nam transit per terram Occidentalem Mesopotamiæ, & vadit Babylonem, transitque per medium vrbis: & per Caldęam. Iste autem regiones sunt propinquæ ad terram Chanaan: & ideo non oportebat, quòd de illis eis sermo fieret. Secundo, quia erat eis maior notitia de hoc flumine, quia apud illud conuersati fuerant parentes eorum, & ipsi

Qõ. 187. Cur Moyses nõ descripsit Eufratem. 1. Ratio.

& ipsi conuersaturi erant. Nam transit Eufrates per Mesopotamiam, vbi habitauit Abraham cum patre suo Thare in Chara. sup. 11. cap. & de regione illa fuit Rebecca mater Iacob. s. de vrbe Nachor. infra 24. Et inde etiam fuit Rachel, & Lia sorores, quæ fuerunt vxores Iacob: & in regione illa nati sunt omnes filij Iacob prẽter Beniamin, qui fuerunt principes duodecim tribuum Israel: & patet. infra 28. 29. & 30. cap. Et quòd plus est, quia iste fluuius tangebat extremitatem terræ illius, quam Deus promiserat Iudæis habitandam, & de qua ipse Moyses locuturus erat: sicut infra dixit. 15. cap. semini tuo dabo terram hanc a fluuio Aegypti vsque ad flumen magnum Eufratem. Et ita propter magnam notitiam, quam Israelitæ de isto flumine habebant, dixit Moyses pauciora, de eo nihil notificans sicut in alijs. Erat autem tam notus iste fluuius Iudæis, quòd interdum sine nomine speciali, & proprio per nomen generale fluminis cognoscebatur: vt patet Iosue. 24. cap. scilicet. Transfluuium habitauerunt patres vestri ab initio: & non dicitur quis fluuius: sed intelligitur de Eufrate: quia ille erat fluuius Mesopotamiæ, in qua Mesopotamia certum est, quòd habitauerant patres Iudæorum, scilicet Abraham, & Thare. Et vocatur fluuius absolute, quia in tota terra illa non erat aliquis fluuius tam magnus, & ideo erat famosus: & patet infra 15. cap. Cum dicitur Semini tuo dabo terram hanc a fluuio Aegypti, vsque ad fluuium magnum Eufratem.

Quæretur nunc circa ista flumina quare noster trãslator posuit duo nomina eorum, sicut habentur in Hebræo, scilicet Gihon, & Phison: duo autẽ alia posuit non sicut in Hebræo, scilicet Tigris, & Eufrates. Aliquis dicet factum esse hoc, quia duo illorum habent nomina apud nos secundum nostram consuetudinem: & aliorum duorum nomina ignorãtur: ideo non stat: quia etiam aliorum duorum sunt nomina vsitata apud Latinos, & Græcos præter illa nomina Hebræa, scilicet Gihon vocatur Nilus, & Phison vocatur Ganges. Ita dicit Isidorus lib. 13. Etymol. cap. de fluminibus, & alij scriptores eisdem nominibus vtuntur tam apud nos quàm apud Græcos. Aliquis dicet, qꝑ verum est fuisse, & esse nomina pro illis fluminibus propria apud nos: & tamen non erant cognita apud Hebræos, scilicet an nomina illa fluuiorum, quæ ponuntur apud eos significent id, quod ista nomina apud nos: ideo transferentes de Hebræo reti-nuerunt nomina illa Hebræa. Sed dicendum, quòd quando Hieronymus, qui hoc transtulit vertit de Hebræo in Latinum erant cognita apud Hebræos nomina, quibus nos vtimur, & erat notum, quòd idem significant illa duo nomina Phison, & Gihon apud eos, quòd ista duo Ganges, & Nilus apud nos: nam Iosephus scripsit prius librum Antiquitatum: quam Hieronym. transtulerit de Hebræo in Latinum, quia erat Iosephus tempore Neronis Dux belli cõtra Romanos, & Vespasianum: quod erat quadraginta annis, vel quasi post mortem Christi, vt patet ex libris suis de Bello Iudaico, & sic forte natus esset Iosephus, cum mortuus est Christus. Hieronymus autem quasi per quadringentos annos post Christi nativitatem trãstulit de Hebræo in Latinum, & ita iam multo ante scripserat libros Antiquitatum: quos & ipse Hieronym. allegat in Commentarijs suis super Matthæum ad notificandum historiam Herodis, & tamen Iosephus libro primo Antiquitatum in principio ponit nomina istorum fluuiorum tam secundum Hebræos, quàm secundum vsum Græcorum, & nostrum, scilicet Eufrates Tigris, Ganges, & Nilus: ergo potuit Hierony. ponere nomina illa.

Qõ. 188. Cur duo nomina eorum ponuntur non sicut in Hebræo, alia duo non.

Cap. 11.

Determinatio.

Dicendum ergo, quòd Hieron. non posuit, nisi nomina Hebræa pro illis fluuijs, non nomina, quibus nos nunc vtimur: causa est, quia licet ipse nosset ea: non erat tamen tantæ auctoritatis, vt ea ponere vellet in sacra scriptura, quæ ab omnibus susципienda erat. Neque etiam sufficiebat, quòd Iosephus, qui Hebræus erat istud sentiret: quia non erat tanta auctoritas eius, vt id quod ipse dicebat ab omnibus Catholicis susciperetur. Sed causa vera est, quia Hieron. transferebat de Hebræo in Latinum, & hoc erat ad tollendum aliquos defectus, & corruptiones, qui erant in translatione interpretum septuaginta facta de Hebræo in Græcum: quæ translatio ab omnibus Catholicis susceptа erat in magna auctoritate, & omnes ecclesiæ illam tenebant, vt dicit Hieronym. in prologo suo super Paralipomen. qui incipit, si septuaginta interpretum. Hæc autem translatio habebat, quòd duo flumina, idest Diglat, & Perath, vocarentur Tigris, & Eufrates: & ita nomina eorum in Græcum verterant. Pro alij duobus, scilicet Phison, & Gihon: non posuerunt nomina Græca, aut Latina: sed reliquerunt sicut erant in Hebræo, scilicet, Gihon, & Phison: & ita habebatur apud omnes ecclesias, quando Hieron. transtulit; ideo non ausus est, ipse aliter transferre, quia non acciperetur in authoritate translatio sua: quia licèt in multis alijs ausus fuerit Hieronym. emendare translationem interpretum, & immutare eam, non ausus fuit hic: causa est, quia in alijs probatio erat manifesta ex litera Hebraica, cuius cognitio apud multos erat, & scirent illa versa in Latinum: sed hic non ausus est, quia interpretes transtulerunt nomina Hebręa, scilicet Gihon, & Phison: in quo non poterat esse error aliquis. Si autem loco horum scriberet Hieron. Ganges, & Nilus, non erat certum, qꝑ ista duo flumina essent, quæ significarẽt eosdem fluuios, quos significant illa Hebręa nomina Phison, & Gihon. Nam si negaretur nõ erat aliqua probatio ad hoc, nisi sola scribentis auctoritas. Hieron. aũt non erat tantæ auctoritatis, vt ei sine probatione omnes ecclesię crederent, cum & bonæ translationi suæ a principio multi repugnarent, quod fecit Aug. lib. 18. de ciui. Dei. Ideo non ausus est ponere pro eis noĩa Latina, aut Græca: licet ipse ea sciret, & iam alij ea posuissent: sicut fecit Iosephus, vt dictum est. Secus aũt fuit quantũ ad alia duo nomina, Diglat, siue Hidequel, & Perath, Hebræa, loco quorũ habemus Tigris, & Eufrates: quia septuaginta interpretes pro eis posuerunt Tigris, & Eufrates: poterat enim Hieronym. hic alterutrum facere, vel ponere nomina Hebræa, Hidequel, & Perath, vel Græca, idest Tigris, & Eufrates: & in neutro poterat reprehendi. Nam si poneret nomina Hebræa, nemo poterat dicere eum falsum dixisse, quia ita Hebræa veritas haberet: si autem poneret Tigris, & Eufrates: licèt esset dubium, an verum diceret: nemo tamen eum argueret, quia ita scripserant septuaginta interpretes: quorum authoritatem omnes ecclesiæ susceperant: voluit tamen potius scribere nomina Græca, quàm Hebræa, quia translatio fiebat ad exponendum, & manifestandum: ponendo autem nomina Hebræa nihil manifestabatur: sed potius erat res obscurior, quam præfuerat, cum interpretes posuissent nomina nota, idest Tigris, & Eufrates, ergo debuit Hieron. sic scribere, & ita fecit.

Qõ. 189. Cur interpretes ꝑ Gihon, & Phison nõ dixerunt Ganges, & Nilus.

Sed dicetur quare interpretes vertentes in Græcũ nõ posuerunt nomina pro his duobus, scilicet Gihon & Phison, cum habeantur Ganges, scilicet & Nilus. Dicendum, quòd hoc fuit ex ignorantia Græcorum vocabulorum. Non enim verterunt sic ex intentione di-

ne dimittendo aliqua nomina ignota in Hebræo, cum potius interpretatio eorum foret, quicquid Hebræum erat, Græcum efficere; Cum ad hoc eos Rex Ptolomeus congregasset: sed ibi Hebræa vocabula reliquerunt, vbi loco eorum non inuenerunt quid ponerẽt in Græco. Istud autem non prouenit quasi ipsi essent parum docti in Græco, cum haberentur vt doctissimi in vtroque idiomate, sed fuit quia apud Græcos nondum habebantur talia nomina, vel nõdum de eis certum erat: vtrumque est satis rationabiliter dictum.

De primo patet, quia Græci posuerunt nomina quasi omnibus rebus notabilibus mundi, scilicet gentibus, prouincijs, fluminibus, montibus velut omnibus ad eos pertinentibus: hoc autem non fecerunt ab initio, neque simul: sed successione temporum, sicut dicit Iosephus libro primo Antiquitatum, scilicet alij autem, vt habitatoribus clarum visum est conuersionẽ nominum fecerunt. Græci tamen sunt rei huius auctores, qui posteris temporibus confortati etiam antiquorum gloriam propriam effecerunt, & gentibus nominibus exornauerunt, vt eis sapiens videbatur esse: ornatum vtique ponentes eorum reipublicæ velut a se constituræ. Poterat ergo esse, quòd Græci imposuissent nomina horum duorum fluminũ Tigris, & Eufrates, & interpretes inuenientes ea Græca posuerint illa. Pro alijs duobus, ideſt Gihon, & Phison, nondum Græci posuissent ista nomina Nilus, & Ganges: & ideo interpretes nõ inuenientes pro eis nomina Græca relinquerunt Hebræa, quæ præcesserant. Hoc autem satis verisimile est, quia multa, quæ sunt in sacra scriptura acceperũt, postea noua nomina, quę non habebant tempore interpretum: sicut mare Cenereth, quod tam in Hebræo, quàm apud interpretes vocatur mare Genereth Numeri 34. cap. & tamen postea vocatum est mare Genezareth, & mare Tiberiadis: Luc. 5. & Ioan. 6. cap. Et hoc est, quia fuit nomen mutatum in honorem Tiberij: sicut asserit Hiero. super Mat. Similiter multa loca hoc passa sunt: nam tam in Hebræo, quàm apud interpretes illa ciuitas, quam acquisierunt filij Dan contra Aquilonem vocatur Lesendam, & vocabatur prius Lesem. Sic patet Iosue. 19. & Iudi. 18. cap. Ita vocabatur tempore interpretum. Neque habuerunt aliquod aliud nomẽ Græcum, quod ponerent postea: tamen mutatum est nomen ciuitatis, & vocata est Paneas, aut Velunas, qđ nomen adhuc manet, & aliud etiam nomen habuit tempore Christi: nam vocata est Cæsarea Philippi: ita habetur Matth. 16. cap. & Hieronym. dicit illam eandem esse, quæ vocabatur prius Lesendan: & tamẽ nomina ista, quibus postea vsi sunt Græci non potuerũt tunc ponere interpretes: quia nondum erant. Sic igitur potuit esse de his duobus Ganges, & Nilus. Et adhuc istud est verisimile: nam nomen Nili non est antiquum, Cum prius habuerit aliud nomen Latinũ, Melo enim vocabatur, vt ait Isidorus lib. 13. Etymol. cap. de fluminibus. Quod vero obijcitur de Iosepho, qui omnia ista nomina posuit, ideſt Ganges, Nilus, Tigris, Eufrates. Dicendum, quòd non obstat, quia Iosephus fuit multo tempore post trãslationem interpretum plusquam trecentis, & quadraginta annis. Et ita poterant esse omnia ista nomina iam cognita, qñ ille scribebat, & non fuerunt tempore interpretum, quia in hoc tempore medio Græcorum ingenia floruerunt. Secundum etiam erat valde verisimile: poterat. n. esse, q tempore interpretum essent illa noĩa imposita a Græcis, Ganges, & Nilus: & tñ non esset certum apud interpretes, an essent eadem flumina, quæ illi significabant per Gihon, & Phison. Et istud non poterat euenire, nisi, quia non erat notum quid significabatur apud Hebræos per Gihon, & Phison: nam

Solutio obiectionis.

apud Græcos certum erat, quid significabaẽ per Gangen, & per Nilum: sed Iudæi non ita cognoscunt de nominibus suis proprijs regionum, montium fluminum, vel aliarum rerum quid significent. Causa autem est illa, quam posuit Iosephus, li. primo Antiquitatum, scilicet nomina, quæ habentur in sacra scriptura sunt illa, quæ habuerunt res a principio sui in varia tione idiomatum, uel quæ adhuc prius habebant in illo idiomate cõi vniuersæ terræ: postea autem factæ sunt multæ mutationes, tam a gentibus populis, q Græcis præcipue: & ita nescitur quomodo vocatur nunc id, quod tali nomine a Moyse vocatum est, vel quid tale, aut tale nomen significat de rebus, quæ nũc sunt. Non potest autem sic esse de nominibus impositis a Græcis, quia illa manent vsque nunc, neque successerunt eis alia: ideo non poterat dubitari quarũ rerum sint illa nomina. Et ideo si tempore interpretũ essent apud Græcos ista duo nomina Ganges, & Nilus, non poterant interpretes dubitare, quid illa significarent: sed dubitarent, quid significarent ista duo Gihon, & Phison: ideo nescientes an Ganges, & Nilus essent illa duo flumina, quæ significãt hic duo nomina Gihon, & Phison, non voluerunt ponere Ganges, & Nilus, sed reliquerunt Hebræa, Gihon, & Phison, nõ fuit sic de Hildequel, & Perath: quia ista duo significabant flumina magis coniuncta terræ Iudæorum, s. Tigri, & Eufratem: & ideo Iudæis manentibus in terra sua fuerat semper cognitum, quid significaretur per ea: & ideo sciebant, quòd idem erat, quod significabatur per illa Tigris, & Eufrates: & ob hoc illa posuerunt: alia vero reliquerunt Hebræa.

Sed aliquis dicet cum Gihon ponatur pro Nilo, Quæ nunc apud nos, vt dicit Iosephus, & Isido. & iste esset coniunctus terræ Iudæorum: quia transit per termi nos eorum, quomodo non erat cognitus ille fluuius Iudæis, vt scirent ponere pro illo Nilum, & non Gihon in Hebræo. Dicendum, q hoc fuit propter variam opinionem de origine Nili, & de cursu eius: & quia Moyses non dixit de Gihon, quòd ipse est qui circuit Aegyptum: sed quòd ipse circuit vniuersam terram Aethiopiæ: nam si diceretur, qui irrigat Aegyptum, notum esset pro quo dicebatur, & hunc Grẽci Nilum vocant: sed dicitur, q circuit terram Aethiopiæ. Et licèt verum sit, q idem sit, qui Ethiopiam circuit, & qui irrigat Aegyptum: tñ hoc non est apud omnes certum, cum de Nili decursu varia sit opinio apud auctores, sicut ponit Paulus Oro. lib. 1. de Ormesta mundi. Alia forte causa est, quia scriptura noluit dicere, qui irrigat Aegyptum, & dixit qui circuit terram Aethiopiæ, cum proximius esset dicere de Aegypto: & putatur esse cã, quasi voluerit esse idẽ, cum dicitur, fluuius, qui circuit Aethioiam, & qui irrigat Aegyptum. Tertia causa dubitandi est, quia scriptura sæpe postea nominat fluuium Aegypti: tñ nunquam vocat eum Gihon, sicut hic, sed aliis noĩbus, s. fluuiũ Aegypti, vel fluuium, qui irrigat Aegyptum, aut fluuium turbidum. Et ita interpretes non erant certi an Gihon apud eos significaret id, quod Nilus apud Græcos: vnde nec ausi sunt ita dicere, sed reliquerunt in Hebræo nomen Gihon.

Sed adhuc circa ista quatuor flumina Paradisi aliqui obijciunt, quòd non possint ista esse, quæ de Paradiso fluunt: quia cum aquarum fluxus fiat per continuum, posset per quodlibet fluuium illorum veniri ad Paradisum: & tamen per nullum illorum venitur: ergo non est hoc verum. Dicendum, quòd Paradisus non potest inueniri per ista flumina: & causa est, quia nullum istorũ fluit manifesto decursu a Paradiso vsq; ad nos. i. ad terras Asiaticas notas: sed subterraneis absorbentur hiatibus: & cum in longũ fluxerint,

rint, in alio rursus renascuntur orbe: intercepta autem continuitate fluendi non potest per hæc flumina cognosci Paradisus. Sed rursus obijcitur, quòd non sunt hæc flumina orta de Paradiso: quia omnium horum capita alicubi inuenimus: & philosophi atque scriptores asserunt in locis certis ea fontem habere. Dicendum quòd ex præcedenti patet solutio: hæc enim flumina non habent ibi primo originem, vbi habere videntur: sed inde longe, quod scriptoribus gentium ignotum est: Ipsi vero inde illa dicunt primo oriri, vbi primo orta vident: sed non est sic: quia auctoritas sacræ scripturæ, quæ est maior omnibus auctoritatibus humanis: vt dicit Augustinus lib. de consensu Euangelistarum: & super Gen. ad literam asserit illa de Paradiso orta. Suadetur autem istud ex eo quod nos videmus: aliqua enim flumina sunt in regionibus Hispanorum, & Frãcorum, quæ aliquando fluunt, aliquando absorbentur, & postea alibi apparet eorum decursus, & constat ex apertissimis signis eandem esse aquam. Similiter philosophi, & scriptores gentium hoc confitentur, cum & ipsi hoc experiãtur: sic dicit Seneca lib. de naturalibus quæstionibus, de fluuio Alpheo, & Arethusa fonte, quos constat in prouincia Elidis, & Pisæ in Græcia esse: sed cum ibi absorbeantur subterraneo meatu labentia, teste Ouidio, in insula Ortigiæ caput emergunt, vbi & rursus absorta sub tota Ionij maris profunditate delapsa, demum in Sicilia apud Siracusio palearum in Græcia, quæ post certa tempora in Sicilia tandem videntur: vt ait Seneca lib. 5. de quæstionibus naturalibus. Scriptores autem gentium, quibus nihil notum est, nisi quod aut sensu percipiunt, aut ratione cõuincunt, aut quod in communi auctoritate susceptum est, hæc putant esse capita fluminũ, quæ videntur. Nos vero qui sacræ scripturæ magis credimus, quam eis, quæ oculis nostris conspicimus, iuxta Petri testimoniũ 1. cap. Cum per reuelationem habeamus ista quatuor flumina de Paradiso habere primam originem, ita asserimus, licet in alijs partibus orbis renasci ea postea sciamus.

Quæstio. De ortu horum fluminum qui dicuntur Paradisi fore.

Sed nũc est dubium de ortu eorum secundum id, quod auctores asserunt: & secundum quòd videtur primo posuit: & nos Gangem appellamus. Dicit enim historia Scholastica: Gangem nasci in locis Caucasi montis, quod verum est: sed breuiter dixit, & idem Geruasius libro de ocijs imperialibus decimo prima asserit. Alij autem dicunt incertis fontibus nasci, sicut Solinus in Polistore cap. de India, scilicet Maximi in ea amnes Ganges, & Indus, quorum Gangem quidam fontibus incertis nasci, & Nili motibus exoriri. Sed Paulus Orosius lib. 1. de Ormesta mundi dicit, quòd Ganges nascitur inter Dacas, & Parthienas, & Sacarrancas in monte, qui Oscolares dicitur. Omnium autem istorum eadem sententia est: licet videantur in nominibus discrepare: nam Ganges nascitur de monte Caucaso. Historia autem Scholastica vocauit eum sic nomine generali, & consuso, Solinus autem, & Paulus Orosius proprijs nominibus appellauerunt.

Circa quod considerandum, quòd mons Caucasus, & Taurus apud multos pro eodem monte accipiuntur: sic enim asseruit Solinus in Polistore cap. de Cilicia: sed Paulus Orosius lib. 1. de Ormesta mundi ostendit, cum esse diuersum per fluxum Eufratis fluminis, qui effusus à radicibus montis, & contra meridiem tendens, Taurum montem ad sinistrã relinquit, Caucasum autem ad dextram: sed quicquid sit, siue

Taurus, & Caucasus idem sit, siue differant, constat Caucasum montem in longum extendi a mari Indico ab Oriente vsque ad mare nostrum Mediterraneum ab Occidente apud Græciam. Iste mons cum per varias regiones extendatur, non idem nomen apud omnes habet: sed partes illius montis diuersis appellant nominibus: quasi diuersa iuga diuersi sint montes, & non vnus. Et ista nomina dupliciter accipit; primo accipit nomina, quæ absolute in se ei conueniunt. Secundo nomina à regionibus per denominationem, & non secundum substantiam. Prima autem nomina secundum Paulum Orosium libro de Ormesta mundi ita distinguuntur. Incohando enim ab Occidente versus Orientem incipit mons Caucasus iuxta mare Cimericum: & inde tendit inter Colchos, & Albanos, qui sunt iuxta mare Caspium, & videtur esse vnicum iugum eis ab Occidente vsque ad Orientem. Et ibi statim inter Colchos, & Albanos, vbi est altissimus, vocatur mons Caucasus, & ibi habet ostia, vel portas caspias, quas facit mare Caspium. A portis autem Caspijs procedendo cõtra Orientem vsque ad Armeniæ pilas, & vsque ad fontem Tigridis fluminis inter Armeniam & Hiberiam, iam non Caucasus, sed montes Acroceraunij vocantur: quod Latine vocantur montes combusti, vel igniti. Sic enim dicit Isidorus libro 14. Etymo. cap. de mõtibus: Acroceraunij, propter altitudinem, & fulminum iactus vocati sunt. Græce enim Ceraunos, fulmen dicitur. Sunt autem inter Armeniam & Hyberiam, incipientes à portis Caspijs, vsque ad fontem Tigridis. Et licet videatur ibi Isidorus ponere Acroceraunios montes, vt distinctos à Caucaso: sed non ponit: quia alia pars illius montis est, quæ stricte vocatur Caucasus, alia, quæ vocatur montes Acroceraunij. Deinde à fonte Tigridis procedendo contra Orientem vsque ad ciuitatem Carras, illa pars montis huius, quæ est inter Partos, & Massagetas, dicitur mons Arioxarzanes. Procedendo autem à ciuitate Carris versus Orientem vsque ad oppidum, quod dicitur Cathippi pars huius montis, quæ inter Hyrcanos, & Bactrianos est, Memali dicitur, vbi nascitur Amomus: & statim proximum iugum montis illius vocatur mons Parthan. Deinde ab oppido Cathippi vsque ad vicum nomine Safrum procedendo semper ad Orientem inter Dathassaraucas, & Parthienas in India mons iste Oscobares dicitur. Et ibi ad radices eius erumpit fluuius Ganges, & nascitur Laser. est enim Laser herba, cuius etiam succus Laser dicitur: & à quibusdam vocatur Apium cirenaicum, de quo Isidorus libro 17. Etymol. cap. de herbis aromaticis. Postea procedendo a fonte fluminis Gangis vsque ad fontes fluminis Ortogorræ, qui sunt contra Septentrionem, vbi sunt montani Peropanisadæ, vocatur mons ille Taurus. A fontibus autem fluminis Ortogorrę vsque ad ciuitatem Ortogorram inter Scythas, & Gangaridas procedendo vocatur mons ille Caucasus. Vltima autem pars montis huius in fine Orientis peruenit ad Oceanum inter Coas, & Pasiadras, vbi est promontorium Samaria iuxta Oceanum, & flumen Crisoroas, & illa pars vocatur mons Imaus. Iste est modus omnium, quæ ponit Paulus Orosius. Solinus autem in Polistore cap. de Cilicia ponit nomina montis huius incipiendo econtrario ab Oriente cõtra Occidentem, & in quibusdam cum Paulo concordat; in alijs discrepat dicens, quòd mons iste in India vocatur Lamos, statim contra Occidentem vocatur Propanisinos. Deinde apud Parthos vocatur Choatros; deinde Nerifates, postea magis ad Occidentem vocatur Taurus: vltimo autem vbi eleuatur in maximam sublimitatem vocatur Caucasus. Dicit autem quòd

Caucasus dupliciter capitur.

Acroceraunij mõtes, quare sic appellati. Cap. 8.

Laser herba à quibusdam Apium Cirenaicum dictum. Cap. 9.

Discrepat quibusdam Solinus à Paul. 1.

cum ad Græciam peruenit Ceraunins dicitur.

Alia nomina sunt huius montis, quæ non sunt eius: sed per denominationem accipit illa a populis, apud quos partes eius sunt. Nam à latere dextro vocatur Hyrcanus, & Caspius, à Caspijs & Hyrcanis: à sinistro vocatur Amazonicus, Moschicus, & Scythicus: Habet etiã in tribus locis portas, quæ sunt aperturæ, vel discontinuationes eius incidentibus maribus. Primæ portæ incipiendo ab Oriente sunt Armeniæ, postea sunt portæ Caspiæ, vltimæ sunt portæ Ciliciæ. Ita enim Solinus asserit.

Tres portę istius montis.

Quæs. 194. De origine varia Gangis.

Nunc redeundo ad ea, propter quæ istud fuit introductũ, dicendum quòd mons Caucasus habet omnia ista nomina, & ideo cum authores velint dicere, quòd de illo oritur Ganges, varie illud significare potuerunt. Nam historia Scholastica, & Geruasius dixerunt, quòd nascitur de monte Caucaso, accipiendo Caucasum generaliter pro toto monte in omnibus partibus suis; sed Paulus Orosius dixit, quòd nascitur de monte, qui Oscobares dicitur: quia illa pars Caucasi montis dicitur Oscobares apud Indos, sicut patet in præcedenti assignatione partis eius. Solinus autem dixit, quòd exoritur a mõtibus Scythicis, in quo etiam montem Caucasum significauit: sed ille pro diuersitate populorum, iuxta ipsum accipit diuersa nomina, & alicubi Scyticus, & alicubi Hyrcanus, & alibi Amazonicus dicitur: quia pars illa Caucasi, de qua oritur Ganges, à Scythis prope habitãtibus a parte sinistra vocatur mons Scythicus. dixit Solinus, quòd nascitur de montibus Scythicis.

De situ Gãgis.

Sciendum autem quòd situs fluminis Gangis in decursu suo talis est: incipit enim in monte Oscobares, qui est pars montis Caucasi: & est ad partem Septentrionalem Indiæ; deinde fluit contra Meridiem, & circuit terrã Euilath, postea dirigitur contra Orientem, & Oceano Indico excipitur. Et de hoc dicit Paulus Orosius libro 1. Asia ad mediam frontem Orientis habet in Oceano ostia fluminis Gangis, scilicet illa, per quæ intrat in mari. Et ista ostia sunt quasi ad medietatem Asię inter Septentrionẽ, & Meridiem: ideo dicuntur esse ad mediam frõtem Orientis. Iste fluuius Ganges per solam Indiam decurrit, & facit quandam insulam, populosissimam gentem continentem, vt dicit Solinus in Polistore cap. de India: & rex illius insulæ habet quinquaginta millia peditum in armis. Idem Solinus refert notabile de fluuio Gange, quòd habitatores terræ iuxta fontem fluminis Gangis nullo cibo indigent: sed solo odore pomorum sustentantur, quæ in siluis istis nascuntur: & si extra loca illa eos pergere conuenerit, poma illa secum ferunt, vt etiam itinerantes eorum alantur odore: nam si acciderit eos trahere grauem odorem, moriuntur: cum autem Gangis fontem qui accolũt nullius ad escam opis indigeant, viuunt odore pomorum siluestrium; longiusque pergentes eadem illa in præsidio gerunt, vt olfatu alantur: quòd si tetriorem forte spiritum traxerint, exanimari eos certum est. Hæc de flumine Gange, quem Moyses Phison vocat, dicta sunt.

Attende de habitatoribus Gãgis, qui solo pomorũ odore alũtur.

Quæs. 195. De ortu fluuij qui dr Gihon aut Nilus.

Secundus fluuius erat Gihon, quẽ nos Nilum vocamus, quem etiam certum est ex Paradiso habere originem: sed quia cursum continuum super terram non habet, putatur alibi habere originem. Et cum de multis alijs fluminibus dubitetur, nullum est de cuius origine maior inter sapientes dubitatio extiterit: vnde & Aristot. libellum vnum de origine, & inundatione Nili conscripsit. Multi autem de eo varie loquuntur: sed celebriores opiniones sunt tres. Prima quòd oriatur in littore maris Rubri. Secunda quòd apud atlantem. Tertia, quòd apud duas petras in labyrinthis magnis herbosis. Est opinio prima communior: hanc enim tenet Aristo. lib. de origine, & inundatione Nili: hanc quoque Paulus Orosius tenet libro primo, cum ait: Nilus de littore incipientis maris Rubri videtur emergere in loco, qui dicitur Mosylon: inde diu ad Occasum profluens, facit insulam nomine Meroen in medio sui. Nouissime ad Septentrionem inflexus tempestiuis auctus incrementis plana Aegypti irrigat.

Prima opinio.

Secunda opinio.

Secunda opinio est, quòd apud Atlantem mõtem oriatur: est autem Atlas mons inferioris Mauritaniæ: & iuxta horum sententiam, cum lacum effecerit magnum, quem Nilidem vocant, mox absorbetur arenis, & sub terra fluens, peruenit contra Orientem. Hanc sententiam tenet Hierony. super Amos: Historia Scholastica, & plurimi, sed qui eam maxime confirmat est Solinus in Polistore cap. de Aegypto, & iuxta hoc Nilus oritur de extremitate Occidentis, scilicet in Mauritania iuxta mõtem Atlantem. Prior autem sententia vult quòd emergat de Oriente: facilius autem creditu est dici, quòd de Oriente nascatur, quàm de fine Occidentis: cum certum sit eum de Paradiso primam habere originem: & non erat satis verisimile, quòd totam terrę lõgitudinem, ideſt a principio Orientis vsque ad finem Occidentis subterraneus permeet in nullo loco emergendo.

Et tamen hanc sentẽtiam velut multum celebrem refert Paulus Orosius libro primo, sed non consentit ei, dicens illum esse diuersum fluuium ab eo, qui de Oriente decurrens Aegyptum irrigat, cum ait, hunc aliqui authores ferunt haud procul ab Atlante habere fontem, & continuo arenis mergi, inde iecto spacio breui, vastissimo lacu exundare, atque hinc Oceano tenus Orientem versus per Aethyopica deserta prolabi: rursumq; inflexum ad sinistram ad Aegyptum descendere: quod quidem verum est, esse huiusmodi fluuium magnum, qui tali ortu talique cursu sit: & re vera omnia, quæ Nilus mõstra gignat, quem vtique prope fontem Barbari Dara nominant; cæteri vero accolæ Nubul vocant: sed hic in regione gentium, quæ libiæ Aegyptiæ vocantur. Hic procul ab illo fluuio, qui à littore maris Rubri prorumpere diximus, immenso lacu acceptus assumitur: nisi forte occulto meatu in alueum eius, qui ab Oriente descendit, eructet.

Ista positio, & confutatio, quam facit Orosius est multum rationabilis, secundum quam Nilus oritur de principio littoris maris Rubri in parte Orientis. Iste autem fluuius, qui ab Occidente iuxta Atlantem nascitur, giguit eadem, quæ Nilus: sed non est Nilus; nisi forte dicatur, quòd quando absorbetur a terra iuxta Nilum, eructat in Nilum, & coniungitur ei. Tertia positio est Senecæ libro quinto de naturalibus quæstionibus: vult enim quòd imperator Nero miserit duos centuriones ad inquirendum caput Nili: venerunt ad regem Aethyopiæ, qui commendauit eos alijs regibus per quorum terras Nilus fluebat; cum multum ascendissent, venerunt ad quosdam populos, apud quos erant magni lacus herbosi in Nilo: qui nauigio transfretari non poterant, de quibus omnes desperabant posse vltra procedere. Et neque ipsi accolæ terrę sciebant an lacus inde inciperent, vel aliunde in eas aquas defluerent: viderunt tamẽ in aqua esse duas petras magnas, apud quas aqua fortius ebulliebat: hoc autem comperto reuersi sunt. Cõcludit ibi Seneca cp sub terræ superficie terra limosa est, & humiditatibus plena: quæ in vnum concurrẽtes locum magnos lacus efficiunt: de quibus cum imperu fluuij manant. De alijs pertinentibus ad Nilum nihil nũc dicemus: sed tangentur alia ℣. 26. c. solũ hoc concludimus,

Tertia opinio.

cludimus, quòd vbicũque Nilus nascatur certum est venire in Aegyptum, & illam irrigari: ibi autem diuisus Nilus in septem ostia, vt poetæ dicunt a mari Mediterraneo absorbetur: sed de istis ostijs tangetur infra 15. cap.

Quæs. 196. De ortu fluuij qui dicitur Tigris.

Tertius fluuius est Tigris, qui vadit cõtra Assirios, de cuius origine, & fine dicimus: hic enim iuxta veritatem de Paradiso primã habet originem, sed quia nobis non ita videtur, inde ponendum est eius principium, vbi illud authores certissimi esse dixerunt. Inter Tigrim & Eufratem fluuios ista est habitudo, quia Tigris est magis ad Orientem: Eufrates vero ad Occidentem, tendentes ambo contra Meridiem, & terram, quam in medio claudunt, faciunt vocari Mesopotamiam, quasi in medio aquarum sitam: sed de ortu eorum duplex est opinio. Quidam enim dicunt eos ex eodem fonte oriri, alij vero diuerso loco. Quod enim ex eodem fonte in Armenia nascantur, tenet Boetius, Salustius, Isidorus: & multi alij: Boetius enim hoc asserit lib. 5. de consola. metro. primo. scilicet.

Rupis Achemeniæ
Tigris, & Eufrates vno se fonte resoluunt:
Et mox abiunctis dissociantur aquis.

Cap. 21.

Idem etiam Iosephus tenet: & id communius refertur. De hoc Isidorus dicit lib. 13. Etymo. cap. de fluminibus: Salustius author certissimus asserit Tigrim, & Eufratem vno fonte manere in Armenia, qui per diuersa euntes longius diuiduntur spacio medio relicto multorum millium: terra autem quæ ab eis ambitur Mesopotamia dicitur. Alij autem volunt, quòd non oriantur ex eodem fonte, licet ambo in Armenia incipiant. Hæc est sententia Pauli Orosij, & Solini. Nam Paulus Orosius diuerso modo loquitur de fonte Eufratis, & de fonte Tigris: Solinus autem in Polisto. cap. 46. de fluminibus Tigri, & Eufrate diuersa exordia illis ponit: nam dicit: Eufratem maior fundit Armenia ortum supra Zizaniam sub radicibus montis, quem Catopen accolæ nominant Scithis proximo. De Tigri eodem cap. dicit: Tigris in Armeniæ regione tollit caput mire quàm lucidũ cõspicuo fonte in loco editus, qui Elegos nominatur. Iti duo authores clarissimi prædictis repugnãt: quibus velut in hac re studiosissimis stari poterat: sed quoniam ratio nulla efficaciter hoc, vel illud ostẽdit, neutris præiudicandum est. Sed hoc verum est, magis concordare proposito sacrę scripturæ sententiam illorum, qui diuersum illorum ponunt fontem, quia supra 2. cap. dicitur de quatuor fluminibus, quòd egrediuntur de Paradiso: & tamen si de vno fonte ambo in Armenia prodeunt non erũt quatuor flumina, sed tantum tria. Aliquis posset dicere quòd in exitu de Paradiso tria solum flumina distinguuntur, quæ subterraneis dilapsa meatibus ad tria diuersa orbis loca emergũt, scilicet in India, in Armenia, in littore maris Rubri: & tamen caput quod in Armenia emergit in duo diuiditur ab ipso fonte, & sic incipiunt esse quatuor flumina. Et de omnibus his certum est, quòd de Paradiso exeunt, & ita stabit litera. Sed dicetur quòd non stat, quia hoc modo à principio solum sunt tria flumina: & postea in Armenia incipiũt esse quatuor, quod non conuenit scripturæ, quia necesse est statim ex Paradiso esse diuisa quatuor flumina. Nam dicitur supra 2. cap. fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, qui inde diuiditur in quatuor flumina per diuisionẽ illam: sed statim in Paradiso sunt quatuor. Dicẽdum quòd ista ratio conuincit, nisi forte dicatur, quòd statim ex Paradiso diuiduntur ista quatuor flumina, sed cum in diuersas partes flectantur, accidit concurrere Tigrim & Eufratem in aliquo vno loco subterraneo, vel in loco discoperto nobis non noto, & postea absorta contra simul fluunt quousque in Armenia vltimo disiungantur: & tunc habent illa nomina, quæ prius habebant antequam miscerentur eorum aquæ.

Nunc ergo dicendum est vbi cursum finiant: & primo de Tigri dicemus, quòd oritur in Armenia, & finitur in mari Rubro vbi est sinus Persicus, sic vult Iosephus, & Solinus, & fere omnes scriptores: Nullus enim contrarium asserit: Et ita fluxus eius est à Septentrione contra meridiem. Et licet aliquando feratur ad Ortum, aliquãdo versus Occasum, iuxta conditionem fluminum: tamen cõsiderato Ortu, & fine est fluxus à Septentrione contra Meridiem: quia Armenia est regio Septentrionalis, & mare Rubrum; quantum ad sinum Persicum, est multum inde distãs contra Meridiem. Modus autem defluxus eius est: Tigris statim vt de suo fonte prodit, paruus est, & pigre currit, neque adhuc vocatur Tigris: quia hoc nomen accipit propter velocitatem apud Medos, cum Medi Tigrim sagittam vocent. Cum autem venerit ad fines terræ Medorum, nomen accipit, & Tigris dicitur propter velocitatem. Transit autem per Arethusam lacum, cuius aqua omnia põdera sustinet: & non miscetur aqua fluminis aquæ Arethusæ, neque pisces piscibus. Deinde cum tangat Taurum montem, eumque irrumpere non possit intra profundam specum absorbetur, & rursus ad aliud latus eiusdem montis emicat: posteaque absconditur, & rursus redditur: transit per regionem Adiabenorum, & Arabum, tangitque Mesopotamiam, & accipit in se multos fluuios optimos: sicut Hydaspem, & Eufratem. De hoc Solinus in Polisto. cap. 46. sic ait, Tigris nascitur in loco edito, qui Elegos nominatur, nec ab exordio statim totus est, primo pigre fluit, nec cũ suo nomine: at cum fines Medorum inuectus est, Tigris statim dicitur: ita enim nominant Medi sagittã: influit in Arethusam lacum omnia pondera sustinentem, cuius pisces nunquàm se alueo Tigridis miscent: sicut neque amnici pisces in stagnum transeunt Arethusæ, per quem dissimilis colore volucri meat cursu: mox Tauro resistente in profundum specum mergitur, quem subterlabens in altero eius latere apud Zomadam emicat: vlnas, & purgamenta plurima secum ferens: deinde identidem absc̃oditur, Adiabenos, Arabasque præterfluit, Mesopotamiam amplectitur, amnem nobilissimũ Hidaspen accipit, Eufratem defert in sinum Persicum. Hic autem fluuius, vt dicit Moyses, est, qui vadit contra Assirios: sic & Isidorus dicit lib. 13. Etymo. Modus autem huius est, quia iste fluuius oritur in loco supra posito, & transit per aliquot terras quousque veniat ad montem Taurum, vt dicit Solinus: vel ad montem Caucasum, vt nos dicimus. Et cum irrumpere illũ non possit, absorbetur: & subterraneo meatu transit sub tota latitudine montis, & emergit in latere oppositi montis apud Zomadam: & ibi incipit tangere terram Assiriorum, & tangẽdo extremitatem Assiriorum, & Medorum, fluit vsque quo feratur in sinũ Persicum. Nam Assiria ab Oriente incipit ab India, & contra Occidentem pergit vsq; ad Tigrim fluuium. A Septentrione autem habet montem Caucasum, & sic postquàm transit Tigris montem Caucasum contra Meridiem, incipit tangere Assiriam, & Mediam.

Quæs. 197. Vbi Tigris cursus finiat.

Attẽde de Tigridis defluxum.

Cap. 21.

De Eufrate nunc dicendum est per quas regiones decurrat, & vbi terminetur: iam enim de origine eius diximus supra quæst. 196.

Quæs. 198. Vbi terminetur Eufrates, & per quas regiones decurrat.

Aliqui enim putant quòd Eufrates fluat ab Oriente versus Occidentem, & finiatur in mari Mediterraneo: quod est in mare Palestinorũ: & hoc putãt: qa

infra 15.cap. Deus ponens terminos terræ Chanaan, dixit quòd daret semini Abrahæ terram a flumine Aegypti vsque ad flumen magnum Eufratem: sed fluuius Aegypti est ex parte Meridiana terræ Chanaã: ideo putant Eufratem esse ex parte Septentrionis: vt ponantur termini oppositi: & tunc certum est, ꝙ non posset Eufrates incidere, nisi in mari Mediterraneo: sed falsum est: constat enim quòd Eufrates finẽ habet in mari Rubro in sinu Persico. Hæc est sententia Solini in Polisto, & Boetij: nam Solinus dicit de Tigri, quòd nobilissimos amnes accipit, scilicet Hydaspem, & Eufratem defert in sinum Persicum, & ita ambo simul intrant in sinum Persicum maris Rubri. Idem enim vult Boetius lib. 5. de conso. metro. Ideſt vbi asserit quòd ambo in Armenia, ideſt Tigris, & Eufrates de vno fonte nascuntur, qui statim separantur: sed postea concurrunt aquæ earum, & vtitur hoc exemplo familiari sibi ad ostendendum fortunã, aut casum non esse simpliciter sine causa, sed solum quantum ad eos, quibus dicitur fortuna, & casus absolute, tamen causam habet effectus ille, aut euentus, quem nos fortuitum dicimus: sicut est in Tigri, & Eufrate oriuntur de eodem fonte, & separãtur statim aquæ eorum: post multas vero terras lustraras concurrunt: quum dicit si aliqui nauigarẽt continuo per Eufratem descendendo: & aliqui per Tigrim similiter cum aqua descendendo necesse erat, quòd naues istorum aliquando cõcurrerent. Iste cursus erat præter intentionem: & præter scientiam nauigantium, scilicet quantum ad illos, qui nesciunt quòd concurrant alicubi Tigris, & Eufrates, quum ipsi incipiant nauigare in locis, vbi multum à se distant, scilicet interposita tota Mesopotamia. Ideo quòd postea confluerent naues eorum, ipsi admirarentur, esset que eis fortuitum, quia neque intentum, neque cogitatum: non esset, tamen absolute fortuitum, quia decliuia locorum, & ordo fluendi aquarum regebant naues, ita vt necesse esset eas aliquando venire in locum communem, in quo confluere possent. Et ex hic sequitur, quòd Eufrates non intrat in mare Mediterraneum, sed in mare Rubrum in sinum Persicum, & etiam inde sequitur, quòd nõ tangit terram Chanaan in latere Septentrionali eius, sed in parte Oriẽtali, & parum tangit: & tunc procedit contra mare Rubrum magis ad Orientem, vbi cursum suum finit. Et est ordo fluendi inter Eufratem, & Tigrim, quòd incipiant simul fluere, vel non distant, & statim separentur, vt Tigris tendat contra Orientem, & Eufrates magis declinet contra Occidentem quousque post longos circuitus concurrant circa sinum Persicum, in quem ambo incidunt. Terra autem, quam inter se velut vmbilicum quendam claudunt, faciunt vocari Mesopotamiam, quia in medio aquarum istarum duarum magnarum sita est: & ideo Mesopotamia est Orientalis respectu terræ Chanaan, & partim Aquilonaris, quia magis declinat ad Septentrionem, quam terra Chanaan, cum longitudo illius sit à Septentrione in Meridiem: & incipiat inter mõtem Taurum, & Caucasum. Locus autem ille est magis Septentrionalis, quam terra Chanaan, cum & Babylon, quæ est ad Meridiem Mesopotamiæ, vt dicit Isidorus lib. 14. Etym. cap. 4. Sit Aquilonaris respectu terræ Chanaan. Hiere. 1. cap. Ab Aquilone pandetur omne malum, ideſt a Babylone veniet, qui captiuos ducat Iudæos. De Ortu huius, & fluxu dicit Solinus in Polisto. cap. 46. Eufratem maior fundit Armenia Ortum supra Zizaniam sub radicibus montis, quem Cathopem accolæ nominant Scythis proximo: hic receptis aliquot amnibus contaleſcit, & stipatus conuenis aquis luctatur cum Tauri mõtis obiectu, quem apud Elegeam scindit: licet duodecim millium passuum latitudine, longisque excursibus dextera Comagenem Arabiam leua relinquit. Deinde prælabens plurimas gentes Babyloniam quondam Chaldæorum caput diuidit, Mesopotamiam opimat. Et ita Eufrates irrumpit Taurum montem: vel secundum alios Caucasum dictũ. Et latitudo loci, in quo irrumpitur est duodecim millium passuum, tantus est impetus aquarum Eufratis. Tigris vero non valet irrumpere montem Taurum: sed specu profundi simul ad radices eius immergitur, & sub tota eius latitudine ad partem oppositam transit, vt dictum est. Præter cætera, quæ Eufrates habet, abundat lapidibus preciosis: ideo gentes, quæ iuxta illum habitant diuerso lapide nitent: vt Solinus ait cap. 46. Hæc de fluminibus dicta sint.

Attẽde Tigrim, & Eufratem ambo ex eodẽ fonte nasci, & statim separari.

Attẽde Eufratis proprietatem.

Dicitur supra 2. cap. Tulit igitur Deus hominem, & posuit eum in Paradiso, de quo aliquis quæret quomodo stat litera ista: quia eod. cap. Ante hoc dicitur, plantauerat Deus Paradisum voluptatis, in quo posuit hominem, & ita videtur quòd bis posuit Deus hominem in Paradiso, quod est inconueniens. Dicendum quòd non posuit Deus hominem in Paradiso, nisi semel: quia non poterat ponere eum ibi bis, nisi semel eum excluderet, vel ipse homo inde exiret, & postea redire nesciret, vel non posset, aut non vellet: sed nihil istorum stat. De primo patet, quia aut Deus excluderet hominem ante peccatum, aut post peccatum: non ante peccatum, quia Deus posuerat hominem, vt ibi firmiter maneret si non peccaret: ergo non excluderet eum inde non peccantem. Secundo, quia, siue Deus cum causa, siue sine causa excluderet hominem de Paradiso: non reduceret cũ illuc: quia talis inconstantia non caderet in Deum: ipse enim non mutatur. Iacob. 1. cap. & infra 23. cap. Si dicatur quòd excluderet eum post peccatum, sicut verũ est, non reduceret eum ad Paradisum: nam sic peccantem alia vice, aut non excluderet, aut exclusum reuocaret, sed non fecit: quia omnes nũc foris manemus: ergo non potest intelligi, quòd Deus excluderet hominem: & illum postea reuocaret, quia sic bis poneret eum in Paradiso. Neque etiam potest dici, quòd homo exiret de Paradiso, quia non est verisimile. Dederat enim Deus illi Paradisum, vt locum, in quo maneret: Ergo si inde recederet iam peccaret, tanquam inobediens, & ita Deus illum perpetuo excluderet, sicut fecit, quando comedit de vetito ligno. Secundo, quia non est credibile, quòd homo vellet recedere de Paradiso. Erat enim locus ille optimus, in quo nihil deerat, quod homo concupisceret, & nihil aderat, quod homo contristaret: sicut dicit Augustinus lib. 14 de ciuitate Dei, cap. 10. & tamen omnis motus fit propter indigentiam, scilicet, quia non habetur quod desideratur. Tertio, quia, & si aliquid posset homo concupiscere, quod intra Paradisum non haberet: tamen non iret in terras alias, vt illud haberet: quia quicquid boni est in tota terra est abundantius in Paradiso, & ideo non iret foras ad illud quærendũ. Si autem concedamus, quòd homo exiret de Paradiso ex aliqua causa mouente non expulsus à Deo, redire sciret, & posset, cum non ponantur in eo tales defectus in statu innocentiæ, ideo nõ erat opus, vt eum Deus reduceret.

Quæſt. 19. Qũo intelligitur q̃ Adam posuit hominẽ in Paradiſo.

Quæſt. cõm. Qũo modo intelligitur q̃ Deus posuit hominẽ in Paradiſo, & ex eo ſtatim eiecit eum de Paradiſo.

Dicendum quòd Deus non posuit hominem in Paradiso, nisi semel: & semel excluſit eum post peccatum, nunquam illuc reuersurum. Ponitur tamen bis de positione hominis in Paradiso non ad aliquid significandum, sed ad seruandum ordinẽ, quem scriptura seruare debet, & vtitur hic scriptura anticipatione, & recapitulatione. Sunt n. ista artificia scribendi, vt quod scribitur apertius ad intelligendum fiat, & magis

Determinatio.

magis appareat intentio scribentis. Dixerat enim Moyses; plantauerat Deus à principio Paradisum, in quo posuit hominem: hoc enim sufficiebat quantum ad veritatem exprimendam: & tamen quia statim subiunxit in speciali de eis, quæ erant in Paradiso tam de arboribus, quàm de fluminibus, & aquis faciendo de eis longum sermonem: redditurus autem erat ad dicendum de homine quantum ad præcepta ei data, & peccatum commissum: & quia interpositis multis iam oratio interrupta videbatur: repetiuit quod supradixerat. s. ꝙ posuit Deus hominem in Paradiso, vt statim continuet sermonem suum. s. quid Deus ei dixerit de comedendo & non comedẽdo: & ista est causa vera: & hãc repetitionem dicti vocant aliqui anticipationem, & recapitulationem.

Multæ autem figuræ locutionis seruãtur in sacra scriptura introductæ a scriptoribus, quæ non faciunt ad significationes, sed potius turbant lectores inducendo multa dubia, & tamẽ sunt necessaria scriptoribus ad vitanda vitia scripturæ, & vt tollant alias maiores confusiones.

Dicitur; & tulit Deus hominem, & posuit eum in Paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illũ, & licèt supradictum sit de causa, quare Deus posuerit hominem in Paradiso: est nunc dubium qũo posuit eum ad hoc ibi: quia videtur, ꝙ istud non conueniat. Primo quia operari significat colere, iuxta illud. Psal. 103. Exit homo ad opus suũ, & ad operationem suã vsque ad vesperam. Ibi opus, & operationem vocauit agros, & agrorum culturam: & ad hanc videtur significare litera, ꝙ fuerit homo positus in Paradiso. Sed non est hoc conueniens: quia agricultura est laboriosa, iuxta illud; in sudore vultus tui vesceris pane tuo. sup. 3. cap. & tamen ante peccatum non erat futurus labor cum fuerit datus in pœnam peccati. e. c. ergo non iuberet Deus colere. Secundo, quia finis est melior: si ergo homo positus fuisset ibi ad laborandum, melius esset laborare, ideſt colere, quàm esse in Paradiso, quod falsum est: ergo non ponebatur ibi ad operandũ. Tertio, quia Paradisus cultura non indigebat. Tanta enim erat loci vbertas, ꝙ sponte omnia tellus gignebat: Cum & Poetæ in terra, in qua nos habitamus aliqñ factum esse cõtendant, vt dicit Ouidius lib. 1. Metamor. scilicet

Ne vllis
Sautia vomeribus per se dabat omnia tellus.

Et Virgilius testatur illud aliquando futurum lib. Bucolicorum: Egloga 4. quæ incipit: Sicelides musæ: ergo frustra conaretur adiuuare terram per se omnia producentem.

Quæſt. cõm. Qũo modo intelligitur q̃ Deus poſuit hominẽ in Paradiſo, & ex eo ſtatim eiecit eum de Paradiſo.

Similiter nõ videtur conuenienter dictum esse ꝙ positus esset homo ibi ad Paradisum custodiendum. Primo, quia non indiget custodia, quod inuadi nõ poterat, & tamen Paradisus inuadi non poterat propter naturã loci: est. n. naturaliter locus ille munitus propter suam celsitudinem: ergo nullo egebat custode. Secũdo & efficacius, quia etiam in loco expugnabili non est custodia opportuna, si nullus est, qui inuadat: & tamen posito homine in Paradiso nemo erat, qui inuaderet: quia nullus manebat foris: nam ibi erant futuri omnes homines, si non peccarent: ergo non erat conueniens custodia. Nisi forte quis dicat quod contra bestias, aut contra dæmones custodiebatur: & tamen neutrum stat, non contra bestias: primo, quia bestiæ manebant in locis suis diffuse per terram: ad Paradisum autem, neque ibant, neque ire cupiebant, quum Deus eis designasset locum. Secundo, quia, vt Doctores asserunt, non erat probabile, ꝙ animalia illuc ire possent per seipsa, sed diuinitus mota. Sic dicit sanctus Tho. lib. 2. sent. dist. 17. arti. vlti. Tertio, quia etiam contra animalia non erat opus custodiri locũ, quia daro ꝙ illuc intrarent, exirent iubente homine, & in nullo nocerent, quum adhuc subdita essent homini, quamdiu ille non peccauerat. Neque etiã contra dæmones opus erat custodiri: nam si custodiri deberet, poneretur maior custodia quàm homo, quum homo non possit resistere dæmoni, qui est potentior. Etiam dæmon est inuisibilis, & homo non videret eum, vt expellere posset: & ideo Deus quando custodiam voluit ponere in Paradiso, non posuit hominem aliquem alium, sed Cherubin habentem gladium flammeum: poterat autem Cherubin arcere dæmones: quia erat spiritus maioris potestatis, supra 3. cap. Secundo, quia etiam si homo contra dæmones custodire posset non poneretur, vt custos contra illum: quia dæmon non cupit propter seipsum intrare in Paradisum, quum ille sit locus corporalis, & dæmon sit spiritus: corporalia autem non possunt delectare spiritus, neque contristare: sed intrarent dæmones illuc, vt aliquid acciperent inde, & hoc est lignum vitæ, quod patet: quia supra 3. cap. Quando posita fuit custodia non dicitur, quòd fuit posita ad custodiendum Paradisum: sed ad custodiendum ligni vitæ viã, quasi nihil aliud custodia indigeat. Dæmones autem ad seipsos non indigent ligno vitæ: quia fructus eius est ad cibum corporalẽ, ipsi vero non vtuntur aliquo cibo, sed pro hominibus vellet dæmon fructum illũ, vt postea tangemus: sed tunc nullus homo erat extra Paradisum: neque futurus erat, si homo non peccasset: ergo, neque dæmon cuperet tollere aliquid de ligno vitæ, vnde propter hoc non fuit posita ista custodia contra dæmonem à principio: sed postquàm homo peccauit, & expulsus est: & ita apparet quòd nõ poneretur homo in Paradiso, vt custodiret illum. Tertio, quia si poneretur homo in Paradiso ad custodiendum illum, antequàm homo poneretur ibi custodia indigebat: quia aliàs non posset poni ad custodiendum: sed non poterat prius custodia indigere, quum tũc neque homo esset, qui illuc ingrederetur, neque dæmon ingredi vellet: ergo non fuit positus ibi ad hoc. Quarto, quia si homo poneretur ibi ad custodiendum, esset dignior Paradisus quàm homo; sed falsum est quum sit homo creatura rationabilis deiformis, & Paradisus sit factus propter illum: ergo non positus est, vt custodiret.

Quod neque posit̃ fuerat hõ in Paradiſo contra dæmones. Primarõ.

Secũda rõ

Tertia rõ.

Quarta rõ

Dicendum quòd homo positus est à Deo in Paradiso, vt custodiret illum: & operaretur sicut scriptura dicit: & tamen litera ista potest tripliciter intelligi: vno modo referendo ambo verba ad Deum, secundo modo referendo ambo ad hominem, tertio modo primum dando homini, secundum Deo. In primo modo est sensus quòd Deus posuit hominem in Paradiso, vt operaretur, & custodiret illum, scilicet Deus operaretur hominem, & custodiret hominem, scilicet non erat alius locus, in quo Deus conueniente hominem operaretur, & custodiret: ideo posuit eum in isto loco, in quo vtiliter fieri ista poterant. Ibi enim Deus operaretur eum, scilicet perficiẽdo ipsum gratia, & beneficijs amplioribus, quæ ei daturus erat: sicut homo dicitur operari terram per culturam reddendo eam fructuosam: custodia autem erat quantum ad conseruationem à nociuis, scilicet, vt nõ conuperetur homo. Iste sensus est multum conueniẽs, & tenet eum Augustinus lib. 8. super Gen. ad literam, & ista fuit causa præcipua, quare Deus posuit hominem in Paradiso: volebat enim Deus quòd homo viueret fęliciter in corpore si non peccaret: ad hoc autem opus erat, vt haberet omnia, quæ cuperet: & nihil ei præsens esset, quod eum affligeret, vel contristaret: ideo debuit eum ponere ante peccatũ in loco,

Quæſt. 20. Qũo intelligit̃ q̃ hõ positus est in Paradiſo, vt custodiret illũ.

in quo ista haberet. Iste locus fuit Paradisus, vbi omnia bona erant, quæ homo bonus feliciter viuens cupere poterat: & nihil ibi erat, quod aliquo modo eũ contristaret, sicut dicit Augustinus lib. 14. de ciui. Dei, cap. 10. Istud autem non inuenitur in aliquo alio loco, nisi in Paradiso: nullus locus erat in terra in quo tanta bonorum copia esset, & nullus, in quo non aliquod incommodum inueniretur: quod hominem contristaret. Nam in Paradiso erant tria principaliter, quæ alibi non inuenirentur, scilicet arborum, & herbarum multiplicitas, aeris salubritas, & fructus ligni vitæ copia. Nullum autem istorum alibi sicut ibi poterat inueniri: non primum, quia Deus plantauit in Paradiso omne lignũ pulchrum visu, & ad vescendum suaue, supra 2. cap. Nulla autem pars terræ habet omnia genera lignorum. Secũdum est ibi, ideſt aeris salubritas, quod fit tam propter celsitudinem loci vltra nubens, quam propter respectum ad certam partem cœli, quæ est melioris influentiæ ad vitam. Non habent hoc aliæ partes terræ: quia non sunt sic excelsæ, & non sunt subiectæ tali parti cœli. Tertium principaliter non est alibi. In Paradiso est lignum vitæ. supra 2. cap. Et alibi non est: quia si esset in aliqua alia parte terræ, non posuisset Deus custodiã pro via ligni vitæ, & tamẽ posuit custodiam; supra 3. cap. ergo nõ est alibi. Sed ista tria erant necessaria ad feliciter viuendũ. Primum, ideſt lignorum multiplicitas erat ad hoc, quòd homo haberet omne, quod cuperet. De illo duo erant ad secundum, ideſt ad hoc, quòd nihil esset ibi, quod contristaret, vel affligeret: defectus tamen istorum duorum affligeret: quia corrumperet. Nam si non esset homo in loco salubri, corrumperetur per excessum contrariorum. Deus tamẽ volebat seruare hominem immortalem, & insuper in actione corruptiua cõtristaretur, quod esset pœnale. Defectus autem ligni vitæ esset deterior: quia vbicunque poneretur homo, si non haberet ligni vitæ copiam, moreretur: quia senesceret, eo quòd omnes alij cibi non possent perpetuare hominem: quia non transiret cibus in perfectam similitudinẽ eius, quod resolutum est: vt ostensum est supra loquendo de ligno vitæ: & ideo debuit Deus ponere hominem in Paradiso terrestri, vel in alio loco, qui haberet omnia illa, quæ Paradisus habebat. Et hoc est, quòd poneret Deus hominem in Paradiso, vt operaretur, & custodiret eum: operari enim eum pertinet ad primum, scilicet dare ei omnia, quæ concupiscceret: quia per hoc perficiebat eum custodire ipsum, ideſt quòd Deus costodiret hominem, erat facere, quòd nihil esset, quod eũ contristaret: & tunc custodiebat ipsum, scilicet ab omnibus corruptiuis seruabat, ne ei nocerent. Et istud erat per duo, scilicet per salubritatem loci, quæ tollebat actionem contrariorum: & per lignũ vitæ per quod fugebatur senectus, & mors. Accipiendo autem isto modo non est opus responderi ad obiecta: quia illa procedunt sumendo operari, ideſt colere terram, & custodire, scilicet seruare Paradisum ab inuasoribus, & in isto sensu non accipimus sic.

Quæſt. 203. Alio modo & secundo potest sumi, vt referatur vtrumque verbum ad hominem, scilicet, quòd positus est homo in Paradiso, vt operetur, ideſt, vt coleret terram eius: & vt custodiret illum, ideſt, vt esset ibi sicut custos. Et ita concedendum est, quòd si homo in Paradiso mansisset, coleret illum, terram vertẽdo, quod & nos hic facimus. Et tamen non est intelligendum, quòd Deus ad hunc finem posuisset hominem in Paradiso: sed ad finem dictum præcedenti q. scilicet, vt ibi posset viuere feliciter sine vllo incommodo, quod alibi non contingeret: & tamen quia ibi mansurus erat, volebat Deus, quòd terram colebat: quia hoc proderat ad tria. Primo, quia efficeretur per hoc melior tellus Paradisi: nulla enim terra quantumcunque ferax est, quæ cultra non efficiatur feracior, vel uberior, & fructus eius suauior: ita ergo erat de Paradiso. Secundo & magis principaliter ad tollendum ocium: nam homo futurus erat in Paradiso in statu quodammodo felici: non tamen ita vt Deum videret, sicut fit nunc in vita æterna post mortem. Nam ibi nihil alterum necessarium est, nisi vacare, & videre, neque est aliqua alia operatio delectabilior, quam huic præponere velit. Neque ista aliquando est eis fastidio, vt eam permutare velint. Nunc verò quum homines corporaliter mansuri essent in Paradiso corporaliter non videntes Deum beatificè, nulla beatitudinis operatio erat, quæ totaliter animũ quietaret: & ideo quicunque esset quantumcunque delectabilis vellet eam permutare: vnde licèt in consideratione Dei multum delectarentur: & in cognitione rerum naturalium: tamen quia non erat ista operatio adhuc beatifica: quia Deum non videbant, non poterat esse delectabilis continuè: neque homines ei in Paradiso semper insistere vellent. Debuit ergo dari eis aliquid quo permutare possent operationem illam: & ita tẽpus transigerent. Istud fuit, quo homo coleret terram, quæ actio esset ad aliqualem occupationem, ita vt ocium fugaretur: quod rationi, & menti benè constitutæ valde inimicum est. Tertio proderat ad acuendum hominem in contemplationem Dei: per actionem agricultiuam cognosceret homo magis Dei prouidentiam in temporum ordinata dispositione: atque regulata varietate, & in naturali quoque cognitione proficeret: quia per agriculturam magis naturæ vires cognosceret: ideo fuit conueniens occupatio, quam Deus dedit homini in agricultura. De custodia Paradisi dicẽdum, quòd positus fuit homo ibi ad custodiã Paradisi, ideſt ad hoc, q̃ teneret illum: & non accipitur custodia pro vigilantia quadam contra inuasores: sic enim non poterat homo custodire Paradisum: neque opus erat, quum nullus esset, qui inuadere locum illum posset, aut cuperet: sed custodia pro possessione, scilicet, vt possideret homo locum illum, & teneret tanquam suum: & in hoc intelligebatur, quod homo manere deberet continuè in Paradiso: & nunquã exire foras, sicut diligẽter custodit qui semper manet penes rem custoditam: & non erat sibi istud quasi pro aliqua necessitate: sed quia extra Paradisum nihil erat, quod illæ cupere posset, quod abundantius in Paradiso non inueniret. Iuxta hunc modum respõdendum est ad ea, quæ obijciebantur in contrarium.

Ad primũ, quòd de cultura dicebatur supra q. 200. Dicendum quòd Deus non imposuit homini laborẽ iubendo ei, quòd coleret terram Paradisi: & non valet quod dicitur supra 3. cap. Quia illud est de agricultura, quæ est post peccatum: est enim illa laboriosa, sed agricultura, quæ fuisset ante peccatum non esset laboriosa, sed delectabilis. Est autem differentia inter ista, primo, quia ante peccatum nõ coleret homo terram ex indigentia cibi, quasi aliter non posset habere cibum: quia terra illum sufficienter ministraret: & tamen propter tres causas positas præcedenti quæst. homo terram coleret. Nunc vero non propter delectationem aliquam, neque ad tollendum ocium terram colimus, sed quia cibis indigemus: indigentia autem cogit laborare: quia est pœna quędam, i. bonorum carentia. Secundo, quia nunc colimus terrã, eo q̃ non cultra nõ dat fructus, cultra quos nõ sufficiẽter ministrat fructus, nisi abũdanter colat: & ideo colimus eã quantũ possumus, quousq; fatigamur, & sudamus, quod pœnale est: & hoc propriè dictum est pro peccato. Sic supra dicitur 3. cap. In sudore vultus tui vescẽris pane tuo, sudor autem ex labore, & resolutione quadam facta in corpore prouenit, quod nõ esset in Paradiso: quia homo coleret terrã, quãdiu sibi delectabile esset: prius verò quam inciperet fatigari, cessaret, & ita non sudaret vultus eius, quod erat pœnale. Nunc verò ista facit, qui exercitatur propter delectationem: quia ante fatigationem cessat. Tertio differebat, quia nunc terra non solum insufficientes fructus reddit, sed etiam contrarias herbas intentioni agricolarum germinat: quæ & terræ virtutem exhauriunt, & fructus terræ suffocãt: sicut Dominus dixit in parabola seminantis Matth. 13. cap. Et ideo in excludẽdo herbas istas nociuas, agricolæ nimium laborant. Tunc autem in Paradiso terrestri nõ essent nociuæ istæ herbæ, sed erat locus ille purgatus ab omni semine nociuarum herbarum, & ideo minus in agricultura laboraret. Ista differentia colligitur, supra 3. cap. Scilicet Maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuę, spinas, & tribulos germinabit tibi. Ad secundum concedendũ, quòd finis est melior eis, quæ ad finem sunt: & tamẽ non est concedendum, quòd ad hunc finem positus est homo in Paradiso, vt illum coleret: quia idem potest facere in terra extra Paradisum, sed fuit positus, vt ibi viueret fœliciter, quod alibi non accideret: vt ostensum est supra q. 202. Et illa dictio, vt, non notat causam finalem, sed cõsecutionem ibi. s. posuit illum in Paradiso, vt operaretur. i. posuit illum in Paradiso, & id fuit, q̃ Deus voluit, quòd coleret Adam Paradisum. Et ita in quacunque parte terræ Deus illum poneret ante peccatum, vellet quòd exerceret terram propter tres causas supradictas. Ad tertium dicendum verum esse, quòd Paradisus non indigebat cultura, quasi non ministraret fructus ad sufficientiam non culta, quod facit nobis terra nostra: & istud prouenit ex maledictione, quum dicatur supra 3. cap. Maledicta terra in opere tuo, ideſt diminuta in virtute: & ideo indiget labore multo ad hoc, quòd fructus reddat: sed in Paradiso non erat maledictio aliqua: ideo non culta germinaret abundantius: vnde & homini conueniens erat eum colere. Sed adhuc posito, quòd non proficerent ex cultura, esset conueniens colere ad tollendum ocium, ideo in Paradiso homo esset agricola.

Similiter ad obiecta facta supra quæst. 201. De custodia Paradisi respondendum est, quòd procedunt de custodia, vt est vigilantia quædam contra inuadentes, aut inuadere potentes locum illum, & talem custodiam non ponimus: sed solum quòd homo custodiret Paradisum, ideſt posset illum manendo ibi semper. Ad primum dicendum, quòd nullus inuaderet locum illum manẽte homine in Paradiso: quia neque homo neque dæmon: tamen homo custodiret Paradisum, ideſt maneret ibi possessor, sicut custos rei suæ: & tamen quod dicitur, quòd locus erat naturaliter munitus est cõcedendũ: nõ tñ intantũ, q̃ non posset intrare quis, si non custodiretur locus. Et patet q̃ expulso homine de Paradiso, fuit posita custodia vitæ ligni vitæ, ſ. 3. cap. Non solum contra dæmones, sed etiam contra homines, quum dicatur positus gladius flammeus, & versatilis: & tamen flamma non proderat contra dæmonem, sed cõtra hominem: ergo poterat homo excluſus regredi in Paradisum ad ligni vitæ, nisi ista custodia poneretur. Et ita natura loci non tantum obstabat, quin posset homo in Paradisum regredi. Ad secundum concedendum est absolutè, quòd manẽte homine in Paradiso ante peccatum, nulla custodia erat necessaria, immo & nulla apposita est: sed solum post expulsum hominẽ: ideo non erat positus homo, vt custos. i. vigil, sed vt possessor pacificè tenens. Ad tertium dicendum, q̃ neque erat custodia contra animalia: quia non erant futura animalia in Paradiso, si homo ibi maneret, & foris ipsa manentia non cuperẽt intrare Paradisum: & ideo neque isto modo eum custodem asserimus, sed sicut supra. Deinde quum dicitur, quòd neque esset homo custos contra dæmonem concedendum est: quia dæmon non cuperet tunc intrare. Et quum dicitur, q̃ homo non posset custodire contra dæmones. Dicendum quòd verum est, ideo si contra illos custodia poneretur, maior esset, & hoc intelligitur: si homo in virtute sua custodiat: secus autẽ in virtute Dei: quia tunc homo potest excludere dæmonem. Et multos viros sanctos legimus excluſisse dæmones de locis, in quibus erant, & de corporibus humanis: sed tunc qui operatur exequendo non est homo: sed aut Deus per imperium, aut angelus bonus per executionem: vnde & custodia contra dæmones non resoluitur in hominem, sed in angelos bonos. Ad secundum concedendum, quòd homine manente in Paradiso in statu innocentiæ nõ erat necessaria custodia, quia dæmon non cuperet illuc intrare: & si intraret, in nullo noceret: & ideo scriptura solum refert custodiam positam post expulsum hominem, quia tunc diabolus habuit causam desiderandi intrare pro fructu ligni vitæ, sed custodiebat homo locum suum, vt possessor. Ad tertium dicendum, quòd si accipiatur custodia, vt est vigilantia contra inuasores, argumẽtum procederet: & tamen non cõcedimus sic datam custodiam. Et ita non sequitur quòd indigeret Paradisus custodia ante hominem, neque manẽte ibi homine. Ad quartum dicendum, quòd si accipiatur custodia: primo modo, & homo sit positus in Paradiso ad custodiendum illum, non sequitur quòd Paradisus sit melior quàm homo: sed quòd est Paradisus melior, quàm humana custodia: & hoc non est inconueniens: immo ita est in omnibus. Nam homo colit agrum vna die pro decem denarijs solum, & non mouet eum alius finis, ad hoc: tamen non sequitur, quòd melius aliquid sint decem denarij, quàm homo laborans: sed sequitur, quòd sunt decem denarij aliquid melius, quàm labor humanus in vna die. Sic esset de custodia Paradisi: & tamen in præsenti neque isto modo tenet: quia non positus est homo, vt custos loci: sed vt possessor. Tertia & vltima expositio erat, vt referretur primum verbum ad hominem, scilicet, vt operaretur, ideſt coleret terram Paradisi, & assignabũtur causæ, sicut datæ sunt tres de agricultura. Secundum referatur ad Deum, scilicet custodiret illum, ideſt Deus custodiret hominem in Paradiso à nociuis, vt maneret incorruptibilis. Iuxta istam expositionem esset respõdendum ad obiecta facta supra quæst. 200. sicut respondimus supra quæst. 204. Ad argumenta autem facta supra quæst. 201. De custodia non esset opus respondere: quia illa procedunt intelligendo, quòd homo custodiret Paradisum: sed dicendum quòd quæcunque duarum præcedentium est conuenientior, quàm ista tertia: quia illa duo verba custodiret, & operaretur, ponuntur sub vna clausula: ideo ambo referentur ad idem, scilicet, vel ambo ad Deum iuxta primam expositionem, vel ambo ad hominem iuxta secundam: quòd autem diuidantur verba, non non est tantum ad propositum literę, sicut præcedentes sensus: licèt non ponat aliquid inconueniens. Dicitur supra 2. cap. Præcepitq; ei dicens, ex omni ligno Paradisi comede. De hoc quęretur an sit præceptum. Aliqui dicunt quòd non: primo quia Deus non præcepit homini, nisi id, qđ ipse non nouit, cui facere de-

Cum dicit supra prȩcepitq; ei, dicens ex oī ligno Paradisi comede, an hoc sit prȩceptū.

beat: & ꝙ non faceret, nisi imperaretur: quia ea, quæ à seipso homo facturus erat non imperatus, superuacuum est ei imponere: sed mãducaret homo, etiam si ei Deus non iuberet: quia naturale desiderium moueret ipsum, cũ in corpore suo fieret resolutio in Paradiso: ideo non præciperet ei Deus manducare. Secundo quia dicitur: de omni ligno Paradisi comede: si autem esset istud præceptũ teneretur homo manducare de quolibet fructu: sed hoc non conuenit, qa forte homo delectaret in duobus, aut tribus plus quã in alijs: & de illis vellet comedere: non aũt de alijs: compelli aũt hoiem ad manducandum, quod ipse nõ cuperet, pœna quædam erat: quod in Paradiso nõ esset. Dicendum ꝙ sine dubio est præceptũ id, quod dictum est. primo patet, quia litera dicit præcepitque ei Deus: & ita ponitur verbum præcipiendi. Secundo, quia si non esset hic præceptum, non esset peccatum in transgressione eius: & tamen peccauerunt primũ homines faciendo contra hoc: ideo præceptum fuit.

Quæst. 207. Cur Deus hoc prȩcepit. Prima rõ. Secũda rõ.

Sed qũo hoc sit verum dant aliqui causam dicẽtes Deum præcepisse hoc propter duo. Primo vt hõ cognosceret se Deo subditum: nam qui prȩcepit Dñs, & superior est. Secundo, vt ex præcepti exercitatione magis mereretur: sicut solet dici, quòd magis meretur, qui facit aliquid ex voto, q̃ qui facit sine voto: & ita magis meretur qui facit aliquid imperatus, q̃ q facit illud idem non imperatus. Dicendũ ꝙ istę duæ rõnes nihil faciunt ad propositũ. De prima patet, quia poterat hõ cognoscere se subditum Deo, ẽt non dato aliquo præcepto, cum sciret dari sibi beneficia ista à Deo: & quia tulerit eum de foris, & in Paradiso posuerit: sed concesso ꝙ hõ sciret se Deo subsiditũ per mandatum, quod verũ est, poterat hoc sciri per quodcunque mandatũ: & non oportebat, ꝙ istud specialiter traderetur. De secunda patet, quia etiam poterat dari homini aliquod alterum prȩceptum, in quo mereretur: potissime si contineret aliquid difficultatis: quod non erat in iubendo comedere. Item quia istæ causæ non tollunt inconuenientia duo supra allegata in præcedenti q. dando, ꝙ istud esset præceptum, non sunt igitur cõuenientes causæ. Dicendum ꝙ istæ duæ causæ sunt cõuenientes ad ostendendum, ꝙ homini in statu innocentiæ deberet aliquod præceptum imponi: & tamẽ ꝙ imponeretur hoc, vel illud nõ ostendunt istæ causæ, & istud est ad quod nos quoque induximus istas duas rationes supra 2. cap. Alij dicũt quòd fuerũt alię causæ. Prima est, quia natura animalis cõseruatur per cibum, hõ aũt manens in Paradiso nihil peccauerat: ideo neque deberet pati pœnam aliquam: sed fames, & sitis sunt pœnę: ideo non debuerunt ibi esse: & sic hõ anteq̃ esuriret comedere debebat, & ante sitim bibere, ne affligeretur: & ad hoc datũ est sibi præceptum istud. Secunda est, quia, vt dicunt, homo in Paradiso nõ habebat naturalem inclinationem ad sumendum cibum: quia si haberet, non præciperetur ei: sed cum nõ haberet debuit ei præcipi. Dicendum ꝙ istę rationes sic vt iacent, non cõtinent veritatem, neque sunt causa præcepti alicuius: licèt intelligẽdo eas sanius, quo accipi possunt, aliquid veritatis continebunt. De prima dicendum, ꝙ in Paradiso non erat futura aliqua pœnalitas: & tamen non sequitur quòd deberet poni sub præcepto manducare: nam cum dr de fame, & siti verum est, ꝙ non essent ibi inquantũ fames dicit cruciatum quendam ex defectu cibi: & sitis dicit pœnalitatem prouenientem ex defectu potus: essent tamen ibi inquantum fames dicit appetitum cibi, & sitis desiderium potus: & cum essent ibi ista desideria, illa essent regula in sumendo cibum, & sufficiens motiuum, & non oporteret poni prȩceptũ.

Affignatio aliarũ causarum. Prima rõ. Secũda rõ. Cõfutatio rõnũ aliqua ex parte. Prima rõ. Secũda rõ.

Secundo quantum ad hoc: quia hoc, quod de comedere ante famem, & bibere ante sitim non est sic simpliciter sumendum: nam intemperantia esset, & lædaret corpus: sed intelligitur ꝙ comederent antequã afficerentur corpora eorum fame, & resoluerentur: nam sic ad mortem disponerentur: etiam ꝙ biberẽt antequam periclitarentur ex siti: tamen non est verũ absolutè, ꝙ comedere deberet ante famem, cum fames sit appetitus calidi, & sicci. i. cibi, nam tũc comederent absque desiderio: quod esset inconueniens. Primo, quia cibus non esset eis delectabilis: secundo, quia non esset salutaris, cum sumeretur cibus sequẽs, non digesto priori. Nam facta plena digestione in sanis, sequitur fames, idest desiderium cibi: de potu idem esset, quòd non esset sumendus ante sitim, idest ante desiderium bibendi, quia sequerentur prȩcedentia inconuenientia. Tertio, quia tenendo, ꝙ illi volũt adhuc non applicatur præceptum istud ad propositũ: quia tunc non deberet absolutè præcipi, ꝙ homo comederet: sed quòd comederet antequam esuriret: & tamen non dictum est: ideo non fuit illa causa. Quarto, quia sicut homo pœnam sustinet in fame: ita sustinet in siti: si ergo poneretur præceptum istud ad excusandum pœnalitates istas: ita præciperet Deus homini bibere, sicut præcepit manducare: sed nihil dixit de bibere: ergo neque de mãducatione dixit propter hanc causam.

Tertio.

De secunda ratione dicendũ, quòd non tenet: quia certum est, quòd homines in Paradiso inclinabãtur ad cibum naturaliter. Primo, quia si non inclinarentur ad manducandum naturaliter: Deus non iuberet illud, quia manducare nõ erat homini propter Deũ: sed propter seipsum. Secundo, quia si manducare nõ esset homini secundum naturam pro statu illo, non prodesset ei cibus, sed noceret: & tamen proderat, & erat necessarius: ergo erat secundum naturam: & ita homo inclinaretur ad illud, quia natura est sic instituta, quòd quelibet res naturaliter inclinatur ad id, quod ei prodest: ergo inclinabatur ad cibum naturaliter. Tertio, quia resoluebatur corpus hominis in statu innocentiæ per actionem caloris naturalis: cibus autem est ad restaurandum deperditum per calorem resoluentem: ergo esset ibi desiderium cibi, cum natura desideret le conseruare, & nõ poterat aliter, nisi per cibum: quòd verò esset ibi resolutio, patet: quia aliàs cum cibus transeat quantum ad aliquam partem suam in alitũ, si nihil resoluatur de corpore, erit continuo corpus maius: tam secũdum longum, quàm secundum latum: & tamen falsum est: quia virtus augmentatiua habet certum terminum: vt Aristot. dicit libro 2. de Anima. Quarto, quia si nõ esset ibi aliqua naturalis inclinatio ad comedendum: & esset datum præceptum de comedẽdo, nesciret homo quando comedere deberet: quia nõ esset maior causa, ꝙ nunc comedere deberet, q̃ ꝙ semper: quia neque nunc esset inclinatio ad comedendum, neque semper: ideo vel semper comederet, vel nunq̃: sed vtrũque est inconueniens: quia si nunq̃ ageret cõtra præceptum de comedendo, vt isti volunt: si semper comederet, non caperet hoc stomachus, & esset insalubre: ergo non est verum, ꝙ non esset tunc aliqua naturalis inclinatio ad cibum. Dicẽdum ergo ꝙ sine dubio in statu innocentiæ erat naturalis inclinatio ad cibum, sicut nunc. i. erat appetitus cibi, q̃ famem solemus vocare, & iste appetitus necessario causabatur ibi propter resolutionem corporis: quia corpus Adæ in illo statu erat resolubile, & de facto resoluebatur: nã aliàs non prouidisset ei Deus de cibo communi, & de ligno, sicut nec prouidet eis, qui sunt in vita æterna: vbi nihil comedunt, sed sunt sicut Angeli Dei, Matth. 22. & Luc. 20. cap. Prouidit tamen de vtroque cibo:

Quæst. 208. Coherentia. Primum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

cibo: ideo erat corpus hominum tunc resolubile, & cum resolueretur corpus, sequebatur necessitas cibi, & fames, & tantam famem potuisset sustinere Adã, ꝙ moreretur, sicut nunc fit in nobis: ob hoc autem cum insurgeret ibi appetitus cibi, mãducaret homo: quia præsentem sibi habebat omniũ ciborum copiã. Sed dicendum, ꝙ istæ duæ rationes possunt intelligi habere veritatẽ aliquam hoc modo, quòd prima intelligatur in statu innocentiæ non debere esse fames, & sitis, cinquantum sunt pœnæ ex inanitione, & defectu cibi, & potus: bene tamen essent ibi istæ, vt dicunt appetitum cibi, & potus. Secunda ratio potest intelligi, quòd non esset ibi naturalis inclinatio ad sumendum cibum, inquantum illa inclinatio non solũ dicit appetitum secundum naturam, ꝙ iste ibi esset: sed quòd non esset ibi indigentia, & afflictio, per quã valde incitatur homo ad cibum.

Ad primũ quæ oſtẽdunt, quòd sit præceptum.

Quæst. 209. Determinatio dubij.

Nunc autem aperiẽda est veritas huius, & dicemus quòd de comedendo non est datum homini in Paradiso præceptum affirmatiuum, quia nõ erat opus: sed solum est datum negatiuum præceptum de non comedendo de ligno scientiæ boni, & mali: pro quo cõsiderandum, ꝙ tota litera illa est sub vno contextu, s. præcepitque ei, ex omni ligno Paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas: & tũ sunt duo dicta, scilicet de comedendo, & de non comedendo: quod est de comedẽdo, non est prȩceptũ, quod est de non comedendo, est præceptum: & ideo cum totum sub vna clausula, vel cõtextu legatur, prȩponitur verbum: & dicitur præcepitque ei Deus: & tamen præceptum non refertur ibi, nisi ad secũdum, quod est de non comedendo. Et secundum hoc respondebitur ad duas rationes supra positas quæst. 206. cendum ꝙ non potest negari, quin sit prȩceptum: cũ ponatur ibi præcepit ei: tamen non est necesse, quòd quicquid sequitur post verbum illud præcepit cadat sub præcepto: sed cadet istud dictũ de non comedendo: si enim poneretur, præcepitque ei ex omni ligno Paradisi comede, & nihil vltra sequeretur, notũ esset, quòd istud cadebat sub prȩcepto: sed quia aliud dictũ sequitur, ad quod potest bene referri, & nõ ad primũ, referetur ad illud. Ad secundum concedimus illam simpliciter, si non fuisset præceptum, non fuisset trãsgressio: & tamen fuit peccatum transgressionis, ideo concedimus præceptum: sed hoc fuit de non comedendo: & quia homo comedit, peccauit: si aũt ostenderetur peccatum aliquod in omissione, vel cessatione a manducatione, concederemus, quòd etiã esset hoc non inuenitur. Etiam secundum hoc limitãtur aliæ duæ rationes factæ eadem quæst. ostendentes, ꝙ non esset præceptum. Prima est, quòd non prȩcipiat homini Deus id, quod ipse a seipso facturus est, etiam Deo non iubente, quod concedimus: & ideo quia ẽt Deo non iubente nihilominus homo mãducaturus erat, non daretur prȩceptũ de comedendo: & tamen hõ non abstineret ab aliquo cibo in speciali, si Deus non vetaret illum, cum ad abstinẽdum nulla esset naturalis inclinatio, neque etiam ratio suadẽs, sicut per contrarium vtrunque erat ad comedendum: ideo de non comedendo debuit dari præceptum, si Deus vellebat, quod homo ab aliquo ligno abstineret: & tamẽ non oportuit, ꝙ daretur præceptum de comedendo, etiam si Deus vellet, ꝙ homo de omni ligno comederet. Secundam rationem concedimus, s. ꝙ si illud verbum prȩcepit extenderetur ad comedere, non diceretur de omni ligno comede, absolutè, qa hoc poterat esse pœnale, vel occasio peccandi; sed diceretur cum aliqua determinatione: de omni ligno quod tibi placuerit, comede, vel si tibi placuerit: & tamẽ prȩceptũ extenditur ad sequens dictum, scilicet de ligno scientiæ boni, & mali nõ comedas: & ibi vnicum est lignum, quod vetatur, & notum homini.

Dicendum autem ꝙ non datum est homini prȩceptum de comedendo, de aliquo ligno, neque dari debuit, sed solum de non comedendo. Primo, quia ad mandducãdum habebat homo in se sufficiens primũ, quod moueret ipsum, s. desiderium naturale cibi, qđ vocatur fames: etiam habebat rationem, quæ oſtẽdebat, ꝙ si non manducaret moreretur: etiam sciebat se prȩpositũ omnibus creaturis, vt illis vteretur ad suam vtilitatem, sicut ratio suaderet: ideo manducaret non iubente Deo. Non erat sic de abstinendo ab aliquo cibo, ad quod neque naturalis inclinatio, neque ratio mouebat, nisi Deus expresè vetuisset. Secundo, qa si Deus daret præceptum de comedẽdo hoc esset, vel quia homo non inclinaretur sufficiẽter ad cibum, sicut nunc, vt putauerunt quidã, vel quia volebat Deus quòd haberet curam de manducando antequam eũ fames affligeret: sed non erat aliquid istorum: nã habebat homo desiderium cibi, & potus: cum in eo fiat resolutio, & fieret tunc sicut nunc, quæ restaurari nõ poterat, nisi per cibum: ideo non oportebat dari prȩceptum. Tertio non stat, quia cum sit homini necessarius potus, sicut cibus ad vitam, quicquid istorum esset causa præcipiendi de cibo: esset causa prȩcipiendi de potu: & tamen non præcepit aliquid de potu, ergo nõ fuit, vt vitaretur pœnalitas per hoc, ꝙ præueniret homo famẽ, quia ita oportebat præueniri sitim. Quarto, quia si Deus volẽs seruare hominem immunem ab his pœnalitatibus, dabat ei prȩceptum de comedẽdo, vt comederet, antequam affligeretur fame: daret quoque prȩceptum de prȩcauendo alia incommoda, sicut erat de igne, de aqua, de elisione ad res duras: nã caro sua passibilis erat cũ resolueretur: & poterat ab igne, si in ignem intraret, & ab aqua suffocaretur, si in eam se immergeret: per solam enim prudentiam suam, & diuinam prouidentiam hęc incommoda effugeret: & tamen non dedit præceptum de abstinendo ab his: ergo neque debuit dare præceptũ de comedendo, ne affligeretur a fame. Quinto, quia si hac intentione daretur prȩceptum, debuit esse magis explicitum: nam affirmatiua non obligãt, ꝑ semper: & ideo si nihil vltra diceretur, nisi quòd comederet de omni ligno, satis faceret huic mandato comedendo etiam post famem, & ita seruato præcepto frustraretur intentio Dei, quod est inconueniens: ideo si hoc Deus vellet, iuberet manducare ante famem. Sexto, quia si esset præceptum de comedendo, nõ diceretur; comede de omni ligno, quia non erat oportunum ad hoc, quòd homo comederet de omni ligno, sed satis erat ꝙ comederet de aliquibus, & diceretur de lignis Paradisi: maximè quia esset magnum dubium de executione præcepti, s. homo comedere teneretur de omnibus lignis, quando hoc faceret, aut quomodo: & ita Deus magis explanaret ei præceptum istud.

Quæst. 210 An sit datum prȩceptum homini de comedendo, uel nõ comedendo. Prima rõ. Secunda ratio. Tertia rõ. Quarta rõ. Quinta rõ. Sexta rõ.

Dicendum ergo, quòd hic sub vna clausula, vel cõtextu ponuntur duo dicta, scilicet comedere, & non comedere: & vnum ponitur sub præcepto, alterum sub licentia: cum enim dicitur ꝙ comedat, datur licẽtia ad comedendum, & nõ iubetur comedere. Cum autem dicitur de non comedendo, ponitur præceptũ ꝙ non comedat, & ideo pro primo dicitur de omni ligno Paradisi comede, idest do tibi licentiam, vt comedas de omni ligno Paradisi, & tunc non erat incõueniens, quia habebat homo licentiam comedendi de quolibet: non tamen obligabatur ad comedendũ de omnibus. Immo nullum erat, de quo determinatè

Quæst. 211 Determinatio dubij.

obligaretur

obligaretur comedere, quia non comedendo de illo, & comedēdo de alio satis erat. Pro secundo dicitur: de ligno autē scientiæ boni, & mali ne comedas, ideſt præcipio tibi, ne comedas de ligno scientiæ boni, & mali. Hic verò, quia erat præceptum expressum, fuit vnicum lignum, & nō erat inconueniens aliquod in eo, quia vnicum erat, & multa alia manebant, de quibus posset, & liceret ei comedere. Adhuc autem ad rationes præcedētes potest addi septima, quia ex modo loquendi mulieris apparet, q̄ non erat datum sub præcepto comedere, sed solum non comedere, quia supra 3. cap. dixit ipsa, de fructu lignorum, quę sunt in Paradiso vescimur: de fructu verò ligni, quod est in medio Paradisi p̄cepit nobis Deus, ne comedemus: & sic præceptum solum retulit ad non comedere.

Septima rō ad idē.

Octauarō

Octauo paret & clarius: quia diabolus solum volebat deducere hominem ad hoc, vt contra præceptū Dei nō ageret: nā per hoc perderet innocentiam, in qua erat, & vitam fœlicem, quam inchoauerat, cui diabolus inuidebat, vnde si impositum esset sub præcepto comedere, sicut non comedere: ita posset tentare hominem in non comedendo, sicut in comedendo: q̄ vtroque modo esset transgressio: verisimile est autē, q̄ diabolus eo modo tentaret, quo facilius posset hominem in peccatum inducere: facilius autem erat inducere per cessationem, quàm per commestionem: quia vnum erat tātum, a quo abstinere debebat; ideo non poterat hic transgredi, nisi comedendo de illo: omnia autē ligna erant, de quibus comedere obligaretur: & ideo per cessationem a quolibet eorum esset transgressio. Ideo diabolus magis eum tentaret de omissione manducationis, quàm de manducando: & tamen non tentauit de cessando, sed de comedendo, ergo non comedere erat solum sub præcepto, comedere autem nō erat sub præcepto. Cum aūt diximus supra, q̄ non obligabatur homo comedere de omnibus, sed satis erat comedere ex vigore eorum, quæ sibi Deus dixerat hic: nā cum dixit; de omni ligno Paradisi comede; non dedit præceptum, sed licentiam: licentia autē facit licere, quod concessum est, sed non obligat ad id quod conceditur: & ideo etiam si homo nunquam comederet, non peccaret contra aliquid sibi hic dictum: sed peccaret, quia ageret cōtra rōnem naturalem, & legem rationi indictam, quæ est naturalis lex: ad Rom. 2. cap. illa enim dictabat, q̄ comedendum esset, quando natura expeteret, ne resolutio, & mors sequeretur: & ideo si de nullo cibo homo comederet, peccaret. Ex hoc sequitur q̄ homo obligabatur in Paradiso ad comedēdum de aliquo cibo: nō tamen obligabatur determinatè comedere de ligno vitæ: & causa est, quia prę̄supponitur, q̄ homo sciebat per esum illius ligni euitare senectutem, & mortem: cætera autem ligna Paradisi etiam simul sumpta non poterant sine ligno vitæ senectutem, & mortem impedire. Ratio tamen naturalis dictat, vt homo vitam conseruet, quamdiu conseruare potest licitè: ergo tenebatur comedere de ligno illo: & si comedere non vellet, peccaret, sic tāgit Magister lib. 2. senten. dist. 19.

Correlarium.

Sed quæreretur, cū solum esset præceptum de non comedēdo, ad quid dictum est, quòd comederet homo de omni ligno Paradisi, cum in hoc nō esset præceptum? Dicendum q̄ fuit conueniens, quòd exprimeretur, quòd homo comederet. Et fuit primo ad tollendum ignorātiam: nam licèt homo ex dictamine rationis sciret, quòd oportaret comedere, vt viueret, & q̄ licitum esset sibi comedere: fortè tamen poterat dubitare de cibis, q̄ essent sibi liciti, & Deus dissimuit dicens: ex omni ligno Paradisi comede. Secūdo erat hoc propter nouitatem hominis: nos enim iā scimus, quid nobis comedere liceat, sed homo quādo ei dictum est, erat incipiens, & nondum comederat: & ideo cum multa essent, de quibus posset comedēdo sustentari. Putaret fortè, q̄ de omnibus, qui dentibus frangi possunt comesturus esset, & ita tā de animalibus, quàm de fructibus terræ, vel posset credere, q̄ cum quodlibet genus manducabilis rei per se sufficeret ad sustētationem eius, quòd Deus vellet, quòd de vno tantum genere rerum comederet. Deus ergo in principio debuit hominem certificare determinādo ei quid comederet: & sic est illud, quod supra 1. ca. Dixit Deus: ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, quę habēt in semetipsis semētē generis sui, vt sint vobis in escā, & cunctis animantibus terræ: inquantum enim dixit de herbis, & arboribus negauit de esca animaliū: ita ergo nunc in Paradiso: cum dictū est; de omni ligno Paradisi comede, ostensum est, quòd liceret homini manducare de ligno, ideſt de fructibus, & non de carnibus, licèt expressè nō vetuit cibum de animalibus. Tertio fuit specialiter propter locū: Deus enim creauerat hominem extra Paradisum, & tulit eum in Paradisum, quod & homo viderat. locus autem iste erat excellentior, quàm ille vbi creatus fuerat, & ex gratia huc fuerat introductus; ideo hic fortè nō auderet aliquid facere, nisi quod specialiter sibi iniūgeretur, aut concederetur: ob hoc autem Deus debuit ei dicere, quid comederet, quia hoc erat homini primo necessarium: & ita dixit de omni ligno Paradisi comede, i. do tibi licentiam comedendi de omnibus. Quarto, & principaliter fuit propter prę̄ceptum negatiuum: nam Deus dixit de ligno scientiæ boni, & mali ne comedas; propter hoc posset homo dubitare de alijs, an etiam aliqua alia essent sibi illicita: ideo dixit Deus, de ligno omni Paradisi comede, ideſt nō interdicitur tibi, nisi vnum lignum, de omnibus alijs datur tibi licentia comedendi; & ista est vera causa: nam si nō vetaretur aliquod lignum, non poneretur, quòd comederet de aliquo, sed quia positum est id, quod vetabatur, debuit poni apertè quid est, quod concedebatur, vt nulla ratio dubitādi maneret. Quinto fuit ad ostendendum prę̄ceptum esse rationabile, & leue, & quòd transgressio primorū parentum fuit magna. Si enim Deus vetuisset homini comedere de multis lignis Paradisi, & concederet comedere de paucis, esset durū præceptum ad implendum: & si homo contrairet, videretur esse peccatum paruum, quia durum erat sustinere tale præceptum: nunc verò cum Deus cōcesserit homini comedere de omni ligno, quod erat in Paradiso, & de vno tantum vetuerit, apparebat, quòd præceptum erat multum rationabile, & facile ad implēdum, & quod peccatum erat graue: quia paruum motiuum habebat ad transgressionem. Sextam causam aliqui addunt, scilicet quòd dictum est non præcipiendo, sed excitando hominem ad id, quod ei conueniebat secūdum naturam; vt promptius illud ageret, quando apertius cognosceret sibi esse licitum: & tamen duæ causæ prædictæ sunt, quas intendit scriptura: & ob hoc specialiter dictum est de omni ligno Paradisi, quia aliàs sufficiebat dici, de lignis Paradisi comede.

Quæst. 21. Cur dictū fuit, q̄ comederet de omni ligno si nō erat prę̄ceptum?

Prima rō.

Secunda ratio.

Tertia rō.

Quarta rō.

Quinta rō.

Sexta rō.

Quæretur quare dicitur hic, q̄ dixit Deus; de omni ligno Paradisi comede: & non dictū est etiam de herbis; nam supra 1. cap. cum Deus dedit homini cibum de vtroque dixit. s. Ecce dedi vobis omnem herbam afferētem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis semētem. Aliqui dicunt, quòd ligna, factū est hoc: quia in Paradiso terrestri non erant herbæ, sed solæ arbores; & ita non potuit homini dari in cibū, quod ibi non erat, & hoc videtur suaderi aliquo modo: quia in dispositione Paradisi non ponuntur herbæ,

Quæst. 21. Cur Deus de lignis solū dixit homini in Paradiso, q̄ comederet de omni ligno, & non dixit aliquid de herbis, non oportebit dari aliquam causam, quare Moyses non dixerit de illis: nam non poterat ipse ponere dictum esse, quod non fuerat. Et tunc dicetur, q̄ quamuis herbæ Paradisi bonæ essent, & salubres, dixit Deus de lignis solū,

herbæ, sed sola ligna: nam dicitur supra 2. cap. Produxit Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue: & ita non habetur quicquā de herbis. Dicendum q̄ istud non est verum, nam certum est, q̄ in Paradiso erant multæ herbæ: primo patet, quia ibi erat aqua multa irrigans Paradisum, sed vbi est irrigatio terræ, nascūtur multæ herbæ, ideo in Paradiso essent herbæ. Secundo, quia Paradisus erat locus excellentissimus, vbi erat omne corporeū, qđ delectare posset: & tamen herbæ delectant tam in visu, quàm in gustu, cum multę earum sint bonæ ad cibum: ergo essent ibi. Cum autem obijcitur, q̄ nō fit mentio in dispositione Paradisi de herbis. supra 2. cap. Dicendum q̄ istud nihil valet: quia locus ab authoritate non valet negatiuè: nam tunc sequeretur, q̄ Eua non vixit aliquot annis: quia non fit mentio in sacra scriptura de annis eius aliquot, & ita de pluribus incōuenientibus. Scriptura enim non refert omnia, quæ sunt, sed solum ea, quæ ad intentionem eius faciunt: sed dicere de herbis nō erat ad propositum sacræ scripturæ: ideo non dixit de illis. Aliter ergo potest dici dupliciter: vno modo, q̄ Deus dixit homini tam de lignis, quàm de herbis comedēdum esse. Moyses tamen tacuit de herbis. Secundo modo potest dici, q̄ Deus solum dixit de arboribus, & non de herbis: ideo scriptura de illis solis expressit. Si teneat primus modus, dicetur q̄ Deus dixit tam de herbis, quàm de arboribus: quia vtraque erant salubria ad escam, & concordat cum eo, quod habetur supra 1. cap. vt sit idem modus mandati. Sed tunc dicetur q̄ Moyses omisit dicere de herbis, quia nō faciebant ad propositum sacræ scripturæ. Nam illa intendit narrare statum fęlicē hominis in Paradiso, & exclusionem eius inde, ppter peccatum: ideo ponit ea, quæ ad hoc faciunt, cætera tacendo: exclusio autem hominis fuit de Paradiso pp transgressionem præcepti: illa autem trāsgressio fuit comedendo de ligno vetito, & non comedendo de aliquibus herbis: quia nulla fuerat vetita: ideo solum autem nulla habetur vetita: ideo neque fuit conueniens exprimi, q̄ aliqua erat concessa, vt non videatur aliquid dictum vltra id, quod necessariū erat. Et propter hoc supra 2. cap. in dispositione Paradisi nō fecit mentionem, nisi de lignis in generali, & de duobus in speciali, s. de ligno scientiæ boni, & mali: & de ligno vitæ: quia memoria istorum erat ei necessaria, & non requirebatur maior mentio: requirebatur autem dicere de lignis in generali, scilicet q̄ plantauit Deus omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue: tā propter hoc, quòd hic dicitur, de omni ligno Paradisi comede, quàm etiam ppter id, quod dicitur postea: vidit mulier quòd bonum esset lignum ad vescendū, & pulchrum oculis. De ligno autem scientiæ boni, & mali dicitur expressè, quòd in illo peccauit homo, & sæpius mentio de eo postea habenda erat. De ligno vitę etiam expressè dicitur, quia illud fuit, quo homo priuatus est propter peccatum: supra 3. cap. Et quia nulla alia faciebant ad peccatum, & ad sequelam peccati, ideſt exclusionem de Paradiso, non dixit aliqua alia esse in Paradiso, licèt multa ibi essent, de quibus multa dicenda essent, si in particulari scriptura vellet ea explicare.

Quæst. 21. Cur Deus de lignis solū dixit homini in Paradiso, q̄ comederet de omni ligno, & non dixit de herbis, &c.

Si autem teneamus secundum, scilicet q̄ Deus solum dixit homini in Paradiso, q̄ comederet de omni ligno, & non dixit aliquid de herbis, non oportebit dari aliquam causam, quare Moyses non dixerit de illis: nam non poterat ipse ponere dictum esse, quod non fuerat. Et tunc dicetur, q̄ quamuis herbæ Paradisi bonæ essent, & salubres, dixit Deus de lignis solū, quia erant melioris nutrimenti fructus arborum, quā herbæ, & erat copia magna fructuum: ideo non erat opus, vt reueniret ad id, quod erat minus boni nutrimenti: & tamen siue dictum sit a domino de herbis, siue non: est intelligendum, quòd nō erant vetitę homini herbæ ad escam, si vellet illis vti: Deus tamen ostendebat ei id, quod melius erat, vt præcipuè vesceretur. Cum autem obijcitur de eo, q̄ habetur supra 1. cap. Ecce dedi vobis omnem herbam: potest dici, q̄ ibi fit mentio de cibo hominum, & bestiarū, animantiumque omnium, cum dicatur, vt sint in cibum vobis, & cunctis bestijs terræ: & tamen bestiæ, ideſt pecora, & iumenta potius vescūtur herbis, quàm fructibus arborum: ideo de herbis est expressum. Sed dicetur, q̄ herbæ non solum dantur ibi in cibū animantibus: sed etiam hominibus: ibi cum dicatur. ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen, & concluditur, vt sint vobis in escam, & cūctis animantibus terræ. Dici posset, quòd debent referri singula singulis, s. vt sint vobis in escam, scilicet ligna, quæ habent sementē generis sui, & cunctis bestijs terræ dedi herbam, & ligna: quia etiam quædā de bestijs, & auibus, & alijs animantibus comedūt fructus arborum. Sed dicendum, & melius, quòd potest intelligi, quòd tam homini, quàm bestijs sint simul datę herbę, & fructus arborum, & homini expresse dentur herbæ in cibū, quia hoc potius litera vult: & tamen dicemus, q̄ illud non est pro statu Paradisi, sed pro statu terræ extra Paradisum, & ibi homini conueniret comedere arborū fructus, & herbas terræ: nam triticum, & legumina manducat homo, quæ non computantur inter arbores, sed inter herbas. Et apparet q̄ iste sit verior sensus, quia post peccatum dictum est homini, q̄ comesturus esset herbas: nam supra 3. ca. dicitur, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cūctis diebus vitæ tuæ, spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terrę: ibi enim de herbis dixit, sed in Paradiso non; quia erat ibi homo dignioris status, & nutrimentum suū deberet esse melius. Quæ tamen istarum duarum sententiarum teneri debeat, ideſt, an homini dixerit Deus in Paradiso de solis lignis manducandum; vel dixerit de lignis, & herbis, & taeuerit Moyses de herbis, non est omnino certum: ideo potest vtrunque teneri.

Responsio ad obiectionem.

Obiectio.

Est nunc dubium de isto mandato, cui datum est, scilicet an soli Adæ, vel Adæ, & Euæ simul. Aliqui dicunt, quòd soli Adæ. Primo, quia litera dicit præcepitque ei Deus: & ita ad vnum solum dirigebatur locutio, & mandatum. Secūdo, quia quando istud præceptum datum est, nōdum erat formata mulier, quia postea ponitur formatio eius: ergo non poterat dirigi mandatum ad illam, & ad virum, sed ad solum virum. Alij dicunt in contrarium, quòd mandatum fuerit datum ambobus. Primo, quia si soli viro datum esset mandatum, non teneretur eo mulier: & ita non peccaret contrafaciendo: & tamē peccauit, & Deus intulit ei pœnam; supra 3. capit. ergo ambobus fuerat datum mandatum istud. Secundo, quia innuit serpēs, quòd mandatum fuerit datum, tam viro, quàm mulieri: nam supra 3. cap. dicitur, quòd serpens dixit ad mulierem: cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno Paradisi: & tamen si soli viro datum esset non loqueretur sic serpens, quia fœminæ videretē falsum esse, quod serpēs dicebat. Tertio, quia si non fuisset datum præceptum mulieri non tentasset diabolus: fruſtra enim erat mouere eam ad comedendum de ligno scientiæ boni, & mali: si comedendo de illo non peccaret: quod tamen fieret si nō fuisset datum prę̄ceptum mulieri. Quarto, & principalius patet, quia mulier hoc confessa est: dixit enim ad serpentem

Quæst. 21. An fuerit datū hoc mandatū, vel soli Adæ, vel Adæ, & Euæ simul.

Opinionis secundę.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

pentem supra 3.cap. de fructu lignorum, quæ sunt in Paradiso vescimur: de fructu vero ligni, quod est in medio Paradisi præcepit nobis Deus, ne comederemus, & ne tangeremus illud: ergo factum fuit præceptum istud tam ad virum, quàm ad fœminam simul.

Quæst. 216 Præceptū de nō comedendo obligabat vtrunque.

Dicendum est, quòd istud præceptum de non comedēdo de ligno vetito obligauit tam virum, quàm fœminam: & etiam comedere de omni ligno Paradisi licuit tam viro, quàm fœminæ: quia hoc scriptura manifestè ostendit tam ex confessione fœminæ, quàm etiam ex pœna, quam Deus inflixit mulieri: ēt ex eo quod in eis secutum est: nam tam vir, quàm fœmina viderunt se nudos postquàm comederunt, & hoc fuit propter peccatum: ergo mulier peccauit: & sic fecit contra mandatum Dei. Et tamen de isto mādato, quod nunc ponitur an fuerit datum ambobus,

Respōsio ad obiectiones.

vel soli viro, vtrūque teneri potest. Si teneatur, quòd datum fuit vtrique concedimus vltimas quatuor rationes positas præcedenti quæst. & ad duas primas re-

Ad primū.

spondebitur. Ad primum dicetur, quòd ponitur; præcepit ei, quasi ad vnum tantum fieret sermo, non quòd vnus solus esset: sed quia Moyses sic debuit scribere, quia alias faceret contra artificium locutionis: nam ipse introduxit istud mandatum datum cum nō locutus esset de formatione mulieris; & sic imperite loqueretur si poneret mandatum datum viro, & fœminæ simul, cum nōdum diceret fœminam esse formatam: sed postea poneret de eius formatione: ideo licet secundum veritatem formata fuisset femina ante præceptum istud datū, & daretur ambobus simul:

Ad secundum.

quia tamen Moyses post hoc scribere intendebat de formatione fœminæ, non debuit dicere præceptum datum ambobus: sed quia Deus locutus fuit viro. Ad secundum dicēdum, quòd fœmina formata erat iam: & tamen Moyses mutauit ordinem naturalem, vt teneret artificialem, qui conuenientior videbatur: & sic vtitur anticipatione, & recapitulatione ponendo prius, quod factum est posterius: similis modus est. supra 1.ca. vbi dr; creauit Deus hoīem ad imaginē, & similitudinem suam: masculum, & fœminam creauit eos, & ponitur ibi de cibo illorum, deinde interpositis quibusdā dicitur. supra secundo cap. Formauit Deus hominem de limo terræ: & postea ponitur de formatione mulieris, quæ non possunt esse vera, nisi per anticipationem, & recapitulationem: quia alias oporteret dici, tam masculum, quā fœminam bis formatos: & sic potuit dari præceptum istud ambobus,

Solutio secūdum secundā opinionem.

quasi iam formata esset mulier. Si autem vellimus dicere, quòd istud præceptum fuit datum soli viro, dicemus, quòd nondum erat formata fœmina, quando datū est, quia alias ambobus daretur, & tunc dicetur, quòd istud præceptum obligauit tam virum, quā fœminam: quia licet non datum fuerit fœminæ immediatè a Deo, fuit reuelatum ei per virum tale mandatum datum esse, quod ab vtroque obseruandum erat; vel potest dici, quòd fœmina formata apparuit Deus iterum vtrique: & dixit eis, de omni ligno Paradisi comedite, &c. & tunc ex illa datione præcepti fuit mulier obligata, & non ex priori. Ad rationes quatuor in contrarium planum est tunc responderi ad primū dicendum, quòd mulier tenebatur isto mandato, & peccauit comedēdo de ligno: quia ei cibus ille fuerat vetitus: & tamen non fuit vetitus nunc, quando fuerunt dicta ista verba, quæ habentur hic: qa nondum erat fœmina: sed quia postea datum est sibi mādatum a Deo immediatè, idest per se, vel mediante viro. Ad secundam dicendum, quòd mulieri loquitur serpens verum, scilicet datum esse mandatum: quia sciebat datum esse mulieri cum viro secunda vice, vel per virum: & hoc habebat mulier tanquam mandatum sibi factum immediatè a Deo. Ad tertium dicendū verum esse: quia si non esset datum ei præceptum, nō peccaret contra faciendo. Licet ista ratio possit dissolui aliter, scilicet quòd etiam si nō esset datum præceptum mulieri; neque ipsa peccaret contra faciendo, tentaret eam diabolus: non ad hoc quòd ipsa peccaret, sed ad hic quòd virum ad peccandum induceret: quasi diabolus non auderet virum per se aggredi: sed per fœminam tanquàm per infirmiorem, & tamen quicquid sit, certum est, quòd fœmina etiā peccauit, & quòd præceptum datum fuit illi. Ad quartum dicendum, q mulier confessa est datum fuisse sibi præceptum a Deo, quia datum fuerat secunda vice post formationem eius, vel per virum ei datum fuerat.

Quæst. 217 Præceptū de nō comedendo datū fuisse viro, nō fœminæ.

Sed quæretur, quæ istarum duarum positionū verior est. Dicendum videtur, quòd secunda. Primo, quia ista magis concordat literæ: non est enim recedendum ab ordine literę sine necessitate: & tamē posuit Moyses prius mandatum istud quàm formationem fœminę: & non apparet aliqua causa vrgēs quare dicamus cōtrarium, scilicet prius fuisse formatam fœminam, quàm datum præceptum, vt ostensum est: ergo non est dicendum, quòd hic sit mutatio ordinis per anticipationem, & recapitulationem. Secūdo & principalius: quia Adam formatus est extra Paradisum, & introductus in illum, & postea in Paradiso formata est fœmina, & tamē statim, vt homo positus est in Paradiso, poneretur ei mandatū de non comedendo de ligno sciētiæ boni, & mali: ergo ante formationem mulieris datum est mandatum. Causa aūt quare daretur ei mandatum statim, vt introduceretur in Paradisum est primo, vt nūquam homo viueret sine lege, sed statim, vt esset, inciperet viuere sub obediētia quadam iuxta illud Trenorum 3.cap. bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia: & illud Platonis introductum ab Arist. lib. 2. Ethi. quòd non modicum differt cōfestim a puero sic, aut sic assuescere: vnde ibi vult rectam disciplinā esse eruditi parvulos ad rectè tristari & rectè gaudere. Secundo, quia si nō daretur præceptum homini ab initio durius sibi esset postea recipere cū assuetus esset ad libertatē, & istud signaturi authoritate allegata Trenorum 3. Nam cū quis didicit a pueritia viuere sub obedientia, & præcepto quātumlibet duro non est sibi difficile quicquid post ea imponatur: sed si de nouo imponatur durius erit: sic dicitur, bonum est viro cum portauerit iugū ab adolescentia sua, sedebit solitarius, & tacebit, leuabitque se super se: ponet in puluere os suum, si forte sit spes, dabit percutienti se maxillā, & saturabitur opprobrijs, scilicet omnia ista tollerabit si assuetus fuerit ab adolescentia portare iugum. Ista ergo homini, vt facilius sibi esset obediri, debuit dari mandatū a principio. Tertio, quia si maneret aliquādiu homo in Paradiso non imposito præcepto isto, comederet fortè de ligno scientiæ boni, & mali: quia nondū erat vetitum: cum autem postea Deus illud vetaret, non esset homini causa tētationis, quia sciret qualis esset sapor eius: tētatio autem locum habet propter ignorantiā, scilicet quando nescit tentatus conditionē rei, ad quā impellitur: & cum putet esse eam melior, quā sit inflammatur in concupiscentiam eius; si aūt nosset illam contemneret, vel non ardenter cuperet: & tamē tam vir, quàm fœmina tentati fuerunt in ligno sciētiæ boni, & mali: ergo nōdum de illo prius comederet; & sic datum fuit præceptum, vt homo positus fuit in Paradiso: & ita habuit locum tentatio, quia nescibant quale erat lignum illud, ad quod alliciebantur. Quarto & efficacius patet, qa ista dicta sunt simul de omni ligno Paradisi comede, de ligno aūt scientiæ boni, & mali nę comedas, quia licentia, & prohibitio simul

simul dari debuerunt: vt vnum cognosceretur per alterum, & tamen certum est, q illa licentia, s. de omni ligno Paradisi comede data est homini antequā qcquam comederet in Paradiso, cum per hanc ostēderetur ei quid liceret sibi comedere: ergo statim data est, vt fuit introductus in Paradisum: quia pauco tempore maneret sine cibo; & ista ratio est multum conueniens: concordat autem hoc valde literę: qa statim vt dictum est, q tulit Deus hominem in Paradisum: sequit, q dixit ei de omni ligno Paradisi comede, &c. Dici potest ergo & verisimiliter, q istud mandatum, & concessio data fuerunt nunc soli viro ante formationem fœminæ. Post formationem autem fuit repetitum præceptum, vt mulier quoque obligaretur.

Quæst. 218 Occasione huius licentiæ, & præcepti, s. vt comedere ret homo de omni ligno Paradisi, est dubium de illo, Quando dixit quod habetur supra 1.ca. cum dixit Deus hominibus, & verbā. ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen Ecce dedi vobis omnem herbam &c. super terram, & vniuersa ligna, quæ habēt in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escam, & cūctis animātibus terræ, quando dictum est istud hominibus a Deo. Et videtur q nunquam dictum fuerit, quia vel diceretur ante peccatum, vel post peccatum, sed neutro tempore potuit dici. Non ante peccatum: quia tunc erat homo in Paradiso, & ibi dictum est id, quod habetur hic, s. De omni ligno Paradisi comede: ergo non illud, s. Ecce dedi vobis omnem herbā, &c. Etiam videtur q non fuerit dictum post peccatū: quia tunc datus fuit homini alius cibus; sic patet, supra 3. cap. s. quia audisti vocem vxoris tuæ, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ: spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ: ibi enim herbæ datæ sunt homini in cibum, & cum labore, sed supra 1.cap. tā fructus, Prima rō. quàm herbæ datæ sunt. Aliqui dicūt q fuit illud dictum homini in Paradiso: quia post peccatum, & expulsionē de Paradiso non inueniunt, quomodo conueniat: & mouētur ad hic, primo quia qn illud Deus dixit apposuit quædam alia bona, s. crescite, & multiplicamini, & tamen post peccatum nō diceret Deus Secunda rō. taliā homini. Secundo, quia ibi dicitur dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli: ista erat exaltatio hominis, & tamen post peccatum non dixit Deus homini verba exaltationis suæ, sed humiliationis, sin su- Tertia rō. dore tuo vesceris pane tuo. Tertio, quia ponitur ibi, q Deus benedixit illis: & tamen post peccatum non Quarta rō. benedixit, sed potius maledixisse videtur saltem indirectè. Nam ait maledicta terra in opere tuo; supra 3. cap. ergo non fuit illud dictum post peccatū. Quarto voluit illud ex ordine literę: nam ista ponuntur ante peccatum, & expulsionem hominis de Paradiso, quæ ponuntur supra 3. cap. & ista verba ponuntur supra 1. cap. & ideo cōmuniter solet teneri, q illa verba dicta fuerunt ante peccatum hominis: & ita dicerentur in Paradiso, & hic nos tetigimus secundum cōmunem opinionem, supra 1.cap. quæst. 3.

Quæst. 219 Impugnatio dictæ opinionum. 1. Ratio.

Sed dicendum q ista positio non potest sustineri; primo, quia si ante peccatum daretur, necesse erat dare tam esse in Paradiso: maximè, quia vir & fœmina tunc erant, ad quos videtur dirigi sermo: & tamē ante peccatum semper fuerunt homines in Paradiso, vel nunquam steterunt ambo foris: ergo dicerentur ista verba in Paradiso: sed ibi non potuerunt dici, quia tunc superuacuo poneretur aliud mandatum datum, s. De omni ligno Paradisi comede: ergo non fuit illud dictum in Paradiso. Secundo, quia quādo fœmina tētata per serpentem respondit de mādato sibi dato, nō dixit, nisi q comedebant de omnibus lignis, & solum vetitum fuerat eis lignū, quod erat in medio Paradisi. supra 3. cap. & ita significauit non esse sibi datam aliā

2. Ratio.

licentiam, neque præceptum, nisi illud. Tertio patet, quia in principio ipsorum verborum dr, Crescite, & multiplicamini, & replete terram: hic tamen nō conueniebat homini in Paradiso, quia ibi solum māsurus esset homo: ergo non impleret terram: nam nomine terræ non signatur Paradisus, sed alia terra, quæ foris est: maximè, quia dicitur replete eam: & tñ repletio non esset, nisi per totū homo se extenderet: & sic extra Paradisum esset, qñ ista dicerentur. Quarto, quia dicit ibi. Dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram: Sed hic non conuenit homini existenti in Paradiso, quia ille non poterat dominari piscibus maris, cum in Paradiso non sit mare: & homo non erat exiturus inde ad mare, neque ad aliquem locū, sed solū in pœnam inde homo exclusus est. Quinto, quia dr de volatilibus, & bestiis: & tamen in Paradiso nō erāt futuræ bestiæ: vt ostensum fuit, supra q. 90. q in Paradiso nulla animalia, præter hominem mansura erant: ideo non posset homo ibi dominari piscibus, & volatilibus. Et dato q aliqs assereret aues, & animalia esse in Paradiso, adhuc dicemus, q non conueniet dici illud verbum in Paradiso, cum dicatur de bestiis terrę, sed bestiæ, quæ mouentur super terram sunt illę, quæ morantur hic, vbi nos sumus. Et potissimum, quia dr de piscibus maris, qđ nullo modo conuenit Paradiso. Sexto, quia dicitur, Ecce dedi vobis omnem herbam: & tamē in Paradiso non fuit data herba in cibum, sed fructus arborum: quia dictum est de omni ligno Paradisi comede. Septimo, quia dicitur dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, ergo herbas, quæ sunt in terra, dabat in cibum: terra autem vocatur, q est extra Paradisum: ergo dabatur illa licētia existentibus extra Paradisum. Octauo, quia dr, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terrę omnique volucri cœli, & vniuersis, quæ mouētur in terra, in quibus est anima viuēs, vt habeant ad vescendū. Data est enim illa esca simul homini, & bestijs: & tamen in Paradiso non datus est cibus, nisi hominibus, cum dicatur de omni ligno Paradisi comede etiam: quia in Paradiso non erant bestię aliquę, quibus daretur cibus; ideo non poterat intelligi dictum fuisse illud alicui existenti in Paradiso, sed foris: & ideo dicēdum plane, quòd non potest accipi dictum esse hoc in Paradiso.

3. Ratio.

4. Ratio.

Quinta rō

Sexta rō.

7. Ratio.

8. Ratio.

Quæst. 220. Verba superiora non fuisse verè dicta a Deo, sed significat per ea qđ ipse faceret.

Dicendū q dupliciter possumus intelligere de verbis illis: vno modo asseremus, q illa verba non dicta fuerunt, sed solum id q per ea significatur. Alio mō dicemus q illa verba, vel æqualentia eis fuerunt dicta homini post peccatum, cū iam expulsus fuerat de Paradiso. Sed tunc objicietur si teneamus primum quō stabit scriptura, qa illa asserit Deum locutum, cū ait: Benedixitque Deus illis, & ait; Crescite & multiplicamini, &c. Dicendum q satis potest accipi nihil illorū dictum esse, quia ibi alleruntur dicta, & tamen factū est quicquid signatur per ea, quæ asseruntur ibi dicta. Et non est istud incōueniens, quia eodem cap. multa alia asserūtur dicta, q nō fuerunt dicta, sicut illud; Dixit Deus, Fiat lux: & tñ Deus ibi nihil dixit, qa Deus non loquitur, & etiam si loqui vellet, nullus erat, cui loqui posset: nam locutio non dirigitur, nisi ad audiē tem, & potentem intelligere, & iste est homo. Certū est aūt q tunc nullus hō erat: & ita in omnibus alijs diebus dr, dixit Deus, & tamē nihil dixit: sed istud potuit Moyses ad declarandum rudibus modum talem, qualem ipsi concipere possent de creatione mundi, q tamen veritati rei factæ non derogaret. Deus enim fecit ea omnia, quæ fecisse narratur cuius modum faciēdi: homines non intelligunt: nam non facit per tempora successiones, sed in instanti: nō facit cum difficultate

ficultate nõ applicando manus ad opus, sicut nos; nõ imponendo alijs, q̃ faciant: sed solum volendo, q̃ aliquid fuit, per sec. etam virtutem suam omnipotentẽ statim illud est. Non inuenit autẽ Moyses, neque fuit alius modus conuenientior ad declarandum hic simplicioribus, quã asserere, q̃ Deus dixit, quòd aliquid fieret, & statim fiebat, idest q̃ Deus in faciendo non habebat maiorem difficultatem, aut laborem, quàm aliquis habet in mandãdo, in quo nulla est difficultas. Etiam opus non durauit in fieri magis, quã durat qs in mandare; talẽ autem modũ faciendi nullus habet, nisi solus Deus: ideo ad hoc signãdum ait quòd, dixit Deus, Fiat lux, & facta est lux: & ita in operibus oĩum sex dierum habetur, quòd dixit Deus, Fiat: & ñ certũ est quòd nihil Deus dixit: si accipiatur dicere, idest loqui. Et hunc modum sequitur Propheta. Psalm. 148. Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt, idest nihil aliud fuit ibi, nisi dicere, & mandare. Ita ergo potest dici, q̃ scriptura asserit, quòd Deus dixit aliquid hominibus, cum tamẽ nihil eis diceret, sed illud dicere aliquid significabat fieri in hominibus. Similiter patet, quia supra 1. cap. dicit q̃ dixit, Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram: certum est tamẽ quòd ibi nullum dicere fuit, idest nulla locutio: q̃ neque Deus locutus est, neque aliquis vice Dei: quia, neque erat aliquis, ad quẽ fieret sermo. Nam cum dicitur, Faciamus, non potest intelligi, nisi vel quòd Deus loqueretur ad angelos, sicut Iudæi intelligunt: & generaliter illi, qui negant pluralitatem diuinorum suppositorũ, vel quòd loquatur vna persona diuina ad alias, idest Pater ad Filium, & Spiritũm Sanctum: & tamen certum est, q̃ in neutro eorũ esset dicere, idest locutio, quia angelus non audit: iõ Deus non loqueretur eis, multo minus vna persona loqueretur ad alias: quia si locutio esset, quæ verè fieret per aliquam diuinam personam, necesse erat fieri per oẽs tres: quia operari ad extra indistinctũ est in tribus personis, cum non sit de actionibus notionalibus. Sed dicendum, q̃ quamuis non fuit ibi dicere aliquod, vel loqui: tamen per illud, dicere, aliquid significat: & illud est dignitas conditionis naturæ humanæ, & illud est primo. quia significatur factus homo cũ consilio. De alijs enim rebus nõ dr̃, nisi quia dixit Deus Fiat, & factum est: quasi pro paruitate rei nõ indigeret opus consilio: de homine autem significatur, q̃ tã excellẽs esset opus, q̃ sine consilio fieri nõ poterat: & ideo dr̃, quòd dixit Deus, Faciamus, quasi ad alios loqueretur deliberando inter eos, aut cum eis de factione hominis. Secundo signatur excellentia: quia monstratur homo, vt factus a tota Trinitate simul, quasi nõ produceret illũ vna persona sola, sed tres; quia dr̃, Faciamus. De alijs autem dr̃, q̃ dixit Deus, quasi possit intelligi vna tñ persona, aut non sit necesse intelligi plures, sicut in homine. Et tamen ſm veritatem non erat maius consilium Dei ad producendum hoĩem, q̃ ad producẽdum alias res, cum apud Deum omnia sint æque facilia, quia nihil est difficile. Etiam, ram hominẽ, q̃ cæteras res tota Trinitas operata est, sed dicta sunt ista & alias res, & non poterat conuenienter aliter demõstrari. Tertio ostenditur dr̃ia dignitatis, in quantum accedit homo magis ad participationem diuinæ naturę, & perfectionis, q̃ alię res; & hoc verum est: & ad hoc significãdum dr̃ Faciamus hominẽ ad imaginẽ, & similitudinem nostram: aliæ autem res nõ sunt ad imaginẽ Dei, nisi incorporea, vt angeli. Quarto desiguatur etiam hoc non fuit dictum homini, sed fuit volatilibus cœli, & bestijs terræ: excellentioris enim naturæ est necessario, quã alia, cum ponatur, vt præsidens alijs: & hic omnia introducit Moyses, vt veriata

Cur dicitur dixit Deus Faciam' hominẽ, &c. Cũ tamen non locutus fuerit. 1. Ratio.

2. Ratio.

3 Ratio.

4. Ratio.

in deliberationẽ inter diuinas personas, q̃ talis aliqua natura crearetur. Nunc autem veritas est, quòd nulla persona diuina dixit aliquid horum alijs personis diuinis, vel angelis: sed est verum q̃ omnia hic, quæ hic dicuntur, collata fuerunt homini: & tamen quia non poterat hic significari meliori modo, quã introducere, quòd personæ diuinæ cum cõsilio, & deliberatione ista contulerunt homini: dicitur q̃ ista dixit Deus.

Quæst. 22. De alijs, quæ Deus non dixit, & tamẽ dixisse dicitur.

Sic autem intelligeretur de illis, quę dicuntur dicta hominibus a Deo, q̃ non dixerit Deus aliquid hominibus, sed q̃ fecerit in eis ea, quæ dr̃ eis dixisse: q̃ meliori modo signari non potebant, q̃ vt diceretur Deus ea dixisse. Cum enim dicitur q̃ benedixit Deus illis, viro, & fęminę formatis, verum est sine aliqua alia expositione: nam benedicere est multiplicare: sicut maledicere est diminuere, vt signatur Deut. 28. cap. & 2. ad Corin. 8. & 9. cap. Deus autẽ dedit hominibus, idest masculo, & fęminę vim multiplicandi: vt ex illis duobus nasceretur tota hic multitudo, quę postea in orbe apparuit: ideo dr̃ benedixisse eis. Quod vero sequit & ait: Crescite & multiplicamini: non ait aliquid eis, sed illud fecit dãdo eis virtutem ad hoc: & apparet hic quid importaretur nomine benedictionis: dixerat. n. q̃ benedixerat illis Deus, & q̃ aliquis dubitaret, quid importaretur in ista benedictione dr̃, q̃ dixit eis: Crescite, & multiplicamini, idest istud importatur, q̃ pauci erant, & efficerentur multi, & qui ab eis nascerentur parui essent a principio, & postea crescerent, & efficerentur maiores. Dicitur vltra: Replete terrã, & subijcite eam: hic etiam ad benedictionem pertinebat: tñ enim esset multiplicatio ipsorũ, quòd terrã impleturi essent, sicut & nunc implẽr: non quidem totam eam corporibus suis implendo, aut occupando, sed totam in habitando, quia non sunt aliquæ partes orbis bonę habitationis, quæ non habitentr̃, & plenę sint colonis. Dixit etiam subijcite eam, idest habete sub potestate vestra. Tãtę dignitatis creauit Deus hominem, quòd cõstituit eum dñm terræ, vt in ea faceret, sicut vellet, & vtile sibi cerneret seruata solũ obedientia ad Deũ: & hic etiam veniebat in nomine benedictionis, s. ga non solum multiplicabatur homo corporaliter, sed etiam spiritualiter per exaltationem ſm dignitatem. Additur Dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram ad dignitatem hominis istud pertinet, vt dñetur his: & est dñium istud in hoc, q̃ homo cognoscat se maiorem, & superiorem his naturaliter: etiã agnoscat potestatem a Deo traditã super ista: etiam, vt possit de illis facere, quod viderit sibi conuenire. De his autem omnibus nihil Deus homini dixerit: sed dr̃ dixisse, quia istam totam virtutem, & dignitatem significatam per præcedentia ei verè contulit, & significauit homini ista sibi collata. Ista significatio fuit dãdo sibi intellectum, quo ista sufficienter intelligeret, sin quãtum excelleret cętera, & quid posset super illa, & vnde sibi hoc prouenisset, s. a Deo, & quia non solum dedit Deus ista homini: sed etiam dedit ei illa intelligere, dicitur ei proprie dixisse quid ei dederit: de alijs autem rebus dicitur, quòd Deus eis dedit virtutẽ generandi, vel multiplicandi: sed non dicitur q̃ Deus eis aliquid dixerit: quia licet Deus aliquas naturales perfectiones contulerit, non tamen dedit eis cognoscere perfectiones suas, & vnde haberent. Et sequitur. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen, &c. vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, etiam hoc non fuit dictum homini, sed fuit factum, quia Deus ad hoc produxit fructus, & herbas: vt homines, & omnia animalia vescerentur eis: & ga non solum ita fecit, sed hominibus cognitionẽ. Hãc dedit, quòd arbores, & herbæ erant ad cibum eorum,

& ani-

& animalium: ideo dicitur quòd eis dixit, Ecce dedi vobiis, &c. cæteris autem animalibus dedit Deus ista in cibum: sed non dedit eis cognitionem, a quo ista acciperent, & quomodo cibus eorum esset: ideo nõ dicitur quòd dixit Deus bestijs, dedi vobis in cibum herbas, & ligna, sed solum asseritur dictum hominibus. Quãquam verò Deus nihil istorum dixerit hominibus, Moyses debuit ita scribere, & Spiritus Sanctus ita eum impulit ad scribendum, vt significaretur quid Deus fecerat in homine, & quam potestatem ei dederat: & etiam vt auditoribus scripturæ huius constaret, quomodo Deus opus suum valde bene disposuisset, non solum dando virtutem ad esse, sed etiam dando cibum, & alia conuenientia rebus, vt nihil eis deesset ad esse, neque ad bene esse: & ita non manebit argumentum de ista locutione Dei ad hominem in concessione cibi: quia ista non fuit verè aliqua locutio, sed solum aliquid, quod factum est nihil dictũ. Duę autem concessiones, vel ostensiones cibi fuerũt solum: vna in Paradiso, de qua dicitur supra 2. cap. scilicet. De omni ligno Paradisi comede; alia post expulsionem, aut post peccatum saltem. In sudore vultus tui vescęris pane tuo, & illud; Comedes herbas terræ supra 3. cap.

Quæst. 22.

Alio modo poterat accipi, quòd ista concessio cibi fuerit locutio quædam Dei ad homines facta per angelos, sicut consueuit in alijs, & tunc dicetur, q̃ fuit Radi. ver. dicta post peccatum, & exclusionem de Paradiso. Et patet sunt. Post hoc, quia talia ponuntur ibi, quæ significant dicta esse peccatum post peccatum: hic eis, qui manebant in terra. Primo quia dicit, Creprobatur. scite, & multiplicamini, & replete terram: & ita non erant in Paradiso, sed in terra: & tñ vir & fęmina nũ ordinã nõ. quã fuerunt extra Paradisum, nisi post peccatum: nã quãdiu in Paradiso manebant, non erãt repleturi terrã, sed Paradisum: cum aũt terrã iubentur implere, in terra manent, vel ibi mansuros eos fore significatur.

Secunda ratio. Secũdo, quia dr̃: Dominamini piscibus maris, & volatilibus cęli: & tñ in Paradiso manẽtes non erant visuri mare, neque ituri ad illud, ad hoc q̃ dñarentur pisci bus maris.

Tertia ratio. Tertio, quia dicit: Volatilibus cęli, & vniuersis animantibus, quæ mouentur super terram: & tamen in Paradiso nõ erant futuræ aues, & multo minus cętera animalia, vt ostensum est supra q. 90. maximè quia dr̃, Quæ mouentur super terram: ideo etiã si aliquæ bestię essent in Paradiso, non intelligeretur de illis, sed de ipsis, quæ erãt super terram. Quarto, quia dr̃; Ecce dedi vobis oẽm herbã, &c. & tñ in Paradiso non dedit in escam, nisi ligna, supra 2. cap. Quinto, qa dr̃, Vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ; & sic simul dabatur homini, & pecori, sed in Paradiso nihil futurum erat cõe homini, & pecori, qa ibi animalia non erant futura: ergo non põt dictum esse, quòd ista fuerint facta supra q. 218. ostendentes, q̃ non potuit hoc dici post peccatum, videntur esse alię: idẽ ostendẽtes conclusiones tra præcedentẽ sententiã. Prima, quia tunc ponerent supra 3. cap. quod non conuenit: quia Deus nõ mutat aliquid de eo, quod facit, cũ non sit filius hominis, vt mutetur: Numeri 23. cap. Ideo cum daret vnã cõcessionẽ, vel modũ cibi manẽte statu eodẽ ex parte hoĩs, non variaret Deus cibũ, quem dederat. Secundo, qa supra 1. cap. dr̃: Dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animantibus, quę mouentur super terram: & tñ post peccatum non habuit hõ istud dñium, sed solũ ante peccatũ: ergo non potuit postea dici. Tertio, quia si illud fuisset dictum post peccatũ, poneret illud scriptura post illud supra 3. aut 4. cap. & tamen ponitur supra 1. cap. ergo non fuit dictum post peccatum.

Quæst. 22. Concluditur verba huiusmodi dicta fuisse a Deo post peccatum, Adamo, & Eua de Paradiso exclusis.

Dicẽdũ q̃ ista positio est satis cõueniẽs, s. q̃ fuerint dicta ista hoĩbus post peccatum, cũ exclusi essent a Paradiso, & erit ordo iste: cũ peccauerunt fęmina & vir, increpuit eos Deus in Paradiso prænunciando pœnas quas habituri essent manentes extra Paradisum, & inter cætera mala quæ paterentur dixit eis de cibo. s. comedes herbas terræ. sup. 3. cap. Post hoc autem expulit eos Deus de Paradiso. eod. cap. Tunc vero expulsi de loco fęlicitatis in hunc locum exilij soli, & miseri essent, quasi desperati, sed clementissimus Deus, qui non continet in ira sua misericordias suas, compassus operi suo: ipse enim cognouerat figmẽtum illorum, cõsolatus est eos: & si peccassent non erant alieni, sed Dei solius opus, misereretur, ergo eis nõ passus, vt omnino perirent, aut tristitia grauaret spiritũ eorum, inter ipsas suas calamitates consolatus est eos, tollerabiliorem eorum miseriam efficiens, & tunc diceret eis: Crescite & multiplicamini, & replete terram, idest, licèt pauci sitis: quia duo soli, non credatis vobis solos mansuros: dabo. n. vobis consolationem imposteris vestris: nam multiplicabimini, & multi eritis. Dixit ẽt eis: Replete terram. s. quia multi eritis replebitis eam: nunc. n. vobis solis paruus locus sufficit: neque potestis totam eam habitare: & tñ q̃n multiplicati fueritis, replebitis eam, sicut & nũc plena est. Sequitur, Dominamini volatilibus cœli, & piscibus maris, & animantibus, quæ mouentur super terram. Dixit hoc ad consolationem, quia duo soli mauebant inter tot animalia, a quibus cito poterant deuorari, aut cõsumi: iõ ait, dominamini. i. estote dñi: non enim nocebunt vobis, neque consument, sed potius habebunt vos vt dominos. Adiunxit autem: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen, in quo prouidit eis de cibo. s. vt comederent de omnibus fructibus arborum, & de herbis terræ, quæ cõmunia erant tam eis quàm pecoribus, & oĩbus animalibus: non solum de eis, q̃ spõte nascerentur, sed de eis, quæ per cultum germinarent: nam post peccatum prænũciatũ fuerat homini, q̃ terram in sudore coleret, & sic cibos de ea haberet. Istud motiuum ad dicẽdum hoc ex clemẽtia Dei est valde rationabile: nam ita factum est in quibusdam alijs, sicut in Cain: peccauerat enim, & Deus peccatũ eius manifestauit ei, & pœnam apposuit dicens: Nunc ergo maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & susępit sanguinem fratris tui de manu tua; cum operatus fueris eam nõ dabit fructus suos, vagus & profugus eris super terram omnibus diebus vitæ tuæ supra quarto cap. Audita autem ista, tam dura increpatione, & impositione pœnæ, fuit Cain quasi desperans: & ait ad dominum; maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear, ecce eijcis me hodie a facie tua, & a facie tua abscondar, & ero vagus, & profugus in terra: omnis ergo qui inuenerit me, occidet me. Deus autem noluit dare locum huic desperationi, sed aliqualiter consolatus est eum dicens: nequaquam ita fiet, sed omnis qui occiderit Cain septuplum punietur: posuitque dominus signum in Cain, vt non interficeret eum omnis, qui inueniret eum. supra quarto cap. Ita ergo & nunc consolatur Adam, & Euam, licèt peccassent: quia valde magis peccauit Cain, quam illi: ergo a fortiori Deus consolaretur eos potissimum, quia illi erant principium totius generis humani, & si illi perirent, non prodiret ab eis tota hæc multitudo diffusa per orbem terrarum. De Cain secus erat, quia etiam si ille periret, idest occideretur, maneret humanum genus, sicut & perijt Abel frater eius sine progenie. Etiam, quia nũc de posteris Cain nullus est in orbe, cum omnes in diluuio deleti sint. Sic etiam fuit de diluuio: Deus enim

illud

illud immisit indignatus peccatis hominum, ut patet supra 6.cap. & completo illo homines erant quasi desperantes, neque audebant super terram egredi, & vacare proli, aut aliquid aliud facere: quasi pro qualibet iniquitate statim Deus illos deleturus esset diluuio: Deus igitur consolari eos volens, promisit quòd nunquam immitteret diluuium, neque aliquam generalem corruptionem, sicut tunc fecerat, sed solum particulares super peccantes: mundi autem status, & terrę semper in suo ordine perseueraret. Sic dicitur supra 8.cap. Nequaquam maledicam vltra terræ propter homines: sensus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua: non igitur percutiam vltra omnem animam viuētem, sicut feci: cunctis diebus terræ sementis, & messis, frigus, & æstus, & hyems, nox, & dies non requiescent: ergo & nunc post peccatum Adę, & Euæ, vt non cōsumerentur tristitia in cordibus suis, consolatur eos Deus aliqualiter, dicēdo hęc, in quibus alleuiabat quodammodo miseriam eorum, quam eis propter peccatum intulerat; satis ergo verisimile est, quòd dictum illud fuerit post peccatum, & expulsionem de Paradiso. Id vero, quod ponitur supra 3.ca. dictum fuit post peccatum, sed fuit ante expulsionem de Paradiso: nam post hoc sequitur quomodo Deus illos inde expulerit.

Quæst. 224 Argumenta superiora quæst. 218. diluūtur.

Nunc respondendum est ad ea, quę contra dicebātur supra q. 218. Primum erat, quia dicitur; Crescite, & multiplicamini: & dicendum, quòd Deus diceret hoc post expulsionem de Paradiso: quia istud nō pertinebat ad aliquem statum felicitatis, sed solum ad statum naturæ: nam etiam bestiæ multiplicatæ sunt; naturalia autem non perierunt post pecccatū, quia non sunt ablata per illud. Ideo dixit hoc Deus. Itē inconueniens esset, quòd ista Deus diceret homini post peccatum, si rem significatā non efficeret in eo post peccatum: & tamen illam efficit, quia post peccatum creuerunt, & multiplicati sunt, cum prius soli duo essent; ergo non erat inconueniens, quòd Deus illud diceret post peccatum.

Ad secundum.

Ad secundum dicēdum, quòd istud dictum fuit hominibus non ad exaltationem, sed ad consolationem, quia homo erat inter animalia multa solus: timeret ergo cum videret se incidisse diuinā indignationem, quòd bestię illum occiderent: ad tollendum hunc timorem dixit, Dominamini piscibus, &c. ideſt non timeatis, quia potius eritis, vt domini istarum rerum. Sed de hoc magis dicetur in solutione secundæ rationis positæ quæst. 222.

Ad tertiū.

Ad tertium dici potest vno modo, quòd Deus benedixit hominibus post peccatum, scilicet dando eis, quòd multiplicarentur: talis autem benedictio non repugnat illi statui: secus si esset benedictio gloriæ, vel status felicis, sicut erat in Paradiso terrestri: nam talem benedictionem non daret Deus homini post peccatum. Aliter potest dici, quòd illa benedictio fuit ante peccatum in ipsa formatione; nam formando eos dedit illis talem vim, vt multiplicari possent per generationem, sicut & dedit bestijs, & omnibus ferè animalibus: & ideo non dicitur, quòd Deus dixit eis, quòd benedicebat eis: sed scriptura refert, quòd benedixit. Tertio potest dici, quòd non repugnat, quòd Deus benedixerit homini post peccatum; nam terra maledicta fuit in opere hominis post peccatum, supra 3. cap. Sed homo non maledictus fuit, ideo non repugnat eum benedici.

Ad quartū

Ad quartum dicendum, quòd illa ratio ex ordine literæ nihil concludit, sed potius inde sequitur contra arguentem: nam si ideo dicēdum est, non fuisse illud dictum post peccatum: quia ponitur in scriptura antequam scribatur de peccato: dicetur etiam quòd non fuit dictum hominibus in Paradiso, sicut isti asserunt: quia illa litera ponitur antequam scribatur, quòd homines fuerint positi in Paradiso; immo antequam dicatur plantatus Paradisus: etiam sequitur inde quòd fuerit dictum antequā formaretur aliquis homo: nam post illa verba, quæ sunt supra 1. cap. ponitur de formatione Adę de limo terræ, & de formatrone mulieris de costa supra 2. cap. ergo non valet argumentum illud sumptum ex ordine literæ, cū necesse sit in multis poni anticipationē, & recapitulationem, & ideo potuit esse illud dictum post peccatum: licet sit positum multo ante.

Quæst. 225 Respondeo ad rationes cōtra factas supra quæst. 222.

Est nunc respondendum ad rationes cōtra factas supra quæst. 222. Ad primam dicendum, quòd non est inconueniens poni duas ostensiones de cibo hominis post peccatum: fuit enim ordo iste, vt supra dictum est, scilicet cum homo peccauit, statim Deus eum redarguit in Paradiso, prænuncians omnia mala ei futura, & inter cætera dixit, Et comedes herbas terræ, vt patet supra 3. cap. & quia ex illis pœnis ibi prænunciatis, & quoniam de Paradiso erant ambo exclusi, inciderēt fortè in desperationem, vel in grauissimam tristitiam, quæ illis causa pereundi esset, cōsolatus est Deus illos, & dixit ista verba, vt declaratū est supra quæst. 223.

Etiam dicendum, quòd istæ duæ locutiones non erant vnius modi, quia vna erat pronunciatio pœnalitatis, alia erat ostensio cibi: cum enim dicitur supra tertio cap. Et comedes herbas terræ, nō ponitur hoc, quasi non liceret hominibus comedere aliquid aliud, vel quòd hoc solū comesturi erant: sed quia vna pars miseriæ suæ esset, quòd comesturus esset herbas terræ, istud autem proueniebat ex peccato: nam ante peccatum terra sufficienter germinabat ad escam hominis, & fructus arborum sufficeret ei. Ideo vt non oporteret comedere herbas, quæ erant minoris dignitatis, & deterioris nutrimenti, dictum est homini in Paradiso: de omni ligno Paradisi comede, & nō dictum est, quicquam de herbis supra secundo cap. Post peccatum autem Deus minorauit virtutem terræ, vel aliàs factum est, vt non fructificaret tam abundanter, sicut fructificatura erat terra Paradisi: nam dictum est: Maledicta terra in opere tuo, supra tertio ca. ex deterioratione autem eius, vel diminutione virtutis sequebatur, quòd non sufficeret soli arborum fructus ad escam hominis, propter quod descendere debuit ad herbas: & ita dixit illi Deus, Et comedes herbas terræ, ideſt non poteris habere cibum sufficienter, nisi ad herbas declinaueris: & adhuc istas herbas non posset habere homo ad sufficientiam sponte natas, sed oporteret, quòd terram coleret cum multo labore ad eas habendum, cum dicitur, In sudore vultus tui vescēris pane tuo: & iterum, Maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes ex ea, supra tertio capit. & ideo non designatus est hic cibus hominis quis futurus esset, sed maximum malū, quod habiturus esset; cum autem dicitur, Ecce dedi vobis omnem herbam, &c. supra primo cap. non designatur pœna, sed significatur quid homini comedere liceat, aut quid Deus ei ad comedendum pro illo statu concedat.

Et tunc ad argumentum dicetur, quòd non dedit Deus duos modos ciborum in eodem statu, sed vnū tātum, quia illum dedit, qui significatur supra primo cap. scilicet. Ecce dedi vobis omnem herbam: iste autem qui habetur supra 3. cap. non fuit cibus designatus homini, sed fuit prænunciata miseria hominis, cuius pars quædam erat in hoc, quòd cogeretur inter cætera comedere herbas terræ. Et cum dicitur ibi, q̄ Deus non mutatur, verum est, & ita hoc non fuit mutatus in toto illo statu primę ætatis: quia vnum modum dedit ciborum, & illum non mutauit.

Ad

Qū. 226. Ad secundum dicendum, q̄ verum dominiū super omnia animantia in actu, vel exercitio habuit homo in statu innocētię, & habiturus fuisset si ita maneret, s. quia maneret ordo Dei firmus: vt oīa inferiora fm naturā obedirent: & subijcerētur digniorib⁹ fm naturam; & quia homo est excellentior oībus animalibus, oīa subijcerentur ei: & nullū posset ei nocere: sed ad nutum suū mouerentur: cùm autē peccauit, cepit homo, qui erat minor Deo nō obedire: ideo & Deus fecit, vt non maneret ordo ille, q̄ obedirēt inferiora superioribus: nā statim vires inferiores in hoīe cęperūt resistere superioribus intellectui, & voluntati, & eruebuit homo, q̄ fuit pœna quędam supra 3. cap. & sic etiā animalia quæ erant minora hoīe, inceperunt nō obedire ei: & poterant iam vulnerare ipsum, & nocere: & ideo si accipiantur verba illa fm totum rigorē suum, cōpetebant homini pro statu innocentiæ, q̄ dominaretur piscibus, & volucribus, & aīantibus cūctis terræ.

Vtū dicta quæ dicūtur de homine habitu. mutū hoc. mutū fuit. esset ei nulla.

Sed adhuc dicendum, q̄ post peccatū cōpetit homini, q̄ dominetur piscibus: & volucribus & animantibus, fm habitū, ideſt, retineat illam potestatē, tñ nō posset habere pro nunc totū exercitiū illius, quo priuatus est post peccatū: & tñ dicuntur ista verba adhuc homini post peccatū, quia significant aliqua, quæ ei cōpetunt. Primū est naturalis dignitas, qua ei cōpetit dñari. Ista autē dignitas non perijt per peccatū, cū naturalia maneant, ideo adhuc hoī manet, q̄ sit dñs oīum aīaliū. Et verū est, q̄ dñs est, sed nō dñatur. i. non exercet dñium fałtē quantū ad oīa, quia quędam aīalia sunt, quæ neq; manuescunt, neq; vnquā hoībus subijciuntur, & hoc est habere dñium in habitu. s. dñs est, nō tñ habet illud in exercitio, quia non dñatur subijciens sibi oīa aīalia. Secundum est, q̄ tollitur hoībus error, quē concipere poterant de aīalibus, cū ipsi pauci essent, & aīalia multa, & dr q̄ homo dñatur his oībus. s. nō debeat timere ea, sed potius aīalia debent timere hominē, & vere timent: sic n. dixit Deus hoībus post diluuiū in consolationem cōtra aīalia, supra 9. cap. Terror vr̄ ac tremor sit super cuncta animalia terræ. Tertium est, q̄ significatur homini licere sibi facere de oībus aīalibus, quod voluerit, tā de piscibus, q̄ de auibus, q̄ de cunctis, quæ mouentur super terram: tam occidēdo ea, quàm seruando, vel ea transferrendo ad quoscūq; vsus sine peccato: hoc aūt non liceret hoī, nisi homo esset vere dñs oīum animaliū; nā gp hoc non licet homini occidere aliū hominē, aut facere de eo quicquid placuerit, quia homo nō est vere dñs alterius hoīs. In hoc proprie cōsistit dñium hoīs super oīa aīalia, & hoc non est ablatū per peccatū: qa aliàs nō liceret homini nunc occidere aīalia, aut transferre ea in quoscumq; vsus veller: & tñ licet cuilibet homini tam fideli, quàm infideli: ex quo apparet, q̄ Deus tradidit homini hanc potestatē, cum occideret alium hominē, non tñ peccaret occidendo aīalia. Et apparet, q̄ istud dictum fuerit, aut dici potuerit hoībus post peccatū: & non obstat, q̄ hic videatur ostendi excellentia hoīs, & tradi sibi potestas super bestias, & oīa aīalia: quia talia oīno dicta sunt hominibus post diluuiū, supra 9. c. & tñ erat illud post peccatū: & multo plura, & maiora peccata tunc fuerant quā fuit peccatum Adæ, & Euæ: & dicta sunt eis illa: ergo potuerit multo fortius dici ista Adæ, & Euæ expulsis de Paradiso, & daretur eis bndictio. Nā dr: Benedixitq; Deus Noe, & filijs eius, & ait, Crescite & multiplicamini, & replete terrā, terror vr̄ ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cęli, cum vniuersis, quæ mouentur in terra: omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt. Et postea eodem cap. dicitur, Vos autem crescite, & multiplicamini, & ingredimini super terram & implete eam. Ecce ponūtur ibi

A omnia, quæ habentur supra 1. cap. Nam dicitur ibi, q̄ benedixit Deus Noe, & filijs eius, ita benediceret viro, & fœminæ post peccatum, scilicet dando eis vim multiplicandi: & dicitur, Crescite & multiplicamini, sicut supra primo cap. Crescite in magnitudine, & in numero multiplicamini, quod fuit in filijs Noe, ex quibus est tota multitudo gentium. Sic etiam fuit in Adam, & Eua, a quibus fuit tota multitudo, quæ erat ante diluuium. Dicitur replete terram: quia vtrique terrā repleuerunt habitando per diuersas partes eius: & quod dicitur supra primo cap. Dominamini piscibus maris, &c. dictum fuit ad Noe, & filios eius, supra 9. cap. Terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ, & volucres cœli cum vniuersis, quæ B mouentur in terra, omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt: & ita apparet, q̄ conuenienter potuit dici omnibus post peccatum commissum id, quod habetur supra 1. cap. scilicet, Crescite & multiplicamini, &c. Ad tertium dicendum, q̄ id argumentum de ordine literæ non tenet, teneret autem si præsupponeremus, q̄ in sacra scriptura est semper ordo rectus narrandi, sicut fuit ordo rerum in essendo secundum tempus: sed istud non est verum, quia sæpe fit anticipatio, & recapitulatio, vt iam ostendimus: & patet in creatione hominis supra primo cap. & postea supra 2. cap. ponitur qūo formatus fuerat Adā deinde Eua.

Ad tertiū.

Qō. 227. Cur Moyses nō posuit rē eo ordine, quo facta est, cū potuerit.

Sed statim quęretur, cùm potuisset Moyses hic ponere rem eodem ordine quo facta est, scilicet, vt poneret illa verba post expulsionē hominis de Paradiso, quare non fecit. Dicendum, q̄ cùm anticipatio & recapitulatio sint contra ordinem naturalem rei, numquā scriptura sacra, aut alij Scriptores vtuntur eis, nisi propter aliquam necessitatē, s. quia acciderent aliqua inconuenientia, si non mutaretur ordo. s. fieret confusio, & obscuritas in intelligendo, vel frequens repetitio, aut non referetur res singula fm conditionē suā; & interdum fieret impossibilis narratio: quia interdū multæ res factæ fuerunt simul tempore, tamen non possunt multa simul narrari. Ideo etiam si nihil aliud esset, necessaria esset anticipatio, & recapitulatio in scripturis, & ita fit in omnibus libris Historicis, neque aliter scribi possunt. In præsenti autem ita fuit, poterat quidem Moyses scribere post expulsionem de Paradiso illud, quod habetur supra 1. Crescite & multiplicamini, & tñ non scripsit, quia nō conueniebat rei, de qua agebatur: scribebat. n. hominem, vt constitutū in miseria propter peccatum: ideo non debuit de eo tunc dicere aliquid, q̄d pertineret ad eius excellentiā. Tres enim status habuit homo, vel pōt fm illos considerari: quia fm veritatē duos tantū habuit. Primus est, vt cōsideretur homo fm ea, quæ sunt sibi pure naturalia, nō addita miseria, neq; apposita felicitate. Secundus est, vt consideretur in quadam excellentia Paradisi gratis sibi data. Tertius fuit, vt consideretur in miseria, quam habuit post peccatum. Duo status istorum fuerunt in veritate, & in actu: nam verè fuit homo aliquando in Paradiso tam vir, quàm fœmina, & competebant sibi aliqua ibi. Etiam fuit homo in statu post peccatum, in quo nos sumus, & sunt isti secundus & tertius status. Primus autem status est solùm secundum considerationem inquantum secundum naturam competeret homini aliquis status: tamen nūmquam homo habuit illum de facto: quia statim, vt Adam formatus est, positus fuit in Paradiso, & mulier formata est in Paradiso. Ille autem est secundus status, & ita in ipso primo statu numquam homines fuerunt, sed fuissent, si Deus ex liberalitate sua non transtulisset hominem in Paradiso mox formatum. Et quoniam in quolibet statu competit homini habere omnia illa, per quæ viuat, licèt differenter

ferenter in quantum ipsi status differunt, posuit Moyses de quolibet istorū qd competeret homini in illo. De primo statu intelliguntur ea quæ habentur supra 1. cap. Qui est status ſm naturā. De secūdo qui est status Paradisi, scribūtur ea, q̄ habētur ſ. 2. cap. De tertio statu, q̄ est post peccatū, dicūtur quæ habētur ſ. 3. cap. Et ob hoc dr̄ ſ. 1. cap. Quòd Deus dixit hominibus creatis, ſ. dedit illis vim multiplicādi, cum benedictio importet multiplicationem: competit enim homini secūdum speciem habere vim generatiuam, ſm quā possit multiplicari p̄ indiuidua: & ideo subditur, Crescite, & multiplicamini, quod idem significat: nam secundum naturam hoc ei competit nō addita sibi vlteriori virtute: neq; ablato aliquo de naturalibus. Dicitur, Replete terram: quia homini ſm naturam cōpetebat morari in terra, quia de ea formatus est. Quòd aūt sit trāslatus in Paradisum, fuit ex liberalitate Dei. Repleturus erat homo terrā, qa se extenderet p̄ eam ad habitandū. Dicitur, Et subijcite eā, i. exercete colēdo, & subijciendo vobis faciendo de ea quod volueritis: nā homo est naturaliter Dñs terræ: & iō pōt eam ad vsus suos transferre, sicut voluerit. Dr̄. Dominamini piscibus maris, & volatilibus cęli, & vniuersis aīantibus, q̄ mouētur super terrā ad significandū naturale dominiū, quod homo hēt in habitu: nā ex natura nō cōpetit ei dñiū in actu: sed solū in habitu: nā si cōpeteret dñiū in actu, nō fuisset ablatū p̄ peccatū: & tamē nūc nō manet: iō solū intelligitur ſm habitū, ſ. q̄ vere homo est dñs oīum aīaliū: qa licet ei facere de illis qđ placuerit: & nō peccat in hoc: & tū si nō esset dñs, peccaret: sicut hō illicite occidit aliū hoīem, vel reducit in seruitutē, si non subest aliqua cā iustificans istum actum: tale dñium significatur ſ. 1. cap. Etiā dr̄ ibi; Ecce dedi vobis oēm herbā afferentē semē: istud quoq; pertinebat ad statum ſm naturam. Nam licèt homo comedat carnes: & fructus, & herbas magis conueniens erat: & iō magis naturale comedere fructus, & herbas, q̄ comedere carnes in statu naturæ conditæ: secus aūt in statu naturæ lapsæ, sicut nunc est: licèt, p̄riè in hoc Moyses tetigit cōditionē primi status, qñ sic se habuerūt hoīes, & aīalia. Quòd vero Moyses posuerit ista, vt cōpetentia hoī, ſm statū naturæ, apparet qa dixit ista in die sexto, in quo homo creatus est ſ. 1. cap. Ea vero, quæ sunt hoī, aut cuilibet rei ſm materiā, cōpetunt ei a principio suæ gnationis, aut suæ existētiæ. Secundus status erat hoīs in Paradiso: &, p̄ isto posuit Moyses cibū ſ. 2. cap. ſ. Ex oī aūt ligno Paradisi comede: iste status erat melior naturali statu cū cōpeteret ex gratia: & iō sicut erant ibi hoīes in meliori loco: ita debuit eis dari melior cibus: & ponitur solū esus lignorū, & non herbarū; & erant illa non ligna terræ; sed Paradisi; & præcipuè, quia esuri essent de ligno vitæ. eod. cap. Talia autē Moyses scribere debuit pro illo statu tam excellenti. Tertius status fuit hominis post peccatum, & quia pro peccato erat ei pœna infligenda, & multæ inflictæ sunt, non debuit ibi aliquid poni, nisi quod ad pœnam pertineret; licèt pro illo statu relinquerentur homini alia quæ non essent pœnalia, scribere tñ illa inter pœnalia inartificiosum erat. Hoc tenuit bene Moyses ſ. 3. cap. Nam dixit, q̄ Deus ait ad Adam; Quia audisti vocē vxoris tuæ, & comedisti ex ligno, ex quo præceperam tibi, ne comederes maledicta terra in opere tuo; in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, spinas, & tribulos germinabit tibi; & comedes herbas terræ in sudore vultus tui vesceris pane tuo; & sic non ponitur ibi aliquid, nisi pœnale; & quòd homo comederet herbas terræ; & tamen certum est, quòd licebat sibi tunc comedere de fructibus arborum; & ita apparet qualiter intelligendum sit id, quod dr̄ ſ. 3. cap. & quando dictum est, vel si dictum fuit aliquando.

Quæst. ad Cat. Deus non fuit mendax de mutatione libertatis de lapsu.

Nunc est dubium, cùm dictum sit supra 2. cap. Ex omni ligno Paradisi comede: quare dictum est solū de lignis: & cur non de animalibus. ſ. auibus, & piscibus: quia eorum cibatio delectabilior est, & hoībus in Paradiso aderat omne delectamentum, quod quis re cte volens cupere posset. Aliquis dicet, q̄ hoc fuit dictum, quia in Paradiso nullus alius cibus erat: quia ibi non erant animalia, cùm solus hō ibi habitaret: vt dicit Damascenus, & ostensum est sup. q. 90. Dicendū, q̄ hoc nō stat primo: qa alia aīalia ibi haberi possent saltem pisces: nam semper in fluminibus sunt pisces, & tñ in Paradiso erat fluuius magnus, ex quo diuidūtur quatuor flumina. sup. 2. cap. Ergo saltem pisces ibi essent: & de illis possent homines comedere. Secūdo quia cùm Deus poneret hominem in Paradiso, vt ibi haberet copiam omnium bonorum, & nihil eū contristare posset, si ei conueniret manducare carnes, p̄uideret Deus illi de carnibus: ideo non est concedendum, q̄ ideo non comederet illas, quia ibi non erant. Tertio quia Deus introduxit animalia in Paradisum qñ decuit, vt qñ Adā posuit noīa animalibus. sup. 2. c. & ēt serpentē introduxit, vt asseritur qñ tētauit Euā, vel per aliquē spiritū fuit introductus: ergo similiter si conueniret homini comedere carnes in Paradiso, Deus prouideret, vt essent aīalia quæ hoīes comederent. Quarto quia sancti qui ponunt non fuisse aīalia in Paradiso: iō ponūt, quia ad nihil illa vīr esse ibi vtilia, si aūt ad cibū prodessent assererent ea ibi esse: & tñ quia hñt pro cōstanti, q̄ hō non manducauit, neq; māducaturus erat carnes in Paradiso dixerunt, q̄ ibi non erant aīalia. Est dicendū, q̄ Moyses dixit Deū dixisse homini, Ex omni ligno Paradisi comede: qa ita Deus dixit, & ideo hoc dixit: quia voluit quòd homines comederent solum de fructibus arborum, & non carnes vllas. Causa huius: quia Deus voluit dari optimum cibum maxime conueniētē ad vitam: & tñ tunc magis cōueniebat fructus arborū, q̄ carnes aīalium: iō solum dedit fructus arborū. Sed dō quia in tota prima ætate vsq; ad diluuiū nō comederunt homines carnes, neq; pisces, neq; bibebāt vinū, sed solis fructibus arborum, & herbis terræ. i. seminibus, oleribus, & leguminibus vtebātur: ergo a fortiori cùm in Paradiso esset status robustior tam aperte ciborum, quàm cibatorum, non debuerunt hoīes manducare carnes, sed solos fructus arborum. In Paradiso igitur non manducaturi essent homines carnes aliquas, sed solùm fructus arborum: si etiam vellent comedere herbas, liceret eis, quia non erat eis quicquam vetitum, nisi arbor scientiæ boni, & mali. sup. 2. cap. & tamen tam fructus quàm herbas, si vescerentur eis, comederent crudos, & non coquerent aliquid, neque pararent. Istud autem erat positio: quia ita conueniebat salubritati: nam nunc cùm manducamus olera, & legumina: iō coquimus vel assamus ea, quia aliter nō sufficeremus ea digerere, essentq; nobis noxius cibus, sed tūc virtus humana sufficeret, illa quoq; essent melioris complexionis, ideo sic cruda sumpta in cibum conuenirent. Secundo erat hoc ad exculandum pœnalitatem in apparatu istorum, quam nunc sustinemus: quia satis est magna & quotidiana occupatio in apparatu ciborum, sed in Paradiso nulla pœnalitas, aut inuoluntaria occupatio futura erat: ideo non debuerunt ibi summi cibi, qui præparatione indigerent: & ob hoc maxime non debuit ibi esse cibus ex carnibus: quia non possunt carnes sumi in cibum, sine multa occupatione in apparatu: & sine multa immunditia in occidendo, decoriando, abluendo, & cæteris, quæ hic facere dedignamur: & pertinēt ista ad banausos: sed in Paradiso nullus

nullus futurus erat, aut vilis aut abiectæ conditionis: ideo neque futurus ibi erat apparatus ciborum ex carnibus animalium, sed de solis fructibus arborū regulariter esset cibus, vbi nulla est occupatio in apparatu, & nulla immunditia in disponendo.

Occasione eius quod dictum est, hic est nunc dubium, an homines in prima ætate comederūt carnes. Aliqui dicunt, q̄ sic, quia non erat eis vetitum comedere eas, ergo comederunt. Secundo, quia Deus videtur eis dedisse potestatē ad hoc, cum dixit: Dñamini piscibus maris, & volatilibus cęli, & cūctis aīantibus, q̄ mouentē sup terrā: & ita dedit Deus homini dñiū ad hoc, q̄ faceret quicquid vellet de oībus animalibus: ergo licebat ei comedere de illis, & sic comederat. Tertio, quia in prima ætate erant aliqui hōes pastores, sicut fuit Abel. sup. 4. cap. & tñ si non manducarēt carnes, non haberent curam de pecoribus, ergo non custodirent ea. Similiter aliqui de stirpe Cain fuerunt pastores, sicut Iabel, qui non solùm fuit pastor, sed & pastorum pater; sic ut dr̄. sup. 4. cap. scilicet: Genuit Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentorijs, atque pastorum, ergo manducabant homines tunc carnes. Quarto, quia sup. 4. cap. laudatur Abel, quia obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorū, quasi aliquid magnum, & difficile faceret: & tamen si nō manducarent tūc homines de carnibus animalium, non erat aliqua difficultas potius de istis, quàm de illis offerre, cum non vterentur eis, ergo comedebant carnes animalium, & tunc esset difficile offerre domino pinguia, & meliora, quæ homo cuperet sibi reseruare in cibum. Dicendum, quòd in prima ætate non comederunt homines carnes animalium aliquo modo, neque etiam piscium, neque biberunt vinū, sed aqua erat eis potus, & herbæ, atque fructus arborum erant eis cibus. Ad hoc quidā vtuntur his probationibus: primo quia Boet. hoc asserit li. 2. de Cōso. metr. 5.

Fœlix nimium prior ætas,
Contenta fidelibus aruis
Nec inerti perdita luxu
Facilique sera solebat
Ieiuna soluere glande

Et ita asserit, quòd glandes comedebant. Secundo probant auctoritate Ouidij. lib. primo. Metamor. vbi loquens de prima ætate ait.

Contentique cibis nullo cogente creatis:
Arbuteos fœtus, montanaque fragra legebant:
Cornaque: & in duris hærentia mora rubetis:
Et quæ deciderant patula Iouis in arbore glandes.

Et ita non ponit aliquid ibi, nisi fructus arborum spōte natos in cibum.

Tertio probant auctoritate Isidori. li. 17. Etym. de nominibus proprijs arborum, cum ait: Lex ab electione dicta: huius enim arboris fructum primum sibi ad victum elegerunt: vnde Poeta

Mortales primi ructabant gutture glandem

Prius enim quam frumenti vsus esset antiqui homines glande vixerunt.

Dicendum, quòd istæ probationes valent aliquid ad apparentiam, & modo probabili, adiungēdo eas alijs firmioribus, tamen ipsæ per se nihil probant, & nos libet in se consideretur nihil probat. De prima patet: quia Boetius loquitur ibi de ætatibus secundum Poetas, & non secundum sacram scripturam. Poetæ autem distinguunt ætates totius seculi in quatuor, & primam vocant auream, cuius positionis auctor fuit Sibylla cumana in carminibus suis: & eā sequitur Virgilius libro Bucolicorum Egloga. 4. & magis aperit positionem istam Ouidius libro primo Metam. Quæ ætas multum discordat ab ætate prima secundum ta-

eram scripturam: quòd autem loquatur Boetius secundum poetas apparet, quia talia ponit in metro illo, qualia ponit Ouid. lib. primo Met. de ætatibus quatuor secundum poetas, an fuerint, & quomodo computentur, & in quo differant ab ætatibus nostris, & quare poetæ sic cōputauerint, & quare nos alio modo, & de multis alijs dubijs, dictum est in Commentarijs nostris super Eusebium. De secunda dicendum, quòd multo minus probat: quia Ouid. ponit libro primo Meta. quia in prima ætate non coluerūt homines terram, sed solùm comedebant ea, quæ terra sponte gignebat: & tamen in sacra scriptura habetur contrarium, quòd in prima ætate coluerint homines terram: nam Cain primogenitus Adæ fuit vir agricola. sup. 4. cap. Etiam Deus prædixit Adæ quando expulit eum de Paradiso, quòd in laboribus comederet terram cunctis diebus vitæ suæ, & quòd illa spinas, & tribulos germinaret. sup. 3. cap. Et ita apparet, quòd etiam Adam, qui fuit primus homo, fuit agricola, & de agricultura sustentabatur: Etiam Ouid. dicit, quòd in prima ætate non fuerunt homicidia, neque vitia aliqua, sed rectum, & fides: & tamen iuxta sacram scripturam in principio primæ ætatis Cain occidit fratrem suum Abel. supra 4. cap. & ideo auctoritas Ouid. nihil probat, quia non loquitur de prima ætate seculi, de qua sacra scriptura. De tertia dicendum, quòd Isidorus bene nouit ætates seculi iuxta sacram scripturam, quas & ipse scribit lib. 6. Ety. sed nunc loquitur de ætate prima iuxta poetas: vnde & allegat dictum poetæ: cùm enim dicit, quòd fructum illicis primum sibi homines ad victum elegerunt, non est verum, neque poetæ scire possunt de hoc veritatem: quia nulla historia græca, aut Barbara, vel Latina loquitur de principio seculi: sed omnes velut ab antiquiori incipiunt a temporibus regis Nini: sic ait Eusebius libro Cronicorum in Prologo: & Paulus Orosius li. primo de Ormest. mundi: & tñ iam transierant duę ętates seculi. ſ. prima ab orbe cōdito vsq; ad diluuiū: & secunda a diluuio vsque ad nationitatem Abrahæ, qui natus est anno quadragesimo secundo regni Nini regis Assiriorū, ut ait Eusebi. lib. Cronicorum: & ita de illis duabus ætatibus poetæ nihil dicere potuerunt. Et ideo id quod dicit Isidorus, quòd homines antequam esset vsus frumenti, manducabant de glandibus, est secundum intentionem poetarum: illi enim asserunt, quòd Ceres dea inuenerit, immo creauerit, vel dederit semina terræ: & iusserit eo per totam terram comedi hominibus, tradiditque eis doctrinam colendi terram ad habendū segetes, quod fecit per alumnum suum Triptolemum: sic ut refert Ouid. lib. 5. Meta. & ante tempus istud dicunt, quòd uescebantur homines fructibus arborum, & specialiter glandibus illicis, & quando Ceres inuenit, & tradidit tunc vsus seminum, cessatum est a glandibus: sic dicit Virg. lib. j. Georgi.

Liber, & alma Ceres vestro si munere tellus
Chaoniam pingui glandem mutauit arista.

Ideſt commutauit glandes in fruges, quæ habent aristas: cùm igitur loquatur ibi Isidorus iuxta poetas, nō est ei alia fides, vel auctoritas, quàm poetis, quos constat nescisse primam ætatem sacræ scripturæ.

Aliter ergo ostendendum est, quòd in prima ætate non manducauerunt homines carnes: primo quia quando Deus expulit Adam de Paradiso, ostendit ei quid comedere deberet dicens, Comedes herbas terræ. supra quarto cap. & ita non concessit eis carnes. Secundo patet & melius; quia supra primo cap. vbi ponitur status hominis in principio seculi, exprimitur cibus hominis, quem Deus ei assignauit & dicitur; Ecce dedi vobis omnem herbam afferen-

Qō. 211. Rationis uere probantes homines nō manducasse carnes in prima ætate.

tem semen super terram,& vniuersa ligna,quę habēt in semetipsis sementem generis sui: vt sint vobis in escam,& cunctis animantibus terræ; cum ergo Deus dederit hoc in cibum,& non plura, non liceret homini comedere de aliquo alio.& ita non comederet: nā si comederet,puniret eum Deus,velut trāsgressorem mandati sui. Sed aliquis dicet, q̄ ista auctoritas nō p̄bat,quia dato q̄ inferatur ista concessa esse,non infertur,q̄ alia negabantur,& ita liceret homini comedere de alijs,scilicet de carnib:is,& piscibus. Dicendum tertio,q̄ non est verum:quia si ista ostensio ciborum facta a Deo nō limitabat cibos, erat superuacua: quia si ita erant ista concessa,q̄ etiam ea, quæ nō exprimebantur,erant cōcessa;ad nihil proderat fieri istam expressionem: cum & ea non facta comesturi essent homines de his,quæ exprimūtur:sed hoc est absurdum, q̄ aliqua concessio facta a Deo esset superuacua:ergo ista cōcessio limitabat cibos, ita q̄ licebat comedere de ijs,& nō de alijs. Quarto patet:quia cum Deus dat causam huius cōcessionis ciborum videtur dicere, q̄ in his esset sufficientia ciborum hominis: nam dicit ſ.1.cap. Vt sint vobis in escā, cunctis animantibus terræ,omniq; volucri,& vniuersis,quæ mouentur in terra,& in quibus est aīa viuens: vt habeāt ad vescendū: & ita dixit data esse ista, vt haberent ad vescendum,i. vt haberent quid possent comedere. Et ista significauit sufficientiam ciborum esse in ijs: ideo noluit concedere aliquid aliud, aut significauit, q̄ nihil aliud manducarent: quia aliàs non poneret hic sufficientiā velut costituto hic termino ciborum. Quinto patet,& efficacius:quia in principio secundæ ætatis post diluuium concessit Deus hominibus manducare de carnibus aīalium, & de piscibus,ſ.9. cap. cū dixit:Oēs pisces maris vestræ traditi sunt, & oē quod mouet, & viuit,erit vobis in cibum:& tñ si in prima ætate cōsueti essent homines comedere carnes,& pisces, non cōcederet eis Deus in principio secūdæ ætatis:quia omnia quæ a principio erant licita, intelligebātur postea semper esse licita,quo vsque vetarentur: ideo nō erat conueniens aliqua concessio,& tamen concessit hoc Deus expresse: ergo non consueuerant homines in prima ætate manducare carnes. Ista ratio efficacius probat, quàm præcedentes: quia concederet aliquis quòd Deus vetuerat hominibus comedere carnes in ætate prima: & tamen ipsi transgressi mandatum illius, sicut & in quibusdam alijs transgrediebantur, manducabant carnes: nunc verò non poterit hoc dici: quia si non concessit Deus licentiam de manducando, vel dedit mandatum de comedendo,certum est, quòd prius non comedebant: quia si prius non comedissent, superuacuum erat fieri mandatum. Sexto patet: quia non solùm concessit manducare carnes, sed etiam quasi abstulit dubium in hoc faciendo limitationes, cùm dixit addendo:Quasi olera virentia tradidi vobis omnia: hoc enim dicitur, vt magis crederēt sibi licitum esse carnium esum: & tamen si prius eis vescerentur, non oporteret addi ista ad habitationem, vel potius ad tollendum dubium. Septimo, quia dicitur eodem cap. Quasi olera virentia tradidi vobis omnia, excepto quòd carnem cum sanguine non cōmedatis: & ita limitauit quid comedendum esset de animalibus, & quid non, vel quomodo essent carnes manducandæ: & tamen si in prima ætate comedissent homines carnes, tradita fuisset iam ista limitatio, & non poneretur de nouo: ergo non concessę erant carnes in prima ætate, neque homines illis vescebantur: & istud est certum omnino.

Quæſ.232 Quibus de causis homines non vescebantur carnibus in prima ætate.

Causæ autem,quare in prima ætate non vescebantur homines carnibus: & in ætate secunda cęperunt eis statim vesci, fuerunt hæ. Prima ex ordinatissima dispositione Dei: ipse enim qui hominē creauerat, volebat conseruare eum meliori modo, quo conseruari poterat, secundum naturam ei traditam: conseruatio autē animalium est per cibum, ideo Deus prouidit ei de cibo,& hoc apparet ex diligentia, & attentione, quam sacra scriptura habet in ostendendo cibum hominis pro quolibet statu, & ætate: nam mox creato homine, & animantibus scribitur quid Deus ei dederit in cibum supra primo cap. Ecce dedi vobis omnem herbam,&c. & quando positus est in Paradiso, vbi erat nouus status, ponitur statim de cibo eius: quia dicitur supra 2:cap. Ex omni ligno Paradisi comede: etiam quando exclusus est de Paradiso: & transibat ad alium statum, etiam locutus est Deus ei de cibo,dicens:Comedes herbas terræ,supra 3.cap. Et facto diluuio, quoniam incipiebat alius status hominibus egressis de arca dixit hoc Deus, scilicet q̄ omnia, quæ mouentur, & viuunt tradebat eis in cibum,supra 9.cap. Apparet igitur q̄ Deus magnam habet,vt ita dicamus, solicitudinem de homine, prouidendo ei de cibo, vt viuat, dedit ergo ei cibum, qui erat conueniens ad vitam mortalem transigendam: sed in prima ætate herbæ, & fructus arborum erant conuenientior cibus, quàm aliquid aliud: ideo hoc concessit. Quia autem tunc ista essent conuenientes cibus, & sufficiens ad parandum magnas vires, & agendum longissimas vitas, causa erat, quia erant illa magnæ virtutis, scilicet, quia erat principium mundi, & terra, quæ non fuerat exercitata retinebat totum suum vigorem: ideo producebat terræ nascentia magnæ virtutis: & ita illa sufficiebant ad viuendum, & bene viuendum. Secundo, quia sicut tunc erant terræ nascentia magni vigoris, ita & proportionaliter animalia: & ideo si carnes illorum sumerentur in cibum, vel non conuenirent homini nutriendo propter excellentiam, vel essent tantæ virtutis, vt vitam longiorem efficerent, quàm opus erat secundum diuinam dispositionem; aut homines valde robustiores: & tamen confidentia roboris erat illis occasio peccandi. Sic patet supra 6. cap. vbi ponuntur peccata, propter quæ venit diluuium, & dicitur ibi quòd erant tunc gigantes in terra, qui erant potentes a sęculo, & viri famosi.

Post diluuium autem fuit econtrario: Deus enim voluit prouidere homini de cibo, sicut opus erat, & quia iam herbæ, & fructus arborum non erant sufficientia nutrimenta, concessit fortiora alimenta, carnes, & pisces. Causa quare post diluuium non erant fructus, & herbæ sufficientes ad nutriendum, fuit propter ipsorum exiguitatem in virtute, quæ exiguitas proueniebat ex duobus: primo ex diuturnitate culturæ: nam quanto diutius terra colitur, & seminatur,tanto infœcundior fit: quoniam exhauriuntur vires eius, & ideo facimus noualia, scilicet, terram, quæ alternis annis, aut pluribus quiescere sinitur, vt postea abundantiores fructus ferat. Sic dicitur extra de regulis iuris, cap. innouare: & quia per totam primam ætatem terra culta fuerat: iam in prima ætate minoris vigoris erat, & consequenter inde nata. Secundo proueniebat hoc ex diluuio: nam in diluuio operta fuit terra aquis, & abrasa fuit tota superficies delentibus eam aquis, in qua erat tota bona virtus primaria germinatiua data a Deo in conditione,& recepta a cœlo per continuam influentiam, & cępit esse superficies alia crusta de nouo, in qua erat minor virtus: ideo nata inde erant valde minoris nutrimenti.

Ista est vera cā totius diminutionis virtutis in nutrimentis,& in vita humana. Prima.n.cā non sufficit ad

ad hic: nam ante diluuium immediate non erat multo vetustior terra,aut magis exhausta per agricultrā, quam statim sequenti anno post diluuium cū medio tempore nullus eam coluisset: & tamen statim post diluuiū fuit valde magna mutatio in rebus: quia nati ante diluuium longo tempore viuebant, nati autem statim post diluuium pauco tempore vixerunt: nam Noe,qui ante diluuium natus est,& postea mansit:vixit annis noningēt:is,& quinquaginta,ſ.9.cap.Arphaxat autē qui fuit primus, quē natum legimus post diluuium,& natus est biennio post illud, vixit nō plenis annis trecētis & quadraginta, & statim minorata fuit vita hominum quasi subito: nam a diluuio vsque ad Abraham,in quo cępit tertia ætas,fuerunt solū centū nonaginta duo anni: vt colligitur ſ.11.cap.& tñ Abraham solum vixit centū septuaginta quinq; annis, infra 25.cap.& post ipsum oēs vixerunt paucioribus anginta,infra 36. cap. & ita non fuit ex diuturnitate culturæ principaliter, sed ex aqua diluuij: vnde si aqua illa non operuisset terram tanto tempore,fortassis vsq; hodie viuerent hoīes sexcentis, & septingentis annis. Secundo illud patet, qa magis exhauriūtur nunc quotidianis culturis, q̄ immediate post diluuiū exhausta est: tamē quia nunc vetustior est,& magis distat a suo principio, tum quia nunc est multitudo hominum p totum orbem diffusa,tunc aūt paucissimi hoīes erāt: & tñ in tot annis facta est parua, & quasi nulla mutatio terræ,& hoīum, & in proprio diluuio, & in pauco tpe fuit facta magna mutatio. A diluuio enim vsque ad natiuitatem Abrahæ,vt diximus,sunt anni ducenti nonaginta duo:& in hoc paruo tempore intantum abbreuiata est vita hoīum, q̄ Noe, qui natus est ante diluuiū: & manebat post illud,vixit annis centum septuaginta quinque:& ita quasi octingenti anni diminuti,vel ablati sunt de vita hoīum in tam pauco tpe: & tñ ab Abrahæ natiuitate vsq; ad annum istum,q̄ est millesimus quadringentesimus trigesimus sextus a Christi natiuitate,fluxerunt anni tria millia quadringenti quinquaginta:& non sunt diminuti de vita hominū sexaginta anni: qm̄ & nostris tpibus aliqui homines peruenerunt ad centū & viginti annos, & aliq̄ peruenerunt ad centū & quadraginta. Quòd vero ab Abrahæ natiuitate vsq; ad p̄sentē annū tot anni sint, apparet:qa a natiuitate Abrahæ vsq; ad Christi natiuitatem fuerunt anni duo millia & quatuordecim ſm cōputationē Eusebij lib.Cronicorū, q̄ vera est, vel parū distans a vero:cū ergo in tam longo tpe tam parua diminutio fuerit facta in vita hoīum,& vita est ſm cō uenientiā ciborum regulariter, sequitur q̄ parū diminutum est de bonitate nutrimentorū ex tpe Abrahæ vsq; nunc, & cōsequēter virtus terræ ex tunc parū diminuta fuit. Illa igitur magna diminutio, q̄ facta fuit post diluuium, non peruenit ex vetustate terræ, aut diuturna exercitatione culturæ, sed ex damno illato per aquas diluuij. Tertio patet hoc, quia si diuturna exercitatio fuisset causa abbreuiationis virtutis terræ: hoc esset in partibus illis terræ, in quibus tunc hominēs habitabant. Homines autem ante diluuium non erant diuisi per terras: sed quasi simul habitabant omnes.fuit autem facta dispersio solū post diluuium, de qua habetur ſ. 11. cap. & ista habitatio hoīum erat in Asia. Ideo oēs aliæ partes terræ,ſ.tota Europa, & tota Aphrica:& maximę partes Asiæ manerent in eadem virtute,in qua fuerant in principio primę ætatis,vnde fructus terrę inde geniti sufficerēt ad prolongandam vitā hoīum, sicut in prima ætate: quod falsum, qa in oībus partibus terrarum erat post diluuium vita hominum breuis, sicut & nūc fere in oībus partibus idē cernimus; factū fuit ergo solū pp diluuiū,quod terrā

diminuit in virtute: & quia nulla pars terræ mansit non operta aquis,cum aqua excesserit montes altissimos quindecim cubitis. sup.7. cap. tota terra æqualiter læsa fuit,siue illa in qua habitauerant homines ante diluuium,siue illa,quæ nunquā habitata, & a nullo exercita,aut culta fuerat:& ideo in omni terra vbicūque hoīes habitent est vita breuis, quia cibi sunt paruæ virtutis. Quarto apparet, quia ex hac causa veniat, & q̄ terra sit diminuta in virtute,quia.sup.6. cap.cum Deus prænunciaret diluuium dixit, Repleta est terra iniquitate a facie eorum,& ego disperdam eos cū terra:& ita non dixit Deus, q̄ disperderet eos solos, sed & q̄ disperderet terram. Et ita in aliquo terra dispersa fuit præter hoc quod erat perire hoīes: vnde aliquid in se perdidit,& illud fuit, q̄ diminueretur in virtute germinandi,ſ.non est tā fertilis sicut prius: & qđ deterius est,qa id qđ gignit,est paruæ virtutis,& quasi inutile collatū ad ea, quæ gignebat ante diluuiū. Hoc idem patet, qñ post diluuium Deus voluit dare Noe, & filijs suis securitatem, q̄ nunq̄ mitteret aliqđ diluuiū, neq; aliq̄ gñalem mortē aut pœnā, dixit: Nequaq̄ vltra maledicam terræ pp homines.sup.8.ca. & ita nō solum homines puniti fuerunt,sed & terra maledicta fuit:maledictio autem signat diminutionem:ergo signauit, q̄ in diluuio terra fuerat diminuta quantum ad suam virtutem naturalē. Ex præcedentibus autem apparet quare post diluuiū debuerunt homines manducare carnes, & pisces: volebat. n. Deus prouidere homini de cibo conueniente ad vitam, & tñ fructus arborum, & herbæ erant iam parui nutrimēti pp deteriorationē factam per diluuiū, sicut ostensum est: ideo voluit dare cibos maioris nutrimenti, & dedit carnes,& pisces,de quibus constat magis conferre ad robur & ad vitam. Et adhuc confirmatur istud: quia post diluuium datis carnibus in cibum fuit valde parua vita hominis collata ad vitas priorum, & corpora hominū infirma: a fortiori ergo hoc inueniret si manerēt hoīes in prioribus cibis: in prima aūt ætate nōdum diminuta virtute terræ isti cibi sufficiebāt ad robur corporis cōferendū: & ad parandam longissimā vitam:ideo satis fuit,q̄ ibi hoīes manducarēt fructus, & herbas, non manducarent carnes:vt ostēdebat prima ratio inchoata.sup.q.232. quam nūc complemus: post diluuium non est sic pp rōnes dictæ ostensas p̄cedenti.q. Secunda rō fuit, vt quidam putant, vt hoīes viuerent in pace:nam erant tunc pauci cum incępissent genus humanum a duobus: & statim inciperent manducare carnes, cum occiderent animalia,inimicarentur eis illa, vt ergo pax esset,non debuerunt tūc manducare. Tertia ratio est, quia Deus præuiderat diluuium futurum ,pter peccata hominum, in quo saluandi essent in arca homines mansuri ibi per annū integrum,& plus, vt colligitur supra 7. & 8. vbi non possent manducare carnes, quia si per annum manducaturi essent carnes,multis animalibus indigebant ad cibum,& Deus iussit poni pauca animalia ibi:quia ad plus de qualibet specie mundorum septem: vt patet sup.7.cap. ergo non haberent ibi cibum carnium; etiam quia cibus carnium exigit magnum apparatū, & decoctiones & assationes, quæ omnia indigent igne, & vasis multis: sed in arca non videtur quòd fuerit ignis, neque poterat talis apparatus ciborum fieri:si tamen homo assuetus esset ad cibos carnium, esset sibi difficile per annū abstinere ab illis,& manducare herbas solas:ideo iussit Deus,quòd in prima ætate manducarent homines herbas, & fructus arborū, & non carnes,neque pisces. Post diluuium autē nunquam fuit futurum aliud diluuium, vt Deus promiserat sup.8.cap. ideo potuerunt homines manducare iam carnes,& non sequebatur inde istud incōueniēs,

Qō. 234. Qua de cā post diluuiū licuit homini comedere carnes, & pisces.

Dicendum, quòd prima, & tertia ratio sunt hic cõuenientes, & prima potius quàm tertia: secũda aũt supra posita non est vera. Primo, quia homines nõ erãt manducaturi de animalibus feris, quæ poterãt eis resistere, sed de animalibus naturaliter mansuetis, sicut sunt oues, & capræ, & quædã aues domesticæ, aut domesticabiles: ideo comedendo de illis non sequebantur inimicitiæ. Secundo, quia eodem modo concluderemus, & post diluuiũ non esset cibus de carnibus: quia homines erant pauci, & ita animalia inimicarentur eis, & tamen fuit cibus de carnibus: vt patet supra 9. cap. Tertio, quia illud posset habere locum in principio primæ ætatis, qñ hoïes pauci erant: sed postea multiplicatis hoïbus non esset timor animalium, & possent comedere de illis: & tũ vsq; ad diluuium nõ comederunt carnes, vt ostensum est supra quæst. 231. Ergo non fuit illa causa. Aliqui autẽ addunt quartam causam, quantum ad principale, s. q̃ non debuerunt homines comedere carnes in prima ætate, s. quia si comederent carnes cito perirent omnia animalia, & ita aliqua species animalium mansuetorum, quæ ad cibũ prosunt desinerent esse: quod est inconueniens: quia Deo est cura de cõseruando species rerum, quæ sunt partes vniuersi, aut ornamenta principalia eius. Sed dicendum, quòd ista ratio non tenet: primo, quia istud esset si animalia in sui principio essent pauca in qualibet specie, quia tunc deuoratis, vel occisis aliquot eorum poterat aliqua species perire, sed hoc non est verum: nam isti præsupponunt productam quamlibet speciem in duobus indiuiduis tantum: & quòd ex illis alia pullulauerant, sicut fuit de hominibus: sed istud falsum est, quia potius innuitur in qualibet specie esse multitudinem creatam statim, vt colligitur ex modo loquendi supra 1. cap. scilicet, Dixit Deus, Producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta, & bestias, & reptilia secundum species suas. Istud autem haberet locum post diluuium, quia in diluuio redacta fuerunt animalia ad certũ numerum, quia de qualibet specie immundorum erant sola duo indiuidua. i. masculus, & fœmina de animalibus mundis erant septem supra. 7. cap. & ideo propter paucitatem eorum si statim inciperent homines comedere de illis post paucos dies desinerẽt esse aliqua species non manentibus indiuiduis illarum: nam destructis primis substantijs impossibile est aliquid aliorum remanere, vt ait Arist. in Prædicamento substantiæ; in prima autem ætate non infertur hoc conueniẽter. Secundo, quia hoc dato abstinerent homines in principio primæ ætatis, quousque animalia multiplicarẽtur, quod in breui fieret: postea autem manducarent carnes, & tamen vsque ad diluuium non mãducauit homo carnes, vt dictum est: ideo solę duæ rationes, idest prima, & tertia faciunt ad propositum.

Quæs. 235. Post diluuium homines mãducare cęperunt carnes, & pisces, & bibere vinũ.

Sed dicendum, quòd post diluuium non fuit sic: immo fuit introducta nouitas, tam in cibo quàm in potu, quia manducauerunt hoïes carnes & pisces, & biberunt vinum. De primo patet manifestè. sup. cap. scilicet omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt, & omne quod mouetur, & viuit eris vobis in cibum: dixit enim de piscibus maris, quia isti erant magis elõgati ab homine, & dato q̃ concederet ei Deus comedere de carnibus animaliũ, quæ manebant cum hoïe, & erant quasi domestica, non putarent idem esse de piscibus, qui erant in alio elemento: ideo de eis primũ dixit: ẽt quia dato q̃ non esset vetitum manducare de piscibus, minus auderet homo inexpertus manducare de piscibus, quàm de carnibus animaliũ cum magis videantur differre secundum complexionem pisces ab homine, qui morantur in elemento aquæ, quàm animalia, quæ morantur in terra. Etiam dixit

F Deus omne quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum, ideſt omne animal: nam animalia habent istas duas conditiones, q̃ mouentur, & viuũt: omne enim animal mouetur ſm locum, vel ſm progreſsionem, quod eſt vt in plurimum, vel ſaltem ſm motum dilatationis, & conſtrictionis, & in affixis quemadmodũ ſunt marina, & in terreſtribus nullum animal inuenitur affixum, vt dicit Ariſt. lib. primo de Animalibus: omne animal ẽt viuit: quia animatum eſt, & ponuntur iſta duo, vt differat a planta, quæ viuit, ſed non mouetur motu locali, ſecundum ſe totam, quia radices habet. Et ita eſt intelligendum, quòd Deus dedit homini licentiam manducandi de omnibus aĩalibus nullum excludendo, licet homo non manducet de hoïbus, qa non manducat de ſerpentibus, & aĩalibus venenoſis, & multis alijs ineptis ad cibũ: Deus autem non diſtinxit de quo manducaret, & de quo non, cuius cauſas ſtatim infra ſubiungemus. Intelligendum aũt q̃ hic non ponitur, vt mandatũ: ſed vt licentia. ſ. vt homõ comederet de quocunq; vellet, & nõ eſſet aſtrictus, ſicut prius ad mãducandũ ſolũ de fructibus arborum, & herbis. Addidit ẽt ſtatim quaſi olera virentia tradidi vobis cuncta; intelliguntur cuncta, quæ mouentur, & viuunt: quia de his præceſſerat ſtatim ſermo cum dicitur oẽ quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibũ: nam non intelligitur de oïbus alijs: nam lapides, & metalla, & terra non ſunt aliquid comeſtibile. Et dixit hic ad tollendũ dubium: & ad certificandum hoïes de cibo. Primum eſt propter dubium: nã aliquis de illis dubitaret, qũo nunc comedent carnes: quia ante hic non licebat eis comedere, niſi fructus, & herbas: Deus ad hic reſpõdet, dicens, tanquàm olera virentia tradidi vobis cuncta, ſcilicet ſicut vobis vlque nunc licuit comedere olera virẽtia, & de hic nemo veſtrum dubitat, ita de cętero trado vobis omnia animalia, vt æqualiter vobis comedere liceat de illis, & de oleribus. Secundo fit ad certificandum de cibo: homines enim ſemper aſſueti fuerant ad comedendum ſimplices herbas, & fructus arborum: nũc ergo forte horrerent manducare carnes, tanq̃ multum diſtantis naturæ, & non conſuetas eis: & vt non horreãt dicit eis Deus q̃ ſunt bonus cibus, & aliquid mundũ, ſicut prius erant fructus arborum: & hic etiam litera ſignificat, ſ. ſicut olera virentia tradidi vobis cuncta, i. non dubitetis de eis comedere plusq̃ dubitabatis de oleribus virentibus, quæ videbantur vobis vſque nũc eſſe bonus cibus. Et ex hic multum apparet quod ſupra dicebatur, ſ. q̃ homines non comedebant carnes ante diluuium: ſed ſolos fructus arborum, & herbas: cum dicat eis Deus, ſicut olera virentia tradidi vobis cuncta, ideſt ſicut conſueueratis ante hic comedere olera: ita & nunc comedetis cũcta, quæ ego vobis tribuo. Addidit vltra excepto q̃ carnem cum ſanguine non comedetis cum cõceſsiſſet comedere de carnibus omnium animalium vetuit vnam rem ſolam, i. comedere carnem cũ ſanguine: hic enim veritũ eſt propter crudelitatem quandã, quæ eſſe videbatur: qa eſſet comedere carnẽ crudã: & non ſolũ eſſet feritas quædã: ſed ẽt eſſet malus cibus, & malæ digeſtionis, Hic tamen non intelligitur vetitus ſanguis, ne illum hoïes comederent: ſed comedere carnẽ cum ſanguine. Quomodo aũt hic accipiat̃ declaratũ eſt ſ. 9. cap. quæſtio. 3. Et ita apparet ex his qualiter Deus poſt diluuium conceſſit hominibus comedere carnes, cum in tota prima ætate non guſtauerint de illis.

Sed quia dictum fuit, q̃ Deus conceſſit hoïbus comedere de oïbus aĩalibus, cũ tñ non comedant de oïbus, & noluit diſtinguere, eſt dubiũ quare non diſtinxit, cum poſſet diſtinguere. Dicendum q̃ fuit primo, quia Deus vult tollere hoïbus dubium quod ipſi ſic

non poſſunt: quod autem ipſi per ſe intelligere non valent Deus non tollit ne fruſtra videatur rõ homini data ſi ſingula ei dicenda ſunt tanq̃ non intelligenti, q̃ autem homini liceret comedere de carnibus animalium erat homini tale dubium, qđ hõ non poſſet explicare, niſi Deo explicante, & cõcedente eo, q̃ ipſe in prima ætate non conceſſerat comedere de his. Iõ ad hoc Deus dixit homini, q̃ comedere liceret ei de animalibus oïbus. Quòd verò conueniret de quibuſdam, & de alijs non tanq̃ eſſent ſalutifera, vel nociua non oportebat per Deum declarari, quia circa hic prudentia humana poterat multipliciter ꝓuidere: ideo Deus non curauit diſtinguere. Secundo, quia Deus non voluit nunc dare legem aliquam cęremonialem: lex enim cęremonialis danda fuit illi populo, quem Deus eligeret de cunctis populis terræ, ſ. populo Iſrael, & non toti mundo: ſed quicquid nunc daretur hominibus egreſſis de arca, dabatur toti mundo, cum iſti eſſent, a quibus totum genus humanum poſtea diſſeminatum eſt ſupra 10. cap. ideo ijs nõ debuit dari lex cæremonialis, ſed cæremonialis eſſet ſi determinaret certa animalia, quibus veſcerentur, & abſtinerent ab alijs: ſicut factum eſt in lege Moyſi. Leui. 11. & Deuter. 14. cap. Ideo non debuerunt hic determinari illa, quibus veſcerentur, & quibus non veſcerentur: ſed erat iſtud præceptum naturale; ideo non debuit fieri limitatio, ſed ſolum id, quod ratio dictaret homini circa conceſsionem factam ageret, vnde debuit conceſsio eſſe generalis, ſicut fuit. Tertio, qa ſi fieret hic diſtinctio animalium, vt nominarentur, quæ erant, quibus liceret veſci, & quæ quibus non liceret, vel ſaltem alterum iſtorum, oporteret multa animalia nominari: Deus autem hoc non facit, neque ſacra ſcriptura implicari ſolet longis narrationibus; ideo dictum eſt generaliter de omnibus, vt homo poſſet eligere quod vellet, & prudenter diſcernere quid ei conueniret. Quarto & principaliter, quia non potuit dari aliqua conueniens diſtinctio. nam ſi limitarentur certa animalia, quibus liceret veſci excluſis alijs, forte eſſet inconuenienter factum: quia illa animalia licet quibuſdam gẽtibus, & in quibuſdam terris ſint nociua, alijs gentibus ſunt vtilia, & boni cibi propter magnas differentias, tam in complexione hominum, quàm in natura animalium ſecundum varias plagas cœli, & ita ſubtraheretur illis hominibus oportunitas boni cibi conuenientis eis, ſed hoc non congruebat, quia non debuit hominibus arctari via ſuſtentationis: ſi autem concederetur expreſſe omnibus, quod quibuſdam erat ſalubre, videbatur omnibus ſuaderi, q̃ de omnibus illis animalibus determinatis manducarent, tanq̃ de bonis cum alia ſola excluſa eſſent, vt non conuenientia: & tunc manducarent quædam regiones id quod eis malum eſſet: ideo non debuerunt aliqua exprimi, tanquã bona, aut aliqua negari tanquam mala: quia non poterat fieri ſine his inconuenientibus. Cum verò generaliter conceditur homini veſci de omnibus animalibus: manducabit quælibet regio quod viderit ſibi expedire, & abſtinebit ab eo, quod putat eſſe nociuum, & non erit inconueniens. Quinto, quia non fuit cau ſa generandi aliqua animalia: quia vix aliqua animalia inueniuntur, quæ aliquibus hominibus, & ſecundum aliquem modum non conueniant ad cibum, ni ſi pauca genera reptilium, quæ in raris regionibus ſunt: nam nulla animalia videntur eſſe magis aliena a cibo, & magis nociua quàm ſerpentes, & tamen multi comedunt ſerpẽtes, ſcilicet colubros, & etiam ſunt cibus ſanus contra quoſdam morbos. Similiter draco nes magnos omnibus ſerpentibus maiores comedũt Aethiopes: ſic enim dicit Hieron. y. quòd Aethiopes vtuntur ſanguine Draconis contra feruorem æſtus, & veſcuntur eius carnibus contra diuerſos morbos: ſciunt enim ſeparare venenum ab eius carne. Nam ſolum habet venenum in lingua & felle, & ideo amputant ei linguam, & fel, quæ ſunt receptacula veneni, & ſic abſtracto veneno vtuntur corpore reliquo, tam in medicina, quàm in cibo. Hoc etiam verum videtur: quia ſecundũ illud dicit pſal. 103. ſ. Draco iſte quem tu formaſti ad illudendũ ei, & dediſti eum in eſcam populis Aethiopum. Cum ergo ijs hoïes veſcantur fortaſsis nullum animal eſt, cuius aliqua parte carnis nõ liceat veſci impune: & quia dedit, noluit vetare aliquid eorum, quæ poterãt eſſe vtilia non limitauit aliqua animalia: ſed generaliter dixit, q̃ veſcerentur oïbus. Sexto & principalius hic dixit, quia ſacra ſcriptura non ponit regulas ſanitatis, ſed virtutis. ſ. qũo fiat quod bonum eſt, & caueatur malũ: ante hoc hoïbus illicitum videbatur mãducare carnes: & quia nunc ad conſeruandã vitam opus erat manducare de carnibus conceſsit Deus, vt non eſſet illicitum, quod prius erat ad hoc data eſt gñaliter licẽtia quantum ad oïa animalia, ita vt non peccaret hõ comedendo de quolibet illorũ: an tñ cibus illorum eſſet bonus, & de quibus non potius erat regula medicinæ, q̃ virtutis, & moris: ideo neq; ſacra ſcriptura de hoc agere debuit. Et licèt verum eſt, q̃ Deus, ideo conceſsit nunc hominibus veſci carnibus animaliũ, vt prouideretur vitæ illorum ad quod nõ ſufficiebat eſus fructuũ, & herbarum: tñ ſacra ſcriptura non ponit p̃cepta, vel conceſsiones inquantũ ſalubria ſunt corpori, quæ dicuntur: ſed inquantum ſalubria ſunt aĩæ, ſ. quia hoïes vtentes conceſsione Dei recte agebant, & contra illam faciẽtes peccarent. Deus ergo gñaliter dixit, vt apparet nõ eſſe illicitũ, neq; contra mandatũ Dei manducare de aliquo animali: an vero ſalubre eſſet de oïbus manducare, vel quibus ſalubre eſſet relinquebatur homini: ipſe. n. videret, quia hic non erat lege Dei diffiniendũ. Septimo põt dici, q̃ hic fuit: quia hoïes iam ſciebant quæ animalia eſſent munda ad eſum, & quæ nõ: licèt nunq̃ mãducauiſſent de carnibus eorum, & patet, qa. ſup. 8. cap. dr̃ ædificauit Noe altare dño & tollens de cunctis pecoribus, & volucribus mundis obtulit holocauſta ſuper altare: & ita ſignificatur ibi, q̃ iam cognoſcebat Noe eſſe aliqua aĩalia munda, & alia immunda. Etiam patet hoc. ſup. 7. cap. vbi inſsit. introduci in arcam de mundis ſeptem, & de immundis duo, & ſic cognoſcebat Noe differẽtiam mundorũ, & immundorum, & tñ ibi vocantur munda, quæ erant cõuenientia ad eſum, & immunda, quę non cõueniebãt ad eſum: licèt tũc nõ eſſet eſus carniũ, ſicut oñdimus. ſup. 7. c. q. 2. Cũ ergo cognoſcerẽt hic iã hoïes nõ debuit Deus dare determinationẽ aliq̃: ſed dicere in generali de omni aĩali, & hoïes ſcirent qđ expediret eis comedere. Tetigimus, q̃ Deus tradidit homini piſces, & oïa animalia ad manducandũ, eſt nunc dicendum, q̃ intelligitur ſm cõceſsionẽ, & nõ de mãdato.

Primo, quia mãdatũ nõ datur homini a Deo de eo qđ ipſe acturus eſt nõ iubẽte Deo: iõ mandatũ ſemp eſt de eo qđ habet aliq̃ difficultatẽ ſicut Ariſt. dicit habitũ, & artem circa difficilia eſſe: ſed comedere non habet difficultatẽ cum natura ad hoc inclinet: iõ non eſt mandatum de comedendo: ſed potius de abſtinendo. Secundo, quia ſi mandatũ eſſet teneretur quilibet hõ ad illud: ſed hic abſurdũ eſt qđ teneretur quilibet hõ comedere de oïbus animalibus, tam terreſtribus, q̃ marinis: ideo non eſt mandatum. Tertio, quia non poſſet impleri, quia quædã ſunt animalia, quæ nunq̃ veniunt in poteſtatem hominis: ita vt de eis comedere poſsit, ſicut ſunt maxime gña quędam piſciũ, Deus aũt non iubet impoſsibile. Quarto, quia ſi mãdatum

Qõ. 237. An Deus tradiderit oïa aĩalia homini ad manducãdum ſecũdum conceſsionẽ, uel de mãdato.

Alph. Toſt. ſuper Gen.

esset non apparet quomodo implendū esset, quia deberent determinari tempora, cū nō teneretur homo quotidie comedere de omnibus animalibus. Quinto, quia hoc videbatur inutile: nam neq; ad virtutē, neq; ad bene se habere ſm corpus prodesset, ꝙ homo comederet de quolibet animali: Deus tñ nō iubet aliqd inutile, sed valde bonum, iuxta illud Psal. 18. Lex Dñi immaculata conuertens animas: & postea. Præceptū Dñi lucidum, & illuminās oculos. Sexto, quia si istud esset præceptum, cū dicatur omne quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibū, tenerētur homines ad comedendum de omnibus animalibus: sed quædā sunt venenosa, ideo tenerentur ad subeundum mortem, vel perdendam corporis incolumitatem, quod est contra rationem præcepti. Dicendum ergo ꝙ est licentia, & non præceptum, & tunc non sequitur aliquod incōueniens, quia licebit homini comedere de quocumque animali: sed non obligabitur comedere de aliquo, & poterit tunc prouidere saluti suæ, neq; erit aliqua difficultas. Simile autē est de eo quod dr supra 2. cap. De omni ligno Paradisi comede: nā non obligabatur homo comedere de omni ligno fructu cuiuslibet arboris, sed licebat ei comedere de oībus: & simile. ℣. j. cap. cū dr, Ecce dedi vobis oēm herbā afferentē semen, vt sint vobis in escā, i. dedi vobis licentiā comedendi de oībus herbis, & fructibus: sed nō erat p̄ceptū comedere de oībus. Et hoc sufficiebat in p̄ncipio: nā ante hoc non erat licitū hoībus māducare de carnibus animalium: nunc autem voluit Deus quòd liceret: ideo satis fuit dare licentiam: & non fuit conueniens dari præceptū.

Quæst. 238 Quomodo intelligitur, carnem cum sanguine nō comedetis, multiplex interpretatio.

Et quia in concessione carnium, quam fecit Deus hoībus post diluuiū, dixit, tanq̄ olera virentia tradidi vobis oīa, excepto ꝙ carnem cum sanguine non comedatis: est dubiū, quid per hoc voluit Deus vetare. Dicendum ꝙ solet multipliciter exponi. Vno modo ꝙ vetet Deus manducare membrum alicuius aīalis, quod abscindatur ab aīali viuenti, vt si quis abscinderet porco aurem, & comederet illam viuente porco: nam tunc caro cum sanguine comeditur, quia sanguis manet adhuc diffusus per venas in oībus partibus corporis. Secūdo modo intelligit de aīalibus suffocatis, s. ꝙ non comederent hoīes aīalia suffocata: nā in illis manet sanguis in corpore, & cum quis comederet de carnibus talium animalium, comedit carnē cum sanguine: quia mansit sanguis per totum corpus diffusus, & non potuit profluere: quia non fuerunt talia animalia iugulata, dum viuerent. Tertio modo intelligunt aliqui, ꝙ non essent animalia de aucupio, aut venatione comedenda, quousque sanguis eorum fun deretur super terram, iuxta illud Leuit. 17. cap. Quarto ab alijs accipitur, ꝙ non comederent homines sanguinem, etiam per se effusum, sicut nos solemus comedere in sanguificijs, vel alio modo: & tunc exponitur carnem cum sanguine non comedatis, idest nō comedatis carnem, & postea sanguinem: quod est comedere carnem, & sanguinem. Istos modos expositionis tangimus supra 9. cap. quæstio. 3. Alij addunt quintum modum, s. ꝙ hoīes non comederent animalia cruda, sed cocta, vel assata, sicut & nos manducamus, quasi aliter comedatur caro cum sanguine manentibus ibi reliquijs sanguinis. Sextus modus esse potest, quòd non comederent animalia viua: nam comedendo illa viua, comeditur caro cum sanguine, quia ibi est sanguis: & iste modus concordat cum primo in aliquo. Septimus modus est, quando animal occiditur, & antequàm effluat sanguis totus de illo, coquitur, aut assatur aliqua pars eius, & comeditur: nam tunc cum sanguine comeditur, quia sanguis nō fluxerat, sed retinetur, & non distillat, postquàm incipit assari, aut coqui.

Nunc quæretur quis istorum sensuum sit verus, & quem litera intendat. Dicendum, ꝙ saltem non intelligitur de quarto modo, quia ille est quòd non comederent sanguinem, & patet primo, quia hic solum vetatur comedere carnem cum sanguine: sed comedere per se carnem, & per se sanguinem, est comedere carnem cum sanguine; ideo non vetatur istud hic. Secundo quia poterat aliquis comedere de sanguine animalis, & nihil comedere de carnibus eius: sicut nunc interdum facimus: & tamen isti non comedunt carnem cum sanguine, sed solum sanguinem. Tertio, quia si hoc Deus intenderet, diceret: sanguinem non comedatis: qa in hoc intelligebatur, siue esset sanguis in animali, siue foris: dixit tamē carnem cum sanguine: ideo non intelligitur de hoc. Quarto, quia non comedere sanguinem, fuit vna de cęremonijs datis Iudæis, Leuit. 3. & 7. & 8. cap. & tamen nunc non fuit data aliqua cęremonia: quia illa pertinet ad legem, & Deus non intendebat dare legem cęremonialem tori mundo, sed populo electo, vt dictum est. Quinto, quia si fuerat istis datum mandatum de non comedendo sanguinem, obligaret Iudæos, cum esset datum priusquàm illi essent populus, & scriptura eorum referat illud mandatum: & ita non oportebat postea illis dari, quia esset superuacuum: & tamen quando data fuit lex Moysi, inter cætera cęremonialia fuit valde dictū de non comedendo sanguinem, & cum magna interminatione pœnarum. Leuit. 3. & 7. & 8. cap. ergo nō obligabat illud prius Hebræos, & ita non fuit hic datum. Sexto, quia ista duo præcepta inter Iudæos erant æqualia de non comedendo adipem, & non comedēdo sanguinem: quia vtrunque ad Deum pertinebat: nam omnis adeps Domini est iure perpetuo. Leuit. 3. & 7. Ideo si Deus hac intentione iuberet obseruari, scilicet vt cęremoniam præcipuam, sicut vetaret comedi sanguinem, vetaret & adipem, & tamen non vetuit quicquam Deus hic de adipe: ergo neque vetuit comedi sanguinem; vnde non conuenit iste sensus literæ: & ita licebat hominibus illis comedere sanguinem, postquàm a corpore fluxisset.

Quæst. 239 Quæ istorum expositionum sit melior.

Quæst. 240 Prima expositio, nō tamen in toto.

De primo modo dicendum, ꝙ aliquo modo pertinet ad præsens, & tñ non totaliter: qa poterat aliqs comedere partē, quā abstulisset animali viuenti: vt autē porci, vel pedē eius, & tñ comederet postq̄ effluxisset vniuersus sanguis eius, & ita comederet carnem sine sanguine, quod non esset contra præceptum istud. De quinto etiam modo dicendū, ꝙ non intellexit Deus: quia licet verum esset, ꝙ hoīes non comederent aīalia cruda, sed assata, vel cocta: quia prudentia, & naturalis ratio hoc dictabant: tñ in hoc præcepto nō vetatur, cū dicatur non comedere carnē cū sanguine. Potest aūt vniuersus sanguis effluere de carne cruda, & tūc cruda comedi. Item etiam Iudęis nō fuit hoc vetitum, qa licebat eis comedere aīalia cruda, si vellent: nam & multa sunt, quæ cruda comedimus, sicut quidam māducant quædam genera piscium cruda: & quidā aliqd ēt de carnibus crudum: Iudæis enim in solo agno Pascali fuit vetitum comedere aliquid crudū, sed solum assatum. Exo. 12. cap. Ergo innuitur, ꝙ nō erat illicitū, neq; ꝺ totā cōsuetudinē suā comedere aliqd crudum de carnibus, & piscibus. Dicendū autem, ꝙ proprie id, quod mandatū fuit hic a Deo: est quod habetur in septimo modo, s. ꝙ nō occiderentur aīalia ad manducādum, de carnibus eorum nō sumeretur aliqd in cibū, anteq̄ totus sanguis efflueret, i. neq; inciperet coqui, neq; assari ante fluxum sanguinis: & ita consueuimus nos: qa oīa animalia occidimus, & pendere facimus quo vsque totus sanguis fluat per aperturam gutturis, & maneat caro frigida nihil sanguinis habens; quando autem ante effluxum illum sanguinis incipit caro

caro coqui, aut assari non fluit sanguis, qui intus manebat, & comeditur caro cum sanguine. Quia autem iste sit sensus scripturæ apparet, quia ipsa loquitur in simili casu, lib. 1. Reg. 14. scilicet, Defatigatus est autē populus nimis, & versus est ad prædam, & tulit boues, & oues, & mactauerunt in terra, & comedit populus carnem cum sanguine: nunciaueruntq̄ Saulі dicentes, quia populus peccasset Domino comedens cum sanguine: & non inuenimus alibi talem locum, qui ita exponat sacram scripturam quantum ad istud præceptum. Modus autem, quo ibi comederunt cum sanguine fuit in duobus: primum fuit velocitas agendi: secundum planicies loci. De primo patet, quia populus erat lassatus fame nimia, & præ magnitudine famis Ionathas filius Regis gustauit modicum de melle in extremitate virgæ, eodem cap. De populo etiā dicitur ibi, ꝙ erat defatigatus nimis: & ideo datum est consilium, ꝙ comederet aliquid populus, & persequeretur inimicos suos, & sic fuit velocitas in apparando cibos, & pro velocitate occiderunt animalia: & statim cæperunt assare ad comedendum, vt non tardarent, & pro hac velocitate agendi non expectauerūt quousque flueret sanguis totus de carnibus animalium: sed sic manente multo sanguine intus cœperunt carnem assare. Istam velocitatem agendi signauit ibi apertè scriptura in duobus: primum erat pro desiderio persequendi inimicos: nam volebant confortari sumpto cibo, & cōtinuare cursum prosequendo fugientes hostes, cū dr eod. cap. dixit Ionathas: Turbauit pater meus terram; vidistis ipsi, quia illuminati sūt oculi mei, eo ꝙ gustauerim paululum de melle isto, quanto magis si comedisset populus de præda inimicorum suorum, quā reperit, nonne maior plaga fuisset facta in Philistijm? & propter hoc sequit ibi, Quia populus versus ad prædam mactauit oues, & boues: & ita vt citò agerent, ne hostes longè recederent, non sustinuerunt, ꝙ tamdiu morarentur, quousque totus sanguis flueret: sed statim vt decoriauerunt, acceperūt partes, & assabant, & ita non fluxerat sanguis. Secunda causa velociter agendi fuit fames: nam populus debilitatus erat fame; nō enim comederat per totum diē; vnde & Ionathas deficiebat, & istud signatur eod. c. in litera cum dicitur; Defatigatus autem est populus nimis, & versus ad prædam tulit boues, & oues. Ista de fatigatio erat præ fame: & ideo dicitur ꝙ tulit oues, & boues ad cibum; magnitudo autem famis fecit, ꝙ nō expectarent, quousque totus sanguis flueret, sed statim cæperunt assare: & sic cum sanguine comederūt, & ita velocitas præstitit causam cum sanguine comedendi. Secunda causa principalis erat loci planicies, scilicet, quia iugulauerunt animalia illa in loco plano super terram, & ibi decoriauerunt, non suspendendo ea: & quando animal iugulatum extentum est super terram, non potest effluere totus sanguis eius, quia nō fluit ille, nisi propter grauitatem ad loca inferiora. Iacente autem sic animali profundiora sunt quædam loca corporis, quam viæ, per quas debet deriuari sanguis: ideo etiam si diu maneat animal iugulatum, nunquam profluet totus sanguis eius: sed quandocunque comedantur carnes, cum sanguine comedūtur: nam antequam sanguis reddatur gelidus, non defluxerit, etiam si postea animal pendeat, non fluet. Ista causa fuit principalior adhuc quam præcedens, quia dato ꝙ populus multum vellet expectare, ad hoc ꝙ sanguis flueret, cum animalia iugulata iacerent super terram: & ideo scriptura istam solam causam præcipuè expressit dicens; defatigatus est populus nimis, & versus ad prædam tulit boues, oues, & vitulos, & mactauerunt in terra, & sequitur; & comedit populus carnem cum sanguine: & ita causa comedēdi carnem cum sangui-

Expenitur Iudicū lib. 1. Reg. c. 14.

ne fuit, quia mactauerunt in terra, scilitet, quia manentibus animalibus extentis in terra non potuit fluere sanguis. Causa autē huius quod erat mactare in terra fuit, quia non habebant ibi Israelitæ furcas, de quibus suspenderent animalia ista iugulata, & laqueos, quibus illa suspensa tenerent, quia istos apparatus secum non tulerāt, eo ꝙ cum velocitate nimia persequebantur inimicos suos: ideo oportuit eos comedere cum sanguine. Et apparet adhuc magis, ꝙ iste modus sit uerus sensus: quia dicitur & comedit populus carnem cum sanguine, scilicet carnē de qua sanguis non fluxerat: nam alias superuacuè ibi poneretur, ꝙ mactauerunt in terra, nisi ad ostendendum, ꝙ non potuit sanguis effluere.

Quæst. 241 Verus sensus illorū verborū, Carnē cū sāguine nō comedetis.

Ex hoc autem apparet, an alij modi sex expositionum pertineant ad mandatum istud: & dicendum, ꝙ iste modus septimus solus est quem scriptura intellexit: alij tamen aliquo modo directè vel indirectè pertinent ad istum præceptum, & aliqui illorum sunt, qui nullo modo ad præceptum pertinent: vt patet in applicatione singulorum. De primo dicendum, ꝙ quando aliquod membrum abscinditur animali viuēti, potest statim summi illud in cibum, siue crudum, siue assatum, aut coctum: & si fluxit totus sanguis de illo, non comeditur caro cum sanguine, neque agitur contra istud præceptum. Si autem non fluxit totus sanguis, statim assatur, aut coquitur, erat contra præceptum istud. De secundo dicendū, ꝙ ille modus semper erat cōtra mandatum istud, tamen nō directè. Primum patet, quia si aliquod animal erat mortuum, idest per se mortuum, vel suffocatum, manebat sanguis eius in eo, quia non iugulabatur: ideo etiam si postea decoriaretur, & iugularetur non fluebat sanguis, & sic manebat sanguis in carne, & quicunque carnem illam comederet, comedebat carnem cum sanguine, & agebat contra mandatum istud: ideo generaliter vetuit Deus manducare hominibus post diluuium animalia per se mortua, aut suffocata, quæ non iugulata essent. Secundo patet, scilicet, ꝙ non directè vetabatur istis māducare animalia suffocata, aut per se mortua. Primo, quia istud erat cæremonia data Iudæis non comedere animalia morticina, aut per se mortua; immo neque tangere illa; Leui. 11. & 17. cap. hominibus tamen post diluuium non fuerunt datæ aliquę cæremonię, sed soli populo Israelitico electo a Deo. Secundo patet, quia Iudæis directè erat vetitum animal morticinum, aut suffocatum: & ideo neque comedere de illo, neque tangere licebat ipsum, vt dictum est: egressis verò de arca non erat illicitum manducare de animali inquantum erat morticinum, aut suffocatum, sed inquantum manebat sanguis eius in eo: & comedendo de illo comedebantur carnes cum sanguine, quod erat contra istud præceptum: & tamen si esset aliquod animal morticinum, vel suffocatū quod non haberet sanguinem, non erat illicitum illis comedere de eo, quia non comedebant carnem cum sanguine: multa tamen sunt animalia exanguia, idest sine sanguine, sicut ostēdit Aristot. lib. 1. de animalibus. De tertio modo idem dicendū est, quod de secūdo, s. ꝙ cō tinetur sub isto præcepto: tñ non directe: primū patet: quia in animali capto de aucupio, vel in venatione si prius non fundatur totus sanguis eius, comedetur caro cū sanguine, quod hoc præcepto vetatur: & ideo illud tenebantur facere homines post diluuium non solum in animalibus captis de aucupio, aut venatione, sed in omnibus. Secundum patet, quia illud fuit datum Iudæis in cæremonia, & tamen non tenebantur homines primi ad aliquam cęremoniam Iudaicā. Secundo, quia specialiter dicitur Leuitic. 17. De animalibus habitis ex aucupio, vel in venatione captis,

De historia animalium. c. 4.

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd sanguis eius prius effunderet, sed apud istos fiebat hoc, tam in illis animalibus, quàm in quibuscunque alijs, quæ quomodocunque occiderent: nam tenebantur prius facere decurrere sanguinem, quàm comederent quicquam de carnibus. Tertio, quia Leuitic.17.c. dicitur, q̃ qui caperet auẽ, aut feram de venatione, vel aucupio, funderet sanguinem eius, & operiret illum terra: & tamen homines post diluuium non tenebantur ad hoc: quia poterant relinquere super terram: solum enim tenebantur non comedere carnem cum sanguine.

Quæst.242 Quod nõ erat illicitũ Iudæis comedere sanguinẽ.

De quarto modo est dicẽdum, q̃ nullo modo pertinet ad istud mandatum: vnde non erat illicitum hominibus illis comedere sanguinẽ; poterant enim comedere sanguinem: dicitur tamen ne comederent cum carne, sed seorsum, vt ostensum supr. quæst.239. Adhuc præter rationes illas apparet hoc, quia si hoc præcepto Deus inberet non comedi sanguinem: non esset aliquid aliud comedere cum sanguine, quàm comedere sanguinem: & tamen scriptura posuit, vt distinctum, lib.1.Reg.14.cap. cum dixit: Comedit populus carnem cum sanguine: ergo erat distinctum. Secundo, quia ibi ponitur causa huius peccati: & dicitur Mactauerunt in terra: & comedit populus carnem cum sanguine: & tamen si intelligeretur peccatum esse in comedendo sanguinem, non erat opus dicere mactauerunt in terra, quia etiam si mactarent vbicunque vellent, & quomodocunque, possent mãducare sanguinem fluentem. Dicitur ergo hoc ad significandum, quòd non fluxerat sanguis de carnibus, & ita manducabant carnem cum sanguine: & ita nõ erat hoc manducare sanguinem, sed aliquid aliud.

De quinto dicẽdum, q̃ Deus intendebat, q̃ homines comederent carnes animalium coctas, vel assatas, & non crudas, quia non sunt tam bonæ digestionis, neque tam salubres: & tamen hoc non posuit in præcepto: & ideo etiam si comederẽt illas crudas, non peccarent, quia hic non vetabatur illud, sed solum, quòd non comederent carnem cũ sanguine: comedere autem carnem crudam, nõ est comedere carnem cum sanguine; cum possit comedi post plenum fluxũ sanguinis: ideo quintus modus non pertinet ad istud mãdatum. De sexto modo dicendum, q̃ ille prohibitus est, licet indirectè: eo q̃ non potest aliquis comedere animal viuum de habentibus sanguinem, quin comedat carnem cum sanguine, quia quandiu animal tale viuens est, semper est sanguis in eo: & tamen hoc indirectè includitur in mandato illo, quia interdum potest licere manducare animal viuum, scilicet cum animal nõ habet sanguinem, sicut sunt quædam animalia non habentia sanguinem, vt dicit Aristot. libr.1. de animalibus. Etiam Deus non mandaret istud expressè, quia notum erat apud homines, q̃ animalia non essent comedẽda viua, si comedi de eis liceret, sed occisa, & apparata; nam etiam in sacrificijs non offerebantur viua, sed mortua. Sic Abel filius Adæ offerebat Domino de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum, supra 4.cap. & tamen qui offert adipẽ primo occidit animal, & aperit interiora eius, & inde extrahit adipem, qui pertinet ad vitalia. Etiam Noe ita fecit, nam obtulit Domino statim post diluuium holocaustũ de omnibus animalibus mundis, supr.8.cap. & tamen holocaustum non est nisi, quãdo animal iugulatur, & ablata pelle offeruntur omnes carnes: cum intestinis, & pedibus, & capite prius lotus, vt dicit Leuitic.1. & ideo Noe sic fecit: & tamen illud fuit antequam Deus cõcederet hominibus comedere carnes, sicut patet ex ordine literæ: sciret ergo homo, quòd si animalia comedenda essent, non deberent comedi viuentia, sed occisa, & aliqualiter parata. Septimus autẽ modus est, quem propriè litera intendit, cum dicit nõ comedendam carnem cum sanguine, vt expositum est supra quæst.240.

De Histo. animaliũ. cap.4.

Quæst.243 Cur Deus vetuit comedi carnem cum sanguine.

Quæretur nunc de causa quare Deus vetuit comedi carnem cum sanguine. Dicendum, q̃ cum istud mandatum intelligatur solum in septimo modo, iuxta illum erat danda causa: & tamen de alijs possumus etiam dare causas inquantũ iste septimus modus concordat in aliquo cum alijs, vt dictum est in duabus precedentibus quæstionibus. De primo dicẽdum, quòd non esset comedenda pars animalis viuentis propter crudelitatẽ, quia feritas nimia videtur, quòd animali viuenti auferatur pars aliqua, & relinquatur sic illud mutilatum; cum autem totum accipitur in cibum, etiam si occidatur non est crudelitas. Secundo, quia comeditur sanguis cum tali parte, si statim sumatur in cibum, & redit in causam quarti modi, in quo non licet comedere sanguinem. Tertio, & præcipuè, quia irrogatur maior pœna animalibus, quam alitèr: nam cum animalia iugulantur ad comedendum, subito moriuntur: & ita breuis est pœna eorum: si quis autem vnam particulam abscindat relicto animali viuenti, est diuturnior pœna, & postea moritur interdum animal iuxta conditionem vulneris, & hoc etiã redit maxime in crudelitatem. Secundi modi causa est immundicia; est enim immundum manducare rẽ per se mortuam, & fœdatam. Secundo, quia est morbidum: siue enim per se mortuum, siue suffocatũ est morbidum, & potissime morticinum: talia aũt sunt cauenda in cibo. De tertio modo est penitus eadem causa, quæ de septimo, quia ibi est comedere propriè carnem cum sanguine. De quarto modo dicendum, quòd licet non sit hic prohibitus, tamen cũ apud Iudæos sit vetitus esus sãguinis, causa prohibitionis est, scilicet quia in sanguine est vita animalis, & nõ est comedenda vita, quia videtur esse crudelitas. Secunda causa quantũ ad hoc est, quia Deus iubebat sibi offerri sanguinem pro peccato ad expiandum in omnibus sacrificijs: & ideo quia elegerat Deus illum pro se ad expiandum, volebat, quòd non comederent Iudæi de illo. Causa prima tangitur Leuit.17.cap. cum dicitur, Anima carnis in sanguine est. vnde dixi filijs Israel, Sanguinem vniuersæ carnis non comedetis, quia anima carnis in sanguine est. Et adhuc magis istud patet Deuteronom.12.cap. scilicet: Hoc solum caue, ne sanguinem comedas; sanguis enim eorũ pro anima est: iccirco non debes animam comedere cum carnibus, sed super terram fundes quasi aquam. Causa secunda patet Leuit.17.cap. Anima carnis in sanguine est: & ego dedi illum vobis, vt super altare meum expietis pro animabus vestris, & sanguis pro animæ piaculo sit. De quinto modo dicendum, q̃ non est prohibitus, sed si vetaretur, solum esset propter salubritatem corporis, quia carnes crudę sunt malę digestionis. Sextus modus vetaretur propter crudelitatẽ. Primo, nam si crudelitas est mãducare animalis viui partem abscindendo ipsam de eo, maior crudelitas est mãducare ipsum viuens, quia est maior pœna. Secundo pg immundiciam, quia non potest confiderari, quomodo animal comedatur viuum sine immundicia. Tertio, quia comeditur tunc caro cum sanguine, & pertinet ad causam sequentis modi. De septimo modo, qui pertinet ad propositum videtur esse causa prima mundicia, quia immundum est comedere carnẽ adhuc sanguine fluentem. Secunda videtur esse salubritas, quasi non sit sanum carnem non emundatam à sanguine comedere. Tertia, & verior causa est: instructio ad pietatem, & euitatio crudelitatis: comedere enim carnem animalis mortui non est crudelitas, quia non comeditur, nisi quod mortuum est, & non sentit: sanguis autẽ iudicatur apud simplices esse anima: cum & quidam Phylosophorum hoc asseruerint sicut dicit Aristot. libr.1. de Anima. Scriptura autẽ sacra, quæ nihil falsum ponit non dicit sanguinem esse animam, sed animam esse in sanguine, Leui.17.capit. Si autem comederetur caro cum sanguine, quando. s. nõdum fluxisset, comederetur anima cum corpore: & ista videtur esse crudelitas, scilicet, q̃ anima comedatur, quia illa est vita. ita dicitur Deuter.12 cap. scilicet sanguis enim eorum pro anima est, ideo non debes animam cum carnibus comedere. Sed aliquis dicet, quia ibi non redditur causa quare nõ comedatur caro cum sanguine, sed quare nõ comedatur sanguis, cum dicatur hoc solum caue, ne sanguinẽ comedas. Dicendum, q̃ Iudæis erat vetitum comedere sanguinem animalium, tam per se, sicut nos comedimus in sanguificijs, quàm cum carnibus animalis. De primo patet Leuit.3. & 7.cap. De secundo patet Leuit.17. & Deuteron. Et licet illa ratio posita Deuteron. 12.cap. conueniat ad hoc, q̃ non comedatur sanguis etiam per se multo magis conuenit ad hoc, q̃ non comedatur caro cum sanguine. Et patet hoc dupliciter ex loco illo primo, quia sanguis habetur ibi pro anima, & tamen anima est dum est in corpore, quia tunc vitam dat: & ideo sanguis dum est in corpore, & est calidus est, vt anima, quia viuificat: cum autem est extra corpus non viuificat, quia extra est, & quia gelidus est: ideo potius est, vt vita mortua, vt ita dicamus, vel anima mortua: si ergo sanguis separatus à carne est illicitus ad esum, quia fuit anima, vt loco animæ: & nunc neque est anima, neque loco animę, multo magis erit illicitus ad esum quomodo accipitur, vt anima, s. quia interius est, & nondũ fluxit: & ideo nunc propriè erit crudelitas comedẽdo illum potius, quam cum à corpore fuit separatus. Secundo patet ex modo concludendi ibi, quia dicitur iccirco non debes comedere animam cum carnibus si intelligeretur solum de sanguine per se posito, q̃ non esset comedendus dicere-tur, iccirco non debes comedere animam, sed dixit non debes comedere animam cũ carnibus; ideo potius intellexit, q̃ non est comedendus sanguis quando est intra carnem, & hoc est comedere carnem cũ sanguine, & ita crudelitas est comedere carnẽ simul cum sanguine, iuxta opinionem illorum, qui putabãt etiam esse sanguinem. Ad tollendum igitur istam crudelitatem Deus dixit hoc.

Quæst.244 Cur Deus dixit, ne comederent carnem cum sanguine, cum esset licitum, cum per se non esset sanguinem, an peccatum.

Quæretur an peccaret Noe, & filij sui, si comederent carnem cum sanguine. Aliquis dicet, quod non, quia comedere carnem cũ sanguine, non erat de se aliquod malum, ergo faciendo illud, non peccabant. Secundo, quia homines post diluuium, & ante non tenebantur, nisi ad obseruationem iuris naturalis, cum nondum data esset lex Moysi, sed non est contra ius naturale manducare carnem cum sanguine, ergo non peccabant comedendo. Dicendum, quòd manifestum est, q̃ peccarẽt Noe, & filij sui, si carnem cum sanguine comederent. Primo, quia nihil manifestius est, quam q̃ homo teneatur obedire Deo per omnia: cum sit supremus Dominus, & verus atque totalis Dominus: & tamen Deus iussit expresse Noe, & filijs eius, q̃ non comederent carnem cum sanguine. ergo contrafaciendo peccabant. Secundo patet, quia ita omnino habetur de Adã, & Eua: sicut hic de Noe, & filijs eius; nam de Adam, & Eua dicitur supra 2.cap. de omni ligno Paradisi comede, de ligno autem sciẽtiæ boni, & mali ne comedas: ad Noe autem, & filios eius dictũ est supr.9.c. Omne quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum, præter hoc, q̃ carnem cum sanguine non comedatis, quia sicut in Adam concessit omnia, & vetuit vnum; ita in Noe concessit omnia, & vetuit vnum modum comedendi; & tamen Adam comedendo de ligno vetito peccauit, supra 3.cap. ergo & Noe, & filij sui si comederent carnem cum sanguine, peccarent. Ad primum in contrarium dicendum, q̃ comedere carnem cum sanguine non erat de se malum: & tamen erat iam malum, quando à Deo vetitum erat, & hoc sufficiebat: & tunc negatur consequentia: sed non erat de se malum, ergo non peccabant faciendo contrarium: quia tunc sequeretur, q̃ Iudæi non peccarent faciendo contra quascunque cæremonias sibi à Deo iniunctas cum cęremonialia nõ sint de se bona, vel mala, quia alias obligarent de iure naturę, quod falsum est. Et tamen certum est, q̃ cõtra quamcunq; cæremoniam Iudęi facerent: peccarẽt, vt patet Leui.4. & 15. & 17.cap. Ad secundũ dicendum, q̃ non comedere carnes non erat de iure naturæ, & verum est, q̃ homines ante diluuium, & immediatè post illud non tenebantur, nisi ad ius naturale, scilicet, quia non erat data eis aliqua alia lex à Deo: & tamen si super illam daretur aliqua alia expresè non est dubium, quin ad illam tenerentur, sicut Iudæi antequam acciperent legem per Moysen ad solum ius naturæ tenebantur: & tamen, quia data fuit eis lex per Deũ, obligati fuerunt ad illam seruandum. Aliter etiam potest dici, q̃ homines tempore illo non tenebantur, nisi ad ius naturale, & non comedere carnem cum sanguine non erat de iure naturali; erat tñ maximè de iure naturali obedire Deo in omnibus, quæ mandaret: Deus autem istud mandauit, ergo tenebantur ad istud: & sic dependebat obligatio ad hoc ex lege naturali.

Quæst.245 An nos teneamur nõ comedere carnem cũ consangui ne. 1.Argum. 2.Argum.

Est nunc dubium an nos teneamur ad non comedendum carnem cum sanguine. Aliquis dicet, q̃ sic, quia p̃cepta à Deo data in principio generis humani obligant nos, quia vñr esse data omnibus hominibus, & tñ ita fuit in diluuio, quia exeuntibus de arca datum fuit hoc præceptum de non comedendo cũ sanguine: & erant ibi omnes homines, quia ex eis omnes prouenerunt, ergo præceptum datum illis, omnibus datum est, & sic nos etiam obligat. Secũdo patet, quia Iudæi etiam obligabantur ad istud præceptum, & non fuit eis datum, ergo obligabat illos, inquantum fuit datum primis hominibus post diluuiũ, & ita nos quoque obligabit, patet hoc lib.1.Re.14.cap. cum dicitur nunciauerũtque Sauli, dicentes, q̃ populus peccasset Domino comedens cum sanguine. Dicendum, q̃ certum est nos non teneri isto præcepto, neque illud seruamus: comedimus enim sanguinem per se, vt in sanguificijs: licet hoc non videtur esse contra hoc præceptum, vt dictum est sup. quæst.239. sed est contra præceptum datum Hebræis de non comedendo sanguinem. Leui.3. & 7. & 17.cap. Etiam comedimus suffocata, vel per se mortua, & si aliqui nostrum cauent ista tanquam immunda, & morbida, nemo tamen cauet tanquam illicita. Etiam nemo nostrum putat se peccare, si manducaret carnem fluentem sanguine. Vnde dicendum est, q̃ nullus modus septem positorum supra quæst.238. est nobis illicitus, sed & animalia viuentia licet nobis comedere, ideſt non peccamus comedendo. Et patet hoc, primo, quia nunc non manet aliquod præceptum, nisi morale, ideſt illa, quæ sunt de lege naturali, & illa, quæ postea Christus dedit: & tamẽ non comedere carnem cum sanguine non est de lege naturæ, sed est cæremoniale: ergo non manet nũc nemo enim dubitat hoc cæremoniale esse, cum sit quędam obseruatio in cibo, quæ non dependet à ratione naturali. Secundo & apertius, quia Apostoli docuerunt nullam discretionem faciendam in cibis, sed omnia iã comedenda esse; sic dicitur 1. ad Thim. cap. 4. Omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciẽdum est, quod cũ gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim

Cur nos possumus ẽt comedere cum tanguine.

enim per verbum Dei, & orationem. Ex ista auctoritate euidenter apparet, nihil esse quod sit illicitum in cibo. Primo, quòd dicitur: Omnis creatura Dei bona est: intelligitur, bona est ad cibū omnis creatura Dei, quę est comestibilis, & accipitur bona, scilicet bona in se, quia nullum malum habet, scilicet, quia Deus non creauit aliquod malum in ea: etiam, & principaliter vocatur bona, idest licita ad esum, quia de hoc ibi Apostolus agit. Secundo patet, quia dicitur: & nihil reijciēdum est. Ista est maior probatio, & clarior, quam esse possit: si enim nihil reijciendum est: ergo neque caro cū sanguine, quia est aliqua creatura Dei, & ad cibum pertinens. Tertio, quia Apostolus dat ibi modum, quo omne quod suspectum, aut malum in cibo esse potest, tollatur, cum dicit: Sāctificatur enim per verbum Dei, & orationē, idest debet omnis esca accipi cum gratiarum actione, & verba sancta in virtute Dei operantis sanctificant cibum, ita vt neque sit malus, neque illicitus.

Quest. 246 Ciborū de lectū Apostoli vetasunt.

Tertio, quantum ad principale patet, quia Apostolus vetuit discretionem ciborum ad Colosſ. 2. cap. dicens; Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut Neomeniæ, aut Sabbatorū, quę sunt vmbra futurorum. Dixit enim, nemo vos iudicet, id. est facite, quòd nemo vos possit accusare propter distinctionem ciborum, aut potuum, aut propter obseruationem festorum Iudaicorum: & ita non erāt Christiani distincturi aliquos cibos, & tamen si obligaret illud mandatum, adhuc teneremur non māducare carnem cum sanguine: ergo non obligamur ad illud, sed licet nobis carnem cum sanguine manducare. Quarto patet, quia Deus hoc reuelauit Petro, quando erat in tame, & vidit de Cœlo in extasi venire peluim plenam, aut linteum, quadrupedibus, & serpentibus, & dixit vox ad Petrum; Surge Petre, occide, & manduca. Respondente autem Petro; absit hoc à me Domine, quia nunquam manducaui omne commune, & immundum: Dixit vox ad eum secundo; Quod Deus purificauit, tu ne commune dixeris. Et ita ibi signatur, omnes cibos non esse vetitos, & non solum eos, quibus communiter vescimur, sed etiam serpentes, de quibus magis dubitaretur. Et redditur ibi causa, quòd omnia sunt munda, quæ Deus munda creauit, sed Deus omnia sanctificauit, cum creando non dederit eis aliquam malitiam, aut immunditiam. Sed omnia, quę fecit, erant valde bona, supra primo cap. Ergo omnia comedi licet: & non solum putetur omnē creaturam bonam esse in natura sua, vt supra 1. capit. videtur significari: sed etiam ad comedēdum est omnis creatura Dei bona, vt signatur in auctoritate allegata, primo ad Timot. 4. cap. Omnis creatura Dei bona est: ergo & caro cum sanguine, & creatura Dei aliquid bonum est. Quinto, quia nihil potest esse in cibo magis detestabile, quàm id quod idolis consecratum est, quia ibi videtur esse malum quoddam in moribus: & tamen neque illud est reijciendum, nisi infirmis, qui putant aliquid esse idolum, vel intelligentibus in conspectu infirmorum, ne illi scandalizentur: cum autem sapiens fuerit non in præsentia infirmorum, nihil reijcere tenetur, vt patet primo ad Cor. 8. & 10. cap. Et hoc est, quia idolum nihil est, & benedictio atque gratiarum actio in nomine Christi facta poterat immutare cibum faciendo bonum, & sanctum, id quod malum erat, primo ad Timoth. 4. cap. Omnis creatura Dei bona est: & nihil reijciendum est, quod cum gratiarum actione percipitur. Et redditur causa, quæ facit ad propositum: Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationē: ergo à fortiori non est reijciendus aliquis cibus non consecratus idolis: ideo neque caro cū sanguine, quia ista non vīt aliquid mali esse.

Ois creatura Dei bona.

Sexto patet, quia quando Christus misit discipulos prædicare, iussit, vt non portarent secum panem, neq; pecuniam ad emendū. Mar. 6. & Matt. 10. Sed iussit, q̄ in quācunque domum intrarent, manerent comedētes, & bibentes, quæ apud illos erant. Luc. 10. Cum ergo non liceret illis distinguere cibos, neq; ire ad alias domos ad quærendum illos, quia hoc vetuerat Christus, sed q̄ manerent semper in domo, in qua intrarent, Matth. 10. & Luc. 9. & Mar. 6. & non haberēt pecuniam aliquam, de qua emerent. Matt. 10. & Mar. 6: Necesse erat, quòd aut nihil comederent, aut comederent quicquid apponeretur eis; vnde si caro cū sanguine apponeretur, illam comedere tenebantur: similiter si serpentes, aut res venenosæ apponerentur eis, dum tamen non malo animo, sed quia ipsi vtebantur similibus cibis, & putabant eos esse bonos, tenebantur de illis edere: non enim poterant eis nocere, quia sanctificarentur per verbum Dei, & orationem, 1. Timoth. 4. Oportebat enim, quòd de his comederēt, cū Christus dixerit: Edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt, idest ea, quibus illi vescuntur, & si non facerent hoc Apostoli, peccarent. Primo, quia contra præceptum Christi faciebant. Secundo, quia erant pārum fidei timentes illam escam manducare in virtute Dei, quam alij vsualiter manducabant. Similiter si cibos consecratos dæmonibus, idest idolis eis offerrēt, tenebantur de illis comedere, quia forte assis nullos alios haberent: sicut quando nouiter intrabant in domos Gētilium nondum conuersorum ad Christum, qui neq; verba prædicationis audierant, contingeret, nullos alios cibos inuenire, nisi consecratos idolis: ideo de illis tenebantur edere; ita enim Christus voluerat: & hoc non solum si nihil eis diceretur, aut si ipsi non interrogarent propter conscientiam, 1. Corint. 10. cap. Sed etiā si eis expresse diceretur, quòd erant cibi consecrati idolis, nihil curare deberent, sed cum gratiarum actione, & oratione comedere, contenēdo in virtute Christi consecrationem factam idolo, qui nullā virtutem habebat, cum & idolum nihil esset, primo ad Timoth. 8. cap. Id verò quod dicitur eadem Epistola, cap. 10. Nihil interrogantes propter conscientiam, propter infirmiores dicitur, cū ibi Apostolus doceat minores se: apud doctos autem non erat curandum, etiam si expresse diceretur eis: Ecce isti cibi sunt consecrati idolo. Et ideo cùm Apostoli venirent inter dum ad quasdam gentes Barbaras, quæ nihil misi carnes crudas manducarent, illas ipsi edere tenebantur; & si solum sanguinem proponerent, vel carnem fluē tem sanguine, vel animalis suffocati, aut per se mortui carnes, de illis ederent: & tamen in omnibus his præmanducabatur caro cum sanguine: ideo illis licebat, immo interdum tenebātur hoc facere, sed q̄d licebat Apostolis in cibū, licet nobis, quia nō sumus nos sanctiores, aut mūdiores illis: ideo nobis licet carnē cum sanguine manducare. Septimo apparet, quia Ecclesia sequens doctrinas Apostolorum idem statuit, scilicet non reijci aliquam escam. Hoc. n. primū statuit Eleutherius Papa, & mart. hic. n. fuit Papa quartus decimus à Petro, qui assumptus est ad Apostolatū anno centesimo octuagesimo quarto à natiuitate Christi, scilicet centesimo quinquagesimo primo à passione eius; ita enim legitur in vita eius, quam legit Ecclesia, scilicet: Eleutherius constituit, vt nulla esca vsualis repudiaretur à Christianis, maxime fidelibus, quam Deus creauit, quæ tamen rationalis, & humana est. Et ita non licet repudiare cibos, neque distinguere illos, sed indifferenter omnes accipere.

Quest. 247 Quo ordine ciborum delectus non prohibetur Apostolis.

Aliquis dicet, quòd ex statuto Eleutherij non est illicitum distingui cibos, cùm ibi dicantur duæ conditiones, scilicet vsualis, & humana. Dicendum, q̄ nulla esca

Eleuth. de esca est illicita qualiscunque illa sit, neque est in hoc aliqua distinctio: sed solum quantum ad esse salutiferam, vel morbidam. Primum patet, quia si esca esset mala, aut illicita esset, vel propter malum naturę, vel propter malum moris: si propter malum naturæ, non videtur aliqua esca esse deterior, quàm ubi manducātur venenosa, i. serpentes. Si pp malum moris, nihil peius est, quā manducare consecrata idolis, cū cultus idolorum sit grauissimū peccatum: & tñ isti cibi liciti sunt. De primo patet Actu. 10. cap. Nam in linteo, qđ de cœlo venit, erant quadrupedia, & serpentia; & cū Petrus abhominaretur illa tanquam communia, & immunda: dixit vox de cœlo: Quod Deus sanctificauit, tu ne commune dixeris, idest immundum. De secundo, idest de cibis consecratis idolo, patet primo Corin. 8. & 10. cap. licere manducare de illis omnibus qui rectè existimant de idolo, idest qui non sunt infirmi. ergo nulla erit esca illicita; ideo dicendum, q̄ Eleutherius Papa non apposuit aliquam conditionem, aut determinationem ad manifestandum aliquid esse illicitum: sed solùm ad manifestandum esse morbidū, & non cōueniens. Aliter pōt dici & apertius atque melius, q̄ est aliud aliq̄d licere comedi, aliud est licere aliquid reijci. De primo dicendū, q̄ omnia sunt licita ad cibum, licèt non sint oīa salubria, & ideo in nullo cōmittitur peccatū comedēdo de quacūq; esca, & quomodocunque parata. aliud est an aliquid liceat nobis reijcere. De primo non statuit Eleutherius, neque apposuit conditionem, aut limitationem, sed erat generale, & iam diffinitur, omnem escam licere. De secūdo diffiniuit dicens, q̄ liceat nobis reijcere escam nō vsualem, neque rationabilem. Sed in hoc distinguendum, q̄ cùm quæritur an aliqua esca reijcienda sit, an non, dicendum q̄ aut petitur de omni tēpore, & quantum ad omnes personas, aut quātum ad aliquas: si primo modo dicendum, q̄ non est verum, q̄ liceat generaliter reijci aliquā escam, sed aliquæ personę erāt, & aliquod tempus, in quo non licebat recusari escam aliquam. Si secundo modo, dicendum, q̄ licitum est recusare aliquam escam. Primum erat quantum ad Apostolos, & discipulos, & generaliter quantum ad omnes, qui missi sunt ad prędicandum fidem Christi inter Gētiles. nam istis non licebat distinguere cibos: sed sicut licitum erat eis comedere de omni cibo, ita erat illicitū recusare aliquem cibum eis oblatum ab illis, apud quos manebant, quo illi vterentur, vel vtendum putarent, vel etiam si illo non vterentur, dum tamen non darent malo animo, scilicet ad occidendum ipsos: vt patet ex supra declaratis præcedenti quæst. & circa hos non habebat locum illa distinctio Eleutherij de cibis vsualibus, & rationalibus. Nam dato q̄ non esset esca rationalis, vt si esset caro cruda, dum tamen manducaretur ab ipsis recipientibus hospitio, vt potè a Barbaris, tenebantur māducare eam Apostoli, vel alij prædicatores propositam ab eis: quod etiam dicitur de esca vsuali. Etiam nō habet locum, quia quædam gentes comedunt id, quo nullæ aliæ gentes vescuntur: & tamen si apud tales fuissent Apostoli, tenebantur comedere id, quod eis proponeretur ab illis gentibus: & non solùm quando alię gentes non vtebantur illis cibis: & hæc gens, ad quam Apostoli veniebant, illis vescebatur, sed etiam si illis non vesceretur, dum tamen in cibum proponeret, & non malo animo, tenebantur manducare de illo, quia includebatur sub illo mandato Christi, scilicet, Edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt. Et ita non habebat locum apud istos distinctio Eleutherij, quia certum est, quòd neque pro illis dabatur: iam enim illi transierant, sed apud illos magis habebat illud dictum Apostoli locum, primæ ad Timoth. quarto capit. Omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciēdum est. Vbi nihil distinguitur, an rationabile, vel vsuale sit. Secundum est, quòd aliquando liceat recusari, vel reijci aliquam escam, & dicendum, quòd apud nos habet locum istud, quia nos non tenemur ad id, quod tenebantur Apostoli, & discipuli, quia illi tenebantur nō portare calciamenta, neque peram, neque panem, neque pecuniam in via. Mar. 6. & Matth. 10. & tamen nobis omnia ista licent: sic etiam astrinxit Christus illos, ad comedendum de omni cibo, qui apponeretur eis ab illis, in quorum domibus manebant, quia ita expediebat: nos verò ad nihil horum astrinxit: ideo licet nobis reijcere aliquam escam. Et quātum ad hoc habet locum distinctio facta per Eleutherium Papam, scilicet, quòd non licet reijci aliquam escam, nisi sub duobus conditionibus, scilicet, quia nō est vsualis, aut non est rationalis: aliqua enim esca est, quę à nullo comeditur in regionibus illis, in quibus manemus. Si quis verò tale in escam nobis apposuerit, possumus illud reijcere, quasi non escam vsualem, quamuis non esset contra rationem illud māducare, etiam si aliqua esca est vsualis, sed non rationalis, sicut aliquæ gentes sunt, quæ manducant serpentes, & alias res venenosas, si contingeret nos apud illos esse, non est illicitum recusare escam talem ipsorum, quia nō est rationalis. Nam quibusdam illa non nocent manducata, sicut nec nocent attrectata, licèt mordeant: sic enim erat de psillis Marmaridis, vt testatur Lucanus, & apertius Solinus in Polistor. cap. de Aphrica. Nobis autem talia nocerent; ideo tales escas apud populos aliquos vsuales reijcere nobis licet: ideo si comederent illi carnes crudas, quia non tenemur nos illis vesci, sed licitum erit reijcere tanquam malum. Et ita apparet ex rationibus precedentibus, quòd non obligamur ad præceptum illud, scilicet: Carnem cum sanguine non comedetis: Sed licet comedere carnem cum sanguine, vel quomodocunque voluerimus.

Quæst. 249 Responsio ad rationes i oppositū.

Nunc respondendum ad argumenta in contrariū facta supra quæst. 245. Ad primum dicendum, q̄ præcepta data hominibus exeuntibus de arca, erant data omnibus hominibus, ideo & omnes obligabant, sed non obligauerunt pro omni tempore, de quo tēpore infra dicetur: & idem dicendum, quòd tunc quādo recenter erat datum hoc præceptum, obligabat omnes homines, & tamen non extenditur obligatio eius ad nos. Aliqui autem volunt dicere, quòd illud præceptum non potest obligare nos, quia illud est cæremoniale, & omnia cęremonialia cessauerunt. Dicendum, quòd ista ratio nihil valet, quia hoc verum est quantum ad cæremonias legis Iudaicę: nam de tota illa lege non manent iam, nisi prędicta moralia aliqua, quæ ibi erant, quia illa pertinent ad ius naturale: & tamen non est hoc verum de omnibus cæremonijs, vel cęremonialibus p̄ceptis à Deo. Ratio huius est, quia lex Moysi non fuit data omnibus hominibus, sed solis filijs Israel, Exod. 19. cap. & apparet Psalm. 147. scilicet, Non fecit taliter omni nationi, & iudicia sua nō manifestauit eis: & ita dicit nulli nationi esse datam legē Moysi, nisi Iudæis: & de hoc Deus laudat Iudęos, quasi ipsi essent nobilior populus, quia habebant melioremlegem, & cæremonias à Deo concessas, Deuteron. 4. cap. Et ob hoc non solùm non obligamur ad cæremonias illas, sed etiam tunc quando illa lex manebat in Iudæis, scilicet, vsque ad aduentum, & mortem Christi non obligabatur aliqua gens ad illas cæremonias, nisi Iudęi, & qui vellent spontè conuerti ad illos, vt sic patet ex tenore ipsarū legum in multis locis, vt Leuit. 17. cap. Homines de filijs Israel, & de aduenis, qui peregrinantur inter vos, si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius

illius &c. ergo voluit obligare, nisi homines de filijs Israel, & aduenis, ideſt illos, qui ſponte ad legem Iudæorum venirent. Iudæi autem ſunt, qui nunc nõ obligantur ad ceremonias, & iudicia, quia ceſſauit lex in morte Chriſti, & obligabant prius; nos verò, & quæcunque aliæ gentes, quę non ſunt de progenie Iſrael non obligamur nũc, neque vnquam obligati ſumus, cùm non fuerit lex illa nobis data. Secus autẽ de præcepto dato de non comedendo carnem cum ſanguine, quia illud fuit datum patribus noſtris, ſcilicet hominibus illis, qui erant tunc omnes homines, & fuerunt patres omnium hominum, qui poſtea nati ſunt; ideo cùm non eſſet præceptum perſonale, ideſt pro eis ſolis, obligauit omnes deſcendentes ab eis, & ideo dicendum, quòd illud præceptũ adhuc obligaret hodie nos, niſi aliquę alię cauſæ intercidiſſent, & principaliter, quia cenſetur reuocatus, vt patet ex rationibus ſuprapoſitis. Vnde non eſt iſta conueniens reſponſio, cùm non ſit idem de pręceptis cæremonialibus legis Moyſi, & de alijs cæremonijs à Deo impoſitis.

Dicendum ergo, ſicut ſupra, ſcilicet, quòd obligauit illud præceptum homines poſt diluuium, ſed obligatio illa propter aliquas cauſas non extẽditur vſque ad nos. Simile eſt de præcepto dato Adæ, ſcilicet: De ligno ſcientiæ boni & mali ne comedas, ſupra 2. capit. Nam obligabantur Adam & Eua ad non comedendum de fructibus illius ligni; tamẽ Elias, & Henoch, qui multo poſt translati ſunt in Paradiſum, non obligabantur illo mandato, ſed licet eis manducare de fructu eius, quia obligatio illius mandati non durauit ad ſemper. Ad ſecundum dicendum, quòd verum eſt Iudæos obligatos fuiſſe ad iſtud præceptum ſeruãdum, & tamen an obligarentur directè ex virtute illius, vel ex eo, quòd iſtud idem mandatum eſſet in lege Moyſi, dicetur infra quæſt. 253.

Ad ſecundum.

Qõ. 250. An iſta obligatio dura uit i Gẽtilibus, & quãto tpe.

Eſt nunc dubium, ſi manebat iſta obligatio in Gentilibus, & quanto tempore durauit. Aliquis dicet, q̃ adhuc durat obligatio huius pręcepti in Gentilibus, quia datum eſt præceptum iſtud temporibus omniũ gentium, & non fuit poſtea in illis reuocatum. ergo adhuc manet obligatio. Dicendum, quòd non manet nunc obligatio huius præcepti in Gẽtilibus, ideſt in Saracenis, neque in Paganis, qui idola colunt, & proprie vocantur Gentiles, vel gẽtes, quia nihil aliud habent, niſi quòd gentes ſunt: & patet primo, quia per legem Chriſti reuocatum eſt pręceptum illud, vt oſtenſum eſt per ſeptem rationes ſupra poſitas, & ita nos non tenemur ad illud, ſed Gentiles non tenentur ad aliud, quã ad id, ad quod nos tenemur: ergo nõ tenentur ad iſtud. patet: Gentiles tenentur ad legem Chriſti, cum Chriſtus iuſſerit prædicandam eam omni creaturę, & qui non reciperet eam, condemnaretur. Mar. 16. & Matthæ. 28. Ergo non tenentur ad aliquid, ad quod nos non tenemur. Detur oppoſitum, ſequitur impoſſibile, ſcilicet, q̃ teneantur Gentiles ad nõ obſeruandum aliquid contrarium legi Chriſti, & ita non tenebuntur ad eã, quod iam probatum eſt. Secundo, quia Gẽtiles non tenentur ad id, quod non poſſunt ſcire, an teneantur, quia tunc iniuſtè condemnarentur, licèt pręceptum de non comedendo carnẽ cum ſanguine non eſt de iure naturæ, quæ omnia pręcepta ſunt nota per ſe in principijs rationis, ita vt non oporteat diuulgari illa alicui genti; ſed eſt præceptum cæremoniale: cæremonialia autem nullum obligant, quouſque expreſſe diuulgata fuerint, ita vt poſſint intelligi: & ideo lex Chriſti obligat omnes homines, quia per totum orbem prædicata eſt. Sic enim dicitur ad Roma. 10 cap. Nunquid non audierunt? Et enim in omnes fines terræ exiuit ſonus eorum: ſed de illo cæremoniali præcepto non fuit ſic. ergo non obligat omnes gentes, cùm illius notitiam habere non poſſint. Ad rationem in contrariũ dicendum, q̃ falſum præſupponit; eſt enim verum, q̃ fuit datum præceptum illud partibus totius humani generis, & ideo ex hac parte videbatur habere radicem obligandi omnes homines, & ſemper: & tamen ad hoc, quòd ſic obligaret, duo requirebantur. Primum, q̃ omnibus notificaretur: ſecundum, q̃ non reuocaretur, vtrunque autem defecit hic. De primo patet, quia non omnibus eſt notum, neque notificatur, quia nullus illud prædicat: & ita poteſt eſſe ignorantia inuincibilis de illo in hominibus, talis autem ignorantia ſufficienter excuſat. De ſecundo patet, quia illud reuocatum eſt per Chriſtum: & patet reuocatio per rationes ſeptem ſupra poſitas; ideo non obligat iam Gentiles, neque aliquos homines.

Quæritur quanto tempore obligauit, vel quando ceſſauit obligatio iſtius præcepti. Dicendum, q̃ tamdiu obligauit, quamdiu manſit notitia de illo, vt de mandato. Datum fuit enim hominibus, vt vni genti, & ſic quamdiu fuerunt vt vna gens, manſit notitia illius; hoc autem fuit vſque ad diuiſionem linguarum; nam ante illam diuiſionem erat tota terra labij vnius, & ſermonum eorũdem ſupra 11. cap. & habitabant ferè omnes homines in eodem loco, ideſt non diſperſi per terras: & maxime apparet, quia dicitur, q̃ omnes homines venerunt de Oriente vſque ad terram Senaar, & ibi inuenerunt campum, & voluerunt ibi omnes ſimul habitare, & ita inchoabant ciuitatem: ex loco autem ipſo diſperſi ſunt eod. cap. Et ideo quia vſque ad illud tempus erat omnes vnus populus, ſcirent id quod fuerat ſibi imperatum ſtatim poſt diluuium, ideo vſque ad tempus illud non eſt dubium, quin obligaret; & fuit illud tempus centum annorum, & paucorum vltra; vt oſtenſum eſt ibi. Secundo patet, quia viuebant tunc illi, quibus datum fuit iſtud præceptum. Nam datum fuit Noe, & filijs ſuis, & illi tunc viuebant; nam vixit Noe poſt diluuium trecentis quinquaginta annis ſupra 11. cap. & ſic maneret notitia præcepti illius cũ eis datum eſſet: & ideo vſque ad diuiſionem linguarum certum eſt, quòd manſit obligatio illius. Sed poſtea an manſerit dubium eſt.

Quæſtio. Quãdiu obligauit hoc præceptum.

Aliqui putant, q̃ ſic, qa manebãt adhuc illi, quibus datum fuerat; nam manebat Noe, qui vixit trecentis quinquaginta annis poſt diluuiũ: & diuiſio linguarũ fuit quaſi centum annis poſt diluuium; ideo ducentis quinquaginta annis, vel quaſi poſt diuiſionem linguarum vixit Noe: Sem vixit poſt diuiſionem illam quaſi quadringentis annis, cùm vixerit poſt diluuium quingentis duobus annis: & ita quia tunc manebat memoria iſtius præcepti, maneret obligatio. Dicendum, quòd an tota vita illorũ mãſerit obligatio iſtius præcepti, non eſt certum. Et ratio huius eſt, quia fuit facta diuiſio linguarum, & diſperſio hominum per totam terram: & in diſperſione non fuerũt homines in quacunque parte quibus datum eſſet hoc præceptum; nam datum eſt ſolum Noe, & filijs eius, vt colligitur ſupra 11. cap. Sed filj Noe erant tres, & non potuerũt illi eſſe niſi in tribus partibus terræ: in alijs autem ſingularibus populationibus non erãt iſti: & ita in breui poterat venire in obliuionem præceptum illud Domini. Potiſſimè, quia etiam viuentibus iſtis: & in terris in quibus viuebant, non obediebatur eis ab alijs, qui erant de progenie ſua, cùm iſtis viuentibus ſurrexerint multa bella, ſicut illa quę fecit Ninus per totam Aſiam, ſubiugando illam: & tamen viuebat tunc Noe, & Sem, & forte Iaphet, & Cham filij Noe: nam erat annus quadrageſimus ſecundus regni Nini, quando natus eſt Abraham, &

& totum illud tempus in bellis expleuerat: nam poſtea non vixit per duodecim annos: & tamen quando natus eſt Abraham erant anni ducenti nonaginta duo poſt diluuium, vt colligitur ſupra 11. cap. & ſic ſupererant adhuc de vita Noe quinquagintaocto anni ad complendum trecẽtos & quinquaginta annos, quibus vixit poſt diluuium, & ſic viuente Noe inter filios eius tanta bella geſta ſunt, & cædes. Nam nullus erat tunc, qui non eſſet filius Noe: certum eſt autem quòd ille cuperet non eſſe bella inter filios ſuos, quia omnes diligeret, vt carnem ſuam: fiebat igitur contra voluntatem eius, & ita fieri poterat, quòd adminus non obedirent ei in obſeruationibus cæremonialibus: & ita deleretur memoria huius præcepti: & in breui alij etiam boni animi volentes ſeruare pręceptum Dei, non poſſent, quia abijſſet in obliuionem. Adhuc patet efficacius, quia maius fuit perire veram opinionem de Deo, quam non obſeruari præcepta eius: & tamen poſt diuiſionem linguarum, & ſeparationem hominum per terras perijt in plurimis hominum vera opinio de Deo, cùm incæperunt colere idola, & non omnes idem idolum, aut eandem rem, ſed diuerſas, quod non erat tempore diluuij, & poſt diluuium ſtatim, quia illi habebant cognitionem de Deo vero, qui induxerat diluuium, & liberauerat eos de diluuio, & loquebatur eis ſæpe, vt patet ſupra 2. & 9. Ideo prouenit hoc ex ignorantia, quæ ſubintrauit procedente tempore, & hoc maxime in diſperſione per totum orbem, quando contigit iuue nes indoctos ſolos procedere ad aliquam partem orbis, quos velut rerum ignaros facilè fuit incidere in varios errores, & diuerſa de deitate ſentire; ideo facilius fuit perire memoriam, & obſeruationem illius præcepti de non comedendo carnem cum ſanguine. Pereunte autem memoria iam ſequentes non obligabantur ad obſeruationem eius, cùm haberent ignorantiam inuincibilem, & nemo obligatur ad id, quod non ſcit, neque poteſt ſcire; ideo dicendum, quòd ſatis pauco tempore poſt diuiſionem linguarum ceſſauerit in Gentilibus obligatio iſtius præcepti: & ita iam non peccarent non obſeruando illud poſteri ipſorum.

Quæſt. 253. An Iudæi obligẽtur ad obſeruationem eius. Virum ſit obligatio manſerit poſt diluuium.

Nunc eſt dubium de Iudæis an obligarẽtur ad obſeruationem huius præcepti. Aliquis dicet, quòd ſic, quia Iudæi non peccarent comedendo cum ſanguine, ſi non obligarentur ad iſtud præceptum, & tamẽ peccabant; vt dicitur libro primo Reg. 14. cap. Nunciauerunt que Sauli, dicentes, quòd populus peccat ſet Domino comedens cum ſanguine; ergo obligabat Iudæos præceptum de non comedendo cum ſanguine. Dicendum, quòd non eſt dubium, quin obligarentur Iudæi non comedere cum ſanguine: & tamen dubium eſt, an obligarentur ad hoc ex viribus præcepti huius, vel ex eo, quòd iſtud fuit iterum datum in lege Moyſi in ſe, vel in aliquo quod ipſum includeret: cùm ibi repetitum fuit ipſum, vel aliquid ſimile. Eſt autem dicendum, quòd vtroque modo obligabantur Iudæi ad obſeruationem huius præcepti. Primo, inquãtum fuerat datum Noe & filijs eius: nam vt diximus præcedenti quæſt. iſtud mandatum datum fuit illis, qui erant tunc omnes homines, & ita obligabat eos, & poſteros ſuos quamdiu manebat in memoria, & tamen apud Iudæos manebat ſemper in memoria, quia Moyſes ſcripſit illud in libris legis, ſupra 9. cap. ergo obligabantur Iudæi ad illud. Secundo, quia iſtud præceptum ex modo ſuo obligabat omnes homines, quia datum fuit patribus omnium hominum, ſed tempore Iudæorum adhuc nõ erat reuocatum, ideo manebant ipſi obligati ex præcepto ſecundum ſeipſum. Secundo dicendum, quia obligabantur Iudæi præcipuè ad iſtud mandatũm, eo quòd ipſum vel ſimile ei datum fuit Iudęis ſpecialiter in lege Moyſi, ad quam habebant ſpecialem obligationem. Et patet hoc primo, quia Deus mandauit Iudæis, ne comederent ſanguinem, Leuitic. 3. & 7. Et poſuit ad hoc magnã ſuaſionem, ſcilicet promittendo benedictionem ſpecialiter eis, qui illud obſeruarent, Deuteronom. 7. & comminando mortem eis, qui ſanguinem comederent. Leuitic. 17. Quod non facit cum tanta diligentia circa obſeruationem aliarum cæremoniarum: & tamen quicunque comedit carnem cum ſanguine, comedit ſanguinẽ: ergo ex illo præcepto obligantur indirectè non comedere carnem cum ſanguine, patet hoc, quia quicunque comedit carnem cum ſanguine, comedit carnem antequam ſanguis toraliter fluat de carne, quia hoc eſt comedere cum ſanguine, vt declaratum eſt ſupra quæſt. 240. Et tunc comedi dicitur ſanguis, qui eſt intra carnem, ſed comedere ſanguinem erat totaliter vetitum Iudæis, ergo & comedere carnem cum ſanguine. Adhuc ſecundo modo ex lege erat vetitum comedere carnem cum ſanguine, quia Leuitic. 17. dicitur, quòd qui acciperet auem, aut teram ex aucupio funderet ſanguinem eius, & operiret illum terra: & ita videtur ibi, quòd non comederetur animal, quouſque totus ſanguis eius ſuper terram funderetur, & hoc eſt, quia alias comederetur caro cum ſanguine, & idem iubetur Deuteron. 12. De quocunque animali ſumẽdo ad cibum fundi ſanguinem ſuper terram, ne comedatur anima cum carnibus: & animam vocat ibi ſanguinem, & ſic vult, quòd non comedatur caro cum ſanguine: ideo ex lege erant obligati Iudæi ad non comedendum carnem cum ſanguine. Ex hoc apparet reſponſio ad argumentum, quod fiebat: & dicetur, quòd verum eſt, quòd obligabantur ad iſtud præceptum, & ideo tempore Saulis peccauerunt comedendo cum ſanguine: & tamen potius peccauerunt, quia fecerunt contra legem, Deuterono. 12. comedendo carnem quando ſanguis nondum decurrerat ſuper terram, quãm quia fecerant contra præceptum datum Noe, & filijs eius, ſupra 9. cap.

Quæſt. 254. An Iudęi obligẽtur nũc ad nõ comedẽdũ carnem cũ ſanguine.

Sed quæretur an Iudæi obligentur nunc ad non comedendum carnem cum ſanguine. Dicẽdum, quòd non obligantur ad illud, & tamen ſi comedunt carnem cum ſanguine, peccant mortaliter. Primum patet, quia Iudæi obligabantur ad non comedendum carnem cum ſanguine ex duobus, ideſt ex ipſo mandato per ſe, & ex lege, ſed vtraque obligatio ceſſauit. ergo iam non obligantur Iudæi ad hoc. De primo iſtorum patet, quia iſtud mandatum euacuatum fuit per legem Chriſti, quę fecit licitum eſſe omnem cibum, & quocunque ſumatur, vt oſtendimus per ſeptem rationes ſuprapoſitas. Et tamen non obligatur aliqua gens ad id, ad quod non obligantur Chriſtiani: & hoc, quia omnes gentes ſunt obligatæ ad legem Chriſti ſuſcipiendam. Matthæ. 28. & Mar. 16. & Ioan. 3. ideo nõ poſſunt obligari ad aliquid, à cuius obligatione abſoluit lex Chriſti: quia tunc daretur non eſſe obligatas gentes illas ad legem Chriſti, ſicut ſunt obligati cęteri homines, non obligabuntur ad illud pręceptum, quod eſt contrarium legi Chriſti. Sed ſecundo patet, ſcilicet, quòd non obligentur ex virtute legis: nam lex Moyſi ceſſauit obligare. ergo omnia cæremonialia eius. Sic dicit Apoſtolus ad Hebræ. 7. Translato ſacerdotio neceſſe eſt vt legis translatio fiat. Et Apoſtolus aſſerit ibi tranſlatum ſacerdotium Aaron in ſacerdotium ſecũdum ordinem Melchiſedech: ergo confitetur legẽ tranſlatam, & ſic non manent obſeruationes cæremonia-

les.

les. Et Apostolus quoque expressè dicit non manere: immo peccare grauiter eos, qui legem Moysi obseruant. ad Gala. 4. & 5. Et de cibis maximè legalibus dixit non esse distinguendos. ad Colos. 2. Nemo vos iudicet in cibo, & potu, aut in parte diei festi, ideſt facite, quòd nemo possit vos accusare, quòd obseruetis distinctionem in cibo, & potu, aut quod obseruetis festa Iudæorum: & ita non erant Iudæi obligati ad istam legem, cum obligatio eius transisset: & ideo neque ad comedendum sine sanguine. Secundum principale erat, ꝙ peccarent comedentes cum sanguine: causa huius est quamdiu Iudei manent in Iudaismo, putant legem Moysi bonam esse, & obligari eos ad illam quasi non fluxerit tempus obseruationis eius, quia aliter non essent Iudæi, sed transirent ad fidem Christi: tenendo autem hanc credulitatem, agerent contra conscientiam, quomodocunque comederent cum sanguine, sicut furando, vel occidendo, sed omne quod est contra fidem, peccatum est, ideſt omne, quod est contra conscientiam, ad Roma. 14. Ideo propter erroneam conscientiam, quam habent quousque illam deposuerint, quomodocunque comederint cum sanguine, semper peccabunt mortaliter. Ecce declaratum est de mutatione cibi post diluuium, scilicet, quòd concessit Deus homini carnes post diluuium, quibus prius non, vescebatur, & quare hoc, & de alijs pertinentibus ad istud.

Quæs. 155 An post diluuium biberunt vinum.

Secundum erat, quia diximus, quòd etiam potus mutatus est post diluuium, quia tunc biberunt homines vinum, & non bibebant illud prius. Quod postea biberint, patet, quia Noe plantauit vineam, & cùm bibisset vinum inebriatus est, supra 9. & postea homines biberunt semper vinum. Ante diluuium quòd non biberent homines vinum, patet, quia Boetius, libro secondo, de Consola. Metrop. 5. dicit loquens de prima ætate.

1. Ratio.

Somnos dabat vnda salubres,
Potum quoque lubricus amnis.

Et eadem est sententia Poetarum, qui asserunt vitem à Baccho inuentam, & ipsum vini auctorem existimant, sed Bacchus fuit post primam ætatem. Sed dicendum, quòd iste probationes nihil valent, quia isti non loquuntur de ætate prima verè secundum sacram scripturam, sed secundum Poeticam sententiam: poetæ autem non cognouerunt primam, neque secundam ætates seculi: de quo magis diximus supra quæstio 230. Aliter ergo probandum est hoc ex intentione sacrę scripturæ, Primo de Noe ponitur ante cæteros, quòd plantauit vineam, supra 9. cap. ergo videtur, quòd ibi fuit principium eius. Secundo, quia ex modo eius loquēdi videtur id significari, quia dicitur plantauit vineam; non enim dicitur coluit vineam, sed plantauit: coleret enim vineam, si illa præexisteret: plantare autem est de nouo illam facere. Tertio, quia dicitur; Plantauit vineam bibensque vinum inebriatus est, & nudatus iacuit in tabernaculo suo: Ex quo colligitur, quòd iste nūquam prius biberat vinum: nam si vnquam bibisset nosset iam conditionem vini, & non inebriaretur tam forti ebrietate, quòd nudatus iaceret in tabernaculo cum iste esset vir sanctus, quem Deus laudat, supra 6. cap. Et ita erat vir magnæ virtutis, & prudentiæ: vnde non poterat illa tam grauis ebrietas accidere in eo ex desiderio bibendi, quem admodum est in ebriosis nostris, qui bibunt vinum in dulcedine, sed solùm ex ignorantia virium vini: putaret enim esse, sicut aquam, quæ non ebriat: & ideo bibens multum vsque ad saturitatem inebriaretur, & sic nondum fuerat vinum in vsu, quia alias Noe, qui iam vixerat plusquam sexcentis annis per experiētiam sui, vel aliorum cognoscet vires vini, & non inebriaretur. Quarto patet, & adhuc efficacius, quia litera expressè significat, ꝙ incepit Noe vineas, & nemo ante ipsum plantauerit: Cœpit Noe vir agricola exercere terram, & plantauit vineam. ergo ipse inchoauit plantationem vineæ, & primus fuit, qui bibit vinum. Et non est intelligendum, quòd prius non essent vites, quia hoc esset incidere in errorem Gentilium, qui dixerunt Bacchum dedisse vitem, & vinum: sed vites erant ex creatione Dei à principio mundi, sicut & cæteræ arbores, fructus quoque earum, ideſt vuæ erant à principio, quia omnia ligna cum fructibus suis producta sunt; & tamen, quia nemo colebat vites, erat fructus earum non bonus. Noe autem fuit primus, qui plantauit vineam; accepit palmites de vitibus, quas terra sponte produxerat, & infixit terræ, atque coluit, quod est plantare: vberiores enim fructus producunt arbores, quæ sunt ex plantatione, quam quæ sunt sponte sua natæ: sicut ostendit Virgilius, libr. 2. Georgicorum. Talis autem vinea produxit fructus vberiores, quàm vites per se natæ: & de illis fructibus expresso succo factum est vinum, de quo bibens Noe inebriatus est.

Quæs. 156 An homines ante diluuium biberint vinum.

Sciendum tamen, quòd non fuit de vino, sicut de carnibus: nam carnes non concessit Deus à principio hominibus in cibum: immo solas herbas, & fructus arborum: vt supra primo cap. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen, &c. & ostensum fuit supra quæst. 229. & 231. & ideo non vescebantur homines carnibus in illa ætate. Sed de vino nihil vetitum fuit, neq; expressum. Causa prima est, quia erat minus dubium de potu, quàm de cibo: nam de aqua patebat, vt potus, & non apparebat aliquid alterum tunc, quod posset sumi in potum. De cibo non erat sic, quia erant carnes, pisces, fructus arborū, & herbę; & quodlibet horum poterat esse cibus: ideo poterat homo dubitare quid horum acciperet in cibum, vnde debuit dici, quid comederet: & dixit, quòd fructus, & herbas. De potu non apparebat aliquid de quo dubitaretur, quia nondum erat vinum, & ideo homo non potuit dubitare de eo, quod nesciebat esse, aut futurum esse: vnde non fuit causa exprimendi aliquid de vino: si tamen tunc vinum fuisset in actu, dixisset Deus, quid homo bibere deberet, an aquam, vel vinum, vel vtrunque: quia tamen erat sola aqua, & non erat de quo dubitaretur, nihil de potu expressit. Secunda causa fuit, quia potus non tantum faciebat ad statum, vel mutationem status, sicut cibus; nam etiam si homo bibisset vinum in prima ætate, non sequeretur aliquod inconueniens, aut contra intentionem Dei, sicut erat de cibo, vt patet ex rationibus supra datis, quare non manducauerit homo carnes in prima ætate. Ideo Deus non vetuit vinum, neque concessit specialiter aquam in potu. Prima tamen est principalior causa; nam mandatū non potuit fieri de eo, quod non erat, & de eo, de quo homo non poterat dubitare.

Sed quæretur cùm in prima ætate homines non biberint vinum. quomodo in secunda ausi sunt bibere illud sine Dei concessione.

Aliquis dicet, quòd Deus concessit hoc, licèt scriptura non exprimat illud. Sed dicendum, quòd non est conuenienter dictum, quia cùm fiat mentio de vino, quomodo homines incæperint bibere illud, si inchoassent ex Dei concessione speciali, non tacuisset illud scriptura, sicut neque tacuit de cibo carnium. Dicendum, quòd non fuit aliqua concessio ad bibendum vinum, sicut fuit de carnibus: prima causa est, quia carnes vetitæ fuerant à Deo in prima ętate quando dixit; Ecce dedi vobis omnem herbā, &c. & ideo homines non auderent postea manducare carnes sine speciali mandato Dei, aut concessione. Deus igitur concessit dicens: Omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum. Vinum autem non vetuerat in prima ætate: ideo neque oportuit nunc cōcedi, quia non videbatur esse prohibitum. Secunda est, quia quando Deus concessit hominibus carnes in cibum, & pisces, erant ista: ita vt homo posset dubitare, an de illis posset manducare, vel non: vinum autē non erat; ideo sicut neque primo illud vetuerat, ita neque nūc concessit. De Noe autem dicendū est, quòd sine aliqua speciali cōcessione ausus est bibere vinū. Primo, quia putabat non esse necessariā concessionē, cū non præcessisset prohibitio, & intelligebantur esse cōcessa ea, quæ non erant specialiter prohibita, cùm Deus hominem fecisset dominum omnium rerum tam in prima ætate, quàm nunc post diluuium, vt supra 9. Secundo, quia videbatur vinum concessum esse sub illa generalitate. Tanquàm olera virentia tradidi vobis cuncta; quia licèt ibi principaliter agatur de cibo, tamen quia dicitur; Tradidi vobis cuncta, poterat intelligi nihil vetitum esse homini in potu, aut cibo, nisi quod dixit, carnem cum sanguine nō comedatis: prę cedens tamen ratio melior est. Dicendum tamen, ꝙ licèt circa potum vini non fuit alia prohibitio in prima ætate, neque concessio, in secunda fuit aliquid loco eorum; nam quia vinum nō conueniebat hominī in prima ætate, nō dedit homini desiderium inquirendi, neque spiritum inueniendi illud: erat enim tūc humanum corpus tam forte, ꝙ vino non indigebat, bonitas enim nutrimētorum supplebat defectum vini. Sed in ætate secūda dedit Deus desiderium inquirendi, & spiritum inueniendi: & tunc Noe plantauit vineam, & cępit inde vsus vini, hoc autem erat loco concessionis: nō quidem per exteriorem locutionē, sed per interiorem inspirationem. Et ita apparet quomodo in secunda ętate cępit homo habere nouos cibos, & nouū potū, qualia non habebat in prima ętate.

Quæs. 218 Solutio ratiorum in oppo.

Nunc redeundū est ad respōdendum ijs, quæ dicta sunt in contrarium supra quęst. 229. vbi ostēdebatur, quòd in prima ætate homines comederunt carnes.

Ad primū.

Ad primum cùm dicitur, quòd non erat hominibus vetitum manducare carnes. Dicendum, ꝙ non est vetitum; immo erat vetitum: quia per hoc, quòd supra primo cap. dixit Deus: Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen, & omnia ligna, quæ habent sementem generis sui, vt sint vobis in escam, limitauit ista duo in escam, fructus arborum, & herbas: & ita vetuit omne aliud, quod poterat sumi in escā, & probatum est hoc magis supra quæst. 231. Ad secūdum dicendum, quòd ibi traditur potestas homini super animalia, vt faciat de eis, sicut dominus: & tamen nō data est licentia manducandi de carnibus eorum: stat enim ꝙ homo dominaretur animalibus, & occideret ea si vellet, vel trāsferret ad alios vsus, quos facere nō posset, nisi dominus esset: & tamen non liceret ei mācare de carnibus illorum, & ista videtur esse causa, quare statim postquam scriptura dixit; Dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli: addidit, Ecce dedi vobis omnem herbam, &c. vt quia data erat homini potestas, & dominium super animalia, putaret fortè licere sibi omne, quod vellet in animalibus. & ideo addidit de cibo quòd posset manducare de carnibus illorum. Ad tollendum autem hunc errorem, statim addidit de cibo hominis, quòd esset in fructibus, & herbis. Ad terminum dicendum, quòd erant in prima ætate multi homines pastores, tamen non manducabant carnes. Et cùm dicitur, quòd non custodirent pecora velut non vtilia, si carnibus non vescerentur: dicendum, ꝙ non fiat, quia alias vtilitates multas percipere poterant, & percipiebant ex illis, propter quas ea custodirent.

Ad secundū.

Alph. Tost. super Gen.

Ad quartum.

Ad quartum dicendum, quòd laudatur Abel in sua oblatione principaliter propter bonam, & integram deuotionem potius, quàm propter munus. Sic dicitur supra 4. cap. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: & tamen dicendum, quòd adhuc oblatio Abel placuit, quia erat in se bona: nam obtulit de eo, quod melius habebat, scilicet de primogenitis. Sunt autem primogenita maiora inquātum prius nata, & solent esse pinguiora: etiam inquantum illa prima erant, honorabatur Deus dando illa sibi: vult autem Deus, quòd talia sibi offerātur, sic suasit Moyses Leuitis, quòd de parte decimarum suarum offerrent summo sacerdoti id, quod melius erat. Sic patet Numeri 18. Omnia, quæ offertis ex decimis, & in donaria Domini separatis optima, & electa cuncta erūt. Et ponitur ibi, quia si contrarium facerent, reputaretur oblatio eorum polluta, & iratus Deus occideret eos, scilicet, Et non peccabitis super hoc, egregia vobis, & pinguia reseruando, ne polluatis oblationes filiorum Israel, & moriamini. Indignabatur autem Deus valde, quando offerebātur ei animalia macilenta, & contemptibilia, vt cęca, & clauda, quia videbatur in hoc contemni, cùm talia nō auderet quis offerre alicui Principi terreno. Sic patet Malach. primo cap. At vos ò sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis, in quo despeximus nomen tuum, offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis, in quo polluimus te? In eo, quod dicitis: Mensa Domini despecta est: si offeratis cęcum ad immolandum, nonne malum est? & si offeratis claudum, & languidum, nonne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam. Abel autem offerebat id, quod optimum erat in gregibus suis; ideo erat oblatio eius bona, & propter hoc dicitur supra quarto cap. Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Abel propter seipsum, & ad munera eius propter Abel, qui recta intentione obtulerat. Cùm autem dicitur, quomodo laudatur Abel de ista oblatione, si non erat aliqua difficultas potius in dando de melioribus, quàm de deterioribus? & tamen non esset aliqua difficultas, si non comederent de carnibus animalium homines. Dicendum, quòd erat difficultas. Primo, in naturali curuitate faciendo contra eam: sunt enim omnes homines inclinati ad seipsos immoderatè amandum, & pro se aliquid excessiuè cupiendum, & istud vocamus curuitatem naturalem: & propter hoc est naturaliter delectabile possidere aliquid: vnde etiam si nō sit quis habiturus vtilitatem de rebus, in sola possessione est delectatio, quod patet in auaris, qui non vtuntur rebus, neque expendunt diuitias, sed delectantur in possidēdo, & hoc propriè pertinet ad auaritiam, quod tamen ex naturali conditione prouenit, quòd possidere sit delectabile: facere autem contra istam naturalem inclinationē pertinet ad virtutē, & est magni meriti; & ob hoc ēt illi, qui nihil possidēt,

Respōsio. Prima causa.

laudan-

laudantur si desinant non habere desiderium possidendi, quia in hoc rollūt sibi toram spem futuræ delectationis. Sic dixerunt Petrus, & alij Apostoli: Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Matth. 19. quasi rem magnam fecissent. Dicebat hoc Petrus nomine suo, & aliorū: non quia multa reliquerant, cùm pauperes essent, sed quia reliquerant desiderium habendi omnia; licèt enim omnia non possiderent, omnia poterant cupere possidere, & hoc desiderium reliquerunt, in quo multum se feciſſe arbitrabantur, & quasi pro magno promittit eis Deus magnam retributionem, Ita ergo nunc etiā si de animalibus, quæ pascebat Abel nullam vtilitatē habiturus esset, gauderet in possidendo ea, & consequenter magis gauderet in maioribus, & melioribus animalibus, ideo q illa offerret, esset pugnare contra illam naturalem curuitatem, qua inclinaretur potius ad ea possidendum, quàm ea, quæ minus bona erant. Et quia contra istam naturalē curuitatem agebat, difficile opus erat, & laudāt de illo, sicut Petrus, & Apostoli laudantur, quia reliquerunt desiderium possidendi omnia, sicut Gregorius exponit in homilia.

Secunda causa. Secūdo erat difficultas, quia etiam aliqua vtilitas maior erat ipsi Abel de pecoribus pinguioribus, & melioribus, quàm de non ita bonis: & hoc quia lac, & caseus, quę fortè inde sumerētur, si sumebantur, essent meliora, & abundantiora: etiam lana, & pelles essent meliores: & ista est certa vtilitas: nam manifestum est, quòd vestibus pelliceis vtebantur homines in prima ætate.

Quæs. 259. An in Paradiso terrestri homines biberent vinum. His declaratis, quæ fuerūt dicta de cibo, & potu hominum in prima ætate propter id, quod petebatur de cibo Paradisi, scilicet, an ibi vescerētur homines carnibus, supra quæst. 228. est nunc dubiū de potu in Paradiso: & quia potus non distinguitur, nisi per aquā, & vinum: est nunc dubium, an in Paradiso terrestri biberent homines vinum. Dicendū, quòd non erant ibi bibituri vinum. Primo patet, quia si Deus daturus esset homini vinū in Paradiso, loqueretur de illo, sicut locutus est de cibo dicens, quid ei concederet in cibum, scilicet de omni ligno Paradisi, vt supra 2. cap. & tamen nihil dixit de potu: ergo non erat daturus homini vinum. Secundo, quia talis erat cibus hominis in Paradiso, qualis fuit postea in prima ętate: ergo simul esset potus: & tamen nō bibit homo vinum in prima ætate: ergo neque bibituras erat in Paradiso: consequentia patet, quia cibus, & potus habēt se proportionaliter: ergo si talis erat cibus in prima ætate, sicut in Paradiso, similis esset potus: antecedēs patet, qa in Paradiso datus est cibus de fructibus arborū supra 2. cap. & talis fuit in prima ætate, vt ostensum est supra quæst. 231.

Quæs. 260 Cur Deus non dedit homini vinum in potu in prima ætate. Sed quare non dedit Deus homini in Paradiso vinum in potu? Quia in Paradiso erant omnes deliciæ, quas homo posset appetere; Sed vinum est delectabile gustui, ergo & illud ibi esse deberet. Dicendum, q fuit conueniens, quòd homo non biberet vinum in Paradiso. Primo, quia non erat necessarium ad vitā sicut nunc, Deus autem ea dat, quæ corpori, & saluti conueniunt: & ideo sicut in prima ætatę nō dedit hominibus carnes, neque vinum: & hoc quia sine eis bene, & salubriter, atque longęue poterat homo viuere tunc. Sed in secunda ætate debilitatis corporibus hominum. propter minorationem virtutis terræ nascētium; vt ostensum est quæst. 233. voluit Deus concedere carnes, & inspirauit homini ad inueniendum vinum: & tamen in Paradiso futura erant corpora robustiora, & magis disposita ad vitam propter multo meliora nutrimenta, ergo multo minus esset vinum conueniens. Secundo fuit propter occupationem; voluit enim Deus dare homini in Paradiso vitam liberam, quæ cum nullo labore transigeretur, neque ibi esset occupatio aliqua in exercitatione corporali, nisi quam homo sponte susciperet: & tamen si in Paradiso vinum biberent homines, deberēt ipsi colere vineas, & vinum exprimere de vuis, & custodire in vasis vinarijs: & ita esset ibi necessitas vasorum multorum, & ista occupatio inducebat secum occupationes alias multas, sicut apparet in eis, qui curam vini habent. Ideo vt esset status hominis liberior, & immunis ab his miserijs, non debuit ibi esse vinum. Solutiones oppositi. Ad rationem in contrarium dicendum, quòd in Paradiso erant, & futuræ erant omnes deliciæ corporales, quæ appeti possent ab eo, qui rectam voluntatem habebat: sic dicit Augusti. libro decimoquarto de ciuitate Dei, capitulo decimo. Quid timere, aut quid colere poterant in tantorum tanta affluentia bonorum, vbi non aberat quicquam, quod bona voluntas non adipisceretur? sed bona voluntas habebat sufficiens delectamētum in hoc cibo, & potu, qui a domino dabatur in Paradiso; ideo nihil vltra cuperet. Secundo potest dici, & adhuc melius, quòd omnis delectatio gustus erat in Paradiso in cibo, & potu, qui ibi a domino concessi erant; ita vt non concupisceret gustus aliam delectationem, & tamen ista delectatio nō erat partita in multis rebus, sed vnita in paucis: continebat enim aqua tunc Paradisi tātam, aut maiorem vim delectandi gustum, quàm nunc vinum habeat. Nam idem argui poterat de cibo; nam cibus carnium sapidior est, quàm fructuum, & herbarum; & tamen non erant ibi carnes, quia cibus fructuum ibi afferebat tantam, aut maiorem delectationem, quàm nūc afferat cibus carnium. Sic enim Israelitę in deserto in vnico cibo, qui erat manna habebant delectationem vnitam omnium ciborum, & idem erat, ac si omnes cibos haberent, quia pro voluntate cuiuslibet vertebatur ad saporem illius cibi, quem ipse cōcupisceret; sicut patet Sapien. 16. Pro quibus angelorū esca nutriuisti populum tuum, & præparatum panem de cęlo præstitisti eis sine labore, omne delectamētum habentem, & omnis saporis suauitatem: substantiā tuā, & dulcedinem, quam in filios habes ostendebas, & deseruiens vniuscuiusque volūtati, ad quod quisque volebat cōuertebatur. Ita igitur in vno cibo Paradisi daret Deus dulcedinem vnitam omnium ciborum, & in vno potu saporem omnium potuum.

Sed adhuc quęretur, quare non expressit sacra scriptura aliquid de potu hominis in Paradiso, sicut dixit aliquid de cibo? Dicendum, quòd fuit, primo quia Deus non dixit quicquam de illo: non enim potuit scriptura asserere dictum fuisse, quod non est dictum, aut factum. Causa autē, quare Deus non dixit quicquam de potu, fuit prima, quia non erat aliquid, quod circa potum dubitari posset: circa cibum enim poterat dubitari, quia multa erant, quæ possent in cibum sumi, vt fructus, herbæ, carnes, pisces: & ideo quid de illis manducaret homo debuit diffiniri: sed circa potum nihil tale erat, quia non erat aliquid, nisi aqua; nam vinum nondum erat, & ita cùm non esset causa dubitandi, debuit taceri, quasi per hoc innueretur, q volebat Deus, quòd aquam biberent.

Secunda fuit, quia Deus posuit quid homo comederet, vt cùm deret, vt adderet statim, quid non comederet, vt cùm dixit: De omni ligno Paradisi comede: de ligno autē scientiæ boni, & mali ne comedas: sed in potu nihil Deus prohibiturus erat; ideo nihil de potu dixit.

Tertia fuit, quia tacitè innuit, quòd homines bibituri essent aquam; nam si vellet, quòd vinum biberent, diceret illud, cùm vinum nondum esset, & necesse erat hominem instrui circa illud; ad bibendum

bendum autem de aqua non oportebat aliquam instructionem fieri, quia aqua patebat per totū Paradisum: ideo tacuit Deus de potu, vt tacitè innueret, q

Conferūtur Genesis duo loca. volebat eos bibere de aqua, quæ manifesta erat. Alia causa est circa principale, scilicet, quòd dato, q Deus locutus esset aliquid de potu, fortè sacra scriptura nihil diceret, quia illa intendebat ponere ea, quæ pertinebāt ad tērationem, & peccatum hominis, & expulsionem de Paradiso, & quia tēratio, & peccatum fuit in cibo, & non in potu, diceret scriptura de cibo, & nihil de potu, quamuis de illo Deus dixerit, vel dixisset.

Quæs. 261. An bestiæ manducauerint carnes in prima ætate. Occasione præcedentium de cibo hominis in prima ætate est dubium etiam de cibo bestiarum, an bestiæ manducauerint carnes in prima ætate. Aliqui dicunt, quòd non manducauerunt carnes aliquas, quia homo non manducat nunc carnes: & tamen in prima ętate homo manducabat. Ratio. te non manducauit carnes; ideo sic bestiæ, licèt nunc manducent, non māducarent tunc. Sed aliquis dicet in contrarium, quòd istud non valet: quia istud nō est simile. Primo, quia magis videtur naturale quibusdā animalibus comedere carnes, quàm homini, vt leonibus, & huiusmodi; & ideo homo potest immutari paulisper, vt manducet solos fructus, & herbas: bestię autem quibus hoc a natura determinatum est, non immutabuntur. Secundo, quia & hoc nunc videmus: homines enim quidā totā vitam sponte sine cibo carniū transigunt, sed feras quibus natura est comedere carnes, nunquam videmus alio cibo vti. Tertio, quia Deus non mutauit vnquam naturam rerum, sed seruauit eam, & tamen animalia secundum naturam distinguntur in tres modos: quędam sunt, quę solis carnibus vtūtur, quædam solis herbis, & fructibus, quædā vtrisque, vt dicit Aristo. lib. 1. Poli. ergo semper mansērunt illis tres modi: & ita ante diluuium in tota prima ætate fuerunt aliqua animalia, quæ solis carnibus vterentur. Quarto & principaliter, quia dato, quòd homini, & bestijs esset equaliter naturale manducare carnes, poterat homo per mandatum Dei non manducare de illis, quia capax mandati est, sed bestiæ non sunt capaces mandati Dei: ideo nullo modo cōtra inclinationem suam facerent: & ita cùm essent inclinatè ad comedendū carnes, non vescerentē nisi carnibus.

Quæs. 262. Bestiæ in prima ætate non manducauerunt carnes. Dicendum, q in prima ætate non manducauerunt bestiæ carnes, neque aliquod animal, sed solis fructibus arborum, & herbis, alijsque rebus vescebantur. Et patet hoc per id, quod habetur supra primo cap. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terrā, & vniuersa ligna, quæ habent in semetipsis sementē generis sui, vt sint vobis in cibum, & cunctis animantibus terrę, & ita Deus dedit pro bestijs cibum herbas, & fructus arborum: si tamen bestię māducarent carnes, superuacuò darentur eis in escā herbæ, & fructus arborū: ergo non manducauerunt carnes. Aliqui dicūt, quòd ex hoc non sequitur, primo quia hoc est præceptum Dei, & non extēditur, nisi ad capaces præcepti: solus enim præcepti capax est hō, qui intelligit; cętera animalia nō intelligunt: ideo nō extenderetur ad bestias. Secundo, quia etiam si intelligatur de animalibus, extendetur ad illa sola animalia, quæ comedunt herbas, & fructus, aut quantum ad ea, quæ vescuntur vtroque, non autem ad illa, quibus est naturale māducare carnes. Dicendum, q ex litera illa sufficienter ostenditur, quòd animalia non comederint carnes in prima ætate. Primo, quia dicitur, vt sint vobis in escam, & cunctis animātibus terræ: omnia ergo animalia manducauerunt fructus, & herbas in prima ætate, vel aliquo tempore: & possunt induci ad comedendum herbas, quod videtur esse contra naturam ipsorum: ideo & possent nō māducare carnes. Nam tota difficultas ad hoc, q bestiæ non manducēt

carnes, videtur esse, quia non possunt māducare herbas, quasi sit cōtra naturam ipsorum. Concesso ergo semel, q herbas comedunt, concedetur, q carnes nō comedant, idest sit facile carnes non comedere. Secundo patet, quia dī ibi, omnique volucri, idest sint in escam omni volucri, sed multę sunt volucres, quę nūquam pascūtur herbis, sicut oēs aues rapaces, vt aquilæ, falcones, griphes, herodij, accipitres, & hmōi: illæ autem comedebant in prima ætate herbas, & fructus arborum, cùm dictum sit, q sit in escā omni volucri: ergo nō comededebant carnes: & ita esset de omnibus alijs, quia si ista, quorum natura est comedere carnes, poterāt comedere herbas, possent idem cætera, quorum est eadem natura. Tertio, quia dī eodem ca. Et vniuersis, quæ mouentur in terra, in quibus est anima viuens: & ita nullum animal erat, quod tunc non māducaret herbas: & istud tollit calumnias, quas aliqui possent ponere contra prędecentia, cùm dī, Cunctis animantibus terræ, exponerent, i. cunctis animātibus terræ, quibus natura est manducare herbas, & fructus arborū. Et cùm dī omni volucri, exponerent de omnibus volucribus, quarum natura est hęc comedere: & tñ cū dī, Et vniuersis, quæ mouētur in terra, in quibus est anima viuēs, significatur expressè de omnibus animalibus, & nihil generalius potest dici, quā istud, idest vniuersis, in quibus est anima viuens. Quarto, quia statim subditur, Vt habeant ad vescēdum, in quo Deus significauit abundantiam ciborum: & ita pro omnibus animalibus dedit Deus cibos dādo fructus arborū, & herbas: nulla igitur animalia manducarent alios cibos, q̄ istos, quos Deus exprimebat, quia aliàs non esset hęc sufficientia ciborum. Quinto & multū efficaciter, quia si quis diceret, q ista erant in cibum illis animalibus, quorum natura est hæc comedere, & non illis quorum natura est comedere carnes, vel nō omnibus generaliter, sequeretur inconueniens, s. q Deus pro quibusdam prouideret, & pro alijs non: etiā sacra scriptura inconueniens scriberet proponendo pro quibusdam cibos, & nō pro alijs: cùm q̄alis sit ratio de omnibus, s. q de omnibus diceretur, vel de omnibus taceretur; est ergo necessariò intelligendū, q p oībus prouidēt ibi de cibo; sicut litera significat.

1. Ratio. 3. Ratio. 4. Ratio. 5. Ratio.

Nunc respondendum ad argumenta in contrariū: Quæs. 264 Solutio rationum in oppo. & primo ad duo, quæ habentur prędecenti quęst. Ad primum dicetur, q bestia nō est capax prędecepti, ita vt illa intelligat, & exequatur, sed datur prędeceptū de illa homini: & ita apparet ex modo loquēdi scripturę supra primo cap. Nam non dirigitur sermo bestijs de cibo suo, sed hoibus de cibo hominum, & bestiarū, cū dī; Ecce dedi vobis, &c. & sequitur, vt sint vobis in cibum, & cunctis animātibus terræ. Etiam Deus dī dare prędeceptum animalibus irrationabilibus; quia licèt illa non intelligant quid Deus iubet, faciunt tñ quod ille vult, vel iubet: sic patet Matth. 8. & Mar. 4 & Luc. 8. cap. cùm dī; Tunc surgens imperauit vento, & mari, & facta est tranquilitas magna; & sequitur: porro homines mirati sunt dicentes, qualis est hic? quia & venti, & mare obediunt ei? a fortiori ergo animalia obedient, quæ capacia sunt alicuius cognitionis, licèt sibi a Deo imperatum non intelligant. Ad fm dicendum, q non intelligitur de animalibus illis, quę nunc comedunt solas herbas, vel herbas, & carnes, quod patet ex quinque rationibus positis prędecenti quęst. nā litera posita supra primo cap. innuit positum esse prędeceptum illud de omnibus animalibus quæcūq; sunt, & non de aliquo modo, vel parte illorum tm̄, & satis apparet causa: quia Deus non vellet dare solū alimentum quibusdam animalibus, sed omnibus: scriptura quoque sacra artificiosè loquens, nō ostenderet quibusdam animalibus prouisum esse, tacito de alijs.

Ad secundum.

Quæst. 265. Solutio ratio num.

Est nunc respondẽdum ad quatuor argumenta facta supra q. 262. & dicendum, quòd animalia non comederunt carnes in prima ætate, sicut neque homines: rationes autem illę ostendunt, quòd nõ sit simile de hominibus, & de animalibus: & tamen quantũ ad hoc dicendum, quòd fuit simile: neutri enim carnes comederunt, & generaliter nulla res fuit, quæ in prima ætate comederet carnes: & hoc verum est, nisi de piscibus, de quibus nescimus an carnes manducauerint: & tamẽ certum est, quòd rationes principales, quæ inferunt non comedisse animalia carnes, nihil concludunt de piscibus. Et patet primo, quia vna ratio motiua ad hoc, quòd animalia non manducarent carnes, erat propter conseruationem specierum, & propter statũ in arca, de quo infra dicetur: & tamen istud non pertinẽt ad pisces, scilicet, quia illi non fuerunt in arca, sicut est de cæteris animalibus. Secundo propter cibum datum animalibus: nam dati sunt fructus arborum, & herbæ, quæ sunt super terram, supra primo capitulo, pisces tamen non possunt manducare fructus arborum, & herbas terræ: quia non manẽt in terra, sed in aqua: ideo non extenditur illa dispositio ad eos, scilicet, quòd non comedant carnes, sed solum herbas, & fructus arborum. Tertio, quia dicitur supra primo capit. Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semẽ super terram, & vniuersa ligna, quę habent in semetipsis semẽtem generis sui, vt sint vobis in cibum, & cunctis animantibus terræ, omniq́ue volucri, & vniuersis, quæ mouẽtur in terra, in quibus est anima viuens. Ex omnibus his apparet, quòd scriptura solùm innuat intelligi hoc de animalibus, quæ super terram mouentur, & tamen pisces non mouẽtur super terram, sed in aquis: ergo ista dispositio non extenditur ad eos. Dicendum igitur, quòd de piscibus, an carnes manducauerint, idest an quidam pisces alios comederint, cùm & pisces carnes sint, primo ad Corin. 15. & Leuit. 11. Nam de alijs animalibus, quæ super terram mouentur, certum est, quòd pisces non comederint, quia extra aquam non mouentur, sed in ea. Sed an pisces comederint de carnibus aliorum piscium in prima ætate seculi, dicendum, quòd est dubium: & tamen non ita rationabiliter dubitatur, sicut de animalibus: certum est enim quod animalia, quæ sunt in terra, non comederunt carnes in prima ętate, ex dictis supra quæst. 263. & nunc illa, idest plura illorum multa carnes comedunt: & facta est ista mutatio propter aliquid, quod pertinet ad dominũ, & ad vniuersi habitudinem: in piscibus autem certũ est nunc, q́ quidam deuorant alios, & pascuntur eis, an verò semper sic fuerit non est certum. Nulla autem causa mouet conuenienter ad dicendum, q́ pisces nõ semper comederint pisces, nisi vt non periret aliqua species existentibus paucis a principio: nam debet dari modus, vt semper conseruentur omnes species: istud autem dubiũ non est pro prima ætate tota: quia nulla causa est, quare in tota prima ætate nõ comederint pisces alios pisces, & statim post illam cęperint comedere. De animalibus autem, quæ in terra sunt, aliqua causa est, quare ita fieret, vt infra tangetur. Et ideo dicendum, quòd si volumus, quòd pisces non statim comederint de alijs piscibus, esset hoc a principio seculi per aliquod paruum tẽpus, in quo fieret magna multiplicatio piscium; ita vt postea piscibus comedentibus alios pisces, non contingeret perire aliquã speciem, sicut & nunc est. Nam pisces deuorant alios pisces, manent tamen omnes species, quæ vnquam fuerunt. Cùm ergo veniretur ad tantam multiplicationem, quanta nunc est, possent pisces conuenienter cibari de alijs piscibus. Quòd autem istud tempus durauerit per totam primam ætatem, in quo tẽpore parua facta esset multiplicatio, & statim fuerit tanta, vt pisces possent piscibus vesci, nullum colorem habet, ideo dici posset, q́ paruo tempore primę ætatis pisces abstinerent a carnibus. Aliter potest dici, quòd pisces nunquàm abstinuerunt ab hoc, sed semper pisces comederunt de piscibus, sicut & nunc, & non facta est muratio aliqua circa conditionem naturę ipsorum, & non est inconueniens illud, q́ periret species aliqua: nã illud est si pisces in qualibet specie a principio essent pauci, & postea procedente tempore multiplicarentur. Nemo tamen cõpellit nos ad hoc quin possimus ponere pisces creatos fuisse in qualibet specie in tanta multitudine, in quanta nunc sunt: sed nũc licèt pisces cibentur de alijs piscibus, non deficit aliqua species propter magnam multitudinem, quæ in eis est; ideo neque tunc deficeret: ergo potest poni conueniẽter, q́ semper pisces comederint alios pisces, sicut nunc est. Et licèt vtroque posito sit sustentabilis, ista vltima videtur rationabilior: quia non debemus aliquam mutationem factam in cõditione naturæ asserere sine necessitate. In alijs animalibus, quę super terram mouentur, aliqua necessitas apparet, vt infra dicetur, sed nõ in piscibus, vt tactum est: ergo magis videtur dicendum, q́ pisces semper comederint de piscibus, sicut nunc faciunt.

Quæst. 266. Solutio argumentorum.

Est autem nunc respondendum ad ipsa argumẽta facta supra quęst. 262. Ad primum dicendum, q́ simile est de hominibus, & animalibus, quæ mouẽtur super terrã quantum ad hoc, q́ neutri comederint carnes in prima ætate: quia rationes, quæ mouent ad vnũ mouent ad aliud, vel proportionaliter, vt ostendetur infra; cùm verò dicitur, q́ facilius est homini perduci ad hoc, q́ non manducet carnes quàm bestijs, concedendum est. Primo, quia magis determinantur secundum naturam quædam ferę ad manducandum carnes, quàm homines: quia homines vtrunq; manducant, scilicet carnes, & fructus arborum: animalia autem quædam sunt, quæ solis carnibus vescuntur: & ideo facile est homini trahi ad abstinendum a carnibus: quia non abstinet a toto, quod est sibi naturale: si verò fera a carnibus abstineat, videtur a tota sua natura distrahi. Secundo propter rationem, quia possunt suaderi hominibus facere hoc, vel illud, & nõ bestijs: & tamen dicendum, q́ tam in hominibus, quàm in bestijs factum est; & ista similitudo non obstat. Primo, quia licèt sit facilius hominem ad hoc mouere, q́ in fera; tamen eadem est causa tam in hominibus, q́ in feris; ideo ille ad cuius prouidentiam pertinet cõseruare vniuersum in habitudine bona, faceret de vtrisque, q́ non comederent carnes, cùm ad vtrosque sequeretur idem inconueniens. Secundo, quia ad id, quod habet potestatem finitam operãdi differt quid sit facilius hoc, vel illud: tamen quantum ad Deum, cuius est potestas infinita, non differt, an faciat hoc, quod in se facilius est, an id quod minus facile, cùm vtrunque respectu ipsius sit ęqualiter facile, cũ nihil ei resistat. Ad secundum dicendum, q́ verum est, vnde homines, siue propter paruã difficultatem ex parte naturæ, siue propter rationem monentẽ ad aliqd, poterunt assuefieri ad nunquã comedendum carnes: in bestijs neutrum est: ideo nunquã assuescunt ad nõ comedendum carnes: tamen quantum ad Deum, qui est naturæ moderator, facile est vtrunque facere, si ad prouidentiam ptinet: & tñ hic rõ prouidẽtiæ illud exigit, vt ostendet sequẽti q. iõ Deus tam in hoĩbus, quàm in bestijs faceret, q́ neutri comederent carnes. Ad tertium dicẽdum, quòd Deus nunquam mutauit naturam rerũ, quasi rei daret aliã naturã, vel essentiã: quia hoc esset facere, q́ res non esset id, qd́ prius erat: põt tñ Deus facere, q́ nõ cõueniat rei semper idẽ, sed aliud, & aliud, & hoc dupliciter, vno mõ per miraculum, alio mõ secundum naturam. De primo, vt est naturale igni cremare quæcunque mixta, & maxime ea, q̃ sunt fragilia, & in se sunt cremabilia: & tñ aliqñ fecit, quòd ignis appositus his rebus non posset illas cremare, sicut est de tribus pueris positis in camino ignis. Dan. 3. quod etiam sæpe factum est in martyribus: siue istud fieret, quia Deus suspendit vires ignis, siue quia dedit vim rei cremabili, vt pro tunc non possit cremari: & tamen non dicimus propter hoc mutatam esse naturam ignis, quia semper fuit combustiuus, neque etiam fuit mutata natura rei cremabilis, quia tres pueri semper habuerunt naturam illam, secundum quàm erant cremabiles. De secundo potest intelligi, quòd aliquid conueniat alicui fm naturam, & facta mutatione in ipso, vel in aliquo exteriori, efficiat alterũ ei naturale: sicut cõplexio humana non est eadẽ semper, sed alia & alia, & ita in prima ætate facta mutatione aliqua, siue circa animalia, siue circa nutrimenta, efficeretur homini naturale nõ comedere carnes, & ita de bestijs, sicut seq. q. dicetur. Ad quartũ dicendũ, q́ verum est, sed hoc nõ probat, nisi q́ bestię difficilius possunt trahi ad nõ comedendũ carnes, q̃ hoĩes, quia hoĩes põt duci p præceptũ, bestiæ aũt nõ: & tñ potest Deus facere, q́ bestiæ non intelligentes præceptum, faciãt id, quod Deus vult in eis fieri, sicut diximus de mari, & ventis, qui obediunt Christo imperanti, Mat. 8. non q́ præceptum intelligant, sed quòd rem sibi impositam faciant, aut potius res volita ab imperante in eis fiat.

Gẽ. 267. Cur Deus hoc q́ animalia in prima ætate non comederint carnes.

Nũc quæretur, cùm animalia, quæ sunt super terrã, nõ comederint carnes in prima ætate mundi, quare factũ est hoc per Deũ. Dicendũ, q́ fuit hoc, primo vt aliqui putant ad cõseruationẽ spẽrum, erant. n. pauca animalia a principio in singulis spẽbus, & ideo si q̃dã animalia vescerentur carnibus aliorũ, posset deficere aliqua spẽs, aut potius vr, q́ necesse esset illam deficere. Sed dicendũ, q́ ista rõ non multũ vrget; præsupponit. n. q́ in qualibet spẽ erant pauca aĩalia, & ita q́ possent cito deficere, sed ad istud nemo cogit: nam potest in tanta multitudine produci animalia, in quanta nunc, licèt bestiæ vescantur carnibus, non deficit aliqua species, ergo neque tunc deficeret, sed isti mouẽtur ad hoc ex similitudine productionis humanę, quia a principio fuerunt duo tãtum indiuidua in specie humana, & ab eis processerunt reliqua, & si ita esset in alijs speciebus, necesse erat per aliquod tempus abstineri a cibo carnium, quia vno tãtùm indiuiduo pereunte periret tota species, eo quòd maneret alterum tantùm, & vnum indiuiduum non generat, sed duo per cõmixtionẽ: sed non fuit sic in aĩalibus, sicut in hoĩe, sed quælibet species in multis indiuiduis producta est, vt innuitur. sup. 1. c. iõ ista rõ non vrget. Secundo fm aliquos fuit propter securitatem hominũ. Nam erant homines pauci a principio. s. duo indiuidua, & deinde pauca per successionem: manebant autem inter animalia, & si consuetum esset bestijs mandere carnes, incitarentur quoque ad manducandũ carnes, & sic hoĩes essent in timore, quia & illos desiderio carnium fortè comederent, autẽ vt tuti essent debuerunt non manducare carnes, quia tunc neque ad homines inclinarentur. Sed dicendum, quòd ista quoq; ratio nõ multũ vrget. Primo, quia nõ cõcludit pro tota ætate prima, sed solũ pro aliquãto tpe in principio primæ ætatis qñ hoĩes pauci erãt, & timere potuerãt bestias: nã postea nõ manebat ista cã, & tñ in breui in prima ætate facta fuit magna multiplicatio hominũ, cũ ẽt Cain primogenitus Adæ fecerit ciuitatẽ. ã. 4. cap. & tñ ciuitatẽ non poterat cõstituere, nisi ubi

esset nimia multitudo: ideo tunc homines non timerent bestias, & sic inciperent bestiæ manducare carnes ante finem primæ ætatis: & tamen diximus, q́ nõ mãducauerint carnes in tota prima ætate. Secundò non vrget ista ratio, quia poterat prouideri per aliũm modum contra istud inconueniens; nam etiam si homines pauci essent in principio primæ ætatis, non timerent bestias: quia Deus poneret timorem eorum super bestias, & ita non auderent inuadere eos. Sic enim factum est statim post diluuium, quando erant soli quatuor viri, & quatuor fœminæ, vnde poterant timere bestias. ideo Deus dans eis securitatem dixit supra 9. cap. Crescite, & multiplicamini, & replete terram: & sit terror, & tremor vester super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres, ideo ratio ista parum vrget. Tertia ratio, & principalis, atque vera videtur esse propter habitationem in arca. Præuiderat enim Deus diluuium a se mittendum propter peccata hominum, & cõseruandas species animaliũ in arca, vbi in loco angusto omnium animalium naturæ seruabantur, quod impossibile erat fieri, nisi pax esset inter animalia, & tamen inter animalia illa, quorum vnum est cibus alterius, nunq̃ est pax, vt inter canem & leporem: ideo vt posset esse pax, debuit sic fieri, q́ vnum animal non esset cibus alterius: & ita non vescerentur animalia carnibus: & tunc esset causa plana, q́ in tota prima ætate non vescerentur carnibus animalia, eo q́ diluuium fuit in fine primæ ætatis; & vsque ad illud saltem nõ debebant animalia vesci carnibus. Quarta ratio, & etiam principalis fuit propter necessitatem cibi in arca. nam animalia omnia inclusa in arca manserũt ibi plusq̃ per annum, vbi cibis sustentata sunt, & multis cibis indigebant: constat autẽ q́ nõ comederunt carnes ibi: nam si carnibus vescerentur, oportuisset multa animalia ibi mitti, vt essent cibus aliorum, quod fieri non posset, quia arca non caperet tot animalia. ideo debuerũt animalia omnia tunc talia esse, vt non manducarent carnes, quia aliàs fieret tunc contra naturam animalium, q́ carnes non comederent, cùm prius ibi illis vescerentur, & in hoc esset magna difficultas: vt ergo non esset magna difficultas in abstinendo a cibo consueto, debuit dari q́ animalia prius non vescerentur carnibus: & tunc nõ esset difficultas aliqua, abstinendo a cibis carnium, & in seruanda pace in arca. Istud autem est manifestum, quòd in arca non manducauerint carnes animalia. Primò ex nutrimentis, quæ Deus iussit poni in arca. nam non præcepit poni, nisi herbas, & fructus arborum, & non carnes aliquas in cibum, supra 6. cap. Secundò apparet, & efficacius ex numero animalium. nam de animalibus immundis iussit poni duo tantùm, idest masculum, & fœminam de qualibet specie, de mundis autem animalibus de qualibet specie septem, supra 6. & 7. Si autem aliquod animal occideretur ad cibum aliorum, citò perirẽt omnia animalia alicuius speciei: quod non fuit factum, maximè quia omnia illa animalia egressa fuerunt de arca, quæ illuc ingressa fuerant: vt colligitur supra 8. cap. Non ergo debuerunt ante diluuium animalia vesci carnibus.

Tertia ratio vera videtur.

Quarta ratio.

Quæst. 268. Quomodo aĩalia potuerunt tanto tpe abstineri a carnibus, cũ sint cibus eorũ.

Quæretur nunc, qũo aĩalia potuerũt aliquo tpe abstinere a cibis carniũ, cũ isti cibi sint eis naturales. Dicẽdum, q́ poterat hoc fieri dupliciter. vno modo per viam prudentiæ: alio modo propter naturalem inclinationem. Primus aũt modus in duos diuiditur, vnus est, q́ Deus faceret, q́ aĩalia, quibus est naturale manducare carnes, non inuenirent animalia, quæ possent occidere, & manducare: secundus modus est, quòd Deus ad tempus suspenderet desideria animalium talium, vt non mouerentur ad occidendum alia aĩalia.

Primus modus. 1. Ratio.

De primo modo dicendum, quòd satis habet locũ in multis. Primo, quia certum est, quòd Deus habet prouidentiam circa omnia animalia quãtum ad mortem, & vitam, quia nõ occiditur aliquod nisi Deo volẽte, & iubente: sic vt patet Matth. 10. cap. Nonne duo passeres asse veneunt, & vnus ex illis non cadet in terram sine patre vestro: ergo a fortiori ad conseruãdum speciem habebit prouidentiam, vt pereuntibus indiuiduis non pereant species, quę sine illis esse non possunt. Secũdo, quia sæpe nunc in aliquibus speciebus animalium fit magna strages, siue occidentibus ea hominibus, siue alijs animalibus, siue morbo, aut peste, & alijs incõmodis, quibus facile est deleri aliquã speciem, & tamẽ nunquam deletur: ideo oportet poni Deum prouidere circa hoc, quia aliàs facile erat perire, & perirent de facto aliquæ species, quæ tamẽ nũquam perierunt: ita ergo posset per prouidẽtiam suã seruare animalia, quæ sunt cibus aliorum, ne inciderent in illa ad hoc, quòd possent ea deuorare: sicut Deus seruat hominem ne incidat in manus inimici sui quærentis animam eius.

2. Ratio.

Secundus modus.

De secundo satis est notum in multis: quia sæpe Deus tollit feritatem bestiarum, aut mansuetas eas reddit impediendo, vt non noceant: sicut fuit de Daniele, quando missus est in lacum leonum: nam nõ nocuerunt ei leones. Daniel. 6. & 14. Et hoc fuit, quia Deus tenuit leones cõtra inclinationem suam, vt nõ aperirent ora sua, neque inuaderent Danielem. Sic dicitur Daniel. 6. cap. Dominus misit angelum suum, & conclusit ora leonum, & non nocuerunt mihi. Et non erat hoc velut murata esset natura leonum, quasi iam non cuperent carnes, sed quia Deus tenebat eos contra conditionem suam. Quod ex duobus ibi apparet: primo, quia dicitur quòd Deus misit angelum, qui conclusit ora leonum: & tamen si non haberent desiderium manducandi carnes, non oporteret claudi ora ipsorum ad hoc, quòd non deuorarent Danielem. Secundo, quia Daniel. cap. 6. dicitur, quòd eductο Daniele de lacu leonum missi sunt illuc, qui eum accusauerant, & in momento deuorati sunt a leonibus antequam peruenirent ad pauimentum lacus, & & comminuerunt leones ossa ipsorum, in quo signatur magna fames, & desiderium mãducandi carnes: & sic natura eorum non fuerat mutata, sed Deus cõtinuerat illos, ne possent agere iuxta desideria sua.

Prima causa.

Secunda causa.

Quæs. 269 Opiniones præcedẽtes reijciuntur.

Dicẽdum, quòd licèt quilibet istorum modorum est satis possibilis: tamẽ in præsenti nõ est conueniẽs, sed potius alius modus principalis tactus præcedenti quæst. De primo patet, quia si esset vnum animal, aut pauca, istud quod seruari deberet per prouidentiam, ne deuoraretur, esset verisimile: erant tamen valde multa, scilicet omnia animalia, quæ sunt cibus aliorũ; ergo non est hoc concedendum. Secundo quãtum ad idẽ: quia si animal, à quo cauere deberent animalia, quę deuorantur, esset vnum, aut pauca, etiam si illa, quæ cauere deberẽt ab eo, essent tot quot nũc sunt, posset poni facilius, & verisimiliter quòd possent abstinere: & tamen nunc animalia, quæ comedunt carnes sunt valde multa. Quòd autem omnia, quæ deuorantur ab illis possent abstinere ab omnibus illis, esset magna difficultas in re ipsa, & non esset in se credibile, licèt Deus illud posset facere. Tertio, quia iste modus adhuc haberet aliquam verisimilitudinem si pauco tempore duraret, quia aliquis potest cauere ab alio pauco tempore: sed quòd in multo tempore nũquam occurrat vna res alteri cùm non longè sit, non est verisimile: ita fuit de animalibus, quia in tota prima ætate nunquam comederunt carnes, & fuit illud tempus quasi mille, & septingentorum annorum, vt colligitur supra 5. cap. In tanto autem tempore, quòd vnum animal comedens carnes nunquam inueniret aliquod de illis, quæ sunt cibus eius, nõ est verisimile.

4. Ratio.

Quarto, quia hoc non poterat saltem in arca sustẽtari, quia ibi erant animalia simul, & videret animal comedens carnes illud animal, quod est cibus eius, & statim in illud incideret, & deuoraret: & ideo saltẽ iste modus non haberet locum.

1. Ratio.

Secundus quoque modus nõ habet locum in præsenti, primo propter lõgitudinem temporis: nam ad paucos dies, idest ad vnum, vel duos dies, aut paucos, sicut fuit de leonibus, inter quos positus fuit Daniel: nam per vnam noctem stetit prima vice illęsus inter eos. Danie. 6. cap. In secunda vice stetit illęsus sex diebus. Daniel. 14. & tamen quòd in tota ætate contineret Deus animalia carnifaga, ne carnibus vescerẽtur non erat verisimile. Secundo, quia per istum modũ Deus suspendit naturales operationes rerum impediendo, aut cohibendo eas, non tamen naturam mutando: sicut quãdo pueri tres fuerũt in camino ignis, non fuit factus ignis frigidus, aut humidus, sed impeditus fuit, ne secundum suam caliditatem vreret: & leones, inter quos Daniel fuit, non perdiderunt desiderium manducandi carnes, sed clausa sunt ora leonum licèt grauẽ famem paterẽtur, vt dictum est præcedenti quæst. Et tamen in animalibus in prima ætate non factum est sic: quia potius videtur mutata natura illorum: nam non solùm nõ manducabant carnes, sed manducabant herbas, vt supra ostensum fuit, & sicut erat in arca: ergo non fuit ibi iste modus, & ista ratio multum viget. Tertio, quia si quis voluerit dicere, quòd solùm cõtinebãtur contra inclinationem suam, & nunquam transibant in aliam conditionem naturæ, dabitur, quòd animalia carnifaga in tota prima ætate nihil omnino comederint, quod nõ est credibile. Etiam est falsum, quia Deus iussit pro illis poni cibos in arca, supra 6. cap. Quarto, quia est multum incõueniens: nam quòd aliquod animal per aliquod tempus contineatur contra conditionem suam non est negandum, & tamen dato hoc, omnia animalia, quæ fuerũt in tota prima ætate diceremus, quòd semper contra naturam vixetunt, quod non est recipiendum, sed absurdum.

3. Ratio.

4. Ratio

Dicendũ ergo q̃ alius modus tactus supra q. 268. fit verisimilis, scilicet per viam naturalis inclinationis: & hoc probatur per rationem suprapositam, scilicet quia solùm abstinuissent ab esu carnium, & nõ mãducarent aliquem alium cibum, posset teneri aliquis modus duorum suprapositorum: & tñ animalia comedebãt herbas, & fructus arborũ, supra primo. cap. ideo cùm determinarẽtur ad aliquem cibum potius, quã ad alium, videtur, q̃ ille erat eis aliquo modo tũc naturalis. Est ergo dicẽdum, q̃ animalia, quę sunt nunc carnifaga, non comederũt carnes in prima ætate, sed herbas, & fructus arborum, & nihil fiebat cõtra naturam ipsorũ, sed erat tũc eis naturale illud mãducare, & nõ esset nunc naturale. Sed quomodo posset fieri, q̃ esset eis naturale id, quod nõ est nũc naturale, sed q̃tra naturam, est dubium: & dicẽdum, q̃ põt fieri dupliciter, aut per mutationem ciborum, aut per mutationẽ animaliũ. De primo, vt q̃ cibi essent alterius naturæ, vel complexionis tũc, quàm nũc, & ideo essent naturales alicui, cui nũc nõ sunt naturales. De secũdo patet, sicut hoĩ per diuersam q̃tẽ nõ sunt naturales idẽ cibi, sed alij conueniunt sibi in infantia sicut lac: alij in adulta ætate, sicut panis, & pulmenta: & ideo nõ solũ hoĩ prosunt alij cibi in vna ætate, quàm in alia, sed ẽt inclinatur homo ad alios vno tempore, quã ad alios.

Quæs. 270. Quomodo fieri potuerit quod nunc sit naturale ad id, quod nõ erat naturale.

Quæs. 271. Quis dicendum sit de varijs modis.

De istis duobus modis est dubiũ magis quis cõuenerit animalibus, & videtur dicendũ, quòd primus. Primo, quia si teneremus secũdũ, esset hoc fm q̃tates

Reconueniunt.

varias animalium: mutatis ipsis animalibus: & tamen conueniebant illi cibi animalibus pro tota vita in singulis ætatibus: ergo non fiebat ex mutatione aliqua animalium. Secundo, quia hoc non potest asseri; nã productis animalibus statim cęperunt herbæ esse cibi naturales eorum, & ad hos inclinata sunt, neque alios cibos comederunt: ideo nõ potest dici, quòd ex mutatione animalium factũ est. Et si aliquis dicat, quòd non fuit mutatio animalium, idest quòd aliquando prius fuissent huius naturę, cuius nunc sunt: vel alicuius alterius: & postea mutarentur ad naturale desiderium manducandi herbas, sed quòd in hac conditione naturali producta sint, & postea trãsierunt ad hãc, quam habent nunc: & ideo dicantur tunc largè mutata: dicetur quòd non stat, quia si competeret animali ex se manducare herbas secundum qualitatem, quę est in ipso, & postea efficeretur habens qualitatem, secundum quam competeret ei manducare carnes nõ mutata qualitate ciborum in seipsis, videretur tanta ista mutatio, quanta nõ potest esse intra eandem speciem, ideo non est sic concedendum. Nam mutatio ciborum secundũ ætatem non est tanta; quia animal, cui competit comedere carnes nunc secundum naturam, in nulla ætate competit ei manducare herbas, & cui in aliqua ætate competit secundum naturam manducare herbas, nunquam conuenit manducare carnes. Quod verò competeret ex diuersitate facta in natura ipsorum ciborum est conueniens: eo quòd tunc herbæ, & fructus arborum erant tanti vigoris, & tam boni saporis, & tanti nutrimenti, sicut nunc sunt carnes: & ideo sicut nũc est naturale animalibus carnifagis manducare carnes, ita esset tunc naturale mãducare herbas, quæ essent equalis nutrimenti, & saporis. Istud autem poterat prouenire ex duobus, ex miraculo, & ex conditione naturæ. De primo patet sicut de manna: erat enim vnus, & idem cibus, qui secundum naturam suam sortiebatur determinatã vim nutriendi, & determinatum saporem, & tamẽ ex voluntate Dei accipiebat pro bonis naturam cuiuscunque saporis: Sapien. 16. c. Pro quibus angelorum esca nutriuisti populum tuum, & paratum panem de cœlo præstitisti eis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatem: substantiã enim tuam, & dulcedinẽ tuam, quam in filios habes ostendebas: & deseruiẽs vniuscuiusque voluntati ad id, quod quisque volebat, conuertebatur: ita & nunc poterat esse, quòd omnes cibi herbarum, & fructuũ conuerterentur in saporem carniũ, & in vim nutrientem talem, qualem habent carnes: ideo fierẽt naturales cibi pro animalibus. Secundo potest dici, quòd hoc accideret naturaliter, quòd cibi tunc ex sua natura essent tantæ virtutis ad nutriendum, & conseruandum animalia quantæ virtutis sunt nunc carnes, & essent tam grati saporis, vt carnes, & ideo non mutata conditione naturali animalium appeterent tunc herbas, & gauderent in illis, sicut nunc in carnibus. Istud est verisimile, primo ex eo quod nos videmus: nam in quibusdam regionibus cibi sunt magis nutritiui, quã in alijs, plus roboris conferentes, quam alibi, & salubriores; & experimur, quòd fructibus quarundam regionum adiuuantur tantum homines ad bonam firmitatem corporis, quantum carnibus aliarum regionum: a fortiori autem pro tanta mutatione temporum poterant esse tunc in prima ætate herbæ magis ad robur conferentes, quàm nunc. Secundo, & principalius istud fiebat ex integritate naturæ: quia naturalia constituta manebat tunc in viribus suis, & omnia terræ nascentia erant magnæ efficaciæ in nutriendo, & apparet hoc per homines, quos in prima ætate cõstat nunquam comedisse carnes: viuebant tamen delectabiliter, & non erat eis pęna abstinere a carnibus, & viuebant saniores, agentes vitam diuturnam, quasi ad mille annos. Idem ergo præstarent herbæ, & fructus arborum quantum ad animalia, quòd darent vitam diuturniorem, & abundantius nutrirent. Nam nunc homines vescentes carnibus non viuunt tam diuturnè quantum viuebant tunc homines vescẽtes herbis: ergo præstabant tunc melius nutrimentum herbæ, quàm nunc carnes, & hoc ablatum est per diluuium, in quo virtus terræ perijt, & terrænascentia non fuerunt postea tãtæ, neque talis virtutis: sed vnaquęque res ad id inclinatur, quod sibi conueniens est: est autem conueniens rei, qđ confert ei ad esse, & conseruat in illo: ergo cùm tunc herbæ magis ad vitam facerent, quàm nunc carnes: magis inclinarentur animalia tunc ad herbas, quàm nunc ad carnes, & sicut de salubritate, & vi nutritiua dicimus, est consequenter asserendum de sapore, quia sapor cùm sit de secũdis qualitatibus consequentibus modum mixtionis variabiliter in rebus secundum alias qualitates precedentes: & quia constat aliarum qualitatum fuisse terrænascentia in prima ætate, quàm nunc, sequitur q̃ etiam essent alterius saporis, propter quod planum est, quòd animalia, quæ nunc carnes comedunt, inclinarentur ad comedendum herbas, & fructus tunc, & non ad manducandum carnes.

Quæs. 272. Approbatio causæ est.

Ista causa est vera potius quã præcedens: quia non est satis conueniens, quòd per miraculum ponamus bestias in tota prima ætate vixisse, neque est omnino simile, quod dicitur; De manna ad herbas.

Primo.

Primo, quia illud fiebat in hominibus, scilicet Iudæis, & non in bestijs eorum: miracula autem, quæ supra cursum naturæ sunt consueuit Deus facere circa homines, qui intelligerẽt, quòd sint talia miracula, & a virtute Dei, & ad benefaciẽdum eis, & ideo possint laudare ipsum: circa bestias autem, quæ hoc non capiunt, non consueuit Deus facere miracula propter ipsas.

Secundo.

Secundo, quia etiam Deus in manna non præstabat suauitatem saporis omnibus, vt mutaretur ad id, quod q̃sque vellet: sed solùm hoc fiebat in bonis, & iustis, qui vocantur filij Dei; in malis autem non fiebat sic, sed retinebat saporem naturalem: erat autem sapor naturalis manna consequens ex sua mixtione, sicut panis oleati, idest pisti cum oleo, vt patet Numeri 11. & propter saporem olei fiebat ex assuetudine quibusdam non gustabilis, sed nauseabant dicentes; Nauseat anima nostra super cibo isto leuissimo: Numer. vigesi. Et magis cupiebant comedere porros, cępas, cucumeres, & alia, quàm manna, Numer. 11. Bestiæ autem non possunt vocari bonæ, & iustæ, ideo non fieret in eis aliquid supra naturam, sed maneret res secundum statum naturalis saporis.

Tertio.

Tertio, quia quando Deus facit miraculum in fauorem aliquorum, non facit illud generaliter in fauorem omnium, quia tunc videretur potius naturale esse: & sic quando dedit mãna de cœlo, soli genti Iudęorum hoc dedit, alijs autem non: sed potius hostibus eorum dabat varia tormenta. Sapien. 16. Sed nũc quod factum est circa bestias, fuit factum generaliter circa omnes bestias carnifagas, quòd herbæ, & fructus arborum efficerentur eis sicut carnes, ergo non erat per miraculum, sed potius naturale.

Quarto.

Quarto, quia quæ secundum miraculum fiunt, nõ diu durant: nam naturalia facta sunt ad manendum: miracula autem sunt ad aliquas causas speciales, quæ pauco tempore durant: & tamen durauit hoc, quod dicimus de bestijs, per totã primam ætatẽ, s. quasi per mille septingentos annos: ergo nõ fuit miraculũ, sed aliqd naturaliter se hũs. Neq; obstat si dicas de mãna,

quòd durauit longo tempore, nam non durauit nisi F
quadraginta annis, & ex causa necessaria, quia toto illo tempore mansit populus Israel in deserto, vbi non poterat seminari quicquam, neque colligi. Nume. 20. Iere. 2. In tota autem prima ætate non erat talis necessitas: quia poterãt animalia carnifaga manducare de carnibus, sicut nũc mãducant; ideo non faceret Deus quòd per miraculum herbæ haberent saporem, & vigorem carnium in nutriendo. Quinto, quia non est simile de manna: nam manna non erat aliquid natũ de terra sicut herbæ, & fructus arborum, sed erat aliquid confectum ab angelis, & ideo vocatur panis angelorum. Psal. 77. & Sapien. 16. Ideo facilius erat credi de illo, quòd aliquid miraculosè ibi fieret, quàm in herbis, & fructibus arborum, quæ nascebãtur de terra, & contrahebant determinatam virtutem in sua origine: & ideo iste modus tenendus est. Quòd herbæ, & arbores talem virtutem tunc habebãt, vt essent naturalis cibus animalium, quæ nunc sunt carnifaga, sicut est eis nunc naturale manducare carnes. Etiam dicendum, quòd si mansissent terrænascentia in illo G
statu, in quo tunc erant, fortè vsque nunc animalia nõ manducarent carnes: quia sicut tunc naturale erat eis manducare herbas, & non carnes: quia talem naturã habebant: vt ostẽsum est: ita manente eadem vi herbarum, & arborum esset semper naturale animalibus vesci illis: sed hoc totum mutatum est per diluuium, in quo fuit corrupta terra, & cæperũt omnia terrenascentia esse minoris virtutis, & dererioris saporis: & H
ideo non sufficientibus tũc herbis, & fructibus arborum ad sustentationem quorũdam animalium, cęperunt carnes esse eis naturalis cibus.

Quæs. 273 Quãdo homines cęperũt mãducare carnes.

Cùm dictum sit, quòd homines, & animalia non comederũt carnes in prima ætate, & comedunt nũc, est dubium quando cæperunt homines manducare carnes. Dicendum, quòd homines cęperunt mãducare carnes in secunda ætate sęculi, & patet, quia illa fuit totum tempus, quod est post diluuium, vsque ad natiuitatem Abrahæ, & tamen in hoc tempore cęperunt homines mãducare carnes; nam homines cum prius non manducatent carnes, tunc cęperunt mãducare, quando eis data est licẽtia manducandi: & tamẽ data est in secunda ætate viuente Noe: cùm ei, & filijs I
suis data fuerit supra 9. cap. ergo in secunda ætate cęperunt homines manducare carnes. Nam dicitur: Benedixit dominus Noe, & filijs eius: & sequitur; Omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt: & omne, quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum: quasi olera virẽtia tradidi vobis omnia, excepto ꝙ carnem cũ

Obiectio. sanguine non comedatis. Sed aliquis posset dicere, ꝙ nõ colligitur ex hoc, quòd ista concessio fuit facta in secunda ætate, sed in tertia. Nam secunda ætas durauit a diluuio solùm vsque ad natiuitatem Abrahæ, vt computãt omnes doctores, & istud est tempus annorum ducentorum nonaginta duorum, vt colligitur supra 9. cap. & tamẽ Noe maiori tempore vixit: nam post diluuium vixit annis trecentis, & quinquaginta K
supra 9. cap. Filij autem sui vixerunt longe maiori tẽpore: quia Sem vixit post diluuium quingẽtis, & duobus annis, vt patet supra 11. ca. De alijs autem duobus filijs Noe Cham, & Iaphet, non inuenitur terminus vitæ, sed est simile credendũ, vt de Sem: & ita in tertia ætate omnes isti viuerent; vnde poterat tunc eis dari

Respõsio licentia comedendi carnes. Dicendum, quòd verum est, quòd in tertia ætate viuebant, & tamen non fuit eis data licentia in tertia ætate, sed in secunda: & patet hoc primo, quia ista licentia, & præceptum simul data sunt Noe, & filijs eius tanquam principibus totius humani generis, & quibus omnes homines obedirẽt, quia aliàs frustra erat eis dari cùm pro toto humano genere daretur, & tamen in tertia ætate viuente Noe, & filijs eius non obediebant eis alij homines: quia erant tunc bella magna, & strages, & occisiones hominum, qui omnes erant filij Noe: & certum est, quòd ipse doleret inter filios suos talia agi, & prohiberet si posset: & tamen efficaciter non potuit impedire, sed fiebant eo viuente, ergo non obedirent omnes homines tunc Noe, & filijs suis, ergo in secunda ætate data fuit ista licentia: tunc quando posset Noe iubere alijs hominibus, & ipsi obedirent ei.

Quæs. 274 In qua parte secundæ ætatis fuit data ista licentia.

Sed tunc quæretur, in qua parte secundæ ætatis fuit data ista licentia. Dicendum, quòd non fuit circa finem secundæ ætatis, quia tunc fieri debuit, quando alij homines obedirent Noe, & filijs suis: & tamẽ tunc nõ obedirent. patet hoc primo, quia ante finem secundæ ætatis erãt iam orta tria regna diuersa in orbe, Assyriorum, Aegyptiorum, Sicioniorum, quæ non obediebant nisi regibus suis: & sic nullum præceptum posset esse commune illis, cui omnia illa regna starent: regnum enim Assyriorum ortum est ante finem secundæ ætatis annis centum & septem: nã primus rex Assyriorum, vt dicit Eusebius, lib. Cronicorum, fuit Bellus annis sexaginta quinque; secundus Ninus filius eius annis quinquaginta duobus, cuius anno quadragesimo tertio regni natus est Abraham, in cuius natiuitate cępit tertia ætas: & ita centum, & septem anni de secunda ætate restabant, quando cępit regnum Assyriorum. De regno Siciniozum transierant anni septuaginta & tres, quando cępit ætas tertia; nam primus rex Siciniorum fuit Egialeus, qui regnauit annis quinquaginta duobus; secundus fuit Europs, cuius regni anno vigesimoprimo natus est Abraham: vt dicit Eusebius, lib. Cronicorum: & ita isti septuaginta tres anni restabant de secunda ætate, quando cępit regnum Sicioniorum. De regno autem Aegyptiorum transierant quindecim dinastiæ: nam in anno primo vitæ Abrahæ cępit dinastia decimasexta, quæ vocatur Thebeorum, vt dicit idem Eusebius: sed quot annos continerent illæ dinastiæ, non constat: & sic patet, quòd ista tria regna diuersa cęperant in secunda ætate circa finem eius; ideo tunc non poterant dari præceptum, & licẽtia Noe, & filijs eius, ita quòd ab omnibus reciperentur. Secundo patet, quia in fine secundæ ætatis erant magna bella, & cędes per totam Asiam, & non poterat Noe prouidere, licet doleret: quia omnes, qui moriebantur erant filij eius, ergo non obediebant ei tunc alij homines. Patet hoc, quia rex Ninus primus rex Assyriorum regnauit quinquaginta duobus annis, & de illis primi quadraginta duo fuerunt de secunda ætate: quia fuerunt ante natiuitatem Abrahæ, vt dicit Eusebius, & tamen in toto illo tempore egit bella cruẽtissima per totam Asiam. Nam quamdiu fuit rex, bella exercuit, & Asiam sibi subiecit affligendo gentes varijs cladibus, vt dicit Iustinus in epithomate Trogi Pompei, libro primo, & Paulus Orosius, libro primo de Ormesta mũdi, & Augusti. libro quarto de ciuitate Dei, & libro decimoseptimo, & Isidorus lib. decimooctauo. Etymo. cap. primo.

Ratio. 1. Ratio.

Dicendum etiam quòd fuit datum præceptum, & concessio de carnibus comedendis ante medium secundæ ætatis; nam fuit datum ante diuisionẽ linguarum, sed diuisio ista fuit ante medium secũdæ ætatis, ergo ante medium eius fuit data ista concessio. Primum patet, quia post diuisionem linguarum nõ obedirent homines Noe, & filijs eius: primo, quia statim cęperunt regna: nam in ędificatione turris Babylonis facta est diuisio linguarum, supra vndecimo, & tunc Nembrot gigas, vt asseritur inducebat homines ad ædificandum, & sub eo fiebat ista ædificatio, & ipse

& ipse præesse volebat omnibus hominibus: & sicut A
ipse tunc faciebat, ita alij cæpere facere in ipsa diuisione linguarum, & ita non fuit vltra locus vnitatis hominum ad obediendum Noe, & filijs eius. Secundo, quia post diuisionem linguarum statim homines disperſi sunt per omnes partes orbis, supra 11. cap. Et tamen non poterat peruenire aliquod vnum præceptum ad omnes homines diffusos per totum, sed cũ collecti essent, ergo fuit datum ante diuisionem linguarum, quãdo omnes homines erant populus vnus, supra 11. cap. Tertio patet, quia post diuisionem linguarum homines non se intellexerunt adinuicem, & ista fuit causa dispersionis eorum, supra 11. cap. sed ad eos, qui non communicant verbo, non poterat peruenire idem commune mandatum, ergo non daretur B
post diuisionem linguarum, sed prius. Erat secundũ, quòd fuit diuisio linguarum ante medium secundæ ætatis: & patet hoc, quia secunda ætas durauit annis ducentis nonaginta duobus, vt patet supra 11. diuisio tamen linguarum fuit quasi centum annis post diluuium: ideo erat ante medium secundæ ætatis. illud patet, quia sic communiter asseritur. Secundo patet, quia facta est ista diuisio circa natiuitatem Phaleg filij Heber. nam dicitur supra 11. cap. quòd vocatus est Phaleg, idest diuisio, quia in diebus eius diuisa est terra, & ista diuisio intelligitur de diuisione linguarũ: & tamen a diluuio vsque ad natiuitatem Phaleg, sunt anni centum, & vnus: nam Sem filius Noe duobus annis post diluuium genuit Arphaxat, qui cùm esset triginta quinque annorum genuit Sale: Sale cùm C
esset annorum triginta gennit Heber, Heber autem annorum triginta quatuor genuit Phaleg, qui sunt anni centum & vnus, supra 11. cap. Ergo diuisio linguarum fuit ante modicum secundæ ætatis: & ita præceptum, & licentia de comedendo carnes data sunt ante medium secundæ ætatis.

Quæs. 276 Licẽtia comedendi carnes fuit data circa principiũ secundæ ætatis.

Dicendum ergo quòd ista licentia fuit data hominibus circa principium secundæ ætatis, primo patet quia ista licẽtia fuit data hominibus propter deteriorationem terræna scentium, quæ non sufficiebant ad bonam sustentationem hominum: nam diluuiũ deteriorauit omnia: vt ostensum fuit: & ideo statim diminuta fuit vita: quia nullus post diluuium tãdiu vixit, quamdiu viuebant homines ante diluuium: ergo vt obuiaretur isti deteriorationi factæ in terrenascentibus, debuit statim post diluuium, vel non multo post dari licentia hominibus ad manducandum carnes, alioquin collaberetur in breui humana vita. Secũdo patet, quia sup. 9. cap. dicitur: Benedixit Deus Noe, & filijs eius, & ibi sequitur licentia comedendi carnes: & ita fuit illa data Noe, & filijs eius, in quo significatur, quòd non erant tunc alij, quibus dari posset: & tamen hoc non poterat esse nisi in principio secundę ætatis, quia postea in progressu essent multi homines, ergo fuit a principio. Tertio patet, quia dicitur ibi, quòd Deus benedixit eis, & dedit istam licentiam manducandi carnes: sed certum est, quòd benedictio esset in principio secũdæ ætatis, quia ad conE
solandum homines, cùm benedictio ista data sit in voce dicente Deo, Crescite, & multiplicamini, fieret in principio. Nam procedente ætate illa facta alidici hominibus, Crescite & multiplicamini. Quarto quia data licentia comedendi carnes sequitur: Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum, & de manu hominis: quicunque effunderit sanguinem humanum, fundetur sanguis illius; In quo vetuit homicidium simul cum licentia data de carnibus comedendis, & tamen certum est, quòd homicidium vetaret Deus statim in

principio secundæ ætatis, quia opus erat: ergo & licentia data de comedendo carnes, quę simul data est, fuit data in principio, vel quasi, secundæ ætatis. Quinto patet, quia statim post licentiã datã de comedendo carnes, supra 9. cap. dicitur, Vos autem crescite, & multiplicamini, & ingredimini super terram, & subijcite eam: & tamen certum est, quòd hoc in principio secundæ ætatis fieret, quia quando ista dicebantur, dũ ingressus fuerat homo super terram: ergo a principio illius fuit datum istud mandatum, & licentia.

Quæs. 277

Sed aliquis dicet, quòd non posset stare in principio secundæ ætatis, quòd data fuerit ista licentia, nam si statim daretur, deficeret aliqua species manducantibus hominibus, quia de animalibus mundis, idest comestibilibus ingressa sunt in arcã de qualibet specie septem indiuidua, idest quatuor masculi, & tres fęmellę, & in egressu fecit Noe holocaustum de omnibus ijs animalibus mundis, & ita de qualibet specie occideret saltem vnum animal, & manerent sex tantum. Si verò de ijs inciperent comedere homines statim post diluuium, in breui deficeret aliqua species propter paucitatem indiuiduorum; sed ad hoc Deus attendebat, vt omnia conseruarentur, ideo non daret licentiam comedendi carnes in principio secundæ ætatis. Dicendum, verum esse, quòd homines non comederunt carnes statim post exitum de arca, quia si hoc fuisset, & continuassent istum cibum, in breui necesse erat perire aliquam speciem, & non daretur modus, quo possit tolli hoc inconueniens, & ideo dupliciter possumus respondere: vno modo, quòd licentia non fuit data statim post exitum de arca, sed aliquanto tempore post; Secundo modo quòd fuerit data in ipso exitu de arca. Si teneamus primum, erit res plana; nam si in primo anno exitus de arca manducarent homines de animalibus, antequàm fieret multiplicatio, aliqua perirent animalia ipsa, vel aliqua species de illis, quod erat inconueniens: si vero expectarent per quinque, vel sex annos, fieret multiplicatio magna in qualibet specie, cùm Deus ad hoc adiuuaret dando magnam vim multiplicandi in ipso primordio ætatis, sicut Iudæis in Aegypto dedit magnã vim multiplicandi per propagationem, ita vt non viderentur generare, sicut animalia, sed germinare, sicut arbores, Exodi primo cap. Et postea possent homines manducare de carnibus animalium, quia non esset timor de aliqua specie, quòd cessaret, quia tanta multiplicatio tunc facta esset, quòd nõ perireț aliqua species, sicut neque perit nunc per occisionem quotidianam animaliũ: & ita possemus dicere, quòd ista licentia data fuit hominibus quinque, vel sex annis post exitum de arca, & erat tũc multiplicatio magna facta, ita vt statim potuerunt comedere, & comederint sine periculo aliquo specierum de carnibus animalium. Si teneamus alium modum, dicemus quòd Deus dedit licentiam hominibus comedendi carnes in ipso principio secundæ ætatis statim post exitum de arca, & tamen innueret eis, quòd non statim comesturi essent de illis: sed postea, quando facta esset multiplicatio, ita vt non perirent animalia. Vel potest dici, quòd dedit eis absolute licentiam comedendi carnes, siue statim vellent comedere, siue postea: ipsi tamen, quia prudentes erant, nollent comedere statim, quia si comederent desineret esse aliqua species: ideo expectarent quousque scirent, quòd sine periculo specierum animalium comedere possent; nam etiam si non attenderent ad id quod pertinebat ad vniuersum, scilicet, vt nulla species deficeret, adhuc propter se ipsos illud facerẽt, sicut pater familias, qui parco victu cõtentus est, ne facultates suas in breui exhauriat. Nam animalia omnia ad ipsos pertinebant,

Obiectio. Licẽtia comedendi carnes ista tim post diluuium concessa fuit.

Respõsio duplex.

Determinatio temporis datę licentiæ.

bant, ideo vt pro semper haberēr, abstinerēt a principio, quousque aīalia multiplicarētur, vel parum à principio manducarent. Sed quid istorum magis videatur, dicendum quòd vtrumque est multum rationabile, & tamen literæ magis videtur conuenire, quòd statim in exitu de arca data sit licentia manducandi carnes. & tamen homines secūdum prudentiam, vel non vsi fuerint statim ista concessione, vel parcitatem tenuerint.

Quæs. 178. Quando carnes comedere cęperunt alia animalia.

Cùm dictum sit, quòd non soli homines sed bestiæ etiam in prima ætate non manducauerint carnes, nūc autem eas gustent, est dubium quādo inceperunt comedere carnes. Dicendum q̄ in secunda ætate cæperunt manducare carnes, & semper postea tenuerunt illum modum, & tenent: non enim potest dici, quòd post secundam ætatem inceperint in tertia, vel quarta, quia non fuit facta aliqua mutatio in statu rerum naturalium in aliqua ætate post: & tamen quòd animalia quæ non comedebant carnes inciperēt comedere carnes, erat mutatio in rebus naturalibus; ideo non fieret hoc in aliqua de alijs ætatibus, sed fieret in secunda ætate; nam in illa fuit facta mutatio rerum naturalium per diluuium, quod terram dissipauit deteriorando eam, & minuendo virtutem eius. Et erat hoc conueniens, quia in prima ætate erant fructus arborum, & herbæ tanti vigoris ad nutriendum, & maioris, quàm nunc carnes: & forte, tam boni, aut melioris saporis. Et ideo quamdiu sic manebāt, erat naturale animalibus carnisagis manducare herbas, sicut est nunc naturale manducare carnes. Post diluuium fuit facta deterioratio terræ nascentibus ex causa dicta, vnde non præstarent iam alimentum conueniēs animalibus herbæ, sicut prius: ideo transirent ad carnes naturaliter mutata inclinatione ad illud quod incipiebat esse conueniens, & naturale; sicut nunc alij cibi sunt, quos homines in infantia appetunt; alij, quos in iuuentute; alij, quos in senectute: & in omnibus est naturalis inclinatio, & non est per aliquam nouam mutationem factam a Deo in homine, sed per ipsam naturalem trāsmutationem incipit aliud, & aliud esse conueniens. Et ita animalia carnisaga cum desinerēt in secunda ætate esse naturales & cōuenientes cibi eis herbæ, & fructus arborum, cæperunt manducare carnes, quæ pariter cæperunt eis esse naturales.

Quæs. 179. Animalia in qua parte secundę ætatis cœperūt comedere carnes.

Sed dicetur in qua parte secundæ ætatis cæperunt comedere carnes animalia? Dicendum q̄ non fuit in principio, nam cùm essent pauca animalia, si statim inciperent comedere carnes in breui desineret esse aliqua species, & hoc maxime in animalibus immundis, idest non comestibilibus, sicut sunt equus, asinus, & mulus. quia in his solùm fuerunt in arca de qualibet specie duo indiuidua, scilicet masculus, & fœmina: & tamen ista animalia immunda sunt cibus aliorum animaliū, sicut Gryphes naturaliter infestant equū, & deuorant ipsum: si autem a principio Gryphes cępissent manducare carnes, deuorassent equum, siue masculum, siue fœminam: & cùm esset vnus tātum masculus, & vnica fœmella, quemcunque ipsorum occideret, cessaret species, quia alterum solitarium non posset gignere. Similiter si leo deuoraret asinum, qui est de immundis animalibus, periret species cùm essent duo tantùm indiuidua. Dicendum ergo quòd non a principio secundæ ætatis cęperunt animalia manducare carnes, sed post aliquātum tempus, quando eius species animalium essent multiplicatæ, ita vt occidendo de eis non cessaret species, sicut & nunc quando homines cędunt animalia, & ab inuicem ipsa occiduntur; & tamen non cessat aliqua species, & forte hoc esset tempus quindecim, vel viginti annorum, aut pauciorum. nam in tanto tępore fieret magna multiplicatio. Sed interim animalia carnisaga abstinerent a carnibus, quia non essent carnes eis in desiderio, tum propter non consueta fuisse hactenus ad cibum carnium, tum quia nōdum subito apparuit totum detrimentum terrę in terræ nascentibus, & ita neque in corporibus eorum tanta mutatio fiebat, vt necessariæ essent eis carnes: est enim simile de vita hominum. & aliorūm animalium. Homines enim, qui ante diluuium nati sunt, & seruati in arca, postea vixerunt longiorem vitam quàm illi, qui nati fuerūt ab eis post diluuium; nam Noe ante diluuium vixerat annis sexcentis, supra 6. cap. Et post diluuium vixit annis trecentis, & quinquaginta, supra 9. cap. Ita igitur de animalibus fuit, quòd illa, quæ genita ante diluuiū seruata fuerunt in arca, diutius vixerunt quàm ea, quę post diluuium nata sunt; & adhuc fuit in eis ordo, quia immediatè nata fuerunt diuturnioris vitæ, quàm alia sequentia, sicut patet de omnibus, quia secundū ordinem descendentium in secunda ętate minuebatur in eis terminus vitę, vt patet supra 9. cap. Ita ergo & in animalibus: & ob hoc cùm statim post diluuiū non appareret tam aperte detrimentum in terræ nascentibus, sicut postea apparuit, non fuit tam necessarium animalibus carnisagis statim post diluuiū manducare carnes, sicut postea; & ideo neque essent eis in desiderio, vnde per aliquantum tempus potuerunt abstinere animalia carnisaga ab esu carnium, quousq; multiplicatio fieret in qualibet specie, & tunc sine periculo alicuius speciei poterant animalia carnisaga manducare de alijs.

Quæs. 180. Cur deus scripturā sacrā non dedit omnibus animalibus de cibo carnium.

Sed quæretur quomodo bestijs non fuit facta concessio de cibo carniū post diluuium; homines enim ante diluuium non comedebant carnes, & ad hoc q̄ postea illas comederent facta fuit illis concessio, supra 9. cap. Sed bestiæ etiam ante diluuium non vescebantur carnibus, & non inuenitur concessio eis facta de cibo carnium. Aliquis dicet, quòd facta fuit concessio bestijs, sed non scribitur, quia nō omnia scripta sunt. Sed dicendum quòd istud non satisfacit de aliquo: nam cùm non inueniatur, nō habemus causam ad dicendum quòd fuit factum, & ideo rem sine causa asserimus. Sed dicendum aliter & melius, quòd non facta fuit illis concessio, quia quibus non datur præceptum de abstinendo a carnibus, neque datur concessio de manducando, cùm ista fiant circa idem, sed animalibus non fuit datum præceptum de non manducando carnes, vel præceptum de māducando herbas; quia non sunt capacia præcepti, cùm non intelligant, ideo neque concessio fieri potuit, quia neq; illam intelligerent, secus de hominibus, quia illi sunt capaces præcepti & concessionis cùm sint rationales, ideo eis præceptum datum est quid comederent in prima ætate, supra primo cap. Et ita concessio de carnibus fieri debuit: & facta est supra 9. cap. Sed dicetur, quòd licèt non daretur concessio animalibus de comedēdo carnes, debuit dari hominibus de eis, idest notificari eis, quid animalia facere deberēt; sic enim fuit supra primo cap. Quia ibi Deus ostendit hominibus cibum suum, & animalium dicens; Ecce dedi vobis omnem herbam, & omnia ligna, & sequitur, vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ: & sic omnibus præceptum est quid comederēt; de animalibus autem significatum est eis quid comedere deberent. Ita in concessione facta supra 9. cap. hominibus de carnibus, potuit ostendi, quòd animalib⁹ idē futurū esset: & tamen nō inuenitur talis cōcessio.

Obiectio.

Dici potest vno modo, q̄ non oportuit poni concessionem aliquam factam animalibus, quia aut competeret hoc propter ipsa animalia, aut propter homines. non propter animalia, quia ipsa non sunt capacia mandati neque prohibitionis neque concessionis: & ideo sicut Deus non dedit eis præceptum de abstinendo à carnibus in prima ætate, aut de comedendo herbas. sed solùm dedit eis certum modum naturæ, ad quem sequebatur inclinatio pro tunc ad herbas, cùm appetitus sequatur formam, & ille appetitus erat eis lex: & quia secundum illum inclinabantur ad manducandum herbas, & non carnes, erat eis quasi diuinum præceptum manducare herbas, & non manducare carnes; ita post diluuium cū Deus dissipata terra fecerit non conuenire aīalibus oībus herbas, fecit q̄ sm naturam consequeretur appetitus ad carnes iam, & non ad herbas, & illud fuit concessio de māducando carnes, & non aliquid aliud. Si autem dicatur propter homines competere, dicendum quòd non competit. Satis enim erat, quòd nunc videamus, q̄ aīaliū quædam manducant carnes: & cū sciamus, q̄ in prima ætate non manducauerint illas, scimus à Deo cōcessum esse istud per modū supra assignatum, s. transmutationem quandam factā in natura. Cùm autem obijcitur, q̄ in prima ætate notificatus fuit omnibus cibus animalium, ita debuit notificari in secunda, dicendum q̄ non fuit simile: primo, quia de vna sciret etiam si non scriberetur, de alia aūt non sciretur: nā etiam si sacra scriptura nihil dicat de cibo aīaliū, nunc & a multis annis retro actis notus est nobis cibus eorum, quem talē sciunt hoīes semper fuisse, qualis nūc est in toto tempore, de quo aliquæ humanę literæ habentur: sed de prima ætate q̄ eorum cibus fuerunt herbæ nullo modo scire possemus, nisi sacra scriptura id diceret: immo si taceret potius putaremus talem cibum fuisse, qualem nunc. s. q̄ semper carnes comedissent; ideo fuit illud conueniens dici, & non istud, quod fuit post diluuium. Secundo & principalius ad tollendū dubia, quæ oriuntur ex sacra scriptura: constat enim, q̄ animalia de omnibus speciebus fuerunt in arca, q̄d fuit in fine primæ ætatis. Et si in prima ætate animalia manducassent carnes, essent multæ difficultates; ideo vt fieret credibile id quod dicitur de existentia in arca, debuit dici, q̄ aīalia non manducabant carnes in prima ætate: sed q̄ post diluuium animalia manducarent carnes vel non, nullum dubium fuit opportunū dici: & ita fuit causa principalis, quare non dictum est saltem tam expresse sicut in prima ætate. Tertiò, quia non erat tā facile dici post diluuiū de cibo animalium, sicut ante diluuium, nam ante diluuium in vno verbo de omnibus dictum est: Ecce dedi vobis omnem herbam, & omne lignum, vt sint vobis in cibum, & cunctis aīantibus terræ; sed post diluuium non est sic, quia aīalibus omnibus non conueniunt carnes, neque oībus conueniunt herbæ, sed iuxta Arist. lib. Polist. 1. sunt tres modi animalium in herbis, quædam solis carnibus vescuntur, quædam solis quam digressionem, nunquam se intromittit.

Cap. 1.

Quæs. 181. Deus aliqualiter manifestauit quòd homines manducarent carnes post diluuiū.

Alio modo potest responderi ad principale, q̄ Deus manifestauit aliqualiter in sacra scriptura q̄ bestiæ comesturæ essent carnes post diluuiū, & innuitur hoc, vbi significatur quòd homines manducarent carnes, supra 9. cap. vbi dicitur, Omne quod mouetur, & viuit erit vobis in cibum, quasi olera virentia tradidi vobis omnia, excepto q̄ carnem cum sanguine non comedetis; & ponuntur ibi duo, per quæ innuitur q̄ post diluuiū manducaturæ essent bestiæ carnes, & non manducauerant prius. Primum, quia dicitur; sit terror vester, & tremor super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cęli cum vniuersis, quæ mouent in terra. Et istud dicitur hominibus post diluuium, & non ante, s. quia habebāt homines maiorem causam timendi bestias tunc, quàm in prima ætate, & ad hoc non videtur esse alia causa, nisi quia ante diluuium cū bestiæ non manducarent carnes, nullum animal inuadebat, neque nocebat ei: quia causa contentionis in animalibus est cibus, & ita qñ animalia non manducabant carnes, nulla causa erat homini timēdi bestias: post diluuium autē, cùm māducaturæ essent carnes, erat homini causa timoris, ne bestiæ eum inuaderēt: ideo fuit ei data quædam confidentia, & securitas, q̄ aīalia eis non nocerent. Et apparet hoc, quia ex alijs partibus maior causa timendi erat hominibus in prima ætate, quàm statim post diluuium; nam erant plures bestiæ ante diluuium in creatione, quàm post diluuium. nam primo fuerunt in qualibet specie multę bestiæ, post diluuium autem solæ duæ, masculus, & fœmina in qualibet specie, supra 7. cap. & ideo erat tunc minor causa timoris. Secundo, quia in principio primæ ætatis erant soli duo homines, Adam & Eua, statim autem post diluuium erant octo, Noe, & tres filij sui, & vxores quatuor eorum, supra 8. cap. Et ita quanto pauciores essent, tanto maiorem causam timendi haberent. Tertio, quia homines, qui fuerunt in principio secundę ætatis, Noe, & filij sui morati fuerant per annum integrum, & plus in arca cum bestijs dando eis cibos quotidianos, & ita ex assuetudine discerent minus illa timere: non fuerat autem sic de Adam & Eua in principio, potissimè quando exclusi sunt de Paradiso: ideo magis illi timere poterant, & tamen non datur eis cōfidentia aliqua cōtra timorē. Dicēdum ergo, quòd nō fuit alia causa principalis, nisi quia ante diluuium nō comedētibus bestijs carnes, nulla causa erat timēdi eas: & ideo neque cōfidētia, aut cōsolatio aliqua dāda erat cōtra timorē. Sed post diluuium quia bestiæ māducaturæ erāt carnes, forte inuaderēt homines, & comederēt eos: vt autem non timerent, dictum est, quòd timor, & tremor hominū esset super omnia animalia ad hoc, quòd nō auderēt inuadere eos, & ita manerēt homines securi. Secundum quod istud ostēdit, erat supra 9. cap. cùm dicitur Excepto quòd carnem cum sanguine nō comedetis, & sequitur, sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum: & ita innuitur, quòd bestiæ māducaturæ essent carnes: quia animalia nō effunderēt sanguinem humanum, cùm bestia nō occidat regulariter aliquod animal, nisi ad cibum, & hoc signauit ibi inquātum dixit, bestiarum, quia bestia est animal ferox à vastando dictum: & ita apparet, quòd sacra scriptura significauit hominibus, quòd animalia quædam manducatura essent carnes post diluuium.

Determinatio.

Quæs. 183. Quo intelligitur; & fit timor vester sup oīa aīalia.

Occasione huius quod dictum est: Sit timor vester, & tremor super cūcta animalia, & super oēs volucres cęli, est dubium quomodo hoc fuit verum, vel qua intentione fuit dictum hominibus, supra 9. cap. Aliqui dicunt, quòd intelligitur quantum ad quædam animalia domesticabilia, quæ naturaliter sunt mansueta, aut mansuescere possunt: & ista naturaliter timent faciem hominis, licèt aliqua eum interdum inuadunt ex timore, vel fame, aut alijs causis, & nō intelligatur generaliter. Sed dicendum, quòd hoc non stat; primo, quia repugnat literæ, cùm dicatur, sit timor vester supra cuncta animalia, & super omnes volucres cęli cum vniuersis, quæ mouentur in terra: ergo cùm dicatur totiēs vniuersaliter, necesse est sic intelligi, & nō de solis paucis, quæ sunt domestica, aut domesticabilia. Secūdo, quia hoc dictum est ad tollendum hominibus timorem, sicut dictum est præcēti quæst. & tamen si de solis māsuetis diceretur, nihil prodesset, quia alia animalia ferocia sunt, quæ homini

mini nocere possunt, & non ista. Ideo ad tribuendum securitatem debuit dici de hominibus. Alij dicunt vt historia Scholastica, q̃ dictum fuit hoc ad consolationem Noe, & filiorum eius, quia pauci existentes timebant a tot bestijs consumi, sicut tetigimus supra 9. Dicendum quòd hoc non sufficit, nam si erat ad consolationem, aut verum erat, quòd bestiæ timerent, & non inuaderent eum, aut non erat verum. Si primo modo, non debuit dici solùm, quòd erat hoc ad consolationem, sed etiam quòd hic verè Deus præstitit hominibus, quòd omnia animalia timerẽt eos, & hoc non videntur isti concedere. Si autem non erat verum, quòd animalia timerent eos, non erat vera consolatio, quia nocerent non timendo, & tamen Deus non consolaretur falsè hominem. Dicendum quòd veritas, quòd Deus posuit timorem hominum super omnia animalia, ita q̃ omnia quæcunque sint naturaliter reuerentur, vel timent humanum vultum, non est tamen tanta illa reuerentia, quin sæpissimè inuadãt, & occidant hominem; nam & quædam animalia ex timore inuadunt alia, vel hominem. Sed hoc præstitit Deus hominibus in principio secundæ ætatis, vt nulla animalia eis nocerent, & ideo quandocunque animalia videbant homines, timebant, & tremebant, & non audebant nocere eis. Hoc autem fuit necessarium fieri a Deo; nam si animalia non timerent homines tunc, cùm pauci essent, in breui possent eos cõsumere: & hoc erat maximum inconueniens; ideo constat quòd animalia tunc non possent nocere hominibus, siue hoc proueniret ex timore posito super animalia, siue ex alia causa. Sed hoc non durauit semper, sicut & nunc non durat. Quanto autem tempore hoc durauerit, non est certum, sed hoc possumus dicere, quòd saltem duraret, quo vsque multiplicarẽtur homines; quia postea etiam si à bestijs lederentur, nõ erat periculum perendi totam speciem, & ideo de illo tempore absolutè intelligebatur illud: Sit timor vester, & tremor super cuncta animalia. quia ita erat in veritate, quia nullum illorũ audebat inuadere hominem, sed omnia timebant ipsum; nunc verò non est sic; manet quidem animalibus naturalis reuerentia ad vultum humanum, & tamen sæpè inuadunt hominem, & lacerant, neque ab hoc cohibentur per timorem: & de hoc accipi potest litera illa supra 9. cap. Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum, in quo innuit, quòd bestiæ aliquando occiderent hominem, tamen non sine pœna ipsarũ, quia Deus requiret ab eis vindictam pro occisione: est tamẽ verum, quòd hoc dictum fuit ad cõsolationem hominum, quia putarent homines, quòd fortè Deus relinqueret eos in manu bestiarũ, & ita possent consumere eos faciliter, Deus autem dicit quòd non, quia si bestię interdum inuaderẽt hominem aliquem, & occiderẽt eum, Deus puniret eas pro occisione hominis: & ita non auderent inuadere hominem; inuaderent se ipsas tamen mutuo, vel animalia mansueta, quia Deus non dixit, quòd requirit sanguinem alicuius animalis de manu alterius, sed solum sanguinem humanum. Secundo fuit hoc dictum ad prohibitionem homicidij: tam efficaciter autem voluit Deus suadere hominibus, quòd inuicẽ non se occiderent, quòd incussit eis circa hoc magnũ timorem de vindicta, quam ipse faceret pro homicidio: & tam abundanter hoc voluit significare, quòd non solùm dixit, quòd indigneretur si homo occideret hominem, sed etiam bestiam, & ita vtrũque coniunxit dicens; Sanguinem animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum, & de manu hominis.

Quæst. 264 Declaratis supra his quæ pertinuerunt ad cibũ hominum, & bestiarum in prima, & secunda ætatibus, quæ introducta sunt occasione ciborum Paradisi terrestris, est nunc redeundum ad ea, quæ inceperamus. Dicitur autem supra 2. cap. De ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas; & hic est dubiũ, quare Deꝰ vetuit homini manducare in Paradiso de ligno illo. Aliqui dicunt, quòd fuit propter aliquod malũ, quod in illo ligno erat, & Deus volebat, quòd homo caueret mala. Dicendum quòd non est verum, primo, quia in Paradiso nullum malum erat, q̃ homini posset nocere: sed omnia erant ibi valde bona, & ita asserit Augustinus lib. 12. de ciui. Dei. & lib. 8. super Gen. ad literam, ideo non vetuit ob hoc. Secũdo, quia aliqui moueruntur ad hoc, quia dicitur lignũ scientiæ boni, & mali: & tamen hoc non significat aliquod malum in ligno esse, sed q̃ pertineat ad scientiam boni, & mali, & tamen ista scientia potius est bona, & propter desiderium illius motus fuit ad comedendũ de fructu eius. Tertiò, quia si aliquod malũ esset in ligno illo, statim vt homo comederet, incideret in malũ: sed inde non incidit in malum aliquod quantum ad corpora, sed solùm Deus puniuit hoiem tanq̃ transgressorẽ mandati; ideo non fuit illa causa prohibitionis. Dicendũ q̃ non fuit aliqua causa ex parte ligni: sed voluit Deꝰ dare hoi præceptum negatiuum aliquod. primo ad magis manifestandũ dñiũ suum super hoiem. licèt. n. satis Deus se ostẽderit homini dñm eius, voluit abundantius manifestare in actu præcipiendo ei aliquid, q̃d facere teneret, & hoc est q̃ ad solos dños, vel præeminentes pertinet. s. præcipere posse. Secundo fuit ad dandum homini abundantiorẽ locũ merendi, & status virtutis: cùm nullum præceptũ datum esset, nihil esset, in quo se exercitaret: dato autem præcepto, fuit locus exercitij ad virtutem.

Considerandũ aũt, q̃ istud præceptum fuit conuenientur assignatũ: debuit. n. aliquã difficultatẽ continere, vt esset locus merendi: & tñ debuit esse parua, & non inciperet ibi hõ viuere sub iugo, sicut hic viuimus. Quantum ad primum est cõueniẽs, nã poterat Deus vetare homini aliquid ad quod ipse nõ inclinaretur, & ita nõ esset difficultas vlla in obseruãda neq; pronitas in cõtrariũ, vt si Deus iuberet homini, q̃ nõ se occideret, aut q̃ nõ maneret semper sine cibo: nã ista obseruare nulla difficultas erat, quia nõ erat inclinatio in cõtrariũ. sed potius ad hoc, & quãtũ ad hoc bene prouisum est, quia vetuit Deus homini aliquid de cibo: erat enim hõ inclinatus ad cibũ, & vetita fuit ei aliqua pars cibi, & sic erat ei inclinatio in cõtrariũ. Etiã augebatur ista difficultas, quia illa pars cibi, quæ vetita fuit, erat pulchra & multus concupiscibilis. Sicut dicitur supra 3. cap. Vidit mulier lignum, quod esset bonum ad vescendũ, & pulchrũ oculis, aspectuq; delectabile: si aũt esset lignũ nullius pulchritudinis, & suauitatis, etiam si ad cibum pertineret, non esset difficultas aliqua ab illo abstinere. Circa secundũ ẽt prouisum est. s. q̃ nõ esset magna difficultas, ne inciperet homo esse sub iugo, & hoc fuit in quãtum fuit vetitum vnicũ lignũ. Si enim multa ligna vetita essent. i. maior pars lignorum Paradisi, vel medietas, poterat esse magna difficultas homini, & efficeret præceptũ graue, q̃ ab omnibus illis abstinendũ foret; sed cùm essent vadecem de multa ligna in Paradiso, & non vetaretur homini, nisi vnum lignũ, parua erat difficultas. Secundo, quia dato, q̃ vnicũ vetaretur, si illud solum esset pulchrũ, vel illud esset melius lignũ Paradisi, esset magna difficultas abstinere: erant tñ multa alia ligna pulchra visu, & suauia ad gustũ, quia dr̃ supra 2. c. Produxit Deꝰ in Paradiso oẽ lignũ pulchrũ visu, & ad vescendũ suaue; ergo manentibus tot lignis præciosis parua difficultas erat vnicum vetari. Tertio, quia dato, q̃ multa alia

Cur Deus vetuit hoi ꝙ Paradisi. Io comedere de illo ligno.

Quæst. 28. An esset peccatum si Deus vetuisset comedere de ligno. Quæst. 28. Rationes adducũtur quod Deus hoies, & angelos peccare fecerit.

alia præciosa ligna manerent, si istud esset optimum omnium, esset difficultas, q̃ hõ abstineret ab eo, quod erat optimum; & tñ non erat istud optimum; nam manebat lignum vitæ, quod erat melius omnibus, q̃d non fuit vetitum, ideo non erat magna difficultas in abstinendo. Et sic præceptum istud erat multum rationabile, quia neque habebat magnã difficultatem, & tamen erat aliquid contra, quod homo posset inclinari, & sic erat aliqua difficultas, & esset locꝰ merẽdi.

Quæretur, cùm Deus præsciret hominem non obseruaturum præceptum istud, & inde lapsurum in omnia mala, in quibus nũc est, cur dedit præceptũ istud? quia potius debuisset non dare. Dicendum, q̃ in Deo non iudicatur id bonum, aut malum, q̃d in hoie: & rõ est, quia homo habet legem, Deus aut nulli legi obligatur, ideo hõ obligatur cauere omne malũ inquantum potest, potissimè malum culpæ, non solùm in se, sed etiam in alijs; & ideo si homo nouit, quòd ex aliquo facto suo sequitur malum, etiam si illud non sit in se malum, tenetur istud vitare: de Deo secus est, quia licèt ipse nos obligauerit ad hoc per legem naturalem quam inscripsit mentibus nostris, ad Rom. 2. cap. ipse non est obligatus alicui legi. ideo non tenet vitare omne malum quod potest, vnde non vitando illud non facit malum, sicut nos malum facimus non vitando. Vnde Deus facit duo, quæ in eo non iudicantur mala, & apud nos mala iudicarentur. primum est, q̃ non impedit mala, quæ posset vitare: secundum est, q̃ facit aliquid ex quo scit sequi malum, vel procerto secuturum, & si ipse non faceret illud non sequeretur malum, tamen facit istud. Primum est, vt in peccato angelorum, potuerat enim Deus præuenire gratia efficaci, vt nõ peccarent, vel adiuuare eos ad non cadendum sicut alios adiuuit, & tamen nõ fecit, & ita corruerunt: sic etiam posset de peccatis omnium hominũ facere, q̃ non peccarent adiuuãdo eos, & mouendo efficaciter ad bonum, vel distrahẽdo efficiter a malo, & tamẽ non facit, & sic multi peccant. Aliud est, q̃ Deus facit nasci hoies infundendo aĩas corporibus: & scit de quibusdam hominibus, quòd peccabunt, & damnabuntur, & si non infunderet aĩas, non perirent, & tamen infundit animas, quæ damnabuntur, & hoc ipse certissime nouit. Sic autem est de omni lege data à Deo, quia est occasio peccati. Et hoc est ex duobus, primo in prohibendo, quia cũ per prohibitionẽ tollatur libertas, accenditur desiderium ad faciẽdum id, quod est prohibitum plusquam cum nondum erat vetitum. Secundo, quia anteq̃ esset aliquid vetitum, nõ erat peccatum illud fieri, cùm verò est vetitum, peccatum est. De primo patet, quia peccatum occasione accepta per mandatum causat omnem concupiscentiam, vt colligitur ad Rom. 7. cap. De secundo patet eo. cap. quid dicemus? lex peccatũ est? absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legẽ; nã concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret non concupisces.

Sed dicendum q̃ ista duo, quæ à Deo fiunt, nõ solũ sunt iusta, ideò non iniusta, quia Deus non obligatur ad cõtrarium horum, sed ẽt sunt iusta, i. Deus habet primo patet, quia Deus est naturæ institutor, ad ipsum conuenit naturam gubernare sicut condidit, ideò nõ agendo contra conditionem, & proprietatẽ eius, quia aliàs sibi ipsi repugnare videretur, qui talem naturam rebus dederat, ipse autem fecit naturam angelicã rationalem. i. intellectualem. liberam, & ideo potentẽ ex arbitrio verti ad hoc, vel illud, & figi in hoc vel illo; & ita fecit eam talem, vt ex arbitrio bonum posset eligere, in quo bene ageret, & in malũ posset declinare, & peccaret. Si aũt Deus semper contineret angelum, vt non peccaret videretur contra conditionẽ naturæ a se instituręe agere, nõ permittendo flecti ad id, ad q̃d ille flecti poterat, & flecti volebat: & ista eadem ratio est, quantum ad hoies peccantes, quos Deus peccare non impedit, quia tales eos constituit, vt ex arbitrio, & bene facere, & peccare possint, & ideo q̃ quosdam peccaturos adiuuet, vt non peccent, nõ est contra restitutionem naturæ à se conditæ, q̃ tamen vniuersaliter impediret hoies peccare, erat vniuersaliter tollere naturam; ideo non est conueniens, q̃ Deus impediat oĩa peccata. De secundo dicendũ, q̃ etiam iustè Deꝰ facit aliquid ex quo scit, q̃ malũ sequetur alicui, sicut est de infusione aĩarum quas nouit dãnandas. Primo, quia ipse nõ cõfert ad dãnationem, nã licèt ipse sciat an dãnabũtur, quia impossibile est ipsum ignorare aliquid, nõ dat cãm dãnationis, neq; facit, vt dãnẽt, ideo infundẽdo nõ facit iniustum. Secũdo, quia licèt Deꝰ sciat eas dãnãdas propter cõditionẽ suæ scientiæ, quæ habet principalitatẽ æternitatis, nõ est necesse absolutè, q̃ damnẽtur, sed liberũ est eis tam saluari quã damnari. cũ sciẽtia Dei nullã necessitatẽ rebus imponat, sed necessitas illarum, q̃ necesse sunt aliũde prouenit, & cõtingẽtia earũ, quæ cõtingentes sunt cum sciẽtia Dei manet; vnde si ex eo q̃ Deus præsciret aĩas damnãdas, necesse esset eas dãnari, & nulla libertas maneret eis, non crearet Deus illas animas, quas præsciret damnandas, alioquin nõ esset imputãdum animabus, q̃ dãnarentur, sed magis videretur ascribendum Deo. Tertio, quia dãnatio quarũdã animarum redit in maiorem laudem Dei; nam si Deus impediret oĩa mala, vel nõ crearet animas, quas præscit dãnandas, non esset vnde gratias Deo agerent, qui saluantur; nũc verò cùm multi damnentur, & illi qui saluantur æqualiter poterant damnari, si Deus non adiuuisset eos efficacius, aut si deseruisset eos sicut eos, qui damnãtur: habent vnde magnas gratias Deo referãt, qui saluantur, & redit hoc in magnam laudem Dei indirectè. Quarto, quia Deus sic magis manifestat clemẽtiam suam, & iustitiam; nam si nullus peccaret, nemo exigente iustitia puniretur, & ita non tam abundanter innotesceret iustitia Dei, & tamen ad laudem suam pertinet, q̃ omnes eius bonitates innotescant, ideo conueniẽs est quosdam permittere peccare. Quinto, quia manifestatur clementia: est enim clemens Deus remittendo peccata, & pœnas debitas; multi enim peccãt, quibus Deus peccata remittit, & illos beatificat. Si autem nunq̃ peccarent, videretur eis debita beatitudo, & ita non laudaretur ibi Dei clementia. Sexto, quia si Deus impediret peccata oĩum hominum, ita vt nullũ peccatũ fieret, & sic etiam dæmones non peccassent, videretur illud esse a natura, quia cõe erat omnibus, & sic nullus de hoc gratias ageret, quia videretur multis, aut non esse beneficiũ, aut non valde magnũ, quia cõe: nũc verò cùm quosdam cadere permittat, alios non, & quosdam de lapsis subleuet, & alios non, videtur præstitum magnum beneficium eis, qui cadere nõ sinũtur, aut post lapsum eriguntur. Septimo, quia in hoc facit Deus ad decorẽ vniuersi, quem Deus intendit, vt vniuersitas ab eo facta ex omni parte sit perfecta: sicut enim vniuersitatis decorẽ comendat virtutes decentibus præmijs honorata, ita & eũdẽ decorẽ ostendit vitium debita animaduersione punitum, sed hoc non esset, si Deus omnia mala impediret. Et licèt rationes istę sint cõuenientes, & multæ aliæ, quę accipi possent ex fundamento bonorum, quæ Deus facit resultare ex malis, tamen causa principalis est, vt naturæ à se conditę non repugnet: fecit enim cũ talẽ, vt peccare posset, & bene agere ex arbitrio, ideo non debet impedire vniuersaliter opera ex arbitrio, ita vt nullum peccatum sit. Quòd ista sit ratio præcipua patet, quia

Cur Deus creare velit animas quas nouit esse damnandas.

Ponit cãm principalẽ, q̃ est vt libere hominem natura sinat agere.

ter, quia Deus oĩa mala vetat, & oĩa bona iubet: vetat tamen aut impedit eo modo, quo conuenit naturæ conditæ: quia enim Deus naturã rõnabilẽ liberã condidit, non impedit eam, vt velle nõ possit malũ tollendo libertatem, sed iubendo tanq̃ potenti velle, vt solũ bonum velit, & omne malum caueat, & hoc diligentissimè facit Deus, quia nullum malũ, qđ in lege sua non vetetur: & nullum bonum est, de necessarijs, qđ ibi non præcipiatur, & præceptum Dei est loco cõpulsionis ad bonũ in natura rõnali, & prohibitio est loco cõpulsionis ad nõ agendũ, vel impediendo in eadem natura non plus cõpelli, aut impediri conuenit rõnalem naturam; quia quicquid vltra fiat, præiudicatur libertati naturæ rõnalis: est aũt magna causa Deo agendi sic, vel sic, vt à se conditam naturam sub ea proprietate conseruet, qua condidit.

Quæs. 288. Cur aĩas q̃ damnãdæ sunt Deus creet.

Similiter autem quantum ad id quod dicebatur de infusione aĩarum, quæ damnantur: Deus enim est cã prima in natura, & maior tota natura, & cùm oẽs aliæ causæ sub eo sint ordinatæ, opus illarum est opus suũ, & ipse naturã non deserit, quia aliter se ipsum videret deserere, & tamen formato corpore supereſt infusio aĩæ ad cõplementum operis huius naturalis, idest indiuidui humani in natura, quã si Deus non faciat, desereret naturam: & tamen Deus nõ deserit naturã, qa esset hoc cõtra se ipsum agere, quia illa est opus eius: ideo quicquid futurũ sit de illa aĩa, Deus infundit eã corpori, postquàm corpus est formatum.

Quod lex sit bona licet sit occasio mali, & cur eã det Deꝰ cũ sciat ab hoĩbus esse transgrediendam.

De lege autẽ similiter est, quia lex est occasio quædam peccati: & tamen Deus legem dat, sed non est malum q̃ Deus legem det. Primo, quia lex non est in se mala, sed bona. ad Ro. 7. Quid dicemus? lex peccatũ est? absit. Etiã ibidẽ dicitur postea: Itaq; lex quidẽ sancta, & mãdatum sanctum, & iustum, & bonum. & Psal. 18. Lex Domini immaculata cõuertens animas. Secundo, quia lex necessaria est ad perfectionem naturæ rationalis; sicut enim Deus naturę corporali nõ solùm dat esse, sed etiam id, per quod bene se habeat, & conseruetur in esse, s. dat ei locũ, & cibum, sine quibus non erit, aut non diu erit, ita & in natura intellectuali, quæ est excellentior, non solùm dat Deus esse, sed & prouidet, vt bene se habeat. Est autẽ natura rationalis ſm rõnem. i. rectitudinem quandam operatiua, & tamẽ istã rectitudinẽ non habet nisi per principium, quo in omnibus reguletur: sed illud non habet in actu esse rationalis, nisi sibi detur: ideo est multum necessarium sibi dari: hoc aũt principium directiuum vocatur lex; ideo oĩ menti rõnali creatæ debet dari lex; sed quoddam principium determinatiuũ potest dari cum ipsa natura tanq̃ concreatum ei: & hoc vocatur lex naturalis, sicut Apostolus loquit̃ ad Ro. 2. c. & tamen istud non est adhuc sufficiens dirigere creaturam rõnalem per omnia, cùm sint quædam particularia tam variabilia, q̃ ex natura non videret̃ habere bonum, aut malum, sed solùm ex opinionibus, consistunt enim in videri, & non videri, sicut hoc 1. & 5. Etyco. Arist. dicit, & circa talia est aliud principiũ qđ vocatur lex positiua; non est. n. ex necessitate rõnis, sed ex determinatione eius, qui imponere potest: vocatur hoc iuxta Arist. lib. 5. Etyc. lex absolutè, qa precedens directiuum non vocatur lex: sed naturale ius, aut iustũ iuxta modum nostrum cõem loquendi, vocatur lex positiua ad differentiam legis naturalis, quia naturalis nõ dat̃, sed innascitur: ista verò nõ inest sed ponit̃, aut ab extrinseco datur: est aũt vtraque lex tam necessaria, vt sine ea nõ sit perfecta natura rõnalis, erit enim operatiua rectè, & tamen nõ poterit rectè operari: sed magna necessitas est, q̃ Deus non relinquat opus suũ imperfectũ, maxime id, qđ est tam excellẽs, sicut est mẽs rõnalis, & nõ põt perfici, nisi per legem.

Cap. 6.

Ideo Deus vtrãque legẽ dedit, naturalẽ quidẽ oĩbus hoĩbus innatã esse fecit: positiuam aũt superaddidit, quam primo vni populo dedit. i. Hebræis, postea verò toti mundo dedit legem Christi; sed si particularius attẽdamus, prima lex positiua Dei fuit hęc, quæ Adæ data est. s. de ligno scientiæ boni, & mali ne comedas: deinde fuit lex data per Deum post diluuiũ in principio secũdæ ætatis. s. Carnem cum sanguine nõ comedetis, supra 9. cap. Vtriusq; legis harũ. i. tam naturalis, q̃ positiuę est transgressio peccatũ: & tamẽ tã necessaria est vtraque lex, q̃ Deus nõ cessãt ponere legem, ẽt si in illius transgressione hõ peccaturus sit, & etiam si lex ipsa occasionẽ quandam indirectè præstaret ad peccatum: nam vtrũque facit lex. s. facit, q̃ sit peccatũ id, quod non esset peccatũ, nisi lex esset: & ẽt concupiscentiã auget per prohibitionẽ: sed nõ pp hoc cessat lex. Apostolus aũt vtrũque designat ad Rom. 7. De primo patet, quia dicitur, Quid dicemus, quia dicitur, lex pc̃tm̃ est? absit: sed pc̃tm̃ nõ cognoui nisi p legẽ: nã cõcupiscẽtiã nesciebã, nisi lex diceret, Nõ cõcupisces. i. nõ cognoscebã cõcupiscẽtiã esse peccatũ. De secundo dicitur ibidẽ; Occasione aũt accepta pc̃tm̃ per mandatũ operatũ est in me oẽm cõcupiscẽtiam; ista occasio fuit, qa cùm cognoui esse mihi vetitũ, quod prius vetitum esse nõ cognoscebam, cępi illud magis cõcupiscere: quia hoc naturale est, vt tãto aliquid magis desiderem⁹, quãto nobis magis vetitũ est. Et ideo Apostolus ibidẽ addidit: Sine lege enim pc̃tm̃ mortuũ erat: ego aũt viuebã sine lege aliq̃n, sed cũ venisset mãdatum, pc̃tm̃ reuixit, ego aũt mortuus sum. i. q̃n lex nõ erat data, peccatũ. i. cõcupiscẽtia erat mortua, quia nõ exardescebat, eo q̃ non erat vetita, ideo videbat esse mortua, quia nihil agebat, sicut & mortui nihil agunt, & tunc ego viuebã. s. spiritualiter, quia non inducebat me in peccatũ mortale, & in obligationẽ mortis æternæ: q̃n aũt venit mandatum, reuixit peccatũ. i. incepit concupiscentia habere vires, quia erat vetita, & ita impellebat ad aliqd, quod est actus viuentis. s. ad malũ impellebat; ego aũt mortuus sum. i. incidi in mortale peccatũ succumbẽs concupiscentiæ. Vnde additur ibi, q̃ ex mãdato, vel lege sequetur malum, indirectè. s. & inuentũ est inde mandatũ, qđ erat ad vitam, hoc esse ad mortẽ. i. ad inducẽdũ in peccatũ mortale indirectè, quia lex excitauit concupiscẽtiam, & hõ succũbẽs illi incidit in mortẽ. i. in pc̃tm̃ mortale, & Apost. declarat istud ibi addẽs; Nã peccatũ occasione accepta per mandatũ seduxit me, & per illud occidit me. Peccatũ. i. cõcupiscẽtia accepit occasionẽ per mandatũ. s. vt insurgeret assũptis viribus: & tũc seduxit me. s. trahendo, vt ei succũberẽ, & tũc occidit me. i. in peccatũ mortale, aut in obligationem mortis æternæ impulit, & constituit me reũ: & hoc totũ est per mandatũ, quia si mandatũ non fuisset datũ, nõ esset concupiscentia insurgens, nam non haberet vires. Ex his igitur patet, q̃ lex multũ confert ad hoc, q̃ hõ peccet indirectè, & si illa non esset, peccatũ non esset: tamen non obstantibus his, tãta est necessitas legis, & bonum eius in se, q̃ Deus dat legẽ tàm naturalẽ, q̃ positiuam. Sicut dictũ est de lege vniuersaliter, q̃ licèt indirectè possit sequi inde malum, & sequatur, tamen Deus legẽ dat, ita & fuit de lege data Adæ: si. n. Deus nullã legẽ posuisset Adæ de nõ comedendo de lignis, non peccasset comedendo: & tamen fuit conueniẽs, q̃ Deus legem poneret.

Circa quod sciendum, q̃ si Adã non haberet legẽ vllã non posset peccare, quia peccatũ nõ est nisi transgressio legis Dei, & tamẽ intelligendũ, q̃ ẽt si non daretur ei ista lex, posset peccare: quia erat ei innata lex naturalis in principijs rõnis practicæ, quam legẽ Deꝰ non tradidit; sed innasci facit. Cõtra istam legem poterat peccare Adam, sicut quotidie nos contra eã peccamus, & per quodlibet peccatum incideremus nos in mala omnia, quæ incidimus. Et tamen vltra legem naturalem dedit Deus Adæ legem positiuam, & fuit istud præceptum de non comedendo. Istud. n. fuit prima lex positiua in orbe, quia non fuit posita alia Adæ ante istã, & non fuit inconueniens eã poni, sed per cõtrarium fuit conueniens. Primũ patet, quia licèt Adã peccauit in ista lege, nõ erat necesse, q̃ in ea peccaret, & quia liberum erat ei non facere contra illã. Secundo, quia non erat condita lex per calũniã. s. ea intẽtione, vt Adam incideret in illã, & peccaret, sicut quidã principes, aut rectores populorum condunt leges, aut statuta per loca ea intentione, vt subditi sui, vel qui per eas regulari debent, incidant in illa, & possint eorum bona diripere. Isa. 10. cap. Væ qui condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiã scripserũt, vt opprimerent in iuditio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei, vt essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent. Deus enim nullam talem legem instituit, quia non gaudet in malo hoĩum. Sap. 1. cap. Deus non fecit mortem, neque lætatur in perditione viuorum: creauit enim Deus, vt essent oĩa, & sanabiles fecit nationes orbis terrarũ: & non solũ Deus nõ quærit calũniã contra hoĩem, neque gaudet in malo eius, sed potius diligit ipsum, quia est opus eiꝰ. Sap. 11. Misereris oĩum, quia oĩa potes, & dissimulas peccata hoĩum propter pœnitẽtiã: diligis enim oĩa, quę sunt, & nihil odisti eorũ, quæ fecisti, neque. n. odiens aliqd constituisti. Tertio, quia præceptum non erat difficile, & hoc apparet, quia erat vnũ, & de leui. Si aũt esset graue præceptũ, fuisset inconueniens poni. Gratuitas. n. in præcepto, vel lege potest accidere ex duobꝰ: primo ex multitudine; secũdo ex re, quæ præcipitur. De primo patet, quia dato, q̃ res leues præcipiuntur, si multæ præcipiũtur, durum est implere talem legem, quia difficile saltem est considerare de oĩbus. Et hoc mõ fuit difficilis obseruatio legis Moysi; non. n. præcipiebat ibi aliqua res, q̃ in se dura esset, sed tot erant, quæ præcipiebant̃, q̃ difficilè erat attendere ad oĩa, & multo magis oĩa implere: fiebat aũt hoc pp multitudinẽ cęremoniarũ, & obseruationũ, quia in singulis rebus ferè habebãt cęremonias: & ideo B. Petrus vocauit veterẽ legẽ iugum difficile portari, Act. 15. Nũc ergo quid tẽtatis Deũ imponere iugũ super ceruicẽ discipulorũ, qđ neq; nos, neque patris nostri portare potuimus. Etiam hoc nõ facilius est abstinere à mortalibus, q̃ à venialibus, & difficillimum valde est abstinere à venialibus: quia licèt a quolibet eorũ sit facile abstinere, tñ abstinere ab oĩbus simul est difficile pp illorũ multitudinẽ, quã aliquis vix põt cogitare: hoc mõ lex data Adæ facilis. s. quia vnicũ pceptum, & modo est grauitas præcepti ex re, q̃ præcepto cõtinet̃, qa licèt sit vnicũ præceptũ, põt cõtineri ibi res dura: & hoc mõ pcepta noui testi̇ sunt grauia. i. illa q̃ Christus in nouo testõ declarauit: & sunt magis grauia, q̃ ea q̃ expressa erãt in veteri testõ: sicut iussum est, q̃ nõ diligat inimicũ, & bene faciat ei: & q̃ non videat mulierẽ ad cõcupiscẽdũ eã. Matth. 5. Pauca. n. pcepta sunt noui testamẽti: sed sunt difficilia, neque satis implerentur, nisi p abũdantiã gratiæ noui testamẽti, quæ volẽtibus eã suscipere facit oĩa facilia: & ita Christus dixit: Iugũ meũ suaue est, & onus meũ leue. Matt. 11. f. p gratiã alleuiantẽ. Adhuc aũt isto mõ nõ erat graue præceptũ datũ Adæ. quia erat de re, ad quam nõ erat magna inclinatio, nã vnicũ lignũ vetabatur, & multa alia manebant hoĩ licita, quæ erant pulchra, & suauia. Etiam nõ erat illud lignũ optimũ: sed alia erant præciosiora eo. s. lignũ vitæ; ideo in hoc non videbat esse

Prima lex in orbe posita.

Quæs. 290. An sufficiebat lex naturalis sine lege positiua.

Gratuitas in lege ex duobus.

Præcepta noui legis quo sunt grauiora præceptis veteris lege.

difficultas, vel erat valde parua; ita vt non posset dici graue præceptũ: & sic nõ poterat esse inconueniens, q̃ daretur istud præceptum Adæ. Erat autem ecõtrario istud præceptum dari Adæ conueniẽs; Primò qa ad hoc q̃ se cognosceret exp̃sè subditũ Deo, magis istud proderat. Sed aliqs dicet, q̃ satis apparebat hoc per legem naturalem quam dederat homini, & dare legem est domini. Dicendum q̃ lex naturalis non ita manifestat dominium, sicut lex positiua: Primò quia quidam putant non esse legem datam, sed esse conditionem naturæ rationalis, sicut quamlibet naturã sequitur determinata inclinatio, & principium directiuum, vel in se, vel in aliquo superiori regulãte, s. in intelligẽtia. Et ideo ista lex, quam vocamus naturalem ſm illos, nõ ostendet aliquid de dominio Dei sup hominem vltra id, quod ostẽdit creatio, vel formatio hominis. Secundò, quia dato, q̃ lex naturalis cõcedatur, lex data a Deo nõ ostendit istud plenũ dominiũ, quia ista est solũ ſm rõnem, & nõ ſm volũtatẽ: & tũ propriè dñs est, q̃ iubet quod vult; iudex vero, & alij ministri legũ iubẽt aliqd, sed nõ ex voluntate, sed solùm quantũ lex eis cõcedit, & ob hoc nõ conceditur illos esse dños: qui aũt ex arbitrio iubet, dñs est; tale qđ igitur debuit Deus circa hominem iubere, vt appareret verè dñs: ideo vltra legem naturalem debuit dare positiuam, & in isto mandato ita penitus fuit, quia tale erat, q̃ non ex rationis exigentia procederet, sed ex sola volũtate, quantum est ad rem imperatã, s. q̃ Adã nõ comederet de ligno sciẽtię boni & mali, nulla q̃ppe rõ ad hoc mouebat, qa lignũ in se bonũ erat, & ad cibum creatum fuerat, sed voluit Deus hoc mãdare, vt homo sciret, q̃ non solũ rationi Dei stare debebat, sed & voluntati eius nude obedire. Tertiò, quia istud mandatum habebat in se conuenientiam propter id, quod iubebatur, quia si aliquid præcipi debuit, hoc fuit conueniens præcipi iuxta ea, quæ dicta sunt supra quæst. 285. Quartò, quia dato q̃ peccauit homo occasionem accipiens ex mandato, adhuc aliqua bona resultauerunt ex isto mãdato, & peccato sequente. Primò, quia licèt homo peccasset, fuit peccatum remissibile; non enim necesse fuit Adam & Euam perire æternaliter, quia peccauerunt, quia remissum fuit eis peccatũ, & postea sãlui facti sunt. Secundò, qa ẽt potuissent nõ incidere in aliquã pœnã; qa licèt peccauerũt, si doluissent, & cõfessi fuissent peccatũ suum, q̃n Deus locutus fuit eis, petentes humiliter veniã, fortè nõ fuissent expulsi de Paradiso, sed qlibet trãstulit culpã in aliquẽ aliũ, & ita propriũ peccatum nõ cõfessus est, & insup veniã non petijt; iõ sustinuerũt pœnã, quã Deus prænunciauerat. Tertiò, quia propter istud peccatũ, quod se ad oẽs posteros extendit, fuit necessaria reparatio, q̃ per Christũ facta est, qua nihil est melius, & nihil ei æquale: & tñ si nõ peccasset Adam, istud nõ fuisset, & in tantũ bene secuta est reparatio facta per Christũ ex peccato Adæ, q̃ Gregorius dicit fuisse verè necessariũ peccatũ Adæ; & dicit fel. cẽ culpã, q̃ tali indiguit reparatore. Quartò, qa fuit indirectè ex peccato secutus melior status in bonis, quã alias sequeretur, si enim Adam nõ peccasset, nascerẽtur soli hoĩes, qui electi futuri erãt: & tñ nõ proficerẽtur in tantùm augmentum meritorum, & cõsequẽter neq; gloriæ, sicut nũc profecerũt, quia vbi superabũdauerat delictum, superabundauit & gratia; ad Rom. 5. Ecce ex peccato quorundã fuit occasio aliis, vt essent Martyres, alij Confessores, in quo altissimum gradum meritorum obtinuerunt: & istum nõ haberent, si Adam non peccasset. Similiter multus decor fuit in diuersis gradibus, quos Deus in ecclesia sua constituit post peccatum ad expellendum peccatum; quos non statuisset si non fuisset peccatum: & multa huiusmodi

secuta

secuta sunt indirectè ex peccato, & nō fuissent, si peccatum non esset. Hoc modo verificantur dicta Gregorij in benedictione cerei paschalis, vbi dixit, fœlicē culpam, & verè necessarium peccatum: nō enim est culpa aliqua in se fœlix: sed oīs culpa est in se malum quod dam: & non est aliquid proprie malum, nisi culpa vel peccatum. Etiam nō est peccatum necessariū, sed potius nihil est nobis magis ne essarium, q̄ vitare peccatum: sed dixit fœlicem culpam, quia ex culpa Adæ secuta est indirectè fœlicitas magna. Directè quidem ex culpa Adæ secuta est pœna eius, & mors in eū, & in oēs. Ad Rom. 5. Et nihil boni secutū est: sed indirectè ex culpa prouenit magna felicitas, quia venit redēptio per Saluatorē, fm cuius participationē feliciores effecti sunt, qui nunc beati sunt, & erunt, q̄ G
aliàs futuri essent: & in hoc sensu dicitur necessariū peccatum: non quidē in se necessarium, sed sub conditione. s. ad hoc, q̄ redemptio sequeretur per Saluatorē: ideo dari tale præceptū Adæ conueniens fuit.

Quæst. 191. An Deus dixerit formaliter hęc verba: De ligno scíæ boni, & mali ne comedas, vel dixerit aliquid aliud loco huius.

Quæritur, qñ datū fuit istud præceptum Adæ, an dixit Deus illi, De ligno scientiæ boni & mali ne comedas, vel aliquid aliud dixit loco huius. Aliquis dicet, q̄ in hoc nō est ratio dubitandi, cùm scriptura sacra ita dicat. Dicendum tamen, q̄ Deus dixit hoc ad Adam, tamen nō nominauit lignū scientiæ boni & mali, & dico, q̄ dixit istud Deus accipiendo Deū pro angelo, quia oīa hæc quæ habentur supra 2. & 3. & ferè vbicūq; dicta à Deo, dicta fuerūt per Angelos, & nō per Deū, si aliqua vera prolatio vocalis ita fuit: & ita verè fuit nūc aliquis Angelus apparens Adæ in figura corporali, qui loquebatur ista vice Dei, & illum vocat scriptura Deū. Sed dicēdū, q̄ Deus, idest Angelus qñ dedit istud præceptū, nō vsus fuit hoc vocabulo, sed alio noīe: nam non vocauit illud, lignū scientiæ boni & mali, quia sequerentur inde inconuenientia, quæ posuimus supra q. 156. & 157. sed vsus fuit alio modo indicandi, vel designādi: vt si diceret de ligno, quod est in medio Paradisi ne comedas, quia hoc mō loquendi vsa est mulier supra 3. cap. s. De fructu lignorū, quæ sunt in Paradiso vescimur, de fructu verò ligni, quod est in medio Paradisi præcepit nobis Deus, ne comederemus, neque tangeremus illud. Vel poterat dicere demostrando lignum, De ligno isto ne comedas, & ita satis erat: sed lignum illud accepit tale nomen ab I
eo, quod diabolus dixit. s. quacūque die comederitis, aperiētur oculi vestri, & eritis sicut dij scientes bonū & malum: diabolus. n. non noīauit arborem scientiæ boni & mali, sed ex eo, quod ipse dixit, postea Adam, & posteri sui sic vocabant, vel forte Moyses ita vocare voluit ex re, quæ acciderat; Sed verisimilius est q̄ Adā ita vocauerit postea (& inde Moyses, qui scripsit, vsus anticipatione, vocauit arborem scientiæ boni, & mali) vtens hoc vocabulo, vel alio modo locutionis, vt supra posuimus, tñ quia qñ Moyses hoc scripsit, vocabatur iam illa arbor scientiæ boni & mali, scripsit ita quasi hoc vocabulo Deus vsus fuerit, sed non vsus fuit illo, immo alio idem signante.

Quæst. 192. An posteri Adæ tenerentur nō comedere de ligno. Resp̄sio. Prima cā. Secūda cā

De isto præcepto dato Adę est dubium, an comprehenderet posteros eorum, ita vt tenerentur non co- K
medere de illo. Dicendū q̄ posteri Adæ non obligati fuerunt hoc mandato, nam posteri Adæ non sunt in Paradiso, neque illuc intrare possunt, cùm sit posita custodia ante Paradisum, ergo non sunt ipsi obligati ad non faciendum id, quod facere eos est impossibile. Secūdo, quia istud præceptum negatiuum datum est simul cum concessione affirmatiua; nam dicitur: Ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autē scientiæ boni & mali ne comedas: & ideo qui tenebatur præcepto negatiuo, gaudebat concessione affirmatiua, quia vnū dependebat ex alio: & tñ nulli de posteris Adæ gaudent cōcessione illa. s. de oī ligno Paradisi comede: ergo nulli eorū obligant hoc negatiuo p̄cepto. s. de ligno aūt scię boni, & mali ne comedas.

Quæst. 193. An Adā manēte in Paradiso posteri fuissent obligati ad mandatum. Resp̄sio. Prima ra. Secūda ra.

Sed dicet, si Adā mansisset in Paradiso cū posteris suis, quos ibi gigneret, an illi obligarētur isto mādato. Dicendū, q̄ si nihil vltra fieret, non obligarentur: cā est, quia istud mandatū fuit datū Adæ, quia ex mō cōcipiēdi illud vī et soli datū, & ideo nō obligabat alios: si aūt alios intenderet Deus obligare, faceret extēsionē p̄cepti, vel aliter illud cōciperet. Secūdo pater hoc, quia si istud præceptum esset de iure naturæ, dato q̄ soli Adæ imponeret, obligarentur posteri sui ad illud, sicut fuit de decalogo: nā data fuerunt ista decē præcepta Iudæis in monte Sinai, Exo. 20. & Deute. 4. & 5. & tamē quia de iure naturæ sunt, nō solos Iudęos obligabant, sed ēt oēs alias gentes, & nō solū obligauerūt postq̄ data sunt, sed etiā ante q̄ darent obligabant ex principio seculi tam Iudæos q̄ alios hoīes, & hoc est, quia præceptum nunq̄ obligat, nisi postq̄ est, & in illis quibus datū est: p̄ceptū aūt, quod de iure naturæ est, semper est, & in oībus est, quia nō tradit̄, sed innascit, ideo vbique, & semper obligat, sicut Arist. dicit lib. 5. Ethico. q̄ ius naturale semper & vbiq; est: sicut ignis arder hic, & in Persis: sed istud mandatū non erat de iure naturali, sed pure positiuo, ideo non erat anteq̄ daretur, neque erat in illis, quibus non dabatur: & ita ex eo q̄ dabat Adæ, nō obligabat alios: sed fuit solùm prolatū nūc in persona Adæ: ergo alios nō obligabat. Sed quid si haberet Adā posteros in Paradiso, an extē deret p̄ceptū p Deū ad eos, vt & illi nō comederēt de ligno illo. Dicēdū q̄ istud nō est certū, quia neque sacra scriptura exprimit illud, neque rō sufficienter concludit, cū nō fuerit, sed futurū erat, si Adā non peccasset. Aliqui putāt, q̄ istud præceptū nō erat extēdēdum ad posteros: quia si Adā non succūberet tunc tētationi, dicunt q̄ cōfirmaretur in bonū, & ideo asserunt, q̄ nō solū posteri eius nō obligarent, sed neque ēt ipse, immo absolueret illos Deus ab obligatione præcepti illius, & manerent sicut nunc beati in vita æterna, vbi nullo præcepto astringuntur. Alij putant q̄ fieret extensio præcepti huius ad posteros, & custodiretur ab oībus hoībus, quādiu in Paradiso manerēt: quia sicut Adā creatus est in innocētia, & tamē datū est ei præceptū in Paradiso, sic & alij posteri sui se haberent, quia sub præcepto viuerent, vt sic Deo se agnoscerent subditos: & ad hoc adiuuat, q̄ hoīes in Paradiso terrestri non erant beati simpliciter, quia nō erāt incorruptibiles, habētes dotes corporis glorificati, neq; etiā Deū clare videbant, in quo cōsistit substantia beatitudinis, & ideo erant viatores, quādiu autē sunt homines viatores, satis competit viuere sub præcepto. Dicendum igitur q̄ non constat, quid horum verū sit, quia vtrūq; habet colorē: videtur tamen rationabilius, quòd sub præcepto viuerent, siue sub isto, siue sub aliquo alio, quia certū est, q̄ erant viatores, & q̄ non erant beati quamdiu in Paradiso terrestri manerent.

Quæst. 194. An Eua fuerit de costa Adæ. Resp̄sio. Prima ra. Secūda ra.

De Eua aūt dicendū, q̄ obligata fuit præcepto isto, & hoc fuit, quia Deus dedit illi hoc præceptum, siue illud dederit ei simul cum Adā, ita q̄ nō daretur præceptū ante Adę, q̄ daret ambobus simul Euę & Adę, siue dederit Deus Adę, & p ipsum dederit Euę. s. dicēdo ei, q̄ hoc quoque notificaret vxori suę, vel q̄ Deus dederit illud bis. s. primo soli Adę, deinde Adę & Euę simul: quicquid autem horum fuerit, certū est quod istud præceptū fuit datum Euę. Primo, quia si nō fuisset ei datū, nō peccaret cōtra faciendo: quia non obligaretur præcepto quod non erat, & tñ peccauit, cùm fuerit ei data pęna, ergo fuit ei datum. Secundo, quia Eua confessa fuit sibi datum esse præceptum, scilicet: De fructu lignorū, quę sunt in Paradiso vescimur, de fructu

fructu verò ligni, quod est in medio Paradisi p̄cepit A
nobis Deus ne comederemus. Sed quis modus triū sit verior, dicendū, q̄ primus non est satis verisimilis, quia tunc maneret aliqñ Adam in Paradiso sine præcepto, & liceret ei comedere de ligno scientiæ boni & mali, & fortè comederet de illo, & tunc non conuenienter esset locus tentationi, quia iam nosset Adā qualiter fructus esset ligni illius, & non alliceretur ad comedendum contra mandatum Dei, sicut si nesciret. Alij autem duo modi sunt verisimiliores. Secundus enim potest accipi tanquam verus, eo q̄ scriptura ostendit quomodo fuerit datum mandatum Adę, & non Euę, nam ante formationem Euæ ponit̄ mandatum de non comedendo de arbore scientiæ boni, & mali, supra 2. & ita tunc soli Adæ poterat dari. Se- B
cūdo, quia concipitur p̄ceptū in singulari: nam dr̄, de ligno aūt scientiæ boni & mali ne comedas, & ita soli Adæ dictū est. Tertio, quia post peccatum cū Deus accusat virum, & mulierem de hoc, q̄ comederint de ligno illo, non dixit Euæ, de ligno scientiæ boni & mali comedisti, de quo præceperam tibi ne comederes, & tñ hoc dicit viro, sicut patet sup. 3. cap. s. quis indicauit tibi, q̄ nudus esses, nisi q̄ ex ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes comedisti: & q̄ plus est bis dicit, nam postea dr̄, Quia audisti vocem vxoris tuę, & comedisti de ligno, ex quo p̄ceperam tibi ne comederes, & tamē ad Euam nihil dicitur: nam licèt ei dixerit in ponendo pœnam, multiplicabo ærumnas tuas, & cōceptus tuos, non dixit, quia comedisti de ligno, de quo p̄ceperam tibi ne comederes, sicut dixit Adæ, & ita videtur, q̄ viro p̄cepit, tamen non ei. C
Vltimus modus potest stare, quia ipsa mulier confessa est datum esse sibi mandatum istud, cùm dixit, de fructu verò ligni, quod est in medio Paradisi, præcepit nobis Dominus ne comederemus: & ita ex modo loquendi vī significare, q̄ ambobus datum sit mādatum: si quis tamen velit dicere, q̄ datum fuit soli viro in persona sua, & ei iussum est, q̄ notificaret mulieri, poterit stare, quod dixit mulier, scilicet p̄cepit nobis Dominus, quia ambobus p̄cepit viro per se, & fœminæ per virum.

Quæst. 195. An lignum vitę fuerit ante peccatum Adæ.

Quæritur quare Deus non vetuit Adę lignum vitæ, & an vetuit illud. Dicendum, q̄ non vetuit, quia dicitur, Ex omni ligno Paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas: solum excepit lignum scientiæ boni & mali: ergo licebat comedere de omnibus alijs: lignum tamē vitæ distinctum erat à ligno scientię boni & mali: ergo licebat comedere de illo. Et est dicendum, quòd non debuit Deus vetare esum ligni illius: potius enim debuit vetare lignorum aliorum esum, quàm istius, quia repugnabat intentioni Dei: volebat enim Deus, quòd homo in Paradiso nullam molestiam pateretur, neq; disponeretur ad corruptionem, neq; senescaret: hoc autē faciebat solum lignum vitæ, quia de cęteris fiebat refectio deperditi, sed q̄ aduenies esset in eadē pu- E
ritate, in qua id quod decesserat, nō poterat fieri, nisi per lignum vitæ, sicut supra ostendimus, & tñ istud erat necessarius esus ligni vitę: & ideo nō debuit vetare ris de quolibet enim alio ligno, qđ vetaretur, nō erat inconueniens etiam si multa vetarentur, quia in Paradiso erat omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue. Omnia autem illa solùm proderant in cibus, ideo vetitis quibusdam succedebāt alia, de quibus sufficienter cibaretur homo: sed nullum succedebat in locum ligni vitæ, quia non habebat aliud illam virtutem, ideo non debuit Deus illud vetare, quia sic repugnaret intentioni suæ faciendo, quòd homo senescaret, & corrumperetur.

Alph. Tost. super Gen.

Quæst. 196. An Deus sciens hominē peccaturū debuerit ante peccatum vetare esum ligni vitę.

Sed aliquis dicet, quòd nō debuit Deus vetare homini lignum vitæ si mansurus esset, & tñ statim peccauit; ideo melius esset, q̄ vetaretur ei ad hoc, q̄ non comederet de illo, & fieret lōgæuus post peccatum. Dicendū, q̄ non debuit Deus mandare homini non comedere de ligno vitæ, nam licèt Deus præsciret hominē peccaturum, non debuit ei sic legē ponere tanquam determinatè peccaturo, sed tanquam nō peccaturo, vel potenti non peccare, quia aliàs ante peccatum prænunciaret Deus homini calamitatem suam, qđ erat incōueniens. Secundo, quia Deus puniret hominem antequam peccaret, quod est absurdum: si. n. Deus præsciret hominem nō peccaturum, non vetaret ei lignū vitæ: si autem lignum vitæ vetaret, faceret hoc, quia peccaturum eū sciebat; & ideo taliter se haberet ad eum anteq̄ peccaret, qualiter habiturus esset postquā peccaret, sed hoc non facit Deus, sicut patet ex intentione Aug. lib. 11. super Gen. ad literam. c. 9. vbi quærit, an Angeli fuerint præscij casus sui: ubi aliqui dicūt, q̄ Deus reuelauit bonis Angelis suam beatitudinem futuram, sed malis futuris non reuelauit suū casum: q̄ opinionē cum retulerit Augu. postea tenet, q̄ neutris reuelauit statum suum, neq; illis beatitudinem, neq; istis miseriā, sed mansit occultus vtrorumq; status, & dat ibi rationem, quia Deus puniret ante peccatum, si quibusdam reuelaret futurum statum, & alijs non, cùm dicit; Sed quare discernebant à cæteris illi, vt Deus istis, qui ad ipsos pertinerent, nō reuelaret, cùm prius non sit ipse vltor, quàm aliquis peccator: non enim damnat ipse innocentes. Idem refert Magister, lib. 2. Senten. dist. 4. Ita ergo hic nō puniret Deus ante peccatum vetando homini lignum vitæ velut peccaturo. Tertio, quia postquam homo peccauit, & Deus prænunciauit pœnas suas illi, posuit custodiam ligno vitæ, vt homo non comederet de illo. ergo ante illud nullam custodiam posuerat, & ita non vetuerat comedere de illo homini ante peccatū. Quarto, & principaliter, quia istud mandatum esset absurdum, nā si Deus vetaret homini comedere de ligno vitæ, aut custodiret homo præceptum, aut nō, si custodiret præceptum moreretur, quia senescaret, & corrumperetur, eo quòd nō erat aliquid alterum, per quod ista impedirentur, sicut supra dictum est: si autem homo peccaret, viueret, quia non poterat peccare, nisi comedendo, & tamen si comederet efficeretur longæuus: viueret enim in æternum, vt colligitur supra 2. cap. Hoc autem esset inordinatissimum, scilicet, quòd custodiendo præceptum moreretur, & peccando viueret in æternum. ergo non debuit vetari lignum vitæ. D

Quæst. 197. Quis comederit ē ligno vitę, vel Adam, vel Eua.

Est dubium, an Adam comederit, vel Eua, de ligno vitæ, dum essent in Paradiso. Aliquis dicet, quòd sic, quia istud lignum nō erat vetitum. ergo comederent de fructu eius, cùm esset præciosissimum. Dicendum, q̄ Adam, & Eua nō comederunt de ligno illo. Secundo patet ex modo loquendi sacrę scripturę. Nam post peccatum Adæ, dixit Deus; ne fortè mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & viuat in æteruum; & ita innuitur, quòd nondum acceperat de ligno vitæ, quia si accepisset, non diceretur sic, sed quòd non continuaret vltra cibum de ligno vitæ. Sed aliquis dicet, quòd comederat iam Adā de ligno vitæ, & tamen dictum est illud, vt poneretur custodia ligno vitæ, quia non efficiebatur homo æternæ vitæ comedendo de ligno vitæ, sed frequentando cibum illum: & vt non posset frequentare, ponebatur custodia.

Prima causa.

Dicendum, quòd non potest stare. Primo, quia non consonat modo loquendi sacrę scripturæ: nam innuitur, quòd nunquam comederat, cùm dr̄, ne for-

te mittat manū suam, quasi ante hoc nō extendisset. Secunda causa.
Secundo, & principaliter, quia non est hoc certū, an qui semel comederat de ligno vitæ efficeretur æternæ vitæ, vel per frequentationem; sed dato ꝙ hoc efficeretur per frequētationem, saltem semel comedere multum adderet ad vitam: & tñ Adam, & Eua nō fuerunt longioris vitæ, quā alij in ætate prima, de quibus certum est, ꝙ non comederunt de ligno vitæ: immo quidam fuerunt eis longæuiores, ergo nō comederunt Adam & Eua de ligno vitę. De vita Euæ nihil constat, quia non ponitur in prima, neque in secunda ætate numerus annorum alicuius mulieris. Adam verò vixit annis nongentis & triginta, s. 5. cap. & tamen certum est, ꝙ Iared, Mathusalam, & Noe diuturnius vixerunt, quia Iared vixit annis nongētis sexaginta & duobus: Mathusalam annis nōgentis sexagintanouē, sup. 5. c. Noe verò nongentis, & quinquaginta annis, sup. 9. cap. Isti autem non comederunt de ligno vitæ: ergo neque Adam, quia aliàs aliquid contulisset ad vitam eius, cùm tamen minus vixerit, quàm isti.

Quæst. 298 Cur Adā, & Eua nō comederẽt de ligno vitæ.
Quæretur cū lignum vitę esset in Paradiso, & non esset vetitum Adæ & Euæ māducare de illo, quomodo non manducauerunt, quia vī ꝙ ad cibū illius maximè allici deberent. Dicendū, ꝙ primo fuit, quia fortè non cognoscebant an esset ibi aliquod lignum vitæ, & quod esset illud, & hoc est valde cōueniens: nā tunc non allicerentur ad illud, quod nesciebant. Secundo, quia Adam stetit pauco tempore in Paradiso, quia vt solet asseri, non stetit per vnum diē integrum: si. n. multo tempore stetisset, mirandum erat, qūo non comedisset de ligno vitæ, sed in tam pauco tpe fortè occupatus in admiratione aliarum rerū nō aduertit ad lignum vitæ, & ita non comedit de illo. Tertio, dato ꝙ cognosceret lignum vitæ, fortè non erat illud speciosius visu alijs: & ita licèt vtilius esset ad bonā consistentiā corporis, non mouebat desiderium magis, quàm alia, eo ꝙ cibus mouet à principio inquantū existens gratus oculis significat se esse suauem gustui: & ob hoc de lignis Paradisi non dī solū, ꝙ erant suauia gustui, sed ēt visui pulchra. Et etiā qñ dī de ligno scientiæ boni & mali, ꝙ mulier mota fuit ad comedendum de illo dī: Vidit mulier, ꝙ bonū esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuq; delectabile. Si aūt alia ligna essent pulchriora visu, moueretur prius homo ad comedendum de illis: & ita non comederet adhuc de ligno vitæ.

Quæst. 299 Cōfutatio primæ rationis.
Sed dicetur, ꝙ prima ratio non stat, quia videtur, ꝙ homo cognosceret lignum vitæ in Paradiso, quia dicitur, Produxit Deus de humo oē lignum pulchrum visu ad vescēdum suaue, lignum ēt vitæ in medio Paradisi: lignum ēt scientiæ boni & mali: ponitur. n. ibi nomen suum. Dicendum, ꝙ an homo in Paradiso statim cognouerit lignum vitę non apparet: & tñ certū est, ꝙ illa ratio non concludit. Primo, quia ex illa litera non signatur, nisi ꝙ ista ligna erant in Paradiso, ꝙ autem homo cognosceret illa, vel non, nequaquā inde significatur. Secūdo ponuntur ibi nomina, & fortè tpe, quo erat Adam in Paradiso, non erant ista nomina imposita arboribus illis, sed postea data sunt: & quia qñ Moyses scripsit, erant iam nomina ista, vsus est eis. Tertio, quia dato ꝙ cognosceret nomē ligni, ideſt quod erat lignum, quod vocabatur lignum vitæ, fortè nesciret virtutem eius, & ita non alliceretur ad illud. Sed adhuc obijcietur, ꝙ Adam cognosceret lignum vitæ in Paradiso, & virtutem eius. Primo patet, quia erat ista necessaria ei: nam solum lignum vitæ impediebat senectutē, & alterari corpus à suo statu: alia autem omnia sine eo non sufficiebāt ad hoc: & tamen erat homini necessarium, ꝙ nō senescaret, neque disponeretur per alterationes quotidianas ad corruptionem; ideo ostēderet Deus homini lignum vitę, & virtutem eius potius, quàm naturam alterius ligni, quasi notitia huius esset magis necessaria. Secundo, quia si homo quando peccauit, nō sciebat lignum vitæ, & virtutem eius, frustra clauderetur Paradisus homini pp lignum vitæ, & tñ clausus est, quia dī, Nūc ergo ne fortè mittat manum suam, & sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat in ęternum; sequit qūo eiectus est de Paradiso, & clausus est: si tñ homo nesciret lignum vitæ esse in Paradiso, frustra clauderetur Paradisus, quia homo non concupisceret id qđ ignoraret esse, ideo oportet dici, ꝙ iam sciebat ibi esse lignum vitę.

Quæst. 300 An Adam ante peccatū scierit virtutem ligni vitæ.
Dicendū, ꝙ adhuc semper manet dubium an Adā ante peccatum sciuerit lignum vitæ, & virtutē eius: satis potest dici, ꝙ sciret, & tunc stabimus his rationibus positis, & qñ quæritur qūo non comedit de illo? dici pōt, ꝙ fuit pp illas duas rationes positas q. 2ced. Possumus quoque satis dicere, ꝙ Adam, & Eua non cognouerūt, ꝙ erat lignum vitæ, neq; virtutem eius quādiu manserunt in Paradiso, sed fortè fuit eis declaratum, qñ expulsi sunt. Ad rationem primam harum duarū dicet, ꝙ si Adā, & Eua diu mansuri essent in Paradiso, necesse erat, ꝙ ibi haberēt cognitionem de ligno vitæ, quia aliàs non comedendo de illo senescerent, & disponerentur ad corruptionē, quod erat inconueniens, & tñ paruo tpe manserunt, in quo tēpore nō erat necesse, ꝙ comederēt de ligno vitæ, ga non erat necesse, ꝙ quotidie de illo comederēt, ideo neque fuit necesse, quod tunc reuelatum esset eis de illo, sed si paulo maiori tpe manerent, reuelaret eis Deus de ligno vitæ. Ad secundum dici pōt vno modo, ꝙ non sciebant isti quicquam de ligno vitæ, & tñ nescientes poterant comedere de illo, & quocunque modo comederēt, efficerentˉ longęui: ꝙ verò possent comedere ignorantes, patet, quia si homo post peccatum maneret in Paradiso, comederet de oībus lignis illius, inter quæ erat lignū vitæ, & posito, ꝙ non cognosceret ligna, cū videret omnia pulchra comederet de eis, & ob hoc eiectus est de Paradiso: & ideo qñ dicitur, ne fortè mittat manum suam, & sumat de ligno vitę, sequitur, emisitque eum Dñs de Paradiso voluptatis, vt operaretur terram. Sed obijcietur, ꝙ istud non sufficit: nam eijci hominem de Paradiso ēt si non cognosceret lignum vitæ conueniens erat, vt per errorem non comederet de ligno vitę: & tamen postquā eiectus esset, ad quid poneretur custodia ante Paradisum? & tamen posita est. Eiecitque Adam, & collocauit ante Paradisum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium, atque versatilem ad custodiē dam viam ligni vitæ: ergo sciebat homo in Paradiso esse lignum vitæ, & cognoscebat illud. Dici potest, quòd etiam si homo nesciret esse lignum vitę in Paradiso, debuit poni custodia ante Paradisum propter lignum vitę; & primo propter hominem, quia si nulla custodia posita esset, rediret homo ad Paradisum, quia erat locus voluptuosior, quā terra, ad quam exulabat: & cùm ibi versaretur inter ligna Paradisi, acciderat, quòd comederet de ligno vitæ, & viueret in æternum. Secundo fieret propter dæmonem, quia licèt homo nesciret esse lignum vitæ in Paradiso, diabolus reuelaret ei, sicut reuelat multa alia, quia diabolus nouit omnia eorum, quę actu sunt in natura, & tunc homo concupisceret redire ad Paradisum ad sumendum de ligno vitę: debuit ergo poni custodia. Sed dicendum, ꝙ licèt vtrunq; teneri possit, rationabilius dicitur, quòd homo in Paradiso cognouerit lignum vitę, Deo ostendente ei illud tanquam sibi necessarium, tñ nondum comederat de fructu eius propter duas rationes vltimas positas supra quæstio. 298, & præcipuè, quia Deus distrahebat voluntatem eius ab hoc, & cogitationem ipsius faciens, quòd de alijs, & non de hac cogitaret, quasi nondum esset cibus illi le huiusmodi necessarius adhuc, & quia obstabat intentioni eius, scilicet ne post peccatum eius maneret longæuitas, ideſt viuere in æternum.

Quæst. 300. Quomodo verificatur hoc dictum? quacunq; die comederis ex eo, morte morieris.
Quæretur, quid est, quod dī homini. In quacunq; die comederis ex eo, morte morieris: dicet. n. ꝙ non est verum, quia non mortuus est Adam in die, qua comedit, sed vixit postea nongentis, & triginta annis, supra 5. c. Aliqui dicūt, ꝙ Deus dixit hoc non secundū diffinitionē suā, sed fm cōminationē, secundum illud quod dixit Niniuitis, adhuc quadraginta dies, & Nini uę subuertetur. Ionæ 3. ramen non subuersa fuit, quia erat comminatio. Similiter dixit Deus ad Ezechiam Regem, Dispone domui tuæ, morieris, & non viues. lib. 4. Reg. 20. & Isa. 38. & tamen vixit postea per quindecim annos; ita potuit esse hic, ꝙ Deus istud diceret Adæ per comminationem. Dicēdum, quod non stat. Primo, quia id quod dicitur per comminationem, nō impletur si ille, contra quem dicitur pœnitet de peccato, & conuertitur, sicut dicitur Iere. 18. Repentè loquar aduersum gentem, & aduersus regnum, vt eradicem, & destruam, & disperdā illud: si pœnitentiā egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agā, & ego pœnitentiā super malo, qđ cogitaui, vt facerem ei, & sic fuit circa Ezechiam, quia quando audiuit sententiam Dei comminatam contra se conuersus ad parietem fleuit: & tunc Deus dedit contrariā sententiā. lib. 4. c. 20. sic etiam fuit de Niniuitis, ga illi audita prædicatione Ionæ fecerūt pœnitentiā magnam, & clamauerūt ad Dominum, & remisit pœnā. Ionę 3. & 4. & tñ non fuit sic de Adam, & Eua. Nam non fecerūt pœnitentiam aliquam, sed potius peccatum suum in alios retorserunt, ergo non potest accipi hoc dictum per cōminationem. Secundo, quia qñ aliquid dicitur per comminationē, & postea nō euenit nitfaciente pœnitentiam eo, contra quem prænūcia tum est reuelat Deus post pœnitētiam, ꝙ non sit euē turum illud, vel quare non eueniat, sed non fuit sic in Adam, & Eua, ergo non dictum fuit per cōminationem. Patet de Ezechia, nā Isa. iubēte Deo dixerat ei, Dispone domui tuæ, morieris, & nō viues, & ipse idē ex mandato Dei reddijt ad dicendum Ezechię, quòd Deus addiderat vitæ eius quindecim annos, quia fe-
nunciauerat Deus Niniuitis, ꝙ subuerteretur Ninive post quadraginta dies: & cū illi fecerunt pœnitentiā reuelauit Deus eidē Ionæ, ꝙ non subuerteret eam, & quare nō subuertebat. Hic aūt non fuit sic, quia dictū postea non fuit reuelatum cōtrarium ei, ergo fuit cōpletum, & non fuit cōminatio. Tertio, quia id, quod per comminationem intelligitur, dī, post peccatum perpetratum, vel post malum aliquod, quod est prænam; sic patet Iere. 18. In verbis supra allegatis, s. si pœnitentiā fecerit gens illa à malo suo; agam, & ego pœnitētiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei; & ita iam præcesserat peccatū illius gentis, & sequit prænunciatio pœnæ per Deū, & gens audita prænūciatione conuertit de peccato suo; sic fuit in Niniuitis, nam peccatum eorū præcesserat, & Deus tunc misit Ionā ad prænūciandū subuersionē; secuta tñ deinde pœnitētia eorū Deus non intulit pœnā. Sed in Adā, & Eua nō fuit sic, sed potius econtrario, quia ista prænunciatio facta est qñ nondum peccauerant, & postea peccauerunt, supra 2. & 3. cap. ideo nō potest intelligi hoc modo, quia si hoc per cōminationē dicteret, nō sequerē

Alph. Tost. super Gen.

pœna comminata, & tñ Deus intulit pœnam Adæ, & Euæ, ga peccauerant, & expulit eos de Paradiso: ergo nō itelligit dictū p cōminationē, sed fm diffinitionē.

Quæst. 302 Ratio vera, & sensus verborum illius sniæ Dei.
Dicendum, ꝙ illa verba nō sunt dicta p cōminationem, sed fm certam sententiam, & executionem plenā habuerunt, sed potest dici vno modo, ꝙ ex his verbis non intelligit, ꝙ morereꝝ Adā statim, vt peccaret, sed ꝙ morereꝝ si peccaret, siue peccaret in hac die, siue illa, & istud est, ꝙ illa determinatio tpis in quacū que die, referaꝝ solū ad illud verbū comederis, & ñ ad istud; morte morieris; aut non ad totum simul, ideſt ad vtrunque verbum. Et est sensus, in quacunque die comederis, i. non differt, ꝙ comedas nūc, vel eras, vel post multū tempus, sed quicunque dies sit, in qua comederis, sequitur, ꝙ moriar eris aliquādo, & tunc ponitur ista additio; In quacunque die ad tollendum dubiū, quia posset credere Adā, ꝙ si statim, vel post paucos dies comederet sequeretur aliquādo mors, & tñ si post multos dies comederet, nō sequeret mors, quasi mandatum istud de non comedendo non esset perpetuum quantum ad Adā, sed duraret per paucū tempus, & hoc modo nullū est dubiū, ꝙ licet moreretur Adā mille annis post peccatū erat vera litera. Aliter pōt accipi, ꝙ referatur illa determinatio ad vtrunque verbum simul, s. ꝙ in quacūque die comederis, in ipsa morieris morte, sicut solet cōius exponi: & tunc dicēdum, ꝙ verum est, & accipietur morte morieris, ideſt ad mortem obligaueris, nam ante peccatū non erat Adam morti obligatus, sed erat potens mori, & potens nō mori, & magis propriè vocabatur immortalis, quam mortalis, vt supra declaratum est, cum autem peccauit fuit statim obligatus ad mortem, & nō solum in ipsa die, immo in ipso momento, vel instanti peccati sui fuit obligatus ad mortem, & huic cōcordat editio, vel translatio quam fecit Simachus, qui dicit, In quacunque die comedederis mortalis eris, & hoc planum est, quia prius non erat mortalis, sed magis immortalis, vel potens non mori: mortalis autem dī, nō solum potens mori, sed hñs necessitatē moriēdi. Etiā potest istud bene intelligi, ꝙ in quacūque die Adā peccaret, moreret, ga in ipsa incipiebat mors, licèt nō terminaret. Et iste modus loquendi satis cōuenit rationi, & locutioni sanctorū; de ratione patet, ga quamdiu Adā non peccaret, manebat in eo vnitas status, & non disponebat aliqualiter ad corruptionē, neque deteriorabat corpus suū, neque senescebat, sicut nos patimur, ga quotidie sunt corpora nra impuriora, & ita gradatim puenimus ad senectutē, & complemētū dissolutionis, vbi est terminus mortis, & iō iste processus quotidianę dissolutionis nō ē, nisi qđā mors successiua, cuius ps quotidie hī sicut in dealbatione, & calefactione atq; alijs alterationib. partialiter itroducit forma, in Adā aūt ante peccatū, ēt si p mille annos maneret, nulla dissolutio fieret, & nulla īpuritas, sed maneret eadē puritas, quæ fuerat in formatione, quia resoluto aliquo de corpore eius per continuam actionē naturalis caloris, succederet quod conuertit ex cibo, & esset in eadē puritate, & ita non esset, proxima senectuti post mille annos, quam in prima die vitæ suæ, post peccatum autem cæpit statim dissolui, & succedere impuritas, sicut in nobis, ideo in ipsa die in qua peccauit, mortuus est, quia primā partē illius mortis, successiuè habuit, & ita stat litera conueniēter. Secūdo patet, qcōueniat modo loquēdi sanctorū: ita. n. loquit Gregorius in Homilia temporalis vita æternę vitæ cōparata mors est potius dicenda, quam vita; ipse enim quotidianus defectus corruptionis, quia est aliud quā quędam prolixitas mortis, & ita totam vitā vocat vnā morte successiuam, quia in qualibet parte eius est defectus corruptionis, i. successiua dissolutio,

& ita potuit dici mortuus Adam qñ mori cepit, quia licèt ſm Philoſophos mors, & generatio ſint mutationes in inſtanti, tñ ſm acceptionem vulgarem vocamus mortem alterationem, quæ ad mortẽ diſponit, & quia alteratio habet partes, & ſucceſſionem, dicit̃ mors habere partes, & incipere atq; deſinere: ſic eñ Ioan. 4. de filio Reguli dicitur; Incipiebat enim mori: & ita ſumendo largius, Adam cepit mori, quando incepit in eo alteratio ad mortem, & tñ in ipſa hora, qua peccauit, cepit iſta alteratio, ergo bñ dictũ eſt, q̃ Adã morereꝛ in quacũque die comederet, ſ. qa partẽ mortis incurreret, cũ inciperet mori. Sed dr̃ in litera 70. interpretũ, morte moriemini, quod in plurali ponit intelligendo, q̃ fuit datũ præceptũ ſimul viro, & fœminæ, & tñ litera Hebraica, & noſtra habet, morte morieris, qđ rationabiliꝰ dr̃, cùm nondũ ponaꝝ formata fœmina, ſed poſt verba iſta de formatione eius agat: aliqui añt dicũt, q̃ per anticipationẽ, & recapitulationẽ ſtet litera, quaſi prius fuiſſet formata fœmina, & poſtea de formatione eius agaꝝ: ſed dicendum, q̃ iſtud parũ valet, quia dato q̃ prius fuiſſet formata fœmina, ſcriptura nõ loquit̃ de illa, quaſi de prius formata, ſed poſtea formationem eius adiungit: ideo inartificioſè loqueretur ſi nondum ſuppoſita formatione agatur de illa, quaſi iam exiſtente, & ponat directum eſſe verbũ aliquod ad illam. vnde ſm ordinem ſacræ ſcripturæ, neceſſe eſt cõcipi in ſingulari verba ſolum ad Adam, qui præſupponitur formatus. Dicitur autẽ morte morieris, ac ſi dicatur ſolũ morieris, quia non importatur aliquid alterum, & ſatis erat dici quacũq; die comederis morieris; ſed dictum eſt ſic ex modo loquendi Hebraico, talis eſt enim conſuetudo idiomatis: ſic enim dicitur, Expectans expectaui Dñm, quod ſolùm ſignificat expectaui Dominum: & illud; Confuſione confunderis, & illud; Si reſpiciens videris: omnia enim idem ſunt; ſed modus loquendi Hebraicus ſermonem interdum duplicat.

Cur in litera ſeptuaginta interpretum dicitur, Morte moriemini, ſi plurali.

Queſt. 303 An hõ comedendo de ligno incurrerit aliqua alia mala p̃ter mortem. Reſpõſio.

Quæretur, cũ dicatur, quacũq; die comederis, morte morieris, an homo comedẽdo de ligno illo incurrit in aliqua alia mala p̃ter mortẽ. Dicẽdum, q̃ homo incurrit in multa alia mala, ſ. eiectus fuit de Paradiſo. Etiam impoſiti ſunt homini labores per totam vitã, cum dr̃; In ſudore vultus tui veſceris pane tuo, donec reuertaris in terrã, de qua ſumptus es. Mulieri quoq; prænunciata ſunt mala ſua, ſ. multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios tuos. Item generaliter intelligendũ eſt, q̃ omnia mala pœnalia, quę homini venerũt, acciderũt ex peccato illo, quod ſatis colligit̃, ſ. 3. c. tam in malis mulieris, q̃ viri: & iſta ſunt mala p̃ter mortẽ: ideo p̃ peccatũ illud nõ ſola mors ſecuta eſt, ſed etiam multa alia mala.

Queſt. 304 Cur Deus ñ fecit mẽtionẽ, niſi de morte, cũ tñ multa mala illata fuerit p̃ter mortem. Cap. 6.

Sed quæretur, cùm multa alia mala p̃ter mortẽ ſequtura erant ex peccato illo, quare Deus ſolùm prænunciauerit mortem? nam plus timeretur mãdatum quanto pœna grauior eſſet: eſt tñ pœna grauior, quãto plures pœnæ congregant̃ in vnam. Dicendum, q̃ fuit primo hoc, quia mors eſt pœna grauiſſima omnium, ideo ſatis fuit exprimi eã non expreſſis alijs: ipſa. n. vocatur vltimum terribilium, libr. 3. Ethicorum. Secundo fuit, quia ſcriptura eſt breuiloqua, & attendit breuitati; ideo vt nõ oporteret immorari p̃ ſingula, dixit hoc Deus br̃. Tertio, & principaliter fuit, quia aliæ pœnæ non addunt ad mortem, ſed ſunt aliquid eius, & ideo nominando mortẽ poterant alię includi in ea, & cauſa eſt, quia oẽs alię pœnę habẽt duas habitudines ad mortem; vna eſt, quia oẽs præcedunt eã, & ipſa eſt vltima; alia eſt, quia oẽs diſponunt ad illã: nulla. n. pœna eſt, quæ non diſponat aliquo modo ad mortem, & nõ inducat eã continuata per aliquod tẽpus ſola, vel cũ alijs, & ideo cùm dictũ eſt Adæ, morte morieris, nõ ſignificatum eſt, q̃ hoc ſolũ fieret homini, ſed ẽt omnia alia tacitè intelligunt̃, quæ ad mortẽ inducunt, & mortẽ præcedunt. Cùm aũt obijcieba tur, q̃ potius debuerunt poni oẽs pœnę, quia magis timeret mandatum, Dicendum, q̃ non debuerunt poni omnes; primo, qa non erat poſſibile; nam pœnæ non ſunt ſub certo numero, ſed quotcunq; datis plures eſſe poſſunt: ſic dixit Virg. lib. 6. Aeneid.

Non mihi ſi linguæ centum ſint, oraq́ue centum,
Ferrea vox, omnes ſcelerum comprehendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina poſſim.

Quod non ſolùm de pœnis falſi inferni, ſed de pœnis præſentis vitæ intelligit̃. Secundo, quia dato q̃ Deus vellet exprimere oẽs pœnarum modos, nõ poſſet intelligere homo quoſdã illorum, quia quædam pœnæ ſunt, quas nõ poſſumus cognoſcere, niſi per experiẽtiã, ſicut eſt de generibus ægritudinum, cium vſq; hodie adhuc medici ad plenum eas non cognouerint. Tertio, quia ſatis erat nunc pœnã illam proponere, q̃ hoiem mouere poſſet ad nõ peccandũ, & ſi peccaret declararet ei magis poſtea in ſpeciali pœna ſua, & ita factum eſt, quia poſtq̃ peccauit, poſitæ fuerunt pœnæ viri, & mulieris determinatè, ſ. 3. c. Et tñ neq; tũc expreſſæ fuerunt oẽs pœnalitates humanæ, quia neq; fieri poterat, ſed ſolũ quædã generales, in quibus includi viderentur aliæ. Quarto, quia p̃ peccatum illud nõ ſolũ incurrebat homo debitum pœnarum ſpalium, ſed ẽt debitũ pœnarũ gehẽnalium, quæ ſunt maiores, & tñ non fuerũt expreſſæ. Quinto, quia pœna à Deo poſita vr̃ eſſe maior, q̃ oẽs aliæ pœnæ, ẽt ſi exprimerẽtur ſm modũ concipiendi verba: nã dr̃, quacunq; die comederis, morte morieris. Fuit. n. mors p̃nunciata, q̃ eſt maxima, & includit alias pœnas, & eſt valde nota, qa licèt nullus adhuc mortuus eſſet, facilè erat intelligi, quid eſſet mors, quod non eſt ſic de oĩbus alijs pœnis. Etiã ſignificabaꝝ, q̃ eadẽ die morereꝛ, nihil autẽ terribilius alicui eſt, q̃ dici, ſtatim morieris: nã ſi dicatur, morieris aliq̃n, adhuc põt eſſe conſolatio quãdiu eſt vita, ſicut eſt de nobis: cùm tñ dr̃, hodie morieris, nulla relinquit conſolatio. Et licèt nõ eſſet Adam vitam finiturus eo die, quo peccaret, tñ ex modo locutionis hoc videbatur ſignificari: & ita timeret illud Adam, quaſi ſic futurum, licèt ſenſus dicti eſſet, q̃ incurreret neceſſitatem moriendi, vel inciperet mori; ſicut expoſitum eſt ſupra quæſtio. 302. & ita non fuit conueniens poni aliam pœnam.

Sed dicet, cùm ſit maior pœna inferni, q̃ mors temporalis, aut quęcũq; alia pœna, quare nõ fuit expreſſa? nam ſi ideo expreſſum fuit de morte corporali, quia erat maior alijs pœnis corporalibus, deberet exprimi de pœna ęterna, quæ eſt maior omnibus alijs. Aliquis dicet, q̃ fortè non incurrebat Adam in pœnam aliã, niſi in corporalem, & ideo illa ſola expreſſa eſt. Sed dicẽdum, q̃ eſt abſurdũ, quia per quodlibet peccatum mortale incurrit peccans debitum mortis ęternæ, & tñ peccatum Adę, & Euæ fuit mortale, ergo incurrerunt obligationem mortis æternæ. Secundo, quia per peccatum Adæ oẽs naſcentes ab eis per deriuationẽ ſeminalem incurrunt obligationem mortis æternæ, quia contrahunt peccatum originale nihil operãtes, vt oſtenditur ad Rom. 5. cap. A fortiori ergo Adam, & Eua incurrerunt obligationem illius mortis. Dicẽdum, q̃ non eſt dubium quin Adam & Eua per peccatum iſtud incurrerunt debitum mortis æternæ, & verè illam ſuſtinerent in inferno, niſi de peccato ſuo doluiſſent, & per Chriſtum eſſent redempti, & tamẽ euaſerunt eam, ſicut nos euadimus, poſtquam peccamus per contritionem, & miſericordiam Saluatoris. Aliqui ergo dicunt aliter, quòd Deus iſtam pœnam impoſuit, & ob hoc dñt, q̃ ponitur bis mors, ſcilicet

morte

morte morieris, i. morte corporali, & morte æterna. Sed dicendum, q̃ non ſtat, qa ibi non ſignificatur, niſi vna mors, quæ eſt corporalis: & tñ ponit̃, morte morieris ex conſuetudine Hebraici idiomatis, ſicut diximus ſup. q. 302. Eſt ergo dicendũ, q̃ licèt hanc pœnã incurreret Adã peccando, non expreſſit eã Deus. Primo, quia nõ intelligeret: non. n. vnquam auditũ erat de hoc, neq; aliq̃ aliam pœnam homo ſenſerat, per q̃ poſſet de iſta cogitare. Secundo, quia licèt illa ſit maior, q̃ mors temporalis, non tñ mouet, quantum cor poralis, eo q̃ tpalis imaginatione, & ſenſu percipitur: ęterna aũt non niſi fide, & rõne. Tertio, & principaliter, quia Deus poſuit illã pœnam, q̃ neceſſe erat hominem incurrere, ſi peccaret, & non illã, quam poterat euadere, & de facto euaderet. Sic. n. de nobis eſt, quia pœna mortis corporalis pro peccato eſt, & licèt nos de peccato doleamus, nõ poſſumus euitare pœnã iſtam corporalem, ſed euitamus mortẽ ęternam, ſiue pœnam inferni, licèt ſit nobis debita, per contritionẽ, & ita de Adã fuit. Nam poſt peccatũ mortuus eſt corporaliter, & nõ profuit ei pœnitentia, q̃ egit expulſus de Paradiſo ad euitãdum iſtam mortem, ſed euitauit pœnam inferni, quoniam nunc cum ſanctis eſt: ideo non debuit nominare illã pœnam, ſed eam, quam determinatè incurſurus erat: & iſta eſt ratio vera huius.

Quæſt. 306 Cum dr̃ à Deo, facia mus adiutorium ſimile ſibi, quid intelligit̃ cùm dr̃, Dixit quoque Dñs Deus, Nõ eſt bonum hoiem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi: & eſt dubiũ, quis loquit̃ ibi, & ad quẽ dicit. Dicẽdum, q̃ hic nõ fuit aliqua locutio vocalis, vel organica, quia oporteret, q̃ eſſet aliquis, ad quem fieret, & qui natus eſſet accipere cognitionem per locutionẽ: non eſt aũt aliquis huiuſmodi, niſi homo; nã inter perſonas diuinas non eſt locutio aliqua, & à fortiori nõ eſt locutio vocalis: iter Angelos quoque nõ eſt locutio vocalis, quia illi nõ ſunt nati ſic accipere, quia non habent ſenſum auditus, neq; organa aliqua, cùm ſint incorporei, ſed locutio vocalis ad ſolum hoiem fieri debet, quia ipſe ſolus eſt, qui per eã capit alienos cõceptus, tanq̃ p̃ naturalem mediũ deriuandi eos: & tñ non fuit hic facta locutio ad hoiem; ergo nulla locutio facta eſt. Iſtud patet, quia qñ Deus voluit formare Euã, ſolus Adã erat: ita. n. Deus dixit, non eſt bonum hoiem eſſe ſolum: & tñ nõ fuit facta locutio ad ipſum, cũ fiat ſermo de ipſo in tertia perſona, ſ. nõ eſt bonum hoiem eſſe ſolum, ergo non fuit hic facta locutio. Dicendũ, q̃ verum eſt nõ fuiſſe hic aliquam locutionem vocalem, ſed per iſtud dicere ſignificatur aliquid mentale, cui applicantur iſta, quæ ſignificantur his verbis, vt ſtatim declarabitur.

Quæſt. 307 Cur fuit iſtud dicere, & ad quẽ dirigebaꝝ verbũ, quia oportuit aliquid ſubeſſe his verbis, ne ponamus fruſtra locutio aliqua, ſed ponit̃ iſtud ad ſignificandũ cõſilium Dei de eis, q̃ pertinebãt ad hoiem: licèt. n. Deus non conſilietur, quia nõ eſt ibi dubitatio, neq; inquiſitio, neq; tñ, quia hoies circa res magnas cõſiliãtur, & nõ capiunt q̃o aliquis intelligens poſſit aliqd arduũ recte facere ſine conſilio, introducit ſcriptura Deũ circa res magnas velut cõſiliantẽ; & potiſſimè circa ea, vbi aliquib. malum illaturus eſt, aut pœnã. Sic autẽ eſt de formatione hoĩs, & de eius deſtructione; ideo in vtraq; inducit ſcriptura Deũ cõſiliantem, vel cũ deliberatione agẽtẽ, & qa voluit ſcriptura oñdere dignitatem hoĩs ſuper cętera creata, in creatione cęterorũ non ponit̃ modus conſiliandi, ſed ſolũ iubendi, ſicut dr̃ ſup. 1. c. Dixit Deus, fiat lux, & facta eſt lux, & illud

Alph. Toſt. ſuper Gen.

dixit Deus, p̃ducant aquę reptile aĩæ viuentis, & illud producat terra aĩam viuentem iumẽta, & beſtias, &c. qñ aũt de hoie dr̃, introducit̃ Deus, vt conſilians. Nã dr̃, faciamus hoĩem ad imaginem, & ſimilitudinẽ noſtrã, vt ſignificet̃, q̃ aliqd valde maius erat homo omnibus reb. alijs, cũ ad eius formationẽ requireret̃ diuinum cõſilium, & non ad formationẽ cęterarum rerum. Et quia poſt illud formatus fuerat vir, & nõ fœmina, deinde fœmina p̃ ſe de latere viri formata eſt, ad formationẽ quoq; illius oñdit diuinum cõſilium, & deliberatio p̃cedens, cũ dr̃, Dixit quoq; Deus; non eſt bonũ hoĩem eſſe ſolum; faciamus ei adiutorium. Etiã qñ poſt peccatum debuit homo expelli de Paradiſo introducit̃ Deus de hoc, quaſi deliberans, & cauſam reddẽs, ſup. 3. c. Ecce Adã factus eſt, ſicut vnus ex nobis, ſciẽs bonũ, & malum, nunc ergo, ne fortè mittat manum ſuã, & ſumat de ligno vitę, & comedat, & viuat in æternum, & ſequit̃ ibi, q̃ eiecit eum. Sic etiã magnũ aliquid erat deſtructio hoĩs: ideo in illa oñdit ſe, p̃cedere cum cõſilio: nam qñ voluit Deus deſtruere quatuor ciuitates Sodomorum, dr̃ infr. 18. c. Dixit itaq; Dñs: clamor Sodomorum, & Gomorræorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatũ eſt nimis: deſcendam, & videbo, vtrũ clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint an non eſt ita, vt ſciã. Etiam magnum erat quando Deus voluit confundere linguam omnium hominum, quę erat vna, & diſperdere eam in multas: erat. n. pœna magna, qa prius delectabiliter cõuerſabantur: poſtea verò ceſſauerũt cõuerſari cũ nõ ſe intelligebant, & oportuit eos diuidi per terras. Erat ẽt magnum, quia pertinebat ad totum humanum genus, ideo introducitur Deus quaſi cum deliberatione agens ſup. 11. cap. ſ. Deſcendit aũt Dominus, vt videret turrim, & ciuitatẽ, quam ędificabant filij Adã, & dixit; Ecce vnus eſt populus, & vnũ eſt labiũ oĩb. cęperũtq; facere, neq; deſiſtent à cogitationib. ſuis, donec eas opere compleuerint. Venite ergo deſcẽdamus, & cõfundamus ibi linguã eorum, vt non audiat vnuſquiſque vocem proximi ſui. In præſenti igit̃, quia res magna erat, cùm pertineret ad hominẽ, introducitur Deus velut cõſiliãs, licèt nullum ſit ibi conſilium, neque locutio mentalis, aut vocalis.

Quæſt. 308 Cui dirigebaꝝ ſermo Dei, cum dixit, Faciamus cũ ad hominẽ non dirigatur, nec ſit locutio vocalis.

Quæreꝝ, dato q̃ non fuerit hic locutio aliqua vocalis, neq; conſiliũ, quia tñ dr̃, q̃ dixit Deus; cui vel quibus intelligit̃ dictũ eſſe iſtud, i. cui diceret̃ ſi eſſet hoc verè dicere vocaliter, vel mentaliter? Dicendũ, q̃ nõ põt intelligi, q̃ dirigatur ſermo, niſi vnius perſonę diuinæ ad alteram, vel Dei ad Angelos: nam ad hominem non facta fuit locutio, vt dictum eſt. Et iuxta hoc ſumẽda eſt regula, q̃ ſi id, quod dicit̃, poteſt cõpetere Angelis, intelligitur ſermo dictus, vel locutio mentalis ad Angelos, quia ibi vera eſt locutio, tã Dei ad Angelos, quã Angelorũ inter ſe, licèt nõ ſit vocalis: diuinarum aũt perſonarũ inter ſe non eſt locutio aliqua vocalis, neque mentalis, quia eſt eadẽ intellectio perſonarum, & vna non põt aliquid reuelare, vel indicare alteri, q̃ altera ignoret: & tamẽ hoc requirit̃ ad locutionem; ſi aũt id quod dr̃, non poſſit cõpetere Angelis, ſed ſoli Deo, intelligit̃ quaſi ibi ſit ſermo vnius p̃ſonę diuinę ad alterã, licèt in veritate nullus ſermo, aut dicere ſpeciale ibi ſit. Et ſm hoc poſſumus applicare loca iſta, in qb. locutio Dei introducit̃: & dicẽdũ, q̃ id, qđ ponitur ſ. 1. c. eſt nomine diuinarũ p̃ſonarũ inter ſe, & non eſt quaſi locutio facta ad Angelos, qa dr̃, faciamus hoĩem, & tñ Angelus nõ cõicat Deo in actione: ſcđo, qa dr̃, imaginẽ, & ſimilitudinẽ noſtrã, nõ tñ eſt eadẽ imago Dei, & Angeli, ſed potius Angelus eſt imago Dei, vel ad imaginẽ eius, ſicut homo. Id verò, qđ dicitur: Ecce Adã factus eſt quaſi vnus ex nobis, aliqui dicunt, q̃ poſſit intelligi de Deo, & Angelis,

gelis, quia quicquid illorū haberet Adam, ascendebat F
vltra cōditionē naturæ suę, & tū, vt postea dicet, cū tā
get illud verbū, magis pertinet ad diuinas personas.
Quod aūt hī supra 11. c. Venite, & descēdamus, et ali
qui referunt dictū Angelis, quia illa actio poterat cō
uenire Angelis, scilicet euertere turrim, & tamen di
cendum, q magis cōuenit, q intelligitur directus ser
mo ad diuinas psonas, si aliquis sermo ibi esset, & cau
sa est, quia nō conuenit operatio, q̄ ibi hī, Angelis p
se, aut cū Deo, cū sit operatio miraculosa, quia illa fuit
diuisio linguarū, & non euersio turris: diuisio autē lin
guarū habuerat multa miracula, vnum, q vnusquisq;
subitò oblitus est idiomatis sui, in quo conuersatus
fuerat etiam vsque ad senectutem suam, ita vt neque
vnum verbum intelligeret. Secundum, q subito ha- G
beret cognitionem plenam noui idiomatis, in quo
nunquā locutus fuerat: tertium vt essent multa idio-
mata, cùm prius esset vnum tantū: Angeli tū nō pos-
sunt cōuenire in operatione miraculorū, cùm Deus
solus faciat miracula. Psal. 135. Qui facit mirabilia ma
gna solus. In euersione aūt turris, aut ciuitatis poterāt
communicare Angeli; & tamen istud non fuit. Pri-
mo, qa turris Babylonis pseuerauit, & ciuitas, & com
pleta facta postea ciuitas, fuitque florētissima sup om
nes ciuitates ī secūda ætate, & postea quousq; p bella
uersa est: secūdo, qa dato q turris, vel ciuitas euerte-
ret, non dī hoc supra 11. sed solū de diuisione linguā
rū, s. Venite descēdamus, & confundamus ibi linguā
eorū, vt nō audiat vnusquisque vocem ,pximi sui; ad
istud opus tū non poterāt cōmunicare Angeli Deo, H
neque ipsi p se illud facere poterant, ergo nō fuit ibi
sermo directus ad Angelos, sed est diuinarū psonarū
inter se, qa earū est vnica operatio ad extra, sicut est ea
dē substātia. De eo aūt qđ dī hic, dixit aūt De' &c. Di
cēdū, q est sermo directus ab vna psona diuina ad al-
terā. i. dictus noīe psonarū, eo q id qđ hic hī, non pōt
cōuenire Angelis: nā dī, non est bonum hominē esse
solū, faciamus ei adiutoriū. Illud adiutorium fuit fœ-
mina, & tū in factione fęminę nō cōcauerūt Ange-
li. Primo, qa nunq̄ ad animā, eo q illa creatur, & solus
Deus creat, & non cōicat creatio Angelis: secundo,
qa neq; quātū ad corpus, eo q corpus mulieris sūptū
est de corpore viri, & tā in sumptione, quā in forma-
tione fuit miraculū, vt infra tangetur, & in miraculo
nō cōmunicant Angeli. & ideo dicēdū q licèt hic nō
fuit consiliū aliquod, introducuntur ista verba quasi I
Dei cōsiliātis, & deliberātis de formatione mulieris.

Quæst. 309. Cur multoties Deus hoc modo loquendi quasi cōsilians usus fuerit.

Quæretur, cùm iam in formatione hominis ad si-
gnandā eius dignitatē introductus fuit Deus, vt cōsi-
lians: cùm dī, Faciamus hominem &c. quare iterum
introducitur consiliās, quia sufficiebat illud circa ho-
minis dignitatem notificandum. Dicendum, q fuit
conueniens iterū hic poni modū consilij. Primo, qa
actum fuerat de formatione viri, & positū fuerat ibi
consilium Dei cùm dī, faciamus hominem ad imagi
nē, & similitudinem nostrā; nunc verò de formatio-
ne mulieris additur: & si nō poneretur aliquid de cō-
silio Dei, videretur mulier nullius dignitatis esse po-
tius, quàm alia animalia, ideo vt ostēdatur maioris di- K
gnitatis esse, ponit aliquid de consilio Dei, & opera-
tione diuinarum personarum, s. dixit Deus, faciamus
ei adiutorium simile sibi, & ista est causa præcipua.
Secundo fuit, quia in formatione mulieris apparue-
runt aliqua miraculosa, & specialia, qualia non appa-
ruerunt in formatione aliarum rerū, sicut fuit, q for-
marē de latere viri ablata costa de eo sine eius læsio-
ne, & in sopore: & q de parua re formaretur magnū
corpus; pp hoc igitur magnum conueniens fuit fieri
mentionē de consilio Dei, & operatione personarū.
Tertio, quia oīa, quæ ad hominem pertinēt, sunt ma-
gna, & ideo in omnibus debet fieri mentio de consi-
lio Dei, qñ Deus illa agit, sicut patet supra, qñ Deus
exclusit Adā, & Euam de Paradiso, introducit ibi lo-
quens, & causas reddens expulsionis quasi ex delibe-
ratione agens. Ecce Adam factus est quasi vnus ex no
bis, &c. Ita ergo ex nunc debuit fieri mentio de con-
silio Dei, vt introducatur loquens cùm de formatio-
ne fœminę agitur, sed primum est verius. Sed contra
primā rationem aliquis dicet, q non teneat, quia iam
dictum fuerat de formatione masculi, & fœminæ, &
positum fuerat ibi Dei consilium, faciamus hominē
ad imaginē, &c. ideo non deberet rursus in fœmina
hoc replicari; nā dī ibi, Creauit igitur Deus hominē
ad imaginem, & similitudinē suam, masculum, & fœ
minam fecit eos. Dici pōt ad hoc dupliciter, vno mo
do, q illud de solo masculo videat intelligi, licèt sub-
iungatur masculū, & fœminam fecit eos, quia prius
dixerat, faciamus hominem ad imaginem, &c. & ibi
homo in singulari de solo masculo intelligitur, sicut
magis infra declarabitur. Secundo modo pōt dici, q
licèt accipiatur ibi homo pro masculo & fœmina, po
stea scriptura recapitulando dixit de formatione fo-
lius viri, in quo ponuntur aliqua pertinētia ad digni-
tatem illius, ideo cùm postea seorsum agatur de for-
matione fœminæ, sicut fuit, tanguntur aliqua, quæ
pertineant ad excellentiam, & dicitur, q dixit Deus,
faciamus ei adiutorium, &c.

Quæst. 310. Cur dixit, faciamus ei adiutorium, & non dixit, faciamus fœminam?

Quæretur quare dī, q dixit Deus, non est bonum
hoīem esse solum. Dicendum, q s̄m veritatem nihil
hic Deus dixit, nā nō dixit aliquid homini, cū potius
de hoīe fiat sermo in tertia persona, neque ēt fiat ser-
mo Angelis, quia Angeli non poterant cōicare Deo
in formatione mulieris, neq; ēt est locutio psonæ ad
personā diuinam, quia earum nō est locutio vocalis,
neq; mentalis, sed istud ponitur ad oñdendum, quasi
esset consilium Dei de formādo mulierem, vt signifi-
ceret aliquid esse melius alijs animalibus, in quorū pro-
ductione non retro dicit fuisse diuinum consilium.
Secundo introducuntur ista verba ad dandū causam
formationis mulieris: tota.n. Dei operatio est ordi-
natissima; vnde cōsistit cum multa ratione, & q aliqs
diceret, q cū formatus esset vir, in quo erat tota spe-
cies, non erat opportunum aliquod indiuiduum for-
mari, nisi forte simile ei, i. virum. Rūdetur, q fœmina
debuit formari, quia si nō formaretur, esset homo so
lus: erat tū malum, vel non bonū esse hoīem solum,
ideo debuit formari. Sed dicet, q nō ponitur istud cō
uenienter ad oñdendum causam formationis fœmi-
næ, quia dī, nō est bonum hoīem esse solum: & tamē
,pducto alio viro, vel viris non erat homo solus, & ita
nō inferebat specialiter causa formationis fœminę.

Quæst. 311. Cur non est bonum hoīem esse solum, cur Deus illum solū fecit.

Dicendū, q cōuenienter ponunt ista verba, vt cau
sa formationis fęminę, & cùm dī, q nō magis ex hoc
infert de viro, q̄ de fœmina: dicendū, q cùm dī, Non
est bonū hoīem esse solum: illa solitudo nō solùm di
cit priuationē, aut negationem cōsortij, sed priuatio-
nem consortij similis adiutorij, cōtra similitudinem
aūt, q̄ erat in priuatione cōsortij simpliciter prouide-
bat per formationem alterius viri, vel virorū, sed nō
cōtra priuationem cōsortij similis adiutorij: ideo ista
verba inducebāt formationē fœminæ, & nō viri. Sed
cùm dī, nō est bonum hoīem esse solū, accipit hō, p
viro, licèt homo signet speciē, hic signat sexum, i. in-
diuiduum viri, qa solus vir tunc erat, & dī, non est bo
num esse solum, i. malum est, & potest primo accipi
quantum ad solitudinem, quæ est priuatio consortij
eiusdem speciei; est enim delectabile, & hac delecta-
tione priuatur, qui solus est. Vnde Aristot. posuit to-
tam delectationem amicorum in conuiuere, & iste
est actus eorum, libro 8. & 9. Ethico. & conuiuere est
mente,

Quæst. 312. Cur dicit, faciamus ei adiutorium, & non dixit, faciamus fœminam?

Quæst. 313. Cur dicit, bonum? & propter quam fœminam.

mente, & verbo participare. Ideo solitarium manere A
pœna est homini, quia homo est animal politicum,
idest natū viuere in policia, & quia pœna malū quod-
dā est, potest intelligi, q nō est bonū hominē esse so-
lū. i. Adā manere sine consortio. Alio modo intelligi
tur, non est bonū esse solū. s. sine cōsortio fęminę: qa
etiam si multi viri fuerint, non poterit fieri propaga-
tio, & multiplicatio speciei, & tunc potest accipi pro-
priè bonum, quia bonum dicit rationē integritatis.
Ens enim bonum est idest integrum ea integritate, q̄
competit ei secundum naturam specici aut generis:
& quia ita est quod vir solus nō habebat integritatē,
vel perfectionem sine fęmina, dictum est: non est bo-
nū esse hominem solum: est enim res perfecta, qñ po
test sibi similē generare: sed vir sine fęmina non pōt B
generare, i. non est perfecto modo species in solo vi-
ro, ideo non est bonū. i. nō est perfectio, vel integritas
hominem esse solum, sed quando fuerint vir & fœ-
mina simul, erit bonum, quia erit facultas generandi.

Sed dicetur si non erat bonum esse hominem so-
lum, quomodo erat homo solus: nā videtur istud ma
lum vel non bonū retorqueri in Deū: nam homo nō
fecerat seipsum, sed Deus fecerat illū, & solum: ideo
videtur q ipse fecerat, quod non erat bonum. Aliqui
dīt q Deus fecerat id, quod non erat bonū, & tū quia
illud non bonū fuit completū per illū, & nō per aliū,
non est inconueniens: sicut dicunt, q Deus facit ho-
minem prius esse infantem, quam virū, & infans est
incompletus, & tamen ipse postea complet illum fa C
ciendo virū, & non est inconueniens, q sic faciat. Sed
dicendum q nō est simile, quia si Deus faciat primo
rem incompletam, & postea illam compleat, nō fecit
à principio malū, vel non bonum: sed fecit incomple
tum, & postea completū. Ipsum verò incompletū nō
est malū, sed bonū non consumatū. Cū autē dī de ali
quo, quòd prius fecit aliquid malū, vel non bonū, &
postea fecit bonū, est dicere q se emendauit, & istud
non conuenit nisi ei, qui errauit, vel defecit in operā-
do. Dicendum ergo aliter, q Deus non fecit malum,
vel non bonum, sed omne quod fecit est bonum, &
ipse fecit hominem solum: sed aliquando fuit bonū
esse hominem solum, & aliquando erat malum esse
solum: qñ erat bonū esse solum, fecit eū solū esse: qñ
autē erat malū esse solū, fecit quod nō esset solus; fuit
aūt bonum esse aliqñ hominē solum. s. vt non produ- D
cerent simul duo īdiuidua masculus & fęmina, sicut
in alijs speciebus multa indiuidua simul ,pducta sunt:
& tamen necesse erat aliquando esse solū virū ad hoc
q non producerentur simul vir & fœmina, sed fęmi
na ,pduceret ex viro: q tū diu maneret sic vir, erat ma
lum: ideo fecit Deus, q nō sic maneret diu: & sic nul
lum malum fuit in opere Dei, neque in ordine. Et qñ
dicitur, non est bonum hominem esse solum, accipit
esse, i. manere, s. malū est, q solus maneat, & intelligit
non de esse præterito, sed de futuro: & ideo prouidit
statim Deus, q non esset solus: in tempore tū præte-
rito, qđ valde paucum fuerat, non fuerat malum esse
hoīem solum, & ideo fecerat Deus, tūc solū manere.

Quæst. 314. Cur dixit, faciam' ei adiutoriū potius, q̄ fęminam, vel mulierem.

Quæretur quare dicitur faciamus ei adiutorium: E
cùm enim scriptura intēderet dicere de formatione
fœminæ, quare non dixit, faciamus fœminam. Dicē-
dum primo, q hic dicitur faciamus, vbi introductio
Dei loquētis, & necesse est, q accipiat, vt vna persona
loquens ad alias diuinas personas, quia dicitur hic, fa-
ciamus, & tamē Angeli non cōicant cum Deo in fa-
ciendo, sed personæ diuinæ sunt, quarum inter se est
vna, & eadem operatio: inter ipsas autem non est lo-
cutio, sed ponitur istud ad ostendendum grauitatem
rei, s. q formatio fœminæ intantum sit res magna, q
diuinæ personæ de illo consilientur, quod non intro-

ducitur in formatione aliarum rerum. Secūdo fit ad
ostendendum, q tres personę diuinæ cōueniāt in for
matione fœminæ: in alijs autem dicīt absolutè, quòd
Deus illa produxit, quasi significet, q leuè opus illud
erat: hominem autem produci, aut fœminā formari,
tam magna res erat, vt non fieret, nisi concurrentibus
tribus personis diuinis; & simile fuit in formatione
hominis absolutè posita, quæ ad virum refertur, s. fa-
ciamus hominem ad imaginem, &c. cùm dī, faciamus,
significatur operatio omnium trium personarū, & ita in alijs, vbi importatur dignitas hominis po-
nitur Deus sub pluralitate personarum, vt Ecce Adā
factus est sicut vnus ex nobis. Et tū secundum verita-
tem nulla differentia est in his, neque in primo, neq;
in secundo: De primo patet, quia Deus non consiliatur, quia Deus nō inquirit, neque dubitat, sed omnia
plene, & simul, & semper cognoscit: & si Deus con-
siliaretur pro aliqua re, ita cōsiliaretur pro formatio-
ne cœlorum, sicut pro formatione hominis, sed quia
non fuit alius modus conuenientior ad exprimendū
dignitatem humanā, introduxit scriptura Deū, quasi
consiliantem in hominis formatione, licèt non asse-
rat hoc, quia neque s̄m veritatem fuit ibi consilium.
De secundo adhuc planius est, s. qñ in omnibus rebus
producendis operant tres personę diuinæ simul, quia
neque aliter fieri pōt, cùm trium, sicut est vna substā-
tia, & virtus operandi indiuisa, ita sit vna, & eadē ope-
ratio: vnde ita tres personæ conueniunt, vt in produ-
ctione vnius lapidis, sicut in productione hominis,
sed ad dignitatem exprimēdam introducit scriptura,
q homo fiat ab oībus personis diuinis cōcurrētibus:
de alijs autem rebus non exprimit, q cōcurrūt, quasi
non sit ibi tanta necessitas concurrendi, sicut in hoīe.

Nunc quęritur de alio, quare dī: Faciamus ei adiu-
torium, & non dixit, faciamus fœminā, vel mulierē.
Dicendum, q s̄m aliquos fuit istud, quia Deus nō im
posuit nomē mulieri, sed Adam: nam dixit hæc voca
bitur virago, qa de viro sumpta est. ideo nō introdu-
cit scriptura, q Deus dixerit, faciamus fœminam, vel
mulierem, quia tunc repugnaret sibi ipsi; ideo vsa est
alio nomine, & ita dicit, q Deus dixit, faciamus ei ad-
iutorium. Sed dicēdum, q hoc non stat, quia istud ali-
qd facit ad hoc, q nō vocaret mulier, vel virago, sed
nō facit ad hoc, q vocetur adiutoriū, qa poterat alijs
noīb' appellari. Dicēdū ita Deū eē locutū, vt oñderet,
qđ vir nō est datus mulieri in sociū, sed mulier viro.

Fœminam nō esse data homini, vt seruā ,p baē quinque rationibus.

Secundo, quia dicitur, faciamus ei adiutorium. Est
autem adiutorium minus eo, cuius adiutorium est: si
enim diceretur, faciamus ei sociam, non significaret
tanta inæqualitas, sed dicendo adiutorium, significa-
tur magna inæqualitas, cùm quælibet res inanimata,
& instrumentum ad operandū sit adiutorium. Tertio
dictum est ad significandum id, ad quod fœmina pro
priè est: non est. n. fœmina, nisi ad generandū: mascu-
lus. n. perfectior est fœmina, & cōtinet totam excellē
tiā speciei: ideo soli masculi producerent, si in eis so-
lis posset seruari species: sed non pōt, quia masculi so-
li nō propagant indiuidua: & cū sit indiuiduū quodli-
bet corruptibile, si nō multiplicat se ipsum, peribit to
ta species cum ipso indiuiduo. Ad hoc ergo, q multi-
plicetur, & nō pereat, necessarium fuit indiuiduum,
qđ commixtum masculo possent propagare, & istud
indiuiduū vocat fœmina, & ista necesse est, q sit mi-
nus perfecta s̄m naturam masculo: si. n. penitus eius-
dem perfectionis in natura essent masculus, & fœmi
na, esset impossibilis generatio per cōmixtionē eo-
rum: ad hoc ergo facta est fœmina, quę esset minoris
perfectionis, q̄ vir, & vocatur adiutorium ad signifi-
candū, q non est æqualis; sed minus perfecta. Etiā ad
oñdēdum, q ad hoc facta est, vt virū adiuuet ad gene-

rādum; nam solus vir nō poterat generare. Et in hoc F
concordat Aristo. cum veritate sacræ scripturæ, nam
lib. 1. Politi. cap. 1. vbi loquitur de communicationibus, dicit, ꝙ quidam voluerunt, ꝙ fœmina esset extremum cōmunicationis despoticæ. i. ꝙ vir esset dominus, & fœmina serua, sed Aristo. improbat ibi istorū positionē, dicens, ꝙ fœmina est pars cōmunicationis naturalis, quæ est prima: & est ad simile tertiū delinquere, & non est pars cōmunicationis despoticæ, quia natura fecit vnū ad vnum, & non vnū ad multa, sicut facit ars, quæ facit gladiū delphicū pro paupere, & ille est ad duo, scilicet ad scindendū, & ad secandū, & tñ fœmina naturaliter est ad generandū: ergo non est ad seruiendum. Ex hoc etiā excluditur error quorundam, qui putauerunt, ꝙ fecit Deus mulierem ho- G
mini in adiutorium ad seruiēdum ei, quia ita releuat labores illius. Et dicēdum, ꝙ hoc non stat. Primo per rationem supra positā: nam constat esse fœminā ad gignendum, & tamen natura non facit vnū ad duo, sed vnū ad vnum. Secūdo, ꝙa si Deus fecisset fœminā ad seruiendū, & hominē ad imperandū, fecisset fœminā corpore robustiorem, & mente infirmiorem. Sic. n. Arist. dicit libr. 1. Politi. cap. 3. ꝙ serui naturales sunt habētes corpora robustiora, & parū de intellectu, domini autem sunt naturaliter habentes corpora graciliora, sed iudicio pollētes: fœminę autē sunt ecōtrario, ꝙa sicut ratione minores sunt, ita & corpore infirmæ: viri aūt in vtroque excedūt; ergo nō fuit formata fœmina à Deo ad seruiendū. Tertio, ꝙa Deus creauit fœ H
minam in Paradiso, vt ibi māsuram, & tamen ibi nulla futura erat seruitus, neque pœna, ergo non erat ad seruiendum, sed ad generandum, vbi nulla est inęqualitas: sed vir, & fœmina ad paria iudicantur. Quarto, quia hoc non conuenit litere, cum dicatur: Faciamus ei adiutorium: adiutor communicat in operatione ei, quem adiuuat, & minus principaliter agit; si tamen fœmina esset ad seruiendum, non cōmunicaret viro in operatione, quia vir imperaret, & sola fœmina seruiret, & ita nō cōicarēt in aliqua vna operatione, ergo nō esset adiutorū. Intelligetigit̄ de adiutorio ad generādum, quia ambo ibi cōueniunt in operatione vna, & per cōmixtionem fit propagatio. Quinto, ꝙa si esset fœmina in adiutoriū ad seruiendū, nō haberet I
aliquem modum æqualitatis cum viro, sicut serui ad dominū nō est ęqualitas: & tamen est aliquis modus ęqualitatis, cū dixerit Adā; Mulier, quā dedisti mihi sotiā: ergo nō erat ad seruiēdū. sed erat ad generādū, in quo societas est in vnitate actus, & commixtionis.

Quæst. 315 Cur dr̄ Adiutoriū simile sibi.

Quare dicitur adiutorium simile sibi? Dicendum, quòd ponitur primo ad excludendum indignitatem fœminæ, nam dicebatur, faciamus adiutorium, & nomen adiutorij significat rem minoris dignitatis, quā id, cuius est adiutorium, cum & pecora, & res inanimatæ sint adiutorium hominis: vt autem non putetur fœmina tale adiutorium, dicitur simile sibi, i. non est de imperfectis adiutorijs: sed est tale, quod accedit ad viri similitudinem. Secundo dicitur hoc ad excludendum fœmellas aliarum specierum, quia licet K
ad quasdam earū posset esse accessus viri, & poterat inde sequi aliqua generatio: tamen non erat illa talis, ex qua proueniret determinatè individuum speciei humanæ: vt ergo talia indiuidua prouenirent, debuit esse fœmina speciei suæ; & hoc significatur cum dr̄, adiutorium simile sibi, i. simile in natura, vel specie, quod non habet aliquod aliud animal cum homine. Tertio, quia ex hoc significatur minor dignitas fœminæ, quàm viri, quia ostendit esse fœmina ad similitudinem viri, & non plene adæquantem, sicut vir factus est ad imaginem, & similitudinē Dei; & ista differentia dignitatis, vel honoris inter virum, & fœmi-
nam significatur per Apostolum, 1. ad Corin. 11. Vbi dicit, quòd vir debet orare capite nudo, fœmina autē capite velato: & si aliter fiat, turpe est; causam huius reddit ex differētia dignitatis, quasi vir sit dignior: & ideo debeat nudato capite orare: fœmina verò, & tanquam minor, & subdita capite velato. Et ostēdit istam dignitatem primo dicēs, quia vir est caput mulieris, scilicet, volo autē vos scire, ꝙ omnis viri caput est Christus: caput autem mulieris est vir, caput autē Christi est Deus; inquātum verò vir est caput, maior est honor viri, quàm fœminæ, maxime quia comparatur ibi vir ad fœminam, sicut Christus ad virum: & sicut Deus ad Christum hominem, sed in ijs omnib⁹ est differentia magna. Secundo ostendit differentiā dignitatis inquantum dicit virum esse imaginē Dei, & non fœminam, sed vir quidem nō debet velare caput suum, qm̄ imago, & gloria Dñi est: mulier autem gloria viri, & sic mulierem nō dixit imaginē, vel gloriam Dei, sed viri: & ideo significat ibi differētiam dignitatis, quia sicut se habet vir ad Deum inquantum est imago eius, ita se dicit habere fœminam ad virum, inquantum est imago viri: & ita est multa differētia. Tertio ēt Apostolus significauit ibi istam inæqualitatem, quia vult fœminam esse ꝑꝑ virum, & virum nō esse ꝑꝑ fœminam: nō. n. est vir ex muliere, sed mulier ex viro. Et enim non est creatus vir ꝑꝑ mulierem, sed mulier ꝑꝑ virum: ista aūt habitudo finis facit magnā inæqualitatem, sed hoc, ꝙ Apostolus dixit fœminam non esse imaginem, & similitudinem Dei, sed viri, ac cepit ex sacra scriptura, supr. 2. & 1. cap. Nā dr̄, Faciamus ei adiutorium simile sibi. non dixit adiutorium simile nobis, siue ad similitudinē nostram, sed simile sibi; ꝙ aūt vir sit ad imaginem, & similitudinē Dei, accipit ex verbis, sup. 1. c. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, qđ de viro intelligit; & causa huius est, quia vir est ꝑꝑ Deum, ideo est imago Dei, mulier aūt non est immediatè ꝑꝑ Deum, sed ꝑꝑ virum; ideo est similitudo, aut imago viri. Nā vir non dr̄ esse formatus ꝑꝑ aliquid; & ideo intelligit̄ formatus ad manifestandā excellentiam Dei; ideo imago eiusdem, s. diuinam perfectionē expressius ostendens, quàm aliæ res. Mulier aūt ꝑꝑ virum facta est, vt esset ei adiutorium, ideo similitudo, & imago viri esse debuit. Vnde Apostolus secutus fuit per oīa sentētiam istam, 1. Cor. 11. Nam ad oīendum, quod hic dr̄, Nō est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium; dixit Apostolus ibi, ꝙ vir nō fuit creatus ꝑꝑ mulierem, sed mulier ꝑꝑ virum, & creatā esse mulierem ꝑꝑ virum signat supr. 2. cap. ex duobus. Primo, quia dr̄, Non est bonū hominem esse solum, & ita ad tollendū solitudinem, vel esse solitariū viri, facta est fœmina, ergo ꝑꝑ virum facta est. Secō, quia dr̄ ibi, Faciamus ei adiutoriū: & ita fœmina in adiutoriū creata est, sed adiutoriū est ꝑꝑ id, cuius est adiutoriū, ergo fœmina creata est ꝑꝑ virum. Etiā Apostolus dixit, Faciamus hominem ad imaginem Dei, ita ad nam non esse gloriam, vel imaginem Dei, sed viri, in quo secutus est literam illam, cū dicitur, adiutorium simile sibi. Nam non dicitur adiutoriū simile nobis, & ideo sicut ad significādum viri dignitatem expressit scriptura, quòd factus est ad imaginem Dei, ita ad significandum inæqualitatem dignitatis fœminæ & viri, & maioritatem in viro, dixit scriptura, fœminam fuisse factam, vt esset adiutorium simile viro.

Quæst. 316 Creatio fœminæ ad imaginē Dei.

Sed aliquis dicet, ꝙ id, quod habetur sup. 1. cap. Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostrā, nō intelligit̄ de solo viro, sed de viro, & fœmina, & patet. Primo, quia homo est nomen speciei, & nō sexus: ideo de tota specie intelliget, quasi individuū qđlibet, in quo est natura speciei, sit ad imaginē Dei. Secundo, quia scriptura, sup. 1. c. In loco ipso oñdit intelligi

Tria inania viri, ꝙ fœmina est ad imaginē Dei. Quæ ratio. Sed vtrum ęqua anima recipitur in corpore fm dispositionem corporis, & ideo in quibusdam perfectius, & in quibusdam

telligi literā de creatione tam masculi, quàm fœminæ, cùm dicatur: Ad imaginē Dei creauit illum, masculum & fœminam creauit eos. ergo esse ad imaginem Dei de vtraq; intelligitur. Tertio, quia esse imaginem Dei notat excellentiā in natura, & non in more, aut in aliqua accidentali perfectione, & tamen ma sculus & fœmina sunt in eadem specie, ideo eorū est eadem naturalis perfectio: & ita vtriq; competet esse imaginem, vel ad imaginem Dei. Dicēdum, ꝙ aliquo modo concedimus esse fœminam imaginem Dei, & aliquo modo negamus, & tñ sequēdo modū loquēdi sacræ scripturæ debemus dicere esse virum imaginē Dei, & fœmina non esse imaginem Dei: sed imaginē viri, & ꝙ ita accipiatur locus ille, supra 1. cap. de viro, & nō de fœmina, & patet primo vt cōcordemus Apostolo, qui expressè ponit fœminam esse gloriā, vel imaginem Dei, & hoc posuit ad significandum inæqualitatem dignitatis inter virū & fœminā: & tñ si non accipiatur illud, faciamus hominem, &c. ad imaginē de solo viro, non videbitur qūo Apostolus ex sacra scriptura trahat testimonium eorū, quę dicit, cùm tñ ipse iuxta eam loquatur. Secundo apparet, quia ponitur in singulari, faciamus hominem ad imaginem, &c. & tñ qui fit est indiuiduum. ergo ille homo qui fiebat, erat vnum indiuiduū, & tñ istud indiuiduum fuit vir, quia ipse creatus fuit ante fœminā. ergo de eo accipitur, & nō de ambobus. Tertio, quia ex modo loquendi Dei apparet, ꝙ accipiatur ibi homo pro viro, nam sicut dr̄ ibi, faciamus hominē ad imaginē, &c. ita supra 2. cap. dicitur, non est bonum hoīem esse solum, & tñ certū est, accipi ibi hominem pro viro, ideo accipietur similiter, cum dr̄, faciamus. Ad primum in cōtrarium dicendum, ꝙ licèt homo sit nomē significans speciem, significat illā in suppositō, & trahitur aliquādo ad stādum pro individuo indeterminate: & ita ibi dixit, faciamus hominem, ideſt virū, quia sic dr̄ supra 2. cap. Non est bonum hominem esse solum, ideſt virū. Ad secundum dicendū, ꝙ ibi ponitur de viro, & fœmina: sed nō quantum ad illam determinationem, quæ est factos esse ad imaginem, sed quātū ad hoc, ꝙ est creatos esse a Deo. Et colligitur hoc ex modo loquendi scripturæ ibi, nam dr̄ ad imaginem Dei creauit illum, masculum, & fœminā creauit eos: non enim dixit ad imaginem Dei creauit eos: sed creauit illum. Vnde si non vellet sacra scriptura significare hic aliquā differentiam, non diceret ista duo, cùm non loquatur frustrā; & tñ dixit ad imaginē Dei creauit illū: & postea addidit masculum, & fœminā creauit eos: ergo creationē significauit esse cōem masculo, & fœminæ: sed esse ad imaginē dixit de vno singulariter: & tenet ibi semper istum modū: nam prius dixit, faciamus hominem ad imaginē, & postea sequitur; ad imaginē Dei creauit illum: ergo illa potius innuit alterum tantum fuisse ad similitudinem quàm ambos: quia si intēderet esse vtrumq; ad imaginē Dei, cùm dixisset prius; faciamus hominem ad imaginē, quod de specie posset accipi, adiūgeretur de indiuiduis, ad imaginē Dei creauit illos masculum, & fœminam; & tñ repetit in singulari, creauit illū, & postea addidit simpliciter sine imagine; masculum, & fœminam creauit eos, ergo de solo vī viro potius intelligi, ꝙ ad imaginē Dei sit creatus. Ad tertium dicendum, ꝙ imago Dei inuenitur in homine fm animam, & non fm corpus, cū ex parte animæ sit maxima excellentia hominis: anima autem tam viri, quàm fœminæ ad eandem naturā pertinet, quia in anima non est discretio sexus, sed in corpore, ideo erit imago Dei tam vir, quàm fœmina, vel vterque ad imaginem, sed non æqualiter: & hoc quia

A minus perfecte: quod etiā in viris apparet, quia in quibusdā inuenitur magis de lumine intellectus, quàm in alijs: quia differentia ista excellentiæ non repugnat indiuisibili substantiæ animæ: quia intra gradum essentiæ eius inuenitur diuersitas maioris, & minoris participationis: generaliter autem fœmina recipit imperfectius animam quàm vir, ideo non accedit tam perfectè fœmina ad imaginē esse, sicut vir, sicut neque homo accedit ad rationem imaginis tam perfectè sicut angelus, & propter istam inæqualitatē dixit Apostolus, virum esse imaginem Dei, & fœminā esse imaginem viri, quasi non accederet ad esse imaginē Dei.

Qō. 317. Sacra scriptura loquēdo de productionibus rerum ostendit differentiam dignitatis earum, & fœminam medio modo posuit: nā ostendit virum perfectiorem fœmina. ipsam verò fœminam B
ostendit alijs rebus digniorem. De fœmina in comparatione aliarum rerū, patet, quia de alijs non ponitur cōsilium aliquod Dei, neque causa productionis: sed solum dixit Deus, fiat, & factū est; de fœmina ponitur consilium Dei, & causa cùm dr̄, nō est bonum hominem esse solum. Secundo, quia in productione aliarū rerum nō fit mentio de pluribus diuinis personis, sed solū ponit Deus sine vlla distinctione personæ, quasi non sit aliquid tale necessariū ad productionē illā, sed in productione fœminæ fit mentio de pluribus personis, cùm dr̄, faciamus ei adiutorium, quasi tam excellens opus sit, ad quod oporteat concurrere oēs diuinas personas. Tertio, quia in productione aliorū ani- C
malium dr̄: Producat aqua, vel producat terra, in quo signatur parua illorum dignitas: qm̄ terram & aquā habent vt actores; in productione fœminæ dr̄, ꝙ Deus produxit. Nam ipse dixit, Faciamus ei adiutoriū: etiā dr̄ ꝙ Deus immisit soporem in Adam, & tulit vnā de costis eius. Inter virum autē & fœminam signatur differētia dignitatis, primo, quia dr̄ factus ad imaginem Dei: fœmina autē non dr̄ ad imaginem, vel similitudinem Dei: sed ad imaginem viri, vt dicit Apostolus 1. Corinth. 11. & colligitur supra 1. 2. & ista est magna differentia. Secundo est, quia fœmina facta est propter virum, cùm dr̄, faciamus ei adiutorium. Si ergo fœmina creata est in adiutorium, fuit propter hominē, sic dr̄ 1. ad Chorin. 11. neq; enim creatus est vir propter D
fœminam, sed fœmina propter virum. Tertio, quia fœmina formata est ex viro, & vir non ex fœmina, quod etiam ad dignitatē dicit Apostolus pertinere ibidē: vnde & ait, ꝙ vir est caput fœminæ, sicut Christus est caput viri. Sed cōsiderandum, ꝙ cùm dr̄, faciamus ei adiutorium simile sibi, dr̄ in Hebræo, adiutoriū quasi contra ipsum, quod exposuimus supra 2. cap. propriè pertinere ad fœminam: quia illa est contra virū. Nam ad hoc, ꝙ ipsa sit adiutoriū viro ad generandū, requiritur aliqua contrarietas, quia duo penitus similia nō generant, sed in quadam contrarietate actiui & passiui fit generatio: si autem esset oīno similis sicut vir, & vir, etiam si haberet vir matricem in qua reciperet semen, nulla prorsus fieret generatio, quia esset similitudo seminū, & ideo illa disparitas, q̄ est contrarietas q̄dam in naturalibus conditionibus fœminæ & viri, facit, vt fœmina sit conueniens adiutorium viro ad generandū: hæc enim vera sunt, & tñ propriè litera nostra transtulit, & ita etiam transtulerunt interpretes, vt dicatur adiutoriū simile sibi, vbi litera Hebraica habet, quasi contra ipsum, quia aliquid dr̄ esse contra aliud, quando comparantur, & iuxta ponuntur, & tunc apparet similitudo. Dr̄ autem fœmina quasi contra virū, ideſt, quia cōparata ei inuenitur quasi talis sicut vir.

Adiutoriū in Hebræo quid.

Qō. 318. An rectè faciat mētionē hic de formatione animaliū quā supra posuit.

Consequentur dr̄; Formatis igitur Dñs Deus cunctis animantibus terræ de humo, adduxit ea ad Adā. De quo est dubium quare ponatur, quia vī, ꝙ non deberet

beret iam fieri mentio de formatione animalium, cũ superius posita iam esset. Dicendum, ꝙ fuit ibi ordo artificialis. iã enim posita fuerat formatio animaliũ, & præterierat ſm tempus, & tñ voluit scriptura recolere qũo animalia adducta sunt ad Adã, cùm dicatur, adduxit ea ad Adam: & quia non poterant duci, nisi formata essent, & iã omiserat dicere de illis, repetunt istud verbum. ſ. formatis animantibus, vt res planior fieret. Et tñ non intelligitur formatis animantibus. i. ſtatim, vt formata fuerunt: quia animalia oĩa fuerunt formata priusquàm Adam, & tñ non potuerunt duci ad Adam ante formationem eius, sed intelligitur, ꝙ iam formata erant omnia, quãdo ducta sunt ad Adã.

Dicitur autẽ formatis oĩbus animantibus, quia verum est, ꝙ omnia formata fuerunt ante Adam, & tamen causa fuit, quia omnia adducta sunt ad Adam: ideo oportuit dici omnia iam formata esse.

Quæst. 319. Vtrũ oĩa alia fuerint formata ex humo.

Quæretur quomodo dr̃ formatis cunctis animantibus de humo: nã vr̃ falsum esse, quia humus est terra, & tñ non fuerunt formata oĩa de terra; nam dr̃ supra 1. cap. ꝙ pisces & aues formati sunt de aquis: Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terrã. Etiam dr̃: Creauit Deus grandia cete, & omnẽ animam viuentem, atque motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies suas. Aliqui dicunt, ꝙ istud intelligitur nõ de oĩbus animalibus ſimpliciter, sed de animalibus, quæ sunt ſuper terram: nam illa de terra producta fuerunt, quia dr̃: Producat terra animam viuentem iumenta, & reptilia, & bestias terræ. Sed obijcietur, ꝙ non possit ita intelligi, quia nõ solùm dr̃ de animalibus, sed etiam de volatilibus. ſ. formatis cũctis animantibus terræ, & vniuersis volatilibus cœli. Dicendũ, ꝙ ſatis possit intelligi illud de solis aĩalibus terrestrib⁹, & ꝙ non referatur ſimpliciter ad oĩa, primo quia ponitur ibi adiectio quædam. ſ. formatis de humo cũctis animantibus terræ; animalia autẽ terræ dr̃, quæ sunt vel mouentur ſuper terrã, & de istis verum est, ꝙ formata sunt de terra. Secundo, quia illa ratio non tenet: nam de volatilibus nõ dr̃ ſub eadem clausula, sed ſub alia, ſ. formatis de humo cunctis animãtibus terræ, & formatis cunctis volatilibus, & ibi non dr̃ de humo: vnde neque determinatio illa refertur ad omnia.

Quæſt. 320. Qũo omnia animalia ex humo formata sunt,

Sed quia ſupra 2. cap. qõ. 20. tenuimus, ꝙ potius intelligatur de oĩbus animalibus, ꝙ de humo formata sunt, est dubium qũo sit verum. Dicendum, ꝙ nunc vocantur animalia aliqua terrestria, aliqua aquatica, alia aerea, & ſm diuerſa elementa: ꝙ aliqui putant fieri ab eo, quod de talibus elementis ſubſtantiam accipiunt, sed hoc nõ ſtat, quia quodlibet animal est mixtum, mixta autẽ ex omnibus elementis cõponuntur, & non venit ſimplex elementum in cõpoſitionẽ alicuius: quia tunc illud esset elementum, & non mixtũ. Alij autem putant, ꝙ vocentur animalia ab ijs elemẽtis, quaſi a prædominantibus, licèt in mixtionem veniant omnia elementa, quod tamen prædominatur, facit manifeſtationem & nomen, & dicunt dominiũ istud esse ſecundum ſubſtãtiam, vel quantitatẽ, quaſi plus sit in vno animali de vno elemẽto, quàm de alio, & ab illo nominetur. Sed dicetur, ꝙ etiam hoc non ſtat, quia ſi conſideretur quantitas elementi, omnia animalia vocabuntur terrestria, quia in omnibus ſecundùm quantitatem dominatur terra, etiam in volatilibus, quod manifeſtatur ex pondere, & denſitate, & alijs accidẽtibus materialibus, in quibus omne animal magis terram ſequitur, quàm aliud elementum: ſed quantum ad qualitates animalis dominantur alia elementa, & cùm dicimus animalia terrestria, aquatica, vel aerea modum complexionis ipſorum animalium ſignificamus, ideſt in cõplexione ipſorũ, quod elementum prædominatur. Et nunc dicimus, ꝙ prædominari elemẽtum aliquod in aliquo mixto potest dupliciter intelligi, vel ſecundum genus, vel ſecundum id, quod est proprium ipſi corpori in genere illo; & ideo omne animal ſm genus habet complexionem in qua dominat̃ terra, & aqua quantum ad ſubſtantiam, & maximè terra, & dominatur ignis quantum ad virtutem. Primum patet ex accidentibus materialibus conſequentibus corpus cuiuslibet animalis, quæ sunt põdus, ſoliditas, duricies, figuratio, locus, & huiuſmodi: nam in omnibus ijs imitantur terram, & non aliud elementum. Secundum patet, quia omne animal, ẽt ſi in aqua viuat, & de aqua cibet̃, habet calorem naturalem, & generaliter omne animatum; quia calor est inſtrumentum animæ in omnibus operationibus ſuis naturalibus, & ſine illo nõ posset esse aliquod viuens. Iſte ergo modus complexionis conuenit omnibus animalibus inquãtum sunt ſub genere animalis, & diſtinguitur complexio eorum à complexione aliorum mixtorum, vt lapidis, & ferri, quorum est aliquis modus complexionis, cùm ẽt elemẽta ſm determinatum modum veniãt in eorum mixtionem, & non taliter in compoſitionem vnius, ſicut alterius. Aliter aũt accipitur prædominari elementũ in corpore aliquo ſm id, quod conuenit corpori ſub illo genere: & tunc dicendum, ꝙ non est determinatus modus complexionis. Cùm. n. deputatur alicui genere mixti complexio aliqua, non est hoc ſm aliquẽ gradum indiuiſibilẽ, ſed ſecundum latitudinẽ quandam, ita ꝙ est inuenire aliquos terminos, vltra quos non ſaluatur complexio illius generis, & infra quos, ſed intra illos est multa diuerſitas, & hoc ſm ꝙ accedit̃ ad vnum, vel ad alium. Et hoc potest conſiderari reſpectu totius generis animalis, vel ſpecialiter reſpectu ſpeciei humanæ, cuius est nobis maior cognitio. Eſt enim gradus aliquis caloris competens complexioni animalium, vltra quem non est poſſibilis vita animalis, ſicut est calor ignis, aut rei ignitæ: vita enim non potest conſiſtere in tali gradu caloris, quia ibi non esset mixtio, ſed extremum, & ſimplex corpus: & aliquis tam paruus caloris gradus erit, qui nullius vitæ, aut viuentis operationem perficere poterit: & in tali gradu caloris nõ poterit conſiſtere cõplexio alicuius animalis, Sic erit de frigido, humido, & ſicco, cùm omnes hę qualitates veniant in complexionem animalis ſecundum genus. Similiter autem de complexione humana dicimus, quòd illa ſub genere animalis habet certos terminos, intra quos põt manere vita hominis; & vltra illos, vel citra illos non poſſet aliqs homo viuere, licèt poſſet viuere aliquod animal; & tamẽ adhuc infra illos terminos humanę ſpeciei est magna diuerſitas reſpectu cuiuslibet qualitatis; quia aliqs calor est, ſub quo vita humana non conſiſtit propter magnitudinem, alius ſub quo non conſiſtit propter paruitatẽ; & ita de ſicco, & humido, & frigido: ſed dato calore, ſub quo potest cõſiſtere, habet ille calor multos gradus, & qui magis accedunt ad ſupremum caloris illius, vocãtur colerici; qui magis recedunt à caloris extremo magis appropinquantes ad frigus, vocãtur flegmatici: & ita de ſanguineis, & melancolicis, ſecundũ acceſſum ad terminos aliarum qualitatum, uel ſecundum fugam ab extremis, & propinquitatem maiorem ad temperamentum.

Et nunc apparet, quod dicebamus, non ſolùm in hominibus, ſed etiam in omnibus animalibus ita determinatur complexio, in quibus, ut ſecundum ſubſtantiam, uel materiam plus ſit in eis dominium terræ, ꝙ aliorum elementorum; ſecundum uirtutem autẽ dominatur ignis propter calorem, quo perficiũtur operationes omnium uiuentium: & tamen ſub ijs terminis eſt magna latitudo. ita ut quorũdam animalium complexio

complexio reſpectu temperamenti magis accedat ad terræ conditionẽ ſecundum veritatẽ, & iſta vocamus terrea: ſicut ſunt animalia melãcolicę complexionis, alia magis accedunt ad calorẽ reſpectu temperamenti quàm alia: & ita vocamus animalia colerica, cũ non in ſolo homine demus melancolicum, & colericum, ſed etiam in alijs animalibus, & ita de alijs modis complexionum: animalia tamen colerica ignea vocamus, ſicut flegmatica aquea, & ſanguinea aerea.

Quæſt. 321. Quòd dicẽdum eſt omnia animata ſuorum elementorum mixtione ſingula ꝓducta fuerint.

Sed nunc eſt dubium de complexione iſta animalium, ſcilicet, ꝙ omnibus data eſt, vt ſecundùm materiam prædominaretur in eis elemẽtum terræ, vel elementa inferiora, terra, & aqua, & ſecũdùm virtutem ignis: quia poterat fieri, ꝙ etiam quantum ad materiã prædominarentur ſuperiora, ideſt ignis, & aer. Dicendum, ꝙ aliqua mixta ſunt, in quarum cõplexione dominantur ſuperiora, etiam quantum ad materiam, vt putatur, & tñ in animalibus ſaltẽ nõ potuit hoc fieri. Voluit enim Deus animalia facere perfectiora alijs mixtis, quod fuit neceſſarium ex conditione formæ: nã Deus dedit illis animas, quæ ſunt perfectiores omnibus naturalibus formis; ideo oportuit, vt ipſa corpora, quæ actuarentur aĩabus, eſſent perfectioris mixtionis, & compoſitionis; eſt autem melior omnibus complexionibus complexio temperamẽti, tum quia magis recedit a natura ſimplicium corporum, quorũ minima est perfectio; tum quia magis accedit ad ſimilitudinem complexionis, vt ita dicatur, corporum cęleſtium: corpora enim celeſtia ſunt ſeparata ab oĩum contrarietate, & ideo habẽt maximam æqualitatẽ, & mouent̃ a motore perfectiſſimo, ſcilicet ab intelligẽtia: corpora autem mixta non poſſunt esse immunia penitus a cõtrarietate, cùm ſimplicia veniant in mixtionẽ eorum, quæ habent extremum contrarietatis: ideo in mixtis illa complexio est melior, & magis aſſimilata corporibus cęleſtibus, quę magis recedit a cõtrarietate, & magis appropinquat ad temperamentũ, & illa facit ad hoc, ꝙ corpus talis cõplexionis magis poſſit recipere perfectionem ſimilem perfectioni cęleſti, ideſt formę, & motori. Et ideo cùm inter omnia animalia ſit cõplexio humana maximi temperamẽti, corpus humanum est natum ſuſcipere formam maioris perfectionis, & ſimiliorẽ formis, aut motoribus cęleſtibus, & iſta est anima rationalis, quę nullius corporis animati, vel animalis põt esse actus, niſi corporis talis, quale est corpus humanum. Ad cauſandam autem talem complexionem, in qua magis accederetur ad æqualitatẽ temperamenti, & posset ibi esse anima, quæ ſenſum daret, & vitam, cùm oĩa elementa venire deberent in mixtionem, oportuit ꝙ taliter venirent, ꝙ qualitates unius non multũ excederent qualitates alterius, quia aliàs non esset temperamentum, neque aliquid propinquum ad temperamẽtum: ſi tamen elementa omnia venirent ad mixtionem ſecundum æqualitatẽ materiæ, cùm ignis ſit valde actiuus, excederet alia in virtute, vnde cũ æqualitate materiæ esset tanta inequalitas virtutis, ꝙ ignis omnia diſſolueret. Ideo ad hoc, ꝙ esset temperies quædam in qualitatibus, oportuit de elementis valde actiuis accipi parum ſecundum quantitatem, de elementis autem parum actiuis ſumi multum ſecũdum quantitatem, vel materiam, ita ut paucitatem virtutis ſuppleat multitudo, aut exceſſus quantitatis, & in alijs econtrario magnitudinem virtutis reprimat paruitas, vel defectus materiæ, & quantitatis: & quia in omnibus elementis terra eſt minime actiua, neceſſe fuit in quolibet animali eſſe magis de terra quantum ad quantitatem, & minimum eſſe de igne quantum ad quantitatem, quia ignis eſt actiuior cæteris. Iſte eſt ergo modus complexionis animalium, non quòd omnium ſit vna complexio: ſed quia est vnus modus complexionis, vt comparantur ad cætera mixta, ſcilicet, quia nullum de mixtis ſortitur iſtum gradum temperamenti, quem habent animalia, & tamen ſub iſto gradu tãta latitudo est, vt quædam animalia dicantur terrea, quædam aquea, quædam aerea, & ita ſecũdum denominationem a ſingulis elementis propter cauſas ſupradictas præcedenti quæſt.

Quæſt. 322. Sit ne animal vllũ ex elemẽto ſimplici formatum, an ex omniũ elemẽtorum mixtione ſingula ꝓducta fuerint.

Nunc verò redeundum est ad id, quod dicebatur de formatione animalium: quia quędã formata fuerunt ex terra, quædam ex aqua, & ita videtur, quòd in ſubſtantiam illorum animalium venerunt illa ſimplicia elementa, & non fuit ibi mixtio. Ad hoc reſponderi potest dupliciter, vno modo, quòd non fuerunt aliqua animalia formata de pura aqua, vel de pura terra, aut de aliquo ſimplici elemento, quaſi alia non eſſent ibi aliquo modo, ſed de omnibus elemẽtis reductis ad mixtionem quandam formata ſunt omnia animalia, & ibi ſecundum quantitatem plus erat de terra omnibus, de aqua autem minus erat, etiam in piſcibus: quia aqua non est ad ſubſtantiam mixtionis principaliter, ſed ad continendum partes mixti, ne cõminuantur, & ſoluãtur, ſicut id, quod est omnino aridum, vt arena: & ſic terra eſt, ex qua fit commixtio: ſed aqua eſt, quæ facit partes terræ commiſceri, ideſt mixtas teneri, ne ab inuicem ſecedant, quod generale eſt in omnibus animalibus. Et tamen dicũtur quædam animalia eſſe de terra, & quædam de aqua, non quòd ita ſint, ſed omnia de terra commixta aqua, ſed per comparationem cõplexionis propriè competentis ſibi ſub genere ad complexionem debitam cõmuni generi animalis: nam est latitudo ſub illa compleſione generis animalis, ita vt quædam animalia magis accedant ad naturam aquæ, quàm alia ſecundum virtutem: & etiam ſecundum quantitatẽ magis habeant de aqua, quàm alia; licèt ſecundum veritatem ipſa eadem magis habeant de terra ſecundum quantitatem, quàm de aqua. Et quãtum ad hoc animalia, quæ ſunt ſuper terram, dicuntur esse terrea, quia plus dominatur in eis virtus terrę, quàm in piſcibus, & auibus: & nõ ſolùm ſimpliciter habent plus de terra ſecundum quantitatem, quã de aqua, vel alio elemẽto, quod etiam generale est omnibus animalibus, ſed adhuc magis habent de terra ſecundum quãtitatem in comparatione ad aues, & piſces, & conſiderata proportione magnitudinis corporis piſcis, & canis, vel bouis, magis habet in ſua mixtione bos de terra, quã piſcis. Aues autẽ, & piſces dicuntur animalia de aqua producta: quia licèt in eorum mixtione dominetur terra ſecundum quantitatem pluſquam aqua, tamen in comparatione proprię complexionis ad cõmunẽ competentiam ex natura animalis magis participant de aqua, quàm alia animalia non ſolùm ſecundũ virtutem, ſed etiam ſecundum quantitatem, cõſiderata magnitudine corporum ſuorum ad corpora aliorum animalium, quamquã abſolutè magis habent de terra ſm quantitatem, quã de aqua. Et iſtud ſaris apparet, quia qualitates eorum iſtud oſtendunt; humidiora enim ſunt corpora piſcium, quàm corpora animalium, quæ mouentur ſuper terram, & etiam leuioris digeſtionis ſunt cibi ex piſcibus, & auibus, quã ex animalibus terrestribus cæteris paribus, quod oſtẽdit nõ esse tantam ſoliditatem in mixtione corporum ipſorum. Etiam aues, & piſces ſunt ex aqua, quia plus ſequuntur naturam aquæ, quàm animalia terrestria; & tamen nõ ęqualiter, neque ſecundũ idem: plus enim ſecũdum quantitatem videtur venire in mixtionem piſcium ex aqua, quàm in mixtionem corporũ auiũ, & etiam aqua non competit eis ſecundum idẽ. Nam dicuntur piſces esse ex aqua quantum ad id, quod in

aqua

aqua grossius est: aues quantum ad id, quod in aqua subtilius est, & illud est, quod resoluitur in vaporem, & est quasi medium secundum naturam inter aquã, & aerem. Vnde magis pertinent pisces ad aquas, quã aues, & sic manẽt in aqua, sicut in proprio loco ipso grossõ aquæ deprimente eos; aues verò eleuantur in aerem propter subtile aqueum, quod in eis est, quod in naturam aeris transit resolutum in vaporem. Etiã pisces trahunt aquam, & viuunt in ea, atque de ea, qđ signat eos multum accedere ad naturam aquæ in cõplexione, aues autem hoc non habent. Et ita est cõclusio ſm istum modum, ꝙ nulla animalia fuerunt formata ex sola aqua, sed ex elementis veniẽtibus ad mixtionem, vbi secundum substantiam plus erat de terra, & minimum de igne: & ista est positio multorum doctissimorum.

Alius modus dicẽdi de formatione animalium.

Alius autem modus dicendi est de formatione animalium, ſ. ꝙ aut accipiantur animalia, sicut a primo a Deo formata sunt; vel sicut postea semper, & nunc formantur. Si accipiantur primo modo, dicendum, ꝙ quædam animalia formata sunt materialiter de terra, & non de alio elemento; sic est de bestijs, iumẽtis, & reptilibus, vnde dicitur supra. Producat terra animam viuentem iumenta, & reptilia, & bestias terræ: alia autem animalia formata sunt de sola aqua, vt pisces, & aues, ficut dicitur supra. Dixit Deus producãt aquę reptile animæ viuentis, & volatile super terram. Si autem accipiatur de formatione animalium nunc, dicendum, quòd aut sunt illa genita ab alijs animalibus, aut ex corruptionibus, vel putrefactionibus sine semine. Si primo modo dicẽdum, ꝙ in compositionem corporis animalis non venit realiter, & secundũ substantiam aliquod elementũ, sed semen, quod non est aliquod elementum: sed est mixtum quoddã: manent tñ in semine virtutes elementorum, & qualitates materiales magis dominantur quantum ad elemẽta inferiora, ſ. ad terrã, & aquam, i. quãtum ad põdus, & soliditatẽ, & cętera huiusmodi. Si aũt sint animalia genita ex putrefactionibus, veniũt elemẽta ad mixtionem, sed alterata prius; & videtur tũc terra esse quasi totius compositionis materia: aqua autem materialiter aduenit, sed magis, vt contineat, quàm vt cõponat: aer verò, & ignis magis veniunt secundum virtutem, quàm secundum substantiam: & tunc reducuntur elementa ad talem gradum mixtionis per agens naturale generans, & alterãs, quod est ibi complexio modi determinati.

Quæſt. 323 Quomodo ex elemẽto simplici potuit generari animaliũ corpus

Sed tunc dicitur, quomodo potuit ex simplici elemento formari corpus alicuius animalis, & maximè ex elemento aquæ, quod est rarum, & fluuidũ, ex quo dicuntur formatæ aues, & pisces? Dicendum, quòd quantum ad Deum nulla est difficultas, quid faciat, aut ex quo faciat, cùm sit infinitę potentiæ, qui enim ex nihilo potuit res creare, poterit a fortiori producere quodlibet ex quolibet: naturale autem agens non producit vnica productione, vel immediata quodlibet ex quolibet: sed producit rẽ ex determinata materia, & certo modo dispositа. Causa est quia agẽs naturale habet determinatã potestatẽ, & resistit ei aliqd; ideo non põt agere, nisi determinato mõ. Etiam quia per transmutationem, ideſt per motum agit: & est ibi cõtrarietas, & resistentia. Diuinum autẽ agens est infinitę potestatis, vnde nihil põt ei resistere. Et etiã non agit per motũ, sed dando esse: ideo nõ exigit materiã: sed producit illam, & si velit agere, nõ exigit in illa ali quas dispositiones determinatas: sed quõcũque se habeat, potest ex illa producere, qđ voluerit. Et apparet hoc: nam est difficilius animal formare de aqua pura nulla dispositione præexistente, quã facere hoies de lapidibus vnica operatione, ita ꝙ immediatè transeat lapis in hominem non accipiendo aliquam formam mediam substantialem, & tñ hoc potest facere Deus: sic enim Christus dixit ostensis lapidibus, qui erant in alueo Iordanis; Potẽs est Deus de lapidibus his suscitare filios Abrahæ, Matth. 3. ergo poterat formare pisces, & aues de aqua, non faciendo transire materiam illius aquæ per alias intermedias formas substãtiales. Sed dicendum, ꝙ licèt materialiter sumptæ fuerint tunc aues, & pisces de aqua, tamen fecit Deus in corporibus auium, & piscium esse mixtionem omnium elementorum, non quidem alterando materiam ad determinatum gradum mixtionis, sed illum gradum in materia sine alteratione producẽdo: quia materia est in potentia obeditiua respectu Dei: vt ex ea, vel in ea faciat, quod voluerit: & ideo talem gradum complexionis, & mixtionis fecit Deus tunc in corporibus auium, & piscium, qualis nunc est, quãdo ex materia diuersarum dispositionum, & mixtionum formãtur, vel generãtur animalia diuersarum complexionum.

Qũ. 325. Quis modus istorum sit magis propinquus veritati.

Et autem nunc dubiũ, quis modus istorum sit magis propinquus veritati ad respondendũ. Dicendum, ꝙ vterque potest satis teneri, quia vterque concordat potestati Dei, & rationi, & neuter eorũ repugnat assertioni sacræ scripturæ. Si teneamus, ꝙ ex elemento solo terræ producta sunt quædam animalia, & alia ex elemento aquæ, cõuenit primum potestati Dei: nam potestas eius infinita est, & potest quodcũque voluerit, & qualiter voluerit, sicut dictum est prędcedenti q. Si enim daremus talem motum formationis, ſm naturam non concederetur, quia agentis naturalis non est talis potestas, sed solũ vt producat ex materia determinatæ dispositionis. Secundo conuenit rationi, quia non est alienum ab ea: non enim discordat rationi, ꝙ agẽs agat qualiter agere potest, & quia Deus potest agere qualiter voluerit, & ex quo voluerit, nõ est inconueniens, ꝙ sic agat, tale autem est, ꝙ ex simplici elemento producat mixtum cuiuscunq; mixtionis, vel complexionis voluerit, ideo non discordat hoc rõni. Tertio concordat hoc scripturæ sacræ, quæ expressè hoc dicit, scilicet: Producat terra animam viuentem, & illud; Producant aquæ reptile animæ viuentis. Ideo hoc satis cõuenit. Alia autem positio, ꝙ producta fuerint animalia oĩa nõ de elemẽto aliquo simplici, sed ex illis venientibus in mixtionem, cõcordat rationi, & potestati, & scripturę. De potestate Dei notũ est, quia licèt Deus oĩa possit, & æqualiter possibile sit sibi quodcumque voluerit, tñ quantum est rebus ex se ipsis quędã sunt magis possibiles, quàm alię: & ita est de productione animalium ex mixtione elementorum; nam sic produci est ſm naturam, ideo est facilius, q̃ produci ex simplici elemento. Quòd autẽ rationi conueniat, patet inquantũ nõ discordat; cùm enim Deus sic producere possit non est contra rationem, ꝙ sic produxerit. Quòd autem scripturæ conueniat, apparet ex illis verbis. Formatis cunctis animantibus ex humo. Dicendum tñ videtur, ꝙ licèt vtraq; positio conueniat, magis videtur conuenire rationi, ꝙ dicamus ex elementis mixtis producta esse omnia animalia, & hoc colligitur ex dicto illo. Formatis Dominus Deus cunctis animantibus terræ ex humo, & vniuersis volatilibus cœli, & sic tam animãtia, quàm volatilia ex humo formata sunt. Humus autẽ signat terram nõ simpliciter, sed terram humidam, ideſt, lutum, scilicet terram commixtã aquæ, & hæc est mixtio, quæ fit in generatione omniũ mixtorũ, quia terra est quasi tota materia, aqua autem est ad continendũ partes mixti, ne propter siccitatem recedant ab inuicem, alia autem elemẽta magis veniunt in mixtionẽ ſm virtutẽ, ideo dicẽdo de humo, significata est tota materia mixtionis, sed de humo formata sunt omnia animalia,

animalia, & volatilia: ergo non fuit formatũ aliquod animal ex simplici elemento. Cùm autẽ obijcir, quia dicuntur formata animalia de terra, & aliqua animalia de aqua, dicendum ꝙ nullum animal formatũ est de terra pura, sed intelligitur de terra mixta aquæ, sed vocatur terra, quia illa excedit tã in quantitate, quàm in virtute, & hoc manifestatur in formatione Adæ: nam ille formatus est de terra, sicut animalia cætera terrestria, & tñ terra illa, de qua formatus est, nõ erat terra pura, sed mixta aquæ; cùm dicatur. Formauit Deus hominem de limo terræ; limus autem terrę est terra limosa, ideſt terra humida, & hæc est mixtio sufficiens, sed non est talis mixtio sicut naturalis: quia illa est cum alteratione præcedente, scilicet miscibiliũ alteratorũ vnio, & talis alteratio non præcessit in terra & aqua ad hoc, ꝙ essent materia proprię formæ introducendę: quia tunc esset productio naturalis. Sed cùm dicitur: producant aquæ reptile animæ viuentis non est sensus, ꝙ ex sola aqua simplici producerentur reptilia, ideſt pisces, sed erat aqua mixta terrę, vocatur tñ aqua, quia erat ibi prædominium aquæ, non quidem in quãtitate, sed in virtute: nam in omnibus animantibus excedit terra ſm quantitatem, complexio tamen piscium magis est aquea, quàm terrea, cùm ex aqua cibentur, & in ipsa viuant, & non in terra, & non trahant aerem, sed aquam.

Qũ. 326. Aucta oĩa animalia fuerint adducta ad Adam.

Est dubium circa præcedentia, an oĩa animalia fuerint adducta ad Adam. Aliquis dicet, ꝙ sic, quia dicitur: Formatis Dñs Deus cũctis animantibus adduxit ea ad Adam: ergo omnia animalia ad ipsum adducta sunt. Dicendum, ꝙ nõ fuerunt adducta oĩa animalia, ideſt omnia indiuidua animalium ad Adam, primo quia non erat conueniens, sed inordinatum, Deus tñ non facit aliquid inordinatum, ideo non adduxit omnia indiuidua animalium ad Adam: patet quia ista adductio, vt dr̃, erat ad imponendũ nomina animalibus, sed ad hoc non erat necesse adduci omnia indiuidua, sed pauca de qualibet specie: ergo nõ fuerunt omnia adducta. Secundo, quia adduci omnia magis impediret intentionem Dei: adducebat enim ea, vt Adã illa cognosceret, & imponeret nomina, & tamen si omnia indiuidua simul adducerentur, non posset illa bene videre Adam propter multitudinem, ideo non inducerentur omnia. Si autem petatur quot adduceren tur de qualibet specie, aliqs dicet, ꝙ fortè fieret, sicut in arca Noe, vbi ponebantur de qualibet specie immundorum duo animalia; de speciebus mundorum de qualibet specie septem animalia, vt supra 7. cap. Dicendum, ꝙ istud nullam rationem habet: quia ibi factum est propter multiplicationem futuram: nam peritura erant omnia animalia, nisi quæ manerent in arca, & de illis, quæ ibi manerent volebat Deus, ꝙ reparãrẽtur species omnium animaliũ, & quia volebat Deus fieri maiorem multiplicationem in quibusdã speciebus, quàm in alijs, scilicet in illis aĩalibus, quæ ad cibum pertinẽt, iussit de quibusdam speciebus accipi septem in arca, & de alijs duo tantùm, hìc autem animalia adducta sunt ante Adã ad cognitionẽ principaliter, & tamen ad cognitionem non requirebantur plura indiuidua de vna specie, quàm de alia, ideo non esset illa diuersitas. Sed dicendum, ꝙ satis erat de qualibet specie adduci vnum indiuiduum, quia quale vnum est, talia sunt cętera, ideo illud sufficiebat ad cognitionem. Vel ad plus, dicendum, ꝙ essent duo animalia de qualibet specie, & tunc essent masculus & fœmina. Et dicendum, ꝙ illud est verisimile, primo quia animalia adducebãtur ante Adam ad cognitionem, & ideo debebant eis ostendi omnes differentiæ animalium, sed in animalibus sunt duæ differẽtię, vna ſm speciem, alia ſm sexum, cùm masculus, & fœmina differant in aliqua figuratione partium corporis, & vt plurimum in magnitudine, vt autem omnium differentiarum haberet cognitionem Adam, debuit masculus, & fœmina de qualibet specie, in qua est distinctio masculi, & fœminæ, duci ad Adam. Secundo quia vt infra declarabitur, fuerunt animalia ducta ad Adam, vt videret si ibi erat aliquod, quod pertineret ad consortium eius, & tamen Adam indigebat consortio fœminę ad generationem, ergo adducerentur fœminæ de omnibus speciebus, in quibus essent masculus, & fœmina.

Quot fuerunt adducta.

Qũ. 327. An de omnibus speciebus animaliũ adducta sint aliqua ante Adam.

Consequenter quæretur, an de omnibus animalibus, ideſt de omnibus speciebus animalium adduxerit Deus aliqua ante Adam. Dicẽdum, ꝙ animalium quędam sunt per generationem, alia per putrefactionem, vt vermes, pediculi, pulices, & huiusmodi. De animalibus, quæ per solam putrefactionem gignuntur, videtur ꝙ Deus nõ adduxerit aliqua ante Adam. Primo, quia ista nullius dignitatis sunt, vt pulex, pediculus, culex, musca, & huiusmodi. De ijs igitur Deus non faceret mentionem, vt adduceret ea ad Adã; maximè quia quidã animalium horum non sunt in homine, vt pediculi, & lumbrici, qui in visceribus humanis gi-

nit gignuntur, dejis certum eſt, q̄ non adducerentur. Secundo, quia tūc illa animalia nondum erāt: nam quia tunc erat dies ſequens, vt putatur poſt creationē animalium productorum a Deo non eſſent, niſi illa animalia, quæ a Deo producta fuerant; nondū enim alterationes factæ eſſent ad naturalem generationē taliū animalium. Tertio, quia dato q̄ aliqua corruptio, & alteratio facta eſſet; non poterant eſſe adhuc oēs ſpecies animalium genitorum ex putrefactionibus, quia quædam gignuntur ex carnibus putridis animalium mortuorū, vt muſca, & ſcarabeus, & apis, ſed nō erant adhuc aliqua animalia mortua; quędam etiā de corruptione vini gignuntur, vt bibiliones, & tñ nullū vinū adhuc fuerat, neque fuit in prima ætate ſeculi, quædā ex lignis corruptis, vt teredo; quædā ex fructibus, vel leguminibus, vt tineæ, & gurguliones, & tñ nihil horum fuerat adhuc corruptum, quia oīa nata fuerant pridem, ideſt per duos, vel tres dies ante, ideo non eſſent talia aīalia, quæ poſſēt adduci. Quarto, quia etiam ſi oīa, quæ ex corruptionibus ſolent gigni eſſent producta, non poſſent adduci oīa, quia quædam ſunt, quę tunc nullo modo eſſe poterāt, ſicut pediculi, quia iſti in homine ſunt, & tñ homo tūc nō habebat aliquos, quia ad pęnā pertinent, & homo nondū habebat pęnam, quia nō habebat culpā, etiā dato, q̄ pediculi eſſent, non poſſent adduci, quia in hoīe eſſent, & nō adducerentur de foris. Dicendum ergo, q̄ non fuit adductū aliquod de animalibus, quæ gignuntur ex corruptionibus, ſed ſola animalia, quæ per Deum producta ſunt: hæc enim tunc oīa erant, & poterāt adduci.

Qō. 328. An piſces corā Adā ducti fuerint, vt eis nomen imponeret.

Sed de ſolis piſcibus eſt dubium an fuerūt adducti. Aliquis dicet, q̄ ſic primo, quia aīalia fuerūt adducta ante Adam ad hoc, q̄ haberent cognitionē illorū, & imponeret illis noīa, & tñ tam neceſſaria erat hoī cognitio piſcium, ſicut & aīalium cū piſces ſint multi, & aliqua magna portio animaliū, ergo & illi adducti ſunt. Scđo, quia Adā non impoſuit noīa, niſi animalibus ibi p̄ſentatis, & tñ ipſe poſuit noīa piſcibus, cū poſuerit nomina omni rei viuēti: ergo & piſces adducti ſunt ad eum; patet hoc, quia ſup. 2. c. dr̄, oē. n. quod vocauit Adā aīæ viuentis ipſum eſt nomē eius: ergo cū nomine animarū viuentiū intelligant ēt piſces, illis erūt impoſita nomina ab Adā. Dicendū, q̄ añ Adā I non fuerunt ducti piſces, primo, quia piſces non poterant duci cōuenienter, ſicut alia animalia: nā alijs nullū incōmodū eſſet, q̄ ante Adā ducerent, qa erat māſio earū in terra: piſciū aūt manſio erat in aqua, extra quā non p̄t viuere: vñ non poterāt duci ſine miraculo, & ducti manere: iō non erat de eis idē, qđ de alijs aīalibus. Scđo, quia ſcriptura vult expreſsè, q̄ non fuerint ducti piſces ad Adā: nā dr̄ ſup. 2. c. formatis igitur dñs Deus de humo cunctis animātibus terræ, & vniuerſis volatilibus cęli adduxit ea ad Adā, & ita ſolum expreſſum eſt ibi, q̄ animātia terræ, & volucres ducta fuerint, ſed noīe horū nō intelligunt piſces, cū aīantia terræ dicant, quæ ſuper terrā mouent, & in eo manent: & non ſunt piſces de ijs: Tertio, quia iterum dr̄ ibidē appellauitq; Adā noībus ſuis cuncta animantia, & uniuerſa uolatilia cœli, & oēs beſtias terræ, & ēt nomine horū nō intelligunt piſces, niſi quis dicat, q̄ nomine oīum animantium intelligunt piſces, & tñ non ſtat, primo qa ibi animātia reſtringūtur. ſ. pro animātibus terræ, ſicut proximo exp̄ſſum fuerat. Scđo, quia ſi ibi animātia acciperent gñaliter, non adderet de volucribus, & de beſtijs: & tñ additur, ergo nō intelligebantur noīe animantiū ibi, & ita neq; piſces intelligēt̄ur, cū non intelligant oīa animalia. Ad rōnem primā in c̄rium, q̄ non erat tanta neceſsitas, aut cōueniētia adducendi piſces ad Adā, ſicut alia animalia, vt dicēt̄ ſeq., q. ideo non fuerūt adducti. Ad ſm dicendū, q̄ ex F illa auctoritate non ſignatur, q̄ Adā impoſuerit noīa oībus rebus viuentibus, ſed ſolū, q̄ oīa noīa, q̄ ipſe poſuit rebus viuētib. manſerunt eis: nā dr̄, oē. n. quod vocauit Adā aīæ viuenti ipſum eſt nomen eius: & ita oē nomen ab eo impoſitum manet viuentibus, ſed non ſignificatur, q̄ oībus viuentibus nomina impoſuerit.

Quæſt. 327 Cur non fuerint adducti piſces ad Adam. 1. Ratio. 2. Ratio. 3. Ratio.

Sed quæretur quare non fuerunt piſces adducti ad Adam; nam vī, q̄ erat conueniens adduci. Primo pp cognitionem: nam ſicut Adam fuit conueniens cognoſcere alia animalia, ita erat conueniens cognoſcere piſces. Secundo pp nominationem, quia Adā impoſuit nomina animalib. ad ſe ductis, ſed piſcibus nomina neceſſaria erāt, ſicut cæteris animalib⁹: ideo debuerunt duci ad Adam. Tertio, quia debebant aīalia G duci ad Adā ad hoc, q̄ oñderet dñium Adæ ſuper ea, ſed Adā, non ſolùm ſuper animalia terræ habuit dominium, ſed ēt ſuper piſces maris, ſicut dr̄, ſ. 1. c. Faciamus hominē ad imaginem, & ſimilitudinem noſtrā, & p̄ſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, ergo debuerunt duci piſces ad Adā. Dicendum, q̄ non fuit de piſcibus cōueniens, q̄ ducerentur ad Adam, ſicut aīalia terrę, & volatilia. Primo, quia animalia adducta ſunt pp cognitionem, vt Adam videret ea, atq; cognoſceret: & tñ cognitio piſcium non erat tam conueniens Adæ, ſicut cognitio animalium terræ, & volatilium, eo q̄ iſta verſantur in terra, vbi homo eſt, piſces aūt verſantur in aquis, vbi non eſt homo. Secundo, quia H fuerunt adducta pp nominationem, ſed non erāt ita neceſſaria nomina piſcibus, ſicut animalibus, & aubus, quia nomina ſunt pp res illas, de quibus loquimur, vt nominib. eas notificemus, ſed de rebus, quæ non veniunt in vſum noſtrum, & conuerſationē eſt nobis rarus, aut nullus ſermo: ideo non indigemus pro illis nominibus. Tertio, quia fuerūt animalia deducta ad Adā, vt videret ſi erat ibi aliqua fęmella, quę pertineret ad conſortium eius, & tamen ad hoc nullo modo cōueniunt piſces, quia diuerſa figura eſt piſciū ab animātibus terræ: & licet animalia alia nō conueniant ad iſtud conſortiū, niſi fœmella ſpeciei humanæ, tñ multo minus cōueniunt piſces pp figurationē corporis, q̄ animalia terræ, ideo non fuerunt adducti ad Adā. Quarto, quia piſces non poterant duci ante Adam, vt viuētes eſſent: nā ducebant ad cognitionē: cognitio autem erat neceſſaria ſm neceſſitatem figuræ: & motus, qui demonſtrat diuerſam naturam animalis: & tñ motus ſunt ſm naturam, ideo ad hoc, q̄ videretur differentia piſciū inter ſe oportebat cōſiderari motus eorum, ſed extra aquam non poterāt manere viuētes ante Adā, niſi per miraculum, ſed in eo, quod eſt miraculosè non manifeſtatur operatio naturæ: ideo nō debuerunt duci piſces ante Adam. Ad primum in contrariū dicendum, q̄ nō erat tam conueniēs, q̄ Adā cognoſceret piſces, ſicut q̄ cognoſceret animalia, quia animalia erant in terra, vbi cōuerſatur homo, & nō ſunt ibi piſces, & hoc fuit cauſa, vt Adā nō imponeret noīa piſcibus. Ad ſecundum dicendū, q̄ nō erat tam neceſſarium imponere noīa piſcibus, ſicut auibus, & aīalibus terræ, quia hęc ſunt inter quę K nos verſamur, vñ neque impoſuit noīa illis, & iſta eſt cauſa, quare in Hebræo hñr nomina multa auium, & animaliū terreſtrium, non hñr aūt nomina aliqua piſciū, niſi nomen cōe piſcis, ſed non aliqua noīa, ppria. Ad tertiū dđm, q̄ ēt ſi illa eſſet aliqua cauſa adductionis non fuerunt tñ adducta, quia non poterant ante Adā manere ſine miraculo: Deus aūt nō volebat aliqđ ibi miraculosè, ſed potius ſm naturales operationes, vt dictum eſt: & ita fuit de arboribus, & lapidibus pręcioſis, & vniuerſis rebus, quæ ſunt in terra: nā omnibus illis præerat homo, & omnia illa noībus ſuis indigebant: & tñ non fuerunt adducta ante Adam, quia non

non poterant adduci ſine miraculo, ſcilicet eradicando arbores, &c. vt poſt ea reducerentur ad locum ſuū: vt radices agerent: ita igitur de piſcibus eſſet. A

Quæſt. 330 Cur adductus ſit Deus aīalia ante Adam.

Quæretur, ad quid adduxit Deus aīalia ante Adam? Dicēdum q̄ primo fuit, vt Adam ea cognoſceret, nā aīalia erant diſperſa per terrā in diuerſis locis, & Adā non videbat ea, & ita non cognoſceret ea: voluit igitur Deus ad hoc, quòd illa cognoſceret, præſentare ea ſibi. Secundo fuit ad hoc, quòd imponeret eis nomina; non enim poterat imponere nomina, niſi illis rebus, quas diſtinctè cognoſceret: ſed non cognoſcebat res, quas non viderat: ideo voluit ante ipſum adducere iſta. Tertio fuit ad oſtendendum dominium Adæ: nam Deus in formatione hominis dixerat: Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, qui præſit piſcibus maris, volatilibus cęli, & be B ſtijs terræ: vt ergo ſciret homo qđ erat id, cui prę erat, adduxit animalia ante hominem.

Quæſt. 331 Cur nunc adducta fuerit animalia ad Adam.

Sed dicetur, ad quid nunc ducta ſunt animalia ante Adam? nam erat Adam in Paradiſo, vbi nulla animalia manebant, neque manſura erāt, vt doctores tenēt, & declarauimus ſupra queſt. 90. & ita cùm ibi manēs nullam conuerſationem habiturus eſſet inter aīalia, non erat opus, q̄ ante eum adducerētur ad cognitionem, neque ad imponendū noīa, ſecus ſi maneret extra Paradiſum ſicut poſt peccatū: quia iſtud tunc erat ei conueniens. Dicendum q̄ quidā putant hoc fuiſſe, quia homo ſtatim peccaturus erat, & de Paradiſo expellendus, vbi neceſſaria erat ſibi cognitio aīaliū: ideo C fuit nunc oportunum pro illo tempore p̄mitti. Dicendum q̄ hocnō eſt conueniens: quia Deus hominī exiſtenti in innocentia nihil fecit, neque oſtendit, q̄ pertineret ad ſtatum, qui eſſet poſt caſum: quia per hoc innueret ei, q̄ caſurus eſſet in miſeriam: ſed Deꝰ hoc nō voluit, neq; debuit hoī reuelare: ideo neque iſtud facere debuit. Secundo, quia ſi faceret ad hoc, adduceret ea poſt formationē mulieris: vt vir & mulier viderent aīalia oīa, quia vtrique erat neceſſaria cognitio animalium poſt peccatū in terra: ſed non fuerunt adducta, niſi ad Adā non viuente Eua neque formata: ergo non fuit iſta cauſa. Dicendum q̄ ſi cauſa principalis adductionis aīaliū fuiſſet ad hoc, q̄ hoīes ea cognoſcerēt, difficile eſſet reſponderi, quare in Paradiſo adducta ſunt: quia potius foris adduci debuiſ- D ſent: tñ fuerūt alię cauſę principaliores pro tūc, licèt etiā illa mouebat ad hoc, q̄ aīalia pręſentarentur hoī, ſed nō tunc. Cauſa aūt prima fuit, q̄ Deus cōſtituerat hoīem dñm oīum aīalium, vt aūt ſciret hō cuius erat dñs cōſtitutus, debuerūt ſibi oſtēdi aīalia, & hoc potiꝰ debuit fieri in Paradiſo q̄ alibi, quia quādiu hō ibi manebat, erat innocens: & oſtēdi debebant ei, quę pertinebāt ad exaltationē ſtatus eiꝰ, quale erat oſtēdi ei oīa illa, quorū Deus cōſtituerat eū dñm: cùm aūt eiectus fuit de Paradiſo ceſſauerunt animalia ſubiecta eſſe ei quantū ad actū, licèt ipſe manſit dñs in habitu, vt ſupra fuit oſtenſum, ideo extra Paradiſum nō debuerūt aīalia duci ante ipſū, etiā ſi cognitio illorū eſſet opor- E tuna: quia illa adductio eſſet ad honorē hoīs, & Deus noluit per opus miraculoſum honorare hoīem poſt peccatū. Secūda erat, vt hō magis aſſurgeret in laudē Dei, quia quāto cognoſceret hō plures creaturas Dei ſm diuerſitates multas, tāto plꝰ haberet, de quo Deū laudaret; & quia in aīalibus oſtēduntur plures diuerſitates, q̄ in alijs rebꝰ, fuit cōueniēs q̄ pręſentarentur hoī, vt hō haberet inde materiā laudādi Deū. Aliqui dicūt q̄ ideo in Paradiſo fuerūt adducta aīalia ante hoīem, quia fuit cōueniens, q̄ ibi hō haberet cognitionē eorum propter tentationē futurā, tentandus. n. erat hō per ſerpētē, qui eſt aīal: vt ergo q̄ tētaretur nō expauſceret, quaſi vidēs rē inſolitā, aut nunq̄ viſā, debue-

runt aīalia prius homini monſtrari. Dicendum videtur, q̄ non fuit iſta cauſa principalis: quia ſic fuiſſent animalia monſtrata mulieri; nam mulier fuit tentata per ſerpentem, & non vir, & ipſa non vidit nunc animalia, ſed Adam; ergo non fuit iſta cauſa.

Quæſt. 332 Cur nō monſtrauit poſt formationē mulieris: vt ēt Eua videret ea.

Sed quæretur, dato q̄ in Paradiſo vellet Deus oſtēdere homini aīalia, & aues, quare non oſtendit, poſtq̄ formata fuit mulier, vt ambo illa viderent? Dicēdum q̄ aliquæ cauſæ ſatis mouent ad hoc, q̄ deberent aīalia oſtendi ambobus: & tamen cauſę pręcipuę conueniunt ſoli viro: exprimitur enim in litera, q̄ adducta ſunt ad Adam, vt videret quid vocaret ea, & tñ noīa imponere non cōueniebat mulieri, ſed ſoli viro, ideo quantum ad hoc ſatis erat, q̄ ſoli viro oſtenderentur animalia. Secunda cauſa fuit, & præcipua; quia voluit Deus oſtendere Adæ, an inuenire poſſet conſortium ſimile ſibi in animalibus; & iſta eſt cauſa vera, propter quam neceſſe fuit, vt animalia oſtēderentur Adæ ante formationē Euæ: voluit enim Deus formare Euā, ideſt fœminam in conſortium viri; & quia ſi in aīalibus iam productis erat aliquid, quod cōueniret Adæ, ſuperuacuum eſſet formari aliquod alterum, voluit Deus oſtendere, quod nullum erat; & ad hoc adduxit omnia animalia ante Adam, vt videret an ibi eſſet aliquod quod ei cōueniret ad cōſortium, & qa nullum ibi inuenit, fuit neceſſarium formari fœminā, & quātum ad hoc nō conueniebat adduci aīalia ad Adam, poſtq̄ formata eſſet Eua, qa iam haberet cōſortiū, & ita non inquireret illud, & iſta fuit cauſa vera huius.

Quæſt. 333 Quis adduxit hæc animalia, & quomodo.

Quæretur, quis adduxit iſta aīalia ad Adam; & qūo fuerunt adducta? Dicendum, q̄ iſta aīalia, & aues non ſpōte venerūt nullo mouēte, aut impellēte ea, ſed ab aliquo diuino agēte mota venerūt: & hoc in duobus apparet. Primò, qa litera aſcribit hoc Deo, inquātum dixit, Formatis Dñs Deus cūctis aīantibus de terra, adduxit ea ad Adā. & ſic Deo datur, q̄ ea adduxerit. Secūdò, qa ponitur verbū, adduxit, quod ſignat, nō illa a ſe mota, ſed ab alio impulſa: nā nō dr̄, venerūt ad Adā, ſed adduxit ea. Sed quis modus fuerit adducēdi, putāt aliq̄ q̄ fuit per impulſum vēti, quaſi immiſerit Deus ventū fortē, q̄ rapta aīalia duceret in Paradiſum: ſimile fuit de coturnicibus, qñ voluit Deus dare Iudæis carnes ad manducandū, nam ventus egreſſus a Dño coturnices raptas trans mare detulit in caſtra, Numeri 11. Dicendū q̄ nō eſt cōuenienter dictū, primò qa aīalia iſta, & aues, quæ adducta ſunt ad Adam, nō erāt in vnica parte terræ, ſed ex oī parte diſperſa, & ideo ſi vento impellēte debuiſſent deduci, neceſſe erat vētos flare ex oī parte terræ, quod erat inconueniens, quia vnus vētus impediret aliū, cùm eſſent oppoſiti, & ita ex nulla parte venirent aīalia, vel ſaltem nō ex oībus: patet hoc in adductione coturnicum in caſtra: nā ex vnica parte venerūt, & ventus tunc flabat, ſolū ex illa parte, & ceſſauerūt flare venti ex alijs partibus, vt nō impedirētur coturnices venire in caſtra, ſic patet Pſal. 77. Tranſtulit Auſtrū de cęlo, & induxit in virtute ſua Aphricū, & ſic ventū Auſtralem fecit, ne flaret tanq̄ impediētē motū coturnicum, & fecit flare Aphricum, qui mouerat coturnices ad caſtra. Secundò nō conuenit: quia ibi animalia, quæ mota ſunt, erāt aues, quarum eſt volare: vētus aūt ille nō faciebat; niſi dirigere eas contra vnam partem: & ideo erat hoc ſatis veriſimile, quod fieret: non erat ſic de animalibus ductis ad Adam; quia hæc erant animalia terreſtria, & volatilia, ſed de animalibus omnium generum, quomodo raperentur a vento, & ducerentur per aerem, non videtur: nam etiam ſi forti impulſu tollerentur modicum in aerem, ſtatim caderent, cùm a ſe ipſis ſuſtentari non poſſent, & eſſent magni ponderis. Dicendum ergo, q̄ non fuit iſte modus, ſed fuerunt ducta

cta animalia ista per Angelos de oĩbus partibus terrę,& istud erat facilè,& sine inconuenienti. Sic enim confitemur factum fuisse in diluuio, quando animalia venerũt ad Noe, vt intrarent in arcam,quia illa sola venerunt,quæ ab Angelis ducta sunt.

Quæst.334. Cur sacra scriptura facit mentionẽ, qđ fuerũt adducta animalia ad Adam.

Quæretur,ad quod sacra scriptura facit mentionẽ, ꝙ fuerunt animalia ducta ad Adam: differt enim ista quæst.à præcedentibus, quia aliud est quærere,quare Deus adduxit ista animalia ad Adam, & aliud quare scriptura illud retulit,quia aliqua facta sunt,quæ non referũtur,& quicquid illud sit,qđ scriptura tãgat,habet aliquam causam quare illud dixit. Dicendum,ꝙ licèt Deus adduxit animalia ad Adam, vt imponeret eis nomina,tamen causa quare expressit hoc scriptura, non fuit, vt nos sciremus ab Adam imposita esse nomina animalibus, sed vt ostẽderet causam formationis mulieris, de qua principaliter agit, & non de auibus: nã de formatione viri dictum fuerat, & quia nondũ habebat consortiũ ad generandum, erat producendũ,& qa si aliquod esset,superuacuũ erat aliud fieri,adduxit Deus omnia animalia ad Adam, vt videret si esset ibi aliquod consortiũ ei conueniens, & si esset, acciperet illud,si nõ esset,formaret illud de nouo,& hęc est vera causa.Quod primo patet ex ordine literæ, nam inceperat dicere scriptura, ꝙ dixit Deus, Nõ est bonum hoiem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi; qđ intelligebat de formatione mulieris,q̃ esset adiutorium:& ideo statim post hoc debebat adiungi:Immisit ergo Dñs soporem in Adã,cũq; obdormisset,tulit vnã de costis eius, &c. qđ erat ipsa formatio mulieris,& tñ non adiungit hoc, sed dr, nõ est bonum hoiem esse solum, faciamus ei adiutoriũ simile sibi:& subdit,formatis igitur Dñs Deus de humo cunctis aĩantibus adduxit ea ad Adã, & ita interpsuit hoc, qđ erat de adductione auiũ, & animaliũ: ergo necesse est, ꝙ ista adductio animalium ad Adã pertineat ad hoc, ꝙ erat dari ei adiutoriũ simile sibi, qa aliàs imperitè introduceret incepto sermone de adiutorio dando Adæ anteq̃ complet, & ista est ratio cogẽs. Scđo, qa subdit postea ibi in litera, Appellauit Adã noĩbus suis cuncta animalia; Adæ verò nõ inueniebat adiutor similis eius: ergo innuitur ꝙ inter oĩa animalia illa quęrebat aliquod animal, quod esset adiutorium Adę,& non fuit inuẽtũ,licèt fuerint presentata ei omnia. Tertio patet ex litera ibi,quia qñ dicit, Adæ verò nõ inueniebat adiutor similis eius,subdit, immisit ergo Dominus soporem,& fit ibi cõsequentia,i. quia non inueniebat de animalibus adiutorium cõpetens Adæ,voluit Dñs formare de nouo illud, & ad hoc immisit soporẽ in Adã. Quarto apparet ex verbis Adæ,qa qñ fuit mulier ad eũ ducta,dixit; Hæc nũc caro de carne mea,& os ex ossibus meis;ac si dicat,ea animalia, q̃ in alijs vicibus ad me adducebantur, non erant similia mihi, sed alterius naturæ, ista aũt fœmina,q̃ adducta est, similis mihi est, quia est caro de carne mea:ergo adducebãtur aĩalia ad ipsum, vt videret si inueniret in eis aliqđ simile sibi: p̃t autẽ sic ratio resumi, debuit dari Adæ adiutoriũ simile ei,sicut Deus dixit,ideo si esset,nõ debebat de nouo fieri:si aũt non era, fieret; primo igitur debuit quæri an esset, & hoc factum est cùm omnia animalia adducta sunt ante Adam, & non inuenit aliquod simile sibi: & ideo oportuit postea formari fœminam.

Quæst.335. Causa,cur fuerũt adducta animalia ad Adã,videt enim supfluum.

Sed quæret, ad quid facta est ista adductio aĩalium ad Adã ex hac causa, quia videbat esse superuacua:volebat.n. Deus dare Adæ adiutoriũ simile ei, sed certũ erat,ꝙ in aĩalibus nõ erat aliqua fœmina similis Adę, cũ qua commixtus gignere posset indiuidua speciei humanæ, ideo superuacuum erat duci illa ad Adam. Dicendum,ꝙ certũ erat Deo, ꝙ non esset aliqua fœmella in aĩalibus vsq; tunc productis similis Adæ, cũ ipse produxisset oĩa, sed nõ erat hoc certũ Adæ, ideo ꝓp Adam voluit facere istam præsentationem oĩum animalium: multa enim facit Deus,quæ quantum ad seipsum erant superuacua, tñ quãtum ad nos sunt cõuenientia,ſ. vt instruat, vel arguat, conuincat, aut ꝓp alios fines.Sic.n. postq̃ Adam peccauit, & latuit inter arbores Paradisi,Deus sciebat vbi esset:& tñ dixit, Adam vbi es? & ita q̃rebat quasi ignoraret, nõ tñ ignorabat, sed ideo sic q̃rebat, vt ex quæstione induceret Adã ad rñdendum de eo, qđ ipse volebat:& aliter nõ esset via,vt Adam loqueret,q̃ Deus volebat:Sic ẽt qñ Deus voluit punire Sodomitas euertendo eorum ciuitates,sciebat peccatum eorum,& quãtum deliquissent,& tñ dixit,Clamor Sodomorum,& Gomorræorum multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis:descendã,& videbo vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint,an non sit ita, vt sciã, ꝟ.18.c. quod solùm dixit Deus ad instruendum nos,vt non subitò credamus malum de aliquo, & potissimè quantum ad Dños,& iudices, & quoscunque præsidentes,ne audito delicto de aliquo per famã, vel alium modũ procedant statim ad pœnã quousq; sufficienter de veritate informati fuerint,cũ & Dñs super peccato Sodomorũ inquisitionẽ facere voluerit, & non puniuit eos,quousq; in conspectu angelorũ constitit ipsum peccatum volẽtibus Sodomitis abuti eis, ꝟ.19.cap. Ita ergo nunc certum erat Deo,ꝙ nullũ animal esset simile Adæ,sed qa ipse nõ erat certus,voluit certificare ipsũ adducẽdo corã ipso cuncta animalia.

Quæst.336. Quis finis adductionis animalium ad Adam.

Sed quæret,ad qd fuit conueniens fieri talem certificationem Adæ ducendo animalia ad ipsum? Dicẽdum, ꝙ fuit primo ad manifestandum excellentiam fœminæ super oĩa animalia infra virũ, quia in quolibet genere id,quod est perfectissimũ,est mẽsura omnium aliorũ,& quãto aliquid fuerit illi similius, tãto est simpliciter melius, & nobilius: & tñ inter oĩa animalia simpliciter perfectissimum est masculus in specie humana,ideo id quod fuerit ei similius,erit nobilius: cũ verò omnia animalia adducta sunt ante Adã, non inueniebatur adhuc ei adiutor similis ei, & quãdo adducta fuit fœmina, dixit, Hoc nunc os de ossibus meis, ergo apparebat esse similiorem illam viro, quàm essent cætera animalia. Secundo patet hoc,qa Adam inter omnia animalia elegit fœminam, ergo iudicauit eã digniorẽ,quia aliàs elegisset aliqđ de aliis animalibus ad consortiũ.Conueniẽs aũt fuit,ꝙ ostenderetur dignitas fœminę super alia aĩalia,qa cũ fœmina habeat aliquas imperfectiones, quas nõ habet vir, & est facilis ad decipiẽdum, & ad mouendũ ad malũ, sicut fuit,quia tentata succubuit,putaret, ꝙ fortè accideret istud,quia fœmina erat animal imperfectũ,& crederent alia animalia nobiliora ea:vt aũt hoc non crederetur,ostensum fuit ex ista adductione animaliũ corã Adã,ꝙ Eua erat omnibus illis nobilior.Secunda causa,quãtũ ad principale fuit,vt Adã magis diligeret fœminã:nam si Eua fuisset formata,& data Adæ, non vt sis alijs animalibus, videret quidẽ Adam eã pulchrã, & excellentem ſm naturam,& tñ nesciret,an alia animalia essent pulchriora,ideo non amaret eã ram ardẽter: cũ verò omnia animalia vidit,agnouit nõ esse aliquid melius,ideo magis eã amauit,& ita ipse dixit;ꝓpĥãc dimittet homo patrẽ,& matrẽ,& adhęrebit vxori suę;magnus in hoc amor significatur,ꝙ dimitteret homo eos,quos maximè diligit,aut ſm naturã diligere debet,qa ab eis accipit esse principiũ.Et fuit conueniens, ꝙ homo valde amaret fœminã in principio,qa aliàs sequerentur incõueniẽtia.primũ,qa non vellet vacare proli p cõmixtionẽ ; cũ.n.homo potius,quã alia animalia cognoscat incõmoda,q̃ sunt in cõmixtione carnali,

carnali,& abiectionem suam, non vacaret proli, nisi esset in eo magna inclinatio, & ad hoc debuit valde diligere fœminã. Scđo & principaliter quantum ad Adam,quia Eua fuerat causa tantorum malorum,ipsa.n.mãducauit, & dedit ei,& ob hoc perdidit locum Paradisi,& incidit in multas pœnalitates, ideo insurgere poterat ei tam graue odium cõtra ipsam,ꝙ occideret eam,vel nollet conuenire ei, ad hoc aũt debuit p̃cedere tam vehemens amor, ꝙ ẽt si postea accideret magnæ causæ ad iram, vel odium,ardẽtissimus amor non sineret,vt in eã cõcitaretur, & ita factũ est: nam q̃is in tanta mala incidendi Eua fuerit causa,semper eam tenerrimè dilexit,atque sociam habuit.

Qđ 337. An qđdo Deus adduxit animalia ad Adam, ea adduxerit ad ipsum, vt ab eo imponerẽtur eis nomina, quod illo nomine quod vnumquodq; animal vocaretur.

Sed quæretur,cũ Deus præsentauit animalia Adæ: vt videret,an aliquod de illis cõueniret sibi in consortium, an dabat sibi licentiã accipiendi aliqđ de aĩalibus illis,quod ei placeret. Aliqui dicunt,ꝙ sic; immo multi ludæorum cõcedunt, ꝙ de facto fuerit comixtus Adam fœmellis aliorum aĩalium, & de illis genuerit,& sic expertus est ad vltimũ esse Euam meliorem alijs aĩalibus;sed istud non solũ est absurdũ, sed ẽt cogitare est turpissimũ,ꝙ sanctus vir plenus naturali lumine intellectus, qui nihil adhuc peccauerat, ad tantam,ac tam infamẽ turpitudinẽ deueniret, vt fœmellas bestiarũ cognosceret;neq; ẽt est dicendũ, ꝙ Deus ei concesserit istud, quia id qđ nobis prohiberetur, a fortiori vetaretur Adæ, qui erat tunc vir sanctus:oĩbus tñ nobis est vetitum tanquã nefas.Leui.18. Cùm omni pecore nõ coibis, neq; maculaberis cum eo:& magna pœna a Deo pro ijs ponebatur. Leui.20. Qui cũ iumẽto,& pecore coierit, morte moriatur, pecus quoq; occidite:mulier, q̃ succubuerit cuilibet iumẽto,simul interficiatur cum eo. Cũ aũt dicitur,ꝙ Deus p̃tabat animalia Adæ,vt ea videret, an cõuenirẽt ei, non præsentabat,quasi accepturus esset aliqđ de illis, quod malum erat, sed vt per istam p̃tationẽ notificaretur Adæ, ꝙ mulier erat dignior oĩbus animalibus. Sed dicetur, quid si Adam acciperet aliquod de aĩalibus in consortiũ?Nam p̃tabant iõ, vt videret Adã, si erat aliquid simile ei, & dr p̃tatis omnibus: Adæ verò non inueniebat adiutor similis eius. Poterat aũt esse, ꝙ videretur ei aliqua fœmina in animalibus cõueniens ad consortiũ,an accipiẽdo peccaret? Dicendũ, ꝙ Adã nullo mõ accepturus erat aliqđ animal in consortium:& certum erat hoc, quia tanta dria erat inter cætera aĩalia ad hominẽ,ꝙ nullus sapiens posset aliqđ tale eligere,maximè Adam,qui erat hñs intellectũ lucidum,& nulla incentiua adhuc hẽbat ad malũ, & tñ si diceretur, ꝙ accepisset aliquã fœmellam de animalibus ad comixtionẽ,certum est,ꝙ peccaret, quia manifestè ageret cõtra dictamẽ rõnis, sed quia certũ est, ꝙ Adã istud non erat facturus, p̃tauit ei Deus aĩalia.

Qđ 338. Adducit Deus animalia ad Adam, vt videret, vt ab eo nominarẽtur, ut ostenderetur.

Quæretur ad quid adduxit Deus aĩalia ad Adam ad noiandum ea? Nam videbatur non conueniens, quia erat nunc Adam in Paradiso,& ibi non erat cõuersaturus cũ aĩalibus,quia nulla ibi futura erant, vt ostensum est.sup.q.90. Dñt aliqui,ꝙ fuit ista noiatio, eo ꝙ hõ hẽt sermonẽ,quo aliquid enunciat de rebus: ideo oportet ad hoc hre noĩa pro rebus ipsis, vt sit aliquid, quo de ipsis rebus loquamur. Sed obijcietur,ꝙ hoc melius faceret hõ expulsus de Paradiso, quia tunc cũ animalibus cõuersaturus erat,& sibi necessarius esset sermo de illis. Dicendũ, ꝙ propria cã quare adducta sunt animalia ad Adã,vt noiaret ea, fuit ad ostendendũ dñium:nam qui dñs est rei,& põt vti ea pro voluntate sua, a fortiori poterit ei imponere nomen. Scđa cã est,vt videret Adã si in animalibus illis, qbus noĩa imponebat, erat aliqđ, quod ad cõsortiũ eius cõueniret:nã principalis rõ ducendi animalia ad Adã fuit, vt videret, si inueniretur ibi aliqđ simile ei, & ita patet quia dr; Appellauit Adam noĩbus suis cuncta animalia,Adæ verò nõ inueniebatur adiutor similis eius, & ita adductio ad appellandũ illa fiebat, vt tunc videret, an erat aliqđ conueniens Adæ: & tñ quia in ista adductione poterant fieri multa bona.ſ.ꝙ non solũ Adam videret,an esset ibi adiutoriũ sibi,sed ẽt poterat imponere noĩa,quæ impositio vtilis erat tã ad manifestandũ dñium hoĩs sup aĩalia,quã ad hoc,ꝙ essent voces, quibus vterentur hoĩes loquẽtes de rebus. Et ex hoc apparet cã vera, quare noiatio debuit fieri in Paradiso,quia cõuenit ſm vtranq; cãm; nam cũ ad testimoniũ dñij imponerent noĩa, tunc debuerunt imponi, qñ erat hõ dñs ſm plenissimã rõnẽ dñij; hoc aũt erat in Paradiso,quia tunc erat hõ dñs ſm actum, vt declaratum est supr.iõ in Paradiso ante peccatũ fuerũt adducenda aĩalia ad noiationẽ. Quantũ ad scđam cãm est rõ magis aperta, quia hõ tunc eguit adiutore, qñ nondũ erat fœmina formata,& tunc debuit q̃ri,sed in Paradiso formata fuit mulier:ergo ibi debuerunt aĩalia duci ad Adã ad noiandum ea.Cũ verò obijcitur,ꝙ melius fieret ista noiatio extra Paradisum,dicendũ ꝙ si solũ respiceretur necessitas vocũ ad loquendum de ijs rebus,potius imponeret nomen foris, q̃ in Paradiso,& tñ principaliter attẽdunt aliæ causæ.ſ. duæ supra positę,& ꝓp illas fuit in Paradiso,extra Paradisum aũt non fieret, quia Deus nõ adduceret aĩalia ad hoiem, quia iam hõ peccauerat, & tunc non daret ei Deus hunc honorẽ,ꝙ aĩalia ante ipsum adduceret: nã & iã non habebat plenum dñium super ea sicut prius.

Qõ.339. Cur Deus potius nõ posuit nomina, quã Adam.

Sed quęret,quare Deus nõ imposuit noĩa aĩalibus, sed Adã,cũ sufficientius Deus imponere posset?Dicẽdum,ꝙ fuit primo ad deferẽdũ honorẽ magnũ Adę: ſi.n. Deus imponeret noĩa aĩalibus, nullũ ex hoc honorẽ cõsequeret Adã:sed Deus voluit eũ honorare: iõ fecit ꝙ ipse imponeret noĩa,& ita vr quasi ad significandũ quandã excellentiã eius dici sup.2.c.Oẽ.n.qđ vocauit Adã aĩæ viuentis,ipsum est nomẽ eius. Scđo quia ista vocatio fuit ad designãdũ dñium in Adã, cũ illũ cõstituisset Deus dñm oĩum harũ rerũ, & imponendo noĩa erat testimoniũ dñij; sicut & Græci in sapiẽtia cõfortati,vt oñderẽt oĩa ad suã rẽpublicã ptinere,oĩbus ferè rebus notabilibus, q̃ in orbe erant, noĩa imposuerũt,vt dicit Iosephus lib.1.Antiquitatũ;si aũt Deus imponeret noĩa aĩalibus,non significaret aliqđ dñium in Adã:iõ potius debuit ipse noĩa imponere. Tertio,quia ex hoc dabat maior cã ad id,qđ Deus intendebat.ſ.vt Adã inspiceret oĩa aĩalia,vt videret si aliqđ cõueniret ei in cõsortiũ:nã ad ꝓponendũ nomẽ rei qrebat cognitio de re,& diligẽs inspectio, & cũ istud aduerteret Adam,videret,an esset aliqđ aĩal cõueniẽs ei in consortiũ. Si autem Deus imponeret noĩa illis, non esset aliqua causa inclinans ad diligenter considerandum; ideo debuit potius Adam nomina quàm Deus imponere.

Qõ.340. Cur Adã non impo suit etiam nomina alijs rebus.

Cùm Adam imposuerit noĩa aĩalibus ad oñendũ dñium,qđ hẽbat supra illa, quare non imposuit noĩa alijs rebus.ſ.arboribus,& rebus quę sunt in terra,cùm ẽt sit dñs illorum. Aliqui dñt,ꝙ non imposuit Adam noĩa alijs rebus,quia non erat dñs aliarũ rerum: nã dictum est,vt præsit volatilibus cœli,& bestijs terræ: & non dictum est præsit arboribus,& lapidibus.

Sed dicendũ,ꝙ istud non est verum,quia certũ est, ꝙ hõ fuit cõstitutus dñs oĩum rerũ:& patet primo, quia dr Ps.8. Oĩa subiecisti sub pedibus eius: ergo & terra, & arbores.Scđo, quia q concedit qđ maius est, cõcedit quod minus est:& tñ aĩalia sunt nobiliora nõ animatis:ergo cũ Deus ꝓstituit hoĩem dñm aĩalium,cõstitueret dñm oĩum inaĩatorũ,vel nõ aĩaliũ. Tertio & principaliter,qa isti p̃supponunt falsũ: nã scriptura asserit hoĩem ꝓstitutũ dñm terræ,& eorũ,q̃ in terra sũt.ſ.i.c.

benedixit illis Deus, & ait, crescite & multiplicamini, & replete terrā, & subijcite eā: hoc aūt est dñium scilicet habere aliquid sibi subditum. Quarto, quia ēt ista excusatio non faciebat ad propositum: nam si iō Adam posuit nomina aīalibus, quia habebat dñium illorum: & non rebus inanimatis, quia non habebat illarum dñium, sequitur ꝙ imponeret nomina piscibus cùm illis præesset. sup. 1. cap. Dicendum, ꝙ causa quare non imposuit Adam nomina alijs rebus fuit, quia non fuerunt adductæ coram, eo cùm solùm imposuerit nomina rebus ad se adductis, sed sola animalia adducta sunt. Causa autem quare aliæ res non fuerunt adductæ coram eo fuit, quia non poterant conuenienter adduci: nam erant immobilia, vt arbores, & alia, quæ sunt partes terræ, vel terræ affixa, hæc aūt adduci nō poterant seruata proprietate naturæ earū: oues aūt, & alia animalia præter pisces poterant adduci, ideo adducta sunt, & pisces non fuerunt adducti, vt diximus sup. q. 328. & 329. Secunda fuit & principaliter, quia animalia potius ducta sunt ad Adam, vt videret si ibi esset adiutor eius, quàm vt imponeret eis nomina: & tñ ad hoc sola animalia conueniebant, quia inanimatis, vel non animalibus non solùm non erat, sed neq; poterat cogitari adiutorij simile Adę: & ita non debuerunt illa ante Adam duci, & ista videtur causa præcipua. Tertia, quia forte alijs omnibus rebus erant nomina imposita, & ideo nō oportuit nūc accipere iterum nomina, hæc aūt nō hēbant nomina, & imposita sunt illis: nam certū est, ꝙ ante hoc multę res habebant nomina, quia aliàs non esset locutio: & tamen iam erat, ut patet ante hoc. sup. 2. cap.

Q5. 341. Quia vī, ꝙ anteq̄ Adam imponeret nomina rebus iā habebant.

Quæretur, quomodo poterunt nunc imponi nomina animalibus, & volatilibus, quia vī, ꝙ iam noīa habebāt: Deus. n. dederat Adæ proprium idioma ante hoc, sed non est idioma sine complemēto noīum significantium pro omnibus rebus: ideo daret ei noīa pro animalibus, & volatilibus. Secundo, quia ēt dedit idiomata diuersa in diuisione linguarum in Babylone, & ibi fuerunt idiomata completa: ita ut homines nihil illis adderent, ergo cùm ibi Deus fecerit illud quasi indignatus hominibus tpe naturæ lapsæ, a fortiori faceret tempore naturæ constantæ. Dicendum, ꝙ formauit Deus Adam loquentem. i. dedit ei idioma, in quo loqueretur, quod apparet, quia si non hret Adam cognitionem alicuius idiomatis, nō posset fieri sibi locutio aliqua, quam intelligeret: & tñ loquebatur Deus Adæ, qñ dixit ei, De omni ligno Paradisi comede, & qñ attulit ei animalia, & dixit ei, quod illa nominaret: ergo intelligebat hoc Adam, & sic hēbat idioma illud, in quo sibi fiebat sermo. Secundo patet, quia Adam loquebatur, ergo hēbat idioma: nam qñ Eua formata adducta fuit ad ipsum, dixit illi, Hoc nūc os de ossibus meis, & caro de carne mea, propter hāc relinquet hō patrem, & matrem: ergo idioma hēbat, in quo sufficienter omnia loquebatur. Tertio patet, quia ēt Eua statim, vt formata est, habuit linguā, qua perfecte loqueretur, nam serpens locutus est ad illā, & ipsa respondit.

Q5. 342. Si Adā habebat sermonem sibi a Deo datum, q oīum rerum uocabulo constat, ad qd imponere ultra noīa rebus.

Et tunc manet dubiū: cū hret Adā idioma sibi a Deo datū, quo potuit imponere postea noīa animalibus? Aliqui dicunt, ꝙ erat datum idioma cōpletum Adæ, vt oīa in eo loq posset, quæ cōciperet: & iō in eo erāt nomina tā pro animalibus, q̄ pro arboribus, & piscib. q̄ pro alijs rebus, Adam aūt imposuit nunc animantibus terræ, & volatilibus illa nomina, quæ acceperat a Deo pro illis rebus, qñ idiomatis simul plenā cognitionē accepit. Sed dicendū, ꝙ istud non est cōueniēter dictū, quia si illa pcessissent nō diceret Adā imponere ipsa: & tñ ipse dr̄ dedisse noīa ista, ergo non accęperat a Deo: nā dr̄. s. 2. c. Oē qd uocauit Adam aīę uiuentis, ipsum est nomē eius. Etiam quia si diceret imponere noīa ista, diceret similiter imposuisse nomina arboribus, & alijs rebus, cū omnia accepisset a Deo, & illis vteretur loquēdo de rebus: & tñ non dr̄ imposuisse nomina arboribus, neq; alijs rebus, sed solis animalibus, & volatilibus: ergo ista noīa non præexistebant, neque acceperat illa a Deo. Dicendū, ꝙ sine dubio Adā ista noīa imposuit rebus, quæ non pcesserāt, quia neq; ipse illa acceperat a Deo, sed de nouo fecit esse, & istud est propriè imponere noīa animalibus, in alijs aūt rebus vtebatur noībus a Deo sibi datis, q̄ Deus imposuit, & non Adā. Ad primū cùm arguitur, ꝙ datum fuit idioma Adę, & ita ibi esset cōplementū vocum quibus posset de oībus rebus loqui, dicendū ꝙ Deus dedit de cæteris rebus tam proprijs q̄ cōibus nomina, & tñ pro volatilibus, & animalibus terræ nō dederat nomina, eo ꝙ seruabat hoc ipsi Adę, & ita Adam cōpleuit postea idioma illud additis noībus animalium, & volatilium. Ad fm dicendū, ꝙ in diuisione linguarū dedit Deus idiomata diuersa, & oīa completa: ita ut hoīes nihil apponere postea deberēt, sed in idiomate dato Adæ non fuit sic, quia aliqua causa erat, vt relinqueretur aliquid incōpletū qđ cōpleret Adā, & non fuit aliqua cā in diuisione linguarum ad hoc quòd homines aliquid adderent: ideo data fuerunt eis completa idiomata.

Q5. 343. Cur Deus reliquit idioma nō completum.

Sed quęretur, quare Deus reliquit idioma nō completum, non. n. fuit cōueniens, ꝙ Adā nullū idioma a Deo acciperet, & ipse per se imponeret noīa oībus rebus formando idioma, qđ nō esset primo, qđ ipse nesciret, vel non posset: nam imposuit noīa animalibus, quæ ante eum adducta sunt: ita si deberet imponere nomina alijs rebus, oportebat ꝙ coram ipso adducerentur, sed non poterant omnia adduci: iō non poterat oībus rebus imponere nomē. Scdo, quia aliud est existente idiomate, ꝙ illud cōpleatur dādo quibusdā rebus specialibus nomina, & aliud, ꝙ cū nulla res nomen habeat imponere de nouo omnem vocem ad significandū: nam primū facile est, sicut in idiomate latino, cū quorundā rerū nomina non habemus, formamus ea per aliq̄ rōnem similitudinis, vel derivationis, & tñ de nouo introducere idioma totale, cū nulla vox præexistat, est difficillimum: & forte non sufficeret Adam ad hoc, vel alius hō. Tertio, quia præexistente vno idiomate cōpleto, in quo quis sciat omnia, vel propria, vel cōia nominare, poterit vir aliquis intelligēs cū difficultate tamē fingere aliud idioma, quod completum reddat, & erit illud omnino differens ab alio, & istud poterit fieri per comparationem ad præexistens, quia per loca cuiuslibet vocis in præexistenti idiomate formabit de nouo aliud ad placitū, & ita reddet idioma completum, & hoc poterit fieri, quia duo ad hoc adiuuant, quia oēs res, de quibus est sermo cognoscit, quæ nouit præexistens idioma, & ita scit quid est illud, cui nomen imponi debet; aliud est, ꝙ habet pro singulis rebus voces in suo idiomate, & non restat, nisi vt vnam pro vna formet de nouo, & sic compleuit idioma aliud; si quis tamen est, qui non habuit notitiam rerum, quia non vidit omnes, sed paucas, & non habet cognitionem alicuius idiomatis, etiam si in ætate adulta sit, & sit magni ingenij, non poterit iste de nouo formare idioma, quia neque rerum cognitionem habet, neque voces a-lias, quibus pares, vel æquales numero de nouo formet: talis erat Adam: nam constitutus in Paradiso non viderat omnia, quæ sunt, sed sola quæ ibi erant: & ita non sciret, quibus deberet imponere nomen; etiam nulla vox præcesserat, ex qua admoneretur Adam ad formandum aliam, ideo non posset Adam imponere nouum idioma, si non præexisterent aliquæ

uæ voces: & ideo prima impositio vocum ad significandum diuinū opus fuit. Quarto, quia ēt si aliquo modo hoc fieri posset, fieret per longū tps, sicut. n. suc cessiuè acciperet Adam cognitionem de rebus, ita & nomina imponeret: vnde in principio non haberet locutionem: & tamen in principio fuit sermo Dei ad ipsum, scilicet quando positus est in Paradiso: nam dixit ei, de omni ligno Paradisi comede. &c. ergo nō debuit Adam imponere primas voces ad signādum nullo ibi dato idiomate. Quinto, quia Adam non formaret voces aliquas a principio: nam voces significatiuæ formantur ad manifestandum alijs conceptus nostros, sed ante formationem Euæ nullus erat, cui Adam loqui posset: ideo neque incideret sibi cura formandarum vocum: & tamen Deus locutus est ei ante formationem mulieris. supra 2. cap. ergo non debuit esse idioma ab eo primo inuentum, sed a Deo introductum ad significandum. Sexto, quia ante formationem mulieris voluit dare aliqua pręcepta Adę: & sic fieri debebat, & non poterant ista dari nisi in voce: ideo debuit formatio vocum, vel idiomatis esse posita a Deo, & non ab Adam. Et ideo dicendum, quòd primum idioma a Deo datum est: ipse enim primas voces tam cōes, quàm proprias ad significandū instituit, quia nullus alius hoc facere poterat, & si aliquid posset facere primus homo, non tñ conueniret, quia ille faceret propter causas dictas: vnde quasi integri idiomatis a Deo cognitionem accepit. & non est intelligendum, quòd accepit istam cognitionem quasi Deo erudiente ipsum, sicut instruit vnus homo alterum in cognitione noui idiomatis, quod non nouerat, quia hoc imperfectionis est, sed dedit Deus homini subito cognitionem vocum habitualem firmiter: ita vt statim sciret tam expedite loqui, ac si semper per annos multos versatus esset in idiomate illo: & fuit hoc, quia cùm Deus infudit animam cor-pori Adæ, dedit ei illam cognitionem habitualem: vnde non fuit Adam aliquo tempore viuens, quin sciret idioma, quo postea loquebatur: sicut quando Deus dedit sapientiam Salomoni, nō. n. illum eruditum succesiuè, sicut nos a magistris nostris erudimur, sed in vna nocte subito per somnium dedit ei tantam sapientiā, quantam habuit, ita vt cùm in pcedenti die nihil sciret, in nocte ipsa effectus est subito sapiens in oībus, quæ postea scripsit, & dixit, vt patet lib. 3. Reg. c. 3. & lib. 2. Paralip. cap. 1. De Eua similiter fuit: nam qñ illa formata est a Deo de latere viri, erat idioma, qđ Deus dederat Adę, & ille illud nouerat: vnde & ipse poterat mulierē instruere in illo, sed non fuit sic, immo Deus dedit mulieri cognitionē habitualem, sicut viro de toto idiomate, vt statim ipsa sciret loqui, vt dicet̄. iste ergo fuit modus, quo idioma primum iutroductū est dante illud Deo in cordibus hominum, idest maris, & fœminæ.

Q5. 343. Cur Deus reliquit idioma non completum.

Sicut non fuit conueniens, neque possibile, ꝙ Adā totum primum idioma introduceret: ita neq; fuit cō-ueniens, ꝙ a Deo totum introduceret, sed fuit modus iste, ꝙ Deus dedit in aīa Adæ sciam habitualē de oībus vocibus significantibus, quas res significarent, & de modo, & de arte prolationis earum tam ad cōia quàm ad ꝓpria: & hoc fm singulas partes orationis. i. noīa, verba, participia, pronomina, & ita de alijs: ita vt videretur ittud esse idioma perfectum, licèt verè non esset, quia poterat Adam loqui de quibus vellet, & interrogatus rñdere de oībus, de quibus peteretur. Et cùm Deus dedisset in hoc idiomate voces significatiuas pro cæteris rebus, non dedit pro animantibus terræ principalibus, & pro auibus, & ideo ista potuit postea Adam introducere, & verè ipse imposuit cùm Deus non introduxisset.

A Causa autem, quare relinqueretur idioma non cōpletum, fuit, vt locus esset Adæ imponendi aliquibus rebus nomina, quod non fieret, si oībus rebus nomina dedisset Deus in cognitione habituali Adæ: & ista impositio relinquebatur pro Adam ad signandum dñium eius. s. ꝙ sicut liberè poterat vti rebus sibi subditis pro volūtate sua, ita posset noīa rebus illis imponere ex arbitrio suo. Sed tunc diceretur, cùm oīa subiecta essent homini quare non imposuit noīa oībus rebus? Dicendum, ꝙ præter cæteras causas suprapositas ista erat vna præcipua, quia Adam non potuit imponere nomina omnibus rebus, nam non potuit oīa videre: nunc verò animalibus nomina imposuit vidē do illa, sed omnes res videre non poterat; etiam quia si omnibus rebus nomina imponeret, ipse introduceret totū idioma nullo præexistente, quod fieri non poterat, vt supra ostendimus. Secundo, quia ad ostendendum dñium Adæ satis erat, quod imponeret nomen animalibus, primo quia animalia erant pręcipua inter omnia entia gñabilia, & corruptibilia, si significabatur homo vt dñs animalium, significabatur vt dñs aliarum rerum a fortiori. Secūdo, quia animalia erāt, de quibus magis dubitabatur, an hō dñaretur eis, qa illa hñt in se motum, & ex se, quo homini resistere possunt: de alijs non est, sic idem de eis dici debuit, ꝙ imposuerit illis nomina Adam. Tertio quantum ad principale, quia Adam imposuit nomen illis rebus, q̄ ante eum adductæ sunt: & tñ non fuit causa aliqua ad adducendas alias res, sed solùm animalia, vt sup. ostēsum est: ideo sola animalia debuit nominare Adam. Nūc autem est dubium qūo Adam noīa aīalibus imponere potuit. Dici posset vno modo, quòd Deus dedit ei nomina quæ imponeret, ita. n. quidā asserunt.

Cum omnia Adę essent subiecta, cur nō imposuit nomina omnibus rebus.

Q5. 344. Qūo Adā potuit imponere nomina.

Sed dicendum, ꝙ istud nihil est, quia si Deus ei illa nomina daret, iam Deus illa imponeret, & non Adā: vel diceretur, quòd Adam totum idioma imposuit de nouo, quia Deus dedit in anima eius scientiam habitualem omnium vocum significatiuarum, & quas res significarent, & tñ non concedimus, ꝙ Adam imposuit ista ad significādum, sed Deus introduxit istud idioma: ergo & ipse diceretur imponere nomina omnium animalium, & non Adam, quod etiam nō concedimus. Aliter dici potest, ꝙ Adā imposuit noīa animalium, & imponere potuit per sapiētiam sibi a Deo datam: fuit. n. valde perfectus hō ille tam fm corpus, quàm fm animam, & ita sciret inuenire noīa pro animalibus. Tertio potest dici, ꝙ ēt sine spāli sapiētia data a Deo posset imponere noīa aīalibus: si. n. nulla nomina, aut voces significatiuæ præexisterent, difficile esset non solùm imponere oīa, sed ēt pauca imponere, nunc verò cùm pro oībus rebus alijs essent voces significantes, fm comparationē ad alias voces significatiuas posset Adam imponere noīa animalibus, maximè quia illa imponebantur ad placitum, & facile est de nouo quascunque voces formare: quia tñ nomina imposita ab Adam posita sunt cū ratione multa quantum potest dari ratio in voce, quæ imponitur ad significandum ad placitum, eo ꝙ sacra scriptura comēdat istam nouam impositionem, quasi aliquid excellens, dici potest, ꝙ Deus illustrauit intellectum Adæ non quidem dando ei ista noīa in mente, quia tunc Deus illa imponeret, sed dando ei lumē, & vim intellectus ad excogitandū, & inueniendum diuersa noīa. sic patet Exo. 31. de artificibus, quos Deus elegit ad fabricandū opera sanctuarij: nam non dedit eis figuras rerū quas fabricaturi erāt, sed sapientiā ad excogitandū quicquid subtiliter fieri poterat. Ecce vocaui Beseleel ex noīe, & impleui eū sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere ad excogitandum quicquid fabre fieri potest ex auro, & argento.

Qō. 345. Cur scriptura uocat animal brutū animam uiuētem, hominem autem aīam absolute.

Dicitur autem sup. 2. cap. Omne quod vocauit Adā F animæ uiuentis, ipsum est nomen eius; uocatur anima uiuens ipsum animal, quia omne animal uiuit, & vocatur totum aperte iuxta consuetudinē scripturæ, quæ interdū animā absolutè vocat pro animali, & tñ est intelligendū, ꝙ qñ vult significare animal brutū, vocat aīam viuentē, vt sup. 1. cap. producant aquæ reptilæ aīæ viuentis: & iterum, creauit Deus grandia cete, & oēm animam viuentem, & ita sæpe habetur; qñ autem scriptura vult significare hoīem, vocat animā absolute, & non viuentem, vt præcedēti cap. s. Et animas quas fecerant in Aram, idest seruos, & seq. cap. da mihi animas, cætera tolle tibi, & infra 46. & Exo. j. de animabus egressis de femore Iacob, & ingressis in Aegyptum. Causa autem huius dīæ videtur esse ad G distinctionem, vel notificationem perfectionis hoīs, & aliorum animaliū: vocantur. n. animalia aīæ viuentes, quasi hæc sit maxima perfectio eorum, ꝙ viuant: & nihil vltra habebāt nisi viuere, & sentire: homines aūt vocantur animæ absolutè ad significandū, ꝙ non habent vnam solam perfectionē animæ, sed omnem perfectionē, quæ esse pōt illius: sunt autem tres gradus animæ. s. vegetatiuū, sensitiuū, & intellectiuū, qui oēs sunt in anima: iō cum hō habeat oē, qđ habet anima, vocatur absolutè aīa, & non cū adiectione, ne videatur hīe animam ſm determinatā participationē perfectionis animæ. Dixit autem hoc Moyses primo ad significandū excellentiam Adæ, vt. s. sciatur tantā H fuisse auctoritatem eius, vt animalia oīa ab eo acciperent nomen, & hoc Deus vellet. Secūdo ad exprimēdam veritatem, & tollendū dubium: nam dī, ꝙ Deus adduxit omnia animalia ad Adā, vt videret qd vocaret ea, si aūt nihil adderetur, putaretur, ꝙ forte Adam non imposuisset nomina, licèt Deus ad hoc animalia adduxisset: iō expressum est, ꝙ imposuerit nomina. Tertio & principaliter fuit ad ostendendū permanētiam nominū, quia aliquis putaret, ꝙ Adam imposuit nomina animalibus, sed in breui cessauerunt, quasi Deus imposuerit postea alia meliora, vel per vsum mutata sunt, & inuenta alia, sicut in multis rebus fit: dicitur autem, ꝙ illa non mutata fuerunt, sed manserunt eadem, quæ Adam imposuit, & manebant vsq; I ad tps Moysi: cùm dicatur, hoc est nomen eius. i. etiā nunc est nomē quodcunq; imposuit Adam: & referē ad tempus, quo Moyses ista scribebat.

Qō. 346. In quo idiomate Adam posuit nomina rebus.

Quæretur, in quo idiomate posuit Adam nomina animalibus? Dicendum, ꝙ posuit ea Adam in eo idiomate, qđ ipse habebat; vnicū. n. idioma erat, qđ Adam tunc habebat. s. illud quod Deus ei dederat, & in illo non erant nomina aliqua pro animalibus terræ, & volatilibus cęli, illa aūt inuenit de nouo Adam, & fecit esse partem illius idiomatis: si aūt multa idiomata tūc essent, & in quolibet eorum deessent nomina animalium terræ, & volatilium, poterant nomina illa applicari cuilibet idiomati, & essent illius, cuius sequaces vellent ijs nominibus vti, maximè tñ essent illius, cui in modo prolationis, & terminationum magis con- K uenirent, cùm non solùm idiomata differant in vocibus, quæ sunt aliquid materiale, sed etiam in proprietatibus locutionum terminandi, & aspirandi, & colliendi, vel proferendi literas, quia tñ tunc idioma vnicū erat, non potuerunt esse nisi illius. Sed dicetur, qđ idioma erat istud? Rñdendū, quòd erat Hebræum: istud est. n. quod a principio mundi fuit, & erat vnicum in omnibus hominibus, & hoc apparet ex nominibus proprijs, quæ inueniuntur in sacra scriptura pertinentia ad tempus Adæ, vel primam ætatem, per quorum rationes quasdam, vel resolutiones in nomina communia apparet, quòd sint illa Hebræa, quia soluuntur in linguam Hebræam, quæ nūc est, & non in aliquam alliam. Et apparet in voce mulieris, quia dicitur sup. 2. vocabitur *Virago*, quoniā de viro sumpta est: & in Hebræo dicitur, *Issa*, vbi nos dicimus, *Virago*: & pro viro dicitur in Hebræo, *is*, &, *issa*, cùm additione sola literæ, & ita, *is*, & *issa*, sunt eiusdē idiomatis. Adhuc melius apparet in alio nomine mulieris, quod est proprium, & postea posuit id Adam. sup. 3. cap. scilicet Eua, cùm dicitur: Et vocauit Adam nomen vxoris suæ Eua, eo quòd mater esset cunctorum viuentium: & ita nomen Euæ signat vitam, vel viuens, cùm hæc causa reddatur huius nominis: & hoc conuenit in Hebręo, quia pro Eua dicitur, *Haua*, & pro viuentibus dicitur, *Haim*, quod ex eadem origine venit. Similiter in nomine primogeniti Adæ, quem vocauit Cain. sup. 4. cap. Concepit, & peperit Cain dicens, possedi hominem per Deum, & ita necesse est, ꝙ Cain significet possidere, vel possessionē, cùm istud detur pro causa nominis eius, & in Hebręo conuenit hoc, quia dicitur Cain, Chanici: & significat Chanici, possidere, qđ ex eadem origine venit ex qua Cain, & est præteritum Chanici, idest possedi. Ita alius filius Adæ vocatus est Seth. supr. 4. cum dicitur Vocauit nomen eius Seth dicens; posuit mihi Deus semen aliud, & hoc conuenit in Hebræo, quia Seth significat portionē: ita ēt Noe. sup. 5. cap. vocatur sic, a quies, quia quiescere faciet a laboribus, vt ibi patet: & sic cùm noīa illa rēsoluātur in nomina cōia Hebræa, q̄ nunc sunt; & non in aliq̄ aliam linguā, apparet illud H idioma, in quo nomina illa ponebant, fuisse Hebræū.

Primum idioma hebręum.

Sed quæretur qūo est verum, ꝙ nomina illa, quæ imposuit Adam animalibus, & volatibus, erant rem- pore Moysi, quod dicit hic, scilicet, Omne quod vocauit Adam animæ viuentis hoc est nomen eius; nā post diluuium perijt vnitas linguæ, & subintroierunt multa idiomata: fuit autem ista diuisio linguarū multo tpe ante Moysen, qui ista scripsit: ideo non manerent nomina illa, quæ posuit Adam, sed succederent alia. Dicendum, quòd illa nomina manserunt vsque ad tempus Moysi, & multo tēpore post omnia, nūc verò non sunt omnia illa, sed multa de alijs. Cùm autem dicitur, quòd idiomata mutata sint. Dicendum, quòd idioma quod primo erat non perijt, neque in aliquo mutatū est, sed multa idiomata adiuncta sunt, & factum est, quòd illi, qui illud idioma habebant, & derent illud, & acciperent alia, ipsum tñ non perijt, sed manſit in multis integrum, sicut primo erat; ab exordio. n. sæculi erat idioma vnicum, scilicet quod datum fuit Adæ, & illud perseuerauit in posteris eius per doctrinam, sicut & nos accipimus idioma regionis illius, in qua nascimur; Deus enim non dedit Adæ multa idiomata, sed vnicum: & patet primo. quia plura potius erant ad confusionem, & non intellige re, sicut fuit in diuisione linguarum, quàm ad cognoscere, & intelligere: & tamen quando Deus naturam instituit, noluit eam confundere.

Secundo, quia plura idiomata sunt multorum, sed Adam vnicus erat, cùm daretur ei idioma, ergo vnicum datum est. Tertio, quia diuisio linguarum fuit in pœnam, & dispersionem, & tamen in principio sæculi noluit dominus dispergere, sed congregare, quia erant pauci, & non erat eis pœna dicenda; ideo non dedit multas linguas. Quarto & efficacius, quia post diluuium adhuc tempore ædificationis Babylonis perseuerabat vna lingua. Erat autem terra labij vnius, & sermonum eorundem, ergo toto tempore prius erant oēs homines in terra huius labij. i. idiomatis, si tñ multa idiomata fuissent tempore Adæ perseuerassent in hominibus. Erat ergo vnicum idioma a principio mundi, quod durauit oībus hominibus in tota prima ætate, & etiā post diluuium manſit vsque ad

ad diuisionem linguarum. Non uocatur Hebræum, A neque aliquo nomine spāli: sed erat lingua omnis terræ, postea in diuisione accepit hoc nomē. Et est intelligēdum, ꝙ istud idioma non ꝓpijt in diuisione illa, sed cessauit esse vnicum in hoībus, nam cùm oēs hoīes illud prius haberent, cępit esse in paucis, & cęteri oblitisunt illud, ita vt iam non intelligerēt eos, qui loquebantur in illo, quasi essent Barbari: in quibus tñ manfit, integrum fuit, sicut prius fuerat, quia nihil mutatum est de eo, quod ipsi sciebant prius: & tñ ipsi nutriti fuerant in eo, & sic plene illud habebant, & retinue runt potissimè, quia multi fuerunt, in quibus illud manſit: tunc aūt accepit nomen speciale, cùm incepisa esset lingua omnis terræ, & vocata est lingua He- B Hebręa linguaquare hic appellatur. bræa a quodam vocato Heber, qui fuit princeps inter eos, qui retinuerunt istud idioma, & erat pronepos Sem. s. filius Sale, & ille filius Arphaxat, & ille filius Sem. supra 11. cap. Et ob hoc Abraham vocatur Hebræus sequenti cap. Ex prædictis sequitur, ꝙ nomina animalium, & volatilium, quæ posuit Adam, manserunt in tota prima ætate, quia manebat tunc illud idioma; etiam manserunt post diluuium vsque ad diuisionem linguarum, & post diuisionem manserunt etiam nomina, quia totum illud idioma manſit, sed in hoc differebat, quia illud idioma erat prius apud omnes, post verò apud paucos, & ita nomina auium, & volatilium manserunt omnia, quæ Adam posuequod vocauit Adam animę viuentis, ipsum est no- C men eius, scilicet nunc est. i. tempore Moysi, quia tūc omnia illa nomina manebant: sed intelligitur, ꝙ manebant apud eos, apud quos erat idioma Hebræum. Manserunt etiam post longo tempore, & nunc non manent omnia, quia quādiu Hebræi māserunt in terra sua, quæ erat terra Canaan, vt populus, & vulgus vnus, manſit lingua Hebraica inter eos, vt lingua vulgaris, & quam populus addiscebat, & in qua loquebatur; & in eadē, sacra scriptura fuit scripta, & hoc fuit vsq; ad tēpus euersionis Ierusalem totalis post Christi mortem. Nam licèt in Babylonem captiui ducti fuissent, erant ibi populus magnus, & tenuit semper linguam propriam, nullo mutato de ea, & ita poterāt loqui in ea quicquid vellent, sicut nos in vulgari nostro copiam habemus vocum significatiuarum pro omni re: & ideo etiam vsque ad illud tempus manebant omnia nomina animalium, quæ posuit Adam. Post Christi passionem euersa Ierusalem desijt populus Iudæorum esse gens vna, & euenit eis, quod dī de ipsis Psal. 105. Et commixti sunt inter gentes, & didicerunt opera ipsorū. Cùm enim diuisi essent in omnem populū, & nationē sub cœlo, & pauci essent in qualibet regione pauliſper cessauerunt a lingua propria, & vsi sunt linguis earum regionum, in quibus manebant: ita vt per dissuetudinē obliuiscerentur linguæ propriæ, quia paruuli eorum, qui nascebātur, linguam ipsorum non addiscebant, sed illarum gentiū, inter quas erant, vnde factum est, vt nihil de lingua Hebræa maneret, nisi qđ in codicibus sacris habetur, quia illud non potuit ire in obliuionem: propter qđ nunc Iudæi nesciunt omnia Hebraicè loqui deficientes eis copia verborum, cùm non habent alias dictiones, nisi eas, quas inueniunt in sacra scriptura, & ob hoc sapientes eorum, qui aliquos libros conficiunt, potissimè de rebus non pertinentibus ad sacram scripturam, in Arabico, & non in Hebræo scribunt, qđ apud omnes Hebræos commune est, & ita nunc manent aliqua nomina animalium, quæ posuit Adam, scilicet ea quæ habentur in sacra scriptura: & non plura, cætera perierunt.

Qō. 348. Quo idiomate utebatur Eua.

Quæretur, nūc de idiomate Euę, quo illa loquebat. Dicendū, ꝙ fuit idem idioma Adę & Euę, quia ante diluuiū in tota prima ætate, & postea vsq; ad ędificationē Babylonis oīum hoīum fuit idē idioma, & tñ illud erat, qđ datum fuit Adę: iō illud fuit in quo loqūbatur Eua. Sed q̄retur qūo illud habuit Eua? Aliquis poterat dicere, ꝙ illud didicit ab Adam quemadmodū paruuli addiscunt a parentibus, & ab alijs, inter quos conuersant: nunc aūt Adam nouerat idioma, qđ Deus ei dederat, & ita poterat docere mulierē in eo. Dicendū, ꝙ poterat sic fieri: sed non factū est, nā non didicit idioma a viro suo, sed a Deo accepit illud sicut vir suus: primo quia si addiscere deberet ab Adā maneret longo tpe non intelligēs idioma, neq; sciēs loqui rñdendo, quod tollit dulcedinē cōuersationis: & esset Adam quasi non hñs consortiū, q̄diu illa non intelligeret eum: & tñ Deus dedit Euam Adę, vt esset ei in consortē, & consolarent ad inuicē: ergo sciebat illa loqui qñ data fuit viro, & nō didicit ab eo. Secundo, quia solet dici, ꝙ expulsi fuerūt Adam & Eua de Paradiso die quo formata est Eua, quasi nō manserint ibi per diem integrum, in quo die parū, uel quasi nihil poterat Eua de idiomate addiscere si addiscēdo illud acciperet: & tñ oportet dici, ꝙ in eodem die sciuit Eua loqui: ergo non didicit illud, sed accepit. Patet hoc, quia eodem die mulier tentata fuit a diabolo suadēte ei comedere de ligno vetito: & tñ si nesciret linguā, non posset ei quic̄q̄ diabolus suadere, cùm illa tentatio fuerit in uoce. Tertio, quia mulier rñdit diabolo, vel serpenti tentāti, de quibus lignis manducabant, & de quibus non, velut haberet plenam notitiā loquendi: ergo non didicit idioma, & postea ēt eodē die redarguta a dño rñdit, & ipsa viro suasit manducare, quorum nihil fieri posset si addiscere idioma: nam tunc fortassis nullam dictionē significatiuā sciret. Quarto & principaliter fuit necessarium dari, ꝙ statim, vt Eua formata est, sciret idioma plene: nam formata fuit in Paradiso, & erat iam datum prȩceptū viro de non comedendo de ligno sciētię boni & mali, & oportebat, ꝙ statim Eua istud p̄ceptū acciperet a Deo, vel a uiro suo: quia aliàs cū esset in Paradiso, in cuius medio erat lignū illud, forte māducaret de illo, qđ erat incōueniens: & tñ si non intelligeret idioma, non posset ei dari prȩceptum: ergo oportuit dari, ꝙ statim ut formata fuit mulier, sciuit loqui, & non addidicit illud ab Adam. Dicendum ergo quòd sicut fecit Deus de Adam, quòd cùm formauit eum de terra, dedit in anima sua habitualem cognitionem idiomatis, vt sciret loqui, & respondere, ita fuit de Eua: nam cùm eam formauit, dedit ei cognitionem idiomatis, ita ut nō indigeret doctrina aliqua, sed fuit ista cognitio habitualis, fixa, manens, & indelebelis in intellectu mulieris: & ita potuit statim dari sibi p̄ceptū, & statim tentari, & tentata rñdere, & oīa alia, quę de ea referuntur, cū plenam haberet cognitionem idiomatis. Et dicēdum, ꝙ in solis Adam, & Eua istud fuit, quia statim habuerunt cognitionem plenam linguę: cęteri autem, qui ab eis nati sunt, acceperunt linguā per instructionem a parētibus, quemadmodum nos paruuli erudimur in lingua materna. Et ratio fuit, qa cęteri p̄ter istos habuerūt principiū essendi ſm naturam. i. per gñationem a parentibus, & mō naturali: iō & doctrinā, vel cognitionē accipere debuerūt mō consueto nobis. s. per instructionem a parentibus: Adam autem, & Eua non habuerunt principia essendi, sed ordinem naturæ, quia non fuerunt geniti a parentibus, sicut nos, sed a Deo. Etiam non fuerunt aliquando paruuli sicut nos, sed cùm primum formati sunt, erant in tanta corporis perfectione, & magnitudine, in quanta postea aliquando fuerunt: ideo

ideo cùm illi acceperint esse a Deo, & non a parentibus, debuerunt ab illo accipere cognitionem idiomatis. & non per doctrinam successiuam, & sicut subito facti sunt integri in corpore, ita plenam cognitionem debuerunt accipere vocum, & significationū in mēte, & ita factum est. Sed adhuc aliqua dria fuit in cognitione idiomatis inter Adam, & Euam: vterque. n. accepit a Deo cognitionem linguæ sine doctrina, sed Eua plenius quàm Adam, quia qñ fuit datū Adæ idioma, deerant nomina animaliū terræ, & volatiliū, quæ Adam postea imposuit, cùm non essent a Deo imposita, cùm aūt Deus formauit mulierem de viro, iam erant imposita nomina ab Adam, vt patet sup. 2. cap. ex ordine literæ, & ideo cùm Deus dederit Euæ miraculosam cognitionem idiomatis, dedit ei cognitionem totius illius, cùm iam noīa illa existerent, & ita plurium cognitio, quantū ad idioma, data est Euæ a Deo, quàm Adæ; alioquin diceretur, ꝙ dedit Deus Euæ cognitionem eorum, quæ dederat Adæ cognoscenda: reliqua verò, quæ postea Adam imposuit ex arbitrio acciperet Eua ab eo per doctrinam, sed hoc non est conuenienter dictum, quia tunc si Eua aliqd addiscere deberet ab Adā, equaliter posset totū idioma accipere, cùm totum illud nosset Adam, sed non potest dici, ꝙ totum ab eo acceperit, ergo debet dici, ꝙ nihil didicerit, sed totū acceperit a Deo. Item quia in operibus Dei nihil damus diminutum, sed Dei pfecta sunt opera, Deuter. 32. cap. ideo si Deus daret cognitionem idiomatis Euę, plenam daret, vt nō oporteret, ꝙ hō suppleret aliquid de eo, quod Deus minus fecerat, & ita pleniorem cognitionem idiomatis dedit Euæ, quàm Adæ, idest de pluribus, vt dictū est.

Qñ Eua a Deo maiorē idiomatis cognitionē acceperit, quā Adā.

Qs. 349. Quare dicit appellauit Adā cuncta animantia nominibus suis, & nō inueniebat ei similis adiutor.

Quæretur, quare dicitur appellauit Adam nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia cœli, & bestias terræ: Adæ verò non inueniebatur adiutor similis eius. Dicendū, ꝙ fuit dictum ad ostendendam necessitatem formationis Euæ: Deus. n. voluerat dare Adæ consortium: nam dixerat, Nō est bonum hominē esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi, & quia animalia iam facta erāt, & superuacuum erat de nouo fieri adiutorium, si aliquod erat in animalibus, voluit Deus adducere omnia aīalia ad Adam, vt ipse diligēter in omnibus perquireret, an esset fœmella aliqua conueniens ei, & si esset non formaretur aliqua de nouo, si nulla esset, formaretur de nouo. Adā aūt diligenter inspexit animalia, neque vidit aliquod cōueniens ei, ideo aperte cognouit necessariam esse formationē nouæ femellæ, quæ ei conueniret: & ad significādum hoc dr, ꝙ Adam appellauit oīa hæc nominibus suis, ac si dicatur, ad imponendum nomina oportebat diligenter inspici animalia quantū ad diuersitatem naturæ, & operationū, in quo sufficientē cognitionem acciperet Adam, an aliquod de illis animalibus cōueniret ei, & tñ per hoc non inuentū est: ideo adiungitur; Adæ verò non inueniebatur adiutor. i. licèt diligenter inspexisset omnia animalia, qđ requirebat ad posse noīare illa, non tñ inuenit adiutorē. Et dr non inueniebatur. s. Adā non inueniebat, qa non pōt referri, nisi vel ad Adam, vel ad Deum, quia nullus alius tunc erat, cui istud posset cōpetere. Deus aūt siue Angeli, qui loco Dei nunc accipiuntur, non inquirerent in aīalibus istud adiutorium, quia sciebant nullum esse: non quærit aūt aliquis, nisi qui ignorat, sed Deo, & Angelis notum erat nō esse animal aliqđ, quod Adæ conueniret, solus Adam erat, qui ignorabat, an in animalib. esset aliqd simile ei, & ipse inquirebat, & cū omnia aīalia vidisset, neq; ibi cōspiceret cōueniens sibi, dr ꝙ non inueniebatur ei adiutor. s. ipse non inueniebat. Vocatur aūt adiutor. i. consors ad generationē, cùm solus Adam non posset gignere; masculus verò, & fœmella cōiuncti pñt, iō quia vnus aliū adiuuat, similis ei adiutor est. i. in eadem specie, quod ex figura & operatione, & cæteris signis colligitur, & talem non inuenit Adam.

Dr. s. 2. c. Immisit ergo dñs soporē in Adā, qrēt quare hoc dr. Rndendū, ꝙ hoc dr ad cōcludendū formationē mulieris: fuerat. n. qsitus adiutor pro Adā, & nō fuerat inuentus: ideo necesse erat formari sibi fœminam cōuenientē, quam Deus voluit formare de corpore viri, & quia volebat, ꝙ vir non videret, qñ Deus auferebat partem corporis eius ad formandū mulierem, dicitur ꝙ immissus fuit sopor Adæ. s. quia tunc neq; videret quid Deus circa eum faceret, neq; sentiret. Et hoc apparet, quia dr Immisit ergo dñs soporē in Adā, in quo fit cōsequentia. s. non inueniebatur adiutor similis Adæ, immisit Deus soporē in Adam ad formandum mulierem; si. n. fuisset inuentus adiutor, non formaretur fœmina de nouo, & ita neq; esset necessariū immitti soporē in Adā ad formādū mulierē.

Q. 350. Cur immisit Deus soporem in Adam.

Quæretur, dato, ꝙ Deus vellet formare fœminā de costa viri, quare misit soporem in eum? Ad hoc rñdet Magist. li. 2. sen. dist. 18. ꝙ fuit primo, vt ostenderet, ꝙ nullam pœnā senserat vir auferendo ei costam: nam & si pœnam aliquā aut dolorem sentiret, iam non dormirer, sed euigilasset: & tñ dormiendo subtracta fuit, ergo pœnam non sensit. Secundo, vt ostenderet mirabilis potētia Dei, quæ aperuit latus hoīs ablata inde costa, & tñ non excitauit a sopore. Tertio fuit ad significandū sacramētū Christi, & ecclesiæ; nam quemadmodum Adā sponsus est, & Eua sponsa, ita Christus sponsus erat, & ecclesia sponsa: nam accepit eam immaculatam sibi sine ruga, & sēditate. ad Ephe. 5. & ad Cor. 2. cap. 11. Despondi vos vni viro virginē castam exhibere Christo. & quia de latere Christi dormiētis aperto fluxit sanguis & aqua, quæ fuerunt sacra, in q̄bus ecclesia fundata est, & ita vī ipsa de latere Christi accepta, ad hoc signandum etiam fœmina de latere viri dormientis accepta est.

Q. 351. Cur mulier fit de costa viri dormientis & non de costa viri vigilantis.

Sed quæretur, quare dormienti ablata est costa, cū & vigilante viro posset istud fieri: omnia. n. illa tria fieri poterant in vigilante, quæ mouebant ad dicendum factum esse hoc in dormiente? Sicut. n. dr, ꝙ ostenditur ꝙ sine pœna viri ablata est costa dormiente eo, ita & poterat accipi eo vigilante: & licèt certum sit, ꝙ nullum dolorem senserit cū non euigilauerit, tñ certum est, ꝙ vigilanti sine dolore poterat abstrahi: quia nihil est, quod Deus non possit, Luc. 1. cap. Nō erit impossibile apud Deum oē verbum. i. nulla res erit apud eū impossibilis. In scdo verū est, ꝙ ostendebatur potētia Dei, & opus mirabile inquantū non excitabatur a sopore, cū auferretur ei costa, quia non excitari poterat esse per vnum de duobus. s. vel quia sopor erat valde grauis, vel ipsum accipere costam erat per se sine vlla offensione, & vtrunq; erat res diuina, & tñ in vigilia fieri poterat, quia auferretur costa, & tunc magis appareret potentia Dei, quæ vigilanti sine dolore costa auferebat. De tertio idem est, nam si strictè accipiat, nō est cōparatio, quia Adā erat verè dormiens, Xps aūt in cruce non erat dormiēs, sed mortuus, & iō nō bene hoc significat: nā & ecclesia potius fundata est de Xpo viuēte, q̄ mortuo: quia redēptio nostra est ex meritis passionis Xpi, in qua passione oīa sacra a Xpo instituta hñt efficaciā: sed passio Xpi est in viuo, & nō in mortuo, quia mortuus nihil pati pōt sensitiuē: & iō sanguis Xpi de corpore Xpi viuētis, & penalitates suæ tunc profuerunt ad redemptionem nostram: qđ autem in Christo fuit post mortem, non facit aliquid ad redemptionem nostram effectiuē, eo ꝙ ibi nō est aliqua actio meritoria, sed solū ad significationē, sicut & corpus domini sepeliri non confert effectiuē, aut pro meritoriè ad redemptionem nostram: & ita sanguis qui fluxit de mortuo non redemit nos, sed sanguis, qui de viuo: sed qđ de mortuo fluxit redēptionē, & ablutionē significat, sed ipsam nō facit: & iō spōsa Christi, i. ecclesia de corpore Christi viuentis, & vigilātis sumpta est quàm de corpore mortui siue dormientis, & ideo ad istam significationē satis potuisset tolli costa de Adam vigilante.

Q. 353. Rationes aliæ assignatæ, cur de dormiente nō de vigilante costam abstulerit Deus.

Dicendum, ꝙ iste rōnes congruentes sunt, sed nō cogentes ad hoc, ꝙ de latere dormientis sumeret costa: poterat enim Deus ita sine dolore tollere costam de vigilante sicut de dormiēte, sed prima causa, quare esset dormiens fuit, vt res videretur credibilior: voluit autem Deus facere res eo modo, quo melius credi possent: si autem referatur costa ablata de latere viri sine dolore, melius poterit cogitari factum esse in dormiente, quàm in vigilante: ideo factum est in dormiente: nam qui pauca intelligit tam de ptāte Dei, q̄ de natura rerum, non satis conciperet qūo posset fieri hoc in vigilāte: cōciperet aut qūo fieret in dormiēte. Secundo & principalius, quia Deus non voluit, ꝙ Adam videret qūo istud fiebat: voluit. n. Deus, ꝙ Adā videret id, quod miraculum ipse fecerat, sed ꝙ nō videret modum faciendi, vel tunc cum faciebat, quia indignū hoc iudicabat, vt non putaret ex hoc se scire secretum diuinum, s. si Deus applicabat manus, cum costam abstulit: & an mansit latus apertum, vel clausum, & qūo supducebatur caro ad replendū locum, & ita de alijs, quæ circa istam operationē erant, sed videret rem iam factam, & ex hoc magis admiraretur. Tertio, vt ex hoc cōmēdaretur notitia quam habuit Adam: nam cum adducta fuit ad eum Eua dixit hoc, Nūcos ex ossibus meis, & caro de carne mea, quā cognitionem dr accepisse diuinitus: tñ si vigilanti, & videnti costa auferretur ad sensum esset ille certus de re, & nō cōmendaretē cognitio eius. Quarto, quia hic ptinebat ad ostendendū dignitatē fœminæ: voluit. n. scriptura ostendere eam digniorē oībus pecoribus, & cæteris animalibus: nam ad hoc adduxerat oīa animalia ante Adam, vt videret si aliqđ illorū erat cōueniens ei in consortium, & nullum voluit: qñ autē adducta fuit ante ipsum fœmina, acceptauit illam: & ita iudicauit illam digniorē oībus aīalibus, & tñ si videret Adam illam de se formari educendo costam de ipso: ēt si illa non esset excellentior alijs animalibus afferetur ad ipsam, & iudicaret meliorem alijs, vel eligeret, & sic non ostenderet cōuenienter ex eius electione eā esse alijs nobiliorē. Sed dicendū, ꝙ rō secunda suprapositā non tenebit, quia ēt si vigilāti Adæ abstraheret Deus costam, adhuc posset facere non videte eo, neq; sentiente, & ita non cognosceret Adā secretū diuinæ operationis, sicut si esset dormiens. Dicendum, ꝙ hoc nō conueniebat, quia istud faceret rē minus credibilē: nam si Adam vigilans esset, & nō videret de se accipi costam difficilius esset sibi credere ablatā esse ei, & nobis ēt q̄ si dormiēti accipereť, licèt vtrunque fieret insensibiliter ideo cōuenientius fuit fieri dormiente Adam quàm non dormiente.

Q. 354. Quo Adā dormiente nō sentiret costā de latere suo ablatā.

Sed quęretur quomodo potuit Adam non sentire dolorem cum auferretur ei costa, quæ erat pars corporis eius. Dicēdum, quòd hoc fuit ex vno duorum, scilicet, vel quia sopor erat ualde grauis, vel: quia ablatio fuit tam leuis, vt sentiri non posset. Primum satis esse poterat, quia omne quod a Deo est, excellentius est eis, quæ fiunt ab homine, vel secundum naturam, sicut quando Deus timorem immittit, est ille timor durior, quàm qui aliàs accidit, & ideo dissoluit compages, sicut Deus immisit timorem super Cananęos, & cum essent vrbes multæ non ausi sunt persequi so lum Iacob cum domo sua fugientem. infra 35. cap.

sic & timorem tam validum incutiebat Deus Iudęis, vt terreret eos sonitus folij volantis, & fugerent quasi gladium. Leui. 26. cap. ita de sopore est, quia quando Deus voluerit alicui immittere soporem erit tam fortis, quòd euigilare non poterit: ēt si inferatur sibi aliquid grauius morte. Et hoc consonat sacræ scripturæ, quæ vult multum differre inter soporē a Deo immissum, & inter illū, qui naturaliter ex alia causa euenit, & est in duobus. Primo, quia in sopore naturali si aliqui dormiunt, alij non dormiunt: in sopore autem immisso a Deo nemo erit, qui non dormiat, etiam si magna multitudo super quam sopor immittitur, & non accidit aliquem de illis non dormire. Secundus est, quia in sopore naturaliter accidēte ex leuibus causis homo euigilat, & quidam leuius alijs in sopore a Deo immisso, nemo est qui excitari possit, quo vsq; Deus soporem abstulerit, & hæ differentiæ signātur. lib. 1. Reg. 26. cap. quando Dauid descendit per noctē ad castra Saulis dormientis; cum dicitur, Tulit Dauid hastam, & Scyphum aquæ, quę erant ad caput Saul, & abierunt, & non erat quisquam, qui videret, & intelligeret, & euigilare: sed oēs dormiebant, quia sopor domini irruerat super eos. Et ita dicitur ibi, ꝙ ille erat sopor domini, qui ceciderat super eos: vnde nō erat incredibile, talia fieri: esset aūt incredibile, si eēt sopor naturaliter accidens, quia tūc in castris vnius regis aliquis vigilaret, & tñ omnes dormiebant. Etiamsi accideret, oēs dormire, contigisset aliquē euigilare, dum Dauid trāsibat per oīa castra, quo vsque venit ad locū vbi dormiebat rex: & abstulit lanceā, & Scyphum, & regressus est: & tamen interim nemo euigilauit, & datur causa, s. quia erat ille sopor immissus a Deo, & nō potuisset aliquis euigilare, etiam si in castris esset clangor buccinarū, & strepitus belli. Ita nunc fuit in Adā, quia īmissus fuit sopor in ipsum a Deo, & iō ille poterat esse tam grauis, vt nihil sentiret eorum, quæ circa ipsum fierent, etiam si dura essent. Adhuc istud redditur verisimile ex quibusdam, quæ patiuntur hominēs ægrotantes in sopore, & potissimè lethargici: nam tam graui sopore tenentur, vt etiam si circa eos dura exercentur, non sentiant: sed istud prouenit ex natura: ideo a fortiori fiet in eis, quæ a Deo fiunt; vnde dato, quòd ablatio illa costæ esset in se valde dolorosa, non sentiret dolorem Adam immisso sopore illo in eum. Alio modo poterat hoc accidere: si illa ablatio esset in se tam leuis, quòd dolorem non inferret, & dicendum, quòd hoc non poterat fieri per naturale agens, sed per Deum non est dubium, quin fieri posset, apud quem non est impossibile aliquid: vnde etiam non ponendo aliquid ad non sentiēdum, aut aliquid, quod obstaret dolori, poterat auferre costam, ita ut ablatio in se non esset sensibilis: & impossibile esset dolorem aliquē sentiri, etiam in eo, qui esset valde dispositus ad sentiēdum, quia poterat Deus facere cessare continuitatem illius costæ cùm reliquo corpore, aut virtutem animæ, nō extendi ad illam, & tunc non solùm non esset dolor in auferēdo costam, immo non esset possibilis dolor. Amplius quoniam quædam sunt, quæ fm naturam auferunt sensum doloris: nam quædam mixtiones sunt, qbus si vngantur partes corporis, quæ urendę, uel secandæ sunt, non erit sensus doloris. Scimus quoque genus vnctionis esse, quo tanta fit mētis alienatio: & abstractio hominis a se ipso, ut per certum temporis spaciū nulla sensatio inueniatur in eo, quia ea re vnctus fuerit, quod & diebus nostris accidit in hac regione Hyspanorū: sunt enim mulieres quædā, quas maleficas uocamus, q̄ profitentur facta quædā vnctione cū certis uerborū obseruationib. ire, qñ uoluerīt, & ad diuersa loca viros, & fœminas quenire, ubi oīum uoluptatum

Atrēde mirabilē ueneficarum mulierum unctionē.

tum generibus,tam in cibis quàm in cõplexibus perfruantur: cuidam autem mulierculæ huius sectæ cũ supet hæc re nõ crederetur,pũtibus multis se id facturam pollicetur,factis aũt verborũ,& vnctionis obseruationibus coram astantibus velut exanimis iacuit: cunque post aliquot horas in se reuersa euigilasset,testatur se in talibus atque talibus stetisse locis, atq; cũ plurimis eiusdem sectæ notis in ea regione personis, quas ex nomine appellauit varijs se voluptatibus perfruitam asseruit: nouerant autẽ, qui aderant, eam in hac re falli, cùm toto eo tempore præsentibus eis iacuisset exanimis, neque fuisse de loco motam, & vt magis eam rem experirentur ignem,& verbera adhibebant,sed neque acriter vsta,neque grauiter verberata euigilauit:arguebant aũt illam decipi super eo,q̃ assereret,adiũgẽtes q̃ eã igne, & verberibus attrectaſ sent,qđ cùm illa cõstanter negaret: quia profecto nihil sentiret,tandem carnis vsturã, atq; verberũ signa cognoscens,vix qđ asserebatur,vt verum accepit.Costabat autem mulierem illam viuere, & tñ tam forti alienatione a se distractam, vt mortem quidem pati posset:sentire autem non posset: quanto magis id fieri posset opere Dei, vt costa auferretur, & Adam illud non sentiret.

Qõ. 355. Cur Deus non expectauit, tps quo Adã dormiret potius quã immitteret soporem.

Quæretur quare Deus immisit soporem in Adam: nam dato quòd dormiente Adam Deus id fieri vellet in eo,poterat facere,q̃n ipse dormiret,& nõ oporeret immittere ei soporẽ. Aliqui dicunt hoc factum esse,quia non poterat venire sopor in Adã, nisi Deus illum mitteret, quia nunc accidunt nobis istæ passiones,sed nõ cùm essent in Paradiso:voluit igit Deus illum mittere. Sed dicendum, q̃ hoc non stat, primo quia si hoc non conueniret homini in Paradiso,esset defectus, vel pœna, quia immitteretur ei aliquid qđ erat minus eo secundum statum suum, aut conditionem pro eo tempore, hoc autem Deus non faceret, quia deprimere infra conditionem suam ad pœnam pertinebat,quam Deus non inferret tunc, quia nondum peccauerat. Scđo & principaliter, quia falsum est,q̃ hõ tunc non dormiret: nam si ibi Adã diu maneret dormiturus esset,sicut & nos hic, & cũ dr, q̃ in Paradiso non dormiret, verũ est de Paradiso cœlesti, ideſt vita æterna, vbi hoïes post resurrectionem erũt verè immortales,& ibi nõ vtent cibo,neq; potu,neq; cõplexu corporũ, neq; aliquo horũ,velut altetius naturæ existentes,de quo Christus dixit Mat.22.& Luc. 20. cap. In resurrectione neque nubunt, neque nubent,sed sunt sicut Angeli Dei;ideſt,sic ut illis nõ cõpetit aliquid secundum corpus facere,aut pati,ita hominibus tunc, qui erant iam spirituales potius quàm animales,vt dicitur 1.Corin.15.Sed in Paradiso terrestri homines non erant verè immortales, & incorruptibiles,ideſt non secundum aliquid intrinsecum,sed ex Dei munere,scilicet ex esu ligni vitæ, & ex prouidentia Dei præseruante a nociuis: vnde haberet ibi hõ omnia,quæ hic hẽt,quę consequuntur naturã integram constitutã non lapsam,neq; læsam, aut ęgrã: vnde non ęgrotaret vnq̃ ibi hõ,neq; haberet pediculos, aut aliqđ horũ, quia ista ad quandã corruptionẽ pertinent.Manducaret tñ ibi hõ,& biberet:qđ patet, quia Deus dixit Adæ:De omni ligno Paradisi comede.ſ.2.cap.qui manducat bibit, & in quo istasunt, ẽt est emissio stercorũ,& vrinæ:nam ista se consequuntur, quia cùm Adam comederet,nõ conuertebat in substantiã eius totum qđ mãducabat, aliàs subito efficeretur,vt gigas: ẽt quia in quolibet cibo quantuncunq; bono est multũ de impuro: & natura semper in digestione separat purũ ab impuro,iõ in Adam fieret.Impurũ aũt emittitur per secessum, & alios meatus:ideo ẽt in Paradiso haberet hoc Adã. Sed illi qui pauca sapiunt,non considerantes naturã rerum asserunt multos errores: sic ẽt plenig; putãtes turpe esse, qđ naturale est,& qđ Deus immundũ non iudicauit, dicunt Christum non habuisse hoc, ideſt,neq; vrinã, neq; stercora emisisse,sed absurdũ est, ideſt multũ fidei derogat:de quo magis dicetur Leui.12.cap.Similiter aũt de sopore dicendũ est: non est.n.sopor egritudo aliqua,sed est naturalis conditio,quæ ad consertionẽ indiuidui,& cõplementũ naturalium operationum multũ confert: & fit ascendentibus fumositatibus ad cerebrum; sed tunc esset cibus, & fumositas, ideo & sopor naturaliter crearetur in Adam, & alijs,qui manerent in Paradiso: vnde nõ fuit propter hoc dictum,quòd Deus immisit soporem in Adam.

Qõ. 356. Causa cur immisit soporem.

Dicẽdum aũt q̃ causa immissionis soporis fuit prima, vt esset sopor maior:nam sopor, qui naturaliter accidit,est leuis,& ex quocunq; leui motu tollitur,& euigilat dormiens.In sopore aũt a Deo immisso non contingit euigilare quousq; Deus soporẽ abstulerit, sicut dr de sopore immisso a Deo lib.1.Reg. 26. cap. & hic videbatur requiri ad hoc q̃ costa auferet. licet poterat Deus auferre leuiter non excitando a sopore naturali.Secũdo & principaliter,quia licèt aliqñ dormiturus esset Adam, tñ non eo tpe, quo Deus volebat auferre ei costam:nam fortè nondũ comederat, aut nulla alia causa soporis tunc inerat, Deus aũt nolebat differre in longũ formationẽ fœminæ;ideo voluit immittere soporẽ. Sed dicetur:dato, q̃ Deus soporem immiserit Adæ,cùm abstulit costã eius,ad qđ scriptura dixit.Dicendũ, q̃ fuit primo, quia hoc verũ erat,& scriptura voluit,qđ verum erat, narrare. Scđo & principaliter hoc fuit, quia voluit rem facere veri similem,qđ multum pertinet ad scripturã: nam tota vtilitas eius est inquantum eam recipimus, & credimus:si aũt diceretur, q̃ Adam dormiebat, qñ ablata fuit ei costa, nõ reciperetur faciliter, quasi euigilaret de sopore,cùm tolleretur costa:cùm aũt dr, q̃ fuit sopor a Deo immissus,apparebat manifestè, q̃ poterat tolli costa,quia tam grauis poterat esse sopor,vt nihil sentiret ablata costa.Tertio fuit, vt significetur, q̃ nõ erat sopor iste solùm somnus,sed aliquid plus.ſ.quædam abstractio,& eleuatio aĩæ, quam extasim Græci vocant,Latini aũt raptum:sicut Paulum dicimus raptum,& in isto raptu vel extasi magis abstrahituraĩa a corpore quàm in sopore: & fit quasi per ẽrium quã in sopore: quia in illo cessat operatio sensitiua, & intellectiua, & intendũtur operationes virium naturalium,vt Arist.dicit somnũ;in extasi econtrario operationes virium naturalium minuuntur, & tolluntur operationes sensitiuæ, & intenduntur rõnales,ideſt intellectus,qui eleuatur tunc ad altiora,& ideo raptũ eum vocamus:sic vt Paulũ non dicimus soporatum a Deo, sed raptum: in Adam aũt vtrunque vr esse factum: nam immissus est sopor in eo, ita vt cessarent operationes virium sensitiuarum, & non posset sentire dolorem, quamdiu sopor ille maneret: fuit autẽ extasis quantum ad eleuationẽ intellectus sui ad altiora, vt cognosceret tunc, quæ aliàs non congruerat. De sopore Adæ necesse est confiteri, quia sacra scriptura illum asserit. De extasi autem non ita patet: & ideo põt negari,si quis illud negare voluerit: & tñ rationabilius est confiteri extasim.Primo,quia aliqui & multi Doctorum asserunt fuisse extasim,& mentem Adæ eleuatã fuisse ad cognoscẽda multa,quæ postea propheticè dixit, & quæ asserũt eum literis & memoriæ cõmendasse: Aug.n.asserit Adam sp̃ali mente ẽditum:alij Doctores, posteriores asserunt,q̃ Adam in sopore habuit diuinã reuelationẽ, & ad hoc cõuenit extasis:iõ cõueniẽter asseritur, q̃ fuit cũ sopore extasis; sed scriptura soporẽ appellauit, qa hoc notius est. Dicitur supra 2.cap.Cumq; obdormisset Adam, tulit Deus vnam de costis eius: est dubium de costa ista, quam tulit Deus de Adam ad formandum Euã, quomodo se habebat ad Adam, & est dubium, an illa costa erat de ratione complementi, & integritatis corporis Adæ, aut erat superflua: sed videtur quòd neutrum:nam si erat necessaria ad integritatem Adę sequitur, quòd ablata illa manserit Adam imperfectus, quod inconueniens est, maxime in illo, qui fuit primus a Deo formatus. Secundo,quia cùm omne, quod est de integritate, & veritate naturæ alicuius, resurgat in eo, sequitur quòd illa costa resurgeret in Adam, sicut manus abscisa alicui, resurget in ipso: & tunc non resurgeret in Eua: vnde non posset resurgere Eua, quia id quod materialiter ipsa erat,resurgeret in Adam. Si autem dicatur,quòd erat costa superuacua, sequitur, quòd erat Adam monstruosus, habens plus quàm decebat ipsum habere, secundum conuenientiam speciei: & hoc valde est inconueniens in opere Dei, quod ipse miraculosè, & nõ modo naturali formauit. Et ita videtur quòd nullo modo poterat esse de costa Adæ formata mulier. Dicendum, quòd costa illa habuit se ad corpus Adæ, ita vt esset aliquo modo necessaria, & aliquo modo superflua: erat quidem non necessaria, quantum ad esse, aut integritatem Adæ: erat autem necessaria ad formationem Euæ,sicut est de semine in quoliber viro, quia est illud superfluum, respectu individui,quia nõ est aliqua pars eius, neque facit ad conseruationem eius; immo potius lædit ipsum, si non emittatur;est tamen necessarium ad conseruationem speciei, quia aliter non potest esse generatio,secundum quam cõseruatur species, nisi sit semen in masculis: sic enim dicit Aristot.lib.15.de Animalibus, Semen est superfluum quo indigetur ad conseruationem speciei. Et quia Deus instituerat, vt Adam esset principium totius generis humani, erat necessarium, vt esset in eo costa, de qua formaretur mulier, sicut necessarium est semen esse in viro,inquantum est ipse principium filij sui per generationem: vnde costa illa non faciebat ad perfectionem Adæ, quantum ad integritatem individui,sed inquãtum erat Adam principium Euę.

Ad primũ.

Ad primum dicendum,quòd ablata costa illa,non erat Adam diminutus,vel imperfectus,quia diminutio tollit integritatem, vel complementum individui: si autem costa illa esset de perfectione individui, ablata illa,tolleretur integritas eius: & ita vere maneret Adam diminutus, sicut si auferatur homini vnus digitus de pede,aut manu,vel tollatur nasus. Si verò tollatur, quod est de perfectione speciei, non manet individuum diminutum: immo per ablationem est magis completum, quia consequitur finem, quem natura intendit: sicut cùm semen emittitur de viro, non relinquitur vir imperfectus, immo magis perficitur,& alleuiatur. Ad secundum dicendum, quòd costa illa licèt fuit de veritate naturæ humanæ in Adam: non tamen fuit de integritate eius,ideo non resurget in eo:in Eua autem fuit de integritate individui,cùm fuerit principalis materia eius: ideo in ea resurget.

Ad secundũ.

Ad tertium dicendum, quòd non debet simpliciter concedi superflua costam illam in Adam: sed solùm superflua,quantum ad integritatem individui: cùm autem aliquo modo esset necessaria, non faciebat monstruositatem: sicut esse semen in masculo, non est monstruosum, quamquam non sit necessarium ad esse individui, quia est aliquo modo necessarium; est autem monstruositas, si habeat homo sex digitos in manu, quia sextus digitus non facit ad perfectionem individui, neque naturæ: quia non sumitur vt materia, vel vt factiuum alterius individui: sed simpliciter est superfluum, & fuit per errorem naturæ particularis,non potentis regere materiam:id autem quod est intentum a natura vniuersali, & particulari, & non prouenit ex errore, non est mõstruosum: costa autem erat intenta ad aliquid, ideo non faciebat monstruositatem.

Ques.357. Costa corporis Adæ erat superflua, vel pertinens ad integritatem.

Aristot.de Generat. Animalis, cap.ult.

Dubium est quoque de illa costa ablata, an erat de numero costarum nostrarum vna, an vltra numerũ, ita quòd illa ablata manerent Adę tot costę,quot nobis: & tot in vno latere, quot in alio. Aliqui dicunt, quòd in Adam,in vno latere erant duæ costæ ingeminatę, ideſt, vna supposita alteri, cæteræ vero erant simplices;Deus autem abstulit illam, quę super aliam erat,& ita inferior costa mansit,& fuerunt costæ numero pares in vtroque latere. Ista positio vult saluare in Adam integritatem corporis ad similitudinem nostram, quia omnes homines habent æqualem numerum costarum: si autem sic non ponerent,deesset illa costa, ideſt, in vno latere essent plures, quàm in alio: & in Adam essent pauciores, quàm in nobis; ideo vnam costam alteri supposuerunt. Dicendum, quòd iste modus non conuenit. Primò, quia sic sequeretur monstruositas,ideſt,deformitas eleuata aliqua parte corporis, propter proportionem. Secundò,& principalius, quia est cõtra sacram scripturam: nam dicitur supra 2.cap. Tulit vnam de costis eius,& repleuit carne pro ea: & ita videtur quod ablata costa, necessaria fuit repletio, quasi alias maneret corpus deforme: & tamen si essent sic costæ suppositæ, potius fieret econtrario,quia existentibus sic duabus costis, erat deformitas propter eleuationem immoderatam:ablata autem illa costa, manebat locus equalis alijs partibus,ideo non erat necessaria repletio, sed potius erat melius sine aliqua appositione, & tamen fuit facta appositio,& significat scriptura fuisse necessariam: ergo non erat costa supra costam. Tertiò, quia dicitur, Repleuit carne pro ea: & ita in loco costæ non fuit postea, nisi caro: & tamen si essent duæ costæ gemminatæ, ablata vna, maneret alia, & non diceretur, quòd repletus est locus carne: sed quòd mansit ibi costa, sicut prius; dicitur tamen locus repletus carne: ergo non erat talis habitudo costarum gemminatarum: sed costæ Adæ quotcunque essent, manebant simplices quælibet in suo ordine, & nulla erat alteri superposita.

Ques.358. An post ablationem costę remãsit in Adã æqualitas costarũ,ex vtroque latere, & fuerint tot, quot sunt in nobis.

Manet dato hoc vnum de duobus, scilicet, quòd Adam habebat ex sua formatione tot costas, quot nos, & pares in vtroque latere: & tunc ablata vna, manserunt ei pauciores,quàm nobis; & pauciores in vno latere, quàm in alio: aut quòd Adam habuit a principio plures costas, quàm nos, & plures in vno latere, quam in alio; ablata autem illa manserunt ei tot quot nobis, & pares in vtroque latere,dispositæ ordine suo; sed quid horum sit, est dubium. Dicendum videtur,quòd sit verus secundus modus, & primus non stet; patet primo,quia dato illo,repugnaremus intentioni omnium Doctorum, & his, quæ diximus supra, scilicet, quòd costa, de qua fuit formata Eua, fuit in Adam superflua, quantum ad integritatem individui, sed necessaria ad formationẽ Euę; & tamen si Adam tot costas præcisè habuisset, quot nos, fuisset costa illa de perfectione, & integritate individui; & tamen nemo concedit hoc, sed dicunt fuisse superfluam Adæ; ergo non habebat solũ quot nos. Secundò, quia si tot habuisset, maneret deficiens Adam in vna costa; & tamen non est dandus defectus in formatis a Deo, præsertim in eo, qui primus fuit, & supernaturaliter formatus est;nam naturæ bona habitudo exigit tot costas esse; ideo deficiẽ-

Ques.359. An ante creationẽ Euæ Adã habuerit costas pares, an impares, & an tot, quot nos habemus.

te

te vna esset diminuitio, quod non erat conueniens concedere in Adam. Tertiò, & principaliter, quia dicitur; Et replenit carne pro ea: & ita in loco costæ mansit vacuitas, vbi successit caro: si tamen deficeret illa costa de numero debito speciei, cum posset ibi succedere alia costa, potius Deus aliam poneret, vel produceret ibi, quàm rem alienam, idest carnem: & tamen carnem produxit loco costæ: ergo costa erat superuacua. Quartò, quia sicut Deus tollebat viro vnam costam, vt fœmina formaretur de viro, ita produceret aliam in viro, vt rediret vir ad priorem integritatem, ne maneret defectus in natura pulchrè constituta: sed non produxit Deus aliam costam in viro: ergo non manebant ipsi Adæ pauciores costæ, quam in nobis sint, & quàm natura exigat. Quintò, quia si Adam tot costas habuisset a principio solùm, quot nos non posset euitare, quin illa esset de integritate eius: & ideo in eo resurgeret, & non in Eua: & ita non posset Eua resurgere, quia ista ratio soluta fuit, supra ponendo non esse costam illam de integritate indiuidui in Adam, sed Eua: nunc verò non posset poni, nisi de integritate Adæ. Dicendum ergo, quòd Adam, quando formatus fuit a Deo, habuit in vno latere plures costas, quàm in alio: & fuerunt plures, quàm nos habemus: eratque vna superabundans, quam Deus produxerat ex industria, vt illa postea detraheret, & formaret inde mulierem, & illa erat in vno latere, quàm cum abstulisset Deus, mansit numerus par costarum in vtroque laterum, & fuerunt tot quot in nobis: & tamen quia in loco de quo ablata fuerat costa, manebat quædam vacuitas impleuit Deus locum carne: & ita costa illa dicebatur prius superflua indiuiduo, quia non erat de integritate eius, sed solùm faciebat ad complementum naturæ. Si autem arguatur, quòd esset tunc monstruositas in Adam, quia superabundabat aliquid in eo: dicendum quòd non est vera, quia hoc est si superabundaret simpliciter, tam quantùm ad indiuiduum, quàm quantum ad speciem, & non esset intentum a conditore: sed erat aliquid intentum, ideo non erat monstrum. Præterea omnia monstra per superabundantiam, & defectum, habent semper aliquam deformitatem, sicut habere sex digitos, aut quatuor tantùm in manu: sed istud non causabat turpem aspectum; ideo neque ad conditionem monstri ista veniebant.

Quæst. 360 Cur Deus voluit formare fœminam de viro.

Quæretur ad quid voluit Deus formare fœminam de viro: quia videtur quòd non debuit formari; sed potius vir, & fœmina simul, & distincti. Primò, quia homo est similis Angelis in parte excellentiori, & tamen Angeli creati sunt sic, scilicet omnes simul; & non vnus ex alio; ergo homines debuerunt sic formari, & fœmina ex viro. Secundò, quia distinctio sexus communis est homini, & alijs animalibus; sed in alijs animalibus masculus, & fœmina simul producti sunt, & neuter fuit ex alio; ideo nec fœmina debuit sumi ex viro. Tertiò, quia si sic produceretur fœmina ex masculo, non fieret sine dolore, quia esset ibi diuisio continui, ex qua causatur dolor in sentiente, sed corpus Adæ propter bonitatem naturæ eius fuit valde sensibile; ideo sentiret dolorem: hoc erat inconueniens, quia fieret in eo pœna ante peccatum; ergo non fuit fœmina ex viro formata. Quarto, quia in operibus sex dierum, vt August. dicit lib. 2. super Genes. ad literam; non quæritur quid Deus facere possit, sed quid rerum natura patiatur: modus tamen naturalis propagationis fœminæ, non est ex costa, aut carne viri, sed ex semine viri: cum eorum, quæ sunt eiusdem speciei, sit idem modus originis: ergo non debuit fœmina ex costa viri produci. Dicendum, quòd fœmina formata fuit ex viro, quantum ad corpus, sicut sacra scriptura testatur; & est conueniens sic fuisse, & aliqui ad hoc assignant causas. Prima est, quòd Boetius dicit lib. 3. de Consolat. Necesse est, vt imperfectum a perfecto sumat originem, sed mulier est vir imperfectus, vel occasionatus: vt dicit Aristot. lib. 16. de Animalibus. Ergo debuit formari corpus eius ex corpore viri, quod est perfectum. Secunda est, quia primum principium, & finis in idem reduntur, nam idem ponimus vniuersitatis rerum finem, & principium; sed mulier propter virum facta est; nam facta est in adiutorium eius supra 2. cap. Faciamus ei adiutorium simile sibi: ergo vir debuit esse mulieris principium: & ita de viro formari. Sed dicendum, quòd istę rationes non multum mouent. De prima patet, quia intentio Boetij est, quòd imperfectum debuit incipere a perfecto, tanquàm a causa efficiente; non autem tanquàm a causa materiali, cum ibi de summo bono, quod est primum principium agat: sed mulier non processit a viro, nunc efficienter: sed materialiter cum de eius costa formaretur; ideo ratio ista potius probat oppositum. Etiam non valet, quia non intelligitur dictum illud de quolibet perfecto, sed solum de primo; nam aliàs necesse erat, quòd a quolibet perfecto procederetur omne quod imperfectum est: quod falsum est; sed intelligitur solùm de primo principio, quod ostendit Boetius necesse esse perfectum: sed masculus non est huiusmodi perfectum: ideo non est necesse ex illo processisse fœminam. Secunda etiam ratio non tenet; quia solùm est verùm illud de primo principio effectiuo, quod est realiter vltimus finis, sed non de alijs principibus; & finibus, masculus autem non est primum principium, neque vltimus finis; ideo non erit ibi idem principium, & finis, maxime; quia illud est verùm de principio primo effectiuo; masculus tamen non fuit principium effectiuum fœminæ, sed solùm materiale, & hoc concludere vult ratio ista, ideo non facit ad propositum. Item quia ista ratio non solùm concluderet in specie humana, quòd esset fœmina ex masculo; sed etiam in qualibet specie, cùm in omnibus fœmina sit propter masculum, quia fœmina non habet totam perfectionẽ speciei, sicut masculus.

Aristot. lib. de part. animalium, capit. Et de Generat. animalium, cap. 6.

Quæst. 361 Determinatio quæstionis.

Dicendum ergo aliter, quòd fuit conueniens formari fœminam ex masculo, & hoc fuit, vt generis humani vnicum esset principium in alijs autem animalibus non est idem principium omnium, quę sunt in eadem specie, sed multa erant principia; sicut produxit Deus multos equos simul, & multos boues, & oues; & ita in simul speciebus nō solùm masculum, & fœminam, sed multos masculos, & fœminas simul, & ibi non erat vnicum principium omniū, cum non descenderent ab vno; sed ab illis multis animalibus eiusdem speciei; illa vero nō descenderunt ab aliquo vno, quia non fuerunt ex altero trix. In hominibus autem fuit omnium principium vnum; quia omnes homines, qui nati sunt, descenderunt ab Adam, & Eua per commixtionem, Eua autem descendit ab Adam, qui fuit primus homo, & tunc erat solus; ideo omnes descenderunt a solo Adam, tanquàm a primo principio in natura humana: siue descenderint per propagationem, siue per substantiam corpulentam, & quia ab Adam non poterat descendere Eua efficienter descendit ab eo materialiter: nam si efficienter descenderet, aut hoc esset per generationem, aut per formationem, siue productionem: non potuit esse primus modus, quia generatio in animalibus fit per commixtionem masculi, & fœminæ, Adam autem non habebat aliam fœminam, ex qua gigneret: non etiam per creationem, vel formationem, quia hoc solus

solus Deus potest: ideo relinquitur quòd Adam solùm posset esse principium materiale ad Euam: & ita fuit formata de aliqua particula eius a Deo. Iste modus fuit necessarius ad hoc, quòd procederet totum humanum genus ab vnico principio: ideo non debuerunt formari vir, & fœmina simul de terra, sicut fuit formatus Adam: neque multi viri, & multæ fœminæ simul, sed debuit formari vnicum indiuiduum de terra, & ex illo aliud indiuiduum, & ex ambobus omnia. Et quantum ad hoc non differebat potius formari prius virum solùm de terra, & fœminam ex eo, sicut factum est, quàm formari prius fœminam, & postea ex ea virum: nam ita poterat sumi costa fœminæ ad formandum virum, sicut costa viri ad formandum fœminam: sed an magis fuit conueniens virum prius produci, quàm fœminam, vel econtrario postea dicetur.

Quæst. 362 Cur Deus noluit totum genus humanum esse ex vno principio.

Sed quæretur, quare voluit Deus, quòd totum genus humanum esset ex vnico principio, cùm non esset hoc in alijs animalibus. Dicendum, quòd fuit primo propter honorem generis humani, vt haberet quandam similitudinem Dei, scilicet, sicut Deus est principium omnium per creationem, ita esset homo vnus principium omnium hominum materiale, vel effectiuum. Secundò fuit ad confundendum superbiam diaboli, exaltando naturam humanam: diabolus enim concupierat esse principium post Deũ: & quòd esset vnicum principium omnium, & non accepit ex gratia, quòd eẽt vnicum principium: nam in hoc fuit peccatum diaboli, quòd voluit æqualitatem Dei, vt asseritur, non quidem quòd voluerit verè æqualis Deo fieri, quia hoc non erat possibile; immo neque intelligibile: sed voluit modum quendam Dei habere, scilicet, quòd sicut Deus est simpliciter principium omnium, ita diabolus sub Deo esset omnium principium: Deus enim habet eẽ, & perfectionem omnem, & beatitudinem secundum suam naturam: & non accepit aliquid ab alio, & ita est simpliciter principium omnium: diabolus autem a Deo accepit; sed videns ille, qui maior fuit inter omnes Angelos, se excellentiorem esse omnibus creaturis, secundum naturam voluit totum bonum, & esse omnium inferiorum deriuari ab eo in illa, ita vt omnibus existeret immediata causa esse, & beatitudinis, licet ipse a Deo acciperet, quòd esset, & quòd beatus esset; hoc autem non fuit assecutus, quòd omnium esset ipse vnicum principium sub Deo: ideo diabolus confusus est: quia cupiuit quod non potuit assequi; homo autem qui secundum naturam minor erat Angelo, assecutus fuit, quod non concupiuit, scilicet fieri principium in tota specie sua, vt ab vno homine omnes descenderẽt; & in hoc magis fuit similitudo Dei in homine, quàm in Angelo. Tertiò fuit ad causandum magnam dilectionem: nam quando omnes homines scirent se esse ab vno, amarent se, vt vnum: quod patet in cognatis; nam cognatio causat naturaliter amorem, sicut Arist. ostendit lib. 8. Ethicorum, quòd amant se cognati, inquantum descendunt ab vno habentes vnitatem sanguinis, & radicis. Si autem homines non descenderent omnes ab vno, sed a multis masculis, & multis fœminis, qui simul essent producti, minus se amarent: deficeret enim eis vnus modus, & fundamentum amoris: nam amarent se, vt habentes similitudinem in specie; sed non vt cognati: quia non concordarent in aliquo in vno principio materiali, aut effectiuo: & istud multum confert ad amorem, sicut videmus, quia quilibet duo homines concordant in specie; & tamen qui omnino nullam cognationem sibi inesse nouerunt, parum se diligunt, vt Hispanus, & Aegyptius; qui vero cognati sunt, diligunt se, tanquàm vnum aliquid existentes, & ideo vt esset iste amor in hominibus, debuit esse vnicum principium humani generis. Quartò conferebat ad pacem inter homines, quia in prima ætate pro maiori parte eius viuebat Adam, qui erat omnium vnicum principium, & pater, ideo deferebant sibi homines in aliquo, & ita concordarent, vel minus discordarent, iubente eo: si autem fuissent plures masculi, & plures fœminæ, essent simul multa principia, & cùm isti non haberent aliquid commune inter se, diuiderentur descendentes ab vno principio a descendentibus ab alio, & ita neque pax, neque communicatio, neque amor esset illis: ideo debuit esse vnicum principium: sed ista ratio cõcludit quòd non essent masculi, & multæ fœminę ab initio simul, quia essent diuersa principia descendentium; secus si essent vnus masculus & vna fœmina simul producti, quia tunc ex illis descenderent omnes, & essent illi quasi vnicum principium omnium descendentium: vnde, & illi concordarent, & pacem haberent, tanquàm ab vno principio existentes, licèt non fuisset fœmina a viro.

Quæst. 363 Quomodo in specie hominis fuit vnum principium, & cur solus Adã creatus fuerit, & ex ipso Eua.

Dicendum ergo, quòd in humana specie inuenitur vnitas duobus modis, idest, negatur pluralitas dupliciter inuenta in alijs speciebus animalium; prima pluralitas est, quia erant ibi multi masculi, & multæ fœminæ simul, qui de terra simul formati sunt, & nō fuerunt ex alterutris, & ita erant plura principia secundum propagationem, quia quot erant combinationes masculi & fœminæ, tot erant ordines propagationum non attinentes inter se; si autem esset masculus vnicus, & fœmina vnica, esset vnicus ordo propagationis, quia ab illis, tanquàm ab vnico principio, secundum generationem descenderent omnes descendentes. Secunda pluralitas fuit indiuiduorum, quia fuerunt multa indiuidua in qualibet specie, quorum quodlibet erat principium, cùm non esset vnum ex alio aliquo modo: & hoc fieret etiam si simul essent solùm masculus vnus, & fœmina vna, quia masculus non esset ex fœmina, neque fœmina ex masculo; & tunc licèt essent ambo vnicum principium, secundum propagationem, non esset vnicum principium in tota specie humana, secundum substantiam corpulentam: quia vnicum indiuiduum illorum nō acciperet esse aliquo modo ex altero, neque vt ex principio generatiuo, neque vt ex materiali. In specie humana inuenta est vnitas vtraque opposita, negando vtranque pluralitatem: quia neq; fuit ibi multitudo masculorum & fœminarum simul, ita vt possent esse multi ordines propagationum, neque fuerunt duo indiuidua saltem, scilicet masculus vnus, & fœmina vna, ex quibus omnes possent descẽdere, sed vnicum indiuiduum, ex quo alterum per materiam sumptum est, deinde ab ambobus descenderunt reliqua per propagationẽ. Sed aliqui dicunt, quòd quantum ad humanum genus, quod totum per propagationem descendit, sufficiebat, quòd essent duo, idest, masculus vnus, & fœmina vna, ex quibus descenderent omnes reliqui homines, quia tunc essent vnicum principium humani generis, cùm masculus & fœmina sint vnum principium, & non duo: quia neuter eorum per se sufficit gignere, sed ambo sunt velut vnum generans, quod vero non essent vir & fœmina simul, sed fœmina ex viro, dicunt non fuisse propter humanum genus, sed specialiter propter fœminam. Primò propter dignitatem eius: nam vult scriptura ostendere dignitatem fœminæ, vt non videatur ignobilis, & apparet eius nobilitas, quia fuit formata de corpore viri: vir autem de terra sumptus

est,

est, & ita fuit de nobiliori materia mulier, quàm vir. F
Secundò etiam fuit ad idem, vt vir iudicaret fœminam præferendam esse omnibus animalibus: voluit autem Deus dare Adę adiutorium simile ei, ideſt fœminam ad consortium, quæ esset excellens, sicut ipse, ad hoc ostendit ei omnia animalia: & quia nolebat Deus, quòd de illis acciperet, dedit ei fœminam nobiliorem, quæ tanto erat dignior, quanto ei propinquior, & ideo fuit de substantia eius, quod & ipse dixit: Hoc nunc os ex ossibus meis. Tertiò fuit propter amorem, quia magis eam amaret, cùm sciret de se sumptam, sicut filij amantur a parentibus, quia parentes cognoscunt illos fuisse aliquid in eis, & hoc signat Adam in verbis suis, scilicet: Hęc nunc caro de carne mea, & os de ossibus meis, propter hanc relinG quet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ. Quartò fuit, vt Adam non posset eam odisse, quod valde necessarium erat: futura enim erat Eua ipsi Adæ causa perditionis, & totius calamitatis, quia comedit, & dedit viro de fructu, & quia ille obediuit magis voluntati vxoris suæ, quàm Dei, Deus dedit ei omnem pęnalitatem, supra 3. cap. propter quod Adā incidens in tot mala abhominaretur Euam, & occideret, vel saltem ab ea omnino discederet, & Deus volebat fieri, vt ex eis genus humanum descenderet: ideo dedit ei aliquid, quo ipsam odisse non posset, sed amare, etiam si ei causa omnium malorum extitisset: & hoc est quòd esset de carne eius: nam carnem suā nemo vnquàm odio habuit, sed nutrit, & fouet, ad Ephes. 5. Sicut & parentes non abhominantur filios, H licèt eos ad iram interdum prouocent: ideo fuit conueniens, vt fœmina esset de substantia viri, vt sic vir non posset eam odisse.

Quæſ. 364 Cur deburerit esse vnum principium humani generis.

Est dicendum, quòd vnitas principij fuit necessaria, vel conueniens, non solùm propter fœminam, sed etiam propter humanum genus: nam si masculus & fœmina simul producti fuissent ex terra, non esset totum humanum genus ab vnico principio, sed essent duo principia: quia essent duo, quorum non esset vnum ab alio; & tamen conueniens erat esse totum illud genus ab vnico principio, tam propter honorem, quàm propter similitudinem, & quàm propter amorem, & alia supra tacta. Etiam fuit conueniens propter fœminam, quòd illa esset ex viro; sed non fuit illa causa præcipua: nō enim fuit hoc factum ad ostendendum principaliter dignitatem fœminæ; quia si hoc esset, compararetur ad virum; & ita iudicaretur excellentior viro; sed falsum est, quod tamen quidam voluerunt, & cùm multis motiuis conentur fœminam esse nobiliorem ostendere, dicunt vnum, scilicet quòd ex nobiliori materia: nam vir formatus est de humo terrę, fœmina autem de costa viri. Aliud est, quia in meliori loco, nam vir extra Paradisum formatus est, fœmina autem in Paradiso. Sed dicendum quòd ista motiua nihil probant, cùm sacra scriptura ostendat esse virum digniorem fœmina. Primo, quia fœmina fuit facta propter virum, & non vir propter fœminam, supra 2. cap. & prima Corinth. 11. Nam dicitur, Non est bonum hominem, ideſt, virum esse solùm; & vt non esset solus, facta est fœmina. Secundo, quia fœmina data est viro in adiutorium; ideo aliquid minus eo erat. Motiua autem ista nihil probant: nam ex eo quòd mulier formata est de costa viri, quę est absolutè nobilior materia, quàm limus terræ, non est nobilior viro, sed potius e contrario: nam ex eo quòd mulier fuit formata de viro, est vir melior, aut dignior: quia vir est vt principium, fœmina autem vt principiatum; & principium melius est vt principiato secundum quòd huiusmodi; & ita Apostolus 1. ad Corinth. 11. ostendendo virum esse digniorem fœmina. Si autem fœmina sumeretur ex alia materia, quæ sit nobilior quàm terra, & non esset pars viri, posset aliqualiter argui esse fœminam digniorem viro, sicut si sumeretur de carne bouis, vel leonis, aut aliud huiusmodi: esset enim materia fœminæ melior materia viri, sicut caro est melior terra, & non esset vir principium fœminæ materialiter; ideo tunc argueretur aliqualiter, quòd esset fœmina dignior viro, licèt non valeret simpliciter, eo quòd tota bonitas rei non est ex materia. Secundum motiuum non probat, quia etiam si fœmina non esset de substantia viri, acceptaret eam vir potius, quàm alia animalia: nam alia non acceptabat, quia erant dissimilia in figura, & operatione, fœmina autem in fiG gura, & natura, atque operatione similis erat viro etiam si non esset de substantia eius: ideo statim, vt eam videret eligeret eam, neque erat ad hoc necesse, quòd esset de substantia eius. Cætera autem motiua ostendunt, quòd conueniens fuit mulierem formari de viro propter illa, quæ ad mulierem illam pertinebant, sed non propter humanum genus: vera autem, & præcipua causa est propter humani generis honorem, vt esset ibi vnus homo principium omnium; sicut Deus est simpliciter principium omnium entiū. Quæſ. 365 Esse vnum principium, vel multa faciebat multū ad statum generis humani.

Sed adhuc considerandum, quòd multùm faciebat ad statum generis humani esse vnicum principium, vel multa: nam si inciperet genus humanum in vnico homine, quia ab illo descendebant omnes, peccatum illius solius imputaretur omnibus, quia in eo erat tota natura: & ideo eo peccante peccabant omnes homines, & omnes condemnarentur. Si autem essent plures homines simul producti, quorum vnus non esset ex alio: vt si producerentur simul decem viri, & decem fœminæ, licèt peccaret vnus, non ideo peccatum transiret in omnes, quia erat aliquis vt tota natura, vel totam naturam continens. Istum modum loquendi habuit Apostolus ad Rom. 5. Sicut per vnum hominem peccatum in hunc mūdum intrauit, per peccatum autem mors: ita & in omnes homines mors pertrāsijt, in quo omnes peccauerūt: iste autem, quo peccante omnes peccauerunt, fuit Adam: quia dicitur eodem cap. Regnauit mors etiā in eos, qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ: & licèt peccatum Adæ non fuit primum, vocatur vt primum. Duo autem sunt, quæ I mouent cōtra verbum Apostoli: primum, quòd peccatum primum non fuit Adæ, sed Euæ; quia Eua comedit, & dedit viro suo, & ita illa peccauit, & postea vir; ideo si per primum peccatum introiuit mors in mundum, debebat dici introisse per peccatum Euæ, & non Adæ. Secundum, quia saltem Adam, & Eua fuerunt primi parentes nostri, & fuerunt vnum principium totius generis humani, cùm a masculo per se nullus descendat: & a fœmina etiam per se nullus; & ambo peccauerunt, ideo debebat fieri mentio de peccato amborū, vt illud esset causa nostri peccati: Apostolus tamen nihil dixit de peccato Euæ, sed solùm de peccato Adæ, quasi solus ille peccasset. Causa au- K tem huius est; quia licèt Eua peccauit, & grauiter; tamen peccatum eius non potuit transire in nos, & ideo neque per peccatum eius venit mors in nos; vnde non dicitur peccasse in Eua: in Adam autem omnes peccauimus, ideo & per peccatum illius in nos transijt mors. Istud autem est, quia in Adam fuit tota natura humana; in Eua autem non fuit tota natura; ideo Adam peccans non solùm peccabat vt vnus homo, sed vt homo continens in se omnes homines; quia omnes eramus in eo, inquantum omnes descendimus ex eo; & sicut, si omnes peccaremus, omnibus imponeretur pœna; ita cùm omnes esse-

mus

mus in Adam omnes peccante illo peccauimus: & A
omnes obligationem mortis incidimus, sicut ille: & hic duo Apostolus dicit, scilicet, quòd omnes in Adā peccauerunt, & quòd per peccatum vnius in omnes transijt mors. De Eua non potuit hoc dici, quia Eua solùm erat, vt persona singularis, & non vt continēs totam naturam humanam, ideo cùm non essemus omnes in ea, nō peccabant omnes peccante ea: quicquid autem illa peccaret, ei soli imputabatur, & in eā pœnam veniebat: & hoc quia non erat Eua principium omnium: primò quia non erat Eua principium sui ipsius, sed Adam. Dato quòd omnium nostrum esset principium Eua, non erat principium omnium indiuiduorum humani generis: quia aliquod indiuiduum erat, cuius ipsa non erat principium, scilicet, B
Quæ Eua non potuit esse principium omnium nostrum, scilicet Adam. eodem modo non erat Adam principium omnium, quia non erat principium sui ipsius, qui erat homo: dicendū quòd non est simile: erat enim Adam principium omnium hominum, quia nullus homo erat, qui descenderet ab aliquo homine, qui non descenderet ab ipso; nam Eua, & cæteri descenderunt ab ipso: de se ipso non oportebat, quòd descenderet a se, ad hoc quòd esset principium omnium hominum: quia ipse non descendit ab aliquo alio homine, sed ab eo, qui non erat homo, scilicet a terra. De Eua non C
erat sic, quia licèt nos omnes descenderemus ab Eua, aliquis homo est, qui descendit ab aliquo homine, & non descendit ab ipsa, scilicet ipsamet: quia ab aliquo homine, ideſt ab Adam descendit, & non descendit a se ipsa: etiam aliquis homo distinctus ab ea est, qui nō descendit ab ipsa, scilicet Adam, & tamen nullus homo distinctus est ab Adam, qui non descendit ab eo: Secūda ratio principalis, cur peccatum Adę in omnes transijt, & nō Euę. Aliud etiam est principale, propter quod peccatum Adę transijt in omnes, & ipse vocatur principium totius generis humani: quia in illo fuit tota natura humana; quicquid enim pertinet ad naturam humanā in quocunque sit, fuit in Adam; ideo verè est principium, quia totam naturam continet: nam in ipso erat id, quod ipse erat, & in eo fuit quicquid deriuatum est in alios, scilicet in Euam, & alios: & hoc non patitur calumniam, sicut ratio præcedens, scilicet, quia Adam erat, a quo descendebant omnes homines; sed non ipsemet, nunc verò Adam est, in quo fuit natura humana tota, tam aliorum quàm ipsiusmet; non est sic de Eua, quia non fuit in ea tota natura humana aliquando; quia non fuit in ea natura humana Adæ, neque aliquid eius. Similiter non est Eua principium totius humani generis, quantum ad nos, quia non est principiū totaliter nostri; & Adam totaliter est principium nostri; nam ipsa peperit omnes, qui nati sunt, tamen non cōtulit totum quod habent omnes, quos ipsa peperit; quia aliquid conferebat Adam: & id quod ille conferebat, nullo modo erat in Eua: sed nos totaliter fuimus in Adam, quia in eo fuit id, quod nos accepimus ab Eua, & quod accepimus ab eo: nā quod accepimus ab Eua erat in ipso, inquantum de eo formata fuit Eua, & quod ab eo deriuatum est per cōmixtionem, in ipso erat: & ita nihil nos habemus, aut accepimus quod non fuerit ab Adam, & aliquid accepimus quod non fuit in Eua: ideo ipsa non est principium totius generis humani. Sed obijcietur, quòd totum quod nos accepimus fuit in Eua, & ita fuerit totaliter principium, quantum ad nos: quia in generatione, fœmina ministrat totam substantiam, masculus autem non ministrat materiam, vt dicit Aristot. lib. de Animalibus. Dicendum quòd hoc verum est, quòd in omnibus hominibus postea fuit, & Adam quod in omnibus hominibus materialiter, & tamen ab Adam deriuabat se-

Obiectio tollitur.

Aristot. de gen. Animal. lib. 2. cap. 2. & lib. 4. cap. 1.

men, in quo erat vis formatiua menstrui in fętum, & non Eua, & tamen formatio, & figuratio sunt aliquid fętus, quæ sunt a masculo, & non a fœmina; ideo non cōtulit Eua totum, quod in nobis fuit, & ita ipsa etiā, quantum ad nos non est principium totaliter, & est totaliter principium Adam. Et ita apparet, quòd qa Adam erat principium totius generis humani, & in illo fuit tota natura humana; ideo in ipso omnes peccauerūt, sicut omnes in ipso erāt, & transijt mors in omnes per illum. In Eua autem non potuerunt peccare omnes, quia non erant omnes in ea, cùm nō esset in ipsa tota natura humana, & ideo neque per peccatum illius transijt mors in omnes. Vnde multū bene dixit Apostolus, quòd omnes in Adam peccauerunt, & non dixit quòd peccauerunt in Eua; etiā dixit, quòd per peccatum vnius, ideſt Adæ, mors trāsiuit in omnes, & non dixit, quòd per peccatum Euæ transiuit mors, quia peccatum Euæ nullum obligauit ad pœnam, sed solum peccatum Adæ.

Ad primum illorum duorum, quæ contra Apostoli dictum obijciebantur, dicendum quòd peccatū Euæ fuit primum peccatum tempore, quod fuit in tota natura humana, & tamen non fuit illud peccatū, quod introiuit in hunc mundum, & pertrāsijt in omnes: quia non fuit illud peccatum, in quo omnes homines possent peccare, sed peccatum Adæ propter causas supra tactas: & ita ille fuit homo vnus, per quē introiuit peccatum in hunc mundum, & in quo peccauerunt omnes. Ad secundum dicendum, quòd nō debuit fieri mentio, sicut neque facta est, de peccato Adæ, & Euæ simul: quia Apostolus non facit mētionē, nisi de illo peccato, quod transiuit in omnes homines, & cum quo transijt mors in omnes, vt patet ad Rom. 5. Sed peccatum Euæ non fuit tale, sed fuit solùm peccatum personale, sicut peccatum Cain, & cæterorum posteriorum, ob hoc quòd in Eua nō fuit tota natura humana; ideo non debuit fieri mentio de peccato eius, cum peccato Adæ, ita vt diceretur, quòd peccatum primorum parentum fuerit, quod transiuit in omnes, sed solùm peccatum Adæ. Et sic appareret, quòd Adam solus erat, in quo fuit tota natura humana; nam peccante illo condemnatum fuit totum genus humanum; si autem Deus produxisset simul multa indiuidua in specie humana, vt decem masculos, & decem fœminas ex terra; peccante aliquo ipsorum, immo & peccantibus omnibus simul, non peccabat totum genus humanum, quia peccata istorum erant solùm personalia; causa est, quia in nullo illorum erat tota natura humana, quia erant decem indiuidua simul, & decem principia, quæ non erant ex alterutris. Et quantum ad hoc grauius fuit hominibus, quòd essent ab vnico principio, quàm quòd a multis: quia existentibus multis, nunquàm esset peccatum originale, nunc verò deriuatur peccatum originale in omnes homines; ratio est quia peccatum originale est, quod contrahunt concepti in vtero ex præuaricatione Adæ: Ad Rom. 5. Regnauit peccatū etiam in omnes, qui non peccauerunt in similitudine præuaricationis Adæ. Et istud potuit fieri, quia omnes in Adam peccauerunt, quia omnes in ipso erant: si autem multa indiuidua fuissent simul producta, ita quòd vnum non esset ex altero, nullum illorum haberet in se totam naturam: ideo nullo eorum peccante peccarent omnes homines, neque distincti ab eo, neque descendentes ab eo: & quantum ad hoc videtur, quòd fuisset vtilius hominibus habuisse multa principia, quàm vnicum, scilicet, vt non esset peccatum originale, & tamen quia fuit maior honor speciei humanæ, quòd omnia indiuidua descenderent ab vnico principio, fecit illud Deus sic.

Quæſ. 366 Solutio obiectionū. Ad primū.

Ad secundum.

Mira explicatio pro explanatione sententiæ D. Pau.

Nunc

Quæſt. 367 Reſpõſio ad rõnes, q̃ non debuit formari fœmina de viro, ſed ſimul.

Nunc reſpondendum eſt ad rationes factas ſupra 360. quæſt. oſtendentes, q̃ nõ debuit formari fœmina de viro. Ad primã, quæ erat de Angelis dicendum, q̃ nulla ſimilitudo eſt de Angelis ad hoïes. Primò, quia in Angelis nõ eſt maſculus & fœmina, ſicut in hominibus: ideo nõ põt ibi peti quare ſimul, vel nõ ſimul, vel quare non vnus de alio, ſicut in hoïbus fœmina fuit formata de viro. Secũdò, quia in Angelis non eſt vnus Angelus ab alio: quia non eſt ibi generatio, cùm nõ ſit ibi maſculus & fœmina, ſed omnes ſunt a Deo: quia ſicut vnus non gignit alium modo humano, ita neq; producit eum in eſſe modo ſpirituali, ſicut Deus producit aïam, quod multi Philoſophorum aſſerunt, quia vna intelligentia producat alteram, & intelligentiæ producant animas orbium: in hominibus non eſt ſic, q̃a vnus homo gignit alterum; ideo maior rõ eſt de hoïbus, q̃ vnus ſit ab alio, & nõ oẽs ſimul, q̃ in Angelis. Tertiò, quia cũ vnus Angelus nõ ſit ab alio, ſed oẽs a Deo, nõ poteſt eſſe dubium de illis, niſi an ſimul a Deo producti ſint, vel per ſucceſſionem, ſed non an vnus ab alio: homines autem poſſunt vtroque modo produci, ſcilicet vnus ab alio, vel omnes, aut plures a Deo, ideo non eſt ſimile de Angelis, & hominibus. Quartò, Angeli ſunt immateriales, ideo ſicut vnus non poteſt gignere alterum, ita de vno non poteſt, p. duci alius, quia vt dicitur in lib. De Cauſis, intelligẽtia eſt ſubſtantia, quæ nõ diuiditur; vnde ſi de vno Angelo deberet alius produci, cùm non poſſet accipi particula in Angelo, eſſet tota eſſentia vnius Angeli, quæ acciperetur ad productionem alterius: & tunc vnus Angelus eſſet alius. Maximè quia in ſeparatis non eſt materia, ideo non eſt, de quo res producatur. Secus eſt in hominibus, qui ſunt materiales, & poteſt accipi particula, de qua aliud formetur, ideo poteſt quæri, an debeat formari fœmina de viro, vel vnum indiuiduum de altero, ſed in Angelis nõ poteſt quæri, quare non formatur vnus de alio, quia eſt hoc impoſſibile; ideo nõ eſt ſimile. Quintò, quia in Angelis non eſt petere, quare quidam non ſint principiũ aliorum, cùm nõ ſint aliqui duo Angeli in vna ſpecie, ſed quot ſunt indiuidua, tot ſunt ſpecies, & q̃ ſunt in diuerſis ſpeciebus, non habent cõnumerationem, neq; cauſam ſimultatis, ſicut homo, & leo; ſecus de hoïb⁹, quia oẽs ſunt ſpẽi eiuſdem, ideo de eis quęritur cõuenienter, an vnus ſit ab alio: vel omnes ab aliquo vno.

Quæſt. 368 Ad ſecundam rõnem dicẽdum, q̃ tam in alijs aïalibus, q̃ in hoïe eſt diſtinctio maſculi & fœminæ: tñ non eſt cã, vt in alijs inueniatur vnitas principij, ſicut in hoïbus: fuerũt aũt in alijs aïalibus duæ pluralitates oppoſitæ vnitati principij, & in hoïe fuit vnitas oppoſita vtrique pluralitati: nam in qualibet ſpecie aïalium fuerunt multa indiuidua ſimul producta, ideſt multi maſculi, & multæ fœminæ; vt quando producti ſunt boues, fortè, producti ſunt plures, q̃ mille boues ſimul, ita de ouibus, & capris, & alijs animalibus; & cùm eſſent maſculi, & fœminæ, eſſent ibi tot combinationes, quot maſculi, vel quot fœminæ iũctis duobus indiuiduis, quæ poſſunt gignere. Secũda pluralitas erat indiuiduorum: quia dato, q̃ nõ eſſent multi maſculi, & multæ fœminæ in qualibet ſpecie ſimul producti, eſſent ſaltem vnus maſculus, & vna fœmina, quæ faciebãt vnũ principiũ gñationis: & tñ erãt duo indiuidua, & erãt vt duo principia, quia nõ erat vnũ ex altero. In hoïbus neutra iſtarũ duarũ pluralitatũ fuit, ſed ſimpliciter vnitas principij: nam nõ fuerunt multi viri, & multæ fœminæ ſimul producti de terra. Secunda etiam non fuit ibi, quia non fuerunt multa indiuidua ſimul producta, ideſt vnus maſculus, aut vna fœmina, ſed vnicum indiuiduum, ideſt maſculus. Cauſa diuerſitatis eſt prima, quia in hominibus data eſt

Cauſa diuerſitatis in hoïbus,

F vnitas principij ad honorem ſpeciei humanæ, vt ſupra dictum eſt, ſed animalibus alijs nullum honorem Deus voluit conferre, cùm neque honorem apprehẽdãt quid ſit, vel an eis deferatur: homo autem eſt ſublimioris naturæ apprehendens honorem, & participans Deo; ideo homini contulit Deus vnitatem principij pertinẽtem ad honorem, & nõ cõtulit aïalibus, Secũda cauſa eſt, quia Deus voluit in hoïbus dare cauſam amoris, & hoc erat ſi cognoſceret ſe eſſe ab vno principio, quia cùm cognoſcũt ſe eſſe ab vno, amãt ſe vt vnũ: eſt enim proximitas dilectionis cauſa, & quãto eſt maior gradus, proximitatis, tãto eſt maior amor, ſicut eſt in diuerſis gradibus attinentiæ cognatorũ: in hoïbus aũt erat cõueniẽs cauſari iſtum amorẽ, vt cõ-
G cordarẽt, & pacẽ haberẽt, & nõ ſe occiderẽt ortis inter eos multis diſſenſionum cauſis: in aïalibus aũt nõ erat neceſſariũ, aut vtile cauſari amorem ad inuicem, q̃a nõ eſt in eo tãta vtilitas cõcordandi, neq; eſt tantũ damnum diſcordãdo, vel pugnãdo: ideo neq; Deus illum ponere voluit per vnum vnitatis principium. Tertia, quia ſuperuacuum erat ibi fieri vnitatem principij ad cauſandum amorem, quia illi ſe amãt propter eſſe ab vno principio, qui ſe cognoſcũt eſſe, & tñ aïalia nõ poſſunt habere iſtam cognitionẽ, ſed ſolus homo, ſuperuacuũ fuit fieri hoc in alijs aïalibus; nã aïalia
H nõ cognoſcũt attinẽtiã aliquã inter ſe, i. an duo aïalia ſint ab eodẽ patre, vel matre: in aïalibus enim, vt Ariſtot. dicit, ſolũ eſt cognitio matris, & interdũ patris, & matris ad filiũ, & filij ad matrẽ, vel patrẽ; & hoc nõ ſemper, ſed ſolũ quandiu eſt neceſſaria filijs operatio matris: & interdũ patris, & matris cuſtodiẽdo, & educãdo: poſtea incipit mater ignorare filios, & filij ignorãt matrẽ, quod manifeſtũ eſt, quia ab inuicem poſtea nihil cognationis exhibetur, neque enim matres filijs pietatẽ maternã eis ſolitã impendunt, ſed & ſeuiũt, ſicut cõtra cętera aïalia, neq; filij matribus reuerẽtiam vllã naturę impendũt, ſed deſinit ſimul eſſe cognatio, cũ ſuperueniẽte ignorãtia attinentiæ, ideo in eis fieri poſſent cognoſcere ſe eſſe ab vno principio. Quarta, q̃a in aïalibus nõ fuit conueniẽs vnitas principij, eo q̃ tolleretur ibi pluralitas, vel multiplicatio neceſſaria in eis: volebat enim Deus, vt multiplicarẽtur aïalia in
I ſpeciebus ſuis, quia ex multis cauſis pereunt: & ſi pauca aïalia producerẽtur in qualibet ſpecie, contingeret faciliter perire omnia animalia, quæ ſunt in eadẽ ſpecie, & ſic periret ſpecies: ideo debuerunt eſſe multa ſimul in qualibet ſpecie, vt etiam ſi quędam perirent, non perirent omnia: vnde non debuit incipere ſpecies ab vno indiuiduo; immo neque ab vno maſculo & vna fœmina, quia ſic erat faciliter perire; ſed inciperet quælibet ſpecies a multis maſculis, & multis fœminis ſimul, ita vt in tãta multitudine fieret cito magna multiplicatio, & nõ cõtingeret perire ſimul ſpeciem pereuntibus omnibus indiuiduis. In hominibus non erat ita facile perire, cũ homo ſeipſum ſm rõnẽ diligẽtius cuſtodiat a malis, & abundãtior circa illum ſit prudẽtia Dei: iõ paucioribus exiſtẽtibus in eadem
K ſpecie, poterat illa ꝓſeruari melius. Quintò, q̃a ſi creaſſet Deus quãlibet ſpeciẽ aïaliũ in vnico indiuiduo, ſicut fecit de homine, tolleret de maſculo aliquam particulam ad formandum inde fœmellam comparem ſuã, ſicut fecit in Adam: & tamen nullus maſculus in aïalibus cognoſceret fœmellã de ſe ſumptã ad hoc, q̃ eam abundantius amaret, potius q̃ ſi de terra ſumpta eſſet; iõ nulla vtilitas erat ibi de maſculo ſumere fœmellam, vel de terra: in hominibus ſecus, quia Adam agnouit Deo reuelante, vel aliàs, ſumptam fuiſſe de ſe Euam, cùm ait: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea; & ſicut agnouit, ita ex hoc amauit,

& animalibus, erga prodẽtionem, Primã.

Secunda cauſa.

Quarta cauſa.

cùm dixerit, Propter hanc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuæ; ideo in humana ſpecie fuit conueniens eſſe vnicum principium, & ſumi fœminam de viro, in aïalibus aũt nõ fuit conueniens. Sextò poteſt aſſignari ratio, ꝓpria ex parte naturæ humanæ, vt magis conueniat eſſe ibi fœminam formatam ex viro, quàm in alijs aïalibus: quia vt dicit Ariſt. lib. 8. Ethic. Maſculus, & fœmina in hominibus coniunguntur, non ſolũ propter generationem, ſicut in alijs animalibus, ſed etiam propter cõicationem operum in vita cõi, vt ſibi ſufficiãt adinuicẽ propria cõferẽtes, vnde maſculus & fœmina ſm naturam in hoïbus ſunt aptè, vt ſint extrema in duabus cõicationibus, ſ. in cõicatione naturali, quæ eſt, ꝓpter ſimile tertiũ derelinquere. lib. 1. Ethic. cap. 1. quod & alijs aïalibus conuenit, & in cõicatione ęconomica; cuius ſunt duo prima extrema, vir, & vxor; & hoc accidit, q̃a cõtingit ęconomicã cõpoſitã eſſe ex prima cõicatione, quæ eſt naturalis: quia aliàs non eſſet fœmina ad ęconomicã cõicationem, cùm nõ ſit ſm naturam vnum ad multa, ſed vnum ad vnum: vt dr̃ lib. 1. Politicorum, cap. 1. in ęconomica aũt cõicatione finis eſt abundare, & ita maſculus, & fœmina, quia in hoïbus habent diuerſa opera, cõueniunt ad cõicationem ęconomicam, quod nõ cõuenit aïalibus, in quibus inter maſculum, & fœminam non eſt niſi cõicatio naturalis; vbi autem non eſt diuerſitas operum, ſed identitas, non contingit eſſe inæqualitatem, ſed vnitatem, vbi eſt diuerſitas operum, eſt inæqualitas, vnde accidit neceſſario alterum altero maius eſſe; & ita maſculus in hominibus eſt excellẽtior, & caput fœminæ, ſicut Chriſtus viri, & Deus Chriſti, ſicut dr̃ infra Corinth. 11. Et ideo in hominibus vir habet magis rationem principij, cùm ſit inæqualitas inter eũ & fœminam. q̃ in animalibus, vbi ſm cõicationem non eſt inæqualitas: deciuit igitur magis in ſpecie humana ſummi fęminam ex maſculo, quàm in alijs animalibus.

Quæſt. 369 Ad tertiam rõnem dicẽdum, q̃ fœmina ſumpta fuit de maſculo auferẽdo ei coſtam: & cũ infertur, an eſſet ibi dolor, dicẽdum q̃ Adam in corpore erat taliter diſpoſitus, q̃ valde ſentiret dolorem, vel delectationem experiretur, ſi inferretur ei malum, & tñ auferẽdo coſtam, non fuit ei malum illatum ex primò, q̃a q̃ aufertur, vel emittitur aliquid de indiuiduo, q̃d natura ordinat ad redimẽdum, & cõſeruãdum, nõ poteſt auferri ſine dolore, ſicut ſi tollatur aïali digitus, aut quæcũque parua particula; cùm uerò tollitur aliquid, quod natura nõ ordinat ad retinendum; ſed ad emittẽdum, nõ ſolùm nõ eſt dolor in emiſſione, ſed etiã eſt delectatio, ſicut quãdo emittitur ſemẽ de maſculo, nã diſcinditur de eo, & tamẽ in abſcindẽdo nõ eſt dolor, ſed voluptas: ita ẽt in emiſſione aliorum ſuperfluorũ, quæ natura nõ vult retinere, nam emittẽdo illa alleuiatur, & melius habet ſe: ita erat de coſta Adæ, & maneret in eo, ſed vt auferretur ſ. de ad formãdum Euam: ideo nõ eſſet dolor in ablatione eius. Aliter põt dici, & melius q̃ hoc factũ ſit ꝓ miraculũ: nã q̃d dr̃ de emiſſione cũ delectatione ex ordine naturæ, verum eſt de illis, quæ nõ ſunt partes indiuidui continuatæ cum eo, ſicut eſt de ſemine, & de ſuperfluis, quia in abſciſione illorum nõ poteſt eſſe dolor, cũ nõ ſint partes cõtinui: ſecus de eis, q̃ ſunt partes: nã licẽt nã ordinet eas ad abſcindi, vel aperiri, nõ fit ſine dolore; ſicut eſt in partu: nã ordinauit nã fętũ in vterum ad exitũ per apertionem vteri; & tñ apertio, & exitus nõ fiũt ſine graui dolore, eo q̃ ibi diuiditur continuum ad exitum: fuit autem factum per miraculum, & põt dupliciter intelligi vno modo, q̃ illa apertio lateris, & ablatio coſtæ de ſe dolorosa erat: tamen

Quæſt. 369 Ad tertiam cõclationem. Adæ fuiſſet dolens; & reſpondetur ad tertium argumentũ quæſt. 360.

A miſit Deus grauem ſoporem in Adam, ita vt dolorẽ nullum ſenſerit: alio modo põt intelligi, q̃ Deus fecit taliter illam ablationem, q̃ non erat dolorosa: vnde ẽt ſi facta fuiſſet vigilante Adam, nullum dolorẽ ſenſiſſet. Sed quis horum modorum eſt verior? Dicendum, q̃ ſecundus, quia ſi facta fuiſſet ablatio taliter, vt in ſe eſſet dolorosa, eſſet verè illatum nocumentũ naturæ, etiam ſi non ſentiretur, cũ dolor dicat ſenſationem nocumenti: omne aũt nocumentũ eſt pœna: ſed in Adã non fuit pœna, antequam peccaret, ergo nõ erat illa ablatio de ſe nociua, aut illatiua doloris, & hoc fiebat per miraculum, vt id quod aliàs eſſet allatiuũ doloris, non eſſet tunc tale.

Reſpõſio. Ad quartũ argumẽtũ. Qõ. 370.

Ad quartam rõnem dicendum, q̃ in operibus ſex dierum, & in oïbus alijs non quæritur, quid Deus poſ
B ſit, ſed quid facere conueniat, & ita in formatione fœminæ factum eſt: nam fœmina non potuit formari, niſi per miraculum: modus enim naturalis productionis omnium indiuiduorum ſpeciei humanæ eſt p generationẽ ex maſculo, & fęmina: non potuit aũt ſic eſſe de primo maſculo, & de prima fęmina: nam non erant maſculus aliquis, & fœmina, qui producerent primum maſculum, & primã fęminam, ſed per creationem de nihilo, vel per formationẽ de aliquo neceſſe fuit illos produci; fęmina igitur produci nõ potuit, niſi per formationem eius de viro, ſicut factum eſt, vel per formationem de aliquo alio, & ille non erat modus naturalis. Sed dicendũ de inſtitutione rerum poſſe dupliciter agi, aut quantũ ad modum faciendi,
C vel inſtituendi res ipſas, vel quantum ad conditionẽ rerum inſtitutarũ: de primo dicendũ, q̃ prima indiui dua cuiuslibet ſpeciei non potuerunt fieri per modũ naturalem: nam eſt illud fieri per potentiam ſolam diuinã: ergo nõ per modum naturalem: quia ad modũ naturalem requirebatur, q̃ eſſet ibi agens naturale, & actiones, & poſitiones, quæ ſufficerent ad productionem talium indiuiduorũ: ſed nõ eſt aliquid tale quantum ad prima indiuidua ſpecierũ quarũlibet, q̃ ſunt principia aliorũ: ſed ſi de condõne rerum inſtitutarũ loquamur, dicendũ q̃ res ab eo inſtitutę: & quæ ab illis proceſſerunt, hñt naturæ vnitatẽ, & ita quantũ ad hoc in operibus ſex dierum ſeruatur natura rerũ, ita vt eiuſdem naturæ ſint illa, & hęc, quæ poſtea prodierunt, non tñ eo modo incœperunt: de cæteris vero, q̃ poſtea fuerunt, dicendũ q̃ ſunt oïa eiuſdem naturæ, & etiam hñt eum modum, quo producantur in eſſe: cũ aurem dr̃, q̃ oïa, quæ ſunt eiuſdẽ naturę, hñt eundẽ modum originis, verum eſt quantũ ad ipſa, quæ procedunt ex principijs; ſecus quantũ ad principia. Etiã hanc propoſitionẽ concedunt philoſophi, qui nõ ponunt nouitatẽ in rebus, ſed generationẽ, & motũ ab æterno, & ideo oïbus dant eundem modũ, quia ſicut vnus hõ gignitur ab alio hoïe, ita de oïbus dant, quia non concedunt primũ hominẽ: ſecus apud nos, qui confitemur ſm fidem nouitatẽ in rebus per creationẽ: nam neceſſe eſt, ꝓcedere principia per creationẽ, & principiata per gñationẽ, vel formationẽ, & ita rebus oïbus eiuſdem ſpẽi non eſt idẽ modus originis.

Qõ. 370. Cur potius Eua formata fuerit de coſta, q̃ de alia parte corporis.

Quęretur, cũ fœmina de viro formari debuit, quare potius de coſta, q̃ de alia parte corporis. Rñdet Magr. lib. 2. Sen. diſt. 18. q̃ fuit: quia mulier parabatur viro vt
D ſocia, & non vt dña, neq; vt ancilla: iõ debuit ex loco formationis apparere, ad quẽ finem formabat̃: ſi. n. de pedibus formaret̃, videret ad ſeruiendũ facta: ſi aũt de capite ad dñandum, quia hæc ſunt extrema. i. ſupremum & infimũ, vt ergo videatur ad amorẽ & ſocietatẽ creata, debuit eẽ de medio. ſ. de latere: & ita fuit de vna de coſtis eius. Dicendũ, q̃ iſta rõ ſatis eſt congrua: licẽt incertũ ſit an iſta ſit cauſa motiua, q̃. n. mulier nõ fuerit facta ad dñandum manifeſtũ eſt, primo

E

quia

Arist. lib. 1. Polit. c. 3. quia dominus est naturaliter maior seruo, lib. Poli. & si voluisset Deus facere fœminam dominam, fecisset eam dignioris naturæ, sed non est, immò aliquantulũ minoris: Angeli aũt poterant constitui ad dominandum hoĩbus, quia sunt naturaliter hoĩbus maiores; sicut dr Psal. 8. Minuisti eũ paulominus ab Angelis gloria, & honore, vnde magis queniret virũ eẽ ad dominandũ, q̃ mulierem. Secũdò, quia hoĩbus indicamus aliquos naturaliter seruos, & aliquos naturaliter dominos, iuxta Arist. lib. 1. Poli. Naturaliter aũt dñi sunt, qui ingenio pollent, & se & alios regere pñt; naturaliter serui sunt, qui iudicio deficiũt ad se regendum, & corpora robusta hñt: sed mulier non abundat iudicio sup. virũ, immò naturaliter deficit ab eo, ita vt Arist. iudicet mulieres non esse incontinentes, sed solũ viros, quasi non habeãt opiniones vniuersales, ideo nõ pñt illæ esse dominæ. Tertiò, quia fœmina data est hoĩ in adiutorium, ſ. 2. cap. Adiutorium aũt nõ est maius, sed minus eo, cui in adiutoriũ datur. Quartò, quia fœmina fuit data propter virum, & non fuit vir propter fœminã: nã facta est, vt nõ esset vir solus, ſ. 2. cap. ideo ex hac parte vir maior est; & nõ illa: & hoc Apostolus vult. 1. Corinth. 11. Quintò, quia vt Apostolus ibidẽ cõparat, caput mulieris est vir, & caput viri Christus, & caput Christi Deus. Si aũt vir est caput mulieris, nõ est vir ad seruiendum mulieri. Sextò, qa Arist. redarguit illorũ policiam, in qua fœminæ præsunt viris: nã apud aliquas gẽtes constitutum erat, vt si quando fœminæ, quæ ducũtur in vxores, essent ditiores viris, aut succederent parentibus in bonis, dominarentur vxores viris: & hoc ipse arguit lib. 8. Ethic. & lib. 2. Polit. pertinet enim ad pessimam oligarchiã. Septimò, qa hoc expresse vetat Apostolus. 1. ad Timot. 2. cap. Mulieres autem docere non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio; sed ille non vetaret si Deus eam ad dominandum instituisset. Octauò, quia & Christus hoc ostendit ex operationũ suarum exẽplis; erat quidem mater sua meritis excellẽtior omni creatura; sicut & nunc est in gloria superior, & magis Deo accepta, veruntamen ei præesse non concessit in ecclesia, sed ea, quæ potestatis erant in ecclesia concessit viris, & non illi, eo q̃ ipsa fœmina esset; sic dicitur extra de pœnitẽ. & remiſ. cap. Noua quædam. vbi arguit propter quandam Abbatissam, quæ audire cõfessiones, & absoluere moniales præsumpserat; & inducit hoc fundamentum, quia licèt esset illa cunctis Apostolis sanctior, non concessit ei Christus claues ligandi, & soluendi, sed Petro. Non igitur facta est fœmina vt præsit.

Cap. 3. Cap. 10.

Quare Deus potius dedit potestatẽ ecclesiæ Petro, quã matri suæ, cum ipsa Deo magis eẽt accepta.

Quæſt. 371. Quomodo mulierem dominari cõcedatur.

Sed obijcietur, q̃ interdum mulieres dominantur viris; sicut quando mulieres habent dominia terrarũ, vt Reginæ, & aliæ potentes mulieres. Dicendũ, q̃ mulier nunq̃ viris dominatur, nisi fortè inter barbaros, vbi non est perfectus vsus rõnis; inter hoĩes aũt nõ: & est aduertendum, q̃ aut vocantur viri mariti, aut viri, ideſt masculi; si primo modo nunq̃ fœmina dominat viro, quia est contra ius naturale, & cõtra ius diuinũ, sed ẽt si vir sit pauper, & ignobilis, fœmina autẽ diues, potẽs, & nobilis semper vir imperat in œconomia, & est caput mulieris. Si autem accipiatur vir pro masculo, põt dominari largè mulier viro, quia mulieres q̃ habẽt terras iurisdictionis suæ, præsunt viris, qui morantur in regionibus illis. Sed dicendum, q̃ principari non conuenit adhuc fœminæ in masculum aliquẽ, nisi per accidens, & quando per accidens adhuc non totaliter. De primo patet, quia principari directè est p actum iurisdictionis, vt est in iudicibus, qui habẽt ius dicere, & dirimere aliorum lites imperando quid alij faciant, & hoc q̃n per se est, nunquàm cõpetit fœminæ, quia nunq̃ illę efficiuntur iudices, sed viri: immò

Vir est nomen æquiuocum.

neque testes, quia varium, & instabile testimoniũ fœmina profert. extra de verb. signific. cap. forus. Competit aũt directè alicui sic principari, q̃ põt ei venire nuda iurisdictio sine hoc, q̃ terras hẽat in quibus habitent illi, in quos exercet iurisdictionem. Si aũt indirectè accipiatur principari, prout potestas iubendi non venit per se, sed cũ alio, & ita per accidẽs poterit cõpetere fœminæ: quia fœminæ, quia sunt filij habẽt ius succedendi parẽtibus in bonis, & quia interdũ possidẽt terras, & regiones, in quibus morãtur multi: pertinet indirectè ad possessorem terræ illius merum, & mixtum imperiũ super eos, qui sunt in districtu illo, & tunc quia iurisdictio in viros cõsequitur bona illa, quæ possidentur, poterit prouenire fœminæ: aliàs aũt non aduenirent ei, quia possidere diuitias æquale est ad virum, & fœminam, sed principari non, & quia iurisdictio, aut imperium aliquando consequitur diuitias, & re possessa potest tunc cadere in fœminam, sicut, & diuitiæ: sic enim apparet de possessione seruorum: nã seruus computatur vt pecunia, sic dr Exo. 21. cap. Quòd seruus pecunia dñi est, & etiã est possessio eius, vt Arist. innuit lib. 5. Ethic. & lib. 1. Polit. & iõ sicut fœmina succedit patri in cæterorum bonorũ possessione, ita & in seruis, & tũc fœmina dominatur seruis, quia illi non computantur vt hoĩes, sed vt possessiones aĩatę quemadmodum iumenta: vnde Arist. permutat prædicationes de seruis, & de rebus inaĩatis possessis: nã gladiũ vocat seruũ inaĩatum, & seruum vocat instrumentum aĩatum. Sed adhuc q̃n principari, & iurisdictio fœminæ aduenit indirectè, non aduenit totaliter, eo q̃ mulier non exercet per se iurisdictionem audiendo causas, & exequendo in viros, sed ista committit viris, & ita illa retinet imperium habitualiter, sed exercitium in viris est, & in exercitio est propriè principari, aut dominari ita sumptum. Sed adhuc obijcietur, quòd interdum directè competat mulieri iurisdictio, scilicet quando nuda est, vt causas audiat, lites dirimat, & viris imperet; sic enim fuit de Delbora, quæ fuit iudex in Israel, & erat fœmina. Iudicum 4. & 5. Dici potest ad hoc vno modo, q̃ fuit istud speciale in illa, quia erat Prophetissa, & Deus dedit istud illi mulieri, quod non concessit aliis mulieribus. Secundò potest dici, quòd etiam hoc non erat propriè imperare, aut principari, sed erat quasi in modum Prophetissæ, respondisset ad dubia Israelitarum, & hoc nõ erat mirandum, quia interdum Deus respõdebat p mulieres, sicut per viros, & faciebat eas Prophetissas, sic fuit Prophetissa Anna filia Phanuelis de tribu Asser, & dixit aliqua propheticè. Luc. 2. cap. Erant etiam mulieres interdum prophetissæ, ad quas solebant homines mittere ad quærendum voluntatẽ Dei, & cognitionẽ absconditorũ, sicut fuit Olda mulier, quæ erat vxor Selum filij Tecuæ: nam q̃n Iosue Rex inuenit librũ in domo dñi, misit ad consulẽdum illã, & ipsa rñdit de malis futuris super Hierusalẽ, li. 4. Reg. 22. Et ita poterat esse Delbora, quia illa ad quæsita rñderet; vnde esset potius Prophetissa, q̃ iudex, q̃n Olda non vocata fuit iudex, sed Prophetissa. Dicendum tñ, q̃ Delbora aliquid plus habuit, q̃ Olda, & ideo non solũ fuit Prophetissa, sed ẽt iudex, vnde ipsa in sacra scriptura cõputatur inter iudices Israel. Iudicum 4. & 5. cap. Et hoc erat, quia sedebat ad audiendũ lites, & illas dirimebat: nam locus in quo sedebat ad audiendum, erat sub Palma noĩs sui inter Rama, & Bethel, in monte Effraim. Iudi. 4. cap. Iudicia tamẽ ipsius erant in modum Prophetiæ, quia cũ aliquæ contentiones deducebantur coram ipsa, non dirimebat eas iudicio humano, aut scripta lege, sed modo propheticò, ideſt sicut Deus ei reuelaret. Et in hoc dimiuebatur ratio, vel cõditio iudicis, quia non stabatur

Seruus q̃d

Arist. & Diodor. Siculus

Debbora fuit iudex & Prophetissa

Obiectio

Responsio

iudicio

iudicio eius fulto lege, vel naturali dictamine, quod proprium iudicis, & ob hoc eliguntur iudices sapientes, & iusti, ideſt, qui non sequantur munera, aut personarum acceptionem, quia ex se aliquid facere debẽt: illa autem quasi nihil ex se faciebat, cùm nihil ex se dicerer, sed sicut Deus ei reuelaret, & hoc modo ita poterat iudicare Israel puer paruulus septem annorum, si certum esset eum habere spiritum prophe ticum, sicut habuit Samuel, cũ adhuc puer esset, lib. 1. Reg. 3. & tamen talis modo humano non eligeretur in iudicem. Tertio dicendum, q̃ adhuc Delbora nõ habebat totaliter imperare super viros, quia licèt ipsa reuelaret ea, quæ erant ex parte Dei, tamen executionem imperij super viros non habebat, sed Deus committebat hoc viris, & ob hoc ista Delbora non fuit sola iudex, sed cũ ea fuit Barach filius Abinoẽ. Iudi. 4. c. Vnde q̃n bellum fieri debuit, & duci exercitus cõtra Sisarã, iussit Deus per Delboram, q̃ Barach duceret exercitum, & non illa, vt non videretur fœmina regere viros, & immediatè imperare illis, & licèt posset Delbora ire cum eis, & imperare eis quid facerẽt, sicut & mulieres Amazones bella gerebãt, & ducebant exercitus, noluit Deus, sed misit illuc Barach, quamuis ille non ausus est ire sine Delbora. Et ita semper manet, quòd mulieres, vel non habent principatum supermasculos, aut si habent, non habent illum completè sicut dictum est.

Quæſt. 372. Dubitatur An ad seruiendum viro, & dicendum, q̃ non. Primo patet, quia mulier facta est in adiutorium generationis, sup. 2. cap. Faciamus ei adiutorium simile sibi: ibi autẽ non est seruire, neq; imperare. Secũdo patet, quia si facta fuisset ad seruiendum, esset de inferiori natura, sicut de animalibus alijs, quibus est homo naturaliter licet de animalibus alijs, quibus est homo naturaliter excellentior, nam illis præfecit Deus hominem, supra 2. cap. scilicet, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, vt præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestijs terræ: fœmina tamen fuit de eadem specie, de qua vir, ideo non fuit formata ad seruiendum. Quarto, quia Deus formauit mulierem in Paradiso, & dedit eam ibi viro, supra 2. cap. & tamẽ ibi non formaretur ad seruiendum, quia seruitus est pœna: non fuit aũt, neque erat futura pœna aliqua in Paradiso, sed foris fuit pœna propter peccatum: si autem formasset Deus mulierem extra Paradisum post peccatum, posset aliquo modo putari facta ad seruiẽdum, quia tunc incepit oĩs pœna. Quinto, quia Arist. lib. 8. Ethic. arguit quasdã Politias apud Persas, in quibus vxores accipiũtur in ancillas, sed ille principatus est tirannicus, vt ibidem Arist. o. dicit, scilicet, quia viri opprimunt mulieres per potentiam, ideſt, quia robustiores sunt. Sexto, quia lib. 1. Politic. cap. 1. ipse accusat illos, qui ponunt fœminam, vt extremum in cõmunicatione despotica: dicebant enim illi, quòd fœmina naturaliter est seruus: & ideo conuentus masculi & fœminæ est cõmunicatio Domini & serui, quod vocamus communicationem despoticam, i. dñatiuã, & mouent ob hoc, qa seruus est naturaliter deficiens iudicio: Dñs aũt, qui ratione, & ingenio excellit, sed fœmina naturaliter habet hoc, q̃ deficiat à viro ĩ ingenio, & rõne, ideo erit natura seruus. Arist. o. aũt arguit contra istos, q̃ non, quia certum est fœminam, tam in hominibus, q̃ in animalibus esse pp generationem: iõ in aĩalibus, in quibus non est distinctio masculi & fœminæ nõ est generõ ab eis: natura tñ non facit vnũ ad multa, sicut ars facit vnum ad multa, quẽadmodũ

Lib. 1. Polit. c. 1. lib. 8. c. 10.

Alph. Tost. supe. Gen.

A gladium delphicum pro paupere, qui ſ. est ad scindendum & secandũ, & perforandum, & terebrandũ; sed facit vnum ad vnũ: & tñ facta fuit fm naturam ad gignendum, & ideo nõ fuit facta fm naturam ad seruiẽdũ: ideo non erit fœmina naturaliter seruus. Septimo, qa vt Arist. dicit lib. 1. Poli. c. 3. in eis, qui sunt serui naturaliter duo requiruntũr. Primo, q̃ ingenio deficiant, ita, vt nõ sufficiãt seipsos regere. Secundo, vt habeant corpora robusta ad hoc, q̃ possent ministrare sibi, & dñis in operibus; & principale est, vt corpora robusta habeant, aliàs. n. neq; seruire poterunt, sed erũt prorsus inutiles: natura autem fecit corpora fœminarũ debilia, atque fragilia, corpora aũt virorum robustiora: si autem voluisset eas facere seruos, dedisset corpora earũ robusta; ergo nõ intendit natura facere fœminã seruũ: non ergo formata fuit mulier, vt esset seruus.

B

Sed obijcietur, q̃ fœmina fuit formata ad seruiendũ viro, quia sup. 3. cap. dixit Deus mulieri, sub viri potestate eris: hoc autem est seruire. Dicendum, q̃ mulier formata est à Deo talis, vt viro esset minor secundum naturalem dignitatem, non tamen formata est ancilla, neq; ad seruiendum. Primũ apparet, quia mulier formata fuit propter virum, ideo est minor eo, cũ finis sit potior eo quod est ad finem, quia finis est bonũ rei, lib. 2. Metaph. sed Apostolus dicit; Etenim nõ est creatus vir propter mulierem, sed mulier pp virũ, 1. Col. 11. c. Vnde & ex hoc cõcludit ibi, q̃ mulier debet habere velamen in capite, & non vir, ſ. tanquam minor. Secũdo, quia Apostolus ibidem ostendit talẽ habitudinẽ esse inter virũ & mulierẽ, qualem inter Deum & Christum, & inter Chrm & virũ: cũ dicit: Volo autẽ vos scire, qa omnis viri caput Christus est: caput autẽ mulieris vir, caput autẽ Christi Deus: & tñ inter hos non est ordo fm voluntatem, aut secundũ aliquam institutionem, sed fm naturalem excellentiam: ergo inter virum & fœminam simile est. Tertio patet, quia vir habet rationem principij ad fœminam: est aũt principium nobilius principiato, & hanc ẽt rationem inducit 1. Cor. 11. cap. Vir est gloria Dei, mulier aũt gloria viri: nõ. n. vir ex muliere, sed mulier ex viro, & ex ijs tribus rationibus probat ibi Apostolus, mulierẽ esse minoris dignitatis, q̃ sit vir: & ideo, q̃ mulier debeat velare caput, cũ orat, & vir debeat caput derectũ habere. Quarto patet, ex ratione institutionis, vel pcepti dati ab Apostolo: instituit. n. q̃ in ecclesia mulieres nõ loquant respondendo ad quæstiones, neq; petendo doceri, sed si quid addiscere voluerint, addiscant in domo petẽdo à viris suis, sicut dicit 1. Cor. 14. Mulieres in ecclesijs taceant: non. n. permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut lex dicit: si quid autẽ velint discere, domi viros suos interrogent: turpe est. n. mulieri loqui in ecclesia. Causam ergo pcepti huius posuit Apostolus, scilicet, q̃ turpe est mulieri in ecclesia loqui: ista autem turpitudo est non solũ pp verecundiam sexus, sed principaliter pp timorem erroris: nam & verecundia in hoc consistit, scilicet in timore ingloriationis, vel confusionis: dupliciter aũt mulier errare potest, loquẽdo in publico. Primo, quia cùm sit parui intellectus, loquetur fortè rem fatuam, & indecentem, vel incompositã. Secundo, quia cùm sint mulieres instabiles, & infirmæ, deijcerentur citò in dissensionẽ, quàm Apostolus principaliter voluit vitare in Ecclesia. Etiam susciterent clamores magnos, quia sunt mulieres naturaliter clamosæ, & impatientes in verbis: & ideo lex humana vetuit eis iudicialiter causas agere: erant enim importunæ, & clamosæ, quod in Calphurnia apparuit, quæ huic dedit causam edicto. Quinto etiam patet ex alijs rationibus, quas Apostolus dat in alio præcepto: voluit enim, quòd mulieres non docerent, neque do-

Quæſt. 373. Mulierem vt viro minorem, nõ tñ, vt seruã Deus produxit.

Dupliciter mulier errare, põt loquẽdo ĩ publico.

T minarentur,

minarentur, 1. Tim. 2. Mulier in silentio discat cũ subiectione: docere autem mulieri non permitto, neq; dominari in virũ, & subdit ibi duas causas: prima est pp dignitatem naturalẽ in ratione principij; sicut. n. te hẽat vir, & vxor in natura, ita & in intelligendo; in natura quidem habet vir rationẽ principij ad fœminam, quia mulier facta est de viro, & vir est prior illa, & vir nõ accepit esse de fœmina: in doctrina ergo similiter esse debet, s. vt accipiat fœmina ex viro, & nõ ecõtrario, quia docens habet rõnem primi, & principii; addiscens verò habet rationẽ posterioris: istud tangit, cùm ait: Adã. n. primus formatus est, deinde Eua. Secunda ratio est pp naturalem dignitatem in excellentia absoluta: nã dato cp Eua non esset posterior viro, neq; ex viro, sed ambo simul de terra, & esset fœmina talis, qualis est, & qualis producta fuit, adhuc vir esset dignior fœmina, & deberet vir docere, atq; imperare, quia docere est sapientis, vt Arist. dicit lib. 1. Metaph. sed vir naturaliter est sapientior fœmina, i. habẽs maiorem perfectionẽ intellectus: ideo vir debet docere: cp vir sit perfectioris intellectus probatur, quia qui sapientior est minus decipi põt, cũ decipi proueniat ex ignorare, sed mulier decipi potuit facilius, q̃ vir, immò ipsa decepta fuit, & nõ vir suadente serpente: ergo erat maior intellectus viri, hoc tangit Apostolus, cùm dicit ibidem, & Adã non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit.

Capit. 1.

Quæs. 374 Alia expositio verborũ Pauli, quibus mulieribꝰ docendi munus ꝓhibetur,

Aliqui tñ inducunt istud verbum Apostoli ad illũ sensum, s. cp mulier primat honore docendi, & dominandi, quia peccauit priusquam vir, & ita licèt ambo peccauerint, & ambo puniti fuerint, ipsa puniretur specialiter in hoc, quia ipsa peccauit prius. Sed dicendũ quòd non stat, quia Apostolus non intendit hoc primo, quia si de peccato ageretur, cùm vterq; peccauerit, non negaretur de vno, & concederetur de alio, sed solùm poneretur ordo peccati, & tamen negatur de viro, & conceditur de muliere, cùm dicitur, Adã non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit, ergo non agitur de ordine peccandi. Secundo, quia ibi non ponitur verbum peccandi, sed seductionis, & dicitur, quòd non fuit seductus Adam, & tamen peccauit, mulier autem seducta est, seduci autem fuit decipi a Dæmone in credendo: nam impellebat serpens mulierem ad comedendum de ligno vetito, quasi per hoc futura esset sicut Deus sciẽs bonum & malum, & mulier non comedisset, nisi hoc crederet, quia non mouebat eam ad comedendum desideriũ comedendi, sed solùm quasi cõsequeretur, cp esset sicut Deus; mulier autẽ credidit hoc esse verum, ideo mota est ad comedendũ: vir aũt non credidit hoc; sed istud falsum erat, quia etiam si comederet de ligno illo, non efficeretur sicut Deus, sicut nec factum est; cp autem deciperetur, fuit ex paruitate intellectus, quia ista res non erat in se credibilis, vir autem non credidit, & ita non fuit seductus, & apparebat maior esse intellectus eius, quàm mulieris. Et istud argum. est multũ cõueniens ad ostendendũ, naturaliter esse minorẽ intellectũ fœminę, quàm viri, eo cp ibi vterque habuit totam perfectionem, quę cõpetit s̃m naturam, sed vir totã perfectionem, quæ cõpetit sexui virili, & mulier totam perfectionem, quæ naturaliter competit fœminæ, cùm Deus ambos formasset miraculosè, & ita haberẽt omnẽ perfectionẽ conuenientẽ eis. Etiam quia nõdum præcesserat peccatum, pp quod aliquis eorũ formaret imperfectus, sicut aliquando pp peccata parentũ nascunt filij cæci, vel claudi, sicut colligit Ioan. 9. Non peccauit hic, neque parentes eius, vt cæcus nasceretur, ex quo innuitur, cp aliquando ex peccato parẽtum nascitur filius cæcus, licèt in casu illo sic nõ fuerat: Adam quoque, & Eua non peccauerunt, vt vnus permitteret se duci potius, quàm alius, sed ambo erant in puris naturalibus, vel ambo in gratia, & ita non erat aliqua differentia ex parte ipsorum, nisi id quod erat secundum naturam, scilicet cp vir erat perfectior in naturalibus, quàm fœmina, ideo potuit decipi fœmina, & decepta est, sed non vir. Si autem nunc in aliquo viro, & aliqua fœmina accideret, cp deciperetur uir circa aliquid, & non fœmina, vel econtrario, non probaretur cõuenienter inde esse virum perfectiorem fœmina, vel econtrario generaliter, quia multa poterãt impedire istam probationẽ. Primo, & præcipuè, quia licet vir naturaliter poneretur excellentior, accideret aliquam fœminam perfectiorem in intellectu quodã viro; sicut corpora virorum sunt naturaliter robustiora corporibus fœminarum, accidit tamen quasdam fœminas esse robustiores quibusdam viris. Secundo, quia forte vnus eorum, qui maioris iudicij esset, permitteretur propter peccatum suum decipi, & alius permitteretur decipi, quia nõ præcauerat. Tertio, quia aliqs maioris intellectus existẽs ex aliqua causa accidentali poterit faciliter decipi, cũ alius non deciperetur: in illis autẽ primis nihil horum erat, sed pura naturalia, & in quolibet tota perfectio, iuxta conditionem sui sexus. Ideo ex illis bene arguebatur, cp si vir non fuit ibi deceptus, & fœmina decepta est, cp fœmina erat minoris intellectus secundum naturam. Et ita bene Apostolus arguit generaliter hoc ad totam cõditionem virorũ & fœminarum, cp viri excellunt fœminas in intellectu, sed docere pertinet ad sapiẽtem: ideo cùm viri sint naturaliter maioris intellectus, ad ipsos pertinet docere, & non ad fœminas, & hoc bene concludit Apostolus. Cùm aũt obijciebatur, quia dr̃ de fœmina, sub viri potestate eris, dici põt vno modo, cp hoc intelligitur post peccatum, sed non ante, & hoc verum est, quia istud ponitur sup. 3. cap. inter pœnas datas mulieri, s. Multiplicabo ęrumnas tuas, & cõceptus tuos, in dolore paries filios tuos, & sub viri potestate eris: & tamen ante peccatum nulla pœna fuisset, ergo non esset ibi tũc ista subiectio. Aliter potest dici, quòd Deus loquatur ibi de potestate imperandi secundum legem, & secundum naturam, nõ autem de potestate dominãdi, sicut Dñs se habet ad seruos, quæ potestas nunc est, & fuisset in Paradiso.

Quæs. 375 Ad primum dicendum.

Sed dicẽdum, quòd licèt vterque sensus sit verus, litera tamen vult verè id, quod primo diximus: nam cum illud ponatur inter pœnas mulieris, non intelligetur de eo, quod futurum esset secundũ naturam in Paradiso, nõ existente adhuc pœna, neque peccato. Certum est tamen, quòd etiam si nullum peccatum esset, & manerent homines in Paradiso, adhuc esset ibi quædam subiectio fœminæ ad virum, & ista nunc est maior, quæ venit in pœnam, & de ista locutus fuit Deus. Circa quod est intelligendũ, quòd si homo non peccaret, manerent omnes homines in Paradiso, quousque transferentur in cœlum, & interim varent proli modo matrimoniali, quia non esset ibi communitas vxorum, sed determinatio earum, sicut dixit Adam, Dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Cùm autem essent vir & vxor, haberent inter se speciales conuersationem, quàm cum alijs, & quia ea, quæ fiunt, oportet vt dirigantur, non poterant autẽ simul à viro, & fœmina dirigi, oportebat ergo alterum eorum esse directorem, & tamẽ qui naturaliter excellentior est, debet imperare, & ordinare, vir autẽ est excellentior, ideo ipse imperaret, & fœmina obediret. Esset tamen ibi paruum imperium, & fœmina obediret in paucis, eo cp erant pauca necessaria ad cõmunicationẽ, quę tunc esset inter virũ & vxorem, cùm omnia

nia sponte tellus gigneret, neque pro aliquo fatigari oporteret, neque aliqua eos rerum vrgeret penuria. Et licèt nunc maior sit subiectio fœminarum ad viros, quod venit ex pœna, tamen Apostolus quando loquitur de subiectione vxorum ad viros, vel mulierum generaliter, non ostendit illud per rationes sumptas ex parte pœnæ, sed per rationes sumptas ex parte naturæ, sicut apparet in rationibus, quas facit 1. Corinth. 11. & 1. Timoth. 2. Et ratio est, quia cùm ex vtroque modo possit probari, honestius est fieri per id, quod minus cedit in odium mulierum: minus autem odiosum est eis, quòd ostendatur subiectio earum ex natura, quàm ex pœna: ideo Apostolus sic procedit. Sed ex pœna est maior subiectio, scilicet illa, quàm nunc habent sub viris suis: nam tunc haberent viri imperium, sed non coertionem, quia nunquam fœminas verberarent: nunc autem verberant, & varijs pœnis castigant prout ratio exigit, & talem castigationẽ moderatam leges permittunt, quia secundum rationem est: in Paradiso autem, vel ante peccatum non esset coertio, neque pœna, quia nunquam illa debuit esse, nisi post peccatum, & de hac dixit Deus, sub viri potestate eris, scilicet ipse imperabit tibi, & affliget te corrigendo excessus tuos.

Quæs. 376 An in cõscriptura circa habitudinem fœminæ ad virum non concordent inter se, quia aliquando fœmina vocatur adiutorium, & significatur esse aliquid minus, vt supra secundo; Faciamus ei adiutorium simile sibi; aliquando vocatur socia, quod signat equalitatem, sicut cùm dixit Adam, Mulier quam dedisti mihi sociam, sup. 3. aliquando vocatur subdita, vt eod. cap. Sub viri potestate eris. Dicendum, quòd in verbis sacræ scripturæ nulla cõtrarietas est, cùm omnia sint à spiritu sancto; sed est considerandum, cp quædam istorum dicuntur de muliere secundum statum, & conditionem naturæ, alia secundum conditionem lapsi status, & peccati: quod enim dicitur sub viri potestate eris, intelligitur dictum esse in pœnam, & post peccatum, & istud semper competiuit ei post peccatum, sicut & nunc competit. Alia duo dicuntur secundum statum naturæ, & ante peccatũ, & potest dupliciter accipi: vno modo, quòd dicamus mulierem esse in adiutorium, vel esse adiutorium, inquantum ipsa est ad generandum viro data, & vocatur adiutorium propriè; quia aliquis dicitur aliũ adiuuare, quando vnus per se non sufficit explere aliquam operationem, & alio adiuncto ei expletur ab ambobus simul tanquã ab vno agẽte; vt quando duo equi portant currum, neuter eorũ portat currum, sed ambo, & vnus adiuuat alium, & econtrario: ita in generatione, neque solus vir gignit fœtum, neq; sola fœmina, sed ambobus conuenientibus in vnum fœtus gignitur: ideo fœmina sic est adiutorium. Sed est considerandum, quòd licèt ita acciptur adiutorium, tamen vt communiter non conueuimus dicere adiutoriũ, nisi quando plura ad operationem concurrunt, & non æqualiter, quod minus principale est, vocatur adiutorium, & aliud quasi operans, vel quando operatio per se est vnius, licèt alius in ea magis conferat de efficientia, ille, cuius non est operatio, dicitur adiuuare. De primo, vt quando plures concurrunt in mouendo nauem, ille qui efficacius mouet, dicitur mouens, & alij vocantur adiutores, quia licèt de nullo absolutè dicatur ipsa operatio, proximius est, vt dicaẽ de illo, qui efficacius agit, quia ei minus deest ad hoc, quòd formaliter agat. De secundo apparet, & est modus communior; nam si aliquis habeat portare onus, quod ei incumbit, & cùm non possit, alij concurrant, dicuntur eũ adiuuare, etiã si valde plus illi faciant, quàm ipse, cuius erat onus, sed quia ad nullum pertinebat portare onus, nisi ad ipsum, dicuntur alij non portare, sed adiuuare, & ipse non adiuuat alios, licèt cooperetur; & hoc modo solemus dicere, quòd Deus adiuuat nos, & scriptura sæpè hoc dicit. Certum est tamen, quòd inquantum re Deus operetur, magis efficit in ipsa operatione, id-est magis confert de efficientia, quàm quęcunq; alia res, quia omnis causa primaria plus influit in suum effectum, quàm causa secundaria, & tamen Deus est causa prima; sed quia operationes, in quibus Deus cõfert aliquid nobis sunt nostræ, & non eius, dicitur ipse nos adiuuare, sicut si vir & fœmina generãt, aut homo orat, aut comedit, non dicitur Deus generare, quia non generat ipse, neque manducat, neque orat, sed nos, & tamen magis confert Deus ad hoc, quòd fœtus gignatur, quàm vir & fœmina, & ita de singulis; & ob hoc dicitur nos adiuuare, & propriè. Adiutorium autem potest vocari fœmina viri, vel viro datam vtroque modo. Primo modo, quasi vir magis faciat ad generattionem fœtus, quàm fœmina, & ita fœmina veniat quasi minus cõferens, & Deus adiuuat, & verum est, quòd minus principaliter faciat fœmina, quia vir est in generatione actiuum principiũ, fœmina autem passiuum ministrans solùm materiam: à viro autem est vis formatiua: agens autem nobilius est patiente, libro 3. de Anima. Secundus tamen modus potest intelligi, & melius, quòd fœmina dicatur adiutorium quasi operatio esset viri, & fœmina veniat ad conferendum ei: & hoc est, quia vir iam formatus erat, cui secundum naturam competebat posse gignere, sed hoc non faceret, nisi in consortio fœminę: ideo accipitur vir, quasi iam cõpetereteri ei generare, & esset operatio eius, sed non compleret hoc, nisi cõcurrente altero, ideo quando illud concurreret, quia posterius erat, & videbatur operatio viri, diceretur illud adiuuans, vel adiutorium. Et ita fœmina dicitur adiutorium, inquãtum confert ad generationem: dicitur autem socia pp æqualitatem, quam habet ad virum secundum speciem: sunt enim in eadem specie, & species dicit vnum gradum substãtialis perfectionis, sub quo tamen est quædam inæqualitas participationis, quia tamen non excludit illa inæqualitas substãtiæ æqualitatem, vocatur mulier socia, quia societas dicit equalitatem, & istud etiã significauit Deus, quia nõ dixit solùm, faciamus ei adiutorium, sed addidit simile sibi: & ista similitudo significat vnitatem speciei, in qua est æqualitas, & societas ad differentiã fœmellarum aliorum animalium, quia inquantum erant fœmellæ, erant adiutorium ad generandum cũ masculo, sed quia non erant in eadem specie, in qua Adam, non diceretur de aliqua aliarum, quòd erat adiutorium simile sibi.

Prima expositio.

Aristot. li. 3. de Anima, tex. 19.

Quæs. 377 Secũda expositio. Duę cõiactiones ſter virũ & fœminam.

Alio modo põt dici, cp per hæc duo, i. adiutorium, & societas signantur duę cõiactiones, quæ sunt inter virum & fœminam; prima est cõiactio naturalis, quę est pp simile tertium derelinquere: & in ista est mulier adiutorium viro; alia est œconomica, i. domestica, in qua est socia: in vtraq; enim est mulier, nam in prima, quæ est naturalis sunt solùm masculus & fœmina pp simile tertium derelinquere, lib. 1. Poli. cap. 1. & hoc non solùm in hominibus, sed ẽt in alijs animalibus, lib. 8. Ethic. & in hoc fœmina est adiutorium pp rationem positam præced. q. s. quia neq; solus vir expleret istam operationem, neq; sola fœmina, sed ambo concurrentes. Alia est communicatio œconomica, q̃ est tertia in communicationibus positis ab Aristo. in qua sunt sex extrema, scilicet vir & vxor, pater & filius, Dominus & seruus, libro 1. Politico. In ista autem non vocatur fœmina adiutorium, sed socia, quia adiutorium est respectu vnius operationis, in quam

Cap. 10.

Secunda cõiactio.

Cap. 3.

multi

Mulieres, natura minus ingenio pollet, q̃ viri, intellectuq; sunt lõge ꝛmpfectiores,

Adimere dupliciter accipitur.

Quæs. 378 Adam fuit deceptus.

multi concurrunt, œconomica autem cõmunicatio ne sunt diuitũ opera viri & vxoris, & Dñi, & serui, qa tñ sunt ad vnum finem, habent societatẽ omnes qui illa opera faciunt, & ita põt vocari fœmina, vel vxor socia, & hoc specialiter inuenit in masculo, & fœmina, in hoĩbus, qa masculus, & fœmina in aialibus solũ

Cap. 12. ueniunt gratia generationis, lib. 8. Ethic. in hominibus autẽ non solũ pp generationem, sed etiam pp diuersitatẽ operũ, vt conferentes propria ad cõe abundãtiores fiant, qñ autem in masculo, & fœmina non inuenit diuersitas operum, non est in eis nisi naturalis cõmunicatio, cùm autem est diuersitas, est in eis œconomica communicatio vltra naturalem. Sed obijcietur, qp in viro, & fœmina non inueniat cõmunicatio

Cap. 2. œconomica, quia vt Arist. dicit li. 1. Poli. natura nõ facit vnũ ad multa sicut ars, sed vnũ ad vnũ, & ideo concludebat ibi, qp cùm fecerit fœminã ad cõmunicationem naturalẽ, q̃ est pp simile tertiũ, derelinquere nõ fecit eam ad communicationem despoticã, quæ est alia; consequẽter arguet, qp cùm fecerit natura fœminam ad cõicationẽ naturalẽ, nõ fecerit eã ad œconomicam. Dici potest, qp naturalis cõicatio, & despotica sunt simplices, & vna distinguitur contra aliam, & ita cùm sit fœmina facta ad naturalem, non est facta ad despoticam, i. dominatiuam, & seruilem, secus de œconomica, & politica cõmunicationibus, quia sunt compositę, & includuntur in eis simplices, vnde in œconomica includitur naturalis tanquã pars eius, & etiam in politica includitur œconomica. Similiter in œconomica includitur Despotica, quod patet in œconomica sunt sex extrema, i. vir & vxor, pater & filius,

Cap. 1. Dominus & seruus, libr. 1. Polit. Duo prima extrema pertinent ad communicationem naturalem, & duo vltima ad despoticam: & ideo, quòd fœmina sit extremum in cõmunicatione œconomica nihil aliud est, quàm qp sit in naturali, eo qp naturalis sit pars œconomicæ. Et tñ naturalis non est pars despoticæ, neq; ecõtrario: ideo fœmina quæ est pars naturalis cõicationis non est pars, aut extremum despoticæ, sed est œconomicæ. Sed obijcietur adhuc, qp fœmina non est in cõi-

Obiectio tollitur. catione despotica, neq; vir, quia natura fecit vnum ad vnum, non ad multa, sed sicut natura fecit fœminam ad generationem, ita & virum, cùm sint distincti secundum sexum: ergo ambo sunt facti ad naturalem cõicationem, & consequenter neuter eorum est factus ad despoticam, & sic cõicatio despotica nõ erit, quia illa non potest esse, nisi in hominibus qui distinguũtur per viros, & fœminas, & non est in viris, neq; in fœminis, ergo in nullis hominibus: & ita non erit cõicatio aliqua despotica. Dici põt vno modo, qp vir & fœmina considerantur dupliciter, aut inquantum sunt vir, & fœmina, & ita sunt sexu distincti, aut inquã tñ sunt indiuidua naturæ humanæ. Si primo modo, tam vir, quàm fœmina sunt ad solam cõicationẽ naturalẽ, quia non est ad aliud distinctio sexus, s̃m qp est fœmina & masculus, nisi ad cõicationem naturalem. Si autẽ cõsiderentur inq̃tum sunt indiuidua speciei humanę, sunt ad alias cõicationes humanas: & ita po-

K terit vir, non solùm esse in naturali cõicatione, sed ẽt

Obiectio alia remouetur. in despotica, & in quacunque. Sed tunc obijcietur, qp idẽ omnino erit de fœmina, & ita fœmina erit æqualiter ad cõicationẽ despoticam sicut vir, inquantum ambo sunt indiuidua naturæ humanę, quod nõ uidetur cõuenire intentioni Arist. Ideo dicendum scdo, & melius, qp Arist. non negat possibilitatem fœminæ in cõicatione despotica, sed negat positionem illorũ, qui dixerunt fœminam esse naturaliter extremũ cõicationis despoticæ, quasi fœmina ad hoc sit facta à natura, vt sit seruus: ideo non negat Arist. accidere fœminæ cõicationem despoticam, sed dicit naturã, non

F feciſſe fœminam ad cõicationem deſpoticam. Põt. n. istud accipi affirmatiuè, aut negatiuè: negatiuè est vera, s. non facit natura fœminam ad esse seruum; & affirmatiuè est falsa, s. natura fecit fœminam ad nõ esse seruũ, quia primo modo est sensus, non ordinauit fœminam ad seruiẽdum, & tamen potest accidere sibi, qp seruiat, & idẽ est de viro, & non repugnatur in hoc naturæ. Secundo modo est falsa, quia si natura fecit fœminã ad non esse seruam, & est serua, est cõtra naturam: & fallitur, vel errat ibi natura, aut præiudicatur ei, & idem de viro est. Intẽtio autem Arist. est negare positionem illorum, qui dixerunt, quòd natura fecit fœminam ad esse seruam, & ideo qp omnis fœmina est naturaliter serua: & huic contradicit ista ne-

G gatiua: natura non fecit fœminam ad esse seruam, & non repugnat ei ista, natura fecit fœminam ad nõ esse seruam, quia istæ affirmatiuæ inter se non contradicunt, sed istud est verum, quòd natura fecit fœminã ad generare, & fecit virum ad generare: & quia ista est affirmatiua, si poneretur similis affirmatiua respectu alterius communicationis, faceret natura vnum ad duo, quod esset contra Arist. vt si diceretur, natura fecit fœminam ad esse seruam: & idem si diceret, natura fecit fœminam ad esse dominam, quia vtrunque est ĩ cõicatione despotica; & idẽ est de viro si diceret, natura fecit virũ ad esse seruũ, vel ad esse dñm, qa tũc factũ esset vnũ ad duo, iõ debẽt poni negatiuę oppositę, s. natura nõ fecit fœminã ad esse seruã, natura nõ fe-

H cit fœminã ad esse dñm, & idẽ de viro: non tñ ponẽtur affirmatiuę istę: natura fecit fœminã ad nõ esse seruã, aut fecit eã ad nõ esse dñm: & idem de viro: hoc ergo mõ vir, & fœmina possunt esse in qualibet cõicatione: natura tñ nõ intẽbdit nisi vnã, s. naturalẽ, sed nõ vetuit alias: dedit tñ maiorẽ dispositionẽ viro ad despoticã, q̃ fœminę pro vtraque parte; nam serui debẽt habere corpora robustiora dñis, fœminę aũt habent corpora debiliora corporibus virorũ, & ita nõ sunt naturaliter ad seruitutẽ: dñi aũt debẽt pollere rõne super seruos, fœminę aũt naturaliter deficiũt in rõne citra viros, iõ non sunt ad hoc, qp sint dñę virorũ: viri aũt pro vtroq; sunt satis dispositi, s. qa & corpora robustiora habẽt, & pollent iudicio, ideo viris magis competit cõicatio despotica, quàm fœminis: neutris tamẽ est naturaliter

I data, & neutris est naturaliter est vetita. Quæſt. 378. Determinatio cuius de coniugio & matrimonio.

Nunc redeũdũ est ad id, qđ dicebatur supra q. 370. s. qp fœmina fuit formata de latere, & nõ de alia parte, vt putaretur non esse ad seruiendũ, neque ad dñandũ, sed ad æqualitatẽ consortij. Sed adhuc obijcietur, qp de pedibus debuit fœmina formari, quia vir est caput mulieris 1. ad Cor. 11. caput tñ distinguit contra pedes, cũ ambo sint extrema: iõ si vir est caput mulieris, erit mulier pes viri, vel de pedibus eius, & patet hoc ex mõlo quendi sacrę scripturę: & ponunt ista duo simul, i. caput, & pedes; vel caput, & cauda; quia sunt extrema, sicut dr̃ Isa. 9. cap. disperdã ab Israel caput & caudã i die vna: erit ergo fœmina de pedibus. Aliqui dicũt, qp vir est caput mulieris post peccatum, eo qp tũc in pœnam subdita fuit mulier viro s. 3. c. s. sub viri ptãte eris: & iõ si formatio posset fieri post peccatũ, fieret de pedibus, & tñ fœmina est añ pecca tũ, cũ mulier nõ potuerit peccare anteq̃ esset, & tñ facta est ante peccatũ, & tũc vir nõ erat caput mulieris, sed æqualis, iõ formata fuit de medio. Dicẽdũ qp hoc nõ stat, qa illa auctoritas Apostoli intelligitur de fœmina & viro quantũ ad dr̃iã naturalis excellẽtię, & nõ quãtum ad aliquid, qđ sit pertinale in fœmina. Primo, qa fit cõparatio de viro ad fœminã, sicut de Deo ad Christũ hoiem, & de Xpo ad hoiẽ ad virũ, & tñ inter hos naturalis dr̃ia est, aut paliquid intrinsecũ, & nõ ex sola lege: iõ erit sic inter fœminã & virũ. Secũdo patet, quia alię duę rõnes Apostoli ibi ad

Quæſt. 379. Determinatio cuius de coniugio & matrimonio.

adostendẽdum virum excellentiorem fœmina, pro-

A cedunt ex eo, quod est naturale, & non ex eo, quod est propter peccatũ, cùm vna sit, quòd fœmina formata fuerit de viro, & non vir de fœmina: alia est, qp vir non fuit factus propter fœminã, sed fœmina propter virum, & ambo sunt ex natura, & ante peccatũ, & non posuit ibi Apostolus eam, quæ est in pœnam, quam posset allegare, & faceret multum ad propositum suum, scilicet sub viri potestate eris, supra 3. capit. & non allegauit illam rationem, quia sumitur ex pœna, & non ex natura; ideo prima ratio, scilicet, vir est caput mulieris, non intelligitur esse ex pœna, sed ex natura. Tertio patet, quia iste modus probandi est Apostoli, quo modo loquitur de maioritate vi-

B ri ad fœminam; nam semper procedit ex eis, quę naturalia sunt, sicut 1. ad Timoth. 2. vbi vetatur mulieri dominari in virum, & docere; & subduntur duę causæ; vna, quia Adam primo formatus est, deinde Eua: alia est, quia mulier seducta est, & non vir, ideſt mulier habuit parum de intellectu, & decepta est, credendo, quod non erat credibile; vir quasi plenioris iudicij non credidit, quod non erat verisimile: habet autem plus de iudicio, & esse prius formatum ex natura sunt: & non ex peccato: ergo & ita cùm Apostolus dixit; Vir est caput mulieris; non locutus est de eis, quæ erant propter peccatum, sed de eis, quæ pertinebant ad naturam, & sic naturaliter est vir ca-

C put mulieris: ideo manebit ratio, quòd debuerit fœmina formari de pedibus viri. Dicendum, quòd inter virum & vxorem, aut virum & fœminam erat naturaliter quædam æqualitas, & etiam quædam inæqualitas: erat enim æqualitas secundum speciem, quia ambo sunt de vna natura specifica: & ideo non excedit vnus alium in natura perfectionis essentialis: est autem quædam inæqualitas, inquantum sub illa vnitate naturæ habet vir adhuc maiores perfectiones naturales, & vtrunque notat scripura: æqualitatem quidem inquantum dicit; faciamus ei adiutorium simile sibi: inæqualitatem autem inquantum vocat virum caput fœminæ, & fœminam gloriam viri, sicut virum imaginem Dei, 1. Corinth. 11. & tamen ista inæqualitas perfectionis non excludit æqualitatem naturæ: ideo fœmina conuenienter de latere formata

D Solutio rationis quarti op. positi. est. Cùm autem arguitur, quòd de pedibus formanda esset. Dicendum, quòd haberet aliquem colorẽ, si omnino esset inæqualitas inter virum & fœminam, & nulla poneret æqualitas, & tamen potius est æqualitas inter eos, quàm inæqualitas, cùm sint in eadem specie, & licèt dicatur vir caput mulieris, est caput secundum quendam honorem, & dignitatem, qui cõpatitur secum æqualitatem naturæ: & ita scriptura vocat quoſdã homines caput, alios pedes, vel caudam: honorabiliores quidem caput vocat, inglorios autẽ caudam nominat; Isa. 9. Disperdet Dominus ab Israel caput, & caudam in die vna: longæuus, & honorabilis ipse est caput, & propheta docẽs mendacium, ipse est cauda.

Quæſt. 379. Obiectio ad dr̃iã Sc. Aug. Sed dicẽdum, quòd licèt illa ratio Magistri sit con-

E ueniens, non est satis vrgens, quia etiam si fœmina esset de pedibus formata, non esset ad seruiendum, & licèt de capite esset, non esset ad dominandum: nam aut illa fœmina formaretur in eadem specie, in qua vir, aut non. Si in eadem specie, siue esset de pedibus, siue de capite, esset ad æqualitatem, cùm esset in eadem natura: si autem formaretur alterius speciei, etiam si de capite esset, non dominaretur, sed seruiret, sicut si de substantia capitis humani formaret Deus aliquod animal, quod non esset homo, ad-

huc illud esset ad seruiendũ, sicut cætera omnia animalia, quibus homo præest, & non ad dominãdum,

2. Ratio.

3. Ratio.

4. Ratio.

Quæſt. 380 Alia reddi tur causa, cur ' Eua ex latere Adam nõ ex pedib⁹ efformata sit. Capit. 1. versus finem.

Determinatio, cur formata ex costa sit Eua.

aliqua de Adam, non expressisset ille de ossibus, sed F solùm de carnibus. Secundum erat, quia supposito, quòd deberẽt sumi carnes, & ossa, nõ erat aliqua pars corporis Adæ, de qua conuenientius acciperetur: nã oportebat quòd illud, quod materialiter sumptum fuit, vt de illo fieret corpus Euæ, debuit præexistere in Adam, & pertinere ad perfectionem speciei, scilicet ad formandam mulierem, & non ad integritatem indiuidui Adæ: & debuit esse talis pars, vt existens in Adam non faceret deformitatem, & ablata non faceret defectum. Hoc non potuit esse in capite, neque in pedibus, neque in aliqua extremitate, quia extrema sunt graciliora, & quicquid ibi addatur tollit pulchritudinem, & facit monstruositatem, & si non tollatur de superfluo ibi, quicquid tollatur faciet defectum: maxime cum de capite, aut de pedibus, vel manibus aliquæ partes cum ossibus tollerentur: de partibus autem densioribus potuit hoc tolli sine incommodo, sicut est torax, siue clibanus: quia ibi ablato pauco non apparet defectus, & addito non apparet monstruositas: & hoc maxime erat in costis, quia poterat Deus ponere vnam costam vltra numerum conuenientem hominibus, quæ esset in vno latere in loco, vbi non solet esse costa, sed caro: & quamdiu Adam illam haberet, non appareret aliqua deformitas, quia illa non supereminet: & cùm auferretur non faceret defectum, quia repleretur locus carne, sicut factũ est, & non esset alia costa necessaria in locum eius: de quocunque autem alio loco auferrentur aliqua ossa, & maximè si de extremitatibus essent ossa necessaria propter motum, & deberent restitui, vel si essent ossa ibi duplicata supereminerent, & facerent deformitatem: ideo non fuit locus, de quo conuenientius tollerentur carnes & ossa, quàm de latere auferendo ibi costam. Et per hoc patet responsio ad id quod dicebatur, scilicet quare non fuit ablata pars aliqua de vmbilico, scilicet, quia non erãt ibi carnes & ossa, sed solùm carnes, & ita de quacunque parte petatur causa, apparet ibi statim, quòd non tam conuenienter acciperetur inde aliquid ad formandum Euam, sicut de latere.

Qõ. 381. Quomodo Eua mulier magna potuerit formari de costa parua.

Quæretur, quomodo potuit formari mulier de costa illa, quia costa est paruæ quantitatis, & mulier est magna? Aliqui dicunt, quòd non fuit necessaria maior quantitas ad formandum mulierem, quia ex minore quantitate formatur fœtus in vtero, & minor est quàm costa, quia parum maior est quàm musca magna in principio sui, & ita poterat formari Eua ex illa costa. Dicendum, quòd hoc non stat, quia isti præsupponunt quòd Eua quando formata fuit, non fuerit maior quàm sufficiebat illa quantitas costæ cùm carne sibi adhærenti, & hoc est falsum. Primo, quia statim vt formata est, duxit eam Deus ad Adam: & dixit Adam, hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. & acceptauit eam reiectis omnibus animalibus: & tamen si tam parua esset, non conueniret ad consortium Adæ, neque acceptaret eam: ideo non fuit tam parua. Secundo, quia vt asserit communiter, in die qua formata est Eua, tentata est, & peccauit, atque eiecta est de Paradiso: & tamen quando illa peccauit maior erat: ideo non est hoc concedendum: primo quia vtebatur ratione, nam diabolus tentauit eam, & illa locuta est, & tamẽ in tam paruo corpore non poterat esse vsus rationis propter defectum organorum sensitiuorum, quorũ actus præcedit actum intellectus. Secundo, quia mulier locuta est, & tamen in tam paruo corpore non posset fieri formatio vocis articulatæ, cùm videamus quòd paruuli non possint omnia verba formare, sed quædam eliduntur eis, quæ non proferunt.

Tertiò, quia quando Eua tentata fuit, iam acceperat mandatum Dei, siue a Deo immediatè, siue per virum, & tamen tam paruo indiuiduo non daretur mãdatum, quia neque capax eius esset ad illud intelligẽdum, neque ad exequendum. Quartò, quia Eua peccauit comedendo, & tamen tam in paruo corpore non poterat esse comestio propter teneritudinem organorum, cùm & paruuli exeuntes de vtero, non possint comedere, sed solùm bibere lac. 1. Corinth. 2. Ideo erat maior. Quintò, quia mulier suadente diabolo, videns arborem pulchram, concupiuit fructum, & accepit de arbore, supra 3. cap. Et tamen si esset ita parua non posset accipere de arbore: ergo non erat parua. Sextò, quia statim, vt peccauit Eua, Deus prænunciauit ei pœnas, tanquàm mulieri integræ dicens; In dolore paries filios tuos: ergo non erat ita parua. Septimò, quia supra 2. cap. dicitur, quòd Adam, & Eua erant nudi, & non erubescebant, quod ponitur quasi pro admiratione: & tamen si ita parua erat Eua, non haberet de quo erubesceret. Octauò, quia ipsa die, qua peccauit Eua, eiecta est de Paradiso, & dedit Deus ei, & Adæ tunicas pelliceas: & tamen si ita parua esset, non haberet quid egeret tunica. Nonò, quia statim vt peccauerunt, agnoscentes se nudos erubuerunt, atque fecerunt sibi perizomata, ideſt, succinctoria, supra 3. cap. Et illa erant non ad tegendum totum corpus, sed partes inferiores sub vmbilico: & ista fecerunt de foliis ficus consutis; & tamen si ita parua esset Eua, non posset sibi fieri perizoma, quia intra medium folium ficus caperentur multæ tales mulieres: scriptura tamen vult, quòd in succinctorio Euæ essent multa folia ficus: ergo magna erat ipsa Eua. Cùm autem confirmatur, quòd in vtero adhuc minores sunt fœtus, dicendum est, quòd verùm est: & tamen non est simile de Eua; quia erat extra vterum, & fœtus, quando ita parui sunt, non possunt viuere propter paruitatem extra vterum: quia a leui agente alterati corrumperentur: & ideo manent ibi, quousque compleantur secundum quantitatem: & ita omnes quando exeunt, sunt grandiusculi: vt iam possint sustinere aliqualiter alterationes, quæ sunt extra vterum: Eua autem foris erat: ideo tam parua non poterat viuere. Secundò, quia fœtus in vtero neque manducãt, neque bibunt, quod neque facere possent: quia ad hoc est necessarius motus organorum; sed nutriuntur sine aliquo motu partium corporis. Non erat sic de Eua: quia ipsa nutrienda erat per cibum, & durum quidem, scilicet cibum de fructibus crudis arborum; ideo non posset, si tam parua esset. Multa alia sunt, quæ competunt fœtibus in vtero, & non possunt conuenire foris: ideo non erat idem iudicium de Eua, & de fœtibus in vtero, quantum ad paruam quantitatem.

Dicendum igitur, quòd Eua, quando fuit formata a Deo, fuit tanta in magnitudine corporis, quãta postea fuit per totam vitam; & nihil augmenti sibi aduenit; & patet primò, quia Dei perfecta sunt opera. Deuter. 32. cap. Sed Eua fuit formata opere diuino; ideo in ipsa formatione assecuta fuit totã perfectionem suam, tam secundum corpus, q̃ fm animam. Dea anima manifestum est, q̃ statim fuit ratione vtens, & perfectè loqui sciens: vt supra declaratum est, & colligitur s. 2. & 3. cap. De corpore ergo ita esset, vt haberet totã suã magnitudinẽ, q̃ aliqñ habitura erat Eua. Secundò, quia de Adam omnes tenent, q̃ fuit formatus in ætate virili, ideſt habẽs corpus ita magnum, perfectum, & robustũ, sicut habet homo in virili ætate; ita q̃ postea nihil creuerit. Sic tenet August. super Genes. ad literam: & Magister lib. 2. Sentent. dist. 17. quod

quod etiam concordat literæ. sup. 2. & 3. c. ergo & de Eua ita esset, q̃ formaretur integra secũdum corpus, scilicet in ætate perfecta, quia eadem ratio erat de vtroque, cùm ambo formati essent a Deo: & ideo ambobus competebat perfectio. Tertio, quia Deus formauit mulierem in adiutorium viri: nam dicitur; Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium: & tamen si tam parua formata fuisset Eua, non tollebatur Adę esse solitarium: quia Eua tam parua nulli consortium faciebat. Quarto, quia fœmina data est viro in adiutorium ad generandum, quod vir solus facere non poterat: & tamen si Eua tam parua formata fuisset, maneret Adam pluſquam per quindecim annos non habens, cui copularetur, quousque illa efficeretur apta secundum corpus, & istud totum tempus perderet Adam, quia in illo non multiplicaret, quod Deus hominibus dixerat, supra primo cap. Dicendum, ergo quòd Eua talis, ac tanta erat: vt in ipsa die concipere posset. Cùm autem obijciebatur de parua quantitate, dicendum quòd nihil obstat: quia ex tanta, vel minori posset Deus formare corpus Euæ, quia ibi fiebat additio aliqua ad materiam illam, vel multiplicatio eius, vt statim declarabitur.

Qõ. 383. Quo ex parua costa tam magna mulier fieri potuit.

Nunc est dubium quomodo potuerit fieri mulier tam magnæ quantitatis ex tam parua costa. Aliqui dicunt, quòd per rarefactionem materiæ illius: nam & in natura ita fit, vt aliquod rarefiat, & cõdensetur: & paruum rarefactum efficiatur magnum, & magnum condensatum efficiatur paruum, sicut ex vno pugillo aquæ fiunt decem pugilli aeris, & consonat hoc intentioni August. lib. 10. super Gen. ad literam: Quid absurdius quàm vllum esse corpus, quòd manente naturæ suæ quantitate, ideſt sine additione vndique erescat, nisi rarescat? Sed dicendum, quòd ista positio non stat: quia quando aliquid rarefit, efficitur minoris soliditatis, & transit ad alteram naturam, vt si rarefiat pugillus vnus aquæ vsque ad magnitudinem decem pugillorum, non manet iam in natura aquea, sed transit ad naturam aeream, & ita dicitur, quòd ex vno pugillo aquæ efficiuntur decem pugilli aeris, sed ad hoc quòd de tam parua quantitate, sicut erat costa, fieret aliquid tam magnum, ut mulier perfecta secundum totam sui corporis magnitudinem, oportebat vt rarefieret vnum in centum, vel plus: & ita substantia mulieris veniret non solùm ad raritatem aeream, sed etiã ad igneam, & adhuc plus, quod non est audiendum: nam sub tali raritate non posset manere corpus humanum, immo nullum corpus mixtum. Alij dicunt, quòd factum fuit per additionem extraneæ quantitatis appositæ illi costæ, quæ sufficeret, vt inde formetur corpus tantæ magnitudinis, sicut erat corpus Euæ. Sed istam positionem non admittit Magister libro secundo Sentẽ. distinctio. 18. dicens; quòd hęc positio non placet multis, quia ita est quòd ei, & etiam Hugoni de sancto Victore non placet. Adiungit etiam Magister causam, quia si adiungeretur extranea materia, illa esset maior quàm costa Adæ: ideo potius de materia illa diceretur formata mulier, quàm de costa Adæ, quia inde accepissent plures partes, sed dicitur, quòd de costa formata est: ideo dicit ille, & Hugo de sancto Victore, quòd non fuit addita aliqua extranea materia, vel quantitas. Dicunt ergo isti, quòd non fuit factum per additionem extraneæ quantitatis, neque per creationem alicuius quantitatis, uel materiæ de nouo, sed per multiplicationem materiæ in seipsa, & hanc multiplicationem dicunt factam operatione diuina eo mõ, quo de qnq; panibus satiata sunt hoĩum quinq; millia. Sed dicẽdũ, q̃ ista positio non stat, quia neque est intelligibilis; cum enim dicunt multiplicari quantitatem, vel costam in seipsam, ideſt de pauco, vel paruo effici multum, potest dupliciter intelligi: vno modo, q̃ ista multiplicatio solũ sit in quantitate, & non accedat ad essentiam materiæ, ita vt quantitas costæ sit multiplicata, & materia eius non, sed manserit eadem numero, quę prius erat sub paruis dimensionibus, & nunc recipiat maiores; & tunc erit rarefactio, quia nihil aliud est rarefactio, vt patet lib. 3. Physicorum, nisi cùm eadem materia numero erat prius sub paruis dimensionibus, & postea incepit esse sub maioribus. Si autem multiplicatio attingat essentiam materiæ, & non solùm quãtitas, nihil aliud erit, nisi quòd sit aliqua materia ibi, quæ ante non erat; sicut in multiplicatione secundum quantitatem incipiunt esse dimensiones, quæ prius non erant, & ita inciperet sub corpore mulieris esse aliqua materia, quæ non fuerat sub forma costæ: hoc autem non potest intelligi, nisi dupliciter; vno modo per conuersiones alicuius corporis præexistentis in costam, quæ efficeretur magna, & de illo toto formaretur corpus mulieris; alio modo, quòd sit creata aliqua materia de nouo, ideſt aliquod corpus, quod adderetur corpori, & inciperet esse sub forma mulieris; & quicquid horum dicant, erit additio extraneæ quantitatis; ideo non possunt effugere modum istum.

Quæs. 384. Ex costa, aliaq; materia addita Euæ producta fuit.

Dicendum ergo, quòd positio illa, quam magister improbat, est vera, scilicet quòd fuerit ex costa illa corpus mulieris formatum, addita quantitate aliqua extranea, ideſt, materia cum quantitate; quia sola quantitas, ideſt dimensiones separatæ addi non poterant, quia non facerent ad veritatem naturæ, cum dimensio non possit incipere esse substantia; sed quãdocunque loquimur de additione quantitatis, intelligimus additionem materiæ, quæ habet quantitatem; & tanta materia adderetur, vt costa, & illa materia simul sufficerent ad formandum inde tantum corpus, quantum erat corpus Euæ. Sed de ista materia addita poterat dici, q̃ fuit dupliciter, scilicet per creationem materiæ illius de nouo, & alicuius corporis habentis materiam; qa materia per se non creatur, quia non est terminus creationis, nisi quod habet actualitatem: materia aũt non hẽt per se esse, sed corpus, vel mixtũ, cuius pars est materia; iõ illud creatur, & nõ materia: sed materia concreatur, tanq̃ pars: esset ergo vnus modus p̃ creationẽ materiæ, i. corporis habentis materiã de nouo: alius modus est, q̃ fiat p̃ additionem materiæ, vel corporis alicuius præexistẽtis, vel creati iam. Vterque modus sufficiebat, & quantũ ad hoc, q̃ corpus Euæ redderetur debitæ magnitudinis non differebat potius fieri vno modo, q̃ alio; quia vtroq; modo ministratur quantitas, vel materia sufficiens ad formationẽ corporis mulieris. Sed dicendũ, q̃ potius est tenendum factũ fuisse per additionẽ materiæ, vel corporis præexistentis: quia Deus non facit aliquid frustra, neque natura, quę est ordinata, vt dicit Arist. lib. 1. Polit. sed Deus in prima creatione rerum, creauerat sufficientem materiam in quatuor corporibus simplicibus, & in mixtis ad omnes trãsmutationes, & formationes, quæ postea fierẽt: iõ superuacua erat noua creatio corporis alicuius. Etiam peccatum esset fieri p̃ plura, quod potest fieri per pauca: vt dicit Arist. lib. 8. Topic. Neque concedimus pluralitatem sine necessitate: & tamen non erat hic aliqua necessitas ad ponendum nouam creationem, cùm posset fieri hoc de materia præexistente: ideo conuenientius est sic poni.

De par. Animalium, cap. 13 lib. 1. de cęlo. tex. 32. lib. 1. Poli. c. 2.

Quæs. 385. Quomodo materia præexistẽs accepta ẽ, vt trãsiret in corpus Euæ.

Sed tũc est dubiũ de illa materia p̃existẽte qũo accepta fuit, vt trãsiret in corpus Euæ. Dici potest, quòd dupli-

dupliciter fieri poterat: vnus modus est, vt illa materia transiret in costam per conuersionem: & tunc de costa sic augmentata, vel maiore existente formaretur corpus Euæ. Alius modus est, ꝙ illa materia non conuerteretur in costam, sed simul de ambabus materijs fieret corpus Euæ. Est dicendum, ꝙ vterq; modus habet satis verisimilitudinem. Secundus videbitur alicui verisimilior, eo quòd excusatur pluralitas: nam per primum modum ponuntur duę conuersiones, scilicet vna conuersio materiæ præexistentis in costam Euæ: alia autem conuersio ipsius sic magnificatæ in corpus Euæ. Ponendo secundum modum est vnica conuersio, scilicet amborum simul in corpus Euæ, & tamen pluralitas non est concedenda sine necessitate: ideo potius accipies secundum modum, qui non ponit pluralitatem conuersionum.

Sed primus modus magis videtur consonare modo loquendi scripturæ, & ad euitanda inconuenientia: nam dicit scriptura, factam Euam de costa Adæ: si autem ambæ materiæ simul transirent in corpus Euæ, & non haberet vna ordinem ad aliam, æqualiter posset dici, formata Eua de materia illa extrinseca, sicut de costa Adæ; immo potius de materia extrinseca, quia illa erat maior. Concedimus tamen formatã de costa, & non dicimus formatam de aliquo alio. Ideo videtur, quòd materia alia habuit ordinem ad costam, scilicet, quòd illa conuersa fuit in costam, per quod costa maior effecta est ad tantam quantitatem, vt sufficeret ad formandum inde corpus mulieris, & manebat adhuc costa illa, & tunc ex ipsa formatum fuit totum corpus mulieris. Ideo absolutè dici poterat, formatam Euam de costa Adæ per modum istũ primum, quod nõ poterat ita bene dici per modum secundum; ideo iste est verisimilior, & magis conuenit assertionibus doctorum. Et sic apparet ex prædictis formatum fuisse corpus Euæ ex costa Adæ, cum additione nouæ quantitatis præexistentis: Et cõsonat hoc intentioni Augu. scilicet, ꝙ fuerit de formatione corporis Euæ, sicut de multiplicatione panum, & tamen illud fuit per additionem quantitatis extrinsecæ, & ita non tenemus in hoc opinionem Magistri, & Hugonis.

Quæs. 386 Sapientis est aduertere nõ quid aliqui dicunt, sed qua ratione ostendant.

Ad obiecta facilè est dicì: cùm enim dicit magister, ꝙ ista positio quibusdam non placet, non est ad hoc aduertendum, quia etsi quibusdam non placet, sc̃i, & Hugoni, multis tamen alijs placet, quibus magis standum est. Etiam quia sapiẽtibus non est aduertendum, quid aliquis dicat, sed qua ratione id ostendat, & rationi, atque demonstrationi, vel probabilitati potius, quàm viro standum est, sicut & in moralibus teste Arist. non permittimus dominari virum, sed rationem, & legem; maximè, quia in hac opinione Magister, & sequaces videntur propriam vocem ignorasse, sicut Arist. dicit de Anaxagora, li. 1. de generatione cap. 1., ſ. quia dixerunt multiplicationem, cùm deberent dicere additionem, quia non solùm non potest aliter esse, immò neque potest aliter intelligi, vt supra ostendimus. Cùm autem probant, quia tunc diceretur formatum corpus Euæ potius de materia illa extranea, q̃ de costa Adæ, quia erat illa maior, dicendum, ꝙ non stat primo, quia illa materia, i. costa Adę veniebat principaliter ad formationem mulieris, cũ de illa per se intenderet Deus formare Euam: de materia autem extrinseca non intendebat ſm accessionem, ideo licèt ambo essent ad formationem mulieris, costa diceret esse, de qua formata fuit mulier, & non materia extrinseca: sic erat de Adã, & Eua, quia ambo erãt ad generandum, & vnus eorũ, per se non sufficiebat, quia tñ Adam fuit primus attribuitur ei generare, fœmina autẽ vocatur adiutorium ad generandũ, sup. 2. Ita materia illa erat, ex qua intendebatur formatio Euę: extrinsecum autẽ erat per accessionẽ de costa, ergo de illa dicet formata, & extrinseca materia erit, vt adiutoriũ ad formationẽ. Scdo, quia simile est de formatione fœtus in vtero, nam gignit ex sanguine muliebri tanq̃ ex materia, & tũc est paruæ quãtitatis vix ad quantitatem vnius magnę muscæ, iuxta Arist. lib. de animalibus, & quando exit de vtero est cõparatiuè valde magnę quantitatis, & tamen quando exit non dicitur formatus de alimento, per quod accepit magnitudinem, sed de substantia matris, i. de menstruo. Tertio, & principaliter, quia nõ fuit formatum immediatè corpus Euæ, nisi ex costa Adę: ex materia autem extrinseca fuit formatũ mediatè, ſ. quòd Deus abstulit costam de Adam, quæ parua erat, & in illam conuertit multam materiam, ita vt costa efficeretur tantæ magnitudinis, sicut corpus Euæ, & tunc de illa costa formatum fuit totum corpus, & quia materia extrinseca non transiuit statim in corpus Euæ, sed in costam, & costa transiuit in corpus Euę, dicitur, formatum corpus Euæ de costa, & non de alia materia, quia non erat tunc alia materia, quando formabatur corpus Euæ, nisi costa, & totum aliud in costam erat conuersum, & ista erat ratio præcipua. Et ista est intentio doctorum, & sic applicatur exemplum de embrione, vel fœtu; nam dicimus formari embrionem de menstruo, & tamen minorem quantitatem accipit de menstruo, & tamen quia menstruũ transit statim in embrione, & ibi est generatio, reliquum autem, quod aduenit ad faciendum maiorem quantitatem de cibo non generatur ex eo embrio, sed aduenit embrioni formato, ideo embrio de menstruo est, licèt inde habeat minus de quantitate, & ponunt doctores istud exemplum, quod conuenit aliqualiter formationi Euæ, sed per ordinem contrarium: conuenit autem inquantum vtrobiq; ab eo, quod est minus ſm quantitatẽ, fit denominatio, ſ. in embrione à menstruo, & in Eua à costa Adæ: sed fit ordine contrario, ſ. in embrione multum de materia aduenit post formationem embrionis: in Eua autem multum de materia aduenit ante formationẽ, & versum fuit in costam, nam non est intelligẽdum, ꝙ fuerit Eua formata de sola costa, & post formationem eius conuerteretur illa multa materia in ipsam, quia tũc aduenirent hoc per augmentationem, quod non est conueniens, quia tunc conuerteret per intus suscẽptionem, sed fuit materia illa conuersa in costã, & costa tunc magna effecta in mulierem. Aliud exemplũ est omnino simile de frugibus, nam gignitur spica ex grano præcedente, tanquam ex semine, sed tota substãtia spicę nõ est de grano præcedẽte: immò minor pars eius, sed dicitur spica genita ex grano, quia humor tractus de terra à virtute granĩ cõuertitur in spicam, & auget illam. Aliud autem exemplum est adhuc magis conueniens, scilicet, Vinum in sacramento vertitur in sanguinem, & ei tãquam speciei sacramentali competit per se verti: aqua autem, quę est cũ vino, vertitur in sanguinem, & non cõpetit ei per se verti, quia non est materia sacramẽtalis, sed vino hoc competit, inquantum tñ aqua mixta vino vertitur in vinum, est totũ illud mixtum vinum, & ita toti ei cõpetit per se verti. Si autem non cõuerteretur aqua in vinum, neque conuerteretur aqua in sanguinem, sed maneret in natura aqua circunfusa accidẽtibus vini, & idem est de quacunque alia re mixta vino, sicut est mel, vel lac, aut quicunq; liquor, & generaliter quicquid illud sit, quia si conuertitur in vinum, conuertetur quoque in sanguinem Christi, sicut & aqua, quia iam illud totum vinum est, & non potius competit aqua esse materiam huiusmodi sacramenti, quã alijs

rebus, sed solùm inquantum in vinum transeunt. Ita omnino est de costa Adæ, & materia extrinseca: nam costa Adæ est p se materia corporis Euæ, materia extrinseca fuit materia illius, inquantum transiuit in costam, & postea costa per se transiuit in corpus Euæ, & illa materia extrinseca non trãsiuisset in corpus Euę, nisi inquantum iam transierat in costam. Præcedentia sunt vera, tenendo quòd fuit formatio corporis Euæ per duas formationes, quòd primo fuerit materia extrinseca conuersa in costam Adæ, & deinde ipsa costa magna effecta transierit in corpus Euæ. Si autem tenere quis velit, quòd vnica conuersione transierit, tam costa, quàm materia extrinseca in corpus Euæ, dicetur adhuc, quòd de costa formatum est, ga costa erat materia principalis, & alia per accessionẽ, & ad hoc habet aliquam similitudinem, quod dicitur de grano, & ſegetibus, quia ſpica gignitur simul, ram ex grano, quàm ex humore terrę tracto ad granum: dicitur tamen gigni de grano, quia est materia principalis, cùm humor terræ habeat habitudinem ad granum, & ibi alteretur, & accipiat virtutem, vt conuertatur: sic costa Adæ materia principalis erat, ideo de illa dicetur formatum corpus Euæ.

Quæs. 387 An costa multiplicationem, vel additionem dicat.

Ad aliam rationem, cùm dicebatur in confirmasta, sine additione alicuius alterius quantitatis, solùm multiplicando illam in se, sicut potuit omnia de nihilo creare, dicendum, quòd non est simile, quia ꝙ Deus creet res de nouo est potestatis infinitæ, & licet sit magnæ potestatis, non includit in se contradictionem, ideo Deus illud potest: quòd autem multiplicet materiam in se ipsa, includit contradictionẽ, quia neque est intelligibile: ideo minus est dare esse materię de nouo, quàm multiplicare eam in se ipsa, cùm per istam multiplicationem, vt ostensum fuit, non possit intelligi, nisi rarefactio materiæ alterius, siue de nouo creatæ, siue præexistẽtis. Ad aliud, quod dicit Magister confirmando, quòd ita multiplicata fuit materia costæ Adæ in se ipsa, sicut panes benedicti à Domino fuerunt multiplicati, dicendum, quòd illi panes creuerunt valde, vt saturarent multa millia hominum, & supereſſent duodecim cophini fragmentorum, & istud non fuit per multiplicationem eorũ in seipsis, sed per additionem extraneæ materiæ, quæ vertebatur in panem: & tamen decipiunt, qui asserũt multiplicationem illam principium apparentiæ esse, quia illi, qui manducabant panem illum, & videbant frangi, nullam materiam, vel corpus videbant apponi, & tamen panis crescebat: ideo putabant non suppereſſe alium modum, nisi quòd multiplicaretur in se ipso, sed falsum est, quia neque est intelligibile, sed in veritate fiebat ibi continua appositio materiæ inuisibiliter, quæ conuertebatur in panem. Non erat autem materia inuisibilis, cùm esset corporea; erat tamen inuisibiliter apposita, quod fiebat, vt homo non videret secretum Dei, & cùm apponeretur conuertebatur statim, & hoc erat miraculosè. Et hoc nemo admiretur, cùm & aliquid in natura fiat, quod nunquam videmus quomodo, aut quando fiat, sed postea illud videmus factum; sicut ante crescit herba, vel spica ſegetis, nam etiam si homo indesinenter maneret apud ſpicas, non videbit quomodo crescũt, & tamen augeri motus est, & in successione consistit, sed videbit postquam creuerit; vt si quis videret nunc ſegetes, & post decem dies redeat, cognoscet quòd creuerint, si autem per illos decem dies manserit præsens ſegeti, nunquam videbit, quomodo crescit, quod & Christus tetigit Mar. 4. cap. Sic est regnum cœlorum, quemadmodum si homo iaciat ſementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte, & die, & semen germinet, & increscat cùm nescit ille, idest cùm nõ videt, scilicet, quia etiam si surgat de nocte, & die, veniatque sæpè ad videndum ſegetem, non videbit eam crescere. Ita igitur cùm multiplicaret Deus panes faciendo maiores addita quantitate, nõ videbant homines quomodo adderetur materia, & crescerent panes, sed videbatur postquam factum erat, scilicet, quòd creuissent; ideo non fuit ibi multiplicatio panũ in se ipsis, sed additio facta eis. Et istud consonat intentioni Augusti. ſuper Ioannem, dicentis: Ille in manibus suis multiplicauit quinque panes, qui de paucis granis creat ſegetes, & ita vult Augusti. fuisse talem multiplicationem panum, qualis est in ſegetibus, sed ſegetes ex paruis granis fiunt, non per hoc, quòd grana in seipsis crescant, sed addito eis extrinseco, scilicet humore nutrimentali tracto de terra ad grana, quod intra ipsa grana per virtutem actiuam seminalem decoquitur, & alteratur, & ita transit in substantiam ſegetum. Et ita dicendum relinquitur, quòd ex costa Adæ formata fuit Eua per additionem materiæ extrinsecę, quo in costam transiit, & consequenter in corpus Euæ.

Tract. 24.

Quæs. 388 An fœmina debuit formari ex viro, an vir ex fœmina.

Quæretur, an debuit formari fœmina ex viro, vel vir ex fœmina. Dicendum, quòd quantum ad hoc de quo supra petebatur, non differt, quis ex quo formaretur: nam dictum fuit, quòd in ſpecie humana fuit aliquid ſpeciale, scilicet, ꝙ omnia indiuidua, præcederent ab vno principio, quod non fuit in alijs animalibus; ideo non debuerunt similis produci fœmina & vir, quia tunc vnus non esset ex alio: & ita nõ esset vnicum principium; ad hoc autem, ꝙ esset vnicũ principium, debuit produci vnicũ indiuiduum, & ex illo produceretur aliud: siue ergo formaretur prius vir, & ex eo fœmina, sicut factũ est; siue prius fœmina, & ex ea vir, esset vnicum principium: ideo quantum ad esse vnicum principium in natura humana, q̃d nõ erat in alijs animalibus, vterque modus sufficiebat.

Sed dicendum, ꝙ debuit fœmina formari ex viro, & non e contrario: primo quia si vir formaretur ex fœmina, debebat esse fœmina primo formata: & tñ hoc erat inconueniens, quia tũc Deus inchoaret opera sua ab imperfecto: cùm fœmina sit minus perfecta, q̃ vir. Secundo, quia ille, qui formatus est primo, formatus est propter se: qui aũt posterius formatus est, in adiutoriũ prioris: nam formato vno indiuiduo dixit Deus; Non est bonum hominem esse solũ, faciamus ei adiutorium simile sibi: adiutorium aũt minus est eo, cuius est adiutorium: vir aũt naturaliter est dignior fœmina; ideo non debuit vir formari posterius. Tertio, quia qui formatus est prius, est ad imaginẽ formatoris, idest Dei: qui autem posterius, est imago eius, de quo formatur; sic Apostolus ostendit 1. Corin. 11. vbi dicit, virum esse imaginem Dei, fœminam autem gloriam esse, & imaginem viri, & dat statim ibi causam, ſ. quia vir nõ est formatus ex muliere, sed mulier de viro: & ita si formaret vir de muliere, esset mulier ad imaginem Dei, & vir ad imaginem mulieris, sed excellẽtius est esse ad imaginem Dei, q̃ alterius: ergo vir, cui competit maior dignitas ſm naturam, debuit esse prior. Quarto, ga qui posterius formatus est, pp illum est, qui prius erat: vir tamen non est propter fœminam, sed fœmina propter virum: cùm agẽs sit nobilius patiẽte, lib. 3. de anima, & vir sit actiuus, fœmina vt passiuum, & id, quod est minus nobile, est pp nobilius: ergo debuit formari prius vir, vt ex ordine formationis appareret quis erat propter alterũ: nã Apostolus ita dicit, ꝙ vir non est propter mulierẽ, sed mulier propter virum 1. Corin. 11. cap Quinto, quia ratio principij pertinet ad dignitatem, dignitas autẽ debet dari viro, qui excellentior est naturaliter: ideo ex ipso

debet

debet esse fœmina, & non econtrario: patet hoc, quia Apostolus, 1. Corin. 11. vbi ponit rationes ostendẽtes esse virum digniorem fœmina, dicit q̃ vir nõ est formatus ex fœmina, sed fœmina ex viro: & ita ad dignitatem hoc pertinet. Sexto, quia esse vnum prius alio tempore, facit quandam excellentiam præsidendi: nã Apostolus 1. ad Timoth. 2. cap. vbi dicit, q̃ fœmina nõ debet dominari viro, neq; docere, dat causam. s. Adã prius formatus est, deinde Eua: & ita ex eo, quòd fuit Adam, idest vir prius formatus, signat q̃ vir debet præsidere, & docere, & nõ fœmina. Si ergo fœmina primo formata fuisset, competeret ei auctoritas docendi, & dignitas præsidendi, sed hæc debẽt ad virum pertinere propter dignitatem naturæ, ergo debuit vir prior esse, & sic ex viro debuit fœmina formari.

Quæst. 389 An debuerãt formari multę fœminæ, vel vna.

Quæretur, dato q̃ fœmina deberet formari ex viro, & non vir ex fœmina, an debuit vnica fœmina formari ex viro, vel multæ simul. Dicendũ, q̃ debuit formari vnica fœmina tm̃; primo quia Deus non facit per miraculum nisi ea, quę non possunt fieri per naturam, sicut creationem rerum, & inchoationem earũ fecit diuinitus, quod natura nõ poterat, sed productio omnium fœminarum est possibilis p̃ naturã, nisi productio primæ fœminæ: quia cęterę per propagationẽ ex primis indiuiduis duobus nascerentur: sola prima fœmina erat, quę non poterat isto modo incipere esse: ergo sola prima debuit diuinitus produci de viro. Secundo, quia sufficiebat ad intentionem Dei vnica fœmina, nam ideo Deus fecit fœminam, vt vir non esset solus, sed haberet adiutorium ad generandum, ideo nõ formaret Deus plures fœminas ex viro. Tertio, quia si formaret plures esset vna earũ socia Adæ, cæteræ essent superuacuæ, quia non esset, qui eis copularetur, vel daret Deus bigamiam simultaneam, & ostenderet illam esse secundum se bonam, cùm ipse in naturæ constitutione illam daret, ideo debuit esse vnica. Quarto, quia dando plures, sequeretur minus amor, cùm virilis diuideretur in multas, & ista est ratio, quam facit Arist. li. 2. Poli. contra policiam illorũ, qui dicebant debere esse cõmunitatem vxorum, nã illi dicebant, q̃ esset maior amor inter ciues, eo q̃ quilibet amaret omnes minores, vt filios, & quilibet omnes maiores, vt patres, dicit autem Arist. q̃ potius esset minor amor, quia dulcedo amoris paterni, & filij aliàs diuideretur per multos, essetq́ue minor, sicut si parum mellis fundatur in fluuio, perit tota dulcedo, & nihil inde dulce efficitur: volebat tamen Deus, quòd Adam valde diligeret mulierem, quam ei dabat. Quinto datis pluribus mulieribus dabatur tanto maior facilitas, vt periret humanum genus, quod perijt ex peccato primorum parẽtum, & illud habuit originem ex muliere: quantò autem plures mulieres essent, tantò esset maior facilitas peccati, quia etiam si vna non succumberet tentationi, succumberet altera, ideo vt tolleretur occasio periculi nostri, non debuerunt esse plures mulieres, sed vnica ipsi Adæ data.

Cap. 2.

Quæst. 390 Cur dicit: Et repleuit carnẽ pro ea.

Quæretur, cùm dicãt. supra 2. cap. q̃ tulit vnam de costis Adæ, & repleuit carne pro ea, quid fuit illud, & ad quod dicit illud scriptura? Ad primum dicendum quòd Deus tulit de vno latere Adæ vnam costam, & costa habebat sitũ in corpore, & necessariũ erat, q̃ in loco de quo tollebat, maneret apertio aliqua, & vacuitas: Deus aũt voluit replere vacuitatẽ, quia vacuitas illa, vel aptio repugnabat vitæ, & ita repleuit locũ illũ carne. Ad secundum dicendum, q̃ scriptura hoc dixit, Primo, ad ostẽdendum quomodo Adam posset viuere, quia aperto corpore intraret aer, & corrumperetur statim dispositio interiorum necessaria ad vitã, & moreretur Adam: vt ergo appareret, quòd non nocebat apertio illa Adæ, dicitur, quòd repleuit Deus locum illum. Secundo fuit ad ostendendum, quòd non manebat ibi aliqua deformitas, nam facta apertione, esset latus deforme, & si nesciretur quomodo postea prouisum est, putaretur, quòd esset aliqua, sed nõ fuit cõueniẽs, q̃ in Adã esset deformitas vlla: iõ debuit exprimi, quid factũ esset, aut qũo prouisum à Deo. Tertio, ad tollendum errorem, quia aliqui putarent, quòd non erat necessaria ibi repletio, dicẽtes, quòd Adam in vno latere habebat duas costas ingeminatas, scilicet vnam super aliã: & ideo erat locus ille supereminens: ablata autem vna costa, manebat locus æqualis, & non erat necessaria: immo neque conueniens repletio: vt autem auferatur iste error, dicitur q̃ repletus est locus, & ita signatur q̃ non erat costa super costã, sed vnica costa, & simplex in loco. Quarto fuit ad tollendum alium errorem, nam aliqui putarent, quòd Deus abstulerat costam de loco illo ad formationem mulieris, & loco eius posuit aliam, ne quid deesset Adæ, & quia non est factum sic, declarat illud scriptura, dicens non solùm, quòd repleuit locum, sed etiam, quòd repleuit eum carne, & ita non costa.

Quæst. 391 Cur Deus non repleuit locum ponendo aliã costã.

Sed quæretur, quare non repleuit Deus locum ponendo aliam costam, quia videtur, quòd ita fieri debuisset. Primo, quia costa ablata deficiebat, ideo supleri debebat per aliam, vt nihil Adæ deesset. Secundo, quia in loco costæ, nihil melius coaptaretur, quã costa: ideo cum Deus omnia disponat optimè, debuit ibi poni, vel formari alia costa. Dicendum, quòd Deus repleuit locum illum formando plus de carne, quæ operiret vacuitatem, & continuaretur cùm reliqua carne, & non posuit ibi costam: causa autem, quare fuit caro necessaria ad replendum est, quia ablata fuit inde costa cum carne: & fortè cum cute proportionali superextenta costæ: & ita manebat latus apertum, nisi prouideretur: ideo debuit ibi aliquid apponi, & fuit apposita caro: si enim sola costa ablata fuisset relicta carne, & cute, quæ superextendebatur costæ, non videbatur aliquid necessarium fieri de nouo ad operiendum locum, & tamen fuit ablata costa cum carne. Patet hoc, quia quando Eua fuit adducta Adæ, dixit ille; Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea: & tamen si costa illa fuisset nudata carne & cute, esset Eua de ossibus Adæ, & non esset de carne eius: & tamen dicitur de carne: ergo etiam erat caro cum costa: ablata autem costa cum carne coniuncta ei, manebat locus vacuus: ideo tunc erat necessarium operiri, vel repleri carne, vel osse, & repleuit Deus carne. Cùm autem dicitur, quòd debuit ponere ibi aliam costam: dicendum, quòd non conuenit, quia si costa aliqua deesset Adæ, debuisset ei restitui alia, ne maneret diminutus ab eo, quod secundum naturam conueniebat: & tamen non fuit costa deficiens, quia illa costa, quæ ablata fuit Adæ supererat ad integritem indiuidui, vt supra declaratum est. Si autem restitueretur alia loco eius, maneret semper superuacua, quod erat inconueniens: non erat autem prius inconueniens, quia non erat superuacuum aliquid, quia licèt ad integritatem Adæ, costa illa esset superuacua, non erat simplicitet superuacua, quia erat intenta à Deo ad formationem corporis Euæ inde, sed formato corpore Euæ non manebat aliquid, ad quod esset costa illa: ideo esset simpliciter superuacua, & hoc inconueniens est poni in operibus Dei, ergo non debuit restitui costa, sed caro.

Sed obijcietur, quòd costa esset conueniens, quia licet non esset iam costa necessaria ad formationem Euæ, erat necessaria ad repletionem loci: ideo conuenienter ibi poneretur. Dicendum, quòd non alia debuit costa ibi formari, quia maneret superuacua: ad replendum autem locum, non debuit esse costa, sed caro. Primo, quia si de Adam Deus non intendisset formare corpus Euæ, produxisset solùm tot costas in vno latere, quot in alio: & in loco, in quo fuit illa costa, de qua formata fuit Eua, non fuisset costa, sed caro, sicut erat in alio latere: fuit autem illa necessaria ad hoc, quòd de ea formaretur Eua: ideo post formationem non debuit esse ibi costa, sed solum caro, quia tunc reduceretur ad talem statum, qualem habiturum esset corpus Adæ si non formaretur inde Eua, & ista erat naturaliter sua consistentia: si autem restitueretur costa, non haberet Adam statum illum, quem habere debebat naturaliter: ideo non erat conueniens repletio per costam, sed per carnem, & ista est ratio necessaria. Secundo, quia ossa in corpore videntur esse partes principaliores, quàm caro, eo quòd ossa corporis humani, & cuiuslibet animalis sunt determinata in numero, & figura: caro autem, & partes carnium non sunt determinatæ in numero, & figura, & magnitudine: & ideo non deest aliquod os animali, quin desit de sua integritate: & tamen si desit de carne non deest integritas, sicut multum de carne consumitur in attenuatis macie, & tamen quia manent omnia ossa, manet integritas: similiter addito aliquo in carnibus manente figura proportionali, non præiudicatur integritati, neque fit deformitas, & tamen addito aliquo osse in animali præiudicatur integritati, & tollitur figura: ideo non est simile de ossibus, & carne. Vnde si in Adam restitueretur costa, haberet aliquid vltra integritatem, quia essent plura ossa, quàm competant, secundum speciem: restituta autem carne in loco illo, non esset aliquid vltra speciem, quia caro non est determinata, sicut ossa: ideo melius fieret repletio de carne, quàm de costa.

Quæst. 392 Alia costa Adæ formari non debuit.

Quæst. 393 Cur Adã ante formationem costæ Euæ debuerit dormire.

Sed quæretur, quare non fuit aliter, scilicet, quòd Adam formaretur habens solum tot costas, quot habiturus erat secundum naturam, & quòd auferretur vna de illis, de qua formaretur Eua, & in locum eius restitueretur alia. Aliquis dicet, quòd non fuit hoc, ne maneret Adam aliquando diminutus costa, quod erat inconueniens: modo autem præcedente non maneret diminutus, quia ablata costa illa manebant tot, quot conueniebant secundum naturam. Dicendum, quòd non stat, quia hoc esset si aliquandiu mansurus esset Adam sine costa, sed non est verum: immo ablata vna succederet alia, immo poterat Deus facere, quòd non esset aliquod tempus quantumlibet paruum inter vnum & aliud, in quo Adam non haberet costas in numero debito, quia in eodem instanti poterat auferri vna, & succedere alia, sed solùm prius natura esset ablatio prioris, quàm restitutio sequentis, sicut est in corruptione, & generatione, quę sunt in eodem instanti. Secundo, quia istud idem argumentum staret in præcedenti modo, quia licèt non esset aliquod tempus, in quo nõ haberet Adam debitum numerum costarum, esset tempus, in quo haberet apertum latus, & nõ esset locus repletus carne, quod est inconueniens. Sicut ergo ad hoc ne potuit ablata costa, & succesit caro replens locum: ita si existentibus costis in numero debito, auferretur vna, & deberet ei succedere altera, statim succederet, & non daretur tempus medium: ideo non est illa causa conueniens. Sed dicetur, quòd non debuit sic fieri: tres enim modi poterant esse; vnus est, quòd esset vna costa superabundans in Adam, quæ auferretur, & non restitueretur alia, sed solùm caro loco eius, vt factum dicimus: secundus, quòd essent costæ tot, quot in nobis, & ablata vna ad formationem Euæ succederet alia loco eius: tertius, quòd essent tot costæ, quot in nobis, & ablata vna pro formatione Euæ, non succederet ei alia, sed subrogaretur caro in eius locum. De isto tertio modo dicendum, quòd minus conueniebat, quàm alij duo. Primo, quia manebat Adam diminutus ab alijs hominibus, cùm omnes habeant certum numerum costarum, & ipse deficeret ab illo. Secũdo, quia Adam esset formatus integer, & pro formatione mulieris auferretur sua integritas, & cùm Deus posset illam restituere, non restitueret: in primis enim Dei operibus nõ debuit esse aliquid diminutum. Tertio, quia ossa sunt de integritate potius, quàm caro, vt dictum est præcedenti quæst. Ideo per carnem non supplebatur locus illius ossis, quod erat de integritate naturæ, sed oportebat restitui os aliud eiusdem figurę, magnitudinis, & virtutis. Quarto, quia ossa sunt ad quandam firmitatem corporis, ablato autem osse, & subrogata carne, non manet firmitas corporis: ideo non erat conueniens subrogatio, sed manebat corpus deterioratum. Quinto, quia per hoc præiudicaretur mulieri, quantum ad veritatem corporis sui, vt statim dicetur. Secundus etiam modus non erat conueniens. Primo, quia daretur aliquando imperfectio, s. q̃ dum auferretur costa, & succederet costa, quia nõ sunt natura simul, est intelligere Adã sine costa illa, & ita esset diminutus, ponendo per primum modum, nihil tale erat, quia non dabatur tẽpus, nec instans, in quo Adam esset diminutus, neque poterat intelligi diminutus, cùm id, quod auferrebatur, non pertineret ad integritatem eius. Secundo, quia non imitabatur modũ generationis, per quem cæteri homines sunt ab alijs: nam quilibet homo est de aliquo alio, idest de substantia eius, sed non est de eo, quod pertinet ad integritatem indiuidui in illo, sed solùm de semine, quod est aliquid verè in eo, non tamen pertinet ad integritatem illius, sed ad perfectionem speciei. Si enim in Adam ponamus fuisse costam, quæ non esset de integritate illius, sed superabundans, ad hoc intenta tamen à Deo ad formationem fœminæ inde, erit illa ad perfectionem speciei, & non ad integritatem indiuidui, sicut est in nobis semen: & ideo concordabit in aliquo ipsi modo communi generationis. Si verò dicatur, quòd illa costa erat non superabundans, sed de integritate corporis Adæ, non erit illa, sicut semen ad perfectionem speciei, sed esset, sicut pes, & manus, quæ sunt de integritate indiuidui: & hoc non conuenit modo communi deriuationis vnius ex alio: ideo non est iste modus tenendus, sed tertius. Tertio, quia peruertebatur ordo rerum in hoc, scilicet id, quod factum erat à Deo, vt esset de integritate Adæ, non maneret in eo, sed in alio, & id quod non fuerat primo de integritate Adę, maneret in eo, in quo duo sequuntur per istum secundum modum: Per tertium autem modum nullum inconueniens sequitur, quia id quod factum est, vt esset in Adam de eius integritate, manet in eo, & id quod factum est, vt formaretur fœmina inde, auferetur de Adam, quod est conuenienter assignatum. Quarto, quia sequeretur inconueniens quantum ad resurrectionem: nõ enim posset resurgere Eua: nam omne quod est primo de integritate corporis alicuius, resurgit in eo: si autem esset modus secundus verus, esset costa illa, de qua formata fuit Eua, de integritate corporis Adæ: ideo resurgeret in Adam: & ita Eua nõ resurgeret, quia id quod fuerat eius materia, resurgeret in altero. Posito autem primo modo, s. q̃ costa illa superabundat in Adam, non erat de integritate

tate eius: & ideo nō resurgeret in eo, sicut menstruū, de quo formatur fœtus, non resurget in matre, cuius fuit, eo quòd non fuit de integritate eius, sed resurget in fœtu; sic costa, quia erat intenta ad formationem Euę, resurget in ea, & non in Adam, & ita apparet, quòd primus iste modus est conueniens, secundus autem, & tertius non conueniunt: nam istud inconueniens vltimum sequitur, tam contra secūdum, quàm tertium modum; & ideo tenendum est, quòd non fuit alius modus conueniens, nisi quòd produceretur in Adam vna costa vltra numerum debitum, quæ tolleretur ad formationem Euæ, & loco illius non restitueretur alia costa, sed caro, sicut scriptura dicit.

Quæst. 394 Quo dr supra; Tulit vnā de costis, & ædificauit eā in mulierem.

Quæretur, quomodo dicitur supra 2. capit. Quòd tulit Deus vnam de costis Adæ, & ędificauit eam in mulierem. Respondet Nicolaus, vt diximus supra 2. cap. quæst. 26. quòd dicitur hoc, quia mulier formata fuit per modum ędificiorum, in quibus partes inferiores sunt grossiores, & firmiores, superiores autem sunt graciliores, ne totum simul ruat; sic mulieres in partibus inferioribus, idest in natibus sunt grossiores, vel amplæ; in dorso autem, & pectore sunt graciles, quod accidit econtrario in viris, & istud accidit propter naturam caloris, cuius est eleuare: in mulieribus autem est paruus calor eleuans, ideo inferiora sunt ampla: in viris autem est plus de calore, ideo eorum pectora sunt latiora eleuante calore materiam, & dilatante illam. Sed dicendum, quòd non est ista intentio scripturæ, sed est modus loquendi Hebraicus, vt ponatur ædificari pro fieri, & non pertinet solùm ad mulieres, sed etiam ad viros. Sic patet infra 16. cap. vbi dicit Sarra ad Abraham; Ingredere ad ancillam meam, si fortè saltem ex illa suscipiam filios; vbi ponitur in Hebræo; si fortè ædificabor ex illa; & ita ędificari non pertinet solùm ad mulieris formationem, sed etiam ad masculos, cùm litera nostra loco illius dicat, suscipere filios. Est ergo dicendum, quòd dixit; ædificauit costam in mulierem, idest formauit, scilicet, quia sicut ædificia fiunt de materia rudi, quæ per operationem artificis suscipit figuram, quam non habebat, ita costa illa, quam Deus tulit de Adam, non habebat figuram mulieris, & fecit Deus, quòd haberet illam: ideo dicitur, ædificasse eam in mulierem; & non est hoc quasi partes superiores sint graciliores, sicut in ædificijs, & inferiores ampliores, quod est in mulieribus, quia etiam si de fœmina fuisset formatus vir, scilicet de costa illius, diceretur, ædificari costa in virum, licèt non essent partes eius, sicut partes ædificiorum, sed econtrario superiora sunt latiora.

Quæst. 395 Quis formauerit mulierem ex costa.

Sed quæretur, quis formauerit mulierem ex costa. Dicendum, quòd Deus illud fecit, sicut expresè vult sacra scriptura, scilicet, Tulit vnam de costis eius, & ædificauit eam in mulierem, supra 2. capit. Aliqui tamen dicunt, factum hoc per Angelos velut ministros Dei; sic dicit Magister, libro secundo Sentent. distinct. 18. scilicet, Istud sciri oportet, quòd cùm Angelorum ministerio facta fit mulieris formatio, &c. & illud idem astruit historia Scholastica, & alij priores. Sed hoc non videtur, quia non erat aliquid in formatione mulieris, quod Angeli possent facere, quia ibi fuerunt tria, vel quatuor: primum ablatio costæ de Adam; secundum repletio vacuitatis: tertium conuersio exterioris materiæ in costam, vt esset sufficiens ad quantitatem corporis mulieris: quartum fuit conuersio costæ illius ministratæ in corpus mulieris, idest formatio corporis de illo; sed nullum istorum potuerunt facere Angeli, ergo non facta fuit formatio mulieris ministerio Angelorum. De primo patet, quia ad ablationem costę immissus fuit sopor, & iste dicitur à Deo immissus, scilicet, immisit Dominus soporem in Adam, & ita non Angeli. Secundo, quantum ad hoc, quia non videtur, quomodo Angeli potuerunt talem soporem immittere, cùm ille sit pręter naturam, & Angeli non sunt domini naturę, vt possint vti ea ad voluntatem suam. Tertio, quantum ad istud idem, quia costa ablata fuit sine dolore, à quo, & etiam sine nocumento Adæ, cùm non debeat poni pęna aliqua in Adam ante peccatum, sed dolor, aut nocumentum sunt pœnæ. Angeli tamen non poterant istud, quia Angeli nihil possunt in rebus naturalibus, nisi vtendo natura, sicut instrumento, vt non possunt calefacere aliquid sine igne, aut sine re calefactiua, & ita de cæteris, nisi quantum ad motum localem: nam istud possunt supra vires totius naturæ, scilicet impellere aliquid, aut subitò transponere: & tamen quòd per diuisionem continui non sentiretur dolor, non pertinebat ad motum localem, sed ad alterationem, quam non possunt facere Angeli, nisi mediantibus rebus naturalibus, & tamen natura non sufficit ad hoc, ideo neque Angeli. Et dato, quòd aliquid sit in natura, per quod possint mortificari membra, ita vt non fiat in eis sensus nocumenti, qui est dolor; tamen neque natura sufficit ad hoc, quòd membra sana abscindantur de continuo sine læsione aliqua facta in ipso continuo, & aliis partibus coniunctis, & tamen taliter fuit necesse fieri, ne esset pœna in Adam ante peccatum, ideo nō potuit fieri per Angelos, qui nihil possunt, nisi mediante natura, ea q̄ naturam non contineant in virtute. Relinquitur ergo, quòd istam ablationem costæ non potuit aliquis sic facere, nisi Deus, qui continet naturam in virtute, & potest non solùm quod natura potest, sed & quicquid vult supra naturam: ille enim sine dolore, & nocumento auferre potuit, qui leges naturæ excedit. Secūdum erat repletio vacuitatis, quia dicitur supra 2. capit. Et repleuit carne pro ea; & dicitur hoc de Deo, vt apparet ibi ex litera præcedente. Secundo, quia cùm locus vacuus maneret ablata costa, quæ inde cum carne detracta est, non poterat repleri caro, nisi illa caro de nouo crearetur, vel per naturam cresceret, extendendo se. Non potuit autem fieri per naturam, quia natura, aut illud non faceret, aut faceret per successionem multorum dierum, & tamen hoc non fuit, quia tunc daretur, quòd Adam non viueret, nisi miraculosè, cùm aer intraret per apertionem lateris, quod non est conuenienter dictum: ideo non fuit factum per successionem, sed subitò, quod natura non potest, sed quantum ad omnia naturalia Angeli, & dæmones nihil possunt, nisi vtentes natura, vt instrumento, excepto motu locali. Hic autem erat generatio nouæ carnis, vel augmentatio, si quis ita vocare vellet, & hæc non possunt Angeli, nisi mediante natura, sed illa non poterat hoc nisi per successionem, & non fuit sic, sed subitò, ergo non fuit factum ab Angelo, sed à Deo. Tertio, quia idem Magister hoc asserit libr. 2. distin. 18. quòd Angeli non possunt creare carnis supplementum in locum costę, licèt ipse ponat, quòd ministri fuerint huius formationis mulieris. Tertium, erat conuersio materię exterioris in costam, quia statim vt ablata fuit costa Adæ, formata fuit Eua, & adiuncta caro ad Adam: natura autem non poterat hoc facere, nisi in longo tempore, & Angeli non poterant facere alterationem aliquam, nisi mediante natura: ergo non potuit hoc fieri nisi à Deo, cùm subitò factum sit. Quartum, erat conuersio costæ in mulierem, siue formatio corporis eius de ea, & istud non potuit fieri, nisi p Deū. Primò, qa Angeli non poterant aliquid hic facere, nisi mediante natura, & tamen natura non poterat facere istam formationem; ergo neque possent Angeli: primò quātum ad hoc, quòd natura nō format corpus animalis perfecti, sicut est homo, nisi in vtero: & tamen hic corpus Euæ non fuit formatum in vtero, ideo natura nō poterat facere talem formationē. Secundò, quia natura nō pōt formare corpus humanum, nisi ex menstruo, mediante semine virili; & tamen nunc non fuit ex menstruo, sed ex costa, & ex alia materia, quę non erat caro, ideo non poterat fieri secundum naturam. Tertiò, quia natura facit figurationem istam successiuè, & in re tenera, sicut est menstrualis humor: ista autem formatio facta fuit subito, & in re dura, scilicet, in osse; ideo natura non poterat eam facere; Angeli tamen non possunt, nisi quod potest natura, & mediante natura. Quartò patet, quia etiam Magister confitetur istud dicens, Angeli nullam possunt creare naturā; ergo nec formare costam in mulierem, nec carnis supplemētum in locum costæ. Dicendum tamē q̄ Magister vult mulierem formatam ministerio Angelorum, cùm dicat; Sciri oportet, q̄ Angelorū ministerio sit mulieris formatio; quid ergo vult factum esse ibi per Angelos, ita vt illi ministri sint? Dicendum, q̄ ipse ait ibidem; Facta est ergo fœmina a Deo, etiam si costa ministrata sit per Angelos. Quid autem intelligatur per ministrationē costæ, nō apparet, nisi ablatio ipsa de corpore Adæ, quia in toto hoc opere formationis mulieris non faciunt, nec intelligi possunt, nisi ista quatuor, scilicet ablatio costæ, repletio vacuitatis, cōuersio materiæ extrancæ in costam, formatio corporis de costa, sicut supra diximus, & fm Magistrum non debent poni nisi tria, quia ipse negat tertium, scilicet conuersionem exterioris materiæ in costam, quia posuit, q̄ non fuit formata mulier, nisi de costa in se multiplicata, & non de aliqua materia addita, lib. 2. Sent. distin. 18. Sed de tribus resipuis negat Magister duo illorum pertinere ad Angelos, s. formationem corporis, & supplemētum vacuitatis: ergo solū primum relinquitur, q̄ possit concedi Angelis, fm Magistrum, scilicet ablatio costæ de latere Adę, & hoc videtur ipse velle dicere, cùm ait; Facta est fœmina a Deo, etiam si costa ministrata sit per Angelos. Sed dicendum, q̄ hoc non est satis conueniens propter rationes supra positas, ideo melius dicitur, q̄ fœmina totaliter formata fuit a Deo, & non fecerūt ibi aliquid Angeli, nisi intelligeretur ministratio costæ, idest præsentatio eius facta Deo, sed hoc nihil videtur, quia cùm Deus costā abstulerit Adæ, non erat necessaria alia præsentatio, sed eadē operatione, qua costam auferebat, formaret illam in mulierem, & nō oportebat esse alterius operationem mediam. Si tamen ponatur operatio media, non erit nisi mouere localiter eam de loco, vbi detracta fuit Adæ, ad locū, in quo formata fuit: nam non fuit formata in præsentia Adæ, cùm dicatur, q̄ adduxit Deus postea mulierē ad Adam, & adductio fuit de loco formationis. Non fuit autem sic de formatione corporis Adæ, sicut de formatione corporis Euæ: nam corpus Adæ potuerunt formare Angeli, & verisimile est, quòd formatis est, quia corpus Adæ formatum est de limo terræ, supra 2. Formatio autem de luto est per modum artis, ideo non solùm Angeli, sed etiam homines poterant formare, sicut figuli formant statuas: fuerunt autem duo in formatione corporis Adæ: vnum erat figuratio luti, nam de luto factum est, quod reductum fuit ad certam figuram: aliud erat ipsum lutum sic figuratum facere esse corpus humanum, quod erat per formam, idest animam dantem esse: vtrunque autem vocatur formatio. Primus modus est formationis prout formatio dicitur a forma, quæ est figura, vt accipit Arist. in prædicamē to qualitatis. Secundus modus formationis accipitur a forma, quæ est actus & perfectio rei prima. Primam formationem fecerunt Angeli, quia ipsi figurauerunt lutum illud, cùm ipsi possent facere: secundam autem formationē solus Deus fecit, quia solus ipse animam creare poterat, & infundere corpori: Cùm autem dicitur, quòd formauit Deus hominē, aliqui accipiunt de formatione secunda, quæ est dare formam, & hoc soli Deo competit, vt intelligatur litera de eo, de quo in veritate accipi potest. Sed dicetur, quòd non stat: sed accipitur de prima formatione, quæ est figuratio, patet primo, quia dicitur formauit Deus hominem de limo terræ: sed limus terræ non pertinet ad secundam, sed ad primam formationem, quæ est figuratio. Secundo, quia dicitur statim ibi, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & hoc accipitur de creatione, & infusione animę: ergo primum nō intelligitur, nisi de figuratione corporis; primā igitur formationē dicitur fecisse Deus: non quòd per se fecerit, sed quia ex eius imperio fecerunt Angeli: in secunda autem, quæ est infusio animæ, non cōicauerunt Angeli, quia non sunt creatores. Quartum ad formationem mulieris non est sic, quia corpus eius non fuit figuratum de terra, sed de costa viri: & ibi non erat solùm figurare, sed dare formam, idest quòd id, quod non erat corpus mulieris, efficeretur corpus, quod fuit simul dando formam, quæ est anima, & figurando: ideo non potuerunt hoc Angeli, vt iam dictum est.

Q̄. 396. Cur dicitur in litera, & adduxit eam ad Adam.

Dicitur autem supra 2. cap. quòd formauit Deus costam, quam tulerat de Adam in mulierem, & adduxit eam ad Adam, de quo quæretur, quare dicatur, quòd adduxit eam ad illum. Dicendum, quòd fuit primo, quia mulier facta est ad hoc, quòd non esset vir solus. supra 2. scilicet; non est bonum hominē esse solum, faciamus ei adiutorium: & tamen quamdiu fœmina non esset cum viro, esset ille solitarius: ergo debuit adduci ad eum. Secundo, quia omnia animalia terræ, & volatilia adduxit Deus ad Adam, vt videret, an conuenirent ei in consortium, supra 2. cap. ergo a fortiori fœmina formata debuit adduci ad illum, vt videret, quid de illa iudicaret. Et patet, quòd ad hoc ducta sit, quia Adam statim de illa ostendit, quòd placeret ei, & non animalia alia. Tertio fuit, quia fœmina non fuit in præsentia viri formata, vt non putaret Adam, se videre diuina secreta: sed formata fuit distāter ab Adam: & ipse non iret ad illam, quam nesciret formatam, neque illa veniret ad eum, ideo Deus adduxit eam ad illum. Quarto fuit ad ostendendum traditionem quandam, quia Eua non solùm fuit pōtata Adæ, sed tradita ei, vt eius esset, non quidē ancilla, sed vxor, & socia: sicut dixit Adam sup. 3. cap. Mulier quā dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi: ista autem traditio non poterat fieri sine præsentatione quadam: ideo adducta fuit mulier ad Adam: fuit enim ibi quasi desponsatio quædam.

Q̄. 397. Cur potius Eua ducta est ad Adam, quàm ecōtrario.

Sed dicendum, cùm mulier non fuisset formata, vbi erat Adam, sed distanter inde, quare potius illa ducta est ad eum, quàm ipse ad eam. Dicunt aliqui, q̄ ideo factum est, quia mulier formata fuit extra Paradisum, Adam autem non debebat duci extra Paradisum, sed manere in eo: ergo fœmina, quæ foris formata fuit, debebat adduci in Paradisum, & ita adducebatur ad Adam. Ita enim sensit Iosephus lib. 1. Antiquitatum, scilicet: Dicitur autē Deum ad Orientem plantasse Paradisum omni germinatione florentem,

&

Quid sentit Magister de formatione Euæ, p Angelorū ministerio.

Corpus Adæ ab Angelis ex luto formatum.

Formatio Adæ duplici ratione dicitur potius.

Auctoris sententia.

Angeli ad plura possunt.

& sequitur: & in hunc hortum introduxisse Adam, & vxorem eius præcipiens plantationum eos habere sollicitudinem. Sed dicendum, quòd hoc non stat: quia certum est, ꝙ Adam intra Paradisum erat, quando formata fuit mulier ex ipso, quia supra 2. cap. dicitur de plãtatione Paradisi, & postea additur, quòd tulit Deus hominem, quem formauerat, & posuit eum in Paradiso, & cùm non expulsus fuerit de Paradiso, quousque peccauerit, & quando formata fuit mulier, nondum peccauerat, constat quòd in Paradiso erat, quando Deus abstulit costam. Hoc autẽ dato non est aliqua ratio, ꝙ formaret Deus costam in mulierem extra Paradisum. Secundo, quia dictum Iosephi parum habet de auctoritate contra ea, quæ sunt sacræ scripturæ: potissimè quia ipse alium errorem in verbis suis innuit, scilicet quòd vir & vxor iã formati erant, quando introduxit eos in Paradiso, & ita aliquandiu manserãt ambo extra Paradisum, sed hoc falsum est, quia supra 2. cap. dicitur quomodo Deus formauit Adam, & tulit eum in Paradisum, & ibi iussit ei non manducare de arbore scientiæ boni & mali: postea dicitur, ꝙ de costa eius formauit mulierem, ergo non est verum, ꝙ ambo essent antequã manerent in Paradiso, & ideo neque istud est verum, scilicet ꝙ mulier sit formata extra Paradisum, & sic non fuit propter hoc adducta mulier ad virum. Sed dicendum, ꝙ fuit primo, quia fœmina erat propter virum, & non vir propter fœminam, vt dicit apostolus 1. Corin. 11. cap. ideo non debebat adduci vir ad fœminam, quia adduci vnum ad alterum est esse vnum propter alterum. Secundo, quia fœmina nunc formata est, quia non inuentum fuit adiutorium simile Adæ in animalibus, sed animalia omnia ducta sunt ad Adam, vt uideret si erat in eis aliquid, quod conueniret ei, ergo & fœmina debebat deduci ad Adam. Tertio, quia fœmina fuit facta vt adiutorium viri. sup. 2. cap. & ĩ adiutorium relatiuè dr ad id, cuius est adiutorium, & ad illud pertinet, & non res ad adiutoriũ, iõ fœmina ad virum debuit deduci, & non ecõtrario.

Qs. 398. Cur Adã dixit uiſa muliere; Nunc os ex oſsibus. &c.

Quæretur, quare adducta muliere dixit Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Dicendum, quòd fuit primo ad signandum se scire, vnde illa fœmina esset: nam formauerat eam Deus de costa viri dormientis, & ita ille non vidit hoc, vnde putaretur quòd vir non sciret, vnde illa esset: ut autẽ sciatur, quòd vir hoc sciebat, scribitur quòd ille dixit, hoc nunc os de ossibus &c. Secundo fuit ad ostendẽdum, quòd sibi placebat de consortio illius: nam cætera animalia præsentata fuerunt Adæ, in quibus ipse quærebat consortium, sed non inuenit, cùm autem præsentata fuit fœmina placuit ei, & ideo dixit; Propter hanc dimittet homo patrem, & matrem, & adhęrebit vxori suæ, & quia cætera animalia repulerat, & fœminam elegerat, conueniens erat, quòd causam ostenderet: ideo dixit; hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, ideſt ego potius accepto istam fœminam quàm cæteras, quia cæteræ erant alienæ a me secundum naturam, hæc autem est mihi proxima, quia est caro de carne mea, & os de ossibus meis, & non potest esse maior propinquitas ad me.

Qs. 399. Cur dicitur; Caro de carne mea, & os ex oſsibus meis.

Sed quare dicitur, caro de carne mea, & os de ossibus meis? Dici potest vno modo, quòd fuit ad signandum maximam propinquitatem: non enim poterat esse maior propinquitas quàm in carne, & in osse, cùm ista duo sint, ex quibus corpus constituitur, & ad signandum identitatem viri ad fœminam in corpore, dixit quòd erat de ossibus suis, & de carne sua. Secundo potest dici, ꝙ in hoc signatur vnitas in specie, in quãtum dr de carne, & osse: quia aĩalia diuersarum specierum, quamuis carnem & ossa habeant, non habent eandem carnem, & eadem ossa; quia sicut animal differt specie ab animali, ita caro à carne, & os ab osse, quia sicut tota abinuicem differunt, ita & partes, vt Aristot. dicit lib. 1. de Animalibus. Et ita est sensus, quia cętera animalia non erant de carne mea, neque de osse, ideſt non erant in eadem natura, in qua ego eram, non acceptaui aliquod de illis. Ista autem fœmina est de specie, in qua ego sum, & istud est etiam rationabiliter dictum: nam dato quòd Eua non fuisset formata de corpore viri, sed de terra, adhuc vir acceptaret eam propter similitudinem: nam hoc sufficiebat, quia Deus dixerat, faciamus ei adiutorium simile sibi, & tamen si esset in eadem specie, si non esset de corpore eius formata, esset simile adiutorium ei, ergo acceptaret eam. Tertio potest dici, ꝙ fuit hoc ad signandum veritatem, scilicet, quia Deus formauerat mulierem de latere viri auferendo inde costam, erat verum ꝙ erat caro de carne eius, & os de ossibus eius, & dicendum, quòd iste est sẽsus, quem verè facere voluit Adam in verbis suis. Primo, quia semper scriptura debet accipi iuxta rigorem verborum, nisi expresse appareat sequi inde inconueniens, & ĩ hìc rigor verborum signat, ꝙ erat Eua de ossibus Adæ, & de carne Adæ, quod verũ est, ergo sic accipi debet. Secundo, quia si intenderet Adam signare proximitatẽ naturæ, & nihil aliud, vel vnitatem speciei, vocaret Euam carnem suam, dicens, hoc est caro mea: sic. n. fratres Ioseph ad signandum, quòd ille erat frater suus, & multum propinquus, dixerunt; Caro & frater noster est, infra 37. cap. & non dixerunt de carne, sed Adam dixit, caro de carne mea, ideo voluit aliquid vltra signare, scilicet, non solùm proximitatem, sed etiam originem, ideſt ꝙ fuerat formata Eua de Adam, & hoc signat illa prę positio, scilicet de ossibus meis, & de carne mea. Tertio patet, quia Adam istud significare voluit, cùm de illo acceperat esse. Quarto patet, quia Adam in verbis istis particulariter designauit id, quod Deus fecerat, dicens, scilicet, hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea, in quo signauit, Primo, quòd non solùm fuit illa de carne Adæ, vel solùm de ossibus Adæ, sed de vtroque; & verum fuit, quia tulit Deus vnam de costis Adæ, & illa non fuit nudata carne, sed cum carne ei adhærente, & ita fuit vtrumque, scilicet os & caro. Secundo, quia dixit, os de ossibus, & non dixit pluraliter ossa de ossibus, quia ita fuit in veritate, scilicet, quòd vnum de ossibus Adæ ablatum est, scilicet costa: Adam autem multa ossa habebat, & illud vnum os sufficit ad formationem mulieris, ita vt non oporteret summi plura. Tertio, quia ponitur prius os quàm caro, cùm dicatur, hoc os de ossibus meis, & caro de carne mea. Et ratio est, quia os per se intendebatur, & sic scriptura nominat quòd vnam de costis Adæ tulit Deus: caro autem quasi per consequentiam tracta est, quia costæ adhærebat, & ideo verè voluit Adam in hoc signare Euam sumptam esse de latere suo, & non aliquid aliud.

Quæst. 400. Quomodo fuerit facta Eua de costa Adæ, ꝙ erat caro de carne eius.

Quæretur, quomodo Adam sciuit, quòd Eua erat caro de carne eius: nam ipse non vidit eam sumi de se, neque formari, sed eo dormiente factum est. Dicet aliquis, quòd non oportuit, quòd Adam illud cognosceret, nam etiam si Eua non esset de corpore Adæ formata, posset dicere Adam, quòd erat de carne eius, & ossibus, cùm esset in specie, in qua ille erat, & ibi est identitas ossium, & carnis, quod non fuit in rebus diuersarum specierum. Sed dicendum, quòd hoc non stat, quia non solùm voluit Adã significare proximitatem, sed & originem, ideſt mulierem de se sumptam, vt ostendimus præcedenti quæst.

quæst. cùm & ipse dixerit, vocabitur virago, quia de viro sumpta est. Aliter ergo respondendum, scilicet, quòd Adam non sensit auferri de se costam, quia dormiebat; sciuit tamen ablatam esse ei, quia Deus illi reuelauit. Ista autem reuelatio poterat esse post ablationem, & euigilationem: ita vt Deus certificaret eũ de muliere, vñ esset cũ non apparuisset in præcedẽti præsentatione animaliũ. Aliter põt dici, vt cõiter asserit, ꝙ in sopore reuelauit Deus hoc ei, quia voluit, ꝙ ibi fuerit Adam in ecstasi, & cognouerit multa supernaturaliter, quæ ipse postea propheticè dixit. Vnde & addunt, quòd ipse de duplici destructione mũdi prophetauit, scilicet per aquam, & ignem. Est autem intelligendũ, quòd somnus non est ecstasis, & ecstasis non est somnus, quia cõtingunt quasi contrario modo: somnus est quies virtutum animalium, quæ sunt cognitiuæ, & appetitiuæ, cùm intensione naturaliũ. Et quando quiescunt animales virtutes, per quandã ligationem earum, etiam quiescũt rationales, vel intellectiuæ: & ideo in somno omnis vis cognitiua cessat ab actu, & vis naturalis nõ cessat, sed operatio sua augerur, & fortificatur. In ecstasi non est sic formaliter, sed in aliquo concordant, & differunt: concordãt quidem, quia tam in ecstasi, quàm in somno omnes vires sensitiuæ, quæ vocantur animales, & appetitiuæ quiescunt, ideſt ligantur, quia qui est in ecstasi nihil videt, neq; audit, sicut patet de Paulo in raptu, quẽ Græci ecstasim vocant: non enim videbat, neque audiebat; Actuum 9. cap. Sic ẽt erat de Balaam prophęta, qui ecstaticus fiebat cùm prophetaret, & tunc priuabatur sensatione, vt innuitur Numeri 24. capit.

Quo somnus ab ecstasi differat.

Discordant autem in duabus: primum est, quia in somno ligantur vires rationales, sicut & animales: in ecstasi autem non ligantur vires rationales, ideſt intellectiuæ, sed potius eleuantur, & ad hoc solùm fit ecstasis, vt intellectus ad plura intelligendo perueniat, quàm sufficeret intelligere in vigilia. Et hoc est propter quod rapi dicimus huiusmodi, scilicet, quasi anima totaliter extra corpus fiat ad hoc, quòd nõ impedita per immixtionem ad corpus recipiat altissima intelligibilia, quæ non sufficit considerare disperse existens, sufficit autem vnita, sed vnitas per hoc, quòd abstrahitur rapta ad aliud. Secundo differunt, quia in somno intenduntur vires naturales in operatione sua, & quantum ad hoc somnus est vtilis, & debet esse intentus à natura, tanquam ad perficiendum operationes naturales, quæ sunt ad conseruationem corporis; in ecstasi autem non confortantur, sed debilitantur, quia minores efficiuntur, quàm in vigilia. Imo ista est causa ecstasis, vel raptus, scilicet vt anima, quæ dispersa existens in multas operationes non sufficit ad aliquod intelligibile altissimum, sufficiat quando vnita fuerit ad accipiendum illud: nam propter hoc ligantur in somno vires animales, quia per vigiliam omnes potentię animæ sunt solutę, & sunt in actu, & ideo cùm anima sit vnicum principium operatiuum, à quo est tota actio per virtutes suas, cũ dispersa fuerit in multas operationes, nullam perfectam reddit; sed operationem naturalium virtutum animalium perfici est necessarium ad esse, & conseruationem vitæ; ideo natura ligat aliquando animales & rationales, & relinquit solutas naturales, & quia tunc anima illis solis intendit, totus vigor suus in illas dirigitur, & sic redduntur operationes perfectę. Ista autem si ad conseruationem vitæ, & esse necessaria esset perfectio aliqua in operationibus virtutum animalium, ligaret natura vires naturales solutis sortis animalibus, & tunc operationes earũ essent multum intensæ, quasi anima ijs solis intendente, cùm natura non deficiat in necessarijs; quia tñ talis perfectio & intensio animalium nõ est necessaria ad conseruationem vitæ, & esse, non ligat natura aliquando vires naturales solutis animalibus, sicut facit e contrario. Tertia autẽ ligatio erat, si simul natura ligaret vires naturales & animales relinquens solutas rationales, ideſt intellectum: tunc enim esset operatio intensa intellectus, cùm anima totaliter intenderet ei nõ diffuso in naturales & animales, sed istam ligationem non facit natura propter duo. Primo, quia non est necessaria; nam ligatio, quæ est animalium, & rationalium manentibus solutis naturalibus, est conueniens ad perficiendum operationes, per quas vita cõseruatur; sed ligatio animalium, & naturalium manentibus solutis rationalibus non est necessaria ad cõseruationem vitæ; immò non est vtilis, sed potius nociua, quia dum essent ligatæ naturales virtutes, deteriorarentur individuum, ideo natura aliquãdo inuenit talem ligationem. Secundo, & præcipuè, quia neque natura hoc facere poterat, cũ repugnet ligatis viribus sensitiuis naturaliter solutas esse rationales: nã intellectio non est in nobis sine conuersione ad phãtasmata, à quibus intellectus agens abstrahit species, quas facit actu intelligibiles, cùm phantasmata sint intelligibilia solùm in potentia, cùm & Aristot. dicat li. 3. de Anima; oportet intelligentem phantasmata speculari, sed impossibile est, quòd intellectus conuertatur ad phantasmata, aut possit abstrahere ab illis existentibus ligatis interioribus sensibus, ideſt imaginatione, & phantasia: ergo non potest solutus esse secundum naturam intellectus ligatis existentibus omnibus viribus animalibus.

Tex. 39.

Deus autem facit istam tertiam ligationem, scilicet, vt ligatis naturalibus, & animalibus viribus, solutus maneat intellectus, & tunc est ecstasis, & est intellectus multum eleuatus ad intelligendum, eo ꝙ totus vigor animæ collectus est ad solam intellectionem, & licèt talis ligatio non conueniat secundum naturam, scilicet ad conseruandum esse animalis, conuenit tamen ad aliquid, quod est super naturam, scilicet ad cognoscenda aliqua, quorum cognitionem Deus iudicat esse necessariam ad bonam habitudinem status spiritualis: & ideo natura non facit talem ligationem, tanquam non sibi necessariam; Deus autem illam facit, tanquam necessariam ad ea, quæ ipse intendit. Et istã ligationẽ vocat raptũ, vel ecstasim ſm Græcos, & non eam, quæ fit in somno. Primo, quia alleuiat tũc anima ab eis, quæ sunt ſm naturam; in somno est per contrariũ, qa intendit maximè eis, quæ sunt ſm naturam, ideo non alleuiatur, vel abstrahitur, sed potius in se ipsam colligitur; in ecstasi rapitur, quia tota vadit ad intelligere, quod non pertinet ad materiam, neque ad naturam, ideo ibi vocatur raptus. Secũdo, quia raptus dicit quandam alienationem per modũ eleuationis: in somno autem non eleuat anima, sed potius incuruatur ad ea, quæ sunt infimi gradus suarũ operationum, ideſt ad operationes naturales; in raptu ascendit ad maximam operationem, scilicet ad purè intellectiuam, ideo tunc potest dici, quòd rapitur. Tertio, quia raptus maximè dicit alienationem, & abstractionem à se, & ideo cõpetit rei, quando non manet in operatione propria solita, quia non videtur esse in se, sed extra se; sic est de anima in ecstasi, quando ligantur vires naturales, & animales solutis solis rationalibus, nam nulla de operationibus notis exercetur, solas experimur nos in alijs hominibus operationes naturales, & animales, intellectiuam in nobis experimur, sed nõ in alijs, ideo cùm viderimus, quòd in alio non apparent operationes animales, ideſt sensitiuę, neque naturales, iudicamus, quòd non sit anima in corpore, quia nul-

Quæſt. 401. Ecstasis, qd, à quo, & quo fiat.

la

Ia operatio eius ibi manifestatur, & ita est in raptu, seF
eus autem est de ligatione, quæ fit in somno, quia ibi
non rapitur anima, cùm operationes eius manifestæ
sint: quoniam ibi vigorantur operationes naturales,
ideo vocabitur ligatio: sed non raptus, aut ecstasis.

Qō. 402. Ecstasis, q̄ a natura nunquam fit.

Cùm autem duæ ligationes fiant, idest rationaliū
virium & animalium solutis naturalibus, & alia na-
turalium & animalium solutis rationalibus, alia liga-
tio est media aliarum, quæ nunquam fit, scilicet quod
ligentur rationales & naturales solutis animalibus,
idest sensitiuis: istam enim non facit natura. Primo,
quia natura facit id quod necessarium est ad eius con
seruationem: & tamen talis ligatio nō est necessaria,
neque vtilis ad eius cōseruationem, sicut ligatio, quæ
est in sopore, ideo natura non facit illam. Secundo,G
quia ista ligatio est nociua naturæ, quia qnocunq; mo
do ligentur voces naturales, impeditur natura a sua
perfectione, sed natura, quæ est ordinata, non facit id,
quod est sibi nociuum, ideo non facit talem ligatio-
nem. Tertio, quia natura nullo modo potest eam fa-
cere: nam intellectus non ligatur per se, cùm sit incor
poreus, & immixtus: sed ligato phantasmate id quod
recipit: Phantasmata autem disponuntur ligatis viri-
bus sensitiuis manentibus: ergo illis solutis non po-
test naturaliter ligari intellectus, & ita natura non po-
test facere istam ligationem. Deus autem potest face
re istam ligationē, sicut potest ligare naturales & ani-
males simul vires in raptu, tamen nunquam facit eā,
eo quòd ista ligatio non est vtilis ad aliquid, quia non
comprehenditur per eam aliquid spirituale, quod fa-H
ciat ad aliquod spirituale bonum, sed solùm sensibi-
lia, quæ sufficienter comprehenduntur sine aliqua li-
gatione aliarum virium. ideo solæ duæ ligationes sūt,
vna naturalis, alia a Deo. Sed dicit aliquis: quomodo

Obiectio de raptu.

potest fieri raptus, vt maneāt solutæ vires rationales
ligatis sensitiuis? quia non fit intellectio, nisi per con-
uersionem ad Phantasma: & tamen ligatis sensibus
interioribus, ligata sunt Phantasmata: ideo neque fiet
intellectio per conuersionem ad phantasmata ligata,
sed fit vno de duobus modis: primo mō per impres-
sionem speciei a Deo in intellectu, & hoc illa species
sit creata, sicut in cōmuni ecstasi, vt erat de Balaam,
vt innuitur Nume. 24. & de alijs qui ecstasim patiun-
tur, siue per hoc quòd diuina essentia sit illi intelle-I
ctui forma intelligibilis, sicut dicit de Paulo, de quo
asseritur, quòd vidit diuinam essentiā in raptu. Alius
modus est, q̄ fiat per conuersionē intellectus ad phan
tasma nō præexistens, sed ad aliud a Deo nouiter crea
tum, vel formatū ministerio angelorū, sed istud ma-
gis pertinet ad reuelationes, quæ fiunt in somnis, quæ
non vocantur raptus, neque ecstasis, & modi duo præ-
cedentes de specie creata, & de essentia diuina perti-
nebunt ad ecstasim.

Qō. 403. Qūo extasis potest fieri in sōno, cū sint innicē cōtrarij.

Sed dicetur quomodo potest fieri ecstasis in som-
no, cum sint contraria somnus, & ecstasis? Dicendū, q̄
si propriè accipiatur ecstasis non est somnus, cùm ha-
beant rationes oppositas, quia in somno ligantur vi-
res corporales & animales, & soluūtur vel solutæ ma-K
nent naturales: in ecstasi aūt e contrario ligantur natu
rales, & animales, & soluuntur rōnales: vnde videnť
plus repugnare somnus & ecstasis, q̄ somnus & vigi-
lia: quia tam in somno, q̄ in vigilia manent solutæ na-
turales vires: in ecstasi aūt ligantur vires, & ideo non
concedimus esse ecstasim in somno, neque somnum
in extasi. Si autem accipiatur large, conceditur, quòd
extasis fit in somno, sicut aliq̄n dicimus, & q̄ ista con
cedantur, vt idem est causa pp aliquod accidēs cōe. s.
quia vtrobique ligātur vires animales, & ideo in neu-
tro eorum est vigilia, & quia vigiliā opponimus som
no, dicimus extasim esse somnum, vel in somno fieri

Ecstasis duobus modis. Secundo modo.

ecstasim. Cum autē loquimur de ecstasi Adæ potest
dici, q̄ aut propriè asserimus fuisse ecstasim, aut non:
si autem fuit ecstasis verè, dicetur quòd nō fuit verè
sopor, sed raptus, vel abstractio a se, & tunc bene dici-
tur a Deo immissus sopor, quia ecstasis non potest fie
ri per naturam, sed solùm per operationē Dei, cùm
natura nunquam liget vires naturales, sed solùm ani-
males, & rationales: & cùm obijcitur, quòd erat so-
por, cùm dicitur, immisit dominus soporem in Adā,
potest dici, q̄ vocatur sopor large, non q̄ esset verè
somnus, sed quia potest vocari somnus vulgariter,
eo q̄ accidit ibi passio sensibilis, quæ est in somno. s. q̄
ligantur vires animales. i. sensitiuæ. Si autem accipia-
tur large ecstasis in Adam, prout aliqua cognitio di-
uinitus data tunc fuit in illo, dicendum quòd fuit ibi
verus sopor, prout somnus iuxta philosophos est qui-
es virtutum animalium, cum intensione naturalium,
& esset talis sopor Adæ qualis in nobis accidit, nisi q̄
ille erat causatus a Deo, & nobis accidit secundū na-
turam, & tunc dicemus, quòd adhuc Adam in illo so
pore potuit habere cognitionem aliquam a Deo de
costa sibi ablata, & muliere inde formata, & de mul-
tis alijs, quæ postea ipse prænunciauit: sic enim ac-
cidit nobis in sopore naturaliter accidente, quia
Deus reuelat aliqua ibi. Iste enim modus erat, vt
communiter apud prophetas in veteri testamento,
vt dicitur Num. 12. scilicet, Si fuerit inter vos prophe
ta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium
loquar ad illum. & non solùm erat hoc de prophetis,
sed etiam de alijs hominibus, quibus Deus sæpè re-
uelat aliqua ad solam vtilitatem illorum, & non voca
mus illos stricte prophetas: de ijs habetur Iob 33. scili.
cet, Somnum in visione nocturna, quando irruit so-
por super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aper-
rit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina:
ita ergo in Adam poterat esse verus somnus, & reue-
laret Deus aliquid ei, & hoc vocant aliqui ecstasim
vterque modus satis potest stare; quia tamen litera
dicit immissum esse soporem in Adam, melius vi-
detur non recedendo a litera, cùm non sit recedere
ab illa necesse, dicere, quòd fuit verus somnus, &
non ecstasis, & ibi Adam cognouit reuelante Deo
Euam fuisse de eius latere formatam.

Quæ. 404. Cur Adā addidit ipsam partem costam, ex qua hoc nunc.

Quæretur, quare Adam dixit: Hoc nūc caro de car
ne mea, quia sufficiebat dici; hoc caro de carne mea,
& os de ossibus meis, & non diceretur; hoc nunc.
Dicendum, quòd hoc dixit Adam ad demonstran-
dum electionem, & dignitatem fœminæ: Deus enim
volens dare Adæ adiutorium simile ei, adduxit ad
eum omnia animalia, vt videret ipse, an ibi esset ali-
quod conueniens ei, & non inuenit: fuerunt autem
omnia animalia vna vice præsentata Adæ, in qua vice
non fuit præsentata fœmina. Deinde fœmina forma-
ta præsentata fuit per se alia vice, & ideo dixit Adam,
hoc nūc caro & cætera. idest, In ista vice ista fœmina,
quam mihi præsentasti, est caro de carne mea. in
alia vice de omnibus, quæ præsentasti, nihil erat ca-
ro de carne mea, sed omnia à me aliena secundum
speciem, & ita dicit litera Hebraica, ista vice os de os-
sibus meis, & caro de carne mea, vbi nos dicimus;
hoc nunc os, &c. Dicit autem Rabbi Salomon, &
multi de Hebræis, quòd quando Deus præsentauit
animalia Adæ, vt videret, si aliquod competebat ei;
Adam cōmiscebatur carnaliter cuilibet fœmellę ani-
malium, sed nulla placuit ei; cùm verò præsentata
est fœmina, cognouit eam carnaliter, & placuit illi, &
ideo dixit, ista vice caro de carne mea, idest, quādo ac-
cedebam ad alia animalia non inueniebam carnē de
carne mea, quod tactus demōstrat, sed ista vice, cùm
accessi ad hanc, inueni esse carnem de carne mea.

Ista

Ista sunt nephāda cogitari saltem ꝯ sanctū virū Adā A
patrem totius speciei nostræ, neque ēt sunt possibilia, si
quis illa aduertat esse turpia. Etiam peccasset Adā gra-
uius in accedendo ad quodcunque pecus, potius q̄ co-
medendo de ligno vetito, & ita Deus expulisset illū de
Paradiso, sed saltem Iudæi, qui ista non erubescunt fa-
teri, cogentur dicere, q̄ asina, & porca est nouerca eorū,
quia Adā qui est pater ipsorū cognouit asinā & porcā
carnaliter. Simili͂r dicūt Talmudistæ, q̄ Adā anteq̄ hret
Euā in vxorē, habuit aliā priorē vocatā Lilis, quā tenuit
centū & triginta annis, quibus fuit excōicatus, p̄ come-
stione ligni vetiti, & in toto illo tpe non genuit ex ea
hoies aliquos, sed genuit dæmones. Istæ sunt insaniæ,
quia sunt ꝯ sacram scripturam, & ꝯ naturam atque ra-
tionē, nam nulla fœmina erat ante Euam, quia si aliqua B
fuisset, non fuisset formata Eua cū illa sufficeret, & ta-
men adductis oībus aīalibus ante Adā, non inueniebať
adiutorium simile ei, quousque formata Eua adducta
fuit ad ipsum, nam tunc dixit; hoc nunc os de ossibus
meis, & sic non fuit aliqua mulier, quam prius vidisset
Adā q̄ Eua. Secundo, quia falsum est, q̄ aliquo tēpore
māserit excōicatus pro esu ligni vetiti, sed fuit expulsus
ipso die de Paradiso, & postea nunq̄ illuc redijt, & tamē
statim vt exiuit de Paradiso cognouit Euam vxorē suā,
& peperit Cain, & postea Abel, supra 4. cap. Tertio, quia
dato, q̄ esset excōicatus Adā pro esu ligni vetiti, vt ipsi
dicunt, nō erat eā, quare non cognosceret Euam, cùm C
sacra scriptura testetur; q̄ eā cognouit statim post exitū
de Paradiso: nam si Adam excōicatus esset, aut pro tri-
stitia nulla voluptate frueretur, & ita nullam fœminam
cognosceret, sicut solet dici, q̄ per centum annos absti-
nuit lugens Abel, vel si aliq̄ tāgeret, esset illa Eua. Quar
to, quia dicunt, q̄ genuit Adam dæmones ex illa, non
stat, nam Eua dicitur Mater omnium viuentium, supra
3. cap. Dæmones aūt viuentes sunt, ideo si illi nascantur
ex viro per concubitum, necesse est, q̄ descenderint ab
Eua, & non ab alia, vt includantur sub illa clausula ge-
nerali. s. q̄ sit Eua mater omnium viuentium. Quinto,
quia impossibile erat dæmones nasci ex muliere, quia
dæmones sunt incorporei nō habentes carnem, neque
ossa, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut dicit
Christus Luc. 24. cap. dæmones autem spiritus sunt,
quia vocat eos Christus sæpe spiritus, vt Matth. 12. cap. D
ergo non habent carnē & ossa, sed oē quod nascitur de
muliere habet carnē & ossa, ergo non poterant dæmo-
nes nasci de muliere, neque gigni ab Adam: licèt autē
fit impossibile dæmones sic genitos esse, Iudæi tamē q̄
hoc asserunt, cogentur cōfiteri se esse fratres dæmonū,
cùm pater eorum Adam dæmones genuerit.

Quæ. 405. Cur Adā cognouit Euam, cùm esset excōicatus.

Quæretur, cùm Deus præsentauerit oīa aīalia Adæ,
vt videret si ibi erat aliquid ei cōueniens, quare nō præ-
sentauit simul Euam? Dicendū, q̄ Eua nō potuit præ-
sentari, q̄n non erat, sed non fuit illa formata quousque
adducta sunt oīa aīalia ad Adā, ergo non potuit ipsa cū
illis præsentari. Sed dicetur quare Deus non formauit
Euam tali tpe, vt eam adduceret ad Adā simul cū aīali-
bus alijs, nam vr̄ q̄ hoc erat cōueniens, quia aut Deus E
volebat solū prouidere Adæ de fœmina cōueniēte sibi,
aut volebat simul ostēdere fœminæ dignitatē. Si primo
mō, non erat necesse adduci aīalia ad Adā, vt ipse aliqd
videret in eis. Si scdo mō, poterāt adduci aīalia, & cū eis
Eua, eligeretq̄; ibi Adā Euam. Dicendum, q̄ non fuit
cōueniens q̄ Eua adduceretur cū aīalibus. Primò, quia
scriptura vult ostendere necessitatem formationis mu-
lieris, & quia à principio cū formauit hoiem. Nō dede-
rat ei fœminam, dixit scriptura, q̄ dixit Deus, Nō est bo-
nū hoiem esse solum, faciamus ei adiutorium, & quia
in operibus Dei nō debet aliquid esse superfluū, nō de-
buit formari mulier, quousque adducerentur aīalia co-
ram Adam, vt videret, si aliquod ei cōueniebat, vt cùm

nō inueniret ibi aliquod, appareret necessitas formatio-
nis mulieris. Sic innuitur supra 2. cap. nā postq̄ omnia
animalia adducta sunt, dicitur; Adæ aūt non inuenie-
batur adiutor simile eius, & sequitur; immisit ergo De⁹
soporem in Adam. i. quia non inueniebatur in anima-
libus aliquod simile ad Adam; immisit Deus soporem
in Adam, & tulit costam, quam formauit in mulierem.
Secundo, quia quāto magis cognoscitur indigentia ali
cuius, tanto magis ardenter amatur, cùm habetur; &
Deus voluit dare Adę occasionem amandi nimis Euā,
ideo voluit, q̄ eam diutius expectaret: creuit autem co
gnitio indigentiæ, & desiderium habendi, cùm perqui-
sitis omnibus aīalibus nullum inuentum est, qđ simile
esset ei: postea igitur cùm eam vidit, valde amauit. Si
autem cum animalibus adduceretur, minori tempore
expectasset eam, & minus clarè cognouisset indigentiā
eius, ideo minus amaret. Tertio ad ostendendum ma-
gis dignitatē Euæ: si enim Eua duceretur cum alijs ani
malibus, signaretur vt vnū de illis; cùm aūt Eua per se
ducta est, significata est tanta dignitas eius solius, quāta
oīa aīalia vice ductorum ad Adā, ideo ipsa sola duci de-
buit, & post alia animalia. Quarto ad significandū, q̄
certissimè eam deberet accipere Adā: si enim ad Adā
duceretur cum alijs, significaretur, q̄ dubium esset, an
eam, vel aliquam de alijs fœmellis deberet eligere. Nam
si præsupponeretur, vt certum, q̄ eam assumpturus es-
set, eam solam ducere Deus deberet, sed facere illud du
bium, erat humiliare dignitatem fœminę, ideo debuit
sola duci, vt ex ipsa ductione significaretur, quòd eam
Adam sumere deberet: si enim Deus hoc non innue-
ret, duceret eam cum alijs fœmellis. Ista autem est ra-
tio, quæ valde mouet.

Quæ. 406. Cur Adam dixit; & hæc vocabitur Virago, quia de viro sumpta est.

Quæretur, cùm dixerit Adam adducta fœmina ad
se; Et vocabitur Virago, quia de viro sumpta; quare
hoc dixit Adam. Dicendum, quòd fuit, primo ad im-
ponendum nomen fœminæ: dabatur enim illa Adæ
à Deo, ideo volebat ipse imponere nomen ei. Sicut. n.
Adā imposuit nomina omnibus animalibus ad se du-
ctis; licèt nullum de eis elegerit in consortium, supra
2. cap. ita & fœminæ ad se adductæ, quam acceptauit,
debuit imponere: erant enim in Adam causæ impo-
nendi nomen mulieri, quæ erant ad imponendum alijs
rebus: nam animalibus imposuit nomina, quia erant
aliqui de quibus loqui deberent homines; & cùm nō-
dum haberent nomina, cōueniens fuit nominibus de-
signari. Secundo ad ostendendum, quòd homo præsi-
debat illis, & tanquàm suis imponere debebat nomen,
hoc de muliere faciendum erat primum, quia mulier
erat cum viro, & ad quam, & de qua frequentior erat
sermo; ideo ei nomen debuit imponi, & cùm non im-
posuisset Deus, debuit imponere Adam. Tertio etiam
conuenit, quia mulier erat ipsius viri, non tanquàm res
possessa, vel ancilla, sed tanquàm aliquid, quod per virū
gubernari deberet, ideo & vir tāquàm mulieris caput,
debuit nomen imponere. Quarto quantum ad prin-
cipale dixit hoc ad magis ostendendum propositum;
nam Adam adducta muliere, voluit ostendere se scire,
vnde illa erat, & dixit, quòd erat os de ossibus eius, &
caro de carne eius, & vt magis ostenderet adiunxit: Et
vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est; quod
idem erat cum præcedenti, scilicet esse carnem de car-
ne eius, vel poterat in hoc magis notificari; quia cùm
dicitur, hoc nunc caro de carne mea, & os de ossibus
meis, licèt significetur, q̄ erat ipsa formata de Adam,
poterat aliquis intelligere solam similitudinē speciei,
vbi est caro eadem, & eadem ossa secundum speciem.
Cùm autem dicitur, quòd de viro sumpta est, non pōt
dubitari, quin caro Euæ sit sumpta de carne Adæ, quia
hoc est sumi de viro, solus enim Adam tunc vir erat.
Sciendū aūt, q̄ istud nomen nō ponitur propriè in La-

tino, quia istud nomẽ debet significare aliquid habẽs substantiam viri, vel descẽdens à viro, Virago autem iuxta consuetudinem latinam non significat nisi fœminam robustam, vt vir est; & ideo significat Virago viri conditionẽ, sed non viri substantiam, vel deriuationem ab illo. Si autem latina cõsuetudo pateretur, melius diceretur Virago a viro, & significaret mulierem de substãtia viri, sed non suscipit hoc latinus sermo, in Hebræo autem habetur conueniens nomen p additionem huius literæ, nam pro viro dicitur *Is*, pro muliere dicitur *Issa*, & non est nisi addere literã in terminatione, quod etiam in vulgari Hispanico cõuenit, vt dicamus Varon, Varona. Quæretur de hoc noïe, Virago, an sit nomen propriũ mulieris illius, vel cõe. Aliqui dicunt, ꝙ est nomen propriũ, quia si esset nomen cõe, aut esset nomẽ speciei, vel sexus, sed neutrũ est, ergo est proprium: patet primũ, quia si esset nomẽ speciei cõueniret oĩbus indiuiduis tam masculis q̃ fœminis, sed non conuenit alicui masculo, immo dicit per relationẽ ad masculum, & per deriuationem ab illo. s. quia de viro sumpta est. Non etiã cõuenit oĩbus fœminis, quia non vocamus sic omnes. Secundo, quia si esset nomẽ cõe nõ imponeretur alicui, & tamẽ impositum est illi mulieri, cũ dicatur Virago, ergo erat nomen proprium eius. Tertio, quia istud conuenit ei soli, ideo est nomen propriũ: patet nam rõ nominis de sola Eua verificatur. s. vocabitur Virago quia de viro sumpta est: nulla enim alia mulier de viro sumpta est, nisi prima, ideo sola habet istud nomen, & ita erit vt proprium. Dicendum, ꝙ si accipiatur, Virago, iuxta significationem latinitatis, est nomen cõe significans omnes fœminas robustas, quia in robore viros agant, ideſt imitentur eos, vel ostendant, & ita non est nomen speciei, neque sexus, sed est nomen qualitatis in sexu muliebri: si autem accipiatur iuxta intentionem Adæ hoc imponentis nomen, est nomen sexus, & cõuenit oĩbus mulieribus: nihil enim aliud signat Virago hoc modo, nisi mulierẽ. s. viri fœminam, vel fœminam sumptam de viro. Et confirmatur hoc ex intentione Iosephi lib. 1. Antiquitatum. s. eo dormiente auferens costam eius finxit eã in mulierem, & Adam sibi iunctam cognouit de se fuisse plasmatam: *Issa* verò Hebraica lingua mulier appellatur, & tamen loco huius noïs ponit in litera Virago, ergo Virago signat mulierem, & ita est nomen sexus, nam in Hebræo *Is* significat virum, & *Issa* est inde deriuatum, & ita dixit Adã, vocabitur *Issa*, quod nos dicimus Virago, ergo Virago mulierem signat, & est nomen cõe cõueniẽs oĩbus, quia Virago est viri vxor, vel viri fœmina, & tamen hoc cõuenit oĩbus mulieribus. Circa quod sciendum, ꝙ ista tria in aliquo conueniũt, fœmina, mulier, Virago: omnia. n. sexus signant, sed fœmina est nomẽ cõius, quia signat sexũ in oĩbus aïalibus, in quibus est distinctio masculi & fœminę, licèt absolutè melius dicatur de sexu in humana specie, q̃ in alijs; & tamen certum est, ꝙ etiã alijs cõpetit vbicũque est distinctio sexus, cũ distinguatur sexus per masculinum & fœmininum. Mulier aũt est nomẽ sexus, & tamen cõuenit in sola specie humana, vbi fœmina vocatur mulier, in alijs aũt speciebus vocatẽ fœmina, sed nõ mulier: hũc enim honorẽ soli nostræ speciei attribuimus. Virago autem signat sexũ, & in sola specie humana, sed sub rõne magis speciali, q̃ mulier, quia Virago non potest dici, nisi q̃ de viro sumpta est: vir aũt est in sola humana specie, ideo Virago est in specie humana. Masculus quidem, & vir, habent se sicut fœmina, & mulier, quia masculus in aïalibus oĩbus, in q̃bus est distinctio sexus, & fœmina eodẽ mõ appellantur: vir aũt in sola humana specie; & sic etiã mulier. Similiter cõuenit oĩbus fœminis in specie humana, sine aliqua rõne speciali, sed solũ, quia fœminæ sunt: Virago aũt cõpetit ex speciali proprietate. s. quia de viro sumptæ sunt, & pertinet hoc nomẽ ad dignitatẽ, qa masculinus sexus est dignior, ꝙ aũt fœmina sit formata de masculo dignius est ei, q̃ formatã esse de terra; & hoc fœminę in sola specie humana habẽt, quia dato, ꝙ masculi aliarũ specierũ vocarentur viri, sicut in specie humana, & fœminæ eorũ vocarentur mulieres, non tamen possent vocari Viragines ipsæ fœminæ, quia non fuit ibi fœmina sumpta de viro, sed masculus & fœmina simul producta fuerũt de terra, & nõ vnũ de altero, iõ hoc nomen nõ cõpeteret alicui fœminæ ibi, quia nulla de viro. i. de masculo sũpta est, sed simul de terra cũ masculo formata, sola mulier fuit formata de viro, ideo potuit vocari virago. i. de viro acta. i. facta, vel formata. Et ita apparet, ꝙ Virago est nomẽ sexus, sed sub specialiori ratione q̃ mulier, quia signat ipsam fœminam, vt de viro accepit, originẽ substantiæ. Et ideo apparet, ꝙ Virago nõ est nomẽ propriũ Euæ, sicut neque mulier, sed est nomẽ sexus, & iõ conuenit oĩbus mulieribus, & istud magis apparet, quia sub isto noïe appellatur quæcũq; mulier apud Hebræos, & tũ nõ sic appellaretur si fuisset impositũ Euæ, vt ppriũ, nã Adã in vocabulo Hebræo vocauit Euã *Issa*, & tamẽ *Issa* dicitur q̃cunque mulier, ita dicit Iosephus: *Issa* verò Hebraica lingua mulier appellatur. Ad rõnẽ primã in p̃rium dicendum, ꝙ Virago est nomẽ cõe, & nõ est nomẽ speciei, qa nõ cõpetit masculis: est aũt nomẽ cõe ad sexũ fœmininum, & cũ dr, ꝙ non sic vocamus oẽs, dicendũ, ꝙ istud non est parũ in Latina cõsuetudine, quantũ ad hãc significationẽ, & tamen si volumus, possumus ita oẽs vocare, sicut & vocam⁹ mulieres, & in vulgari Hispanico oẽs sic vocantur. s. Varonas. Ad secũdũ dicẽdũ, ꝙ non impositũ fuit Euæ istud nomẽ, & apparet ex mõ loquẽdi scripturæ, quia nõ dicit: Et vocauit nomen eius Viraginẽ, sed vocabitur Eua. s. ab alijs vocabitur, quasi sit potius hoc nomẽ naturę sumptũ ab aliqua, ꝑprietate, q̃ nomẽ propriũ indiuidui. Ad tertiũ dicendũ, ꝙ non cõuenit istud nomẽ soli Euæ, quia licèt ipsa sola sumpta fuerit de viro, & aliæ nõ fuerint sumptæ, sed natæ, tamen alijs cõpetit hoc nomẽ in cõparatione ad fœminas aliarũ specierũ, quia honor Euæ ad alias trãsfunditur, in alijs aũt speciebus nulla fœmina de masculo sumpta est, sed prima earũ de terra formata, sicut masculus: sola aũt fœmina in specie humana sumpta est de masculo, & qa oẽs aliæ fœminę speciei huius descẽderũt ab ea, cęperũt hũc honorẽ, vt vocarentur Viraginęs in cõparatione ad fœminas aliarũ specierũ, quãtũ mulieri hoc cõpetit, & sicut nomen honoris paterni vel materni trãsfundit in posteros, q̃q̃ illi nõ fecerint id, propter quod ille honor cõpetit; ita & honor Euę transfunditur in omnes fœminas speciei suæ descendentes ab ea, vt omnes Viragines appellentur.

Quæret, cũ hoc nomẽ Virago cõpeteret primæ mulieri, quare Adam postea imposuit ei hoc nomẽ Eua, & an sit proprium, vel cõe. Dicendũ, ꝙ prima mulier debuit habere nomẽ propriũ, quia cuilibet indiuiduo in specie humana damus nomẽ propriũ, vt de quolibet indiuiduo sciamus distinctè loqui, erat tamẽ Eua indiuiduũ secũdũ in humana specie, ideo nomẽ hũc debuit, & tamẽ nõdũ habebat, ideo debuit ei imponi. Cũ aũt obijcitur, ꝙ iã habebat nomẽ, quia vocabatur Virago, põt dici vno modo, ꝙ nõ erat nomẽ propriũ illius mulieris, sed erat nomẽ sexus signãs fœminã, vt dictũ fuit, ideo debuit vltra hoc habere nomẽ ꝑpriũ. Secundo posset dici, ꝙ etiam si haberet prima mulier hoc nomen Virago, vt proprium, adhuc potuit aliud habere, vt proprium, cũ ambo acciperentur à duabus rationibus conuenientibus ei, sed primũm verius est.

Quæretur, an hoc nomen Eua, quod postea impositum

fuit sibi per Adam fuerit nomen proprium, vel commune. Aliqui dicunt, quòd commune, quia sumitur à ratione quadam naturæ, scilicet à vita, nomina autem propria sumuntur ad placitum. Secundo, quia hoc nomen Eua descendit ab appellatiuo, & ipsum signat rem communem, scilicet, vitam: ergo est nomen commune, & non proprium. Tertio, quia ita est de hoc nomine Eua sicut de hoc nomine Virago, nã Virago dicitur, quia de viro sumpta est, quod competit illi, Eua vocatur mater viuentium, quod etiam competit ei, quia est prima mulier, sed Virago est nomen appellatiuum, & non proprium, ergo & Eua est nomen commune. Dicendum, ꝙ Eua fuit nomen proprium mulieris primæ. Primo patet, quia illa mulier habuit aliquod nomen proprium, & tamen non inuenitur aliud nisi Eua, ergo est proprium. Secũdo, quia nomen proprium est, qđ vni tantum imponitur ad signandum illum, & si alijs competat. non erit sub ratione illius impositionis, sed equiuocè; & ita nomẽ proprium vniuocè signat vnum tãtum indiuiduum, cui imponitur, siue ad placitum, siue aliter, & tamen ita est de Eua, ergo Eua est nomen proprium illius mulieris. Tertio patet, quia dicitur supra 3. cap. Vocauit Adam nomen vxoris suæ Euam, ergo erat proprium, quia non fuit impositum nisi vxori eius. Quarto patet, quia sacra scriptura quãdocumque loquitur de muliere illa, vocat eam Euam. Sic patet supra 4. c. Adam verò cognouit Euam vxorem suam, quæ concepit, & peperit; & in nouo etiam testamento ita vocatur, vt 1. Timo. 2. Adã primus formatus est, deinde Eua, ergo istud est nomen proprium mulieris, quia si aliud esset, per illud eam vocaret. Ad primam rationẽ in contrarium dicendum, quòd nomen Euæ sumptũ fuit ab aliquo pertinente ad naturam. i. à veritate rei, s. quia erat mater viuentium: nam ita redditur causa ab Adam. s. vocauit Adam nomen vxoris suæ Euam, eo ꝙ esset mater omnium viuentium: & tamen hoc nõ impedit quin sit nomẽ proprium, quia ita est de multis alijs nominibus proprijs, quæ sumuntur ab aliquibus rationibus, sicut Cain est nomẽ proprium primogeniti Adæ, & vocatẽ Cain. i. possessio, quia dixit Adã; possedi hominem per Deum, supra 4. cap. & ita Seth est nomen alterius filij, & interpretatur positio, quia dixit Adam, posuit mihi Deus semẽ aliud pro Abel, quem occidit Cain, supra 4. cap. & ita Iacob vocatur, ideſt supplantatio, quia supplantauit fratrem, infra 27. cap. & Esau vocatur Edon. i. rubeus, quia concupiuit lenticulã rufam, & infra 25. cap. & ita generaliter nomina propria omnium filiorum Iacob posita sunt, infra 29. & 30. cap. additis ibi rationibus, quare sic vocabantur, & tamẽ omnia illa sunt nomina propria, ideo ita Eua esset proprium, licèt sumatur ab aliqua ratione. Ad secũdum dicendum, quòd nomen Euæ descendit ab appellatiuo, & tamen non facit illud esse appellatiuum, quia generaliter omnia nomina, quæ imponũntur ab aliqua ratione, sunt ab appellatiuis descendentia, vt Cain à possessione, Seth à positione, Edon à rubore, Iacob à supplantatione: & tamen omnia sunt propria, quia ad hoc, ꝙ nomẽ sit proprium non requiritur, nisi quòd sit impositum ad significãdum vnam rem solam, & sub ratione speciali, sub qua non significet aliquid alterum, quod in omnibus his inuenitur: vnde etiam interdum ipsum nomẽ appellatiuum effi citur proprium, vt si ponatur ad significãdum vnum hominis, & inuenitur, ꝙ vnus rex Aegypti vocabatur Lapis loquens, & alius rex Cretensis vocabatur Lapis absolutè, & sic dicit Eusebius lib. Chronicorũ, in Cretã regnauit Lapis, & ita Petrus vocauit Cephas Ioan. 2. cap. & tamen Cephas est nomen appellatiuũ signãs

Alph. Tost. super Gen.

caput, & tamen est proprium. Ad tertium dicendũ, ꝙ non est simile de hoc nomine Eua, & de hoc noïe Virago, quia vnũ est proprium, & aliud est cõe, & cũ dicitur, ꝙ in vtroque accipitur rõ, in vno, quia est mater omnium viuentium, in alio, quia est de viro sumpta, conceditur, sed hoc non stat, quia tam propria, q̃ cõia possunt accipi ab aliquibus rationibus, & hoc nõ efficit ea cõia, neque propria, cùm hoc non sit, nisi in eo, ꝙ imponuntur ad significandũ plura, vel ad significandũ vnum. Est autem magna differentia inter ista noïa: prima est, quia in vno dr, & vocabitur virago, quia de viro sumpta est; in alio dr, & vocauit eã Euã, & ideo vnum est nomen impositum ab Adã, alterũ non, sed poterat ita vocari. Secundo, quia dr vocauit nomen vxoris suæ Euam, in alio non dr, & vocauit nomẽ eius Viraginẽ, sed dr; & vocabitur Virago, in quo innuitur, ꝙ vnũ est nomen mulieris, & alterum non. Tertio, quia in sacra scriptura, vbi fit mentio de ista muliere, vocatur Eua, vt supra 4. cap. & in nouo testõ prima Tim. 2. cap. & nunq̃ inuenitur vocari Virago, ergo non est idem de vtroque, sed vnum est, vt cõe, alterum, vt proprium.

Sed quæretur, quare posuit Adã nomen mulieri, & non posuit illud Deus. Dicendum, ꝙ quantũ ad hoc nomẽ Virago fuit causa, quia illud est ad magis ostendendum, ꝙ Adam cognoscebat, de quo esset illa mulier, nam dixerat; hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea, in quo significabat esse a se, & tamẽ, quia istud poterat aliter intelligi, aperuit magis dicẽs, de viro sumpta est, & ad hoc dixit vocabitur Virago, & quia nomẽ istud erat cõsequẽs cũ rõne illa, quã Adã dicebat, debuit ipse imponere nomẽ, & nõ De⁹. Quantum ad aliud nomen. s. Eua põt esse vna rõ, quia Deus cõcessit Adæ imponere noïa quibusdam rebus ad ostendendũ dñiũ suum super illas, sicut fuit de animalibus, & tamẽ Adã habebat aliq̃ præsidentiã super mulierem, ideo fuit cõueniens, ꝙ ad hanc significandum imponeret ei nomen. Secũdo, quia aliter est de impositione noïum appellatiuorum, aliter de impositione propriorum, appellatiua pertinent ad integritatem idiomatis, quia sunt noïa generũ, & specierum, quæ semper manent, & de quibus est sermo apud omnes, quia vniuersalia sunt semper, & vbique; ideo imponere noïa appellatiua ꝑtinet ad auctorẽ idiomatis, & quia Deus dedit idioma, & maximè primũ, quod ꝑ nullũ nisi per ipsum potuit instituĩ, vt supra declaratũ est, debuit ille imponere noïa cõia. De proprijs nõ est sic, quia nõ sunt de integritate idiomatis, cũ non sint rerum permanẽtiũ, & rerũ, q̃ vbique sunt, sed indiuiduorũ, qui solũ alicubi sunt, & aliq̃n, & iõ impositio noïum taliũ rerũ pertinet nõ ad institutorẽ idiomatis, sed ad eos, inter quos accidit esse hmõi indiuidua. Ita fuit de muliere: erat enim ista indiuiduũ quoddã, ideo impositiones eius nõ pertinebãt ad Deũ, sed ad Adã, cũ nullus alius esset, qui fœminam tũc noïare posset; oïa aũt noïa cõia. i. dictiones significatiuas Deus impo suit nõ extra noïando, sed dãdo Adæ in aïa sua cognitionẽ totius idiomatis. i. oïum dictionũ significatiuarũ, & rerũ significatarũ, & modorũ prolationis, & cæterorũ, q̃ ad hoc pertinẽt: pauca aũt noïa per se Deus imposuit, vt nomẽ dici, & noctis, supra 1. cap. cætera in aïa Adæ & Euæ dedit cum cognitione idiomatis. Hoc verũ est, ꝑter noïa aïaliũ ductorũ añ Adã, qa ipse imposuit illis noïa specierũ, q̃ postea habuerũt, & illa deerant ad integritatem idiomatis. Alia causa adhuc potuit sumi ex hoc, Adã imposuit noïa omnibus animalibus ad se ductis, sed Eua ducta fuit per se ad Adã, ideo debuit illi nomen imponere, sed nomina animalium erant cõia, quia erant noïa specierum, nomen autem mulieris fuit propriũ, quia fuit nomen indiuidui.

Quæs. 407. An Virago sit proprium nomen mulieris.

Pulchra dubij solutio.

Quid signat hæc noïa fœmina, mulier, virago.

Quæs. 408. Cur Adã imposuit ei hoc nomen Eua.

Solutiorationum in oppositũ.

Quæs. 409. An hoc nomen Eua sit commune, vel proprium.

Quæs. 410. Cur potẽs Deus non imposuit nomẽ mulieri quãm Adam.

Quæst.411. Verba: Quãobrẽ relinquet homo patrem &c. interpretantur.

Dicitur vlterius supra 2.quam ob rem dimittet hõ, vel relinquet patrem, & matrem, & adhęrebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, ideſt, quia tanta propinquitas est viri ad vxorẽ, aut viri ad mulierem, quia de carne eius sumpta est, dimittet homo patrẽ, & matrẽ; quia maiorẽ proximitatẽ habet ad mulierem q̃ ad patrem & matrem. Et erunt duo in carne vna, i. sicut ambo sunt de carne vna, ita efficietur vna caro. Cùm enim vir & mulier essent vnum. ſ. ante formationem mulieris, quia illa erat in viro, materialiter effecti sunt duo per ablationem costæ: postea ergo cùm sunt duo actu debent inclinari ad vnitatem, quam habuerunt in principio, & hoc est, ꝙ efficiãtur vna caro, quod acęidit per commixtionẽ. Circa hoc erant multa dubia de significatione, & de efficacia horum verborũ. ſ. an sint dicta per Deum, vel per Adam: quia Christus vr dicere, ꝙ Deus ista dixit Matt. 19. cap. & quomodo se habeant ista ad matrimonium, & quæ pertinentia ad matrimonium hìc significentur, de quibus aliquid tactum est supra 2. cap. sub q. 28. & dicetur latius in multis dubijs Matth. 19. cap. Sed adhuc dicitur supra 2. c.

Quæſt.412. Quid est Adã & Euã esse nudos.

erat autem vterque nudus Adam & Eua, & non erubescebant; est autem dubium, quid erat esse nudos Adam & Euam. Dicendũ, ꝙ significat nõ habere vestes, & est intelligendum, quòd tam in sacra scriptura, q̃ in mõ nostro loquẽdi aliquis dr̃ dupliciter nudus: vno mõ, quia nullas vestes habet, alio modo, quia nõ habet sufficientiam ad tegendum corpus. De primo sicut dr̃, ꝙ hõ nascitur nudus, quia tũc nullũ operimẽtum habet: natura. n. vestes non dat, sed substantiam. De secũdo, vt illud Isai. cùm videris nudum operi eũ, & carnem tuam ne despexeris: non enim vocatur ibi nudus, qui nullo operimento tegitur: quia talis inter homines non incederet pp magnam verecundiã: sed quia non habet vestes sufficientes, aut q̃ totũ corpus tegant: & ita accipitur Iacobi 2. cap. si sint soror, & frater nudi. i. non habentes sufficientia tegumenta. De Adam & Eua dr̃, ꝙ erãt nudi. i. ꝙ nulla omnino vestimenta habebant, neque tegumentorum partes, quia Deus sola eis naturalia dederat, vestimenta aũt vltra naturam sunt: & patet, ꝙ non haberent aliqua, quia si aliquid haberent, illud esset maximè ad tegẽdum partes verendas, & tamẽ non habebant tegumentum ali quod pro his; nam cùm peccauerunt, & cęperũt erubescere, fecerũt sibi perizomata, i. succinctoria, quib' tegerẽt verenda, supra 3. cap. ergo prius nihil habebãt, quo aliq̃ partẽ corporis operirent. De nuditate autẽ ista in eis dicendũ, ꝙ nõ erat aliqua priuatio, sed erat negatio, nam priuatio dicit negationem in subiecto apto nato, & ideo vbi est priuatio est potentia, & indigentia. Sic in nobis nuditas est priuatio, quia est nõ habere vestes, quibus indigemus, & quas habere apti sumus: in Adam & Eua non erat priuatio, quia non erat indigentia vestium: melius. n. sine vestibus erãt, q̃ cum illis, sicut in nobis nõ habere vulnera in vultu est pura negatio, & non est priuatio, quia non sumus apti nati hr̃e, licèt hr̃e possimus, nõ tñ illis indigemus.

Quæſt.413. Quare dixit erãt nudi, & non erubescebant.

Considerandũ etiã, ꝙ scriptura non dixit solũ, Adã & Eua erant nudi: sed dixit erant nudi, & non erubescebant; & hoc, quia voluit scriptura ponere aliquid mirandum; & tamen si diceretur solũ erãt nudi, nihil durum erat, neque videbatur incõueniens: primo, qa interdũ & nos nudi sumus, & non sequitur inde malum aliquod. Secundo, quia in nobis vestitum esse fit ad repellenda aeris incommoda; in Paradiso aũt non erat aliquid mali, quia locus erat temperatissimus, & ideo salubris: & sic esse ibi nudos non erat mirabile. Vt autem videretur dictum aliquid durum, dr̃: & nõ erubescebant, quia istud magnũ erat. Sciendum etiã, ꝙ non solùm Adam & Eua erãt nudi, quando ambo erant: sed ẽt Adã, quando solus erat, nudus fuit: nam si vestitus fuisset, qñ solus erat, nõ fuisset nudatus posĩt ea, qñ cũ consortio erat. Nam aliqñ fuit Adã solus, cũ scriptura dicat; nõ est bonũ hoĩem esse solũ, & fuit postea de eo formata mulier: & tñ qñ fuit cũ muliere, fuit nudus, ergo & prius erat nud'. Sed dr̃ qñ vterque erat, & non de solo Adã: quia id, quod scriptura ponit hìc, vt magnũ erat nõ erubescere: sed solus nõ erubescit, quia nemo de se ipso erubescit, de alio aũt erubescit: ideo qñ Adã solus erat, nullũ magnũ erat, ꝙ nudus esset, & non erubesceret: cũ aũt fuerũt ambo, potuerũt de alterutro erubescere, ideo scriptura sacra expressit, ꝙ erat vterque, & non erubescebat. Sed obijcietur, ꝙ qñ Adã erat, & nõ Eua, nõ erat solus, qa erat Deus sępe cũ illo, qui loquebaẽ ei, sicut qñ adduxit aĩalia ad ipsum, & qñ transtulit eũ in Paradisum, & qñ dedit ei mandatũ de nõ comedẽdo de ligno boni scĩæ, boni & mali: & ita Adã poterat erubescere: ideo poterat fieri mẽtio tunc, ꝙ Adã erat nudus, & nõ erubescebat. Aliquis dicet, ꝙ nõ dr̃ de Adã, ꝙ nõ erubescebat tunc, quia de Deo non erubescimus: licèt sciamus præsentẽ esse illũ vbicũque simus, siue nudi, siue vestiti: secus de hoĩb', quorũ cõspectus erubescimus, ideo qñ fuerunt Adam & Eua erat mirabile, qũo non erubescebãt. Dicetur, ꝙ hoc nõ non stat, quia nõ solũ hõ erubescit hoĩem, sed etiã Deũ: si. n. manserit Deꝰ inuisibilis, sicut in natura sua est, & apud nos se habet, non erubescemus eũ, quia sensu non apprehẽdimus eũ, & ideo apud sensum est, ac si Deus nõ esset: & ga erubescere passio q̃dã est in parte sensitiua, nõ possumus erubescere de eo, qđ non sentimus, & quia Deũ non videmus, ac si nõ videamur ab illo: & ita de illo nunq̃ erubescimus. Secus si Deus appareat, vel aliqđ loco eius in figura humana: quia tunc erubescemus cõspectũ eius, velut hoĩs, vel timebimus ita grauiter, ꝙ timor excludat verecũdiã, & faciat non sentiri. Secundo, quia Adã erubuit cõspectũ Dei, supra 3. cap. cũ audiuit vocẽ Dei deãbulãtis in Paradiso ad aurã post meridiẽ, absc̃odit se vterque. i. Adã & Eua, & vocatus Adã vbi esset, dixit, ꝙ se absconderat, quia nudus erat, ergo erubescebat Adã Deum videre, aut à Deo videri nudus existens. Dicendum, ꝙ scriptura dixit, quòd Adam & Eua nudi erant, & non erubescebant, & nõ dixit de Adam ante formationem, primo, quia voluit ponere rem magnam, scilicet non erubescere de nuditate, ideo posuit in eo, quod maius erat, maius autẽ erat, ꝙ vir, & vxor nõ erubescerent nudi, quàm quòd vir ante formationem mulieris nõ erubesceret de nuditate; nam si de Deo homo nudus erubescebat, maiorem causam ruboris habebat post formationẽ mulieris, quia erubesceret vnus de altero, & vterque de Deo: cùm autem solus Adam esset, erubesceret de solo Deo, debuit dicere, quòd non erubescebãt Adã & Eua nudi existentes, quia hoc maius erat. Secũdo dictũ est, quia an de Deo homo nudus erubescat, non est notũ hoĩbus, quia nos Deũ non vidimus, vt hoc experiamur: sed certum est, ꝙ quilibet nudus existẽs erubescit cõspectũ alterius hoĩs: vt igitur pro magno haberetur istud, voluit scriptura dicere de eo, qđ certũ erat. Tertio, quia Adã & Eua erant semper simul, vt vir & vxor, Deus autẽ nõ erat semper cum eis post formationẽ mulieris, aut cum Adã ante formationẽ fęminæ, ideo minus erubescẽdũ erat, ẽt si de Deo erubescerẽt, q̃ vir de muliere, vel ecõtrario. Quarto, qa potterat dici, ꝙ fortè Deus non apparebat Adæ in figura corporali, quando non erat formata mulier: sed per intellectualem impressionem, aut per somnium hoc fiebat, cùm ei præceptum dabat, aut aliquid ostendebat, sicut in prophetis; & in talibus nemo potest erubescere nudus existens, cùm non sit ibi aliquis conspe-

conspectus. Secus inter virum, & mulierem, quia vterque conspicit alterius nuditatem: cùm autem post peccatum apparuit Deus, & abscondit se Adam, secus erat: quia ibi facta est apparitio sensibilis: nam primũ audita est vox, deinde apparuit Deus, ideo poterat erubescere Adam & Eua.

Quæſt.414. Cùm Adã & Eua nudi essent, quomodo non erubescebant.

Quæretur, cùm Adam, & Eua nudi essent, quomodo non erubescebant. Aliqui dicunt, quòd istud fuit, quia habebant velamentum capillorum, operiẽtium totum corpus, & ita non habebant quomodo erubescerent: & causa huius est, quia cùm Deus nõ dedisset eis vestes, quæ sunt naturales, dedit eis pilos, qui operirent totum corpus. Sed dicendum, quòd hoc non stat, primo quia non conueniebat naturæ humanæ: nam ex conditione speciei accidit quædam animalia pilosa, & quædam non, & quædam multum pilosa, alia verò parum pilosa: hominibus autem secundum naturam conuenit non esse animalia pilosa, nisi principaliter in capite: vt dicit Aristoteles libro 2. de animalibus: & tamen Deus in naturæ institutione non turbaret eam ab eo, quod semper est, ideo non faceret homines ita pilosos, quòd possent operiri tota eorum corpora pilis, ita vt non erubescerent. Secũdo, quia vltra pulchritudinem spiritualem animę, in qua est tota naturæ dignitas, est pulchritudo in corpore hominis, ista autem pulchritudo minueretur operta pilis, ideo non operiret Deus corpora tota illorum primorum parentum pilis. Tertiò, quia hoc est contra sacram scripturam, & repugnat expresse ei, quod quæritur; nam si erant Adam, & Eua operti pilis, aut capillis, ita vt non erubescerent, quomodo dicerentur nudi, qui operti essent tam sufficienter, sicut vestibus? & tamen vocat scriptura eos nudos. Quarto, quia dato, quòd nullam vestem haberent, si capillatura illa sufficiebat ad hoc, quòd non erubescerent, non poneretur pro magno. vel speciali quòd nudi erant, & nõ erubescebant talem capillaturam operientem. Quinto, quia quando Adam, & Eua peccauerunt, erubuerunt de nuditate sua, & fecerunt sibi perizomata, ideſt succinctoria, quæ operirent partes genitales; & tamen si habuissent talem capillaturam, non erubuissent: neque opus esset fieri succinctoria: quia capillatura omnia operiret. ergo non habebant aliquam capillaturam. Sexto, quia quando Deus expulit Adam & Euam de Paradiso ipso die quo peccauerunt, fecit eis tunicas pelliceas, supra 3. cap. si tamen habuissent capillaturam sufficientem, qua omnia operirent, sicut habent pecora, non fuissent necesse tunicæ pelliceæ. ergo non fuit in eis talis capillatura, & ita non fuit ista causa, quare non erubescebant.

Quæſt.415. Alijs opinio de erubescentia Adæ & Euæ rejicit.

Alij dicunt, ꝙ hoc proueniebat, quia Adam & Eua erant tunc sicut paruuli, qui propter nescire causam innatam de nulla re confunduntur, & ita nuditatem suam non erubescunt, Adam autem & Eua tales existentes non erubescebant, se nudos esse: hoc enim vult Iosephus libro 1. antiquitatum dicens: quòd gustatio illius ligni acuebat ingeniũ, & accelerabat vsũ rationis: & ita Adam & Eua prius nõ scire se esse nudos pro ignorantia rerum, tunc verò confortati in intellectu per gustum illius ligni agnouerunt nuditatẽ. Sed dicendum, quòd hoc non stat: primo, quia lignũ non habebat talem vim, vt scientiam daret, & potissimum eo modo, scilicet, vt statim illo gustato cognoscerentur homines: & prius non essent intelligentes, de hoc magis supra dictum est. Secundo, quia nõ est verum, quòd Adam & Eua essent prius sicut paruuli non intelligentes: quia Deus opere diuino, & non naturaliter produxit Adam & Euam: & tamen omnia opera Dei sunt perfecta, Deuter. 32. cap. perfectio autem in humana specie maximè attenditur secundũ intellectum, ergo rationem perfectam habebant. Tertio, quia Deus fecit in his duobus primis hominibus contra consuetudinem: nam cæteri nascuntur imperfecti secundum corpus, & paruuli, Adam autẽ & Eua formati sunt perfecti, secũdùm corpus in ætate virili, & robore, ita vt postea non creuerint in magnitudine; ergo similiter redderet eos perfectos, secundùm intellectum, cùm ibi sit simpliciter perfectio humana; aliàs essent duo inconuenientia, primum, ꝙ Deus perficeret hominem in eo, quod minus erat, & in eo, quòd erat maximum, non perficeret, sed imperfectum relinqueret, quod erat contra rationem, & ordinem, scilicet magis attendere agẽtem ad id, quod minus est, cùm vtrumque possit; secũdum est, quòd illi homines opere diuino formati essent minus perfecti in intellectu, quàm homines, qui secundùm naturam producuntur, quando veniunt ad illam perfectionem corporis, quàm Deus dedit illis hominibus. Quarto, quia Adam & Eua intelligebant alia difficiliora, quàm agnoscere se nudos esse, ergo & sciebant se esse nudos, ideſt non habere vestes, & ita non veniebat ex ignorantia. Quinto, quia lex nõ datur nisi habentibus vsum completum rationis, sed lex de comedendo, & non comedendo data fuit Adæ & Euæ, ergo habebant vsum rationis nunc.

Sexto, quia si nõ haberent vsum rationis, non possent peccare: & tamen Adam & Eua peccauerunt. ergo antequàm peccarent habebant vsum rationis, & ita poterant cognoscere, an essent nudi, ideſt sine vestibus. Septimo apparet specialiter in Eua, quia cũ eam tentaret diabolus in serpente, respondebat illa id, quod pertinebat ad habentem perfectum vsum rationis. Nam distinxit illa de mandato Dei, & de lignis vetitis, & lignis concessis, & concupiuit fieri sapientem, sicut Deus est: sed hoc non sunt in non habente vsum perfectum rationis, ideo habebat illum. Octauo autẽ apparet in Adam, quia ante omnia hęc Adam imposuerat nomina omnibus animalibus: & tamen hoc non fit sine magno intellectu, ergo erat tàm Adam quàm Eua ratione vtens, vnde non poterant ignorare, se non habere vestes. Dicendum, ꝙ Adam & Eua non erubescebant, licèt nudi essent: & non erat petenda causa, quare nõ erubescerẽt, immo erat petenda, quare erubescerẽt, aut quomodo, cùm hoc potius esset contra rationem. Primo, quia erubescere passio est, & non sine pœna magna: & tamen in Adam & Eua nõ debuit esse pœna ante peccatum, ergo nõ debebant erubescere antequàm peccarent. Secũdo, quia erubescere est de aliquo turpi, vel quod turpe putatur: & tamẽ ante peccatum nihil erat turpe: non enim erat aliquid prius nisi naturale, & quod Deus fecerat: sed nihil factum a Deo est turpe, & immundum, sicut vox dixit ad Petrum, quòd non vocaret immunda, & communia ea, quæ Deus sanctificauerat: Act. 11. cap. ergo non erat aliquid in corporibus Adæ & Euæ, de quo erubescerẽt. Tertio apparet, quia nuditas non erat aliquod malum in se: nam non erat priuatio, sed negatio: si enim priuatio esset, diceret indigentiam: & tamẽ non erat indigentia aliqua vestium ante peccatum: quia si indigentia esset, dedisset Deus vestes, cùm ipse nihil imperfectũ faciat: & tamẽ non dedit vestes, nisi post peccatũ, ideo nuditas nõ erat malũ. Quarto, quia erubescere, & nuditas nõ veniũt ex natura, sed in pœnã pro peccato, cũ hõ non peccaret, nõ erat aliqđ de quo erubesceret: ideo neq; habebat aliquid, quod tegeret. Cùm verò peccauit homo, dedit ei Deus in pœnam, quòd de aliquo erubesceret, & cùm erubuit, cognouit se esse nudum; consequũtur enim se ista, scilicet erubescere, & nudũ esse, & est prius erubescere: nam qui de nullo erubescit,

Quæſt.416. Debet potius dubitari cur erubescebant.

Universidad de Navarra Biblioteca

bescit, non habet quid tegat: & ideo neque vestibus indiget, quod est nudum esse, qui autem erubescit opus habet, vt tegat id, de quo erubescit: & si vestes non habet, quibus tegat, malum habet, & hoc est, esse istud significauit Dñus, supra 3. cap. cùm dixit Adam, Quis dixit tibi, quòd nudus esses, nisi quòd de ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes comedisti: & ita innuit, quòd nuditas nihil erat secundùm naturã, neque erat aliquid, quod præcesserat in homine, sed fuit pœna secuta ad peccatum, scilicet, quia homo co medit de eo, quod vetitum erat, secuta fuit in eo nuditas, idest vestium indigentia ad operiendum id, quod turpe videri factum est ex pœna à Deo inflicta. Et ita dicendum, quòd Adam, & Eua nudi erant, & nõ erubescebant, quia cõditio naturæ erat, vt non erubescerent, cùm nihil erubescendum haberent, sicut de oculis, & vultu non operto non erubescimus, quia nihil erubescendum ibi est. Immo cùm inceperunt erubescere de eo, de quo prius non erubescebant, quæri debuit, propter quid erubescebant, quasi esset aliquid contra naturam erubescere; sicut si quis nũc incipiat erubescere de oculis, vel de manibus, oportet quęri causam, quare erubescat, quasi contra naturam hoc existente. Et verum erat, quia non fiet, nisi aliquid turpe, vel ignominiosum in his sibi accidat. Quòd verò paruuli nunc de nullo erubescant, est contra naturam, idest communem consuetudinem, quia in tota humana specie factum est aliquid turpe, aut indecens ad hoc, quòd videatur, & ideo cõmune est omnibus nobis de quibusdam partibus corporis erubescere: vnde & eas vulgato latinitatis sermone verenda, aut pudenda appellamus; in pueris autem non est erubescere, non quasi non sit eadem natura, quæ in nobis, cùm filij nostri sint, & attingat eos eadem pœna diuinitus inflicta, quæ & nos: sed quia non habent plenam cognitionem, non possunt erubescere, quia non est erubescere, nisi eorum, qui aliquid in seipsis turpe putant.

Quæst. 417. Cur sacra scriptura non tacuit nuditatẽ, & erubescentiam.

Quęretur, quare sacra scriptura expressit, quòd erãt Adam, & Eua nudi, & non erubescebant: nam dato, quòd ita fuisset, tacuisset illud, sicut & multa alia tacet, quæ fuerunt, nisi aliqua motiua causa esset, quare illud exprimeret: & ita est generaliter de omnibus, quæ scriptura exprimit: nam cũ plurima taceat, causa specialis est inuenienda de quolibet, quod exprimitur. Dicendum igitur, quòd prima causa est ad significandum fœlicem conditionem illius status ante peccatum, scilicet, quòd homines non habebant vestes, neque tamen illis indigebant, quia potissimum est pro quo vestes habemus, vt pudenda nostri corporis tegamus, & tamen tunc nõ erat pudendum aliquod, ideo neque vestes. Secunda, vt innuatur, quæ mala pro peccato acciderint: nã inter cætera aduenit erubescere, quod est pœna grauis: & accidit indigentia vestium, in quo est magna miseria: quia vna pars miseræ occupationis nostræ est vestes quærere: ante peccatum autem non esset ista occupatio quærendarum vestium. Tertia est, & potissima, vt reddat causam eorum, quæ postea scriptura refert: nam apud sapientes scribentes talis debet esse contextus eorum, quæ scribuntur, vt causa vnius aperiatur ex altero, & nihil extra petatur, quòd causa sit eorum, quæ scribuntur: sed postea dixit scriptura, quòd comederunt Eua, & Adam de ligno vetito; cùmque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata: & tamẽ aliquis diceret, quomodo se cognouerunt nudos: quia putaretur, quòd erant vestiti iuxta consuetudinem nostrã: ideo præponitur ante peccatum, quod erant: & vtrumque positum est, quòd nudi erant, & q̃ non erubescebãt: quia vtrumque erat necessarium ad tollendum dubium primum, vt dictũ est, quia putaretur prius fuisse homines ab initio vestitos, sicut & nunc sunt. Secundum, quia si præsupponeretur, quòd erãt nudi prius, quid opus erat, quod postea se operirent: & ad hoc redditur ratio, cùm dicitur, & non erubescebant: ac si dicatur prius erant nudi, & de nuditate nõ erubescebant, ideo operimenta non quærebant: post peccatum autem cępit erubescentia nuditatis, ideo quæsierunt tegumenta, & ita consuerunt sibi folia ficus facientes perizomata. Quarta est, vt detur ratio alterius, quod postea ponitur supra 3. cap. scilicet, q̃ quãdo Deus emisit Adam, & Euam de Paradiso, dedit eis tunicas pelliceas, & ita apparebat, quòd prius vestes non haberent: nam si prius haberent non oporteret alias vestes fieri, sed easdem, quas habebant, efferrent: vt ergo appareat causa factarum de nouo tunicarum pellicearum, dicitur, quòd erant nudi. Post hoc supra 3. cap. agitur de tentatione, & peccato primorum parentũ: & quia tentatio fuit causa peccati, agendum est primo de tentatione, vbi considerari primo poterat de tentatione secundùm se quid ipsa sit, & de modis eius, & de eis, quæ illi accidunt inquantum tentatio est: sed quia de his late loquimur Matth. 4. cap. vbi de tẽtatione Christi agitur, nihil tangetur hic, nisi quod specialiter ad istam tentationem pertinet: & primum de tentatione, in quo dubitatur, quis fuit tentator. Aliqui dicũt, quòd serpens, quia dicitur supra 3. cap. Sed & serpens erat calidior cunctis animantibus terræ, qui dixit ad mulierem &c. sed verba illius sunt ipsa tentatio. Secundo, quia ista tentatio non fuit aliud, nisi seducendo mulierem mouere eam ad id, quod malum erat, serpens tamen fecit hoc, quia ita dixit mulier, serpens decepit me: ergo serpens tentauit mulierem. Tertio, quia dixit serpenti; Cur fecisti hoc? & intulit ei pœnam: ergo ipse fuit tentator, quia aliàs esset immunis à pœna. Dicendum, quòd tentator fuit diabolus, & nõ serpens. Primo, quia tentator erat ratione vtens, serpens autem non erat ratione vtens: quia est brutum, ergo non fuit tentator. Secundo, quia tentator fuit sapiẽtior quàm Eua: nam seduxit eam, sicut ipsa testata est: & tamen serpens dato, quòd haberet astutiã, non poterat esse sapientior, quàm homo; cùm omne animal sit infra hominem: ergo non fuit serpens tentator, sed aliquid alterum. Tertio, quia serpens non habebat aliquam causam nocendi hominem: fuit autem tentatio ista cum animo nocendi, ideo nõ fuit serpens tentator. Sed cùm serpens non potuerit esse tentator, quis fuit tentator? Dicendum, quòd diabolus: necesse enim erat, quòd tentator esset ratione vtens, quia locutus est, & intelligebat: & tamẽ hoc nõ competit nisi Deo, angelo, dæmoni, & homini: homo autem non fuit tentator, quia non erãt tũc alij homines, sed soli Adam, & Eua: non fuit etiam Deus, quia Deus neminem tentat: sic dicitur Iacob 1. cap. Nemo cùm tentatur dicat q̃ à Deo tentatur: ip se enim neminem tentat. Et si aliquando dicatur Deus tentare, sicut infra 22. cap. dicitur; tentauit Abraham: illa tentatio non terminatur in malo, sed in bono, & est ad manifestandum virtutem alicuius; & tamen ista tentatio in malo finita est: ideo nõ fuit à Deo. Etiam non est ab angelo, quia angeli omnes sunt boni, & in caritate, & nulli malum procurant, potissimè malum culpæ: sed hoc fuit procuratum homini malum: ideo non factum est per angelum: relinquitur autem solus dæmon: ideo ipse est, qui nunc tentaret.

Quæst. 418. Quis fuerit tẽtator primorum parentum.

Secundo patet, quia ille, qui tentauit Euam mentitus est, dicens: Eritis sicut dij, & tamen mentiri non competit alicui, nisi dæmoni: quia Deus non mentitur,

mentitur, quia fidelis est, & se ipsum negare non potest. Angelus quoque non mentitur, quia beatus est: homo autem non erat, qui mentiri posset, ideo solus diabolus est, qui tentare posset, & mentiri. Tertio patet, quia Sapien. 2. dicitur, Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum: constat tamen, quòd per istud peccatum primum intrauit mors, ad Ro. 5. cap. ergo istud peccatũ fuit procuratũ per diabolũ, & ita ipse fuit tentator. Quarto, quia de diabolo dixit Christus Ioan. 8. cap. Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perficere: ille homicida erat ab initio: & hoc non potest intelligi, nisi de prima morte: quia aliàs non esset ipse ab initio homicida: ergo ipse fuit, qui procurauit primam mortem: ista autem fuit obligatio ad moriẽdum propter peccatum Adę, ergo ille procurauit hoc peccatum, & ita ipse fuit tentator; & hoc consonat cum eo, quòd dicitur Sapien. 2. cap. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarũ. Quinto patet, quia ibidem Ioan. 8. dicitur de diabolo, Ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, & veritas in eo non est, cùm loquitur mendacium, de proprijs loquitur: quia mendax est, & pater eius, idest pater mendacij: quia ita Christus asseruit diabolum esse patrem mendacij: vnde necesse est, quòd ab eo sit mendacium, tanquam à primo: sed in tentatione illa fuit primum mẽdacium, cùm dictum est: Eritis sicut dij: ergo diabolus istud dixit: sed istud dictum est a tentatore: ergo diabolus fuit, qui tentauit. Sexto, quia tentare est officium diaboli, quasi ei soli competens, ergo ipse est, qui nunc tentauit Euam: patet hoc, quia dicitur Matth. 4. Et accedens tẽtator dixit ei, &c. tentatorem diabolum vocat, sed tentator significat officium, ergo officium tentãdi est diaboli, quia aliàs non vocaret eum absolute tentatorem: & Apostolus dicit, Cauete ne vos tẽtauerit is, qui tentat, idest cuius officium est tentare: diabolus ergo tentaret Euam. Ad rationes in contrarium similiter dicendũ, quòd ille non conuincunt serpentem fuisse tentatorem, sed per ipsum tanquàm per instrumentum factam fuisse a diabolo tentationem: sed de ijs magis tangetur in prosecutione huius tentationis.

Quæst. 419. Cur diabolus tẽtauit hoiem.

Quæretur, cùm diabolus tẽtauerit hominẽ, quare tentauit? Aliqui dicunt, quòd iubente Deo tentauit hominem; nam ita facit multa alia Deus per dæmones, iuxta illud Psal. 75. misit in eos iram indignationis suæ, immissiones per angelos malos: etiam sancti viri iubent aliquid dæmonibus facere, sicut Paulus iussit dæmoni, vt arriperet Corinthium, scilicet tradidit eũ Satanæ ad interitum carnis. primo Corinth. 5. cap. Dicendum, quòd diabolus non tentauit Euam iubente Deo: quia tunc non daret pœnam pro tentatione, cũ esset obediens: & tamen pœnam intulit tentatori, ergo non egit iussus à Deo. Cùm autem dicitur, q̃ diabolus facit mala iubente Deo, dicendũ quòd quædam sunt mala pœnæ, alia mala culpæ: malum pœnæ non est simpliciter malum, cùm sit bonũ inferri, inquantum iustè infertur, sicut quando pœna irrogatur per legem: malum autem culpæ est simpliciter malum. De primo dicendum, quòd interdum Deus iubet dæmonibus illud inferre, interdũ permittit: malum autem culpę permittit Deus, idest non euitat cũ possit: sed sicut non præcipit alicui peccare: immo vetat, ita neque præcipit occasionem dare ad peccandum; vnde Deus non iubet dæmoni, quòd aliquem tentet. Dicendum ergo, quòd diabolus tentauit hominẽ pp inuidiã: finis aũt, & intentio diaboli fuit inducere hoiem ad peccandum, & ad hoc motus fuit ex inuidia. Sic dicitur Sapien. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum. introitus mortis fuit per illum peccatum, ad Rom. 5. cap. ergo propter inuidiã tẽtauit. Secundo patet, quia id asserit Magister li. 2. Sen. dist. 21. scilicet, Vidēs autem diabolus hominem per obedientiæ humilitatẽ posse ascendere, vnde ipse per superbiam corruerat, inuidit ei. Hoc præsuppositio dicendum', quòd non erat opus diabolo mandari, quòd hominem tentet, vel aliquod malum ei faciat: quia ipse de se promptus est inferre quęcunque mala nisi prohibeatur: & si interdum non infert mala hoĩ, hoc ideo est, quia Deus non permittit; sola autem permissione opus est, quia diabolus semper habet volũtatem cùm semper inuideat, & peccatum eius, & iniquitas nunquàm cesset: potestatem quoque, quia nõ est potestas sub cęlo, quæ comparetur ei, Iob 41. cap. & ideo sæpe inuenimus dæmones rogare Deum, vt vt permittat eis nocere hoĩbus: sicut patet Iob 1. cap. vbi Satan incitauit Deum semel contra Iob. & 2. cap. iterũ incitauit. Etiã cũ Christus eijceret dæmones de arreptitijs, rogauerunt eum, vt non eijceret eos de regione: & quando aliud non concedebat eis Christus, rogauerunt eum, vt concederet eis intrare in porcos, quod & Christus cõcessit; Matt. 8. & Marc. 5. & Luc. 8. cap. Ita autẽ de tentatione esset, quòd non erat opus iuberi dæmoni, quòd tentaret hominem, sed solùm permitti a Deo, quia inuidia dęmonis satis stimulabat eum ad hoc agendum.

Quæst. 420. An diabolus tentauerit primos parentes ex inuidia.

Sed obijcietur, quòd diabolus non tentaret hominem ex inuidia, quia pertinet ad minores respectu maiorum: sed homo est minor dæmone, ideo non poterat ei inuidere. Patet hoc, quia Iob 5. cap. dicitur: Paruulum occidit inuidia, idest homo paruulus in bonis occiditur ab inuidia, quia conspicit omnes alios maiores se, & inuidet illis. Dicendum, quòd verè diabolus inuidit homini, cũ scriptura dicat; Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum; inuidus autẽ fuit, quia conspexit, quòd homo poterat ascẽdere ad illum gradum, de quo ipse deciderat: & ita efficeret minor eo, qui prius erat maior in gradu: & nunc etiã maior erat secundùm naturam; ita dicit Magister 21. dist. lib. 2. Videns diabolus hominem per obedientiæ humilitatem posse ascendere, vnde ipse per superbiam deciderat, inuidit ei, & qui prius per superbiam fuerat diabolus, idest deorsum lapsus, zelo inuidiæ factus est Satan, idest aduersarius. Et quia diabolus inuidebat homini, sequebantur ex hoc duo, scilicet, q̃ placeret ei de malo eius, & displiceret de bono illius, & ad vtrumque stimularetur ex concepta inuidia. Tentatio autem ista poterat esse ad vnum istorũ duorum: nam incitabat hominem ad peccandum, quia per peccatum homini accideret vtrumque istorum, aut alterum: poterat enim esse ad inferendum malum, inquantum inuido placet malum eius, cui inuidet: & ita diabolus deducendo hominem ad peccatum faceret, quòd Deus puniret eum, sicut puniuit, de quo ille gauderet. Quod verò diabolus cuperet nocere homini, patet quia Magister dicit lib. 2. distin. 21. Et quia illi per violentiam nocere non poterat, ad fraudem se conuertit, vt dolo hominem supplantaret, quem virtute superare non poterat. Etiam poterat alterum intendere diabolus, scilicet, vt homo non haberet bonum, de quo ipse dolebat, & fiebat directè per istam tentationem: quia cùm homo peccaret, priuaretur bono, quod habebat: & non haberet illud, quod habere poterat: non enim inuidebat diabolus homini, quòd in Paradiso terrestri maneret: quia illud pertinebat ad bonum quoddam corporale; omne autem tale est infra dignitatem spiritualem: sed id, de quo inuidebat, erat, quia homo poterat beatificari spiritualiter per diuinam visionem, qua diabolus poterat participare, & non participauit: quia deiectus est per superbiam: cùm autem ascenderet

homo ad talem gradū efficiebatur maior, quàm nūc esset diabolus, ideo dolebat, q̄ ad tale bonum ascenderet; hoc autem impediebatur per peccatum: quia non daret illud Deus homini peccāti, sicut & diabolo peccāti nō cōcessit illud: ideo conueniebat intentioni dæmonis tentare hominem ad hoc, q̄ peccaret. Et licèt dæmon vtrūque velle posset: potius tū est dicendū, q̄ doluit de bono hominis, q̄ voluerit ei malum inferre: & rō est, quia velle malū inferre est hostis, & eius quòdit: velle aūt, q̄ bonū non habeat est proprium inuidentis: differunt autem odisse, & inuidere: odientis, vel hostis est per se, vel directè malū inferre, velle aūt, q̄ hostis, aut is, quē odit, quis nō habeat bonum, est per accidens, inquantum odio miscetur inuidia, vel inquantum efficietur difficilius inferre malum ei, qui potēr efficitur: & tamē hostis nō vult nisi malum inferre: inuidens aūt nō vult per se, nisi vt is, cui inuidet, bonum non assequatur, vel excellentiam. Quòd autem velit ei inferre malum, nō est nisi per accidens, s. inquantum inuidiæ miscetur odiū, vel inquantum inferendo ei malū, minuitur bonum, vel excellētia eius: & hoc est, qđ vult q̄ inuidet, q̄ nō habeat bonum, vel excellentiā is, cui inuidet: diabolus aūt incepit cōtra hominē nō vt hostis, sed vt inuidens; ideo potius voluit facere per tentationē, quòd homo non assequeretur beatitudinem, q̄ q̄ incurreret in pœnas. Ad rationem in cōtrarium dicendum, q̄ diabolus maior est homine s̄m naturam: sed non est maior absolutè: quia pōt homo effici maior per gratiam, quàm diabolus sit per naturā, & illud est qū fuerit beatus, & quātum ad istā maioritatē inuidebat diabolus hoī: nam putabat eum futurum esse superiorem, si illuc ascenderet, vnde ipse descenderat, vel potius quò ipse per superbiam ascendere non potuerat: quia tamen inuidia præsens exigebat, vt diabolus iam hoīem putaret esse maiorē, dicendum, q̄ ita erat: quia licet homo nondum effectus fuerat beatus, quia tamē erat paratus ad hoc eo ipso diabolus putabat eū se maiorē, quia ad illud erat, quod in diabolo erat iam impossibile. Sed objicietur, q̄ non posset stare, quia diabolus erat superbus, & ita non posset se minorē homine existimare, cū superbus efferat se vltra id, quod est. Dici pōt vno modo, q̄ superbia non est in æstimatione excellentiæ, sed in appetitu: & ita aliquis pōt se æstimare paruum, qui tñ magna cupit, & erit verè superbus; ita igitur diabolus poterat se maiorē æstimare hoīem, & tamē superbus esset, quia magna cuperet. Alio modo pōt dici, q̄ æstimatio excellētiæ pertinet ad superbum, non per se, sed inquantum existimat se dignum esse maioribus bonis, quàm habeat: esse aūt dignum, excellentia quædam est, in qua superbus mētitur: quia cū non sit dignus, se dignum existimat: & accidit ista existimatio excellentiæ ex quadam exc̄catione mentis proueniente ex appetitu excellentiæ; sicut qui vehementer amat aliquam rem; exc̄catur circa eam, vt dicat illam valde bonam, etsi non sit: & ita in superbis tam vehemens est excellentiæ desiderium, q̄ se illa excellentia dignos iudicant. Et tamen adhuc isto modo non est conueniens aliquem valde superbum æstimare se alio minorē in quibusdam: & & tamen in alijs iudicat se maiorem propter multa digna honore, vel excellentiam aliam, quam sibi inesse iudicat, & hoc modo ex superbia nascitur inuidia: quia cùm velit superbus habere excellentiam, non vult, quòd alij habeant: quia si haberent, iam non ipse esset excellens: & ita ferè in omni superbo est inuidia, licèt non est superbia in omni inuido: & ita dicit Augustinus lib. 11. super Gen. ad literam; Amando quisque excellentiam suam, vel paribus inuidet, q̄ ci adęquentur, vel inferioribus, ne sibi exc̄quentur, vel superioribus, q̄ eis non coæquetur.

Solutio rationis i opposito.

Quæritur, cùm diabolus tentaturus esset mulierē, quare tentauit in aliquo corporali apparente, & non tentauit interius, quia & hoc diabolus poterat. Dicendum, quòd certum est tentationem duplicem esse, quandam interiorem, aliā exteriorem, & tentatio exterior fit ab homine, vel ab eo, qui loquitur, licèt tā in verbo, quàm in signo fieri potest, vt ad peccandū declinemus, & hæc vocatur tentatio semper ab hoste, quia à diabolo ista procuratur. Inuisibilis tentatio est, quando inuisibiliter nobis malum suggeritur intrinsecus: hæc tentatio aliquando fit ab hoste, aliquando à carne, vt Magister dicit lib. 2. dist. 21. Secundo patet, quia scriptura sacra hæc asserit Act. 5. cap. vbi Petrus dixit: Anania cur tentauit Sathanas cor tuum mentiri te Spiritui sancto? Et ita tentatio in solo corde fuit, ergo non visibiliter facta. Tertio, quia Apostolus ad Ephe. 6. cap. vbi distinguit tentationem carnis à tentatione dæmonis dicit: Non est nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus: concluſit esse colluctationes contra nequitias spirituales, idest dæmones: & ita spiritualiter, & inuisibiliter tentationem fieri dixit: talem igitur potuit Satanas facere contra hominem, quare ergo non fecit? Dici potest primo, quòd fuit, vt homo cognosceret se tentari: nunquam enim tentatio facta fuerat homini, neque sciebat ipse, quid erat tentatio: si autem fieret tentatio spiritualiter, non agnosceret an tentaretur: ideo vt posset videri, & agnosci, debuit fieri exterius. Secundo fuit, quia Deus non permisit sic fieri tentationem. Nam vt ait Augustinus libro 11. super Gen. quædam concessit Deus dæmoni in tentatione, & alia non. Vnde fecit dæmon non quicquid voluit, sed quicquid permissum est. Causa prima quare non permissa est tentatio interior, fuit, quia interior est maior, quàm exterior: Deus autem licèt permitteret hominem tentari, noluit permittere eum tentari forti tentationi, sed leui; quia adhuc rudis erat homo in exercitio tentationum, & sic debuit incipere à minoribus: quòd verò interior tentatio sit fortior, dicit illud Magister lib. 2. dist. 21. scilicet, Homo igitur, qui sola exteriori tentatione pulsatus cecidit, tanto grauius plectendus erat, quanto leuiori impulsu fuerat prostratus. Secundo patet, quia tentatio exterior, quia est ab intrinseco, videtur esse tentatio, sed interior non apparet tentatio, quia est quasi à se ipso: & quanto tentatio est minus distincta à tentato, tanto est grauior: sicut est in tentatione carnis, vbi idem videtur esse tentans & tentatus: & illa iudicatur grauior. Sic dicit Magister lib. 2. distin. 11. scilicet, Tētatio autem carnis interior difficilius vincitur: quia interius oppugnans de nostro contra nos roboratur. Tertio, quia tentatio interior quanto minus cognoscitur, minus cauetur, & ideo difficilius ei repugnatur: exterior autem, quia cognoscitur, potest vitari: ideo fuit conueniens, quòd non permitteret Deus fieri tētationem interiorem contra hominem, sed exteriorem solùm. Quęretur, dato quòd exterius in aliquo visibili tentare debuit, quare non assumpsit aliquod aliud animal, vel aliam figuram, & quare non humanam. Dicendum, q̄ diabolus non potuit tentare in sola sua natura, quia est inuisibilis, & ita inuisibiliter tentaret, sicut nos: sed oportuit, quòd alienam formam assumeret, vt visibilis fieret tentator. Sed dicendum, q̄ nō debuit formam humanam assumere. Primo, quia hoc magnam suspitionem induceret, & non procederet tentatio. Nam Eua sciebat, q̄ nō erāt nisi duo hoīes ipsa, & Adā: cùm ergo videretur alium miraretur, & expauesceret, & fortè non audiret verba illius, sed recurrisset ad virum suū, cui tradita erat. Secundo, quia in tali forma apparebat Deus: nā Deus loquebatur aliquando cum Adam in figura corporali, idest Angelus loco Dei, qui vocabatur Deus, vt supra 3. cap. post peccatum audiuit vocem Dei ambulātis in Paradiso ad aurā post Meridiem: & ita in figura corporali apparebat, quia aliàs nō ambularet, neque audiretur vox eius, & figura illa etat humana, quia nō fit visio loco Dei in figura alterius animalis: non autē fuit cōueniens, vt in eadem figura appareret Deus, & diabolus tentator. Tertio, quia si in humana figura appareret, poterat mulier putare, q̄ erat Deus, qui in tali figura solitus erat apparere, & crederet verbis eius, & sic non peccaret, neque esset tentatio, sed seductio sola. Quarto, quia non conueniebat hoc diabolo, quia ille volebat putari nō esse Deus, cū de Deo loquereт in tertia persona, s. cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno Paradisi: ideo nō debuit apparere in figura, in qua Deus. Quinto, vt nō fieret homini odiosa propria species; nam diabolus tentauit hominem in serpente, & factus est inde serpens odiosus homini, sicut nūc est toti generi humano; nam Deus dixit in pœnam huius seductionis, Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuū & semen illius: erat tamen inconueniens, q̄ homini si esset propria natura odiosa, sed hoc esset q̄ se ipsum odisset, ideo non debuit concedi a Deo, q̄ diabolus in figura humana tentaret.

Quæs. 425. Cur diabolus tētauit mulierem in corporali apparente.

Sed objicietur, q̄ diabolus in humana forma apparere potuit, quia aliquando tentat nos diabolus, & apparet in figura humana, sicut sæpe legitur in actibus sanctorum, ergo & tunc potuit sic tentare. Secundo objicitur, q̄ potuit apparere in figura angeli boni: nā ita sæpe apparet, sicut dī 2. Cor. 10. ca. s. nam & Satanas transfigurat se in angelum lucis. Tertio objicitur, q̄ potuit in propria figura apparere, sicut aliquādo facit. Dicendum circa primum, q̄ non debuit apparere in humana forma propter causas dictas, maximè quia efficeretur nobis propria species odiosa, quod est valde inconueniens. Sed objicietur, q̄ non sequeretur, quia sæpe diabolus tentat, vel fallit aliquos apparens in humana specie: & tamē nō efficitur nobis humana species odiosa, neque ēt illi, qui a diabolo in tali figura fallitur. Dicendum, q̄ non debuit apparere in hac figura: quia verè sequeretur nobis eam fieri odiosam, & quando arguitur de apparitionibus, & tētationibus nostris, dicendum, q̄ non est simile, quia sicut nō fuit simile de peccato illo, & peccato nostro; ita non est simile de tentatione illa, & tentatione nostra. Nam illud peccatum fuit causa omnium peccatorum, q̄ pro illo peccato omnes nos nascimur in culpa originali, licèt nihil mali comiserimus: & tamen de peccatis nostris non est sic, quia pro peccato patris nō sequitur aliquod peccatum in filio, aut posteris. Etiam pro peccato illo non solùm illata fuit pœna primis parentibus, sed etiam omnibus posteris suis, qui tūc peccauerunt: & tamen non est sic in peccatis nostris, q̄ filius non portat iniquitatem patris, & pater nō portat iniquitatem filij, sed anima, quæ peccat ipsa morietur. Ezech. 18. cap. ergo similiter de tētatione est, q̄ illa non fuit similis nostrę. Vnde pro nostra nō sequitur aliqua pœna in tētatione, neque in nobis relinquitur aliquid, s. q̄ sit forma eius odiosa tentatis, vel alijs In prima autem tentatione, quia ex ea secutum fuit peccatum, per quod totum genus humanum damnatum est, debuit tentator ipse odiosus fieri, & forma, in qua apparebat toti speciei: & ita non est simile, vnde non debuit ibi esse figura humana.

An diabolus in humana forma apparere potuerit.

Quæs. 425

Ad secundum dicendum, quòd non debuit appa-

rere in figura angeli boni, in qua fortè ille apparere vellet, sed dicitur, q̄ non permisit Deus, q̄ in tali figura appareret, ne valde impelleret. Nam Deus voluit, q̄ solùm leui tētatione homo tunc tētaretur: & tamē si appareret in figura angeli boni, esset tētatio fortis, quamuis posset homo euadere: ideo non debuit sic permitti tētare. Sic dicit Magister. lib. 2. dist. 2. 1 ne nimis occultaretur fraus eis, quæ caueri non posset, & homo videretur simul iniuriam pati, si taliter circūueniri permitteret eum Deus, vt præcauere nō posset. Sed objicietur, q̄ ad pium custodē pertinet infirmioribus maioris defensionis præbere auxilium, sed nos sumus infirmiores primis parentibus, quia post peccatum est natura lapsa, & debilius resistit vitio: ergo magis debemus nos adiuuari contra tētationem dæmonis quàm primi parentes, sed contra nos permittitur Satanas apparere in figura angeli boni; quia dicitur, q̄ se trāsfigurat in angelum lucis: ergo potius debuit ibi permitti. Dicendum vnomodo, q̄ primi parētes quodammodo erāt fortiores ad resistendum tētationi, & quodammodo minus fortes: simpliciter autem nos sumus fortiores ad resistendum tētationi dęmonis, quàm illi: si enim esset tētatio carnis, illi essent fortiores, quàm nos, quia non habebāt fomitem, qui relictus est ex peccato, secundum quem omnis ætas prona est ad malum, supra 8. cap. nos vero propter fomitem faciliter in hoc vincimur. Sed in tētatione dęmonis secus est, quia primi parentes erant faciles ad assentiendum tentatori, eo q̄ nunquam aliquam tentationem fuerant experti: & ita non habebant aliquā causam suspicandi malum contra se; nos verò cōtra hoc exhortationibus sacræ scripturę p̄muniti sumus, quæ dicit vigilandum esse, quia aduersarius noster diabolus circuit, quærens quem deuoret 1. Pet. 5. cap. & aliorum pericula nos cautos efficiūt, qui varijs diaboli fraudibus corruerunt: & ita his commoniti facilius tentationem diaboli agnoscemus, & agnitam euitabimus, quàm primi parentes, qui nihil mali suspicari poterant; quia nec quisque eos de hoc admonuerat, neque aliquis ante hoc tentatus fuerat. Et ista est causa potissima facilitatis casus primorum parentum, sal tem Euæ: & ita quia infirmiores illi erant nobis, non debuit contra eos permitti Satanas venire transfiguratus in angelum lucis; licèt contra nos venire p̄mittatur. Secundo potest dici, q̄ etiam si illi simpliciter essent fortiores nobis, non debuit contra eos p̄mitti venire Satanas transfiguratus in angelum bonū, quia nō debuit cōtra eos permitti tētatio tam grauis, sicut contra nos, quia in tētatione nostra, quicūque succūbit solus vincitur, & solus punitur; in tētatione autem primorum parentum non succumbebant illi soli, sed in eis totum genus humanū videbatur tētari, & peccare, sicut Apostolus dixit ad Rom. 5. cap. Omnes in Adam peccauerunt: quanto ergo fuit maius periculum in tētatione illa, quàm in nostra, tanto magis debuit prouideri de auxilio in tētatione: & ita debuit esse tentatio lenior, & ista etiam est causa, vt leuissimū genus tentationis contra primos parentes fieret.

An Diabolum apparere in forma angeli conuenięs fuerit.

Distinctio de constātia inter primos parentes, & nos.

De tertio dicendum, q̄ diabolus in propria figura non apparuit, aliqui autem putant hoc fuisse, quia nō est permissus, ne esset tentatio multum efficax, quæ hominem deijceret, quasi ex necessitate. Sed dicendum, q̄ Magister vult causam fuisse, quia diabolus nō voluit venire in ea: sic dicitur lib. 2. dist. 21. s. Ne autē fraus illius nimis manifestaretur in sua specie, nō venit, ne apertè cognosceretur, & ita repelleret: & post hęc eodem loco dicit; Vt igitur in ipsa forma non veniret, voluntate sua factum est: vt autē in forma cōgruenti suæ malitiæ veniret, diuinitus factum est. Sed objicietur, q̄ nō posset venire in forma propria, quia

Quæs. 426 De figura dęmonis apparētis Euæ.

quia non habet diabolus formam propriam, in qua possit videri: est enim dæmon spiritus, & ideo secũdũ naturam est inuisibilis: vnde etiam apud eos, qui ponunt dæmones, & angelos esse corporeos, cuius opinionis est Augu. sequendo Platonicos asseritur, ꝙ nõ sunt visibiles, nisi sumendo corpus de elementis corpulentioribus, vt dicit Augu. lib. 3. de Trini. & Magister. lib. 2. dist. 8. ideo dæmon non habet formã, in qua apparere possit. Sed Magister videtur sentire cõtrariũ asserens, ꝙ nõ venit in propria specie, ne nimis manifestaretur. Dicendum, ꝙ Magister secutus est sacrã scripturam, quæ dat dæmonibus formam, in qua appareãt, & illam vocat formaṁ suam, & apparet ex dicto Apostoli 2. Corin. 10. cap. Satanas transfigurat se in angelum lucis. Et apparet primo, nam si Satanas transfigurat se in angelum lucis, habet angelus lucis figuram, quia aliàs non poterat Satanas se transfigurare in illam: & tamẽ si angelus lucis habet figuram, habebit illã Satanas, quia vterque est spiritus, & quãtum vni repugnat conditio corporis, tantũ repugnat alteri. Secundo, quia dicitur, ꝙ Satanas transfigurat se in alterum, quod figuram non habet, quia transfigurare est figuram mutare, sed figuram nõ mutat id, quod non habet figuram, vnde si Satanas nõ haberet figuram, non diceretur propriè, ꝙ transfigurat se in angelum lucis, sed ꝙ accipit figuram angeli lucis: & tamen scriptura non dixit hic: ideo significauit, quòd Satanas, ideſt dæmon figuram habet: & ita Magister dixit esse figuram Satanæ. Et nõ solùm Satanas, ideſt dæmon figuram habet, sed etiam propriam figuram, cùm faciat differentiam inter figuram angeli boni, & angeli mali scriptura dicens, ꝙ Satanas trãsfigurat se in angelum lucis, ideſt accipit figuram angeli boni, & dimittit propriam figurã. Dicendum de formis, vel figuris, ꝙ si accipiantur secundum naturam propriã, neque angeli, neque dæmones habent figuram, quia figura est qualitas consequens quantitatem determinatam, sicut diffinit Euclides, lib. 1. Elementorũ ca. 1. figura est, quæ termino, vel terminis continetur: possunt tamẽ dæmones, & angeli assumere figuras, quas voluerint, & hoc dupliciter, vno modo mouẽdo animalia, sicut quãdo dæmon, vel angelus loquitur per animal aliquod; sed tunc non est propriè assumptio: alio modo quãdo formãt corpora de aere, in quibus loquuntur, & apparent, & illa formãt, & colorãt, sicut voluerint: & isto modo propriè assumunt. Hoc modo habent angeli, & dæmones figuras, nõ quidem figuras, in quibus sint, sed in quibus appareant: nos verò habemus figuras, & in quibus simus, & in quibus appareamus, quia sumus essentialiter corporei. Sed illę figuræ, in quibus apparẽt dæmones, & angeli, sunt determinatæ pro eorum arbitrio, quia possunt forma re quicquid voluerint: & quantum ad hoc nõ est distinctio figuræ angeli boni, & angeli mali, sed indifferenter vtrunque sit: sunt tamẽ quædam figuræ, quæ competunt eis secundum qualitates proprias intrinsecas, sicut & locus determinatur eis per easdem qualitates: angeli enim boni sunt pleni cognitione, & nitore perfectionis beatificè, ideo eis competit lux. Etiã quia gaudio replentur, & gaudium pertinet ad lumẽ, iuxta illud Psalm. Secului nostrum in illuminatione vultus tui, ideſt vita nostra est ex hoc, ꝙ vultus tuus est hilaris contra nos, quod est esse vultum illuminatum: & quia angelis bonis competit lętitia, & omne bonũ interius, dicitur esse angelus lucis, & locus suus est locus maximę lucis, ſ. cęlum empyreum. Ecõtrario autem angeli mali habẽt in mẽtibus suis tenebras iniquitatis, & habẽt tristitiam, quæ etiam facit rẽ tenebrosam, & ad signandum istam interiorem eorum qualitatem, datur eis locus tenebrarum: ita dicitur ad

Psal. 89.

Ephes. 6. cap. Aduersus principes, & potestates, aduersus rectores tenebrarum harum, & spiritalia nequitiæ. Vocauit enim spiritus neq̃, ideſt dæmones, rectores tenebrarum, ideſt aeris caliginosi: ibi enim sunt, & etiam in inferno, qui est locus magis caliginosus. Et ideo Apostulus non distinguit angelos, & dæmones per bonos, & malos, sed per lucem, & tenebras tãquã per proprias qualitates: & ita dixit de Satana, & angelis lucis. Vocando enim alios angelos lucis, vocat Satanam angelum tenebrarũ per oppositionem, maximè quia iam Apostolus vocauerat dæmones spiritus tenebrosos, inquantum dixerat eos rectores tenebrarum, ad Ephes. 6. cap. Sicut autem angeli boni, & mali distinguuntur per lucem, & tenebras, & accipiũt loca secundum lucem, & tenebras, ita debent figuræ eorum, quas sumpserint, distingui per lucidum, & tenebrosum: vnde quando angeli boni acceperint figuras sibi proprias, assument corpora nitida habẽtia pulchritudinem, & multum de lumine: cùm verò dæmones assumpserint figuras proprias sibi, accipiẽt corpora deformia, & tenebrosa, vt quales ipsi sunt intra se, tales foris in assumptis corporibus exhibeãtur. Iuxta hoc stat dictum Apostoli, ſ. ꝙ Satanas transfigurat se in angelum lucis, ſ. quia Satanæ, ideſt dæmoni determinata est figura tenebrosa, & deformis, quã semper deberet exhibere; sed interdum hanc nõ ostendit, sed pulchram, & fulgidam: & ita mutat propriam figurã transfigurando se in alienam: sed intelligẽdum, quòd licèt figuram, aut formam propriam mutent, non tamen locum, & mentem mutant: mẽtem quidem nõ mutant, quia in æternum sunt tristes; locum quoque nõ mutant, quia non possunt esse in cœlo empyreo, vbi sunt angeli boni, sed aut in aere caliginoso, aut in inferno; sed figuram mutant, accipiendo figuram angeli boni. Causa autem est, quia status mentis pertinet ad fœlicitatem, & miseriam: & ipsi non possunt mutare propriam miseriam, quia data est in pœnam: & ideo neque vsurpare mẽtem bonorum angelorũ, vt pleni sint gaudijs, sicut illi, quod illis ad fœlicitatẽ, & præmium datum est: locus verò nõ est beatitudo, aut beatitudinis pars, est tamẽ consequens beatitudinem, vt beatis detur locus habens naturalem dignitatem, miseris detur locus ignobilis ad tristitiam aptus: tertium verò quod est figura, non pertinet per se ad statum, neque consequitur illum, ideo permittuntur mutare illam, potissimum quia hoc seruit ad officiũ tentationis, quod nobis expedit esse: & ideo propter bonum nostrum permittitur hoc dæmoni. Sciẽdum autem, ꝙ licèt dæmon mutet propriam figuram accipiẽdo alienam, angelus bonus nõ mutat propriam figuram, sed semper apparet in propria, ideſt corpore pulchro, & luminoso: causa est, quia ista figura notat nobilitatem, & dignitatem intrinsecam angeli, & nõ est aliqua causa, quare illam mutet: ideo semper apparebit in ea: & ita notãter dixit beatus Paulus, quòd Satanas transfigurat se in angelum lucis, & tamen nõ dixit, quòd angelus lucis transfigurat se in Satanam, vel in angelum tenebrarum, quasi istud nunquã accidat. Et secundum hoc intelligitur litera Magistri, ꝙ dæmon habeat propriam figuram, in qua appareat, i. figuram competentem ei, inquantum malus est, & dæmon, & est figura, in qua semper deberet apparere: & tamen aliquando mutat hoc: & de hac dixit, quòd angelus malus non tẽtauit in propria figura, quia nõ voluit apparere in ea: nam appareret deformis, & tenebrosus, & ipse aspectus terreret eam, vel redderet eam suspectam, vt verbis eius non attenderet.

Quæ. 417 In qua forma dæmon poterat apparere.

Quæretur, cùm non debuit apparere dæmon in figura hominis, neque angeli boni, neque voluit in propria, in quo poterat apparere? Dicendum, ꝙ poterat apparere

apparere in aliquo animali vero, vel ficto: & ratio est, quia diabolus debuit apparere in eo, in quo posset loqui, cùm tentatio per vocem expleta sit: nõ est autẽ aliqd, in quo fieri posset vox, nisi in animali, & ita de alijs animalibus preter hominem accipere poterat similitudinẽ, aut per ipsum animal loqui: & in omnibus accepit serpentem, in quo istud fecit. Sed dicet, quare potius istud animal, quã aliquod aliud? Aliqui dicunt, ꝙ hoc fuit, quia non permissus fuit diabolus accipere aliud animal: nam in ista tentatione aliquid fecit diabolus, quod voluit, & aliquid solũ, quod permissus est: voluit autem non venire in propria figura, & illud concessum est; quantum ad animalia, vel formas, in quibus appareret, nõ factum est, quod ille voluit, sed quod concessum est ei; sic dicit Magister, lib. 2. dist. 21. Vt igitur in propria forma non veniret, voluntate sua factum est: vt autem in forma congruẽti malitiæ suæ veniret diuinitus factum est. Causa autẽ quare non permitteretur in quocunque animali venire fuit; primo, quia Deus aliquo modo voluit per tentationem posse deprehendi fraudẽ, ſ. vt sicut malũ erat, quod diabolus facere volebat: ita esset malum, & ignobile animal, per quod fieret tentatio: tale autẽ erat serpens, & hoc videtur innuere Magister in verbis iam dictis, scilicet, vt autem in forma congruenti suæ malitiæ veniret, diuinitus factum est, vt sic appareret, quòd serpens conueniebat ad hanc malitiam, licèt ista litera Magistri possit accipi in alio sensu. Secundo fuit, quia forte diabolus eligeret venire in colũba, si permitteretur, & tamen hoc non decebat: qa Spiritus Sanctus venturus erat in columbæ specie. Matthæ. 3. & Luc. 3. & non conueniebat, vt in eadem figura diabolus, & Spiritus Sanctus apparerent. Tertio, quia illa figura, in qua Spiritus Sãctus appariturus erat, efficeretur nobis odiosa. Hæc est intentio Magistri, lib. 2. dist. 21. scilicet, Venit autem ad hominem in serpente, qui fortè si permitteretur in columbæ specie venire maluisset, sed non erat dignum, vt spiritus malignus illam formam odiosam homini faceret, in qua Spiritus Sanctus apparituras erat. Sed dicẽdum, quòd causa vera, quare diabolus in serpente venit ad mulierem fuit, quia Deus voluit, vt appareret in illa figura, quæ exprimeret eius astutiam: & hoc poterat fieri propter duo. Primo, vt verisimile redderetur, quod diceretur, scilicet, ꝙ serpens tentauerat Euam: nam si diceretur, quòd Asinus, vel porcus tentasset Euam, non esset verisimile, quia nõ sunt animalia alicuius astutiæ, vt de illis hoc credi posset: serpens autẽ erat animal astutum: ideo de hoc magis credi poterat; & istud innuitur supra 3. cap. in litera, scilicet. Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ. Secundo fiebat ad hoc, ꝙ mulier posset magis vitare fraudem tentationis: nam si appareret diabolus in aliquo animali simplici, sicut est columba, non haberet mulier, de quo caueret propter simplicitatem animalis; cùm autem appareret in serpente, qui erat astutus, poterat suspicari dolos, & ita magis caueret dicta illius, esset̃que tentatio minor. Et ob hoc dicũt multi, ꝙ diabolus voluit apparere in aliquo animali simpliciori, in quo magis posset occultari dolus eius, sed non permissus est a Deo, vt non esset tentatio tã fortis: sicut dicit Magister libro secundo 21. distinct. non ergo nisi per serpẽtem permissus fuit diabolus, vt per illud, quod foris erat, astutiam tentantis animaduertere fœmina posset: & ante hoc dicitur: Vt autem in forma suæ malitiæ congruenti veniret, diuinitus factum est, ideſt in figura, quæ exprimeret foris dolositatem, quàm diabolus gerebat interius.

Quæ. 418 Quæretur, cùm supra 3. cap. dicatur: Sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quomodo

Quæ. 419 Opinio Iosephi.

est hoc verum, & ad quid dicitur. Dicendum, quòd serpens callidus est, ideſt astutus, sicut statim dicetur: & tamen causa quare hoc tactum fuit, est, vt reddatur dictum verisimile: nam scriptura asserere debebat, ꝙ per animal tentata fuit mulier, & decepta: & tamen nõ erat verisimile, quòd animalia nullius astutiæ possent decipere fœminam, quæ habebat naturaliter intellectum: ideo debuit asseri de aliquo animali, quod esset magnæ astutiæ, vt crederetur hoc verum esse, & hoc facit bene scriptura inquantum asserit dicens: Serpens erat callidior cunctis animantibus terrę, quæ fecerat dominus. Ideo cũ inter omnia animalia istud inueniretur astutius, magis istud posset fallere mlierem, quàm aliquod aliud. Sed nunc aduertẽdum est, quòd si literã scripturæ aspiciamus, videtur illa aliud signare, nam non videtur innuere, quòd diabolus hìc aliquid egerit, sed solùm serpens, primo, quia non fit hìc aliqua mentio de diabolo, quòd tentauerit, aut quòd pœnam aceeperit, sed totum dicitur de serpẽte. Secundo, quia ponitur, quòd erat serpẽs callidior cunctis animantibus terræ: & hoc ad dãdum causam tentationis: & tamen si diabolus tentaret, non differebat, per quod animal tentaret, quia animal nihil ageret ibi, sed solùm esset instrumentum locutionis diaboli, tota autem astutia esset a diabolo: vnde ita posset tentare per asinum, sicut per serpentem: nam & in asino loqui poterat, sicut angelus locutus est per asinam Balaam, Numer. 22. ca. & tamen dixit de serpente, vt per hoc res verisimilis esset: ideo videtur nõ innuere diabolum fuisse tentatorem, sed serpentem. Tertio, quia facta tentatione Deus direxit verba sua contra serpẽtem, quasi indignatus ei, quare hoc fecisset dicens: Quia hoc fecisti, maledictus eris inter omnia animãtia, & bestias terræ. Quarto, quia Deus maledixit serpenti pro hoc dicens, ꝙ esset maledictus inter omnia animalia, & addidit, quòd super pectus suũ graderetur: si tamen serpens hoc nõ fecisset, sed diabolus in serpente, non esset causa, quare serpens puniretur, cùm nihil mali fecisset, sed per illud fieret: & tamen pœna inflicta est: ideo non videtur diabolus hic fecisse, sed serpens.

Dicendum quoque, quòd multi ita crediderunt, potissimè de veteribus: nam Iosephus, qui tempore suo non solùm in eloquentia, sed etiam in sapientia legis Moysi apud suos opinatissimus habitus est, ita asseruit, quòd hæc ad literam ita fuerunt, & non fuerit diabolus aliquis tentãs, sed serpentem solum hoc fecisse asseruit. Vnde vult quòd serpens erat naturaliter loquens, & intelligens, & ita potuit intelligere hoc, quòd dixit, & concipere illud. Asseruit quoque serpentem non fuisse tunc pronum in terram, sicut nunc est: sed serpens habuisse pedes, quibus in altum tolleretur. & ꝙ ille ex inuidia motus est, videns humanam fœlicitatem, cupiensque deijcere homines ab illo statu, nitebatur impellere ad agendum cõtra mãdata Dei, quasi sic homo statim caderet ab illa fœlicitate, quàm Deus dederat ei manenti in obedientia. Dicit enim sic libro primo Antiquitatum, & dum illo tempore cuncta animalia concordarent, serpens habitãs cum Adam, atque muliere inuidiam habuit, in quibus eos arbitrabatur fœlices, obedientes vtique Dei præceptis: quos putans per inobedientiam calamitati succumbere, persuasit mala voluntate mulieri, vt de prudentiæ plantatione gustaret, dicens in ea esse boni maliq̃ cognitionem, quo facto beatam eis vitam, & cui nihil diuinæ cognitionis deesset, dicebat accidere, & seduxit quidem mulierem, vt Dei mandata contemneret, & postea dicit; Abstulit autem & serpenti vocem iratus eius malitiæ, quã gesserat in Adam, venenũ ei sub lingua ponens, quod esset

hominibus

do hic dicitur & ad q̃d, quòd serpens erat callidior cunctis animãtibus terræ.

hominibus inimicum, præcepitque, vt mulier capiti F
eius plagas inferret, ille vero iacens hominibus esset
aduersus, & interitum facilem eis pro vindicta porta-
ret, quē pedibus priuauit, vt volutatus in puluere tra-
heretur: & sicut Iosephus scripsit, ita & plurimi tem-
pore suo asserebant.

Quæs. 430 An serpēs ex se motus Euam tentauerit.

Sed dicendum, quòd non potest hoc stare: non
enim potuit hoc esse, quòd serpens tentatet ho-
minem, quasi a se motus, & sufficiens ad tentandum
nullo alio operante in eo, vel impellente ipsum: pri-
mo, quia tentator debuit habere intellectum ad cogi-
tandum, quid diceret, & intendendum finem, quem
deduceret ex dictis, sed hoc non habet serpens, quia
nullū animal est rationale, nisi homo; quia licèt mul-
ta animalia habeant astutiam, rationem autem nullū G
animal habet, nisi homo: sic Aristo. lib. 1. de animali-
bus: animal quod habet discretionē est solus homo:
ergo non poterat serpens tentare. Secundo, quia non
sufficit si dicatur, q̄ habet serpens magnam astutiam,
quia quantacunque illa sit, non excedit sensum, & nō
accedit ad intellectum: nam si haberet intellectum,
esset homo, cùm animal rationale sit diffinitio homi-
nis, quæ conuertitur cum homine; & ideo si serpens
esset animal rationale, esset homo. Si autem ponatur
astutia, quæ non perueniat ad intellectum, nō sufficit
ad tentandum: nam fuit hìc cognitio finis, & eorum,
quæ sunt ad finem, & relatio eorum ad inuicem, quę
non potest fieri a potentia materiali, & immixta or-
gano. Tertio, quia tentator cognouit hìc res perti-
nentes ad solum intellectum, quæ sensu non capiun- H
tur, ergo habuit intellectū: patet quia cognouit scię-
tiam, & cognouit esse Deum, & esse præceptum. Nā
dixit tentator; cur præcepit vobis Deus, vt nō come-
deretis de omni ligno Paradisi? Etiam dixit, eritis sicut
dij scientes bonum & malum: & tamen præceptum,
scientia, bonum, & malum vniuersaliter non appre-
henduntur aliquo sensu, sed superiori potentia, ideſt
immateriali, scilicet intellectu, ergo tentator habuit
intellectum, ideo non fuit serpens. Quarto, quia ten-
tator locutus est verbis planis, quæ intellexit mulier;
ergo non erat serpens: nam nullum animal loquitur,

De Gen. animaliū lib. 4. ca. 9. & lib. 5. cap. 7.

nisi homo: sic dicit Arist. lib. 4. de animalibus, q̄ sunt
duo sonus, & vox in tertium est sermo: & dicit locu-
tionem, & sermonem esse idem, & addit quòd nullū
animal loquitur, nisi homo, ergo plus serpente erat
ipse tentator. Quinto, quia etiam si quis concederet,
quòd serpens loquebatur, & intelligebat, adhuc non
sufficiebat ad hoc, quòd esset tentator, quia tentator
ille acutioris, & altioris intellectus fuit, quàm mulier:
nam potuit seducere mulierem: & tamen nō potest
aliquod animal sapientius esse muliere, quę est in hu-
mana specie, ergo non erat serpens, neque animal ali-
quod id, quod erat tentator.

Quæs 431. An serpēs pedes habuerit priꝰ deinde illis fuerit priuatus.

Dicendum quoque non esse verum id, quod Iose-
phus in hoc asserit; multum enim ille deficit circa sa-
pientiam naturalem, & veritatem intelligentiæ sacræ
scripturæ, in quo etiam deficiebant Iudæi temporis
sui, licèt multi legisperiti essent.

Et primo in eo, quod ipse vult serpentem non fuis-
se tunc pronum, sicut nunc, sed habentem pedes, qui-
bus se in altum tolleret, postea verò pedibus esse pri-
uatum, & hoc non solùm vult Iosephus, sed etiā ali-
qui doctores nostri hoc volunt, q̄ erectus serpens in-
cederet, sic ait Magister in historia scholastica.

Sed dicendum, quòd an tunc serpens directus ste-
terit ad loquendum non patet, hoc tamen certum est,
q̄ pedes non habebat: nam serpentes licèt nūc pedes
non habeant, erigunt corpora sua, & dirigunt quan-
dam partem corporis in altum iacente reliquo corpo
re, & extento in terram. Etiā poterat serpens circūda-

re se arbori alicui, & ita attolleret caput, vt loqui pos-
set ad mulierem: maxime quia si diabolus loquēba-
tur in serpente, poterat attollere corpus eius ad lo-
quendum. Motiuum autem istorum est, quia dicitur
supra 3. cap. Super pectus tuum gradieris, ac si dica-
tur, quia prius non gradiebatur super pectus; sed istud
non stat, quia serpentes nunc non habent pedes, vt
erecti incedant, & ideo serpentes vocantur a serpen-
do, ergo si serpens erat ille, qui tentauit Euam, non
habebat pedes, vel habebat eos paruos, ita vt non suf-
ficeret corpus eleuare a terra sic, vt illam non tange-
ret, sicut mouentur equi, & boues, & huiusmodi tra-
per pedes. Secundò quia scriptura sacra non signat
ablatos fuisse pedes, neque vnquam habuisse pedes,
cùm non dicat pedes non habebis, sed; Super pectus
gradieris. Tertiò, quia si istud genus, aut species ser-
pentis, qui loquebatur ad Euam, habuit tunc pedes,
erat sibi naturale habere pedes, quia Deus dedit cuili-
bet animali complementum secūdum suam speciē,
& diuersitas in partibus animalium signat differen-
tiam in specie, aut genere immediato in animalibus,
vt colligitur ex sententia Arist lib. 1. & 2. de Animali-
bus. Sed animalia illius speciei serpentis postea non
habuerunt pedes, sicut neque nunc habent, ergo dif-
ferunt isti serpentes ab illis in specie, cùm isti existen-
tes in specie animalis huius non habeant pedes, & illi
serpentes tunc haberent. Quartò, quia quando fuit
tentata a serpente, non erat solus ille serpens in illa
specie, sed multi, quia quælibet species creata fuit in
multis indiuiduis simul, & non fuit sicut in homine,
vbi vnicum indiuiduum formatum est, & solùm il-
lud erat, & saltem esse vt masculus, & fœmina in illa
specie, cùm sint animalia generantia. Si autem Deus
illi serpenti auferret pedes, auferret alijs; quia alij ser-
pentes postea inde nati cùm pedibus nascerentur, cū
vnicum indiuiduum non mutaret conditionem spe-
ciei, & tamen non est aliqua causa, quare alijs serpen-
tibus tunc existentibus auferrentur pedes, quia illi
non tentauerant Euam, neque a serpente tentatore
descēdebāt: ergo neq; alicui serpēti ablati sunt pedes.

Quæs. 432 An serpēs

Similiter quod voluit Iosephus serpentem esse na-
turaliter intelligentem, & loquētem, falsum est: quia
ista duo simul nulli competunt, nisi homini: nam in-
telligere cōpetit alicui præter hominem, ideſt Deo, re
& Angelo: animali autem nulli competit; loqui vel &
rò ex natura nulli competit, nisi homini, vt dictum re-
est supra quæst. 430. Sed tentator iste vtrunque habe-
bat, & non erat homo, ideo non erat serpens, neque
animal aliquod; fuisse quidem locutionem in eo non
erat inconueniens, sed ipsum esse naturaliter loquen-
tem erat impossibile, quia tunc non esset in specie
serpentis. Etiam cùm dicit, quòd serpens inuidit ho-
mini, errat; non enim potest serpens inuidere. Inui-
dia enim si strictè sumatur, non est animalium, sed
hominis, quia inuidia exigit intellectum, qui in nul-
lo animali est, & maxime eo modo, quo Iosephus di-
cit, quòd serpens inuidiam habuit, quia arbitratus est
Adam, & Euam fęlices obedientes præceptis Dei: co-
gnitio autem præcepti, & felicitatis non est nisi intel-
lectus, quia ista nō habent formam sensibilem repre-
sentantem, neque sunt intentiones insensatæ tractæ
ex speciebus sensatis, sed sunt illa pertinentia ad ra-
tionem solam, & super materiam, ideo potens de his
inuidere intellectiuum erat, quod non conuenit ser-
penti. Secundò, quia dicit Iosephus, quòd serpens
putauit, quòd homines per inobedientiam succum-
berent calamitati, & ita serpens apprehendebat ra-
tionem obedientiæ, & inobedientiæ, & transgres-
sionis mandati, & calamitatis, & quid erat Deum
offendi ex transgressione, & inferre pœnam transgre-

dienti, quæ solius intelligentis sunt, ideo non serpen-
tis. Tertio, quia dicit Iosephus, quòd serpens mala
voluntate dixit mulieri, vt de prudentiæ plantatione
gustaret, addens in ea esse boni maliq̄ cognitionē,
quo facto beatam eis vitam, & cui nihil diuinę cogni-
tionis deesset, accideret; & ita serpens cognoscebat,
quid esset scire: & tamen animalia non cognoscunt,
cùm adhuc nesciant quid sit sentire, & an sentiant;
non cognoscunt, an sentiant, quia hoc est reflectere,
sed reflexio est potētiæ immaterialis. Etiam quia ser-
pens cognosceret bonum, & malum vniuersaliter, &
non specialiter hoc bonum, & illud malum: & tamē
sic non cognoscitur bonum, nisi per intellectum. Etiā
inquantum dixit de diuina cognitione non poterat
quis cognoscere, an sit aliqua diuina cognitio, nisi q̄ B
Deum apprehendit: & iste non apprehenditur a pe-
core, quia non habet speciem in sensu. Etiam non
est verum, quod dixit Iosephus, scilicet quòd inuide-
ret serpens hominibus: non enim poterat inuidere,
quia inuidia non est nisi eorum, qui in aliquo cōmu-
nicant, aut communicare possunt quantum ad id, in
quo est cōmunicatio: nemo enim Deo inuidet quā-
tum ad excellentiam suam naturalem, q̄ sit creator,
& dominus omnium, quia nulla res potest commu-
nicare hac perfectione, sed est impossibilis omnibus,
& excedit naturam omnium. Primo neque angelis
inuidemus quantum ad excellētiam naturalem, ideſt
q̄ puri spiritus sunt, & non subijciuntur passionibus,
& defectibus corporalibus, quibus nos sumus subie-
cti, quia habere talem perfectionem est nobis, vt nūc C
impossibile, cùm sumus secundum essentiam corpo-
rei. Sed possumus inuidere in alterutrū de eo, in quo
est communicatio, scilicet in bono spirituali, scilicet
de gratia, & gloria: & hoc modo licèt homo sit mi-
nor dæmone secundum naturam, potuit inuidere, &
inuidit dęmon homini, sicut dicitur Sapien. 2. scilicet,
Inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarum: &
hoc est, quia cōmunicamus ei: cùm enim dęmon es-
set naturaliter intelligens, & capax beatitudinis, quā
non habebat naturaliter, & ex culpa illa priuatus fuit,
inuidit homini, qui licèt esset minor, tamen quia ra-
tionalis, erat capax beatitudinis, quam certissimè ha-
bitурus erat per obediētiam: & quia diabolus hęc vi-
debat, inuidit homini, quia efficiebatur maior eo, in D
eo, in quo ambo communicare poterant. Sed de ser-
pente non erat sic; nam dato quòd serpens intellige-
ret, si tamen verè serpens erat, nō poterat communi-
care homini: ideo non poterat inuidere ei: nam non
poterat habere serpens perfectiones corporales, quas
habet homo, quia competunt secundum speciem: &
sicut homo non est in specie serpentina, ita non erat
possibile, quòd haberet serpens eadem perfectiones,
quas homo; similiter non poterat inuidere hominis
beatitudini, quia serpens non est capax beatitudinis;
cùm nullum animal beatificemus nisi hominem, vt
Arist. dicit lib. 2. Ethi. ergo nullo modo serpens po-
terat homini inuidere: & ita non procuraret homi-
ni hoc malum etiam si posset. Etiam errat Iosephus, E
cùm dicit, quòd Deus abstulit serpenti vocem, ideſt
locutionem: motiuum autem suum est, quia serpens
tunc loquebatur, & nunc nullus serpens loquitur:
ideo dicit Deum indignatum hoc fecisse serpenti.
Sed dicendum, quòd non stat. Primo, quia serpens
nunquam fuit loquens; ideo nō potuit ei auferri ser-
mo: patet quia nullum animal est loquēs nisi homo,
vt dicit Arist. lib. 4. de Animalibus. Sed obijcietur,
quòd aliud animal loquatur præter hominem, quia
loquitur lupus quidam, qui vocatur manticora, qui
habet similitudinem hominis in vultu, & est in terra
indorum, & colligitur ex Arist. libro secundo de Ani-

Lib. 1. E. ca. cap. 7.

malibus. Dicendum, quòd Arist. non admittit hoc A
cùm ipse expressè, lib. 4. de animalibus dicat, nullum
animal loqui, nisi hominem: istud verò quod posuit
libro secundo de Animalibus non est sententia sua,
sed refert dicta cuiusdam philosophi, quem ibi nomi-
nat, quibus dicit non esse standum. Secundo, quia
locutio non est, nisi ad exprimendum mentis nostræ
conceptum, sicut dicitur lib. 1. Perier. Sunt ea, quæ
in voce sunt, earū quæ sunt in anima passionum no-
tæ: ergo in quibus non est mens, neque conceptus
mentis, non erit vox, ideſt locutio: nullum autē ani-
mal præter hominem habet mentem: ideo nullum
præter hominem loquitur. Tertio, quia specie differ-
runt animalia loquentia, & non loquentia, cùm locu-
tio consequatur aliquam formam, secundum quam
loquentia differunt saltem specie a non loquentibus:
si ergo prius loquebātur, & nunc nullus loquitur, dif-
ferunt specie ista ab illis. Quarto, quia non mouetur
rationabiliter Iosephus ad dicendum, quòd vox fuit
ablata serpenti, cùm scriptura hoc non dicat: nam in
talibus, quæ videntur esse contra naturam, non est as-
serendum aliquid vltra id, quod est in sacra scriptura:
& tamen hoc non exprimitur ibi: ergo incautè illud
dixit Iosephus. Quinto, quia scriptura ponit ea, in
quibus serpens videtur punitus, scilicet, quòd come-
deret terram, & quòd super pectus suum graderetur.
Si autem fuisset serpēs priuatus voce, esset ista adhuc
grauius pœna: & ita sacra scriptura illud exprimeret,
& tamen nō expressit: ergo non est verisimile, quòd
sic fuerit.

Cap. 9. & lib. 5. ca. 7.

Cap. 1.

Quæs. 433 An serpēs, an diabo-lus in ser-pēte locu-tus sit Eue

Dicendum, quòd ex præcedentibus satis apparet
manifestè, quòd serpens non fuit, qui tentauit mulie-
rem, quia non sufficiebat ad hoc, eratque impossibile,
quòd aliquem tentaret.

Addendum etiam ad hoc, quòd etiam si concede-
remus serpentem esse loquentem naturaliter, ideſt
formantem voces articulatas, sicut nos formamus,
adhuc ille non posset tentare, quia ad tentandū opor-
tebat esse intelligentem, sicut induximus: & hoc non
est in aliquo animali, nisi in homine: Etiā dato, quòd
loqueretur, sicut aliqui asseruerunt loquentem esse
manticoram, non loqueretur eisdem verbis, quibus
loquebatur homo, cùm non essent in eadem specie,
& adiscere illa non poterat: quia non est aliquod ani-
mal capax disciplinæ, nisi homo: & tamen tentator
loquebatur eisdem verbis, quibus Eua, & mutuo se
intelligebant: ergo non erant illa verba serpentis.

Dicendum ergo, quòd ille, qui tentauit mulierem,
& qui loquebatur non erat serpens, sed diabolus, qui
in serpente loquebatur, & serpentem, mouebat: &
tunc non erit inconueniens aliquod in his, quæ dicū-
tur, scilicet, quòd tentatio ista processit ex inuidia, nō
quidem inuidia serpentis ad hominem, qui serpens
inuidere non poterat, sed inuidia diaboli, quem scri-
ptura asserit inuidisse homini; Sapien. 2. cap.

Et tunc poterat esse ibi intellectio, & locutio: nam
diabolus est intelligens acutius, quàm homo, vnde
non solùm intelligere potuit quid vellet, & quomo-
do: sed etiam tam acutè illud excogitauit, vt mulierē
fallere posset, quod non potuisset, nisi esset superio-
ris intellectus. Etiam loqui poterat: quia licèt non
sit naturale dæmoni loqui, cùm non sit corporeus: ga
tamen est superior homine, qui est substantia loquēs,
scit formare, & articulare voces, sicut homo; licèt nō
habeat eadem instrumenta, sed quęrit aliqua propor-
tionalia, aut per quæ aliquo modo id fieri possit, &
potuit dæmon per serpentem loqui, sicut interdum
loquitur per arreptitios. Et etiam angeli boni illud
faciunt: nam angelus bonus locutus est per Asinam
Balaam, Numer. 22. cap.

Etiam

Etiam posset loqui eodē idiomate, quo homo, quia diabolus loquebatur, & ille nouit quicquid hō nouit, & aliquid amplius. Ideo scit quid significāt oīa verba, quibus homo vtitur, & scit formare illa, & potest eis vti. Et ita Euā intelligeret verba serpentis, sicut & Asina Balaam locuta est eo idiomate, quo loquebatur Balaam, ita vt ille intelligeret, & respōderet Asinæ, & rursus replicaret Asina, Numer. 22. cap. Cognosceret quoque tentator res insensibiles, vt sapientiam, mandatum, Deum, bonum, & malum vniuersaliter: quia ipse erat intelligentia separata, cui promptius, & directius est ista cognoscere, quàm res sensibiles: istud ergo concedendū est, scilicet quòd diabolus fuerit tentator, & non serpens: quia sic omnia sunt possibilia, & nullum est inconueniens: dato autē quòd serpens tentarer, sequuntur multa inconuenientia, ideo illud non est tenendum.

Quæs. 434 Quomodo serpēs erat astutus.

Cùm dictum sit, quòd serpens erat callidior cūctis animantibus terræ, quomodo est verum, quòd esset callidus, ideſt astutus.

Dicendum, q̄ serpens erat magnæ astutiæ plusquā alia animalia, & ita poterat facere id, quod nō possent alia animalia, & hoc est, quòd mouer aliquos ad asserendum, quòd serpens per se ipsum tētauetit Euam, & sufficeret ad hoc, nec requireretur diabolus, aut alius tentator, cùm haberet serpens cognitionem magnam.

Sed dicendum, quòd non ſtat, quia si serpens tantā cognitionem haberet, vt posset facere tentationem illam, haberet nunc illam, quia hoc competit per speciem, & non per doctrinam, & ea, quę cōsequūtur naturam, semper manent, & tamen nunc serpens non habet talem cognitionem: ideo neque tunc habuit, vt ipse per se sufficeret tentare.

Secundo, quia ad hoc excusandum oporteret dici, quòd sapientia illa ablata fuisset serpenti a Deo: & tamen nō conuenit, quia tunc scriptura faceret de hoc mentionem cùm esset in pœnam eius, & tamen nō fecit: ideo non abstulit Deus sapientiam.

Tertio, quia non erat talis sapientia, aut vis cognoscendi auferibilis: nam consequitur speciem, & talia non possunt auferri, sicut non potest auferri alicui homini potentia intellectiua, nam iam non esset homo: ita & illa vis cognoscendi, si talis esset in serpente, consequeretur formam serpentis, quæ esset perfectio prima, & ita neque auferri posset, sicut neque intellectus homini.

Quarto, quia neque ablatùm est aliquid ei: nam si serpens erat tunc astutior, aut sapientior animalibus, etiam nunc est: quia Christus quando voluit nos hortari ad prudētiam per exemplum tractum ab animalibus, non locutus est nisi de serpente. Matth. 10. cap. scilicet, Estote prudentes, sicut serpentes, & ita non erat ablata prudentia, vel sapientia serpenti tempore Christi: ergo neque nunc, sed habebat eandem, quam prius habuerat: & tamen nunc non sufficeret serpens ad tentandum hominem: ergo neque tunc sufficeret.

Quinto, quia scriptura non signat hìc habuisse serpentem talem scientiam, vel sapientiam, qualis apparuit in tentatore, quia dicitur, sed & serpens erat callidior cunctis animantibus: non dicitur erat sapientior: nam scientia, vel sapientia signāt cognitionem quandam iutellectiuam vniuersalium rerum, calliditas autem notat astutiam quandam, quæ etiam in animalibus inuenitur, & non excedit conceptiones rerum sensibilium: hìc tñ in tentatione fuerunt res purè intellectuales, vt supra dictū est. Sexto apparet ex modo loquendi scripturę: nam nō dixit serpentē simpliciter esse callidū, vel astutum, aut sapientē, sed dixit

F callidiorē cunctis animātibus terræ, & ita nō excedit calliditas serpentis cognitionem hominis, sed solùm animantium terræ, & tamen ad hoc quòd hominem tentaret, & superaret, sicut fecit, requirebatur quòd esset sapientior homine, quia ita fuit tentator: ergo non erat serpens tam astutus, vt tentare posset. Dicendum igitur, quòd serpens astutus est, ideſt, habet quandam naturalem, & ingenitam cognitionem, quam astutiam vocant, vel prudentiam, quia & cæteris animalibus damus aliquas proprias astutias, sicut formicæ diligentiam ad congregandum vno tempore pro alio, & ideo quando hortamur ad diligentiam, trahimur exemplo formicæ, quæ sapientiam habere dicitur Prouerbiorum 6. cap. Vade

G ad formicam o piger, & considera vias eius, & discce sapientiam, quæ cùm non habeat ducem, neque præceptorem, neque principem parat in æstate cibum sibi. In aranea verò apparet magnum ingenium, nam nouit facere tam subtilem, atque artificiosam telam, quam neque periti artifices facere possint, & ita in diuersis animalibus sunt diuersæ astutiæ, vel prudentiæ. De serpente autem dicendum, quòd sunt multæ astutiæ in eo tam ad cauendum mala, quàm ad inferendum mala: cauet enim mala, quia non vult audire incantatores, putans quòd audiendo malum patietur, ideo vt non audiat, obturat aures suas ponendo vnam super lapidem, & aliam claudēdo cùm cauda, sic dicitur Psal. 57. Sicut aspidis surdæ obtu-

H rantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter. Etiam habet prudentiam serpens ad nocendum, quia nouit per insidias nocere. Sic dicitur supra 3. cap. Insidiaberis calcaneo eius, & infra 49. cap. dicitur; Fiat Dan coluber in via mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro. Et notantur in hoc insidiæ ad nocendum, & licèt particulares astutiæ, vel prudentiæ inueniantur in animalibus, plures aut maiores astutiæ sunt in serpente, & ob hoc dicitur supra 3. capit. Quòd serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, ideſt, prudentior, vel astutior, & hoc confirmatur testimonio Christi: nam cùm compararet hominem in prudentia, quam habere deberet ad animalia, dixit: Estote prudentes, sicut serpentes, & non

I comparauit alicui alteri animali, quasi nullum esset prudentius.

Quæs. 435 Cur sacra scrip. tura fecit mentionem de callidita te serpentis.

Quæretur, quare sacra scriptura voluit exprimere, quòd serpens erat callidior cunctis animantibus terræ. Dicendum, quòd positum est ad reddendum rationem eorum, quæ scribuntur. Scribitur autem tentatio, & transgressio mulieris, facta per serpentem. Aliquis autem dicet, quomodo potuit aliquod animal tentare mulierem? Dicitur, quòd hoc factum est, quòd serpens erat animal magnæ prudentiæ. Si enim esset aliquod aliud animal non potuisset hoc facere, & tamen serpens, quia erat sapientior omnibus animalibus, potuit istud facere. Secundò, quia supra 3. cap. dicitur, quòd mulier redarguta a Deo dixit: Serpens decepit me. Mirum autem erat, quo-

K modo poterat mulier seduci ab aliquo animali, cùm homo sit excellentior animalibus. Respondetur, quòd non poterat ab alijs seduci, sed bene a serpente, cùm esset astutior cæteris animalibus. Tertiò potest reddi ratio accusationis cuiusdam contra mulierem, quia diceretur in excusationem eius, quia mulier non putauit latere fraudem in animali: respondetur, quòd cogitare poterat latere dolos, eo quòd serpens erat animal dolosum, scilicet, erat callidius cunctis animantibus terræ. Si autem fuisset animal simplex, de quo nulli præsumi debuissent doli, erat aliqua excusatio mulieris. Sed obijcietur, quòd non sint

sint rationes istę cōuenientes: nam si serpens tentasset mulierē, & decepisset eam, conueniens erat ostendi rem verisimilem, dicendo serpentem prudentiorem alijs animalibus: & tamen serpens non tentauit, neque seduxit mulierē, sed dæmon: ergo frustra erat serpentem esse prudentem, vel non.

Dicendum, quòd hoc fuit conuenienter dictum; quia licèt secundum veritatem diabolus tentauit mulierem, & non serpens, scriptura nō facit mentionem aliquam de diabolo, quasi aliquid fecerit, sed quasi serpens illud egerit; ideo debuit dari ratio reddendo rem verisimilem ex parte serpentis, quasi serpens illud egisset: sic enim est in compositione fabularum; illę enim non continent res veras, & tamen artificio-

Quæs. 436 Quæ erat callidi tas callidi tas in ser pente.

sè componentes eas, ita reddunt rationes eorum, quę B referunt, ac si relata vera essent.

Sed quæretur, quādo dicitur, quòd serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, vnde erat ista calliditas, vel prudentia? Solet dici, quòd nō erat ista calliditas a serpente, sed a diabolo, qui per serpentem loquebatur, & ita erat redditus serpens callidior cūctis animantibus terræ. Alij autem dicunt, quòd nomine serpentis non intelligitur animal aliquod, sed diabolus, & ille erat callidus, ideſt astutus, vel sapiens: vtraque opinio accipitur ex verbis Augusti. libro vndecimo super Gen. ad literā, & Magister refert illas, libro secundo, distinctione vigesimaprima, scilicet. Ideoque serpens dictus est esse callidior cunctis animantibus terræ: quia vt ait Augusti. mali angeli licèt superbia deiecti, natura tamen sunt excellentiores C omnibus bestijs propter eminentiam rationis, & in hoc ostendit secundam opinionem.

Ex verbis quoque eius manifestatur prima opinio, cùm dicit: Quamuis serpens nō rationali anima, sed spiritu diabolico possit sapientissimus dici: non ergo mirum, si diabolus implens serpentem, sicut vates implebat, sapientissimum reddiderat omnium bestiarum.

Sed quantum ad veritatem huius dubij dicēdum, quòd aut quæritur de sapientia, & calliditate, qua mulier tentata est, & seducta, aut de calliditate, de qua scriptura loquitur, cùm ait quòd serpens erat callidior cunctis animantibus terræ. Si primo modo, dicendum, quòd Eua non tentata fuit per calliditatem, D quam serpens habebat a seipso, neque per illam, quā a diabolo accepit, sed per solam sapientiam, aut prudentiam dæmonis. Si autem accipiatur secundum, dicendum, quòd non loquitur scriptura de calliditate dæmonis in seipso, neque de illa, quam accepit serpens a dæmone, sed de illa, quàm serpens habebat naturaliter non inexistente sibi dæmone, & replente eum.

De primo patet: quia serpens in se ipso, licèt haberet astutiam magnam, quæ vocetur prudentia morę scripturæ; non habet tamen cognitionem excedentem sensum, cùm non habeat animam rationalem: & tamē in tentatione mulieris multa venerunt, quæ exigebant cognitionem intellectiuam, vt ostensum fuit supra: ergo non fuit mulier tentata per cal- E liditatem, quam habebat serpens naturaliter.

Etiam non fuit tentata per calliditatem, quam acceperat serpens a dæmone: nam nulla minor calliditas, quàm cognitio intellectiua sufficiebat ad tentationem, vt dictum est: & tamen dæmon non potuit facere serpentem intelligentem, quia illud non contingit, nisi ab anima intellectiua, & serpens non poterat habere hanc animam: ideo non poterat effici sapiens, vel habens actualem cognitionem intellectiuam.

Relinquitur ergo, quòd tentatio facta est per so-

lam prudentiam dæmonis non adiuuante ad hoc calliditate naturali serpentis, vel ea, quam dæmon serpēti dabat, cùm nullam posset dare. Dæmon tamē cùm non posset per se ipsum loqui, & cogeretur tentare in aliquo visibili, tentauit per serpentem, sicut per aliquam aliam rem tentaturus erat dæmon, tamen ad tentandum nihil contulit serpens.

Quæs 437 De qua calliditate loquatur sacr. scrip.

Secundum autem erat, quòd scriptura non loquitur de calliditate dæmonis in se ipso, neque de calliditate serpentis, quam accepit a dæmone, sed de naturali calliditate serpentis.

Prima huius pars patet: quia si ageretur de calliditate dæmonis, non redderetur causa conueniens, quia dici debuit de calliditate illius tentatoris, quem scriptura refert, vt tentatorem: & tamen scriptura nihil de dæmone dicit, sed ponit serpentem quasi tentatorem: licèt non neget dæmonem fuisse tentatorem: ideo vel deberet omnino tacere de tentatore etiam, vel de ipso ponere, quem vt tētatorem refert; & tamen de serpente agitur, ideo de ipso debuit intelligi, quod dicitur, serpentem esse callidum.

Secundo, quia litera dicit, erat serpens callidior, & tamen diabolus non vocatur serpens, quia non est serpens, sed spiritus: & si aliquando vocetur serpens per metaphoram, nō vocabitur absolutè serpens, sed cum adiectione nominis sui, sicut Isai. 38. cap. dicitur; In die illa visitabit dominus super Leuiatan serpentem vectem, & super Leuiatan serpentem tortuosum. Hìc tamen accipitur serpens absolutè, ergo non accipitur pro dæmone.

Tertio, quia si de dæmone intelligeretur, & ageretur ibi de eius sapientia, diceretur quòd erat serpens callidus valde, vel sapiens, sed dicitur, quòd erat callidior cunctis animantibus tertæ; ideo illud, quod ibi comparatur, erat aliquod animal, quia si non esset animal, non connumeraretur animalibus, cùm non fiat connumeratio nisi in rebus eiusdem speciei, quia sunt sub vna forma. Dæmon tamen non est animal, sed spiritus, ideo non connumerabitur animalibus, & tamen connumeratur: ergo non est dæmon, sed verus serpens.

Quarto, quia quæcunque comparantur, in aliqua vna forma communicāt, quia non est comparatio in æquiuoco: comparatio autem fit hìc in calliditate: & tamen dæmon, & animalia non communicant in calliditate, quia calliditas dæmonis est sapientia purè intellectiua, cùm sensu non vtatur: calliditas autem animalium terræ est rerum sensatarum, secundum quòd accipiunt intentiones insensatas ex speciebus sensatis: ideo non communicant in aliquo, & ita non poterat dici, quòd dæmon esset callidior, vel sapientior animalibus terræ: & tamen dicitur, quòd serpens erat callidior animātibus terræ, ergo de vero serpente intelligitur.

Quinto, quia eidem serpenti, a quo dicitur, quòd erat callidior cunctis animantibus terræ, dicitur in pœnam, quòd super pectus suum gradietur, & terram comedet, & quòd insidiabitur calcaneo mulieris: & tamen illud intelligitur ad literam de serpente vero, qui est animal: ergo etiam id, quod dicitur, q̄ erat serpens callidior cunctis animantibus, & non de dæmone.

Quæs. 438 Nō loquitur Moses de calliditate, quam serpens accepit a dæmone, sed de sua naturali.

Erat secunda ratio huius, quòd non intelligitur de calliditate, quam accepit serpens a dæmone inquantum impellebat eum: primo patuit, quia dæmon nō potuit aliquam calliditatem ei dare: nam si aliquam dedisset, illa esset intellectiua, quia dæmon nullam aliam habebat: etiam quia nulla alia sufficiebat ad hoc, quòd fieret tentatio, vt dictum est, & tamen dæmon non potuit istam dare, quia ista non potest esse

in non

in non habente animam rationalem, quam non habet serpens, ergo nō potuit dęmon dare calliditatem serpenti, licèt per serpentem operaretur. Secundo, quia si diceretur de serpente, quòd erat callidior, &c. quantum ad calliditatem, quam acceperat a dęmone, scriptura, quæ de tali calliditate loqueretur, præsupponeret, quòd dęmon intrauerat serpentem ad hoc, ꝙ fieret tentatio, & tamen nihil ostendit de hoc, sed solùm loquitur de serpente simpliciter, ergo non loquitur de illa calliditate. Tertio, quia si aliqua calliditas esset, quàm accepisset serpens a dæmone, illa esset intellectiua, & tamen in hac non communicant animalia terræ, quæ solam sensitiuam cognitionem, aut a sensibus ortam habent, & nō excedentem sensum, ergo non agitur de illa calliditate.

Sequitur ergo tertia pars, scilicet, quòd intelligatur de calliditate sola naturali, quam serpens habet secundum speciem suam: & patet primo, quia non intelligitur de calliditate dæmonis in se, neque de calliditate, quam serpens accepit a dæmone, ergo intelligitur de calliditate ipsius serpentis, cùm nō detur medium. Secundo, quia comparatur serpens animantibus terræ, ergo comparatur tanquam rebus sui generis, & sic comparatur secundum id, quod est naturale. Tertio, quia si non comparetur serpens per id, quod naturale est, præsupponeretur, quòd habebat aliam calliditatem, quæ erat a dęmone: sed scriptura sacra non præsupponit hoc, cùm nihil de illo loquatur, ergo nō intelligit nisi de calliditate naturali, quæ erat ipsius animalis. Quarto, quia hoc significatur in modo loquendi, cùm dicatur, quòd serpens erat callidior cunctis animantibus: si tamen esset ista aliqua astutia data a dęmone, illa esset sapientia, & aliquid pertinens ad intellectionem, & scriptura non voluit sic vocare, sed dixit calliditatem, quæ conuenit animalibus, ideſt est astutia ipsorum, ergo de naturali astutia intelligitur. Quinto, quia cùm litera illa, ita vt iacet possit accipi de serpente quantum ad ea, quæ sibi sunt naturalia, non debet transumi ad aliquid, de quo non accipiatur scriptura quantum ad literam, & tamen ibi dicitur, quòd serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, & hoc potest conuenire serpenti nunc, quòd omnibus sit callidior, ergo non debuit trahi ad dęmonem, neque ad aliquid, quod ille acceperit a dęmone. Nam Christus dixit Matth. 10. Estote prudentes sicut serpentes: cùm enim vellet homines ad prudentiam hortari exemplo animalium, nō posuit exemplū de aliquo, nisi de serpente, innuens illum esse prudentiorem omnibus animalibus, & tamen Christus loquebatur verè de serpente, cùm etiam posuerit exemplum de columba quantum ad simplicitatem, & loquebatur secundum id, quod erat naturale serpenti, quia iam serpens non possidetur a diabolo, sicut tunc illum intrauit, ergo serpens secundum naturalia supra positus est a Christo, vt prudentior omnibus animalibus, & hoc est, quòd litera significat supra 3. cap. scilicet erat serpens callidior cunctis animantibus terræ, ergo dicetur, quòd intelligitur de serpente quantum ad naturalem astutiam.

Sciendum autem, quòd litera nostra posuit serpentem esse callidiorem, ideſt astutiorem cunctis animantibus: in Hebræo dicitur, quòd erat serpens magis nudus cunctis animalibus: quia ponitur ibi, arum, quod signat nudum, nam supra secundo cap. vbi litera nostra dicit, quòd erāt Adam & Eua nudi, dr̄ in Hebręo, arumim, & est nomen plurale, arum, est singulare eius, & ponitur, quòd erat serpens nudior, ideſt acutior ad cognoscendum. Et ista dicuntur per metaphoram, sicut dicimus de aliquo multum, & faciliter intelligēte, quòd habet intellectum nudum, ideſt promptum ad recipiendum, quasi nihil impediat ad recipiendum: de illo autem qui tardus est ad intelligendum, dicimus, quòd habet intellectum velatum, vel opertum, & illud velamen impedit intelligere, & hoc genere locutionis vtitur Apostolus secundo Corin. 3. cap. vbi de Moyse loquitur, & Iudæis, qui sunt tardi ad intelligendum veritatem, eo quòd habent velamē positum super intellectum, cùm ait: Vt sicut Moyses velamen posuit super faciem suam, vt non intenderent filij Israel in faciem eius, quod euacuatur, obtusum sensus eorum vsque in hodiernum diem, id ipsum velamen manet in lectione veteris testamenti nō reuelatum. Econtrario ergo serpens, qui erat nudior cunctis animantibus, erat promptior ad cognoscendum.

Sed aliquis dicet, cùm serpens non tentauerit Euā, neque aliquid ibi facere potuerit, sed diabolus totum fecit, quare scriptura totum loquitur de serpente, & de diabolo nihil, quasi diabolus egerit nihil, serpens verò omnia?

Dici potest vno modo, quòd fuit, quia sacra scriptura in operibus creationis, & in omnibus, quæ ad hoc præcesserant, nullam mentionem fecerat de angelis, aut dæmonibus, ideo cùm non præsupponat aliquam talem substātiam esse, non introduxit eam agentem. Secundo fuit, vt scriptura non ostendat magnam grauitatem tentationis, & ita apparet, quòd iustè punitus est homo tentationi succumbens. Si autem inueniretur, quòd diabolus istud egisset, ostenderetur, quòd tentatio erat grauis, cùm diabolus sit acutior, & sublimior homine in intelligendo, & ita minus culpabilis ostenderetur homo, qui a tam acri tentatore victus fuerat.

Sed obijcietur ad hoc, quòd non conuenienter ostenditur esse parua tentatio, cùm fuerit verè magna, quia a diabolo facta est.

Dicendum, quòd conuenienter attenuatur tentatio a sacra scriptura, & ostenditur homo dignus pœna, quam recepit, quia licèt fuerit illa tentatio facta a diabolo, non fuit magna, quia non fuit per se ipsum, & inuisibiliter, sed exterius facta in animali, ad quod rationabiliter potuisset mulier aspicere, & si noluit, vel non fuit satis diligens, sibi imputet: nam ita erat ac si a serpente tentaretur, cùm per serpentem id fieret, scilicet per id, quod serpens dicebat, & nihil plus in tentatione fuit, quàm id, quod serpens dixit: congruè ergo scriptura attribuit serpenti, quòd ipse illud egerit, quia quantum ad Euam nihil plus erat, quod ad tentationem pertinebat, quàm quod per serpentem dictum est. Ideo non differebat, an hæc per serpentem dicerentur, vel per quamcunque aliam rem, quæ ista verba dicere posset. Ideo licèt serpens ista non formauit, neque formare poterat: quia tamen per organum serpentis ista sonuerunt, quantum ad Euam idem est ac si a solo serpente tentata esset, cùm manifestum esset id, quod in tentatione fieret; secus si aliquid occultè fieret in rra Euam dæmone inflammāte appetitum eius, vel aliquid alterum faciente, vltra verba, quæ foris sonabant, quia tunc cùm illud non fieret per serpentem, non diceretur serpens tentare Euam, quasi serpens totam tētationem ageret, sed quia nihil fuit in tentatione, nisi quod per serpentem dictum est, dicitur conuenienter, quòd serpens tentauit a se, vel alius per illum illa loqueretur. Et hoc est tertia causa. Quarta, quia aliquis nesciens accusaret Deū, quòd permisisset Euam tentari a tam graui tentatore, cùm sit dęmon multo superior in intelligēdo hominibus: si autem dicatur, quòd serpens tentauit, & non dæmon, nō est ista occasio arguendi Deum, quia animalia

Obiectio remouetur.

animalia sunt minora in astutia, quàm homo, ideo poterant vitare quoscunque dolos animalium. Sed obijcietur, quòd non sit conueniens excusatio, quia verè dæmon tentauit, & non serpens, & dæmon est sublimior homine in intellectu, ideo semper manet ratio querelæ illius contra Deum. Dicendum, quòd non manet, quia istæ occultationes veritatum sub modis figuratis non fuerint, nisi illis, qui veritates ipsas apertas capere non sufficiunt, aut non dignè capiunt. Sicut Christus dixit Matth. 13. cap. Vobis datum est nosse mysterium, ideſt, secretum regni cœlorum, cæteris autem in parabolis, scilicet, quia non erant digni audire, vt ibi sequitur, Ita nunc quicunque audiunt nominari dæmonem, putant esse aliquid valde ingeniosum, & supra excellentiam intellectus humani, non tamen sciunt omnes distinguere de tētationibus eius, an quædam sint magnæ, & quædam paruæ, vel æquales, sed qui pauca sapiunt, putant omnem tentationem dæmonis esse fortem, iuxta totas vires dæmonis. Et ideo si diceret scriptura tentatam mulierem a dæmone, putarent quòd illa tentatio erat fortissima, ideo haberent mulierem, vt excusabilem, Deum verò, vt duriter punientem: quia tamen secundum veritatem illa tentatio, licèt esset a dæmone, erat parua, quasi esset alicuius minoris tentatoris, quàm dæmonis, voluit scriptura exprimere serpētem, per quem actum est, quasi tentatio illa non esset maior, quàm per serpentem fieri posset, quia in veritate non erat tanta, quanta per dæmonem fieri poterat. Quinta causa fuit ad tollendum errorem, quia si diceretur quòd diabolus per serpentem tentauerat, sequeretur error in simplicibus circa ea, quæ æstimare debebant de Deo, & dæmone, vt statim declarabitur, ideo non debuit dici, quòd dæmon fecisset, sed serpens.

Quæst. 440 Cur nō dicit tentasse per dæmonem.

Sed quæretur, quare non dixit, quòd fuit tentatio facta per dæmonem, nam non sequeretur aliquis error ex hoc, cùm sacra scriptura ponit similia de dæmone tentante: nam Actuum quinto cap. dixit Petrus ad Ananiam: Anania cur tentauit Sathanas cor tuum mentiri te Spiritui sancto? & ita tentatio non datur ibi, nisi Sathanæ. Et Ioann. 13. cap. dicitur: Cùm diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas, & eodem capitulo, postea dicitur; Et intrauit in eum post bucellam Sathanas: & non solùm in Nouo Testamento, sed etiam in Veteri habetur de diabolo, quòd tentet, vt lib. 1. Paralipomenon 21. cap. Scilicet, Consurrexit Sathan contra Israel, & incitauit Dauid, vt numeraret Israel.

Quæst. 439 Si diabolus tentauit, Cur de mente de serpente?

Dicendum vno modo, quòd dæmon, & operatio eius fuit aliquando magis notus, quàm a principio, & ideo aliquid de tentatione eius potuit dici in processu sacræ scripturæ hominibus tanquàm magis expertis, & aptioribus ad recipiendum, quàm in principio; vnde non debuit dici a principio de tentatione Sathanæ. Simile est de creatione: nam in principio posuit scriptura de creatione rerum corporaliū, & visibilium: de creatione autem spiritualium, & inuisibilium nihil dixit, licèt certum est, quòd spiritualia creata sunt a Deo; sed factum est hoc, quia in principio non erant homines certificati circa spiritualia: vnde nesciebant ea esse. Et ita de eo, quod ignorabatur, an esset, non debuit ostendi principium vnde esset. Sic etiam de anima hominis factum est, quia ponitur formatio corporis, & non dicitur de anima secundum veritatem naturæ eius, sed solùm secundum quòd vulgares esse existimant, vnde dicitur; Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ: non enim vocauit animam, sed spiraculum, quia spiratio est in homine manifesta, & in ea parte, in qua est spiratio manifesta,

Tentatio illata per minis patrū bus an fuerit.

Alph. Tost. super Gen.

A posuit eam scriptura: nam dicitur, quòd inspirauit in faciem eius, in facie quippe hoc apparet. Ideo cùm a principio non essent notæ aliquæ substantiæ spirituales, & multo minus operationes earum, non debuit dicere scriptura, quòd Eua tentata esset per dæmonem.

Postea verò in processu scripturæ, & temporum, fuerunt homines magis exercitati ad ista intelligenda, & scriptura narrauit ea: & quia in Nouo Testamento fuerunt omnia maximè reuelata, ibi potissimè dictum est de dęmonibus, & tentationibus eorum; in Veteri Testamento non erant ista tam nota, ideo ibi minus de dæmonibus dicitur, & eorum tentationibus, & tamen tempore quo scriptus fuit liber Paralipomenon, processerat diu status Veteris Testamenti, scilicet, circa finem status regum, immò postea per Esdram, & sic poterat aliquid notum esse de dæmone, & ponitur ibi de eius tentatione, in prioribus tamen libris nihil de hoc dicitur, & nunquàm minus potuit dici, quàm in principio sacræ scripturæ, cùm nulla doctrina, aut exercitatio præcesserat.

B

Alio modo potest dici, & adhuc principalius, ꝙ illæ auctoritates non obstant, quia ibi dicitur de tentatione interiori: nam siue quando tentauit Sathanas Iudam, siue quando Ananiam, siue cùm Dauid, interius concitauit, & non per aliquam apparentiam foris factam, neque per introitum in aliquid quod loqueretur: nunc verò cùm Euam tentauit, fuit in serpente loquendo per serpentem, ideo non est simile. Est autem hoc causa maioris erroris: nam apud eos, qui parum instructi erant, non crederetur, quòd dæmon posset facere serpentem loquentem, qui naturaliter non loquebatur, sed ista potestas Dei solius erat; si autem diceretur, quòd aliquis loqueretur per serpentem, & non serpens a seipso, aut præsupponeretur esse Deus, aut dæmon. Si dicatur, quòd esset dæmon, videretur potestas Dei tradi dæmoni, & hoc erat magnum inconueniens, quia qui talia de dæmone audirent, putarent eum esse Deum, aut Deo æqualem, & nihil erat grauius, & hoc quia propter paruam cognitionem nescirent distinguere inter potestatem Dei, & potestatem dæmonis; & ista est causa quare scriptura sæpe ea, quæ facta sunt per angelos attribuit Deo, scilicet, quia si diceret ea facta per angelos, putarentur angeli esse Deus propter nescire distinguere potestatem. Si autem diceretur, quòd Deus per serpentem loquebatur, erat inconueniens: primo quia falsum exprimebatur, nam non loquebatur ipse, sed diabolus, & non poterat dici, quòd Deus loquebatur, sicut interdum loquentibus angelis dicitur loqui Deus, quia ipse iubet illis loqui, & illi nomine eius loquuntur: hìc autem diabolus non tentauit Euam a Deo iussus neque noīe Dei, ideo neq; potuit dici, quòd Deus diceret. Secundum erat, quia repugnabat dictis, eo quòd serpens loquens facit verbum de Deo in tertia persona, & tamen non poterat facere idem de se ipso. Tertio, quia maneret querela aperta contra Deum, quòd ipse tentasset Euam, & ita iniustè puniret, cùm ipse ei laqueum pararet: non ergo potuit dici, quòd per serpentem aliquis loqueretur, neque Deus, neque diabolus, sed debuit dici, quòd serpens locutus est quasi a se loqueretur, & tamen ex tali modo loquendi plurimi de Iudæis intelligebant secundum veritatem serpentem fuisse locutum, cùm & Iosephus inter Iudæos suo tempore opinatissimus, & qui fuit tempore Christi, scilicet paucis diebus post eius mortem, ita asseruerit, quòd serpēs a se locutus sit, & ꝙ sermonē hēbat naturaliter, sed Deus priuauit eum tunc voce, libro primo Antiquitatum.

C

D

E

Quæst. 441 Cur scriptura nō dixit, quòd serpens loquebatur per alium.

Sed quæret ur, quare non dixit hoc scriptura, sicut in locutione asinæ Balaam: nam illa locuta est non a se ipsa, sed per alterum, & dixit hoc scriptura Numeri 22. cap. Ergo poterat ita dicere de serpente, quòd loqueretur per alium. Dici potest vno modo, quòd tunc potuit magis aperiri veritas rei, eo quòd erat aliquantus processus sacræ scripturæ factus, & sæpe erat facta mentio de Angelis, ideo poterat ibi signari asinam locutam esse per alium, hìc verò non debuit significari serpentem per alium fuisse locutum, vbi nullus processus scripturæ præcesserat. Alio modo potest dici, q̃ etiam de asina non signatur, quòd aliquis locutus fuerit per asinam, vel in ea, sed quòd data sit asinæ potestas ad loquendum, quam potestatem prius non habebat: nam dicitur Numeri 22. cap. Aperuitque Dominus os asinæ, & locuta est; quid feci tibi? cur percutis me? Sed intelligendum, quòd asinæ non potuit dari vis ad loquendum, quia hoc non potest fieri, nisi dando animam rationalem, cuius est vis locutiua, vel interpretatiua, & illa non potest dari bruto, quia desineret esse brutum, sed aliquis locutus est per asinam, & ille vel esset Deus, vel Angelus, fuit autem verè Angelus, nam ibi fit mentio de Angelo Dei, qui stetit euaginato gladio ante asinam; sed scriptura non dixit, quòd Angelus locutus est in asina, immò dixit quòd aperuit Deus os asinæ, & locuta est: hoc fuit, vt hoc putaretur esse virtutis Dei, quia nullus alius facere posset; & si diceretur, quòd Angelus fecerat, putaretur æqualis Deo, vel non distingueretur inter Angelum & Deum, vt ergo euitaretur iste error, qui erat maxime periculosus, dictum est quòd aperuit Deus os asinæ, idest fecit locutionem per os eius, cùm verè fecisset Angelus volente, & iubente Deo. Sed hoc non potuit sic dici: nam non debuit dici, quòd fecerat hoc Deus, quia diabolus verè fecit non iubente Deo, sed ex sua iniquitate, cùm inuidia diaboli actum sit. Sapien. 2. cap. Circa asinam autem fecit illud Angelus iubente Deo, ideo facere illud dicebatur Deus: non poterat autem dici, quòd fecisset diabolus, quia videretur potestas Dei competere alteri, vt dictum est, ideo non debuit dici, quòd aliquis locutus est per serpentem, sed quòd serpens locutus sit, & ita patet solutio ad primum argumentum factum supra quæstio. 428.

Sed quare non dicitur aliquid de diabolo, cùm ipse Euam tentauerit, & non serpens?

Quæst. 442 Cur nō dicitur aliquid saltem de dæmone, qui tentauit.

Erat ibi secunda ratio ostendens, quòd serpens fecerit hoc, & non diabolus, qa dr̃ supra 3. cap. Serpens erat callidior cunctis animantibus, & tamen si diabolus illud fecit, & non serpens, non plus differret serpentem esse callidum, quàm inertem. Dicendum, quòd non concludit, quia satis responderi poterat, quòd serpens erat callidior cunctis animantibus, quia talis factus fuerat a dæmone impellente eum; & tamen præsuppositum est falsum, quia ostendimus quòd dæmon intrando serpentem non dedit ei calliditatem aliquam, quam non habebat prius, neque dare potuit. Et tamen dicendum, quòd licèt serpens non fecerit verè tentationem, profuit hoc dictum esse primo ad modum loquendi scripturæ, quæ in superficie ex modo loquendi importat, quòd serpens istam tentationem fecerit, licèt hoc non asserat, cùm non sit verum, & tamen quia hoc dicere videtur, debet dari ratio eius quod dicitur in eo sensu, in quo dici videtur. Quia igitur sic intelligeretur a simplicibus, quòd serpens tentauerat, & tamen dubitaretur quomodo animal brutum poterat hoc facere, redditur res verisimilis, scilicet quia erat serpens callidior cunctis animantibus, & ista est causa vera. Secundò dicunt aliqui, quòd fuit, quia licèt diabolus efficeret tentationem, & non serpens, dictum est, quòd erat serpens callidior cunctis animantibus, eo quòd magis proderat ad operationem dæmonis, cùm facilius susciperet ea, quæ a dæmone fierent, quanto esset callidior, quod non facerent animalia nullius calliditatis. Dicendum, quòd non stat; primò, quia in hoc præsupponeretur, quòd elegisset dæmon serpentem ad tentationem istam, tanquam conueniens instrumentum, & tamen negatur a Doctoribus, dicunt enim quod non elegit, sed accepit id, quod accipere permissus est, quia ipse aliud animal accepisset, si permitteretur, sic dicit Augustinus, & Magister libro secundo, distinctio. 21. scilicet; Non enim putandum, quòd diabolus serpentem, per quem tentaret, elegerit, sed cùm decipere cuperet, non potuit, nisi per quod animal permissus est, nocendi enim voluntas inest cuique a se, sed potestas a Deo. Secundò, quia illud verum esset, si operatio dæmonis peruenireret in serpentem, ita quòd dæmon influeret in serpentem, & ipse recipiens a dæmone operaretur, tunc quanto esset animal callidius, idest astutius, videretur magis dispositum ad istam operationem; sicut fit in eo, qui docetur, nam licèt ille prius esset non sciens, per hoc quòd docetur, efficitur sciens recipiens ea, quæ a docente traduntur, eo quòd capax est eorum, & tunc quanto is, qui docetur magis dispositus est, facilius capit, & minor difficultas est docenti; sed non erat sic in serpente, quia ille non recepit dæmonis influxum ad hoc, quòd efficeretur operatio eius, quia tũc diceremus quòd dæmon mouebat serpentem, & serpens verè efficiebat istam tentationem, sicut quando aliquis homo astutus instruit alium minus astutum, quomodo alicui damna inferat, ille autem sic instruxit, sed peccãt instructus, licèt alius in culpa aliqua sit; sed est sicut in scriptura, & calamo: non enim calamus scribit, sed scriptor, & tamen ille per calamum deriuat operationem suam, ideo cum serpens non deberet suscipere operationem dæmonis, neque susceperit, non proderat ad hoc esse callidiorem serpentem. Tertiò, quantum ad principale potest dici, quòd hoc profuit ad ostendendum culpam mulieris tentatæ, nam si animal per quod fiebat locutio ad eam, fuisset simplex, vt bos, vel ouis, aut asinus, non habuisset causam cogitandi latere dolos, ideo minus culpabilis esset succumbens; cùm autem a serpente fieret sermo, qui naturaliter erat callidior cunctis animantibus, potuit verisimiliter, aut debuit mulier cogitare latere dolum. Ideo cùm non curauerit aduertere, fuit magis culpabilis, & tamen prima ratio est, quæ facit magis ad intentionem sacræ scripturæ. Et ideo dicendum, quòd si sola veritas tentationis attenderetur, totum, quod fecit diabolus per serpentem, potuisset facere per asinam, & non proderat calliditas serpentis, sed fuit conueniens sic dici propter causas supra tactas, quòd serpens esset callidior. Ad quartam, & quintam rationes respondebimus in prosecutione eorum, quæ restant.

Quæretur nunc de habitudine serpentis in tentatione illa, quantum ad hoc, quòd ad mulierem iuerit, & locutus fuerit. Dicendum, quòd serpens nihil istorum fecerit, neque intellexerit, sed per ipsum fiebant ab alio: Primò enim, cùm diabolus voluit tentare hominem, cogitauit incipere a muliere, & serpentem ipsum mouit, vt ad mulierem iret, vt ita ei de propinquo loqui posset; certum est autem hoc a dæmone factum, non a serpente, quia non erit operatio ista eius, cùm sit principium operandi foris passo non conferente vim: serpens enim non scibat, quò ibat, neque illuc ire cupiebat: nam ab eo erat ire, a quo erat tali tempore ire, & ibi consistere, vbi

vbi stetit, & tũ uelle tali tempore ire, quando fœmina sola erat, & ibi sistere ubi fœmina erat, fiebat ab operante secundum rationem: ideo, & ire ab illo erat, & non a serpente, qui ratione non utitur. Secuta est locutio proponendo uerba, quę habentur supra 3. cap. Ista autem uerba non locutus est serpẽs, neque loqui potuit, quia loqui dicit formationem uerborum, serpens autem uerba non format, quia formatio uerborum est reddere sonos conuenientes exprimendis conceptib. Cap. mentis, quia sunt ea, quæ sunt in uoce earũ, quæ sunt in anima passionum notæ, ut dicitur libr. 1. Periherme. & tamen serpens nullos conceptus habebat, ergo neque illos in uocem deriuari poterat, & sic uerba non formabat. Secundo, quia formatio locutionis, idest sermonum est per uim interpretatiuam, quæ est uis sonius animæ rationalis: serpens autem non habebat animam rationalem, ergo neque habebat vim formatiuã uerborum. Tertio, quia ad formationem uerborum requiruntur determinata organa: nã uox non potest articulari in quibuscunque organis, sed in determinatis, quod apparet in hominibus, quorum lingua habet nodum, aut in eis, quibus aliqui dentes deficiunt: nam licèt naturalem peritiam habeant, quasdam tamen uoces formare non possunt, & in quibusdam literis deficiunt, quod quotidie experimur, & non prouenit illud, nisi ex defectu organi. A fortiori ergo in brutis, quibus plus deficit de naturali dispositione organorũ humanorum, minus erit possibilis formatio sermonum. Serpens autem non habet humana organa, ideo etiam si haberet intellectum, non posset formare uoces, & ita non formauit ille, sed alius.

Quæst. 444 Vtrum serpens, dæmõ sed ope dæmonis.

Dicendum ergo, quòd serpens non locutus est, sed dæmon loquebatur omnia illa uerba, quæ sonuerunt: ipse enim conceperat, quod dici deberet: & ideo ipse sciret, quæ uerba competeret illis conceptibus exprimendis, & habebat uim ad formandum illa aptè, ut significarent, quod ille significari uolebat. Quia uerò dæmon sciret uerba formare, nõ est mirandum: nã licèt nõ sit dæmon cõmunicans humana specie, cui cõpetit formare uerba ad conceptus exprimendos: & tamen communicans, tam humana specie in natura intellectuali, ex qua competit homini formare uoces significatiuas, & nõ ex natura corporali: & in hac natura intellectuali adhuc superior est dæmon homini, quia cùm sit substantia separata, necesse est excedere intellectũ coniunctum, qualis est intellectus humanus. Quicquid ergo de scientia competit dæmoni, sed anima nostra habet notitiam formandarum uocum ad expressionem conceptuum, ergo & dæmon hoc nouit. Secundũ est potestas formandi, quæ est distincta à cognitione formandi, & dicendum, quòd hanc etiam dæmon habet, quia istud est, sicut in arte, vbi ad productionem artificiati non requiritur nisi forma artis, ideſt exemplar, & habitus artis, qui uocatur ipsa ars, & instrumentum, & uirtus motiua instrumenti, vt realiter moueatur, quibus quatuor concurrentibus consumatur omne procedens secundũ artem. Dæmon autem habebat ista quatuor. Primũ erat forma, ideſt exemplar, & hoc ad formandas voces non est nisi conceptus, qui debet exprimi in vocibus, sicut forma gladij in intellectu, sed non scit formare gladium foris, nisi faber, scilicet, quia ille habet habitum artis, qui habitum dirigit in factionem: hoc autem in præsenti erat naturalis vis ad sciendum formare vocem, cuius modi voluerit. Licèt enim in notis non sit determinatio vocum à natura, dicente Aristot. libro quarto de animalibus: Significatio est, q̃ fieri vocis non est naturale, neque locutio, sed secundum doctrinam docẽtium: voces autem hominum sunt consimiles, locutio verè diuersificatur: est tamẽ

vis formandi voces quascunque à natura, ideſt, quòd sciamus formare quamcunque vocem nobis propositam. Nam si hoc non esset, nunquam posset aliqs addiscere linguam alicuius gentis, cùm nõ posset formare uoces, quę ei dicuntur: quia ergo naturaliter inest animæ vis ad sciendum formare quascunque voces voluerit, ideſt, vt sciat mouere instrumenta tali modo, vt formetur in eis illa vox, quã volumus, quæ formatur ex certa percussione, & non ex qualibet, inerit quoque dæmoni naturaliter scientia, aut vis cognitiua ad formandum voces, non tãquam sit sibi naturale loqui, sed quia continet omnem perfectionẽ intellectiuam, quæ inuenitur in natura inferiori, quę est anima humana. Tertium est instrumẽtum, quod non est idem in qualibet arte, neque idem secũdum quamlibet operationem, aut operatum, vt sensus iudicat: in formatione autem vocum sunt in nobis instrumenta nota: dęmon verò non habet ista secundũ naturam, inquantum ipse incorporeus est, sed accipit in illis, per quæ loquitur, & quia dæmon nunc per serpentem loquebatur, in serpente acciperet instrumẽta ista. Quartum est vis motiua instrumenti: nam, & si artifex habeat formam & artem, & instrumentũ, si debilis est manus eius, nunquam faciet gladium, aut aliquid artificiatorum. In formatione vocum est vis ista motiua, qua mouentur organa, & est illa, quæ mouet secundum locum: cùm enim anima habeat vim ad mouendum singulas partes corporis & totũ corpus secundum locum, habet vim ad mouendum instrumenta vocis, quia non est ibi, nisi motus localis: directio autẽ in motu, vt sic, vel sic moueantur, est per vim ipsam interpretatiuam, vel locutiuam. Dæmon autem habet vim ad mouendum res magnas secundum locum: ergo à fortiori ad mouendum organa in formatione vocum, quod est aliquid paruum. Et ita apparet, quòd dęmon verba illa formaret, quia nihil ei deerat ad formationem vocum. Serpens autẽ non poterat formare, quia deficiebant ei ferè omnia quatuor, quæ requiruntur in formatione vocis.

Quæst. 445 An dæmõ p serpentẽ loqui potuerit.

Sed adhuc objicietur, q̃ dæmon non potuerit loqui per serpentẽ, quia licèt dæmon aliquid loqui posset, tamen saltem per serpentem non posset, quia deficeret ei quartum, scilicet instrumentum: nam propria instrumenta formationis vocum sunt ea, quę homines habent, & tamen serpens non habuit illa: primum apparet, quia cùm natura nõ deficiat in aliquo, cui dat operationem, dat virtutem & instrumẽtum, & quia dedit soli homini, quòd loqueretur, vt dicit Aristot. libro quarto de Animalibus, dedit ei instrumenta locutionis, & quia nulli alij animali dedit loqui, nulli tribuit instrumenta apta ad locutionem: ex quo apparet secundum, scilicet, quòd serpens nõ habuit organa conuenientia ad formationem vocis, cũ natura non dederit ei, quòd loqueretur, & ita dæmõ non inueniret ibi instrumenta ad locutionem. Secũdo apparet hoc, quia homo habet naturaliter instrumenta ad locutionem apta, & tñ propter modicũ defectum in illis organis sequitur interdũ nihil loqui, sicut in mutis, qui naturaliter sunt muti, de quibus dicit Aristo. libr. 4. de animalibus, quia naturaliter muti habent vocem, non tñ habent sermonem distinctũ: in alijs verò accidit impedimẽtum magnum ex quibusdam occasionibus linguæ, ita, vt parum loqui possint, sicut idẽ dicit lib. 1. de animalibus. Fortè erit lingua absoluta, & fortè nodata, sicut accidit in blesis, & in alijs occasionatis in lingua: ex valde autem paruo impedimento fit defectus in locutione, sicut deficiente aliquo dente non formantur omnia verba, vel non proferuntur omnes literæ, sed quædam efflantur. Quidam etiam habent instrumenta sine vllo

Cap. 9. & lib. 5. c. 7.

Cap. 9.

defectu, quia tamen adhuc non sunt firma, idest non firmiter mota, fit defectus in locutione, sicut accidit in pueris, & in quibusdam hominibus maioris ætatis. Sic dicit Aristot. lib. 4. de Animalibus. Pueri verò non retinent firmiter linguas suas, sicut nec membra puerilia, & propter hoc dicitur, quòd sunt imperfecti, donec inuenescant, & quidam pueri non vigent in lingua, nisi post longum tempus, vt quidam tradunt, sed manifestum est, quòd magis deficit serpens a complemento instrumẽtorum vocatiuorum, quàm aliquis homo quantumlibet blesus, aut traulus, vel mutus, in quibus constat in solo organo esse defectum, & apparet iste maior defectus ex diuersitate figuræ, ideo multo minus poterit fieri formatio vocis in serpente, & ita neque diabolus loqueretur in serpente. Dicendum, quòd verè locutus est diabolus in serpente. Primò constat, quia scriptura sacra asserit factam locutionem per serpentem, sed certum est, quòd serpens non potuit illã facere, vt ostensum est, ergo fecit illam dæmon. Secundò, quia tam indisposita est asina ad locutionem, quantum serpẽs, immo fortè plus, & tamen per asinam facta est locutio, Numer. 22. cap. ergo & fieret per serpentem.

Qõ. 446. Respõsio ad obiectionem.

Cùm autem obijcitur, quòd deerat ibi organum, ideo non posset fieri locutio, potest dici vno modo, q̃ habuit ibi dæmon organũ conueniens, quia licèt serpentes communiter, qui inter nos apparent, non habeant organum locutioni aptum, habuit illud serpẽs ille, & hoc est, quia vt Beda asserit, & Magister in historia scholastica, & alij multi, serpens ille habuit vultum virgineum, idest vultum puellæ: vbi aũt vultus puellæ esset, necesse erat poni organa vocatiua, quia essent ibi dentes, & os paruum & latitudo palati, & cætera, quæ reddunt aptitudinem formandarum vocum, ideo sicut per mulierem possent formari voces, ita per serpentem qui habebat talem vultum, & organa qualia mulier. Secundo, quia quædam animalia sunt, quæ habent organa conuenientia ad formationem vocis humanæ, licèt non ita perfecta, sicut homo, & apparet cùm per consuetudinem instruamus quædam animalia, vt nostras voces exprimant, sicut est pica, & maximè psitacus: hoc non esset si in eis nõ essent organa conuenientia, & tamen quia non sunt omnino similia nostris, non perfecte exprimunt voces nostras. Hoc autem accidit in illis animalibus, quorum os strictum est, & lingua est magna pro magnitudine palati, & ipsum palatum sit aliqualiter amplũ, quia ita in nobis est, quòd est palatum amplum, cùm sit vultus noster rotundus: est lingua nostra ampla, & os nostrum pro magnitudine faciei est paruum, q̃d inuenimus maximè in psitaco: habet enim palatum satis amplum pro magnitudine corporis sui: habet os paruum, & habet linguam valde magnam, & illa est quæ maximè eum adiuuat, vt possit formare voces nostras. E contrario autem inuenitur ferè in omnibus animalibus, & maximè in quadrupedibus, quia habent paruitatem palati, in quo aer frangitur, & hoc est, quia non habent rostrum rotundum, sicut nos, sed longum sicut equus, bos, canis, ouis, & huiusmodi: ex hac parte magis inueniri põt formatio verborum nostrorum in auibus, quãm in terrestribus, & q̃ quædam aues habent caput rotundum, in quo est concauitas palati, & ita est ibi quædam amplitudo. Alterum est paruitas oris, & istud est, quòd maximè obest animalibus quadrupedibus, vt non possint formare voces nostras, etiam si haberent intellectũ, quia habent magnitudinem oris, cùm totum rostrum eorum fissum sit non solùm ab anteriori, sed etiam a lateribus: vnde non potest ibi fieri collisio ad formationem vocum, sed totus aer non collisus efflatur: aues autem plurimæ ex hac parte sunt dispositæ ad locutionem, quia habent ora parua & stricta. Tertium est magnitudo linguæ, quia sicut magnitudo palati est ad continendum multum de aere, qui collidatur, paruitas autem oris ad retinẽdum aerem ne effletur simul ante collisionẽ, ita principaliter est lingua ad collidendũ illum: si aũt lingua parua fuerit, parum de aere collidet, & spirabit multus aer non formatus in vocem, & ideo non erit vox articulata, aut si articulatur erit multum imperfecta, ideo nihil magis exigitur quàm magnitudo linguæ, & nihil magis obesset, quàm paruitas illius. Et tamen Arist. lib. 1. de animalibus dicit de lingua: lingua autem fortè erit lata, & fortè stricta, & forte erit mediocris, & hæc est laudabilis: nam ipsa conuenientior est bonitati motus & interpretationi vocabulorum. Dicit autem Aristo. de ipsa lingua mediocri vituperans magnam & paruam: nam vocat ipse latam eã, quæ est magna præter proportionem, & ista non conuenit ad bonitatem motus, vt ipse dicit, & hoc primo, quia in quantum est magna est ponderosior, & ita non faciliter mobilis, quod exigitur in locutione. Secundo, quia in eo quòd lata est, occupat plus debito, & in motu impeditur ab alijs partibus, quas tangit, cùm verò proportionata est nõ impeditur ab aliquo ex contactu. Tertio, quia lingua lata in confractione aeris non bene sedet, quia non coaptatur illi parti, super quam sedere debet, & ita non plene, vel apte colliditur aer, & alia huiusmodi inconuenientia sunt. Parua autem lingua non habet aliquod horum inconuenientium, sed econtrario est velox ad motum propter paruitatem ponderis: etiam quia non impeditur in motu ex contactu, & ideo homines, qui habent paruam linguam, sunt velocis locutionis; sed hoc ipsum est inconueniens, quia velocitas in sermone debet esse moderata: est secundum inconueniens, quia non sunt verba omnino formata, sed quasi inarticulata, & informia propter hoc, quòd parua lingua non capit totum aerem, vt illum confringere possit, ex quo sequitur, quòd lingua mediocris magnitudinis erit conueniens ad locutionẽ, quia erit facilis ad motum, & etiam sufficiet ad colliendum totum aerem, vt perfecta reddatur vox.

Ex hoc autem appatet, quòd non est inconueniens in quibusdã animalibus esse voces articulatas, licèt nõ sint significatiuæ, & non accipio articulatã vocẽ sicut Priscianus. li. 1. accipit, vt est coartata. i. copulata cũ aliquo sensu mentis eius a quo proficiscitur, scilicet articulatam ab artu, idest membro, scilicet omnem illam vocem, quæ in membra diuidi potest, scilicet in syllabas, & literas, & sic accipio articulatã. i. literatam, q̃ literis explicari potest: consequitur aũt hoc vox, vel sonus ab eo q̃ colliditur certo modo in palato circa organa vocatiua, & talem vocem habent aliqua animalia, sicut coruus, & rana, s. cro, & croax, & sicut habẽt istas voces articulatas, idest literatas innatas, ita possunt quascunque alias si instruantur, & hoc ferre possunt quascunque alias: si instruantur, & hoc est in capacibus disciplinæ, & assuetudine, sicut faciunt pica, & psitacus, & tamen quando ista formant voces literatas, quæ aliàs sunt significatiuæ, non intelligunt aliquid per illas. Ex isto etiam patet, quòd non est mirabile id, quod aliqui dicunt de lupo Indico, quem Manticoram vocant, quem dicunt loquentem esse, & quòd est vox eius, sicut tubæ: ipsum lupum dicit Aristot. vocari Maricen Gerion, libro secundo de Animalibus, & homo concedit eum esse, & tamen si sit, non est inconueniens, quòd loquatur nõ quidem locutione propriè dicta, vt est formatio vocum impositarum ad significandum cõceptum mentis. Nam sic locutio solius hoïs est, vt dicit Aristot. lib. 4. de Animalibus. sed loquitur, idest format voces literatas similes nostris

Formatio uocis magis reperiri in auib.

Cap. 12.

Quo homine Deus os asinæ, Num. 22. cap. tamen intelligitur, quòd non poterat effici loquens, sic dicit Aug. & Magister, libr. 2. dist. 21. & quia dæmones possunt id, quod Angeli, posset quoque dæmon per asinam loqui.

Quæst. 447 Cur dæmõ potuit loqui per serpẽtem non per alia animalia ipso rationabile. 26. ne organa erant.

nostris vocibus, quòd non est inconueniens, quia habet instrumenta vocatiua, nam dicit Aristot. referendo dicta philosophi cuiusdam, quod lupus ille habet faciem hominis, & oculos, & aures hoïs; si autem faciem hoïs habet, habebit organa vocatiua similia humanis, & iõ poterit formare voces sicut nos, pp q̃d vidit loquens, & tñ fm veritatem non loquitur, vnde non proferet verba alicuius idiomatis; & ipse lupus non intelliget voces, quas format, neque eas cum affectu significãdi profert, neque aliquis eas intelliget. Sunt tñ literatæ sicut illæ, quas nos proferimus, quia in similibus organis formantur, & ita fortassis erat de serpente illo, q̃ haberet organa conuenientia ad articulandam vocem.

Quæst. 447 An serpẽs intellexerit, q̃d loquebatur Euæ.

Tertio, quantum ad principale potest dici, quòd etiam si serpens non haberet organa disposita ad formandum vocem literatam, posset dæmon ibi formado organa, vbi non sunt organa, & vbi sunt imperfecta organa ea perfecta reddere: in serpente autem organa erant, licèt non essent perfecta, ergo poterat dæmon per serpentem loqui. De primo patet, quia tam Angeli boni, quàm dæmones apparent interdum in corporibus, quæ formant de aere, & loquuntur in illis: de Ange. notum est, vt infra 16. & 18. & 19. cap. & de Angelis in resurrectione Domini, & de Angelis in Ascensione. Mar. 15. & Act. 1. & tamen dæmones, & Angeli similiter operantur in locutionibus, vt dicit Aug. & Magister, lib. 2. dis. 21. ideo ipsi in corporibus aereis, apparent, vel apparere possunt, & loquentur; ibi autem nullum organum erat, sed ipsi formant de aere, tam corpora, in quibus apparent, quàm organa, per quæ loquantur. De secundo patet, quia cùm possint facere organa, vbi non sunt, poterunt à fortiori complere organa incompleta cũ minus illud sit, sed omnia animalia habent organa, in quibus possit formari vox, licèt illa ex parte sint deficientia, ideo poterit dæmon illa complere, & loqui in quolibet animali. Secundo istud apparet ex opere: nam Angelus Dei locutus est per asinam Balaam, & licèt scriptura more suo dicat, quòd aperuit Deus os asinæ, Num. 22. cap. tamen intelligitur, quòd factum sit per Angelum loquentem in ea, quia ipsa non poterat effici loquens, sic dicit Aug. & Magister, libr. 2. dist. 21. & quia dæmones possunt id, quod Angeli, posset quoque dæmon per asinam loqui.

Modus autem faciendi est, quia os asinæ est fissum, & patens, efflaturque totus aer, ita vt non possit formari vox, cùm non collidatur aer: obijciet autem dæmon aliquid, quod vndique concludat, & retineat aerem, ita vt colliditur, & sic formabitur: illud verò erit tale, quale ẽ id, de quo ipse format corpora in quibus apparet, & loquitur. Cùm autem obijcitur, q̃ quando in hominibus est aliquis paruus defectus in organo, non fit locutio, aut non conuenienter, dicendum, quòd idem fieret in dæmonibus, vel Angelis si id, per quod ipsi loquerentur non haberet organa completa, & tamen quãdo sunt incompleta complent ea, & quando sunt inepta aptant ea, ideo nunquam dæmon, aut Angelus habet organa inepta ad locutionẽ, secus de homine, q̃a homo habet organa naturalia sibi nataturaliter coniũcta, q̃ sunt pars eius, & per illa exercet operationes suas, & si illa sunt completa, redduntur operationes completæ, si autẽ sunt inepta, efficiuntur operationes incompletæ, & impeditæ, & hoc fit, quia cum anima hominis sit minima in tota natura intellectuali potest solum vti organis datis, non potest formare sibi organa, neque complere incompleta. Dæmones autem, & Angeli sunt superiores in natura intellectuali, & nõ habent organa vnica naturaliter, ideo non solùm possunt operari per organa data, sed & formare organa, qualia voluerint, aut incompleta complere, & ita paruus defectus in organo tollit in homine locutionem, vel impedit illam, in Angelis autem, & dæmonibus non potest impediri quantumcunque dentur eis inepta organa, quia illa possunt complere.

Sicut autem diximus, quòd serpens non locutus fuit, sed dæmon per serpentem formãdo in ea voces illas quas voluit, ita dicimus, quòd serpens non intellexit voces illas, neque intellexit quid in eo fieret. Primo, quia intelligere voces est habentis animam rationalẽ, sed serpens non habebat animam rationalem. Secundo, quia maius erat intelligere voces, quã formare eas, quia intelligere fit per animam: formatio autem fit per corporalia organa, & tamen serpens non potuit formare voces, vt ostensum est, ergo neque intelligere eas. Tertio, quia etiam si serpens esset rationalis, non intelligeret voces illas, cùm illud esset idioma ad placitum institutum, & non innatum rationi, sicut nos non intelligimus linguam illam, in qua instructi non sumus. Et non erat aliquod inconueniens, q̃ locutio fieret per serpentem, & non intelligeret serpens, quia sic fit in nobis, per quos non loquuntur alij, sed nos ipsi loquimur frequenter quę non intelligimus, sicut ignari linguæ Latinæ, quando legunt scripta Latina, aut referunt, & etiam aues hoc faciunt, sicut pica, & psitacus, qui dicunt verba à nobis accepta, & non intelligunt quid dicunt, & tamen ibi magis est, quam in serpente: nam serpens non proferebat verba illa, sed dæmon per serpẽtem, ideo non mouebat serpens propria organa, sed mouebãtur à dæmone: in pica autem, & psitaco ipsi mouent organa propria, & non est aliud principium extrinsecum formationis illorum verborum: habent tamen artem formandi ex consuetudine, cũ retineãt memoriter verba frequenter audita. De hoc Augustinus, li. 11. super Genesim, & Magister. li. 2. dis. 21. dicunt, sic autem loquebat diabo. per serpentẽ ignorantem, sicut per energumenos, vel phanaticos loquit: serpente enim velut organo vsus est mouens naturã eius ad exprimendos sonos, & signa, quibus suam monstraret, voluntatem: serpens ergo neque verba intelligebat, neque rationalis est factus, calidissimus autem dictus est propter astutiam diaboli, locutus est autem sicut asina Balaam, sed hoc diabolicum, illud Angelicum fuit: boni enim Angeli, & mali similiter operantur.

Quæst. 449 An vox serpentis ab eo formaretur, an à dæmone.

Cùm enim dicitur in verbis prætactis q̃ diabo. per serpentem loquebatur, verum est, quia non formabatur vox a serpente, sed a diabo. & serpens non erat ibi nisi instrumentum: quòd dicitur, per ignorantem serpentem, verum est, quia serpens omnia hæc ignorabat, non enim sciebat serpens, quid dæmon intenderet loquendo ista verba, neque intelligebat ista verba, neque sciebat quis loquebatur per illum, & an aliquis loqueretur.

Cùm autem dicitur, sicut per energumenos, & phanaticos, similitudo aliqua est, quia dæmon per energumenos, & phanaticos loquitur: differt autem in ijs, quia energumeni sunt arreptitij, qui à dæmonibus vexantur, phanatici sunt vates templorum: dicuntur energumeni, secundum quosdam, qui patiũtur quendam morbum caducum, dicimus enim eos morbo caduco laborare, sed Augustinus & Magister accipiunt energumenos pro eis, qui arripiuntur à dæmonibus, & vexantur, & istos vocamus arreptitios, licèt inter eos, & arreptitios adhuc põt fieri differẽtia, & quidã dñt, q̃ energumenus est, qui ab vno demone vexat, arreptitius, qui à multis, iuxta illũ versum.

Est energumenus, quem dæmon possidet vnus,
Sunt arreptitij, vexati dæmone multo.

Et tamen melius distinguitur, quòd energumenus sit, qui habet dæmonem intra, & arreptitius, qui habet dæmonē extra; hoc signat ratio nominis, quia energumenus dicitur ab en, quod est intus, & ergo quod est labor, s. quia intra se habet dæmonē, qui eū vexat: arreptitius ab arripiendo dictus, rapere autē exteriora signat, cū per interiora potius sit possidere, q̄ rapere; & ista differentia bene inuenitur in vexatis a dæmone: quidam enim sunt, quos solū vexat comprimendo eos foris, quasi grauibus ponderibus onerando, & signū in hoc est, quia isti nihil loquuntur, quando dæmon vexat eos, licèt in terram cadant. Nam locutio non pōt fieri, nisi per motum organorum, quæ interius sunt, etiam collidendo interius aerem, & hos vocat Christus obsessos a dæmonibus, quod proprium nomen est pro eis, quos exterius homines vexant, q̄ obsident eos, sicut vrbem obsidemus, quando foris stantes contra eam pugnamus; alij autem sunt, quos dæmones intus torquent, & signum in hoc est, quia per eos loquuntur, cùm locutio nō possit fieri, nisi ab interiori, & quantum ad hoc bene dicitur de energumenis, & non de arreptitijs, cùm per arreptitios hoc modo non loquantur dæmones, & tamen sæpe accipimus arreptitios pro energumenis. Phanaticos autem vocat August. eos, qui in phanis, ideſt, templis idolorum a dæmonibus implebantur, hoc apud gentiles erat, & maxime in templo Apollinis, quia Apollo apud veteres habebatur, vt Deus diuinationis, & hoc potissimè in templo Delphico, vbi erat locus secretus, quem intrabat fœmina sacerdos, & virgo, ibique a dæmone arrepta respondebat ad dubia illa, quæ proponebantur, sic dicit Lucanus lib. 5. de Bello plusquàm ciuili, & quia istud fiebat in phanis, ideſt templis idolorum, a phanis dicti sunt phanatici, sic patet ex alijs dictis August. lib. eodem, Non mirum si dæmon implens serpentem, sicut vates implebat, sapientissimum eum reddiderat omnium bestiarum.

Quæſt 450 Energumeni, & phanatici, quibus cõueniãt, aut differant.

Conueniebant autem energumeni & phanatici in hoc, quòd vtrique a dæmonibus possidebantur, & replebantur, quia aliàs non posset loqui per eos; sed differebant, quia energumeni sunt, quos dæmon vexat, & ad hoc arripit, vt vexet, phanatici autem non vexantur a dæmonibus, sed loquuntur dæmones per eos. Secundò differt, quia per energumenos non semper loquitur dæmon, quando eos vexat, sed interdum; per phanaticos autem semper loquitur, quãdo eos arripit. Tertiò, quia in energumenis per accidens est locutio, & per se est vexatio; in phanaticis per accidēs est vexatio, & per se est locutio. Primum patet, quia energumeni ad hoc arripiuntur, & torquentur, quia traditi sunt a Deo in potestate dæmonum, loqui autem non est per se pars aliqua vexationis, ideo non est nisi per accidens, inquantum dæmon propter aliquid loqui vult, aut loqui cogitur a Deo, vel a nobis adiurantibus in nomine, & virtute Christi: secundum patet quia dæmon intrat phanaticos ad respondendum quæstionibus, & nō ad torquendum, ideo non intendit torquere. Sequitur autem per accidens aliqua parua vexatio, inquantum dæmon debet mouere organa vocatiua contra voluntatem animæ, quæ corpus regit, quod nō fit sine violentia, ideo cum quadam vexatione. Et tamen non erat magna illa vexatio, quia alias nemo voluisset esse sacerdos in templis taliū Deorum, si in qualibet responsione vexari deberet duriter, sicut cruciantur energumeni. Conueniebant etiam in alio energumeni & phanatici, quia vtrosque ad tempus solùm dæmon tenebat, licèt sæpè arriperet. De phanaticis causa est, quia dæmon non ingrediebatur eos, nisi ad respondendum propositis dubijs, & tamen cito profertur responsio ad dubium, ideo non diu dæmon occupabat phanaticū, vel phebadem, aut vatem, vt Lucanus dicit. De energumenis est causa, quia qui arripiuntur a dæmone, tūc arripiuntur, quando a Deo permittūtur dæmones irruere in eos, & tamen quia Deus, sicut non semper permittit dæmones intrare in homines, ita nō permittit semper manere eos ibi in actu vexando, sed aliquandiu; dæmon quidem in se sæuus est, & hostis hominū, cuperetq; oēs occidere, neque ideo non facit, quasi non cupiat, sed quia non sinitur, quicquid enim mali est, quod dæmon non facit, hoc est, quod facere non permittit Deus: dæmon quidem Deum rogat, vt permittat eum sæuire in hominem, sicut patet Iob 1. & 2. cap. & Matth. 8. dicitur, quando dæmones rogabant Christum, vt nō eijceret eos de regione illa, & hoc faciebant, vt ibi possent nocere hominibus, sicut prius; & quia hoc Christus non cōcessit, rogauerunt eum, vt mitteret eos in porcos, ideſt intrare permitteret, & hoc Christus fecit. Et ideo sicut Deus cōcedit eis vexari determinatis temporibus arreptitios, ita facit q̄ vexatio illa non tantū duret, quantum dæmon voluerit, sed quantum ipse cōsenserit, & facit hoc Deus ne homo moriatur: nam vexatio dæmonis est dura, & si diu duraret, erueret animā de corpore: q̄ verò Deus, quando concedit dæmonibus intrare homines, concedat ad limitatum tempus, patet, quia etiam Sancti cōcedentes dæmonibus ex parte Dei potestatem super homines, concedebant modo limitato. Sic patet infra Corinth. 5. cap. Vbi tradidit iuuenem Corinthiū dæmoni, ad hoc q̄ ipsum occideret dicens: Decreui huiusmodi hominem tradere Sathanæ in interitum carnis, vt saluus sit spiritus eius in die Domini. Vnde non dixit Apost. simpliciter, Decreui eum tradere Sathanæ, sed tradere eum Sathanæ in interitum carnis, ideſt, vsquequo eum occidat. Et sic apparet de energumenis, & phanaticis quid erant: vates autem sunt ipsi phanatici, quando dicitur q̄ implebat vates, ideſt sacerdotes: nam sacerdotes dæmonum erant, qui arripiebantur, & per quos respondebant. Apud Apollinem enim Delphicum, fœmina erat virgo, quam dæmon intrabat, & illa erat sacerdos eius, hanc vocat Lucanus Phebadem, a Phebo, ideſt Apolline, cuius sacerdos erat.

Quæſt 450 Quomodo dæmon in serpente loquatur, & de organo.

Dicebatur, quòd loquebatur sic dæmon per serpentem, sicut per energumenos, & phanaticos: aliqua enim similitudo in hoc est, & aliqua dissimilitudo. Circa quod notandum, quòd quatuor modis fit locutio; quidam enim loquuntur, & intelligunt, alij sunt per quos fit locutio, sed ipsi neque loquuntur, neque intelligunt, alij sunt qui loquuntur, sed non intelligunt, alij per quos fit locutio, & nō loquuntur ipsi, sed intelligunt quæ loquūtur. Primi sunt homines, vt cōmuniter, quia loquuntur ipsi, & non fit locutio per eos, cū ipsi moueāt organa propria, & non moueatur ab alio, & id quod ipsi dicunt intelligunt, vel intelligere possunt. Secundi sunt vt serpens, & asina Balaā: isti enim non loquuntur, quia non est in eis principiū actiuum ad formandum vocem, neque etiam habent organa. Ideo non formant ipsi vocem, quę per eos fit, sed ab alio formatur, ideo non loquuntur ipsi, quia ille loquitur, qui verba format, & cuius conceptus per verba deriuantur. Etiam isti non intelligunt verba illa, quæ per eos proferuntur, quia non possunt intelligere, nisi efficiantur rationales, & tamen non possunt hoc effici, quia iam desinerent esse, quod erant; ideo solùm fit locutio per illos: sed non loquuntur, neque intelligunt, quæ per eos dicuntur. Tertij sunt, vt pica, psitacus, & quæcunque huiusmodi ex consuetudine voces humanas formare sciunt: ij enim loquuntur, ideſt, formant voces, quia illas nemo format in eis, cùm non sit aliquid aliud mouens organa ipsorum, sed ipsi ea mouent, & formant determinatas voces, cùm in eis sint organa ad hoc apta, & potentia ad mouendum ea, & memoria vocum, quas formant ex consuetudine; non tamen id quod proferunt intelligunt, quia neque cum intentione significandi proferunt, neque sciunt quid apud nos significant, & an aliquid significant, cùm non efficiantur rationalia ex consuetudine quod ex natura non habent. Quarti sunt arreptitij, ideſt, energumeni, & phanatici: per hos enim fit locutio, & ipsi non loquuntur: nam quando dæmon loquitur in eis, non loquuntur ipsi, quia ille loquitur cuius conceptiones deriuantur in voce, & per illa manifestantur, sed per voces energumenorum nō significantur conceptiones ipsorum, & maxime per phanaticos, cùm ibi fiat sermo de quibusdam occultis, ad quorum cognitionem, neque phanatici, neque energumeni sufficiunt, neque alij homines, ideo ipsi non conceperunt ea. Secundò, quia ille loquitur, qui vocem format, energumeni tamen, & phanatici non formant vocem, quia ille format vocem, qui mouet organa vocatiua, & tamen motus est ibi a dæmone, qui repugnante anima, quæ corpus regit mouet organa corporis, & in hoc sequitur vexatio: ergo non loquuntur isti. Fit tamen locutio per eos, scilicet quia per eorum organa, per quæ ipsi aliàs loqui solent, fit nunc locutio. Intelligunt tamen isti ea, quæ dæmones loquuntur per eos: & tamen differt in ista intellectione, & intellectione eorum, quæ ipsi loquuntur: quia illa ante quàm loquuntur intelligunt, eo quòd locutio est ad exprimendos mentis conceptus, & ita ipsi prius concipiunt, quàm loquantur, & cùm concipiunt intelligunt; secus de eis, quæ dæmones per eos loquuntur: quia illa ipsi non conceperunt, sed dæmones, & ipsi dæmones per organa istorum deriuant conceptus suos, ideo isti non intelligunt ista, quousque sint deriuata in vocem, & tunc ipsi audiunt ea, quasi per alios dicerentur, & quia illæ sunt voces significatiuę consuetę, intelligunt id, quod per eas significatur, sicut si solùm audirent, & non loquerentur ipsi, neque per eos locutio fieret. Et secundum hæc apparet in quo sit similitudo, & dissimilitudo inter locutionem factam per energumenos, & phanaticos ad locutionem factam per serpentem, est autem similitudo inquantum per vtrosque fit locutio, & ipsi non loquuntur: nam serpens non locutus fuit ea, quæ per eum sonuerunt, similiter energumeni, & phanatici non loquuntur ea, quæ per ipsos sonant, sed dæmones.

Differunt autem primò, quia serpens non intellexit id, quod per eum dictum est: energumeni autem, & phanatici intelligunt ea, per quæ per ipsos sonant, vel intelligere possunt, nisi aliquid aliud obstet. Secundò autem differunt, quia licèt illa verba non formant energumeni, aut phanatici, possunt similia, aut illa per se non operante dæmone formare; serpens autem, sicut non formauit verba, quæ per ipsum sonuerunt, ita neque formare potuit deficientibus ei omnibus necessarijs ad formationem vocis.

Cùm autem dicitur, quòd loquebatur sic dæmon per serpentem ignorantem, sicut per energumenos, & phanaticos loquitur, intelligitur similitudo, quia in vtroque fiebat locutio per dæmonem, & non per serpentem, neque energumenos; sed cùm dicitur per serpentem ignorantem, non voluit facere comparationem ad energumenos, & phanaticos, quia illi non sunt ignorantes, sicut serpens, sed intelligunt ea, quæ per eos sonant: sed solùm ad fieri locutionē per eos comparant, quod est commune omnibus. Vel possunt etiam vocari energumeni, & phanatici ignorantes, non quidem non intelligentes ea, quæ per eos dicuntur, sed quia non intelligunt, ad quem finem dicantur: quia hoc solùm est eius cuius sunt cōceptus, scilicet dæmonis, ad quid talia verba dirigat.

Dicitur vlterius in prætactis verbis, quòd dæmon serpente velut organo vsus est: si enim dæmon in natura sua haberet organum coniunctum, sicut anima nostra habet organa coniuncta, quæ sunt pars naturæ nostræ, vteretur illis ad locutionem, sed quia non habet aliqua, susципit aliena, quæ sunt, vel format ea, quæ non sunt. Et nunc verè vsus fuit dæmon serpente velut organo, quia per serpentem locutus est, sicut loqueretur per organa, si haberet organa naturaliter coniuncta. Etiam habuit conditionem organi, quia organum locutionis est, per quod fit locutio, & ipsum non loquitur. Ita sonabat illa locutio per serpētem; sed ipse non loquebatur etiam, quia licèt per organum fiat locutio, organum nihil intelligit eorum, quæ per ipsum sonant, ita serpens nihil intellexit, quæ dæmon per ipsum locutus est. Dicitur mouens naturam eius ad exprimendum sonos verborum, & signa quibus suam monstraret voluntatem. Naturam serpentis mouet dæmon, ideſt naturales eius partes, non naturalem eius conditionem, quia iste motus ad locutionem in serpente erat violentus, cùm fieret ab extra non conferente vim passo: & ideo non erat secundum naturam serpentis, sed mouit dæmon organa serpentis, quę sunt partes naturales eius, & illis vsus est ad locutionem. Dicitur, ad exprimendum sonos verborum, ideſt ad formandum, quia voces articulatæ, ideſt literatæ non poterant formari, nisi determinata percussione facta, & ad illam faciendam mouebat dæmon organa serpentis. Dixit, sonos verborum, ideſt verba sonantia: nam verè verba erant, cùm essent literata, & profecta cum intentione significandi cōceptum mentis. Interdum autem est sonus verborum, & non sunt verba, sicut in pica, & psitaco, & huiusmodi proferentibus voces nostras ex assuetudine; ibi enim non sunt verba, quia non proficiscuntur cum aliquo sensu mentis eius, qui illa format, quia non intendunt aliquid significare per illa, sed ex consuetudine illa formant: vnde neque est illud dicere: si autem hìc attenderetur serpens solus, non essent verba, sed verborum sonus, quia serpens, neque intelligeret, neque ad aliquid significandum exprimeret: quia tamen per dæmonem, ideſt a dæmone prolata sunt, & non a serpente, verè fuerunt verba, & dicebantur.

Dicitur, quòd ista verba proferebantur ad monstrā dum suam voluntatem, quod tamen aliquis negaret, quia dæmon non manifestauit suam voluntatem, sed occultauit: immo si manifestasset, non potuisset tentando fallere. Dicendum, q̄ dæmon duo intendebat, & vnum illorum volebat manifestare, & alterum occultare, & si vnum manifestaret nihil omnino prodesset: vnum erat quòd mulier comederet de arbore, alterum erat ad quid volebat, quòd comederet. Primum manifestauit diabolus mulieri, & induxit rationes ad hoc, quòd deberet comedere, quod si taceret, non tentaret. Etiam secūdum tacuit, & tacere debuit, quia si manifestaret, non tentaret: erat enim illud, vt mulier peccaret. Hoc enim dæmon intēdebat, quod si dæmon mulieri dixisset, caueret eum mulier: cùm autem dicitur, q̄ ista verba proferebantur ad monstrandum suam voluntatem, intelligatur de primo, quod volebat, quod etiam non potuit manifestare nisi verbis, quæ per serpentem protulit.

Quæs. 453 An serpes aliquid intellexerit per dæmonẽ loquentem.

Adiungitur autem: Serpens ergo neque verba intelligebat, neque rationalis est factus; bene sequitur ex præcedenti, si enim dæmon vsus est serpente vt organo, nihil intellexit serpens, sicut nec organa intellectionis nostræ aliquid intelligunt eorum, quæ nos per ipsa proferimus, & tamen hoc differt, vt diximus, quando dæmon loquitur per phanaticos, & energumenos, & quãdo loquitur per serpentem. Nam phanatici, & energumeni organa sunt, cùm ipsi non loquantur, sed per eos dæmon, & tamen ipsi intelligunt, vel intelligere possunt, quæ dæmon per eos loquitur, non inquantum in eis formant voces illas, sed inquantum eas prolatas audiunt, serpens autem nullo modo intellexit, neque intelligere potuit, quæ per eum prolata sunt. Dicitur etiam, ꝙ non est factus rationalis, quia aliquis putaret, quòd licèt serpens non esset prius rationalis, fieret rationalis tunc, cùm dæmon intrauit in illum, quia vniebatur ei res rationalis. Sed dicendum, quòd neque etiam quandiu dæmon erat in serpente, esset serpens rationalis: repugnabat enim ex parte vtriusque tam dæmonis, quàm serpentis, est enim serpẽs ens perfectum, & completum in specie per suam perfectionem essentialem, ideo non potest perfici iam essentialiter per aliquid adueniens, sed quicquid aduenerit, aduenit accidentaliter, & tamen rationale esse est aliquid per se, & non per accidens. Etiam ex parte dæmonis repugnat, quia dæmon est individuum alicuius speciei habens esse completum speciei suæ, ideo non potest dare esse, quod est formæ, & partis: anima enim quia pars est, & forma, dat esse simpliciter, & esse rationale. Dæmon autem, quia actu est, licèt sit rationalis nõ dat esse rationale ei, cui adest. Ita dæmon erat in serpente, sed non poterat se ad illum habere, nisi vt motor ad mobile, & non vt perfectio substãtialis ad perfectibile, & tamen ad reddendum rationale debebat se habere vt perfectio essentialis, ideo non potuit dæmon reddere serpentem rationalem: & hoc etiam dixit ad ostendendum, quòd serpẽs non intellexit verba illa, quia non potuit intelligere, nisi esset factus rationalis, sed non factus est rationalis, ergo non intellexit. S quitur, callidissimus tamen dictus est propter astutiam diaboli, hoc voluerunt August. & Magister: sed hoc supra improbauimus, non enim dictus est ideo callidissimus, sed propter naturalem astutiã. Additur, locutus est autẽ sicut asina Balaam, est hoc verum, & ponitur istud, quia per vtrunque facta est locutio, & neuter locutus est: asina enim non potuit loqui, quia deerant sibi omnia necessaria ad locutionem, sicut serpẽti, sed aliquis per ea locutus est. Etiam ponitur hoc, quia in tota sacra scriptura non habemus, quòd aliqua irrationabilia locuta sint, nisi hæc duo, serpẽs, & asina: si autem obijciatur de lignis, quãdo vnxerunt sibi Regem, quòd loquebantur, Iudicum 9. cap. Dicendum, quòd illud non refertur vt veritas, sed vt apologus, vel fabula sumpta ab inanimatis, ad hoc quòd concluderet ibi Ioathan, quod volebat; in serpente autem, & asina vera locutio facta est, licèt ipsa non fuerit locuta: extra sacram scripturam bene inuenimus ex locis authẽticis animalia esse locuta, sicut refert Eusebius lib. Cronicorum, & Paulus Orosius, quòd paulo ante mortem Iulij Cæsaris in suburbio Romano, bos ad arantem locutus est frustra se vrgeri, in breui enim non frumenta, sed homines desituros. De qua locutione idem dicendum est, quod de ea, quæ fuit per asinam, aut serpentem, scilicet, quòd fieret per dæmonem, vel Angelum. Sequitur, sed hoc diabolicum, illud Angelicum: in hoc differentia ponitur, ne putetur vtrunque ab eodem factum; locutio enim per serpentem, certum est quòd a dæmone facta sit. De locutione per asinam Balaam aliquis dubitaret, & tamen dicendum est, quòd Angelus locutus est per eam, & non dæmon, quia dicitur Numeri 22. cap. Aperuitque Dominus os asinæ, & locuta est: si autem dæmon locutus esset, non diceretur, quòd Dominus loqueretur, quia Deo ad dæmonem non est communicatio. Secundò, quia illa verba, quæ per asinam sonuerunt, non conueniebant aliqualiter intentioni dæmonis, cùm essent ad arguẽdum Balaam, ꝙ nõ obediret Deo: dæmon autem volebat contrariũ, scilicet ꝙ iret Balaam ad maledicendum Israelitis cõtra voluntatem, & præceptum Dei. Adiungitur, boni & mali Angeli similiter operantur, quod dictum est, vt reddatur res verisimilis: quia putaret aliquis, quòd licèt Angelus bonus hoc posset, non posset illud dæmon. Respondetur, quòd similiter operantur, & verùm est, quia dæmones non amiserunt naturalia, & tamẽ dæmones erant ante casum, sicut alij Angeli, & quibusdam Angelis maiores, ergo postea manentibus eis naturalibus eadem poterunt facere, quæ Angeli boni faciunt, quæ non pertinent ad gratiam.

Quæs. 454 Quomodo Eua potuit tentari a serpente, cum serpens nõ esset in Paradiso.

Quæretur, quomodo potuit Eua tentari per serpẽtem, quia non erat serpens in Paradiso: nam sicut dictum fuit supra quæstio. 90. Non erant animalia in Paradiso, sed soli homines; quomodo igitur potuit per serpentem hoc fieri? Aliqui dicunt, quòd serpens erat in Paradiso, ita enim ait Iosephus lib. 1. Antiquitatum, scilicet, Et dum illo tempore cuncta animalia concordarent, serpens cohabitans cum Adam, atque muliere inuidiam habuit, in quibus eos arbitrabatur felices. Et ita non solùm vult, quòd serpens inuiderit Adæ, & Euæ cognoscens eorum felicitatem, sed non poterat cognoscere sufficienter, nisi ex cohabitatione, ideo dixit, eum cohabitasse eis. Sed dicendum, quòd hoc non stat, non enim conueniunt in specie homo, & serpens: ideo serpens homini nõ iungitur, etiam serpens non est animal natum ad consortium humanum, sicut canis: ideo nullam rationem habet, quòd dicatur, cohabitasse serpens Adæ & Euæ. Alij dicunt, quòd animalia erant extra Paradisum, & etiam serpens, & non poterat fieri tentatio per serpentem, neque facta est per aliquem verũ serpentem, sed diabolus assumpsit figuram serpentis, sicut aliarum rerum assumere potest, & per illam locutus est, & ita nullum animal intrauit in Paradisum. Sed dicetur, quòd nõ est verum. Primò, quia certum est, quòd omnia animalia, ideſt de omnibus speciebus aliqua fuerunt in Paradiso, quando Adam eis nomina imposuit supra 2. cap. Ergo & serpens ibi tunc esset. Secundò, quia si serpens non fuisset animal verum, in quo diabolus tentaret, completa tentatione desineret esse; sicut Angeli, quando assumunt corpora ad apparendum, & loquendum completa locutione, & apparitione dimittunt corpora illa, & resoluuntur, & tamen serpens manebat post tentationem, & peccatum: nam cùm Eua increpita, cur fecisset, diceret, serpens decepit me, Dominus autem cõuersus ad serpentem dixit; Quare hoc fecisti? supra 2. cap. & ita manebat adhuc serpens, & erat in Paradiso. Tertiò, quia Deus post peccatum prædixit serpẽti pœnam, ꝙ super pectus graderetur, & terrã comederet, si tñ nõ fuisset facta tentatio in aliquo vero serpente, non esset saltem color aliquis, quare serpentibus veris maledictio imponeretur, & imposita est, ergo serpens verus fuit, per quem tentata est Eua. Quartò, quia si non fuisset serpens ille verus, non diceret scriptura reddendo verisimilem tentationem, quòd erat serpens callidior cunctis animantibus terræ, cùm per nullum animal fieret tentatio, & tamen scriptura putauit

Bos locutus est ante mortem Iulij Cæsaris.

tauit necessarium poni hoc de serpente ad reddendũ credibile, ꝙ serpens tentasset mulierem: ergo significauit, ꝙ erat verus serpens. Quinto, quia ita tenent Doctores: nam Aug. lib. super Gen. 11. ad literam, & Magister lib. 2. Sent. dist. 22. dicunt, ꝙ simile fuit in locutione per serpentem, & locutione per asinam Balaam, nisi ꝙ vnum fuit angelicum, alterum diabolicum, & ita in cæteris conueniebant illæ locutiones duæ: sed certum fuit, ꝙ asina Balaam fuit vera asina; ergo fuit verus serpens, in quo locutus est diabolus: erat autem illa asina in qua solebat æquitare Balaam: Nume. 22. & hoc ipsa ibi testata est. Sexto, quia Aug. & Magister. ibidem dicunt, ꝙ serpens non intellexit ea, quæ per ipsum dicebantur, neque est per dæmonẽ factus rationalis, in quo præsupponunt ꝙ serpens ille erat verus: nam si non esset verus, non esset causa dubitandi de eo, an factus esset rationalis, vel non, quia tunc non esset, nisi corpus densatum de aere, quod statim resolueret, de quo nemo dubitaret, an efficeretur rationalis serpens, vel non, cùm etiam viuens non esset. Dicendum ergo, ꝙ diabolus non formauit similitudinem serpentis de aere, sed in vero serpente naturali locutus est; ita enim omnes Doctores præsupponunt.

Qæs. 455. Quomodo serpẽs potuerat esse in Paradiso.

Nunc redeundo ad id quod petebatur, dicendum ꝙ homo per verum serpentẽ tentatus est, & ille tunc erat in Paradiso, quia tentauit Euam existẽtem in Paradiso, sed quomodo serpens ibi esse poterat dubium est. Aliqui dicunt, ꝙ licèt nunc non habitent animalia in Paradiso terrestri, tñ antequam Adam & Eua ejicerentur de Paradiso, manebãt ibi cum eis animalia, & sic esset serpens ibi, aut quodlibet aliud animal, per quod posset tentare diabolus hominem. Sed dicendum, ꝙ non est verum, quia est contra intentionẽ Doctorum, quia Damascenus dixit, ꝙ in Paradiso nullum animal irrationale erat, sed solus homo, qui est animal rationale, & idem alij Doctores asserunt. Secundo pater & efficacius, quia supra 2. cap. dicitur; Formatis Deus de humo cunctis animantibus, & vniuersis volatilibus cœli adduxit ea ad Adam, vt videret qd vocaret ea: si tñ illa essent in Paradiso tũc, nõ adduceret Deus illa ad Adã, quia per se posset Adam illa videre, ergo erant extra Paradisum, & ita non est ista vera positio. Alij verò dicunt, ꝙ animalia omnia manebãt extra Paradisum, & non poterant per se venire in Paradisum, & tñ nunc serpens ductus est operatione dæmonis in Paradisum; Ita tenet sanctus Thom. lib. 2. Senten. distin. 17. artic. vltimo. s. ꝙ animalia non poterant per se ipsa venire in Paradisum, sed aut virtute diuina, sicut quando adducta sunt animalia ad Adam, vt videret quid vocaret ea, aut operatione dæmonis, ut patet de serpẽte. Sed obijcietur cõtra hoc, quomõ enim diabolus hoc auderet, scilicet introducere animal aliquod in Paradisum vbi nullum erat, & quomodo Deus istud permitteret? Dicendum, ꝙ ista facia sunt: de Deo planum: nam Deus permisit tentari hominem, quia si ipse non permitteret, non potuisset tentari: cùm ergo permiserit id, quod plus erat, a fortiori permitteret, quod minus erat, scilicet ꝙ serpentem haberet, in quo tentaret: de diabolo nulla est difficultas, quia ipse omnia audet facere, nisi quando videtur se impediri: ipse enim astutus est valde, cùm sit natura sublimis intellectualis, & est iniquus, & inuidet homini. Ideo ex inuidia cogitabit omne malum, qđ in mentem venire potest contra hominem, & quia cupit illud facere, nitetur facere, & verè faciet, nisi impediatur: & ita qñ Deus non impedit, non est admirandum, ꝙ hoc vel illud dæmon faciat. Ordo autem in hoc faciendo esset, quia dæmon vellet tentare hominem per se ipsum tentatione interiori, quæ est fortior, sicut nos tentat, & Deus illum modum non permisit, aggressus fuit alium modum, scilicet vt appareret in alia effigie, vel assumeret animal, in quo loqueretur, & etiam non permisit Deus, ut ait Augu. Occurrit ergo tunc serpens, & in illo tentare voluit, & hoc Deus permisit, quia tamen serpens erat extra Paradisum, voluit illum in Paradisum introducere, hoc autem non impediuit Deus, quia, cùm permitteret tentare, permisit etiam modum. Etiam angeli boni non impediuerunt introitum dæmonis cum serpẽte, quia nondum posuerat Deus angelos, & custodes Paradisi terrestris: expulso autem inde Adam posuit Deus Cherubin habentem gladium flameum atque versatilem in custodiam Paradisi. sup. 3. cap. & sic iam non posset introire dæmon illuc, sed prius potuit, cũ nullus esset contra dæmonem custos Paradisi. Aliter autem adhuc dici potest, & fortè melius, scilicet, ꝙ serpens non fuit per diabolum adductus deforis, sed erat in Paradiso tempore tentationis: modus autem esset iste, ꝙ animalia omnia creata sunt foris, & etiam homo, sed Adam ipse cùm formatus est, ductus fuit statim in Paradisum, animalia autem foris manebãt, & tamen Deus volens ea ostendere Adæ, duxit omnia ad illum, vt uideret, quid vocaret ea. Erat autem Adam tunc in Paradiso, & ita animalia ducta sunt in Paradisum: sed mox, vt nomina eis imposuit Adam, neque inter illa inuenit adiutorium simile sibi, reducta sunt illa ad terram extra Paradisum, licèt hoc litera non exprimat, tunc autem potuerunt aliqua manere in Paradiso ex uoluntate Dei, inter quæ esset serpens, & sic per illum posset fieri tentatio. Est autem istud verisimilius, quia si non poneretur sic, non vidisset Eua serpentem ante quàm ad tentationem veniret, & ita fortè timeret, & caueret verba serpentis. Patet hoc, quia Adam vidit animalia omnia, quando ad ipsum adducta sunt, & agnouit: Eua tñ non erat tunc formata, nam ad hoc adducta sunt, vt videret Adam si erat ibi adiutor similis ei, & non inuentus est: ideo formauit Deus mulierem de costa viri. Si autem animalia illico relata sunt extra Paradisum nullis ibi manentibus, non potuit Eua aliquod animal agnoscere, neque videre quousque serpens veniret ad tentandũ, & tunc fortè Eua timeret: scriptura tamen innuit, ꝙ Eua serpentem agnosceret, quia quasi ad agnitũ confidenter loquebatur: ideo melius videbitur dicendũ, ꝙ manserint ibi aliqua animalia, inter quæ esset serpens, quæ ad paucum tempus manerent, scilicet vt fœmina post formata illa agnosceret, & ita poterat fieri tentatio in serpente. Vel potest dici, ꝙ animalia omnia ibi manserunt tunc non quasi mansura essent diu, sed vt fœmina quæ statim formata fuit, q̃ non viderat illa, videret ea, & statim de Paradiso ejicerentur, & qa tentatio dicitur fuisse statim, vt fœmina formata esset, pancò tempore opus erat vt manerent animalia in Paradiso: & ita potest dici fuisse factum.

Qõ. 456. Cur Eua non expauit serpentem.

Quæretur, cùm Eua vidit serpentem apud se, quare non timuit, quia serpens terribilis est homini, etiã si paruus sit. Dicendum, ꝙ Eua non timuit, sed loquebatur confidenter ad serpentem, & constanter audiebat eum loquentem, & causa fuit prima, quia in Eua non erat causa timoris: nam ꝙ nos timeamus serpentes, & horreamus eos, accidit ex inimicitijs constitutis inter nos & ipsos, & tamen tunc nullæ erant inimicitiæ, ideo neque timoris aut abhominationis causa, patet quia supra 3. cap. cùm Deus velut indignatus pę nam serpenti imposuit pro tentatione, ait: Inimicitias ponam inter te, & mulieres: & semen tuum, & semẽ illius, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius: nobis autẽ iam est causa timoris post inimicitias a Deo constitutas. Secundo & principaliter fuit,

fuit, quia Eua nullā rem poterat timere: timor enim pœna est, & fm Dei prouidentiam pœna non poterat esse in homine ante peccatum: & tñ mulier non peccauerat ante tentationem, ideo timere non poterat quantuncunque serpens in se terribilis esset. Ista ratio est minus calumniabilis quàm præcedens, quia poterat aliquis dicere, q̄ hominem timere & horrere serpentes ex conditione naturali aduenit: quia serpens talis est, & quia homo talis est: & non ex aliqua maledictione a Deo data, & tunc videtur, q̄ etiam Eua timere deberet: sed data ista ratione secunda, non esset Euæ causa timoris: q̄m etiam ea, quæ naturaliter sunt nociua, non poterant nocere ei ante peccatum, ergo neque ea, quæ erant terribilia possent inferre terrorem, quia tunc esset pœna ante peccatum, quod repugnat diuinæ prouidentiæ.

Q6.459. Cur non admirata est Eua serpentem loquentem.

Quæretur, dato q̄ Eua non timeret serpentem ad se venientem, quare saltem non admirata est, cum videret eum loquētem, quod est contra conditionem naturalem serpentum: & ita potuisset, immo debuisset cogitare latere insidias. Aliqui dicunt, q̄ non timuit, neq; aliquid mali suspicata est Eua, quia serpēs a principio loquebatur, eratq; sibi hoc naturale, ideo q̄ illud faceret, non erat admirandum, neque timendum, neque suspicionis malæ illatiuum, sic enim tenet Iosephus lib. primo Antiquitatum, scilicet, q̄ serpens habebat naturaliter vocem, & postea sibi in pœnam tentationis ablata est vox, idest locutio. Sed dicendum, q̄ istud falsum est, sicut supra ostendimus: nam si haberet serpēs vocem, idest sermonem, haberet intellectum, & ita esset rationalis, quod falsum est, quia soli homini hoc competit in animalibus. Similiter Deus per peccatum nihil naturale abstulit homini, ideo neque auferret serpenti, & ita hoc non est verum, q̄ serpens prius loqueretur, sed solùm in tentatione hoc habuit. Aliter ergo dicendum putant quidam, q̄ serpens non loquebatur, neque vnquam locutus fuerat, sed mulier videns eum loqui nō obstupuit neque putauit latere insidias, quia sciebat esse serpentem creaturam Dei, & ita putauit non latere insidias vllas. Sed dicendum, q̄ veritas est, q̄ non horruit Eua serpentem, quem loqui videbat, quia putauit non esse contra naturam serpentis loqui, sed q̄ ei cōcessum fuerat a Deo in creatione sua, sicut & hominibus datum fuerit officium loquendi. Ita Aug. tenet libr. 11. super Gen. & Magister. lib. 2. distin. 21. Sed quomodo Eua posset hoc putare cum nullū animal præter hominem loquatur. Dicit potest, q̄ hoc potuit ei accidere propter inexperientiam & nouitatem rerum: Eua quidem a Deo formata accepit mirabiliter tantā cognitionem, & tantam iudicij rectitudinem, quantam habere potest quæcunque fœmina inter nos ætatis maturæ, quæ non sit specialiter erudita, circa aliquod genus doctrinæ: non enim accepit a Deo complemētum sapientiæ, quia tunc nō potuisset decipi, & tamē decepta est credens id quod erat incredibile, sicut ipsa confessa est, q̄ deceperat eam serpens, & ita mulier illa non haberet cognitionem eorum, quorum nullā habuerat experientiam, & quia de animalibus nō habuerat experientiam, poterat de illis quicquid occurreret credere. Et hoc erat quicquid detur de præcedentibus, idest siue dicamus, q̄ Eua nunquàm viderat animalia vsque tunc, siue vidisset; si enim dicatur, q̄ nunquàm viderat aliquod animal, eo q̄ ipsa formata fuerat post adductionem animaliū ad Adam, & animalia non manebant in Paradiso, siue viderit aliqua manentia in Paradiso ante tentationem. Si enim nulla viderat & serpens de nouo oblatus est tempore tētationis, nullam experientiam præhabuisse poterat: vnde cum loquentem videret, putaret naturale esse

Quare putauit Eua animal loqui posse, cum soli homini hoc cōcederetur.

sibi q̄ loqueretur. Si autem præcesserat visio animalium, quæ mansissent in Paradiso post adductionem ad Adam: etiam non haberet Eua de illis experimentum, quia etiam si illa vidisset, non agnosceret vniuersos naturæ eorum motus, quia in paruo tempore nō poterat habere vniuersarum rerum experientiam: ideo etiam si non vidisset serpentem prius loquentē, & nunc videret loqui, putaret q̄ a natura istud serpēti proueniret, & ita non habuit occasionem apertam præsumendi latere dolos ex locutione serpentis, q̄tamen in nobis faceret mali præsumptionem, cùm per quotidianam experientiam, & assertionem ab expertis acceperimus quòd animalia non loquantur, sed solus homo.

Q6.458. Cur potius diabolus aggressus est mulierem, quam hoc minem.

Quæretur, cùm diabolus tentauerit hominē, quare aggressus est fœminam, & non virum. Dicendū, q̄ non factum est hoc a casu, quasi fœminam inueniret, & non virum, vel quasi non aduerteret ad vnum potius quàm ad alterum, sed ex industria fecit: diabolus enim tum incipiebat tentare & nunquàm tentauerat, vnde per experientiam non nouerat quantum ipse posset tentando, aut quantum homo resistendo: voluit ergo aggredi, quod minus erat, scilicet fœminam, quàm sciuit facilius esse succumbere, virum autē tentare à principio timuit. Prima ratio ad hoc fuit, quia diabolus est superbus, & valde dolet quando superatur, & fortè ab Adam superaretur, noluit incipere tentare eum, ne hanc deiectionem sustineret. Secundo, quia si diabolus in prima tentatione superaretur, efficeretur timidus ad postea tentādum: ideo voluit ibi tentare, vbi erat sibi quasi certū, quòd posset superare, sic dicit Magister, libro 2. distinctio. 21. Vnde mulierem tentauit, in qua minus, quàm in viro rationem vigere nouit: eius enim malitia ad tentandam virtutem timida humanam naturā in ea parte, vbi debilior videbatur, aggressa est.

Quæst. 460 Quo potuit dēmō tentare Euā sine Adā.

Sed dicetur, vnde diabolus agnoscebat fœminam esse debiliorem ad succumbendum tentationi? Nam nullam experientiam de hoc acceperat, cùm nondū tentasset. Dici pōt, q̄ multa erant, ex quibus dæmon agnoscebat inæqualitatem rationis inter virū & fœminam, ita, vt fœmina valde minor esset. Primum erat experientia: nam non statim, vt fœmina formata est, tentauit eam dæmon, sed aliquod tempus transiuit, & in illo vtebatur ratione fœmina conuersata cum viro, tunc poterat dæmon capere experimentum, quis eorum facilior esset ad decipiendum. Secundò poterat hoc intelligere ex conditione corporis: non enim sunt eiusdem modi mixtionis fœmina, & vir; & quia secundum capacitatem corporis participatur ei nobilior virtus animæ, & ipsa natura eius in fieri, & quia dæmon nouerat differentiam corporis Adæ, & Euæ, nosceret etiam differentiam animarum in excellentia. Tertiò, poterat hoc cognoscere ex ordine Dei; fecit enim Deus fœminam propter virum, cùm dixerit: Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi; sed quod est propter alterum, est minus perfectum eo, ideo fœmina esset minus nobilis viro, sed nobilitas, & dignitas simpliciter ex parte corporis, sed ex parte animæ, ex qua est ratio speciei: ergo vir esset extendens in virtutibus animæ. Poterat ergo cognoscere dæmon differentiam naturalium Adæ, & Euæ, & ita sciret quis eorum facilior esset, vt decipi posset quàm alius; & ita in nobis cognoscit, & ideo nouit quem potius de nobis aggredi debeat, & in quo quisque nostrum infirmior sit, vt ex ea parte tentet. Differentiam verò gratiæ, aut magnitudinem eius, & cætera, quæ modo diuino sunt in nobis, non nouit, nisi experiatur; ideo quando tentat quosdam homines, non

Quæst. 459 Quo non fuerit homini tentato.

Quo non sciebat fœminam debiliorem ad resistendū.

nouit, an superabit eos, vel superabitur, eò quòd nō nouit magnitudinem, aut paruitatem gratiæ, ex qua est, vt magis aut minus resistere possit quis tētationi.

Quæst. 460 Quo potuit dēmō tentare Euā sine Adā.

Quæretur, quomodo potuit diabolus tentare Euā, quin tēraret Adam, quia ambo erant simul, cùm nulli alij tūc essent: & si tentatio ista esset interior, & inuisibilis, qualis in nobis agitur, poterat Eua existēs in præsentia tentari eo non sciente: secus autem de tentatione vocali per serpētem, nam si simul essent, ambo tentaret. Dicendum, quòd Eua tētata est per diabolum in serpente, & non Adam, neque illū vidit; & quando dicitur, q̄ simul erant, dicendum, q̄ non erāt semper simul, quia saltem aliquo paruo momēto tēporis discederent, & tunc poterat diabolus per serpētem solitariam fœminam aggredi, sic dicit Magister, lib. 2. distinct. 21. primum igitur solitariam fœminam explorauit, vt in ea primum omnem tentationis suæ vim experiretur. Et fuit hoc conueniens diabolo, nā si ita non faceret, tentaret ambos simul, & esset difficilior tentatio, quia non posset alterum superare, nisi ambos superaret, quia ex consensu communi assentirent dæmoni, vel repugnarent. Etiam, quia fœmina obediret viro, & suspenderet consensum suum, quousque vir in id consentiret: & tamen dæmon noluit incipere à viro: ideo debuit tentare mulierem solitariam existentem.

Quæst. 461 Cur diabolus mulierem non tentauit virum.

Sed quæretur, cùm dæmon tentauerit mulierem, & eam deiecerit, quare postea non tentauit virum? Aliquis dicet, q̄ nō curauit, quia fortè satis erat deiecisse vnum illorum, vt victoriam suam non macularet, si ab altero vinceretur. Dicendum, q̄ non stat, quia non erat satis dæmoni vnum illorum deiecisse, quia ipse inuidebat ambobus: ideo vellet vtrunque deijcere, & ita curaret illud facere. Secundo, quia parum vi debatur feciſſe si fœminam superaret, quæ infirmior erat, vellet & virum deijcere, qui erat fortior, quia superbia dæmonis ad hoc illum impelleret. Tertio, & principaliter, quia superata mulier si vir non succumberet nihil factura erat, eo q̄ dæmō totum genus humanum perdere cupiebat: pereunte autem viro per peccatum id fiebat, sed pereunte fœmina non, eo q̄ in viro fuit totum genus humanū simul, quia ab eo omnes homines descenderunt, & ipse à nullo hominē descendit, & ita peccante eo omnes peccabant, sicut dicitur ad Rom. 5. cap. Omnes in Adam peccauerunt: peccante autem Eua, non peccabāt omnes, sed ipsa sola, & ideo non peribat genus humanum propter eam: dæmon autem cupiebat, quòd totū humanum genus periret, ideo vellet virum deijcere. Dicēdū est ergo, quòd tentare intendebat dæmon Adā, & tñ pōt dici vno modo, q̄ non tentauit, quia ipse ante tentationem succubuit, nā fœmina dante ei de ligno vetito manducauit, & ita trangressus est mandatum Dei, in quo peccauit: vnde iam non erat opus, vt tentaretur à dæmone. Secundo potest dici, quòd dæmō tentauit Adam, non quidem per seipsum, neque per serpentem, sed per Euam: nam ea verba, quæ serpens dixerat Euæ, retulit Eua Adæ, & obtulit fructum arboris, & comedit & efficacius; sic diabolus tētauit virum, quàm si per se tentaret: nam mulierem per se tē tauit in verbo serpentis, quia illa decipi poterat, & credere, & assentire: vir autem non poterat in hoc decipi, neque deceptus est, sicut dicit Apostolus, 1. Corin. 2. cap. Et ideo si diabolus in serpēte hoc proponeret, non crederet vir sic posse fieri, & ita non manducaret quasi nullam consecuturus vtilitatem ex manducatione: secus autem cùm mulier hoc proposuit: nam licèt ipse non credidit futurum esse, aut fieri posse, qđ per mulierem ei dicebatur: māducare tamen voluit, vt complaceret mulieri, ne illius delitias cōtristaret.

Et hoc diabolus nouerat, scilicet, quòd vir diligeret mulierem, & per eam facilius posset mouere virum, quàm per seipsum: & ita hoc fieri, procurauit, & sic dæmon tentauit Adam, non tamen per serpentem, sed per mulierem, & ita est assertio omnium doctorum; ita enim vult August. libr. 11. super Gen. & Magister, libr. 2. distin. 22. Vbi asserit, quòd diabolus mulieri locutus est per serpentē, viro autem locutus est per mulierem, & ita in vtroque tentationem exercuit, sed de tentatione Adæ infra plus dicetur.

Quæst. 462 Quo poterat Eua intelligere diabolū loquentem.

Nunc verò de ordine tētationis dicendum est, & qa facta est tentatio in verbo, quærit Aug. libr. 11. super Gen. quomodo potuit fieri, quia nondum didicerant linguam aliquam, in qua loqui possent, aut intelligere diabolum loquentem. Respondet ipse Augustin. quòd Deus creauerat Adam, & Euam tales, vt illi qui possent, & intelligere, sic dicit Magister, libr. 2. distinct. 21. Si quæritur quomodo loqui potuerunt, nec loquentem intelligere, qui non didicerant inter loquentes crescendo, vel magisterio, quia Deus eos tales fecerat, q̄ possent loqui, & discere ab alijs si essent. Dicendum autem, quòd in hoc dubium non erat, qa Deus sicut opere suo præter naturæ cursum dedit esse, & complementum secundum corpus hominibus illis Adæ & Euæ: ita & dedit complementum quantum ad animam, scilicet in cognitione illa, quæ secūdum tempus exigebatur. Homines enim quando secundum naturam ueniunt ad complementum ætatis, habēt cognitionem, & sermonem: ita cùm Deus in primo die daret Adæ & Euæ perfectionem secundum corpus, quantum habituri essent, si essent triginta annorum, debuit dare perfectionem cognitionis, & sermonis, quam ea ætate homines habere solent, vnde utrique concreauit cognitionem idiomatis illius, quod Deus uoluit esse primum in seculo, & est idioma Hebræum, ut supra ostendimus, in quo ambo nullo docente statim loqui sciuerunt. De filijs eorum non fuit sic, sed sicut per modum naturæ accepe runt esse, & augmentum, ita & acceperunt doctrinam, & cognitionem idiomatis crescendo, & addiscendo inter maiores.

Quæst. 463 Quo genere tētationis fuit Euā tentata.

Cùm Eua nunc tentata fuerit, est dubium, quo genere tentationis fuit tētata: tres enim tentationis modos, aut species dicimus; à dæmone, à carne, à mundo. Dici potest, quòd hoc notum est, tētationem istā fuisse dæmonis, nam dæmon in serpente locutus est, & per hoc mulier seducta est, & inducta ad peccandum: ideo tentatio dæmonis fuit. Poterat autem qs computare eam inter tentationes carnis, quia suadebatur ibi mulieri, quod carnis erat, scilicet manducare de fructu ligni. Dicendum, quòd non ualet, quia hac in tentatione non fuit hoc principium mouens, neque finis desideratus: comedit quidem mulier, & tamen comedere non fuit ipsum, quod eam impulit, sed potius mouens efficienter fuit dæmon, qui suasit mulieri manducare de fructu ligni, de quo nullo modo māducatura esset, nisi ille ei suaderet: finis autem manducandi fuit, ut efficerentur dij, scientes bonum & malum: nam si diabolus non dixisset hoc mulieri, nunquam illa manducaret, etiam si ille suaderet manducandum, quia poneret ille rem sine causa, & nollet illa contra Dei prohibitionem agere, nisi esset aliquid, quod ualde eam moueret, neq; fuit aliquid desirabilius, quàm effici Deo similem in cognitione, & sic non potest dici tentatio carnis, quia nō fuit motus à carne, sed à dæmone, & à spirituali cōcupiscibili, quod est Deo similari. Sed obijcietur, quòd sit motus ex parte carnis, quia dicitur supra 3. cap. Vidit mulier, quòd bonum esset lignum ad uescēdum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, & tulit de fructu

ctu illius, & comedit, & ita pulchritudo fructus fuit motiuum. Dicendum, quòd non fuit motiuum a carne. Primo, quia etiam si lignum aliquo modo moueret, non fuit primum motiuum, nam diabolus primo mouit. Viderat quidem mulier iam lignum illud, & vir, cùm sciret illud sibi esse vetitum, sed non mouebatur ad comedendum, sed diabolus primo impulit, vt manducaret, & tunc mulier aspexit lignum, & mota fuit tentatio, tamen debet iudicaria primo motore.

Secundo, quia si motus esset a ligno, esset ad comedēdum, quia lignū aut fructus materialis non potest mouere, nisi ad id quod est naturæ suæ, scilicet ad experiendum delectationem in comedendo, & tñ non mota fuit mulier propter hoc, sed vt efficeretur sicut Deus sciens bonum & malum: ideo non fuit mota a ligni desiderio. Tertio, quia hoc quod dicitur, lignū esse bonum & pulchrum, non ponitur ad mouendū mulierem ad comedendum, sed potius, vt non fugeret manducare, quia timeret lignum malum, & mortiferum, aut propter aliquid simile, vt postea dicetur: & ita non fuit motus a carne, sed a dæmone: vnde tentatio dæmonis dicitur.

Quæretur, cùm intentio diabolí esset inducere mulierem ad peccandum manducando de ligno vetito, quare incœpit a præcepto dicens: Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno Paradisi. Nam videtur, q̄ potius hoc erat contrarium intentioni suæ, quia reducendo præceptum in memoriam distraheretur a proposito peccati, per ignorantiam autem vel non actualem cogitationem induci poterat ad peccādum, ideo melius erat sibi nihil de præcepto reducere ad memoriam. Dicendum, q̄ in nobis reductio præcepti, vel prohibitionis ad memoriam nō inclinat ad peccandum, sed potius distrahit ab eo: nam necesse est, q̄ peccans sit ignorans quando peccat: nā si non esh̄ceretur ignorans, non posset peccare, cùm oporteret q̄ voluntas eligeret malum inquantū malum, vel cognitum esse malum, & hoc est impossibile, cùm obiectum eius sit bonum, & malum vt huiusmodi non est appetibile, vt ergo nō eligatur malum cognitum, oportet q̄ quando peccans eligit id quod verè malum est, putet non esse malum, sed bonum, vt ita sit volibile, & hoc est ignorare. Omnis ergo peccans est ignorās, vt patet 3. & 6. Ethicorum, & ad hoc debet corrumpi existimatio de appetibili, scilicet iudicando de eo aliter, quàm verum est, sed consideratio actualis præcepti, vel prohibitionis facit non corrumpi existimationem, cùm præceptum ostendat qd est bonum, & quid malum, ideo consideratio talis potius retrahit a peccando: non consideratio autē actualis, vel obliuio præcepti facit corrumpi extimationē, quia poterit quis iudicare bonum, quod non est bonum, cùm sit vetitum, quia non cogitat actualiter illud esse vetitum, aut aliquid non esse necesse fieri, qa non occurrit sibi esse præceptum. Sed in Eua nō fuit sic, immo proposuit diabolus Euæ præceptum, & ex illo incepit tentare, & dicunt aliqui q̄ hoc fuit, vt peccatum esset minus excusabile; nam si non fuerat propositum præceptum, potuerat dici, q̄ mulier oblita præcepta elegerat manducare, & ita vel excusaretur omnino, vel alleuiaretur culpa eius. Cùm autem propositum fuerat præceptum, non manebat mulieri alia excusatio: istam rationem ponit August. lib. 11. super Genesim ad literam.

Sed dicendum, q̄ hoc nō multum facit, quia licèt iste modus esset ad efficiendum peccatum grauius & inexcusabilius: tamen non erat modus securus diabolo, quia sic mulier minus appeteret id, quod ex reductione præcepti ad memoriam manifestabatur esse malum, & diabolus licèt cupiat efficere, q̄ peccata nostra grauia sint, potius vult tentare taliter, vt sit securus de superando, quàm proponere magna mala, in quibus sit durum, q̄ nos superet, & sic dicit Gregorius in Moralibus, esse ordinem tentationum, q̄ non statim proponatur malum grauissimū, sed paulatim ex paruis procedatur ad maiora. Secundo, quia si hoc factum fuisset, quasi diabolus ita voluisset, vt efficeretur magnum peccatum Euę, faceret similiter in nobis; cùm nos tentat proponendo præcepta cōtra quæ acturi simus, sed hoc non facit, immo ecōtrario: ideo neque tunc illud voluit diabolus, sed aliquid aliud intendit. Nisi fortè dicatur, q̄ diabolus ita tentauit, q̄ non fuit permissus aliter tentare, eo q̄ erat iste modus minimus tentationis, idest quo minus posset lædere, cùm potius distraheretur homo a peccato, sed hoc nemo asserit. Tertio, quia etiam si diabolus curaret de faciendo peccatum mulieris inexcusabile, non proponeret ei præceptum, quia certum est, q̄ mulier non oblita fuerat præceptum illud, quod putatur datum esse eadem die, & ita faceret contra id, quod sciebat esse peccatum inexcusabile, licèt apud nos nō esset hoc notum. Secus si mulier oblita fuisset, quia nō poterat diabolus ad memoriam reducere illud, vt gratuius efficeret peccatum, sed vbi non erat obliuio, nō erat necesse reduci præceptum ad memoriam. Quarto, quia etiam si daretur, mulierem oblitam esse præcepti, non esset excusatio, quia erat illud vnicum præceptum, & necessarium ad salutē, & eodem die de re centi datum, & hoc satis erat, vt magna culpa reputaretur, licèt nō reduceretur præceptum ad memoriā.

Dicendum ergo, q̄ alia fuit causa vera, scilicet, quia diabolus non potuit aliter ad peccatum inducere hominem. Cupiebat enim inducere hominem ad peccandum, & non poterat alio modo, nisi proponendo ei præceptum a Deo datum, ideo proposuit illud. Primo, quia Eua habebat in mente, & præ oculis præceptum datum de non comedendo: si autem diabolus suaderet comedendum non proposito præcepto, responderet mulier, q̄ non licebat ei comedere obstante præcepto Dei, sicut postea respōdit, & tunc minus haberet locum excusatio diaboli circa præceptum, quia minus ei crederetur, essetque magis suspectus, quia tacuisset præceptum; Cùm autem ipse illud proponeret, magis ei crederetur, quia confidentius se habebat non timendo illud proponere. Secūdo & principaliter fuit hoc, quia, vt dictum est, nō potest aliquis peccare, nisi efficiatur ignorans actu, scilicet tunc q̄ peccat: ista autem ignorantia actualis est corruptio recte opinionis, scilicet, vt putet esse bonum, quod non est bonum: ista autem corruptio fit dupliciter, vel in vniuersali, vel in particulari, vt dicitur lib. 6. Ethic. recta autem existimatio corrumpitur in particulari per delectationem, aut timores, vel tristitias, aut quascunque passiones insurgentes. Existimationem autem rectam in vniuersali non corrumpit delectatio, aut alia passio, sed habitus: & ideo incontinentes errant in particulari, intemperati autem in vniuersali: nam intemperatus nullum inebriari iudicat esse malum, & nullum fornicari; vel inebriari, aut fornicari in se non iudicat malum, & tamen inebriari, & fornicari in se mala sunt, & istud est ignorare in vniuersali, vel corruptam habere existimationem in vniuersali, & ad hoc non oportet insurgere aliquam passionem, vt corrumpat rectam existimationem in particulari cū vniuersaliter sit corrupta. Vnde intēperat ita eligunt fornicari, vel inebriari non existente passione, sicut ea insurgente, quia non iudicant esse malum. In particulari autem corrūpitur existimatio recta, vt siquis credat malum esse fornicari, & inebriari: iste q̄n fuerit sui ipsius compos nunquam fornicabitur, neq; inebriabitur, idest nunquam ista eliget: cùm autem surrexerit passio, poterit fornicari, & inebriari, quia corrumpetur tunc recta existimatio in particulari, idest iudicabit hoc fornicari, vel hoc inebriari bonum, non autem simpliciter fornicari, aut inebriari: corrumpi autem illam rectam existimationē in particulari est effici ignorantē, & hoc sufficit ad peccandum. Sed quomodo potest efficí ista corruptio, & induci actualis ignorantia, est modus iste, quia errat aliquis sciens in vniuersali, & in habitu, quòd fornicari malum sit, ex quo necesse sequebatur, quòd cùm hic actus, qui proponitur sit fornicari, quòd sit malus: tamē iste in particulari efficitur nesciens, aut ignorans, & istud efficitur propter fortem concupiscentiam surgentem: nam fortis concupiscentia corrumpit rectam existimationem circa agibile, & corruptio est per ligationē habitus, quo aliquis scit habitualiter, & in vniuersali: nam incontinens, licèt in vniuersali sciat in actu esse malū, non scit in particulari, q̄ hoc fornicari, quod proponitur, sit malum, quia si illud sciret in actu, erat impossibile, quòd eligeret fornicari, quia tunc eligeretur malum sub ratione mali, vel vt est apparens malum, quod est contra rationem obiecti voluntatis, cùm bonum sit, quod omnia appetant, libr. 1. Ethic. Ligatio autem ista in habitu est, vt per scientiam aut notitiam habitualem, per quam sufficienter, & clarè poterat iste cognoscere, quòd hoc fornicari sit malum, nō permittatur exire in actum cognitionis, vt hoc tunc actu sciat, idest ita sibi videatur: & fit ista ligatio p fortem passionem. Vnde ea, circa quæ non est passio, nunquam corrūpitur recta existimatio, sicut circa geometrica, vt quoniā trigonus habet duobus rectis æquales, vt dicitur libr. 6. Eth. sed circa ea, in quibus sunt delectationes, & tristitiæ fortes, quæ insurgunt: & non est inconueniens ligari habitum, quia hoc videmus in violentis, & amentibus, aut somnolentis: nam in vinolento, qui habet habitum, grauitate est ligatus habitus, & ita non loquitur cōgruè, quamdiu sic fuerit, licèt in eo sit habitus, à quo sufficienter poterat loqui cōgruè, quamdiu sic fuerit; cùm verò defuerit in eo esse vinolentia, idest turbatio propter ebrietatem, incipiet loqui congruè per habitum, non quidem quasi accipiens habitum, per quem possit congruè loqui, sed tunc incipiens illum habere solutum. Sic autem fit in ipso incōtinente insurgentibus passionibus: nam quod facit in ebrio ebrietas, scilicet turbat ipsum, vt secundum habitum grauatū, non possit exire in actū dicendi grauitate: hoc facit in cōtinente passio insurgens, vt non possit per habitum tunc scire in particulari, quòd hoc fornicari sit malum: cessante autem turbatione illa, quæ fit à forti passione, incipiet incontinens scire in particulari, sicut in vniuersali, & sciet in actu soluto existente habitu. Et tunc proposito quocunque fornicari in particulari iudicabit de illo, quòd malum est, & nō eligeret illud. Et quòd magis mirandum est: etiam si incontinens turbatus, vel occupatus à delectatione forti insurgente dicat hoc fornicari est malum, non dicitur scire in particulari, quod sit malum, neque ita intelligit; immo potius intelligit, quòd hoc fornicari sit bonum, vt dicit Aristot. lib. 7. Eth. & inducit exemplum de ebrijs, quorum habitus sunt ligati, & dicunt aliqua subtilia, qualia sunt verba Empedoclis, sed ea non intelligunt, cùm non dicant per habitum solutū. Ita & in incontinentibus fit, quia etiā si ore proferāt, quòd hoc fornicari sit malum, non sic intelligunt, cùm non dicant per habitum solutum, sed ex quadam consuetudine sic dicē-di: vnde contrarium pro tunc eis videtur. Modus autē quo incontinentes iudicant hoc fornicari bonum, licet vniuersaliter sciant fornicari esse malum, est quia faciunt syllogismum compositum ex eis, quæ ministrat ratio, & quæ ministrat concupiscentia, & illi sunt ibi, vt duo syllogismi: concupiscentia enim proponit hanc vniuersalem; Omne delectabile est bonum, hoc fornicari est delectabile, ergo est bonum. Ratio proponit aliam vniuersalem, scilicet, Omne fornicari est malum, & sequitur, hoc est fornicari, ergo hoc est malū. Isti duo syllogismi non cōplentur in actu incontinentis: nam cùm inferret per vnum syllogismū; ergo hoc est malum, esset sciens in particulari, & in actu, & non posset eligere malum, quia non esset ignorans, sed ex duobus syllogismis in virtute efficitur vnus in actu, & est iste: Omne fornicari est malum, istud est delectabile, ergo est bonum; ponitur ibi maior, quæ est syllogismi rationis, minor, & conclusio ponuntur de syllogismo concupiscentiæ, & tunc eligitur id, quod iudicatur esse bonum, & est ita ignorans incontinens, qui concluſit, hoc est bonum, & est ignorans in particulari, sci licet circa hoc fornicari. Vnde concupiscentia, siue delectatio corrumpit in eo rectam existimationem.

Sed dicetur, quomodo in illo syllogismo manet maior ipsius rationis? Dicendum, quòd incontinens circa vniuersale manet sciens habiti, & in actu, & circa vniuersale nullo modo est tunc ignorans, circa particulare est ignorans in actu, sed est sciens in habitu: est enim actu ignorans, quia si actu sciret particulare, non corrūperetur in eo aliqua recta existimatiō, & ita non eligeret fornicari: si verò habitualiter ignoraret redeūte postea libertate, & cessante passione adhuc esset ignorās in particulari, quousque acquireret de nouo habitum, quod falsum est, quia statim cessante passione incontinens est penitiuus, vt dicit Arist. lib. 7. Ethic. quod non fieret, nisi præcessisset in eo cognitio habita aliàs circa particulare, & nunc inciperet esse solutus habitus ille, ita vt per eū in particulari sciret, & ita inueniret se elegisse, quod malum erat; sed incontinens manet sciens actu in vniuersali, & ita cùm non ignoret in vniuersali, habet ratio locum, ut ponat maiorem syllogismi, sci licet omne fornicari est malum, sed quia in particulari est ignorans incontinens, & corrumpitur existimatio sua, non adiungit minorem, & conclusionē. Sed dicitur, quare non corrumpit concupiscentia existimationem incontinentis in vniuersali, & iam non maneret aliqua positio rationis in syllogismo suo: Dicendum, q̄ primo fit, quia cōcupiscentia est aliquid singularium, quia est passio, & ideo non potest monstrare, nisi particulare: vniuersale autem secundum rationem colligitur ex multis: sensus verò non facit vniuersale, sed apprehendit directè particulare, uel continet multa particularia, sicut est imaginatio, & memoria: similitudinem tamen unam non accipit ex multis similibus, qa hoc est abstrahere, & rationis, atque rei immaterialis. Concupiscentia igitur cùm sit passio, singularium est, & singularia ostendit: ideo cùm proposuerit aliquod particulare bonum, destruet existimationem contrariam rationis de illo particulari, quòd sit malū, & ideo sequitur illud esse eligibile; sed concupiscentia non est directè, aut per se uniuersalium, ideo directè non destruit opinionem uniuersalem, unde manet uniuersalis propositio rationis ipsius, & incontinens sciens actu in uniuersali. Secundo fit, quia non oportet corrumpi existimationem in uniuersali ad eligendum fornicari: nam tunc omnis eligens fornicari, esset intemperatus, & nullus esset incontinens, quia intemperatus in uniuersali ignorat, iudicans omne fornicari esse bonū, & ad illum non exigitur, quòd insurgat aliqua passio, sed sunt in eo sufficientia principia ad eligendum hoc fornicari sine aliqua passione, cum habeat uniuersalē propositionem, scilicet, Omne fornicari est bonum; ex qua directè sequitur hoc fornicari est bonum. Potest etiam eligi fornicari per incontinentiam, scilicet

Qō. 464. De principio sermonis diaboli cur incepit a præcepto. Obiectio.

Lib. 5. Ethic. ca. 8.

Qō. 465. Non incepit dæmō a præcepto, ut peccatū Euæ grauius esset.

Decisio quæst.

Lib. 6. Ethic. ca. 4.

Cap. 1.

Quæst. 466 Quō peccans sit sciens, & quō ignorans.

cet per recessum a recta existimatione, & ad hoc sufficit corrumpi existimationem circa particulare; nam hìc debet sequi electio, & operatio, sed ista sunt circa particulare, cùm nullus eligat, omne fornicari, sed hoc vel illud, ideo satis est corrumpi existimationem circa illud particulare, quod debet eligi, & per hoc sufficienter eliget incontinens hoc, vel illud fornicari manente sibi recta opinione in vniuersali, aut de vniuersali, circa quod non est operari, neque eligere.

Qõ. 467. Qũo ille, qui erat actu sciens in particulari potest effici ignorans.

Sed quæret aliquis, quomõ ille, qui erat actu sciẽs, in particulari potest effici non sciens, vel ignorans. Respondetur, ꝙ hoc non est incõueniens, quia effici non scientem ſm actum non est nisi ligare habitum, qui prius erat solutus, & tamen habitus ligari potest, quia fit ligatio in vinolentis: perseuerãte enim ebrietate non possunt agere ſm habitum scientificum, & interrogati non recte respondebunt, ita qui detinentur a passione ligatum habent intellectum circa particulare, in ebrijs autem fit ligatio, eo ꝙ intelligere non potest fieri sine conuersione intellectus ad phantasmata. li. 3. de Anima: & ebrietas turbat cerebrum, vbi sunt phantasmata per fumositates, & quãdiu manet illa turbatio, non potest intellectus cõuertere se super phantasmata, quia illa sunt indisposita, licèt intellectus sit liber, & non turbatus: cessante ebrietate manent phantasmata dsposita, & potest intellectus se conuertere ad illa, & fiet intellectio. Circa incontinentem insurgente passione fit ligatio habitus quantum ad particulare hoc modo, concupiscentia propo nens delectabile mouet ad operandum, & quia omnes operationes & generationes sunt circa singulare, vt dicitur lib. 1. Meta. & ratio quoque dirigit ad operandum circa particulare, & sunt ista diuersa principia operandi: ideo quod fuerit potentius mouebit, & ſm eam fiet operatio, alia autem absorbebitur. Ita est de ratione & concupiscentia: vtrunque eñ pertinet ad vires eiusdem animæ, & licèt ratio sit sublimius & nobilius, & quod gubernare debet, si fuerit concupiscentia fortior, absorbebitur ratio, & nõ mouebit, sed fiet motus ſm concupiscentiam, & hoc erit, ꝙ ratio tunc nõ iudicet hoc fornicari malum: nam operatio sua ista est, vt iudicet de hoc particulari ſm veritatẽ, & cùm non iudicauerit ratio quasi non existens, vel existens ligata, fit iudicium ſm ꝙ suadet concupiscẽtia, & iudicatur hoc fornicari esse bonum, quia est delectabile, quasi non aduertente tunc ratione hoc agere sit fornicari comprehensum sub illo vniuersali, qđ ratio iudicat, scilicet, omne fornicari esse malum.

Cap. 1.

Hæc autem diximus de ignorãtia in particulari, quia omnis, qui peccat, debet esse ignorans, cùm verè malum eligat: ignorantia autem debet esse in vniuersali, vel in particulari: in vniuersali quidem, sicut in eo qui est intemperatus, qui iudicat omne tale esse bonum, idest fornicari ſm se esse bonum, aut inebriari, inquantum sunt delectabilia, vel in eo, qui non est intemperatus; habet tamen omnimodam ignorantiã, & dicitur operari propter ignorantiã, & non per ignorantiam: ignorare autem in particulari est, qñ in vniuersali manet recta existimatio, sed circa particulare concupiscentia corrumpit existimationem, vt diximus fieri circa incontinentes. Nunc vero circa Euã dicendum, ꝙ cùm dæmon vellet eam trahere ad peccatum, necesse erat ꝙ esset ibi ignorantia, vel in particulari, vel in vniuersali, sed non poterat esse in particulari, ideo debuit causari ignorantia in vniuersali. Rõ huius est, quia ignorantiam in particulari facit concupiscentia insurgens, sed in Eua & Adam cùm nondũ peccassent, non poterat insurgere concupiscentia aliqua contra rõnem: ideo nõ poterant ignorare in particulari, sed ignorãtia deberet in eis causari in vniuersali. Est aũt ignorantia in vniuersali, qñ aliquis simpliciter, vel absolute putat esse licitum id, qđ totaliter est illicitum: in præsenti ita erat, quia diabolus volebat inducere mulierẽ, vt comederet de ligno: illud verò erat totaliter illicitũ, quia Deus vetuerat illud: iõ quia mulier sciebat datum sibi esse mandatũ illud, debuit diabolus ostendere, ꝙ mandatũ non obligabat, & ꝙ nõ sequeretur pœna illa, quã Deus in mandato cõminatus fuerat, & tunc si mandatũ non obligaret, mane ret absolutè homini licitum manducare de ligno illo, tanquam non esset vetitum: ad hoc ergo ꝙ mulier efficeretur ignorans in vniuersali, debuit diabolus inducere mandatum istud Dei. Est tamen sciendum quòd si diabolus putaret mulierem oblitam mandati, non proponeret illud, sed suaderet absolutè ei manducare de ligno, & sic peccaret, nam peccatum erat, quia statim obliuisceretur mandati, & contra illud ageret: sed sciebat diabolus, quòd mulier tenebat illud menti, & sic si proponeret diabolus mulieri, quòd manducaret non proposito mandato, allegaret mulier, quòd non licebat, quia erat vetitum, & tunc diabolus deberet respondere ad mandatum, & tamen magis suspectum se reddebat, si taceret mandatum, & responderet ad illud, quàm si ipse a principio illud proponeret, ideo vt non esset suspectus proposuit mandatum. Secundò fuit, quia conueniebat hoc ad finem, ad quem diabolus proponebat, non enim voluit diabolus solùm proponere mulieri, quòd comederet, sed propter quid comederet: nam etiam si non esset vetitum manducare de ligno illo, & diabolus proponeret manducandum, fortè non curaret mulier manducare, quia multa alia ligna habebat, de quibus posset manducare, debuit ergo proponere ei aliquem finem valde desiderabilem, per quem moueretur, & iste fuit, quòd si comederet, efficeretur sicut Deus sciens bonum & malum, sed hoc non potuit dicere, nisi proposito mandato, ideo proposuit. Et ista est causa efficax, & patet ex modo locutionis dæmonis, nam dixit: Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno Paradisi? ac si dicat, vos putaris, quòd vetuit illud lignum, vt non moriamini comedentes de eo, sed non est sic, immò vetuit vt non efficiamini similes ei, quod fiet si comederetis: nam aperientur oculi vestri & eritis sicut dij scientes bonum & malum, & ita debuit proponere diabolus mandatum, vt innueret mulieri datum esse mandatum ex inuidia, vt non efficeretur homo æqualis Deo, quod ipse non poterat concludere, nisi mandatum proponeret, & ideo propter hoc, siue fœmina ignoraret mandatum, siue actu illud sciret, debuit diabolus illud proponere, vt haberet locum inferendi hæc.

Qõ. 468. Qũo in Adam, & Eua potuerit eẽ ignorantia, dũ peccauerunt.

Sed quæretur, dato quòd diabolus vellet proponere mulieri mandatum, quare proposuit sub illa forma? Nam introduxit per modum quæstionis dicens: Cur præcepit vobis Deus, vt non comedatis de omni ligno Paradisi? Poterat autem aliter introducere, vt diceret: Comede de hoc ligno, & non timeas aliquid mali: quia quando Deus præcepit vobis ne comederetis: dixit hoc vt non efficeremini sicut dij. Dicendum, ꝙ nõ est dubium, quin diabolus poterat multis alijs modis introducere mandatũ illud sine interrogatione, & tñ introduxit sic, quia iste modus iudicatus fuit sibi cõueniẽtior, & ita Deus aliqñ facit: nã ipse quærit aliquid ab hoĩe nõ quasi ignoret, vel scire velit, sed quia ex rñso hoĩs habebit locũ ad dicendũ qđ voluerit. Sic fuit. ſ. 3. c. cũ Deus dixit: Adam vbi es? & tñ sciebat vbi erat, sed vt rñderet Adam, ꝙ se absconderet, & inde Deus contra eum argueret. Similiter Matth. 16. c. ſi. uit Christus a discipulis: quem dicunt hoĩes esse filiũ hominis? sciebat qdem qđ de eo dicerẽt hoĩes, sed vt ex rñso Petri haberet locum erudiendi eos de veritate. Nunc verò ita diabolus fecit ad mulierem: petiuit enim ab ea causam mãdati, vt cùm illa rñderet quod credebat, oñderet diabolus nõ esse illam causam, sed aliam: nam illa dixit, ne fortè moriamur, diabolus dixit non esse illam causam, sed ne efficerentur sicut dij scientes bonum & malum. Sed objicietur, ꝙ hoc idẽ poterat diabolus proponere sine quæstione, vt diceret; comede de hac arbore, & non timeas, quia licèt comedas non morieris: Deus enim non voluit hoc ne moreremini, sed ne efficiamini sicut dij. Dicendũ, quòd non proposuit sic diabolus, sed per quæstionẽ, quia cùm ipse esset astutissimus, proposuit per eundẽ modum, quem putauit esse aptiorem ad concludendum, & in quo minus posset præsumi dolus de eo: hoc. n. erat potissimum, quod diabolus cauere debuit: nam iustum erat aliquid fraudis suspicari, cùm serpẽs ad mulierem veniret, & loqueretur de eo quod ad ip sum serpentem non pertinebat, & ideo inuenit istum modum per quæstionem introducendi, qui erat modus sine suspicione: nam si diceret serpens mulieri, comede de hoc ligno, & non timeas, iam suspicio erat, cùm suaderet mulieri comedere, & tamen quòd mulier comederet, vel non comederet non pertinebat ad serpẽtem, & sic cogitari poterat, quòd aliquid mali latebat, propter quod serpens istud faciebat, & ad hoc noluit serpẽs aliquid suadere mulieri, scilicet comedere, vel non comedere. Et hoc apparet bene ex ordine verborum: nam nõ dixit comede, vel non comede, sed dixit, quòd etiam si comederet non incurreret in aliquod malum, sed sic erat sine suspicione, quia non suadebat mulieri aliquid facere, sed solùm declarabat ei quid erat sibi bonum: hoc autem nõ poterat esse, nisi introduxisset per modum qõnis: ideo hunc modum tenuit quasi cõuenientissimum ad operiendum dolos, quos cogitauerat.

Qõ. 469. Cur diabolus tentauit Euam circa lignum vetitum.

Quæretur, quare diabolus tentauit Euam circa ciburn ligni vetiti, & non in aliqua alia re, Aliquis dicet, ꝙ fuit, quia non poterat aliter tentari: fiebat enim tẽtatio, vt induceretur Eua in peccatum, non poterat autem esse peccatum, nisi fieret contra præceptum Dei, sed nullum præceptum datum erat, nisi istud de ligno vetito, ideo circa hoc debuit tentari. Secundo, quia voluit diabolus ostendere mulierem quasi grauatam, eo quòd imposita erat sibi seruitus, scilicet, vt non liceret ei manducare de ligno, cùm naturaliter esset libera: ideo debuit tentare in eo, in quo tollebatur libertas, scilicet in præcepto, & quia nõ erat aliud impositum, debuit in hoc tentare. Dicendum, quòd in hoc debuit tentare, & non in aliquo alio, licèt istæ rationes non cogant ad hoc: de prima patet, quia licèt non posset homo peccare, nisi contra præceptum Dei, erant tamen multa alia præcepta non quidem data, sed insita: nam lex naturæ insita fuit homini in sua formatione, sicut & nobis omnibus naturaliter ineſt sine aliqua traditione, & eruditione, ad Rom. 2. cap. & sicut nos peccamus contra legem naturæ, peccare poterat Eua, & hoc sufficiebat ad intentionem dæmonis, qui nihil volebat, nisi vt homo peccaret, & ita non haberet felicitatem, quam habiturus erat. Secunda autem ratio aliquid facit vt tetigimus supra 3. cap. quæſt. 3. & tamen non est ista ratio principalis: nam non videtur ad hoc principaliter processisse diabolus, vt ostenderet mulierem grauatam, quia imposítum erat sibi præceptum, nam hoc etiam concluderet per præcepta iuris naturalis, sed processit ad ostendendum illud præceptum, quod datum fuerat ex inuidia, ne homo efficeretur similis Deo, & hoc non erat in præceptis iuris naturalis. Est ergo dicendum, quòd diabolus debuit tentare mulierem circa comeſtionem ligni, & non in aliquo alio, & est prima ratio, quia tentatio non potuit esse nisi in transgreſsione præcepti, sed præceptum aliud non erat ita cognitum mulieri, sicut istud: nam præcepta legis naturalis sunt in anima, & non fuerunt nobis data, sed impreſſa, & multi sunt qui ignorant talia præcepta data esse nobis a Deo, aut esse præcepta, & ideo mulier poterat circa hoc ignorare. Nam cùm ipsa tam grauiter ignorauit circa naturam ſpiritualium, vt posset credere, quòd efficeretur Deo similis, magis posset ignorare circa legem naturæ, an esset aliqua talis lex in anima, & a quo esset. De præcepto autem positiuo circa lignum vetitum non potuit ignorare, eo ꝙ illud vocaliter datum erat, ideo in hoc potius debuit tentari.

Decisio qũstio.

Secundo, quia circa id quod erat de lege naturæ, non poterat mulier peccare, quia ad hoc quòd peccaret, oporteret quòd efficeretur ignorans, cùm actu malum eligeret, & ista ignorantia aut esset in particulari aut in vniuersali, non poterat autem mulier effici ignorans in particulari, quia istud est quando insurgens concupiſcentia, vel alia paſsio fortis corrumpit rectam exiſtimationem circa particulare, quod est agibile manente recta exiſtimatione in vniuersali, & ista ignorantia non poterat esse in hominibus ante peccatum, quia tunc nulla paſsio ſurgebat contra imperium rationis, ideo debebat esse ignorantia in vniuersali, sed in vniuersali nõ potest esse ignorantia circa ea, quæ sunt de iure naturæ, quia sunt naturaliter cognita, & non possumus illa obliuiſci, neque etiam paſsio tollit opinionem rectam in vniuersali, sed solùm in particulari, ideo non poterat fieri ignorans mulier circa præcepta legis naturæ, & sic non potuit prima tentatio esse circa præcepta iuris naturæ. Nunc verò tentamur, & ſuccumbimus etiam circa ea, quæ sunt iuris naturæ, quia licèt non possimus ibi ignorare in vniuersali, ignoramus in particulari, & ſurgente in nobis paſsione forti, quæ tollit rectam exiſtimationem in particulari; sed de ligno vetito secus erat, quia ibi erat præceptum poſitiuum, in quo poterat esse ignorantia in vniuersali, sicut fuit de facto, quando mulier cœpit credere, quòd vel non obligabat, vel non erat vera pœna comminata, vel erat poſitum ex inuidia. Tertio fuit, quia dato quòd posſit tentari & peccare mulier in præceptis iuris naturalis, non erat tam conueniens tentatio in eis, sicut in isto præcepto, quia mulier erat ad peccatum impellenda ex aliquo fine valde desiderabili, sicut fuit nunc, cùm dictum est, quòd si comederet de ligno illo efficeretur sicut Deus sciens bonum & malum, quod erat maximè desiderabile: non poterat autem poni talis finis in præuariçatione alicuius præcepti legis naturalis, ideo fuit conuenientius tentari in hoc.

Quarto, quia diaboli tentatio sic debuit inſtitui, vt per mulierem peccantem vir traheretur ad peccandum, sicut factum est hìc, quia ipse comedit, & dedit viro suo, vt comederet; si autem esset aliquod de pecçatis contra legem naturæ, non esset sic aptum, quòd peccante ipsa vir ad peccãdum induceretur per eam, ideo potius in hoc quàm in alio debuit tentari.

Qõ. 471. Cur loquens dixit cùm Eua alloquitur eã in plurali cùm esset sola.

Quæretur, cùm nunc diabolus soli mulieri loqueretur, eamque solam tentaret, quare dixit, Cur præcepit vobis Deus, quia debuisset loqui in singulari. Dicendum, quòd hoc fuit, Primo, quia veritas fuit, quòd præceptum non fuit datum vni soli, sed duobus, idest masculo & fœminæ, & ita non debuit dicere: Cur præcepit tibi, sed vobis. Secundo, vt multi asserunt, non fuit datum præceptum mulieri per Deum immediatè, sed per virum: Deus enim

per

per se viro mandauit, & per virum mãdauit fœminæ: & ideo si sumuntur simul vir & fœmina, potest dici q̃ eis præcepit Deus non manducare de ligno illo: si tñ fœmina per se accipiatur, nõ est verum q̃ illi Deus mandauit. Tertio & principalius fuit hoc, quia licèt diabolus soli mulieri loqueretur volebat extendere verba ad eam & virum, vt ad ambos posset extẽdi tẽtatio, sicut & factũ est: vnde & diabolus totam suam locutionem extendit ad ambos, cùm postea dixerit, nequaquam moriemini: & iterum, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij scientes bonum & malum: & tñ si in singulari loqueretur, non posset extendi tentatio ad vtrunque, ideo debuit dicere pluraliter.

Quæs. 472 Quare serpens dixit, De omni ligno, cũ omnia ligna vetita nõ fuerint.

Dixit serpens mulieri; Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis de omni ligno Paradisi? hoc verò si accipiatur ſm rigorem locutionis, significat, præcepit vobis Deus, vt non comederetis de aliquo ligno: vel p̃cepit vt de nullo ligno comedatis, quod falsum est: quia Deus non vetuit nisi vnum lignum, & alia ligna expresse concedit dicens: ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. Aliqui dicunt q̃ diabolus dixit in illo sensu scilicet q̃ p̃cepit Deus vt de nullo ligno comederẽt. Sed obijcitur q̃ sit falsum, quia non fuerunt vetita omnia ligna. Respondent vno modo, q̃ verum est fuisse mendacium, & tñ diabolus ita dixit, neque habent pro inconueniente q̃ diabolus mentiretur q̃ in alijs sequentibus verbis mentitus est, cùm dixit, nequaquam moriemini: & tamen mortui sunt, quia comederunt: etiam dixit, eritis sicut dij & non fuerunt; ita ergo mentiretur nunc. Alio modo respondent q̃ diabolus dixit verum, scilicet q̃ præceperat q̃ de nullo ligno comederent: & quando obijcitur q̃ concessit comedere de omnibus lignis, nisi de vno, dicũt q̃ illud fuit, quando erat solus Adã: tamen quando ambo fuerunt idest Adam, & Eua præcepit vt de nullo comederent. Dicendum q̃ nulla responsio istarum stat: non prima, quia diabolus non mentiretur, quia sequerentur inconuenientia ex hoc. Primo quia rederet se suspectum: nam sicut mentiebatur in illo, ita putaretur q̃ in cæteris falsum diceret: vnde neque staretur dictis eius, quod diabolus valde fugiebat. Secũdo quia diabolus petierat nunc, quare Deus hoc præcepisset: si autem non præcepisset illud, non posset mulier reddere rationem eius, quod non fuerat eis p̃ceptum: & tamen reddidit rationem, ergo diabolus non dixit falsum, quia tunc mulier diceret, non præcepit hoc nobis Deus, sed non dixit illud, sed reddidit causam petiti: quasi peteretur quare Deus vetuit vobis aliquod lignum: ergo diabolus non dixerat falsum. Tertio quia id quod adducitur in probatione, non valet: nam diabolus mentitus est in eis, in quibus necessarium erat ei mendacium, scilicet, nequaquam moriemini, & eritis sicut dij: quia si ista non diceret, non tentaret: dicere tamen quòd Deus vetuerat hominibus omne lignum non erat necessarium ad tentationem, immo erat contrarium, quia reddebat dęmonem suspectum de mendatio in cęteris, quæ diceret: ergo istud non diceret. Quarto quia licèt diabolus mentiatur, est hoc in rebus dubijs, de quibus quid verum sit ignoratur: ita erat cùm dixit; nequaquam moriemini: & eritis sicut dij: quia ista erant futura: & nondum certum erat quid de eis esset: sed q̃ diceret, præcepit Deus, vt de nullo ligno comederetis, erat mendacium manifestum, quia erat de re præterita: ideo non diceret illud diabolus. Alia responsio non stat, cùm dicebatur q̃ verum dixerit diabolus: nam non est verum, q̃ mandauerit Deus hominibus de nullo ligno comedere. Primo quia cùm esset Adam solus, dixit ei Deus q̃ comederet de omni ligno Paradisi, nisi de vno: ergo postea non reuocaret mandatum, quia non erat aliqua causa reuocationis. Secundo quia maior necessitas ciborum erat quando erant vir & fœmina, quàm quando solus vir: & tamen solo viro existente concessę fuerũt omnes arbores ad esum: ergo a fortiori quando ambo essent, & ita non vetarentur postea. Tertio, quia si vetaretur omne lignum, non maneret cibus aliquis homini, sed homines illi cibo indigebant, quia viuebant vita animali, ergo non vetaretur. Quarto, quia fœmina dixit contrarium statim. s. de fructu lignorum, quæ sunt in Paradiso vescimur, de fructu autem ligni quod est in medio Paradisi præcepit nobis dominus, ne comederemus, ergo vnum solũ excepit mulier. Quinto, quia si omnia ligna vetita essent, de quocunque comederet homo peccaret, & ita non esset opus q̃ tentaretur de aliquo speciali ligno, & tamen tentata est mulier circa vnum lignum, & non circa alia, ergo non erant vetita omnia. Dicendum ergo, q̃ diabolus non asseruit omnia ligna vetita, sed vnum solum, & tamen de illo solo petiuit causam a muliere, quare vetitum esset: nã si inter omnia vnicum vetabatur, aliqua ratio erat putãda, quare hoc fieret: est autem sensus verborum diaboli; Cur præcepit vobis, vt non comederetis de omni ligno? i. quare præcepit vobis, vt comederetis de quibusdam lignis, & non de omnibus, & hoc est, quia in sacra scriptura non seruatur semper rigor verborum, & proprietas eorum: & ita non seruatur hìc æquipollentia propositionum.

Solutio q.

Quæs. 473 Cur Eua voluit respondere serpenti.

Sequitur ibi q̃ respondit mulier, De fructu lignorum, quæ sunt in Paradiso vescimur, de fructu autem ligni quod est in medio Paradisi præcepit nobis deus ne comederemus. In quo peteret, quare minus ne comederemus. In quo peteret, quare mulier voluit respõdere serpenti. Dicendum q̃ fuit quia nõ habuit aliquam causam non respondendi, si enim mulier suspicata fuisset ibi dolum, vel timuisset serpẽtem, non responderet ei, sed recurreret ad virum vel ut ad rectorem, & principalem in intelligendo: & tñ nihil mali suspicata est, ideo rñdit. Secundo quia potius gauderet mulier rñdendo, vt haberet cum quo loqueretur: nam mente & verbo participare delectabile est, & pp hoc ponitur esse actus amicorum lib. 9. Ethic. In locutione tñ est vtraque participatio, ideo gauderet mulier loquendo, & respõdendo serpenti. Tertio quia forte serpens placeret mulieri, ita enim asserit Beda, q̃ serpẽs ille habuit vultum virgineum, & ita placuit mulieri, quæ virgo erat, quia similia placent similibus, & si hoc esset, gauderet mulier in allocutione serpentis. Iudæi in suo Talmud dicunt, q̃ serpens ille coiuit cum Eua. Sed adhuc istud est turpilimum, & est insania, asserere quippe q̃ neque scriptura ponit, neque ratio conuincit in præiudicium alicuius, dementiæ est. Tertio quia istud esset grauius peccatum quàm manducare de ligno vetito, & propter hoc solum nõ expectato alio mulier expellere tur de Paradiso, ideo non fuit aliquid tale: & isti impudentissimi non erubescunt de fœmina tantæ dignitatis, quæ totius humani generis mater extitit, tam turpia asserere. Sic enim de Adam dixerunt, quòd coiuerat cum omnibus animalibus fœminis ante formationem Euę.

Indecorum. Absurdum. Ploduum.

Quæs. 474 De litera.

Cùm dixit mulier, De fructu lignorum, quæ sunt in Paradiso vescimur: intellexit de fructu omnium lignorum, quia non excipitur nisi vnum quod ipsa sustinuit excepit. s. lignum quod erat in medio Paradisi, & dixit: Vescimur. i. licitum est nobis vesci: nam non accipitur, vescimur. i. assueti sumus ad vescendum, quia nondum manducauerant homines de omnibus arboribus Paradisi, cùm ad hoc multo tempore opus erat: quia Paradisus magnus locus est, & intelligitur

Quæs. 475 Quare dixit, q̃ Deus dixerat, quod non dixerat.

Quæs. 476 Quare dixit, neque tangetis eum.

verba

verbà mulieris iuxta id, quod Deus dixerat sup. 2. cap. ex omni ligno Paradisi comede per quod efficiebatur licitum uiro & fœminæ comedere de omnibus. Cùm autem dixit, de fructu aũt ligni quod est in medio Paradisi præcepit nobis Dñs ne comederemus, vetitum significauit vnũ lignum, quid autẽ sit istud lignum est dubium. Aliqui dicunt, q̃ sit lignum scientiæ boni & mali, quod Deus vetuit Adæ. Alij dicunt, q̃ non, quia nominaretur eodem nomine, sed nominatur alio cum vocetur lignũ, quod est in medio Paradisi. Dicendum, quòd istud est idem illud lignum, quod Deus vetuit Adæ, & vocatur lignum scientiæ boni & mali, & patet primo, quia si esset aliud essent iam duo ligna vetita, & ita Deus reuocaret legẽ priorem in qua concessit oĩa ligna præter vnum, & nunc essent duo vetita, sed hoc est incõueniens, quia Deus non mutat legem, quàm dat sine causa, maximè, q̃ subito mutet illam sicut nunc, quòd in eodem die, aut ferè legem daret, & mutaret. Secundo, quia aut fuisset vetitum istud aliud lignum ante formationẽ fœminæ, aut post eam. Si prius mutaret Deus circa eundem virum legem quam primo dederat, & est inconueniens supra positum. Si autem formata mulier, aut istud lignum vetaretur soli fœminæ, aut viro & fœminæ, si vtrique esset inconueniens, quia duriora mãdata imponerentur mulieri quàm viro, & tñ eadẽ mandata illis imponi debebant, quia erãt eiusdem speciei, & cohabitationis, etiã, quia disparia mandata esse deberent viro & fœminæ data grauiora deberent imponi uiro tanquam aptiori ad ea sustinendum: fœmina autem ex omni parte fragilior est: si autem dicatur, q̃ vnum erat lignum, quod vetitũ erat viro, aliud quod nunc vetabatur mulieri, erat inconueniens, s. q̃ non possent peccare simul, i. in eadẽ re, quia in eo, in quo peccaret fœmina, non peccaret uir, & ecõtrario. Tertio apparet, quòd sit idem lignum, quia mulier quando respondit, dixit, de fructu lignorum, quæ sunt in Paradiso vescimur & excepit ibi vnicum lignum, ergo idem lignum erat, quod ambobus vetitum erat. Quarto, quia ex modo loquẽdi ostendit mulier idem esse ambobus vetitum, & ambobus concessum, cùm dicit, de fructu lignorum, quæ sunt in Paradiso vescimur, ideest licitum est nobis vesci, & addidit de fructu autem ligni, quod est in medio Paradisi præcepit nobis Deus ne comederemus, & ita etiam ambobus dixit idem vetitum. Ex hoc autem tolluntur illa duo, quæ aliqui putant in contrariũ, scilicet, quòd aut duo ligna essent vetita ambobus, aut duo ligna uetita vnũ uni, & aliud alteri. Primũ nõ stat, quia mulier asseruit omnia ligna concessa esse, nisi lignum, quod erat in medio Paradisi, & ita nõ erant duo ligna vetita. Secũdum patet, quia dixit, præcepit nobis Deus, & ita præceptum erat cõe, & in illo præcepto vetabatur comessio de uno ligno, q̃ erat in medio Paradisi, ergo vni cum lignum vetitum erat, & illud erat vetitũ ambobus. Quinto apparet, quia nisi esset idem lignum ambobus vetitum non possent peccare ambo comedendo de uno ligno, sed vnus peccaret, & alius non, & tamen ambo peccauerunt comedentes de eodem ligno, ergo ambobus erat idem lignum vetitum.

Qđ lignũ erat vetitum.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

4 Ratio.

5 Ratio.

7. Ratio.

Sed fortè aliquis dicet, quòd idem lignum ambobus vetitum erat: tamen non erat illud idem, quod a principio fuerat vetitum: immo formata fœmina vetuerit Deus ambobus quoddam alterum lignum, quod prius erat concessum, & id, quod vetitum erat concesserit. Sed dicendum, quòd istud non est credibile, quia mutatio legis in hominibus est inrepabilis, nisi quando inuenitur multum nociua: nam pro quolibet nocumento, quod à lege prouenire possit, non est lex mutanda, vt dicit Arist. lib. 2. Politi. & ibi dat rationes: à fortiori autem apud Deũ, apud quem non est transmutari, Iacobi 1. non fiet mutatio legis sine causa & statim. Ad motiuum autẽ istorum, scilicet, quia non est idem nomen ligni, quod Deus vetuit Adæ, & eius quod nunc Eua dixit vetitũ. Dicendum, quòd nihil obstat, quia neque sunt diuersa lignorum nomina: cum enim dicitur lignum scientiæ boni & mali est nomen ligni qualitercũque illud datum sit: cum autem dicitur lignum, quod est in medio Paradisi non est nomen ligni, sed notat positionem, ideo non est motiuum aliquod ad dicẽdum esse diuersum lignum. Secundo, quia ista duo conuenire possunt eidem rei, & non sunt diuersa, quia dici lignũ scientię boni, & mali est nomen ligni, dici lignum, qđ est in medio Paradisi significat situm, & poterat esse, quòd illud lignum ibi esset: ideo non erat inconueniens: immo dicendum est, quòd ista duo sunt idem, quia eidem conueniebant, nam lignum scientiæ boni & mali in medio Paradisi erat, sicut dicitur supra 2. cap. scilicet lignum vitæ in medio Paradisi, lignumq; scientiæ boni & mali, & ita cum lignum scientiæ boni & mali, quod vetitũ fuerat Adæ, esset in medio Paradisi, poterat esse illud, de quo nunc loqueretur Eua dicens, de ligno, quod est in medio Paradisi, & patet hoc, quia sup. 2. cap. non designantur, nisi duo ligna in medio Paradisi, lignum uitæ, & lignum scientiæ boni & mali, & tamen Eua non loqueretur de ligno vitæ, quia illud nunquam fuit vetitum, neque debuit vetari, quia potius quodlibet alterum lignum Paradisi, aut fere omnia debuerũt vetari quam solùm lignum vitę, cuius causas supra posuimus, cùm de eo loqueremur, & sic non potuit intelligi, nisi de ligno scientiæ boni & mali. Et ita apparet q̃ idem lignum est quod nunc Eua dixit esse vetitum, & id quod vetitum fuit Adę, scilicet lignum scientiæ boni & mali.

Quæs. 475 Cur Eua non nominauit lignum scięntię boni & mali.

Sed quæretur, quare Eua nunc non nominauit illud lignum scientiæ boni & mali, sicut nominatum fuerat prius quando vetitum fuit Adæ? Dicendum, q̃ primo fuit, quia cùm nomen nõ sit, nisi ad notificandã rem cuius est, dum tñ res sufficienter notificẽt nõ differt an isto, vel illo appelletur, & quia lignũ vetitũ sufficienter noficatur per id, quod erat esse in medio Paradisi, non oportuit poni aliud nomẽ, hoc patet, quia illud lignum erat vere in medio Paradisi. sup. 2. c. Secũdo & principaliter, quia illud lignum nõ habebat tũc illud nomen, nam non vocabatur lignum scientię boni & mali, sed fuit ei datum hoc nomen post peccatum, ex eo quod diabolus dixit, eritis sicut dij scientes bonum & malum, & propter hoc de ligno comedit mulier, vt ostẽsum fuit supra quando loquebamur de ligno isto, & tamen nũc nõdũ peccauerat mulier, neque diabolus dixerat, eritis sciẽtes bonũ & malũ, ideo nondũ habebat istud nomẽ, & sic mulier non poterat illud vocare hoc nomine, cùm nondũ illud haberet. Sed tunc dicẽt, quomodo vocãt ante hoc lignũ sciæ boni & mali, qa supra 2. cap. vocãt sic, & deinde sup. 3. c. mulier vocat illud lignũ quod est in medio Paradisi. Dicendum, q̃ illud fuit per anticipationẽ scripsit. n. illud Moyses, quia tempore Moysi sic vocabat; potuit illud sic nominare, licèt non ita nominaretur quando facta sunt illa, quæ habentur eodem cap. Moyses autẽ scribens potuit hoc sic nominare, sed mulier non potuit, quia nõdũ illud habebat nomẽ. Sed obijcietur, q̃ non solùm Moyses, vt referens rem quõdam gestam hoc nomine vsus est, sed etiam Deus ita vocauit illud supra 2. cap. cùm dicit præcepitque ei Deus dicens, ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autem scięti boni & mali ne comedas, & hoc dixit Deus ante formationem mulieris, ergo mulier formata potuit sic loqui. Dicendũ, q̃ nomen istud non fuit impositum

vsque post peccatum vt probatum fuit supra, & ideo neque Deus, neque mulier vsi sunt hoc nomine, sed quicquid ibi ponitur, est per anticipationem, sed differt, scilicet, quando Moyses vtitur hoc nomine quasi referens rem gestam, & quando Deus introducitur ista loquēs, nam quādo Moyses dixit, produxit Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue, lignū etiam vitę in medio Paradisi, lignūque scientiæ boni & mali, recapitulatione vsus est, qa tūc qñ Deus illa ligna produxit in medio Paradisi, nō ita vocabant, sed nihil improprie dixit, & tñ qñ dixit, p̄cepitq; Deus ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autem scientię boni & mali ne comedas, non solum est anticipatio, sed etiam est quædam improprietas locutionis, quia Deus non vsus est hoc nomine, aut æquiualenti ei in significatione in aliqua lingua, cùm tunc non esset adhuc impositum. Et videtur litera innuere, quòd Deus per hoc nomen locutus sit, sed hoc non intendit Moyses, sed quod dixit de ligno scientiæ boni & mali non comedas, idest non comedas de hoc ligno designato, & illud tempore Moysi vocabatur lignum scientiæ boni & mali. De muliere autem dicendum, quòd non potuit vocare illud lignū scientiæ boni & mali, quia nondum habebat hoc nomē, tñ Moyses potuit scribere, qp illa diceret de lignis Paradisi vescimur: de ligno autem scientiæ boni & mali præcepit nobis Dominus, ne comederemus, sicut de Deo dixit, qp dixisset; de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas, & esset vtrobique anticipatio, & non fecit, sed dixit id, quod verè locuta est mulier, scilicet, de ligno quod est in medio Paradisi præcepit nobis Dominus ne comederemus. Et fortè ita dixit Deus ad Adā; Ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autē quod est ī medio Paradisi nō comedas. Motiuum aūt est, quia ita dixit mulier, & tñ verisimile est, qp illa referret mandatum, sicut datum erat à Deo, quia recenter datum erat, vt putatur qp eadem die, & illa dixit, de ligno, qđ est in medio Paradisi, ergo ita dixerat Deus, potissime, quia verum est, quòd lignum illud esset in medio Paradisi, sicut innuitur supra secundo cap.

Quæs. 476 Cur Moyses nō introducit Euā loquēte cū anticipatione, ut.f. dicat, de ligno scientiæ boni & mali p̄cepit nobis Dominus ne comederemus.

Cùm hoc nomen, scilicet lignum scientiæ boni & mali non esset ante peccatum, & Moyses ponit illud per anticipationem quandocunque ponit, quare nō fecit anticipationem in vtroque, vel cur nō posuit in vtroque proprietatem, s.cum referat de Deo, qp dixit Adæ, de ligno scientię boni & mali ne comedas, quare non scripsit de Eua, qp dixisset, de ligno autem scientiæ boni & mali præcepit nobis Dñs ne comederemus, nō dixit de Deo ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autem quod est in medio Paradisi ne comedas. Dicendum, qp sacra scriptura est per Spiritum sanctum, & est ad notificandum nobis veritates illas, quas Deus voluit reuelare, & ideo est eo modo tradita, qui magis conueniret ad istam notificationem, magis autem cōueniebat, qp introduceretur Deus, vt dicens; de ligno quod est in medio Paradisi, &c. ideo isto modo scripsit Moyses. Et apparet istud, quia cum Deus locutus est Adæ si diceret; de ligno, quod est in medio Paradisi ne comedas, vel alio modo erat satis certitudo quantum ad Adam eo quòd designabatur ei lignum ad oculum, vnde etiam si nullo nomine appellaretur satis erat ostendi ad oculum, sed scriptura fiebat propter nos, vt intelligeremus res gestas quas nos nō possemus intelligere si diceretur, qp Deus dixit, de ligno autem, quod est in medio Paradisi ne comedas, quia illa non est sufficiens designatio ligni, cùm posset competere multis, quia multa erant in medio Paradisi. Sed obijcietur, qp satis sic designabatur, quia supra 2. cap. dicitur, qp lignum scientiæ boni & mali erat in medio Paradisi, vnde quando postea adiungeretur, qp Deus dicerer de ligno, quod est in medio Paradisi ne comedas intelligeretur, qp lignum scientiæ boni & mali. Dicendum, qp non sufficiebat, quia dato, qp multa ligna essent in medio Paradisi, & scriptura non dixisset, nisi de vno, quod erat in medio Paradisi, cum postea diceretur ex persona Dei; de ligno quod est in medio Paradisi ne comedas, intelligeretur pro ligno scientiæ boni & mali, & tamen scriptura ante hoc posuerat duo ligna in medio Paradisi, scilicet lignum vitę, & lignum scientiæ boni & mali, ideo non intelligeretur de quo eorum Deus dixisset. Ad tollendum ergo dubium non debuit fieri talis designatio, sed poni nomen aliquod, sic dictum est de ligno scientiæ boni & mali, & cùm illud sit nomen vnius arboris, & non multarum, nō tum esset de quo Deus vetuisset. De muliere autem non erat sic, quia non sequebatur dubium illud, si diceret de ligno autem, quod est in medio Paradisi. Primo, quia etiam si loquente sic muliere non notificaretur sufficienter, quod erat lignum, de quo loquebatur non erat inconueniens, quia certum est, qp loqueretur de illo ligno, quod Deus vetuisset. Secūdo, quia etiam similiter nō poneret aliquod nomen designationis, sufficiebat etiam si non diceret de ligno, quod est in medio Paradisi. Sed diceret de omnibus lignis Paradisi vescimur, nisi de vno, quia certum est quòd intelligebatur de illo vno, quod Deus vetuerat, cum ipsa addiderit. Præcepit nobis Dominus ne comederemus. Tertio, & principaliter, qa fiebat determinatio sufficiens ligni dicēte muliere; De ligno autē, quod est in medio Paradisi præcepit nobis Dominus ne comederemus, eo qp debet intelligi verbū iuxta modū loquendi ipsius scripturæ, & præcedentē contextum, sed suprapositum erat scriptura duo ligna sola in medio Paradisi, scilicet lignum scientiæ boni & mali, & lignum vitę, ideo de vno istorum necesse erat intelligi, sed non potuit intelligi de ligno vitæ, quia nō erat illud quod Deus vetuerat, sed lignū scientiæ boni & mali, ideo de illo ligno oportebat qđ intelligeretur verbū mulieris, & sic erat plana intelligētia verbi eius sic dicēdo, sed non erat sic de Deo, quia si sic Deus dixisset non erat, per quod certificaremur de ligno illo quod erat. Cùm autem quæritur, quare non impositum fuit in vtroque nomen hoc lignum scientiæ boni & mali, vt sicut fuit conueniens scribi hoc dictum a Deo, ita scriberetur dictum a fœmina. Dicendum, quod nō fuit conueniens, nam quòd de Deo ita diceretur conueniens fuit; quia aliter non erat sufficiens notificatio, vt ostensum est, sed quòd mulier ita diceret non erat ita necessarium, quia fiebat sine hoc sufficiens determinatio, & ista est prima causa, quare ita non dixit. Secundo, quia veritas, & proprietas debet seruari in quantum potest, sed ita fuit, quòd mulier non dixit de ligno scientiæ boni & mali, quod nomen nondum erat ty, sed dixit, de ligno, quod est in medio Paradisi, ideo si non sequeretur aliquod inconueniens, potius debuit poni id quod mulier dixit, quam aliquid aliud. Non erat sic de Deo, quia licèt ille in veritate dixerit de ligno, quod est in medio Paradisi ne comedas, non conueniebat sic dici, quia tollebatur certitudo, vt ostendimus, & illa magis attenditur in scripturis, quam locutionis proprietas; dicendo autem sic de muliere non tollebatur certitudo. Tertio, quia dicendo hoc de muliere sequebatur inconueniens, scilicet statim sequetur causa illa, ex qua vocatur lignum est lignum scientiæ boni & mali, scilicet, eritis sicut dij scientes bonū & malū: hoc autem dixit diabolus, postquā mulier designauit lignum eis vetitum, ergo non debuit dici, qp

mulier nominaret illud lignum scięt̄ię boni & mali. Etiam, quia ita nominando videtur p̄supponi, qp mulier scirer causam peccati sui, etiam qp assereret falsum quod diabolus dixit, s. Eritis scientes bonum, & malum, quod falsum fuit, ideo nō debuit mulier hoc dicere. De Deo non erat aliquod istorum inconuenientium, cùm multo ante de Deo illud dicatur, & ibi fuit magis necessarium dici, ideo de Deo scripsit Moyses, quasi illud dixisset, de muliere autem non scripsit, quia ibi erat inconueniens.

Quæs. 477 An Deus p̄ceperit Euæ dixit Eua.

Dixit quoq; mulier, præcepit nobis Dominus, Ne comederemus &c. Quæritur an Deus eis mandauerit. Dicendum, quòd cùm mulier hoc asserat, & ipsa tunc non mentiretur, quia erat in statu innocentię, & primum peccatum fuerit manducare de ligno vetito tenendum est, qp Deus illud mandauerit, sed quomodo hoc sit verum, est dubium, nam videtur qp mandatum non sit datum nisi viro, quia supra 2. cap. habetur de Adam; Præcepitq́ue ei Deus ex omni ligno Paradisi comede. De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas; de muliere autem postea non inuenitur quomodo, aut quando datum fuerat, ideo videtur, qp soli Adæ datum fuerit. Aliqui dicunt, qp soli Adæ datum fuit personaliter mandatum istud, sed ipe postea dedit illud mulieri, & sic ambobus erat datum, & hoc consonat scripturæ, quia non inuenitur datum mulieri, sicut inuenitur datum viro, vt ergo non ponant quod scriptura non ponit, tenent istum modum. Etiam, quia videtur consonare intentioni Apostoli, 1. ad Cor. 14. cap. scilicet, Si quid mulieres dicere voluerint domi viros suos interrogēt, & sic ad mulierem venit per virum doctrina moralis, hoc tenet Magister lib. 2. Sen. dis. 21. Aliter dici potest, qp præceptum istud fuit datum tam viro, quam mulieri, & fuerit modus, qp posito viro in Paradiso nondum formata muliere datum fuerit sibi præceptum illud: postea verò formata fœmina repetiuerit Deus præceptum coram ambobus, & tunc eis datum fuerit. Et hoc conuenit fortè magis scripturæ; nam conuenit verbis mulieris, cùm illa dixit præcepit nobis Deus, & ita significauit præceptum ambobus datum. Cùm autem obijcitur, qp non inuenitur quomodo ambobus fuerit datum, dicendum, qp non requiritur aliquid plus nisi quod mulier dixit, scilicet, Præcepit nobis Dominus, nam cùm ipsa asserat factum esse, certum est, qp factum sit, licèt non asseratur, aut exprimatur quomodo factum fuerit. Si quis autem vellet tenere, quòd istud præceptum nunquam datum fuerit à Deo personaliter, sed per virum processerit in eā saltem debent asserere, quòd bis datum sit, & in secūda vice datum sit mulieri, licèt non præsenti, sed datū sit viro pro ea, scilicet, vt ipse reuelaret ei. Et patet, qa quando Deus dedit Adæ illud præceptum, nondum erat formata mulier, vt patet supra 2. cap. ex ordine literæ, & ideo tunc soli viro dabatur, sed dando illud viro non obligabatur fœmina, quæ nondum erat, quia istud non erat præceptum de lege naturæ, sed positiuum: ideo non obligat, nisi eos, quibus expresse dat, & cùm non daretur tunc fœminæ, neque mentio fieret de illa, quæ nondum erat, non obligaretur illa, vnde si postea non daretur iterum, non obligaretur fœmina, sed liceret ei manducare de omnibus lignis Paradisi, licèt de illis nō manducaret Adam, & ideo debet dici, quòd formata fœmina rursus diceret Deus Adę, quòd vxori suæ diceret, Ne comederet de ligno illo, & sic per illum veniret præceptum ad eā, & hoc modo poterat dicere mulier sibi datum esse præceptum, quia Adæ non dabatur secunda vice pro se, sed pro muliere. Hæc vera sunt, & necessaria, nisi diceret, quòd quando Deus dedit præceptum istud Adæ nō-

dum formata Eua, facta sit ibi mentio de muliere, qā licèt nondum esset, Deus sciebat illam facturam, quia intendebat illam plasmare, & poterat sic de ea ponere mandatum. Dicendum, quòd istud non est verum: nam licèt Deus potuisset tunc taliter præceptum dare, non dedit. Primo patet, quia in præcepto dī, Ex oī ligno Paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas, & ita singulariter quasi ad vnū dictum est. Secūdo, quia non poterat fieri mētio de fœmina: nam licèt apud Deum certum esset, quòd futura esset fœmina, non erat notum apud Adam, ideo neque certificaretur de eo ex præcepto. Tertio, qa post hoc Deus adduxit omnia animalia ad Adam, vt videret, qm quocaret ea, & an ibi esset adiutorium sibi cōueniens, & non inuenit illud Adam: si tamen certus esset Adam, qp fœmina sibi formanda esset, non quæreret in animalibus, an aliquod sibi conueniret: ideo incertus erat Adam an Deus sibi fœminam formaturus esset, & ideo non certificaretur per præceptum, & ita in præcepto ei primum dato non fieret mentio de alio, nisi de ipso, vnde neque poterat fœmina per illud obligari, & sic daretur necessario præceptum postea, quod vel daretur ambobus simul, vel fœminæ soli, vel viro pro fœmina, & quomodocunque fieret daretur præceptum bis, & esset datum mulieri.

Quæs. 478 An Deus p̄cepit Euę ne tangeret lignū illud.

Addidit quoque mulier; Præcepit nobis Dominus ne comederemus, neque tangeremus illud, in quo est dubitatio an sit verum. Aliqui dicunt, quòd non, quia non inuenitur, qp mandauerit Deus istud, sed solum ne comederent, supra secundo cap. De ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas, ubi nō fit mentio, nisi de manducatione. Etiam in additione pœnæ non ponitur, nisi de manducatione, scilicet, Quacunque die comederis morte morieris. Sed alij dicunt, quòd fuit etiam hoc impositum, ne tangerent lignum, quia mulier asseruit sic præceptum fuisse illi, qui non habuit causam mentiendi. Addidit ēt rationem præcepti, scilicet, quòd Deus fecit hoc ad magis elongandum ab actu manducationis: nam si permitterentur tangere, propinquum esset comedere, & ad tollendum istud periculum, vetuit Deus tangere. Dicendum videtur, quòd Deus non vetuit hominibus tangere arborem illam, sed solum manducare de fructu eius. Primo, quia si datum esset tale præceptum, exprimeret illud scriptura, & tamen non exprimitur, ideo creditur non datum. Secundo, quia Deus non grauaret plus fœminam in præcepto, quā virum: & tamen quando viro datum est præceptum de sola manducatione, dictum est: ideo non apponeretur conditio grauior fœminæ. Tertio, quia sequeretur ex hoc quodammodo mutatio legis Dei: ipse enim dixerat, De ligno scięt̄iæ boni & mali ne comedas, & sic noluit eum plus arctare, nunc verò dicit mulier, præcepit nobis Dominus, ne tangeremus illud, & sic non sola fœmina arctabatur ad non tangendū, sed etiam vir, vnde facta esset mutatio circa legem viro datam arctando magis eum. Quarto, quia si Deus hoc præcepisset viro, & fœminæ, non solū peccassent in gustando de fructu ligni illius, sed etiam in tangendo, & æqualiter esset peccatum in vtroque, quia vtrunque erat prohibitum, & neutrum erat de se malum, sed solum, quia prohibitum, & sic diabolus non tentaret mulierem ad comedendum, sed solum ad tangendum, quia hoc sufficiebat ad transgressionem præcepti, sed non fuit sic, quia diabolus conatus est mulierem deducere ad comedendum, & ita fecit: ergo non sufficiebat si ad tangendum deduceret, & tamen sufficeret si hoc esset vetitum. Quinto, quia Deus quando arguit Adam de trangressione non dixit quicquam de tactu, sed de sola manducatione,

Determinatio dubij.

scilicet, quis indicauit tibi, ꝙ nudus esses, nisi ꝙ ex ligno de quo ꝓceperã tibi ne comederes, comedisti? Si autem vtrunque vetitum esset, vtrunque expressisset Deus ad aggrauandam redarguitionem, sed non fecit, ergo non erat vetitum, nisi manducare.

Quæs. 47. An præceptum fuerit tangere lignum vt non manducarent.

Cùm autem rationem dicunt, scilicet, quòd ꝓceptum fuit non tangere ad elongandum a manducatione. Dicendum, quòd non stat, primo, quia quando fit aliqua prohibitio elongatiua ab actu, sunt ibi duo, quorum vnum est de se malum, alterum verò solùm quia vetatur, sicut cùm vetatur alicui cohabitare mulieribus, vt non fornicetur, cohabitare quidẽ non est de se malum, fornicari autem est malũ de se, ad elongandum a fornicatione, quæ est de se, non vetatur cohabitatio, quæ non est de se malã, quæ non vetaretur, nisi timeretur inde fornicatio; vnde fœminarum ad inuicem non vetatur cohabitatio, quia non timetur inde fornicatio, sed hìc non erat sic, nam neutrum erat de se malum, sed solùm inquantum vetitum, ideo non prohiberetur vnum, vt elongatiuum ab alio, quia non erat hìc tollere occasionem, sed potius aggrauare præceptum, & duplicare peccatum. Secundo, quia quando aliquid vetatur, vt elongemur ab alio, vnum est minus desiderabile, & facilius caueri quàm alterum, sicut præcipitur non respicere mulieres ne exardescamus in earum concupiscentiam, non videre, aut non aspicere mulieres facile est, non exardescere autem in eas, cùm illas semel viderimus, est difficile, ideo vetatur aspicere eas, vt non exardescamus in illas; sed hic non erat sic, quia in primis parentibus neutrum erat facile, aut difficile magis, quia ad neutrum mouebat concupiscentia aliqua, cùm in eis non essent aliquæ concupiscentiæ, aut passiones insurgentes contra rationem ante peccatum, ideo non erat conueniens vetari unum propter alterum, sicut in nobis, in quibus est concupiscentia fortis ad quædam, ad alia vero non, & ideo, vt non incidamus in ea, quæ nimis concupiscimus, verantur quædam, quæ facile est nobis fugere, per quę cauemus ea, ad quæ magis inclinamur.

Ratio ad obiectionem.

Cùm autẽ obijciebatur, quòd ita ꝓcepisset Deus, quia mulier dixit, præcepit nobis Deus, ne tangeremus illud. Dici posset quòd mulier istud addidit a se ipsa supra id quod Deus mandauerat, & non est credibile, quòd sic fecerit. Primo, quia quedam alia sic mutauit de eis, quæ Deus dixerat, nam Deus dixit, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas, quacunque enim die comederis morte morieris; vbi Deus sub certitudine protulit mortis sententiam, & non solùm dixit quòd moreretur, sed etiam ad magis certificãdum addidit tempus, scilicet, ꝙ eodem die, cùm ait, quacunque die comederis morte morieris; mulier tamen istud quod Deus sub certissima assertione protulit, vertit in dubium, dicẽs, ꝓcepit nobis, ne tãgeremus illud, ne forte moriamur, ita ergo poterat a se ipsa, quodcũque aliud mutando, uel addendo. Secundo, quia aliqua causa motiua erat in muliere ad hoc addendum, scilicet, quia displicebat ei, aut displiceere incipiebat præceptum, nolebat enim subiacere iugo præcepti, & id quod nobis displiceret, solemus durius proferre quàm ipsum sit, ut magis displicibile videatur, & non erat nunc de muliere, sicut ante tentationem, nam ibi non displicebat ei præceptum, & sic nihil diceret, quod ei præceptum non erat, nunc verò cùm moueretur a tentatore displicebat ei præceptum, & contristata de illo adderet, aut addere posset aliquid cõtra illud. Alio modo quidam dicunt, ꝙ mulier nihil addidit in præcepto, sed hoc quod putauit præceptum sibi esse dixit, poterat esse hoc modo, scilicet, ꝙ præceptum de non comedendo datum esset Adæ per se ante formationẽ mulieris, & illa formata diceretur ei ꝙ hoc iuberet vxori suæ, ille verò diceret ei ꝙ non comederet de ligno illo neque tangeret, in quo non mentiretur Adã, quia non diceret totum ex parte Dei, sed ipse iuberet hoc mulieri tanquam maior, & rector, ipsa verò putans omne, quod vir sibi dixerat, præcesisse a Deo, diceret ꝙ Deus præceperat ne comederent, neque tãgerent, quia ita videbat obseruare Adam virum suum, quia neque tangebat neque comedebat de ligno illo, sed primo dicta verisimiliora sunt.

Quæs. 48. Cur Eua dixerit. Ne forte moriamur.

Quæretur quare dixit mulier; Ne forte moriamur, nam Deus non dixit sic, immo dixit, quacunque die comederis morte morieris. Aliqui dicunt, ꝙ non dixit dubitando, an ita futurum esset, sed posuit forte pro temperamento locutionis, sicut sapientes interdum in eis, in quibus nulla dubitatio est, ponunt forte. Sed dicendum quòd non dicitur conuenienter. Primo, quia omnes arguunt de hoc mulierem, quòd dubitauerit vbi Deus affirmatiue posuit, sic dicit Augustin. super Genesim ad literam, & Magister libr. 2. distinct. 21. scilicet, Attende ordinem, & progressum humanæ perditionis. Primo Deus dixerat, Quacunque die comederitis ex eo morte moriemini, deinde mulier dixit, ne forte moriamur, nouissime serpens dixit; nequaquam moriemini; Deus affirmauit, mulier quasi ambigendo illud dixit, diabolus negauit; quæ igitur dubitauit, ab affirmante recessit, & neganti appropinquauit.

Arcide ordinem hominis permanentis.

Secundo, quia non est rationabiliter dictum, quòd mulier diceret, ne forte, tanquam vtens temperamẽto locutionis, quia istud posset esse si mulier a se ipsa loqueretur, & tamen loquebatur ea, quæ Deus dixerat, & hoc ponendo minuebat certitudinem dicti, ideo inconuenienter ageret, nam quantumcunque ponatur vt temperamentum locutionis, semper facit dubitationem, & ideo a sapientibus non ponitur nisi in locis, vbi potest esse aliqua dubitatio, quãtumlibet parua, sed poni dubitationem quantumcunque in eo qđ Deus dixerat est inconueniens, ideo neque sic fœmina excusatur. Solet ergo dici, ꝙ istud ꝓceptũ inceperat iam displicere mulieri quando tentabatur, & ideo iam loquebatur de eo, sicut de re displicenti, & ita fecit sibi duo, primum addidit aliquid de grauitate, scilicet, ꝙ non tangeremus illud, Deus autem non vetauerat tactum, ponendo aũt istud signabat res difficiliores. Secũdum fuit, quia dixit, ne forte moriamini, Deus autem dixerat, moriemini; ambo autẽ proderant ad excutiendũ ꝓceptum, nam quanto ꝓceptũ grauius esset, tanto esset magis irrationale, & ideo facilius posset reijci; Ablatio quoque certitudinis ad hoc proderat, nã ꝓceptũ custodiret timore pœnę, erat autẽ pœna mortis. Quantum autẽ tolleretur de certitudine pœnę, tantũ tollebatur de timore peccandi, & sic ambo simul inducebant ad non custodiendum præceptum, quod & mulier fecit.

Determinatio quæstionis.

Sequitur, quòd dixit serpens ad mulierem, Nequaquam moriemini; quod de diabolo intelligendum est; serpens quidem non loquebatur, quia neque poterat, sed diabolus per serpentem. Sed aliquis quæret, quomodo diabolus ausus est hoc dicere, cùm sciret falsum esse? Dicendum quòd hoc dixit diabolus primo, quia ita conueniebat ei dicere, si enim nõ diceret ita, non tentaret, nec; posset deducere mulierem ad consensum, nam mulier formidaret pœnam a Deo impositã, nisi cõtrariũ audiret, vt ergo nõ timeret, dixit ei diabolus, ꝙ non moreretur, & hoc credidit fœmina, nam si non credidisset, non comederet.

Quæs. 49. quomodo diabolus ausus est dicere falsum.

Secundo,

Secundo, quia diabolus intẽdebat dicere, ꝙ potius comedendo habituri essent magna bona, i. ꝙ essent sicut dij, & tamẽ si ex comestione malum aliquod euẽturum esset, non possent effici sicut dij, neq; esset hoc credibile, ideo negauit malũ, vt posset astruere bonũ; nam bonum non potest conferre, quando malum non potest euitare, cùm euitatio mali sit gradus boni. Cùm autem quæritur, quomodo diabolus ausus est hoc dicere, cùm esset falsum, & esset contra Dei affirmationem: dicendum, quòd nihil fuit, propter quod diabolus non auderet istud dicere, quia si non auderet, aut hoc esset, quia erat contra Dei dictum, aut, quia erat falsum, aut, quia non crederetur ei, & tamen nihil horum ei obstabat. Non primum, quia diabolus non timet dicere contra ea, quæ Deus dicit, & conari ad peruertendum ea, quæ Deus facit, & apparet hìc: nam Deus iusserat hominibus, vt non comederent de ligno scientiæ boni, & mali, Diabolus autem contrarium volebat, & contrarium suadebat, vt fieret contra id quod Deus volebat; si ergo non timebat facere contra id quod Deus faciebat, & fieri volebat, multò minus timeret dicere contra ea, quæ Deus dicebat; vnde propter hoc via eius dicitur cõtraria viæ Dei, scilicet, quia ea, quæ ipse suader, sunt contraria, sicut Angelus dixit ad Balaam, Numeri. 22. cap. Peruersa est via tua, mihique contraria, & hæc est via, quam suadebat diabolus ipsi Balaam. Causa autem, quare diabolus ista faciebat, & non timebat ea facere, est primo, quia ex inuidia cupit facere ista mala, quæ facit, & videtur sibi, vt bonum, & delectabile sic facere, & ideo sequitur perturbatam mentem suam, sicut nos sequimur appetitum passionalem. Secundo, quia non vult euitare malum, vt com placeat Deo, quia non est in charitate eius, sed decidita charitate, ideo nihil fugiet facere, quasi sit contra Deum, cùm non habeat motiuum aliquod ad volendum Deo placere. Tertio, quia non timet facere quicquid potuerit: scit enim nullam iam sibi ex hoc futuram pœnam, nam damnatis non potest aduenire maior damnatio quicquid faciant, aut velint. vnde sicut nõ est in eis peccatum facere quicquid fecerint postquam totaliter & impermutabiliter auersi sunt a Deo, ita non est eis pœna aliqua pro eo quod fecerint, postquam semel damnati sunt; ideo diabolus non timet aliquid dicere, aut facere cõtra Deum, quod tñ nos timemus, & cauemus. Nam, quia non sumus totaliter à Deo auersi, habemus interdum charitatem, fm quam cupimus Deo placere, & non offendere ipsum, & quia non sumus adhuc dãnati, possunt nobis aduenire pœnę, quas non habemus, & timẽtes eas cauemus offendere Deum in quibusdam.

Explicatio dictionis.

Quæs. 48. Cur diabolus dixerit contra Deum. Diabolus non timuit dicere contra Deum.

Secundum erat, quia diabolus non timuit hoc dicere, quia falsum erat, nam postquã diabolus a Deo, qui est ipsa veritas, se auertit, incidit in mẽdacium, & factus est mendax, & mendacij pater, & non solùm fm hunc statum mentiri, & quando mentitur facit fm proprietatem suam, & si quando verum loquitur facit contra suam (vt ita dicamus) naturalem conditionẽ, & proprietatem, ꝓ hoc statu, vnde primum mẽdacium inuentum est in eo, & propter hoc ipse est causa omnium mẽdaciorum, quoniã & est per se mẽdax. i. ex proprietate ei competens. Hęc omnia tangit Christus, Io. 8. c. cùm dicit, Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere, ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas in eo nõ est, cũ loquitur mendacium ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius. Dixit enim diabolum homicida ab initio, scilicet, quòd ipse fuit primus homicida: nam Cain fuit homicida fratris sui Abel, & tamen diabolus fuit prius homicida, occidẽdo Adam & Euam: ipse enim occidit eos, quia ad mortem, tã temporalem, quàm æternam eos obligauit, cùm ad neutrum prius essent obligati. Et nõ est mirandum, quòd diabolus falsum dicat, immo mirandum est, quòd aliquando verum dicat: nam sicut Christus dixit Mat. 7. cap. Non potest arbor mala bonos fructus facere, neque ex spinis colligunt vuas, neque ex tribulis ficus. & Aristo. lib. 2. Ethic. dicit, ꝙ qualis vnusquisque est, talia loquitur, & operatur. quod & Christus in maiori auctoritate dixit Mat. 12. cap. Bonus homo ex bono thesauro profert bona, & malus homo ex malo thesauro profert mala. & tamen diabolus est, in quo nulla veritas est, ergo diabolus non potest loqui veritatem, nisi quasi contra naturã, & hoc est ꝙ Christus dixit Ioannis 8. cap. In veritate non stetit, quia veritas in eo non est. Et quia interdum diabolus loquitur aliqua vera, & miraretur quis quomodo poterat loqui verum is, in quo nulla veritas erat, dixit Christus, ꝙ qñ loquitur mẽdaciũ, loquit fm naturam, aut conditionem suam, qñ autem loquitur veritatem, loquit quasi contra naturã, quia tũ illã veritatem ordinat ad aliquod mendacium, vt per illam habeat fallendi locum, totum quod dicit est mendaciũ, & ideo Christus dixit, cùm loquitur mendacium, ex proprijs loquitur, i. ex propria conditione, & de thesauro suo malo, quia intra se habet mendacium, cùm à veritate recesserit, & ueritas in eo non sit: non enim potuit in eo manere id, à quo ipse recesserat, & ita nõ est quærendum, qũo diabolus loquitur falsum, immo est quærendum quomodo aliqñ loquitur verum. Tertium erat, ꝙ poterat timere ne ei crederetur, & ideo non diceret mendacium, & de hoc dicendum, ꝙ diabolus est astutus, & cauet ea, per quę obuiatur intentioni suæ: intendit autem nocere nobis, huic autẽ intentioni obuiaretur si semper mentiretur, quia interdum essent mendacia manifesta, & hoc videntes non assentirent ei deceptos se sentientes, ideo tunc diabolus mentitur, quando mendacium eius occultari potest, quando autem est manifestũ non mentitur: esse autem mendacium occultum non quærit diabolus, i. ꝙ tale sit, quod semper sit occultum ꝙ sit mendaciũ, sed satis est ei, ꝙ sit occultum pro tũc, qñ dicitur, quousque ducat hominem in consensum mali: nam etiã si postea falsitas manifestetur, non curat, quia iam habuit, quod intendebat. Etiam diabolus nõ facit, quòd mendacium suum sit tam occultum, ꝙ nullus audiẽs illud, putaret esse mendacium, sed solùm, ꝙ tam occultum sit, ꝙ is cui proponitur non putet esse mendacium, sed possit suscipere pro vero: nam quædam proponit quibusdam simplicioribus, quę illi pro veris accipiunt, quæ si proponerentur statim ea tanquã falsa, resperet, sicut fuit in eo, quod propositum est mulieri: nam si propositum esset viro, non credidisset ille, sicut mulier credidit; de quo infra dicetur. Nũc autem dicendum, ꝙ nõ timuit diabolus mulieri proponere hoc falsum: primo, quia poterat occultari: nam, & si non posset occultari semper, poterat ad tempus ita putari, & si nõ posset cuicunque hoc suaderi, posset alicui, i. mulieri, & quia diabolus credidit illud tũc esse occultum, non dubitauit proponere, licèt esset falsum. Secundo, & præcipuè, quia diabolus sumpsit audaciam ex dispositione mulieris, tãtam enim illius conspexit leuitatem, ꝙ non solum hoc mendacium poterat ei suadere, sed & quodcũque alterum, & istud erat, quia ipsa præstiterat multã occasionem ad hoc, & quasi sine tentatore, & tentatione ipsa se ipsam decipiebat: nam incepit mutare verba Dei: & ideo diabolus sumpta audacia proposuit ei hoc mendacium, tanquam ei credibile.

Diabolus nõ timet sibi nõ esse credendũ, quãdo mẽtitur.

Determinatio qñstionis.

Sed obijcietur, quomodo putauit diabolus ꝙ mulier crederet ei asserenti contra id quod Deus dixerat, & ipsa sciebat a Deo dictum esse? nam cùm Deus maioris auctoritatis esset quàm serpens, potius Deo credere deberet. Dicendũ ꝙ diabolus putauit ꝙ mulier potius crederet ei quàm Deo, neque eũ propria decepit opinio, quia ita factum est, & accepit istam confidentiam ex leuitate mulieris, & paruitate iudicij. Tam parui, n. iudicij fuit, ꝙ potuit credere, ꝙ homo efficeretur Deus, aut quasi Deus, errãdo circa naturam, & excellentiam Dei, errare ergo posset circa veritatem Dei, & auctoritatem eius. s. cui potius fides adhibenda esset Deo, vel serpenti. Secundo fuit, quia mulier ipsa se præbebat talem, vt quicquid diceretur contra Deum vt tãgebat præceptum istud, crederet: nam inceperat ei displicere præceptum ex quo diabolus ad eam incepit loqui, & ipsa de præcepto aliqd tanquam de displicenti mutauit: nam addidit grauitatem, cùm dixit, præcepit nobis Deus, ne comederemus neque tangeremus illud, abstulit etiam certitudinem, quia Deus dixerat quacunque die comederis, morte morieris, mulier autem dixit, ne fortè moriamur, ponendo dubitationem an morerentur, etiã si comederet: ea autem, q̃ sine tentatore de mandati diuini veritate dubitauit, potuit asserente tentatore credere falsum esse quod Deus dixerat. Et ita diabolus cõstanter proposuit mulieri nõ futurum esse qđ Deus futurum dixerat, cùm ait, nequaquam moriemini, putauit autem quòd mulier posset credere, & de facto illa credidit.

Quæs. 483 Cur diabolus credidit mulierem sibi creaturã, poti' quã Deo contrarium p̃cipienti.

Adiunxit serpens, scit enim Deus ꝙ in quocũque die comederitis ex eo, aperiẽtur oculi vestri, & eritis sicut dij scientes bonum & malum, de quo quare illud dixit dubitatur. Dicendum ꝙ fuit primo ad proponendum id, quòd mulierem traheret ad comedendum de ligno vetito: nam non sufficiebat ad hoc ꝙ mulier comedere vellet de ligno, credere non esse veram pœnam, quam Deus in præcepto posuerat, quia etiam si nulla prohibitio fuerat posita de ligno, fortè mulier non gustaret de eo, quia non mouebat eam necessitas, neque concupiscentia ad gustandum. Non enim erat necessitas, quia multa alia ligna erant, de q̃bus posset comedere. Non concupiscentia, quia nulla passio insurgebat in primis parẽtibus ante peccatũ cõtra imperium rationis, & fortè erant alia ligna pulchriora, de quibus magis moueretur mulier ad manducandum: ideo ad hoc ꝙ manducare vellet, oportebat proponi aliquid motiuum eius. Istud enim fuit, ꝙ efficeretur sicut Deus, quod erat valde concupiscibile, ideo debuit proponere hoc serpens. Secundo fuit ad excusationem præcedentium: nam dixerat diabolus, nequaquam moriemini, Deus autem dixerat moriemini, poterat autẽ dicere mulier, quomodo erat: ergo Deus dicere vellet hoc, si non erat verum, & ad quid diceret? respondet per hoc diabolus, ꝙ fuit conueniens istud Deo dicere, quia si non diceret, efficeretur homo sicut Deus, vel æqualis ei comedendo de isto ligno, & quia Deus nolebat hominem effici sibi æqualem, vetuit sibi lignum per cuius comestionem efficeretur sibi æqualis, & hæc videbatur aliqua causa ad hoc ꝙ mulier crederet ꝙ Deus dixerat ꝙ comedentes morerentur, licèt non esset verum.

Quæs. 484 Cur diabolus dixit eritis sicut dij &c.

Sciendum autem ꝙ diabolus dixit duo falsa mulieri de Deo, primum fecit Deum mendacem, secundo fecit eum inuidum. De primo patet, quia dixit, nequaquam moriemini. Deus autem dixerat, quacunq; hora comederis morte morieris. De secundo patet, quia diabolus dedit causam ꝙ Deus vetuisset homini lignum illud non quasi moreretur si comederet, sed quasi hoc diceret ei, vt non comederet timẽdo mortem, motiuum autem Dei ad hoc ꝙ non comederet homo erat, vt diabolus dixit, ad hoc ꝙ nõ efficeretur homo sicut Deus, sed hoc erat inuidere. i. ꝙ Deus nõ vellet ꝙ homo haberet tantam perfectionem, quantam habere posset. Sed vtrunque est falsum. Deus. n. veritas est cùm ipse dixit. Ego sum via, veritas, & vita, sed veritas non potest mẽtiri, quia est contra naturã; tunc enim arbor bona faceret malos fructus, & de thesauro bono prodirent mala, quod est contra Christi sententiam Mathe. 7. & 12. etiam quia Deus seipsum negare non potest 2. Thim. 2. c. & tamen si Deus mẽtiretur, negaret se ipsum, quia cùm ipse veritas sit, ageret contra naturam suam, quod est negare se: ideo non poterat Deus mentiri. i. dicere falsum ex intentione. Similiter non potest Deus falsum dicere quasi nesciendo veritatem, quia Deus omnia nouit, & nõ potest decipi circa aliquid. Secundum etiam non poterat Deo conuenire. s. inuidisse homini perfectionẽ: nam bonitas opponitur inuidiæ: ideo vbi est summa bonitas, non potest esse aliquid inuidiæ, sic enim dicit Boetius lib. 3. de consola. Metro. 9. scilicet,

Cõfutatio primi dicti Dei de Deo.

O qui perpetua,
Cum ait:
Verum insita summi
Forma boni liuore carens.

Et Plato in Thimæo dixit, omnem inuidiam a Deo relegatam. Et adhuc apparet istud magis ex sentẽtia Aristo. lib. 1. Met. 2. c. vbi loquendo de sapientia, quæ est Dei possessio allegat Simonidem poetam dicentem, ꝙ Deus inuidit homini hũc honorem, & ita voluit ne ei cõtingeret, Aristoteles autem ibidem eum arguit dicens, quòd sequeretur tunc Deos esse miseros, & superfluos: nam omnis inuidia habet tristitiã de alieno bono; omnis ergo inuidus est tristis, tristitia autem est malum, ideo nõ potest esse in Deo, qui est summè bonus. Etiam addit ibi aliud dicens, sed ne que diuinum esse inuidum conuenit. Ad dictum autem Simonidis respondet ꝙ falsum est, allegans proꝙ uerbium. s. ꝙ secundum prouerbium multa mentiuntur Poetæ. Quæretur, quomodo diabolus ausus est dicere ista duo, cum essent falsa. s. ꝙ non morerentur comedentes, & ꝙ aperirentur oculi eorum, efficerẽturq; sicut dij. Aliquis dicet, ꝙ potuit illa dicere, quia nõ erant falsa. De primo patet, quia licèt comederint Adam & Eua, non mortui sunt, sicut dicebat̃ in mandato eodem die, sed vixerunt postea plusquam nongentis annis, supra 5. c. De secundo patet, quia verum est, quia aperti fuerunt oculi eorũ, dixerat enim diabolus; quacunque die comederitis, aperientur oculi vestri, & ita factum refertur, supra 3. c. ꝙ cùm comedissent, aperti sunt oculi amborum. Dicendum ꝙ ista non stãt hic, sed ambo falsa sunt: de primo patet, quia sicut Deus dixit ꝙ morerentur comedentes, ita factum est: nam si non comedissent nunquam morerẽtur, quia comederunt mortui sunt, & eodem die audierunt sententiam mortis, supra 3. cap. in sudore tuo vesceris pane tuo donec reuertaris in terram, de qua sumptus es. Cùm autem obijcitur, ꝙ non mortuus est die ipso, dicendum ꝙ non obstat, quia verba sumenda sunt in sensu, in quo Deus illa accepit, Deus autem intellexit, in quacunque die comederis morte morieris. i. in ipsa die incurres necessitatem moriẽdi: nam ante poterat homo mori, & poterat non mori, sed non erat ei necessitas moriendi, statim autem vt comedit, fuit obligatus ad mortem, vnde non sòlùm in ipsa die, sed etiam in ipso momento. Vnde etiã si postea non denunciaretur incurrisse mortem, nihilominus incurrisset, & moreretur. Quod vero obijciebatur pro secundo, falsum est: nam non aperti fuerunt oculi Adæ & Euæ sicut diabolus dixit,

Cõfutatio secũdi dicti.

Quæs. 485 Attẽde dictum diaboli fecisse Deum mẽdacem, & inuidũ.

quia ipse intellexit de apertione ad intelligendum res altissimas profundissima intellectione, sicut Deus intelligit: vnde non sòlùm dixit aperientur oculi vestri, sed addidit, eritis sicut dij scientes bonum & malum: apertio autem oculorum Adæ & Euæ post comestionem ligni non fuit ad intelligendũ sicut Deus, vel ad hoc, quòd essent sicut dij, sed ad hoc, quòd viderent se nudos, & certũ est, quòd diabolus non intelligebat de ista, quia ista erat valde pœnalis, unde cùm fuerunt aperti oculi eorum absconderunt se: diabolus autem loquebatur mulieri de quodã magno bono uenturo mulieri comedendo, quod significauit p apertionem oculorum, ideo falsum dixit, quia non fuerunt aperti eo modo, quo ille dixit. Dicendum ergo, quòd diabolus in vtroque mẽtitus est. Cùm uerò petitur, quomodo potuit ista dicere, cùm essent falsa. Dicendum, quòd aut quæritur ad quid voluit talia dicere, an quomodo non erubuit, uel timuit dicere, qđ falsum erat. Si primo modo, dicatur, quòd diabolo fuit conueniens utrunque dicere: quia aliàs non procederet tentatio, sicut supra ostendimus causas horum. Si dicatur secundo modo, respondendum, quòd diabolus non erubescit, neque timet dicere mẽdacium, quod est sibi quasi naturale, ut ostendimus, nisi solùm, qñ repugnat intentioni suæ, & istud non est, nisi qñ mendacium est manifestum ei, cui proponitur, quia tunc impeditur in tẽtatione, ideo talia mẽdacia non proponit. Alia verò mendacia, quæ possunt haberi, ut ueritates, uel ut quædam credibilia tunc qñ proponuntur, non recusat diabolus proponere; talia fuerunt ista, quia erant mulieri credibilia, ideo diabolus uoluit illa proponere.

Quæ. 486 Quo fua crediderit hæc duo mendacia.

Quæretur, quomodo mulier credidit id, quod ei diabolus dixit, cùm hęc essent mendacia, potissimè cùm ex eis sequerentur duo inconuenientia magna contra Deum, s. esse eum mendacem, & esse eum inuidum, vt ostendimus; hęc autem nullo modo erant credibilia à quocunque proponerentur: si autem in eis, quæ diabolus dicebat, nõ esset aliquid contra Deũ, poterat aliqualiter illud mulier credere. Aliquis dicet, quòd potuit mulier hoc credere, quia potuit intelligere, quòd in his nihil fieret cõtra Deum. De primo, quòd non sequeretur Deum mentitum etiam si non sequeretur mors comedentium, ut si non diceretur ista secundum certam Dei sententiam, sed secũdum comminationem, quia sic aliqua Deus dicit se facturum, & non facit illa; Hierem. 18. cap. De secundo dicunt, quòd potuit mulier intelligere, quòd Deus hoc vellet, vt non haberent homines maiorem perfectionem, quàm eis habere conueniebat. Sed dicendum, quòd ista sunt friuola: primum patet, quia non potest accipi, nisi quòd Deus mentiretur, aut saltem falsum diceret: si enim dixerat Deus, quòd morerentur comedentes, & non morerentur, non poterat esse nisi, quia aut Deus non sciuit veritatem euentus putando quòd morerentur, & non secuta est mors, & tunc falleretur Deus, & non mentiretur; aut sciebat, quòd non morerentur, & tamen dixit ꝙ morerẽtur, & tunc non mentiretur, sed non decipiebatur. Diabolus autem voluit asserere, quòd Deus mentiretur, quasi diceret contrarium eius, quod sciret, cum ait; scit enim Deus, quòd in quacunque die comederitis ex eo aperientur oculi vestri, & ita sciebat Deus teste illo contrarium eius, quod dicebat, & hoc erat mentiri. Cùm autem obijcitur, quod potuit credi dicta Dei per cõminationem, nõ stat: nam qñ dicunt verba Dei per commnationem, semper sequitur malũ ꝙ natum, nisi illi, quibus Deus commi-natur auerterint se à via sua mala, pro qua Deus illis mala commnabatur. Ierem. 18. cap. sed hìc non fuit

Cur diabolus dixit ꝙ non morerentur comedentes, & aperirentur oculi eorũ, cum falsũ esset.

In cõminatione Euæ tacita condition.

Quæs. 487 Determinatio primi dicti.

Quæ. 488 Determinatio dicti secundi.

Primum inconueniẽs de Deo, quod credidit Eua.

Quare Eua credidit comedendo pomũ, se non esse moriturã.

auersa Eua à malo, immo post ista verba peccauit: ergo secundum certitudinem sequi debebat pœna, & non poterat accipi fm comminationem. Secundo, quia comminatio, vel promissio habent locum quando proferuntur simpliciter, i. prænunciatur alicui malum futurum, aut prędicit bonum vẽturũ, quia alia putanda sic absolutè uentura ab eis, qui audiunt verba illa, & tamen intelligitur tacita cõditio, s. si illa gens, cui Deus malum comminat, incurreret certissimè in illud malum, nisi pœnitentiã egerit de peccato, pro quo Deus malum illud comminatur, licèt peccatum illud non exprimatur in comminatione, & illa gens, cui Deus bonum promittit, & prænunciat certissimè habebit bonum illud qđ prenunciatũ est, nisi auerterit se à via bona, in qua est, qñ ista ei promittunt. Ista patent Iere. 18. c. Secus autẽ est, qñ malum ponitur in præcepto, quia ponitur, vt pœna transgredientis, & tunc certum est, ꝙ euenit malũ, quod prænunciat̃, & ita fuit hìc, & ideo nõ poterat intelligi hoc dictum p cõminationẽ.

Dicendum ergo, ꝙ nullam excusationem ista habent, sed verũ est, ꝙ mulier credidit dictis diaboli, & discredidit Deo, & credendo diabolo credidit multa mala de Deo. Prius enim, quàm tẽtaretur mulier, credebat dictis Dei, s. quòd moreretur si manducaret de ligno, ideo non mãducabat; cùm cœpit tentari, cepit dubitare de veritate mandati, qđ sibi displicebat, dicens ne fortè moriamur: diabolus autem uidens istã mobilitatem mulieris constanter asseruit, quòd non morerentur comedentes: hoc autem statim credidit mulier, quia desiderabat ita esse. Sciendum autem, ꝙ mulier mota fuit ad credendum, ꝙ comedendo non moreret: & hoc primo, quia mulier à principio credebat, ꝙ Deus vetuerat eis comedere de ligno isto, quasi esset illud malum, & mortiferum, & volens bonum illorum oñderat eis id, quod mortiferum erat, vt ab eo cauerẽt. Hoc supposito potuit credere, ꝙ non moreretur comedẽdo. Primo, quia aspexit mulier lignum, & vidit, quòd aspectus eius non ostendebat aliquid mali. Sic dicitur supra tertio cap. Vidit mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile, tulit & comedit, id est audiuit à Deo, quòd moreretur si comederet, audiuit à dęmone, ꝙ non morerẽt, dubitans inter vtrunq; dictum aspexit ad arborem, & ex iudicio oculorum credidit esse veriorem sententiam serpentis: Secundo credidit hoc mulier, quia aliqua causa mouebat. s. quasi dixisset hoc Deus, vt non æquaretur homo sibi: & ꝙ in hoc habuisset causam ad mentiendũ; credidit. n. ꝙ Deus inuideret hominibus, & ita cauendo adæquationem fecerit istud. Tertio quia mulier erat prona ad excutiendum iugum præcepti, cùm ẽt ante verba mẽdacij in diabolo illa mutauerit duo de præcepto. s. apposuit grauitatem, & abstulit certitudinem, vt supra ostendimus, ea verò ad quæ proni sumus, faciliter credimus, & cùm diabolus dicẽdo, nequaq̃ moriemini, faueret mulieri, ipsa statim credidit.

Quod verò dicebatur in excusatione mulieris circa aliud de inuidia Dei, magis friuolum est. Sed dicendum ꝙ mulier certe credidit verba diaboli, & discredidit Deo, & motiuum ad hoc fuit ignorantia naturæ Dei; non enim talem Deum esse credidit, aut putauit qualis ipse est, & ideo ipsa seducta est. Multa autem inconuenientia credidit: primum erat quòd Deus mentiretur, scilicet ex intentione falsum diceret, quod est contra naturam Dei, cùm ipse sit veritas, & veritatis natura, & ideo neque se ipsum negare potest, quod faceret si posset mentiri: ideo Apostolus iussit nobis de Deo confidendo, quia se ipsum non potest negare, sed fidelis permanet. 2. Timoth. 2. cap. Secũdum quia credidit Deum inuidere homini;

istud enim fuit principium, ex quo mota fuit mulier ad credēdum verū esse verbum diaboli, & ꝙ Deus mentiret, ſ. quaſi Deus nollet, ꝙ homo haberet equalitatem Dei, quam nō haberet, ſi de illo ligno comederet, vt ergo euitaret hoc, Deus iuſſiſſet homini nō comedere de illo ligno, & vt homo timeret comedere, dixiſſet eū moriturum, licèt nō eſſet ita. In hoc.n. ſuaſit diabolus homini duo: primum, quia induxit eum ad credendum, ꝙ non moreretur comedendo, licèt Deus hoc dixiſſet, ſecundū mouit ad comedendum de ligno ſub ſpe immutationis in Deū, aut diuinam æqualitatem. Sed Deum poſſe inuidere eſt impoſſibile: primo, quia oīs inuidus eſt miſer, omnis Deus eſt felix, & cū vnus ſit Deus, eſt feliciſſimus: nā inuidus triſtat de aliena proſperitate, triſtitia autem eſt malum magnū, quod penitus repugnat beatitudini, Deus tī non eſt miſer, ſed feliciſſimus, quia vel ipſe eſt felix, vel nullus eſt felix. Hāc rationē facit Ariſt. libr. 1. Metha. cap. 2. contra Simonidem poetam, dicentem, ꝙ Deꝰ inuidebat homini, & dicit Ariſt. ſic Deos eſſe miſeros, ſuperfluos, i. ad nihil bonos, neque vtiles, aut punibiles in vniuerſitate rerum, ſi inuident. Secundo patet, quia triſtat inuidus de aliena proſperitate inquantum per proſperitatem efficitur maior, vel ſibi equalis: minoribus autē, & eis, qui neque equantur, neque æquari poſſunt, nō inuidemus, & tamen ſi cognoſcatur veritas diuinæ naturę, nihil eſt equale Deo, neque fieri pōt, ergo non pōt Deus inuidere alicui, & hanc quoque rationem tangit ibidē Ariſto. dicens; ſed neque diuinum inuidum eſſe conuenit. Mulier tī credidit, ꝙ Deus poterat inuidere homini, quia non putauit Deum eſſe talem, qualis eſt, ſed credidit eſſe minoris perfectionis, cui homo aliqualiter poterat adequari, ſicut adæquatur homo homini, & ſi aliquid tale Deus eſſet, poſſet quoque mentiri, quod & illa credidit: nō.n. cōſiderauit, ꝙ Deus creauerat omnia, & qui potuit creare, erat maioris poteſtatis, quam vt aliquid ei adæquari poſſet. Tertiū, quia credidit, ꝙ aliquis cibus erat, quo guſtato efficerētur homines ſapientes: quod valde erroneum eſt: nam ſapere eſt ſm intellectum, & per ſpeciem, & habitum intellectualem: impoſſibile eſt autem, ꝙ cibus det ſpeciem intelligibilē, aut habitum intellectualē, quia cibus eſt aliquid materiale, & non immutat niſi materialiter, & ad intellectum non peruenit. Mulier tamen putauit hoc, quia ignorabat vtriuſque rei naturam, ſ. ſpiritualiū, & corporaliū: ſi.n. ſciret, ꝙ ſapientia eſt aliquid intellectuale, & intellectualia & ſpiritualia non ſunt eiuſdem naturæ, neque immiſcentur, ſciret, ꝙ nō poterat effici ſapiēs per ſumptionem ligni, vnde & ita potuiſſet credere ſapiētiā aliquid corporale, aut de natura corporis, & per lignū poſſe haberi. Quartū fuit, quia putauit, ꝙ homo poſſet adequari Deo, ſicut diabolus dixerat ei, eritis ſicut dij, & pro deſiderio tam excellentis boni eſtimati mota eſt mulier ad comedēdum de ligno, ſed errabat, quia ea, quæ per ſe differunt, nunquam poſſunt adequari, eo ꝙ per ſe differūt eſſentialibus differentijs, quæ faciūt ſpecies, & ſpecies ſunt ſicut numeri, qui nunquā inter ſe adæquant, q̄ autē differunt accidentalibus differētijs pñt æquari, ſicut indiuidua ſpeciei eiuſdē, ſed Deus & hō differunt plusq̄ ſpecie, immo pluſquā genere, ergo nō pñt adequari: ſed mulier hoc credidit, quia neſciebat qualiter differret Deus & homo. Quintū erat, quia credidit rem incredibilem, & contra totam rationem prudentiæ, ſ. ꝙ Deus mandaſſet hoī non comedere de ligno illo, ne efficeretur ei æqualis: nam ſi daremus, ꝙ aliquid tale lignum eſſet, per cuius comeſtionē poſſet homo effici Deo equalis, cùm præſupponitur, ꝙ Deus ſciret lignum illud eſſe, deſtrueret illud, vt no accideret ho-

Cap. 3.

Tertiū inconueniēs de Deo ab Eua conceptum.

Quartum inconueniens eiuſdē de Deo.

Quintum īcōueniēs de eodē.

F minem ſibi fieri equalem, & non oporteret, ꝙ iuberet hominibus non comedere de fructu eius; ꝙ ſi nō deſtrueret, aut erat, quia non poterat, aut, quia non volebat; ſi quia non poterat, nihil Deo miſerius, & impotentius, cùm non poſſet lignum deſtruere, quod homo poterat excidere, atque exurere; ſi aūt quia nō volebat, nihil Deo inſipientius, qui id vitare nolebāt, quod ſibi valde diſplicens erat: ergo non erat credibile aliquod tale lignum eſſe. Etiam preſupponebatur in hoc alius error. ſ. ꝙ mulier neſciebat, an Deus creauerat: ſi.n. Deus omnia creauerat, non crearet tale lignū, de quo homo comedēdo efficeretur Deo equalis, cùm Deo diſpliceret fieri ſibi hominem æqualē, vt diabolus præſupponebat, & mulier credebat, & ita

G pſupponeret mulieres non creatas, vel non creatas à Deo, ſed ab aliquo alio, & ita tūc ille eſſet maioris poteſtatis, q̄ Deus; vel ſi pſupponeret res a Deo creatas, eſſet ſatis parui iudicij, cùm non videret, ꝙ ſequebat, non eſſe poſſe tale lignum: eſſet autem fortaſſis tanta ignorantia propter non aduertere, aut propter neſcire, qūo particulare ſit ſub vniuerſali, & ſequat ex eo, ſicut Ariſtoteles dicit de eo, qui dicit omnē mulā eſſe ſterilē, & tī putat hanc mulā habere in vtero, i. cōceſſe, & non aduertit quomodo vnū repugnet alteri.

Quæretur, quare diabolus dixit, ſcit autem Deus, ꝙ in quocunque die comederitis ex eo, & non petitur de alio, niſi quare dicitur; ſcit.n. Deus. Dicendum, ꝙ fuit conueniens exprimi: primo propter præcedēt ia, quia Deus dixerat, quocunque die comederis, mor-

H te morieris, diabolus dixerat nequaquam moriemini: ſi autem nihil plus diceret, maneret dubium mulieri, cùm eſſet contraria aſſertio ſerpentis aſſertioni Dei; vt ergo fieret credibilior, & aſſentiret ei mulier, voluit aliquid adere diabolus, & iſtud fuit: ſcit enim Deus, cum ſequentibus. Secundo fuit ad tollendum argumentum in contrarium, quia cùm Deus dixiſſet ꝙ morerentur, & ſerpens, ꝙ non, miraretur mulier quomodo ſerpens poterat ſcire id, quod Deus non ſciebat dicens: ſcit.n. Deus, qñ dixit, ꝙ moreremini, quando comederitis, quod tamen non eſt verum, nō dixit quaſi non ſciret, an inde mors ventura eſſet, ſciebat quidem, ꝙ non eueniret, ſed dixit propter aliam cauſam. Tertio, & principaliter ponit iſtud ad reddēdum cauſam prohibitionis eſus ligni: mulier. n. cre-

I debat ꝙ lignum à ſeipſo erat mortiferum, & ob hoc Deus illud vetuiſſet hominibus tanquam ſaluti eorum conſulens. Nunc verò diabolus dixerat, ꝙ non morerentur, & hoc mulier credebat, ſed tunc mirare tur, quare ergo vetaret lignum illud ſi non erat mortiferum. Diabolus autem dedit cauſam dicens: ſcit enim Deus, ideſt ipſe ſcit, ꝙ ſi de hoc ligno comedetis efficeremini equales ei, & vt non accideret iſtud, vetuit vobis lignum. Si autem tale lignum eſſet, & Deus non ſciret illud habere talem efficaciam non vetaret ipſum homini, ſed quia ſciebat quid poſſet euenire ex illo, vetuit illud ei.

Quæretur, quare dixit ſerpens, in quocunque die

K comederitis ex eo. Dicēdum, ꝙ fuit primo ad obuiandum Deo: dixerat enim Deus ſupra 2. In quacunque die comederitis ex eo, morte moriemini: diabolus autem negans mortem dixit ecōtrario; nequaquam moriemini, ſed in quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi veſtri, & in hoc diabolus acuebat mulierē ad comedēdum de ligno, quia quantū Deus de malo dixerat in comeſtione venturum, tantum bonum diabolus aſſeruit. Secundo fuit ad magis mouēdum mulierem ad comedendum; ſi enim diceret diabolus, ſi comederitis ex eo aperientur oculi veſtri, putaret fortè mulier, ꝙ poſt multum tempus euenireт iſtud, & ita non multū incitaret ad illud: ſi aūt diceret ſtatim

ſtatim fiet, magis moueretur, quia præſens bonū magis mouet, quā abſens: ideo dixit, in quocunque die comederitis, ſcilicet ſtatim ſequetur iſtud.

Quæſt. 492 Qūo intelligitur aperiri oculi veſtri.

Queretur, quomodo intelligebatur, quod dixit ſerpens; aperientur oculi veſtri. Aliqui dicunt, ꝙ intelligitur verè de aperione oculorū corporalium: & aſſerunt, ꝙ ante hoc non habebant Adam, & Eua oculos apertos, & ita non videbant. Confirmant autem hoc primo, quia vt dicitur ſup. 2. cap. Erant Adam, & Eua nudi, & nō erubeſcebant, & hoc non vī eſſe ex aliquo alio, niſi quia non videbant ſuam nuditatem. Secūdo, quia ſup. 3. cap. dī, ꝙ cùm comediſſent, aperti ſunt oculi amborū, & viderunt ſe nudos, & ita non erant prius oculi aperti ipſorum. Dicendum, ꝙ hoc non eſt verū: primo, quia certum eſt, ꝙ Adam ante hoc videbat: nā ſupra 2. cap. Adducta ſunt oīa animalia à Deo coram ipſo, & ipſe impoſuit eis nomina, & tī non potuiſſet hoc facere, niſi videret. Secūdo, quia animalia illa adducta ſunt ad Adam, vt videret, quid vocaret ea, & pquireret, an ibi erat aliquid ei ſimile, & non inuenit, quia dī ibidem; Adæ verò non inueniebatur adiutor ſimilis ei, ſed perquirere hoc non poterat, niſi ſingula aīalia videret, ergo videbat ea. Tertio, quia formata muliere duxit eam Deus ad Adam, & ille ait; hęc nūc os de oſſibus meis, &c. cùm ergo fecerit differētiam inter illam fœminam, & fęmellas aliorum animaliū, neceſſe eſt, vt viderit eā. Quarto patet, quia Deus ante formatam Euā, dixit Adæ, ex omni ligno Paradiſi comede, de ligno autem ſciētiæ boni & mali ne comedas, ſi tamen Adam non videret, neque ſciret, quod erat vnum lignum, aut quod alterum, hoc fruſtra dicetur. Quinto, quia ſi non viderent Adam, & Eua non poſſent cibari, quia neſcirent quærere cibum, qui erat eis abſens, cùm illum nunquam vidiſſent, & hoc erat inconueniens. Sexto, quia darentur opera Dei valde imperfecta: ſenſus enim viſus eſt de integritate naturæ humanæ, immo eſt ſenſus maximè pertinens ad perfectionem, & ſic dicit Ariſtoteles, lib. primo Meta. cap. primo. quòd ſenſum viſus plus alijs diligimus, quia facit maximè ſcire, & quia plures nobis differentias monſtrat, ſed opera Dei ſunt perfecta, Deuter. 32. cap. ergo Deus crearet Adam & Euam videntes, & non cæcos, vel nondum videntes, ſicut naſcuntur catuli, nam paruuli in humana ſpecie quando exeunt de vtero videntes ſunt. Septimo, quia certum eſt de Eua, ꝙ ante hoc videret, nam vidit ſerpentem, qui eam tentabat, quia aliàs neſciret quis loqueretur ei, & tunc magis dubitaret, & forte non aſſentiret, & tamen certum eſt, quòd mulier vidit tunc ſerpentem, qui tentabat eam, quia poſtea dixit Deo, ſerpens decepit me, & ſi tunc non vidiſſet non potuiſſet dicere quis eam tentauerat, ergo non habebat oculos clauſos. Octauo patet, quia expreſſe ſcriptura dicit, quòd mulier videbat ſupra 3. cap. ſcilicet, Vidit igitur mulier, quòd bonum eſſet lignum ad veſcendum, & tamen hoc fuit antequam comederet, cùm ſequatur ibi quòd tulit de fructu illius, & comedit. Nono, quia ſi nō haberet mulier oculos apertos, ſuperuacua eſſet tentatio diaboli, quia non videret lignum vetitum, & ita non comederet de illo, niſi a caſu tangeret illud, & tamen tunc neſciret an comederet de illo, vel non, vnde non poſſet tranſgredi mandatum Dei comedendo. Dicendum igitur, ꝙ hoc eſt falſum: habebant. n. Adam, & Eua oculos corporales apertos, ſicut poſtea habuerunt, ſed intelligitur de oculis ſpiritualibus. i. de intellectu, & eſt ſenſus, ꝙ homo erat tunc parum intelligens, & efficeretur multum intelligens: hoc autē ſignauit per apertionē oculorum. Et ratio huius eſt, quia per oculū lignamus intellectū, per apertionē aūt oculorum ipſam intellectionem, vel perfectionem,

Quæſt. 492 Quomodo intelligebatur aperiri oculi veſtri.

Decernit. Quo ſenſu dictum.

A vel diſpoſitionē ad intelligere. De primo patet, quia ſic dicit Ariſt. lib. 1. Eth. ꝙ intellectus eſt quidam oculus: de ſecundo patet, quia ſicut apertio in oculo eſt diſpoſitio præſuppoſita ad videndum, ita eſt in actu intellectus, ꝙ apertione oculorum ſignatur ipſa diſpoſitio immediata ad intelligere.

Sed aliquis dicet, quare diabolus de oculis diceret, cùm non intendit dicere de oculis, ſed de intellectu. Dicendum, quòd voluit vti tranſumptione, ſicut quotidie facimus, & tamen fuit ad magis notificandum: parum enim intelligentibus non poſſunt proponi res, vt ſunt, quia quædam habent eſſe ſpirituale, & abſtractum a materia & ſenſu, illi verò non intelligunt, niſi per plana quæ non ſunt a ſenſu ſeparata, ea

B verò ſunt maximè difficilia ad intelligendum, quæ ſunt a ſenſu remotiſſima, vt vniuerſalia, ſicut dicit Ariſto. libr. 1. Met. 2. cap. & ad hoc oportet fieri ſæpè tranſumptionem, quando ſermo intercidit de rebus excelſis, vt loco eorum dicamus aliquſa res ſenſibiles, quæ habeant aliquam cum eis ſimilitudinem, vt per eas poſſint ſignari, & iſte modus eſt maximè frequentatus in tota ſacra ſcriptura, in qua fuerint diuerſa genera trāſumptionum, ita eſt in preſenti cū per oculos accipimus intellectum. Et conueniebat hoc ita dici propter mulierem ad quam fiebat ſermo: nam illa non erat excelſi ingenij, & nullam de rebus experientiam habuerat, ideo non debebat ei proponi ſermo per res difficiles, ſed per res faciliter comprehēſibiles, & ita ſunt ſenſibilia, vt oculi, & apertio oculorū.

C Conueniebat autem oculus primo ad ſignificandum intellectum, quia ita nos accipimus in vſu noſtro, & ita Ariſto. accipit lib. Ethic. in fine. Secundo propter ſimilitudinem cognitionis, nam ſicut intellectus eſt, per quem propriè ſcimus, ita in ſenſibus non eſt aliquis per quem magis ſciamus. Etiam ſicut intellectus eſt omnium cognoſcibilium, vt dicitur libr. 3. de Anima: ſenſus autem non eſt omnium cognoſcibilium, ſed determinati generis, ita inter omnes ſenſus nullus magis accedit ad vtilitatem cognitionis, quàm viſus; utrunq; enim Ariſt. aſſerit lib. primo Meth. cap. 1. ſcilicet, quòd uiſus facit maximè ſcire alijs ſenſibus, & ꝙ plures nobis rerum differentias oſtendit. Tertio, quia iſte ſenſus magis ſubordinatur intellectui, q̄

D alij ſenſus: duo enim ſunt ſenſus diſciplinabiles, ideſt ad ſcientiam facientes, uiſus, & auditus, uiſus tamen facit ad primam generationem ſcientię: auditus verò ad ſecundam. Nam ſcientia primo inuenitur per ea quæ ex uiſu accipiuntur, ut Ariſto. docet lib. primo Meta. cap. 1. ſcilicet ex ſenſationibus fiunt memorię, ex memorijs experimenta, ex experimentis ars, uel ſcientia. Auditus autem non facit niſi ad ſecundam, ſcilicet quando in aliquo eſt ſcientia, ille poteſt eam alteri tradere per auditum, ideo ſecundum hoc conuenietius tranſumitur oculus ad ſignificandum intellectum, quàm aliquis alius ſenſus, aut alia res; nulla tamen res poterat tranſumi, niſi ſenſus pro intellectu, quia intellectus eſt cognitiuus, & pro eo aliquid cognitiuum debet accipi, vt ſit quædam ſimilitudo

E ſub intellectu, tamen nihil eſt cognitiuum, niſi ſenſus. Quod verò dixit de apertione oculorum, conueniens tranſumptio fuit, quia ſicut intellectus dicit vim cognitiuam, & non cognitionem, ita oculus dicit viſiuum principium, & non viſionem, & tamen intellectus eſt propter intelligere, ſicut oculus propter videre: voluit autem ſignificare diabolus intellectionem perfectam hominis, ideo eam notificauit per ea, quæ ſunt oculorum, ſcilicet per apertionem, & dixit, aperientur oculi veſtri, ideſt accipietis perfectam cognitionem: per hoc enim qui habet viſum non videt, ſi oculos apertos, vel clauſos habeat, cùm verò aperiuntur

Quæſt. 493 Cur diabolus facit mētionē de oculis, cū intendat de intellectu.

De ſenſu viſus, & auditus, Qui ſenſus maximè conducant ad ſcientiam cōparādā.

tur disponitur ad videndum, ita in intellectu per apertionem oculorum significatur ablatio impedimenti cognitionis, vel significatur aliqua magna dispositio ad intelligendum.

Quæst. 494 Cũ intelle ctu sit vnũ, cur dixit, plures oculos.

Sed dicetur, cùm vellet hic significare actum intelligendi, & intellectus, sit vnus, quare dixit plures oculos, quia videtur, quòd debuisset poni oculus in singulari. Dicendum, quòd potuit esse, quia fiebat sermo de Adam, & Eua, & dato, ꝙ loqueretur de oculo in singulari, quia tamen cuiuslibet eorum debebat saltem accipi vnus oculus, & isti erant duo oculi, dixit aperientur oculi vestri. Sed dicetur, quòd non est ista causa vera, quia ad hoc sufficiebat dici aperietur oculus vester, & intelligebatur vnus oculus cuiuslibet eorum, sed veritas est, ꝙ sic dictum est, quia sic erat conueniẽs dici. Primo, quia licèt duo sint oculi, & vnus sit intellectus, est tamen duorum oculorum vnica visio, sicut vnius intellectus vnica intellectio: nam virtus visiua non est multa, sed vna, & fit vnio in neruo conca uo, quia aliàs plus videremus duobus oculis, quã vno, vel omne visum videretur esse duo. Secundo, quia siue intellectus esset vnus, siue plures in eodem homine, fœmina nesciebat, quæ non habebat sufficiẽtem cognitionẽ de spiritualibus, & inuisibilibus. De oculis autem erat certum, quòd erant duo: ideo cùm ex notis manuduceretur ad cognoscẽdũ ignota, debuit dici de duobus oculis, & non de vno tantùm: nam si de vno tantùm diceretur, fœmina dubitaret, quare de alio tacebatur: & ita efficeretur magis incertum de eo, quod ei diabolus notificare volebat.

Quæst. 495 Quid intellexit diabolus cũ dixit, eritis sicut dij

Quæretur, quid diabolus intellexit, cùm ait, eritis sicut dij. Dicendum, quòd per hoc innuebat quendã statum excellentem, qualis est status diuinus: non enim voluit significare, quòd efficerentur Deus, vel dij, sed ꝙ acciperent quandã similitudinem, vel equalitatem eius, quia dixit, sicut dij. Sed est dubium, in quo voluit eis dare istam similitudinem, vel æqualitatem ad Deum. Aliqui dicunt, ꝙ in omnibus, quasi in nullo excederet eos Deus. Sed dicendum, ꝙ fortè hoc non erat opinabile, ideo neque mulieri suggessit illud diabolus, sed voluit eis dare similitudinem, vel æqualitatem Dei in scientia solùm, & hoc innuitur, cum dixit, eritis sicut dij scientes bonum & malum: nam per hoc limitauit illud, scilicet in hoc eritis sicut dij, ꝙ scietis bonum, & malum. Etiam apparet ex improperio, vel illusione, quam Deus faciebat de Adam postquam peccauerat, nam dixit supra 3. cap. Ecce Adam factus est, quasi vnus ex nobis sciens bonum & malum, & ita non dixit, similitudinem simpliciter, sed addidit in sciendo bonum, & malum. Qui autem putant fuisse similitudinem, vel equalitatem Dei in omnibus propositam a dæmone, diuidunt ista duo, & non ponunt vnum, vt limitatiuum alterius, sic enim videtur ponere Magister li. 2. di. 21. t. Tribus modis diabolus hominem tentauit. s. gula in persuasione cibi, cùm dixit, in quocunque die comederitis, inani gloria in promissione deitatis, cùm dixit, eritis sicut dij, auaritia in promissione scientiæ, cùm dixit, sciẽtes bonum & malum. Sed dicendum, quòd neque ex hoc sequitur, ꝙ essent duæ res distinctæ, fieri similem Deo, & esse scientem bonum & malum, sicut Deus scit, & ita vnum limitat alterum quomodocunque accipiatur, siue dicatur, eritis sicut dij, intelligitur in sciendo bonum & malum, & non in alio; siue accipiatur, eritis sciẽtes bonum & malũ intelligitur, sicut dij. i. similiter, vel equaliter ad Deũ. An verò ĩ aliquib. alijs intelligeret ista similitudo, nõ est facilè diffinire,

Quæst. 496 Cur dixit, eritis sicut dij plurali ter.

Sed quæretur, quare dixit eritis sicut dij pluraliter, & quid per hoc intellexit. Aliqui dñt, ꝙ fuit intentio diaboli deducere hominem ad credendum esse plures deos, nam voluit inducere hominem in peccatũ, & ideo inquantum grauius peccatum potuit induxit, aut inducere conatus est: est autem grauissimũ peccatum infidelitas, & potissimè qñ honor soli Deo debitus alteri communicat, s. ꝙ multi sint dij, quia ita minuitur honor eius, ideo ad hoc voluit inducere diabolus hominẽ, vt multos deos crederet. Sed dñm, ꝙ non fuit ista intentio diaboli hìc: primo, quia sciebat difficilè esse persuaderi, cũ tam vir, quàm mulier de vno Deo tm̃ loquerentur, s. mulier dixit: de ligno, quod est in medio Paradisi precepit nobis Deus, ut nõ comedemus. Secundo, quia ipse diabolus unitatẽ Dei psupposuerat in principio sermonis, cùm dixit; cur pcepit uobis Deus, ut non comederetis de omni ligno Paradisi? Etiam postea locutus est de Deo in sigulari, dicens, Scit enim Deus quòd in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi uestri, & tamen si ipse intenderet suadere pluralitatem deorum, non frequentaret loqui de unitate eius. Tertio apparet, quia si diabolus intenderet suadere homini pluralitatem deorum, alio modo tentaret; nam cùm gratius peccatum esset istud, quàm comedere de ligno uetito, ad istud tenderet finis tentationis, & tamen hìc non introducitur illud, eritis sicut dij principaliter ad credendum, sed ad incitandum ad comedẽdum de ligno uetito, ideo non erat ista intẽtio dęmonis. Quarto patet, quia Deus insultando Adæ, aut improperando ei, dixit; Ecce Adam factus est, quasi unus ex nobis supr. 3. cap. & hoc erat loco eius, quod serpens dixerat, eritis sicut dij, & tamen Deus non asseruit plures deos, & dixit, sicut unus ex nobis; ergo id quod diabolus dixerat non erat esse plures deos, sed aliquid alterũ, quòd in rebus erat, licèt homo nõ assequeretur illud, aut sequi non posset: dicendum ergo, ꝙ diabolus per hoc non uoluit significare pluritatem deorum. Alij dicũt, ꝙ nomine deorum intelliguntur hìc Angeli, & non sicut Deus. Seeũdo, quia non argueretur de nitio infidelitatis, s. quia crederet esse plures deos, cùm de Angelis intelligeret sibi propositũ esse. Tertio, quia aeuiabatur peccatum mulieris, nam appetere equalitatem Angelorum non erat graue, sicut appetere equalitatem Dei. Quarto, quia uidetur concordare hoc illiterę supra 3. cap. s. Ecce Ada factus est, sicut unus ex nobis, & ita sunt multi illi inter quos fiebat sermo, non tamen sunt multi dij, sed multi Angeli. Sed dicẽdum, ꝙ hoc non stat ꝙ accipiatur pro Angelis, sed necesse est accipi pro Deo; primo, quia aliter non conueniret intentioni diaboli, quia ille uoluit, ꝙ Deus diuerat, ꝙ non comederent de ligno illo ex inuidia. s. scit. n. Deus, ꝙ in quacunque die comederitis ex eo, aperientur oculi uestri, & tamen si comedendo efficerẽtur homines similes Angelis, & nõ similes Deo, non inuideret Deus hominibus, unde neque uetaret eis lignum illud, ergo intelligeretur, ꝙ essent similes Deo. Secundo, quia Augustinus lib. 11. super Gen. & Magister. lib. 2. dis. 21. & ferè omnes dicunt, ꝙ appetiuit mulier diuinam excellentiam, & tamen si hìc nomine deorum intelligerentur Angeli, non appeteret homo diuinam excellentiam, cùm diabolus ei de illa loqueretur, ergo non intelliguntur Angeli, sed Deus. Tertio, quia quando postea insultabat Deus Adæ, dixit; Ecce Adam factus est, sicut unus ex nobis, & tamen Deus non loqueret Angelis, quia non est eadẽ similitudo Dei & Angelorum, & ideo loquebatur Deus in se ipso pluraliter, propter pluralitatem personarum, licèt istud non satis est firmum. Sed quicquid sit, uidetur accipiendum de Deo, ut dicitur, eritis sicut dij, ideſt quilibet uestrum erit, sicut Deus, & quia duo estis, eritis sicut duo dij. Ad primam rationem, quæ ostendebat esse de Angelis dictum, dicendum, quòd

quòd minus inconueniens esset: & tamen non sustinet illud in litera. Ad secundam, & tertiam secundũ quas alleuiatur peccatum mulieris, dicendum, quòd leuius esset, si de Angelis intelligeretur, & tamen non potest intelligi propter rationes allegatas.

Ad quæsitum dicendum est, quòd litera illa variè exponitur: ideo quidam inducunt literam illam in vnã partem, alij in oppositam: quidam enim accipiunt. quòd ibi sit locutio Dei ad Angelos: alij verò, quòd sit locutio diuinarum personarum inter se, vt tactum est supra 3. capit. quæst. 23. & tamen magis est accipiendum, quòd intelligatur de diuinis personis, de quo magis infra dicetur.

Quæst. 497 Quid intellexit diabolus, cùm dixit, eritis sciẽtes bonum & malum, quid per hoc mulier accepit, & an hoc sit verum.

Quæretur, quid intellexit diabolus, cùm dixit, eritis sciẽtes bonum & malum, quid per hoc mulier accepit, & an hoc sit verum. Aliqui dicunt, quòd verũ fuit hoc, quia cùm gustauerunt de ligno, statim sciuerunt malum, quod prius non sciebant, quia nullum malum experti fuerant manentes in innocentia, & sic vtrunque simul cognouerunt tunc. Dicendum, quòd diabolus non voluit hoc significare, neque mulier ita intellexit: primo, quia proposuit hoc tanquã quoddam excellens, sub spe cuius moueretur mulier ad gustandum de ligno: scire tamen sic malum non est bonum, sed pœna, ergo non intellexit sic diabolus. Secundo, & præcipuè, quia dicitur, eritis sicut dij scientes bonum & malum, & tamen Deus, & Angeli boni non sciunt bonum & malum, ita, quòd malum nouerint per experientiam, quia sic non scit malum, nisi qui malum patitur, aut malum habet, quod non competit Deo, & Angelis, ergo aliter accipitur. Tertio, quia dicitur; scientes bonum & malum, & sic non solùm scirent malum, sed etiam principaliter bonum, & tamen per comestionem ligni nõ cognouerunt bonum, sed solum malum, immo cessauerunt à cognitione quorundam bonorum, quia quasdam cognitiones habebant hoĩes in statu innocentiæ, quas post peccatum non habuerunt, sicut infra dicetur, Quarto, quia neque est verum quantum ad malum, quia etiam ante peccatum sciebat homo bonum & malum. De bono notum est, de malo patet, quia sciebat mortẽ, & mori, aliàs non intellexisset Adam, quãdo dixit Deus, quocunque die comederis morte moreris, supra secundo cap. & quando postea dixit mulier, ne forte moriamur. Etiam cognoscebat rationẽ mali in generali, vt ita loquamur, cùm diabolus dixerit, eritis scientes bonum & malum: intellexit enim Eua, quid per hoc significabatur, alioquin non moueretur ad hoc concupiscendum: ergo bonum & malum prius sciebant: experiri autem malum non est proprie scire, quia scire magis nominat notitiam intellectualem, quàm sensitiuã, experiri autem in sensu est. Dicendum ergo, quòd per hoc, quod dicitur, scientes bonum & malum signatur quædam excellens conditio omnium simpliciter, vel omnium, quę homo cognoscere cuperet, vel quæ cognoscere ad eum pertineret, de gradu cuius cognitionis statim dicemus, voluit autem diabolus nomine boni & mali significare omnes differentias scibilium, quia bonum & malum includũt omne ens, ac si diceret, cognoscetis omnia quæcunque sunt bona & mala, vera & falsa, contingentia, & necessaria, & ita de omnibus differen

Quæst. 498 An in statu innocẽ tiæ Adam videbat per essentiam.

tijs entium, & ita nos in communibus locutionibus ad omnia includẽda dicimus bonum & malum, quasi extra hoc nihil sit.

Nunc occasione præcedentium est dubium de cognitione hominis in primo statu, scilicet, quàm cognitionem habuit, & qualẽ habiturus esset si permaneret diu, aut semper in eo. Et est dubium: primo, an Adam in statu innocentiæ Deum videbat per essentiam. Aliqui dicunt, quòd sic, quia videre Deum sine medio est videre Deum per essentiam, sed Adã in statu innocentię videbat Deum sine medio, vt tradit Magister, libro 4. Sentent. in principio, ergo videbat per essentiam. Secundo, quia inter mentem nostram & Deum nihil est medium secundum naturã mentis, vt Augustinus tradit, sed omne medium cognoscendi est medium inter cognoscentem, & cognitum, ergo videtur, quòd cùm in primo statu esset homo in integritate naturæ suæ, quòd Deum immediatè videret per essentiam, quia videbat secundum conditionem integritatis naturæ suæ inter quam & Deum non est medium. Tertio, quia Apostolus distinguit, 1. ad Corinth. 13. cap. duas cognitiones, scilicet facie ad faciem, & per speculum in ænigmate, sed Adam non habebat in statu innocentiæ cognitionẽ in ænigmate, quia ænigma est obscuritas, & in eo nulla erat obscuritas, ergo cognoscebat facie ad faciem, & hoc est cognoscere per essentiam. Quarto, quia qui non habet quod desiderat, affligitur, sed Adam non affligebatur, quia afflictio est pœna, quæ non est sine peccato præcedente, ergo habebat omne, quod desiderabat, & tamẽ omnis homo cupit videre Deũ, ergo Adam Deum tunc per essentiam videbat. Quinto, quia quod est ad aliquod ordinatum, non caret illo, nisi per aliquid impediatur, sicut ignis semper vadit sursum, nisi cum impeditur, sed intellectus hominis erat naturaliter ordinatus ad videndum Deum p essentiam, cùm ergo non esset aliquod impedimentum, quia neque culpa, neque pena, ergo Deum videbat per essentiam. Dicendum, quòd Adam in statu innocentiæ non videbat Deum per essentiam, neque visuri erãt eum posteri eius quamdiu in illo statu manerent. Et patet primo, quia dicitur Ioan. 1. capit. Deum nemo vidit vnquam, scilicet in statu viæ, & quædam gloss. Isa. 6. dicit; Nullus homo in statu viæ existens vidit Deum, sed Adam erat in statu viæ, quãdiu erat in statu innocẽtię, quia nondum erat beatus, neque miser, eratque in statu merendi, & adhuc subditus legibus, & præceptis, ergo nõ videbat tunc Deũ per essentiam. Secundo, quia vt dicit Augustinus visio diuinitatis per essentiam est tota merces, sed Adã in statu innocentiæ non habebat totam mercedem, quia non erat adhuc beatus, ergo non videbat Deum per essentiam. Circa hoc dicendum, quod modus, quo Adam cognouit Deum in statu innocentiæ medius fuit inter eum, quem beati habent, & eum, quẽ nos habemus nunc. Constant enim gradus cognitionis secundum differentiam status, sed status beatorum est altissimus, ideo illi conuenit excellentissimus modus cognitionis, scilicet Deum per essentiam videre, quo non est aliquis, neque cogitari potest sublimior; status noster est infimus, ideo infimus modus cognitionis de Deo nobis conuenit, scilicet per solam fidem, & ea quæ minora fide sunt, scilicet per ea, quæ sunt in creaturis, ad Rom. 1. cap. Status autem innocentiæ, in quo conditus est Adam erat medius, quia Adam erat minor beatis, cùm nõdum beatus esset, erat autem maior nobis, quia in nullas pœnalitates consequentes peccatum inciderat, quas nos sustinemus: ideo modus cognitionis suæ de Deo medius esse debebat inter modum beatorum, & modum nostrum, neque igitur per essentiam videbat, vt beati, neque sola fide, & figura creaturarum vestigijs contemplabatur, vt nos, sed quodam medio inter hos. Sic enim Magister tenet, libro 2. distinct. 23. scilicet, Cognitionem quoque creatoris primus homo habuisse creditur; cognouit enim à quo creatus fuerat non eo modo cognoscendi, quo ex auditu solo percipitur, quomodo accedẽtibus absens quæritur.

1. Ratio.
2. Ratio.
3. Ratio.
4. Ratio.
5. Ratio.
Ad quæsitum.

Quæst. 499 Cognouit Adã Deũ cognitione iter cognitionem nostrã & beatorũ.

Sed

Sed quadam interiori aspiratione, qua Dei præ-
sentiam contemplabatur, non tamen ita excellenter,
sicut post hanc vitam sancti visuri sunt, neque ita in
ænigmate qualiter in hac vita videmus. Sed adhuc
ad hoc apertius intelligendum, est sciendum, q̃ Deus
tripliciter videri potest; vno modo per suam essentiã:
alio modo per aliquem effectum eius influentem in
intellectum videntis: tertio modo per effectum ali-
quem extra intellectum videntis, in quo effectu diui-
na similitudo resultat. Exemplum huius manifesta-
tur in luce corporali visibili. Lux enim non videtur
ab oculo per aliquam similitudinem sui relictam in
oculo, sed videtur per suam essentiam, quia videt res
per id, quod est vt forma in oculo de ea, sed ipsa lux,
aut lumen per se informat oculum, non relinquen-
do aliquam sui speciem posteriorem se, & a se distin-
ctam, qua oculus informetur, & repræsentet lucem.
Et huic modo visionis comparatur modus cognitio-
nis de Deo, quo Deus per essentiam videtur, quia si-
cut in visione corporali prædicta idem est quod vi-
detur, & per quod videtur, s. forma perficiens oculũ
videntis: ita in ista Dei visione idem est quod videtur,
& quo videtur siue per quod, cùm non sit ibi alia spe-
cies intelligibilis, per quam Deus videatur, sed ipsa di-
uina essentia est vt forma perficiens intellectum vidẽ
tis. Iste modus soli Deo est naturalis, ipse est omnino
simplex, & ita se ipsum cognoscit per id, quod est, &
essentia sua est quam ipse cognoscit, & illa est, per quã
cognoscit, cùm non possit in Deo distingui aliud, &
aliud, scilicet quod cognoscatur, & quo. Cùm autem
fit ista distinctio, iam id per quod cognoscetur Deus
erit creatum, & non Deus, quia in Deo non est distin
guere ab ipso realiter quod non sit ipse; istam cogni-
tionem nõ possunt habere angeli, & homines per na
turam, sed possunt ad eam eleuari per gratiam. Secũ-
dus modus vidẽdi in corporalibus est, cum vr aliquid
non per se ipsum, sed p suam similitudinem, quę non
est ipsum, sicut lapis vr non per se, quia non est in ocu
lo, neque est forma, quæ possit perficere, vel actuare
ad vidẽdum, sed per suam similitudinem relictam in
oculo, quæ non est lapis, sed aliquid posterius lapide,
& ab eo distinctum, atque relictum. Hic modus vidẽ-
di comparatur secundo modo videndi Deum. s. per
effectum suum effluentem in intellectum, quia sicut
hic lapis non vr per se, sed per similitudinem suam,
quæ est effectus eius, & illam influit lapis in oculum
videntis, ita Deus in secundo non vr per se, sed per ali
quem effectum suum ab eo influentem in intellectũ
cognoscentis. Iste modus videndi Deum non põt cõ
petere Deo, quia tũc necesse esset intellectum Dei es-
se distinctum a Deo, vt aliquid diuinum recipere pos
set. Etiam esset minus Deo, quia esset possibile, qui
posset recipere aliquid, q̃ nõ sit ipse, intellectus etiam
esset paruæ perfectionis, cùm per aliquid creatum p
ficeretur, cùm omne quod a Deo influitur, sit non ip-
se: ideo solus primus modus ei conuenit, s. q̃ se ipsum
per essentiam suã cognoscat, quæ intellectui adęqua-
tur, & non est aliquid receptum, quia non est extrinse
cum, & sic intellectus nõ erit possibilis, nec sequetur
aliquod inconueniens. Sed modus iste conuenit crea
turis, & non omnibus, sed solis angelis, siue intelligen
tijs, & est eis modus iste naturalis cognoscendi Deũ,
sicut dr ī libro de causis, Omnis intelligẽtia scit id q̃d
est supra se, per illud, q̃d est cã ei, cognoscit aũt intelli-
gentia lumen naturæ suæ, q̃ est lumen creatum, & iõ
est a Deo influxum, & illud lumen est similitudo lu-
minis increati, licèt non sit similitudo perfecta, & in-
quantum est similitudo repræsentat, aut cognosci fa-
cit ipsum Deum. Est tñ lumen illud influxum ga crea
tum est: ideo intelligẽtia cognoscit ibi Deum per ali-

Trib⁹ modis Deus videri potest.

Visio Dei p essentiã quomodo

Secundus mod⁹ quo Deus videri potest.

Cognitio Angelorũ de Deo quomodo

F quid quod est influxum ei a Deo, & illud est effectus diuinus influxus in intellectum videntis Deum. Tertius modus videndi in corporalibus est, quo vultus hominis relucens in speculo videtur ab ipso homine, hìc.n. non vr vultus per essentiam suam, vt in primo modo, sed per similitudinem, & non per similitudinem suam directè impressam oculo, sed per similitudinem in speculo relucẽtem, & ex speculo resultat in pupilla. Huic autem comparatur tertius modus videndi Deum, qui est per aliquem effectum, qui non est G in intellectu videntis influxus, sed extra intellectum, & per illud repręsentatur Deus inquantum ille effectus est quędam Dei similitudo. Et hoc fit dupliciter, scilicet siue per effectum naturalem, ideſt per cognitionem creaturarum, siue per effectum spiritualem, si cut per visionem fidei. De primo, quia per cognitionem creaturarum philosophi cognouerũt Deum, ad Rom. primo; Inuisibilia Dei p ea, quæ facta sunt &c. & fit ista cognitio, inquantum creaturæ sunt quidam effectus Dei, & ideo relucet in eis quædam similitudo Dei, licèt imperfecta, ex qua similutudine, vt ex similitudine, quæ relucet in speculo, accipimus cognitionem de Deo, & illa similitudo non est aliquid in anima nostra. De secundo apparet vt in cognitione per fidem, quia tunc cognoscimus aliquid de Deo, non per aliquod lumen, quod sit in anima nostra, sed per lumen quod ab alijs accipimus. Nam quod credimus in tantum cognoscimus, inquantum assentimus aliquibus, quibus hoc reuelatum est, vel eis, H qui hoc cognoscebant: & ideo illa videmus non in lumine nostro, siue in lumine, quod in nobis sit, sed in lumine aliorum, & ideo est sicut visio per speculum, quia illa non est per aliquod lumen, quod in nobis sit, sed per id, quod est in speculo, & inde nos istud trahimus; ita id quod per fidem in nobis est, est in alio quo per claram cognitionem, aut per lumen, quod in ipso est, & nos ex eo accipimus, & ob hoc Apostolus vocauit istam cognitionem fidei per speculum, & in ænigmate, per speculum quidem quia cognoscimus, quæ fidei sunt non per lumen, quod in nobis est, sed per lumen, quod est in alio. Iste tertius modus cognoscendi Deum est naturalis homini secundum additionem suæ naturæ, non autem competit Deo, cùm I neque competat modus secundus supra positus, qui tamẽ est perfectior isto; neque etiam competit angelis, cùm illi per lumen naturæ suæ cognoscant Deum naturaliter, ideo non competit eis recipere ab extrinseco; sed est naturalis iste modus homini, quia homo non potest Deum videre primo modo, cùm ille soli Deo sit naturalis, neque etiam secundo modo, quia tũc cognoscet intellectus noster Deum per ipsummet intellectum, ideſt intellectus se ipsum cognoscẽdo cognosceret Deum inquantum ipse est quidam effectus Dei, & aliqua eius similitudo licèt imperfecta, & tamen intellectus non intelligit seipsum per se, sed per alia, scilicet per res, quas cognoscit, intelligit se intelligere, & per intelligere cognoscit se ipsum scilicet per obiecta cognoscit actus, & per actus cognoscit potentias, & ita cùm non cognoscat se per se, K sed per alia, non poterit cognoscere Deum per se, sed per alia, & in hoc differt intellectus noster ab angelis, quia Angelus intelligit se per se, & ideo intelligit Deum naturaliter per se iuxta istud, omnis intelligentia scit quod est super se per hoc quod est causa ei, intellectus autem noster, quia est inferioris naturę, non est natus intelligere se per se, sed per aliud, idem non est natus intelligere aliquid ex ipso, sed potius per quodlibet ad se ipsum potest intelligere.

Nunc ergo de Adam dicendum, quòd in statu innocentiæ non tenuit primum, neque tertium modum,

Tert⁹ modus quo Deus videtur.

Quomodo Deus per similitudinẽ cognoscitur.

videbat p dum, sed secundum. Non primum, quia ille est Deo A
dendum soli naturalis; Angelis verò & hominibus potest com
modum vi petere per eleuationem gloriæ, & habent Deum om
dendi. nes beati ex gratia, quem impossibile est eis habere ex
natura, cùm ex lumine gloriæ eleuet intellectus crea
tus, vt essentia diuina efficiatur ei conueniens, & pro
portionatum medium intelligendi, quę erat obiectũ,
& tamen Adam in statu innocentiæ non erat beatus,
ideo nõ poterat videre Deum per essentiam. Tertius
modus non conueniebat Adæ, scilicet, quòd istum so
lum haberet. Nam iste modus competit nobis nunc,
sed status Adæ erat tunc sublimior, quã nunc noster,
ideo quendam alium modum haberet. Relinquitur
autem modus secundus, ideo illum haberet Adam, s.
quòd per effectum aliquem Dei influxum intellectui B
eius Deum cognosceret. Sed obijcietur, quòd hoc nõ
stet, quia modus secundus competit Angelis, ideo nõ
poterit competere hominibus, quorũ intellectus est
inferior. Dicendum, quòd verum est, quòd competit
Angelis, & tamen non impeditur, quin competat ho
mini, quia difficilius est de videndo Deum per essen-
tiam, quod est primi modi, qui proprius est Deo, & ta
men potest competere hominibus, quia aliàs nullus
esset beatus, cùm homo non sit beatus, nisi videndo
Deum per essentiam. Sed est verum, q̃ nunquam cõ
petit homini, sicut cõpetit Deo, quia Deo competit
naturaliter, homini autem competit per gratiam ele-
uando ipsum lumine gloriæ, & ideo non fit, quòd ho-
mo naturaliter videat Deum per essentiam, neque est
possibile, quòd ita fiat. Sic autem est quantum ad secũ C
dum modum videndi Deum, quia ille modus est na-
turalis Angelis: & ideo nõ potest homo sic Deum vi-
dere, sed potest per gratiam eleuari, vt sic videatur: nã
si quod plus, ideſt videre Deum per essentiam homi-
ni tribuitur, potest ei tribui, quod minus est, ideſt, vide-
re Deũ secundo modo: & tunc dicetur, quòd hoc po-
terat fieri dupliciter. Vno modo, quòd Adam videret
Deum per aliquod lumen, quod Deus influeret in in-
tellectum eius. Alio modo, quòd videret per lumen,
quod est ipse intellectus, quia vtrunque est lumẽ crea
tum, quod non est essentia Dei, & vtrunque est intra
intellectum, vel non extra intellectum. De primo non
poterat esse nisi Deus reuelaret aliquid Adæ infundẽ- D
do speciem intellectui eius, per quã intelligeret; erat
enim hoc intelligere Deum directè, licèt per simili-
tudinem, quia illud quod intellectui infunderet Deũ
repręsentaret, sicut eius similitudo qualiscunque.
De secundo poterat intelligi, vt si præstaretur, q̃ intel
lectum suum per seipsum cognosceret, & tunc p in-
tellectũ suum Deum cognosceret. Primum non cõ-
petebat Adæ ex natura sua, quia homo erat, sed pote-
rat ei præstari cùm maiora præstentur: erit autem il-
lud donum gratuitum, vt eleuaretur intellectus Adę
ad cognoscendum se per se, quod nõ poterat fieri se-
cundum naturam. Secũdum autem ex hoc sequitur,
nã si intellectus Adæ poterat cognoscere se ipsum p
se, posset cognoscere Deum per se, quia cũ Angelus
cognoscat Deum per se, eo quòd cognoscit se per se, E
& ipse est quoddam lumen inquãtum est similitudo
Dei, poterit intellectus noster per seipsum intellige-
re Deũ, si per se intelligat eum, quasi ipse intellectus
est quoddam lumen, aut habens naturæ suæ lumen,
inquantum est quædam Dei similitudo. Item intelle-
ctus noster cognoscit Deum per creaturas, eo quòd
cognoscit creaturas per se, & hoc inquantum creatu-
ræ corporales habent quãdam similitudinem imper-
fectam Dei, a fortiori igitur si seipsum per se cogno-
scat, magis Deũ cognoscet per seipsum, eo quòd in-
tellectus noster est sublimior natura, quàm res cor-
porales, & accedit ad perfectiorem rationem simili-

Addit⁹ q̃ntũcũq; ista ratio efficax, dupliciter Deum videre in creatura.

tudinis Dei, ideo perfectus ducet in cognitionẽ Dei, quàm res corporales: quicunq; ergo modus istorum esset, constat q̃ Adam habuit perfectiorem modum cognoscendi Deum, quàm nos nunc, quia nos habemus tertium modum, & ipse habuit secundum.

Nunc igitur ita dicamus, quòd licèt Adam non po- Quæs. 5 or Adã p secundũ modũ cognoscẽdi Deũ videbat, & vt Angeli, & vt prophętę.
tuit ex natura habere alium modum, quàm eum, quẽ
nos habemus, potuit tamẽ habere, & habuit ex gratia
modũ medium, qui ad Angelos pertinet. Primum. n.
modum nõ habet homo per naturam, sed potest ha-
bere per gloriã, vt est in beatis, & tamen non fuit tũc
communicatus iste modus, quia nõdum erat beatus.
Ad secundum modum non pertingit homo per na-
turam, & eleuatur per gratiam, & hoc tam in statu in-
nocentiæ, quàm etiam post peccatum in statu isto, si-
cut patet nunc in viris contemplatiuis, qui diuinas re-
uelationes merentur, & accipiunt, sed status Adæ fuit
multo sublimior, ideo ille abundãtiores reuelationes
acciperet. Et tamen illum secundum modum pote-
rat Adam habere dupliciter, scilicet, vt Angelus, vel
vt propheta haberet; vt propheta si Deus per lumen
influxum illuminaret ipsum ad cognoscendum Deũ,
quia iste est modus, quo prophetæ à Deo cognitionẽ
accipiunt, s. per aliquid, quod eis influit, & est mediũ
cognoscendi; haberet autem ut Angelus si cognosce
ret Adam intellectum suum per seipsum, & per eum
intelligeret Deum; quia iste est modus naturalis, quo
Angelus Deum cognoscit, scilicet per essentiam, p-
priam inquantum est Dei similitudo, cognoscit Deũ,
q̃ supra se est, ut est causa eius, & hoc est naturale An-
gelo, non autem cognoscere per reuelationem: ideo
si homo ex gratia haberet, q̃ intellectũ suum per se
cognosceret, sequeretur, q̃ Deum cognosceret per se
ipsum. Sed dicendum, q̃ de istis duobus, modus co- Quis modus cognoscẽdi Deũ sit nobilior.
gnoscendi sublimior est, qui per reuelationem, quã
qui per cognitionem sui ipsius: & apparet. Primo, q̃a
si intellectus per se ipsum cognosceret Deum, nõ es-
set excellens ista cognitio, quia non esset maior, quã
sit dignitas intellectus, & parum differret à cognitio-
ne, qua Deum cognoscimus per creaturas corpora-
les, scilicet, quantum intellectus excedit secũdum di-
gnitatem res corporales, & abũdantius inducere po-
test ex se ipso in cognitionem suæ causæ, & tamẽ sub-
limior est cognitionis gradus, quam uolumus dare
in Adã ante peccatum. Item, quia id, quod Deus in-
fundere potest, & infundit interdum intellectui, est
sufficientius medium cognoscendi Deum, ut perfe-
ctius, & distinctius cognoscatur. Et patet, quia magis
Angeli possunt cognoscere Deum per naturam pro-
priam, quàm intellectus noster Deum per naturam
propriam, si eam cognoscat inquantum expressior si-
militudo Dei inuenit in natura angelica, quàm in in-
tellectu nostro, & tamen angelis reuelatur aliquid,
quia non possunt illud intelligere per lumen naturæ
suæ, ideo abundantior cognitio est, quæ fit per reue-
lationem, quàm quæ fit per cognitionem naturæ pro
prię. Ergo in Adam ita dicemus, q̃ haberet modũ co
gnoscendi Deum secundum. s. per aliquid influxum
intellectui eius, vel q̃ nõ esset extra intellectum eius;
& tamen istud non erat, q̃ Adam cognosceret in-
tellectum suum per se ipsum, sed quòd Adę aliquid
reuelaretur, & quanto essent sublimiores istæ reue-
lationes, tanto Deum altius cognosceret. Tertius Tert⁹ mo-
modus cognitionis, scilicet per aliquid quod est ex- dus cognoscẽdi Deũ cõpetebat et Adam.
tra intellectum competit homini secũdum naturam,
vt sic Deum cognoscat, & quia ea, quæ sunt natura-
lia, nõ pereunt per peccatum, manet etiam modo ge-
neraliter tam in bonis, quam in malis. Et isto etiam
modo Adam tunc cognosceret Deum in statu illo,
quia cùm status non tollat naturalia, maneret Adæ, q̃
cogno-

cognoscceret Deum per creaturas: nam certum est, F quòd creaturæ inquantum sunt Dei causata,& habēt quandam illius,licèt imperfectam similitudinem naturaliter ducunt in cognitionem Dei. Et quanto aliquis magis cognouerit creaturas, magis ex eis Deum cognoscet, & tamen Adam in statu illo pleniorē cognitionem haberet de creaturis quàm nos, nunc ergo magis per illas Deum cognoscceret quàm nos, & tamen nos per eas cognoscimus Deum; ad Rom. primo,ergo & Adam cognoscceret,& tamen quia denominatio fita digniori,& habebat Adam alium modū excellentiorem cognoscendi,quàm qui est ex creaturis,& ille competebat sibi ex conditione illius status, ideo dicebatur per illum cognoscere, & non per tertium modum. Sic est de beatis, nam beati non desinunt cognoscere creaturas, sed eas plenius cognoscunt, cum per Deum cognoscant, & creaturæ nunquam desinunt esse Dei vestigia,vel similitudines: iō semper Deum representabunt,ergo & beati per creaturas Deum cognoscent. Quia tamē alio modo sublimiori Deum cognoscunt, non dicuntur cognoscere per creaturas,& ratio est, quia modus imperfectus cognoscendi dicitur cùm negatione superioris modi,vt quòd dicatur,quòd aliquis per creaturas Deum cognoscit, idest non cognoscit alio modo excellētiori,ita igitur de Adam quòd cognoscebat Deū,secundo modo, scilicet per reuelationem, & non dicetur, quòd per creaturas.

Quæs. 502 Opinio quorūdā, ꝙ Deus, nunquā videtur p essentiā, neque hic, neq; in patria.

Sed circa ea,quæ diximus de visione Dei per essentiam aliqui errant, quia quidam dicunt, quòd Deus, H nunquam videtur per essentiam, neque in patria, neque in via. Sed istud est hæreticum, & contra sacram Scripturam,quæ assignat aliquod tempus, in quo clarè Deum cognoscemus, quod erit videre ipsum per essentiam, & licèt sacra Scriptura non vtatur his terminis,videre per essentiam, vtitur alijs æquipollentibus,sicut prima ad Corinthios 13.c.dicitur: Videmus enim nunc per speculum,& in ænigmate, tūc autem facie ad faciem. Ex quo apparet id, quod volumus dupliciter. Primo, quia Apostolus distinguit inter modum videndi Deum nunc, & aliquādo, & sic aliquādo cessabimus habere istum modum, & habebimus alium, & tamen cessante isto non apparet quem modum habeamus,nisi clarè cognoscere, quod est videre per essentiam, ergo aliquando Deus videbitur per essentiam.Secundo,quia dicit; Videmus nūc per speculum,& in ænigmate, tunc autem facie ad faciem; in quo significatur manifestissima cognitio, quia nō potest esse aliquis modus manifestioris cognitionis de homine, quàm cum videmus eum facie ad faciē, sed hoc dicitur tunc de Deo,ergo habebimus de ipso clarissimum modum videndi qui haberi potest, vel cogitari,sed iste est videre ipsum per essentiam, ergo istum Apostolus significauit. Tertio apparet, adhuc ibidem,quia dicitur: Nunc enim cognosco ex parte, tunc autem cognoscam,sicut & cognitus sum, idest homo cognoscet tunc Deum, sicut Deus cognoscit hominem, sed Deus cognoscit hominem per essentiam suam, ergo & homo Deum per essentiam suā, idest Dei,videbit vel cognoscet, sicut & cognitus est, idest clarè homo cognoscet Deum, sicut clarè Deus cognoscit hominem, sed omnis cognitio de Deo, qui non est per essentiam eius est in speculo, aut in ænigmate, quia non cognoscitur per id, quod est, ideo cognoscet homo, tunc Deum per essentiam.

Prima rō pro veritate.

Secda rō.

Tertia rō.

Quartarō. Quarto, patet ex eo, quod dicitur prima Ioan. 3. cap. scilicet: Nondum apparuit quid erimus, cum apparuerit similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Ista auctoritas multum conuincit istud; nam ostendit, quòd nunc licèt fidem habeamus non cognoscimus de Deo quicquid cognituri sumus,sed cùm apparuerit videbimus eum, sicuti est, & tamen nunquam potest Deus videri sicuti est, nisi videatur per essentiam, ergo videbimus eum aliquando per essentiam. Alij autem dicunt, quòd Deus per essentiam videtur in omni statu, tam in patria quàm hic, sed etiam hoc est contra sacram Scripturam, & contra auctoritates Sanctorum, nā in auctoritate allegata,prima Corinth.13. dicitur, Videmus,nunc per speculum, & in ænigmate, per nunc significat istum statum præsentem,sed ænigma, & speculum dicunt cognitiones deficientes, & imperfectas, videre autem per essentiam est clarissima cognitio, ergo non videmus nunc per essentiam. Secundo, quia Apostolus G non solum dixit hoc de alijs, quasi de imperfectis,sed etiam de se ipso, scilicet, nunc autem cognosco ex parte,tunc autem cognoscam,sicut & cognitus sum, & ita non habebat Apostolus modum illum videndi Deum, quem aliquando se habiturum sperabat, sed excellentissimus modus vidēdi Deum est videre per essentiam,ergo nondum videbat. Tertio,quia etiam in verbis Ioannis significatur idem scilicet; Cum apparuerit similes ei erimus, & videbimus eum sicuti est, & ita innuit, quòd non videbitur Deus, sicut est quousque appareat quid erimus, sed apparebit quid erimus, cum fuerimus in vita æterna, ergo vtq; tunc non videbimus Deum per essentiam. Sed quia aliquis diceret, quòd istę auctoritates cōcludunt, quòd regulariter non videatur Deus per essentiam in isto statu, & tamen quòd ab aliquibus specialiter videatur etiam nunc; dicemus, quòd etiam non videatur ab aliquibus specialiter,quia & hoc significat Dionysius, dicens; Si aliquis videns Deum sciuit, quid vidit non ipsum vidit, sed aliquid eorum,quę sunt eius.Idē quoque Gregorius asserit,dicens; Quantumcunque homo in statu viæ profecerit, ad statum tamen illum contemplationis,quo Deus per essentiam videtur,nō pertingit,ergo & Adam in statu innocentiæ, licèt esset in sublimiori statu, quàm nos simus, Deum tamen per essentiam non videbat, quia non erat ille status beatorum.

Est nunc respondendum ad ea, quæ ostendebant, I quòd Adam in illo statu Deum per essentiam videret. Ad primum dicendum, quòd Adam Deum videbat sine medio,sicut Magister dicit,non tamen videbat per essentiam eo, quòd non videbat sine omni medio. Si simpliciter sine medio Deus videretur oportebat per essentiam videri, quia si non videtur per essentiam, videtur per aliquid, quod est similitudo eius, & illud est medium inter ipsum, & videntem, & non negauit Magister omne medium de Adam, sed tale medium, quale nos habemus, quod est medium argumentatiuum ex rebus naturalibus, & est modus specularis, cum videamus nō per speciem rei relictam in intellectu nostro, sed per similitudinem relucentem in re naturali extra intellectum nostrum in ipsa renaturali. Adam autē videbat Deum per medium spirituale,s.per lumen directè resultans in intellectu eius, vt supradiximus, & sic videre respectu nostræ visionis argumentatiuæ erat videre sine medio. Et ista est intentio Magistri ibi, quia dicit, quod ante peccatum non fuerunt necessaria signa sacramentalia, & fuerunt necessaria post peccatum,s.quia primo cognoscebat homo Deum per interius lumen,& nō indigebat exteriori signo, quo Deum cognosceret, post peccatum autem desijt habere illam cognitionē per lumen interius de Deo,ideo indiguit lumine exterius,& istud fuit in sacramentis materialibus,quę sunt signa exteriora. Ad secundùm, dicendum,ꝙ inter mētem nostram,& Deum, nihil est medium beatificans,

Quæs. 502 Responde tur ad rationes in qa. 496.

Dei ia est statuū vi dentis per essentiā. Prima rō.

tificans, sed sunt media per alium modum, ideo per A medium videre potest homo Deum, nam est mediū inter Deum,& mentem nostram,secundùm naturæ dignitatem,s.tota natura intellectualis, quæ est sublimior anima nostra,cum sunt substantiæ separatæ:anima autem nostra est intelligentia coniuncta,quæ non est apta recipere esse in se, sed in corpore. Etiam istā dignitatem Angelorum super animam nostram expresse confitentur sancti Doctores, vt Dionysius 4.c. cęl.Hierarchiæ; & Gregorius in Homelia de centum ouibus,& Augustinus super Ioānem. Est quoque inter animam nostram, & Deum mediū per informationem,quia Deus non perficit se ipso animā nostrā, sed charitate coniungente animas nostras sibi, quæ charitas non est ipsa natura Dei, & ideo cum sint inter Deum, & animam nostram multa media in esse B do,quæ media erant etiam in statu innocentiæ, poterat anima Adæ Deum per medium videre, id verò, quod Augustinus negat est medium beatitudinis, qa Deus non beatificat nos aliquo dono suo,sed se ipso, sicut non creat nos per medium, sed per se ipsum nullaterī potentiam ad nos creandum tribuens.

Quæs. 502 Ad tertiū. 498.

Ad tertium, dicendum, ꝙ sicut Apostolus distinguit, omnis cognitio, qua Deus cognoscitur, aut est in ænigmate,aut est facie ad faciem, quod est per essentiam, cùm autem dicitur,ꝙ Adam in statu innocētiæ non videbat in ænigmate, quia non erat in eo aliqua obscuritas,dicendum,ꝙ in ænigmate videbat:est enim ænigma obscuritas, quia sicut Donatus diffinit, ænigma est quęstio verborum obscuritate inuoluta. Est autem obscuritas in intellectu aliquo tripliciter, primo ex conditione intellectus, inquantum ex nihilo est, secundo ex modo intelligendi, s. quia cùm inquisitione intelligit; Tertio ex aggrauatione carnis. Prima obscuritas est quędam debilitas intellectus,inquantum deficit a perfecta claritate: sicut enim omne creatum deficit à perfecto esse,cùm non sit suum esse,sed habeat esse receptum,& ideo finitum,ita omnis intellectus creatus deficit a perfecto lumine, cùm non habeat lumen ex se,sed sit ei communicatum,& ista imperfectio luminis potest vocari obscuritas respectu perfectionis naturalis diuini intellectus,qui cū increatus sit,habet perfectum lumē a nullo receptū, & quia omnis intellectus intelligit secundum suam conditionem, omnis intellectus intelliget cùm ęnigmate; & hoc ænigma, tā homines quàm Angeli habent. Et de hoc ęnigmate non intellexit Apostolus, quia illud de quo ipse loquitur cessat, aliquando cùm dicat; Tunc autem facie ad faciem,& tamen ęnigma istud non cessat etiam in beatis: licèt enim beati Deū videant, & per essentiam videant, tamen cùm ænigmate vident,cùm ænigma dicat defectum intellectus creati in comparatione ad diuinum intellectum, inquantum nō accedit ad perfectionem luminis illius ex eo,quòd iste creatus est,& istud non potest euacuari per beatitudinem,quia effectus,qui est creatus non efficitur increatus per beatitudinem. Etiam non accipit æqualitatem ad diuinum intellectum. Et hoc apparet in duobus differentijs, quæ manent inter intellectum diuinum,& intellectum creatū; etiam in beatitudine præest, quia intellectus diuinus naturaliter videt diuinam essentiam per ipsam essentiam, intellectus autem beatorum videt Deum per essentiam, sed nunquam efficitur sibi naturale, sed semper per gloriam,i.per lumen gloriæ, quod efficit essentiam diuinam,vt medium intelligendi proportionatum intellectum beatorum, vel potius ipsum intellectum reddit aptum,vt sit sibi essentia diuina,vt forma intelligē di. Secunda differentia est,qa intellectus diuinus adęquat essentiam,& ideo Deus intelligit essentiam suā, C quæ infinita, & sicut modus suus essendi est quædam infinitas, ita illam infinitè intelligit, intelligit tamen intellectus beatorum essentiam diuinam, quæ est infinita,& tamen non intelligit eam infinitè,licèt intelligat illam habere se infinitè. Quia cum ille modus teneat se ex parte actus, esset intellectus finitus,si infinitè intelligeret, & tñ si euacuaretur per beatitudinē illud ænigma,quod competit intellectui, inquantum est creatus, acciperet conditionem infinitatis, cùm modus infinitatis competiuerit ei, inquantū est creatus,quia habet esse receptum,vel lumē receptum, & de hoc ænigmate non loquitur scriptura, quia istud non euacuatur. Secundum ænigma est naturale homini, & sicut per primum ænigma differebat oīs intellectus ab intellectu diuino, ita per hoc ænigma differt intellectus humanus ab oī intellectu angelico. Accipit enim intellectus noster cognitionem inquirendo,& non habendo,& accipit non simul,sed per continuum,& tempus,vel cum continuo,& tpe. Intellectus angelicus non accipit inquirendo;etiam non intelligit cum continuo, & tempore, sed simul accidit istud ex diuersitate naturę. Est.n.intellectus noster minima omnium substantiarum spiritualium, quæ non pōt accipere esse in se,sed in materia,i.corpore, Angeli autem accipiuntur esse in essentia sua in materia, & ideo accipiūt oēm perfectionem suam in se. Et ita id per quod cognoscunt,in se habēt,siue sit essentia sua, siue species intellectus,aut noster,quia non accipit esse in se, sed in materia, i. corpore non accipit perfectionem suam naturalem in se,sed est sibi naturale accipere per corpus, sicut est sibi naturale accipere esse in corpore. Et ex hoc accidit, ꝙ id, quod est medium intelligendi,i.species, vel forma intellectus accipitur ex corpore, s.per sensum, & ista est prima inquisitio, vel successio,& mēdicitas. Deinde intellectus noster ꝓp paruitatem luminis sui, cùm fuerit in actu principiorum,non statim habet conclusiones, sed discurrit, & inquirit: & ideo est sibi intelligere cum continuo, & tpe; in Angelis nihil horum esse potest,quia nō accipit Angelus formam intelligibilē de foris, sed prę habet in se naturaliter. Etiam non discurrit à principijs ad conclusiones,sed propter naturam sui luminis simul est in actu principiorum,& conclusionum, vnde non est ibi intelligere cùm continuo,& tempore. De hoc ænigmate,dicendum, ꝙ homo non potest illud deponere, & est fm naturam,i. conditionem speciei,& ideo dicendum, ꝙ tam nunc,ꝙ in statu innocē tiæ videret in ænigmate, & in hoc est hō minor Angelo,qui hoc ænigma non hēt. Sed dicendū, ꝙ in beatitudine euacuat hoc ænigma, quātū ad aliqd,s.quantū ad id,in quo consistit actus beatitudinis,sed non q̄ tū ad omnia: nā beatitudo est in videndo Deum, illa autem visio,vel cognitio non est cùm aliqua inquisitione,aut successione, sed est fm actum æternum, in quo non est successio cùm obiectum sit semper præsens,& visio indeficiens, quæ est vna non habens partes, & cùm sit semper & tota simul, accedit visio illa ad quandam rationem æternitatis. Similiter intellectus beati videndo Deum nō solùm cognoscit Deū, sed & cętera,quæ sunt in Deo,& quę per ipsum repręsentantur, & quia hoc non cognoscit beatus duabus cognitionibus,sed vnica, quia vnum per alterum necesse est,ꝙ sicut visio,qua Deum videt sit cū æternitate,ita & ipsa cognitio,qua cętera in Deo cognoscit sit cùm quadam ętternitate,& ita non est ibi successio,& continuum,& tempus; sed si accipiatur cognitio beatorum,vt cognoscunt res in proprio genere, quæ cognitio non tollitur per beatitudinem, cum eā ponamus in Angelis,q beati sunt,dicetur,ꝙ adhuc cognoscunt cùm quadam inquisitione, & tunc est ibi ęnigma; vnde

Ad obiecta.

Obiectio tollitur.

Obscuritas intellectus angelici.

Scdm' ęnigma intellectus.

Attende differentiā Angeli, & hois beati.

Universidad de Deusto Biblioteca

ma, vnde non tollitur penitus in beatis, veruntamen non manet in eis quātum ad actum beatorum, & ita posset dici, q̄ beatitudo euacuat ænigma illud. Tertiū ænigma est obscuritas consequens intellectū ex parte carnis, inquantum caro, quæ corrumpit aggrauat animam. Sapientię ix. & de isto ænigmate dicendum, q̄ euacuatur in beatis, quia in eis nō manebit corruptio carnis. 1. Corinth. 15. & ita caro non præstabit impedimentum ad intelligere. Et istud etiam ænigma non fuit in statu innocentiæ, quia corruptio carnis venit p peccatum, ideo inde etiā prouenit obscuritas, & imperfectio quædam cognitionis, & istud ænigma est in solis hominibus, & solū post peccatum. Sed cū Apostolus dixit; Videmus nunc in ænigmate, intellexit ænigma pro obscuritate cognitionis, qua Deum nō videmus per essentiam, & istud enigma tam nos habemus nunc, q̄ etiam Adam habuit in statu innocentię, cum non videret nunc Deum per essentiam, & ēt Angeli habuerunt istud ænigma ante conuersionem ad Deum, quia tunc non videbant Deum per essentiam. Sed solum cum cognoscebant quadā cognitione naturali eis, & istud ænigma aufertur per beatitudinem, vbi Deum per essentiam videmus, quod est videre facie ad faciem. Ad quartum dicendū, q̄ Adam in statu innocentiæ non videbat Deum per essentiam, & tū non affligebatur: certum est enim, q̄ non erat ibi pęna aliqua, cum ante peccatum non esset pœna, affligi tamen pœna est, sed cum dicitur, q̄ affligitur qui aliquid valde desiderat, & illud non hēt, sed Adam cupiebat valde videre Deum per essentiam, ergo cū nō videret affligeretur. Dici pōt, q̄ Adam cupiebat Deū videre per essentiam, eo q̄ istud erat res excellens, & quæ ei competebat, ideo nō poterat esse, qui hoc desideraret, & tū non desiderabat pro tunc videre, sed p alio tempore; ideo non affligebatur tunc, quia tunc non cupiebat aliquid, quod non haberet. Erat enim Adam vir in magna prudentia a Deo conditus, cuius ratio erat voluntati diuinæ subdita, sed Deus disposuerat, q̄ Adam non videret, tunc ipsum per essentiam, sed post aliquantulum tempus, qñ in meliorem statū transferetur a Deo, vsq; ad tempus illud non desideraret id, quod sciebat Deum disposuisse nō dare, si autem adueniente tempore illo, non daretur illa visio, esset iam afflictio Adæ, quia cuperet id, quod non haberet. Aliter potest dici, q̄ Adam in statu innocentiæ carebat visione Dei, quam cupiebat, sed carentia illa non affligebat eum, quia carētia omnis desiderati nō affligit, sed solum qñ est tempus habendi, sed licèt Adam summæ cuperet videre Deum in statu innocentiæ, quia tamen non erat tempus videndi, non affligebat, quia aliàs omne, quod tendit in finem aliquem, quandiu non habet finem illum, haberet pœnam, qđ non est verum. Sed quod dicit de carentia intelligendum, q̄ dupliciter accipitur carentia, vno mō pro nō habere simpliciter, alio mō, p indigere, s. non habere id, quo opus habemus. Primo mō carentia non est afflictiua, sed secundo mō. Etiam cum dr̄, q̄ desiderare aliquid vehementer non infert pœnam, nisi sit tēpus istud habendi, debet intelligi, si non desideretur, nisi pro eo tpe, qñ est tempus habendi, quia si extra istud tps desideretur, faciet afflictione. Sicut ex dispositione Dei non erat tempus, q̄ Adam videret Deum per essentiam, tunc qñ formatus est, & tñ si statim incœpisset cuperet videre Deum per essentiam, & non videret non est dubium, qui valde affligeretur hoc cupiendo. Sed propter hoc non affligebat, quia sicut nō erat tunc tempus videndi, ita neq; cupiebat tūc videre Adam, sed cupiebat videre pro tpe illo, quo Deus disposuerat, q̄ videret, & sic non erat afflictio non videre. Ad quintum, dicendum, q̄ id, quod est ad aliqd

Tertium ænigma.

Quæst. 101 Ad quartū arg. q. 498

Duplex carentia.

Ad quintū eiusdē qñt.

naturaliter ordinatū, non caret eo, nisi per aliquod impedimentū, & verum est, q̄ Adam erat ordinatus ad videndū Deum, cū Deus ad hoc homines cōsideret, vt eo fruerentur, qđ est per visionem. Sed aliquid pōt dupliciter impediri a consecutione alicuius, vno mō per modum p̄rij, sicut aqua impedit per calorem violentum, ne redeat ad naturalem frigiditatem, quia calor est contrarius frigiditati; alio mō impeditur quis per modum simplicis negationis, s. qñ non hēt dispositionem immediatam ad id, ad quod naturalem potentiam hēt, sicut rusticus impeditur ab actu Geometrizandi, non q̄ hēat aliquod cōtrarium Geometriæ, sed solum, quia non hēt habitū Geometriæ. De Adā, dicendum, q̄ hēbat impedimentum ad videndū Deū per essentiam, dum erat in statu innocentię non impedimentum, primo modo, sed secundo. Primo mō per modum contrarij repugnant visioni Dei culpa, & pœna: qui enim est in culpa est in odio Dei, iō non manifestabitur ei maximum bonum Dei. Pœna etiā repugnat visioni Dei, quia pœna est malum quoddā, qđ tollit delectationem, visio autem Dei habet oēm voluntatem, sicut dixit Arist. de Deo, lib. 12. Metaph. q̄ ipse est valde voluptuosus, & habet vnicam, & indeficientem delectationem, lib. 7. Ethic. c. ult. ideo illa visio tollet oēm pœnam, & ita cum pœna, aut culpa non stat illa visio, quia habent quandam contrarietatem ad hanc uisionem, & cum in Adam in statu innocentiæ non esset pœna, aut culpa, dicendum, q̄ nō impediebatur, primo modo a Dei visione, sed nos impedimur hoc modo; impedimur tū secundo modo per viam simplicis negationis, s. quia non habebat, tunc Adam dispositionem immediatam ad videdum, quæ est habitus luminis gloriæ, s. quia intellectus eius non erat, adhuc eleuatus ad hunc actum per habitum luminis gloriæ, quod lumen præstatur beatis.

Adhuc est dubium de cognitione q̄ habuit Adam de rebus, s. an perfectam rerum cognitionem habuerit. Aliqui dicunt, q̄ non fuit perfectus in scientia in sua formatione. Primo, quia vt dicit Augustinus qualis erat Adam tales filios generasset, & tñ filij Adę nō essent perfecti in scientia, qñ nascerētur, vt innuit Magister, lib. 2. dist. 20. ergo neq; Adam fuit perfectus in scientia in sua formatione, aut in statu illo innocētiæ. Secundo, quia Augustinus dicit, lib. 8. super Genes. ad literam, q̄ Adam positus est in Paradiso ad operādū, vt naturas rerum operādo experiretur, sed experimētum est quoddam principium illius cognitionis, quæ accipitur a sensibus, vt patet, lib. 1. Metaph. cap. 1. ergo Adam accepisset cognitionem a sensibus, sed ista nō poterat esse subita, ergo non statim fuit Adam perfectus sapientia. Tertio quia, vt dicitur lib. 3. de Anima, intellectus ante intellectionem, nihil est eorum, quæ sunt, sed non potest intelligere sine phātasmate, sicut neq; fit visio sine colore, vt ibidem dr̄, quia ergo intellectus nihil est eorum, quæ sunt. i. nihil actu intelligit, vera ſm, q̄ efficitur habens speciem actu eorum, quę sunt in natura, speciem aūt non habet intellectus, nisi eorum, quæ p sensum accipiunt̄, iō non poterat Adā cognoscere, vbi ea, quorum accepisset species per sensum, & tñ ad hoc multo tpe indigebat, & forte nunq̄ acciperet spēs omnium, quæ sunt in natura per sensum, ergo nunq̄ esset perfectus in scientia in illo statu, vel saltē multum tps laberetur. Quarto quia, vt dr̄ lib. 3. de Anima. & Magister illud dicit, li. 2. dist. 1. anima infundit̄ corpori, vt in eo perficiat̄ virtutibus, & scientia, & ad hoc dantur ei sensus & membra, sed fruſtra esset infundi animam corpori habēti organa, & sensus, si intellectus p operationē sensuum, & organorū non acciperet perfectionē, sed in natura, vel est fruſtra potissimè in rebus nobilibus, quemadmodū est corpus humanum,

Aliqui fę dupliciter impediri a consecutione alicuius.

Secunda opinio.

Tertia opinio.

Quæst. 101 Articulo 2. & 3.

Quarta argumentum.

humanum, ergo Adam, cuius fuit tale corpus, qualia sunt nostra, accepisset cognitionem a sensibus, sicut & nos; & ita non esset statim perfectus scientia, sed successiuè acquireret eam. Quinto, quia si taliter fuisset Adam perfectus scientia in sua formatione, aut in statu illo, cessaret illuminatio angelorum ad eum, sed nō cessabat, ergo non erat perfectus scientia. Primū patet, quia qui perfectus est scientia, non habet necesse, vt alio illuminante perficiatur. Sed Adam in primo statu illuminaretur per angelos, qa aliàs periret ordo naturalis creaturarum, ſm q̄ natura angelica ponitur inter diuinam, & humanam, vt quod a diuina natura accepit, refundat in humanā, vt dicit Dionysius 4. cap. cęles. Hierarchiæ. Vt ergo nō tolleretur ista illuminatio, deberet poni Adam non perfectus scientia in illo statu. Alij dicunt in contrarium, q̄ Adam in statu innocentiæ erat pfectus sapientia, & scientia, & habebat plenam rerum cognitionem, quia nomina imponuntur rebus ex proprietatibus earum, cùm vna quæque res nominetur ab eo, qđ in ipsa est nobilius, sed Adam in principio suæ formationis imposuit nomina oībus animalibus supra 2. cap. ergo tunc omnium animaliū naturas cognoscebat, & cōsequenter aliarum rerum. Secundo, quia quanto aliquid est nobilius, tanto est in eo magis indecens quicūque defectus, sed in corpore Adę nulla fuit imperfectio in statu innocentiæ, ergo a fortiori in intellectu, qui est multo nobilior corpore, non esset imperfectio aliqua, ergo erat Adam tunc perfectus scientia. Tertio, quia ab Adam in statu innocentiæ auferimus omnem pœnalitatem, ignorātia autem, vel imperfecta cognitio est pœna, ergo nō esset tunc in eo, & ita statim haberet Adam perfectā rerum cognitionem, vt non esset in eo aliqua pœnalitas.

Quæst. 101 Articulo 2. Dicendum, q̄ in ista dubitatione non possumus habere prorsus certitudinē, eo q̄ de scientia Adę in Paradiso scriptura non diffinit: ratio enim nihil per negationem cessitatem cōcludit, vnde licitū est aliter, & aliter opinari; sed hoc nobis est certum, q̄ Adam habuit oēm scientiam, quæ tunc erat ei necessaria: nos verò nō habemus oēm cognitionem nobis necessariam, & quia scimus quanta cognitio erat Adę necessaria, scicimus q̄ illam cognitionem de rebus habuit, & tñ an maiorem habuit, non est nobis certum. Principium autē ad hoc est, q̄ nulla pœnalitas esset in statu innocentię, quia pœna non præcedit peccatum, ignorantia autem est peccatum; ideo non esset tunc. Ignorantiam autē dicimus non scire causam eorum, quę sunt nobis necessaria, aut opportuna, & hæc est imperfectio sciētię, vel cognitionis. Nam si quis sciat oīa, quæ ad ipsum scire pertinet, est perfectus in sciētia, & si aliquid desit ei de illis, quæ ad ipsum scire ptinet, erit imperfectus in sciētia: habere aūt talem perfectionem est necessarium cuilibet ad hoc, q̄ non sit ignorans, & nō habeat pœnam; & quia nos sumus nunc in statu, in quo sunt multę pœnalitates, non est inconueniens istam esse imperfectionem, q̄ ignoremus multa eorum, quæ ad nos scire pertinebat, sed in Adam nulla erat pœna, ergo neque ignorantia, & ita Adam habebat cognitionem oīum illarum rerum, quæ erant sibi necessarię, vel opportunæ, & hoc est esse perfectū in sciētia, vel cognitione; ideo Adam fuit in statu innocētiæ perfectus in sciētia.

Dicendum etiam, q̄ Adam istam perfectionē habuit statim in sua formatione, & non postea per acquisitionem, neque postea per infusionem: & patet quia Adā statim, vt formatus est, sciebat loqui, & loquētes intelligere, sed habere completam cognitionem idiomatis est aliquid magnum, quod homines in longo tempore acquirunt, ergo simul habuit Adam in ipsa formatione suam perfectionem cognitionis. Nam sicut locutio, & intelligere loquentes erat Adę necessariū,

Quæst. 101 Articulo 2.

Quæ erāt necessaria Adę in cognitione, dum erat in statu innocentiæ.

A & illud acceperat in ipsa formatione, & non post aliquam temporis successionem, ita & cætera, quæ essent Adæ necessaria ad cognitionem eadem ratione simul acciperet. Item patet, quia si Adam non accepisset istam perfectam cognitionem in sua formatione, esset aliqua pœnalitas in eo, quia aliquod tempus esset, in quo esset necessarium, vel oportunū ei aliqd scire, & ignoraret illud, sed hoc est incōueniens, quia sicut dare, quòd Adam toto tempore innocentiæ haberet aliquam pœnam, erat inconueniens, ita q̄ in aliqua parte temporis haberet pœnā, erat inconueniēs, & tñ ignorantia in quacunque parte temporis est pœna, ergo nullo tpe hēret Adā in statu innocētię ignorantiam, & tamen habuisset illam, si non fuisset in sua, B formatione data cognitio omnium necessariorū sibi ad sciendum, ergo statim in sua formatione data fuit sibi omnis talis cognitio, & hoc fuit quòd esset Adā perfectus in scientia in sua formatione. Hæc est enim perfectio cognitionis, quam dare debemus Adæ: maiorem autem non est necesse dare, quòd dicatur Adam cognouisse perfectè omnia naturalia, vel omnia creata, quam aliqui vocant perfectionem cognitionis, non est necesse, quia constat q̄ non erat necessarium ei ista scire, & tamen an habuerit cognitionē de omnibus his, vel quantam vltra id quod sibi necessarium erat, non constat. Sed nunc est dubium, quæ sunt illa, quorum notitia erat Adæ necessaria in statu innocentiæ. Dicendum, quòd omnia illa reducuntur C ad duo, vnum est dispositio sui ipsius in actibus proprijs: aliud est dispositio aliarum creaturarum secundum quòd ad ipsum pertinebant. Quantum ad primum requirebatur in homine cognitio prudentialis eorum, quæ agenda erant, & quæ vitanda, & hanc cognitionem dicimus fuisse perfectam in Adam statim vt formatus est infuso ei habitu prudentiali dirigente plene in omnibus his. Secundum erat quantum ad creaturas, quia pertinebāt ad hominem, cum creatæ essent propter ipsum, & in duobus ad eum pertinebant, scilicet inquantum eis præsidebat, & inquantū ab eis emolumentum capiebat, sicut Adam sumpturus erat cibum, & potū de rebus, & vt eas in alios vsus suos transferret, sicut putaret sibi expedire. Ad hoc autem oportebat, vt cognosceret earum naturas, & virtutes, scilicet, vt sciret quid illorum ei prodesse poterat, & quid nocere. Et dicendum, quòd etiam hāc cognitionē perfectam accepit Adam in sui formatione, iō sciebat de lignis Paradisi qūo proderant ad vitam, & quæ magis, & quæ minus, & quotiens, & quibus tēporibus sumpta. Sed dicendū, q̄ non pp hoc oportebat, vt sciret proprietates, vel passiones oīum naturalium, vel creatorū, quia quædā creata erāt, quibus ipse non imperabat sicut angeli, iō non oportebat, vt de illis integram notitiam haberet, sed solum aliquam, inquantū influebāt in eū in illo statu, cū essent medij inter ipsum, & Deum. Etiam nō oportebat, vt sciret oēs proprietates cœlorū de sua virtute, & cōditione motus, & effectibus consequentibus ex motu sicut pro D parte diffiniunt Astrologi, & pro maiori parte incognitum habent. Nam cœli non sunt homini subditi, licèt sint entia naturalia: aliquam tamen cognitionem de illis haberet, inquantum sunt causæ inferiorum, quorum erat cura Adæ. Nec etiam de omnibus, quæ sunt in terra, erat necessaria plena, idest totalis cognitio Adæ, quia manente ipso in statu innocentiæ multa erant, quæ in vsum eius nunquam ventura erant, sicut quæ sunt in viscеribus terræ, & quæ erant latè dispersa per orbem, cum ipse non esset mansurus, nisi in Paradiso terrestri: & inde transferendus in cœlum, & ita plurimis rebus, nunquam vsurus erat, & eas fortassis nun- E

quam visurus, ideo nō oportebat, vt illarum cognitionem ei traderemus. Sunt autem quædam quorum cognitio non est homini necessaria, perfici tamen intellectum earum cognitione non nocet, de hac an aliquam haberet Adam dubium est, & dicendum, quòd credendum est aliquam habuisse ipsum, cū & nos in statu isto pœnali habeamus cognitionem quarundam rerum, quæ non sunt nobis necessariæ, sed faciunt ad nostram perfectionē, vt scire Geometriam, & quasdā partes scientiæ naturalis. Habemus autem ista non per infusionem, aut innata nobis, sed ex studio, & inquisitione. Sed Adam quantā partem horum haberet non est nobis certum; vnde non est nobis necesse asserere, ꝙ habuerit cognitionem maiorem, q̄ esset ei de rebus ad ipsum pertinentibus. De cæteris autem possumus credere, sed non est necesse asserere.

Quæst.508. De cognitione Euę, & filiorū posito, qd māsisset in Paradiso.

Cum autem dixerimus de Adam, qualem cognitionem de rebus haberet, est dicendum de alijs, qui etiam in statum innocentiæ ituri essent. Erant autē duplices, scilicet Eua, & filij, qui ex eis in Paradiso nascerentur, siue manerent. De Eua dicendum, ꝙ nihil differt ab Adam, quantum ad modum accipiēdi perfectionem, licèt differat quantum ad ipsam per perfectionem acceptam: modus autem accipiendi communis erat, vt non per temporis successionem, sed statim totā suam perfectionem acciperent, & in hoc ambo conueniūt, & ambo differunt a filijs, qui ex eis nascerētur, scilicet sicut Adam in sua formatione, accepit a Deo omnem plenitudinem cognitionis ad se pertinentem, & non expectauit eam habere per tempus, ita & fuit de Eua. Et apparet istud, quia sicut Adam statim, vt formatus est fuit sciens loqui, & intelligens ad se loquentes, ita & fuit de Eua, quia non didicit idioma docente Adā, sicut in nobis fit, sed statim sciuit loqui. Quod patet ex tentatione serpentis: nam intellexit Eua omnia verba serpentis, & respondere ad illa sciebat, & nō solùm erat ei cognitio idiomatis, sed etiam erat aliquis habitus prudentiæ: nam contra diaboli tētationem aliqualiter se muniebat: cùm dixit nō esse comedendum de arbore scientiæ boni, & mali, quia Deus vetuerat, & tamen vsum istum rationis, & rationem prudētialem non potuerat habere per discursum temporis, quia nō fluxerat tempus, in quo ista habere posset, cùm dici soleat ista accidisse ea die, qua formata est mulier. Q̄d verò Eua acciperet a Deo totam suam perfectionem simul in sua formatione, & non acquireret successiuè, aut postea per infusionem haberet, conueniens erat primo ex eis, quæ in ipsa apparuerunt, scilicet locutione, & responsione, vt supradictum est. Secundo, quia sicut Adam non fuit naturaliter genitus ab homine, sed a Deo formatus; & ideo accepit ab eo simul totā suam perfectionem, vt dictum est; ita Eua non fuit naturaliter producta, sed diuinitus formata: ideo pariter debuit perfectionem totam suam simul habere, & nō successiuè acquirere. Tertio, quia Eua non fuit producta in statu infantilis, vel puerilis, sed fœmina perfecta viro apta secundum corporis integritatem, ita vt Adam & ipsa secundum corpus postea non excreuerint, sed manserint in ea corporis statura, quam a Deo acceperunt. De intellectu ergo sic accipiendum est, quòd in tāta perfectione a Deo producti ambo essent, quanta eis esset conueniens. Et ita Eua habuit se similiter ad Adam in modo accipiendi perfectionem, quia ambo simul a Deo acceperunt, & non acquisierunt per successionem, sed fuerunt dispares in ipsa perfectione, quia non accepit Eua tantam plenitudinem sapientiæ quantam Adam: sicut enim corpore non erant pares, neque intellectus conditione æquabantur, sed maior prudentia, atque sapientia tradita fuit Adæ, quàm Euæ. Et hoc patet primo, quia serpens hoc intellexit, cùm non ausus fuerit in tentatione aggredi virum, sed fœminam tanquam fragiliorem, atque ad succumbendum promptiorem, quod non extimaret, si crederet æqualis perfectionis eos esse secundum intellectum. Secundo innuit hoc Apost. primo Tim. 2. cap. vbi probat differentiam gradus inter viros, & fœminas non concedens fœminas docere, neque dominari, vbi ait; Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit, & ita significauit minorem fuisse sapientiam, atque prudentiam mulieris, quæ seducta est, quàm viri, qui non fuit seductus, & innuit illud non esse, quasi tunc solum esset fœmina non aduertente, quia tunc ratio Apostoli non teneret, sed signat esse naturalem inæqualitatem, quæ tunc erat, & nunc, & ideo sicut tunc fœmina decepta est, & vir non ita, & nunc viri circa singula sapientiores sunt, aut naturaliter magis intelligentes, vt minus decipi possint, & ob hoc ad eos docere pertinet non ad fœminam.

Obiectio. Sed obijcietur, quòd tunc Eua non esset formata perfecta, cùm non peruenisset ad perfectionem, in qua erat Adam, ita vt non posset decipi. Dicendum, quòd Eua formata fuit in perfectione cognitionis, ita vt non oportet accipere aliquid postea successiuè, & dicitur fuisse perfecta in cognitione, quia data est sibi cognitio omnium sibi necessariorum, ita vt nihil est ei esset. Et cùm dicitur, quòd non erat æqualis Adę dicēdum, quòd verum est, neque etiam futura erat vnquā equalis, & tamē cum illa inæqualitate consistebat perfectio Euæ: non enim posset dici imperfecta, quia non erat æqualis Adæ, cùm neque esset apta, vt illi æquaretur. Sicut enim, qui sunt diuersarum specierū non habent æqualitatem perfectionis, neque vnum attingit vnquā alterius perfectionem, neque tamen propter hoc dicitur imperfectum: sic masculus, & fœmina licet differant materialiter, & nō specie est differentia eorum secundum naturam, & non secundum accidens, & non est eadem amborum perfectio. Ideo Eua nō erat capax tantæ perfectionis, quantæ Adam, & cū minore perfectione esset perfecta.

Nunc verò de perfectione filiorum, qui nascerentur ex eis secundum intellectum est dicendum. In quibus est vnum præsupponendum, quòd filij, qui nascerentur ex primis parentibus in Paradiso, nullam imperfectionem haberent, quia imperfectio est pœna, & tamen pœna non est, vbi non est peccatum: illi autem nascerentur sine peccato, sicut parētes eorum essent innocentes, cùm non haberent imperfectionem vllam. Sed quam perfectionem haberent dubium est, & adhuc magis dubium, quam de Adam & Eua, quia de Adam & Eua aliquid tradit sacra scriptura, eo quòd aliquandiu steterunt in statu innocentiæ, sed filios nullos tunc genuerunt, ideo de illis quales futuri essent, nihil scriptura tradit, & ideo de his quisque opinatur, vt vult.

Aliqui dicūt, quòd paruuli nati habebant oēm perfectionem, vt non esset in eis aliqua pœna, & quæritur primo statim de corpore, an nati haberent corpora parua, vt paruuli nostri, vel nascerētur in eadem magnitudine, in qua postea futuri erant. Dicendum, ꝙ tam de hoc, quam de cæteris, quæ ad eos pertinent secundum intellectum, & corpus agetur inferius: nunc verò dicendum, ꝙ corpora parua haberent mox egressi de vtero, & etiam non haberent vires, & exercitia organica, quę habent viri perfecti similiter, neque cognitionem haberent talem, qualem postea adulti effecti, an tamē aliquam virtutem haberent, s. prudentiam, iustitiam, vel alias, aut etiam si in gratia nascerentur dicetur postea rius. Et secundum hoc potest responderi ad argumenta facta supra quæst. 506.

Ad primum dicendum, quòd Adam genuisset talentum inter filios, qualis ipse erat, sed cùm dicitur, quòd illi nō erant perfecti secundum cognitionem, ergo neque Adam, non valet, quia Adam gigneret filios sibi similes, scilicet secundum speciem, non tamē oportebat, quòd in cæteris, quæ habebat Adam similarentur ei, quia certum est, quòd Adam erat corpore perfectus, & magnus, filij autem non nascerentur perfecti corpore, sed paruuli expectantes per tempora suam staturam integram. Et non erat conueniens, quòd filij Adæ tales omnino nascerentur, quales essent Adam & Eua parentes eorum secundum cognitionem, & perfectionem virium, & exercitiorum organicorum. Primo, quia Adam & Eua non sunt naturaliter geniti, sed supernaturaliter a Deo producti; & ideo debuerunt totam suam perfectionem simul habere, quia Dei perfecta sunt opera, Deuterono. 32. & non expectare perfectionem congruentem naturæ per successionem: filij autem Adæ & Euæ non producerentur a Deo miraculosè, sed gignentur naturaliter, ideo per modum naturæ, scilicet per successionem suam, perfectionem acciperent, & non haberent totam mox nati, & est ista ratio efficax. Secundo, quia Adam & Eua producti sunt habentes statim corpora integra secundum totam suam magnitudinem, vt Augusti. dicit super Gen. & Magister, libro secundo, distinctione decimaseptima, & decimaoctaua, & ideo competebat eis habere vires perfectas, & existentia organica plena cum ista in nobis respondeant secundum cōditiones corporum, & magnitudinum suarum, sed filij istorum nascerentur habentes paruula corpora, ergo, neque vires integras, neque existentia plena, sed ea postea acquirerent adueniente tempore. Tertio, quia perfecta cognitio in homine secundum naturā est, quando habet complementum organorū, & ętatem perfectam, sed Deus formauit Adam & Eua habentes organa perfecta, & corpora, & talis conditionis, qualis futuri erant in ætate virili, sed ad eam temporalibus successionibus peruenirent, ideo debuit eis dari talem gradum cognitionis, qualis eis secundum illam ætatem conuenire deberet, sed filij eorum nascerentur paruuli, quales sunt, qui ętate primordia inter nos agunt, ergo non erat conueniens eis dari sciētiam, aut cognitionem conuenientem ætati maiori. Vnde dicendum est, quòd filij Adæ haberent in suo hortu omnia, quæ Adam habebat, vt homo existens in statu innocentiæ, & hoc erat sine peccato nasci, & sine pœna, idest sine morbo, sine defectu, sine mala complexione, & sine quocunque incommodo, quia ista pertinebat ad statum innocētię, & in his filij Adæ æquales essent ei, & istam æqualitatem in suo hortu haberent, & si non haberent acquirerent per successiones. Sed quòd Adam fuerit habens perfectam cognitionem in sua formatione, & similiter Eua non competebat eis ex conditione hominum existētium in statu innocentiæ, sed inquantum erant ipsi principium quoddam humani generis, & a Deo formati, & humana species non debuit incipere ab imperfectis, & inconsumatis: & quia filij Adæ & Euæ non fuerūt principium humanæ speciei non competunt eis habere istam perfectionem in suo hortu.

Ad secundam rationem positam supra quæst. 506. dicendum, quòd Adam operando, & colēdo terram experiretur naturas rerum, & tamen nō sequitur, qui in principio suæ formationis habuisset perfectam cognitionem. Experiri autem dupliciter stat, vno modo, quòd ex sensibus, quorum est experiri accipiat habitum cognitionis, & ita est in nobis, quia ex multis experimentis colligimus, vnum vniuersale, quod est principium artis, & scientiæ, sicut docet Aristo. libro

primo Meraph. & sic Adam non experiretur naturas rerum, quia non indigebat experimento ad acquirendum habitum cum iam habitum scientiæ haberet. Alio modo quis experitur quando id, quod per habitum scientiæ tenet in rebus videt, sicut scit aliquis esse ignem callidum, etiam si nunquam ei manum apposuerit, aut ab eo sit calefactus, & tamen cùm manum apposuerit experitur ignem esse callidum, quod per habitum iam tenebat, & tale experimentum est in multis rebus delectabile; ideo hoc modo Adam experiretur colendo, vt delectaretur sensu experiendo in ipsis rerum naturis, quod habitu scientiæ tenebat.

Quæst.510. Ad secundum. Quam cognitionē Adā acquisiuisse.

Alio modo potest dici, quòd Adam experiretur naturas rerum colēdo terram, scilicet, quia verè aliquorum acciperet cognitionem ex sensu, quorum habitum non habuerat, & hoc est, quia cùm diximus, ꝙ Adam habebat perfectam cognitionem rerum non intelleximus, quasi nulla res esset in natura, quam nō nosset, sed quia nihil ignoraret eorum, quæ sibi erant necessaria; constat autem, quòd non erat Adæ necessaria cognitio omnium rerum naturalium, idem aliquarum rerum poterat accipere cognitionem per experientiam in sensum, non tamen intelligimus, quòd omnium rerum acciperet cognitionē per experimentum sicut nos accipimus, quia hoc est imperfectionis. Et tamen non est satis certum quid horum duorum potius sit: nam licèt Adam non haberet cognitionē omnium rerum, putant quidam, quòd habuit perfectam notitiam omnium, quæ erant in Paradiso, eo ꝙ omnia illa erant necessaria Adę, cùm inter illa vitam ageret, & de eis cibum sumpturus esset; & ita colendo terram non acciperet notitiam per experimētum, sed præhaberet eam in hitu. Potissimè, quia quidam volunt, ꝙ Adam habuerit cognitionem omnium rerum naturalium, eo quòd fuit intellectus suus perfectus omni naturali perfectione, vnde cognouerit perfectè Mathematicam, scilicet Astrologiam, Geometriam, & huiusmodi perfectius, quàm aliquis homo nunc ex studio habeat, quod & nos asseruimus supra secundo cap. quæst. 23. & satis rationabile est, licèt nō sit necessarium illud asseri, cùm cognitio omniū istarum rerum non videretur homini necessaria: etiam est intelligēdum, ꝙ si demus talem cognitionem habuisse Adam, non dabimus, quòd futura esset in filijs eius ex additione status innocētiæ, sed in eo esset istud a Deo collatum, quia erat Adam opus manuum Dei, & principium humanæ speciei, & ideo iuxta hic melius diceretur, primo modo, quòd non caperet cognitionem per experimētum, sed præhaberet eam in habitu; erat tamen experimentum ad delectationem.

Quæst. 506 Ad tertiū arg. q. 506 Adā nihil fine phantasmate in telligebat.

Ad tertiam rationem factam supra quæst. 506. dicendum, quòd nihil poterat Adam intelligere sine phantasmate; & tamen non sequitur, quòd nō potuit habere cognitionem, nisi ex sensu, quia hoc verum, si non possit haberi phantasma, nisi ex sensu, & tamen potest haberi sine sensu.

Circa quod considerandum, ꝙ est phantasma obiectū intellectus, sicut color visus, & indiget intellectus phantasmate. Dupliciter primo in accipiendo scientiā a rebus. Secundo in circumponendo phantasmatibus id, quod circa se habet. Primo modo est motus rerum ad animam. Secundo modo est motus animi ad res. Pro primo indigemus phantasmate, inquantum a rebus accipimus cognitionem, & hic est motus rerum ad animam, quia res incipiunt esse in anima, & quia non possunt esse per se sunt per speciem; est autem species illa phantasma, & vt isto modo accipiamus scientiā præexigitur phantasma. Secundo modo fit motus ab intellectu ad res, vt qñ quis hēt apud me

dicos cognitionem artis de aliqua herba, vel fructu, quòd tale, aut tale efficit, & nunquam vidit illam rem, quando de nouo viderit eam, non accipit cognitionẽ ab illa, sed circumponit ei id, quod nouerat, quia de illa asserit id, quod habitualiter cognoscebat: & quia tunc non acciperit ab illa, sed confert ei, vel circumponit, dicitur fieri motus ab intellectu ad rem. Et etiã quantum ad istum secundum modum intellectus indiget phantasmate, quia antequam accipiat phantasmata à rebus, nescit cui attribuat id, quod nouit habitualiter.

Intellectꝰ indiget phãtasmate dupliciter.

Dicendum autem, quòd potest acquiri scientia, aut cognitio aliqua in nobis sine phanthasmate: nã phantasma est species sensibilis seruata in aliqua potentia organica, aut organo interiori, ad quod se conuertit intellectus, & tunc virtute intellectus agentis fit species intelligibilis in intellectu possibili, quæ species intelligibilis non est materialis, sicut phantasma; ideo si quando detur homini a Deo cognitio habitualis, aut actualis intellectiua purè, non est ibi phantasma aliquod, cùm non sit aliqua species in organo. Non est tamen in nobis cognitio sine specie, sed non est omnis species phantasma. Si autem phantasma esset ipsum, quod immediatè mouet intellectum, & proficeret, non esset possibilis intellectio sine phantasmate, tamen non est sic, quia phantasma non perficit intellectum, sed ipsa species intelligibilis, ideo sine phantasmate potest esse acquisitio cognitionis, & actus intelligendi.

Phantasma qd fit.

Species intelligib. quomodo differat a phantasmate.

Sed ad secundum semper est necessarium phantasma: nam id quod cognouerimus habitualiter intellectiuè, nesciemus cui attribuamus in rebus, nisi ipsarũ rerum acceperimus phantasma, & tunc illi ostendenti rẽ sub conditionibus particularibus circumponemus, quod de re nouerimus.

De Adam dicendum, quòd non indigebat phantasmate, quantum ad primum modum, sed quantum ad secundum, quia Adam non accepit cognitionem a rebus, sed per infusionem Dei, & quia illa erat causando habitum in intellectu, non fuit necessarium phantasma. Sed ad secundum erat sibi necessarium phantasma, scilicet ad tribuẽdum rebus id, quod de eis nosset apud intellectum, sed tamen adhuc istud phantasma non erat necessarium causari a rebus, quia aliàs nõ cognosceret quis nisi rem illam, quam vidisset, sed poterat causari a Deo, sicut causatur ab eo species intelligibilis, & habitus. Etiam poterat causari phantasma naturaliter, sicut sepe per operationem interiorum virtutum contingit in imaginatione formari phantasma, quod non fuerit per sensum acceptum.

Intellectꝰ Adæ non indigebat phãtasmate nisi secundo modo.

Ad quartum dicẽdum, quòd omnia, quæ sunt in corpore humano, & in tota natura sunt optimè ordinata, neque est aliquid superfluum: & cùm dicitur, quòd si Adam non accepisset cognitionem a sensu, essent superuacui sensus, & organa, negandum, quia proderant ad hoc, quòd Adam experiretur exterius, quod interius nouerat, quod erat valde delectabile. Aliter potest dici, & multum conuenienter, quòd si Adam competeret ex conditione naturæ cognoscere res intellectiuè accipiendo a sensu, fuisset sibi superuacuum habere sensus, & organa, & non haberet illa, sicut angeli, quibus natum est habere cognitionem intellectiuam, non habent organa; tamen non erat naturale Adæ habere cognitionem intellectiuam nullo alio præcedente, sed potius, quòd nihil cognosceret nisi accipiendo a sensu: quòd autem nunc accepisset cognitionem intellectiuam ante omnem sensationẽ, fuit ex gratia non ex natura; ideo debuit habere sensus, & organa, per quæ naturaliter cognitiuus erat, & qui de perfectione naturæ erat, quod apparet manifestius in resurgentibus, quibus erit cognitio abundantior ex visione Dei sine sensu, & tamen sensus, & organa habebunt resurgentes. Similiter nullus erit in eis ciborum, neque venereorum vsus, Christo asserente hoc Matth. 22. & Lucæ 20. & tamen habebunt resurgentes omnia organa genitalia, & quæ ad sumptiones, atque digestiones ciborum pertinent, vt non desit aliquid de perfectione naturæ.

Ad quintum dicendum, quòd ordo, qui erat inter Adam & angelos, non tollebat, vt Adam ab angelis illuminaretur, & reliqui, qui essent in statu innocentiæ; est enim isto ordo naturaliter. Cùm autem dicitur, quòd Adam non indigeret illuminari, dicendum, quòd si Adam omnia simpliciter sciret, non posset per angelos illuminari, & tamen, non sciebat omnia, cùm illa perfectio, qua Adam esset perfectus in scientia, non esset, nisi cognoscere omnia ei necessaria. Multa autem alia erant non necessaria, quę nesciebat Adã, & in illis posset perfici ab angelis. Sic enim est in ipsis angelis: nam illi plura sciebant, quam Adam in statu innocentiæ, & tamen angeli inferiores illuminantur a superioribus, vt dicit Dionysius in lib. cœl. Hierar. capitulo sexto, & purgantur a nescientia, quia quędam sunt, quæ nesciunt; ergo a fortiori Adam illuminaretur ab angelis, licèt esset perfectus in scientia eorum, quæ sibi erant necessaria.

Ad quintum.

Adhuc circa cognitionem primorum parentum, & eorum, qui erant in statu innocẽtiæ quæritur, an decipi poterant. Aliqui dicunt, quòd sic, quia 1. ad Tim. 2. dicitur, quòd mulier seducta in prævaricatione fuit, & tamen mulier erat in statu innocentiæ, sicut & Adã, ideo seduci, vel decipi poterat homo in statu illo. Secundo, quia non solùm Eua, sed etiam Adam, quia licèt non fuerit seductus in eo, in quo Eua, tamen seductus fuit in alio, scilicet quia putauit esse veniale, quod erat mortiferum, vt dicit Magister, libro secundo, distinctione vigesimasecunda; ergo nemo erat, qui non posset decipi in illo statu. Tertio, quia Magister, libro 2. distin. 21. dicit, quòd ideo mulier serpentem, quem loqui vidit, non horruit, quia a Deo creatum sciuit, & ab eo vsum loquendi accepisse credidit: hoc autem falsum erat, quia serpens non poterat habere vsum loquendi, cùm esset irrationalis, ergo decepta est, & sic decipi potuit. Quarto, quia constat, quòd Adam in primo statu innocentiæ non sciebat secretas cogitationes aliorum, cùm neque dæmones, neque angeli hoc sciant, sed solus Deus: poterat autem aliquis decere se cogitare, quod non cogitabat, & Adam non crederet eum mentiri, quia hoc nesciret certitudinaliter, & ita deciperetur.

Quæst. An primi parentes decipi potuerant.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

Quinto, quia Adam in illo statu habuisset cognitionem sensitiuam, sensus autem aliquando nunciat rem aliter, quàm se habet, sicut cùm aliquid a remotiori videtur, minus apparet, quàm sit, ergo saltem in sensu posset homo decipi, quia extimaret rem aliter, quã se haberet.

4. Ratio.

Alij dicunt, quòd non poterat decipi, quia vt dicit Augusti. approbare falsa pro veris non est naturæ hominis instituti, sed pœna damnati, sed in statu innocentiæ nulla pœna esset, ergo neque esset ibi approbare falsa pro veris.

Opinio secunda.

Secundo, quia deceptio nũquam est sine ignorantia, sed ignorantia, vt dicit Vgo de sancto Victore, est culpa, & pœna, sed in statu innocentiæ, neque erat culpa, neque pęna, ergo non esset ibi decipi. Dicendũ, Determinatio quæstionis. Quòd licèt multa apparent; propter quæ difficile esset asseri, q̃ natiuo ordine homines, qui erat in primo statu, non possent decipi; nam & vltra cætera manifestum est, q̃ illi non nouerant omnia; & ideo in eo, quod non scirent, possent decipi, & sic facile esset decipi, quia putarent fortè de rebus

rebus aliter quàm esset in eis rebus quasi ignorarent, & hoc videtur quòd non possent vitare, cùm multa essent, quæ ipsi non scirent, & ideo nisi aliquid obstaret concedi posset, quòd possent decipi homines in statu innocentiæ. Sed quia hoc repugnabat auctoritatibus sanctorum, possumus aliter dicere, scilicet, quòd illi homines, qui essent in statu innocentiæ poterant decipi, & tamen quamdiu erant in illo statu non poterant decipi.

Circa quod considerandum, quòd in statu innocẽtiæ non erat peccatum, & ideo non debebat esse pœna, cùm ad Dei prouidentiam hoc pertineret, ignorantia autem pœna est, & decipi cum quadam ignorantia est, ideo videtur, quòd non possit esse sine pœna, sed ab omni pœna liberos seruabat Deus eos, qui erant in illo statu, ergo & a deceptione custodiret. Erat enim tota perfectio hominis in statu innocentiæ dependens a superiori parte, quæ est mens, & quia in illo statu adhærebat homo Deo per rectitudinem iustitiæ, ideo illa manente Deo coniuncta, sicut non poterat esse defectus, aut malum aliquod in corpore, ita multo minus poterat esse in mente, quæ erat pars principalior. Et apparet hoc, quia Adam in illo statu erat quodãmõ mortalis, & quodammodo immortalis, erat quidem mortalis ex dispositione corporis, sed erat quodammodo immortalis ex prouidentia Dei, ideo licèt posset corpus hominis lædi a multis, cùm esset passibile sicut & corpora nostra, nõ lædebatur neq; læderetur, quia nõ permitteret Deus hoc fieri, si homo non peccaret, & ita illa potentia moriendi nunquam exiret in actum moriendi, & nocumentorum quæ ad mortem prætendunt, nisi prædeceret peccatum, per quod mens hominis voluntariè se alienaret a Deo, & tunc Deus desereret hominem non impediendo nocumenta, quæ ei poterant aduenire. Sic circa mentem, quandiu illa Deo maneret coniuncta, licèt posset quantum ex se erat decipi, aut pati aliud malum, non permitteret illud Deus quousque sponte se mens a Deo alienasset, & hoc modo manente statu innocentiæ non posset homo decipi.

Qõ. 513. Ad primã rationem opp. Qõ decipi dicuntur primi parentes.

Ad primum dicendum, quòd fœmina seducta est sicut Apostolus dicit, & seductio fuit, quia putauit rem aliter se habere, quàm se haberet, scilicet, quòd possent esse sicut dij scientes bonum & malum, quod falsum erat. Et tamen ista seductio fuit postquam mulier corruit a statu innocentiæ, & inde per hoc, quòd serpens dixit mulieri, eritis sicut dij, insurrexit mulieri elatio quædam, quæ erat amor inordinatus maioris status, & iste amor inquantum erat inordinatus, quia mens recedebat a Deo, perijt ille ordo, qui erat inter mentem, & Deum, in quo consistebat iustitia originalis, & tunc desinebat Eua esse in statu innocentiæ. Ideo neque Deus per specialem prouidentiam custodiret mentem eius a malo & seductione, sed relinqueret eam naturæ suæ, & libertati; & quia Eua erat talis secundum perfectionem naturæ suæ, vt decipi posset, decepta est.

De Adam est dicendum, quòd etiam non poterat decipi, nisi prius peccaret, & caderet a statu innocentiæ, vnde & ipse peccauit cùm comederit, & assenserit vxori; & tamen, vt Apostolus dicit, non est deceptus, quia etiam si per aliquod inordinatum desiderium mens Adæ recederet a Deo, & peccaret, atque constitueret extra statum innocẽtiæ, & cessaret Deus custodire intellectum Adæ ab errore, & deceptione prouidentia speciali. Erat tamen tantæ perfectionis naturalis Adam secundum intellectum, quòd in hoc decipi non poterat, & ideo relictus naturæ suę non fuit deceptus: mulier autẽ decepta est, qa manentibus

vtriq; naturalibus erãt talia naturalia mulieris, vt decipi in hoc posset, & naturalia viri talia erant, ut decipi non posset in hoc: vnde licèt peccauerit, non est deceptus. Et hoc est, quòd Apostolus innuit, primæ Tim. 2. cap. ponens differentiam Euæ & Adam, nam non dicit, quòd Adam non peccauit, & peccauerit Eua, cùm præsupponat vtrunque peccasse, sed dicit Eua seducta est, Adam autem non fuit seductus, in quo comparat inæqualitatem perfectionis vtriusque in eis, quæ ad intellectum pertinebant, scilicet, quòd licèt ambo deserti essent a Deo, vnus tam pauca intelligebat, vt in hoc decipi potuerit, alius vero maioris erat perfectionis intellectualis secundum naturam, ita vt decipi non potuerit. Et ob hoc est bona comparatio, quam facit Apostolus; nam vult ostendere, quòd docere pertineat ad virum, & non ad mulierẽ, quia docere est sapientis. lib. primo Meta. ideo ei, qui sapientior est, debet attribui docere respectu aliorum. sed sapientior est qui non decipitur, quàm qui decipitur, sed vir non potuit decipi, & mulier decepta est, ideo vir est vtaturaliter sapientior, & sic potius pertinet docere ad ipsum quàm ad fœminam. Et bene cõparauit, quia posuit ambos in puris naturalibus, & in statu peccati, in quo nos sumus: si enim compararet Adam & Euam, adhuc manentes in statu innocentiæ posset dici, quòd ille, qui non erat maior in naturalibus, erat minor in gratuitis, & ita posset decipi, qui erat naturaliter sapientior. Nunc verò sumus in statu post peccatum, vbi comparantur in viro & fœmina, sola naturalia, & non gratuita aliqua, eo quòd est comparatio generaliter de viro ad fœminam non distinguendo hunc virũ, vel illam fœminam, tales autẽ erant Adam & Eua, quando Apostolus de eis loquitur, scilicet quando Eua seducta est, & non vir, quia vterque iam perdiderat iustitiam originalem, & desertus erat a Deo, sed adhuc vir propter perfectionem naturalium, quæ post peccatum manent, non potuit in hoc decipi, neque deceptus est, mulier autem propter paruitatem perfectionis intellectualis potuit decipi, & decepta est. Et ita probat conuenienter esse virum excellentiorem fœmina secundum intellectum, & ideo ipsum debere docere, fœminam autem non debere docere.

Cap. 1.

Ad secundum quando dicitur de Adam, quòd licèt deceptus non fuerit in eo in quo Eua, tamen deceptus fuit in aliquo: Dicendum, quòd pro nunc relinquetur dubium: certum est tamen, quòd Adam relictus a Dei speciali prouidentia poterat decipi, cũ non sciret omnia, & tamen in eo, in quo arguitur, an deceptus fuerit, tangetur infra.

Ad secundum.

Ad tertium cùm dicitur de serpente, quòd putauit Eua accepisse vsum loquendi a Deo, & ita decipiebatur. Aliqui dicunt, quòd mulier non decepta est, quia non credidit accepisse serpentem vsum loquendi a Deo, quasi efficienter ei proprius actus, quòd ipse loqueretur, sicut homo per principia, quæ habet, loquitur, & istud accepit a Deo, sed intellexit, quòd accepit serpens diuinitus, quòd loqui posset, scilicet non naturaliter, sed per mysterium alicuius creaturę spiritualis in ea loquentis, siue esset angelus bonus, siue malus, & tamen vtrum fieret hoc virtute boni angeli, vel mali, non considerauit mulier, & ideo non se determinauit ad aliquid istorum, vnde neque putauit aliquid falsum, in quo deciperetur. Aliter posset dici non esse verum, quod dicitur, scilicet, quòd mulier credidit accepisse diuinitus, quòd loqueretur serpens, & tunc non asserimus, quòd mulier deciperetur in aliquo; & dictum Augustini, & Magistri negari posset, quia quędã alia sunt dicta eorũ, q̃ necesse est negari, vt patet in multis. Tertio pos-

Qõ. 514. Resp. ad tertium argum. q. 512.

dici.

dici, quòd mulier circa serpentem non fuit decepta: F
nesciuit enim mulier, vnde haberet serpens, quòd loqueretur, & tamen non fuit decepta, quia non est deceptio hominem nescire, sed solùm quando nescientes asserimus res aliter se habere, quam se habeant. Cũ enim credimus de rebus aliter quàm sint, ipsi decipimur; sed cùm nescimus, nihil credimus, aut asserimus in neutram partem nos determinantes, non est deceptio. Ita poterat esse hic conuenienter: nam si mulier videns serpentem, vel sine locutione, vel loquentem timere poterat esse causa, vt cogitaret aliquid de illo, & tunc fortassis deciperetur, & tamẽ non timuit serpentem appropinquantem sibi, quia in statu innocentiæ non poterat esse timor, cùm timor sit pœna, & grauis quidem, in statu autem illo nõ poterat esse ali- G
qua pœna; ideo neque esset ibi, quòd mulier timeret serpentem, sicut diximus supra quæst. 456. & cùm nõ timeret cogitare aliquid circa serpentem, vnde haberet locutionem, & sic neque putaret, quòd accepisset diuinitus, neque loquebatur aliquis in illo. Istud est multum conueniens, atque verisimile, & saluat mulierem a deceptione, & tamen negamus dictum Augusti. & Magistri. Quarto potest dici saluando dictũ Aug. scilicet, quòd mulier ita putauerit, scilicet, quòd accepisset serpens vim loquendi diuinitus, sicut accepit homo, & ita esset sibi naturale: & in hoc certũ est, quòd deciperetur mulier, & concedimus istam deceptionem, sed esset iam in illo statu, in quo iam decipi posset, scilicet perdita iustitia originali, & poterat esse H
modus sic, quòd mulier a principio quando vidit serpentem, non timuit, quia erat in statu innocentiæ, in quo non poterat esse timor, quia est pœna, & ita non curauit cogitare, an esset locutio serpentis a Deo, vel vnde, & ita tunc non deciperetur. Cùm verò serpens cepit loqui mulieri, & dicere, quòd essent sicut dij, insurrexit mulieri elatio, ideſt amor inordinatus honoris, vel celsitudinis cuiusdam, in quo perdidit originalem iustitiam alienata iam a Deo: & statim potuit decipi, & decepta est, quia credidit, quòd poterat esse sicut Deus sciens bonum, & malum. Et sicut in illo, qđ grauius erat, decepta est, ita & in multis alijs poterat decipi, & tunc fortè cogitaret de serpente quid loqueretur ei, & quo modo, & vnde haberet locutionem, I
& crederet, quòd esset locutio ei naturalis, sicut homini, & ita diuinitus accepisset eam a Deo in sua creatione, sicut homo acceperat, & erit dictum Augu. & Magistri verum. Ista autem deceptio poterat venire mulieri, quia iam iudicabat per sola naturalia, & intellectus suus non erat naturaliter magnæ perfectionis, sed solùm sicut esset nunc alicuius mulieris bene dispositæ naturaliter ad sapientiam, & prudentiã quãtum conditio fœminæ capit, & tamen non esset instructa in aliquo, neque adhuc haberet aliquas experientias. Sic enim erat in Eua, quæ ipso die putatur formata, quo peccauit, & animalia fortè non viderat, aut pauca viderat, & parum inter illa conuersata fuerat, vnde non potuisset experiri, an alijs animalibus præter hominem competeret locutio: vnde propter K
hoc nec admiraretur, quia non videret aliquid insolitum, quod esset contra id, quod esse debere videretur, & ita intelligimus id, quod diximus supra q. 458. Qui autem dicunt, quòd mulier putauit accepisse serpentem locutionem diuinitus, ideſt per ministerium alicuius substantæ spiritualis aliquo modo volunt eua dere deceptionem mulieris, & saluare dictum Augustini, & Magistri, & tamen hoc non satis conuenit. Primo, quia non consentit hoc litera Magistri, libro secundo, distin. 21. scilicet, Quare mulier non horruit serpentem, & respondet, quia cùm nouerit creaturã esse, etiam loquẽdi officium a Deo accepisse putauit: cùm autem dicit officium loquendi, nõ potest intelligi, quòd ministerialiter fuerit locutio in serpente per angelum, quia tunc serpẽs nihil accepisset a Deo, sed fieret aliquid in eo non conferente ipso in actione. Secundo, quia dicitur officium loquendi: nam si diceretur, quòd accepisset a Deo, quòd loqueretur, posset intelligi pro vna vice, vel paucis, sed dicitur officium, ergo habebat serpens, quòd semper loqueretur, cùm officium dicat exercitium continuum rei. Tertio ex parte motiui: nam dicit, cùm nouerit creaturam esse, &c. quasi dicat propter hoc putauit mulier, quòd serpens acceperat officium loquẽdi a Deo, quia sciebat esse creaturam, ideſt quòd accepisset a Deo loquendi potestatem, quando accepisset esse, & totam naturam. Quarto, quia etiam præter illud nõ conuenit, quòd Eua ita putaret, scilicet, quòd serpens non loquebatur, sed aliqua substantia spiritualis in serpente; quia non habemus, vnde hoc possimus, aut debeamus cogitare, quia mulier nihil tale viderat vnquam, per quod moueretur ad hoc credendum: de nobis secus esset, quia scimus iam angelos, & dæmones per animalia bruta sæpe fuisse locutos.

Quinto, quia si mulier putaret, quòd serpens non loquebatur a se ipso, sed aliquis loquebatur in serpente; non est verisimile, quia mulier non plus aduerteret in hoc, cùm illud crederet esse supra naturam, & ideo esse rem nõ paruam, & non negligendam, & si cogitaret statim deciperetur, quia putaret de re aliter quam esset, nam putaret esse angelum bonum, aut malum. Si putaret esse bonum deciperetur, cùm esset malus: si crederet esse malum, putaret nullas latere insidias, quia aliàs nollet eum audire, sed illud putando decipiebatur, cùm laterent insidiæ, ergo non erat ista responsio satis conueniens. Sed dicendum, quòd quarta supra posita est conueniens, aut tertia.

Ad quartum aliquis posset dicere, quòd poterat alii quis falsum dicere Adæ existenti in statu innocentiæ, & putaret Adam esse verum, cùm non nosset secreta cordis, & ita deciperetur. Cùm autem obijcitur, quòd decipi erat pœna, & ideo quando non posset esse deceptio sine ignorantia non acciderer in statu innocentiæ, cùm autem esset sine ignorantia posset esse in illo statu. Hoc autem decipi non esset cum ignorantia, quia cùm multa essent, quæ Adam nesciret, & tamen non dicebatur habere ignorantiam illorum, eo quòd illa non erant ei necessaria: ita si circa ea deciperetur credens aliter se habere rem, quàm haberet, non esset ignorantia, neque pœna, quia in eo decipiebatur, quod ad eum non pertinebat. Simile erat siquis diceret Adæ aliquid se habere in corde, quod non haberet, & Adam putaret ita esse; nam deciperetur, & tamen non esset pœna, aut ignorantia, quia sicut scire ea, quæ aliquis haberet in corde non pertinebat ad Adam, & nescire non erat ignorantia, aut pœna, ita decipi circa illa non esset ignorantia, neque pœna.

Dicendum, quòd hìc est satis magna difficultas: volunt multi, qꝓ Adam manens in statu innocentiæ nullo modo poterat decipi, quia decipi est pœna, & pœna non esset in statu innocentiæ, & ad hoc dicunt, quòd Adam, & quilibet in statu innocentiæ quantum erat ex se ipso poterat decipi, & tamen Deus non permitteret decipi: quia sicut homo ex natura sua erat mortalis, & passibilis: & tamẽ Deus non permitteret eum mori, neq; pati aliquod inconueniẽs quãdiu maneret in innocẽtia; ita faceret, & a fortiori circa mentẽ, quæ erat pars magis præcipua, qꝓ non posset pati deceptionẽ, vel errorẽ, aut aliqd mali; & iõ licèt Adã nõ sciret secreta cordiũ aliorũ, & quãtũ ad hoc posset decipi, tamen

tamen antequam deciperetur cõcurreret Deus cum eo in eis, quæ excedebant facultatem eius, illustrando intellectum illius, vt falsum esse putaret, quod falsum erat, & ita in nullo deciperetur.

Cùm autem dicebatur, quòd non esset pœna illa deceptio, & quòd non erat ignorantia, neque pœna, qꝓ Adam deciperetur putans verum esse sibi dictum ab alio, quod falsum erat: Dicendum, quòd non est verum. De primo pater, quia non est simile: nam quædam sunt, quæ ad hominem non pertinebant, & ideo illa non scire non erat pœna, neque ignorantia: secus cùm deciperetur putans de re aliter, quàm esset. Primo, quia non scire ea, quæ ad ipsum non pertinebant, erat pura negatio, & nõ erat aliquid positiuum in anima, neque etiam erat priuatio, quia non erat negatio rei debitæ in esse, & ideo istud non scire non erat aliqđ malum in anima: vnde Deus permitteret illud, quia B
non erat malũ, & nihil adimebat de perfectione Adę. Decipi autem secus est, quia istud dat in anima aliqd positiuum, scilicet affirmare aliquid esse, vel affirmare nõ esse, & ista affirmatio erat inordinata, cùm esset de re aliter, quàm se haberet. Et iam erat hoc priuatio, cũ cogitaret homo, & affirmaret de eo, in quo veritas esse poterat, & necesse erat habere veritatem, vel falsitatem, & tamen non haberet veritatem: priuatio autem malum quoddam est, & tamen Deus debebat secundum ordinem suæ prouidentiæ seruare hominem illesum ab omni malo, & præcipuè circa partem intel- C
lectualem, ergo non permitteret ita decipi, quod erat malum quoddam. Secundo quantum ad hoc, quia licèt quædã essent non necessaria homini, neque pertinentia ad illum, vt ea sciret, & ideo non esset pœna nõ scire inquantum ad eum non pertinebant, inquãtum tamen de illis cogitabat, & aliquid asserebat, vel negabat de eis, iam efficiebat ea sua, & ideo prrtinebat ad eum illa scire, vt non ignoraret, quia prius nescire nõ erat ignorare: nunc verò si non esset ibi scire, non solũ erat nescire, sed etiam erat ignorare; cùm esset ibi assertio de aliquo qualiter illud non erat. De secundo cùm dicebatur, qꝓ non erat pœna, qꝓ Adam ab aliquo deciperetur; dicendum, quòd falsum est: erat enim pœna, quia non est simile, qꝓ Adam non sciret secreta cordis, & qꝓ deciperetur circa illa; nam non erat perti- D
nens ad Adam scire alienas cogitationes: cùm neque angeli boni hoc nouerint, sed solus Deus, & tamẽ pertinens erat ad Adam scire hoc, quod ei dicebatur, an verum esset, & quia ea, quæ ad ipsum pertinebant sciret in illo statu, statim efficeretur sciens per Deum id, quod ei dicebatur, an esset verum, vel non. Secundo, quia non erat Adæ pœna non scire cogitationes alienas, & tamen istud non erat cogitatio, sed dictum, & pertinebat ad Adam, inquantum ei dicebatur.

Obiectio. Sed adhuc obijcietur, quòd poterat decipi in statu illo homo, qa decepta fuit mulier graui deceptione, & maximè in re ad eam pertinente, scilicet in eo, per quod statum perdidit. Dicendum, sicut supra, quod decepta fuit, postquam desijt esse in statu innocentię: si autem permaneret ei innocentia, non potuisset de- E
cipi, vt crederet se posse esse, sicut Deus est.

Adhuc tamen obijcietur, quòd decepta fuit, dum esset in statu innocentiæ, quia diximus, quòd cùm decepta fuit credendo, quod posset esse sicut Deus, præcessit elatio quædam, per quam desijt esse in statu innocentiæ. Sed de illa elatione arguetur, quòd in illa fuit appetitus immoderatus excellẽtiæ, & qa istud est actus voluntatis, quæ voluntas non eligit, nisi diffinitũ ab intellectu, oportuit qꝓ intellectus iudicaret bonũ esse appetere honorẽ immoderatũ, siue appetere in illo gradu, in quo erat immoderatè appetere, & tñ iudicãdo illud decipiebatur intellectus, quia nõ erat bonũ

A appetere talem honorẽ, ideo dum esset in statu innocentiæ, deceptus est. Confirmatur hoc, quia quomodocunque dicatur, necesse est, quòd homo semper maneret in statu innocentiæ, quousque peccaret mortaliter, quia non poterat aliter perdere innocentiam, & tamen non poterat peccare mortaliter, nisi præcedente ignorantia aliqualiter, cùm dicatur lib. 3. Ethic. Omnis malus est ignorans, illa autem ignoran- Cap. 1.
tia erat in iudicando esse bonum, quod non erat, & hoc erat decipi: ergo necesse erat decipi hominem ad hoc quòd perderet innocentiam. Dicendum, quòd verùm est Adam fuisse deceptum, & Euam similiter ad hoc quòd perderent innocentiam, & illa deceptio fuit in eo, quod non excedebat facultatem ipsorum, sed ipsi poterant cognoscere quid erat bonum, & non deciperentur. Deus autem faciebat, quòd non deci- B
perentur in eo, quod excedebat facultatem eorum illuminando eos; sed in eo quod ipsi poterant per se cognoscere non concurrebat Deus supernaturaliter ad illos illuminandos, sicut ad hoc, quòd homo semper viueret, erat ei necessarium manducare, & euadere nociua, secundum corpus ab extrinseco, manducare erat in potestate hominis, quia habebat cibũ iuxta se; euadere omnia nociua non erat in potestate sua, sed in Dei potestate, ideo ad vitandum nociua operabatur Dei prouidentia, sed ad hoc quòd comederet non operabatur Deus, sed ipse homo: vnde nunc si non curaret manducare temporibus conuenientibus, qui- C
bus ratio iudicaret, debilitaretur, & moreretur, & in hoc non prouideret ei Deus, quia poterat homo sibi ipsi prouidere. Sic erat in deceptione, quædam erant, ad quæ scienda non se extendebat nostra facultas intellectus humani, & in illis Deus prouideret faciendo, quòd homo nunquàm deciperetur illuminando ipsum; quædam autem erant, ad quæ sufficiebat intellectus humanus, vt non deciperetur si aduertere vellit, & in illis Deus non prouidebat illuminando supernaturaliter, sicut neque prouidebat in defectu, qui proueniret corpori humano ex non manducare, cùm posset homo manducare, si vellet: ita fuit hìc, quia Eua & Adam potuerunt scire, an appetitus ille honoris esset malus, vel bonus, & non cogitauerunt, ideo decepti sunt, & Deus non illuminauit eos. Et ista deceptio fuit in statu innocentię, sed post eam non mansit innocentia in aliquo tempore, quia per actum illum, in quo decepti sunt, perdiderunt innocentiam. Et sic fuit principium peccati primorum parentum omissio quædam, scilicet, quia nõ cogitauerunt, quod cogitare debebant, siue accipiatur hìc omissio, vt est speciale peccatum, siue vt est circumstãtia consequens omne peccatum.

Ad quintum dicendum, qꝓ non fuisset hoc modo Quæs. 516
aliqua deceptio in statu innocentiæ, quia licèt in visu, Ad quin-
aut in alio sensu representaretur res aliter, quam se ha- tũ argum.
beret, non esset aliqua deceptio, neque in sensu, neque quæst. 512.
in intellectu. Nunc sensus iudicat de re, fm proportionem in qua recipit, & quia alia est proportio oculi ad E
rem distantem, alia ad rem de propinquo existentem, necesse est, vt alio modo representetur res de longinquo, q̃ de ppinquo, & qa natura rerũ hẽt, vt taliter fiat ista representatio, nõ est aliqua deceptio sic videri, neque ẽt erat deceptio quantũ ad intellm, quia intellus iudicabat rem, sicut erat, aut nõ aliter q̃ se haberet, qa licèt sensui appareret parua, non iudicabat intellus tantã esse pcisè, quanta appareret, sed maiorem eã iudicabat, qa nouerat esse distantiam inter eam & sensum, & sciebat illam distãtiam esse causam, vt minor iudicaretur. Et ideo licèt ignoraret videns quantitatẽ distantiæ, & consequẽter verã quantitatẽ rei, nõ tamẽ iudicaret eã aliter se hẽre, q̃ se hẽret, qa nõ iudicaret eẽ pcisè tãtam

quanta videbatur, sed iudicaret esse maiorem, quàm appareret, licèt illam magnitudinem nõ certificaret. Alla ratio erat, quam supra fecimus, s.q̃ multa erant, quæ nõ sciebant homines in primo statu, & sic quòd sequitur circa illa deciperẽtur; dicendum, quòd licet multa essent eis non cognita, tñ nulla essent ignorata, & in nullo deciperent. De primo patet, quia ignorantia non vocatur omnis nescientia, sed solũ nescientia illarum rerũ, quæ nobis necessariẽ sunt, aut conferũt, quia nescientia primo modo est pura negatio: secũdo modo est priuatio. Et quia illa, quæ non sciebant erãt non necessaria, aut non conferentia homini, non erat ignorantia non scire ea. Omnia aũt ad eos pertinẽtia perfectè nouerant, ideo nullam ignorantiã habebant. De secundo patet, quia decipi non est nescire solũ ad ignorare solũ, sed iudicare de re aliter, quã se habeat. Vnde primum, ideſt nescire est pura negatio, ignorãtia est priuatio, decipi est aliqualiter affirmatio, quia ponit aliquid, i. iudicare, & ideo in illo, de quo quis nihil purat, aut asserit, licèt nesciat, aut dubitet, nũquam decipitur. Sic enim erat circa ea, quæ nescirent primi parentes; nam in eis nihil diffinirent, & ita non errarent. Ita est de angelis, quia aliqua sunt, quæ nõ sciũt, cùm per superiores purgentur à nescięti̇a, vt ait Dionysius, & tamen illi nunquã errant, quia circa illa, quę nesciunt non præcipitant sententiam. Et sicut ad hominem prudentem, & rectè disciplinatum spectat nõ cupere ea, quæ facere non potest, ita pertinet ad eundem non diffinire in eis, quæ non scit, & ita non decipietur. Si tamen aliquid esset, in quo vellet determinare intellectum suum ad vnã partem in eis, quæ nesciret, & inciperẽt iam aliquo modo pertinere ad eũ, Deus concurreret illuminando intellectum circa illud, & ita non deciperetur sicut fieret, quando quis vellit aliquid dicere alteri, quod nõ haberet in corde: nam Deus illuminaret intellectũ eius, cui dicebatur, vt sciret an verum, vel falsum ei diceretur.

Neſcire, Ignorare, Decipere quid ſig.

Item hominis prudentis partes.

Queſ. 517 Vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & c. Quid ſig.

Continuando præcedentia, dicemus, quòd dicebatur supra 3. cap. Vidit igitur mulier, quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis aspectuq̃ delectabile. Est autem dubium, ad quid dicitur istud. Aliqui dicunt, quòd dicitur ad arguẽdum vitium mulieris, scilicet, quòd concupiuerit lignũ vetitum ad manducandum, cùm dicitur; Vidit mulier I lignum, quod esset bonum ad vescendum, ac si dicat: Ante hoc videbat lignum, quòd esset bonum, & pulchrum, sed non concupiscebat illud; ideo non videbatur ei bonum ad manducandum. Nunc verò, quia concupiscebat illud, dicitur, quòd vidit, quòd esset bonum ad manducandum; & ideo exprimitur in hoc vitium cupiditatis eius. Sed tunc dicetur ad quid dicitur, & pulchrum oculis, aspectuq̃; delectabile? Quia videri lignum pulchrum non erat peccatum, cùm Deus non vetuisset lignum videri, aut tangi, sed solũ manducari de eo. Aliqui dicunt, quòd non accipitur visio pro, vt solùm dicit ipsum actum videndi in se, & pulchritudo in visu, vt causat delectationem in videte, sed prout illa pulchritudo visa refertur ad cibum: sicut quædam sunt animalia, quæ non gaudent visu, K & auditu, nisi referendo ad gustum. Et ita quidam homines faciunt, vt dicit Aristo. lib. 3. Ethico. Et ita quia Eua referret istam delectationem videdi ad gustum, pertinebat ad peccatum, quia concupiscitur res verita, ita factum est supra 3. cap. quæst. 9. Sed dicendum veritatem esse, quod sacra scriptura in his verbis signauit, fuisse verisimile, quòd mulier vellet comedere de ligno illo, & etiam, quòd vellet credere verbis diaboli. Dixerat enim serpens, eritis sicut dij sciẽtes bonum & malum. Hoc mulier credidit esse possibile, quòd fieret, & fieri cupiuit. Sed dixerat Deus; in quocunque die comederis morieris, diabolus dixit; Nequaquam moriemini, & innuit, quòd Deus dixisset hoc quasi ex inuidia, ne gustando de cibo fierent sicut dij. Et ideo nunc dubitare poterat mulier quis verum dixisset, scilicet Deus, quòd morerentur, si comederent, aut serpens, quòd non morerentur, & ad hoc mulier voluit stare iudicio proprio. Respexit enim arborem si fortè apparerent ibi aliqua signa, quæ ostenderent veritatem huius rei. Et dicitur, quòd vidit lignum, quòd esset bonum ad vescendum, & pulchrum oculis, & ita ista potius ostendebant, quòd esset verum non morituros comedentes. Ideo cùm dictum serpentis adiuuaretur per ea, quæ in arbore apparebant, credidit Eua, quòd serpens verum dixerat, G & quòd non morerentur; Deus autem, quòd ex inuidia istud dixisset. Et istud valde concordat literæ, scilicet; Vidit igitur mulier lignum, ideſt quia Deus, & serpens contraria dixerant de ligno, voluit mulier videre quid verius videretur, & ad hoc aspexit arborem. Et hoc innuitur inquantum ponitur ista particula, Igitur, quæ facit consequentiam de præcedentibus. Alio modo adhuc potest accipi, quòd istud ponatur, vt ratio motiua mulieris ad manducandum. Fuerat enim vna ratio motiua deceptio diaboli, scilicet, q̃ efficerentur sicut dij comedentes de illa arbore, quæ efficaciter moueret. Adiungitur tamen alia, quę erat ex parte arboris, scilicet, quia erat pulchra arbor, & ideo ipsa inuitaret homines ad manducãdum ex se. Ista etiam ratio est conueniens, sed magis con- H uenit præcedens.

Alia expoſitio.

Queſ. 518 Quomodo Eua auſa eſt comedere de ligno vetito, nam non ſufficiebat, quòd eſſet lignum in ſe bonum ad cibum, & non eſſet peſtiferum, quia licèt ſanum eſſet, & moreretur manducans, non quidem, quia nociuum cibum comedebat, ſed quia cõtra mandatum Dei agebat, qui inferret mortẽ tranſgreſſoribus præcepti ſui. Dicendum, quòd in veritate ita erat. Non enim erat lignum illud ex ſe nociuũ comedenti, ſed ſalubre, ſicut cætera ligna, quia nihil nociuum plantauerat Deus in Paradiſo, vbi volebat non eſſe mortem, ſed iugem ſanitatem; & potiſſimè, quia Deus dixerat Adæ ſupra ſecundo cap. Ex omni ligno Paradiſi comede, & tamen Deus non iuberet aut concederet Adæ manducare de eo, quod erat cõtrarium vitæ. Ideo non erat in Paradiſo lignum aliquod nociuum: neque ideo Deus dixit, quod morerentur, quando manducarẽt, quaſi lignum hoc in eis efficeret cauſando mortem: ſed quia Deus faceret, quòd morerentur. Et ita fuit, quia Eua & Adam comederũt, & licèt lignum in ſe nihil eis noceret, mortui ſunt, quia Deus fecit, quòd morerentur.

Ligno vetito.

Quomodo Eua deceptus fuit.

Sed dicẽdum, quòd Eua non intellexit ſic verbum Dei, ſed quòd comedendo de arbore morerentur, quaſi arbor efficeret mortem, & ideo reſpexit ad arborem, an ipſa de ſe talis videretur, quòd comedenti mortem inferret, & nõ viſa eſt talis, ſed pulchra viſu, & bona ad cibum, & ideo credidit, quòd non moreretur, licèt Deus hoc dixiſſet.

Reſpondeo ad obiectum.

Sed obijcietur, dato quòd ita fuiſſet, ſicut diabolus dixerat, quòd nõ eſſet arbor mortifera, ſed Deus hoc dixiſſet, ne homines de illa manducando efficerentur ſicut dij, quare non timuit Eua, quòd poſtquam comederet, occideret eam Deus, quia valde offendebat eum faciendo contra eius voluntatem, & vſurpãdo id, quod ipſe vſurpari nolebat?

Dici poſſet, q̃ Eua credidit, q̃ manducando de ligno efficeretur ſicut Deus, quod diabolus dixerat, & ideo non poterat iam Deus nocere ei etiam ſi id vellet. Sed dici poteſt, quòd hoc non ſtat. Quia non dixerat diabolus, quòd comedẽtes efficerentur Deus, vel

vel Deo pares absolutè, sed solùm in scientia. s.q̃ essent sicut dij scientes bonũ, & malum. Ideo licèt hoc verum esset, cùm non acquirerent maiorem potestatem, poterat Deus illos occidere. Dici potest aliter, & melius, q̃ Eua non aduertit ad ista, aut nesciuit bene iudicare in illis. Nam postquam per inordinatum appetitum excellẽtiæ, corrupta fuit mens eius, & excęcata fuit in multum, tum quia relicta fuit naturali iudicio, tum quia ardens appetitus decipiebat eam, & ideo circa multa decepta est, sicut ipsa dixit supra 3. c. & ita in hoc esset. Sed adhuc obijcietur, quomodo Eua intellexit, q̃ comedendo de arbore moreretur, quaſi arboris fructus esset mortifer. Nam hoc dictũ fuit Adæ in statu innocentiæ, & tamen in illo non poterat quisquam decipi, sicut supra diximus, sed sic intelligendo deciperetur Eua, quia non erat ita, neque sic Deus intellexerat verba a se dicta, ergo deciperẽt. Dicendum, q̃ Adã & Eua, cùm acceperunt ista verba à Deo, non intellexerunt sicut postea Eua intellexit. Et hoc poterat esse dupliciter. Vno modo, q̃ Deus ista dixit, q̃ morerentur, & ipsi crediderũt Deo, quòd verè morerentur comedentes, & tamen causam mortis, aut modum non cognouerant, quia Deus illis non declarauerat, & ipsi etiam non quęsiuerant, non tamẽ decipiebantur, quia non putabant aliter, quàm res se haberet, quia de eo, quod nesciebant, non determinabant intellectum snum ad aliquid. Alio modo potest dici, q̃ Adam & Eua cùm audiuerunt ista à Deo, crediderunt, q̃ morerẽtur comedentes, & quòd hoc fieret non ex conditione arboris, sed quia Deus inferret illam pœnam propter transgressionem, tamen quãdo mens Euæ fuit corrupta per inordinatum appetitum excellentiæ cecidit à statu innocentiæ, & à perfectione, quæ competebat ei, secundùm illum statum. Ideo perderet tunc multas rectas existimationes, quas tunc haberet, & esset ista de illis, vnde inciperet putare, q̃ Deus illa verba dixisset, quaſi arbor esset illatiua mortis, quia hũc sensum sequebatur diabolus. Sed primus modus videtur esse facilior, vt non oporteat poni mutatam esse opinionem aliquã in Eua, quæ prius fuisset.

Alia dubit. enodatur.

Queſ. 519. Quo ſua ſine experientia potuit diſcretionem boni ad veſcendum.

Sed dicetur, quomodo dicitur; Et vidit mulier lignum, q̃ esset bonum ad vescendum, quia hoc nõ poterat illa videre, neque poterat cognosci nisi per expe- D rientiam, sed ipsa non experta fuerat, quia nondum comederat de illo ligno, ergo nõ poterat hoc videre. Dicendum, quòd accipiendo hoc strictè non poterat mulier videre, quòd lignum erat bonum ad vescẽdũ, quia istud sine experientia non cognosceretur plenè. Sed ista cognitio per signa. s. pulchritudo exterior arboris, & fructuum eius erant, quæ attestabantur bonã complexionem eorum, & ideo non esse mortiferos, & quia pulchritudinem illam vidit Eua, dicitur, quòd vidit esse bonum lignum ad vescendum. Sed obijcietur, q̃ hoc non stet, quia si sic acciperetur, non poneretur nisi, q̃ vidit esse bonum lignum ad vescẽdum, & tamẽ additur pulchrum visu, aspectuq̃ delectabile, ergo non sic intelligitur. Dici posset, quòd accipiuntur ista non vt distincta, sed ponitur, &, pro, ideſt. s. Vidit lignũ esse bonum ad vescendum, & pulchrum visu. i. Vidit E esse pulchrum visu, quia nihil aliud erat esse bonum ad vescendum, quam pulchrum visu. Sed obijcietur, q̃ non stet, quia esse pulchrum visu, & aspectu delectabile erant causa, vt Eua crederet esse lignum bonũ ad vescendum, sed causæ debent præcedere, sicut præmisse conclusionem, quia sunt causæ in inferendo, ergo non est ille sensus, quia ponuntur posterius. Dici posset, q̃ licèt istę essent causæ non ponuntur hìc vt causæ, sed vt expositiua: expositiuum autem non precedit exponibile, sed sequitur illud. Sed aliter potest intelligi litera illa & melius, scilicet quòd pulchrum

Reſpõdeo.

A oculis aspectuque delectabile, nõ ponantur hìc, vt causa, neque vt expositiua eius, quod dicitur; Vidit mulier lignum, quòd esset bonum; sed ponuntur vt aliqd distinctum, & ad reddendum aliam causam. Et est intelligendum, quòd posuit scriptura ea, quæ mouere poterant mulierem ad sumendum de fructu arboris. Nam ad hoc, q̃ quis velit comedere de fructu alicuius arboris, vel de quolibet alio cibo, possunt duo mouere. Primum est, quòd cibus ille sit sanus, & bonus corpori, secundum, quòd visui placeat. Nam vbi primum non fuerit, nemo appetit, quia cibus non est, vt videatur, sed vt manducetur. Secundum tamen cõueniens est, quia quidam cibi sunt salubres corpori, & licèt hoc de eis cognoscamus, non incitamur ad manducandum de eis, eo quòd non placent visui. Cùm autem vtrunque in cibis concurrerit, nihil est, quod amplius in eo desiderari possit. Vt ergo appareret, quòd mulier poterat incitari ad concupiscendum hunc cibum dicitur: Vidit, quòd esset bonum ad vescẽdum, & pulchrum oculis; ac si dicatur; nihil erat quod deesset, vt desiderari posset. B

Et ista est causa quare prius ponitur, quòd erat bonum ad vescendum, quàm pulchrum oculis, quia cũ ista ponantur vt causæ distinctæ appetibilitatis, debuit poni primum, quod erat maior causa. Sed magis mouet in cibo, quòd sit sanus, quàm pulcher, ideo dictum est, quia erat bonum ad vescendum, & pulchrum oculis. Et licèt verum sit, q̃ mulier non cognouit esse bonum ad vescendum per experientiam, quia nondum C gustauerat de fructu, sed solùm per visum, quia vidit esse lignum pulchrum, quia tamen pulchritudo arboris, & fructuum non ponitur hìc, vt causa, neque vt signũ bonitatis cibi, sed ponitur, vt causa distincta, ideo non præponitur, sed quia est causa minus ostendens concupiscibile lignum, quàm esse bonum ad vescendum, subsequitur. Sed quæretur, quare dicitur; Pulchrum oculis, aspectuque delectabile? quia videntur ambo pertinere ad idem. s. ad signandum pulchritudinem. Dicunt aliqui vno modo, q̃ in vtroque signatur pulchritudo, sed erat duplex pulchritudo, vna in arbore, alia in fructibus, & vtranque signauit scriptura. Dicendum, quòd non stat, quia si secundum rigorem literæ accipiatur, totum de ligno. i. arbore accipitur, & nihil de fructu, cùm dicatur, vidit mulier lignum, q̃ esset bonum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuque delectabile. Et ideo non poterat distingui de arbore, & fructu: accipiendo autem secundùm veritatem nihil intelligitur de ligno, sed totum de fructu, quia certum est, quòd lignum non erat bonum ad vescendum, sed fructus eius. Et etiam quando de pulchritudine dicitur, non intelligitur de pulchritudine arboris, sed fructuum, quia arbor non mouet, sed fructus. Aliqui dicunt, quòd signantur hìc duo. s. conuenientia figuræ fructuum, & suauitas coloris; vtrũque autem mouebat mulierem, & sic per ista duo nomina signatum est. Sed dicendum, quòd non stat, quia nomine pulchritudinis importatur vtrunque. Non est enim pulchrum, quod decentem figuram non habet, etiam si habeat mirabilem colorem, neque etiam pulchrum est, quod habet conuenientẽ figuram, si sit turpis color. Vtrumque igitur nomine pulchritudinis signatur. Dicendum ergo aliter. s. quòd signatur hìc causa, & effectus, primum est pulchritudo, secundum delectatio. Erat. n. lignum illud, & fructus eius pulchrũ quid. s. boni coloris, & conuenientis figuræ, & quia tale erat, sequebatur, quòd in videndo delectaretur videns, vtrunque autem signauit scriptura. Ideo dixit, lignum pulchrum oculis. s. q̃ in se lignũ erat pulchrũ, & aspectu delectabile. i. propter pulchritudinem delectarentur aspicientes in videndo. Et iste sensus est verus, &

Queſ. 520. Cur dicit: pulchrum oculis, &c.

Explicatio dubitationis vera.

rus,& conueniens literæ, quia non dixit scriptura solũ, F
quòd erat lignum bonum ad vescẽdum,& pulchrum,
atque delectabile,sed addidit. pulchrũ oculis,aspectuq;
delectabile. Quia si primo modo diceretur, intelligeretur,quod omnia referentur ad cibum.s.quòd erat fructus bonus ad comedendum,& delectabilis,& pulcher ad hoc. Sed scriptura voluit significare adhuc,ꝙ præter ea, quæ in cibo erant, vt concupisceretur arbor,posset concupisci propter id,quod erat in visu.s.quia arbor pulchra erat,& dicitur pulchrum oculis.i.non solùm ad comedendum erat bonum,& aptum,quod primo signabatur, sed etiam erat pulchrum oculis.i.ad videndum, quia visus iudicabat ibi esse bonitatem figuræ,vel lineamentorum,& suauitatem coloris,& hoc est pulchrum esse. Erat etiam delectabile aspectu.i.ad videndum.s.nõ solùm erat delectabile ad manducandum,sed etiam ad
Remouet obiectio. videndum. Sed obijcietur quòd positum est aliquid superuacuum. Nam si lignum erat pulchrum oculis, G
cùm pulchritudo afferat delectationem, satis erat dici, pulchrum,vt taceretur, quòd esset delectabile aspectu. Dicendum,quòd ponitur ad ostendendum,quòd in ligno erat omne,quod poterat mouere aliquem ad concupiscendum,quod non signaretur si illud tacuisset scriptura,quia aliquid potest esse pulchrum, sed tam parua est pulchritudo eius, quòd non facit delectationem videntibus,aut paucam,tale poterat hìc putari, si nihil exprimeret. Vt ergo putaretur, quòd erat delectationem ingerens visui,etiam expressum est.

Quæst.521 Quo Eua tulit d fructu,& comedit. Adiungitur supra 3.cap. quòd tulit mulier de fructu H
illius, & comedit. Rem verisimilem dixit: non enim aliud supererat nisi vt comederet, quia mulier crediderat dæmoni,quòd posset effici sicut Deus,quem honorem illa concupiuit, & putauit hoc se habituram si comederet de ligno. Credidit etiam,quòd nõ moreretur manducando,sicut serpens dixit, & ad capiendum maiorem certitudinem de hoc,conuertit se ad arborem,& vidit esse in ea omnia, quæ poterant mouere ad concupiscentiam,ideo cõcupiuit. Et quia nemo corporaliter impediebat de illa cibum sumere, accepit, & comedit.

Opinio Iudeorum aliquorũ. Dicunt autem aliqui Iudæi, vt Rabbi Sal. quòd mulier nolebat comedere de fructu arboris, quia Deus dixerat,quòd moreretur,si mãducaret,aut si tangeret, sicut ipsa asseruerat: serpẽs autem impulit eam corporaliter cogendo,vt tangeret arborem, & hoc vt crederet mulier, quòd si erat peccatũ in comedẽdo,iam cõmissum I
erat in tangendo, & ideo nõ dubitaret comedere, quia
Cõfutatio non poterat iam magis peccare. Sed dicendum,quòd est ridiculum. Primo, quia serpens non poterat impellere mulierem ad tangendum: non enim potest cogirari quomodo eam corporaliter impelleret ad tangendum. Secundo,quia per hoc non suadebat comedere, quia licèt mulier crederet, quòd tangere arborem erat peccatum; tamen tangere inuoluntariè non posset credere esse peccatum, quia peccatum est in actione, ibi autem nulla actio erat,sed pati. Tertio,quia per hoc magis mulier traheretur in contrarium,scilicet,vt non comederet de ligno,quod prius serpens suadebat. Nunc verò cũ violenter impellebat,putaret latere dolũ in serpente,& non faceret quod ille dicebat. Fecit tamen,er- K
go non impulit serpens Euam corporaliter. Quarto, quia Eua excusando se dixit, serpens decepit me, si tamen impulisset serpens cogendo corporaliter, maior excusatio ista esset, & istam exprimeret; sed nõ expressit,ergo non erat verum,quòd coegisset. Quinto,quia dictum Rabbi Salom. repugnat verbis sacræ scripturę, Nam ille dicit, quòd mulier nolebat tangere, quia dixerat Deus, quòd moreretur, & serpens coegit tangere; verba tamen scripturæ signant, quòd decepta fuit mulier credendo,quòd non moreretur,etiam si comederet, sed potius efficeretur sicut Deus: & tamẽ si serpens coegisset tangere,& inde comederet, discordarẽt illa verba. Sexto, quia scriptura signat, quia mulier etiam ex se ipsa mota est ad manducandum, & non timendum videndo pulchritudinem arboris, ergo non fuit mulier corporaliter impulsa, sed solum seducta à dæmone,& a se ipsa aliqualiter mota, & ita comedit.

Quæst.522. Cur Eua postquam comed. dedit viro suo. Quæretur, quare Eua cùm comedisset de fructu ligni vetiti, dedit viro suo. Aliqui dicunt,ꝙ fecit hoc ex inuidia, mulier enim seducta fuerat a dæmone, & comedit.;perditque iustitiam originalem, & bonum illum statum,in quo fuerat, in quo adhuc vir manebat, quia non peccauerat: inuidit autem viro suo, ꝙ ille maneret fœlicior ea, ideo ad hoc dedit ei de ligno, vt comederet & peccaret, & ita ambo essent æquales in miseria.Sed dicendum,ꝙ non stat,primo,quia dicitur res sine causa: non enim apparet,ꝙ mulier inuidiã,vel odium haberet ad virum, vt ista ei procuraret.

Secundo, quia falsum præsupponitur, scilicet, ꝙ illa crederet se peccasse, aut malum aliquod ex manducatione prouenisse: nondum enim apparuerat aliqua pœna in ea ex peccato, quia prima pœna fuit cognitio nuditatis,sed ista non fuit in Eua quousque comedit Adam,& tunc ambo simul agnouerunt se esse nudos,vt patet ex ordine literæ. sup.3. cap. Ergo non voluit Eua,ꝙ Adam incideret in malum, quod illa habebat,cùm nondum se cognosceret habere malum, & ita neque posset illud idem malum viro suo ex inuidia velle. Sed dicendum, ꝙ voluit hoc Eua primo ex quodam amore, quem ad eũ habebat; sicut enim vir ita diligebat eam, ꝙ noluit ei in aliquo displicere, ita Eua illum diligebat,ꝙ volebat ei in omnibus cõplacere. Et quia in hoc putauit se placere,dedit ei de illo. Secundo ad manifestandum suam lætitiam: omnis enim qui nimio gaudio repletur, vult illud manifestare & non cõtinere in se,quia pars quædam magni gaudij est ipsum gaudium alijs manifestare, & ideo qui taliter lętantur dicũtur exultare,idest extra saltare, quia conceptum gaudium non continent intra se; sed Eua valde gauisa fuerat, ideo gaudium suum volebat viro manifestare. Et verè manifestauit,tum quia diligebat eum,tum quia nullus alius erat,cui manifestare posset, quia soli duo tunc erãt in toto orbe in humana specie. Erat aũt gaudium Euæ magnũ, quia inuenerat,verum esse quod dixerat ei serpens,& putabat non esse verum quod Deus dixerat. Deus enim dixerat,quòd quacunque hora comederent de ligno illo morerentur; intellexit autẽ Eua, quòd statim, vt comederet moreretur: & quando diabolus ei dixerat,quòd non moreretur,dubitabat quid horũ esset verum, cùm verò comedisset, & non moreretur,neque aliquid mali in se sentiret,gauisa est nimium quasi liberata ab illo timore mortis, quem putabat Deum falsò posuisse ex inuidia, sicut diabolus dixerat. Secundo gaudebat mulier, & abundãtius quasi certificata esset de alio, quod diabolus ei dixerat. Duo enim serpens dixerat, scilicet, quòd non morerentur comedentes,& quòd efficerentur sicut dij scientes bonum & malum. Quando autem dicta sunt credidit mulier, quòd possent effici sicut dij per aliquid, & fortè comedendo de ligno,& tamen non erat certa de hoc, quia nondum comederat. Nunc verò quando comedit, & non mortua est,reperit verum esse vnum dictum serpẽtis iuxta intellectum suum,ideo credidit certissimè aliud verum esse,scilicet quòd efficerentur sicut dij scientes bonum & malum, hoc autem maximè excellentiæ erat,ideo de illo valde gaudebat Eua, & gaudium suum non sustinens sola dixit illud viro suo,& obtulit ei fructum,vt comederet. Tertio, quantum ad principale fuit, quia Eua diligebat virum suum, & volebat eum participem fieri boni sui, sed ipsa credebat iuxta dictum serpentis, quòd manducando

cando de illo ligno efficerentur sicut dij scientes bo- A
num & malum; ipsa autem comederat, & putabat hoc sibi prouenturum, ideo volebat, quòd etiam vir efficeretur sicut Deus, & ad hoc offerebat ei cibum, vt manducaret de illo. Quarto,quia fortè putabat mulier,quod virum comedere de ligno erat necessarium ad hoc, quòd ipsa efficeretur sicut Deus: nam licèt serpens soli Euæ loqueretur nõ dixit: Scit enim Deus, quòd in quacunque die comederis, aperientur oculi tui, & eris sicut Deus sciens bonum & malum, sed dixit, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij, & ita poterat credere Eua, quòd non aperirentur oculi eius ad sciendũ bonũ & malũ quoscq; ambo comederẽt,ideo voluit dare viro suo,& suadere ei,vt comederet.Quinto, & potissimè creditur,ꝙ hoc fecerit mulier mota a dęmone ad hoc; & potest fieri duobus modis; vno modo,quòd serpẽs foris suaderet mulieri,ꝙ daret viro suo de fructu, vt comederet: sicut enim cætera in voce ei dixerat ita & hoc diceret,licèt scriptura illud nõ exprimat. Alius modus est, quòd interius mouerit eam inflammando ipsam ad concupiscendum hoc,sicut nos tentamur a dæmone interius nulla locutione neque apparitione foris facta,& hoc poterat fieri, quia cùm semel perdidisset Eua iustitiam originalem, essetque constituta in illo statu, in quo nos sumus,pati posset easdem tẽtationes, quas nos, scilicet, vt interius inflammetur à dęmone. Erat autem dæmoni valde necessarium alterum istorũ facere, quia superata Eua si non deijceret Adam nihil fecerat,quia pereunte illa non peribat genus humanum, sed pereunte viro, ideo magnam adhiberet in hoc diabolus solicitudinem, vt per fœminam periret vir.

Quæst.523. Cur Eua primo fecit mentionẽ de dono, ꝙ Eua dedit viro suo. Quæretur, dato ꝙ Eua comederit, & dederit viro suo, quare scriptura istud expressit, quia poterat illa fecisse, & quòd taceretur, sicut & quædam alia tacentur. Dicendum,ꝙ hoc fuit conueniens exprimi primo, quia scriptura voluit ponere peccatum Adæ, & modum eius, eo quòd principale illud erat ad mutationẽ status humani generis, & quia fuit iste modus peccati eius.s.quòd comederet dante ei muliere, exprimitur illud. Secundo fuit ad excusandum aliam positionem originis peccati in Adam, nam si Adam peccaret comedendo, aut hoc esset dante ei muliere, quæ prius comederat, aut tentante eum dæmone, sicut tentauit Euam, & tunc oportebat poni quid serpens diceret Adæ. Vt ergo excuset se scriptura de hac narratione, dixit quòd non fuit illud, sed mulier dedit Adæ. Tertio ad ostendendum veritatem eorũ, quæ postea in excusationibus dicta sunt. Nam dixit Adam mulier dedit mihi & comedi, mulier dixit,serpẽs decepit me. Quomodo autẽ illa vera essent,ostenditur, cùm scriptura primo narrauerit seductionem mulieris, & deinde dicat, quòd illa comedit,& dedit viro suo. Quarto ponitur ad alleuiandum peccatum viri, aut saltem ad ostendendum conditionem eius, nam si vir comederet suadente serpente, esset seductus: si autem comederet offerente muliere, non esset seductus, sed illectus: grauius autem erat seduci. Et quia mulier, quæ seducta est credidit posse fieri sicut Deus, & concupiuit, propter hoc transgressa est mandatum Dei. Vir autem,qui non seductus est,nõ credidit se posse fieri sicut Deus,neque concupiuit illud, sed solum transgressus est mandatum Dei. Ideo alia conditio erat peccati mulieris, alia viri, & hoc signatur inquantum dicitur,quòd ille comedit offerente ea cibum, & non suadente dæmone. Quinto potest ad aggrauandum peccatum mulieris, quia non solum ipsa comedit & peccauit, sed etiam virum ad peccandum induxit, in quo tentatoris & diaboli vices exercuit, quia quod serpens facturus erat hoc illa fecit,ideo efficatius se habuit, quia eum,quem diabolus seducere non poterat,& quem aggredi timuit,mulier deiecit: multũ ergo addit hoc ad peccatum Euæ. Sexto,vt innuatur toti humano generi, quòd mulier fuit primordium perditionis suæ,quia non solùm peccauit,sed ad peccandum virum impulit. Septimo fuit ad iustificandum pœnas,quæ postea pro peccato datę sunt tam viro, quàm fœminæ. Nam viro datum est, quòd in sudore vesceretur pane, & non deficerent ei miseria & labor vsque ad mortem: fœminæ autem datum est,quòd pareret in dolore, & sub viri potestate esset, facta fuerant autem hæc conuenienter, vt Adam,qui solùm contra Deum peccauerat a Deo acciperet pœnam,scilicet, quòd in terra labores sustineret: fœmina autem peccauit contra Deum transgrediendo mandatum, & contra virum dando ei cibum B
vetitum ad manducandũ; ideo accepit pœnas a duobus,scilicet,quòd in dolore pareret, quod Deus faciebat,& quòd sub viri potestate esset,in quo ab illo pœnas acciperet. Vir autem, quia non peccauit contra fœminam,sed contra solùm Deum,non fuit fœmine subditus ad pœnam.

Quæst.524. Cur dicit: Dedit viro suo, & nõ Adę. Quæretur,quare dicitur supra 3.cap.comedit,& dedit viro suo,& non dicitur comedit,& dedit Adæ:cur enim vocat eum virum suum? Dicendum,quòd primo fit hoc,quia scriptura ita consueuit magis vocare eos virum & vxorem,quàm Adam & Euam, & ideo tenuit hìc, quod in alijs consueuit. Secundo, quia Adã & Eua sunt nomina naturæ, vxor & vir sunt nomina coniugij, sed scriptura proximè fecerat mẽtionem de eorum coniugio inquantum supra 2 cap. dixit Adam, hoc nunc caro de carne mea; & sequitur, adhærebit vxori suæ; ideo magis eos virum & vxorẽ vocat, quod proximè conueniebat, quam Adam & Euam,qđ conueniebat ab initio,vnde cũ Deus loquitur ad aliquem eorum, vel scriptura de eo loquitur,vocatur Adam vel Eua,aut mulier; quando tamen scriptura loquitur de eis, vt ipsi colloquuntur sibi vel aliquid inter se faciunt, vocat eos virum & vxorem, vt patet supra 2. & 3.cap. Hìc autem fiebat sermo, quòd ipsa daret ei de fructu, ideo dicitur, quòd dedit viro suo,& non dicitur,quòd dedit Adæ. Tertio ponitur vt innuatur causa dandi: cùm enim vocatur Adam & Eua sub nominibus personalibus significantur, quasi in nullo sibi attinentes: cùm verò vocatur vxor,signatur vt vna caro, & ideo vt multum se diligentes, sed Eua nũc dedit Adæ de fructu, quia diligebat eum, vt ille quoque efficeretur sicut Deus; ideo dicitur, quòd dedit viro suo,idest dedit ei,quia erat vir suus,& quia non signaretur idem,si diceretur dedit Adæ.

Quæst.525. Cur superata Eua dęmõ non tentauit Adam. Quæretur, quare postquàm serpens tentauit, & superauit Euam,non tentauit Adam. Dicendum,quòd hìc erant duo dubia. Primum quare diabolus non incepit tentare Adam,sicut cepit in Eua, aliud est cur superata Eua non tentauit Adam. De primo iam supra responsum est. De secundo aliquis dicet, quòd non tentauit,quia non erat opus cùm superasset Euã. Sed dicendum, quòd non stat, primo quia diabolus vtrique inuidebat, ideo non solum vellet deijcere vnum,sed vtrunque. Secundo, quia deijcere fœminam parum erat, virum verò superare erat omnia facere, quia peccante fœmina peribat totum genus humanũ, ideo vellet potius deijcere virum; nam non peccauerunt omnes homines in Eua, sed in Adam,ad Rom. 5.cap. diabolus autem magis cuperet perdere totum genus humanum, quam vnicum indiuiduum, ergo potius vellet Adam superare,quàm Euam. Aliter ergo dici potest, quòd diabolus non tentauit Adam, Alia respõ
postquàm tentauit Euam, quia non ausus est. Erat sio.
enim

enim vir in naturalibus perfectior, vt non posset facilè decipi, sicut Eua, ideoque licèt fœminam superauerit, non aggressus est virum. Quod propter duo fecit; primo, quia diabolus superbus est, erubescitque superari, & cum nunc hoc sibi futurum a viro timeret, non ausus est tentare. Secundo, quia si nunc tentaret eum, & non superaret, periret omnis alius modus quē contra ipsum haberepossēt. Vt ergo non impedirentur alij modi, non ausus est per se eum aggredi. Sed potest dici secundo quantum ad principale, quòd diabolus non tentauit per se Adam, sicut Euam tentauerat, quia habebat alium modum conuenientiorem, scilicet, vt per mulierem ipsum tentaret, & ita factum est. Nam suaserat mulieri impellere virum, qui dedit ei de fructu, & faciliter eum superauit.

Responsio magis vera.

Quæs. 526. An fuit cōuenientius Adam tentari p serpentē vel per mulierem.

Sed quæretur, quis modus erat conuenientior tentandi Adam, an quòd dæmon tentaret eum per serpentem, vel mulierem. Dicendum, quòd conuenientior erat per mulierem. Et patet primo iudicio diaboli, quia ipse elegit hunc modum, ideo putauit eum conuenientiorem, quia aliàs elegisset alium, cùm ipse nimis cuperet subuertere Adam. Secundo patet ex ipsa re, quia si serpens loqueretur Adæ, non poterat in hoc decipi, vt crederet eū posse fieri sicut est Deus, quod Eua credidit, & quòd hoc posset sibi per lignū præstari, quod etiam illa putauit, sed non fuit in alio tentatio Euæ per serpentem, ideo non erat conueniens modus, per mulierem autem fuit conueniens tentatio, quia non debebat ita seduci, sed allici. Facile autem erat eum allici per mulierem, quia diligebat eam tenerrimè, ideo vt quod placeret ei faceret, & ita hunc modum prælegit dæmon. Sed dicēdum, quòd sicut putauit dæmon, ita factum est, & tamen etiam si fœmina non induxisset virum ad comedendum, nihilominus tētaret eum diabolus, siue per serpentem, siue per alium modum, quia tāto ardore tenebatur diabolus, vt deijceret Adā, quòd non cessaret quousque experiretur in eo omnes modos tentationis suæ. Et licèt sit dæmon superbus, & doleat superari, tanta tamen inuidia tenebatur ad hominem, quòd potius pateretur superari, quam quod inexpertum relinqueret quicquid contra hominem moliri posset.

Quæs. 527. Cur Deus permisit Euam decipi. Vide supra q. 512.

Quæretur, cùm Deus in statu innocentiæ non permitteret homines decipi, sicut supra dictum est, quare permisit decipi Euam, & non reuelauit ei falsum, quod diabolus conceperat. Dici potest, quòd non decepta est Eua quamdiu fuit in statu innocentiæ, sed postea, scilicet, postquam cōcupiuit honorem inordinatum, in quo mens eius recessit a Deo: tunc enim credidit, quòd poterat esse sicut Deus, sicut supra diximus. Sed objicietur, quòd non sufficit, quia antequam caderet Eua de statu innocentiæ, fuit aliqua deceptio facta, vel inchoata, inquantum diabolus aliud loquebatur Euæ, & aliud mente gerebat, & in talibus dictum fuit supra, quòd Deus prouideret, ne quis in illo statu deciperetur illuminando intellectum eius, cui dicebatur, vt sciret an falsum esset, quod dicebatur. Dicendum, quòd diabolus locutus est ad mulierem, dum illa adhuc maneret in statu innocentiæ, & ille simulatè loquebatur, & tamen non erat necesse decipi Euam eo loquente; si necesse esset eam decipi, nisi Deus ei veritatem declararet, reuelaret Deus illi veritatem, & tamen non erat necesse decipi, quia non erat necesse, quòd Eua apud se diffiniret, quo animo verba dicerentur, sed solùm respiceret ad verba, quæ dicerentur an essent bona, vel mala, quod ipsa faciliter poterat, & ideo non deciperetur in illis. Est dicendum, quòd Deus reuelaret homini veritatem, ne deciperetur in eis, quæ excedebant facultatem intellectus humani, sed in eis, quæ non erant supra intellectum non reuelaret, relinquendo hominem sibi ipsi, vt iudicaret; nam si attēdere vellet, non deciperetur, si autem non vellet attendere, deciperetur, & tunc peccatum præcederet deceptionem, quia erat peccatum omissionis. Et iste ordo fuit in in tentatione Euæ, nam quādo serpens ei locutus est, simulatè loquebatur, & tamen non decepta est Eua in primis verbis serpentis, quando dixit; Cur præcepit vobis Dominus, vt non comedatis de omni ligno Paradisi, quia Eua non putauit, quòd serpens bono zelo loqueretur, neque etiam putauit, quòd malo zelo; nam si putaret, quòd malo animo, caueret ab eo, & nō audiret, vel non assentiret, & tamen non fecit. Etiam non putauit, quòd bono animo, aut sine fraude loqueretur, quia tunc deciperetur, cùm serpens loqueretur simulatè, sed neutrum cogitauit, quia non aduertit, & ideo habuit tunc quidem nescientiam, sed non decepta est. Postea autem quando respondente muliere, quòd præceptum fuerat eis, ne morerentur, dixit diabolus; nequaquam moriemini, sed eritis sicut dij scientes bonum & malum, decepta fuit mulier, quia insurrexit ei appetitus inordinatus excellentiæ, & quia cessauit per illum esse in statu innocentiæ; potuit de cætero decipi, & decepta est, quia non posse decipi erat priuilegium illius status. Cùm autem objicitur, quia re priusquam deciperetur Eua, nō declarauit ei Deus, quòd serpens simulatè loquebatur. Dicendum, quòd non reuelauit, quia Eua per se ipsam poterat videre, quia dixit serpens, non moriemini, & dixerat Deus, moriemini, & ita dæmon faciebat Deum mendacem, sed quisq; poterat videre, quòd hoc falsum erat, ideo Deus non reuelabat aliquid mulieri, quia ipsa per se cognoscere poterat falsitatem. Et verè illa cognouisset dæmonem falsa dicere, nisi appetitus inordinatus honoris insurrexisset ei, per quem cecidit a statu innocentiæ, & tunc propter paruitatem intellectus sui, tum & principaliter, quia possidebat eam magnum desiderium excellentiæ, non cogitauit sufficienter, & decepta est.

Cur Deus certiorem Euam non fecit de ijs serpentis.

Quæretur, cùm dixisset serpens mulieri, quòd si comederent efficerētur sicut dij scientes bonum & malum, & tamen non fuerit facta sic sciens, quomodo non mirata est, & non discredidit verbis eius, & quomodo non cessauit dicere viro, quòd comederet. Dicendum, quòd mulier non mirata est, immo credidit eis, verum esse verbum diaboli, & ob hoc dedit viro de fructu. Et aliqui dicunt, quòd non fuit mirata, quia factum est id quod diabolus dixerat, quòd efficeretur sciens, cùm post peccatū fuerint aperti oculi peccatorum. Sed dicendum, quòd non est verum, quia post manducationem de ligno non habuit Eua aliquam cognitionem, quam prius non habuisset. Secundo, quia etiam si aliquam haberet, quod falsum est, non esset talis qualem serpens dixerat, scilicet, eritis sicut dij, & tamen talem cognitionē nunquam habuit Eua, vel Adam, & patet, quia prius Deus irrisit Adam dicens: ecce Adam factus est sicut vnus ex nobis, sciens bonum & malum, supra 3. cap. ac si dicat, voluit, & nō potuit. Tertio, quia si dicatur, quòd habuerunt aliquam cognitionem post peccatum, quia aperti sunt oculi eorum. Dicendum, quòd non fuit cognitio, quæ esset perfectio intellectiua, sed potius esset experientia defectuum de nouo aduenientium: nam cœpit esse de nouo nuditas in Adam & Eua, quæ est quædam pœna, & prius non erāt nudi, & ideo hoc cognouerunt, sed hoc non fuit aliqua perfectio cognitionis. Quarto, quia etiam si hoc vocaretur aliqua cognitio, adhuc non superuenit postquam comedit Eua sola, sed postquam ambo comederunt; ideo semper manebat Euæ causa admirationis, quomodo non efficeretur sciens. Dicendum, quòd non admirata fuit Eua, licèt

Cum Eua fecisset, quæ promisit diabolus, quomodo non efficeretur sciens.

licèt non senserit in se aliquàm mutationem quantum ad scientiam. Et fuit primo, quia nondum fuerat lapsum tempus: dixerat enim serpens: scit Deus quòd in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & tamen dies ille, in quo comederat nondum erat lapsus, ideo nondum apparebat falsum esse quod dicebatur, neq; admirationis causa in Eua. Secundo, quia dixerat serpens, in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & intelligitur de Eua & Adam, & ideo poterat fortè illa intelligere, quòd non impleretur illud quousque ambo comederent, & sic non miraretur si non efficeretur sapientior, cùm nondum māducasset vir. Si autem ille manducarer, & non efficerentur ambo sapientes, tunc posset mirari de verbis serpentis, & tamen neque tunc mirata est, quia accidit sibi contraria passio. Nam agnouit se fuisse deceptam, & verum esse verbum domini; ideo non admirata est, quomodo non esset verum verbum serpētis, quia agnoscebat manifestè omnia esse falsa, quæ dixerat.

Quæs. 529. An Eua dixerit Adæ qua arbore erat fructus, vel quā dixerat.

Quæretur, quando Eua dedit viro suo fructum ligni illius, quomodo se habuit ad eum, & quid dixit ei, & an dixit, quòd erat fructus ligni vetiti vel non. Aliqui dicunt, quòd non dixit ei de qua arbore esset, vt sic illo comedere vellet, quia aliàs forte comedere non vellet. Dicendum, quòd hoc non stat, quia necesse est poni, quòd Eua dixerat de qua arbore erat fructus ille: primo, quia Adam peccauit comedendo de illo fructu, & tamen si Eua non dixisset ei, non peccauit. Pater quòd peccauerit, quia ita dixit Deus ipsi Adæ, vt patet supra 3. cap. & tamen si Eua non exprimeret, nesciret Adam, & non tenebatur quærere de qua arbore esset, cùm nullam faudem posset, aut deberet cogitare, ergo si illa non exprimeret, bona fide comederet, & ita non peccaret, peccauit tamen, ergo illa expressit. Secundo, quia si Adam nesciuisset de qua arbore esset fructus ille, quando postea Deus ab eo quæreret, quare comederat, responderet, quòd nesciret quid comederet, & esset conueniens excusatio, & tamen non respondit hoc Adam, ergo sciuit de qua arbore esset. Tertio, quia si Eua taceret de qua arbore esset, hoc faciens, vt ille comederet, iam esset dolus ex parte Euæ putantis malum esse manducare, & tamen vellet, quòd manducaret Adam, vt incideret in malum istud, & hoc non est verum, neque verisimile, quia Eua non putabat malum esse manducare de fructu illo. Etiam quia si dolosè tacuisset Eua, & inde sequeretur malum Adæ, abhominaretur eam ad mortem quasi hostem, quod non fecit, sed conuersatus fuit concorditer cum ea per totam vitam, ergo non tacuit Eua. Quarto, quia potius Eua bona fide ad Adam veniebat, ideo ei diceret de qua arbore erat ille fructus, nam crediderat Eua serpenti, quòd comedendo de illo fructu non morerentur, sed efficerentur sicut dij. Primum experta fuit, scilicet, quòd non erat mortua. Secundum credidit verum esse propter primum, ideo de futuro bono gaudebat quasi futura esset sciens sicut Deus, & quia virum suum diligebat, volebat ei commune fieri bonum illud, ideo afferebat ei fructum, vt de illo manducaret, & sic non taceret id, quod bonum æstimabat, sed potius cum gaudio magno aperiret. Quinto, quia non est verisimile, quòd aliter fieret tam ex parte viri, quàm fœminæ: nam cùm Eua, quæ prius absens erat à viro, nunc ad eum veniret orans, vt de cibo illo comederet, quod solitum non erat, verisimile erat, quòd aliquid diceret, vt eum ad rem insolitam inuitaret, & ita aperiret ei de qua arbore esset. Similiter ex parte viri: cùm enim nunc Adam videret sibi offerri fructum ad manducandum, verisimile est, quòd peteret quare ei offerebat cibum, quia ipse per se illa non offerente poterat accipere de quacunque arbore vellet, & ideo necesse est, quòd illa exprimeret, cur faceret, & ita non solùm nomen arboris, vnde sumpserat, sed etiam quare attulerat referret: Adam igitur sciret de qua arbore esset fructus. Dicendum igitur, quòd ordo videtur iste fuisse, quia Eua postquàm comedit, iuit ad virum suum ferens de fructu illo, siue hoc faceret optans eum fieri participem tanti boni, ideest quòd efficeretur, sicut Deus sciens bonum & malum, siue putans non posse aliter in ea compleri, quod serpens dixerat, nisi ambo comederent; & exposuit ei, quòd serpens dixerat ei omnia ex ordine, & comederat, neq; quicquàm mali ei aduenerat, ꝓpter quod credebat certissimè futurum, quod reliquum erat, scilicet, quòd efficerentur sicut dij, si comederent ambo, ideo orauit, quòd comederet, propter quod cùm nosset Adam cuius arboris esset fructus ille, peccaret comedendo, sicut si ipse sumeret de arbore, vt Eua.

Determinatur veritas.

Quæs. 530. Cur Adam voluit māducare de fructu, quē sciebat vetitum.

Quæretur, quare Adam voluit manducare de fructu ligni illius, cùm sciret à Deo vetitum esse.

Aliquis dicet, quòd voluit eo modo, quo Eua, qui etiam vetitum sciebat, sed manducauit putans, quòd efficeretur sicut Deus sciens bonum & malum. Sed dicetur, quòd non stat, quia tunc reduceretur Adam sicut Eua, cùm crederet esse posse, quod non poterat, & tamen Adam non fuit seductus, quia Apostolus prime Timoth. 2. dicit, quòd Adam non est seductus: Eua autem seducta in præuaricatione fuit, ergo non comedit Adam putans se futurum sicut Deus per esum ligni. Sed videtur dicendum, quòd Adam comedit, vt placeret vxori; rogabat enim illa eum instanter, vt comederet: ille verò tenerrimè diligebat eam, ideo vt non contristaret eam assentiens voluntati eius comedit, & hoc Augustinus sentit, quod videtur esse rationale. Et hoc apparet primo, quia si diabolus non sciret Adam talem esse, vt assentiret in ea re præcibus vxoris, non transmitteret vxorem ad illum, sed eam transmisit, & ipse per se tentare noluit, ergo ita Adam superaretur. Secundo, quia si Adam talis esset, vt decipi posset ex dictis mulieris, & deceptus manducaret, potius decipi poterat verbis serpentis, quæ erāt immediatè a diabolo prolata, quæ essent magis artificiosa, & plura dicere possēt, atque ad decipiendum efficaciora; sed diabolus non elegit modum illum, ideo non putauit, quòd Adam decipi posset, sed præcibus vxoris superaretur, quoniam eam diligebat: illa verò apud eum instaret, quia fortè putabat non se consecuturam quod serpens dixerat, quousque ambo comederent, quia ita dixerat: scit enim Deus quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij scientes bonum & malum, & ideo vt non fraudaretur Eua in desiderio suo, omnibus modis apud virum instaret, vt ille sumeret de cibo: ille verò precibus flexus, & si non putaret ex illo cibo se futurum vt Deus, māducauit cum placiturus vxori, ne tędio illa tabesceret, sed an Adam deceptus fuerit, & in quo infra dicetur.

Quæs. 531. De qua apertione oculorum intelligit.

Cùm autem Adam comedit fructum ab vxore oblatum, aperti sunt oculi amborum, scilicet vxoris & viri, vt dicitur supra 3. cap. & viderunt se esse nudos. De qua apertione oculorum dubium est, quid sit: aliqui dicunt, quòd verè aperti sunt oculi eorum, quasi prius non viderent, & tunc videre cœperint.

Sed istud falsum est, quod multis rationibus supra destruximus, potissimè quia immediatè ante hoc dicebatur, quòd mulier vidit lignum, & ita tulit de fructu eius, & comedit.

Alij autem dicunt, quòd aperti sunt oculi eorum, scilicet intellectus, cùm prius non intelligerent, tunc intel-

Opin. 2. intelligere cęperūt, & hoc vult Iosephus, scilicet, quòd plantatio illa causā acuminis erat, & intellectus libro primo Antiquitatum. Sed hoc falsum est, vt supra etiā tetigimus, nam lignum non poterat ita subito facere eos cognoscentes aliquid. Nam licèt bonus cibus disponat organa melius ad operationes intellectus non fit hoc subito, sed per successiones magnas, cùm cibus non conferat directè ad opus intellectus, sed indirectè, etiam quia falsum est, quod præsupponitur, scilicet, quòd prius non intelligerent: non enim crearet eos Deus in tali imperfectione, cùm perfecta sint opera Opin. 3. Dei. Alij dicunt, quòd creauit Deus illos habentes intellectum, & tamen erat ligatus intellectus, vt non possent intelligere quousque comederunt de ligno, & ita etiam dicunt aliqui, quòd primi parentes ante peccatum non potuissent carnaliter commisceri, quia licèt vim haberent, & organa ad hoc, erant vires ligatæ in his, vt non possent exire in actum ante peccatum. Sed dicendum, quòd istud est ridiculum, & est absurdum, est quidem ridiculum dici, quòd habebant potentias aliquas ligatas, quia perfectio rei non est in potentia, sed in actu, quicunque ergo potentiam ligatam habēt secundùm hoc imperfecti sunt, & tamen Deus non creauit eos imperfectos, cùm potius in statu innocentiæ maiorem perfectionem habuerint, quam post. Secundo, quia absurdum erat, quòd potentiæ soluerentur ad actus per peccatum, nam si aliqua ligatio, vel imperfectio concedi posset prius fuisset in primis parentibus, cùm inconueniens erat poni, quòd illa per peccatum tolleretur, cùm potius per peccatum fuerint inductæ pœnæ, vt patet supra 3. cap. ergo cùm comedendo de ligno illo peccauerint non aperiretur tunc intellectus eorum ad primum intelligendum, quasi prius non intelligeret. Tertio, quia si ita esset, non potuissent peccare, cùm peccatum non sit, nisi in rationem vtentibus. Etiam non daretur eis præceptū, cùm non detur, nisi intelligentibus quid iubeatur, & potentibus agere illud, & contrarium. Quarto, quia apparet, quòd ante hoc intelligebant, nam & mulier, quæ minoris perfectionis intellectualis erat, respondebat ante peccatum ad dicta serpentis, ergo erat intelligens: non ergo nūc aperti fuerunt oculi eorum, idest cęperunt intelligere. Alij dicunt, vt Rabbi Salom. q̄ Opin. 4. aperti sunt oculi amborum, scilicet ad cognoscēdum malum, nam ante hoc bonum solum cognoscebant, nunc verò etiam malum cognouerunt, & hoc incęperunt cognoscere, & ad hoc mouentur, quia lignum illud vocabatur scientiæ boni & mali, & ita comedendo de illo scirent bonum & malum; & quia ante hoc, quod comederant, non cognouerant malum: nunc verò cùm comedissent statim cognouerunt malum. Sed dicendum, quòd falsum est: primo, quia istud nō est possibile, quòd aliquis cognoscat bonum, & non cognoscat malum, cùm oppositorum sit eadem positio, & eadem disciplina. ergo qui cognoscit bonum, cognoscit malum; immo vnum indicat alterum. Secundo patet, quia etiam Adam & Eua ante hoc cognoscebant malum, quia cognoscebant mortem, nam Deus dixerat eis, quòd in quo die comederent de ligno illo, morte morerentur, supra 2. cap. & ita ipsi intelligebant quid nomine mortis signaretur, sed mors malum quoddam est. Tertio, quia motiuum ex nomine ligni non adiuuat. Nam si propter hoc, quòd comederunt de ligno illo, cęperunt etiam cognoscere malum, cęperunt cognoscere bonum, cùm illud vocetur lignum scientiæ boni & mali, ergo non stat, quòd prius cognoscerent bonum, & non malum.

Quarto etiam non adiuuat ad hoc dictum serpētis, nam dixit, quocunque die comederitis eritis sicut dij scientes bonum & malum, & ita ibi non significatur, quòd inciperent cognoscere bonum & malum, sed quòd peruenirent ad talem cognitionis gradum, vt viderentur esse Deus, cuius est altissima cognitio, vnde præsupponitur, quòd ante hoc tam bonum, quàm malum cognoscebant, & sic non est verum, quòd tūc apertus fuerit intellectus eorum ad cognoscendum malum, quod Rabbi Salom. voluit.

Dicendum igitur, quòd intelligitur aperti sunt oculi amborum, non ad cognitionem aliquam boni aut mali, sed solùm ad cognoscendum esse in eis iam nuditatem confusibilem. Et patet, quia dicitur, & aperti sunt oculi eorū; cumque vidissent se esse nudos &c. vnde non signatur per istam apertionem oculorum aliquid alterum, nisi vidisse se nudos. Si autem signaretur cognitionis nouæ gradus adueniens, siue prius haberent intellectum ligatum, & nihil intelligerent, siue inciperent intelligere aliquid genus rei, non diceretur, nisi aperti sunt oculi eorum, & tamen dicitur aperti sunt oculi eorum, & viderunt se nudos; ergo non fuit in eis alia cognitio, nisi de nuditate, & istud non erat aliquid de nouo cognoscere, quod prius non cognoscerent, sed aliquid habere de nouo, quod prius non habebant, & si illud haberent, cognoscerent, sed non poterant cognoscere sibi inesse, quod non inerat.

Et ita apparet, quòd sumptio cibi de ligno vetito non præstitit illis aliquem vigorem cognoscendi, nec; accelerabat vsum rationis, sicut Iosephus dicit, quia tunc cognoscerent ad quod prius cognoscere non sufficiebant, & tamen non fuit sic, cùm non dicatur, quòd aliquid cognouerint, nisi nuditatem, ergo ligum illud non conuincitur præstare aliquam cognitionem.

Quæretur quare ad signandum, quod dictum est dicitur aperti sunt oculi amborum, quia poterat dici, quòd viderunt se nudos, & non diceretur de apertione oculorum ipsorum.

Dicendum, quòd hoc secundum veritatem nihil aliud fuit, nisi quòd isti cognouerunt se nudos post peccatum, cùm hoc ante non cognoscerent, & istam cognitionem voluit signare scriptura per opertionem oculorum, & licèt nomine oculi, vel oculorum signetur aliquando intellectus, hic tamen non signatur.

Aliqui enim sic volūt accipere, quòd nomine oculorum accipiatur intellectus, scilicet aperti sunt oculi, idest intellectus ad cognoscendum se nudos, sed hoc non est verum, quia ad cognoscendam nuditatem nō requiritur intellectus, sed oculus, quia sensu diiudicatur, & ideo dicendum, q̄ oculi propriè accipiūtur pro oculis, & nō pro intellectu, licèt nō esset verū, q̄ prius essent clausi. Est autem cōsiderandum, q̄ scriptura sacra quando loquitur de cognitione, dicit aperiri oculos, vel aperiri intellectum, scilicet quādo quis cognoscit, quod prius non cognoscebat. Sed in hoc interdum largè, & in hoc est differentia, quia quædam sunt cognoscibilia solo intellectu, quædam verò sensu. Quando autem pro eis, quæ intellectu cognoscuntur, dicit aperiri intellectum, & pro eis quem sensu cognoscuntur, dicit aperiri oculos, loquitur propriè, quādo pro omnibus dicit aperiri oculos, loquitur large. Quia autem accipiatur large paret supra 3. cap. cùm serpens dixit ad Euam: scit enim Deus, quòd in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij scientes bonum & malum, & tamen ibi certum est, quòd agitur de agnitione eorū, quæ intellectu capiuntur. Primo, quia dixit scientes bonum & malum, & tamen bonum & malum non capiuntur sensu, sed intellectu. Secundo, quia dixit: Eritis sicut dij, vnde comparat hominem ibi Deo in cognitione, sed cognitio Dei est purè intellectiua, ergo non

go non accipitur ibi de cognitione sensitiua. Ideo potius debuisset dici aperietur intellectus vester, & tamē dixit largè accipiendo oculum pro intellectu, & sic accipit Aristoteles libro primo 6. Ethic. quòd intellectus est quidam oculus. Aliquando accipitur propriè, & tunc scriptura distinguit inter ea, quæ cognoscuntur sensu, & intellectu, & pro eis, quæ accipiuntur sensu dicit aperiri oculos, sicut Luc. 24. scilicet, Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum, & ipse euanuit ab oculis eorum. Quando aliqua capiuntur intellectu, dicit aperiri intellectum, vel sensum, quem scriptura accipit pro intellectu iuxta vulgarem consuetudinem, sic accipitur Luc. eod. cap. scilicet, Tunc aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas. Nam intelligere scripturas non est aliquid, quod sensu capiatur, id est visu, sed intellectu, ideo ad intelligendum scripturas debebat aperiri intellectus, & non oculus. Sciendum etiam, quòd licèt in cognitione sensitiua, vel intellectiua dicatur aperiri oculus, vel intellectus, tamen scriptura non consueuit hoc dicere, nisi circa illas res, quas aliquis prius cognoscere poterat, & non incepit prius cognoscere. Vnde quando aliquis potest videre rem, vtpote quæ præsens ei est, & nō videt, dicitur oculus eius clausus, vel impeditus, quia si non esset clausus, videret, sic accipitur Luc. 24. cap. scilicet, Iesus autem appropinquans ibat cum illis: oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent, & bene dicitur tenebantur, quasi violenter, quia si non esset aliquod impedimentum agnoscerent eum, qui præsens erat, quem videre soliti erant. Et ob hoc quando videdo cęperunt eum cognoscere, dicitur, quòd oculi eorum aperti sunt. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Et iste modus est circa ea, quæ intellectu capiuntur, nam quando proponuntur alicui intelligibilia, si non intelligit ea dicitur intellectus eius clausus, sicut de Iudæis dicitur, quorū intellectus est clausus 2. Corinth. 3. cap. scilicet, sed obtusi sunt sensus eorum. Vsque in hodiernum enim diē, id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum, & istud idem signatur Isai. 6. excęca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat oculis suis, & auribus suis audiat, corde suo intelligat, & cōuertatur, & sanem eos. Ita igitur cùm sacra scriptura proponatur omnibus, si qui eam non intelligunt, & dicitur clausus intellectus eorum, vel sensus, & cùm factum fuerit in eis, quòd intelligant, dicitur, quòd aperitur intellectus eorum, iuxta illud Luc. 24. Tunc aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas. Nunc verò id, quod cognoscendum erat, corporale erat, scilicet nuditas, & ideo oculis videndum erat, & quia hoc idem, quòd nunc in Adam & Eua erat prius extiterat, cùm prius non essent vestiti, sicut & nunc videtur, quòd ante hoc clausi erant oculi eorum, & ideo quando inceperunt videre hoc, dicuntur oculi aperti, & ita dicitur, quòd comedit, & aperti sunt oculi amborum, quasi dicat prius clausi tenebantur, aut videbantur teneri clausi.

Quæretur, quare non aperti fuerunt oculi Euæ statim, vt illa peccauit comedendo, nam videtur, quòd statim debuissent aperiri ad hoc, quod agnosceret se nudam, quia ista nuditas fuit quædam pœna data pro peccato, ergo cùm Eua quando comedit, peccauerit antequàm Adam manducaret, debuit statim illa cognoscere se nudam.

Dicendum, quòd si nuditas, & cognitio nuditatis esset aliquid secundùm se consequens peccatum hominum, qui steterant prius in innocentia, quod ab eis non separaretur, non potuisset Eua non pati nuditatē, & agnoscere eam, fuit tamen aliquid a Deo inflictum in pœnam pro peccato, ideo tunc esset, quando Deus vellet, & quia congruentius erat non statim manifestari in Eua post peccatum non apparuit nuditas.

Primo, quia Deus voluit non impedire tentationē Adæ, & tamen impediretur, si nuditas Euæ statim appareret, ergo nō debuit, nam si post peccatum statim Eua videret se nudam, erubescseret comparere ante Adam, & ideo non auderet ire ad offerendum ei cibum, potissimè quia putaret sibi accidisse hoc, quia de vetito ligno manducauerat, & ita non procederet ad dandum viro de illo.

Secundo, quia si Eua post hoc ad Adam iret, videret Adam eius nuditatem, & ipse quoque erubescseret, aut saltem miraretur, & ita vellet scire causam huius mali, & cognito, quòd de ligno vetito comedisset nollet ipse de eo comedere.

Tertio, vt aliqui volunt, vt esset maior confusio, nam si sola Eua vidisset suam nuditatē, quia sola erat, quando peccauit operiret se folijs ficulneæ faciens perizoma, sicut ambo postea fecerunt, & sic operta veniens Adam non erubescseret tam penaliter, ideo vt magis confunderentur debuerunt simul nudos se videre, vt mutuo sua verenda conspicientes nimis erubescerent, & sic non debuit Eua prius se videre nudam, quàm esset coram Adam, & ille quoque peccasset.

Quarto, vt quibusdam videtur, & satis rationabiliter, quia Eua peccante nondum erat peccatum consumatum, sed quādo peccauit Adam, ideo pœna non debuit inferri vsquequo peccaret Adam. Sed in hoc intelligendum, quòd peccatum Euæ dupliciter potest accipi; vno modo, vt erat peccatum personale; alio modo, vt posset se extendere ad posteros, & ita transiret ad naturā, sed primo modo dicendum, quòd peccatum Euæ consumatum erat in Eua, quia cum ipsa esset distincta persona ab Adam, neque dependeret ab eo per actum proprium mereretur: per actum proprium demereretur, nam anima, quæ peccauerit, ipsa morietur, Ezech. 18. cap. ideo non erat opus, vt alius peccaret ad hoc, quod Eua puniretur. Si accipiatur secundo modo dicendum, quòd peccatum in Eua non erat consumatum, quia peccatum Euæ non poterat transire in naturam humanam, eo quòd in Eua non fuit tota humana species, sed in solo Adam, ideo peccante ea non potuit tota natura infici, sed peccante Adam, vnde & nos non peccauimus in Eua, sed in Adam, sic dicitur ad Rom. 5. quòd omnes in Adam peccauerunt, & ideo inquantum peccante Eua, non erat peccatum consumatum, neque debuit pœna sequi. Sed obijcietur, quod debuit pœna sequi in Adā, quia inquantum Eua erat persona singularis, & per se peccabat, debuit in eam pœna venire, nam manifestum est, quòd pœnæ ei datæ non fuerunt pro peccato Adæ, sed pro peccato ipsius. Et apparet supra 3. vnde distinctè sunt pœnæ eius à pœnis Adæ, & sic ante Adam potuit erubescere. Dici potest iuxta hoc fundamentū, quia licèt Eua pro delicto proprio meretur pœnam, & passa esset illam; tamen quia hæc pœna assecutura esset speciem, sicut postea fuit, licèt non esset hoc pro peccato Euæ, sed pro peccato Adæ, debuit non inferri quousque ille peccaret, quo peccante, pœna ista consequi deberet totam speciem, & quia ita congruum erat, non fuit apparens aliqua pœna in Eua peccante, quousque peccauit Adam.

Quæretur an Adā & Eua ante peccatum erant nudi, vel non.

Aliquis dicet, quòd non, quia si essent prius nudi erubescerent, & tū non erubescebant, ergo non erant nudi. Alij dicunt, quòd erant verè nudi: primo, quia dicitur supra 2. cap. scilicet, Erat autem vterque nudus Adam, scilicet, & vxor eius, & non erubescebant. Secundo,

Peccatum Euæ dupliciter capi potest.

Obiectioni respondetur.

Quæs. 535. An Adam & Eua ante peccatū erāt nudi. Prima rō.

Secūda ratio.

cundo, quia scriptura ponit ibi, vt admirandum, quòd non erubescerent Adam & Eua, & tamen si essent nō nudi nihil mirum esset, quòd non erubescerent, sicut de nobis nemo miratur, quòd non erubescimus, quia non sumus nudi, ergo vt locum habeat id, quod scriptura, vt mirum ponit, dicendum est, quòd nudi erāt prius. Tertio, quia dicitur supra 3. cap. Aperti sunt oculi eorum, &c. scilicet ad cognoscendum se nudos; aperti sunt oculi eorum, quasi clausi, cùm non viderēt se nudos, cùm nudi essent, & tamen si essent prius non nudi non diceretur, quòd aperirentur oculi eorum ad cognoscendum se esse nudos, ideo prius nudi erant.

Respōsio. Dicendum, quòd Adam & Eua post peccatum fuerunt verè nudi, ante peccatum autem non erant verè

Prima rō. nudi, & tamen non erant vestiti. Primum patet, quia supra 3. cap. dicitur, quòd cognouerunt se esse nudos, ergo nudi erant quasi non decipiebantur in cognitio-

Secūda rō. ne. Secundo, quia erubuerunt se videntes, & tamen si non essent verè nudi, non haberent de quo erubesce-

Tertia rō. rent, ideo nudi erant. Tertio, quia agnoscentes se nudos fecerunt sibi perizomata, & tamen nulli accipiūt vestes, nisi qui nudi erant, quia vestes tollunt nuditatē,

Quarta rō. ergo Adam & Eua fuerunt nudi post peccatū. Quarto, quia ita confessus est Adam; nam cùm Dominus vocaret eum, Adam vbi es? dixit; vocem tuam audiui de medio Paradisi, & timui eo, quòd nudus essem. Secundum erat, quòd ante peccatum non erant verè nudi: primo, quia nuditas quædam pœna est, sed ante peccatum nulla erat pœna; ergo neque nuditas. Secundo, quia qui nudus est erubescit de nuditate, sicut in nobis est, & in ipsis Adam & Eua fuit, sed ante peccatum non erubescebant, ergo non erunt nudi. Sed dicendum, quòd ante peccatum vestes nō habebant, & patet hoc, quia supra 2. cap. dicitur, Vterque erat nudus Adam & vxor eius, & tamen si vestes haberent, non vocarentur nudi. Secundo, quia si vestes habuissent ante peccatum, haberent eas quando peccarent, sed non habuerunt tunc, ergo neque prius, patet hoc, quia si Eua vestita esset, quādo peccauit, & etiam Adā non erubuissent de aliquibus partibus corporum suorum, sicut neque nos vestiti existentes erubescimus, & tamen erubuerunt, ergo non habebant vestes. Secundo quantum ad hoc, quia si aliquas vestes accepissent homines a principio, etiam si tunc quando peccarent non haberent eas, vtpote quia se exuerant, induerētur statim eis, & tamen non induerunt, sed fecerunt perizomata supra 3. cap. ergo non habebant vestes, de quo

Nuditas dupliciter. magis infra dicetur. Hoc præsuppositio dicendum, q̄ nuditas dupliciter accipitur; vnomodo, vt dicit puram negationem: alio modo, vt dicit priuationem. Primo modo nudus vocatur omnis, qui vestes non habet, & hoc est largè dictum: nam sic etiam lapides vocabimus nudos, & arbores, quia nullas vestes habent, & etiam cœlum vocabitur nudum, quia non vestitum, sed hæc nullus dicit. Secundo modo accipitur vt priuatio, & propriè, & tunc dicitur nuditas carentia vestis, scilicet non habere vestes, & indigere eis, & sic propriè dicuntur homines nudi, qui vestes non habent, quia omnes homines indigent vestibus, qui ergo non habuerit eas nudus est, & propter hoc lapides nemo vocat nudos, quia licèt vestes non habeant, vestibus tamen non egent, & ita de reliquis, in quibus non est vsus, neque indigentia vestium. Accipiendo primo modo dicimus, quòd homines ante peccatum nudi erant, quia nullas vestes habebant, vt ostendimus. Accipiendo tamen secundo nō erant nudi, quia licet vestes non haberent non egebant eis, immo non erant eis vtiles ad aliquid, & ob hoc sequitur, quòd absolutè, & verè loquendo non erant nudi primi parentes, quia nuditas verè, & propriè dicta accipitur vt priuatio, & tamen in eis nulla priuatio erat, q̄ia non erat indigentia vestium, ergo no erant nudi, nisi largè quis nudos vocet, sicut qui lapides nudos diceret.

Quæst. 53. Solutio rationum in oppositū. Ad primū.

Dato hoc possumus respōdere ad argumēta vtriusque partis supra facta, quia illa diuersis viis procedunt. Ad prima, quæ probant non esse nudos, dicendum quòd concedi posset secundum modum loquēdi scripturæ, quòd Adam & Eua erant nudi, cùm dicatur supra 2. cap. quòd erat vterque nudus, & cùm obijcitur primo, quòd si essent nudi erubescerent, & tamen non erubescebant, concedendum, quòd non erubescebāt, & tamen dicendum quod non sequitur hoc, quod nō essent nudi: si enim nudus accipiatur secundo modo pro priuatione, verum est, quod omnes nudi erubescunt cùm vestes non habeant, & vestibus indigeant, & quia isto modo non erant nudi Adam & Eua non erubescebant, & tamē nudos vocat eos scriptura, quia vestes non habebant. Ad secundum dicendum, quod Adam & Eua erant aliquo modo nudi: eo modo, quo erant nudi, videbant se esse nudos: qualiter autem non erant nudi, non poterant videre se nudos, quia falsum, vel non ens viderent, & cùm dicitur, quòd non videbant se nudos, intelligendum est accipiendo nuditatem propriè pro priuatione, quia sic non videbant se nudos, cùm non essent, sed quia erant sine vestibus, ideſt non vestiti, videbant se non habere vestes, quod interdum vocatur nudum esse, & hoc ipsi videbant, & tamen quia hoc non erat malum aliquod, non erubescebant de illo.

Ad secundum.

Aliæ rationes ostendunt in contrarium, quia erant verè nudi, & tamen quia nos non confitemur eos verè nudos, dicemus quòd illa procedunt sumendo nuditatem largè prout est non habere vestes, vnde quando primo dicitur; Erat autem vterque nudus, intelligitur, ideſt neuter habebat vestes, quia non dederat Deus eis vestes, quando formauerat eos, sed quia vestibus non indigebant, non erant propriè nudi.

Expositio lectionis.

Ad secundum dicendum, quòd ponitur vt aliquid nouum, vel admirandum, quòd Adam & Eua non erubescerent, ideo concedendum est, quòd aliquo modo erant nudi, ideſt vestes non habentes, & dicendum, quòd non erubescebant, & secundum veritatem non erat mirum, quòd non erubescerent: immo mirum erat, quòd tunc erubescerent, sicut nunc est de pecoribus: vestes enim non habent, & genitalia sunt eis patentia, sed non erubescunt, quia erubescere non possunt, & mirum esset si erubescerent, quia non habent secundum quid erubescant, ita est de Adam & Eua in statu innocentiæ, quia licèt vestes non haberent, non erubescebant, quia non habebant, de quo erubescerent, & ideo non erat mirandum, quòd non erubescerent, sed sacra scriptura potius voluit ibi sequi opinionem, quam rei veritatem, vt conformaret statui nostro: nunc enim omnes vtimur vestibus, & si aliqui sint non vestiti erubescunt, & iuxta hanc conditionem status, erat mirum de aliquo, quòd vestes non haberet, & non erubesceret, ita dixit hic scriptura de illis, quòd non erubescebant, licèt nudi essent.

Expositio vide supra ad 2. & 3. cap. Ad tertium.

Ad tertium dicēdum, quòd illud dicitur, quia prius erant nudi, ideſt non habentes vestes, & post peccatum similiter, & tamen ante peccatum non egebant vestibus, & post peccatum indiguerunt illis, & sic postea viderunt se nudos, & non prius, sed quia æqualiter erant vtroque tempore non habentes vestes, dī, q̄ aperti sunt oculi, quasi prius hoc videre possent, & nō videbant, & tamen certum est, q̄ nihil erat in eis, q̄ nō viderent, quia se non habere vestes videbant a principio, & postea viderūt, & tamen se esse vere nudos non potuerunt videre, nisi quando vere nudi fuerunt.

Quæretur

Quæretur quare scriptura vocauit nudos Adam & Eua ante peccatum, cùm non essent vere nudi? Dicendum, q̄ nuditas accipitur dupliciter proprie, & largè, vt declaratum fuit supra, & vtrumque motiuum tenuit scriptura, aliquando accipitur nuditas largè solùm pro non habere vestes, sic sumitur supra 2. cap. Erat autem vterque nudus Adam & Eua, & non erubescebant, ideſt neuter habebat vestes. Aliquando sumitur propriè pro priuatione, sic habetur supra 3. cap. scilicet, Cumque vidissent se nudos, ideſt non habentes vestes, & vestibus indigentes. Cùm autem dicitur, quare scriptura sacra vocauit illos nudos, cum non essent verè nudi? Dicendum, quòd fuit, primo quia illa vtrunque voluit, scilicet veritatem tenere, & sequi modum loquendi nostrum, quia scriptura data est propter nos, ideo confirmat se modis loquendi nostris, quia aliter fiet inutilis nobis, inquantum voluit tenere veritatem, dixit nuditatem fuisse post peccatum, inquantum sequitur modum nostrum loquēdi, quo non habentes vestes nudos dicimus, dixit erat vterque nudus Adam & Eua. Secundo fuit ad ostendendum differentiam status illius ab isto: nam tunc erant homines non habentes vestes, & ita mansuri essent, si non peccarent nunc vero vestes acceperunt, quia vestibus indigent. Tertio fuit ad ostendendum excellentiam illius status super istum, quia tam beatus erat ille status, quòd homines tunc vestibus non indigebant, & non habentes eas non erubescebant, nunc vero illis indigent, & cum eas non habuerint erubescunt, sed hic non possent signari, nisi diceretur, quòd erant Adam & Eua tunc nudi, ideo debuit hoc dicere scriptura. Est autem verum, quòd potuit fert scriptura dicere, quòd Adam & Eua non erant vestiti, aut non habebant vestes, & non diceret, quòd erant nudi, & tunc esset propria locutio, quia importabatur sola negatio, & tamen scriptura non curat distinguere istos exactos modos proprietatis locutionis conformans se modo locutionis nostræ. Et quia nos non facimus differentiam aliquam in hominibus inter esse nudum & non habere vestes cum illi non haberent tunc vestes, dixit quòd erant nudi.

Et tunc apparet, quòd conuenienter posuit scriptura tamquam aliquid speciale, & nouum, atque admirandum, q̄ nudi essent Adam & Eua, ideſt non habentes vestes, & non erubescerent, quia voluit significare excellentiam illius status super istum, nam licèt non esset tunc mirandum, quòd non erubescerent nō est vestiti, immo potius mirandum esset, si quis nudus est, & non erubesceret, vt ergo ostenderetur differentia illius status, & huius dictum est, quòd erat vterque nudus, & non erubescebat.

Quæretur quomodo Adam & Eua post peccatum cognouerunt se esse nudos. Aliqui dicunt, q̄ hoc fuit, quia prius non videbant, quia oculi eorum erant clausi, quod patet, quia dicitur aperti sunt oculi amborū. Dicendum, q̄ hoc falsum est, quia ante peccatum habebant oculos aperros, sicut postea, & ideo videbant quicquid postea videre potuerunt, vt supra ostenditur. Alij dicunt, q̄ non cognoscebant prius Eua & Adam quid esset nuditas, ideo neque nuditate erubescunt. Dicendum, quòd neque istud est verum, quia fatuili non erubescunt propter defectum discretionis, sed Adam & Eua non se habebant sic, quia perfectum iudicium habebant, scilicet perfectionem naturalem adiūctam donis gratuitis, vnde tunc perfectius singula iudicarent quam post peccatum. Sed dicendum, q̄ cognouerunt post peccatum se esse nudos, quia tunc verè fuerunt nudi, prius autem non cognoscebant se esse nudos, quia non erant: vnde vtroque tempore rectè se habuerunt in cognoscēdo, quia co-

Gloss. Cur scriptura appellat primos parentes nudos, cū non fuerint.

Quæst. 53. Solutio rationum in oppositū. Ad primū.

Expositio vide supra ad 2. & 3. cap.

Expositio lectionis.

gnouerūt, sicut res se habebat. Ante peccatum enim non habebant vestes, & tamen non erant propriè nudi, quia vestibus non indigebant, ideo sciebant se non habere vestes, sed non cognoscebant se esse verè nudos, quia non erant verè nudi, & ideo non erubescebant, quia illud est de nuditate, tamen non habebant nuditatem, ideo neque poterant erubescere, post peccatum vero fuerunt verè nudi, quia vestes non habebant, & erant eis necessariæ, quia habebant aliquid, de quo iam erubescerent si non operirent illud, ideo dicitur post peccatum, quòd cognouerunt se nudos. Sciendum autem, quòd ante peccatum non erant verè nudi, & ideo non poterant cognoscere esse nudos, & tamen si accipiatur nudum esse large, ideſt non habere vestes, erant nudi, & cognoscebant se esse nudos, & hoc non repugnat scripturæ, quia sicut illa dicit eos fuisse prius nudos, ita non negat, quòd hoc non cognoscerent, sed quòd non erubescerent: nam non dicitur, erat vterque nudus, & non cognoscebant: sed, erat vterque nudus, & non erubescebant, & illud verum est, quia erubescere non sequitur, nisi ad veram nuditatem, quam tunc non habebant.

Attende quare post peccatum fuerunt nudi, & erubuerūt est enim diuinissimi doctoris diuinissima explicatio.

Post peccatum autem cognouerunt se nudos, quia verè nudi erant: nam vestes non habebant, & illis indigebant: erat autem indigentia propter hoc, quòd aliquid fuerat factum ignominiosum in corporibus eorum post peccatum, si non operiretur vestibus, & hoc fuerat solùm pro peccato, & non ex natura rei: nam si ex conditione corporum proueniret, cum eadem corpora essent, & eadem partes habentia ante peccatum, & post peccatum, vtroque tempore erubescerent, sed fuit in pœnam peccati, & ideo quod prius manifestabatur sine rubore, non potuit tunc patere sine confusione, & hoc est, quod Deus dixit Adæ supra 3. cap. Quis indicauit tibi, q̄ nudus esses? nisi q̄ de ligno, quod præceperam tibi, ne comederes, comedisti? ac si dicat ante hoc oculos habebas, sicut nunc aptos, vt videres, si eras nudus, & tamen non vidisti, neq; aliquis indicauit tibi, quomodo ergo vidisti nunc, q̄ eras nudus? quasi dicat, talis eras prius sicut nunc, & tamen quia peccasti comedendo de ligno vetito apparuit in te aliquid ignominiosum, quod prius erat honorabile.

Qū. 539. Cur dicit, & aperti sunt oculi amborū.

Quare dicitur, q̄ aperti sunt oculi amborum? Dicendum quod fuit, primo ad ostendendum veritatē huius rei, quam nemo nosset, nisi sacra scriptura aperiret; per apertionem oculorum signatur cognitio cōfusionis, & nuditatis, & tamen ista nuditas fuit amborum, ideo de ambobus dictum est. Secundo ad tollēdum dubium, quia posset quis intelligere, quod ista confusio vni eorum aduenisset, & non ambobus, q̄a forte peccatum erat inæquale, ideo dicitur de ambobus, vt tollatur error. Tertio fuit, quia post peccatum Euæ non ponitur aliqua cognitio nuditatis, & post peccatum Adæ ponitur, ne putaret quis, q̄ soli Adæ accidisset ista nuditas, & cognitio eius, ideo dicitur, q̄ ambo viderint se nudos, licèt non viderunt quousque peccauit Adam. Quarto, quia postea veniente dño in Paradisum non fit mentio de nuditate Euę, sed Adæ solius; nam ille dixit Deo: Timui eo q̄ nudus essem. supra 3. & ita putaretur forte ille solus nudus, ideo dicitur de ambobus. Quinto, vt reddatur causa eorum, quæ infra dicuntur: dicitur enim q̄ fecerunt sibi perizomata, & tamen vnus tantum faceret sibi vestem, si vnus solus agnosceret nuditatem, ergo debuit dici, quòd oculi amborum aperti sunt.

Qū. 540. Cur scriptura nō dixit de Adā & Eua & oculi eorum tenebantur ne agnoscerent se nudos.

Quæretur quare scriptura non dixit de Adā & Eua qđ oculi eorum tenebatur ne agnoscerent se nudos? Nam vr qđ debuit dici, quia vbi ponitur quod aperti sunt oculi alicuius, dī prius quod oculi eius tenebantur:

tur: sic patet Luc.24.cap. cilicet, Oculi autem eorum tenebãtur, ne eum agnoscerent, & postea dicitur eodẽ cap. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum. Dicẽdum, ꝙ qñ dr̃ de aliquo propriè, ꝙ oculi eius aperiũtur, dr̃ ẽt prius, quia tenebãtur oculi eius, vel percussi erãt cęcitate; cũ aũt largè hoc dr̃, nõ oportet ꝙ dicatur, ꝙ oculi tenebãtur, vel erant percussi cęcitate: dici aũt, ꝑpriè aperiri oculos est, qñ quis hñs aliquã rẽ, quæ videri poterat, non videt eã, quasi oculi eius clausi sint, & tũc dr̃ quod oculi tenẽtur, ſ. violenter ab aliquo ne videant, vel percutiuntur cæcitate, & ita est in eo quod allegatur Luc.24. Sed hìc accipitur largè aperiri oculos, ideo non debuit dici, ꝙ oculi eorum tenebantur. Et apparet hoc, quia discipuli, qui sępè Christũ viderant, ibant cum eo in via, & cùm ipſe agnoscibilis esset, non agnoscebant eum, ideo videtur, quòd hoc nõ erat, nisi quia oculi eorum erant aliquo modo impediti, & istud signauit scriptura, dicens: Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent, scilicet, si liberos ab omni impedimento oculos haberent, agnoscerent illum, quẽ videbant, & agnoscere soliti erant, & tamen non agnoscebant, ergo impeditos oculos habebant, & hoc erat teneri, idest, violenter auerti a cognitione, & ob hoc quando isti postea cognouerũt Christum, dicitur quòd aperti fuerunt oculi eorum. Aliquando autem dicitur de aliquibus, quòd percutiuntur cæcitate, quãdo videntes manẽt, & tñ aliquod est corã eis, quod nullo modo vident, licèt illud nõ occultetur eis, & quantũ ad illud habent se quasi cæci, & istud fit dupliciter; vno modo, qñ id, quod corã eis positũ est, nullo modo vidẽt, cũ tñ nõ sit occultatũ. Secũdò modo, qñ illud vident, & tñ non cognoscunt; licèt alias solerent illud agnoscere. De primo sicut fuit in viris Sodomitis, qui circundederũt domũ Loth, quos Angeli percusserunt cęcitate a minimo vsq; ad maximũ, ita vt hostiũ domus inuenire nõ possent, infra 19. cap. Illi quidẽ cętera videbant, & tñ hostiũ domus, qđ coram eis erat non videbant: certum est tñ, ꝙ isti non erant facti cæci simpliciter, quia si ita fuisset, cessarent inquirere hostium domus, & agnoscentes se a Deo ita percussos desistẽrẽt ab illa praua cogitatione, & tamẽ non desistebant, sed quærebant semper hostium domus, ideo non erant verè cæci, sed solùm quantum ad illam rem erant quasi cæci. De secundo patet, vt in seruis Regis Benadab, qui quærebant Eliæum in vrbe Dothaim: exiuit enim ad eos Eliæus orans, quòd percuteret eos cæcitate, quod factum est, vnde ipſe duxit eos vsque in Samariam, & cùm essent in platea eius, orauit Deum, vt aperiret oculos eorum, & aperti sunt, & agnouerunt tunc se esse in Samaria, & isti dicuntur percussi cæcitate, lib.4.Regum 6.cap. Non quòd aliquid esset, quod non viderent, sed quia ipſas res, quas videbant, non agnoscebant, & patet quia videbãt Eliæum coram se, qui dirigebat eos, & ipsi aut aliqui eorum prius eum agnoscebant, & tunc non agnouerũt, etiam ciuitatem Samariæ sæpè viderant, & cognoscebant, nunc verò non agnoscebant quousque aperti fuerunt oculi eorum. Vnde dicitur eod. cap. Aperuit Dñs oculos eorũ, & viderunt se esse in medio Samariæ. Simile aũt erat de Christi discipulis: nã videbãt eum in via, & loquebantur ad illum, sicut Syri cũ Eliæo, & tamẽ non agnoscebant eum. Sed est differentia inter eos & Syros, atque Sodomitas. Nam de illis dr̃ ꝙ percussi sunt cęcitate, & de discipulis solũ dr̃, ꝙ oculi eorum tenebãtur; rõ est, quia percuti cæcitate dicit pœnam infli&tam, pœna autem est pro peccato, ideo in illis, quos scriptura signat malè agere, dicit cæcitate percussos a Deo. In eis verò, qui non malè agunt, non dicitur quòd percutiantur, quia pœna non infertur nisi peccantibus. Sodomitæ autem pessimè agebant, ideo dicuntur cæcitate percussi: Syri etiam prauè agebant, quia Dei Prophetam innocentem ad mortem quærebant, ideo vtrique cęcitate percussi dicuntur, ne agerent quod volebant. Secus de discipulis, qui nihil mali agebant, & de bono, idest, de Christo ardenter colloquebantur, ideo non dictum est, quòd percussi sunt cæcitate, sed quòd oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent, quod etiam propter aliquod bonũ fiebat.

Percuti cæcitate quis dicatur.

Sed conueniunt in hoc Syri & discipuli, quia vtrorumque dicuntur oculi aperti: nam postquàm fuerũt in medio Samariæ dicitur, ꝙ aperuit Dominus oculos eorum, & viderunt vbi erant. Etiam de discipulis dicitur, quòd aperti fuerunt oculi eorum, & agnouerunt eum, quia signantur vtrorumque oculi prius impediti, sed de Sodomitis licèt scriptura dixerit, ꝙ fuerũt cęcitate percussi, sicut de Syris, non dixit, ꝙ aperuisset Deus aliquando oculos eorum, sicut aperuit oculos Syrorum, & hoc fuit, quia consummata erat iniquitas eorum, vnde & Deus in ipſa nocte deleuit eos cum vrbe. Nunc redeũdo ad propositum dicetur, ꝙ de Adã & Eua non dixit scriptura, ꝙ oculi eorum tenebantur, vel ꝙ percussi erant cæcitate; non secundum, quia hoc signat pœnam, quæ nunquàm datur, nisi pro peccato, & tñ in statu innocentiæ nõ erat peccatum, ideo neq; pœna: neq; etiam dr̃ primum, quia teneri dicuntur oculi illorum, qui rem coram se positam non vident, aut non cognoscunt, cùm illa non sit occulta, & ita erat tam de Syris, quàm de discipulis. Nam Christũ illi videbant, quem cognoscere soliti erãt, & nũc quoque cognoscibilis erat, & tamen non cognoscebant. Sed de Adam & Eua nõ erat sic, quia nihil erat, quod videri posset, quod non viderent, ergo non tenebãtur oculi eorum. Nam in statu innocentiæ non habebant vestes, & hoc ipſi videbant, non tamen habebant nuditatem, quę est priuatio vestium, cùm eis non indigerent, neque aliquid confusibile tũc haberent, & ideo neque illud videre poterant. Cùm autem peccauerũt, fuerunt verè nudi, quia habuerunt aliquid in corporibus suis, quod turpe erat patere, & hoc statim cognouerunt; ergo nunq̃ fuit tempus, in quo oculi eorũ tenerentur, & hoc signauit Deus, dicens: Et quis indicauit tibi quod nudus eras, nisi quia de ligno de quo præceperam tibi, ne comederes, comedisti? quasi dicat; ante hoc non eras nudus, & ita non poteras te videre nudum, neq; aliquis tibi poterat indicare, sed quia peccasti, accidit tibi hoc, & ita non debuit dici, quòd tenebantur oculi eorum, quia in nullo tenebantur.

Quæſtio.

Sed dicetur, si non tenebantur oculi eorum, quomodo dicitur quòd aperti sunt oculi eorum? quia nõ aperitur, nisi quod clausum erat. Dicendum, ꝙ hoc ponitur largè, quia non est propriè aperiri, & tamẽ ideo dicitur, ꝙ post peccatũ nihil minus fuit vestitus Adã, quàm prius, sed prius non erubescebat de nuditate, & erubuit tunc: ergo apparet quòd tũc vidit, quod prius non videbat, & hoc erat aperiri oculos, & hoc concordat modo loquendi scripturæ, quia supra dixerat 2.cap. Erat autem vterque nudus, & tamen tunc non videbant se nudi, & nunc viderunt: ergo poterat dici, quòd aperiebantur, sed ad veritatem, & proprietatem non dicitur, & quia circa istam nuditatem aliquando loquitur scriptura propriè, aliquando largè, sicut supra ostendimus, voluit in hoc propriè loqui, ideo non dixit quòd oculi eorum tenerentur.

Reſpõ-

Dicitur autem: Cumque cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. De quo aliquis petet, quare factum est: respondebitur, quòd non habebant vestes, ideo fecerunt uestes, quas potuerunt. Circa quod dubitatur, an homines ante peccatum habebant uestes,

Reſpondebitur, ꝙ non, primo quia supra 2. cap. dicitur, erat autem vterque nudus, & tunc erant in statu innocentiæ, ergo non habuerũt vestes in statu illo. Secundo, quia si vestes habuissent homines ante peccatum, semper vterentur eis, & ita quando peccarent non inuenirent se nudos, neque erubescerent, & tamen erubuerunt. Tertio, quia dixit Adam ad Deum: Timui eo quòd nudus essem, & tamen si prius esset vestitus, non esset tunc nudus, quia prioribus vestibus vteretur. Quarto, quia dicitur supra 3. cap. quòd consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata, & tamen si vestes prius habuissent, etiam si accidisset eos nudos inueniri, quando peccarent induerentur statim vestibus suis, maximè cùm nuditate erubescerent, & tamen non habuerunt aliud remedium contra nuditatem, nisi facere sibi perizomata, ergo vestes non habuerant prius. Quinto, quia quando Deus emisit eos de Paradiso, dedit eis vestes pelliceas, supra 3. c. & tamen si ante peccatum vestes habuissent, cùm illis emitterentur, & non fierent eis aliæ, ergo non habebant prius vestes. Dicendum, quòd istud indubitatũ est, quòd ante peccatum nullæ vestes fuerint hominibus, sed post peccatum incœperunt eas habere

Qñ ꝓ. An homines debuerint habere vestes ante peccatum.

agentibus ipſis aliquid, & prouidente eis melius Deo. An homines debuerunt habere vestes ante peccatũ. Aliqui dicunt quòd sic, quia Deus non debet facere aliquid, quod inhonestum, aut turpe videatur, sed hominem esse nudum est turpe, ergo Deus non debuit hominem nudum relinquere, & sic quando eos formauit, daret eis vestes. Secundo, quia corpus Adæ erat adhuc passibile in statu innocentiæ, cùm esset potens mori, & ideo a nociuis per prudentiam cauere deberet, & tamen frigus, & calor, & cętera agentia alterant corpora nuda propter teneritudinem, ergo vestes fuerunt necessariæ ad tollenda incommoda hæc. Tertio, quia nihil vnquam fuit honestius, quàm Christus, cuius vita fuit regula totius honestatis, sed Christus vsus est vestibus, sicut euangelistæ signant: nam mulier tetigit fimbriam vestimenti eius: Luc. 8. cap. & in passione domini exuerunt eum vestimentis suis, & diuiserunt eas sibi milites, atque sortiti sunt. Ioan. 18. & 19. cap. ergo honestum erat hominibus vti illis, & sic Deus illis vestes daret. Quarto, quia Deus non despicit opera sua: diligit enim omnia, quæ sunt, & nihil odit eorum, quæ fecit; sapien. 11. cap. & tamẽ despicitur homo, quando relinquitur sine vestibus ab eo, qui eum vestire poterat. Isa. 58. Cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Cùm ergo Deus posset vestire hominem, quem formauit, vestiret eum, ne videretur esse contemptus ab eo.

Quinto, quia Deus daret homini omnia ad vitam necessaria, sed principiũ vitæ est vestis, ergo daret Deus homini condito vestem. patet Ec. 19. cap. scilicet. Initium vitæ hominis aqua, & panis, & vestimentum: ista tria ponuntur, quasi æqualiter pertinentia ad vitam hominis, & tamen homini condito dedit Deus statim fructus Paradisi, qui vocantur panis, quia omne, quod comeditur uocatur panis: primo lib. Reg. 14. cap. & lib. 4. Reg. 6. dedit etiam ei aquam Paradisi, quæ erat ibi abundans, ergo & daret vestimentum.

Qñ ꝓ. Cur Deus non dederit primo homini vestem.

Dicendum, quòd Deus non dedit homini mox cõdito vestem, neque quamdiu mansit innocentia, vt ostensum est. supra quæst. 541. neque etiam habiturus esset vestem si maneret in innocentia, sed habuit illã abundantius se habet circa hominem, quàm circa pecora in tantum, ut non dicatur habere curam de pecoribus: dicitur primo Corint. 9. cap. Non est Deo cura de bobus, & tamen omnibus animalibus prouidit in omnibus necessarijs, & ad pulchritudinem per-

Alph. Tost. super Gen.

tinentibus, dando ea illi in creatione ipſorum, vt ea haberent secundum naturam, ergo a fortiori prouideret hominibus, ideo si operimentum esset homini necessarium ad viuere, aut ad bene viuere, dedisset ei aliquid in natura, aut factum, quo operiretur, sed quia nõ erat conueniens, non dedit ei Deus. Quædam autem operimenta erant necessaria, aut valde vtilia, & ista dedit Deus homini, vt inessent ei secundum naturam, sicut patet de capillis, qui pro velamine dati sũt. primo Corinth. 11. cap. Mulier si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt, sed alia velamenta non dedit Deus, ergo videtur, ꝙ non erant alia conuenientia.

Secunda, quia vestes sunt ad operiendam nuditatẽ, sed nulla nuditas fuit, neque esse poterat ante peccatum, ergo neque vestes debuit Deus dare homini: patet quia nudus est, qui operitur. Isa. 58. cum videris nudum operi eum. quòd autem non esset nuditas, patet ex verbis Dei, cùm enim dixit Adam: Timui eo quòd nudus essem. Ait Deus: quis indicauit tibi, ꝙ nudus esses, nisi quia de ligno, de quo præcepi tibi ne comederes, comedisti? quasi dicat; si non peccasses, nunquã fuisses nudus, ergo non erat aliter necessaria vestis.

Tertia, quia tolluntur causæ, ex quibus nos habemus vestes: est enim præcipua causa confusio quędã, qua erubescimus, quando nudi sumus, quod ibi non esset: nam erubescimus nunc, quia apparent in nobis quędam partes corporis, quas turpe iudicamus manifestas habere, tunc autem non esset, quia ista tupitudo fuit ex quadam inobedientia partium corporis, aut virium partis sensitiuæ contra rationem, sed hoc non erat ante peccatum, ideo non erat aliqua causa operiendi ex hac parte, cùm neque esset verecundia: patet, quia supra 2. cap. dicitur: Erat autem vterque nudus, & non erubescebant.

Quarta, quia alia causa propter quam nunc vestibus indigemus est, vt muniamur contra nocumenta continentis, scilicet contra frigus, & calorem, & cætera, quæ alterant, & tamen non esset ibi aliquid, quod noceret horum, ergo neque vestium vsus esset.

Qõ. 544. Rõnes ꝓ aduersaria parte dilu untur. Ad primũ. An primi homines debuerint naturaliter cærere uestibus.

Ad rationes factas in contrarium. supra quæst. 542. respõdebimus, ad primam cùm dicitur, ꝙ Deus nõ fecit aliquid inhonestum, concedimus, cùm Deus non solùm faciat opera sua bona, & etiam valde bona, supra primo cap. sed etiam perfecta, Deuteron. 32. Ideo opera Dei pulchra sunt, & nihil turpe, aut immundũ in eis inueniri potest. Vnde si vestes fuissent homini necessariæ secundum conditionem naturę ante peccatum, vel Deus prouidisset naturaliter dando aliqua operimenta, quæ essent hominibus innata, sicut pili innascuntur pecoribus, vel saltẽ homini formato dedisset vestem, sed quia non putauit conueniens, non dedit. Aliquis dicet ad hoc, quòd vestes erant homini conuenientes secundum naturam, & tamen Deus non dedit ei illas, quia dedit ei prudentiam, & ingenium secundum quæ sciret sibi de necessarijs, & vtilibus prouidere; sic innuit Arist. lib. 1. Politicorum. c. 1. scilicet, Homo autem non habẽs arma nascitur cum prudentia, & iustitia: ac si dicat alijs animalibus natura dedit arma, quia de illis prouidere sibi nescirent: homini autem non dedit arma, quia dedit prudentiã, per quam copiosè sciret sibi fabricare omnia conuenientia, & ita Deus nõ daret homini vestem, licèt esset ei necessaria, aut conueniens.

Dicendum, quòd non stat, quia licèt dederit Deus homini prudentiam, tamen quia in applicatione maximè in principio poterat deficere, daret ei primas vestes, vt postea hõ similes faceret, aut excogitaret dissimiles: & hoc patet qñ homo peccauit, & expulit eum Deus de Paradiso dedit ei vestes pelliceas, & nõ reti-

quit eum prudentiæ suæ, vt ipse sibi vestes faceret, vt patet supra 3. cap. Et tamē magis acceptus erat homo Deo, quando nondum peccauerat, ergo maxime sibi vestes tunc faceret, si opportunæ sibi essent. & non relinqueret eum prudētiæ suę. Secundò, & potissimum, quia post peccatum homo per prudentiam suam incepit sibijpsi vestes facere de folijs arborum, & tamen adhuc post hoc prouidit Deus ei de melioribus vestibus dans eis pelliceas vestes supra 3. cap. Ergo a fortiori, quando nondum homo incepisset sibijpsi vestes facere, si essent ei vestes opportunæ, faceret illas sibi Deus. Cùm autem dicitur, quòd turpe erat hominem manere sine veste, dicendum, quòd nunc est turpe, tunc autem non erat, & ideò tunc vestes non haberet homo, q̄ non esset turpe; apparet, quia si esset, erubesceret homo, sicut nunc de nuditate erubescimus, quia turpe est nudum esse, & tamen tunc non erubescebant homines non habentes vestes: ergo nō erat turpe non habere, patet quia dicitur supra 2. cap. Erat autem vterque nudus, & non erubescebant. Causa autem, quare tunc non erat turpe, & est nunc, est, quia cùm maneret homo in originali iustitia, sicut mens, quę hominis superior pars erat Deo subdita, ita pars sensitiua erat menti subdita, & cùm omnia ordinata essent, non apparebat motus aliquis in aliqua corporis parte, quę rationi non obediret, & ideo non erat turpe aliquid in homine, vnde non erubescebat homo manifestas habere omnes corporis partes, sicut nunc nemo erubescit vultum habere sine veste, & manus, quia ibi nihil turpe est, cùm nihil contra rationem moueatur; sed post peccatum fuit partis sensitiuę inobedientia contra rationem, & ideo in illis partibus, in quibus exercetur actus sensitiuarum illarum virium, apparuit motus inordinatus: vnde fuit turpe illas partes habere sine veste, & ita non est arguendo tunc de turpitudine, quia nulla erat. Sed multis nunc difficilè videtur, quomodo possent homines prorsus nudi manere sine verecundia, quibus respondendum, quòd eorum cogitatio non transcendit sensum: generaliter enim vident erubescere eos, qui non habent vestes, & nunquàm contrarium viderunt, ideo non possunt cogitare, quomodo aliquis nudus prorsus existens non erubescat; sed ratio cōuincit eos, quòd possint esse nudi sine verecundia, quando in membris nihil turpe esset, sicut & aliquæ partes sunt in nobis, quæ non operiuntur, & de eis non erubescimus: consuetudo autem in sensibili præstat istis impedimentum ad veritatem cognoscēdam, & ita Aristot. loquitur lib. 2. Metaphys. Vbi inter impedimenta inueniendi veritatem ponitur consuetudo ad certum modum capiendi, quia dignantur homines suaderi qualiter consueuerunt.

Attēde pulchram rationē, quare nudos esse, tunc non erat turpe, & vide supius quæst. 536. & seq.

Quæs. 545 Ad secundum. Cur vestibus Adæ opus non fuit in innocentiæ statu,

Ad secundam rationem ibi positam dicendum, q̄ nō indigebat Adam vestibus propter passibilitatem, & cùm dicitur quòd corpus Adæ erat passibile, potens mori, concedendum est, vt infra declarabitur, & ideo si corpus Adæ poneretur in igne, vreretur, & si pungeretur gladio, læderetur, & ita de cæteris nocumentis, quæ corpori accidunt; sed ab illis Adam se custodiret per prudentiam, & ab eis, a quibus non posset per prudentiam conseruari, seruaretur per prouidentiam Dei; sed lædi a continente, idest aere calido, aut frigido, non accideret ei, ideo ad hoc non se custodiret per appositionem vestis, neque per alium diuinæ prouidentiæ, sed ex natura loci prę stabatur. Erat enim Paradisus terrestris locus temperatissimus, vbi non erat excessus caloris, aut frigoris, vel alterius qualitatis, qui excessus læderet corpora nuda, ideo quantumlibet essent corpora nuda tenera, non læderentur ab aere continente, vnde possent manere semper sine veste. Et apparet primò, quia cùm homines in statu innocentiæ essent nudi, posuit scriptura sacra tanquàm admirandum, quòd non erubescerent, supra 2. cap. Et non dixit nudi erant, & non lædebantur, & tamen si existentibus nudis sequeretur læsio, nisi seruaretur a causa diuina, poneret etiam illud scriptura, tanquàm aliquid mirandum, sed non posuit, ergo non læderentur corpora, etiam si nuda essent. Secundò pater, quia post peccatum, cùm deserti essent homines a spirituali prouidentia Dei, idem accidit circa illos: nam prius in statu innocentiæ fortè diceret aliquis, quòd seruabantur a Deo, quòd non læderentur a continente, sed post peccatum manserunt subditi omnibus pœnalitatibus, ideo si locus talis esset, vbi nudi læderentur a continente, tangeret hoc scriptura, & tamen dicitur quòd cognouerunt se nudos, & absconderunt se, atque operuerunt partes verendas: ergo fuit verecundia, & non læsio a continente, & sic etiam si nos, qui hic viuimus, maneremus, vbi non esset nobis opus habere vestes, quia ex temperie loci corpora nostra conseruarentur, & non læderentur nuda existentia.

Quæs. 546 Aduersa. Quare Christus vestes instituere voluerit, vt cæteri homines.

Ad tertiam rationem dicendum, quòd Christus seruabat omnem honestatem, & hoc quod ille faciebat erat simpliciter honestum, & tamen debet dici, q̄ erat honestum s̄m tempus illud, in quo ipse inter homines fuit, & quia Christus fuit inter homines, tunc quando omnes homines vestibus vtebātur, ipse quoque vestibus vsus est, si enim secus faceret in honestimus, & fatuus ab omnibus putaretur, & quod grauissimum nobis erat, quia nemo doctrinā eius susciperet, sed abstinerēt velut a fatuo, vel bestiali; vt ergo ex seipso non prę staret iustum impedimentum saluti humanæ, quam procurabat, nō debuit esse sine vestibus, & non solùm non sine vestibus, immo neque sine talibus vestibus, qualibus vtebantur illi, inter quos Christus natus erat, & conuersabatur, quia etiam aliter præstaret offendiculum, debuit autem per omnia conformare se genti suæ, nisi in peccato, & in eis, quæ perfectionē derogabant, & tamen habere vestes erat, quod neque peccatum erat, neque perfectionē derogabat: ergo Christus in vestibus se debuit cōformare genti suæ, & aliquid cōfert ad hoc, id quod dicitur ad Hebr. 2. cap. Debuit autem per oīa fratribus similari. Secundò, quia per hoc sequeretur fortassis error in doctrina Christi: nam dato, q̄ Christo manēte sine vestibus per potētiam miraculorū crederēt audientes, tamē credētes in eum putarēt esse singularissimā perfectionem vitæ esse nudum, & aliqui conarētur hoc facere, quod erat turpissimū, cū maneret humana verecūdia, quæ in nullo quantæcunque sanctitatis poterat tolli. Etiam esset cōntra bonam habitudinem sanitatis, ideo non debuit haberi tale documētum. Et non solū de hoc, sed etiā de quibusdam austeritatibus vitæ fuit, q̄ Christus ab illis abstinuit: nam Ioānes, qui tunc erat, non manducabat nisi mel, & locustas, & bibebat aquā: Christus aūt agebat vitā cōem: nā māducabat, & bibebat sicut cæteri hoīes, & cū illis, ita vt aliqui habērēt occasionem, licèt falsam, dicēdi eum voracem, & libēter bibentē vinum. Matth. 11. cap. Sed hoc fecit nō quasi difficilè esset sibi tenere vitā austerā, quā Ioānes egit, sed quia inde sequeretur peruersitas doctrinæ, cū enim tota vita Christi proponatur nobis tanq̄ imitabilis, sicut Gregor. dicit, q̄ oīs Christi actio est instructio nostra, si Christus austerā vitā egisset, conārentur hoīes ad istā austeritatē, & qui hoc nō agerent, nō putarēt se Christi discipulos, quod erroneum erat: & cùm Christus hoc seruaret; & tñ in illis austeritatibus nō est vitæ perfectio, ideo Christus nō tenuit austerā vitam:

vitam: ideo multo minus debuit esse sine uestibus. Tertiò fuit propter conditionem corporis sui. Erat enim corpus Christi passibile, nō solùm qualiter corpora hominum in statu innocentiæ, sed etiam qualiter corpora in statu post peccatum, quia licèt non accepérit Christus peccatum, accepit omnes pœnalitates, quæ securæ sunt pro peccato, quas decens fuit ipsum sumere, & ita corpus suum a frigore, & calore, & cæteris qualitatibus in excessu lęderetur, & tamen nō conferebat nostræ saluti, q̄ ille sustineret similes pœnas; ergo non debuit nudus esse. Sed obijcietur, quòd Christus habuit innocentiam, quia natus est in originali iustitia, sicut Adam & Eua: ergo sicut illi non patērētur a frigore, ita neque Christus, licèt esset nudus. Dicendum, q̄ habuit Christus innocētiam maiorem, quàm Adam, cùm ipse sit innocentię dator, & tamen a frigore pateretur, & hoc propter duo. Primò, ppter naturam loci, quia Christus manebat in terra nostra, vbi aer habet excessum qualitatū, quæ lædunt corpus, in Paradiso autem terrestri non erat sic propter loci temperiē, unde si Adam positus fuisset in statu innocentiæ in terra ista, pateretur a frigore, & calore, nisi aut Deus ei uestes daret, aut conseruaret eum per donum aliquod, vt non pateretur ab his. Secundò, quia Christus licèt fuerit innocēter natus, & qui neq; peccauit, neq; in peccato nasci potuit, tñ pœnas cōsequentes peccatū accepit, quia per pœnas redempturus erat nos. Vnde corpus suum erat passibile s̄m omnes passiones nostras, quæ sunt ab extrinseco, & ita vestibus indigeret, ut non læderetur ab aere. Secus de Adam, qui innocenter formatus nullam accepit pœnam, sed incidit in eam post peccatum.

Quæs. 547 Ad quartum. Nō erat apparere Deum vestes in sua formatione, ideo non erat turpitudo.

Ad quartam rationem dicendum, q̄ Deus non despicit opera sua, & ideo si homo despectus, aut turpis appareret mox formatus sine vestibus, dedisset illi uerò Deus dixit: Cùm uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris, intelligitur de statu, in quo nos sumus, in quo loquebatur Propheta, quia cùm nunc erubescamus de nuditate, turpis est, qui nudus est, & ita despicitur, qui nudus relinquitur ab eo, qui eum uestire potest. Ad quintam rationem dicendum, q̄ Deus præstitit homini ea, quæ erant ad uiuere, & ad bene uiuere in formatione sua, cùm esset in statu, in quo nullo indigebat, & tamen uestes non præstitit, quia non erant necessariæ, neque utiles: de cibo autem, & potu dicimus, quòd præstitit tunc Deus homini, eo q̄ in statu illo egebat cibo, cùm essent tunc corpora animalia, idest habentia animales conditiones. 1. Corinth. 15. cap. Et ita Adam non posset tunc uiuere sine cibo, & potu: non enim erat tunc corpus suum spirituale, & uerè immortale, sicut in resurrectione erit. Sed de ueste non erat sic, quia non indigebat ea, ideo Deus non dedit ei. Et hoc patet ex ipsa litera, Ecclesiast. 29. cap. Initium vitæ hominis panis, & aqua, & uestimentum, & domus protegens turpitudinem. Et sic uestimentum, & domus sunt necessaria ad uitam, inquantum protegunt turpitudinem, & tamen in statu innocentiæ non fuit aliqua, ideo Deus neque uestem, neque domum præstitit. Patet non fuisse turpitudinem, cùm dicatur supra 2. cap. Erat uterque nudus, & non erubescebant, & ratas Ecclesiast. 29. cap. est absolutè uera de tempore post peccatum, scilicet, q̄ huius uitæ est principium aqua, & panis, & uestimentum, idest sunt quasi quædam principia, sine quibus non agitur uita ista. Sed non erant principia uitæ illius, quæ agebatur ante peccatum; & ideo Deus, qui est sapientissimus gubernator, vtrique vitæ prouidit de necessario. Sicut enim ante peccatum uestis non erat necessaria, neque utilis, & ideo fecit Deus hominem esse sine veste: ita post peccatū, quia uestis fuit necessaria, prouidit Deus homini de illa. Nam cùm emisit de Paradiso Adam & Euam, fecit eis tunicas pelliceas, supra secundo cap. & ita non despexit opera sua, sicut nobis iussit non despiciendam carnem nostram, quia tunc dedit uestem, quando opus fuit, prius autem non dederat: signum est igitur, quòd non erant tunc opportunæ uestes hominibus.

Quæs. 548 Quamdiu durabit vsus vestium hominibus.

Quæretur, quamdiu durabit vsus uestium hominibus? Dicendum, q̄ quamdiu fuerit huius seculi status, ga tādiu durabit status pœnalis, in quo uestes sunt necessariæ: nam semper manet nobis indigentia panis, & aquæ, & uestium, Eccles. 29. Et manent ad hoc duæ causæ: prima est uerecundia, quia erubescimus de quibusdam mēbris nudis: & quia ista uerecundia omni tempore manet, & in omnibus hominibus, est cōe semper & omnibus hoībus habere uestes. Secunda causa est excessus qualitatum alterantium in continēte: nam frigus, aut calor est extensiuè semper in aere, quę duo affligunt, & lędūt corpora tenera, qualia sunt humana, & iste excessus manebit semper in isto statu, ideo semper manebit usus uestium. De ista secunda ratione est notum, quia Adam & Eua propter temperiem loci, vt diximus, non indigebant uestibus in Paradiso terrestri: nam etiam si manerent ibi post peccatum, non indigerent uestibus ad excludendam intēperiem aeris, sed solùm ad tegendum id, quod turpe est uideri, sed istud non accidit nobis in aliquo loco terræ habitabilis nostræ, quia quantumcunque sit aliqua terra bonæ habitationis, est ibi hyems, & æstas, & ista habent extremum in complexione, & lędunt corpora, quæ non sunt sufficientibus uestibus operta, a fortiori si nullis uestibus tegerentur lęderent. Si qui autem sunt, qui sine uestibus alicubi uiuant, duram uitam agunt, & fortè operiuntur pilis in maiori parte corporis, sicut pecora quemadmodum aliqui asserunt.

Quantum ad primam causam adhuc difficilius est illam excludere, quia illud magis inhęret, quia est datum in pœnam a Deo, & quod ipse imposuerit, nemo pōt tollere: quia si claudit ipse, nemo aperit: ipse tamen induxit uerecundiam in pœnam homini; ideo ab hac pœna nemo potest liberari. Vnde & hęc potiùs quasi potior causa habendarum uestium. Et quando peccauerunt homines, & uestes habere cęperunt, non acceperunt eas, quasi paterentur a frigore, aut calore, sed quia erubuerunt de nuditate, supra tertio cap. & ideo facilius est homini non egere uestibus propter intemperiem aeris, quàm propter uerecundiam tollendam, aut non sustinendam. Ab hoc enim non liberantur, nisi qui non participant plenè natura humana, scilicet, qui usum rationis non habent; quia licèt hi a pœnalitatibus non eximantur, tamen eas non agnoscunt, sicut ebrij, & dormientes non erubescunt de nuditate, quia dormientes nullum actum animalem habent, ebrij verò nullum actum humanum, aut saltem imperfectum. Dormientes igitur non sentiunt aliquam passionem, quia non est in eis operatio animalis, sed solùm naturalis; In ebrijs autem est sensus multarum passionum, vt plagarum, & nocumenti a frigore, & calore, sed non est sensus nuditatis. Ratio est, quia in ebrijs manet operatio naturalis, & animalis, sed non manet operatio rationalis; ideo omnes passiones sentient præter eas, quæ sunt secundum rationem iudicantem; ista autem est uerecundia, quia uerecundia est timor ingloriationis de aliquo turpi, ideo

non potest esse in eis, qui non cognoscunt turpe: cognitio autem turpis, & honesti non pertinet nisi ad rationem, cùm in bestijs non sit hæc cognitio, sed in ebrijs non est vsus rationis perfectus, ideo non est ibi verecundia, de nuditate igitur non erubescũt. Et hoc idem pueris accidit, quibus propter ætatem non est vsus rationis, ideo cùm sentiant alias passiones, non habent passionem verecundiæ, quia non cognoscunt aliquid esse turpe, & ideo isti non erubescunt de nuditate.

Qð.549. An uestes hominib. ob uerecũdiam necessariæ fuer.

Sed econtrario aliqui voluerunt, quòd vestes non essent necessarię propter verecundiam tollendam ex ratione auferentes verecundiam, quia verecundia nõ est nisi de turpi, sed membra nostra non sunt aliquid turpe, quia Deus nihil turpe fecit, sed ipse fecit mẽbra nostra. ergo nullum eorum est turpe, & ita nõ est erubescendum de eorum nuditate, sed omnia possunt manifestari. Dicendum, quòd hoc non valet, quia in corpore nostro est aliqua turpitudo, & ideo necesse est erubescere de illa, nisi contegamus id, in quo turpitudo est. Cùm autem dicitur, quòd Deus non fecit aliquid turpe, dicendum quòd est verum, & ideo cum ipse cõderit membra corporis nostri, & eadem omnia, quæ in Adam erant post peccatum, fuerunt ante peccatum, non potest aliquod membrũ turpe esse, quia tunc ante peccatum esset aliquid turpe, quod falsum est. Sed est dicendum, q̃ est quædam turpitudo in membris, scilicet motus eorum contra rationem, vel quæ rõne regi non potest. Et ista deordinatio est turpis: hoc autem est in membris genitalibus, quia in eis manifestatur concupiscentia carnis, & ardor venereus, qui rationi non subduntur: nam insurgunt passiones istæ, non iubente ratione, sed contra imperium eius, & si interdum ratione iubente excitentur, postquam surrexerint, non gubernantur ratione, sed excedunt quemcunque modum eis datũ. Iste motus inordinatus, non est aliquod membrum, aut pars corporis nostri, ideo nullum membrum nostrum est turpe, sed quia est aliquid, quod non est sine membris, reddit turpia illa membra, in quibus apparet, & hæc sola sunt genitalia. Sed neque istam turpitudinem Deus fecit, quia non fecit ipse motum illũ inordinatum non obedientem rationi, sed formauit hominẽ sub pleno ordine, scilicet vt mens eius Deo subdita esset, & mẽti corpus & motus corporis, ideo tunc non erat aliquis motus insurgens in membris illis contra rationis imperium. Et si insurgeret, iubente ratione moderabatur, & tamdiu durabat, & taliter, quantum, & qualiter ratio vellet. Aliter ista se haberent in statu innocentiæ, de quo infra dicetur, sed cũ peccauit homo auertens se a Deo, & sponte tollens ordinẽ, quo mens eius erat Deo subdita, voluit Deus in pœnam, quòd partes corporis, & motus earum nõ essent subditi rationi, & ideo quædam partes corporis cœperunt habere motum contra rationem, & illud fuit principium turpitudinis, scilicet, ratio videbat sibi prius subdita membra, & membrorum motus, tunc vidit quosdam motus non subditos, erubuit ergo de illis: sicut hõ bñ disciplinatus, si seruus cõtra eum publicè resistat, non solùm irascitur, sed etiam erubescit, quasi minuatur honor eius in hoc; cùm autem non resistat seruus palam, sed in absconditò solo domino sciente, indignatur quidem, sed nõ erubescit: sic ratio, cùm sit superior naturaliter corpore, & omnibus viribus corporis, si aliqua pars corporis repugnet imperio eius, erubescit, quasi per hoc minuatur honor eius. Et ita membra illa, in quibus est ille motus rebellionis, erubescimus videri in publico, soli autem non erubescimus. Quia nemo ex seipso erubescit. Et ita cùm istam deordinationem, & rebellionem partis inferioris ad superiorem Deus dederit, vel permiserit in pœnam peccati hominis, non potest homo per rationem illam tollere, quia licèt verum sit, quòd non fecit Deus in nobis aliquas partes corporis turpes, ipsę factæ sunt postea turpes Deo volente in pœnam; & tamen de eo, quod est verè turpe, ratio iudicat erubescẽdum esse de nuditate, & potius esset contra rationem non erubescere de nuditate, sicut repræhensibile esset, si quis non erubesceret de turpi a se commisso, quoniam verecundia, & si passio sit, est passio laudabilis, sicut & nemesis, vt dicit Aristo. lib. 2. Ethic. Sic aliqui voluerunt ex ratione arguere concubitum coniugalem debere palam fieri, quasi omne honestum videri debeat, & tamen concubitus coniugalis est honestus, ideo palam fieri debeat, neque de hoc sit erubescendum. Hoc tenuerunt philosophi, quos Cynicos iustè vocant, ideò canicos, quia more canum palàm hanc voluptatem peragendam putauerunt, & adducunt Diogenem philosophum ita fecisse in confirmationem erroris sui; sed cùm cæteri abhominarentur istos velut turpiter agentes, luto & immunditijs eos impetebant, contra quos Cinici clauam ferebant, vt sic vlciscerentur sibi illatas iniurias, & male conceptam opinionem defenderent, sed tandem prævalente humana verecundia contra stultam opinionem, ab hac insania cessauerunt. de his loquitur Augustinus lib. 14. de ciui. Dei, cap. 19. & 20. Cùm autem isti dicebant, quòd omne honestum vult manifestari, posset responderi secundùm Tullium, q̃ excipitur hoc honestum ab illa regula. Dicit enim ille, q̃ omne rectum factum videri vult: hoc autem rectè factum, ideò est coniugalis concubitus, cũ sciri vellit, videri non vult. Aliter potest dici, quòd illa regula est generalis. s. & omne totaliter honestum vult manifestum esse, & tamen actus coniugalis non est totaliter honestus, licèt enim excusetur cõcubitus matrimonialis à turpitudine culpæ per honestatem nuptialem, nõ tamẽ excusatur a turpitudine pœnæ, inquantũ Deus fecit illum motum partis generatiuę inordinatũ esse in pœnã peccati. Ideo in quocunq; actu quãtuncunque honesto, vel licito cõcubitus est semp aliqua turpitudo, nõ peccati, sed pœnæ; in cæteris. n. copulationibus est tam culpæ, quã pœnæ: turpitudo in coitu mũmoniali est turpitudo pœnalis, sed oẽ turpe debet abscõdi, quia de illo erubescimus, si manifestetur, ergo de cõcubitu cõiugali erubescemus. Et ita dicit Aug. lib. 14. de ciu. Dei. c. 19. hoc est. n. qđ pudet: hoc est qđ intuentiũ oculos erubescẽdo deuitat: magisq; fert homo spectantium multitudinem, qñ iniustè irascitur homini, quàm vel vnius aspectum, qñ misceat vxori.

Diximus. s. qñ erant vestes: nunc dicemus qñ non erunt; & dicemus quod post resurrectionẽ gñalẽ nullæ vestes erũt, neq; in damnatis, neq; in beatis. Prima rõ est, quia in die iudicij innouabuut oĩa, & tunc manebunt pura elementa, neque aliquid mixtorum manebit, nisi corpora sola hoĩum resurgentiũ; & tñ si vestes essent, daretur aliquid mixtũ, quia essent pellicęę, vel laneæ, aut hmõi, & oĩa talia sunt mixta, ergo nullę vestes manebunt. Secundo ex parte beatorũ, quia homines in Paradiso terrestri non habuerunt vestes, qđ fuit propter conditionem status illius, in quo nõ erat indigentia vestium, vt ostensum est, & tñ excellẽtior erit status resurgentium, quàm Paradisi terrestris, ergo non erunt ibi vestes. Tertio, quia vna causa vestiũ, & præcipua est operire turpitudinẽ, sed post resurrectionem non manebit pœnalitas verecundiæ, ergo neque erũt vestes. Patet quia ante peccatum nõ erat verecundia, & fuit data in pœnam, sed beati liberantur ab omni pœnalitate, ergo & a verecundia. Quarto, quia in Paradiso terrestri adhuc erat major causa erubescendi ante peccatum: nam esset ibi actus concubitus, & motus organorum genitiuorum, in quo poterat cogitari esse verecundiam, licèt in veritate non esset, & tamen in resurrectione non erit vsus horum membrorum, neq; concupiscentia aliqua, ideo multo minus poterit esse ibi verecundia, ideo neq; erũt vestes ad hoc. Quintò, quia alia causa vestium est liberari ab intemperie continentis, idest ab excessu frigoris, & caloris, sed istud non erit in vita æterna, quia beati habitabunt in cœlo, vbi non est aer, neque elementum aliquod, neque qualitates elementales, quæ non possunt esse, nisi vbi sunt elementa, aut mixta ex elementis, ideo nõ erit ibi læsio ab excessu harum qualitatum. Sextò, quia diximus, quòd in Paradiso terrestri nõ esset indigentia vestium propter excessum qualitatum elementalium, & tamen ibi erant elementa: ergo multo minus esset hoc necessarium, vbi non erant elementa. De Paradiso terrestri apparet, quia ibi essent elementa, quia Paradisus erat locus in terra, & erat ibi aqua multa, quia quatuor flumina egrediebantur de fonte Paradisi, & erat ibi aer, quia infra speram ignis est ille locus, ergo ibi poterat esse aliqua qualitas elementalis, quæ læderet nudos; & tamen tanta erat temperies, q̃ non lædebantur nudi, ergo a fortiori non læderentur nudi, vbi non esset aliqua qualitas elementalis. Septimò, quia potius vestes in Paradiso terrestri impedirent bonum statum resurgentium, quia occultarent claritatem corporum suorum: nam corpora resurgentium quatuor dotes habebunt, quarum vna erit claritas, quia sicut Christus dixit Matth. 13. cap. Iusti fulgebunt, sicut Sol in regno patris eorum, & tamen si vestibus operirentur tolleretur iste fulgor, aut daremus, q̃ esset vestium, & non corporum: ergo necesse est, q̃ in resurgentibus non sint vestes vllæ. Octauò, quia resurgentes erunt tales, qualis Christus resurgens, quia ipse est primitiæ resurgentium. 1. Corinth. 15. cap. Sed Christus resurgens fuit sine vestibus, quia ea, quibus ipse erat inuolutus in monumento, manserunt ibi, quando ipse resurrexit. Ioan. 20. cap. Etiam quia neque accepit alias vestes, quas verisimile erat ipsum accipere, si vestibus post resurrectionem operiretur. Acciperet enim excellentiores, nam quando apparuit discipulis ostendit eis locaclauorum in manibus, & pedibus, atque latere, & dixit Thomæ; quòd mitteret manum in latus, & tamẽ non poterat mittere manum in latus, si Christus vestes haberet, ergo non habebat vestes, ergo neque beati resurgentes habebunt vestes.

Aliquis dicet, quòd beati resurgentes non habebũt vestes, sed damnati habebunt vestes. Primò, quia in illis manebunt pœnalitates, sicut in nobis sunt, sed nos habemus vestes ad excludendam intemperiem continentis, ergo ad hoc poterunt ipsi eas habere. Secundò, quia vestes sunt propter turpitudinem regendam, & tamen in illis manebit verecundia, quia non videtur, quòd auferatur eis aliqua de nostris pœnalitatibus, sed potius augeantur, ergo propter verecundiam erant eis vestes opportunæ. Dicendum, quòd sicut in beatis resurgentibus non sunt vestes, ita neque in damnatis erunt. Primò, quia vestes essent aliquid mixtum, quia non possunt esse purum elementum, & tamen mixta aliqua non manebunt post diem iudicij, nisi corpora resurgentium, ergo neque vestes in damnatis. Secundò, quia si vestes haberent, crematrentur statim ab igne, cùm damnati sint in igne acerrimo. Tertiò, quia vetustate consumerentur, si manerent, & oporteret aliàs succedere, & non esset vnde, cùm damnati non haberent vnde vestes conficerent. Quarto, quia si essent, ad aliquid prodesse deberent, sed non poterunt ad aliquid prodesse, quia neque ad tollendum verecundiam, neque ad euitandam in-

temperiem lædentium, ergo non habebunt eas, vtrumque patebit ex dicendis. Ad primum dicendum, quòd in damnatis pœnalitates erunt, quia damnati sunt ad tollerandum perpetuam pœnam, & tamen cùm dicitur, quòd ipsi haberent vestes ad repellendum intemperiem continentis: dicendum, quòd non est verùm: Primò, quia non poterunt ad hoc prodesse vestes, quia damnati sunt in igne grauissimo, qui statim vestes, & omne aliud impurum, & mixtum consumeret reducendo in cineres. Secundò, quia si ad aliquid possent prodesse ibi vestes contra ignem, vel frigus non permitteret Deus damnatis illas, cùm non agat ad alleuiandum pœnas eorum, sed ad inferrendum atrociter. Ad secundum cùm dicatur, quòd proderunt ad occultandum verecunda corporis: dicendum, quòd non proderunt, quia aut damnati retinebunt pœnam verecundiæ, aut non, si retinebunt, non retinebit Deus eis ad alleuiandum pœnam illam, sed potius aggrauabit, & ideo non concederet eis vestes ad hoc. Sed dicendum, quòd in damnatis non manebit verecundia, quæ in nobis, quia non manebit turpitudo in illis membris, ideo neque erit opus tegi ea vestibus: cùm obijcitur, quòd non auferentur eis pœnalitates nostræ, sed potius augebuntur: dicendum, quòd grauiores pœnæ erunt in damnatis, quàm in nobis, cùm illi sint miseri, & nos non, & tamen non manebunt in eis eædem pœnæ, quæ in nobis, sed alterius modi: nam non manebunt in eis fames, & sitis, & huiusmodi, & corruptibilitas, & mors, quæ omnia in nobis sunt, sed manebit in eis dolor acerrimus, & continuus, qui eos intensè affliget, sed non dissoluet, & ferè nulla pœna eiusdem generis erit in eis, quę est in nobis: vnde illa pœna, quæ erit in eis, licèt vnica esset in sensu, esset maior omnibus simul, quas nos habemus. De verecundia ergo ita est, quòd licèt in nobis nunc sit, non erit in eis tunc, sicut neque aliæ passiones nostræ manebunt in eis. Adhuc autem apparet istud, quia verecundia est de partibus istis, inquantum manet in eis motus inordinatus, qui rationi non subijcitur, ideo quandiu motus iste manserit, erit turpitudo in illis partibus, & consequenter verecundia, sed in damnatis non manebit motus ille deordinatus, istud patet, quia non fuit verecundia ante peccatum de partibus istis nudis, & hoc quia non iudicabantur turpes, neque erat propter aliud, nisi quia non erat ibi motus aliquis contra rationem. Quod verò in damnatis non manear iste motus inordinatus, patet, quia corpora damnatorum post resurrectionem erunt spiritualia, & non animalia, vt signatur 1. Corinth. 15. cap. Generale enim est hoc ad omnes resurgentes, sicut enim corpora omnium erunt immortalia, ita & erunt spiritualia omnia, quia immortalitas, & spiritualitas non sunt dotes beatorum, per id autẽ quod ad dotes pertinet, differũt beatorum corpora a corporibus damnatorũ. Etiam patet, quia spiritualia corpora, sm Augustũ sup Gen. ad literam, sunt illa, quæ cibis non indigent, & cibos nõ sumunt, & anima nullam operationẽ hẽt circa corpus, nisi q̃ reddit corpus viuum, & iõ cessat oĩs actus nutritionis augmentationis, & gñationis: unde non erit tunc gñatio spermatis in uiris, neq; menstrui in mulieribus, & consequẽter non põt eẽ aliquis motus ordinatus, neq; inordinatus horum mẽbrorũ, sed erunt homines, quasi neq; mẽbra haberẽt, neq; uires naturales. Sed verecundia est quandiu ista mẽbra habẽt turpitudinem, non habebunt autem eam, quando non fuerit in eis aliquis motus, ergo non erit in damnatis uerecundia de nuditate horum membrorum, ideo neque pro illis egerent uestibus. Hoc autem non prouenit damnatis, uelut ex gratia, quia nul-

la fiet eis, sed ex conditione status, scilicet quia desinēt corpora sua esse animalia, & ita patet, ꝙ post resurrectionem nullæ vestes erunt, neque in beatis, neque in damnatis.

Qō.552. Cur primi parentes fecerūt sibi perizomata.

Dicitur, ꝙ cùm vidissent se nudos, fecerunt sibi perizomata: sunt enim perizomata non quidem vestes, sed operimenta solùm cuiusdam partis corporis, quæ pendent a lumbis vsque ad operimentum genitaliū, & ita dixit historia scholastica esse succinctoria, vel brachas breues, vt campestria, eo modo, quo vocamus corticem fructus alicuius, quem circulariter pomo, vel alteri fructui detrahimus perizomata, quia non est totus cortex, sed quasi quædam zona in circuitu pomi, vel fructus.

Sed quæretur, quare Adam, & Eua fecerunt sibi vestes, vel operimenta? Dicendum, ꝙ fuit propter verecundiam: statim enim, vt peccauit Adam, cùm iam peccasset Eua, dedit in pœnam quendam modum inordinatum in partibus illis genitalibus, qui ratione nō poterat regi, & hoc turpe erat, quòd contra rationē, quæ erat vt domina, insurgerent partes corporis, & vires eius, quæ minores sunt naturaliter ipsa ratione: ista verecundia erat pœna grauis Adæ, & Euæ, tum quia erat noua, & insolita; nulla enim pœna ante hoc fuerat in eis, ista autem cùm esset prima, videretur esse nimis dura, & ita intollerabilis. Secundo, quia fecit Deus in eis esse istam pœnam valde grauem: nam voluit quòd cognoscerent se male egisse per pœnam, vt si forte dolerent de peccato, aut non gauderent, quasi bene egissent consentiendo serpenti, sed non fieret hoc, nisi pœna esset grauis, ideo voluit, quòd grauis verecundia eis insurgeret: ipsi autem non potentes sustinere eam, voluerunt aliqualiter euitare, & putauerunt non posse aliter fieri, nisi operiendo, ideo operuerunt faciendo sibi perizomata, quæ penderent a lumbis inferius operiendo genitalia,

Qō.553. Cur nō fecerunt primi parentes potius pestes longas.

Sed quæretur, quare tales vestes fecerunt, & non potius tales quales nos habemus, quæ totum corpus operirent, aut quales ipsi postea habuerunt? Aliqui dicunt, quòd fuit primo, quia nesciuerunt facere vestes alterius modi, cùm enim nihil horum vnquam fecissent, non occurrit eis in principio aliquid melius, & artificiosius agere: ista enim est conditio omnium artificiorum, quòd in principio grossè, & imperfectè inueniantur, & per tempora fiunt additamenta non solùm artium, sed & artificiorum, quia tempus bonus cooperator est horum, & per tempus artium additamenta facta sunt, vt dicitur libro primo Ethicorum. Secundo, quia etiam si aliquid melius per prudentiam, & ingenium suum excogitare scirent, non potuerunt tunc aliud excogitare, quia locus, & tempus non patiebantur. Nam grauis verecundia eos tenebat, vt ergo non paterentur eam diutius, sic nudi manentes, prouiderunt velocius, qūo potuerunt; nihil autem poterat fieri velocius, quàm istud: ideo talem vestem fecerunt. Aliud erat, quia timebant, quòd Deus cito veniret in Paradisum, & vt non inueniret eos nudos, de quo ipsi grauius erubescerent, voluerunt cito aliquid sibi parare, quo operirentur, & tale istud erat.

Cap.7.

Sed dicendum, quòd circa istas vestes, aut dubitatur de materia earum, aut de figura: si de materia, dicendum quòd fecerunt operimenta de folijs arborū, quia nihil sibi promptius occurebat, sed cur potius de folijs ficus, quàm alterius arboris, postea dicetur. De figura dicendum, quòd talia facta sunt, quia non putauerunt alias vestes sibi necessarias tunc: nam non faciebant vestes ad arcendam intemperiem continētis, sed ad liberandum se a verecundia, sed partes, in quibus erubescebant, erant solæ partes genitales; ideo sufficiens fuit illas solas operiri: hoc factum est per perizomata, per alias autem vestes operiretur totum corpus, quod eis tunc non iudicatum fuit necessarium.

Qō.554. Cur potius fecerunt illa perizomata de folijs ficulneæ, quam alterius arboris.

Quare potius fuit operimentum factum de folijs ficulneæ, quam alterius arboris, si de folijs placebat fieri operimentum. Aliqui dicunt, ꝙ fuit, quia illa fuit arbor, in qua peccauerunt, & sic de illa acceperunt folia. Sed dicendum, ꝙ hoc non satis stat, quia aut isti præsupponunt, ꝙ Adam & Eua erant nunc iuxta arborem scientiæ boni & mali, in qua peccauerunt, aut non. Si detur secundum, non stat, quia tunc oporteret, quòd irent de loco, in quo erant ad illam arborem, vt inde folia acciperent, quod non est conuenienter dictum, quia de alijs arboribus poterant accipere folia, & non irent frustra inde ad alium locum ad accipiendum inde folia. Si detur primum, etiam non stat, quia non est verum, quòd starent iuxta lignum scientiæ boni & mali; & patet, quia Eua accepit de ligno vetito fructum, & comedit, & tunc venit ad virum suum, & dedit illi, cumque comedisset aperti sunt oculi amborum, & ita in loco, in quo Adā erat, aperti sunt oculi eorum, & ibi fecerunt sibi perizomata, & tamen non poterant esse apud lignum vetitum, quia tunc esset Adam præsens, quando serpens tentabat Euam; & hoc non conuenit, quia si præsens esset, potius tentaretur Adam, quàm Eua, quia illa non auderet assentire viro præsente, nisi vir assentiret, & sic ille primo peccaret, & tamen illa peccauit prius, ergo non erat præsens Adam quando peccauit Eua, sed ipsa postea iuit ad eum, sed illa peccauit apud lignum vetitum, ergo locus, vbi peccauit Adam, non erat iuxta lignum illud, vnde non sumerent inde folia. Tertio, quia dato, quòd præsens esset, non sumerēt inde folia, quia ex illo ligno prouenerat eis tm̄ malum, ꝙ inciderant in magnam verecundiam, ideo abhominarentur lignum illud, & nollent illud tangere. Quarto, quia forte timerent, ꝙ tangendo prouenirent eis plura mala, cùm illa prouenissent inde, & sic potius quamcunque aliam arborem peterent.

Quinto, quia ex modo loquendi videtur, ꝙ non erat illud idem lignum, quia cùm de illo proximè fieret mentio, si scriptura innueret, quod de illo sumebantur folia, non expressisset nomen ligni, ex eo igitur, ꝙ expressit nomen ligni, & non dixit: Et fecerunt sibi perizomata de folijs illius arboris, innuitur quod erat aliud lignum, & ita colligitur, ꝙ lignum scientiæ boni & mali, in quo peccauerunt, non fuit illud, de quo fecerunt perizomata.

Manet igitur dubium, quare de folijs ficus potius, quàm alterius arboris fecerūt perizomata. Aliqui dicunt, quòd fuit ad signandum passionem, quæ eis aduenerat: nam incœpit motus inordinatus in membris genitalibus, & ficulnearum succus ad hoc facit, quòd excitat pruriginem in vasis genitalibus, si vncta fuerint succo, qui exprimitur de ficulneis cōtritis; ista causam dat Magister in historia scholastica, dicens: neque sine causa de folijs ficuum, quia de succo earum si terantur, & caro hominis fuerit inuncta, voluptatis statim sentit pruriginem, quasi per hoc ostensum sit, quòd voluptatis pruriginem iam in carne sentirent. Sed dicendum, quòd hoc satis non stat: primo quia non est verisimile, quòd ipsi voluerint oblitē dere alijs passionem suam, quia nemo tunc erat cui hoc significare possent.

Secundo quia, & si quis esset, cui possent significare, non vellent, quia potius vellent tegere. Erat enim malum eorum verecūdia de turpi motu membrorum, contra quod quæsierunt remediū operiēdo membra folijs, ergo potius intēdebant occultare passionem istam, quàm reuelare, non igitur vellent per folia ficus significare quid paterentur. Aliter ergo dicendum, ꝙ folia ficus acceperunt potius q̄ alterius arboris, quia forte, q̄n̄ senserunt turpitudinem illam in membris, erant propinquiores illi arbori, quam alicui alteri, & quia volebant cito prouidere contra verecūdiam, acceperunt folia ex ea arbore, quæ proximior erat. Secundo potest dici, & melius, ꝙ acceperunt potius de illa, quàm de alia, quia folia huius erant aptiora ad istud, quia erant valde magna, & pauca ex eis potebant operire partes illas, & erat facilius ea consuere, q̄ folia parua aliarum arborum, quæ non ita bene tegerent corpus interlucentibus quibusdam partibus corporis, sicut magna folia, quæ sibi inuicem melius aptarentur. Et ista videtur esse vera causa, quia non erat ēt satis credibile, ꝙ ex pximiori arbore folia acciperēt, quia poterat esse, ꝙ folia illius parua essent, & nō apta ad tegendum, sed quærerent folia ad hoc vtiliora, licēt magis inde distaret arbor; quia neque ista res subito fieri poterat, cùm deberent apte sibi cōsuere folia, vt non fluerent, sed copulata manerent ad tegendum non solùm tunc, sed ad multum tempus, cùm iam in membris turpitudo apparere incepisset.

Aliqui Auctoris opinio cō stabilitur.

Qō.555. Quo sciuerint consuere folia.

Aliqui quærunt, qūo Adam, & Eua poterunt consuere folia, & quomodo sciuerunt hoc facere. Circa primum est difficultas: quia non habebant instrumenta sutoria, s. quia neque filum, quo ligarent folia, neq; acum, cui filum immitterent: non enim inceperāt esse hæc, quia inuentio ferri fuit post exitū de Paradiso per Tubalcain. supra 4.c. Dicendum ꝙ istud nullam difficultatem habet, quia oportuit aliquando esse futuratio sine his, quia artes mechanicæ perfectiores tardius inuentæ sunt: fuere autem erat de rebus maxime necessarijs, & cōmunioribus: ideo oportebat fuisse semper ante inuētionem acuum. Similiter ante filum, inquātum filum per multas operationes habetur de lino, aut canabo, alijsque oleribus, vel leguminibus, sed adhuc non sunt æqualiter necessaria ista in suendo, qa filum est per se necessarium, inquantum manet in sutura actu colligans partes consutas: acus vero non per se, sed solùm vt via aperit filo: vnde si filum sit aliquid durum, qđ perforet partes cōsuendarum rerum, acus non est necessaria. Et ideo sicut est magis necessariū filum, quàm acus, fuit prius inuentione filum q̄ acus, quia iste est ordo in inuentione artium, ꝙ magis necessariæ prius inuentæ sunt: & ideo dicit Arist. lib. 1. Metaph. c. 1. ꝙ mechanicæ inuentæ sunt ante speculatiuas, eo ꝙ mechanicæ sunt necessariæ ad vitam, nō autem speculatiuæ. Sed dicendum ꝙ quicquid sit, certum est tempore illo non fuisse filum, neque acum, quia ista sunt instrumenta miserorum, qui testantur indigentiam suam: sed tunc non erat indigentia vlla neq; miseria, ideo neque ista essent, sed potuerunt cōsuere folia per aliquid, quod haberet vicem vtriusq; s. esset aliqualiter durū, vt perforaret, & flexibile vt contineret, sicut si in vimine aliquo consuerentur folia: in eo enim manerent folia colligata, & pendentia, sicut diximus supra 3.c.q.12. Cùm autem quærebatur quomodo Adam & Eua sciuerunt hoc facere, motiuum dubitandi est, quia nemo eos docuerat, & illa putatur esse dies, in qua formati erant. Dicendum ꝙ nullo docente hoc sciebant, quia cùm Deus formasset eos in ætate perfecta s̄m corpus, dedit eis perfectam cognitionem qualem solent homines habere in ætate matura, quod apparet, quia ipsa die perfectè loquebātur, & s̄m rationem respondebant, sicut apparuit de Eua tentata a serpente. Ideo sicut in cæteris habebant perfectionem intelligendi, ita quantum ad excogitanda aliqua factibilia haberēt rationem potissimam ad res valde faciles, quæ paruo ingenio egent, sicut colligare folia in vimine, aut in alio simili, & sic certum est, ꝙ istud scire possent.

Qō.557. Cur potiꝰ nō fecerūt vestes de pellibus animalium.

Quæretur, cùm Adam, & Eua vestes sibi nunc fecerint de folijs arborum, quare nō fecerunt de pellibus animalium, sicut Deus fecit sibi vestes pelliceas supra 3.cap. Dicendum primum, quòd forte fuit, quia non occurrit eis talia cogitare, nam hoc fuit principiū omnium artificiorum, & exordia, vel inchoationes artiū sunt ab imperfectissimo, non erat autem aliquid facilius, quam hoc: iō istud statim occurrit. Secundo quia propter celeritatem, & passionem non fuit locus cogitandi: potuerant enim Adam & Eua rē perfectiorē excogitare, si ad id darent operam, sed non fecerunt, primo quia verecundia, quæ erat grauis pœna, auertebat animum eorum: quemadmodum enim ira impedit animum, ne possit cernere verū, sicut Cato dixit, ita & quælibet eius alia passio turbat, vt non possit animus cum tranquillitate in aliquid aduertere. Secundo quia volebāt id cito facere, ne diu sustinerent verecundiam, ideo non poterant diu cogitare, quid aptius fieri posset. Tertio quia etiam si id cogitarent, non possent facere, quia erant nunc Adam & Eua in Paradiso, sed ibi non erant animalia aliqua, nisi Adā & Eua, vt ostēsum fuit supra, ideo non possent inde facere vestes. Quarto quia dato ꝙ ibi essent, non auderēt ipsi illa occidere ad detrahendum pelles, quia cùm animalia nō fuissent eis data in cibum, non putarent fortè esse sibi licitum illa occidere. Quinto quia etiā si liceret, & haberent ibi animalia, non facerent illud, quia erat hoc multę occupationis, & difficultatis, sed ipsi volebant rem celerē vrgēte verecundia, ideo non vellēt de pellibus vestes efficere. Sexto quia non faciebat ad eorū intentionē: vestis enim seruit ad duo, ad tollēdam verecundiam operiendo turpitudinē, & ad liberandum a læsione per intemperiē continentis, Adam autē & Eua non volebant vestē, nisi ad primum, ad quod sufficiebat operimentū factū de folijs, iō non erāt eis necessariæ vestes pelliceæ, iō nō fecerūt eas, licet posset.

Qꝙ.558. Cur scriptura facit mentionē, ꝙ fecerint sibi perizomata.

Quæretur, quare scriptura facit mētionem, ꝙ Adā, & Eua vestes fecerint sibijpsis. Aliqui dicunt, ꝙ fuit causa, quia ita fuit in re. Dicendum quòd verum est, quia scriptura sacra nō assereret aliquid, nisi verè fuisset, & tamen non est ista causa sufficiens: quia tūc narraret omne verum, sed falsum est, quia multa omittit: vnde dicendum est quòd scriptura non narrat res, quæ fuerunt, sed quia cōferunt narrationes earum ad intentionē scripturæ, vnde quædam res fuerunt satis famosę, quas scriptura omnino intactas dimittit: quia ad eius finem non adiuuant, propter quod considerata intentione sacræ scripturæ de quolibet, quod in ea narratur potest dari causa, quare narretur. De vestibus quare scriptura loquatur, causa est, prima vt faciat differentiam inter statum ante peccatum, & statum, qui incepit in peccato. Ante peccatum dicitur ꝙ nudi erant, & non erubescebant supra 2.cap. post peccatum dicitur, ꝙ agnouerunt se nudos, & fecerunt sibi vestes. Secundo fuit ad reddendum verisimile id, qđ narratur, quia sacra scriptura dixit, ꝙ post peccatū eruberunt. s. agnouerunt se nudos, & voluit significare quanta pena in eis fuerit, & tamen si nō diceret, ꝙ fecerunt sibi vestes, non significaretur magna verecundia, ideo vt intelligeretur, quòd nuditas fuit in eis magna pœna, dicitur quòd fecerunt sibi vestes. s. non potuerunt sustinere verecundiā illam, sed contexerunt, vt potuerunt, partes verendas. Tertio vt poneret modum vestis. s. quòd erant perizomata, in quo signatur magnitudo pœnæ eorum de nuditate: nā si haberent in promptu vestes aliquas preciosas forte dignarētur eis tegi, nullam indigentiā aut paucam habentes propter

pter dignitatem vestium, sed nunc induti fuerunt vilissimis vestibus, & incompositis. s. factis de foliis arborum, quod signat tam grauem pœnam fuisse eis nuditatem, quòd quicunque re etiam vilissima regi velient. Quinto ad ostendendum diuinum beneficium prouidêre Deo hominibus post peccatum: nam fecit eis vestes pelliceas, & sic pereretur, quare Deus dedisset vestes pelliceas, non appareret causa conueniens, nisi ex defectu vestium, quas sibi homines formauerant: & ideo etiam si nihil aliud esset, propter hoc soli dicerentur quales vestes Adam & Eua sibijpsis fecerãt.

Quæst. 559. Cur scriptura facit mentionẽ, q̃ de foliis ficuũ erat.

Dato quòd scriptura voluerit dicere, q̃ vestes sibi fecerant Adam, & Eua quæ expressit, q̃ erant de foliis ficus. Dicendum quòd omnia hæc fuerunt oportuna exprimi: sicut enim dictum est, q̃ fecerit Adam vestes, ita debuit dicere quales, quantum ad figuram, quod significatum est, cũ dixit perizomata, quæ sunt vestes operientes solum a lumbis vsq; ad genitalia. Et fuit primo, quia voluit significare nobis scriptura, propter quid Adã, & Eua vestes fecerint, & innuit quòd propter verecundiam ex forma vestium. Nam si ad repellendum calorem & frigus factæ essent, operirẽt totum corpus, sed operuerunt solum membra verenda, ergo ad occultandum turpitudinem fuerũt factæ. Secundo fuit ad ostendendum causam, quare Deus postea vestes dederit eis: nam si Adã & Eua fecissent sibi vestes totum corpus tegentes, non esset opus, q̃ Deus eis, postea vestes efficeret, sed quia vestes eorũ solum operiebant pudenda, fecit eis vestes, quæ vniuersum corpus tegerent. Dixit etiam, quod erant de

Quare dixit q̃ erãt de foliis arborum.

folijs arborum, primo ad reddendum narrationẽ verisimilem: nam si scriptura diceret, quòd fecerant sibi vestes, & non diceretur de qua materia, aliquis diceret, quomodo poterant facere vestes? quia nõ erat aliquid de quo facerent, cùm ibi non esset pannus, neq; pellis; cùm autem dicit de folijs, reddidit rem verisimilem. Nam erant ibi inter arbores, ideo occurrerent ei multæ arbores, de quibus acciperent folia ad consuendas vestes. Secundo ad reddendum causam, de vestibus, quas Deus dedit illis; si enim fecissent Adam & Eua sibijpsis vestes pelliceas, frustra Deus eis daret alias vestes pelliceas, & tamẽ quia dicitur quòd erant de folijs, & illæ erant inutiles, fuit conueniens, quòd Deus eis daret vestes pelliceas, quæ essẽt ad omnia sufficiẽtes. Cùm autem petitur, quare dixit, quòd erant de folijs ficus, etiam si ita esset? Dicẽdum quòd istud non fuit, nisi ad reddẽdum rem verisimilẽ: quia aliàs satis erat dici, quòd de folijs arborum consuerãt vestes: nam subintelligeretur, q̃ de folijs illius arboris fieret hoc, quæ aptiora essent ad istud, & tamẽ, vt cuicunque audienti ista res esset multum credibilis, dictum est expresse fuisse folia ficus, eo q̃ ista sunt latissima, & ita pauca sufficerent ad operiendum partes illas, & paucum de tempore impenderent in hoc faciendo, quod nõ accideret, si essent folia minuta, quæ admodum quarundam aliarum arborum. Et cũ hoc reddat rem verisimilem præcipuè fiebat hoc verisimile Iudæis, quibus ista scribebantur principaliter, quia in terra eorum erant ficulneæ habentes maiora folia, q̃ in terra nostra, & præcipuè in quibusdam partibus orientis. Perhibentur si quidem esse ficulneę in oriente, quarum folia ad scuti magnitudinem accedant: sicait Bernard. lib. 1. Speculi virginum.

Quæst. 560 Cur potiꝰ cooperuerũt pudẽda quam alias partes corporis.

Quæretur cùm Adam & Eua fecerint sibi vestes, & operuerint genitalia propter verecundiam, quare potius illas partes corporis, quàm alias velauerunt. Dicendum q̃ vestes acceperunt solùm, quia erubescebant de nuditate, sed causa cur erubescebant solũ fuit de partibus illis: ideo illas solùm tegere curauerunt. An verò in aliquibus alijs partibus corporis fuerit tũc verecunda nuditas dubitaret aliquis, cùm scriptura illud non aperiat. Dicendum q̃ non aperuit in alijs, & patet istud: quia illa verecũdia fuit quædam pœna pro peccato data: & tamen omnes penalitates datæ Adæ, & Euæ manent in nobis, sicut in illis; & adhuc abundantius, inquãtum quotidie deterioratur, & infirmatur natura humana: & tamen in nobis non sunt aliæ partes, quæ visæ verecundiam nobis faciant, ergo in illis non apparuit nuditas confusibilis, nisi illarum partium: sed obijciebatur, q̃ in alijs partibus etiam sit verecunda nuditas, & ideo erubescimus illas nudas habere, quòd ex conditione vestium apparet, quia omnes ferè corporis partes tegimus; sed vestis fuit ad occultandum, quod turpe est videri, ergo non solũ partes illæ fuerunt verecũdæ, & turpes, sed & multæ aliæ. Dicẽdum q̃ istæ solæ apparuerunt turpes statim post peccatum: nam si aliæ turpes apparerẽt, cùm istas velarent, vt non erubescerẽt de nuditate, aliàs similiter velarent. Cùm autem arguitur q̃ aliæ velãtur, & ideo aliæ sunt turpes, dicendum q̃ non valet, q̃ vestis non est ad solum tegendum turpitudinem, sed etiam ad liberãdum a læsione excessiuarum qualitatum ipsius aeris continẽtis, sed corpus nostrum totum est tenerum, & potest lædi ab excessu qualitatum, ideo totũ est conueniens tegi: vnde etiam si propter peccatum non sequeretur verecundia aliqua in pœnam, adhuc homines expulsi de Paradiso vestibus vterentur, non quidem ad operiendum turpitudinem, sed ad excludẽdum nocumenta, quod fieret a continente. Et tamen dicẽdum quòd nunc aliqua membra nostra facta sunt turpia, nisi operiantur, non quasi aliqua penalis turpitudo aduenerit, sed quia per consuetudinem factum sit, vt turpe sit hominem nudum esse, nõ quasi aliquod membrum habeat turpitudinẽ, per aliquẽ inordinatum motum, sed quia consuetudo est altera natura, vt dicit Aristot. lib. 7. Ethic. & quia consueuimus omnia membra habere operta præter pauca, turpia videntur non operta, sicut si natura dedisset eis velam turpitudinem.

Cap. 10.

Quæst. 561 Quare magis de quibusdam aliis partibus quàm de alijs.

Sed quæretur propter quid in istis mẽbris potius quàm in alijs partibus corporis apparuit nuditas, & de his erubuerunt homines. Dicendum quòd fuit ga verecundia est de turpi, sed turpitudo non apparuit, nisi in membris illis; ideo non potuit esse verecundia de alijs. Erat autem turpitudo fieri aliquid contra ordinem: cùm enim esset status innocentiæ, erant omnia ordinata, quia ratio sub Deo, & membra corporis atq; potẽtiæ, & vires animæ sensitiuæ sub anima rõnali; cum autem homo spõte destruxit istum ordinẽ, faciendo q̃ mẽs sua nõ esset Deo subdita, fecit Deus, q̃ non esset pars inferior animæ sub ratione; & ita insurrexerunt quidam affectus, non insurrexerunt autem motus aliqui secundum vim nutritiuam, aut augmẽtatiuam; sed solum fm generatiuam, organa autẽ exteriora generatiuæ virtutis sunt genitalia, tam in viro, quàm in fœmina: ideo in illis fuit motus inordinatus, quem ratio compescere non potest, aut quem ratio nõ iubet insurgere. Et ista est tota deordinatio, quod rationi non obediant partes illę, cæteræ autem obediunt. Sed aliquis dicet, q̃ etiam aliæ partes sunt, quæ non obediunt, vt passiones: non enim ira fm rationẽ est, sed contra, & omnes passiones, nam ipsam rationẽ impugnãt, & inge bellum, & labor est rationi in perferendas atque placandas turbationes, quæ ei ab alijs passionibus fiunt: sic patet ad Galat. 5. c. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem; & ne aliquis putet intelligi carnem solum pro illo affectu, quo mouemur in venerea, A postolus adiungit ibi motus fm alias passiones, dicens manifesta sunt opera carnis, quę sunt fornicatio, immunditia, impudicitia,

Adiuere quomodo partes posteriores turpissimæ.

dicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidię, homicidia, ebrietates, comessationes: & ita Apostolus, omnes motus passionales inordinatos, & operationes secundum eos, vocat opera carnis: ergo omnes illę partes dicuntur esse caro, quæ concupiscit contra spiritum, & non solus affectus ad venerea, & in omnibus his sunt impetus tam fortes, quòd vix ratio posset illis resistere, sicut dicitur eodem cap. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, hęc inuicem sibi aduersantur, vt non quæcunque vultis, illa faciatis.

Quæst. 562 Rationis superioris quæ.

Dicendum, quòd verum est, omnes partes animæ inferioris, scilicet concupiscibilem, & irascibilem repugnare rationi, ita vt ferantur in aliud, quàm ratio vult; sicut in paraliticis, idest dissolutis corporibus, mouentur partes in contrarium eius, quod elegit mouere habens eas, in anima nihil minus est, licèt in corpore videamus palàm, & in partibus animæ non videmus, & tamen non est ibi minor repugnantia. Sic dicit Aristot. lib. 1. Ethic. Videtur autem in ipsis aliquid præter rationem innatum, quod aduersatur, & obuiat rationi: feruntur enim quemadmodum dissolutæ corporis particulæ in dextram præeligentium è contrario mouere, in sinistram prauę feruntur; & in anima sic contingit. Ad contraria enim motus incontinentium fiunt. Sed in corporibus quidem videmus, quod peruersè motum est, in anima non videmus, fortassis autem nihil minus, & in anima existimãdum esse aliquid præter rationem contrarians. Aliqui respondent quòd aliæ passiones, licèt sint, & moueant contra rationem, tamen minus mouent, ideo non erit de illis verecundia. Sed dicendum, quòd hoc nihil prodest, quia cùm omnes obuient rationi, vt dicitur lib. primo Ethicor. non differrent, nisi per magis, & minus, ideo omnes facient turpitudinem, licèt non æqualem, & tamen verecundia sequitur turpitudinem, ideo de omnibus erit verecundia, licèt non æqualiter. Secundò idem apparet, quia Aristot. lib. 7. Ethic. cap. 8. determinat turpiores esse incontinentias secundum concupiscentiam, quàm secundum iram, & ita vtranque turpem vocat, licèt non æqualiter: ergo de vtraque erit verecundia. Dicendum, quòd non est verum aliquod membrum, in quo sit turpitudo, nisi genitales partes in masculo, & fœmina, quia hæ solæ mouentur contra rationem. Cùm autem arguitur esse aliàs partes animæ rationi repugnantes: dicendum generaliter omnes motus passionales, quando non sustantur a ratione, esse turpes, & passiones esse turpes, & actus secutos secundum eas esse turpes, quod demonstratur ex verecundia, non est enim verecundia, nisi de turpi, & tamen de multis actibus nostris erubescimus, ideo in omnibus illis iudicamus esse turpitudinem, & generaliter in omni illo, quod putamus esse a nobis contra rationem factum, si conuincamur de illo, aut notum sit, erubescimus, & quoniam ira est cõtra rationem, est turpis eius motus, cùm non imperatur, aut regitur ratione, vt dicitur lib. 7. Ethic. Et tamen propter istas passiones non iudicatur aliqua pars corporis turpis, sed solùm genitalia propter concupiscentiam venereorum, & causa est, quia alię passiones non determinant sibi organa propria in corpore, per quæ exerceatur, quod ad ipsas pertinet: nam ira per manus, per linguam, per oculos, per omnes partes corporis potest exercere vindictam, ideo cùm nullam partem determinet, nullam efficit turpem, concupiscentia autem venereorum determinat sibi solas partes genitales, ideo efficit illas turpes, & aliæ passiones, licèt contra rationem sint nullam partem turpem efficient.

Sed obiicietur, q̃ licèt non determinet sibi partes corporis, tamen exercetur motus illarum passionum per aliquas partes corporis, ideo efficiẽtur saltem partes illæ tunc turpes, & ita de eis verecundabimur. Dicendum, quòd de omni turpi est verecundia, & tamen nunquàm est, nisi quando id, quod turpe est manifestatur, occultum verò non facit verecundiam; sicut vasa genitalia turpitudinem habent, & tamen quando sunt operta, nullam verecundiam faciunt nobis; hoc modo omnis motus passionalis, quandiu rationi obuiat, est turpis, & tamen motus isti sunt in anima, nemo autem videt animam; ideo de ijs turpitudinibus nemo erubescit, licèt maior sit turpitudo in motu partium animę contra rationem, quàm in motu partium corporis, sicut dicit August. lib. 14. de ciui. Dei. c. 19. & hoc innuit Arist. lib. 1. Ethic. c. penul. s. sed in corporibus videmus, quod peruersè motum est, in anima non videmus, fortassis autẽ nihil minus in anima existimandum esse præter rationem contrarians huic, & obuians: vnde si motus animorũ mutuo nobis paterent, continuam pateremur verecundiã, eo quòd semper conspicerentur ab alijs turpitudines nostræ, quia tamen actus fm passiones manifestantur foris, de illis erubescimus, cùm in aliorum agnitionem veniant. Sed dicendũ, quòd licèt sint actus illi turpes, & de illis verecundemur, tamen partes corporis, per quas contingit illos exerceri, non sunt tunc turpes, & ideo neq; de eis erubescimus. Quod ab aliis cõspiciãtur causa est, quia licèt motus turpis sit, quia est cõtra rationẽ, partes tamen corporis non mouentur ad executionem, nisi per imperium, quia in eis nullus pruritus, nullus ardor est ad id efficiẽdum, quod per eas geritur, sed voluntate imperante id agunt; voluntas autem ad superiorem, & rationalem partem animæ pertinet: nihil ergo turpe est in partibus illis, cùm ratione agẽte moueantur. In membris autem genitalibus ista est turpitudinis causa, q̃ moueantur contra rationem: nam siue ante actum venereũ, siue in ipso actu concitantur ratione non iubente, & non solùm non expectant rationem, sed etiam si ratio iubeat cessare a motu, non cessant statim, hoc autẽ in nullis alijs partibus corporis fit: nam etiam si ex ira percutiamus hominem iniustè, manus non mouetur, nisi imperante voluntate, & statim cessat, vt voluntas iusserit, ideo in manu nulla est turpitudo, motus autem concupiscentiæ in vasis genitalibus non est huiusmodi, quia neq; insurgit iubente ratione, neq; quiescit illa iubẽte cessare. Et in hoc est tota turpitudo, nam licèt actus vereus interdum esset illicitus, sicut omnis coitus præter coniugalem, & hunc coitũ prosequeremur ex cõcupiscentia venereorum, & tamen non mouerentur vasa genitalia, nisi imperante voluntate, & cessarent moueri ea iubente, esset quidam actus turpis, & erubesceremus de illo, idest nõ auderemus facere publicè. Etiam erubesceremus deprehendi in eo, sed nõ esset turpitudo aliqua in membris genitalibus; vnde neq; erubesceremus, q̃ qs videret ea, sicut de manibus nemo erubescit, licèt per eas commiserit homicidium; & stabat bene, q̃ actus concubitus esset turpis, tamen ipsę partes non essent turpes. Nunc verò omnia sunt turpia; actus quidem, quia est contra rationem, membra verò, quia mouentur contra rationẽ. Et istud magis manifestatur in actu coniugali. Nam licitus, & honestus est ille concubitus, & tamen videri sic cõcumbentes erubescimus, quasi aliquid turpe sit in illo coitu, & verè aliquid turpe est, quia licèt rõ imperet commisceri vxori, tamen non potest imperare motui membrorum: nollet enim quis ratione vtens motum fortem insurgere absorbentem rationem, qui tamen & ibi nihil minus quàm in coitu illicito insurgit. Etiam

Quæst. 563 Nullã aliã partẽ corporis præter genitalia turpem esse.

Cap. 13.

Cur coniugali concubitu licito erubescimus.

ibi

ibi vasa non obediunt rationi, quia non insurgunt iubente ratione. Est igitur actus ille turpitudinẽ habẽs, & membra ipsa turpia: & ideo actus coniugalis semper absconditur, & ipsa vasa genitalia semper operiũtur. Sic diffinit August. lib. 14 de ciui. Dei. c. 19. s. quòd autem iræ opera, aliarumq; affectionũ, in quibuscũq; dictis, aut factis non sic abscondit verecundia, vt opera libidinis, quæ fiunt genitalibus membris, quid causæ est, nisi quia in cæteris membris corporis, cùm eis consenserit voluntas mouet, quæ in vsu eorum omnino dominatur? Nam quisquis verbum emittit iratus, vel etiam quemquam percutit, nõ posset hoc facere, nisi lingua, & manus iubente quodammodo voluntate mouerentur, quæ membra etiam cùm ira nulla est mouẽtur eadem voluntate. At verò genitales corporis partes ita libido suo iuri quodammodo mancipauit, vt moueri non valeant, si ipsa defuerit, & nisi ipsa, vel vltro, vel excitata surrexerit: hoc est enim qđ pudet, hoc est quod intuentium oculos erubescẽdo deuitat, magisq; fert homo spectãtium multitudinem, quando iniustè irascitur homini, quàm vel vnius aspectum, etiam quando iustè miscetur vxori.

Quæs. 564. In illa erubescentia primorum parentum fuit aliquis motus.

Sed adhuc quæretur, cùm Adã & Eua erubuerint de vasis genitalibus, an fuerit in eis tunc actualiter aliquis motus. Dicet aliquis quòd sic, qa de hoc erubuerunt, nam si nihil tale appareret, non esset aliquid turpe ibi, ideo nec; esset verecundia. Aliquis dicet q nõ, quia ad hoc, q erubescamus de membris illis, non est necesse quòd sit aliquis motus actualiter in eis fm cõ cupiscentiam, sed quia aliquãdo in eis est, semper erubescimus de eorum nuditate, etiam tunc, quando nullus motus in eis est; ita poterant tunc illi erubescere, etiam si non haberent actualiter insurgentem concupiscentiam. Dicendum, quòd non est verum, sed Adã & Eua habuerunt tunc motum actualiter in membris. s. q genitale Adæ fortassis insurgeret, & notus ardor, atq; pruritus ibi fierent, similiter in Eua circa partes genitales sui fieret nota immutatio, quæ aliis fœminis accidit, cùm dicuntur habere concupiscentiam venereorum, & quia talis motus in eis nũquam fuerat, & iubente voluntate non cessaret, erubuerunt, eo q contra rationem esset. Cùm autem obijcitur, quòd sine motu actuali poterat esse verecundia, sicut in nobis, dicendum, quòd non est simile, quia in nobis præfuit aliquis motus, & vnus motus sufficit, ad hoc, q membra illa iudicarentur semper turpia, quasi nunquam secundũ rationem moueantur, aut ei obediãt, sed in Adam & Eua nunquã præcesserat aliquis motus huiusmodi: ergo non possent turpia illa iudicare, nisi aliquid nouum in eis esset, & ita actualiter aliquid fieret. Secundo, quia ante hoc Adam & Eua videbãt illa membra sine vestibus, & non erubescebant de illis; cùm ergo inciperent aliquando erubescere, necesse erat, quòd per aliquem motum in se factum erubescerent, quia si non esset in eis aliqs motus turpis, non haberent per quid erubescerent, nisi per id quod erat in potentia. s. quòd quandocunque de cætero moueretur in eis concupiscentia, erubescerent, & istud non est conuenienter dictum, quia per ea, quæ solùm sunt potentialiter in aliquo, non est motus, neq; operatio. Tertio apparet adhuc istud planius, quia verecundia non est, nisi de aliquo turpi, & hoc qñ illud turpe manifestatur, nã si occultum manet, nulla verecũdia est; sicut nõ erubescimus de mẽbris genitalibus, qñ operta sunt, ergo cùm ante hoc non erubescerent Adã & Eua de genitalibus nudis, & tunc inceperint erubescere, necesse erat, vt tũc primũ nõ solũ esset turpe aliqd in membris illis, sed etiam appareret illud turpe, ita vt ipsi illud viderent, & hoc non poterat esse, nisi esset aliquis motus actualiter in membris, quia cætera non erant visibilia: vnde de motu passionum, & prauarum cogitationum contra rationem nemo erubescit, quia ab illis non conspiciuntur ista, & tamen erubuerunt tunc Adam & Eua ad inuicem, ergo manifestè apparebat in eis aliquis motus in corpore cõtra rationem, & hoc non potest negari. Et dicendum, q iste motus, erat pruritus quidam ad venerea, qui fit in membris illis, & in genitali Adæ fieret manifestior motus, quemadmodum accidit in viris, & hoc non quasi sit maior concupiscentia, aut ardentior in eis, quàm in fœminis, sed quia ex cõditione vasis potest magis manifestari, cùm sit vas prominens, quod moueri potest per contractionem, & dilatationem; nõ est autem sic de vase fœminæ. Sed obijcietur, quòd ante omnem motum poterat esse verecundia de nuditate illorum membrorum, quia sic accidit pueris, cùm enim sunt infantes, nõ erubescunt de nuditate illarum partium, cùm autem sunt grandiusculi, incipiunt erubescere, & tegunt partes illas. licèt nullum motum in illis senserint, cùm sint adhuc impotentes ad venerea per ętatem, & non siunt in eis motus passionales. Dicendum q hoc non valet, quia pueri contegunt genitalia, ante quàm sentiant motus aliquos, non tanquàm aliquid, de quo ipsi erubescant, sed tanquàm id, de quo eis erubescendum esse dicitur, & sic est verecundia per consuetudinem, non per naturam, sicut dictum est supra, q soliti sumus omnia membra, & partes corporis vestibus operire, vnde si aliqua manserint nuda de ijs, que solent operiri, erubescimus, tanquàm aliquid turpe in nobis pateat, & tamen certum est, q nullæ aliæ partes corporis sunt in nobis turpes, nisi genitalia, sed consuetudo operata est istud, sic autem in infantibus, cùm non sit operatio secundum rationem, neque intelligere, non possunt ab alijs addiscere, an aliquid sit turpe, neque ipsi intelligere, ideo nullo modo possunt erubescere de nuditate illarum partium. In pueris autem grandiusculis incipit esse vsus rationis, & possunt isti ab alijs addiscere, quid sit turpe, & quid honestum, & ideo abscondunt, quæ alij abscondenda dicunt, & erubescunt de eo, quod alij turpe dicunt, & tamen si pueri isti a nullo instruerentur, licèt haberẽt vsum rationis, nunquàm contegerent membra illa, quousque aliquem motum in eis experirentur, tunc primum de eis inciperent erubescere, sed in Adam & in Eua non erat vt in pueris, quia nemo erat, qui eos diceret ista esse turpia, vt illa operirent, & ante hoc nõ operiebant, cùm tamen vterentur perfectè ratione, & nunc operuerunt: ergo oportet, q nunc de nouo apparuerit in eis aliquis turpis motus, de quo erubescerent, & ille non poterat esse, nisi motus factus contra rationem in membris illis, ergo talẽ nunc habuerunt.

Quæretur, an Adam & Eua habuerint desiderium deliberatum coeundi, quando in eis factus est motus illę. Dicendum, q desiderium perfectum copulæ duo importat. Primũ est motus cõcupiscentiæ venereorũ in mẽbris. Secundũ est deliberatio voluntatis in ijs, ad quod concupiscentia mouet. Primum non est perfectum desiderium, quia non sequitur inde actus si illud solùm sit, quia licèt voluntas non posset dominari concupiscentiæ venereorum, vt non surgat, & appareat in membris, & prurias, aut titillet ipta membra; potest tamen impedire, vt non exeat in actum, & non solum non complebitur actus, ad quem inclinat concupiscentia, si voluntas prohibeat, sed etiam si nõ prohibeat, si non iubet, non complebitur, quia ad executionem exigitur motus aliarum partium corporis, & non vnus motus, sed multi. Cætera tamen mẽbra voluntati obediunt, & ideo primum, quod est concupiscentia venereorum excitata in mẽbris non est perfectum desiderium, quia non sequitur inde effectus.

Quæs. 565. An in illo motu deliberato fuerit desiderium copulæ.

Secun-

Secundum etiam, ideſt voluntatis deliberatio, ſi ſolũ est, non ſufficit, quia ſi non inſurgit concupiſcẽtia venerea in membris, nunquam poterit ſequi venereorum actus, ſicut in incontinentibus, & intemperatis, qui propter memoriam delectationis præteritæ vellent frequentare actum, ſed non eſt diſpoſitio in organis; vtrumque ergo requiritur ad hoc, quòd ſit perfectum deſiderium venereorum. Cùm autem de Adã & Eua petitur, an fuerit in eis deſiderium iſtud, dicendum, quòd primum fuit in eis, nam fuit motus nouiter inſurgens in membris, de quo ipſi erubuerunt, & iſte eſt motus concupiſcentiæ inclinans, & diſponẽs ad venerea, ideo de primo manifeſtum eſt, quòd fuit in eis. Et dicẽdum, quòd fuit in ambobus iſte motus, quia ambo peccauerunt, & ſecutum eſt hoc in penã, ideo in ambobus eſſet. Etiam patet per effectũ, quia ambo erubuerunt, ergo in vtroque apparuit aliquid turpe, quia ſi in altero illorum tantùm appareret turpitudo, ille ſolus erubeſceret alterius conſpectum, & alius non erubeſceret, & tamẽ ambo erubuerunt, qđ patet, quia ambo contexerunt genitales partes, cũ dicatur, q fecerunt ſibi perizomata, ergo in ambobus inſurrexit concupiſcentia in membris. De ſecundo, ſcilicet voluntate eligente, & imperante actũ, ad quẽ concupiſcẽtia inclinat eſt dubium, an ibi fuerit, quia non eſt aliquid, per quod conſtet, an habuerint illum, & licèt poſſit teneri vtrunq;, magis tamen rationi cõ ſonat, quòd non fuerit in eis deſiderium perfectum per deliberationem. Primo, quia nõ fuit ſecuta copula in Paradiſo, & tamen ſi deſiderium perfectum per deliberationem exiſteret, nihil impediebat copulam. Secundo, quia iſte motus fuit contra rationem ipſorum, ideo veriſimile eſt, quòd non conſentirent, nam ſi conſentirent, placeret voluntati de hoc motu, & tamen videtur diſplicuiſſe, inquantum ſtatim erubuerũt, ergo non fuit in eis deſiderium perfectum. Aliquis dicit, quòd iſta ratio non eſt conueniens, quia iſte motus concupiſcentię in membris ſemper eſt turpis, & de eo homines erubeſcunt, & tamẽ ſequitur copula, nam etiam in concubitu coniugali eſt verecundia, ideo abſconditur, & tamen fit, vt dicit Auguſt. in lib. 14. de ciuit. Dei. c. 18. & 19. Dicendum, quòd iſta ratio eſt ſufficiens: id enim de quo quis erubeſcit, quando erubeſcit, non facit, & ideo ita eſt in omnium copula, q quilibet erubeſcit habere conſpectores actus illius, ideo nemo vult palam coire, & tamen fœminã ipſam, cum qua copulatur, non erubeſcit, nam ſi erubeſceret non copularetur ei, ſed auerteret ſe ab ea; qa ea ratione, qua palam nemo facit, quia alios homines erubeſcit, ea ipſa ratione cum fœmina nihil ageret, ſi ipſam erubeſceret, ergo ſi agit non erubeſcit. Et hoc ipſum experientia monſtrat, quia quidam viri ſunt, q quaſdam fœminas propter earum honeſtatem, aut reuerentiam, quam habent ad eas, erubeſcunt, & cũ eis copulari nolunt, licèt illæ hoc velint, & ad alias non ita pulchras, & quæ neque ita concupiſcentiam irritare poterant, copulantur; & tamen ita eſt, quòd Adã erubuit de Eua, & Eua de Adam, ergo nollet ei copulari, ſed potius fugeret, & reprimeretur in eo deſiderium; quòd autem de illa erubuerit patet, quia ambo erubuerunt de motu illo, & tamen nullus alius erat ibi, de quo erubeſcere poſſent, & erubuerũt, ergo nullo modo tunc vellent inuicem copulari, ſed potius fugerent, & ita non eſſet tunc in eis deſiderium copulæ deliberatum. Sed obijcietur, quòd hoc dato, nunquã copularetur Adam Euæ, quia erubeſcerent inuicem, ſicut nunc erubuerunt, & ſi erubeſcentes nõ poſſent conuenire, nunquam conuenirẽt, ſed falſum eſt, quia poſtea filios genuerunt. Dicendum, quòd nunc verè Adam & Eua erubuerũt ad inuicem, & ideo nõ potuerunt, aut non deſiderauerunt copulari, tamen poſtea potuerunt, & copulati ſunt, quia deſierunt erubeſcere ad inuicem, hoc autem potuit fieri rõne, & conſuetudine agentibus; ratione quidem, quia ſciebant, quòd genus humanum non poterat procreari, niſi ab eis, & quòd eis onus incumberet vacandi proli, vnde & ſe ipſos inducerent, vt hoc efficerent, & verecũdiã ſuperarent; conſuetudo autem multum ad hoc faceret, nam cùm primo ſe nudos viderunt, propter rem inſolitam turbarentur valde, eſſetq; nimia verecũdia, ideo neq; cuperent copulari, ſed fugerẽt ad inuicem. Poſtea vero cùm diu ſimul manerent, agente hac cõſuetudine inceperunt non erubeſcere in alterutrum, & ita copulati ſunt, erubeſcebant tamen alios, & coram eis non copularentur.

Quæs. 566. Cur ſurgẽte tali concupiſcẽtia in eis non copulati ſũt ſtatim.

Sed quæretur, cùm in Adã & Eua nunc ſurrexerit concupiſcentia venereorum, quare nõ copulati ſunt in Paradiſo? Dicendum quòd fuit, primo quia non deſiderauerunt hoc, nam nõ ſequitur copulatio, niſi ad deſiderium perfectum, in illis autem fuit concupiſcẽtia venereorum, vt eſt paſſio, ſed non electio de copulatione, ideo non ſecuta fuit, vt dictum eſt prędcedenti quæſt. Secundo, qa in Adam erat aliquid, quod ab hoc diſtraheret, nam nunc Adam & Eua ceciderant a ſtatu bono in miſeriam, & nouiter in ſe experiebantur pœnam: ideo potius hic conſideratio detraheret eos a venereis, quàm impelleret eos concupiſcentia; ſicut ſit generaliter quando cunque duæ paſſiones concurrunt, quæ in diuerſa trahunt, ea quæ vehementior eſt, extinguit aliam faciens non ſentiri illam. Tertio fuit propter verecundiam nimiam, nam erubuerũt ſe ad inuicem, & ideo non ſolùm non poſſent copulari, ſed potius auerterentur ab inuicem, quãdiu ſic erubeſcerent, quouſq; ceſſaret verecundia inter eos, tũc enim poſſent copulari. Quarto, quia deſiderium operiendi partes verendas fuit maius, quàm concupiſcentia venereorum, ideo potius ſtatim operam dederũt ad cõſuendum perizomata operientia partes nudas, quàm ad copulationem. Quinto, quia hoc facto nõ videtur illis manſiſſe tempus, quaſi ſtatim venerit Deus ad illos, vt colligitur ex ordine literæ, ſupra 3. c. & ita nõ vacaret eis copulari.

Quæs. 567. An in alijs partib' poſſit eſſe verecundia.

Sed quæretur, an in alijs partibus corporis poteſt eſſe verecundia. Aliqui dicũt, quòd ſic, quia in partibus diſſolutis erit turpitudo, quia mouentur contra imperium, & electionem, nam & Ariſto. facit ſimilitudinẽ de partibus diſſolutis ad partes animæ ſenſibilis, vel irrationalis lib. 1. Ethic. s. ferunt enim quemadmodũ diſſolutæ corporis particulæ in dextram præligentiũ è contrario mouere, in ſiniſtram præue ferũtur, & in anima ſic fiunt: ad contraria enim motus incontinentium contingit. Secũdo, quia partes illę, per quas exercetur operatio tota nutritiua, & augmentatiua, rationi non obediunt, ideo de eis erubeſcimus. Dicẽdum, quòd de ijs non eſt verecundia aliqua, quia non eſt verecundia niſi de turpi, ſed hìc nõ eſt turpitudo aliqua, patet primo de partibus corporis paraliticì, quæ ſunt diſſolutæ, quia partes illę fuerunt aliquando non diſſolutæ, & tunc non obuiabant rationi, ſed poſtea nõ eſt in eis acquiſitum aliquod principiũ motus repugnãs rationi, ideo neq; rationi repugnant paraliſmi. Secundo, quia turpitudo eſt per hoc, quod eſt repugnare rationi, & hoc eſt aliquid poſitiuum, in paraliticis autẽ non eſt aliquid poſitiuum, ſed defectus poſitiui. s. quia virtus motiua, quæ prius illas partes mouebat, non poteſt mouere, quia ſunt quaſi diſſolutę a toto, cuius eſt vis motiua; non eſt autem ſic circa vaſa genitalia, quia in illis non deeſt motiua vis exequẽs motum, ſicut in alijs partibus corporis, ſed eſt alia vis, quæ in contrarium mouet, quàm ratio, & per illam contrarietatem

poſitiuam

positiuam mouendi est verecundia, & turpitudo. Cũ autem obijciebatur de partibus, vel organis nutritiuę & augmentatiuæ, dicendum, quòd de illis non erubescimus, & ratio prima est, quia ipse actus harum virtutum nihil turpe habet; turpe enim opponitur honesto, ideo circa idem inueniuntur, & ita vbi non potest esse honestum, neque etiam turpe, sed honestum est humanum, ideo & turpe est humanum, vnde in eo quod non fuerit humanum, non poterit esse turpitudo, sed pars nutritiua, & augmentatiua est pars quędã non humana, nam neq; est rationalis, neq; ratione cõmunicans in aliquo, ideo secundum actum eius non potest esse turpe, neque honestum; sic dicit Aristot. lib. 1. Ethi. Irrationale autem hoc idem assimilatur cõmuni, & plantatiuo, hæc quidem igitur communis q̃dam virtus, non humana apparet. Secundo, quia turpitudinem ponimus, vbi est motus contra rationem, sed hic non est motus contra rationem, quia ratio nõ imperat contrarium, neque eligendum indicat ad id, quod per nutritiuam, & augmentatiuam fit, & ideo nunquam est pugna rationalis partis cõtra nutritiuã. Sed circa concupiscibilem, cuius est concupiscentia venereorum, quæ est in vasis genitalibus, aliud est, nã ratio iudicat interdum non concupiscendum, & illa vis mouet motu forti, & ipsa organa excitantur in cõtrarium ad illud. Tertio, quia operatio nutritiuę, & augmentatiuæ non est humana, operatio autem, ad quam mouet concupiscentia venereorum, est humana, nã augere, & nutriri est actus virtutis alicuius, sed non ipsius indiuidui, quod est homo, sed potius indiuiduum dicitur nutriri, & augeri, quia corpus eius augetur, & nutritur; sed concubitus, ad quẽ mouet concupiscẽtia venereorum, est actus humanus, quia exercetur ab indiuiduo, & ideo indiuiduum dicitur agere, & non aliqua virtus eius etiam secundum hũc actum dicitur indiuiduum agere, & nõ pati sicut in nutritione, & augmẽtatione, ideo in actibus nutritiuæ, & augmentatiuæ non est repugnantia ad rationem, quia nõ sunt actus eius humani, & ipsius indiuidui, ratio autẽ solos humanos actus respicit, eo quòd illa est propriũ principium operandi humanum, in actibus verò generatiuæ virtutis, quantum ad copulationem est aliqua repugnantia ad rationem, quia sunt actus illi humani, & in eis mouet concupiscentiam contra rationem motu forti. Quarto, quia istę vires in nullo repugnant rationi, nam repugnare rationi non est nõ obedire ei, sed habere motum contrarium ad illam in eo quòd ad illam dirigere pertinet. Primum patet, quia lapides, & inanimata non mouentur per electionem nostram, & tamen non dicuntur moueri contra rationem, quia illud est non participare ratione, & ideo nutritiua, & augmentatiua non repugnant, licèt non obediant, quia cùm non sint vires humanæ, sed communes quædam, & plantatiuæ non participant rationem in aliquo: sic habetur lib. 1. Ethic. Et ideo rationem audire non possunt, vnde neque obedire; repugnare autem non potest, quia non communicat in aliquo opere cum ratione, in quo ei resistat. Secus de concupiscibili, quia licèt sit irrationalis pars animæ, participat ratione, & potest obedire rationi, vt eodem lib. 1. Ethicor. & ideo quando non obedit, repugnat, nã circa id mouet, quod per rationem regulãdum est, & in contrarium mouet, vel ratione nõ mouente mouet, & ideo propriè est hoc resistere; sic dicit Aristo. lib. 1. Ethic. videtur autem in ipsis aliud quid præter rationem innatum, quod aduersatur, & obuiat rationi. Quinto, quia nullo modo possunt pertinere ad rationem ea, quæ sunt opera augmentatiuæ & nutritiuæ, & ideo in illis neque cum ratione cõcordant, neq, repugnãt illi. Et hoc est, quia sicut natura habet desiderium ad opera nutritionis & augmẽtationis, ita & habet organa, & vim motiuam in ijs, & completur tota operatio non deliberante, aut imperante ratione super hoc. Vnde neque ratio nouit quid factum sit per illas vires, aut quantum omissum, quasi natura omnino separauerit vires illas a ratione, vt sint aliqd nõ humanum, & ideo quasi in nullo communicantium cũ ratione non potest esse ad rationem eis cõcordia, neque repugnantia. Non est sic de operibus partis cõcupiscibilis, nam illa quidem potest mouere ad opera, sed non potest complere ea, nisi imperãte ratione. Vnde non solùm, si ratio repugnet ei, non implebitur opus, ad quod mouet concupiscentia venereorũ, sed & quod maius est, si ratio non imperet impleri, illud non poterit impleri, cùm debeat impleri per organa, & partes corporis, quæ rationi in motu obediunt, & hoc est manifestum signum, q̃ operationes istæ pertinent ad rationem, cùm exerceri non possint, nisi ea imperante motum organorum, & operationes nutritiuæ, & vegetatiuæ non pertineant ad rationem, cum ibi nulla pars moueatur imperio rationis, sed explea-tur actus ratione non aduertente. Et ideo non obedire rationi in eo, quod ad rationẽ pertinet, est repugnare ei, & facit turpitudinem; non obedire autem in eo, quod ad rationem non pertinet, non est aliqua repugnantia, & ideo neque turpitudo. Nam videtur quòd cùm ratio iubeat expleri actum, ipsa deberet iubere inchoari, si autem aliqua alia vis moueat ad illum nõdum mouente ratione, etiam si nondum ratio contrarium iubeat, est deordinatio, & turpitudo, & ita in motu organorum partis venereæ est propriè turpitudo. Sexto, quia dato, quòd actus augmentatiuæ, & nutritiuæ non obediret rationi, sed resisteret, quia tamẽ non sunt organa manifesta, nulla essent, de quibus posemus erubescere: sic enim fit in ipsis organis potentiæ generatiuæ, quia sunt exteriora, & cùm illa cõtra rationem moueantur, erubescimus de illis; sed organa nutritiuæ, & augmentatiuæ sunt interiora, quia nihil est foris, quod moueatur in operatione illa; ideo non possumus erubescere. Nam & de ipsis membris seruientibus concupiscentiæ venereæ, ita est, quòd licèt sint exteriora, & moueantur contra rationem, si operimus illa, non erubescimus, & tamen magis operta sunt, quæ sunt interiora; ideo de illis non possumus erubescere, & ita de operibus nutritiuæ, & augmentatiuæ non est verecundia, neque est ibi turpitudo.

Quæretur, quare secundũ alias partes corporis non erubescimus? Cur Deus non fecit verecundiam in aliquibus alijs membris? Dicemus, quòd verecundia data est in pœnam, & data est vbicunque dari potuit; est enim verecundia de turpi, quãdo illud manifestatur, & quia non potest esse turpitudo in alijs partibus corporis, non erubescimus de illis: est autem turpitudo de eo, quod est contra rationem, sed hoc non conuenit alicui parti corporis secundùm se, sed solùm f̃m quòd mouetur ab aliqua potentia animæ. Et ideo cõsiderandum, quòd nihil secundum rationem est turpe, eo quòd f̃m illam quicquid fuerit est honestum. Nam ratio deprecatur ad optima, lib. 1. Ethic. Etiam quia turpe est, quod est contra rationem, ratio autem non repugnat rationi. Etiam turpe est, quod est deordinatum, sed quod est f̃m rationem est ordinatum, quia esse a ratione est ordinatum esse. Aliæ ergo partes animæ sunt, f̃m quas potest esse turpe, & istę vocantur irrationales; & differũt, quia quædam pars notabilis est animæ, quæ ratione non participat. s. quia neque ratio nem audit, neque ei obedit. Alia est irrationalis, quæ aliquo modo ratione cõmunicat. Prima vocatur ab Aristot. quæ assimilatur plantatiuo, & est non humana, sed communis quædam, & ista est pars nutritiua augmentatiua, generatiua; omnes istæ vocantur vires naturales, quia ex necessitate naturæ fit in ijs motus, & operatio, & nõ ex aliqua electione, ideo ratio in ijs nihil habet dirigere, neque impedire. Et ob hoc istæ vocantur rectè non humanæ, quia proprium principium operationum humanarum, secundùm q̃ sunt humanæ est ratio, quod autem cum ratione non cõmunicat, humanũ appellari non debet; & huiusmodi istæ. Ex quo sequitur, quòd secundũ operationes harum virium non est turpitudo, cùm non sint contra rationem, & ideo neque erit verecundia de eis; vnde siue bene, siue non bene exerceantur actus istarum virium in nobis, non verecundamur, quia nulla turpitudo est in nobis propter hoc; maximè quia nulla organa ista habent foris. De ijs rationes positæ sunt supra præcedẽti quæst. & ideo dicimus, quòd neque in operibus generatiuæ virtutis est turpitudo aliqua, quia illa est vis naturalis non humana. Sed an de vasis, & operibus eius erubescamus, dicetur statim.

Aliæ sunt partes animæ, quæ irrationales sunt, ratione tamen communicant, sicut pars concupiscibilis, & irascibilis; sic dicit Aristot. lib. 1. Ethic. videtur irrationale vtique duplex, plantatiuum, quidem nequaquam communicat ratione, concupiscibile verò, & vniuersaliter appetibile participat aliqualiter, secundùm quòd exaudibile est, & obaudibile. Ista pars appetibilis diuiditur in concupiscibilem, & irascibilem, & secundùm vtrunque sunt plures motus, & damus eis diuersa organa. Cùm autem istę vires animæ ratione participent, inquantum naturaliter sunt participatiuæ rationis, sunt partes humanæ, & iõ actus, ad quos inclinant istæ vires, sunt humani; nam sunt tales, qui non possunt compleri, nisi per imperium rationis, qđ non fit in actibus virium nutritiuæ, augmentatiuæ, & generatiuæ, & ideo illæ non sunt humanæ, vt ostẽsum est supra. Vnde istæ propter participare ratione naturaliter habent, quòd aliquando rationi obediant, aliquando resistant, & quando obediunt est actus earum honestus, quia est secundùm rationem; quando resistunt, est in eis turpitudo, quia est deordinatio: sic dicit Arist. lib. 1. Ethicor. videtur autem in ipsis aliud quid præter rationem innatum, quod aduersatur, & obuiat rationi; vires autem naturales animæ, quia ratione nullo modo participant, neque obediunt, neq; resistunt rationi, & ideo non est in actu earum turpe, aut honestum. Sed vires concupiscibiles, & irascibiles, cùm sint in nobis, & pecoribus, habent in nobis interdum turpitudinem, in pecoribus autem nunquam. Causa est, quia turpitudo est inordinatio quædam, ordinare autem est sapientis, & supremi, libr. 1. Metaph. & c.i. in pecoribus autem nõ est aliquod principium superius, aut nobilius viribus concupiscibilis partis, & irascibilis, ideo actus illarum non potest esse inordinatus, sed quod est secundùm illas, est ordinatum in pecoribus, quia natura est sibi, sic facere, & non est aliquis ordo, quem transgrediantur, vel quem exerceãt. In hominibus sunt actus istarum interdum turpes, & inordinati, quia est aliquod principium superius in homine, scilicet ratio, & eius tanquam sapientis est ordinare; maximè quia ratio est proprium principiũ omnium humanarum operationum, ideo quicquid fit, in quo moueant vires inferiores, tunc erit ordinatum, quando fuerit secundũ id, quod ratio diffiniuit; cùm vero est præter, aut cõtra diffinitionem rationis, erit inordinatũ, & quia turpitudo consistit in deordinatione, erunt actus isti turpes. Esse autẽ inordinationẽ in actu, vel motu viriũ istarũ, fit dupliciter. s. aut p̃ueniendo ordinem rationis, aut repugnando illi iam existenti. De primo est, vt quando inclinat concupiscẽtia, aut ira in aliquid, quod ipsa ratio diffiniret agẽdum, & rei considerandum occurrisset, & tamen nondum diffiniuit, vt quando est motus ad cibum in concupiscentia antequam ratio diffiniat manducandum, & in hoc est turpitudo, tam in concupiscentia, quam in ira, sed magis in concupiscentia, quia illa minus audit rationem, ira autem aliquo modo syllogizat, vt dicitur lib. 7. Ethic. 8. cap. Secundo modo est deordinatio repugnando ordinationi iam factæ à ratione, vt ratio diffiniuit non esse concupiscendam vxorem proximi, & concupiscentia mouet ad fruendum, & persistit vehementer rationi resistens. Est autem inordinatio in vtroque modo, sed in secundo magis, & tamẽ adhuc in primo est deordinatio, quia licèt ille motus non sit contra aliquem ordinem a ratione positũ in speciali, est tamen contra ordinem in generali, scilicet, quòd cùm ipsæ sint vires inferiores, & debẽt esse imperatæ, & non imperantes, non debent aliquid facere, sed expectare imperium rationis, ad quem pertinet diffinire, & præcipere, quid sit agendum. Inquãtum autem illę mouent ad operationem antequam ratio iubeat, vsurpant id, quod rationis est, & ideo inordinatè se habent. Sed secundus modus est maioris deordinationis, quia non solùm est ibi vsurpatio, sed etiam aperta inobedientia, & rebellio circa aliquid in speciali à ratione imperatum, & in tali inordinatione est maximè turpitudo, & verecũdia, quia ratio deprecatur ad optima, & suadet parti inferiori animæ cessare ab eo motu, & non cessat, & quanto maior resistẽtia, tanto est maior turpitudo, & magis erubescimus. Et propter hoc turpior est concupiscentia, quàm ira, vt dicit Aristot. libro 7. Ethic. cap. 8. scilicet, quia magis concupiscentia resistit rationi, quàm ira; nam difficile est conterrere, ideò superare hanc passionẽ connutritam nobis à puero, & contemporaneam vitæ, vt ait Aristot. libr. 2. Ethic. sed considerandum, quòd licèt motus istarum passionum sint turpes in duobus modis præcedentibus, non verecundamur semper de eis, quia aliquando sunt isti motus solùm interius, & non exeunt foras, vt quãdo ratio pugnat cùm his passionibus, tunc quidẽ turpes sunt motus isti, quia sunt inordinati, tamen quia non est manifesta deordinatio, non erubescimus de illis, nam verecundia nõ est, nisi de turpitudine nostra, cùm alijs manifestatur. Cũ autem actus secundùm istas passiones foris sunt, non solùm est turpitudo in motu interiori, sed etiam in actu exteriori, & tũc generaliter dicimus omnes actus secundùm passiones istas factos non mouente ratione ad hoc esse turpes, & de illis oĩbus erubescimus, q̃ sunt manifesti, & hoc tam de actibus secundùm irascibilem, quàm secundùm concupiscibilẽ, erubescemus autem magis de aliquo, quãto maior turpitudo ibi est, ideft maior inordinatio. Organa autem, vel partes corporis, per quas exercẽtur actus turpes, nõ sunt generaliter turpes, quia actus ipsi erũt generaliter turpes, quia inordinati sunt, sed partes ipsæ non sunt inordinatæ, cùm possint ordinatè moueri in ipso actu deordinato. Alia enim deordinatio est actus, alia partiũ, per quas exercetur; inordinatio actus est, si est contra determinationem rationis; inordinatio partiũ, si moueretur non a ratione, sed a quodam alio principio, & tamen contingit actum esse cõtra determinationem rationis, & partes, per quas exercetur non moueri nisi a ratione, ideo erit tunc turpitudo in actu, & in partibus nõ erit turpitudo, iõ neq; de illis erubescemus.

Sed dicet aliquis, quomodo vires istæ concupiscibiles, & irascibiles datæ sunt a Deo, cùm semper sit in eis turpitudo? melius fuisset hoĩem non habere istas vires. Dicendum, quòd non est hoc verum: fuit enim conueniens, quòd homo haberet istas vires. Primo, quia erat necessarium, nam est homo animal perfectum,

Aa circa nutritiuã, & augmẽtatiuam sit verecũdia, vel turpitudo.

Cap. vlt.

Cap. vlt.

Quæst. 569 Cur non sunt omnes partes in ijs, & irascibilis, & rationale partibus animæ, q̃ humanales dicuntur.

Capit. 13.

Quæst. 570 Cur Deus dedit vires cõcupiscibiles, & irascibiles, in quibus semper est turpitudo.

Capit. 1. & seq.

ctum, sed omni animali perfecto competit irascibilis, & concupiscibilis, ideo & homini competerent, quia
Cap. 1. est perfectissimum omnium animalium lib. 1. Politicorum. Secundò, quia etiam si nō esset necesse, quòd homo haberet vires istas, erat vtile quòd haberet, qa adiuuant ad intendendum actum, quod apparet in q-busdam, quæ facimus sola ratione mouente, & debiliter illa facimus, alia verò facimus ratione iubente, & ad hoc natura inclinante, & illa facimus efficacius, atque vehementius. Vt igitur essent opera ardentius facta, & magis completa, fuit conueniens dari passiones, quæ sunt motus harum virium, & hoc apparet maximè in fortitudine, secūdum quàm aggredimur, & sustinemus terribilia: nam ratio iubet id fieri, & tamen ira maximè adiuuat ad executionem horum, & si illa deesset, debiliter fierent omnia opera belli, sicut
Cap. 8. innuit Aristot. lib. 3. Ethic. cap. de fortitudine, & allegat Homerum in Iliade, scilicet,

Virtutem immitte furori.

Quæs. 571. Quomodo irascibilis & concupiscibilis potētia sit turpis, & inordinata.

Cùm autem obijciebatur, quòd iste vires semper sunt inordinatæ, negandum est, quia aut considerantur ipsæ vires in se, aut motus earum: vires enim in se non sunt inordinatæ, quia non sunt contra rationem, quia esse earum non præstat impedimentum rationi; impeditur autem ratio per aliquem actum, non per ipsam naturam virium. Si autem consideremus actus, siue motus earum, dicendum, quòd licèt aliquando sint turpes, non est necesse, quòd sint semper turpes, & deordinati, quia duobus modis est motus ille turpis, vel inordinatus, & tamen contingit esse motum illarum virium, non illis duobus modis, vt quando ratio præuenit diffiniendo, & sequitur motus concupiscentiæ, vel iræ, vt si iubeat ratio copulari vxori, & sequatur concupiscentia venereorum; vel iubeat manducare, & sequatur concupiscentia voluptatis, quæ est in gustu, & hoc modo erat habitudo istarum virium ad intellectum, quandiu mansit homo in Paradiso in statu innocentiæ, quòd non præueniebat aliqua illarum rationum, sed ratio iubebat de omnibus eis, & illæ sequebantur, & fortificabatur actus, & ita nullus actus esset ibi turpis, quia omnes essent secundum rationem. Secundò, quia etiam si iste vires præueniant aliquando rationem mouendo ad id, quod ratio non diffiniuit, potest corrigi inordinatio earum per rationem, quia suadente ratione reducentur ad id, quod ratio diffinit, & sic nihil manebit inordinatum. Tertiò, quia istæ sunt tales, quæ rationi obedire possunt, si enim ex conditione sua tales essent, vt in aliquid moueri possent, & mouerentur, & ab eodem nō possent retrahi per rationem, maneret semper inordinatio, & in creatione earum videretur fuisse error, aut efficeretur, quòd non essent vires humanę, sicut est de nutritiua, & augmentatiua, atque generatiua, quæ sunt cōmunes quædam vires, & non humanæ, vt dicitur lib. 1. Ethic. & tamen non est sic, sed tales creatæ sunt, vt obedire possent rationi, & suaderi ab ea, ideo non fuit inconueniens earum creatio. Quartò, quia si iste vires inclinarent ad aliquid, quod esset omnino contra rationem, & nunquàm illud esset licitum, essent ille ex natura sua malæ, aut inordinatę, & ita vt nunquàm in eis ordinatio esse posset, nisi cessando a propria natura, & tamen non est sic, sed istæ vires inclinant ad id, ad quod ratio inclinatura esset, quia non est aliquid, ad quod moueat concupiscentia, quod ratio interdum non iubeat fieri, sicut concupiscentia mouet ad venerea, & ad delectationem in gustu: ratio autem interdum iubet venerea exercere, vt cùm vxore, & delectari in cibo moderatè sumendo. Sed hoc differt inter istas vires, & rationem, quia istę habent motum simplicem inclinationis, & nihil discernunt; ratio autem discernit, quando oportet, & qualiter, & propter quid, & quantum, & vbi, & ita de alijs circunstantijs: ideo in viribus istis non est complementum operationis humanæ, quia licèt inclinent ad id, quod est humanum, idest conuenit homini, inquantum animal non determinant illud humanitus. Ideo expectant complementum a superiori, scilicet a ratione, quæ in eo ad quod iste vires inclinant, determinat singula, scilicet quid sit agendum, & qualiter, & vbi, & cū quo, & propter quid, & quantum, & quando, & ideo est naturalis habitudo istarum virium in homine ad rationē, vt sint sub ea, & non ferantur, nisi in id, ad quod ratio dictauerit, & ita ipsę licèt non sint ratio, sed irrationale aliquid, sunt aliquo modo rationalis, scilicet ratione participantes, inquantum ei sunt, secundum dispositionem subditę, & possunt eis in omnibus obedire. Ex hoc autem apparet, qp non fuit inconueniens creatio istarum virium in homine, cùm ipsæ non sint secundum se aliquid turpe, sed creatæ sunt tales, quæ rationi obedire possint, & actum eius intendere, vel fortificare; etiam actus earum non sunt turpes semper, cùm per rationem ordinētur, & possint non præuenire rationem.

Quæs. 572. Quomodo actus exteriores turpes sint.

De partibus autem corporis dicendum, qp non sunt turpes, siue per eas exerceantur actus istarum virium, siue non, quia aut per eas exercentur actus istarum, quando sunt ordinati a ratione, aut quando sunt inordinati. Si primo modo non possunt illæ esse inordinatæ, cùm non fiet in eis aliquid inordinatum, quia ex se non possunt habere inordinationem, cùm sint organa. Si secundo modo non sunt adhuc illæ turpes, qui ordinatè mouerentur, licèt actum inordinatum exerceant: omne namque quod secundum rationem est, ordinatum est, sed partes illæ non mouentur, nisi imperante ratione, ideo etiam si turpem rem exerceant, ipsæ non sunt turpes. Apparet hoc in executione irę, inclinat enim ira ad vindictam, & illa manibus exercetur vt in plurimum, & tamen quantumcunque ira incendescat, nunquàm manus mouebitur ad nocendum alicui, quousque voluntas id iusserit: voluntas autem in ratione est, & nunquàm iubet, nisi a ratione diffinitum. Et ideo cùm solum exequatur rem a ratione imperatam, non potest haberę manus aliquid
I turpitudinis, aut inordinationis; sic dicit August. lib. 14. de ciuitate Dei, cap. 19. Sed obijcietur, quòd ista organa turpia dicātur, quia rem turpem exercēt, quia alias ēt actus ipsi, nunq̄ vocarentur turpes, neque interiores motus virium harum: nam licèt vires istæ inclinent ad aliquid concupiscendo, vel irascendo, non poterit esse in actu aliquid istorum, nisi ratio id iusserit, quia motus organorum, quibus fit executio pendet a voluntate, quæ est in ratione. Et ideo ad vltimum, si ue fornicari, siue irasci, & percutere ratione diffiniente fit, nihil igitur turpe erit, cùm omnia secundum rationem fiunt, vel si hæc aliquam turpitudinem habēt, quia fiunt non secundum principalem inclinationem rationis, sed partis irrationalis dicentur quoque organa turpia, quæ illum actum exercent, ad quem irrationales vires inclinauerunt. Dicendum, quòd actus
K illi sunt turpes, & tamen organa non sunt turpia, cuius signum est, quia de illis actibus erubescimus, & ramen de organis non erubescimus, siue in ipso actu, siue post, & tamen de turpi erubescimus, ergo constat turpitudinem quandam esse in actu, non autem in organo. Et dicendum, quòd multa diuersitas est in ijs, nam alia ratio turpitudinis est in actu interiori, alia in exteriori, alia in organo in motu interiori virium illarum, siue secundum concupiscentiam, siue secundum iram est turpitudo directè, & totaliter, quando vocamus illos actus turpes, eo quòd nihil est ibi secundum rationem, siue sit turpitudo, quia moueat aliqua istarum uirium ad opus inclinando, non expectata deliberatione rationis, siue quia diffinito aliquo secundum rationē adhuc in contrarium mouet concupiscentia, vel ira. Nam in vtroque modo nihil est rationis; in primo quia vsurpatur id, quod rationis est, s. mouendo ad opus non expectata ratione, cum tamen ratio quæ superior est, deberet mouere, & nō alia qua alia vis, qa non pertinet ad alias imperare: in secūdo, quia directè ei resistitur in contrarium mouendo, & cum ad istos motus nihil conferat ratio, non sunt totaliter turpes, & inordinati, sed in secundo modo est maior inordinatio q̄ in primo, vt supra dictum fuit. De actu exteriori dicendum qp est turpis, sed non est oīno eadem ratio turpitudinis, quia actus exterior nō
B potest exerceri sine organo, & ideo exterior vocatur, quia per organum qui extra est exercetur: interior aūt exercetur sine aliquo organo exteriori, & iō interior potest esse omnino sine ratione: exterior autem non totaliter: nam interiora quæ sunt organa virium, s. concupiscibilis, & irascibilis mouentur sine ratione quodam motu, qui vocatur appetitus largè, & ad istū non requiritur imperiū rationis, & ideo fit ille motus omnino sine ratione. Et si ita non fieret, non daremus fieri motum quendam obuiantem rationi, cōtra quem nitatur ratio ad comprimendum, sed quando fit exterior actus, aliquo modo ratio confert, quia ipsa iam, vt superata assensit motui, qui est secundum passionem, vt expleatur illud desiderium, & imperat exterioribus partibus corporis, per quas expletur, sed dicē-
C dum, quòd nihilominus ille actus est turpis, & inordinatus, quia non est totaliter neque principaliter a ratione, sed appetitus mouit ad illum, & ratio vt iam effecta ignorans assentit, inquantum igitur huius actus principium est motus appetitus, qui est inordinatus, est etiam actus exterior inordinatus, sed vbi deordinatio est, turpitudo est: erit igitur talis actus exterior turpis, sed minus est quàm actus interior secundum passionem, idest ipsa concupiscentia, aut ira, quia in illis motibus nihil facit ratio, vt dictum est, in istis autem exterioribus aliquid confert.

Quæs. 573. Quomodo organa sint turpia, & inter organa, & actus exteriores procedit aliquo modo a concupiscentia, vel ira, quæ principaliter ad illum mouebat, licet nō possent eum explere sine ratione, & ex illa parte est inordinatio, & turpitudo in actu, sed organa nullo modo mouentur a concupiscentia, vel ira, sed a sola ratione imperante, cui obediunt sine resistentia. Et huius signum est, quia eadem organa mouentur imperante ratione, quando est actus honestus, sicut cum est turpis, & in vtroque æqualiter obediunt. Secundum, quia cum mouentur organa, vtpote in ira, nulla delectatio est in eis, & ideo statim, vt iubetur eis, cessant, quod non fieret si peruenirent ad ea aliquid de motu passionis, quia fieret in eis quædam delectatio, & ad illam promptè mouerentur, & difficulter retraherentur, & non
E est sic de actu; quo explemus appetitum iræ: nam in illo gaudemus. Extenditur ergo inordinatio interioris appetitus ad exteriorem actum, cum in illum diffundat suam delectationem, sed in organa nihil diffundit: ergo non peruenit aliqua inordinatio ad organa, sed solum ad actum, & ita erit turpis actus, sed non organa, hoc tangit August. lib. 14. de ciuitate Dei, cap. 19. Istud est generale, nisi in organis genitiuis: nam ad ista peruenit turpitudo quædam, & inordinatio ex concupiscentia mouente ea, & in hoc differt inter ista organa, & alia, quia alia licet exequantur actum, qui malus est, non mouentur, nisi a ratione,

A Ideo non est in eis aliquis motus inordinatus: ista autem mouentur a concupiscentia, non imperante ratione, & etiam si ratio cessare iubeat, non cessant. Ille enim motus est pruritus quidam in eis factus, quo in venerea inclinamur, & non solum titillamur, sed etiā fit quidam motus in eis dilatationis, qui pertinet ad motum localem. Et hoc facit concupiscentia, quæ in eis est, & quia iste motus incipit in eis, non iubente ratione, & non cessat, quando ratio suadet, est motus multum inordinatus, ideo & ipsa membra turpia reddūtur, inquantum ipsa rationi non obediunt. Et tanto est maior turpitudo, quāto magis alienantur membra ista ab imperio rationis, sicut enim non expectant rationem, vt solum moueantur ipsa iubente, & non
B obediunt, vt cessent ipsa saltem suadente, ita neque obediunt, vt moueantur, quando ipsa iusserit, cum interdum ratio iubeat illa moueri, & non moueantur. Hoc est enim, vt si vir exacturus debitū ab vxore velit ei caste commisceri, & cum imperauerit ratio partibus illis, forte non mouebuntur: & hoc est alienatas esse particulas istas totaliter ab imperio rationis, & subditas esse concupiscentiæ, in alijs non est sic, sed prorsus è contrario. Nam nunquàm mouentur, nisi ratione imperante, & cum mouentur si ratio cessare iubeat statim cessant, & cum moueri illa ratio iusserit, mouebuntur statim. Et ob hoc erubescit homo de ijs solis partibus corporis, quia istæ solæ subduntur concupiscentiæ, & rationi non obediunt: cæteraæ aūt partes licet interdū imperatę a ratione dereriores actus
C exerceant non erubescimus de eis. De ijs vero erubescimus, non quasi malum per eas perpetretur, sed quia inordinatum est quicquid per eas agitur, s. non obediendo rationi, & ideo nō magis erubescimus de istis organis, & actibus per ea perpetratis, cum illicite fiunt, q̄ cum licite, eo qp vtrobique mouentur partes istæ, & concupiscentia in eis inordinate, s. contra imperium rationis. Sic August. dicit lib. 14. de ciuit. Dei, cap. 19. At vero genitales corporis partes, ita libido suo iuri quodammodo mancipauit, vt moueri non valeant si ipsa defuerit, & nisi ipsa vel vltro, vel excitata surrexerit. Hoc enim est quod pudet, hoc est quod intuentium oculos erubescēdo deuitat: magisque fert homo spectantium multitudinē, quando iniuste irascitur homini, q̄ vel vnius aspectū, ēt quando iuste miscetur vxori.

Quæs. 574. Cur partes genitales corporis, magis inordinatè mouētur, q̄ aliæ.

Sed quæretur, quare potius iste partes corporis mouentur inordinate contra rōnem, q̄ cæteræ partes corporis, per quas exercentur actus aliarum passionum: nam vindicta, ad quam inclinat ira, exercetur per manus, & alia membra: sumptio cibi, ad quam inclinat concupiscentia cibi, & potus, exercetur per alia organa, & non est sibi aliqua inordinatio. Aliqui dicunt, qp accidit ex differentia virium, s. concupiscibilis, & irascibilis; mouet concupiscibilis organa inordinate, & non irascibilis, & quia genitalia sunt organa concupiscentiæ, mouentur inordinate, non autem manus, quæ sunt instrumenta iræ. Sed dicendum quòd non est verum, quia concupiscibilis non solum est ad venerea, sed etiam ad cibos, & potus, & alias voluptates, & tamen in organis seruientibus concupiscentijs alijs non est motus cōtra rationem, neque turpitudo, ideo non prouenit ex natura virtutis concupiscibilis. Alij dicunt, quòd prouenit ex determinatione organorum, quia concupiscentia venereorum habet organa determinata, s. genitalia; ira autem non habet exterius organa determinata, sed exercetur tam per manus, q̄ per pedes, q̄ cætera corporis membra, & per vocem, ideo non efficit ira id, quod facit concupiscentia. Sed dicendum, quòd istud nihil facit, quia sicut concupiscentia venereorum determinat sibi genitalia, ita concupiscentia cibi, & potus ad sumptionem de-

terminat os linguam, palatum, dentes, & tamen in his non fit aliquis motus inordinatus a concupiscentia, sed mouentur solum imperante ratione. Et si quis dicat quòd non sunt ista propria organa, quia non seruiunt solum ad cibum, & potum, sed etiam ad locutionem; concedendum est, & tamen in eo modo genitalia non seruiunt solii exercitio venereo, sed etiam emissionibus superfluitatum liquidarũ, & ideo vtrobique datur æqualiter proprium organum concupiscentiæ, scilicet concupiscentiæ venereorum, & concupiscentiæ cibi, & potus. Secũdo, quia esse organum propriũ, vel cõe, nihil cõfert ad hoc, nisi q̃ diceremus illud, inquantum est organum aliarum virium, & seruit ad alias operationes, non habere turpitudinem, & inquantum est organum concupiscentiæ habere inordinationem, & turpitudinem, & tamen istud non prodest, quia manus etiam, vt sunt instrumenta iræ non habent turpitudinem aliquam, neque erubescimus de illis. Tertiò, quia cum genitalia sint organa concupiscentiæ venereę, & emissionis superfluitatum liquidarum, non debemus de illis erubescere, inquantum sunt ad emissiones superfluitatum, semper tamẽ de illis erubescimus. Dicendum q̃ de ijs solis erubescimus, quia hęc sola mouentur a concupiscentia, quę in eis dominatur, vt sine illa moueri non possint, sicut dicit Augustinus, vt supra dictum est, sed quare ista sola moueantur a concupiscentia, cum etiam concupiscentia operetur per quædam alia organa, dicẽdum q̃ est causa, vt putatur, vehementia: nam est concupiscentia venereorum valde vehemens, ideo mouet organa: aliæ autem passiones non sunt ita vehementes, ideo non mouent organa.

Quæs. 575 An concupiscentia venereorũ magis moueat, quã ira.

Sed obijcietur, q̃ ira vī esse vehementior, quia est impetuosior, & tñ illa non mouet organa, sed a rõne sola mouẽtur. Dicendũ q̃ ira est fortis passio, & ardẽs, & impetuosior, q̃ cõcupiscẽtia venereorũ, & iõ vt dicit Aristot. lib. 7. Ethic. cap. 8. Cõcupiscentia subintrat occultè, & insidiatur: ira autem non insidiatur, sed est manifesta, & tñ non mouet ira organa executiua, & mouet illa concupiscentia venereorum. Ideo dicendũ q̃ licet vehementia concupiscentiæ conferat aliquid, non est tñ ista tota causa. Primo patet, quia non solum magna concupiscentia, sed etiam parua mouet organa, & tñ in alijs, neq; magna, neq; parua mouet organa, iõ non prouenit ex magnitudine, aut paruitate, sed ex nã vel specie passionis. Secũdo, qa licet sit oĩs ira maior concupiscentia venereorum, tñ aliqua est vehemẽtior, quod patet qa magis alterat corpus ira fortis, q̃ cõcupiscentia venereorum, & ideo ira non latet, neq; insidiatur, vt dicit Arist. Cõcupiscẽtia aũt latet a principio, & insidiatur, & tñ iracũdia quantũcunq; sit magna, nunq̃ mouet organa. Dicendũ igitur vī, q̃ prouenit ex specie huius concupiscentiæ magis q̃ ex vehementia, & fuit hoc per prouidentiam institutoris naturæ: voluit enim quòd natura ab eo condita conseruaretur, & quia conseruatio in animalibus perfectis fit per propagationem, quæ est secundũ cõmixtionem, voluit dare naturæ institutor maguam inclinationem ad commixtionem. Et ad hoc fuerunt duo mouẽtia: vnũ est voluptas in ipsa cõmixtione, aliud est desiderium impellens ad cõmisceri: nam tanta est voluptas illa, q̃ animalia recordata illius voluptatis propter sæpe eam experiri frequentarent actum illum, aliud est concupiscentia, vt si animalia non aduerterent illam voluptatem, saltem mouerentur propter concupiscentiam, quæ vrgeret, & quasi cogeret ea. Iste ordo fuit conueniens, & videtur ista fuisse intentio sic instituentis, & maxime apparet ex magnitudine voluptatis: nã inter sensibiles, vt Augustinus ait lib. 14. de ciuit. Dei, Nulla pro eo momento, quo insensibiliter sentitur maior est, aut æqualis: vnde & absorbet, & priuat oẽs alias, & facit in ipsa nihil intelligere posse, quod non accidit in alijs, vt dicit Arist. lib. 7. Ethic. 15. cap. & hoc non fuit nisi propter aliquem finem, s. vt actus ille, in quo experimentum eius accipimus, non contemnatur. Sed non fuit adhuc sufficiens motiuum voluptas sola. Primo quia aliquis poterat obliuisci eius intentus alijs delectationibus honestioribus, vt autem esset tũc aliquid, quod ad illum actum mouere posset, data est concupiscentia, quæ tam fortiter moueat, vt non solum excitet, sed etiam vrgeat, & quasi cõpellat: & hoc est efficacius motiuum ad venerea, quàm voluptas, & maximè in hominibus: multi enim dediti honestioribus voluptatibus rem veneream nõ curant, sed tam vehementer affligit eos cõcupiscentia, quòd propter fugere tristitias, quas sustinent in non operando secundum passionem illam', exercent venerea, & istos vocat Aristo. molles, quia non faciunt illud, vt prosequantur delectationes, sed vt fugiant tristitiam. Secundo fuit hoc conueniens propter inexpertos, quia in eis, qui nunquam venerea experti sunt, non posset esse motus propter experiri voluptates, ideo debet poni concupiscentia, quæ incitet illos, & ideo non experti mouentur forti impetu in hoc iuxta magnitudinem concupiscentiæ. De ira autem non est sic: quia nõ est ira ad conseruationem naturæ, sicut commixtio; ideo non debuit poni tam vehemens delectatio in exercẽdo venerea, neq; tam fortis concupiscentia ad illa.

Quod voluptas nõ fuit sufficiens motiuum.

Quæs. 576 Cur magis ad Venerę, quã ad Cerealia, & Bacchum incitamur.

Sed obijcietur, quòd conseruatio indiuidui fit per cibum, & potum, & hoc est maximè necessarium: & tamen non est ibi concupiscentia cibi, & potus mouens organa, sicut concupiscentia venereorum. Dici potest, quòd ponitur ibi concupiscentia fortis, quia ponuntur fames, & sitis quæ fortissimè mouent intãtum, quòd non potest quis sustinere has passiones. Secundo potest dici, quòd adhuc maius incitatiuum debuit esse ad venerea, quam ad cibum, & potum inquantum cõseruatio speciei, quæ est per commixtionem est melior, quàm conseruatio indiuidui, quæ est per cibum & potum: inquantum cõmune est melius singulari, vt dicitur lib. 1. Ethic. etiam fuit, quia ad propria quisq; mouetur faciliter, ideo ad conseruationẽ propriam sine magno impulsiuo quis faciliter moueretur, sed ad conseruandum speciem, quod est aliquid quasi alienum, non veniens in consideratione indiuiduorum singulorum maximè irrationalium, fuit necessarium efficacius motiuum, & istud adhuc apparet ex vehemẽtia delectationis: est enim multo amplior voluptas in experiẽtia venereorum, q̃ in sumptione ci bi, & potus. Sed adhuc dicetur, q̃ hęc sunt cõueniẽter dicta: & tamen non sequitur, quòd concupiscentia venereorum deberet mouere genitalia, quia licèt debeat esse magna voluptas, & fortis concupiscẽtia, non sequitur, quòd moueat organa, sicut in concupiscentia cibi, & potus, est vehemens desiderium, & tamen non mouet organa, ideſt, linguam, palatum, & dentes, neque ponit aliquam deordinationem in eis, ita poterat esse in venerea concupiscentia.

Aliqui dicunt, quòd fit ex conditione ipsius organi, secundum suam compositionem, quia ipsa talia sunt, vt non possint moueri per solam vim motiuam generalem, quæ est in musculis, & lacertis, quia sunt ista mollia, & quasi soluta a reliquo corpore, & ideo indiguerunt aliqua alia vi mouente, scilicet, concupiscentia venerea; secus de manibus, & pedibus, & dentibus, atque palato: quia sunt membra dura, ad quorum motum sufficit vis motiua generalis.

Sed dicendum, quòd istud nihil facit: primo quia istud haberet aliquem colorem in genitali virili propter habitudinem suam, cum indigeat quodam motu,

tu, & confortatione, sed genitale fœminæ nullo horum indiget, quia non est aliqua pars distincta, & prominens, & non est eius motus aliquis, sed susciperę, & tamen est motus concupiscentiæ ingenitali fœmino, sicut in masculino. Secundo, quia illud motiuum de teneritudine organi nihil facit; est enim lingua tenerior, & minus neruosa, atque cartilaginosa, quàm virga virilis, & tamen mouetur lingua per generalem virturem motiuam sine aliqua concupiscentia, quę eã moueat sola ratione imperante: ita igitur poterat fieri in vase virili. Tertio, quia non est verum, quòd concupiscentia moueat organa eo motu, quo perficitur actus venereus, cum non fiat hoc sine ratione imperante, & ad illum motum non est necesse poni concupiscentia. Quarto, quia data concupiscentia, & etiam ratione imperante actum venereum non completur actus si alterum non adsit, sicut in illis, qui sunt inconstinentes, & frequentauerunt coitus. Manet enim in illis concupiscentia non saturata, & voluntas imperat id fieri, quod concupiscentia petit, & tamen non possunt illi explere, quod cupiũt, siue quia non habẽt semen, siue quia deficit spiritus, ideo non ponitur illa ad necessitatem motus genitalis vasis. Dicendum q̃ veritas huius rei est, q̃ fit propter cõditionem organi: quia omnis appetitus partis irrationalis est motus quidam, quia est in organo, & fit in illo organo, quod est subiectum illius virtutis, & quia concupiscentia venereorum habet pro organo genitalia, & quasdam alias partes propinquas, fit motus concupiscentiæ in illis.

Quæs. 577 Cur in organis aliarum virium, sicut in organo concupiscentiæ venereæ, dicendum q̃ in hoc decipiũtur, qui ad pauca aduertunt. Omnis vis appetitiua, ideſt concupiscibilis, & irascibilis habet organũ, in quo est motus eius, sed est duplex organum, vnum est quod est organum, & subiectum: aliud est organum tantũ, & non subiectũ. Primũ vocamus illud, vbi vera illa vis est f̃m substãtiã, nõ enim sunt istæ vires absolutæ, sicut intellectus, sed vires materiales, quia si essent absolutæ non daremus eis locũ certũ in corpore, sicut neque intellectui, sed cum sint vires materiales, damus eis determinatas partes corporis, in quibus ita sunt, q̃ non sunt alibi, sicut visiua virtus ita est in oculo, q̃ non est alibi, sic de audiliua, & odoratiua. Secundum est organum, & non subiectum, & istud est in quo non est virtus illa realiter, sed per illud expletur actus, ad quem inclinat illa virtus. De primo dicendum, q̃ semper mouetur a virtute illa, i. in eo fit motus ille, quẽ vocamus passionẽ: de secundo dicimus, q̃ non mouetur ab illa vi, cũ nõ sit ibi, sed mouetur imperatiue a voluntate, cui obediũt omnia membra corporis, & mouetur executiue a vi motiua, quæ est in illo membro, secundum quòd inuenitur in toto corpore in partibus musculosis, & lacertosis. Supposito hoc dicendum, quòd non est aliud de concupiscentia venereorum, quàm de ira, quàm de concupiscentia cibi, & cæteris passionibus, atque viribus animæ, quia quælibet habet organum, & subiectum, & illud mouetur secundum iram, & has concupiscentias, quia motus factus in organo vocatur passio, & est ira, vel est concupiscentia: ille autem motus non est semper actu, sed vis, secundum quam fit ille motus, quæ est concupiscibilis, vel irascibilis, sed sunt ista organa interiora, quia concupiscentia ciborum, & potuum est in interioribus, vbi dicimus esse famem, & sitim, vt in epate, vel stomacho, aut alijs membris. Ira autem, ideſt vis irascibilis est, vt aliqui volunt in felle, & vt alij in epate, & alij dicunt in corde, sed quicquid sit sunt ista membra interiora, & quia ira non est vis aliqua, sed passio facta, quæ est motus secundum vim irascibilem

A est motus ille in organo. Et hunc motum necesse est fieri ab ipsa vi irrationali, sine ratione, ideſt non expectata ratione, neque etiam obediendo ei: nam ira insurgit sine imperio rationis, & durum est rationi placare iram concitatam: ergo mouentur organa ibi sine ratione, & contra rationem. Idem fit in appetitu ciborum, qui est fames, & in appetitu potus, qui est sitis: nam fiunt non mouente ratione, & tamen sitis, & fames sunt motus facti in organo secundum quandam uim irrationalem animæ. Sunt autem quędam partes corporis, per quas explẽtur actus ad quos inclinant istæ uires: nam ira inclinat ad uindictam, motus autem, qui est ira, fit interius in organo proprio irascibilis, sed executio, quæ est uindictam accipere, non fit per illud organum, sed per exteriora, & B maxime per manus: illæ autem possunt uocari large organa iræ, sed non subiectum. Et ideo motus irrationalis, qui est secundum iram, non est in manibus, neque in pedibus, quia non sunt subiectum iræ, aut irascibilis, sed solum istæ partes obediunt rationi ad exequendum id, quod per iram appetimus, quando ratio illud exequi imperat, & ideo nulla deordinatio, & nulla turpitudo potest esse in manibus, aut pedibus, quia nullo modo mouentur a parte irrationali, sed a sola ratione.

Quæs. 578. Differẽtia quæ est inter motũ organorũ venereorũ, & aliorum organorũ corporis motum.

Sic autem est de concupiscentia ciborum, & potuum, quia illa uis concupiscibilis habet pro subiecto stomachum, uel epar: ideo motus ille, qui uocatur concupiscentia, aut appetitus cibi est in illis mẽbris, & non in alijs, & non mouentur illa contra imC perium rationis, sed partes executiuæ ad sumendum cibum, & potum, quem desiderat illa uis, sunt os, palatum, dentes, & alia his coniuncta. Istæ partes non sunt subiectum illius uirtutis concupiscibilis, ideo motus qui uocatur concupiscentia, aut fames, uel sitis non fit in eis, sed subduntur rationi, quando imperat cibum sumere, & ob hoc nulla inordinatio, aut turpitudo in eis est, quasi nihil præueniat ad ea de motu partis irrationalis animæ. De concupiscentia uenereorum est idem, quòd habent organum, quod sit subiectum, & organum, per quod fit executio actus, ad quem inclinat concupiscentia uenereorum, sed est hic aliquid speciale, scilicet, D quòd idem est organum, quod est subiectum ipsius uis concupiscibilis, & organum, quod est ad exequendum actum, ad quem uis illa inclinat. Organum huius uis concupiscibilis sunt genitalia uasa, tam in uiro, quàm in fœmina, & quædam partes propinquę interius, in his enim subiectatur illa uis concupiscibilis; appetitus autem qui est secundum illam uim, & non est semper in actu, est motus factus in ijs partibus, & illum motum uocamus concupiscentiam uenereorum. Et dicimus, quod illa membra mouentur contra rationem, aut non expectata ratione, quia necesse est ita fieri, cum sit ibi uis irrationalis animæ, cui innatum est rationi obtemperare lib. 1. Ethic. & hoc idem fit in irascibili, & in concupiscibili ad cibum, & potum, ut ostensum est, sed solum differt in E ijs, quia irascibilis, & concupiscibilis ad cibum habent organa, quæ sunt subiecta interius. Et motus earum non apparet in organo. Concupiscibilis ad uenerea habet organum exterius, quod est subiectũ, & iõ motus illius apparet. Ex quo concluditur, q̃ organa quæ sunt subiecta concupiscibilis ad cibũ, & irascibilis habẽt inordinationem, & turpitudinem, cum in eis fiat motus contra rationem, & ramen de istis non possumus erubescere, quia interius sunt. Concupiscibilis ad uenerea habet organum exterius, ideo de illo erubescimus, quia ibi apparet motus factus contra rationem. Si autem concupiscibilis ad cibum, & irascibi-

lis haberent foris organa, quæ sunt subiecta, fieret in eis motus contra rationem, & de illis membris erubesceremus, sicut de genitalibus, aut si concupiscibilis ad venerea haberet organum, quod est subiectum interius, & vasa genitalia non essent subiectum, sed solum organum executiuum, nō esset aliquis motus contra rationem in illis vasis, sed solum mouerentur imperio rationis ad executionem actus venereorum: vnde neque esset ibi deordinatio, aut turpitudo aliqua potius, quàm in dentibus, quibus cibum terimus, & non erubesceremus de illis. Ista autem est veritas, & non est differentia aliqua inter istam vim, & alias vires irrationales, nisi propter habere subiectum interius, & exterius. Et quando videmur supra negare prouenire istud ex conditione organorum, intelleximus de organis executiuis, quæ non sunt subiectum virium harum irrationalium.

Qō. 579. An potentia generatiua obediat rationi, & qūo distinguatur a vi cōcupiscibili.

Sed quia diximus supra de potentia generatiua, ꝙ non participat ratione, neque obedit ei, neque etiam aduersatur illi, videtur esse dubium: nam tunc motus factus secundum eam, aut in vasis eius, nō esset turpis, sicut neq; operatio nutritiuæ, & augmētatiuæ, sed erubescimus de organis generatiuæ virtutis, & operationibus eius, & nō erubescimus de operationibus nutritiuæ, & augmentatiuæ. Dicendum, ꝙ hoc prouenit ex ignorantia eorum, qui distinguere nesciunt inter potentiam generatiuam, & vim concupiscibilē: nam potentia generatiua non habet aliquid turpe, neque actū, neque organum, vis autem concupiscibilis in vtroque ponit turpitudinem. Prima differentia est, quia potentia generatiua est virtus naturalis, quæ non est humana, sed communis quædam, & plantatiua: vis concupiscibilis ad venerea non est naturalis, sed animalis: & ideo inuenitur potentia generatiua in arboribus, & in omni planta, sed vis concupiscibilis venereorū non est nisi in animali, sed neq; in omni animali, sed solum in animalibus perfectis, scilicet in qbus est distinctio maris, & fœminæ. Secūdo, quia generatiua potentia, cùm non sit humana non obedit rationi, neq; est contra rationem, cōcupiscibilis autem rationi obuiat, & etiam interdum obedit ei, quasi suadeatur, vt dī lib. 1. Ethic. Tertio, quia generatiua non appetit, sed operatur, & ideo est virtus naturalis: cōcupiscibilis autem ad venerea non operatur, sed cōcupiscit, vel desiderat. Quarto, quia potētia generatiua est purè actiua, & nihil habet passiuum: ideo id quod fm eam fit, vocatur actio, vel operatio, concupiscibilis autē non est purè actiua, sed passiua, vnde motus fm eam vocantur passiones, scilicet ipsa actualis concupiscentia venereorum. Quinto, quia potētia generatiua efficit aliquid in semine, & in fetu: vis autem cōcupiscibilis venereorum, neque circa semen, neque circa fœtum aliquid operatur.

Qō. 580. De potentia generatiua hominis.

Circa quod considerandum, ꝙ cum generatio fiat per semen in eis, quę permiscētur, est tota operatio generatiuę virtutis circa semen; generatio autem seminis tā in masculo, quàm in fœmina fit per operationē virtutis nutritiuę, & non per virtutem generatiuā, accipiendo in vtroque semen: licèt propriè in solo masculo sit semen, in fœmina autem vocamus sanguinē menstruum in fœmina speciei humanæ, in fœmellis aliorū animalium est aliquid proportionale. Ipsum autem semen cuiuscumque ipsorum sit, est residuum tertiæ digestionis eius cibi, qui est vltimo dispositus ad vltimā conuersionem. Et quia vis nutritiua perduxit cibū vsque ad illam vltimam dispositionē, in qua cōuertitur, ipsa separat id, quod non est simile ei, & illud est semē tā in masculo, quàm in fœmina: ideo ad generationē seminis non est necessaria vis generatiua: quia sufficit vis nutritiua, & tñ generatiua distincta est a nutritiua. Sed totum illud, quod relinquitur ex illa vltima digestione colligitur in loco vno, & vocatur semen, est aūt totum res vnius generis, & in illo est potentia totum corpus animalis, scilicet caro, os, neruus, & quicqd est aliorum, & non est potentia in speciali ad ossa, aut carnem, vel neruum, quasi in vna parte seminis sit potentia caro, in alia parte os, in alia neruus, sed quęlibet pars seminis est potentia totum, idest tam os, quàm caro, q̄ neruus, eo ꝙ semen habet imperfectam assimilationem: perfecta autem assimilatio est, quando cibus est effectus actu pars determinata corporis potētia ad partem determinatam, & non ad aliam est in cibo vltimę digesto, quando nulla separatio facienda restat ab eo, & est tractus ille ad mēbra, idest ad specialia loca conuersionis: quia tractus ad vnam partē, licèt nō sit actu pars, est potentia pars illa, & non aliquid alterū. Istam conditionem ergo habet semen tam viri, q̄ fœminæ, quamdiu manet semen: quia est potētia totū corpus, i. pars q̄libet corporis animalis non est actu pars aliqua, neque est potentia determinata pars, sed potētia quælibet pars indifferēter, sed differunt: quia semen viri est potentia totū, non quidem potentia passiua, sicut dicimus lapides, & ligna esse potentia domum, sed potentia actiua, sicut dicimus formā in intellectu artificis esse domum potentia: quia non est potentia passiua, cū non sit illa forma aliquid materiale, ex quo aliquid fieri possit: sed est aliquid actiuum, & ideo Aristo. lib. 16. de animalibus vocat potentiam, quæ est in semine masculino artem, quia est forma actiua sicut ars: semen autem fœmininum habet potentiam, quæ est potētia totum, & tñ illa est potentia passiua, qua fieri potest ex semine illo, vel sanguine corpus animalis, sed ex semine masculi nō formatur corpus, sed ipsum est formās. Et quia ad generationem oportet cōmisceri semina, & cū illa sint separata in vasis masculi, & fœminæ, non possunt cōmisceri nisi emittātur, ad emissionē autem oportet fieri diuisionem, & hoc est manifeste opus potentiæ generatiuę: quia nulla alia vis habet operationē super semē, nisi generatiua, & tñ oportet concedi istā diuisionē. Non emittitur totum semen qualibet vice, quia aliàs masculus, qui semel copularetur fœminæ, nō posset iterum copulari, quousque māducaret, & bibe ret atque digereretur cibus, relinqueretur q; semē, sed falsum est, quia potest sæpius copulari non sumpto interim cibo, neque potu: ergo nō emittitur totū semē simul, sed diuidit. Similiter in fœmina fit: nā sanguis, qui est materia præparata a fœmina ad formationē fœtus diuiditur per vim generatiuā, quæ est in fœmina: licet enim fœmina non faciat emissiones cū suscipiat, tñ fit in ea diuisio materiæ præparatæ ad generationē, vt quando fœmina concipit multos fœtus: nā ex vno cōcubitu fit conceptio omniū, & nō fieret, nisi diuideret materia illa, & ista diuisio fit per vim generatiuā. Deinde cōceptis seminibus fit formatio fœtus per illā vim, quæ vocatur formatiua, quæ est virtus materialis derivata in semine virili, vel masculino, quæ virtus habet pro organo spiritū vitalē, & pro subiecto, & est media in modo operandi inter intellectū, & formas materiales, licèt nō fm esse; de qua virtute, & operatione eius non intendimus plus declarare, quia non agitur nunc principaliter de hoc, sed hęc virtus formatiua est ab aia fm potentiam generatiuam emittētis semen: nā per eā perficitur semen. In fœmina autē licet nō sit virtus formatiua, sed potius sanguis, quem ipsa ministrat, formatur, tamen ipsa habet potentiam generatiuam, fm quam deducit semen ad aliquam perfectionē. Et sicut est differentia masculi, & fœminæ, ita est dīa potētiæ generatiuæ masculi, & fœminæ. Ideo fœmina non potest inducere per suā potentiā generatiuā tantā perfectionem in semine quantā masculus per suā potētiā generatiuā. Et licèt vtriusq; potētia gnatiua sit actiua, & nō passiua:

passiua: tamen habet se fœmina passiuè ad masculum, inquantum id ꝙ per fœminā dispositū fuit, est minus perfectū, eo ꝙ per masculū perficitur, & ideo hēt se ad illud in potētia passiua, s. vt ab illo patiatur perfectiuè. Hoc de potentia generatiua diximus.

Qęſ. 581. Vtrūs cōcupiscibilis cōmunicet cum generatiua.

De vi aūt cōcupiscibili, ad quam pertinet concupiscentia venereorū dicendū, ꝙ est virtus alterius generis non cōicans cū generatiua. Ista. n. inuenitur in solis aūt ałal hēt cognitionē, & superiora eo, ideo concupiscibilis est ałaliū, & ad istā nō pertinet efficere aliquid, qa ipsa nō disponit semen, neq; perficit, & postquàm emissum est, nihil operatur circa formationem fętus, neq; intēdit fętū, sed solū cōcupiscit cōmistionem, inquantū in ea est quædam voluptas, & sequitur phantasiā apprehendentem: nam illa apprehendit copulationem esse aliquid delectabile, & ad istam apprehensionē delectabilis, quasi alicuius conuenientis, sequitur appetitus. Iste autem appetitus est motus in organo factus secundum illam vim concupiscibilē, & hūc motum vocamus concupiscentiam venereorum. Ista autem vis concupiscibilis, & cōcupiscentia venereorum, quæ est motus secundum eam, non sunt propter se, sed propter vim generatiuā. Illa enim est fm q̄ formatat fętus, & animatur, & cōcupiscibilis nihil de hoc facit, cū non sit operatiua, sed appetitiua, & iste appetitus nō est, nisi propter emissiones: nō enim fit gnatio, nisi mixtis seminibus masculi, & fœminę, sed non pñt miscēri, nisi copulētur illi: ideo debuit dari appetitus ad copulam. Et quia generatio est multum necessaria, inquantum p eam conseruatur species, debuit iste appetitus esse magnus, vt non omitteretur copulatio; si aūt sine appetitu fieret copulatio, nō poneretur vis illa, aut si generatio fętus fieret intra marē, & intra fœminam, & non esset necessaria copulatio, non poneretur cōcupiscibilis ad venerea, quia per ipsam potentiam generatiuam perficeretur fętus intra generantē. Et ideo in arboribus non ponitur vis concupiscibilis, neq; est necessaria, quia fit generatio ibi sine copulatione, & ita vis concupiscibilis non seruit, nisi mouendo ad copulationes. Et ideo ista vis nō debuit esse, nisi in partibus propinquis ad locum, vbi retinetur semen, & in vasis, per quæ emittitur, & recipitur. In primo vt moueat titillando ad emissionē, in secundo, vt concitentur ipsa organa, p quę fiet emissio, & ob hoc virilia magis seruiūt cōcupiscibili, q̄ generatiuæ potentiæ, qa immediatius. Quia tñ concupiscibilis ista est propter generatiuā, et seruient generatiuæ, & ob hoc vocātur vasa ista genitalia, quia vltimo ordinantur ad generationem, licet immediate seruiant concupiscentiæ.

Qęſ. 582. Vtrūm in statu innocentiæ fuerit turpitudo in genitalibus, & erubuerunt de eis, an istud fuit naturaliter, vel supernaturaliter.

Quæretur nunc quando in Paradiso apparuit turpitudo in genitalibus, & erubuerunt de eis, an istud fuit naturaliter, vel supernaturaliter. Aliqui dicunt, ꝙ supernaturaliter p Deum: nam si naturaliter fieret, prius factum esset, cum in eo essent naturalia, sed nō factum fuit, ergo fuit diuinitus. Secundo quia si naturaliter fieret, non esset in pœnam, & tamen fuit ista verecundia pœna, ergo non venit naturaliter. Alij dicunt, ꝙ venit naturaliter: nam si non venisset naturaliter, non esset nobis nunc, & tamen manet: ergo naturaliter p. uenit. Secundo quia ad hanc verecundiam sunt nobis causæ sufficientes secundum naturam, ergo veniebat naturaliter. Dicendum, ꝙ motus factus in Adam, pro uenit aliquo modo naturaliter, & aliquo modo non naturaliter, fuit enim in eo, & Eua apparens de nouo turpitudo quędam, & de illa erubuerunt, ꝙ enim erubescerent prorsus naturaliter fiebat, quia istud est consequens ad manifestationem turpitudinis: data ergo turpitudine manifesta in eis sequebatur naturaliter, & necessario, quòd erubescerent. Sed de turpitudine, ꝙ

esset in eis cum prius non fuisset: dicendum ꝙ erat aliqualiter per Deum, aliqualiter secūdum naturam: nā turpitudo erat inordinatio motus, i. ꝙ mouebantur illę partes contra rationem, s. non iubente ratione, & ēt postea resistente ea, & prius non fuerat sic, sed mouebantur secundum imperium rationis. Ista inordinatio fuit a Deo, qui priuauit hominē dono dato: fuit etiam per naturam inquantum in eo erant principia ad hæc faciendum. Et hoc patet, quia si ordinatio virium inferiorum sub ratione, ita ꝙ in nullo ei repugnēt, esset fm naturam, ad hoc ꝙ tolleretur ista ordinatio, fieret aliquid diuinitus, & tunc diceremus ꝙ totaliter fuit istud diuinitus, & in pœnam. Sed ista ordinatio non erat secundum naturam, sed ex dono, ideo ad tollendum istam ordinationem, nō oportebat tolli aliquid, quod esset in natura, sed solum priuari hominem dono, & hoc non erat facere contra naturam, sed potius sic fieri erat naturaliter fieri, non existente dono. Manere enim ordinationem illam, erat aliquid non naturale, sed diuinum, & esse inordinationem est esse secundum naturam.

Qęſ. 583. Quod ordinatio illa nō esset naturalis.

Quod vero illa ordinatio non esset naturalis patet; primo quia ea, quæ sunt naturalia, non pereunt per peccatum, quia vt dicit Dionysius lib. de diuinis nominibus, cap. 4. Data naturalia, etiam dæmones per peccatum non perdiderunt, & tamen peccatum dæmonum fuit grauius peccato hominum, ergo homines nihil naturale perdiderūt per peccatum, sed illam ordinationem perdiderunt, cū in nullo homine nūc sit, ergo non erat naturaliter. Secundo, quia si naturaliter esset ista ordinatio in hominibus, non esset ex dono gratuito, quia dona gratuita distinguuntur contra naturalia data, & tamen asseritur ab omnibus Doctoribus, quòd sit ex dono gratuito, ergo non erat sic secundum naturam. Tertio quia id, quod rei est innatum, est ei secundum naturam, & tamen innatum est viribus quibusdam animæ repugnare rōni, ergo ordinatio ista non est fm naturam, sed potius contra naturam. Patet hoc lib. 1. Ethic. vbi Arist. loquens de inferioribus viribus dicit; Videtur aūt in ipsis aliud qd prę ter rōnem innatum, quod aduersatur, & obuiat rōni. Quarto quia cum vires concupiscibiles, & irascibiles sint appetibiles, & sint animales, sequuntur vim apprehensiuam, vel cognitiuam, quæ est animalis, secundū quòd animalis, & ista est phātasia, sed ista est distinctū principium cognitiuū ab intellectu, ideo necesse est, quòd aliquando fiat motus secūdum illas vires, & nō secundum rationem, s. quòd nō semper phantasia cōcordat intellectui, ideo semper esse vires illas subordinatas rōni non solū non est naturale, sed potius est cōtra naturā, vt supra. Quinto, quia si esset hoc naturale, non esset differentia inter organa, quibus non est principiū motus, & partes, qbus est principiū motus, sunt enim quædam partes corporis, quæ nō habēt nisi potentiā motiuā executiuam, & nō habēt cognitionem, neq; appetitū, sicut manus, & pedes, & fere oēs partes exteriores corporis, ideo necesse est moueri istas per aliquid, quod habeat cognitionem, & appetitū, & qa in homine est pars rōnalis, in qua est cognitio, & appetitus, i. intellectus, & voluntas, & ista membra sunt humana, erit eis naturale moueri per imperiū rationis, & non alio modo. Sunt aūt quędam alia membra, quæ vltra vim motiuā executiuā, quæ in eis est, habēt adhuc appetitum sibi propriū, quæ est in eis, vt in subiecto; necesse est ergo, vt aliqua diuersitas sit in motu istorum, & illorum: quia alias superuacua esset vis appetitiua ijs data, vt propria, sed primis naturale est moueri a sola ratione, ergo ista non mouebuntur a ratione, sed naturale erit eis moueri per apperitum, qui est in eis, qui sequitur quandam aliā cognitionē, q̄

Determinatio quæstiõis.

non est in ratione. Et quòd sequantur ista aliquando rationem, erit magis per accidens; sed istæ sunt vires, de quibus quærimus, quæ sunt vires irrationales, ideo non est naturale eis esse subordinatas rationi, sed potius supra naturam. Et ita dici potest, ꝙ fuit aliqualiter ista deordinatio nunc diuina, & aliqualiter naturalis. Diuina fuit inquantum non fuisset facta, nisi per operationem Dei: dederat enim Deus homini donũ gratuitum, quo manente necesse erat ordinatas esse omnes vires inferiores sub ratione, & in reliqua parte temporis, qua vixerat Adam, semper habuerat illud donum, & semper fuerant inferiores vires subditæ superioribus; nunc vero si illud donum Deus non abstulisset, non cessasset illa ordinatio: quia tamen Deus abstulit, cessauit, & non poterat aliquis illud donum semel datum auferre, nisi Deus vel tollendo, vel cessando operari in conseruatione doni: ergo necessaria fuit diuina operatio ad hoc, quòd cessaret ordinatio prior, & subintraret deordinatio.

Quæst. 84. An ibi fuerit aliqua operatio Dei cum Adę, donũ gratiæ fuit ablatum.

Sed aliquis dicet, quòd non erat necessarium opus aliquod Dei, sed per se cessaret illud donum, sicut quando aliquis est in charitate, & gratia, statim peccando per se amittit gratiam, & definit in eo charitas, & non est ibi aliqua Dei operatio ad amouẽdum gratiam, vel charitatem; ita ergo peccante Adam, & Eua per se cessaret istud donum, & non esset aliqua operatio Dei ad tollendum illud, & tamen ablato illo dono statim ex naturalibus principijs sequebatur deordinatio: ergo ad hoc quòd illa deordinatio tunc esset, non requirebatur aliqua operatio diuina, sed pure humanitus, & naturaliter istud fieret. Dicẽdum quòd non est verum, sed fuit ibi aliqua operatio Dei, vel amouendo donum, aut cessando conseruare, vtrunque enim diuinum est, & non poterat fieri per aliquem, nisi per Deũ, ꝙ homo perderet illud donum. Cum aũt obijcitur ꝙ habẽs charitatẽ, & gratiã perdit ea per peccatũ, & non requiritur ibi aliqua operatio Dei amouentis aliquid horũ: dicendũ ꝙ nõ est simile, qa inter peccatũ, & gratiã est oppositio, ideo ex natura oppositionis habẽt se tollere, & nõ põt vnũ manere altero aduenie̅te. Vnde nõ requiritur ad hoc aliqua operatio Dei, sed de dono, per quod habebatur illa ordinatio nõ est sic, quia illud erat donum gratuitum, & gratificans. Vnde nõ habet oppositionem ad peccatum, sed potest manere cum illo, ideo non potuit per se auferri, sed per operationem Dei destruentis donum, aut amouentis, sed erat aliqua qualitas absoluta, vel per cessatione̅ eius a conseruatione illius ordinationis. Et patet istud, quia non perijt illud donum statim post peccatum, qa peccauit Eua, & non apparuit in ea nuditas, neq; turpitudo, & ideo adhuc perseuerabat ordinatio illa; post peccatum autem Adæ fuit ablata illa ordinatio. Si ergo potuit stare aliquandiu illud donum cum peccato, potuit manere in æternum, & maneret, nisi quis auferret, & ita concedendum est quòd aliqua operatio diuina fuit ad hoc, quòd cessaret ordinatio virium inferiorum ad rationem.

Quæst. 585. An inordinatio uirium inferiorum naturaliter, an diuinitus facta sit.

Etiam potest dici, quòd naturaliter subintrauit ista inordinatio, quia vires istæ ex conditione sua habent, quòd non sequantur rationem, sed per se moueãtur, ideo naturaliter fit hoc, & non diuinitus, si enim fecisset nunc Deus moueri aliquã partem corporis, & aliquã vim contra conditionem suã, esset pure diuinum, & pertineret ad modum miraculi, sicut ꝙ manus, aut pedes mouerentur cõtra imperium rationis, & tamẽ non fuit sic, immo partes illæ, quæ per se poterant moueri motæ sunt, ideo non fuit aliquid diuinũ, quod esset miraculosum, aut cõtra naturã. Istud apparet, qa vt supra tactũ est, quędã partes corporis habent solã vim motiuã executiuã, & istas necesse est rõni obedire in homine, vt sunt manus, & pedes, & quasi omnes partes corporis exteriores. Nam in eis non ponimus aliquã vim appetitiuã, sed solã motiuã, & qa illa est executiua, non potest per se moueri, sed est organum alterius, & necessario obediet alteri imperanti, quia aliàs nõ esset illa executiua. Ad hoc autem quòd exequẽs motum exequatur, oportet esse appetitum. Et quia appetitus non est sine cognitione, oportet præcedere cognitionem, & tunc sequitur imperium, & executio. Vnde vires ipsas executiuas impossibile est moueri sine imperio, & necesse est moueri imperãte ea vi, cui subduntur. In homine autem est duplex appetitus, scilicet irrationalis, qui est concupiscibilis, & irascibilis: & appetitus rationis qui est voluntas, & ita est duplex cognitiuũ præcedens appetitum, scilicet intellectus præcedit voluntatem, & phantasia concupiscibilem, & irascibilem: ideo poterat cogitari, ꝙ membra sequerentur appetitum irrationalem, & cognitionem phantasticam, vel quòd sequantur voluntatem, & intellectũ, sed non potest esse, ꝙ membra executiua sequantur appetitum irrationalem, & phantasiam, quia appetitus ille non est in omnibus membris, sed in quibusdã: ideo illa potuerunt seruire appetitui irrationali, sed nõ omnia, sed necesse est, ꝙ omnia seruiant appetitui, qui est voluntatis, eo ꝙ ille est appetitus humanus, & superior, sed istę partes sunt humanę, ideo executiuæ vires in eis existentes non sunt executiuæ, nisi imperij voluntatis, quod est imperium rationis. Et ideo moueri omnia membra exteriora per imperium rationis est naturale, & moueri cõtra rationem, vel non ſm rationẽ esset contra naturam. Vnde si Deus fecisset nunc, ꝙ in Adam & Eua membra exteriora, vt manus, & pedes mouerentur præter rationem, fecisset rem contra naturam, & ista esset miraculosa: est enim istis naturale, vt nunquam moueantur contra rationem, i. resistant illi, quia non habent aliquod aliud principium, per quod moueantur. Etiam non possunt moueri antequam ratio imperet, quia tunc haberent aliquod aliud imperium, sed non habent, ergo non possunt prius moueri quàm ratio iubeat. Et hoc est ista esse penitus subdita rationi. Aliæ autem sunt partes corporis, quæ habent aliquas vires motiuas vltra motiuas executiuas, scilicet habent appetitus quosdam qui sunt principium motus per imperium. Et ideo in quibus est talis appetitus, non est eis naturale moueri a ratione, sed ab illis appetitibus: illos vero appetitus concordare, aut subordinari rationi nõ est naturale, sed supra naturam. Nam concordare erit per accidens: subordinari non est per accidens, sed supra naturam ab aliquo agente intendente, quia cum in talibus membris sit sufficiens principium ad hoc, quòd per se moueãtur, mouebuntur aliquãdo per se, quia aliàs superuacuum esset illud principium, sed ita est de omnibus illis membris, quorum sunt vires irrationales, vt uirtutes, & illa membra sunt subiecta, & organa, & sunt illæ vires appetitus consequens quandam cognitionem, quæ non est a ratione, ideo in illis poterit esse motus sine ratione, scilicet non expectata illa. Etiam poterit esse motus contra rationem, quia cum sint distincta principia motus sufficientia, & ab inuicem non dependentia, non est inconueniens vnum repugnare alteri saltem per accidens.

Et ideo dicendum, quòd concordare vires irrationales in suo motu est per accidens, quia cum non habeant aliquam necessariam habitudinem, contingit concordare, sicut continget discordare. Quòd vero sint istæ vires subordinatæ rationi, non est per accidens, sed fit aliquando talis ordinatio, quia illa dicit quandam necessariam connexionem illarum ad rationem. Id autem non poterit fieri, nisi per aliquod agens, quod sit superius vtrisque viribus, & istas illi subordinet ex intentione, & durabit subordinatio, quandiu illud agens, conseruauerit illam habitudinem, vel subordinationem. Sicut aliqualiter est similitudo de aqua, quæ naturaliter est frigida, & per agens superius, & maius in actione, ideſt per ignem, vel Solem, quando viuat in qualitate actiua, efficitur calida, & tamdiu manebit illa caliditas, quamdiu ignis, vel Sol, qui eam calefecerunt, continuẽt actionem suam super eam; quibus cessantibus aqua per naturalem virtutem suam reducit se in frigiditatem propriam, quam prius habuerat. Ita est de viribus istis irrationalibus, ideſt irascibili, & concupiscibili, quæ sunt per se sufficientia principia operationum, vel motuum sine ratione: nam operabuntur per se non expectata ratione, & interdum contra illam, nisi quando aliquod superius agens subordinauerit eas rationi, & tenuerit eas sic. Et quia per illam actualem subordinationem non tollitur natura ipsarum, manent ipsæ, vt principia sufficientia ad operationem, sed sunt impedita agere per superius agens, quod ea tenet. Quando ergo cessauerit illud agens, sic tenere illas vires, redibunt in naturalem conditionem suam, & incipient per se operari, non expectata ratione. Si tamen per illam subordinationem tolleretur natura ipsarum, qua sunt per se sufficiens principium actionis; etiam cessante superiori agente, non redirent illæ ad per se agere, sed manerent semper subditæ rationi. Sicut quando aqua calefit, & perdit actualem frigiditatem, si perderet naturam propriam, qua frigiditas est sibi naturalis, nunquàm postea efficeretur frigida, etiam cessante igne calefacere, sed quia per calefactionem actualem non perdidit naturam propriam, scilicet virtualem frigiditatem, statim vt cessauerit ignis calefacere, reducet se per se ipsam sine alio agente ad actualem frigiditatem.

Irascibilis & concupiscibilis non sunt per accidens subordinatæ rationi.

Sed dicendum, quòd licèt sit naturale illis viribus, ideſt concupiscibili, & irascibili per se moueri, non expectata ratione; tamen non est naturale, quòd moueant membra, in quibus sunt, motu executiuo, sed solùm quòd faciant quendam motum in membris, qui vocatur appetitus, & quantum ad irascibilem vocatur ille motus ira, vel iracundia, vel alijs nominibus. Quantum ad concupiscibilem vocatur motus ille cõcupiscentia, siue sit concupiscentia venereorum, siue concupiscentia cibi, & potus. Sed ipsa organa non possunt mouere motu executiuo, qui est motus quasi localis. Et causa est, quia ille motus fit executiuè per potentiam motiuam executiuam, quæ est in musculis, & lacertis: ista tamen potentia motiua in homine non est subordinata, nisi rationi in homine, & in alijs animalibus superiori perfectioni secundum formam, vel animam ipsorum. Et hoc per istas vires concupiscibilem, & irascibilem fit motus appetitus in ipsis organis, qui est cùm quadam alteratione ipsorum organorum, & interdum aliarum propinquarum partium, & quanto ille motus est fortior, tanto est maior alteratio, vt patet in ira vehementi, & tamẽ nullum organum mouetur localiter ad executionem illius appetitus, quia illæ vires non possunt imperare viribus motiuis executiuis, non solùm aliorum membrorum, sed neque suorum.

Quæst. 587. An sensus moueat localiter. Et 2. de anima. 65

Contra quod aliquis obijciet, quia in organis genitalibus masculinis fit motus localis, etiam non imperante ratione; immò contra eius imperium, & ita videtur ibi obedire potentia executiua motiua appetitui, vel ipsa concupiscentia per se potest mouere organum executiue. Dicendum, quòd neutrum est, nam non potest vis concupiscibilis per se mouere aliquod organum executiue, quia excedit genus suũ,

cùm sit virtus imperatiua, vel motiua principium & non executiue, sicut neque voluntas, quæ est appetitus irrationalis, potest mouere aliquam partem corporis localiter, sed solùm imperando. Et ideo si deest virtus motiua executiua, non erit motus, sed voluntas, sicut apparet in corporibus paraliticorum, ita dicit Aristot. lib. 1. Ethicorum. Feruntur enim quemadmodum dissolutæ corporis particulæ in dexteram præeligentium è contrario mouere in sinistram prane feruntur, & hoc fit, quia illæ partes sunt dissolutæ, & non manet colligatio earum cum toto, vt moueantur per potentiam motiuam, & sic quia deest ibi potentia motiua, non mouentur licèt voluntas illud imperet. Etiam non potest concupiscibilis, quæ est in organo imperare motiuæ potentiæ, vt illud localiter moueat, sed hoc solùm fit per imperiũ voluntatis, cui omnia membra naturaliter obediunt. Et cùm dicitur de motu locali, dicendum quòd nunquàm mouetur genitale per imperium concupiscentiæ venereorum, & motus, qui interdum ibi fit, non est a potentia motiua imperata a concupiscibili, sed est a spiritu incluso distendente organũ, cuius est conditio, vt sic distendi possit. Circa quod considerandum quòd actus, ad quem mouet concupiscibilis venereorum, est commisceri carnaliter, cum emissione seminis: iste autem non potest perfici per solam concupiscibilem, neque etiam per solam rationem, neq; etiam per rationem concurrentem concupiscentiæ, nisi aliquid alterum adsit. De primo patet, quia concupiscibilis non potest, nisi mouere inclinando, qui motus est ipsa concupiscentia venereorum, & actus non consummatur in sola inclinatione, sed indiget executione. De secundo patet, quia ratio potest mouere membra, & tamen si non sit ibi con cupiscentia venereorum, nunquàm complebitur actus, sicut dicit August. lib. 14. de ciuitate Dei, cap. 19. scilicet, Aut vero genitales corporis partes, ita libido suo iuri quodammodo mancipauit, vt moueri non valeant, si ipsa defuerit, & nisi ipsa, vel vltro, vel excitata surrexerit. De tertio patet, vt in impotentibus, in quibus est appetitus venereorum, etiam voluntas imperat membris ad executionem, & tamen non perficitur coitus idem in potentibus, qui per frequentatum coitum exhausti sunt, quia cum repetunt concubitum non possunt illum perficere, aliquid ergo alterum requiritur ad perficiendum.

Cap. 13.

Quid act⁹ cõcupiscibilis sit.

Quæs. 588 Ad cõplendum cõcubitum tria requiri.

Causa huius est, quia ad complendum cõcubitum vltra vim concupiscibilem, & concupiscentiam, & voluntatem imperantem, & organum, & virtutem motiuam, cui imperat ratio, quæ communiter habentur semper, vel quasi semper, requiruntur tria, sine quibus non fiet, s. semen, calor, spiritus. Vbi semen deest non fit concubitus, esse autem illud non est in potestate hominis. Vnde non est per voluntatem, neque etiam per vim concupiscibilem, quæ non operatur, sed mouet, sed est per virtutem nutritiuam, quæ illud residuum facit ex vltima digestione, & per generatiuã, quæ illud separat, & fluere facit, & istud est, quod habere est minus in potestate nostra, q̃ cætera. Aliud est calor, & istud est necessarium, quia sine calore non est motus concupiscentiæ, cum fiat ſm quãdã realẽ alterationẽ. Etiã sine calore non fit motus seminis ad emissionẽ, sed emissio cõplet actũ. Tertium est spiritus, i. ventositas quædã resoluta implens, & distendens genitale: organum enim virile p se ꝯhitur, & flectitur. Et ideo ineptũ ad cõmixtionẽ, quæ nõ fiet sine subintratione in vas fœmineum: ad hoc aũt spiritus adiuuat, quia implet, & inflat organũ, & ideo indurat, & distenditur, atque non flectitur, & ita aptum redditur penetrationi, & mixtioni. Et conuenit spũs

propter cõditionem organi, cuius non eſt ſemper vna F
conſiſtentia, ſicut partes duræ corporis, vt digiti. Nam
ſemper illi retinent propriam magnitudinem, atque
duticiem, ſed genitale viri eſt neruoſum, & cartilagi-
noſum: partes autem cartilaginoſæ inflantur, & indu-
rantur, & ita redditur organum aptum. Sed ſuper hæc
tria non habet poteſtatem voluntas, neque vis concu-
piſcibilis, neque ambo ſimul, ſed quædam eorum ex
operationibus aliarum virtutum prouenient, ſicut ſe-
men a virtute nutritiua. Et ad hoc nihil prodeſt ſe ip-
ſum excitare, quia nihil plus ſeminis habebit qui ſe ex-
citat ad concubitum, quam qui concupiſcentiam ex-
pectat. Secũdum, ſ. calor prouenit ex natura, ſ. quidam
ſunt, qui calefaciũt valde, & ideo inflammant ad libi-
dinẽ, ita dixit Apoſtolus; Nolite inebriari vino, in quo
eſt luxuria, ſ. quia calefaciendo mouet ad venerea, & iõ G
ẽt ſumptis quibuſdam cibis, ſumus magis ad venerea
proni, q̃ alijs ſumptis, quia illa magis mouẽt calefaciẽ-
do. Iſtud autẽ licèt per naturã adueniat, põt tñ aliquo
modo excitando prouenire, quia aliqui ſunt ad vene-
rem frigidi, & in quibus nullus motus eſt ad hoc, ſed
ſe ipſos excitando, vel ab aliquibus rebus concitati ſi-
ne aliquo cibo, aut potu, aut alia re naturali calefiũt, &
appetunt, atque diſponũtur. Et hoc Auguſt. innuit vbi
ſupra, ſ. vt moueri non valeant, ſi ipſa defuerit, & niſi
ipſa vltro, vel excitata ſurrexit, & ita interdum excita-
tur. Tertium, quod eſt ſpiritus aduenit naturaliter,
non per imperium voluntatis, neque etiam per vim
concupiſcibilem, quæ nihil tale præſtare poteſt, ſed H
naturaliter gignitur illa ventoſitas inflans virilia, &
non conſequitur illa veneream cõcupiſcentiam, neq;
ipſum ſemen, cùm in quibuſdam ſit ſemen, & calor,
& appetitus magnus, ſed non eſt ſpiritus, ideo non in-
flantur genitalia, & è contrario interdũ non exiſtente
concupiſcentia venereorũ, aut deficiente ſemine ma-
net inflatio genitalis non reſoluto, aut effiato ſpiritu,
& aduenit iſte ſpiritus, magis ex conditione quorun-
dam ciborum, & potuum, q̃ aliorum, cùm ſint quædã
valde ventoſa. Et ita nunc patet reſponſio ad id, quod
dicebatur moueri genitale localiter, ſine imperio ra-
tionis: dicendũ verũ eſſe, & tñ non mouetur, quaſi mo
tum a vi motiua, q̃ eſt in membris, & obedit volũtati,
ſed eſt qdam motus dilatationis a ſpiritu implente, &
non oportet ad hoc poni appetitũ, neq; potentiã mo- I
tiuã, ſed illud abſolutè eſt verũ, q̃ vis motiua exequẽs
motũ, qui eſt in illo membro, & alijs, nulli obedit, niſi
voluntati. Ideo nunq̃ poterit compleri actus venereo-
rum ſine voluntate in viro; de fœmina ſecus eſt, quia
illa ſuſcipit, ideo poteſt inuita cognoſci.

Tollitur obiectio facta ſuperius in q̃ſt. 587.

Queſ. 589. Solutio rationum in oppoſitũ ſuperius quæſt. 581.

Ex prędictis apparet, quod dicebamus de ſubordi-
natione virium irrationalium appetitiuarũ ad ratio-
nem, q̃ nõ ſit ſecundum naturam, ſed ſupra naturam,
& ideo ad hoc, q̃ mouerentur illæ vires contra ratio-
nem, non egebant aliquo adiutore, ſed ſolũ, q̃ ceſſaret
detinere eas agens ſuperius, quod rationi ſubditas cõ-
tinebat, ſicut aqua calefacta ad hoc q̃ infrigidetur, nõ
eget adiutore infrigidãte, ſed per ſe ipſam frigida fiet,
ſi ceſſauerit calefaciens agere in eam. Et ita reſponde-
bitur ad rationes factas pro vtraque parte, ſupra quæ- K
ſtio. 582. Oſtendebatur primò, quòd fuiſſet deordina-
tio illa diuinitus, quia aliàs ſemper fuiſſet: dicendum,
quòd vtrũque concedimus, naturaliter quidem, quia
vires ipſæ ex natura ſua ſine alio mouente, repugnarẽt
rationi. Diuinitus autẽ, quia fuit per hoc, quòd Deus
ceſſauit nunc cõſeruare illam ſubordinationem, quæ
erat nõ per naturam, ſed per donum gratuitum, & qa
non poterat eſſe ceſſatio iſta, niſi per Deum, poteſt di-
ci q̃ diuinitus aduenit. Et tamen, quia illud argumen-
tum procedit, quaſi ſolùm diuinitus, & non naturali-
ter hoc fuiſſet, dicendum, q̃ naturaliter fuit, intelligẽ-
do vt diximus. Et tamen non fuit ſemper, quia licèt
ſemper ſic maneret, vel fuiſſet, ſi natura ſibi fuiſſet re-
licta, qa tamẽ natura eleuabatur per donum gratuitũ,
ſupra conditionem naturalem, non erat ſemper ſic.
Quando autem ceſſauit donum, redijt res ad id, quod
ſibi erat naturale, & ſic reditio illa fuit naturalis, &
nõ diuina. Sicut non valet, q̃ frigiditas nõ ſit naturalis
aquæ, quia non ſemper fuit frigida, ſed aliquãdo cale-
facta. Eſt tamẽ frigiditas naturalis aquæ, ergo fuiſſe rẽ
aliquando extra diſpoſitionem illam, non oſtendit di-
ſpoſitionem illam non eſſe naturalem, vel reditum ad
diſpoſitionem. Ad ſecundum dicendum, q̃ fuit natu- Ad ſecun-
raliter illa turpitudo, vel inordinatio apparẽs, & tamẽ dum.
non tollitur, quin ſit pœna, ſed certum eſt, q̃ ex ea par-
te, qua erat naturale, non fuit pœna, & ex ea parte, qua
fuit pœna, non erat naturale: erant enim ibi duo, ſ. cõ-
ditio naturalis virium, qua per ſe moueri poterant, nõ
expectata ratione, & etiam reſiſtendo ei. Aliud erat ip-
ſum donum gratuitum, quo continebantur vires ita
ſubditę rationi, q̃ non obuiarent ei, & etiam q̃ non pẽ-
uenirent eam inclinando ad aliquid, quod ratio prius
non iuberet. Quantum ad primum erat deordinatio
illa naturalis, & ideo non erat pœna, ſicut non erat ho-
mini pœna, ſed naturæ conditio, q̃ cibo egeret; conſi-
derato ſecundo fuit pœna. Et non fuit naturale appa-
rere illam deordinationẽ. nam Deus gratuito eleua-
uerat hominem ſupra conditionem naturæ ſuæ, vt vi-
res irrationales, quæ per ſe moueri poterant, eſſent ra-
tioni ſubditæ. Et hoc donum, quod ſemel contulerat,
nunquàm auferret, ſi homo nõ demereretur. Et quia
homo per peccatũ demeruit, abſtulit Deus illud do-
num, ceſſando continere vires rationi ſubditas. Quòd
Deus priuaret hominem dono, vel ceſſaret conſerua-
re, quod inceperat, pœna fuit, quia fuit pro peccato, ſed
Deo ceſſante, conſeruare illam ordinationem, ſeque-
batur naturaliter, q̃ vires per ſe mouerentur, quarum
naturalis conditio erat principium motus. Etiam po-
teſt dici, q̃ fuit pœna, & fuit naturalis deordinatio il-
la. Aliæ rationes oſtendunt, quòd hoc fuerit naturali- Solutio a-
ter, & tamen quia illæ conantur oſtendere, quòd ita liarum ra-
fuerit naturaliter, quòd nullo modo fuerit diuinitus; tionum.
Dicendum, quòd fuit etiam diuinitus, & ad primum, Ad primũ.
cum dicitur, quòd ſi non veniſſet naturaliter, non ma-
neret in nobis nunc: dicendum, q̃ naturaliter venit, i.
ex principijs naturæ, & ideo manet, quia ſi veniſſet
contra naturam, non maneret, quia eſſet violentum,
vel periret naturalis perfectio per peccatum, quod fal
ſum eſt, cũ ẽt peccatum dæmonum fuerit maius pec-
cato Adæ, ſed per illud non perdiderũt data naturalia,
vt dicit Dionyſius lib. de diu. nom. cap. 4. Ergo multo
minus perderet homo: & tamen diuinitus etiam ad-
uenit, inquãtum Deus priuauit hominem dono gra-
tuito, quo nullus alius priuare poterat, & inde ſecura
fuit deordinatio. Et hoc innuit Deus, cùm locutus eſt
ad Adam, dicens: Quis dixit tibi, q̃ nudus eſſes: niſi ga
de ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, co-
mediſti? Ac ſi dicat, Nunquàm fuiſſet iſta nuditas, niſi
peccaſſes comedendo: ergo Deus iratus induxit iſtam
nuditatem in pœnam, permittẽdo hominem ſibijpſi. Ad ſecun-
Ad ſecundum concedendum, q̃ in homine erant cau dum.
ſæ ſufficiẽtes, naturaliter ad deordinationem, & vere-
cundiam, & tamen non venit purè naturaliter iſtud,
quia iſtę cauſę naturales nunquàm verecundiam, &
deordinationem induxiſſent, ſi homo non peccaſſet,
& Deus non ceſſaſſet cõſeruare ordinationem illam
virium ad rationem, per donum gratuitum, ideo ali-
qualiter diuinitus hoc venit. Si tamen petatur, quod
iſtorum magis propriè concedetur, dicendum, quòd
magis propriè dicetur, quòd deordinatio illa fuit na-
turaliter, quàm diuinitus, vel ſupernaturaliter.

Quæretur

Q. 590. An Deus induxerit deordinationem in alijs viribus irrationalibus.

Quæretur ſicut Deus propter peccatum induxit de A
ordinationem in vim concupiſcibilem venereorum,
an induxit in alijs viribus irrationalibus. Dicendum,
quòd ſic, æqualiter enim Deus induxit in omnes deor
dinationem; circa quod ſciendum, vt tactum fuit ſup.
q̃ vires irrationales, quæ rationẽ participant, ſunt om
nes appetitiuæ, vt Ariſt. inquit lib. 1. Ethic. circa finem,
& diuiduntur in duo genera, ſcilicet in concupiſcibi-
bilem, & iraſcibilem, ipſa vero concupiſcibilis ſubditur,
ditur, quia eſt quædam concupiſcibilis venereorum:
alia autem ciborum, & potuum, & habent iſtæ vires
diuerſa ſubiecta, & organa, vt declaratum eſt. De
omnibus ijs dicendum, q̃ ante peccatum erant ſubor
dinatæ rationi, & ſtatim poſt peccatum amborum fue B
runt omnes deordinatæ, ita vt contra rationem mo-
ueantur. Et apparet primo, quia ſi illa ſola, ideſt concu
piſcibilis venereorum fuiſſet tunc deordinata, mane-
rent aliæ ordinatæ, & tamen non manſerunt, quia ne-
que manent, ergo fuerunt ſimul deordinatæ. Secun-
do, quia omnes vires irrationales continebantur ſup-
naturaliter, & ex dono gratuito ſubordinatæ rationi
cum quęlibet naturaliter habeat, vt illi repugnare poſ
ſit, ſed per peccatum perdidit homo omnia gratuita
manentibus ſolis naturalibus, ergo ordinatio aliarum
virium, quæ erat gratuita, perijt. Tertio, quia ſi mane-
ret ordo aliarum virium deordinata concupiſcibili ve
nereorum, neceſſarium erat, q̃ Deus adhuc conſerua
ret ordinationem, quantum ad alias, & tamen non eſt
conuenienter dictum, q̃ poſt peccatum faceret Deus
aliquid ſupernaturaliter in homine, cum illud perti-
neret ad ſtatum innocentiæ, ergo non ſeruabat illam
ordinationem, ergo erat neceſſario deordinatio.
Quarto, quia ſi poſt peccatum illud nõ ceſſaſſet Deus
conſeruare ſupernaturaliter ordinationem illam, nun
quam ceſſaret, quia non ſuperuenit poſtea aliqua cau-
ſa de nouo in Adam, propter quam Deus ceſſaret, &
tñ certum eſt, q̃ in Adam erant deordinatæ iſtæ vires
quia alias non poſſet in eo eſſe pœnalitas famis, ſed illa
fuit, ergo vires iſtæ non manebant ſubditæ rationi.

Q. 591. An non fuerit deordinatio ſecundũ cõcupiſcibilem venereorum.

Quæretur cum omnes vires ſimul fuerint deordi-
natæ, & omnis deordinatio eſt turpitudo, quare nõ ap
paruit turpitudo nunc ſm alias vires, ſed ſolùm ſm cõ
cupiſcibilem venereorum? Dicendum, q̃ primo fuit, D
quia in alijs viribus nõ potuit apparere turpitdo, quia
aliæ non habent organa, quę ſunt ſubiectum exterius,
ſed interius tam iraſcibilis, quàm concupiſcibis cibo-
rum, ſed inordinatio eſt in motu illius vis inquantum
eſt cõtra rationem, & tamen non ſunt illi motus, niſi
in membris, quæ ſunt ſubiecta, & illa membra quan-
tum ad alias vires ſunt interiora, ad ſolam cõcupiſcibi
lem venereorum ſunt exteriora, ergo in organo hu-
ius ſolius apparuit inordinatio. Secundo, quia hoc po-
nitur ad ſignandum verecundiã, quæ ſuperuenit Adę
& Euæ ex illa turpitudine, vel deordinatione, ſed in a-
lijs, licèt eſſet deordinatio, non ſequeretur verecundia
eo q̃ verecũdia eſt de turpi manifeſtato, in alijs autem
nõ poteſt manifeſtari turpitudo, quia non ſunt organa
patentia, cum ſint interiora: nam etiam hic non patuiſ
ſet, ſi eſſent veſtiti, ideo in ſola vi concupiſcibili potuit E

Q. 592. An Adam & Eua erubeſcere potuerint circa alios motus præter venereorum.

nunc apparere deordinatio.
Sed objicietur; q̃ poterat erubeſcere de motu iræ,
& alijs motibus paſſionalibus, ideo illi eſſe debuerunt.
Dicendum, q̃ non ſtat, quia aut eſſent ſoli motus illa-
rum virtũ ſine executione aliqua, aut cũ executione,
ſi primo modo non erubeſcerent, quia motus illi fiũt
in organis proprijs illarum potentiarum, ſed organa il
la ſunt interiora ut dictum eſt, & licèt in illis ſit motus
deordinatus, non apparebit, ideo non poterimus de il
lis erubeſcere, & tñ circa cõcupiſcibilem venereorũ,
cum organum ipſum ſit foris, etiam ſi ſolus motus ſit
factus in organo, manifeſtatur deordinatio, & eſt ve-
recundia, & ita fuit in Adam & Eua nunc. Secundo,
quia dato, q̃ non ſolùm fieret motus interior virium,
ſed etiam executio, non ſequebatur manifeſta deordi
natio, quia nunquam organa exteriora executiua iræ,
vel cõcupiſcentiæ cibi, & potus redduntur turpia quã-
tumcunq; ſit turpis motus, cuius deſiderium exequũ-
tur, cum ad illa organa nihil proueniat de motibus il-
lis inordinatis, ſed ſolùm de imperio rationis, & ita nõ
ſequetur erubeſcentia de aliquo organo, ſicut fit in or
gano venereorum, quod turpe redditur ex motu de-
ordinato, qui ibi eſt. Tertio, quia licet accipiamus ip-
ſos actus executiuos, qui turpes ſunt, q̃ſi ſunt cõtra ra-
tionem, non cõueniebat apparere illos actus, quia etiã
ſi illi actus ſint turpes, eſt excuſabilis, & occultabilis
turpitudo eorum, cum nõ ſint actus turpes, quia ſunt
actus iræ, vel cõcupiſcentiæ, ſed quia ſunt a cauſa tur-
pi, vel nõ legitima. Sed cauſa põt occultari, licèt actus
pateat, ideo poterit quilibet actus iſtorũ apparere non
turpis, licèt verè ſit turpis, & ita non ſequitur inde ve-
recundia. Secus de cõcupiſcẽtia venereorum, & actu,
& organo eius, quia turpitudo in ijs nõ eſt a cauſa, ſed
a natura, ideo cõcubitus ſiue legitimè, ſiue illegitimè
fiat, ſemper eſt turpis, ſi eſt manifeſtus, & organũ ſem
per habet turpitudinem, q̃ſi apparet, ideo in hoc fieret
verecundia. Quarto, quia hic voluit Deus manifeſtare
pœnam, quæ pro peccato fuit ſecuta, cum ait: Quis di-
xit tibi, q̃ nudus eſſes, niſi q̃ de ligno, de quo præcepe
ram tibi ne comederes, comediſti? ſcilicet, ideo tibi C
ſuperuenit nuditas, & tamen ſi nõ ſolùm eſſent mo-
tus iſtarum virium, ſed etiam executionis, eſſet ibi iã
imperium rationis, ſine quo nulla executio fieret, &
tunc non tam eſſet pœna, quàm peccatum. Deus au-
tem voluit oſtendere in eis pœnam ſine operatione
eorum, & ſine nouo peccato, ideo non potuit manife
ſtari, niſi in vaſis genitalibus, quę ſunt exteriora, & per
ſolùm motum cõcupiſcentiæ ſine actu executiuo red
duntur turpia. Quinto, quia forte non poſſet bene de-
duci actus inordinatus ſm omnes vires irrationales,
de quo poſſent erubeſcere, quia aut hoc fieret diuini-
tus, aut per ipſorum operationem, ſiue naturalem di-
ſpoſitionem. Nõ poterat fieri niſi per Deum, quia cũ
actus illi non poſſent eſſe ſine peccato, Deus cogeret
eos peccare: nam ſine imperio rationis non fit aliqua
executio: Deus tamen non ſolùm nõ cogit ad peccan
dum, ſed etiam non inclinat, quia hoc eſſet tẽtare, ſed
vt dicitur Iacobi prima, Deus neminem tentat, ſed v-
nuſquiſque tentatur a cõcupiſcentia ſua abſtractus, &
illectus. Secundo non fieret, quia non erat aliqua cau-
ſa, quę induceret Adam & Euam ad ſtatim magis pec
candum, & potiſſimè ſm omnes vires irrationales, iõ
nõ deberet ſequi actus executiuus, ſed ſolùm motus
in organo, & ille non poterat manifeſtari, niſi in orga
no cõcupiſcentiæ venereæ, quod foris eſt. Sexto, quia
Deus voluit oſtẽdere, qũo per peccatum incurriſſent
in hanc miſeriam, quæ erat veſtibus indigere, & hoc
non poterat manifeſtari, niſi per ſolam cõcupiſcentiã
venereorum in hoc membro: prius enim nudi erãt,
& non erubeſcebant, vt ſupra 2. cap. nũc vero erubue
runt de membris illis, & ideo veſtibus eguerunt. Ap-
parebat igitur miſeria, ſed hoc nõ poterat fieri per de-
ordinationem aliarum virium, quia etiam ſi ſequatur
executio foris, & actus ſit turpis, atque homines eru-
beſcant de actu, tñ nõ erubeſcũt de aliquo membro,
vel parte corporis, quia in nullam partem corporis
transfundunt ſuam turpitudinem illæ vires irratione-
les. Ideo licet eſſet verecundia, non eſſet indigẽtia ve-
ſtium, cum in nulla parte corporis appareret turpitu
do, & non minus, ſic hoĩes erubeſcerẽt veſtiti, quàm
nudi, ſicut in nobis nunc fit, & tamẽ voluit eos Deus

dedu-

deducere ad hoc, vt vestibus egerent, ergo debuit ista fola deordinatio apparere, quia aliæ non proderant etiam si manifestarentur.

Qō.593. An in primis parentibus fuit alius actus interior deordinatus.

Sed quæretur, an secundum alias vires fuit in Adā, & in Eua tunc aliquis motus interior deordinatus, ēt si foris nō manifestarēt. Aliquis dicet certū esse, ꝙ sic, quia Deus post peccatū amborum cessauit ꝓseruare illam subordinationem virium ad rationem, quo facto statim esset deordinatio, sed omnes manebant solutæ, ergo in omnibus appareret statim deordinatio. Dicendum, quòd non constat, an fuerint deordinationes actuales, ideſt motus inordinati secundum alias vires, sed hoc constat quòd nō erat necesse, quòd essent motus illi, quia & in nobis solutæ sunt vires istę, & nō est aliquid continens eas subordinatas rationi, & tamen non fit semper motus in illis, sed pro maiori parte temporis manemus sine actuali motu ipsarum, qa neque semper irascimur, neque semper venerea, aut cibos concupiscimus, ita ergo licèt solutæ essent vires illorum a subordinatione rationis, non erat necesse quòd statim sequeretur motus in eis.

Qō.594. Cur potius motus fuerit in concupiscibili uenereorum quam in alijs.

Sed tunc quæretur quare potius fuit motus in concupiscibili venereorum quàm in alijs, cū omnes sint solutæ? Aliquis dicet, quòd illud fecit Deus, quia in pœnam voluit concitare concupiscentiam in Adam & Eua. Sed dicet aliquis, quòd non stat, quia Deus non mouet ad peccata, ideo reducetur in aliam causam. Dicendum, ꝙ hoc non vrget: nam illud, ꝙ tunc fuit in Adam & Eua, fuit pœna, & non peccatum, & ideo poterat per Deum fieri. Sed dicēdum, ꝙ hoc, & similia Deus non facit, quia licèt nō sint peccata, sunt tamen incentiua ad peccata, quia sunt incentiua quędam ad actum inordinatum, & istæ sunt tentationes: Deus tñ neminem tentat, vt Iacobi.j. & cum Deus nō tentet homines adhuc maximè apparet, ꝙ non tētet suscitando passiones in homine, quia dicitur. e. c. ipse enim neminem tentat, sed vnusquisque tentatur a cō cupiscentia sua abstractus, & illectus, ergo cōcupiscētia est principium separatum, quod per se mouetur, & nō a Deo, & illa est, quæ tentat hominem, & non Deus. Non igitur Deus suscitaret concupiscibilē venereorum, vt esset concupiscentia actualis in Adam & Eua. Sed dicendum, ꝙ naturaliter prouenit istud. Sunt enim istæ vires appetitiuæ, vt dicitur lib. 1. Ethic. I & habent obiecta, in quæ mouentur, quia sunt virtutes aliqualiter passiuæ, non existente autem obiecto, non est motus, in præsentia obiecti est motus: nunc vero ita fuit concupiscibilis venereorum, quæ est in copulatione. Sed nunc qñ Adam & Eua simul fuerūt, erant omnes dispositiones requisitæ: erant enim ipsi potentes copulari, cum essent perfecti ſm corpus, & omnes corporales virtutes, erant simul & nudi, & ambo pulchri quales eos Deus formauerat: vnusquisque ergo conspecto altero exardesceret in concupiscentiam eius; ideo ambo simul in hanc rem commoti sunt, & ambo erubuerunt. Nō enim poterat esse maior dispositio ad hoc, ꝙ insurgeret concupiscentia venereorum, quàm tunc. Vnde si aliqñ insurgere posset tunc insurgeret. Quia ergo non erat concupiscibilis li K gata statim surgeret: immo mirum erat si ijs datis nō surgeret, prius aūt nudi erant, & omnes dispositiones erant, sed erant vires irrationales subordinatæ rationi, ideo quo vsque ratio iuberet concubendū, non poterat insurgere concupiscentia aliqua venereorum.

De alijs viribus, ideſt irascibili, & concupiscentia ciborum non erat sic, quia licèt essent illæ solutæ, non fuit ibi dispositio ad motum illarum, quia non erat ibi obiectum: nam irascibilis non mouetur, nisi facta iniuria, vel cōtemptu, vel cum hoc phantasia, aut ratio iudicauerit, vt dicitur lib. 7. Ethic. 8. c. & tñ non erat hic istud, quia soli Adam & Eua erant, qui se mutuo non offenderant, sed valde se diligebant, ideo non fuit aliquid, propter quod surgeret motus in irascibili. De concupiscentia ciborum, & potuum non erat ēt causa, quia licet obiectum esset præsens, ideſt cibi delectabiles, erat satietas ciborum in eis, quia comederant quantum eis conueniebat, cum essent in medio ciborum nullo prohibente māducare, ideo non esset nūc aliqua causa de nouo incitans ad manducandum, igitur dicendum, ꝙ sola vis cōcupiscibilis venereorum tunc surrexit: aliæ autem non, quia vel non habent obiecta, vel defuerunt aliquæ dispositiones.

Qō.595. Ad quid Deus venit ad Adā & Euam.

Quæretur, cum Deus venit ad Adam & Euā postquam peccauerunt ad quid venit? Dicendum, ꝙ venit primo ad ostendendum eis peccatum suum: nam dixit Adæ, Quis dixit tibi, ꝙ nudus esses, nisi ꝙ de ligno de quo præceperam tibi, ne comederis, comedisti? sup. 3. cap. Secundo ad denunciandum eis pœnas pro peccato: nam mulieri, & viro, & serpenti denunciauit quid eis futura erant. Tertia ad redarguendum eos de peccato: nam dixit Deus Adæ & Euæ verba increpatoria pro peccato improperando, ꝙ hoc fecisent, & non potuisset hoc fieri, nisi ad eos veniret, cū non esset ipse præsens, quando peccarent. Quarto fuit ad eijciendum eos de Paradiso: nam cum peccauerunt eiecit eos supra 3. cap. & non eijcerentur, vel nō appareret quomodo eijcerentur pro peccato, nisi veniret Deus ad illos, vt loqueretur. Quinto fuit ad dandum eis vestes, quia ante peccatum non dederat eis H vestes: volebat autem eis dare cum indigerent illis, ideo venit ad eos, & dedit vestes, atque expulit.

Sed quæretur cum Deus vellet ad eos venire post peccatum, quare non venit ſtatim, vt peccauerunt, sed prius fecerunt sibi perizomata? Nam quando venit erant operti perizomatibus, vt patet ex ordine literæ. Dicendum, ꝙ fuit primo ad dandum eis locum cogitandi de se, & pœnitendi, vt sic possent redire in ſtatum priorem: nam qñ peccauerat Adam & Eua putatur a multis, ꝙ si confiterentur peccatum suum Deo veniam petentes haberent illam, & tñ siue restituerentur, siue non, erat saltem eis melius veniam petere de peccato, quàm non petere. Si autem Deus ista tim veniret, vt illi peccauerunt, inueniret eos turbatos præ magnitudine verecundiæ nouiter insurgentis, & ita non considerarent, vt veniam peterent, quia hoc est animi tranquilli, & deliberati, ideo dimisit eos paululum post peccatum manere, vt possent ad se reuerti, & cogitare de malo, quod fecerant, & in quod incurrerant, vt sic mouerentur ad petendum veniam, quando Deus veniret. Secundo fuit ad nongrauandum eos magna verecūdia: nam si ſtatim veniret, inueniret eos prorsus nudos, & valde erubescerent, vt autem interim haberent locum consuendi sibi perizomata, quibus operirentur, non venit ſtatim. Et patet hoc, quia Adam & Eua vestiti perizomatibus erubuerunt aduentum domini: multo magis ergo erubescerent, si non operirentur ijs: patet quia vocante Deo Adam, dixit illi: Vocem tuam audiui de medio Paradisi, & timui, eo quòd nudus essem. Quanto ergo esset maior nuditas, tanto magis timeret, vel erubesceret. Tertio ad ostendendum nobis magnitudinem verecundiæ Adæ & Euæ post peccatum: nam tam grauiter de nuditate erubuerunt, quòd ſtatim fecerunt sibi perizomata ad operiendas partes illas. Si autem Deus ſtatim veniret, inueniret eos non operatos perizomatibus, & licèt ipse daret eis vestes, sicut postea fecit, non constaret tamen de verecundia ipsorum, quia per uestes, quas ipsi fecerunt constabat de verecundia ipsorum: non autem per uestes, quas Deus eis dabat, quæ forte darentur ad alium finem, ideſt

ideſt ad liberandum a læsione excessiuarum qualitatum. Quarto vt per hoc ostenderetur de quibus partibus erubuerant, quod conueniens erat nobis scire, & tamen si venisset Deus, antequā facerēt perizomata, & daret eis vestes, cum illę essent integrę vestes, quæ totum corpus operiebant, non constaret, de quo erubescerent, cum autem Deus venerit, postquam illi fecerant perizomata, apparebat quòd de solis genitalibus erubuerūt, quia istę vestes eas solas corporis partes tegebant. Quinto vt daretur locus humanæ prudentiæ, & ingenio: si Deus ſtatim veniret, & de nuditate erubescentes inueniret, prouideret de vestibus, & sic homo nil sibi ipsi faceret de operimento, per quod appareret quid posset inuenire nouitatis humanum genus: Vt ergo homo faceret aliquid a se ipso non venit Deus ſtatim, & interim consuerunt sibi perizomata. Sexto fuit ad ostendendum beneficiū Dei, & causam eius: nam dedit Deus vestes, qñ expulit de Paradiso: si autem homines sibi de ijs possent prouidere, non erat magnum beneficium eis hoc præstare, quòd ipsi sibi ipsis facere poterant: voluit igitur scriptura ostendere causam huius, scilicet indigentiā hominum. ideſt, quia illi non poterant, aut nesciebant sibi ipsis tales vestes facere, Deus dedit eis vestes, quibus indigebant. Hic apparet, quia fecerant sibi perizomata, & tamen illę vestes non erant sufficientes, ergo debuit Deus non ſtatim venire, vt prius illi sibi perizomata facerent.

Cum dicatur supra tertio capitulo, & cum audissent vocem dñi deambulantis in Paradiso &c. Quæ C fuit vox illa quam audierunt? Aliqui dicunt, ꝙ fuit vox, quam dixit Deus, scilicet Adam, vbi es? Motiuū eorum est, quia ante istam non legitur alia vox Dei. Secundo quia postea dr. eod. cap. Vocem tuam audiui in Paradiso, & ita videtur, ꝙ illa vox esset, quia non legitur alia. Dicendum, ꝙ istud posset teneri, sicut nos illud retulimus. sup. 3. cap. q. 13. super literam, & tamē potius videtur, ꝙ non esset ista vox, & patet primo, quia Adam abscondit se, qñ audiuit vocem dñi, sicut ipse dixit; Vocem tuam audiui, & abscondi me, & tamen quando Deus dixit: Adam vbi es? erat Adam absconditus, ergo non fuit ista vox, quam audiuit. Patet istud, quia Deus dixit; Adam vbi es? & ita apparet, ꝙ abscōditus erat, quia aliàs non esset coloratum mo- D tiuum quærendi de eo vbi esset. Secundo patet, quia non est eadem vox, propter quam absconditus fuit Adam, & qua audita manifestauit se, & tamen quādo Deus dixit; Adam vbi es? manifestauit se Adam, & qñ dicitur, ꝙ audiuit vocem Dei, abscondit se, ergo non est illa vox, scilicet; Adam vbi es? qua audita abscōdit se Adam. Tertio quia Deus ambulans in Paradiso, quasi non inueniret Adam, dixit: Adam vbi es? & statim Adam exiuit de latibulo, & quasi redditurus rationem, cum lateret, dixit; Audiui vocem tuam, & abscondi me: ergo ante istam vocem, Adam vbi es? se abscōderat: nam si ista vox esset, qua audita se abscōderat, nulla esset, propter quam exiret, aut respōderet, quia non fuit alia dicta. Etiam quia dicta ista statim respondit Adam, ergo alia vox fuit, quam audiuit Adā, E qñ abscondit se. Dicendum, ꝙ ista vox non fuit sermo aliquis Dei, quo vocaret Adam, vel loqueretur ad aliquem alium, sed fuit sonitus Dei ambulantis. Nam cum inter arbores ambularet, fiebat strepitus, & illū strepitum audiuit Adam, agnouitque esse Deum, & latuit: & vocatur ille sonitus vox, quia licèt vox prię non sit, nisi animatorū, vt dicit Arist. lib. 2. de Anima, ſm tamen consuetudinem scripturæ vocatur interdum sonitus rerum inanimatarū vox, sicut dr vox aquarum multarum, & sonitus catarhactarū. Ps. 41. Abyssus abyssum inuocat in voce catarhactarum, & vox tubæ Apoc. & vox nubis: & vox tonitrui. Psal. 76. Vocem dederunt nubes: &; Vox tonitrui tui in rota: ita strepitus pedum, vel fragor arborū vocabitur vox, & ita dr cumque audissent vocem dñi. i. sonitum, quē faciebat Deus ambulando. Et apparet istud, primo, qa non dr; cum audissent vocem dñi absolutè, quasi de sermone loqueretur scriptura, sed dixit: cum audissent vocē dñi ambulantis. i. illa vox non erat aliud, nisi sonitus ambulantis in strepitu pedum, vel fragore arborum. Secundo quia dr: Vocem dñi ambulantis ad auram, & ita innuitur, quòd aura faciebat istam vocē, & non erat sermo, sed fragor, vel strepitus.

Qō.598. Quis ambulabat in Paradiso, & cur loqueretur.

Quæretur quare dicitur, ꝙ audierunt vocem Dei deambulantis in Paradiso? Dicendum, ꝙ Deus ambulabat in Paradiso, & intelligitur ꝙ non ambularet ipse, sed angelus aliquis, qui ista repræsentabat loco Dei, & quasi ipse esset Deus, & ideo scriptura de eo loquitur, quasi de eo referens eum dicere ea, quæ Deus dicere ſt loqueretur, & iste modus consuetus est in sacra scriptura. Et dicendum, quòd scriptura voluit ostendere, quid esset vox ista, quam audiuit Adam, scilicet, quòd fuit strepitus quidam Dei ambulantis, quo audito latuit: nam ambulantes terram terunt, & strepitus ille pedum auditur, & maximè vbi erat solitudo, sicut in Paradiso terrestri. Et ponitur istud primo, quia verum fuit: nam aliquis ambulabat in Paradiso, quem scriptura Deum vocat: cuius vocem, ideſt sonitum pedum audiuit Adam. Secundo ad reddendam rem verisimilem: nam si esset vox, ideſt sermo fieret illa ad Adam & Euam, vel ad alios: nullos aūt alios scriptura posuerat, aut introduxerat vsque nunc, ad quos posset fieri sermo. Etiam ad Adam & Euam non fieret, quia tunc illi essent propinqui, & sic non esset locus latēdi, quin videri possent: debuit ergo talis vox dari, vt audiri posset de lōgę, ita vt esset eis latendi locus, antequā Deus illis appropinquaret: cum autem fieret sonitus gradiētis Dei, poterat audiri ille sonitus diu antequā Deus adesset, & ita poterat latere Adam, ideo conueniens fuit sic dici. Tertio fuit & principaliter, vt daretur ratio quare lateret Adam: nam si esset vox, ideſt sermo Dei ad Adam, nō lateret Adam, quia esset grauis culpa, ꝙ lateret non comparendo qñ vocaretur: ideo dr, quòd fuit vox deambulantis. i. sonitus pedū, & tunc cum non vocaretur Adam, non erat ei culpa latere; putarent quoque Adam & Eua, quòd Deus non deambularet in Paradiso, vt veniret ad eos, vel loqueretur illis, sed ob aliam causam: nam si propter eos nunc veniret frustra laterent, quia vocati venirent, vel inueniret ipse eos: cum vero ex alia causa veniret, latuerunt ne ex accidenti haberet eos obuiam, & ita ipsi erubescerent.

Qō.599. Cur dicitur Deus ambulabat ad auram. Cap. 5. Cap. 3.

Quare dicitur, quòd ambulabat Deus ad auram. Aliqui dicunt, quòd modus loquendi figuratus est, & significatur voluntas Dei de puniendo. Augustin. enim vult, quòd hoc sit tropicè dictum, quia qui ad auram ambulat refrigerari vult: sic enim innuit, quòd Deus per peccatum Adæ calore iracundiæ excanduerat, & nunc per illationem pœnæ refrigerari volebat, quia iratus quieſcit, cum retribuerit. lib. 4. Ethicor. cap. de mansuetudine, & lib. 2. Rheto. Secundo dicunt, quòd signatur motus Dei ad puniendū: ibat enim tunc tardus ad inferendū pœnam: nam qui contra auram mouetur, tardus mouetur obsistente sibi aura: sic erat de eo, qui tardus veniebat ad puniendum peccatum primorum parentum, cum ei sit proprium atq; naturale misereri semper, & parcere. Sed dicendū, ꝙ licet ista colorem quendā habeāt: tñ non pertinent ad sensum literæ, nam si tropicè hoc dr, ꝙ ambularet Deus ad auram, non fuit aliquid verè, sed dr ad significandū aliquid: & tñ Deus verè ambulabat ad auram, ergo non

dicitur

dicitur tropicè. Patet quia dicitur, ꝙ cum audissent vo F
cem Dei ambulantis ad auram, abscondit se Adam,
& vxor eius: verè ergo Deus ambulabat ad auram, cũ
hoc Adam verè audierit, & fuerit sibi causa, vt lateret,
& tñ duos modos præcedentes loquendi tetigimus.
sup. 3. ca. q. 14. iuxta cõem modum exponendi aliorũ.
Aliter ergo dici põt, vno modo ꝙ ponitur aura, quia
illa erat signum aduentus Dei: nam in aura solet veni
re. Sic patet. lib. 3. Re. 19. c. vbi latente Elia in spelun
ca montis Horeb voluit Deus ad eum venire, & p̃mi
sit aliqua signa aduentus sui: nam dr, ꝙ venit spiritus
grandis, & fortis, i. ventus subuertens montes, & con
terens petras ante dñm: & nõ in spiritu dñs, & post spi
ritum venit comotio, & nõ in comotione dñs, & post
commotionem venit ignis, & non in igne dñs, & post
ignem venit sibilus aurę tenuis, & ibi erat dñs, & tñ si
cut ibi ponitur aura, ita & hic; ideo videtur poni, vt si
gnum aduentus eius, quod & tetigimus. sup. 3. c. q. 14.
Sed dicendum, ꝙ adhuc non fuit aura ibi signum ad
uenientis Dei, vel in quo Deus veniebat, sicut lib. 3.
Re. 19. cap. nam ibi Deus non apparuit in aliquo cor
pore, sed solum fuit audita vox eius, & ideo oportebat
esse aliqua signa aduentus eius, & ponuntur illa qua
tuor; tria præcesserunt ipsum, & quartum fuit, in quo
Deus venit, sed nunc non erat sic, quia Deus veniebat
in corporali figura, scilicet angelus, qui apparebat lo
co Dei, ideo non erat opus, vt essent signa, quæ illum
manifestarent, quia per se videretur. Etiam non est
idem modus loquendi scripturæ hic, & ibi; quia ibi di
citur: In spiritu dñs, vel in aura dñs, ac si dicatur, quòd
Deus non videbatur, sed erat in aura, & tñ hic non di
citur, in aura dñs, sed ꝙ ad auram ambulabat, & ita au
ra erat, etiam si Deus non ambularet: non igitur erat
aura nunc propter Deum, scilicet ad signandum ad
uentum eius. Alij dicunt, ꝙ ponit istud scriptura ad
signandum de Deo modum humanum: solent enim
homines ambulare ad auram ad refrigerationem, &
quietem, & quasi Deus homo esset, ita de illo dicitur,
ꝙ ad auram ambulabat. Sed dicendum, ꝙ hoc minus
conuenit quàm præcedentia, quia verum est, ꝙ scri
ptura solet facere aliquas similes translationes de ho
minibus ad Deum, sed istas numquam facit sine causa,
& sunt ad aliquid signãdum, & tamen nulla causa est,
aut apparet hic ex scriptura, propter quam fieret ista I
translatio, vt dicatur Deus ambulare ad auram, sicut
homines: cum neque competat præcedentibus, ne
que subsequentibus: ergo non dicitur ad hoc signan
dum. Dicendum igitur, ꝙ hoc dicitur ad reddendum
rem verisimilem: dicitur quòd Adam & Eua latue
runt audita voce Dei, & tamen ad hoc, quòd lateret
debuerunt multo ante audire vocem, quàm Deus eis
appropinquaret, & tamen vox, quam audierant, erat
strepitus pedum, quia dicitur: Vox ambulantis, sed
strepitus pedum non auditur de longinquo: ideo vt
audiretur dictum est, quòd ambulabat Deus ad aurã,
& ita aura faciebat audiri sonitum (quia flabat ventus
ex ea parte, qua Deus gradiebatur) contra eam par
tem, in qua erat Adam, & ita ferebat sonitum in lon
ginquum, & perueniebat ad tantum spacium, ad quã- K
tum alias non posset peruenire. Cum ergo Adam &
Eua existentes audirent vocem ambulantis Dei, ha
buerunt tempus latendi, quod non esset, si Deus esset
eis propinquus, quando vocem illius audirent. Secun
do vt detur causa latendi verisimilis: nam si audirent
Adam & Eua vocem ambulantis Dei, ideſt strepitum
pedum, siue auram, audirent de propinquo, & ita non
esset tempus latendi, quia putarent se visos; ideo dictũ
est, ꝙ ambulabat ad auram, & ita aura faciebat audiri
de longinquo: & interim poterant latere, antequam
venirent ad locum, in quo erant illi.

Determinatio quæsiti.

Quæretur quare dicitur, ꝙ ambulabat Deus ad auram post meridiem? Aliqui dicunt, quòd signatur in hoc tempus, quo Adam fuit eiectus de Paradiso. Nam tũc quando Deus venit ad Adam expulit eum, & tamen dicitur, ꝙ erat aura post meridiem, & sic signatur, ꝙ erat post meridiem, qñ de Paradiso eiectus est. Alij di cunt, ꝙ in hoc non signatur tempus aliquod, sed sola determinatio venti, quis esset ventus ille, qui flabat, & intelligitur, ꝙ erat ventus Zephyrus, qui est mediũs inter ventum verè occidentalem, & ventum austra lem. De meridie enim flat vẽtus, qui vocatur Auster, & iste ventus non erat Auster, sed dicitur quòd erat aura post meridiem. i. ventus, qui est post meridianũ procedendo contra Occidẽtem: nam meridianus est G Auster, Occidentalis est Fauonius, vt dicit Isidorus. lib. 13. Etymol. & vni eorum, scilicet Fauonio est col lateralis Zephyrus, qui est vẽtus mollis, & refrigerati uus, & ad illum ambulabat Deus: sic tetigimus. supra 3. q. 14. Sed dicendum, ꝙ etiam istud nomen satis stat: primo quia sacra scriptura non curaret determinare nomen venti, nisi ventus ille in quantum talis erat, cõ ferret aliqd ad ea, quæ referuntur: & tamẽ esse Zephy rum ventum illum, vel eorum, aut Aquilonem, non conferebat narratis, ergo non nominaret illum scri ptura. Nam si Deus quasi homo indigens refrigera tione, aut ea vtẽs, ambularet ad auram, aliqualiter cõ ueniret, ꝙ diceremus eum ambulare ad auram, quæ est Zephyrus: & tamen non ponitur, ꝙ Deus ambula ret ad auram ad refrigerationem, sed solum, vt ostẽn H datur, ꝙ sonitus Dei ambularetis auditus est ab Adã, ergo non exprimeret scriptura nomen venti. Secũdo quia ventus Zephyri non est ventus post meridiem, sed ille est Notus, qui coniungitur Austro fm vnam assignationem: Zephyrus tamen nõ ponitur post Au strum fm aliquos, sed fm multos vocatur Zephyrus coniunctus Occidenti, cum Occidentalis ventus sit Fauonius, & coniunctus ei sit Zephyrus, ideo non dẽ bet Zephyrus vocari ventus post meridiem. Tertio quia etiam si Zephyrus esset cõiunctus Austro, qui est meridianus, non intelligeretur de illo, quia non cõue nit hoc modo loquendi scripturæ, cum dicatur; ad au ram post meridiẽ, quia hoc indistinctè signat tẽpus. Quarto & principaliter, quia litera hebræa, vnde sum pta est nostra, non dicit; Ad auram post meridiẽ: sed; Ad auram diei: ideo non est vnde distinguamus ven tum meridianum, vel meridiei coniunctum. Dicen dum ꝙ quomodocũq; accipiatur, per istam determi nationẽ post meridiem, signatur tps, & non locus, a quo ventus flaret: nam tenendo literam nostram, illa dicit; Ad auram post meridiẽ: ideo aperte signat fuisse illam aliquam auram, quę post meridiem flaret: litera aũt hebræa non signat expresse tps, neq; locũ flandi, & tñ magis signat tempus ex conditione locutionis.

Quæstionis determinatio.

Et dicet aliquis; qũo translatum est ad auram post meridiem, cum Hebræus dicat ad auram diei? Dicen dum ꝙ hoc fuit ad aperiendũ sensum, quem illa ver ba faciunt; nam dicendo ad auram diei signatur aliqs ventus, qui uocatur ventus diei: & tñ in die multi ven ti flare possunt, & in multis partibus diei, ideo debet necessario intelligi de vento illo, cuius cõditio est ma xime flare in die, aut in aliqua diei parte, cum absolu te vocetur aura diei: si enim nos consideremus id qđ fieri potest, nulla pars diei est, in qua non possit flare ventus: si consideremus id, quod naturale est, & ma gis ordinarium, venti solent flare in duabus partibus diei, scilicet in aurora, & ad occasum solis. Et sunt causæ naturales quare potius in illis temporibus fur gant venti, quàm in alijs partibus diei, vnde & poetæ vocauerunt ventos filios Astrei, & Aurorę, scilicet, qa in aurora, ideſt ortu diei surgere solent.

Qõ. 602. Cur dicitur post meridiem ambulare Deum.

Cap. 12.

Qõ. 601. Quomodo translatio nostra deuiat ab Hebræo.

Est

Est enim ventus vapor siccus motus, & ad hoc ꝙ ven A
ti sint, duo requiruntur, scilicet esse vapores, & esse ali
quid mouens illos: per noctem autem vapores sunt,
quia non est aliquid eos consumens, & tamen etiam
non est aliquid eos eleuãs: ideo per noctem, maximè
ad medium noctis naturale est minus ventos surgere:
ad ortum autem diei sunt vapores, quia non sunt con
sumpti, & est aliquid eos eleuans, scilicet calor solis ad
uenientis: ideo tunc naturale est surgere ventos: eleua
to autem sole, vt circa meridiem non sunt vapores, qa
propter calorem solis magnum id, quod eleuatur, con
sumitur, & ita non relinquitur ad flandum: ideo circa
meridiem maximè temporibus calidis non est natu
rale surgere ventos. Circa occasum autem solis est v- B
trunque, scilicet vapor, & mouens illum: nam eleua
tur vapor per calorem solis, & quia sol inclinatur est
debilis calor suus: ideo sufficit eleuare vaporem, sed
non cõsumere: vapor autem eleuatus mouetur, & ita
est tunc naturale incipere ventos: & sic apparet, quòd
naturale est, & regulare insurgere ventos in ortu solis
aut circa occasum, & non in alijs partibus diei. Istud
apparet etiam in odore florum, qui sunt in agris, vel
horris: nõ enim emittũt odorem per noctem, scilicet
ad duas, vel tres horas noctis, & vltra: neque etiam ad
meridiem, aut paulo ante vel post, sed odorem grauis
simum emittũt in Aurora, scilicet ad ortum solis, vel
parum post, & ad solis occasum, vel parum post. Cau
sa huius est, quia odor fit per emissionem vaporalem
eiusdã substantiæ fumotæ delicatę, vt ergo fiat in flo C
ribus odor oportet esse aliquid quod resoluat illũ fu
mũ de substantia florum, resolutio autem fit a calido.
Etiam requiritur, ꝙ non absorbeatur illud fumosum
vaporale a calido resoluente, quia tunc non est odor,
cum autem fuerit calor resoluens, & non consumens
erit odor. Et ob hoc ad mediam noctem, & generali
ter in tempore frigido, vt ante Auroram non erit o-
dor florum, quia fumus ille non resoluitur, sed manet
clausus in substãtia florum, quia nõ est calor, qui resol
uat. In meridie autem, & alijs partibus valde calidis
diei etiam non fit odor florum, quia ibi est calor resol
uens: & tamen ille, quia est fortis calor consumit fu
mum resolutum, ideo non fit odor: nam vapor ille re-
solutus est aliquid subtile aereum, & a calore aliquan
tulum immoderato cõsumitur. Et ita apparet, si quis D
cremet flores boni odoris in igne, quia non emittent
bonum odorem, sed malum: causa est, quia vapor sub
tilis, qui diffusus facit bonum odorem, consumitur:
& absorbetur ab igne, & ita non diffunditur per me
dium, vt causari possit bonus odor, sed fumus grossus
terreus, qui nõ absumitur ab igne, diffundetur, & ille
facit grauem odorem. Ex prædictis ergo apparet,
quòd regulare, vel naturale est ventos duobus tem
poribus diei incipere, scilicet in Aurora, & circa solis
occasum: in alijs autem temporibus est per accidens:
ideo cum scriptura auram diei absolutè dicat, oportet
intelligi de vento, qui aliquo tempore horum duorũ
oritur, qui est naturalis, & ordinarius diei: & non de
ventis, qui in alijs partibus diei accidẽtaliter nascunt.
Quæretur cum ventus diei absolutè dicatur tam vẽ E
tus in Aurora, quam in occasu solis, quia vtroque tem
pore naturale est ventos incipere, quare transtulit lite
ra nostra: Auram post meridiem, cum Hebræus dicat:
Auram diei? quia ita poterat dicere, Auram in princi
pio diei, cum vtraque sit aura diei. Dicendum ꝙ hoc
fuit conuenienter dictum. Primo, quia licet vtroque
tpe ventus naturaliter incipere possit, & incipiat: vnus
tñ dicitur ventus diei, & alius non: nam ventus in Au
rora potius est ventus noctis, quia ille incipit ante or
tum solis. Ille igitur, qui per diem flare incipit, potius
vocabitur ventus diei, & iste est, qui incipit ante solis
occasum. Secundo quia in hoc attendenda est cõsue
tudo locutionis: Moyses enim istud scripsit, & ideo in
scribendo tenuit consuetudinem idiomatis Hebræi,
quia scripsit illud Hebræis, & in Hebræo: ideo illũ vo
cauit ventum diei, quem illi soliti sunt vocare ventũ
diei, sed Hebræi ī terra Chanaã, & Aegypti inter quas
Moyses scribebat, vocant ventum diei eum, qui venit
ante solis occasum: ideo illum uocauit Moyses ventũ
diei, & illi absolutè vocant eum ventum diei, quasi re
gulare sit, ꝙ die quolibet ventus ille surgat. Causa hu
ius erat, quia terra Chanaam, in qua habitabãt Iudæi,
& terra Aegypti, in qua prius habitauerunt, sunt mari
timæ, cum terra Chanaã ex toto latere Occidẽtis clau
datur mari. Nume. 34. cap. & in locis maritimis ex ac
cessu vespertino maris causatur aura, & quia illa quo
tidie surgit, uocant absolute uẽtum diei, quasi in quo
libet die surgat: ideo potius debuerunt transferre de
vento post meridiem, quàm de vento ante meridiẽ,
scilicet in Aurora. Tertio & principaliter, quia litera
hic non permitteret, ꝙ iste ventus esset ventus Auro
ræ, si quis consideret ea, quæ referuntur in litera: nam
serpens tentauit Euam, quod non fuit subito factum,
sed cum quadam ratiocinatione, cũ vero Eua come
dit iuit ad Adam, & ille quoque ab ea suasus comedit:
postea secuta confusione in membris fecerunt sibi pe
rizomata atque operuerunt se, quibus factis venit Deus
ad illos, & ipse ambulabat ad auram: si ergo ista aura
erat ventus Auroræ, oporteret ꝙ omnia p̃cedentia fa
cta essent per noctem, sed hoc non est conueniens, er
go non erat ventus Auroræ. Paret hoc, quia non vide
ret Eua serpentem, etiam non videret arborem ad su
mendum fructum, & tñ dicitur, ꝙ vidit mulier lignũ,
ꝙ esset bonum. Etiam per noctem non cõsueuerent pe
rizomata; etiam per noctem non erubescerent de nu
ditate, quia sicut vestis tegit turpitudinem, ita & nox
operit omnia, & tamen motuum ad omnia hæc fuit
quia ipsi viderunt sibi ipsis verenda, & erubuerunt, er
go clara lux diei requirebatur ad hoc: non igitur esset
ventus Auroræ, sed per ventum diei non potest acci
pi, nisi ventus Auroræ, vel ventus ante occasum solis,
vt ostensum est præcedenti. q. ergo debuit intelligi, ꝙ
erat ventus ante solis occasum.

Sed quæretur cum iste ventus esset ad vesperũ ante Qõ. 603.
solis occasum, quare dictum est ad auram post meri- Cũ vẽtus
diem? Aliqui dicunt, ꝙ benè dicitur, ꝙ si ad solis occa esset ad ve
sum erat, esset post meridiem. Dicendum ꝙ hoc non sperũ, cur
stat, quia etiam hoc modo, quod fieret media nocte, dixit ad au
diceretur post meridiem, quia verè est post meridiẽ, ram post
& tñ non recipimus talem consuetudinẽ locutionis, meridiem.
sed dicendum, ꝙ hoc ponitur ad faciendum maximã
certificationem, quæ circa hoc fieri poterat, & quia ad
signandum illum ventum non poterat alio modo di
ci, fuit sic dictum. Nam si ventus ille veniret in occa
sum solis determinate dicetur, ꝙ erat ventus ad occa
sum solis, & tñ non venit tunc, sed inter meridiem, &
occasum solis, ideo nomine meridiei significari con
uenienter potuit. Secundo quia ventus ille non flat
semper eadem hora, cum fiat ex accessu maris, sed ali
quando magis circa meridiem, & ideo variè poterat
nominari, & sic nominatus est a meridie, nõ quidem
ab eo, sed a tempore post meridiem. Tertio quia in
hoc tacite innititur causa originis venti, sicut diximus
supra q. 601. venti naturaliter surgunt, quando est va
por, & calor mouens, qui tamen non sit fortis, vt con
sumat, sed solum, vt moueat, & eleuet. Ante occasum
solis semper fortificatur calor, ideo licet vapor surgat
consumitur, & non incipiunt tunc venti: declinante
autem sole a circulo meridiano debilitatur calor eius,
& non potest tantum consumere, quantum eleuat,
ideo potest iam incipere ventus aliquis, & quãto ma-

gis

gis declinauerit ad occasum, tanto magis poterit inci pere ventus. Et quia causa inchoationis ventorum est debilitatio caloris solis, qui signatur per descensum a meridie, dicitur conuenienter q̄ est ille ventus post meridiem. Quarto quia magis conueniebat dici post meridiem, quam dici ad occasum solis, eo q̄ istud est expositiuum eius, quod dicitur in Hebræo, scilicet ad auram dici: ideo debuit exponi per aliquid, quod pertineret ad diem, & sonaret in diem: si dicetur tamen ambulantis ad auram ad occasum solis magis sonaret in noctem, quàm in diem: cum autem dr̄ ad aurā post meridiem, sonat in diem, ideo melius sic exponitur illud, quod dr̄ aura dici, quam aliter ponendo, scilicet de occasu. Quinto quia non fuit aliud nomen ad magis, & cum præcisione designandum ortum venti illius: nam si diceretur: ambulabat ad aurā in meridie, vel ad solis occasum, signantur solum tempora illa, i. meridies, & solis occubitus, & non est verum, q̄ in his oriatur ventus: nō quidem in meridie, quia tunc nullus ventus regulariter surgit, ēt non in occasu, quia licet contingat aliquem ventum in ipso solis occubitu oriri, non est ibi regulare surgere, sed potius ante solis occasum, & illud tempus est inter meridiem, & occasum solis; ideo quenientissimè dictū est post meridiē, quia dicēdo post meridiē, signat ex cōsuetudine locutionis oē tps, qđ est inter meridiē, & solis occasum, in quo tpe surgit iste ventus, q̄ scriptura vocat aurā dici.

Qō 604. Ad q̄ po nitur hic determina tio post meridiē.

Quæretur ad quid profuit poni determinationem istam, scilicet, Post meridiem. Aliqui dicūt, quod fuit de intentione sacræ scripturæ ad signandum tempus, quo Adam eiectus est de Paradiso, scilicet, quod fuerit post meridiem. Dicendum quòd istud non satis cō uenit: primo quia non ponitur istud in litera Hebræa, sed in litera nostra ad exponendam illam: si enim scriptura per hoc intenderet designare horam, qua Adā de Paradiso eiectus est, poneretur illud in principali scriptura, scilicet in Hebræa, vnde nostra translata est, & tamen ibi non dicitur: Ad auram post meridiem, sed: Ad auram dici, in quo non signatur determinatio aliqua temporis, ergo nō fuit ad hoc posita ista determinatio. Secundo quia ex modo locutionis ponitur ad determinandum ventum, non tempus eiectionis, Nam si tempus eiectionis per hoc signaretur, diceretur: Cum ambularet post meridiem; & tamē dicitur, ad auram. Post meridiem intelligitur, idest ambulabat Deus ad illam auram, quæ est post meridiem, vt sciatur quis ventus ille erat. Vnde etiam si in Hebræo diceretur post meridiem, sicut in litera nostra, constat quòd non poneretur ad determinādum tempus eiectionis Adæ, sed ad determinandum ventum quis esset. Dicendum quòd istud positum fuit in litera nostra, & interpretum, non in litera Hebræa, & fuit hoc ad exponendum Hebræam: nam dicitur ibi ambulantis ad auram dici, & ex modo loquendi non erat notū saltem inter alias gētes quid vocaretur aura dici: ideo interpretes apertius posuerunt, dicentes: Ad auram post meridiem, quia ita oportuit dici, vt patet supr. q. 602. & 603. Sed tunc quæretur, quare litera Hebraica posuit, ad auram dici, quia sufficiebat dici, q̄ ambularet Deus ad auram: nō adiecto an esset aura dici, idest post meridiem. Et patet, quia non ponitur, q̄ ambularet Deus ad auram, nisi vt innuatur, q̄ sonitus pedum eius auditus est de longinquo ab Adam, & Eua vento deferente sonitum versus Adam, quod non fieret, nisi ventus flaret, sed solum pedum strepitus per se audiri deberet, quia sic non haberet Adam tempus latēdi, vt dictum est. supra q. 590. & tamen ad hoc sufficeret quæcunque aura, ideo satis fuit dici, q̄ ambularet ad auram. Dicendum verum esse, q̄ ad intentionem scripturæ principalem, quare posuerat auram, sufficiebat poni aura, etiam si nihil plus determinaretur, & tamen voluit dicere auram dici. Primo quia designauit veritatem: nam ita fuit, quòd illa aura, ad quam Deus ambulabat, erat aura dici, ideſt post meridiem. Secundo & principaliter ad reddendum rem verisimilem eis, quibus narraretur, quia intentio est scriptu ræ omnia narrata efficere verisimilia, quanto verisimiliora effici potuerint, vt credat, quia scriptura nō prodest, nisi ei credamus: & tamen si diceretur, q̄ ambulabat Deus ad auram, & nihil vltra diceretur, non appareret verisimilitudo dicti ex ipsa scriptura: ideo additum est; Ad auram dici, ideſt post meridiem, quasi certum esset, q̄ esset aliqua aura post meridiem, quia in terra Aegypti, & Chanaam locis maritimis, in quibus morabantur Hebræi, regulariter est quolibet die aura post meridiem ante solis occasum, quam ipsi vocant auram dici. Tertio fuit, vt cōueniret eis quæ narrantur: Deus enim ambulabat ad auram post tentationem Euæ, & peccatum eius, & Adæ, & postquàm se ipsos nudos induerant perizomatibus, sed omnia ista in luce clara facta sunt, quia non conueniebat ea fieri per noctem, vt dictum est sup. q. 602. Et tñ dum hæc fierent aliquanta pars temporis transiret: ideo q̄ñ Deus ambulabat ad auram, magna pars fluxerat diei: & tñ ventus, qui surgit post magnam partem diei, est ventus post meridiem: cum in die nō sit regulare surgere ventos, nisi in Aurora, & circa solis occasum, vt dictum est sup. q. 601. ideo vt verisimile esset, & cōueniens dictis, dixit scriptura, q̄ Deus ambulabat ad auram dici, ideſt ad auram post meridiem.

Determinatio q̄st.

Qō. 605. Cur litera Hebraica posuit ad aurā dei.

Sed quia tactum est supra de tempore, quo Adam de Paradiso eiectus est, est nunc dubium, quo tempore fuit eiectus, & quanto tempore stetit. Aliqui dicūt q̄ Adam mansit in Paradiso solum per septem horas: istam positionem refert Geruasius. lib. de Ocijs imperialibus, decisione prima. Et dicunt isti, quòd propter hoc sunt septem psalmi pœnitentiales ad signandum illas septem horas, quibus ibi mansit Adam. Sed motiuū istius opinionis magis potest accipi ex sacra scriptura, quia dicitur, q̄ ambulabat Deus ad auram post meridiem, & ita signatur Adam exclusus post meridiem de Paradiso, & tamen vsque ad meridiem sunt sex horę, & ille fuit expulsus post meridiē, ergo erant septem horæ. Dicendum q̄ non est, q̄ tam pauco tēpore ibi manserit Adam, vt infra tangetur, & tñ quicquid de verita rei sit, hoc saltem certum est, q̄ ista motiua non sunt conuenientia ad ostēdendum, q̄ solum septem horis ibi māserit. Et primo apparet quātum ad illud motiuum de septem psalmis pœnitētialibus. Nam non ideo habemus septem psalmos pœnitētiales, quia Adam aliquid egit, sed ideo tot facimus pœnitentiales, quia inter psalmos oēs istos septem solos inuenimus, qui aperte loquantur de pnīa, si aūt plures essent, diceremus esse plures Psal. Pœnitentiales. Secundo quia nos facimus pnām de peccatis, & præcipuè de mortalibus, quæ sunt propriè peccata, & nos a Deo auertunt: & tñ peccata mortalia sunt septem: ideo facimus septē Psal. Pœnitentiales, vt significent septem peccata, quasi dicendo illos septem psalmos petamus nobis remitti septem peccata mortalia. Vel quia forte illi septem psalmi applicantur septem peccatis mortalibus, singulus psa. singulo peccato permodum, per quem aliqui applicātur, de quo nō pertinet ad præsens. Tertio quia sunt septem psalmi pœnitentiales, vt per eos oremus nobis vniuersiratē peccatorū dimitti, quia septenarius numerus est numerus vniuersitatis, cum sint septem soli dies, per quorū repli cationem totum tps nostrum agitur, ideo dicendo septem psalmos oramus oīa peccata nobis dimitti, quæ in toto tempore per septem dies acto perpetramus.

Quarto, quia iste numerus septenarius conuenit remissioni peccatorum, & etiā pœnis peccatorum, & cū nos per Psalmos pœnitentiales veniā de peccatis oremus, accepimus septem, vt significemus nos veniā petere de peccatis, & pœnas non inferri pro peccatis, cū vtrumq; scriptura per septenarium significet. De pœnis patet supra 4. cap. vbi dixit Deus: Nequaquā vltra fiet, sed oīs qui occiderit Cain septuplum punietur: & ita tota pœna fuit signata per septē. Similiter eodē cap. iterum ponitur iste modus loquendi, vbi Lamech loquitur ad vxores suas, dicens; Septuplum vltio dabitur de Cain, de Lamech verò septuagies septies. De remissione peccatorum, q̄ significetur per numerū septenarium patet Mat. 15. cap. vbi dixit Petrus ad Christum: Domine quotiēs peccauit in me frater meus dimittam ei? vsq; septies? Et dixit Christus: Non dico tibi vsque septies, sed vsq; septuagies septies. In quibus signatur remissio vniuersorum delictorū: ergo cōueniens fuit esse septem Psalmos pœnitentiales ad significandum remissionem oīum peccatorū, vel ad illā pertendam, & non propter Adā. Quinto, quia Psalmi pœnitentiales sunt, in quibus pœnitendo petimus de peccatis remissionē: non de peccatis Adæ, quia ei iam remissa sunt omnia peccata, sed de peccatis nostris, ergo non sunt Psalmi pœnitētiales tot, vel tot propter Adā. Sed dicet aliquis, q̄ non oramus pro peccatis Adæ, sed pro peccatis, quæ nos contraximus ab Adam, & ideo sunt tot, vel tot Psalmi in cōparatione ad Adā. Dicendum, q̄ hoc non conuenit: primo quia peccata, q̄ nos cōtraximus ab Adam, non sunt multa, sed vnum. Secundo quia etiā in hoc præsupponitur, q̄ dies ille esset de diebus æquinoctialibus: ita vt ab ortu vsque ad meridiem essent horæ septem, & tñ istud adhuc nō paret. Sexto, quia adhuc oībus ijs præsuppositis non sequitur, quia potuit esse creatus die præcedenti Adā, & in sequenti post meridiem expelleretur, & ita maneret in Paradiso plusquam septem horis, ideo ista positio non est satis verisimilis, & non habet motiua conuenientia.

Alij volunt, q̄ Adam fuerit de Paradiso eiectus hora decima, & manserit nouem horis in Paradiso, & ad Christus tormenta patiendo quamdiu fuit Adā in Paradiso, & ideo perseuerauit Christus vsque ad horam nonam diei, & tunc expirauit, sic Adam perseuerauit nouem horis in Paradiso, & hora decima eiectus est. Secundo conuenit, quia dicitur ad Auram post meridiem, & ita fuit illud post meridiem, sic autē hora decima est post meridiem. Tertio adhuc cōuenit magis quàm præcedens opinio, eo q̄ ambulabat Deus ad auram post meridiem, & tamē aura, quæ surgit post meridiem oritur propinquius ad occasum diei, quàm ad meridiem: ideo potius hora decima quam hora septima ambularet ad auram. Sed dicendum, q̄ hic quicqd sit de veritate rei, tñ motiua huius positionis non sunt satis cōuenientia. Et primum quod dicitur de tēpore, quo durauit Christus tormenta patiendo non conuenit, quia Christus nō passus est pro solo peccato Adæ, sed pro peccatis omnium hominum ideo tēpus passionis suæ, ideſt durationis eius, non debuit mensurari fm aliquid quod pertinet ad Adam. Secundo, quia dato q̄ acciperetur tempus durationis fm ea, quæ pertinebant ad Adam, adhuc non acciperetur per tempus, quo fuit in Paradiso, quia mors Christi nō fuit pro bono nostro, ideſt quia bonum habebamus, sed pro malo. s. pro peccato, quod cōmisimus, aut pro pœna, quā inferri nobis merebamur, vt non inferretur; tēpus tñ, quo Adam mansit in Paradiso, pertinuit ad eius felicitatem, ideo pro eo nō debuit Christus pati, aut iuxta illius mensurā. Tertio, quia etiam illud non conuenit huic propositioni, quia Christus non solum passus est horis nouē, sed pluribus, quia comprehēsus est nocte precedente post cœnā: & statim post cōprehensionē inceperūt pœnalitates eius, & ita totam illā noctem in pœnis duxit cum sequēti die vsque ad horam nonam, quando expirauit, & istæ sunt horæ fortè viginti aut paulò pauciores, vnde non conuenit huic opinioni. Alia duo motiua de post meridiē, & de hora decima non concludunt, & dissoluuntur eisdem rationibus, quibus præcedens opinio de horis septē. q. precedenti.

Nunc verò ad prædicta redeundo, dicemus q̄ hic sunt duo dubia: primum est qua hora diei exclusus est Adam de Paradiso; secundum quanto tempore māsit in Paradiso, nam nō est idē vtrūque. De primo dicendum videtur, q̄ excluſit Deus Adam de Paradiso parco tempore ante Solis occasum, & hoc apparet, quia postquam peccauit Adam, venit Deus ad eum, & expulit eum, & tñ quando venit, erat circa occasum Solis: ergo eo tempore exclusus est Adam, duo sunt probāda. Primum q̄ venit Deus ad Adam circa occasum Solis. Secundum q̄ statim expulit eum. De primo patet, quia quando venit Deus, dicitur, q̄ audiuit Adam vocem Dei ambulantis ad auram post meridiē, ideſt, quæ flat post meridiem, vel sicut dicit litera Hebraica ad auram diei, & licet non ponatur istud principaliter ad determinandum tempus, sed ad determinandum ventum, tamen inquantum dicitur aura diei, signatur

Quæst. 608. An Adam de Paradiso eiectus fuerit hora decima.

Quæst. 609. Quādo Adam exclusus fuit a Paradiso.

quo tẽpore flauerit; quia est ille ventus, qui surgit iter meridiem, & occasum solis, vt diximus supra qõ. 603. Et iste ventus non surgit statim post meridiem, sed in maiori propinquitate ad occasum solis. Et causa est qa tunc debilitatur calor solis, vt non possit cõsumere vapores, quos eleuat, & hoc facit ventos, statim post meridiem aut tempore proximo adhuc est calor fortis, ideo non surgunt tunc venti, & tñ quando venit Dñs ad Adam ambulabat ad auram post meridiẽ, ideo erat prope solis occasum, quando illa aura confortatur. Secundũ erat ꝙ Deus statim, vt venit ad eum expulit ipsum: primo patet quia statim, vt venit, manifestatum fuit peccatum Adæ, sed locus Paradisi non conueniebat homini nocenti, cui esset vita beata ducenda, non peccatori, cui pœnalitates manebant: ideo nõ erat aliqua causa, vt amplius maneret Adam in Paradiso, sed vt statim expelleretur. Secundo, quia quando venit Deus ad Adam statim prænunciauit eis pœnalitates, quas dixit duraturas ei vsque ad mortẽ: & ideo totum tẽpus de cętero a tẽpore prænunciatarum pœnalitatũ, erat in miserijs agendũ, sed Paradisus nõ erat locus ad mala patiendũ: ergo statim pelleret eum, vt inciperet sustinere pœnas meritas. Tertio colligitur hoc ex ordine literæ, quia cũ Deus ad Adã venit, continuatur sermo eius ad eũ, quo vsq; ipsum expulit, ergo statim expulit: quia sermo ille nõ potuit diu durare. Confirmat istud, quia si nõ statim Deus illũ expulisset, quando ad eum venit, sed expectaret ad sequentẽ diẽ, vel ad alios dies, deberet Deus iterũ redire ad Adã ad eũ expellendum, & tñ continuato hic sermone, fit mentio de eius exclusione, ideo statim fuit, & non fuit dilata ad alterũ tempus. Quarto & principaliter patet hic, quia quãdo nunc Deus prænunciauit mortẽ Adæ posuit custodiã ad lignũ vitæ, ne Adã mitteret manũ ad illud, & manducaret, atque viueret. supra 3. cap. ergo Deus signauit necessarium esse prouideri cõtra Adam, & Euam, ne sumeret de ligno vitæ, vt nõ viueret in æternum, & tñ si Adam, & Eua manerent in Paradiso post hoc verbũ possent sumere de ligno vitæ, ergo debuerunt statim dicto isto verbo inde excludi, & ista est ratio vrgẽs, cui standum est. Ideo dicendum, ꝙ inter meridiẽ & solis occasum, magis circa occasum, quàm meridiem emissus fuerit Adam de Paradiso.

Quæs. 610 Quanto tẽpore Adã mansit in Paradiso.

Secundum dubium erat quanto tpe mansit Adam in Paradiso. Et dicendũ, ꝙ ista est dubitatio, in qua nihil certũ possumus respondere, cũ non sit aliud, quod cõuincat ad vnam partem, vel ad alterã. Aliqui dicũt, ꝙ mansit Adam in Paradiso per septem horas solũ, vt supra tetigimus. qõ. 606. & q. 607. Et ista refert historia Scholastica. Alij dicunt per decẽ horas. Omnes ij volunt non mansisse vnum diẽ artificialem integrũ Adã in Paradiso. Alij volunt, ꝙ Adam manserit per plures dies in Paradiso, & non solũ postquã fuit ipsa Eua, sed & antequàm formaret Eua, sic innuit Iosephus lib. 1. Antiquitatum dicens: Videns autem Deus Adam nõ habentem societatem ad fœminam, neq; cohabitationem, cũ vtique nõ esset delectatus ante in alijs animalibus, quæ copulata videbantur: vno die, quo eo dormiente auferret costã eius, finxit ei mulierẽ. Et ita multos dies signat transisse, cũ dicat, ꝙ vno die abstulit ei costam. Sed dicendum, ꝙ hic sunt duo: vnum est an formatis Adã, & Eua fluxerint aliqui dies, quibus ipsi manerent in Paradiso: aliud est an inter formationem Adæ, & Euæ fluxerunt aliquot dies. De secundo dicendum, ꝙ non fluxit aliquis dies, sed eo die, quo formatus est Adam, fuit Eua formata: quia supra 2. cap. dicitur, ꝙ dixit Deus; Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi: ergo si non erat bonum hominem esse solum, non faceret, ꝙ homo diu esset solus: quia malum esset, & inordinatum: & ita eodem die, quo formauit hominẽ, formaret fœminã. Neq; videtur, ꝙ aliquid interciderit interea, nisi ꝙ animalia adducerentur ad Adam, & cum ipse non videret aliquod ibi conueniens, formauit sibi Deus statim mulierem. De primo non apparet ex illis verbis Iosephi aliud, & tamen ipse eodem libro significat, ꝙ aliquanto tempore manserint Adam, & Eua in Paradiso, cùm ponat serpentem cohabitantem eis inuidisse felicitati eorum: & ita innuit, ꝙ serpens aliquandiu vixerat cum Adam, & Eua: quia alias nõ cognosceret perfectè eorum felicitatem ad hoc, ꝙ inuideret eis.

Sed dicendum, quòd in hoc paruæ auctoritatis est Iosephus, potissimè quia id quod præsupponitur, falsum est, scilicet ꝙ serpens cohabitaret Adæ, & Euæ: & ꝙ inuideret felicitati eorum, cùm non possit inuidere, quod nõ est intelligens: ideo in hac parte potius rationi cedendum est, & auctoritatibus alijs. Dicendum ergo, ꝙ omnes positiones hic reducũtur ad duas, vna est ꝙ eadem die, quo Adam, & Eua formati sunt, eiecti fuerunt de Paradiso, & quòd nõ manserunt ibi per diem vnum artificialem integrum: alia est quòd manserunt plus vno die, sed paucis diebus. Quod enim nõ manserunt pluribus diebus patet, quia ceciderunt per tentationem diaboli, & statim vt tentati peccauerunt expulsi sunt, vt ostensum fuit supra, & tamen diabolus non diu maneret, quin eos tentaret, quia tentauit inuidens: sed statim, vt videret eorum felicem statum, & dispositionem ad maiora bona, inuideret, ergo statim tentaret. Secundo quia August. super Gen. ad literam inter cæteras causas, quas dat, quare non coierunt in Paradiso Adam, & Eua, dicit ideo fuisse, quia statim post formationem mulieris fuit secuta transgressio: ideo non fuit eis locus concumbendi, & tamen Eua formata est eodem die, quo Adam, vt dictum est: ergo pauco tempore ambo manserunt in Paradiso. Motiuum autem eorum, qui dicunt eodem die eos formatos, & eiectos de Paradiso, est quia supra 3. cap. dicitur, ꝙ ambulabat Deus ad auram post meridiem, & sequitur statim quomodo expulsi sunt, & tamen non fit prius mentio de aliquo die, aut meridie: ideo putãt illum esse primum diem, quo fuerunt in Paradiso, sed ille fuit primus dies essendi eorum: ergo die integro nõ manerent. Et istam opinionem sequuntur omnes communiter, sicut illi, qui dicunt, ꝙ manserũt solum septem horis, & alij dixerunt, quòd manserunt decem horis, & nos ita diximus secundùm positionem communem. supra 3. cap. quæst. 14. ꝙ non manserunt Adã, & Eua per vnum diem artificialem integrum in Paradiso. Et hoc satis conuenit intentioni Aug. dicẽtis, ꝙ statim post formationẽ mulieris secuta est transgressio, & tñ post transgressionẽ secuta fuit statim exclusio. Et tñ dicendum, ꝙ quantumcumq; sit ista positio conueniens, nõ tamen sunt motiua eius vrgẽtia, quin aliud dicere possimus. Cum enim dicitur de meridie, non valet argumentum, quia litera Hebræa nõ habet. Post meridiem: sed, Ad auram diei, & licet certum sit, ꝙ illa aura sit post meridiem, cùm non ponitur ibi aliquid ad designandum tempus, non constat an potius esset illa aura diei secundi, aut tertij, quàm primi. Item ꝙ non fiat mentio de aliquo alio die non vrget, quia scriptura non consueuit exprimere tempora media, quæ transeunt inter ea, quæ narrat: sed solum ea, quæ pertinent ad propositum: vnde etiam si multi dies transirent manentibus Adam, & Eua in Paradiso, de nullo eorum fieret mẽtio, nisi de die exclusionis, quia in alijs non fuit factum aliquid, quod scriptura referat. Alia autem positio est, quòd non fuerunt eodem die formati, & de Paradiso excluſi, sed fortè vno die fuerint formati, & sequenti die, vel tertio fuerint expulsi. Et motiuum ad hoc est, quia tot non videtur verisimile

risimile facta esse eodem die, s. Adam formatus est prius extra Paradisum, & in Paradisum deductus, post hoc dato sibi præcepto de non manducando de ligno scientiæ, boni & mali, adduxit Deus omnia animalia ad Adam, & cum ea diligenter perquisiuisset, non inuenit aliquid simile, ꝓpter quod mulier formata fuit a Deo, & sibi tradita, deinde serpens tentauit mulierem, superata est, peccauit ipsa, & Adam, erubuerũt, fecerunt q̃ sibi perizomata, & post hæc omnia venit Deus ad eos post meridiem, & redargutos expulit de Paradiso. Nam pro omnibus ijs non darentur octo horæ temporis, in tam breui autem tempore fortasis non erit multum verisimile omnia ista fuisse facta. Aliud quoque mouet, quia adhuc si præsupponeremus Adam formatum esse in principio diei illius, esset minus inconueniens, quia a tempore formationis eius darentur octo, vel nouem horæ vsque ad exclusionem de Paradiso, sed istud non solum non constat, sed etiam non est satis verisimile, quia homo formatus est die sexto, & non constat de singulis rebus, quas singulis diebus formauit, an in principio diei, vel in qua parte formaret. Præterea die sexto formata sũt animalia terrestria, s. bestiæ, iumẽta, & pecora, & post illa formatus est homo, vt supra 1. cap. & ita non formaretur in principio diei. Et iuxta hoc poteramus dicere conuenienter, ꝙ die sexto formatus est Adam, & ipso die formata est Eua, & ducerentur animalia iã formata ad Adam, die autem sequenti, i. Sabbato peraret Eua, & excluderentur: pluribus enim diebus ibi eos mansisse non est satis rationale, & tamẽ quæ istarum duarum positionum sit verior, nullum motiuũ habemus sufficiens ad iudicandum.

Cum dicatur, ꝙ Adam & Eua audierunt vocẽ Dei deambulantis in Paradiso, quæretur, quare Deus ita se abscondit, ꝙ de longinquo fecit audiri sonitum, & nõ potius apparuit eis statim, vt non audirent sonitum, antequã viderent eum. Dicendum, ꝙ Deus fecit hoc ex industria. Primo, vt Adam & Eua latere possent, antequã Deus eis esset præsens, quod nõ fieret si statim eis appareret. Secundo fuit, vt daret eis locum deliberandi: Deus enim volebat, quantum bene fieri poterat, excitare eos, vt de peccato pœniterent, atque veniam petent, & ad hoc conueniens erat, ꝙ non aduenirent eis subitus, quia cum conscientiam peccati haberent, ex aduentu subito turbarentur, & non mouerẽtur ad petendum veniam, aut aliquid alterum, quod eis bonũ esset faciendum, Deùs igitur voluit de longinquo audiri, vt possent interim cogitare, quid dicturi essẽt, veniente Deo. Tertio fuit, quia conueniens fuit, ꝙ scriptura ita exprimeret, quia erat res verisimilis: nã Deus apparebat in figura corporali, i. Angelus loco eius, sub forma viri: & ideo scriptura debebat ei dare, ꝙ haberet conditiones humanas, si ꝙ ambularet, & ambulando inter densas arbores maximè flante vento sonitus pedum, & fragor corporis ad arbores audiretur. Quarto fuit, quia Deus voluit, ꝙ esset ei occasio vocãdi Adã, dicendo: Vbi es? & tamen istud non fieret, si Deus subito eis appareret: quia non possent latere, & consequenter non vocaret eos Deus: ergo fuit conueniens, quòd Deus de longinquo faceret sonitum audiri.

Cum Deus voluerit facere se audiri de longinquo, vt Adam & Eua laterent, quæretur ad quid voluit, ꝙ latere? Dicẽdum, quòd licet Adam & Eua, alia motiua latendi habuerint, tamen Deo placuit, quòd latерent: primo, vt haberet occasionem vocãdi eos latentes, & loquendi ad eos aliquid, quod alias non loqueretur: nam dixit Adam, Vbi es? & ex eis, quæ dixit Adam, processit Deus contra eum, & si non latuisset, non introduceretur iste modus conueniens locutionis.

Quæs. 614 An Adam & Eua audierunt vocem Dei, & an Deũ esse sciebant, qui veniebat.

Quæretur quare dicitur, quòd audierunt Adam, & vxor eius vocem Dei, & an ipsi Deum esse sciebant eum, qui veniebat, & si sciebant quomodo sciebant, cum eum non viderent. Dicendum quòd cognouerunt illum esse Deum: primo, quia litera dicit: Et cum audissent vocem Dei deambulãtis, & ita verum est, quod litera asserit. Secundo, quia si non cognouissent vocem Dei, non laterent, quia hoc mouit eos ad latendum, quia vocem Dei audiebant. s. Cumque audissent vocem Dei, absconderunt se Adam, & vxor eius. Tertio, quia Adam hoc confessus fuit postea Deo, dicens: Audiui vocem tuam, & timui, ergo sciebat esse vocem Dei. Aliquis dicet, quòd non cognouerunt esse vocem Dei, idest sonitum eius ambulantis per hortum, sed solum audierunt quãdam vocem, aut sonitum, sed nesciebant cuius esset. Ad primum respondent quòd audierunt vocem Dei sicut scriptura, dicit: & tamen non sequitur, quòd sciebant esse vocem Dei, sed quia ita erat, quòd vox illa esset verè vox Dei, idest eius, qui vt Deus reputabatur, dixit scriptura, ꝙ audierũt vocẽ Dei. Ad secũdũ dicũt, ꝙ abscõderunt se Adã, & vxor eius, non quasi scirent veniẽtẽ esse Deũ, sed quicũque ille esset, erubescerent aspectũ eius, quia nudi erant, ideo latuerunt. Sed dicendum, ꝙ nõ stat, quia scriptura manifestè vult significare quòd Adam & Euam cognouerint esse Deum ipsum venientem, & apparet ex verbis Adæ dicentis: Audiui vocem tuam, & timui, & tamen si non agnouisset Dei esse sonitum, diceret: Audiui vocem tuã in Paradiso, & abscondi, quia nudus erã, dixit tamẽ: Audiui vocem tuam. Etiã quia si non putasset esse Deũ venientẽ, non haberet cur timeret, & tamẽ ille dixit, ꝙ timuit, ergo Deum esse credidit.

Quæs. 615 Qũo agnouerũt sonitum illum esse Dei.

Sed quæretur, quomodo Adam & Eua non videntes Deum agnouerunt sonitum illum esse Dei. Dici potest vno modo, quòd ille sonitus erat tam grandis, vt non posset esse alterius, nisi Dei, quia pro sua excellentia facit, vt ea, quæ eum manifestant sint excessiua ad ea, per quæ alij manifestantur. Sic apparet in sonitu, nam quando Deus voluit ostendere signa aduentus sui in sono rerum irrationalium ante Eliam fecit audiri, tam grauem sonitum, vt videretur subuertere montes, & conterere petras, vt libro 3. Reg. 19. c. scilicet. Ecce dominus transit, & spiritus grandis, & fortis subuertens montes, & conterens petras ante dominum. Etiam in nouo testamento, quando Spiritus sanctus in sono voluit Apostolis signa aduentus ostendere, misit ventum fortissimum; Actu 2. cod. scilicet. Factus est repente de cœlo sonus, tanquam

aduenietis spiritus vehementis, ideſt venti fortis: simi F
liter, quando Deus ſe manifeſtat in voce, quæ ſit ſermo intelligibilis, eſt illa vox tam excedēs alias voces, quòd appareat Deum eſſe loquentem, aut cuius nomine ſermo fit: Sic enim patuit in datione legis Moyſi: nam Deus dicebatur eſſe loquens, & tam terribiles erant voces, quòd non ſufficiebant homines illas audire. Exod. 20. & Deuteron. 4. & ad Hebræ. 12. c. in tantum, quòd Hebræi putantes ſe morituros, ſi vltra audirent verbum Dei, petiuerunt, quòd nō loqueretur eis Deus, ſed Moyſes. Exod. 20. & Deut. 5. c. Ita ergo ſonitus aduenientis Dei poterat eſſe tunc terribilis, per quem conſtaret illum eſſe Deum. Dicendum, q̄ iſtud non conueniebat. Primo, quia Deus talia ſigna ſui aduentus oſtendit, quando alicui vult incutere timorē, ſicut Hebræis in legis datione oſtendit ſe Deus terribilem, quia voluit eis timorem incutere, vt non auderent tranſgredi mandata, & ideo vocauit Apoſt. illam legem timoris ad Hebr. 12. c. ſed nunc non volebat terrorem facere, ideo non faceret talem ſonitū exceſſiuum. Secundo, quia iſta ſigna apparent, quando Deus ipſe nō videtur in aliquo alio, in quo cognoſcatur, & ideo vt ſciatur ibi eſſe Deus, vbi non apparet monſtrantur aliqua ſigna magna, qualia Deo conueniunt, ſecundum ſuam excellentiam. Sic patet, quando locutus eſt dominus Eliæ in monte Horeb, quòd ibi non apparuit in aliqua effigie, in qua cognoſceretur: immo in nulla, vt ergo ſciretur ibi eſſe Deus, prænenit ventus fortis, & vehemens ſubuertens montes, & conterens petras. lib. 3. Reg. 19. cap. & tamen nunc H
Deus apparuit Adæ & Euæ in figura, in qua cognoſceretur, ſcilicet in figura humana, & erat illa talis, qualem Adam cognoſceret, ideo non fuit conueniēs præcedere ſonitum terribilem, ex cuius magnitudine appareret Deum eſſe eum, qui veniebat. Tertio, quia ſcriptura ſignificat, quòd nō eſſet ſonitus fortis, cum dixit: Et cum audiſſent vocem domini deambulātis in Paradiſo. Et ita innuitur, quòd illa vox, ideſt ſonitus non erat, niſi ſicut deambulantis, & tamē ſonitus deambulantis hominis non eſt magnus; & Deus in figura hominis ambulabat, ergo non erat magnus ille ſonitus, qui ex conditione ſua oſtenderet veniētem eſſe Deum. Sed dicendum, q̄ Adam & Eua audito illo ſo- I
nitu agnouerunt eſſe Deum, non quaſi ſonitus eſſet fortis, ſed quia nullus alius erat in Paradiſo, quē nunc venire putarent, & patet hoc, quia Adam & Eua nullum alium viderant: nullus enim alius homo erat, niſi duo ipſi, Angelus quoq; nullus, adhuc apparuerat, nam ſcriptura non facit mentionem de hoc: de Deo autem, ideſt de Angelo, qui loco Dei loquebatur, certum eſt, quòd eis apparuerat; primo quando introduxit Adam in Paradiſum, & præcepit ei non manducare de ligno ſcientiæ boni, & mali, ſed de alijs lignis, poſtea quando adduxit animalia omnia ad eum, vt videret, ſi aliquod erat ei conueniens: deinde quando duxit Euam formatam ad Adam, & locutus eſt Adam de matrimonio, ſupra 2. cap. & Deus quoque, qui eos coniunxit locutus fuit Adæ & Euæ de hoc, vt Chriſtus, innuit. Matthæ. 19. capit. Tunc autem Adam & Eua Deum viderunt, alium autem non viderant in Paradiſo, ideo quando audirent ſonitum venientis, crederent eſſe Deum, quia nullus alius erat, de quo putare poſſent. Sed obijcietur, quòd poterant putare eſſe aliquod animal, cuius ſonitus ambulantis inter arbores eſſet ille, qui audiebatur, & ita non agnoſcerent eſſe Deum. Dicendum, quòd non ſtat, quia in Paradiſo nulla animalia erant, ſed ſolus homo, vt Damaſcenus dicit, & de hoc diximus ſupra, quæſt. 86. & 90. ideo non erat aliquod brutum, cuius ſonitus poſſit putari eſſe ille. Audito ergo eo ſtatim crederent eſſe Deum, cuius ſonitus audiretur.

Determinatio totiꝰ quęſiti.

Quæſt. 61. Cur ſit mentio de auditu vocis.

Quæritur, quare ſcriptura facit mentionem, quòd vocem Dei audierint, quaſi de aliquo nouo. Dicendum, quòd fuit primo, quia Deus non erat cū eis continue, ſed veniebat cum opus eſſet. Deus enim cum vbique ſit, non ſe oſtendit per ſe, neque per aliquem internuncium, niſi cum opus ſit, ſed ſicut ipſe per naturam ſuam eſt inuiſibilis, ita inuiſibilis manet, cum vero expedit manifeſtationem aliquam fieri, manifeſtat ſe, non quidem in ſe ipſo, ſed in creatura, quę eius vices gerit, quantum ad locutionem, & corporalem apparitionem. Et quia non erat opus Adæ & Euæ, q̄ Deus ibi ſemper ſe eis ſub corporali figura oſtēderet, non oſtendebat, niſi interdum, poſtquam autem dederat fœminam viro, deſierat eis apparere, nunc vero cum opus eſſet, vt eos argueret, ad eos venire, manifeſtauit ſe; & licèt potuiſſet ſubitus eis apparere, non fecit, ſed fuit ſicut veniens de longinquo propter rationes dictas ſupra quæſt. 612. & ideo quaſi Deus non eſſet ante hoc cum Adam & Eua, facit ſcriptura mentionem, quòd nunc veniret quaſi eſſet nouum. Secūdo fuit, quia non erat conueniens quòd Deus ſemper maneret cum Adam & Eua, quia ſic impediret liberam operationem eorum: nam apparitiones rerum ſupra curſum naturæ ſunt quaſi cogētes, & q̄a Deus indicauerat bonum eſſe hominem permittere tentari, vt iuxta arbitrium ſuum ageret, debuit Deus quaſi abſens eſſe, quia ſaltem non viſibiliter præſens: ſubtraxit ergo ſe conſpectibus Adę & Euæ, quantum ad illam corporalem præſentiam ſubtraxerat, & tunc libertum fuit Adæ & Euæ facere quod vellent, quia nullū præſentem ſibi timebant, neque aduertebant. Tentati ergo ſunt, & ſuperati peccauerunt, & tunc venit Deus corporaliter ad eos puniendum, & ſic debuit fieri mentio, q̄ veniret quaſi nouum iſtud eſſet, eo quòd non erat aſſidue cum illis.

Quæſt. 62. Cur primi parentes ſe abſcondere.

Dicitur ſup. 3. c. q̄ abſcondit ſe Adam, & vxor eius a facie domini Dei, de quo quęretur, quare ſe abſconderunt. Dicitur, q̄ fuit primo propter verecundiam: ante hoc.n. viderant Deum, & non erubeſcebant, q̄a non agnoſcebant ſe eſſe nudos, neq; verè erant nudi, licèt non haberent veſtes, nunc vero ſciebant eſſe nudos, quia paulo ante hoc conſpexerant nuditatē propriam, ideo erubeſcerent coram Deo apparere. Secūdum erat timor: timebant.n. Deum, quia conſcij erāt peccati ſui: Deus.n. fecerat eos non nudos, præcepe-
ratq; eis non comedere de ligno ſcientiæ boni & mali: cum autem comediſſent apparuit in eis nuditas, & ita ipſi in ſe ipſis deterioraueruut opus Dei, de quo timebant ſibi a Deo pœnas inſligendas. Iſta duo ſimul ſignificat Adam in ſua reſponſione, cum Deus quæſiuit Adam vbi es? Ille ait: Audiui vocem tuam, & timui eo, quòd nudus eſſem. ſupra 3. cap.

Quæſt. 618. Quo primi parentes potuerunt erubeſcere de Deo.

Sed quæretur, q̄ūo Adam & Eua potuerunt erubeſcere de Deo, & patet primo, quia nos quoq; erubeſcimus nudi præſentiam aliorum hominum, ſed non Dei: vbiq; enim Deus eſt, & nos hoc ſcimus, & tamē K
non erubeſcimus nudi eſſe, vbi nō ſunt alij homines, quamquam conſtet nobis Deum eſſe ibi. Secundo, quia Adam, & Eua non erant nunc nudi, a principio, cum peccauerunt, fuerunt nudi, atque erubuerūt, ſed ſtatim, cum feciſſent ſibi perizomata, non erubuerunt, quia operuerant illa, de quibus erubeſcebant: iō neque nunc erubeſcerent Dei præſentiam, ſed prius, quando nondum fecerant ſibi perizomata. Dicendū q̄ aliqn volunt, quòd erubeſcerent Adam & Eua de Deo, quia erubeſcimus, quando turpitudo noſtra cōſpectu aliquorum patet, & tñ Deus cōſpicit oīa, quia in oī loco oculi dñi contemplantur bonos, & malos; Prouerbior. 15. c. & ad Hebr. 4. c. dicitur: Omnia nuda ſunt,

ſunt, & aperta oculis eius, neque eſt ei inuiſibilis vlla A
creatura, ideo de Deo erubeſcerent. Sed dicēdum, q̄ iſtud non valet primo, quia ſi Deus habet oculos, & ideo erubeſcēdum eſſet de eo, nos quoque erubeſceremus, & tamen nos nō erubeſcimus de nuditate noſtra coram Deo, ideo neq; illi ex hac cā erubeſcerēt. Secundo, q̄ non eſt verum, q̄ Deus habeat oculos, nā Deus non eſt animal, ideo non habet oculos, neq; potentiam viſiuam, vnde neq; videt, ſed dicūtur oculi de eo per metaphoram, inquantum intellectus eſt quidam oculus. lib. 1. Ethicor. Et quia Deus intellectum habet, dicitur habere oculos. Et apparet, q̄ ita accipiatur ex modo loquendi ſcripturæ, nam dicitur: In omni loco oculi domini contemplātur bonos, & malos, ſed nullus oculus verè oculus poteſt omnia q̄- B
templari, quia non obijciuntur ei omnia, ideo ſi Deus oculos haberet, non videret in omni loco, ſed videt, ergo non ſunt oculi. Item patet, quia dicitur ad Hebræ. 4. c. Non eſt ei inuiſibilis vlla creatura; & tamen ſi verè Deus haberet oculos, eſſet ei inuiſibilis aliqua creatura, quia omne incorporeum eſſet inuiſibile, ergo illi oculi, quibus nihil eſt inuiſibile, non ſunt oculi, ſed intellectus, cui eſt intelligibile omne quod eſt. Et ideo dicit ſcriptura oculos domini eſſe multo lucidiores Sole, ſed de oculis corporalibus non poteſt intelligi, & ita Deus non habet oculos. Cum igitur non habeat oculos, ſed intellectum, non poſſumus de ipſo erubeſcere, nam non erubeſcimus de turpitudine pœnali, q̄ ſciatur, ſed ſolum q̄ videatur, ſicut eſt de cōcubitu coniugali, qui quoniam turpis eſt, nolumus q̄ C
videatur: ſed volumus q̄ ſciatur. Sic Tullius ait;

Omnia rectè facta in luce ſe collocari volunt

Ideſt appetunt ſciri, hoc rectè factū ſic appetit ſciri, vt tñ erubeſcat videri. Et idē refert Aug. li. 14. de ciuitate Dei. c. 18. addens: Quis enim neſcit, vt filij procreentur, quid inter ſe coniuges agant, quando quidem, vt id agatur tanta celebritate ducantur vxores: & tamen cum agitur, vnde filii naſcantur, nec ipſi filij, ſi qui iam nati ſunt, teſtes fieri permittantur: ſic.n. hoc recte factum ad ſui notitiam lucem appetit animorū, vt tamen refugiat oculorum, & ideo cum Deus ſolū cognoſcat intellectualiter, nō erubeſcimus de nuditate noſtra coram eo. Dicendum tamen, q̄ Adam & Eua erubuerunt Dei præſentiam, quia ipſe non aderat D
eis, vt intellectualis natura, ſicut ubiq; eſt, ſed ut in corpore aſſumpto, quia ille Angelus, q̄ vice Dei iſta agebat, ſumebat corpus, & loquebatur, atq; oculos monſtrabat, vt homo, ideo pari ratione conſpectum eius erubeſcerent, ſicut & aliorum hominū. Ad rōnē primam in contrarium dicendū, q̄ non eſt ſimile de nobis ad Adam & Euam, quia nos nō videmus Deum, aut aliquem vice Dei ī corpore aſſumpto, ſed ſcimus eum eſſe vbiq; fm ſuam intellectualē eſſentiam, ſed non erubeſcimus cognoſci noſtra verēda intellectua liter, erubeſcimus autem ea videri, ſed Adam, & Eua videbant Deum, i. aliquem vice Dei ſub corporea fi- E
gura, quæ oculis vti videretur, ideo erubeſcerent. Ad ſecūdum dicendum, q̄ Adam, & Eua non erant nunc pr ſuis nudi, & tñ erant aliqualiter nudi, ita vt haberent, de quo erubeſcerent, & cum dī, q̄ inter ſe non erubeſcebant, cum eſſent operti perizomatibus: dicendum q̄ magis erubeſcebant de Deo, q̄ de ſe ipſis, nam ipſi conſpexerant ſibi ipſis, ſed Deus nōdum viderat eos nudos, & ſic quantum ad ipſum nihil verecundię mutuo habebant, videndo verenda; ideo cum nihil turpius videre poſſent, non eſſet aliquid, de quo multū erubeſceret. Vnde ópertis partibus illis, non erubeſcebant mutuo, ſed Deus nondum viderat eos nudos, & ſic quantum ad ipſum nihil verecundiæ perdiderant, ideo relinquebatur eis erubeſcēdum. Alio modo di-

ci poteſt, q̄ Adam & Eua erubeſcerent non quidem de partibus verendis, quia illas habebāt, ſed erubeſcebant, q̄ ſic eſſent, i. veſtiti, quales Deus eos nō fecerat, & q̄ aliter eſſe non poſſent, ne turpiores viderentur.

Quæſt. 619 Cur voluerunt primi parētes ſe abſcōdere veniente Deo.

Quæretur, quare Adam, & Eua voluerunt ſe abſcōdere veniente Deo, quia hoc non proderat, cum non poſſent occultari ab eo. Dici poteſt vno modo, q̄ hoc fecerunt non cogitantes: tanta enim turbatione repleti ſunt, audito ſonitu aduenientis Dei, q̄ non cogitauerunt quid facerent, & impellente paſſione verecundiæ abſconderunt ſe. Sic interdum impellentibus paſſionibus facimus aliqua, quæ nullo modo proſunt. Secundo modo poteſt dici, q̄ eſſet in eis erronea opinio quam poſt peccatum eſſe non erat inconueniens, cū ignorantia, & omnis pœnalitas, tunc eſſent: potuerūt enim cogitare, quòd cum Deus oculis vteretur, fieret in eo id, quod in omnibus vidētibus fit, ſcilicet, quòd nihil videant, niſi quod eis directè objicitur. Ideo cū eius conſpectui ſubtraheretur aliquid, non videret illud, & ſic abſconderunt ſe. Tertio poterat hoc fieri ſine errore, ſcilicet, vt cogitarent, q̄ ſi Deus vellet eos videre, non poſſent latere, ſed putabant, quòd non veniebat Deus ad eos videndum, ideo ſi ſe ſubtraherēt, non videret eos, ſi autem non ſe abſcōderēt, haberet eos obuios, & ita erubeſcerent.

Quæſt. 620 Cur cōmoreſ Adā, & Euā ſe abſcondiſſe.

Quæretur, quare ſcriptura facit mentionem, quòd Adam & Eua abſconderunt ſe. Dicendum, quòd hoc fuit: Primo, quia ita fuit de facto, & ſcriptura refert, q̄ verum eſt. Sed dicendum, quòd hoc non ſufficit, nam C
multa tacet ſcriptura, quæ fuerunt, ſola autem ea narrat, quæ ſunt neceſſaria ad intentionem ſuam. Secundo fuit, & principaliter ad oſtendendū nobis magnitudinem pœnæ inflictæ Adæ: nam tanta fuit verecundia ex turpitudine ſecuta in ipſum, q̄ non ſolum operuerunt ſe perizomatibus, ſed ēt abſconderūt ſe auertentes a Deo, fuit tñ nobis conueniēs ſcire magnitudinem peccati Adę, iō & fuit conueniens ſcire, q̄ abſcōdit ſe ipſe, & vxor eius. Tertio fuit, vt ſciremus vnde proueniret cauſa verborū Dei ad Adam: dixit.n. Adā vbi es? & illo reſpondente, ſecuta ſunt omnia, quę habentur in litera, ſi tamen non diceret, quòd ſe abſconderunt, non appareret propter quid Deus iſta dixit, ergo debuit hoc ſcribi. Quarto, quia Adam reſpondendo Deo dixit: Timui, & abſcondi me; ergo, vt ſciretur quomodo illud erat, præmitti debuit, quòd audita voce Dei abſconderunt ſe Adam, & vxor eius.

Quæſt. 621 An Adam et Eua peccauerunt abſcondēdo ſe a facie Dei.

Quęretur, an Adam & Eua peccauerunt abſcondēdo ſe a facie Dei. Aliquis dicet, quòd ſic primo, quia procedere videbatur hoc ex quadā infidelitate, quaſi Deus non videret eos, ſi ſe abſconderent, & tamen Deus dixit contrarium Hierem. 23. Si occultabitur vir in abſconditis, & ego nō videbo eum, dicit dominus: nunquid non cœlum & terram, ego impleo? Secundo, quia effugere volebant Dei poteſtatem, & iudicium, velle tamen a Deo fugere præuaricatio eſt. Dicendum, quòd Adam & Eua occultando ſe non peccauerunt, licèt non agerent prudenter; egiſſent enim prudentius, ſi videntes ſe in miſerijs conſtitutos pro peccatis ſuis audita voce Dei occurriſſent ei veniam petituri, quàm quòd ſe occultarent, & tamen nō peccauerunt. Et patet, primo, quia non fecerunt nunc cōtra aliquod præceptum Dei, ſiue poſitiuum, ſiue de lege naturali, & tamen aliter non peccamus, niſi contra hæc agentes. Secundo, quia ſi peccaſſent in hoc, arguiſſet eos Deus de illo, ſicut arguit, quòd comederint de ligno vetito, & tamen non arguit, ergo non peccauerunt. Ad primam rationem in contrarium dicendum, quòd poterat fieri ſine infidelitate, ſcilicet, quòd ipſi putarent non poſſe effugere cognitionem Dei, inquantum ipſe eſt ſubſtantia in-

Determinatio.

Ad primū.

tellectualis omnia intelligēs. Et hoc modo ipse dixit, F si occultabitur vir in absconditis, & ego non videbo eum, q.d. est impossibile, sed inquātum ille, quē Deus vocabat, vtebatur corpore, putabatur, ꝙ aliquid esset, ꝙ posset effugere aspectum eius, ſ. id, quod non obijceretur ei, & ita volebant se subtrahere ꝺspectui eius, sicut dicitur supra 3.c. Absconderūt se Adam, & vxor eius a facie domini, & sic non se putabant subtrahere cognitioni, sed aspectui. Sed adhuc obijcietur, ꝙ peccarent, quia non poterant velle se subtrahere, quia putarent posse effugere cognitionem, quia cum non occulteretur aliquid diuinæ cognitioni, etiam si in corpore assumpto vteretur visu, sicut illi putabant, & nō posset videri, nisi quod obijceretur visui, quia sciebat, vbi singula essent, conuerteret illuc oculos, & illa videret: G credere ergo, ꝙ possent effugere Dei conspectum ad infidelitatem pertinebat. Dicendum, ꝙ Adam, & Eua possent credere, quia sicut nō poterant se subtrahere diuinæ cognitioni, ita neq; diuino cōspectui, si Deus vellet eos corporaliter conspicere, & tamen putabāt, ꝙ Deus non veniebat nunc, vt eos videret, sed ob aliā causam: ideo si se subtraherēt, nō curaret eos videre, & non erubescerent, si autem non se absconderent effice rentur ei obuij, & videret eos etiam si id non intē disset. Aliter potest dici, ꝙ Adam & Eua erant nimiū turbati timore, & verecundia, aut saltem verecundia: vnde non aduerterunt quid facerent, propter quod licèt illud factū cum deliberatione præsupponeret aliquid infidelitatis factum sine deliberatione, non facie H bat aliquid infidelitatis, neq; errorem ponebat in intellectu. Ad secundum, dicendum, ꝙ volebāt effugere verecundiam, quam passuri essent, si a Deo viderentur, & hoc non erat malum, & cum dicitur, ꝙ volebāt effugere Dei potestatem non est verum: quia ex modo agendi magis apparet, ꝙ vellent effugere diuinam cognitionem, q̄ tamen neq; simpliciter effugere volebant, sed volebant non pati verecundiā, sicut & nos voluimus non pati pœnas, quas pro peccato meruimus, & in hoc non peccamus, quia velle fugere malū non est peccatum: pœnam aūt fugere nō est malum, dum tamen volendo fugere, non committamus aliquid alterum, quod sit de se malum, aut vetitum: sic Adam & Eua absondendo se, vt non verecundarentur, nihil tale commiserunt, ideo non peccabant. I

Ad secūm.

Quæst. 622. Quō intelligitur absconderūt se ī medio ligni Paradisi.

Quæretur, quid est, quod dicitur, ꝙ absconderunt se in medio ligni Paradisi? Dicendum, ꝙ est figuratus modus loquendi: cum enim deberet dicere in medio lignorum; dixit, In medio ligni: certū est enim, ꝙ non poterant absōdi, nisi inter multa ligna, & modus iste frequentatus est in sacra Scriptura, vt Exod. 8. c. Venit musca grauissima in Pharaonē, & in oēs seruos eius. Non poterat autem esse vna, sed multæ. Sic etiam dicitur Psalmo 77. misit in eos Cynomiam, & comedit eos. Est autem Cynomia musca canina, non erat tamen vnica, sed plurimæ. Et apud poetas idem modus loquendi est, vt Ouid. dicit lib. 7. Metamor. scilicet.

Eacus ingreditur duplici cum prole nouoque
Milite, quem Cephalus cum fortibus excipit armis:

Et dicitur nouo milite, ideſt nouis militibus, qui erāt Myrmidones nouiter facti ex formicis, & est figura Hypallage, iuxta illud

Naues armato milite complent

Ideſt armatis militibus. Et intelligitur in medio ligni ideſt lignorum, ſ. in aliqua densitate lignorum; non. n. erat aliquis locus, vbi non essent arbores, & ita vbique esset homo in medio lignorum, cum Paradisus esset hortus. Sed locus ille per excellentiam erat in medio lignorum, quia erat ibi magna densitas, ita vt ibi videri non posset, qui esset, & ad illum locū declinauerunt Adam, & Eua, vt videri nō possent. Si autem accipiatur istud, iuxta rigorē sermonis, erit sensus, ꝙ erat aliquod lignum concauum, intra cuius concauitatē ambo laterent, sicut sunt aliqui arbores veteres, qui præ vetustate habent consumpta interiora, & potest aliqd ibi occultari, sed hoc non ſtat. Primo, quia nō esset in Paradiso aliqua talis arbor, quia tales sunt corruptæ p̄ vetustate, & tamen nulla arbor poterat, tunc esse talis nō solùm in Paradiso, sed neq; alibi, quia arbores fuerant a Deo creatæ die tertio supra 1. c. Adam autē fuit de Paradiso exclusus die sexto, iuxta communem intentionē, vel ad plus die septimo. ſ. sequenti die, post̄ formatus est, vt tactum est supra. quæstio. 61 1. ideo in duobus, aut tribus diebus nulla arbor potuisset veterā scere. Secundo, quia hic erat in Paradiso, & tamen ibi non erat corruptio rerum propter loci qualitatem, nam propter hoc erat ibi positus homo, vt ibi conseruaretur a corruptiuis, ergo non esset ibi tale lignū. Tertio, quia si aliquod lignum tale esset, lateret ibi Adam vel Eua, sed non ambo, cum etiam ipsi se ipsos aliqualiter erubescerent, & tamen de ambobus hoc dicitur, ergo non erat vnum lignum, sed multa ligna inter quæ latuerunt. Quarto, quia non conuenit hoc modo loquendi scripturæ: nam si hoc esset, diceretur, quòd abscondit se Adam, & vxor eius intra lignum, scilicet in corpore eius, vel in concauitate eius, dicitur tamen in medio ligni: ergo nō intelligitur de vno ligno, sed de multis lignis, vbi esset densitas, quòd ibi latuerunt.

Quæſt. 623 Cur potuerit Deus vocare Adam, quia ire ad ipsum.

Cum dicatur supra 3. c. quòd Deus vocauit Adam, quæritur quare vocauit eum: nam vocabat eum ad arguendum, sed ipse poterat ire ad locum, in quo ipse erat, cùm eum sciret, ideo non erat necesse vocare. Dicēdum, quòd fuit primo, quia volebat Deus habere occasionem loquendi contra Adam ea, quæ locutus est, scilicet conuincendi eum ex uerbis eius, & ramen si Deus iret ad locum, in quo erat Adam inueniendo eum, non esset occasio horum verborū, quia ista procedunt ex eo, quòd Adam exiuit de latibulo: ergo, vt daretur occasio ijs nō debuit Deus ire ad Adam: sed vocare eum, quasi non videns. Secundo, qa si Deus iret ad locum, vbi esset Adam maiori confunderetur verecundia, cum Deus eum deprehenderet, & tamen volebat Deus, quòd Adam haberet locum deliberandi, quid Deo diceret, & posset compungi in se ipso, veniamque petere de commisso, quod tamen impediret turbatio magna superueniens: ideo nō voluit eum turbare, & sic non debuit ad eum ire, quasi eum inueniens, sed potius quòd eum vocaret, quia vocatus locum haberet deliberādi quid diceret, aut ageret coram Deo. Tertio, quia scriptura rangit rem verisimilem: dixerat enim, quòd Adam absconderat se, sed absconditi, vel latentes facilius possunt ab alijs vocari, quàm inueniri, ideo dicitur, quòd eum vocauit. Quarto, quia adhuc loquendo de Deo conueniens fuit dicere, quòd vocaret Adam: nam scriptura non ponit eum, vt substantiam spiritualem intelligētem, quia sic omnia intelligit, & non potest aliquid occultari ei, quia omnia implet lerem. capit. 22. sed posſit Deum, vt corpore humano indutū, & corporeis oculis vtentem: sed sic non videmus nisi ea, quę nobis occurrunt, ideo conuenienter diceretur, quòd nō videret Adam latentem, sed inquireret eum, & ita vocaret.

Quæſt. 624 Cur vocauit Adā & non Euā.

Quæretur, quare vocauit Deus Adam, & non vocauit Euam, quia videtur, quòd ambos debuisset vocare, & patet, primo, quia vocabat eos ad arguendum ipsos, & imponendum eis pœnas, & tamen ambobus pœnas imposuit: ergo ambos vocare debuisset. Secundo, quia ista vocatio fuit propter peccatum, & tamē ambo peccauerunt, ideo ambo vocari debuissent.

Dicen-

Dicendū, ꝙ vocauit Adam, vt quidā putant nō solū ipsum, sed & Euā simul vocauit, & tñ scriptura de solo Adam facit mentionem. Sed dicendum, ꝙ non stat primo, quia poterat dici Adam, & Euam vocatos, & ꝙ vtrunq; scriptura taceret, quasi non necessariū, & tñ ꝙ de vno diceret, & de alio taceret, non est satis cō ueniens dictum, quia potius vī negari. Secundo, quia repugnat modo loquendi, nam dicitur supra 3. c. ꝙ dixit Deus Adam: Vbi es? & tñ si ambos vocasset, non diceret: Adam vbi es? sed, Vbi estis vos? Tertio, quia si ambo vocarentur ambo responderent, vel vnus vice amborum, & tamen rñdit solus Adam, & nomine suo, cum dicat, vocem tuam audiui in Paradiso, & timui, & abscondi me: ergo solus Adā vocatus est. Sed respondendum, ꝙ Deus solum Adam vocauit, & fuit primo, quia non vocabat nunc pro aliqua causa, quæ concerneret ambos, ideo alterum sine altero vocare poterat: de causa dicetur in responsione. Secundo, qa Adam erat principalis, & caput: ideo licèt causa ambos concerneret, satis erat vocari Adam. Tertio, quia ambo latebant, & vocato vno ambo apparerent, & ita alterum eorum uocarī sufficiebat. Sed si vnus vocaretur, conueniens erat vocari principalem. ſ. Adam, & ita fuit, quia vocato Adam, etiam Eua apparuit, quod patet, quia Eua quoq; latuit cum dicatur supr. 3. c. Cū audissent vocē dñi deambulantis in Paradiso absconditi se Adam, & vxor eius, & tamen nunc uocato Adā non fuit uocata Eua, sed apparuit, quia quando increpuit Deus Adam etiam increpuit Euam: ergo quādo exiuit Adam de latibulo, exiuit Eua, & hoc, quia ambo simul se absconderant: satis ergo erat vnum eorū, ſ. Adā vocare. Quarto, quia dato, ꝙ Deus vocaret nūc ad arguendum de peccato, non vocaret nisi Adam, quia dederat præceptum Adæ, & non Euæ, ipse autē Adam ex parte Dei dixerat postea illud præceptum Euæ: sed agebatur nunc de transgressione precepti, ergo illum vocare debuit Deus, & ad illum loqui, cui p̄ceptum dederat. Quinto, & principaliter, vt daretur occasio ad illum ordinem, quem Deus tenuit in infligendo maledictiones, & ad inquirendum veritatem per confessionem peccatorum: & fuit iste ordo. Serpens fuit primum motiuum decipiendo mulierē, ipsa vero seducta incitauit virum, qui comedit, & in eo cō summatū fuit peccatum: ideo Deus quæsiuit primo a viro de peccato suo, vt ille quæsitus retorqueret peccatum in mulierem, & illa in serpentem, & ita ex confessione eorum appareret peccatum, & ꝙ iustè infeberatur pœna. Si autem Deus vocasset primo Euam, peteret ab ea de peccato, & illa non retorqueret aliqd in virum, sed in serpentem, & ita vir nō appareret, adhuc nocēs, si vero ambos simul vocaret, ab ambobus simul peteret, & ideo sequeretur, ꝙ non inueniretur ordo præcedens delicti retorquente vno in alium: iō debuit Deus primo vocare Adam, vt quærēdo ab eo ipse retorqueret in fœminam, & fœmina in serpentē. Ad primam rationem in contrarium dici potest, ꝙ licet Deus intenderet arguere Adam, & Euam de peccato, & infligeret pœnas, tñ ex modo se habendi ad illos, non apparuit hoc, sed potius, ꝙ Deus vocaret eos ad aliquid aliud, quia si hoc intenderet ostendere, statim Adę exeūti de latibulo, diceret; quare fecisti hoc? vel transgressus es mandatum? sed non dixit; immo solum dixit: Vbi es? & tunc Adam manifestauit pœnā delicti sui. Et istud est cōueniens, quia scriptura tenet in tota narratione illud motiuum, ꝙ semel præsupposuit, sed introduxit Deum, vt non videntem Adam, & ideo quærentem, vbi esset, & vocantem eum, ergo et debet loq de Deo, quasi non sciente peccatū Adæ, nisi ille confiteatur, quod etiā apparet ex ordine, quē tenuit inquirendo ab eis, & sic nō veniret Deus, & loA

Ratio ad secūdum.

B

Quæſt. 625 Cū Deus sciret, vbi Adā esset cur dixit, Vbi es.

C

D

E

cuturus contra eos pro peccato, cum non præsupponatur, ꝙ sciret eos peccasse, sed in veritate sciret, & iō quia nō ad hoc ostendebatur uenire, non erat necesse, ꝙ ambos uocaret, licèt postea ambobus pœnas infli xerit confitentibus eis peccatū suū, de quo ab eis non quærebatur, sed ostendebat se Deus vocare Adā, quasi vellet scire, vbi erat: ipse enim posuerat eum in Paradiso, vt operaretur, & custodiret illum, nunc autem non videbat eū: ideo voluit videre, vbi erat custos, & colonus, & ad hoc vocauit eum: mulierem aūt nō posuerat, vt custodem, sed dederat eam illi, vt sociam: iō de ea non erat ita promptum querere. Ad secundum poterit dici, sicut ad primum. ſ. ꝙ Deus nō ostendebat se velle quærere de peccato, neq; infligere pœnas, sed vocabat virum ad aliquid, quod ad eum solū pertinebat, & sic eum solū vocaret. Aliter potest dici, ꝙ dato, ꝙ vocaret ad intelligendum pœnas, & quærendum de peccato, & ambo peccauissent, non debuit ambos vocare, sed solùm virum propter quartam, & quintam rationem supra positas.

Quæretur, quare dixit Deus: Adam vbi es? cum sciret vbi esset. Dicendum, ꝙ istud pendet ex rñsione ad qōnem. 623. Deus enim sciebat, vbi erat Adam, & tñ vocauit eum propter causas ibi expressas, sed qui vocat, sub aliquo conceptu verborum dēt vocare, & nō sunt aliqua verba accommodatiora, q̄ ista: ideo dixit, Vbi es? Sed aliquis dicet, ꝙ poterat Deus vocare Adā sub alijs verbis. ſ. Adam veni, vel exi foras, sicut Lazarū vocauit Christus, dicens: Lazare exi foras. Ioan. 11. c. Sed hoc non conuenit, primo, quia tunc signaretur, ꝙ Deus videbat vbi erat Adam, cum vocaret eū, quasi a se visum dicens: Adam veni huc, & tñ nō conueniebat introduci Deum, vt scientem, vbi erat Adam, quia cū ille esset in absc̄dito, si Deus loqueretur, vt sciēs, vbi ille erat, signaretur ꝙ etiam nouerat peccatū eius, cùm aliud occultum, ideſt locum eius nosset, & tñ nō debuit ostendi Deus, vt sciens peccatū Adæ, ergo nō debuit eum vocare, vt sciens, vbi erat, dicendo: Veni Adam: sed vocare quasi nesciens, vbi esset, dicendo, Adam vbi es? Quod vero obijcitur de Christo vocāte Lazarum, non est simile, quia ille præsupponitur, vt sciens inquantum erat ad hostium monumēti, vbi Lazarus dicebatur iacere. Secundo, vt concordet sibi ipsi scriptura: nam dixerat, ꝙ abscondit se Adam, & vxor eius, & tamen si Deus vocaret Adā dicendo, Adā veni, non vocaret eum quasi absconditum, sed quasi in palam existentem, & a se visum: ideo nō debuit eū sic vocare, sed quasi absconditum dicendo: Adam vbi es? Tertio, quia noluit Deus dare occasionem verbis Adæ, per quæ de peccato suo patuit, & hoc fuit inquātum Deo dicente, Adam vbi es? Adam dixit, ꝙ se absconderat, & quare. Et si dixisset Deus, veni Adam: non diceret: Adam ubi erat, vel quòd se absconderat, quia non responderet conuenienter de vbi, quo non erat quæsitus de vbi, vt ergo Adam responderet, vbi erat, debuit Deus dicere, Adam vbi es? Quarto, quia si Deus diceret, Adam veni, Adam putaret se visum, & statim vocatus veniret, sed nihil diceret, cum Deus nihil ab eo peteret: vnde, vel nihil de peccato Adæ, & Euæ diceretur, vel introduceretur per alium modū, ſ. ꝙ Deus quæreret, sed conuenientior modus fuit, ꝙ ipsi confiterentur delictum suum, ergo Deus debuit dicere: Adam vbi es? Cùm autem obijcitur, ꝙ Deus hoc sciebat; concedendū est, & tamen adhuc debuit quærere: Primo, quia Deus apparuit hic, vt homo. ſ. in figura humana, ideo quæ ad hominem pertinent scriptura de eo dicit. ſ. quærere, & quasi ignorare, sic dicit Hieronymus super Matth. ꝙ aliquando Christus loqtur, vt hō, & q̄rit, & dubitare, vel nescire vī, aliqñ autem vt Deus, neq; quærit, neq; dubitat, si Deus introdu-

troduceretur, vt Deus,& non in humana figura, non diceretur de eo,q̃ quæreret. Secundo,quia idē in nouo testamento inuenitur, ſ.q̃ aliquando Christus loquitur, vt Deus nō quærens, ſed occulta reuelans: ſicut quando mulieri Samaritanæ,dixit omnia, quæ ei acciderant, Ioan.4.c.aliquando, vt homo loquitur q̃rens, & quaſi dubitans,ut cum dixit Marth.16.c.Quē dicunt homines eſſe filium hominis? Ipſe tamen nouerat quid de ipſo diceretur,ſic etiam Ioan.11.c.dixit, de Lazaro, vbi poſuiſtis eum? vnde & quaſi neſcienti reſpondent: Domine veni,& vide.

Quæſ.626 Cur nō cōmemoretur Adam, & Euā exiſſe de latibulo.

Cum Deus vocans Adam dixiſſet: Adam vbi es? ſtatim exiuit Adam de latibulo ſuo,& Eua,& proceſſerunt coram Deo, & reſpondit Adam: Vocem tuā domine audiui,& timui. Et non fit mentio, q̃ exiret de latibulo,& tamen ita debet præſupponi,cum Adā dicat: Timui, & abſcondi me, & tamen qui abſconditus erat, non poterat comparere, niſi exiret de latibulo.De Eua quoq; dicendum eſt,q̃ exierit: nam ipſa quoq; abſcondita erat,cum dicatur ſupra 3.c.abſcōdit ſe Adam, & vxor eius,& tamē fuit ipſa corā Deo, quando arguebatur Adam, cum etiam eam Deus arguerit,ergo prodijt cum Adam.

Cur ſtatim vocatus de latibulo q̃ dixit.

Sed quæretur,quare Adam prodijt ſtatim, vt Deus de eo quæſiuit. Dicendum, q̃ fuit primo, quia Deus quærebat ab Adam,vbi erat, & hoc audiebat Adam: ideo, vt non offenderet eum amplius,reſponderet:& tamen non poterat dicere, niſi, hic ſum, vel exire ad eum,ideo exiuit. Secundo, quia cùm Adam videret, q̃ Deus eum quærebat, putaret, q̃ non poſſet latere, & ſi non ſe manifeſtaret, & Deus eū inueniret,acrius eum puniret,ideo vt vocatus eſt,prodijt.

Cur Adam non vocatus venit.

Sed dicetur, quare Adam veniebat, cum Deus eū non vocaret, quia non dixit,niſi: Adam vbi es? Dicendum, q̃ fuit primo, quia Deus quærebat ab eo vbi eſſet, ideo ſaltem ipſe dicturus erat, hic ſum, & tamen turpe erat,q̃ loqueretur de latibulo, & non exiret, iō prodijt. Secundo,quia licèt iſta verba in forma nō eſſent vocantis, tamen intentio erat vocantis, ſed quia qui vocabatur non apparebat, vocans dixit: Vbi es? & non dixit, Veni:ſed ſi vocaretur Adam,deberet venire,ideo intelligens ſe vocatum,veniret. Tertio, quia cum Deus dixit: Adam vbi es? intellexit,q̃ aliquid volebat ei Deus dicere,aut circa ipſum facere, quia alias non vocaret eum, ſi autem nō rideret, vbi erat Deus iret ad ipſum:fecit igitur,qđ honeſtius eſt, vadēs ad Deū.

Quæſ.627 Cur Eua venit non vocata.

Sed quęretur, quare Eua venit ante Deum, cum ipſa non vocaretur. Dici poteſt,primo, q̃ fuit,q̃ putauit ſe vocatā,nam vocato viro videbatur ipſa vocari,ideo quaſi vocata veniret.Secundo,quia cùm ipſa eſſet cū viro, fortè vir ſuaſit ei,q̃ exiret. Tertio, quia occultatio iſta fuit propter timorem,ſicut dixit Adam: Audiui vocem tuam,& timui: & tamen deterius ſibi futurum putabat ſine viro,quàm cum eo,ideo exiuit cum illo. Quarto, quia latuerant ambo,vt Deus non haberet eos obuios, & ita quæreret aliud ab eis, quod aliàs quærere non intenderet, & tamen nec ipſe quæſiuerat pro Adam: ideo neque ipſe,neq; illa poſſent latere ideo prodijt.Quinto,quia ſi illa non exiret ſpōte,quęreret Deus fortè ab Adam de ea, & ille eā proderet, ideo voluit potius exire ne culpabilior videreť,ſi Adā prodeunte ipſa ſe occultaret. Quæretur, quare dixit, Adam: Vocem tuam audiui in Paradiſo, & timui, cū hoc dici, non videretur neceſſe.Dicendum,q̃ fuit,quia Deus quæſiuerat ab Adam, vbi erat, ipſe vero exiuit de latibulo,& videbatur, q̃ adhuc maneret quæſtio.ſ. quomodo fuerat in loco,vbi non videreť a Deo,Adā dicit,q̃ ſe abſconderat, ſed quia occultatio nō fit ſine aliqua cauſa ſpeciali: ideo Adam dat cauſam,quare latuerat, dicens,q̃ fecit,quia timuit. Et cum dicit vocē

Quæſ.628 Cur dixit Adā vocē tuā audiui & timui.

F tuam audiui intelligitur de ſonitu, quē faciebat Deus inter arbores,vel ſonitu pedum, qui ab aura ferebat, vt audiretur remotius, quia nullam vocem aliā Dei audierat. Etiam dixit audiui vocem tuam,nō audiuit eam ſolus Adam,ſed etiam Eua,& ideo ambo latuerunt,ſicut dicitur ſupra 3.ca. Et cum audiſſent vocem dñi,& tamen Adam de ſe ſolo rationem reddebat,qa ab eo ſolo quæſierat Deus,cùm dixit: Adam vbi es?& tamen idem omnino de Eua dictum eſſe intelligebatur.Cum autem dixit,Vocem tuam audiui: non dicit hoc quaſi iſtud eſſet ratio timoris: nam magis timerent, ſi viderent Deum, quia propinquius erat, q̃ eos poſſet punire, q̃ ſi eum audirent, ſed de voce dicitur, primo,quia per illam ſignificabatur Deum adeſſe, & G tunc habebant cauſam timoris,non habebant autem cauſam timendi, ſi Deus abeſſet,ſicut quando nō ſentiebant eum eſſe in horto. Secundo ponitur ad ſignificandum,quare latuerunt,quaſi conuenienter laterēt, nam ſi Adam vidiſſet Deum eſſe tam propinquum, ut latere non poſſet,uel uideretur quoq; ipſe,& ita latere non poſſet,quia nō latet qui videtur, etiam eſſet ſuperuacuum latere,cum iam viſa eſſet nuditas eorū. cum autem dī,q̃ audierunt vocem Dei, ſignatur, q̃ Deus longè erat,& non videbant Deum, neq; ipſe illos,ideo tunc proderat latere.Tertio ad excuſandum, q̃ latuerint,quia poterat obiici,quomodo ſe abſcōde bant a facie Dei,quaſi malum facerent: reſpondet Adam,q̃ audierunt vocem eius.i.ſonitum ambulantis, H & ita non ſciebant,an ad eos vellet venire,vel non;propter quod nihil contra Deum facere videbantur: ſecus ſi Deus iam eos vidiſſet, vel ipſi Deum; quia ſi ſe abſconderent,viderentur ſe ſubtrahere Deo volenti ipſos,& ob hoc apparet,q̃ qñ dī,q̃ audierunt vocem Dei,q̃ intelligitur de ſonitu pedum, & non de voce, qua vocaret eos, quia tunc Adam ſe ipſum accuſaret, dicendo audiui vocem tuam,& abſcondi me.

Sed quæretur,quare Adam confeſſus eſt,q̃ audiue rat vocem Dei,& timuerat,& ſe abſcōderat, quia per hęc ſe ipſum accuſabat:potuiſſet autem ſolum exire de loco,in quo erat, & venire ad Deum non confitendo aliquid horū,de qbus non quærebatur. Dicēdum, q̃ fuit primo,quia putauit Adam neceſſarium eſſe,q̃ hoc diceret,qa qñ vocatus eſt a dño prodijt,& venit de loco abſcondito,& locus oſtendebat, q̃ Adam ex induſtria ſe occultauerat,ideo oportebat, vt daret cauſam eius,quod negare non poterat: ſi.n.potuiſſet Adā negare ſe fuiſſe in latibulo,fortè negaret, ſed quia nō potuit, voluit reddere cauſam, & fuit q̃ audiuit vocē Dei.i.ſonitum pedum,& timuit,& quia timuit,abſcōdit ſe.Secundo,quia Adam putauit,qñ Deum vidit,q̃ Deus hoc ſciebat,ideo nō voluit occultare,ne ex hoc peccatum eius grauius videretur. Tertio,quia aliquid apparebat in Adam, q̃ neceſſario eū accuſabat.ſ.q̃ eſſet indutus perizomate,quod Deus ei non dederat,iō licèt Adam taceret,certū eſt,q̃ Deus quæreret, quomodo ipſe nunc haberet perizoma, vt ergo cauſam redderet eius,de quo poſtea redditurus erat, cum quę reretur dixit,quod poſtea dicturus erat, ſcilicet,quòd timuerat,& ſe abſconderat,& erat timor de nuditate. K

Quæſ.629 Cur Adā dicit ſe timuiſſe, & abſcōdiſſe

Sed aliquis dicet,q̃ Adam loquitur repugnantia ſibi ipſi:nam dixit,q̃ timuit,& tñ prodijt,ſed qui timet, non ſe manifeſtat, ſed potius ſe occultat. Dici poteſt vno modo,q̃ Adam non dicit ſibi repugnantia, & timor eſt cauſa latendi,& ſic fuit in Adā, & nō manifeſtandi ſe,vnde Adam non refert, q̃ timuit ad hoc tps, quod nunc erat,ſed ad tps,quo audiuit vocem Dei,& tunc verum eſt,q̃ latuit,& non ſe manifeſtauit;nā qñ audiuit primo ſonitū Dei, timuit coram ipſo videri, quia nudus erat,& putauit, q̃ poſſet non videri. ſ. ſi ſe occultaret, quia fortè Deus non ueniebat nunc ad eum,

Quæſ.630 Cur Adam prohibet dixiſſe ob timorem.

eum,& ideo ex iſto timore ſe occultauit, nunc verò, A quando prodijt,ſiue timuit,ſiue non timuerit,ipſe nihil dicit, & ideo non repugnat ſibi ipſi. Confirmatur hoc, quia Adam reddit cauſam quare latuit, & non quare apparuit, vt patet ex verbis ſuis, ſed ad latendū erat conueniens cauſa timere, ad apparere autem nō erat conueniens cauſa,neq; iſtud dixit Adam. Secundo poteſt dici,q̃ Adam timebat, & tamen manifeſtauit ſe ipſum, quia ſi non manifeſtaret deteriora timebat,ſ.q̃ Deus inueniret eum, & puniret tanquam addentem peccatum peccato,ſ. q̃ comparere nolebat, ideo comparuit, nam vnus timor expellit alium,quādo eſt maior, & generaliter omnis paſſio maior facta occultat, vel expellit minorem: maior enim timor erat,ideſt maiorum malorum, quo Adam nūc timebat,ſi vocatus non prodiret,quàm timor,quo timuit B videri,quia nudus erat,& ideo ſe abſconderat.Sed dicendum,q̃ licèt verum ſit Adam timuiſſe,quando ſe manifeſtauit, tamen de hoc timore non loquitur ipſe,ſed de timore,quo latuit,cùm non reddat cauſam,

Quæſ.631 niſi quare latuerit, quia de hoc Deus loquebatur.

Adhuc tamen obijciebatur, quòd non bene dixit Adam, ſ. timui,quia nudus eſſem, quia debuit dicere erubui,quia nudus eram; nam de nuditate non eſt timor,ſed verecundia,vel cōfuſio. Dici poteſt vno modo,q̃ bene dixit timui, quia iſte timor non eſt aliud, quàm verecundia,& includitur in ratione verecūdię, cùm dicamus verecundiam eſſe timorem ingloriationis pro turpi commiſſo: ideo Adam expreſſit id, C quod ad verecundiam pertinebat, & tunc dicetur timuit, ſ. non aliquas pœnas, ſed ingloriationem, vel confuſionem eo,quòd nudus eſſem. Secundo, quòd melius dixerit timui, quàm erubui, quia erubeſcere eſt verecundiam pati, de nuditate autem patitur quis verecundiam,quando videntur turpia eius, ſed quando Adam audiuit vocem Dei, nulla eius turpia videbantur,nam ideo latebat,vt non viderentur,ergo nōdum verecundabatur,ſed timebat verecundiam pati, & ita videbatur melius dictum, quòd timuit, quàm quòd erubuit. Et tamen circa hoc,dicendum, q̃ accipiendo verecundiā propriè eſt ipſa verecundia timor, D & ideo eſt ante malum, quia non eſt timor de malo præſenti,ſed de futuro: nam de præſenti dolor eſt,vel triſtitia,& non timor: malum autem,quod quis timet per verecundiam eſt ingloriatio,vel confuſio, & ideo verecundia ſm ſuam ſubſtantiam neceſſe eſt, quòd ſit ante ingloriationem, & quantum ad hoc verecundia eſt paſſio laudabilis in aliquibus,ſ.in iuuenibus, qa propter eam cauent committere turpia, de quibus timebunt confuſionem,aliquando tamen accipitur largè verecundia pro confuſione, vel ingloriatione, & iſtud eſt malum,quod quis patitur, quando manifeſtantur turpia eius,in Adam vero;quando audiuit vocem domini,non erat confuſio, vel ingloriatio, quia nondum videbatur aliquid turpe in eo,ſed erat in eo timor de illa ingloriatione, vel confuſione, quæ neceſſariò fierent ſi coram Deo appareret, & ideo erat E in eo verecundia propriè dicta, & hanc vocauit Adā timorem,& rectè dixit, quia illa eſt timor ingloriationis.Tertio poteſt accipi; timui, ſ. pœnas infligendas; nam Adam præuaricatus fuerat mandatum Dei, & deteriorauerat ſeipſum operiens perizomate, quo Deus illum non operuerat,pro quo Deus illum iuſtè punire poſſet: ideo timuit malum,quod ei rationabiliter inferri poterat,& vt iſtas pœnas euaderet, vel vt non ſtatim incideret in illas,abſcondit ſe. Et ita accipiendo timorem vtroque modo applicatur illa clauſula,ſ.timui,eo q̃ nudus eſſem.De primo timui,ſ.confuſionem,vel ingloriationem,eo q̃ nudus eſſem.i. de nuditate,nam quia nudus erā,viderentur turpia mea,

de quo confunderer, & hoc non timerem, ſi nudus non eſſem. Accipiendo alio modo eſt ſenſus; timui eo quòd nudus eſſem,ideſt timui pœnas infligendas, quia nudus eram, ſ.manifeſtabatur peccatum meum in nuditate:& tamen primus ſenſus verior eſt.

Quæſ.632 Quo Adā timuit ſe eſſe nudū, cum hēret perizoma.

Sed quęretur quomodo Adam poterat timere, qa nudus eſſet? nam non erat nudus:induerat enim ſe perizomate. Aliquis dicet, q̃ erat nudus, quia nondum fecerat ſibi perizoma, quando audiuit vocem, & ita tunc erubeſcebat videri a Deo, ſed nunc quādo proceſſit erat veſtitus, & non erubuit. Sed dicendum, q̃ non ſtat,primo,quia eſt contra ordinem literæ: prius enim ponit,q̃ fecerint ſibi perizomata,quam audiret vocem Dei, ideo debet dici, q̃ erant prius veſtiti. Secundo,quia aliàs daretur,q̃ aliquo tempore manerēt nudi,& non curarent ſibi facere perizomata: nam ſtatim,vt peccauerunt ambo, cognouerunt ſuam nuditatem, ſed prius peccauerunt;quàm audirent vocem domini,vt patet ex ordine literæ:ideo ſi non facerent perizomata, niſi quando audirent vocem dñi manerent tempore medio nudi, & de ſua nuditate non curantes,quod falſum eſt,quia ſtatim,vt viderunt ſe nudos erubuerunt, & fecerūt perizomata. Tertio, quia ſi quando audierunt vocem,nondum haberent perizomata,non eſſet locus faciendi, neq; cogitandi, tanta verecundia turbarentur, ergo prius illa habebant. Et tamen dicendum,q̃ Adam dixit ſe nudū,quia non erat ſufficienter veſtitus: ſolùm enim operuerant genitales partes perizomatibus,reliquę autem ſine veſtimento manebant. Secundo poteſt dici, & melius, q̃ Adam dixit ſe nudum,quia inuenerat nuditatem eſſe confuſibilem,& ideo ſine operimento turpe erat apparere, & licèt nunc opertis partibus illis de eis non erubeſceret, erubeſcebat, q̃ non poſſet apparere coram Deo,niſi ſic opertus, qualem Deus eum non fecerat,& hoc pro nuditate ei veniebat.Conſiderandū, Quæſ.633 q̃ de Adam quid Deo dixerit, loquitur Ioſephus lib. Quid dixerit Adam. Deo. 1.antiquitatum, dicens: Deo autem in hortū venienti, Adam quidem prius ne ad eius veniret alloquiū conſcius iniquitatis ſuæ diſceſſit: Deus autem intendebat quod egerat,& etiam requirebat, pp quā prius eius delectaretur alloquio,poſtea refugeret, atq; confunderetur: illo vero nihil loquente, eo q̃ ſe cognouerat Dei tranſgreſſum fuiſſe mandatum, dominus ait: Mihi quidem notum eſt de vobis quemadmodū fœlicem vitam, & extra malorum omniū paſſionem habueritis nulla ſolicitudine animum veſtrum conturbante, cùm vobis ſponte ad fruendum, & ad voluntatis abundantiam orirentur vniuerſa me prouidente virentia ſine veſtro labore, atque miſeria, ſed nunc malis præſentibus ſenectus velox vobis aduenier,& non longa vita ſuccedet: quoniam mihi contumeliam tali voluntate feciſti mea mandata præuaricando: neque enim virtutis cauſa taciturnitate conſtringeris, ſed mala conſcientia retineris.Adam verò peccati veniam poſtulabat rogabatq̃; Deum,ne eum nimis affligeret, & de facto mulierē accuſabat, dicēs, ſe ab ea ſeductum deliquiſſe. Sed dicendum, q̃ Ioſephus loquitur hic, vt orator ſcribens ea,quæ venuſtare poterant eloquium ſcripturæ,fide nequaquam ſeruata,quaſi illi non eſſet aſtrictus,quia aliqua horū præter ſcripturam aliqua contra ſcripturā aſſeruit. Cū.n. Cōfutatio Ioſephi. dicit,venientē in hortum Adam diſceſſiſſe ne ad eius veniret alloquium, ſignat id quod ſcriptura dicit, q̃ audiuit Adam vocē Dei ambulantis ad aurā poſt meridiem,& abſcondit ſe, & quaſi honeſtius diceretur, q̃ diſceſſerit q̃ q̃ ſe abſconderit illud dixit: potiſſimū, quia noluit innuere, q̃ aliquid Deo occultari poſſet, & q̃ Deus quæreret Adam vbi es? ſicut ſcriptura aſſeruit,nam hoc ignorantiā quandam ex modo loquen-

di in Deo ponebat: qđ Iosephus scribēs gētilibus ex- F
primere nō voluit, ne talia de Deo suo Iudæi credere
putarentur. Cùm verò ait Deus intendebat, quod ege
rat, & causam requirebat, propter quàm prius eius de
lectaretur alloquio, postea refugeret, atque confunde
retur præter scripturam est: nam scriptura solùm asse
rit quæsiuisse Deum ab Adam, vbi esset, ille verò pro-
gressus de latibulo dixit, se erubuisse, quia nudus erat.
sed innuit Iosephus Deum quæsiuisse, quare latuerit
Adam, & quia ipse non dixit absconditum, sed discef-
sisse, iuxta verba sua, ait quòd Deus quæreret, cur nūc
discederet, & confunderetur, cùm prius delectaretur
præsentia eius, & alloquio. Addidit Iosephus, quòd ta
cebat Adam, quia nouerat se transgressum mandatū:
hoc scriptura non asserit, sed qꝑ dixerit se erubuisse de G
sua nuditate, & ideo latuisse, sed Iosephus hoc non di
cit: Primo, quia est contra intentionem suam, cùm ip
se asserat Adam & Euam putasse fœliciores factos se
cùm folijs ficus se operuerunt: sic enim eodem libro
ait, folijs igitur fici semetipsos operuerunt, & hæc ge-
nitalibus opponentes videbantur sibi magis esse fœli-
ces in ijs, quæ prius se putabant difficilius inuenire: &
ideo non diceret eos erubescere, aut dolere de eo, in
quo se putabant fœliciores, nam deceptus fuit in hoc
Iosephus putans, quòd manducando de ligno sciētiæ
boni, & mali aduenerit eis sapientia, quam prius non
haberent, sed de hoc supra magis diximus. Secundo
dixit hoc, quia innuit, quòd Adam discesserat verecū-
datus, qꝑ transgressus fuerat Dei mandatum, & ideo
cùm Deus eum inueniret, quærēte Deo tacuisse Adā H
premente eadem verecundia. Cùm autem addidit
Deum loquentem, mihi quidem notum est de vobis
quemadmodum fœlicem vitam, &c. præter scriptu-
ram est, sed illud est satis rationi consentaneum, quòd
Deus increparet Adam & Euam obijciens eis bona,
quę Deus illis concesserat, quæ non aduertentes trā-
gressi sunt mandatum Dei, & incurrerunt in mala.
Etiam verum est, quod ille asserit, s. quòd Deus dede-
rat eis fœlicem vitam sine miseria, & labore ipsorum
prouidendo eis omnia necessaria: nunc verò malis
præsentibus senectus velox eis aduenire, dixit hęc Io
sephus loco earum pœnarum, quas sacra scriptura re-
fert viro, & mulieri impositas. Cum vero dixit: neque
enim virtutis causa taciturnitate cōstringeris, sed ma- I
la conscientia retineris, licet dictum non sit erat veri-
simile dici, s. quòd Adā tacente præ verecundia Deus
ei diceret hoc ad increpationem. Sed addidit, quòd
Si Adā venia postulasset, nos non essemus miseri. Adam peccati veniam postulabat rogans Deum, ne
nimis eum affligeret: hoc contra scripturam est, nam
non confessus est Adam peccatū suum, sed excusan-
do retorsit illud in mulierem, vnde neq; veniam po-
stulauit, quam si postulasset, fortassis non esset nobis
iste status miseriæ, & vt multi putant non fuisset Adā
de Paradiso expulsus. cum etiam dixit, quòd rogabat
Deum, ne eum nimis infligeret, præter scripturā est,
nam cum Deus pœnas pronunciaret vterque legitur
tacuisse. Quod autem addidit Adam dixisse se fuisse
ab vxore deceptum, vel seductum, falsum est, & con- K
tra scripturam, quia hoc non legitur, supra 3. capit. sed
solum, quòd fuerit Eua seducta, & Apostol. 1. Timot.
2. c. dicit, quòd Adam non fuit seductus, sed Eua.

Quæst. 634. Cur Deus dixit quis indicauit, qꝑ esses nudus.
Quæretur, cùm dicatur supra 3. c. quòd Deus dixit
Adę: Quis indicauit tibi, quòd nudus esses? quare hoc
Deus dixit. Dicendum, quòd hoc fecit primo ad indu
cendum peccatum Adę in medium: Adā enim pec-
cauerat, & non confessus fuerat se peccasse, Deus au-
tem volebat manifestare peccatū, quod ille tacebat,
& quia ex hoc erat introductio ad illud dixit ista ver-
ba. Secundo fuit ad accusandum Adam in eo, in quo
ille se excusabat, nam Adam abscondens se fecerat rē
insolitam, quæ speciem mali haberet, & ad se excusan
dum dixit, quòd erat nudus, & præ verecundia nō au-
debat comparere, & quia istam nuditatem nitebatur
Adam retorquere in Deum, quasi ipse fecisset eū nu-
dum, cum vestes non dedisset, reducebat in Deū cau-
sam suæ occultationis: Deus aūt, vt a se repellat hanc
accusationem, reducit eam in Adam, dicens: Quis in-
dicauit tibi, quòd nudus esses? quasi dicat, non ego te
feci nudum, sed tu fecisti te nudum. Considerandum
autem, quòd Deus non accusauit Adam, quia latebat
nudus existēs, quasi male ageret, sed quia nudus erat,
scilicet seipsum nudauerat: nam nō dixit ei quare ab-
scondisti te, etiam si nudus esses? quasi nuditas non es-
set causa conueniens ad se abscondendum, sed dixit: c
Quis indicauit tibi, quòd nudus esses? Concedit enim
Deus nuditatem esse sufficientem causam ad se oc-
cultandum, quia contemnitur caro, quæ nuda est, si-
cut ipse dixit Iiâ. 58. ca. cum videris nudū operi eum,
& carnem tuam ne despexeris.

Quæst. 635. Cur Adā veniēs ante Deū nō est confes- sus peccatū suum.
Quęretur, quare Adam vocatus, & veniens ad Deū
non confessus est peccatum suum: nam solùm dixit
de nuditate, & non de peccato. Dicendum, quòd fuit
primo, quia ipse respondebat Deo, sed Deus solum
quæsiuerat: Adam vbi es? ideo de loco respondebat,
& causa loci, & quia locus ille erat occultus, & vide-
batur ibi Adam esse absconditus, dedit causam absco-
sionis, scilicet, quia erat nudus, & quia hęc sine pecca-
ti mentione dici poterant, nihil de peccato dixit. Se-
cundo fuit, quia Adam cupiebat occultare peccatū,
nisi cogeretur illud prodere: verecundabatur enim,
quòd contra Dei præceptum egisset, & verecundiam
vitare volebat, quam pateretur confitēdo peccatum:
ideo cùm Deus de hoc nihil nunc quæreret, tacuit, &
dato, quòd Adam aliquo modo intelligeret Deum
velle de hoc audire, quia tamen ex verbis eius nō cla-
rè constabat, tacuit quandiu tacere potuit. Tertio, qa
Adam confessus est id, quod neque negari, neque dis-
simulari poterat: tacuit autem id quod poterat dissi-
mulari, nam nuditas eius erat apparens, tum quia ipse
de ea erubescebat, & non poterat non erubescere, tū
quia se circundederat perizomate ad tegendum nu-
das partes, & illud visui apparebat, ideo hoc confessus
est, sed peccatum non apparebat foris, quia præteri-
rat, & licèt Deo quærente de illo non posset illud ne-
gare Adam, poterat tamen dissimulari, quandiu non
petebatur de eo, & ita Adam tacuit. Quarto, quia ma-
gis erubescceret loquendo de peccato, quàm de nudi-
tate, nam nuditas non videbatur esse ab eo: sed quia
Deus non dederat ei vestes, & ita quasi sine culpa sua
poterat putari, sed non erat ita de peccato, quia illud
erat actio voluntaria, & ei erat culpa, & non Deo, ne-
que erat ei de hoc excusatio.

Quæst. 636. Cur Deus dixit, quis indicauit tibi, qꝑ nudus esses, &c.
Dixit autem Deus quis indicauit tibi, quòd nudus
esses, nisi quòd de ligno de quo præceperam tibi ne
comederes, comedisti? Dixit hoc Deus primo ad si-
gnandum causam nuditatis, s. qꝑ Adam non se excusa-
bat per hoc, sed potius accusabat, quia nuditatem ipse
sibijpsi induxerat, & dixit: Quis indicauit tibi, quòd
nudus esses? quasi dicat, nullus potuit tibi indicare, qꝑ
eras nudus, quia non eras, & quod non est nō potest
indicari, sed quia comedisti de ligno, de quo præcepe
ram tibi ne comederes, idest peccasti, & hoc fecit te
nudum, ergo sicut tu es in culpa, quòd peccauieris, ita
es in culpa, quòd sis nudus. Secūdo potest induci sic,
Adam poterat putare, quòd ista nuditas prouenisset
ei a Deo, quia certum est, quòd Deus non dederat
ei vestes, & nunc nudum esse erat sine vestibus esse;
istam tamen nuditatem non cognouerat prius, &
nunc cognouit, & sic semper retorquetur defectus
nuditatis in Deum, Deus autem ostendit, quòd nu-
ditas

ditas pertinet ad peccatum Adæ, & non ad aliam A
causam, & ita dicit; Quis indicauit tibi, quòd nudus
esses? ac si dicat, tam nunc quàm prius sine vestibus
eras, & tamen prius non cognoscebas te nudum, er-
go cùm nunc te nudum cognoscas, oportet, quòd ali
quis tibi reuelauerit, vel indicauerit, sed nemo est qui
posset reuelare, nisi comederes de ligno vetito, ergo
comedisti de illo. Et adhuc istud potest induci sub du
plici sensu, vnus est, qꝑ aliquis debebat reuelare Adæ,
sed nemo est qui loqueretur ei, ideo comedendo de
aliquo ligno acciperet istam cognitionem, & tamen
nullum lignum erat, quod daret cognitionem, nisi li
gnum scientiæ boni, & mali, ideo comedendo de il-
lo sciret istud, & istud est iuxta intentionem Iosephi,
quòd esus ligni illius accelerabat vsum prudentiæ, &
ingenij, & tunc concluderetur, qꝑ Adam peccauerat,
quia comederat de ligno vetito, sed non inferretur,
quòd nuditas erat pœna pro peccato, sed quòd prius
habebat eandem nuditatem, quam nunc, sed non co-
gnoscebat eam, nunc verò post manducationē agno-
uit, cùm illud lignum daret cognitionem. Alius mo-
dus erat, quòd Adam videbat se nunc esse nudum, &
prius non agnouerat, cum tamen esset sine vestibus,
ideo aliquis ei reuelauit: hoc non poterat esse, nisi mā
ducando de ligno vetito, & peccando, quia nullus po
terat ei ostendere, quòd esset nudus, cùm non esset, ni
si inciperet esse nudus, cùm prius non fuisset, sed esse
nuditatem de nouo erat pœna, quæ non poterat esse
sine peccato, ideo manducasse eum de ligno vetito
constabat, in quo peccaret, per istum modum indu- C
cuntur duo: Primum est, quòd Adam peccauit: secū-
dum, quòd nuditas de nouo venit tanquam pœna pec
cando, & ita non fuerat a Deo, sed Adam induxerat il
lam sibiipsi. Vterque modus erat sufficiens quantum
ad intentionem Dei, s. vt manifestaretur Adam pec-
casse, & tamen primus modus non est verus: primo,
quia presupponit quòd Adam manducando de ligno
scientiæ boni, & mali, accepit vim cognoscendi ali-
quid, quod prius non cognoscebat, quasi lignum ha-
beret hanc vim, sed falsum est: ita enim putauit Iose-
phus. Secundo, quia innuitur, quòd nuditas ista, quā
nunc habebat Adam, fuisset data à Deo, quia nunc
non fuit aliquid nouum, nisi quòd cognosceret id, qđ D
non cognoscebat, & tamen ista nuditas erat pœnalis,
& confusibilis: ergo dederat Deus Adæ aliquid pœ-
nale Adæ à principio, quod falsum erat: secundus er-
go sensus est verus.

Quæst. 637. Cur dixit quis indicauit tibi, qꝑ nudus esses, &c.
Quęretur, quare Deus dixit; De ligno, de quo pre-
ceperam tibi, ne comederes, comedisti. Dicendum, qꝑ
fuit primo ad ostendendū causam nuditatis, & quòd
non prouenisset à Deo, sed ab Adam, vt ostē-
sum est præcedenti quæst. & hoc erat, quòd peccaue-
rat, & peccatum erat in comedendo, ideo dixit illud.
Secūdo, quia iustum erat, vt quod homo occultabat
Deus reuelaret: si enim nos peccata nostra confite-
mur veniam petentes, Deus occultat per remissionē,
iuxta istud, Psalm. 31. Beati quorum remissæ sunt ini-
quitates, & quorum tecta sunt peccata: si autē homo
occultat nō petens veniam, Deus reuelabit in iudicio E
coram Angelis Dei, & hominibus omnibus. Adam
autem peccatum suum noluerat confiteri, ideo Deus
illud reuelat. Tertio, quia Deus volebat, vt aliquo mo
do veniam peteret Adam de peccato, & ad hoc dixit
a principio, Adam vbi es? nullam memoriam faciens
de peccato, vt Adam de hoc quæsitus, etiam de pec-
cato responderet confitendo illud, & veniā petens, &
qꝑ Deo nō petente ipse confiteretur peccatū, sed Adā
non fecit hoc, quoniam tacuit, voluit ergo Deus ad-
huc dare Adæ aliam opportunitatem petendi veniā
de peccato, licèt non esset ita bona sicut prima, s. dicēs
ei peccatum suum, hoc est comedisti de ligno, de quo
præceperam tibi, ne comederes, vt hoc dicto Adam di
ceret, Verum est qꝑ comedi, & peccaui, veniam igitur
peto, sed Adam valde malè in omnibus se habuit, quia
sicut a principio tacuit data sibi opportunitate loquē-
di, & confitendi peccatum, ita & nunc reuelato sibi
peccato, quod negare non poterat, non dixit, Verum
est, & peccaui, sed retorsit peccatum in mulierem, qua
si in nullo ille deliquisset. Quarto fuit qa voluit Deus
dare pœnas Adę, & Euæ, sed non poterat eas iustè da-
re, nisi de peccato constaret, sed hoc illi non confessi
fuerant, ideo debuit Deus istud dicere, quia ita dixit
de ligno de quo præceperam tibi ne comederes, co-
medisti.

Quæst. 638 Cur dixit mulier, q̄ dedisti mi hi sociam dedit mi- hi.
Postquam Deus dixit. De ligno comedisti, Dixit B
Adam, Mulier, quam dedisti mihi sociam dedit mihi,
& comedi, de hoc quæretur, quare Adam illud dixit,
& quare non negauit, cùm vsque nunc non confes-
sus esset. Dicendum, qꝑ non negauit, quia Adam non
erat adhuc tam deprauatus, qꝑ vellet veritatem nega-
re, neque eam huc vsq; negauerat: occultauerat. n. ali
quam veritatem, scilicet de qua non quærebatur ex-
presse, & hoc præ verecundia, tacere autem, quando
non queritur, non est mendacium, neque videtur esse
peccatum, sed negare veritatem est mendacium, &
peccatum, & hoc nondum fecerat Adam, ideo neq;
nunc fecit, sed statim, vt hoc sibi dictum est, concessit
veritatem. Secundo, quia videbat Adam, qꝑ non pro-
derat sibi occultare, & negare: si enim ipso negante
posset res Deo manere incognita, fortassis negasset,
sed iam Deus illud dixerat Adæ asserendo, qꝑ come-
derat de ligno vetito, ideo frustra erat Adæ negare.
Tertio, quia in hoc committeret Adam grauissimū
peccatum, scilicet, quia Deum mendacem faceret,
nam Deus asserebat, qꝑ comederat de ligno scientiæ
boni, & mali: si autem ipse diceret, non comedi, es-
set facere Deum mēdacem, & cum hoc falsum esset,
quia Deus verum dixerat, valde offenderetur in hoc
Deus, ideo non ausus est negare. Quarto si negaret
addendo peccatum peccato pœnam grauiorem time
ret, ideo vt non induceret super se maiora mala, non
negauit. Cum Adam noluerit negare peccatum, Quæst. 639. Cur dixit mulier, q̄ dedisti mi hi potius, q̄ aliud.
quare dixit, Mulier quam dedisti mihi, potius quam
aliquid aliud. Dicendum, quòd Adam non poterat
negare peccatum, etiam si vellet, ideo non negauit,
& si sapiens fuisset, aut sapienter ageret confiteretur
peccatum, & veniam peteret, & tamen quia non ve-
nit ei in mentem voluit excusare seipsum, & inuenit
istum modum excusationis. Motiuum ad se excusan
dum fuit. Primo, quia Adam se erubescebat deprehē
sum in peccato, & quanto maius esset peccatum, tan-
to esset grauior confusio, vt ergo minueretur, vel alle
uiaretur, voluit se excusare, quia excusatio, vel pecca-
tum alleuiat, vel transfert. Secundo fuit propter ti-
morē: Deus p̄dixerat, qꝑ quacūque hora comederent,
morte morerentur, nunc verò peccauerant, & vide-
rant in se principium pœnę, scilicet, quia erubuerant,
ideo quod residuum erat timebant, scilicet, qꝑ morerē
tur: istā mortem timens Adam voluit peccatum a se
transferre, quasi non peccasset, vel alleuiare, vt nō ha-
beret in ipsum locum tota pœna. Iosephus autem lib.
1. Antiquitatum dicit: Adam verò peccati veniam po
stulabat, rogabatque Deum, ne eum nimis affligeret,
& de facto coniugem accusabat, sed ista non consō-
nant inter se, nam si peccati veniam peteret, non trās
ferret peccatum in alterum, sed cōfiteretur se peccas-
se, qꝑ autem oraret, ne eum nimis affligeret, nō habe-
tur ex litera, sed poterat procedere ex timore mortis,
quam iuste Adam formidaret sibi inferendam.

Sed

Quæſt.640 Cur Adã ſe ſic excuſauit.

Sed quare ita ſe excuſauit, cauſa eſt, quia non viſus extitit ſibi alius conuenientior modus. Primo, quia ita fuerat, quòd mulier ei dediſſet de fructu illo, & ſic veritas attenuabat, aut attenuare videbatur culpam: nam ſicut noluit Adam negare factum, quia verum erat, ita noluit pro ſe falſam excuſationẽ allegare, ſed hoc, quod verum erat, i. ꝙ mulier ei dediſſet, ſiue multum, ſiue parum alleuiaret culpam, allegauit. Secundo, quia iſtud verbum poterat intelligi ambigue, ſcilicet mulier dedit mihi, ſcilicet mulier non indicauit mihi de qua arbore eſſet fructus: & ideo nihil mali ſuſpicatus comedi, & licèt hoc non ita exprimatur, ſub his verbis generaliter dictis poterat intelligi iſtud, vel aliud, quod ad excuſationem pertineret. Tertio, quia dato, ꝙ Adam ſciret eſſe fructum illum vetitum, vt quia mulier ei reuelaſſet, non erat tãta culpa, quòd ipſe acciperet à muliere oblatum, quanta ꝙ ipſe de arbore tolleret, quia non erat æquale deſiderium faciẽdi id, in quo conſiſtebat peccatum, & ex libidine, id eſt deſiderio faciendi augetur peccatum, aut minuit. Quarto, quia Adam comedit de ligno non quaſi putans futurum eſſe, quod ſerpens dixerat, i. ꝙ efficerenẽ ſicut dii, ſed vt mulieri placeret, quæ inſtanter orabat, & ſi Adam in hoc non placeret magno tædio afficeretur, vt autẽ placeret ei, comedit. Hoc verò licèt non transferat peccatum, alleuiare vĩ, inquantum Adam in aliquo cõplaciturus videbatur mulieri, & iſtud ſignatur inquantũ dixit Adã, mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi q.d. eo ꝙ tu illam dediſti mihi ſociam, in aliquo eram ei placiturus, quia voluiſti, ꝙ eam diligerem, vt carnem meam, cùm autẽ fecerim hoc, vt ei placiturus, non debes grauiter iraſci. Quinto poſſet intelligi, quòd retorqueat Adam culpam in Deum, dicendo; mulier, quam dediſti mihi: ac ſi dicat ſi iſta mulier non fuiſſet a te data, ego neque diligerẽ eam, neque placerem illi, & non cõſiderem ei, ſed cauerem ab ea: tu autem dediſti illam mihi, & ita fidebam, quòd illa nihil mali induceret in me, propter quod dante illa de fructu comedi, ideo nõ debes graiter iraſci. Aliqui dicunt, quòd Adam dixit ſe deceptum fuiſſe a muliere, ſicut aſſerit Ioſephus, lib. 1. Antiquitatum, ſed falſum eſt, vt infra tangetur.

Quæſt.641 Cur facta excuſatione nihil dixit Adæ.

Sequitur ſupr. 3. cap. quòd Deus dixit mulieri, quare hoc feciſti, ſcilicet, cur dediſti viro de ligno vetito ad manducandum? Et quia in hoc præſupponitur, ꝙ poſtquam Adam dedit illam excuſationem, non dixit ei aliquid; eſt dubium, quare non dixit. Nam excuſatio Adæ non erat conueniens: ideo nõ debuit Deus illam recipere, vt iuſtam, & ſic redarguere potuit eũ. Aliqui dicunt, quòd tacuit Deus, quia fuit iſta reſpõſio excuſatoria ſufficiens, & ſic vt dignam accepit illam Deus, & non redarguit Adam. Dicẽdum, quòd non ſtat. Primo, quia ſi accepiſſet Deus eam, vt legitimam, & ſufficientem excuſationem non inferret pœnam Adæ, ſed intulit pœnam, immo multiplices pœnas ſupr. 3. cap. ergo non tacuit quaſi indicaret legitimam eſſe excuſationem. Secundo, quia etiam non præſupponitur verum in dubitatione, ſcilicet non arguerit Deus iſtam excuſationem Adæ: nam arguit illam, quia ſicut pœnam intulit ei, ita eam arguit dicẽs, quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo, ac ſi dicat non eſt iuſta excuſatio, quã allegas, quia licèt vxor tua, quam diligis, & dilecturus eras, daret tibi de ligno, non debuiſti comedere, quia ego vetueram tibi: debuerat autem præualere imperium noſtrum precibus mulieris, & quia magis audiſti eam, quàm me, iniuſtè feciſti. Tertio, quia quòd Deus non diceret aliquid Adæ in contrarium nõ approbat reſponſum, vel excuſationem eius, tanquam legitimam: nam ſimiliter argueretur, quòd excuſationem mulieris acceptaſſet Deus: nam illa dicente: Serpens decepit me, Deus nihil ecõtrario dixit: & tñ non acceptauit eam, ſed puniuit mulierem. Dicendũ ergo, ꝙ Deus tacuit audita excuſatione Adæ non tanquam approbans eam, ſed ut relinqueus eam poſtea arguendam, & diſcutiendam quaſi poſtea conueniẽtius, quàm tunc iudicaretur de ea.

Quæſt.643 Si Deus, ſi rẽdebat eſt excuſatio né arguere cur non ſtatim arguit.

Sed quæret, cum nõ eſſet legitima excuſatio Adę, & Deus intenderet eam arguere, quare non arguit ſtatim? Dicendum, ꝙ non fuit conueniens, ſed potius ꝙ differret ad aliud tempus, ſicut fecit. Primo, quia Deus voluit incipere dare pœnas, vbi inceperat malũ, illud verò a ſerpente inceperat, in quo facta eſt tentatio, ideo primum debuit ei inferri pœna, vel prænunciari, & tamen ſi ſtatim, vt Adam reſpondit argueret eius excuſationem, prędiceret ſtatim pœnam, ſicut poſtea nullo mediante inter increpationem, & prænunciationem pœnæ: ergo non debuit ſtatim increpare Adam arguendo eius excuſationem. Secundo fuit, & principaliter, vt non alleuiaret peccatum Euæ, nam cùm Adam excuſauit ſe, ſi diceret Deus nõ eſt legitima excuſatio, quia potius debebas obedire voci meę, quàm vxoris tuę, alleuiata videretur aliqualiter culpa Euæ, quia non trãsferretur in eam totum peccatum, tam eius, quam Adæ: nunc verò cum Deus taceret, poterat mulier cogitare Deum acceptaſſe excuſationem Adæ, & translatam eſſe culpam in eam, vt ergo ſaltem non putaret ſe in aliquo alleuiatam, nõ debuit Deus ſtatim arguere Adam oſtendendo non eſſe legitimam excuſationem eius. Tertio fuit propter pœnã, vt non auferretur timor pœnę, ſi enim Deus argueret excuſationem Adæ, ſtatim adiungeret prænunciationem pœnę, ſicut poſtea fecit, quando arguit, tam virum, quàm fœminam, & tamen non fuit conueniens, ꝙ Eua antequam rationem de ſe redderet audiret, ꝙ pœna inferẽda eſſet Adæ, quia ex hoc minus timeret: ergo non debuit Deus aliquid dicere ſtatim, vt Adam ſe excuſauit.

Quæſt.643 Cur Deus voluit, vt Eua nõ au diret, quo pacto Deꝰ arguebat excuſationẽ Adæ.

Sed quæretur, quod inconueniens eſſet, ſi audiret Eua, quomodo Deus arguebat excuſationem Adæ quaſi non legitimam. Dicendum, ꝙ fuit primum, quia volebat Deus relinquere eos liberos ad dicendum, id quod vellent circa peccatum ſuum, vt non dicerent aliqd quaſi inuiti, vel determinati a Domino ad dicẽdum, & tamen ſi Deus argueret excuſationem Adæ non recipiendo eam, Eua deinde nõ proponeret excuſationem, quia putaret illam repellendam, ſicut excuſationem Adæ, nam illa dixit, Serpens decepit me, & ſi audiret redarguitionem, quæ poſtea facta eſt contra Adam, putaret ſibi dicendum, ꝙ debuiſſet potius audire vocem Dei, quã ſerpentis, & non deciperetur, & ita putans illam excludendam forte non proponeret eam, Deus autem voluit, vt Adam, & Eua non mouerentur ab eo ad dicendum aliud, quam quod ipſi a ſeipſis dicturi erant, ideo non redarguit ſtatim Adam. Secundo, quia quando Deus arguit Adam, oſtendit illegitimam excuſationẽ, ſcilicet, ꝙ etiam propter vxorem non debuiſſet hoc facere, & ita Deus non indicabat totam culpam facti Adæ translatam eſſe in mulierem, ex quo Eua putaret ſe minus teneri, ſcilicet ſolũ pro facto proprio, & tamen ſi taceret Deus, ſicut tacuit audita excuſatione Adæ, putare poſſet Eua, ꝙ culpa viri erat in eam translata, & ſic peccatum ſuum eſſet magis graue, ergo debuit Deus tacere. Quod autẽ Eua putaret peccatum ſuum eſſe grauius, vel in nullo alleuiari per id, quod vir dixerat, conueniens erat primo, vt cogitaret quid pro hoc reſpondere conueniebat, quia fortè aliud reſponderet translata in eam tota iniquitate, aut cum putaret ſolum factum proprium ad

ad eam pertinere. Secundo fuit, vt magis timerent, nã ſi ſtatim Deus argueret, & repudiaret excuſationẽ Adę, adiungeret prænunciationem pœnę ſicut poſtea fecit, & tamen ſi antequã Eua pro ſe reſponderet præ nunciaretur pœna Adæ, vterque liberaretur a timore, & hoc non fuit conueniens potiſſimè quantum ad Euã: Deus enim prædixerat in præcepto: De ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas, quacunque enim die comederis, morte morieris. Nũc autem deprehenſi fuerãt comediſſe, ideo timebãt ꝙ ſtatim occiderentur: ſi autem Deus prænunciaret Adæ pœnam quam poſtea prænunciauit, liberaretur a timore inquantum non ſtatim occiſus eſt, ſed data eſt ſibi multa dilatio mortis, & hoc Deus non uolebat, ſed ꝙ maneret in expectatione mali proxime futuri, ideo non debuit ſtatim eum arguere. Adhuc quantum ad Euã fuit iſtud magis neceſſarium propter duo. primo, vt non liberaretur a timore pœnę, quia ipſa quoque timebat mortem ſibi ſtatim inferendam, cum præceptum ad ambos extenderetur ſicut ipſa dixit ſupra 3. cap. præcepit nobis Deus, ne comederemus, neque tãgeremus illud, ne forte moreremur, & non poterat eſſe grauior timor, quam ꝙ quis credat ſe ſtatim occidendum. Si autem audiret condemnationem Adæ, ꝙ non ſtatim occidebatur, ſed differebatur mors in longinquum, putaret ſimiliter ſibi futurum, ideo alleuiaretur timor eius, quod tamen non decebat, ſed cũ peccaſſet, ꝙ ſuſtineret nunc iſtum duriſſimum timorem ad tempus in partem pœnę commiſſi delicti. Secundo, & principaliter erat propter id, ꝙ Eua quæſita reſpondere deberet, nam ſi neſciens pœnam imponendam Adæ timeret ſibi, aut vtrique ſtatim infertãdam mortem, forte vno modo ſe excuſaret, vel accuſaret, aut ſupplex oraret, putans non ſe ſtatim occidendam alio modo ſe in his haberet, vt ergo Eua haberet maiorem neceſſitatem confitendi delictum, & petendi veniam a ſe ipſa, & non à Deo, ideſt per ea, quę Deus faceret, aut ſaltem agendi id, quod ei magis conuenire putaretur, debuit non audire ſententiam condemnatoriam Adæ priuſquam ipſa reſponderet de ſeipſa pro peccato ſuo.

Quæſt.644 Sed quæretur, cũ Deus dixit mulieri, quare hoc feciſti, de quo loquitur, an ꝙ dederit Adæ de ligno ad manducandum, an ꝙ ipſa manducauerit. Dicẽdum, ꝙ ex virtute verborum non intelligitur quæſitum eſſe a muliere, niſi quare dedit viro ad manducandum, nam Adam dixerat. Mulier dedit mihi, & comedi, & ſtatim Deus quæſiuit a muliere. Quare hoc fecerit? & ita non videtur quęſiuiſſe niſi de eo, quod dictum fuerat. Sed aliqui dicunt, ꝙ de vtroque quæſiuit Deus, ſcilicet quare Eua comederat, & quare dederat viro ſuo. Primo, quia cum dediſſet viro præſupponebatur, ꝙ ipſa manducaſſet, quia non vellet ei dare, niſi ipſa participaret in cibo, ideo arguendo eam de vno, arguebatur de vtroque. Secundo, quia Deus petebat nunc rationem ab Eua de pręuaricatione, & peccato ſuo, ſi quam rationem haberet, vt non deberet pœnam ſuſtinere, & tñ peccatum Euæ non fuit ſolum in dando Adæ de fructu, ſed etiam in hoc ꝙ ipſa comedit, ergo de vtroque quæreret Deus ab ea. Tertio apparet ex verbis reſponſionis Euæ, nam dixit ſerpens decepit me, & comedi, & tamen deceptio Euæ facta a ſerpente fuit ad hoc ꝙ ipſa comederet, vt apparet ex verbis eius ſupra 3. cap. ergo de manducatione excuſabat ſe Eua. Quarto, quia ipſa addidit, & comedi, & nihil vltra dixit, ideo ita reddidit rationẽ, quare comederat, ꝙ nõ dedit rationem, quare viro de fructu obtulerat. Dicendum tamen videtur, ꝙ Deus non quæſiuit ab Eua, niſi quare dediſſet Adæ de ligno vetito, & patet primo, quia ex verbis ſcripturæ non apparet illud, cũ ſtatim hoc Deus quæſierit, quando Adam dixit mulier dedit mihi, & comedi. Sc̃do, quia Deus adhuc nõ q̃rebat aliquid de facto mulieris, ſed de facto Adæ, & quia ille excuſans ſe dixerat, ꝙ mulier dederat ei, voluit q̃rere a muliere, an hoc feciſſet, & quare feciſſet, ideo non quæſiuit de alio. Si autẽ Deus q̃ęreret nũc a muliere de facto eiꝰ, vt magnitudinẽ culpę eius agnoſceret, non quæreret ſolum de hoc, ſed de toto. Tertio, quia non habebat Deus aliquam cauſam quærendi nunc a muliere aliquid alterum, nam nihil alterũ deductum fuerat coram ipſo Adam, quippe non dixerat, ꝙ mulier comedit, & dedit ei, ſed ſolum, ꝙ dedit ei, ipſa verò nihil adhuc confeſſa erat, quia nondũ fuerat locuta, ideo Deus non peteret cauſam iudicialiter eius, quod non conſtabat ſibi iudicialiter eſſe, ideo ſolum quæſiuit quare dederat viro de fructu, quia hoc Adam propoſuerat.

Quæſt.645 Solutio rationum. Ad primã.

Ad rationes, quæ probant contrarium, reſponden dum eſt. Ad primam dici poteſt vnomodo, ꝙ nõ præſupponebatur, ꝙ comederit, quia poterat eſſe, ꝙ ipſa non manducaret, & viro ad manducandum offerret, ſicut ſerpens non manducauit de fructu, & tamen impulit Euam ad manducandum. Secundo poteſt dici, ꝙ præſupponatur, aut ſubintelligatur, ꝙ comedit, quia erat veriſimile, & tamen quantumcunque eſſet veriſimile, immo etiam ſi notum eſſet, non peteretur de illo, ſed ſolum de alio, quia Deus non peteret, niſi de eo, quod erat ad propoſitum, & tamen cum nunc ageretur cauſa Adæ, & nondum inciperet agi cauſa Euæ, peteretur ſolum de eis, quæ ad cauſam Adæ ſpectabãt ſed ad eam ſolũ pertinebat, an Eua dediſſet ei de fructu, ideo de hoc peteretur ab ea, quare feciſſet. Ad ſecũdam rationem poſſumus negare præſuppoſitum, ſcilicet, ꝙ peteretur nunc ab Eua ratio de prævaricatione, nam ſi hoc peteret Deus, cum illa conſiſteret in duobus peteret de vtroque, & illa rñderet de vtroque, & tamen agebat adhuc ſola cauſa Adæ, qui quoniam tranſtulerat culpam ſuam in mulierem, debuit a Deo tãquam a iudice peti an eſſet hoc verum, ideo hoc factum eſt, cum dixit mulieri: Quare hoc feciſti? ideo de alio quod ad ſolam mulierem pertinebat, nõ tactum eſt. Ad rationẽ tertiam dicendum, ꝙ ſatis poſſet facere ad propoſitum reſponſio illa mulieris: nam quæſitum erat, quare viro dederat de fructu, illa confitetur ſe didiſſe, & exprimit cauſam, ſcilicet, quia ſerpens decepit eam, nam deceptio ſerpentis non erat ſolum ad hoc, ꝙ comederet ipſa, ſed etiam ad hoc ꝙ daret viro, vt apparet ex uerbis ſerpentis, ſupra 3. cap. & infra tangetur, ideo ſicut mulier decepta a ſerpente comedit, ita ab eodem decepta dedit viro ſuo, vnde hoc dicens conuenienter reſpondet ad quæſtionem, qua petitur quare dedit viro ſuo. Ad rationem quartã dicendum, ꝙ certum eſt ibi reddi cauſam, quare comedit ſiue hoc ſit ex intentione principali, ſiue non, & tamen dicendũ, ꝙ Deus hoc non quæſiuerat, mulier tamen reſpondit ad hoc ſicut eſt conſuetudo qui buſdã non ſatis peritis, qui interrogati de vno neſciũt reſpondere, niſi ſimul de multis alijs reſpondeãt, quæ illud aliqualiter contingunt, & hoc eſt, quia cum aliqua attineant ſibiipſis aliqualiter, neſciunt ipſi diſtinguere illa, ideo reſpondendo omnia proferunt, cum neſciant ſeparare quæ ſunt propria vnius ab eis, quę alteri conueniunt: ſed cum arguitur, ꝙ hic mulier det rationem de vtroque, non concluditur, quia ſi literam attendamus, non redditur ratio, niſi quare comedit mulier, & certum eſt quòd Deus, ſaltem expreſſe, non quæſiuit de hoc, ſi autem de vtroque peteret, debuiſſet mulier de vtroque reſpondere, ſed nõ apparet ex litera, ideo neque ex litera arguemus, ꝙ ad vtrunque reſpondit, ſed intentio mulieris erat reſpondere

Ad ſecundam.

Ad quartã.

Ad tertiã.

spondere ad id, quod Deus petiuerat, sed quare sic re- F
sponderit infra dicetur.

Quæst.646 Cur Deus non cõdenauit eos sine petitione cum omnia sciret.

Queretur, cum Deus intenderet Adam, & Euam condemnare pro delicto, ad quid petiuit aliquid ab eis, nam erant delicta eorum certa ei, ideo nihil peten do poterat statim eis inferre, aut prædicere pœnas. Ali qui dicunt, q̃ Deus processit hic iudicialiter, & non potest aliquis iudicialiter de crimine condemnari, ni si sit illud sponte confessus, vel conuictus, siue per eui dentiam facti, siue legitimis testibus, & tamen non erant Adam, & Eua testibus conuicti, ideo debuit ex pectari confessio eorum, & ad extorquendam confes sionem ab eis processit Deus hoc ordine petendo.

Sed obijcietur, q̃ nõ erat istud necessarium, quia erat crimen eorum notorium, & ita non erat opus, vt ipsi G
confiterentur aliquid, sed possent statim cõdemnari: nam omnes quotquot tunc erant, nouerãt delictum

Prima rõ. Adæ, & Euæ. Dicendum, q̃ hoc non obstat: Primo, quia notorium non excludit testes, sed solum accusa torem, nam euidentia patrati sceleris non eget clamo re accusatoris, extra de accusatio. cap. euidentia, sed te stibus opus est ad hoc, q̃ deponat factum esse noto rium, vel saltem sic esse, & tamen hic nulli testes pro ducti erant coram Deo de notorietate facti, ideo ad condemnationem Adæ, & Euæ necessaria erat eorũ

Secũda rõ. confessio. Secundo, quia etiam si sit crimen notoriũ quantum ad factum, & probetur notorietas facti per testes, exigitur aliqua confessio delinquentis, non qui dem quantum ad factum, sed quantum ad causam fa ciendi, quia potuit committere quis id, quod in se est H
delictum, vt homicidium, vel adulterium, & q̃ nõ sit crimen, neque in aliquo dignus pœna, vt si occidit aliũ propellendo iniuriam cum moderamine inculpatæ tutelæ, vel si cognouit alienam vxorem putando suã esse, vt quia illa venit in figura vxoris illius, vel subin trauit lectulum eius, iuxta illud 34. quæst. cap. 2. in le ctum: ideo constito de facto, siue per euidentiam rei gestæ, siue per testes, adhuc delinquens debet audiri, si aliquam causam allegare vult, quare hoc fecerit, q̃ actum licitum reddat, vel excusabilem, & ita videtur, q̃ hic esset necessaria confessio Adę, & Euæ, etiam si cõstaret de facto, & videtur, q̃ Deus hoc voluerit, nã non quæsiuit ab Adam, & Eua an fecerit, sed quare fe cerit, vt si vellent reddere aliquam causam, quæ eos le gitimè excusaret, & ita ipsi responderunt, nam non di xerunt, q̃ fecerint, sed quare, aut quid eos ad facien I
dum induxerit. Tertio, quia non potest hoc dici noto

Tertia ratio. rium, nam licet Deus sciret, & ipsi: non erat notoriũ, quia sic omnia essent notoria, ideo non erat iudican dũ, sicut de notorio, & patet, quia Deus erat iudex, & licet iudex aliquis sciat verum esse, non potest iudi care de illo, nisi aliunde ei constet, sed potius si contra rium constat per testes, quam ipse in veritate nouit,

Obiectionis. per illud tenebitur iudicare. Et si dicatur, q̃ Angeli, & dæmones nouerant peccatum Adæ, & Euæ. Dicen dum, q̃ hoc non sufficit, quia isti non inducebantur in testes notorietatis, ideo non efficiebatur peccatum notorium, sed esset necessarium conuinci Adam, & K
Eua testibus, vel eos confiteri delictum, & ita Deus ab eis quæreret, vt ipsi confiterentur. Sed adhuc obij cietur, q̃ non erat istud necessarium ad hoc, q̃ Deus puniret Adam, & Euam, quia in alijs iudicijs requiri tur testis, qui non sit iudex, quoniam actor, & reus, & testes integrant iudicium, extra de verbo. signifi. cap. forus, sed apud Deum non requiritur, quia est specia le in eo, q̃ ipse est iudex, & testis Iere. 29. c. Ego sum iu dex, & testis dicit Dominus. ideo non requirebatur confessio Adam, & Euæ, sicut quando aliquis con uincitur testibus, non est ibi necessaria confessio eius.

Adhuc tamen posset dici, quòd licet Deus suppleret ibi locum testium, requirebatur confessio Adæ, & Euæ, & ita quæreret Deus ab eis, quia licet aliquis sit conuictus de aliquo facto, quòd illud commiserit, admittitur ad excusandum causam, vel qualitatem fa cti, quæ potest reddere actũ legitimum, vel excusabi lem. Dicendũ q̃ istud non erat hic necessarium, q̃ si cut apud Deum est speciale, quòd ipse est iudex, & te stis, quod non inuenitur in aliquo alio iudice, eo q̃ Deus nouit omnia, & alij iudices non, & sic Deus nõ indiget testibus in suo iudicio, ita etiam est speciale, quòd Deus nouit corda hominum, vnde sicut no uit factum, ita nouit causam, & intentionem facti, ideo sicut ad probandũ aliquid esse verum, non eget testibus, ita ad sciendum causam facti, & intentionẽ facientis, non indiget confessione facientis, & ita nõ erat opus, vt ab Adam, & Eua aliquid quæreret. Dicẽ dum igitur, q̃ non fuit causa huius, quasi Deus vellet procedere iudicialiter, quia si talem modum proce dendi Dei vocemus iudicialem, nõ arctatur Deus ad illum, cum non procedat sic in omnibus, nam ferè in omnibus Deus procedit puniẽdo delinquentes, non petita causa ab eis, neque audita confessione ipsorũ.

Quæst.647 Cur Deus ante con demnatio nẽ primo rum parẽ tum eorũ causã con fessionẽq. audire vo luit. Prima rõ. Secunda ratio.

Sed dicendũ, q̃ Deus voluit hoc specialiter facere, quod non solet facere in omnibus, & hoc propter ali quas causas speciales. Primo, quia ista erat prima pœ na, quam Deus inferebat hominibus, voluit ergo, q̃ agnoscerent conditionem eius, q̃ non procedebat tanquam Dominus, sed tanquam iustus iudex auditis excusationibus delinquentium, si quas haberent ad reddendum actum legitimum, vel excusabilem. Et hoc fuit documentũ pro omnibus pœnis quas Deus infligeret hominibus, vt quamuis nescirent, quare Deus eas inferebat, crederent iustè illatas, cum Deus illas irrogaret, qui non nisi iustè procedit. Secundo fuit ad instruendum nos, qui iudices sumus, qualiter in causis procedamus, nam si Deus, qui omnia nouit, a quo non potest occultari vir in absconditis, Iere. 23. cap. & qui etiam cogitationes agnoscit. Psal. 7. voluit ad puniendum adhuc habere confessionem delin quentium, quanto magis hoc facere debent iudices, qui decipi possunt? & ob hoc scriptura refert talia Deum facere, vt infra 18. cap. Deus dicit, clamor So domorum, & Gomorręorũ multiplicatus est, & pec catum eorum aggrauatum est nimis, descendam, & videbo an clamorem, qui venit ad me, opere com pleuerint an non sit ita, vt sciam. In quo instruit iudi ces, qualiter procedere debeant ad inquisitionem, extra de accusat. cap. qualiter, & quando. Tertio fuit propter Adam, & Euam, vt eis esset aliqua occasio conuersionis, & pœnitentiæ de peccato: Deus enim non fecit mortem, nec gaudet in perditione viuo rum. Sapien. 1. cap. sed vult, quòd homo conuerta tur, & quia nobis non loquitur, expectat nos, vt con uertamur non inferes statim pœnam. Isaiæ 30. cap. ideo expectat nos Deus, vt misereatur nostri, sed quia non volebat expectare Adam, & Euã, quibus per longum tempus daret spiritum compunctionis, & precum, voluit statim eis loqui, vt ista locutio esset vi ce diuturnæ expectationis. Nam petendo ab eis, quid egissent, aut quare, incitabat eos ad confitendum de lictum, & petendum veniam, quod si facerent essent fęciliores, & non posset hoc esse, si Deus nihil ab eis quæreret, sed statim pœnam inferret, ideo in fauo rem eorum erat, quòd Deus ab eis ista peteret. Quar to fuit ad manifestandum nobis iustam damnatio nem primorum parentum, si enim Deus nihil ab eis peteret de delicto, aut causa delicti, & irrogaret pœ nam expellendo eos de Paradiso, non constaret no bis tam manifestè, sicut nunc de iusta damnatione eorum: fuit tamen conueniens, quòd nobis consta ret,

Quæst. cit. Tertia rõ.

ret, eo q̃ non soli ipsi tunc puniti sunt, & nos in eis, A
inquantum si ipsi non expellerentur de Paradiso, nos ibi nasceremur, & maneremus sine omni pœnalitate, cum ergo communis pœna esset, debuit etiam nobis notificari, quod fuit inquantum Deus ab eis quæsi

Quinta ratio. uit de delicto. Quinto fuit ad ostendendum causam diuersitatis pœnarum: nam tripliciter distinctæ fue runt pœnæ, scilicet, Adæ, Euæ, & serpentis, ideo vt de causa distinctionis constaret, debuit notum esse de delicto, sed non poterat melius constare, quam confitentibus eis, qui peccauerant, & non fieret ista confessio, si Deus non quæreret, ideo debuit intro duci Deus quærens de his.

Quæst.648 Deus interro gat Adã

Quæretur, quando dixit Adam Deo mulier dedit mihi, & comedi, quare credidit statim Deus Adæ, & B
quare non quæsiuit plus ab eo, sed quæsiuit a fœmi na. Aliquis dicet, quòd hoc fuit, quia Deus sciebat verum esse, quod dicebat Adam, ideo credebat. Sed obijcietur, quòd hoc non conuenit, quia licet certũ sit Deum omnia scire, non petit quasi sciẽs, sed qua si aliquid intendens, ad quod quærere confert, im mo vt verè dicatur, licet Deus omnia sciat, quando quærit aliquid, assumit personam nescientis, & qua si nesciens petit, scire volens, sic ipse dixit infra 18. c. Descendam, & videbo, an clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non sit ita, vt sciam, & ideo cum Deus hic q̃reret ab Adam, & Eua, licet ve rè sciret, quid egissent, nõ debebat aliquid facere, aut dicere, quasi nõ sciẽs & scire volẽs: ideo si Deus aliqd C
crederet, aut se credere ostenderet Adæ & Euæ non esset hoc quasi aliàs esset ei notũ, sed quia constabat

Deuteron. 19. q̃ confessionem, vel testes, aut euidentiam facti quali bus modis constat aliquid eis, qui ignorare possunt, scilicet hominibus. Dicendum ergo, q̃ cum Adam dixit Deo: Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi, & comedi: Non ostendit Deus quasi crede ret Adæ, neque Euæ, ideo cessauit quærere ab eo, & quæsiuit a muliere, quia voluit procedere, vt iudex prudens ad inquisitionem veritatis. Adam hęc dicẽs, transferebat culpam in mulierem, si autem mulier confiteretur, quod Adam dicebat, plena probatio erat, quia certum est, q̃ mulier non confiteretur ali quid contra se, nisi verum esset, si autem non confi teretur illa, esset alius modus excutiendi veritatem, D
& nunc cõfessa est mulier, quod Adam dixerat. Ideo non fuit melior modus quam statim, vt Adam trans ferret culpam in mulierem, peteret ab ea, an ita esset. Secundo, quia Adam confessus fuerat totum factum licet excusaret illud aliqualiter, dicẽdo, q̃ fœmina in citauerat eum, tũc aut Deus ostẽderet se credere hoc, aut non, si ostenderet se credere, non oportebat am plius peti de pertinentibus ad peccatum viri, sed pro cederetur ad quærendum de fœmina: si autem osten deret se non credere, aut dubitare, vellet de hoc cer tificari, & quia Adam iam non diceret aliquid con tra id quod dixerat, non erat petendum ab eo, sed ab alio, petiuit igitur a muliere, cui crederetur potissi mum, quia contra se confitebatur. Tertio, quia iste E
erat modus breuior ad examinandum totam verita tem. Nam quærendo de vno erat responsio de omni bus, cum enim Deus dixisset Adæ: De ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, comedisti: respon dit Adam totum quod fecerat, & causam facti: cum autem super illa causa Deus a fœmina peteret, respõ dit illa totum, quod ipsa fecerat, & serpens, ideo in

Gen. 3. 649 Deus interro gando de vno respondebat de omnibus, & sic fuit conueniens modus iste quęrendi, & procedendi.

Quæretur, cũ Deus peteret a muliere de eo, q̃ di xerat Adam, quare dixit, Quare fecisti sic? & non di xit? An fecisti sic? Dici posset vno modo, q̃ hoc sup

Quæst. cit.

Quæst.650 Cur mulier dixit serpẽs de cepit me, & come di.

ponebat notũ, & q̃ nõ negabat illud vir, aut femina, & ita nõ erat dubitatio de facto, sed de causa faciẽdi, & sic petebatur cur fecisset, & hoc potest apparere in omnibus, nam de Adam Deus dixit, quis dixit tibi, q̃ nudus esses, nisi q̃ de ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, comedisti? in quo nõ periuit Deus an Adam comedisset, sed asseruit. Sic etiam fuit de serpente, de quo asseruit Deus, q̃ illud fecisset dicens, Quia hoc fecisti maledictus eris &c. Sic ergo de mu liere potuit Deus præsupponere quasi notũ, & quòd non negatur, quod dedisset viro, sed causa faciendi poterat negari, & hanc petiuit. Secundo potest dici, quòd fuit aliter, scilicet, quòd quæsiuit quare fecisti, pro, an fecisti, & est modus prudens excutiendi veri tatem quantum ad eos, qui possunt aliquid non sci re, & cautè procedunt, nam a quibusdam si petatur an fecerint dicent, quòd non, quia ex modo quæren di putant hoc nesciri à petentibus. Vt igitur quæsitus putet rem sciri apud quærentem, qui cautè petit non dicit an fecisti? sed quare fecisti? vel vbi, vel quando, vt præsupponat factum. Ita nunc quæsiuit Deus ab Eua, Cur fecisti? id est an fecisti? Si autem Eua non fecisset, poterat dicere, non feci, sed quia fecerat, non ausa est negare, & dixit cur fecerat.

Quare mulier respondendo, dixit: Serpens decepit me, & comedi, & in quo mulier dicebat se dece ptam a serpente. Dicendum, quòd mulier in mul tis decepta est: decipitur enim quis cum aliter de re putatur, sed agente serpente mulier in multis credi dit aliter quam res se haberet, ideo decepit eam ser pens. Primum fuit, quia serpens dixit, q̃ comeden do de ligno non morerentur, nunc verò mulier cre debat se morituram, & verum erat, ideo ibi decep ta erat, quamuis mulier putaret se statim morituram: Deus autem non erat hoc facturus, sed dila tionem mortis daret. Secundum fuit, quòd dixerat serpens, quòd aperirentur oculi eorum, essentque sicut dij scientes bonum & malum, & tamen non factum fuit, quia non cognouerunt plura postea, quam prius, neque facti sunt sicut dij. Tertium potest esse, quia serpens dixit, quòd Deus præce perat eis non manducare, non quasi morituri es sent, sed vt non efficerentur dij, & tamen hoc non erat verum, quia non erant futuri dij comedendo, neque ideo Deus vetuerat mãducare, vt non efficerentur sicut dij, & quia mulier crediderat hoc, quòd Deus hac intentione dixerat, vt non efficerentur ho mines dij, nunc fallsum esse videbat, cùm post cibum illum non essent effecti dij, vel quasi dij, ideo deceptã se in omnibus his sciebat.

Quæst.651 Cur mulier dixit se decep tam.

Quæretur, dato quòd mulier decepta esset, quare dixit se deceptam. Dicendum, quòd fuit. Primo, quia erat sic verum, quòd decepta fuisset. Secundo, & prin cipaliter dixit hoc in excusationem suam: nã hoc vi debatur alleuiare culpam, ideo illud dixit, quia diffe rebat, quòd mulier putaret se agere malum, vel pro sequi bonum: si enim verum fuisset, quod diabolus dixerat, esset magnum bonũ, quod assequeretur mu lier manducando de ligno, ideo non erat mirũ, quòd manducaret, secus si nihil tale dictum fuisset mulieri, sed spontè sua manducaret de ligno. Tertio fecit ad transferendum culpam: nam inquantũ diceret, quòd serpens deceperat eam, trãsferebat peccati causam in serpentem, & à se minuebat, vel alleuiabat. Quarto, quia secuta est Adam in excusatione: nam ille quæsi tus de peccato transtulit illud in fœminam dicens: mu lier dedit mihi, & comedi, & Deus tunc tacuit, quasi acciperet excusationem eius: ideo ipsa similiter se ex cusauit transferens culpam in serpentem, putans per hoc alleuiandum peccatũ, aut totaliter trãsferẽdum.

Quin-

Quinto fuit, quia Eua voluit se excusare, & non videbatur sibi aliam excusationem habere, nisi quia serpens ipsam seduxerat, ideo istam protulit. Cur autem fœmina voluerit se excusare, fuerunt duæ causæ: prima fuit vt se alleuiaret à pœna: timebat enim inferendam mortem, cùm Deus dixisset, quacunque hora comederis, morte morieris, & vt non inferret hęc tam grauis pœna, alleuiare curauit peccatum suũ excusando. Secunda fuit, vt se exoneraret à verecũdia: erubescebat enim fœmina, quòd contra Dei præceptum egisset, & vt non sustineret tam grauem confusionem, voluit eam alleuiare trãsferendo causam peccati in alterum.

Causa excusatiõis.

Quæretur, quomodo mulier istud respondit, quia non erat ad propositum: nam Deus quæsiuit, quare dederat viro de fructu ligni vetiti, ipsa verò dicit, serpens decepit me, & comedi, & ita non respondit quare dedit viro, de quo quærebatur, sed quare comedit, de quo non quærebatur. Dicendum, ꝙ mulier quantum apparet ex verbis suis, non respondebat principaliter ad id, de quo petebatur, sed ad aliud, & hoc, tam ipsa, quàm Adam habuerunt. Nam Deus vocabat Adam dicens, Adam vbi es? ille autem si responderet ad quæsitum, diceret, hic sum, vel hic eram & nihil plus, quia non plus petebatur ab eo, & tamen respondit rem prorsus diuersam inquantum dixit; timui, quòd nudus essem, & abscondi me. Sed quare ista fecerit mulier non respondendo ad id, de quo petebatur, potuit esse vna causa ex ignorantia: imperiti enim quando interrogantur de aliquo pertinente ad aliquod negocium, respondent totum quod nouerunt de negocio, eo quòd nesciunt distinguere id, quod est vnius partis ab eo, quod est alterius, quia habent notitiam confusam, & non distinctam. Ita Eua quæsita cur dedisset viro de fructu, non solum de illo, sed & de toto, quod ad eam pertinebat respondit.

Quæst. 652 Vt, ꝙ Eua nõ rnderit ad interrogata.

Prima responsio.

Secũda responsio,

Secundo, & principaliter potest dici, quod fuit hoc, quia animus mulieris erat ad excusationem, ideo nõ potuit respondere ad quæstionem, nisi ad id quod videbatur eam excusare, aut illud principaliter ponere: si autem responderet directè, & solum de quo peteretur, non poneret aliqua verba excusationis. Nam cum quæsitum esset cur mulier dedisset viro, vel an dedisset, debebat illa dicere dedi, & hoc vt ambo participaremus de eodem bono, quod ego sperabã, scilicet, quòd efficeremur sicut dij scientes bonum, & malum, sed hoc continebat accusationem suam, & non excusationem. Et ob hoc cum Eua vellet dicere id, quod pertinebat ad excusationem suam, etiã si non peteretur de illo dixit, serpens decepit me, & comedi, quia tota excusatio sua, si quã habebat, erat quia serpens deceperat eam, ideo hoc præmisit, & ita fuit de Adam. Nam cum Deus quæreret ab eo dicẽs, Quis indicauit tibi, quòd nudus esses, nisi, quia de ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, comedisti? Debebat Adã respondere, verum est ꝙ comedi, & tamen non ita dixit, sed posuit, quòd ad excusationem pertinebat, scilicet mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi, & comedi. Tertio potest dici, quòd mulier respondit non solum ad verba Dei, sed etiam ad intentionem eius, vt ipsi videbatur: non enim putabat mulier, quòd Deus vellet solum scire, quare viro dederat, siue an dederat de fructu, sed totam rem gestam, ideo ad hoc respondit incipiens a primo, scilicet, quod serpens seduxerat eam, & ita comedit, atque dedit viro suo. Simile est de Adam, quando Deus quæsiuit ab eo, Adam vbi es? ille putauit non solum hoc quæri, quia istud manifestabatur inquantum exijt de latibulo ad conspectum Dei, sed peti causam, quare ibi fuisset, & dixit timui eo, quòd nudus essem, & abscondi me. Sed præcedens causa est adhuc conuenientior.

Tertia responsio.

Sed adhuc dicetur, quòd in responsione mulieris erat alius defectus, quia non solum ipsa respondit ad id, de quo non petebatur, cuius causa reddita est præcedenti quæs. sed etiam tacuit id, de quo quærebatur scilicet, cur hoc fecisti, id est quare dedisti viro, vel an dedisti. Dici potest vno modo, quòd fœmina ad hoc respondit, sed scriptura non expressit illud, & causa est, quia tenet breuiloquium, & quoniam dictũ erat per Adam, ꝙ fœmina ei dederat de ligno, ponitur in responsione mulieris non totum, quod illa respondit, sed id, quod non fuerat dictum supra, vt ex omnibus simul vna colligeretur integra narratio. Sic in multis aliis solet facere scriptura. Secundo potest dici, quod scriptura posuit totum quod mulier Deo quærenti respondit, sed cum quæreretur de hoc cur dedisset, non plus respondit, quàm serpens decepit me, & comedi, ideo non plus scribi potuit. Sed quare illa non vellet respondere ad totum, quod quærebatur, poterat esse causa prima, quia putabat istud sufficere, nam cum peteretur, quare hoc fecisti? præsupponebatur, ꝙ mulier dederat viro de fructu, & petebatur causa quare dedisset. Vnum illorum voluit concedere tacendo, scilicet, quòd dedisset viro, quia non poterat hoc negare, cum verum esset, & vir illud dixisset, & putaret illa notum esse Deo, de causa non respondit, quia putauit ex alia confessione eius colligi causam, ipsa enim dixit, serpens decepit me, & comedi. Ex eo autem, quod dicebat se comedisse, apparebat quare dedisset viro, scilicet ad eum finem viro daret, ad quem ipsa comedebat, diligebat quoque virum, & bona sua ei participare volebat, sed per cibum illum putabat ipsa se consecuturam quoddam bonum, ideo vt viri idem bonum consequeretur, dedit ei. Secunda causa potuit esse ex uerecundia, scilicet, quòd licet peteretur de causa, ipsa non responderet ad illud, sed ad aliquid alterum, & hoc, quia erubuit causam confiteri, quia confusibilius hoc videbatur, quàm reliquum quod dixerat, nã causa fuit comedendi, vt mulier efficeretur, sicut Deus sciens bonum, & malum, sed hoc valde erubuit mulier dicere in conspectu Dei, & erat vsurpare maiestatem Dei: non erat autem tam confusibile confiteri, quòd comedisset, ideo cõfessa est quòd comedit, sed causam tacuit. Secundo quantum ad hoc, quia potuit tacere, eo quòd non videbatur tam necessarium sibi esse confiteri: id enim quod mulier negare non poterat, neque dissimulare, confessa est, scilicet, quòd comederat, sed quare hoc fecerit, poterat occultari, quia istud fuerat in mente, & non in re foris, & sic hoc tacuit. Tertio, quantum ad hoc, quia mulier tendebat in omnibus ad excusationem facti sui, ideo mulier dixit, decepit me serpens, & tamen si diceret, quare dederat viro, & quare ipsa comederat, potius se accusabat, quia motiuum faciendi fuerat fieri similem Deo, quod erat corã Deo absurdum dicere, ideo vt haberet aliqualiter locum excusatio, tacuit quare dedisset. Quarto quantum ad hoc fuit propter timorem: mulier timebat mortem sibi inferri propter hoc, quod fecerat, & inferretur nisi Deus propitius eis fieret peccantibus, vel acceptaret excusationes eorum, & tamen si exprimeret mulier, quòd voluisset effici sicut Deus, veri simile erat, quòd valde indignaretur Deus, cum in hoc homo vellet vsurpare eius dignitatem, ideo vt non indignaretur Deus, tacuit mulier. Dicendum autem verisimilius esse, quòd mulier tacuerit id, de quo quęrebatur, & quòd non dixerit nisi serpens decepit me, quàm quod asseramus ipsam ad totum respondisse, &

Quæst. 653 Videtur, ꝙ Eua tacuerit id, ꝙ rebatur.

Prima responsio.

Secunda causa.

Prima rõ.

Secũda responsio.

Tertia rõ.

Quarta responsio.

& sacram scripturam illud tacuisse, quod vero non responderit ad illud, essent causæ, quæ allegatæ sunt. Aut potest dici, quòd mulier expressit causam, quia ex alio quod confitebatur apparebat, nam ipsa dixit serpens decepit me, deceptio autem fuit, quòd credidit vera esse, quæ serpens dixerat, & tamen falsa erant, serpens autem dixerat, quòd non morerentur, & quod essent sicut dij, Eua autem signat, quòd crediderit hoc, nam si non crederet non esset decepta, & tamen se deceptam confessa est, ergo asserit se credidisse dicta per serpentem. Sed quid serpens dixerit mulieri iam certum est, sed illa erant talia quę si mulier crederet, vellet illa assequi, & faceret quicquid posset, vt illa assequeretur, ideo confitetur se fecisse propter illa, tacitè ergo confitetur causam qua re manducauit. Et tunc dicemus, quòd mulier respondet plene ad omnia, non solum ad quæsita, sed & ad non quęsita, nam Deus quæsiuit, quare dederat viro, ipsa verò respondet, quòd comedit ipsa, & quare comedit, scilicet quia serpens decepit eam, & propter illa quę dixit ei serpẽs comedit, & propter eadem dedit viro suo, quia volebat, quòd vir suus participaret eisdem bonis, quibus ipsa, vel quia iuxta verba serpentis putauit mulier, quòd ipsa comedente, si vir non comederet, non assequeretur, quòd efficeretur ipsa sicut Deus, cum dixerit serpens: Nequaquam moriemini: scit enim Deus, quòd in quacunque die comederitis, aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij scientes bonum, & malum, vt ergo consequeretur istud ipsa, quod putabat non posse consequi, nisi ambo manducarent, etiam si ipsa, non procuraret bonum viri sui, propter seipsam inducebat virum ad comedendum.

Quæst. 654 Cum excusationes ac ꝙ fecerunt, quia putauerunt esse eas legitimas. Dicendum ꝙ non stat, quia manifestũ erat non sufficere alias, quam harum, cum enim Adã dixit: mulier dedit mihi, & comedi: non erat sufficiens, quia Deus vetuerat manducare: ideo etiam si mulier daret, & rogaret, ꝙ vir manducaret, non debebat ille facere, sed potius non manducare, quia Deus vetuerat, & hoc patet ex redargutione Dei: nam sic Deus eum increpat dicẽs, quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, & ita significat, quod fecit malum audiendo potius vxorem, quã Deum. De excusatione vxoris notum erat cuilibet esse illegitimam. Primo inquantum dixit, quòd serpens eam seduxit, nam in hoc eam seduxit serpens, quia voluit ei credere potius quam Deo, si enim Deo credere firmiter voluisset, nõ attenderet ad verba serpentis, & ita non deciperetur, quòd autem voluerit ei potius credere quam Deo, malum erat, & non recipiebat excusationem, & quòd serpens eam decepit, non erat inconueniens, cum contra Deum serpenti crederet voluisset. Secundo, quia dato, quòd serpens non decepisset mulierem in eis, quæ dixit, non esset mulier excusabilis: deceptio enim fuit, quia serpens falsa dixit, & tamen etiam si vera essent, quæ dixit serpens, peccaret mulier faciendo contra præceptum Dei, vt si verum esset, quòd mulier comedendo de ligno illo non moreretur, & efficeretur sicut Deus: tunc enim non deciperetur, & tamen si hoc haberet, faceret contra præceptũ Dei & non esset excusabilis, quia non debebat aliquid præponderare præcepto Dei, quantumcunque esset concupiscibile, aut honorabile. Dicendum igitur, quòd non erant conuenientes excusationes, quas proposuit mulier, & Adam, tamen proposuerunt illas, quia excusatio erat, vel ad transferendum, & tollendum culpam, vel ad alleuiandum eam, si excusatio esset legitima tolleret culpam in totum, & non fuerunt tales excusationes Adæ & Euæ si non esset legitima, aut sufficiens, sed colorata aliqualiter alleuiaret culpam, licet non tolleret, & hoc sufficiebat eis. Talis fuit excusatio primorum parentum, & hoc ipsi saltem voluerunt, ꝙ extenuaretur culpa ipsorum, & ita minueretur pœna, aut alleuiaretur verecundia, quam sustinerent, si simpliciter peccatum confiterentur, non allegando excusationem aliquam. Et certum est, quòd excusationes eorum alleuiabant aliqualiter culpam, quia culpabilior esset Adam, si diceret, quòd comedit de ligno nulla allegata causa, quàm cum dixit, ꝙ mulier dederat ei: nam preces mulieris poterant aliqualiter ipsum flectere, essetque manducatio minus libera, & quanto aliquid est minus liberum, tanto minus habet de ratione peccati, si malum est. Item de Eua si ipsa diceret, quòd comedit nulla allegata causa, videretur fecisse in contemptum Dei iubentis nõ comedere: esset que peccatum integrum, id est non habens aliquid quod ipsum minueret, vel alleuiaret: Nunc verò, cum dixit se deceptam, alleuiauit culpã, quia ea, quæ mulier credidit sibi futura serpente decipiente eam, erant talia, quæ si vera essent, poterãt mulierem mouere ad agendum contra præceptum Dei, & non in contemptum, sed ob desiderium magni boni, & talia bona proposita quasi mẽtem compellunt, vel minuunt rationem voluntarij, sicut sine proposito non potest voluntas contraire, neque suspendere actũ si est vltimus finis, vt sic cognitus: ideo id, quod eligitur minus voluntariè eligitur, & sic aliqualiter minuitur ratio peccati, & aliquid ergo profuit tales allegare excusationes, quia saltem verecundiam minuebant.

Quæst. 655 Cum Eua dicat se deceptã, an Adã quoque deceptus fuit.

Quæretur, cum fœmina dicat se esse deceptam, an Adam quoque deceptus fuit. Dicendum, quòd sola Eua fuit decepta: Adam autem nõ fuit deceptus. Primo, quia scriptura sacra ponit responsum Euæ & Adam: Eua autem dicit se esse deceptam, & non Adam, si tamen fuisset Adam deceptus fateretur se deceptum, & hoc in excusationem allegaret, sed non allegauit, ideo non fuit deceptus.

Secundo patet, & efficacius, quia expressè dixit illud Apostolus, 1. Timoth. 2. cap. Adam enim primo formatus est, deinde Eua, & Adam non est seductus, mulier autem seducta in præuaricatione fuit.

Et hoc amplius manifestatur, seductio est aliud pro alio credere, aut putare, sed vir non credidit aliquid, quod aliter esset, ideo non est seductus: Eua enim seducta est, quia serpens dixit ei, quòd si comederet efficerentur sicut dij scientes bonum & malum: mulier credidit, quòd posset effici sicut Deus, ideo comedit: nam nihil aliud præcesserat, quod eam moueret ad comedendum: vir autem non credidit hoc, ideo non est seductus.

Prima causa.

Quod autem non crediderit Adam patet. Primo, quia si crederet hoc, moueret eum ad comedendum, sed non monit: immo preces mulieris, ergo non credidit.

Secunda causa.

Secundo, quia si vir seductus fuisset credendo, allegasset hoc in excusationem peccati sui, sicut mulier: & tamen non allegauit, sed solum dixit, quòd fœmina dederat ei, & comederat: ergo solum motus est ad preces mulieris, & non quasi crederet cibum illum ad aliquid profuturum.

Tertia causa.

Tertio patet ex redargutione Dei: nam dixit, quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes, &c. & sic posuit Deus causam peccati Adæ: & hanc dicit esse, quòd audierit vocem vxoris suæ. Si autem motus

fuisset

fuisset Adam quasi deceptus ex verbis serpentis, & F
cupiens effici vt Deus, non comederet, vt obediret
vxori, sed vt efficeretur sicut Deus, quia illud esset fi-
nis, aut saltem præcipuus finis, & tamen Deus dixit,
quod audiuit vocem vxoris suæ, ergo non mouit eũ
aliquid aliud vt finis, nisi placere vxori, non ergo fuit
deceptus, quia illud esset tunc præcipuum, & illud po
neret Deus vt causam peccati.

Quarta cõ. Quarto, quia intellectus viri, qui maior erat intelle-
ctu mulieris, non poterat decipi circa talia, quę erant
tam irrationalia, & hoc fuit fundamentum verbo-
rum Apostoli ad Tim. 1. cap. 2. Mulieri autem doce-
re non permitto, neque dominari in virum, sed esse
in silentio, subdit ibi causam: Adam enim primus
formatus est, deinde Eua, & Adam non est seductus, G
mulier autem seducta in præuaricatione fuit.

Quantum ad id, quod dixit, q̃ non permittebat do
minari mulieri in virum, reddidit rationem, quia Adã
formatus est prius, deinde Eua, & ita ille ordo impor-
tat quandam differentiam dignitatis, sed ad digniо-
rem pertinet dominari, ideo fœmina non debet do-
minari viro.

Et non solum fœmina formata fuit post virum, sed
etiam formata fuit ex viro, ita vt sit vir principium
eius, & hoc ostendit maiorem excellentiam viri ad
fœminam, & hanc inducit principaliter Apo. 1. ad Co
rinth. 11. cap. dicens: Mulier est gloria viri, non enim
est vir ex muliere, sed mulier ex viro.

Aliam adhuc tangit ibi rationem, scilicet, quia fi- H
nis est principalior eis, quæ ad finem, sed fœmina est
ad virum, vt ad finem, ideo est vir dignior, & ita non
deber illa dominari, dicit enim ibi etenim nõ est crea
tus vir propter mulierem, sed mulier propter virum,
per istas rationes concludit ibi, quòd sit dignior uir.

Alia pars dicti est, quòd non debeat fœmina doce-
re, hanc probat inquantum dicit, quod vir non fuit
seductus, sed mulier, ac si dicat, docere est sapientis,
Cap. 1. & maxime sapientis, vt dicit Aristot. libr. primo Me-
ta. Est autem sapiens qui maiori pollet intellectu, qui
autem decipitur minoris intellectus est, cum non suf-
ficiat distinguere falsum a vero, sed poneret vnũ pro
alio, fœmina autem decepta est, & vir non fuit dece-
ptus, ergo erat vir maioris intellectus, quam fœmi- I
na, talis vt deceptus non sit, neque in re illa decipi
potuerit. Nam alias non procederet probatio Apo-
stoli, nam si Adam non esset deceptus, ytpotè, quia
non fuissent ei proposita, quæ fuerunt proposita fœ-
minę, posset tamen decipi, si proponerentur, non se-
queretur, quòd fœmina non posset docere, sed vir,
debet igitur præsupponi, quod proposita fuerunt ista
viro non per serpentem, sed per mulierem, & non
deceptus est, neque decipi potuit, & sic excedebat in-
tellectus eius intellectum fœminæ, ipse ergo docere
debuit, & non fœmina.

Quæst 656. An Adã sit deceptus. Sed adhuc obijcietur, quòd uir deceptus est, quia
licet non sit deceptus in eo, in quo fœmina, fuit de-
ceptus in alio, & dicunt quidam quòd fœmina dece-
pit eum, dando de ligno uetito, & dicendo esse aliud K
lignum. Etiam dicunt, quòd deceptus est, quia pu-
tauit, quòd comedentes de ligno uetito non more-
rentur. Similiter deceptum dicunt inquantum puta-
uit ueniale esse quod erat mortale. Sed dicendum,
Quod non sit decep-tus a fœ-mina. quòd uir non fuit deceptus in primo: non enim fœ-
mina dedit uiro de ligno uetito, dicendo se dare de
Prima rõ. alio: primo, quia hoc facere non posset, agnoscebat
enim uir lignum illud, & fructum eius, cum Deus
ostendisset ei lignum, dicens. Ex omni ligno quod est
in Paradiso comede, de ligno autem scientiæ boni,
& mali ne comedas, & ita quãdo fœmina offerret fru
ctũ uiro agnosceret illud, & non posset in hoc decipi,

Secunda rõ. Secundo, quia licet hoc fieri posset, tamen fœ-
mina non uellet illud facere, quia eodem modo se
haberet fœmina ad uirum, quo diabolus ad fœmi-
nam: non enim diabolus decepit fœminam, nisi
quia oderat eam, & perdere cupiebat: ergo si fœmi-
na uellet decipere Adam, uellet ei nocere, sed falsum
est, quia fœmina non oderat uirum, sed diligebat,
ideo & si posset, nollet nocere decipiendo.

Tertia rõ. Tertio, quia mulier fortè uellet decipere uirum,
dicendo non esse illud lignum uetitum, si putaret
malum esse comedere de illo, nam tunc ad suaden-
dum taceret ueritatem, aut exprimeret falsitatem, &
tamen ipsa non putabat esse malum comedere de li-
gno uetito, sed ualde bonum: nam si putaret malum
esse non comederet ipsa, sed comedit: ergo bonum
putabat, & tanquam bonum uiro offerebat, sed debo
no, & optimo non erubescimus, immo de turpi, ideo
non erubesceret dicere de quo ligno erat ille fructus,
dixit ergo, & ita non decepit uirum.

Quarta rõ. Quarto, quia si uir deceptus fuisset oblato sibi fru-
ctu, quasi esset alterius ligni, & ideo comederet, nullo
modo peccaret, quia erat ignorantia illa inuincibilis,
sicut si alicui proponatur in quadragesima cibus de
carne comedendus, & uidetur esse omnino piscis,
neque est aliqua suspicio de eo, & tamen Adam pec-
cauit comedendo, ergo non fuit in hoc deceptus.

Quinta rõ. Quinto, quia si Adam fuisset sic seductus, & come-
deret, quando peteretur ab eo de facto, responderet,
fœmina decepit me, quia ista erat excusatio legiti-
ma, cum non posset ipse euitare illam seductionem,
& tamen non allegauit, sed aliam leuiorem excusa-
tionem, ergo non fuit in hoc seductus.

Sexta rõ. Sexto patet, quia uir in uerbis excusationis suę con
fitetur se agnouisse lignum, cum dicit. Mulier, quam
dedisti mihi sociam dedit mihi de ligno, & comedi.
Inquantum dicit dedit mihi de ligno, significat deter
minatè lignum illud quasi nosset illud: si enim non
nouisset, non diceret sic, immo diceret mulier de-
dit mihi nescio de quo ligno, & comedi.

Septima rõ. Septimo patet ex uerbis redargutionis Dei, nam
dicit, quia audisti uocem uxoris tuę, & comedisti de
ligno, de quo præceperam tibi, ne comederes &c.
& ita significat Deus, quòd peccatum Adæ fuit in-
quantum uoluit precibus vxoris assentire potius quã
mandato Dei, & tamen si Adam non cognosceret
tunc lignum illud, non esset opus, quòd vxor roga-
ret, vt comederet, quia non erat aliquid magnum,
quod precibus impetrandum foret, neque etiam
Adam videretur agere contra præceptum Dei pro-
pter vxorem, immo non ageret, quia nesciret an age-
ret, sed Deus significat, quòd propter uerba vxoris
egit contra mandatum Dei, ergo non deceptus fuit
nesciendo illud esse lignum uetitum.

Quæst 656. An Adam deceptus fit credendo, quod non morerentur comedendo. Secundum in quo aliqui dicebant, quòd Adam
deceptus fuit, quòd putauit, quòd non morerentur
comedentes de ligno, & probant, quia cum agnosce-
ret lignum si crederet morituros eos, qui de eo man-
ducarent, nollet manducare, & tamen manducauit,
sed in hoc erat decipi, quia istud fuit vnum de eis, que
diabolus dixit, scilicet, nequaquam moriemini, ergo
seductus est. Dicendum quòd neque in hoc seductus
est, nam non putauit aliter esse quam esset, ita vt cre-
deret aliquid eorum, quę diabolus dixerat, & patet,
quia sicut ad comedendum de ligno mouebat desi-
derium participãdæ diuinitatis in scientia, cum illa fu
tura credita essẽt, ita & moueret si manducantes non
essent morituri, & putaretur, quòd ex aliqua inuidia
Deus uetuerat lignum illud, & tamen credendo pri-
mum erat seductio, quia aliter se habebat res, quam
esset credita, esset ergo seductio credẽdo secundum,
cùm

cùm similiter ibi aliter putaretur, q̃ res esset, & ita A-A
dam credens istud deciperetur, sed Apo. dicit, q̃ Adã
non est seductus, ergo non credidit aliquid falsum. Se
cundo quia Apostolus facit istam dr̃iam. 1. ad Tim. 2.
c. de Adam & Eua, quod Adam non est seductus, &
Eua fuit seducta, ideo oportet referri ad vnum & idẽ,
quia alias comparatio non esset in vniuoco: mulier au
tem dr̃ seducta, quia credidit verbis serpentis, quæ oĩa
falsa erant, ergo & Adam seductus diceretur si aliqui-
bus verbis serpentis crederet, sed dicit Apo. non fuisse
seductum, ergo nullis verbis eius credidit, sed serpens
Aliter dicit. dixit, q̃ comedentes non morerentur, igitur non cre-
didit illud Adam. Solent tñ dicere multi Doctores
Adam seductum, & motiuum suum est, quia come-
dit, & tñ non comederet faciendo malum, si non de-
ciperetur, & quia Apo. dicit Adam non fuisse seductũ: B
dicunt, q̃ intelligitur, idest non fuit prius seductus, sed
postea. Sic tenet Magist. lib. 2. sent. dist. 22. & Aug. lib.
11. super Gen. ad literam dicit: Apostolus inquit Adã
non est seductus, quod vtiq; ità accipi põt, q̃ intelliga-
tur non esse seductus prior. Sed dicẽdum, q̃ ista rñsio
non est conueniens primo, quia non concordat inten
tioni Apostoli, sed potius repugnat: nam Apost. dixit
Adam non esse seductum, fuisse autem Euam sedu-
ctam, vt probaret, quod dixerat, mulieri non licere do
cere quasi illa sit minoris ingenij, quæ decipi potuit, &
Resp. decepta est, q̃ vir qui propositis eisdem verbis non est
deceptus, neque potuerunt credi illa ab eo, obsistente
magnitudine luminis intellectus sui, quod prohibe C
bat credi, quod falsum aperte conducebat: & tñ doce-
re pertinet ad magis scientem, & non ad minus intelli
gentem, si tamen fœmina decepta esset prius, postea
Antecedẽs nõ. autem vir, non ostendebatur esse minus ingeniũ mu-
lieris q̃ vir: sed ex hoc videbatur æqualitas, cum in eo-
dem pariter ambo errarent, ergo non bene conclude-
ret Apostolus non licere fœminæ docere, viro autem
licere: & tñ concluſit ex illo, ergo signat virum nullo
modo deceptum, vt sic ostendatur maioritas intelle-
ctus eius, & sic ad ipsum docere pertineat. Secundo
quia neque verbis eius concordat, & videtur satis ex-
torta rẽsponsio cum Apostolus dicat, Adã non est de-
ceptus: mulier autem seducta in præuaricatione fuit:
simpliciter enim negat seductionem in viro, & sm or
dinem temporis: nam si illum ordinem intẽderet po- D
nere Apostolus, & faceret ad intentionem suam, ex-
primeret prius, & posterius, sicut circa aliud fecerat an
Ordo. te illud, scilicet Adam enim prius formatus est, dein-
de Eua, & tamen cum de seductione dixit non posuit
prius, & posterius, sed simpliciter asseruit fœminã se-
ductam, non autem virum, ergo ita fuit. Tertio quia
nec; illa expositio Augustini est quam ipse tenet, sed
statum transit ad illam, ut patet lib. 11. super Genes. &
Magister refert eam lib. 2. distin. 22. quam nos postea
tangemus. Dicendum igitur, q̃ Adam non est sedu-
ctus in hoc, q̃ crederet non morituros comedentes
de ligno vetito, quia tunc crederet aliquibus verbis ser
pentis: & tamen non credidit, cum etiam Augustinus E
testetur hoc dicens: Non tamen arbitror eum, si iam
spirituali mente præditus erat, vllo modo credidisse,
quod diabolus suggerebat: credidit igitur Adam fal-
sum esse quod diabolus dixerat, scilicet eritis, sicut dij
scientes bonum, & malum, quia non putabat possibi-
le esse homini ad illum gradum venire: etiam dato, q̃
reputaret possibile esse per aliquam vim peruenire ho
minem ad illum gradum, saltem non erat possibile
per aliquam manducationem, quia nullum materia-
le habet vim super intellectum, cum non sit mate-
rialis, & ideo non sit passiuus, neque susceptiuus ab a-
gente materiali. Etiam non credidit, quòd manducã-
tes non morerentur, cum Deus contrarium dixisset,

Alph. Tost. super Gen.

sed q̃ morituri essent, quomodo ergo ausus est man-
ducare, dicetur statim.

Qõ. 658. An Adam sit deceptus putans neniale esse, quod erat mortale. Sed adhuc alij dicunt, q̃ seductus fuit Adam, qa ve-
niale esse, quod erat mortale, putauit: sic tradit Magi-
ster sub dubio, lib. 2. dist. 22. s. Ad quod dicimus, quod
Adam non fuit seductus eo modo, quo mulier: non
enim putauit eẽ verum, quod diabolus suggerebat in
eo, tamẽ fuisse seductum credi potest, q̃ commissum
veniale putauit, quod peremptorium erat. Circa hoc
sciendum, q̃ Adam in aliquo deceptus est largè acci-
piendo decipi, prout est putare, aut diffinire aliquid es-
se aliter quàm sit: nam Adam peccauit teste sacra scri
ptura, sed nullus potest peccare, nisi ignoret, vt dicit
Aristot. lib. 3. Ethic. Omnis malus est ignorans: ergo Cap. 3.
Adam ignorauit aliquid, & ita seductus est. Secundo
patet, quia quando Adam peccauit, cum elegit man-
ducare de ligno vetito, tunc petitur, aut Adam puta-
bat bonum esse manducare, aut putabat esse malum;
si putabat esse bonum, decipiebatur, quia erat vere
malum: nam si bonum esset, non peccaret faciendo
illud, sed putare esse bonum, quod malum erat, decipi
erat: si autem credebat esse malum, daretur quòd eli-
geret aliquid tanquàm malum, quod est impossibile,
quia voluntas non potest ferri, nisi in bonum, cum
obiectum voluntatis, & oĩs appetitus sit bonum, iuxta
illud primo Ethic. Bonum est quod omnia appetunt,
necesse est ergo, q̃ bonum putauerit, & ita deciperе-
tur, iuxta propositionem Aristotelis: Omnis malus est Cap. 1.
ignorans. Etiã manebit eadem ratio si resoluatur hoc
in suum finẽ, vt dicatur, Adam comedit, non quia per
se bonum eẽt illud manducare, sed quia non poterat
aliter placere vxori, & non faciendo displiceret, & ita
putauit bonum esse placere, tunc vxori, sed certum
est quòd malum erat: nam de hoc eum arguit Deus,
dicens, quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de
ligno, de quo præceperam tibi ne comederes, ideo pu-
tando bonum esse tunc placere vxori, deceptus est.
Certum est tamen, q̃ putauit bonum esse illi placere,
quia aliàs non faceret expresse cõtra præceptum Dei,
propter placere vxori. Sed dicẽdum, q̃ sic decipi non Determi-
natio quæ fiat.
vocat Apostolus decipi. Primo, quia Apostolus ponit
decipi pro defectu quodam, vt est conditio parui intel
lectus, qui non valens distinguere inter verum, & fal-
sum proposita aliqua re accipit pro vero id, quod est
falsum, vel è contrario. Et patet hoc, quia ad ostẽden-
dum paruitatẽ intellectus mulieris, & iõ q̃ ad eam nõ
pertineret docere, dixit q̃ seducta est, & non vir, & ta-
mẽ decipi in peccando, prout decipi, vel ignorare pec-
dit peccatum non est parui ingenij, sed etiam maximi
intellectus præter diuinum: cum inter oẽs creaturas
intellectuales tam bonas quàm malas sit maxima Lu-
cifer, idest altioris naturæ intellectualis, vt tenet Gre-
gorius, & Magister lib. 2. senten. distinct. 6. Ille tamen
deceptus est, quia peccauit; immo ille est, qui primo
deceptus est, quia primo peccauit, & non potest ali-
quis peccare, nisi efficiatur ignorans, vt dicitur lib. 3.
Ethic. Ergo maximus omnium intellectuum sic deci-
pitur, & tamen Apostolus per decipi probat paruitatẽ
intellectus, ad quem docere non pertineat: ergo non
accipit decipi, prout est effici ignorantem ad peccan-
dum. Secundo, quia quando quis decipitur ad peccan
dum, non est intellectus liber, eo quòd aliquid est in
appetitu, quod turbat iudicium intellectus, sicut di-
cit Cato de ira, quòd impedit animum, ne possit cer-
nere verum, & hoc est, quia propter motum fortem,
quem facit ad vindictam, turbat intellectum, faciẽdo
iudicare bonum eẽ prosequi vindictam, similiter in-
surgẽte concupiscentia venereorum, propter fortem
motum eius, quo mouet ad fruitionem, vel propter
non sustinere pœnam duram, in non obediendo ei,

turbat intellectum,ad iudicandum bonum esse venerea prosequi. Sicut apparet in incontinentibus, quos
Cap.8. pœnitiuos, & ab opinione egressiuos vocat Arist.lib. 7.Ethic. ideo non est similiter iudicare decipi aliquē in peccando, & in non peccando, quia quando decipitur ad peccandum,aliquid est, quod turbat intellectum:ita vt non agat secundum totas vires suas : cum verò decipitur in eo, in quo non mouet aliquid ad agendū,sed est operatio solius intellectus, ibi est propriè decipi, quia illud prouenit non ex turbatione intellectus, sed ex impotentia eius non valentis distinguere inter verum,& falsum. Tertio quia qui in peccando decipitur potest falli, vel cogitando aliquid bonum,ad quod concupiscentia, vel alia passio mouet, vel quia non aduertit ad singula, quæ cogitari debent, G
quod si faceret,non eligeret malum neq; peccaret,sicut est in peccato omissionis, & aliqñ in commissione,qñ non aduertimus quædam,quæ ostenderent nobis malum esse,quod eligimus, si illa aduerteremus. Hoc tamen non monstrat paruitatem ingenij, de qua Apostolus agit,cum ponit Euam seductam,ergo seduci in peccando solum non vocatur seduci secundum eum,sed est sensus Apostoli, quòd intellectus mulieris erat tam paruus, vt illa proposita crederet, etiam si non eligeret,aut non proponerētur ad hoc, quòd comederet de ligno vetito.

Cum concesserimus, quòd Adam in aliquo seduQō.659. In quo seductus est Adam. ctus est ad hoc ꝙ peccaret,& illud non est aliquid, de quo Apostolus loquatur,cum dicat eum non seductū, H
est dubium in quo seductus est Adam. Et dicunt aliq, ꝙ mulier decepit Adam,& fuit deceptio cum dixerit, ꝙ non erat illud lignum vetitum, sed aliud : & hoc,pbant auctoritate Iosephi.lib.primo Antiquitatum, scilicet Adam vero peccati veniam postulabat, rogabatque Deum,ne eum nimis affligeret,& de facto coniugem accusabat dicens, se ab ea seductum deliquisse : quæ rursus de serpente, qui eam seduxerat, querebatur. Dicendum quod non fuit deceptus Adam in illo,quia ostendimus supra quæst. 656. Adam sciuisse, quòd illud erat lignum vetitum, cuius fructum ei mulier offerebat. Secundo quia non est multum curandum de dicto Iosephi; nam licet ipse in historijs, & apud oratores inueniatur peritus, sed circa sapientiam in multis deficit:nam vt patet ex verbis allegatis dicit, I
quòd Adam petebat veniam de peccato, sed falsum est,quia pōtius proposuit excusationem. Tertio quia adhuc possumus verba Iosephi ad bonum sensum trahere,vt intelligatur, dixit se a muliere seductum deliquisse,ideſt a muliere inductum : si autem alio modo intelligat, falsum dicit. Est autem hoc certum ꝙ Adā non fuit deceptus in aliquo,quod diabolus dixit: nam in hoc comparantur Adam, & Eua, quia ipsa dicitur seducta,scilicet,quòd credidit verbis serpentis : Adam autem dicitur non seductus iuxta Apostolum, ideo non credidit ille verbis serpentis, & istum sensum sequuntur omnes doctores Catholici. Et quia præcipuum, quod diabolus dixit, fuit ꝙ comedendo de ligno efficerentur sicut dij scientes bonum, & malum, certum est,ꝙ non credidit istud Adam, sed credidit il K
lud Eua,sic dicit Magister,lib.2. distin.22. Sed nec prior seductus est, neque in eo, in quo mulier, vt crederet Deum,ideo illud lignum tangere prohibuisse,quoniam si tangeretur, fierent sicut dij : August. quoque tenet istam sent,lib.11.super Genes.dicens: Cum Apostolus Adam præuaricatorem fuisse ostendat dicens in similitudine præuaricationis Adæ : seductum tamen negat,vbi ait, Adam non est seductus, sed muliier. Vnde & interrogatus non ait mulier seduxit me,sed dedit mihi,& comedi:mulier vero inquit, serpens seduxit me, & comedi : hanc autem seductionē

propriè uocauit Apostolus, per quam id, quod suadebatur, cum falsum esse, verum putatumest, scilicet, quòd Deus lignum illud ideo tangere prohibuerit, quòd sciebat eos, si lignum tetigissent, sicut Deos futuros,tanquam eis diuinitatem inuideret, qui eos homines fecerat.

Sed de alio manet dubium, an crediderit Adā non Qō.660. An Adam crediderit per comestionem ligni acquiri immortalitatem. morituros eos, qui comederent de ligno,& aliqui putant,quòd putauit non morituros,quia aliàs non manducaret timens mortem, & certus de illa. Secundo, quia licet August. & Magister dicant non deceptum Adam credendo, quòd non morerentur manducantes,& quia non negat istam seductionem, concedunt eam. Dicendum quòd neque Adam seductus fuit in hoc primo, quia esset contra intentionem Apostoli, quia ipse comparat Adam,& Euam in eodem,& dicit Euam seductam, & Adam non : & tamen vnum de eis,in quibus Eua seducta fuit, erat quòd crederet nō morituros comedentes, ergo nō deceptus fuit in hoc Adam. Secundo quia Doctores dicunt cōiter,& verè ꝙ licèt Adam seduci potuerit in aliquo, nō tñ fuit seductus in eo quod serpens dixit, & vnum de eis fuit illud.s.Nequaq̃ moriemini,ergo non fuit Adam in hoc deceptus. Ad rationem primam in cōtrarium dicendū, ꝙ licèt Adam crederet verum esse verbum Dei, quia manducantes morerentur:tamen ausus fuit mācandum etiam existente veritate præcepti illius, vt statim dicetur. Ad secundam dicendum, ꝙ falsum præsupponitur, quia non solum August. negat seductum Adam in vno dicto diaboli, sed etiam dicit in nullo deceptum,aut credidisse,& sunt verba eius supra allegata,& quę Magister ponit lib.2.22.distin.scilicet non tamen arbitror eum,ideſt Adam si iam spirituali mente præditus erat,vllo modo credidisse, quod diabolus suggerebat, & ita nihil credidit de his, quæ diabolus suggerebat, & tamen primum quod suggessit, fuit quòd non morerentur comedentes de illo cibo, ideo non credidit hoc Adam.

Qō. 661. Alia opin. Confutatur. Sed adhuc aliqui dicunt,ꝙ Aug. velit, ꝙ Adam videns Euam non mortuam post manducationē ligni crediderit non morituros comedentes,& ideo comederit,vt patet.lib.11. super Genes. & refert illud Magister.lib.2.distin. 22. Dicendum ꝙ Aug. hoc non dicit, & vt hoc intelligatur, ponuntur verba sua, quæ sunt: Sed & si virum propter aliquam mentis elationem, quæ Deum latere non poterat,solicitauit aliqua experiendi cupiditas, cum mulierem videret accepta illa esca nō esse mortuam:non tñ eum arbitror, si iam spirituali mente præditus erat,vllo modo credidisse, ꝙ diabolus suggerebat. Ex his verbis apparet primo, ꝙ Augustinus non voluit Adam in hoc deceptum,quia non ponit hoc sub certo, sed ponit tanquam aliquid, quod esse poterat,aut cogitari. Secundo quia dato, quòd istud assereret, non ponit quod esset in Adam credulitas,quòd non moreretur, quæ credulitas facit seductionem,sed solum cupiditas, quæ pertinet ad appetitum inquantum dicit si virum propter aliquam mentis elationem, quæ Deum latere non poterat,solicitauit aliqua experiendi cupiditas, cum mulierem accepta illa esca videret esse non mortuam : & tamen deceptio non est in appetitum, sed in intellectu : ideo non dicit seductum, sed potius tentatum insurgente illa cupiditate. Tertio quia ex verbis August. potius apparet, quòd non putauit aliquid tale Adam, cum dicat non tamen eum arbitror, si iam spirituali mente præditus erat, vllo modo credidisse, quod diabolus suggerebat, & ita concedit Augustinus potuisse insurgere in Adam desiderium experiendi lignum illud, non tamen quòd crederet aliquid de eis,

de eis, quæ diabolus dixerat circa illud suggerendo: A
& tamen primum quod suggerendo dixit, fuit ꝙ non morerentur comedentes,ergo non credidit hoc.

Qō.661. Qō. Adā antē est manducare, & sciebat mādato dominico. Et tunc respondetur potest ad id, quod in contrariū dicebatur, quomodo ausus est Adam manducare, si sciebat quòd manducantes morerentur. Dicendum primo,ꝙ nō obstat, quia nos sumus certi maxima certitudine, ꝙ peccantes mortaliter damnabuntur æternaliter : & tñ non cessamus peccare, aut saltem aliqñ peccamus,& si aliqui non habeant istam fidem,tamē plurimi habent,veruntñ peccant: & tñ durius est mo riæternaliter, quàm temporaliter, quod intelligebat in præcepto de non manducando de ligno sciēriæ boni,& mali.Secundo potuit aliter esse. s. ꝙ licèt Adam crederet firmiter, ꝙ manducantes de ligno illo morerentur:tñ tunc quando fœmina rogabat eum,vt mā B
ducaret, & ipse assensit manducare, non cogitabat actualiter de hoc,ꝙ manducantes morerentur,& ideo non impediuit eum a manducatione illud præceptū, vt faceret si illud cogitaret actu. Iste est modus, per quem ferè omnia peccata committuntur, quia licèt quis habitualiter sciat malum esse, quod elegit,nō habet habitualiter cogitationē,vel considerationem circa illa, quæ ostendunt malum esse illud, & quæ possent distrahere ab illo desiderio,vel electione,& ita fit electio tanquam ab ignorāte malum esse id,quod eligitur,& credente bonum esse, quia licèt habitualiter Qō. sciat,actualiter tamen ignorat inquantum non considerat.Et ita ostendit Arist.lib.7.Ethic. circa continētes,qui videntur scientes malum esse, quod eligunt, C
& dicit,quòd sciunt in habitu, tamen ignorant in actu, vel sciūt in vniuersali, & ignorant in particulari,& hoc sufficit ad eligere,quod malum est. Tertio potest dici, quòd Adam actualiter considerabat de hoc, ꝙ comedentes de ligno morerentur, & tamen putauit illam mortem non futuram statim, sed post multum tempus sicut de facto accidit,quia post hoc vixit Adā quasi mille annis, potius autem vellet talem mortem subire, quàm displicere nunc vxori tam affectuose roganti,quam putabat morituram statim, si non assentiret illi.Quarto potest dici, ꝙ etiam si Adam illud eo D
gitaret, putauit esse veniale quod erat mortale, & sic eligeret manducare non obstante præcepto, & tunc seduceretur in aliquo Adam:sic dicit Magister. lib.2. dist.22.in eo tamē fuisse seductum credi potest, quòd commissum veniale putauerit, ꝙ erat peremptoriū. Sed si non remitteret non inferret pro eo mortem, sed aliam minorem pœnam. Alio modo potest intelligi,quòd putauit veniale: non quidem ꝙ esset peccatum in se veniale, pro quo mors non esset danda, sed ꝙ esset veniale.i.licèt de se mortale esset, ideſt mortis inductiuum, & mortem habēs vt pœnam : tñ poterat per pœnitentiam remitti: ita vt non daretur mors, sed alia pœna,vel omnia tollerentur per pœnitētiam. Si te- E
neatur primus sensus falsus est,quia tunc verè decipe- retur Adam circa mandatum Dei, quia dī, quacunq; die comederis,morte morieris, & intelligitur de mor te corporali,licèt ēt simul de æterna accipiatur,quanq̃ non principaliter, ergo si Adam intelligeret, qđ non erat mors corporalis infligēda pro transgressione illa falsum intelligebat, & decipiebatur: nam Deus hoc intelligebat in illo præcepto,& de facto ita fuit, ꝙ pro hac transgressione tam Adam quā Eua incurrerunt mortem corporalem,ergo deciperetur ille sic intelligendo,Secūdo quia sequeretur, ꝙ deciperetur in eo, ꝙ diabolus dixerat, & assentiret alicui dictorum suorum:dixit enim ille,nequaq̃ moriemini, sed ostēsum est supra,ꝙ Adam non fuit seductus in aliquo eorum, quæ dixit diabolus,ergo non credidit sic. Dicendū, ꝙ secundus modus poterat esse verus, ꝙ licèt præceptū

intelligeretur de morte corporali,poterat mutari snīa illa per pœnitentiam: nam Deus multa cōminatur illaturum,& verè inferret si hoīes non pœniterent, sed quia pœniteret,non irrogabat pœnas illas,sic patet Ierem.18. ca. & ita Adam poterat postea de peccato ita grauiter compungi,ꝙ pœna illa tolleretur,aut cōmutaretur in minorem. Et hoc modo debet intelligi dictum Magistri,& aliorum, qui volunt, ꝙ putauit veniale,cum esset mortale.Sic enim Aug.accipit lib.11. super Gen.& Magister refert illud.lib.2.dis.22. scilicet Apostolus inquit,Adam non est seductus,quod utiq; accipi potest ita,vt intelligatur nō esse seductus prior. s.vel in eo,in quo mulier,vt.s. crederet illud esse verū, eritis sicut dij,sed putauit vtrunq; posse fieri,vt & vxori morem gereret, & per pœnitentiam veniam hret. B
Et ita apparet qd senserit Augustinus,& tunc non decipiebatur Adam in aliquo,quod Deus dixisset assentiendo serpenti : sed nihil credidit de dictis serpentis in quibus Eua seducta est.

Sed adhuc quęretur,an Adam isto modo se habue- Qō. 663. An Adam putauerit id ꝙ erat mortale esse veniale in secūdo sensu. rit putando,quod erat veniale id, quod erat mortale. Dicendum ꝙ istud pōt esse,quia non est inconueniēs cū nō sit cōtra verba Apostoli negantis Adā seductū, & tñ an fuerit nescimus, & iō possemus dicere,ꝙ non fuit sic ꝙ Adā cogitaret fuisse veniale illud, apponens per pœnitentiā illud delere. Sed poterat dici ꝙ tunc,qñ mulier rogauit, vt comederet, nihil cogitauit de pcepto illo, & morte, quā Deus apposuerat in illo, licet illud sciret habitualiter, sicut est de incōtinētibus,q habitualiter sciūt,& actualiter ignorāt & nō cōsiderāt,sicut diximus pcedenti quæst. Et ad dictū Aug.poterimus dicere,ꝙ non asserit illud August.sed ponit quasi possibile,cū dicat Apost. inquit Adā non est seductus, quod vtiq; ita accipi pōt, vt intelligatur,&c. vnde non dixit quod accipiendum est, vel accipi necesse est, sed accipi pōt. Secundo, quia hoc modo ponimus plures seductiones in Adā,q̃ alius: melius tñ est eum liberare ab eis:nam per illum modum ponebamus vnam tantum seductionem, s. ꝙ Adam putauit bonum esse tūc placere vxori,cum tamen malum esset,aut putauit bonum esse comedere de ligno,cū esset malum,hic non damus seductionem istam, & insuper ꝙ seductus sit circa præceptum, s. quia putabat esse veniale, & erat mortale,i.putabat ꝙ pœnitendo de illo peccato remitteret Deus illud,& non sequeretur mors,& tñ nō fuit sic,quia non fuit remissa mors,sed passi sunt eam ipsi, & posteri sui. Tertio, quia non est satis verisimile:nam si Adam ante peccatum cogitaret de pœnitentia, credibile erat, ꝙ statim Deo arguente eum de ipso peccato pœniteret,sed non fecit, immo excusauit factū, cū dixerit: Mulier,quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno,& comedi,supra 3.cap. Ideo non est satis credibile,quod prius de pœnitentia cogitauerit. Item hoc patet ex verbis August.lib.11.super Genes.& per Magistrum lib.2.dist.22.s.dixit Adam,mulier,quam dedisti mihi,dedit mihi,& comedi:non dicit, peccaui. Superbia habet confusionis deformitatem, non confessionis humilitatem,& ita dicit quòd non confessus est Adam delictum suum ex superbia, ergo nō pœnituit, & sic non est satis verisimile, ꝙ anteq̃ peccaret,cogitaret de pœnitentia. Et tñ si diceretur ꝙ Adam cogitauit de pœnitētia,anteq̃ peccaret,deberet dici ꝙ motiuum suum esset, quia cum nōdum esset expertus diuinam seueritatem in puniendo delicta,putaret ꝙ facilius remitteret pœnas prænunciatas, si homo pœniteret, & non erat Deus tam facilis ad remittendum pœnas, quantum homo cogitabat, & hoc etiam dicit Aug. lib.11.super Genes.& Magister distinct.22. Ergo alio quodam modo ipse etiam deceptus est, inexpertus.n. diuinæ seueritatis etiam in eo falli potuit, vt veniale

crederet esse commissum. Sed dolo illo serpentino, quo mulier seducta est, nullo modo arbitror illum potuisse seduci. Et ita apparet, quod supra dicebamus, ꝙ Adam non fuit seductus in aliquo, quod dixit diabolus, in quo tamen mulier decepta est, sed diabolus dixit; Eritis sicut dij, & dixit, Nequaquàm moriemini: ideo Adam non credidit aliquid horum.

Quæst. 664 Ad Adam concupiuerit diuinitatem.

Sed adhuc aliqui obijciunt, quòd Adam non solũ putauit, ꝙ comedendo non morerentur, sed etiam, ꝙ poterant esse sicut Deus, aut dij, & illud concupierit: & istud est, in quo mulier seducta est. Et patet primo, quia dicit Augustᵘˢ. super Psal. 68. super parte; Quę nõ rapui tunc exsoluebam: Rapuit Adam & Eua præsumentes, vt diabolus de diuinitate rapere voluerunt diuinitatem, & perdiderunt fęlicitatem. Secundo, quia idem Augustᵘˢ. super Psal. 82. ſ. Deus, quis similis tibi: dicit, qui per se vult esse Deus, peruersè vult esse similis Deo, vt diabolus, qui voluit sub eo esse, & homo, qui noluit, vt seruus teneri præcepto, sed voluit, vt nullo sibi dominãte esset quasi Deus. Tertio patet, quia Augustᵘˢ. super epistolam ad Philippen. secũdo capitulo, in loco; Non rapinam arbitratus est: dicit, non rapinam arbitratus est Christus se esse æqualem Deo, quia non vsurpauit, quod suum non esset, vt diabolus, & primus homo: apparet igitur ex dictis, quòd Adam vsurpauit sibi diuinitatem, & voluit esse sicut Deus, atque putauit hoc sibi possibile esse. Dicendum, quòd Eua putauit, quòd posset esse sicut Deus, nõ quidem, quòd esset Deus, neque Deo æqualis, sed in aliquo imitaretur Deum, scilicet in scientia, vnde illa decepta est, sed Adam non putauit hoc esse possibile, & ideo nõ elegit illud. Et apparet hoc primo, quia Apostᵘˢ. primo ad Tim. 2. cap. dicit, quòd non seductus est Adam, sed Eua: & tamen si hoc putaret, deciperetur in eo, in quo Eua, ergo non credidit esse possibile. Secundo patet, quia Augustᵘˢ. dicit, lib. 11. super Genes. quòd homo, idest vir, qui erat prędituſ mẽte spirituali, non potuit decipi serpentina fraude, sicut mulier: & tamen potissimum, in quo decepta est mulier fuit, ꝙ putauit possibile esse, sicut Deus in aliquo, ergo Adã non est in hoc deceptus.

Responsio

Quæſt. 665. Solutio rationum ſecũd. quæſt.

Ad primum dicunt aliqui, quòd tam Adam, quàm Eua concupierunt diuinitatem, & tamen Adã putauit non esse possibile, ꝙ homo fieret sicut Deus, & ita nõ fuit deceptus, & ista est responsio prima, quam ponit Magister, lib. 2. distin. 22. ſ. Ideo quibusdam videtur, ꝙ etiam Adam ambierit esse sicut Deus: nõ tñ credidit id posse fieri; & ideo falsum esse, quod diabolus promittebat, cognouit: & licèt diuinitatis æqualitatem cupierit, non tamen adeo exarsit, nec tanta affectus est ambitione, sicut mulier, quæ illud posse fieri putauit; & ideo magis illud ambiendo superbiuit. Sed dicendũ, ꝙ ista responsio non est totaliter vera, primo, quia dicitur, ꝙ homo appetijt diuinitatis ęqualitatem, & tamen neque Adam, neque Eua quantumcũque erraſſet, voluit simpliciter diuinitatis æqualitatem, sicut supra aliqualiter declarauimus, & infra etiam tangetur. Secundo, quia dicitur, ꝙ Adam putauit non esse possibile, ꝙ homo fieret sicut Deus: & tamen cõcupiuit illud, quia ista repugnant, non enim potest aliquis velle habere, quod credit non esse possibile haberi: nam sicut voluntas nõ est de malo, ita neque est de impossibili, si ergo Adã credebat impossibile esse, ꝙ homo fieret sicut Deus, non concupiſceret illud. Tertio, qa comparantur vir, & fœmina in concupiſcendo illud ex maiori affectu: nam fœmina poterat desiderare id, quod putabat esse possibile, siue magno, siue paruo affectu, vir tamen, qui credebat ista impossibilia, non concupiſceret ex magno, neque ex paruo affectu.

Sed posset dici, ꝙ in viro fuit aliqua voluntas nõ quidem determinata, sed quasi sub cõditione, per quem modum etiam impossibilia volumus, vt vellet homo esse immortalis, quod scit esse pro nunc impossibile, etiam vellet habere montem aureum, cũ tamen sciat nullum esse montem aureum, neque esse possibile esse illum, ita vir sciens esse impossibile, ꝙ homo fieret æqualis Deo, vellet esse æqualis Deo quadã volitione indeterminata, & conditionata, ſ. ſi possibile esset haberi, non aũt per electionem, neque per determinatã volitionem. Dicẽdum tñ, ꝙ licèt istud esset possibile, non concordat ad literam Augustini, cũ dicat ille, ꝙ rapere voluerunt diuinitatem, & perdiderunt fęlicitatem, & ita velle rapere diuinitatem fuit in eis peccatũ, cùm propter hoc perdiderint fœlicitatem, & tamen peccatũ nõ est sine determinata volitione, quia ꝑ electionẽ peccamus, ergo illa volitio, qua voluerũt rapere diuinitatẽ, fuit determinata. Alij rñdẽt ad istã rõnẽ, ꝙ Eua voluit esse sicut Deus, qa putauit illud possibile, sed non vir, & cũ dr de Adã, intelligunt de Eua, quę formata est de Adam: hanc quoque solutionẽ ponit Magister, dicens: Alijs autẽ vr ideo dictum esse, quod Adam illud voluerit, ꝙ mulier de eo sumpta illud voluit, sic inquiunt, peccatum dr per vnũ hoiem in mũdũ intrasse, idest in humanam naturã, cũ tamẽ mulier ante virum peccauerit, quia per mulierem intrauit de viro sumptam. Sed dicendum, ꝙ non stat ista solutio: Primo, quia non consonat intentioni, & verbis Augustini: posset enim istud intelligi si de solo Adam diceretur, sed Adam rapere voluit diuinitatem: nam tunc licet esset quædam extorsio, posset intelligi dictum de Eua formata de Adam, & tamen de ambobus dicitur, scilicet rapuit Adam, & Eua præsumentes, vt diabolus de diuinitate, cum autem exprimitur Eua, intelligitur ipsa, & tamen additur vltrà Adam, & signat aliquid, ideo necesse est intelligi pro ipso, quòd ipse rapere voluerit diuinitatem. Secundo, quia dicitur rapere voluerunt diuinitatem, & perdiderunt fęlicitatem; quod de ambobus intelligitur, quia aliàs diceretur, & perdidit fœlicitatem, cum ergo ambo perdiderint fęlicitatem, ambo rapuerũt diuinitatem, idest rapere voluerunt, & non sola Eua formata de Adam. Tertio, quia exemplum, quod allegant, non est ad propositũ; nam ibi non accipitur vnus homo pro Eua, sed pro Adam, quia licet Eua peccauit prius, quàm Adam, nõ intrauit peccatum in mundũ per Euam, sed per Adã, quia peccatum in mundum intrasse dr, inquantũ vno peccante, omnes peccauimus, & tamen non peccamus peccante Eua, sed peccante Adam, quia Apostolus dicit ad Rom. 5. cap. Omnes in Adam peccauerũt, & nõ dixit: omnes in Eua peccauerunt, licet Eua prius peccauerit, ideo nõ dicetur intrasse peccatum in mũdum per Euam, sed per Adam: vnde proprie accipitur, & ad literam per vnum hominem peccatum intrauit, ſ. per Adam. Dicẽdũ ergo, ꝙ aliter intelligitur dictum Augustᵘˢ. ſ. ꝙ Adã, & Eua simul voluerũt rapere diuinitatẽ, i. cõditionẽ diuinitatis, nõ ꝙ vellent eẽ Deo æquales, sed ꝙ acciperent aliquam conditionem, quæ nullius est, nisi diuinitatis, & hoc fuit, quia noluerunt nulli subesse, sicut enim Deo soli competit præesse omnibus, ita ei conuenit nulli subesse: de omnibus alijs rebus est generale, quòd alicui subijciuntur: homo autem quando peccauit, voluit nulli subesse, quia non voluit seruare præceptum Dei, & ita nolebat subditus esse præcepto Dei, sed ad libitum suum agere; nulli autem competit agere prorsus ad libitum, nisi Deo, qui nullis regulis, aut legi subijcitur, ideo homo voluit tunc rapere diuinitatem, i. vsurpare sibi conditionẽ diuinitatis. Sed intelligẽdũ, ꝙ homo nõ elegit tũc Deo nõ subijci, quasi hoc appeteret, qa sciebat impoſſe esse non subijci Deo, qa naturaliter est maior omnibus rebus; & ideo neque hoc vellet, sicut neque vellet æqualitatem Dei, sed voluit hoc tacitè, inquantum voluit id, in quo istud necessario volebat, scilicet voluit manducare de ligno vetito, & hoc volendo volebat non subijci præcepto Dei: istud autem erat velle non esse subditum Deo, quod solius Dei est. Et hoc non solum voluerunt tunc primi homines, sed etiam nos volumus in quocunque peccato, cum non possimus peccare, quin agamus contra legem Dei, siue positiuam, siue naturalem, & ita non volumus subijci ei: vnde & diuinitatem rapimus, & hoc in quolibet peccato facimus. Et hoc conuenit valde intentioni Augustini: nam dicit, quòd Adam & Eua fuerunt præsumentes de diuinitate, vt diabolus, sed quia vtrique vsurpauerunt diuinam conditionem: nam diabolus voluit præesse omnibus, homo autem voluit non subesse Deo, quantum ad præceptum illud, sed libere posse agere; etiam inquantum dicitur quòd Adam, & Eua rapere voluerunt diuinitatem, & perdiderunt fęlicitatem: nam de peccato amborum intelligitur per quod perdiderunt fęlicitatem, ideſt quam habituri erant, vel fęlicitatem, ideſt statum Paradiſi terreſtris, & in illo ambo rapere voluerunt diuinitatem, ideſt accipere diuinam conditionem, quòd non subeſſent Deo.

Responsio prima.

Responsio aliorum.

Cõfutatio

Ad secundam rationem posset dici vno modo, ꝙ intelligitur de sola Eua, quæ putauit esse possibile fieri sicut Deus, & illud concupiuit, & hoc quia illa litera Augustini non exprimit ambos sicut supra, sed dicit, vt diabolus, & homo, & potest accipi homo pro sola Eua, cum homo stet pro unico indiuiduo, & non distinguat sexum. Secundo potest dici, & melius ꝙ accipitur tam pro uiro, quàm fœmina: ambo enim voluerunt esse sicut Deus, inquantum ambo voluerunt nulli subesse, sicut neque Deus subest, & patet quia litera hoc significat, inquantum dicit qui per se uult esse ut Deus, peruerſe uult esse ſimilis Deo, ut diabolus, qui noluit ſub eo eſſe, & ſic diabolus uoluit esse similis Deo peruerse: quia peruerse uoluit esse, ut Deus, ideſt per ſe liber, & nulli ſubiectus: unde ait quòd noluit esse sub eo, scilicet noluit esse in mensura, quam Deus ei dederat, sed uoluit maiorem statum, uel præeminentiam. Et ſequitur ſtatim de homine, ſcilicet & homo qui noluit, ut ſeruus teneri præcepto, sed uoluit, ut nullo ſibi dominante, eſſe quaſi Deus, non ergo uoluit homo aliam equalitatem Dei, nel ſimilitudinem, niſi quòd non eſſet ſubditus mandato Dei, inquantum uoluit facere contra illud, & fecit, ſed ſi mandato non teneretur homo, eſſet homo, vt Deus, nullo ei dominante, ideo eſſet homo ſimilis Deo. Et ex hoc apparet, quòd præcedens ſolutio, quã dedimus ad aliam rationem, erat conueniens, neque intelligebat Auguſtinus de alia diuinitate, quam primi homines rapere vellent. Ad tertiam rationem patet reſponſio ex dictis, ſcilicet Chriſtus non rapuit, quod ſuum non eſſet, quia cùm eſſet Deus verus nullus rapiebat, aut vſurpabat dignitatem, oſtendendo ſe æqualem Deo, ſed diabolus, & primus homo rapuerunt, quia voluerunt nulli eſſe ſubditi, quę eſt conditio ſolius Dei: & ita hoc volendo, quod diuinũ erat vſurpabant. Aliter poſſet dici, quòd intelligatur de ſola Eua, cùm non exprimantur ambo, ſed dicitur primus homo, & poſſet intelligi Eua formata ex primo homine, ſed dicendum, quòd præcedens ſolutio melior eſt, & vocatur primus homo, ideſt primi homines, quia ambo ſimiliter peccauerunt, & ambo voluerunt tacitè eſſe, ſicut Deus, inquantum non voluerunt ſubijci præcepto.

Quæritur quando Deus locutus eſt ad ſerpentem, quare non petiuit ab eo: Quare hoc feciſti? ſicut petebatur a viro, & fœmina, antequã eis pœnæ ſuę prænunciarentur. Tertij dicunt, ꝙ Deus nõ locutus fuit ſerpenti, quia erat irrationalis, & ſuperuacuũ eſt loqui ad irrationalia, ſecus de Adam & Eua, qui erant intelligentes, a quibus peti aliquid poterat. Iſta reſponſio magis accedit ad veritatem, & tamen obijcitur contra; quia ſi ideo non quærebat aliquid Deus a ſerpente, quia irrationalis erat, neque deberet aliquid loqui, & tamen locutus eſt ei, cùm dixit, quia hoc feciſti, maledictus eris inter omnia animalia. Ergo potuit loqui quærendo, & ita iſtæ cauſæ redditæ ab his non ſufficiunt totaliter. Dicendum ergo, quòd cauſa prima, quare non interrogauit Deus aliquid ſerpentem fuit, quia Deus interrogabat, vt ſibi reſponderetur: & tamen non poterat reſpondere ſerpens, ideo non debuit interrogare. De viro & muliere ſecus, quia ipſi reſpondere poterant, & reſponderunt: quòd ſerpens non poſſet reſpondere, cauſa erat: ſerpens naturaliter eſt animal brutum, ſicut cætera animalia infra hominem, ideo non habet ſermonem, quia vt dicit Ariſtote. libro quarto de Animalibus nullum animal habet ſermonem præter hominem. Ante hoc autem viſus fuerat ſerpens loqui, quia diabolus introiuit in ipſum, ſicut angelus bonus introiuit in aſinam Balaam ad hoc, quòd loqueretur, Numer. 22. ſicut aſſerit Auguſtinus ſuper Geneſ. ad literam, quandiu autem diabolus manebat in ſerpente, fiebat ibi locutio, ſed ille receſſit inde facta, & expleta tentatione, quia ad hoc acceperat ſerpentem, ideo illo recedente non poſſet loqui ſerpens. vnde nunc quando Deus quærebat ab Adam, & Eua, quia diabolus non erat iam in ſerpente, non poterat reſpondere ſerpens, & ita Deus nihil ab eo quæſiuit, quia eſſet ſuperuacuum quærere, & iſta eſt cauſa vrgens. Et contra hoc non militat ratio facta præcedenti quæſtio. ꝙ non deberet Deus loqui ſerpenti ad prænunciandum pœnam, quia non eſt ſimile: nã ſi Deus quæreret, oportebat reſpondere ſerpẽtem, quod facere non poterat, ideo non q̃reret ab eo, ſi autem loqueretur ad eũ pœnã p̃nũcias

Alph. Toſt. ſuper Gen.

Quæſt. 668 Determinatio q̃ſt. ſuperioris 664.

non dixit ſerpenti quare hoc feciſti?

non erat inconueniens, quia non quærebatur ibi re- F
sponsio: nam Eua,& Adam,qui respondere poterant
nihil responderunt, aut locuti sunt, quando Deus eis
pœnas prænunciauit. Secunda quantum ad principa-
le erat causa, quia Deus ab Adã & Eua quæsiuit,quare
fecissent,vt ex interrogatione esset eis occasio dolendi
de peccato, & veniam petendi,sed in serpente non po-
terat esse hoc:nam etiam si diabolus esset adhuc in ser-
pente, & posset loqui, non quæreret aliquid Deus a
serpente, quia diabolus obstinatus est, & compungi
non potest: serpens autem in se ipso,neque compungi
potest,neque ei opus est compungi: primum patet ad
hoc, quòd sciat, de quo sibi compungendum sit. Se-
cundum,quia serpens nihil habet, de quo compungat,
quia non peccauit vnquam. Tertia est,quia Deus que-
rebat a viro,& fœmina,quare fecissent,quia ipsis pote-
rat esse aliqua excusatio, quia ab alio inducti, vel sedu-
cti fecerunt: serpens autem non haberet excusationẽ, G
quia nõ fuit seductus, neque inductus,sed a se motus:
accipiendo serpẽtem, quasi ipse esset per se agens,ideo
quasi nulla ei causa excusationis relinqueretur, nõ fuit
conueniens peti, quare fecisset. Quarta fuit ad exhibẽ-
dum quendam honorem hominibus:non faciẽdo eis
æqualem serpẽtem in hominibus fuit honor quidam,
quòd antequam de peccato condemnarentur,audirẽ-
tur excusationes suæ, si quas haberent: si autem ita a
serpente peteretur, cur fecisset,non videretur delatus
maior honor homini, quàm serpenti: ideo ad hoc, q
Deus serpẽtem puniret, nihil ab eo quæsiuit,sicut quę-
sierat ab hominibus. Quinta,quia sequeretur incon- H
ueniens,si Deus quæreret a serpente, quia aut esset tũc
diabolus in serpente ad hoc,quòd posset loqui,aut nõ:
si non esset non posset respondere serpens, licèt Deus
quæreret,& hoc esset inconueniens, quia maneret fru
stratoria Dei qnæstio, aut videretur serpens nolle obe-
dire Deo,vt responderet, vel appareret serpentem esse
mutum, & tentationem non fuisse factam ab eo, sed
ab alio introeunte in serpentem. Si autem ingredere-
tur diabolus in serpẽtem, & cogeretur respondere,aut
per se responderet, aut pro serpente: si pro se respõde-
ret, sequerentur duo inconuenientia,primum est, qa
tunc homines intelligerent se nõ fuisse a serpente de-
ceptos,vel inductos, sed a dæmone,& esset maior cau
sa querelę, quia permissum esset dæmoni illam frau- I
dem committere contra eos, cùm nondum scirent
conditionem Dei, & an permitteret tentari homines
a dæmonibus, & fortè nesciebant esse dæmones ali-
quos. Secundum,quia si constaret dæmonem esse il-
lum, qui eos seduxerat, vel induxerat in serpente,non
inferretur pœna aliqua ei, quia dæmon non peccabat
in hoc, cùm iam sit obstinatus, & non possit peccare,
neque deteriora mereri,& cùm homines illi nescirent
causam huius, turbarentur magis, quòd dæmon, qui
tam graue malum eis molitus fuerat non puniretur;
& ipsi punirentur, qui impellente alio peccauerant.
Si autem dæmon responderet in serpente non pro se,
sed pro serpente, ostenderetur serpens innoxius, cùm
nihil mali cogitasset, neque cogitare potuisset: si dæ-
mon verum responderet, & ita maneret impunitus, K
& hoc similiter esset incõueniens, quòd punirẽtur ho
mines, & non id,quod induxerat eos,aut visum fuerat
inducere ad peccandum. Si autem dæmon respon-
deret falsa loco serpentis dicendo, quòd fecerat ex inui-
dia volens illos prodere, vt inciderent in mortem,tan-
ta iniquitas videbatur adhuc digna maiori pœna, quã
Deus serpenti inferebat, scilicet, vt statim serpentem
occideret cum sua specie,vt non maneret posteritas il-
lius, & hoc Deus non fecit. Ideo dicendum, quòd
fuit conueniens, quòd Deus nihil quæreret a serpen-
te,& tamen inferret,aut prænunciaret ei pœnam,quia

Determi-
natio.

sic nihil quærendo non manifestabatur, an esset eius
aliqua culpa, & an parua, vel magna, & posset putari
pœna prænunciata iustè illata, & satisfactum Adæ &
Euæ videretur de eo, quod eis serpens fecerat.

Quæretur quare Deus voluit loqui serpenti: dicen- Quæs.669.
do, quia hoc fecisti maledictus eris; nam erat serpens Cur Deus
irrationalis, & non intelligebat verba ad se dicta, ideo voluit lo-
frustra erat loqui ei. Aliqui dicunt, quòd nõ fuit fru- qui adfert
stra: nam licèt serpens non loquatur de se, vel a se, cũ pœnam.
dæmon esset in serpente, loquebatur, & ideo potuit
Deus illi loqui.

Sed dicendum,quòd hoc non cõuenit primo,quia
non erat tunc dæmon in serpente, quãdo Deus loque-
batur ista serpenti, quia vt dictum est præcedẽti quæst.
dæmon iam deseruerat serpentem, ideo serpens non
poterat respõdere, etiam si peteretur ab eo:causa erat,
quia dæmon non intrauit serpentem, nisi ad tentan-
dum, sed iam erat expleta tentatio, ideo non maneret
ibi. Secundo, quia etiam si dæmon maneret in ser-
pente, non intelligeret serpens verba ad se dicta, quia,
vt ait Augustinus libro vndecimo super Gen.per sub-
intrationem dæmonis non est factus serpens ratio-
nalis, neque intellexit verba, quæ in eo dicebantur: nã
effici rationale nõ est, nisi per intellectum, qui sit pars
intelligentis, vt forma, sed diabolus non erat pars ser-
pentis, neque vnitus ei formaliter, cùm vtrunque sit
ens actũ,& perfectum in sua specie: ideo existente dę-
mone intelligente in serpente, non erat serpens ratio-
nalis, & consequenter non poterat actu intelligere,qa
intelligere nõ est,nisi habentis intellectum, & serpens
nõ habebat intellectũ, ideo non poterat intelligere, &
sic nõ intellexit verba, quæ Deus loquebatur,cùm ne-
que intellexit verba,quæ intra eum formabantur,quan
do tentabatur mulier.

Sed dicetur, quòd satis erat, quòd intelligerer ista
verba dæmon, qui esset in serpente: dicendum,quod
non est verum, quia ista verba maledictionis non diri-
gebantur ad dęmonem, sed ad serpentem, sicut infra
ostendetur, ideo superuacuum erat dici dæmoni, &
ideo ratio semper videtur manere, quòd non fie-
ret locutio ad serpentem, cùm non intelligeret ali-
quid.

Quæs.670.
Determi-
natio diff.
superiorus

Dicendum, quòd vera causa est, quòd Deus loeu-
tus fuerit serpenti, quia voluit ei prænunciare pœ-
nam suam pro eo, quod fecerat: non poterat autem
fieri prænunciatio sine locutione, ideo debuit fieri lo-
cutio. Sed obijcietur sicut supra, quòd erat brutum,
& non proderat ei loqui, cum non intelligeret. Di-
cendum, quòd etiam brutis, aut non intelligentibus
loquitur interdum Deus, sicut patet Matth. 8. cap.
Quando dormiente Christo in nauicula periclitaban-
tur discipuli, & cum surrexisset imperauit mari, &
ventis dicens, Tace, & obmutesce. Marci 4. cap.
& Luc.8. Venti tamen, & mare nihil intelligunt, er-
go & poterat serpenti loqui Deus non intelligenti.
Sed adhuc dicetur, quòd erat superuacuum, quia po-
terat inferri pœna serpenti, & quòd non prænuncia-
retur ei, sicut facit Deus multa in nobis, & in toto
vniuerso, quæ nobis non dicit, & nihil minus fit non
dicendo, quàm si dicerentur quæ fiunt.

Dicendum quòd cum hæc sint opera Dei, omnia
valde rationabiliter fiunt, & nihil superuacue: verum
est autem, quòd serpens non intelligeret quæ ei dice-
rentur, ideo propter serpentem non erat conueniens
fieri locutionem istam, sed erat conueniens fieri pro-
pter homines: Deus enim puniebat Adam, & Euam
propter malum, quod commiserant, serpens autem
fuerat eis aliqualis causa mali inducendo,vel seducen-
do. Si autem serpens impunitus maneret, non ef-
set satisfactum hominibus, & ipsi male contenti

essent, quòd ille, qui tãti mali causa fuerat, impunitus
maneret. Debuit ergo Deus pœnam inferre serpen-
ti,& nõ solùm inferre pœnam, sed etiam præsentibus
eis,& scientibus. Nam si Deus pœnam inferret serpẽ-
ti, & homines putarent non esse illatam pœnã,essent
malè contenti: & si econtrario nulla serpenti pœna
irrogaretur, ipsi tamen putarent datam ei pœnam sa-
tisfieret illis: ideo Deus præsentibus eis debuit prænũ-
ciare pœnam serpenti, sicut eis prænunciauerat. Alia
ratio erat,vt coram eis se iustum iudicem ostenderet:
homines enim nunquam diuinam seueritatem in iu-
dicando senserant, nunc autem agnoscere incipiebãt,
ideo vt non esset eis occasio errandi de diuina rectitu-
dine in iudicando,debuit ostendi eis,quòd Deus iustè
in hac re iudicaret,ipsi autem putabant,quòd serpens
in aliquo peccasset nunc, sicut & ipsi, ideo credebant
iustum esse illi pœnam inferri. Vnde si non viderent
illam ei prænunciari scandalizarentur de diuino iudi-
cio, ideo debuit prænunciare verbo serpenti suam pę-
nam, licèt serpens non intelligeret: fuit ergo conue-
niens,immo necessaria ista locutio Dei ad serpentem
non propter serpentem,sed propter homines. Simi-
lia facit Deus loquendo rebus inanimatis non intelli-
gentibus, quia nõ loquitur illis propter se, sed propter
homines, & ideo nunquam loquitur,nisi presentibus
hominibus, quibus locutio illa est vtilis; sic patet in
exẽplo dato,quando Christus imperauit mari, & ven-
tis,& siluerunt: nam potuisset Christus nihil loquẽdo
compescere ventos, immo manens dormiendo illud
efficere posset,quia diuinitas Christi,quæ omnia facie
bat, non poterat dormire, & tamen si ita fecisset non
putarent discipuli sui, neque illi, qui cũ eo in naui erãt
factum esse ab eo, & ita non manifestaret potestatem
suam diuinam, sed intendebat hanc ostendere, quia
ad hoc venerat,vt ostenderet se Deum,& in eum cre-
derent homines, & saluarentur: ideo debuit talia fa-
cere, per quæ potestatem suam ostenderet. Ita erat in
præsenti, quia quando præsentibus discipulis, & alijs,
qui in naui erant,stetit ipse contra ventũ, & imperauit
fluctibus, & vento dicens: Tace, & obmutesce, siluit
illico ventus,& fluctus steterunt, viderunt manifestè,
quòd obediebat ei mare, & vẽtus, & admirati dixerũt
qualis est hic,quia venti,& mare obediunt ei? Matt.8.
& Mar. 4. cap. Similiter in operatione miraculorum
circa res irrationales præcipiebat Christus discipulis,
q loquerẽtur ipsis rebus inanimatis, vel irrationabili-
bus: non quasi illi intelligerent, sed quia cùm eis lo-
quentibus res fieret,appareret, quòd eorum mãdato,
& non ob aliam causam ista fiebant: sic patet Matth.
17. cap. Si habueritis fidem sicut granum sinapis, &
dicetis monti huic transi hinc, & transibit: & Matth.
21.cap.dicitur; Si habueritis fidem, & non hæsitaueri-
tis, non solùm de ficulnea facietis, sed & si mõti huic
dixeritis tolle te, & iacta te in mare, ita fiet. Et sic lo-
cuturi erant ad res illas,quãdo miracula facturi essent,
non quasi verbum aliquid operaretur, quia fides ope-
rabatur,sicut Christus dicit, & etiam res illę nihil intel
ligebant,sed vt præsentes audirent, & intelligerent ad
mandatum illorum hoc fieri,& sic laudarent Deum,
a quo talia opera proueniebant. Deus autẽ hoc valde
attendebat, ideo taliter aliqua faciebat, vel dicebat, q
appareret p ea virtus sua: sic enim prædicebat aliqua
ventura, antequam fierẽt, nõ quasi non esset ea factu-
rus, etiam si non prædiceret, sed vt prænunciando ea
antequam fierent,constaret de sua diuina virtute.Ioã.
14.cap.f.nunc dixi vobis priusquam fiat, vt cùm factũ
fuerit credatis, scilicet credatis, quia ego sum Deus,
qui scio futura antequam fiant: vt dicitur Isai.41.An-
nunciate nobis, quæ ventura sunt in futurum, & dice-
mus,quòd dij estis vos, & ita conueniens fuit, quòd

A Deus loqueretur serpenti, quia coram Adam & Eua
loquebatur.

Quæritur quomodo serpens erat nunc præsens, qñ Quæs. 671
Deus prænunciauit pœnas Adæ & Euæ. Aliquis di- Quomo-
cet,q non erat præsens, quia non erat necesse, q esset do serpens
præsens, sed solùm q loqueretur ei,cùm scriptura nõ erat præ-
dicat, nisi q Deus locutus est serpenti. Dicendum, sens quan
q erat præsens primo, quia modus loquẽdi significat, do prænũ-
q erat præsens, quia continuato sermone, postquam ciauit pœ-
quæsiuit Deus a viro dixit fœminæ,quare fecisti? & il- nas Adę &
la respondente, dixit serpẽti, quia hoc fecisti,& statim Euæ.
prænunciauit pœnas viro, & mulieri: & tamen si ser-
pens nõ esset presens, cũ loqueretur Deus viro,& mu
lieri oporteret interrumpi sermonem,cũ prius loque-
B retur viro, & mulieri: & postea iret ad loquendũ ser-
penti alibi existẽti,rursus compleret sermonẽ inchoa-
tum ad virum,& mulierem,quod non est conueniẽs.
Secundo, quia verba dicta serpenti habent ortum ex
prius dictis, & verba vltimo dicta viro, & mulieri de-
pendent ex verbis dictis ad serpentem, & non satis vi-
derent vir, & mulier causam dictorum ad se,si nõ au-
dirent dicta ad serpentem, ergo debuerunt audire.
Tertio, & principaliter, quia Deus non locutus est
serpenti propter seipsum,cùm ipse nihil intelligat, sed
propter homines, vt ipsi viderẽt, q puniebatur serpẽs
propter ea, quæ fecerat cõtra eos, & sibi in hoc satisfa-
ctum esset,vt dictum est precedenti quest.sed hoc nõ
fieret, si Adam & Eua non audirent verba, quæ Deus
dicebat contra serpentem, ergo fuit necessarium, q
C coram eis loqueretur, quia aliàs nõ prodesset locutio
illa, immo si illi non futuri essent presentes, Deus ni-
hil loqueretur contra serpentem. Quarto, quia si nõ
fieret locutio ista præsentibus Adam & Eua,nescirent
ipsi pœnam serpenti impositam, sed hoc intererat ip-
sorum scire,vt consolarentur imposita pœna tentato-
ri, ideo debuit eis præsentibus dici. Quinto & specia-
liter; quia in pœna prænũciata serpenti imponebatur
aliquid,quod pertinebat ad instructionem hominum,
& maximè mulieris, & confortationem eius,inquan-
tum dixit inimicitias ponam inter te,& mulierem, se-
men tuum, & semen illius, tu insidiaberis calcaneo
eius,& ipsa conteret caput tuum: si autem hoc nõ au-
dirent homines, nescirent quomodo se haberent de
cætero ad serpentem,ergo debuerunt præsentibus eis
D dici. Sexto,quia in locutione facta hominibus seruа-
uit Deus eis quendam honorem, quem non seruauit
serpẽti,cùm ab hominibus voluerit audire excusatio-
nem facti,& non a serpente,vt tactum est supra quęst.
618. sed hunc honorem nesciret homo sibi delatum,
si non videret qualiter loquebatur Deus serpenti: er-
go præsente homine debuit loqui, & sic præsens erat
serpens, quando Deus loquebatur hominibus.

Tunc ergo repetetur quomodo fuit præsens, quia Quæs.672
finita tentatione non curaret serpens esse apud virũ, An serpẽs
& mulierem? erat pẽsens

Dicendum, quòd aliqua motiua erãt ad hoc, quòd cum Deus
serpens non esset præsens quando Deus loquebatur hominib⁹
E hominibus. Primum erat, quia serpens motus fuit a loquerẽ.
dæmone, vt iret ad locum, in quo erat mulier, vt eam
tentaret: expleta autem tentatione nihil vltra diabolus
volebat, ideo reliquit serpentem, sed ille relictus non
haberet animum comitandi mulierem,aut virum,qa
non intelligebat aliquid eorum, quæ facta erant per
ipsum, ideo non esset vltra,cùm viro,& muliere. Se-
cũdo & principaliter, quia nunc nõ locutus fuit Deus
Adæ & Euæ in loco,vbi mulier per serpentem tenta-
ta est, & patet quia mulier persuasa a dæmone fuit ab-
sente viro,& cùm illa comedit, iuit ad virum offerens
ei de fructu, vnde vir serpentem non viderat; ibi au-
tem ambobus existentibus, & iam de nuditate eru-

Motiuū in contrariū.

bescentibus, aduenit Deus; ideo motiuum erat cōueniens ad hoc, ꝙ nō esset ibi serpens. Motiuum autem in cōtrarium est, ꝙ serpens relictus a dæmone nihil cognoscebat eorum, quę facta erant: ideo moueret hinc inde sicut impetus eum ferret, & sic accideret, quòd veniente Deo ad loquendū Adæ & Euæ, esset serpens in loco illo, sicut & poterat esse in quocūque loco Paradisi. Secundum & principale est propter voluntatē Dei: nam expediebat, ꝙ esset serpens præsens quando loqueretur Deus Adæ & Euæ propter causas positas præcedēti quæst. ideo vt locutio Dei esset vtilis, faceret ipse, quòd serpens esset in loco illo tūc, & hoc poterat Deus facere tripliciter, vno modo immittendo ei desiderium veniēdi in locum illum, quia Deus potest immittere desideria quibuscunque rebus, & auferre cum sit dominus naturæ, & mouens eam ad voluntatē suā. Secundo modo poterat facere, faciendo eum moueri ab aliquo angelo bono localiter, vt sicut diabolus per serpentem locutus fuerat ad tentandum, & mouerat eum primo localiter ad eundum ad locum, vbi erat fęmina, ita nunc angelus bonus moueret eum localiter Deo iubente, vt impleretur per eius præsentiam, quod Deus volebat. Tertio modo per hoc, quòd Deus faceret venire Adam & Euam cōtra locum, vbi erat serpens: nam Deo ambulante per Paradisum ad auram post Meridiem Adā latuit, audita voce eius: Deus autem vocauit Adam dicens: Adam vbi es? Tunc exiuit Adam ad locum, in quo erat Deus, sed Deus poterat diuertere contra locum, vbi erat serpens, & ita esset serpens præsens verbis, quę Deus dicebat Adæ, & Euę. Sed dicendum, quòd duo priores modi sunt verisimiliores: nam necesse est dici, quòd per angelum bonū, aut per desiderium a Deo immissum serpenti, teneretur serpens, quia non solum accidit serpentem esse, vbi ista dicta sunt, sed & semper fuit præsens quamdiu dicerentur & fierent: non est tamen de conditione serpentis præsentem diu manere hominibus, ergo non erat præsens per accidens, sed Deo faciente, quia ita expediebat.

Quæst. 673 Cur Deus dixit serpēti, Maledictus eris.

Quæretur quare dixit Deus serpenti: Quia hoc fecisti maledictus eris? Dicēdum, ꝙ fuit primo, quia Deus voluit prænunciare serpenti pœnam futuram sibi: & quia illa pœna erat pro malo, ꝙ serpens, aut fecerat, aut fecisse videbatur, pręmisit causam dicens: Quia hoc fecisti, s. decipiendo mulierem. Secūdo, quia istum modum tenuit Deus circa homines, nam cùm voluit pœnā dare homini, dixit: Quia audisti vocē vxoris tuę, &c. & nūc ponebat pœnam serpenti, ergo iste modus erat cōueniens. Tertio, quia adhuc erat magis necessariū istud, quàm in homine: nam ibi quæsierat, quare hoc fecisti, s. in muliere, ideo non erat necessarium postea addi causam pœnæ, sed circa serpentem non quæsiuit Deus, quare hoc fecisti, sed solùm prænunciauit pœnā: ideo prænunciādo dixit, quia hoc fecisti, vt agnoscatur causa pœnæ. Istud est conuenienter dictum: nam seruatum est idem in Adam, & serpente, & non in Eua: nam de Eua dixit Deus, quare hoc fecisti, idest dedisti viro ad manducādum, illa dixit serpēs decepit me, postea in prænunciatione pœnæ non dixit Deus, quia hoc fecisti, &c. sed dicitur mulieri quoque dixit multiplicabo erumnas tuas, quia ad intelligēdum, quòd hoc imponebatur in pœnam pro peccato, satis erat dictum esse, quare hoc fecisti, cùm postea subiungatur; multiplicabo erumnas tuas. De viro non fuit sic, quia nō quęsiuit Deus ab eo, quare hoc fecisti, sed ille dixit, mulier dedit mihi, & comedi: ideo cùm Deus ei prænunciare voluit pœnam, vt videretur, quòd pro peccato illo imponebat eam, dixit; quia audisti vocem vxoris tuę, maledicta terra in opere tuo: de serpente ita fuit, quòd non quæsiuit ab eo Deus, quare hoc fecisti; ideo cùm pœnam prædixit, debuit dicere, quia hoc fecisti, vt videretur in pœnam peccati, vel mali illud inferri.

Quæst. 674. Cur dixit serpēti, quia hoc fecisti

Sed dicetur, quare Deus dixit serpenti; quia hoc fecisti, præsupponendo quia hoc fecisset, cùm adhuc de veritate non esset inquisitum? Dici potest primo, quia hoc fuit, quia Deus proposito per mulierem, quòd serpens decepisset, causam dicere debebat, quare hoc fecisti, aut quia fecisti: nam sic fecit circa mulierē quando dixit Adam: Mulier dedit mihi, & comedi, dixit Deus mulieri, quare fecisti hoc, sed a serpente nō erat Deus quæsiturus, quare hoc fecisti propter causas positas supra quęst. 668. ergo non potuit aliter dicere nisi, quia hoc fecisti. Secundo fuit, quia delictum efficiebatur manifestum, quasi per confessionem serpentis; nam cùm Deus quæsiuisset a muliere, quare fecisset; ipsa dixit, serpens decepit me; tunc serpens nihil dixit, & cùm prius loqueretur, & nunc nō, videbatur, quòd præ conscientia delicti, & confusione tacebat, & hoc erat loco confessionis factæ coram iudice, per quam delictum reddebatur notorium.

Quæst. 675. Cur serpēs non respondit, cū imponeretur ei pœna, & acciperet.

Quæretur cùm serpens hic accusaretur, quare non respondit, aut saltem cum imponeretur ei pœna? Dicendum, quòd fuit primo, quia non poterat, nam ipse non loquebatur, nisi per dæmonem inexistentem ei, & nunc dæmon non inexistebat, sed recesserat expleta tentatione, ideo non poterat respondere. Secundo, quia idem erat in serpēte, quod in homine: non enim respondebat homo, nisi a Deo interrogatus, ideo neque debuit respondere serpens, nisi interrogatus: cùm enim Adam dixit mulier dedit mihi, & comedi: accusabat mulierem, & tamen mulier nihil locuta est in excusationem suam, quousque Deus quęsiuit ab ea, quare hoc fecisti: ipsa enim tunc dixit, serpens decepit me, & comedi, sed serpens non fuit interrogatus, quare fecisset, ideo etiam si respondere posset, non responderet. Tertio, quia pro pœna data non erat responsio: nam hoc commune fuit in viro, & fœmina, ambobus quippe prænunciata fuit pœna, sed non responderunt quicquàm, ideo neque serpens pro pœna respondere deberet. Quarto, quia etiam si serpens loqui posset, non loqueretur accusatus a muliere; nam quando Adam accusauit mulierem dicens, Mulier dedit mihi; respondit mulier, quia habebat aliqualem excusationem, scilicet quia decepta erat, dicens; Serpens decepit me, & comedi: sed serpens non habebat excusationem aliquam, quia a seipso motus fuerat, & per inuidiam; accipiendo serpentem pro eo, qui in serpente tentationem fecerat: ideo non fuit locutus serpens excusando se. Ad aliud autem non proderat locutio.

Quæst. 676. De malitia, & pœna serpentis.

Quæretur cum in maledictione serpētis dictum sit, Maledictus eris inter omnia animantia, de quo intelliguntur verba maledictionis totius? Dicēdum, ꝙ aliqui intelligunt totam maledictionem serpentis de diabolo, quasi ipse dæmon sit, qui vocetur hic serpens, & non animal aliquod, & ideo maledicendo serpentem directè maledicitur dæmon, & non per applicationem aliquam, vel translationem, vel metaphoram. Et hoc suppositio applicantur omnes partes literæ, scilicet, Maledictus eris inter omnia animantia, id est, reputaberis deterior, & minoris dignitatis. Vocatur hic dæmon bestia, quia licet secundum naturam sit substantia intellectualis, per dignitatem peccati factus est bestia, & non solum bestia, sed etiam bestijs deterior, quia bestiæ non mutauerunt aliquid de eo, quod erat eis secundum naturam, & ideo non ceciderunt a proprio gradu; dęmon aūt cecidit a statu suæ dignitatis, & iuxta istum modum applicantur omnes aliæ partes maledictionis, sicut fecimus supra 3. cap. in expositione literæ super tota q. 16. Sed alij exponunt de serpente animali: dicitur enim maledictus inter omnia animalia, quia non est aliquod animal cui tanta mala insint, & cui ranta mala nos procuremus: & omnes partes literæ sunt planæ de serpente, nam super pectus suum graditur, & terram comedit omnibus diebus suis, & sunt inimicitiæ inter eum, & mulierem, & ista expositio magis conuenit superficiei literę.

Quæst. 677. Opinio Augustini.

Sed expositio prima, quòd sit serpens dæmon, & de eo intelligantur ista, est Augustini super Gen. ad literam: motiua autem sua sunt: primum, quia supra 3. cap. dicitur de serpente, quòd tentauit mulierem, & loquebatur, sed non potest hoc intelligi de serpente, vt est animal, quia neque tentare potest, neque loqui, neque intelligi, ideo accipietur de serpente, vt est dęmon, qui hæc facere potest. Secundum, quia dicitur eodem cap. Serpens erat callidior cunctis animātibus terræ, & agitur ibi de calliditate, idest astutia illius, vt ostendatur, quòd serpens potuit tentare mulierem, & tamen non est alia calliditas, quæ ad hoc sufficeret nisi calliditas dæmonis, ideo de serpente, vt est dęmon intelligitur, & non vt est animal. Tertium, quia fuit à Deo prænunciata pœna serpenti, & tamen non imponeret Deus pœnam serpenti animali, quia pœna imponitur pro peccato, sed serpens, vt est animal, non peccauerat, ideo non imponeretur ei pœna, sed prænuntiatur, ergo non est serpens animal, sed serpens diabolus. Et ob hoc Augustinus tenens istam expositionem, quando declarat literam illam: Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, dicit de dęmone accipi. s. quòd dæmon per superbiam deiectus est, ita vt computetur inter bestias, & vocetur bestia, & tamē per eminentiam rationis est maior bestijs, & ita est callidior cunctis animantibus terræ.

An serpes significet animalia per dæmonem.

Alij autem volunt, quòd accipiatur de serpente animali, & non de dęmone: primo, quia si maledictio aliqua vera est, hęc non inferretur dæmoni, quia tunc diceremus, ꝙ pro tentatione, qua tentauit Euam, punitus est diabolus, sed falsum est, quia diabolus per primum peccatum obstinatus est, & postea non potest peccare, neque demereri, quia aliàs cùm quotidie similiter tentet nos, peccaret quotidie, & augeretur pœna eius, & sic crescceret in infinitum eius miseria, quod falsum est: etiam si hoc fieret cessaret diabolus tentare, ne crescerent pœnæ eius, sed non cessat, ideo non peccat ipse tentando, & nocendo nobis, vnde neque peccaret tentando Euam, & sic non imponeretur ei aliqua pœna. Secundo, quia ista maledictio fuit imposita serpenti ad satisfaciēdum hominibus, quia per serpentem illatum erat malum eis, & tamen illi non intelligebant in serpente latere dæmonem, ideo nō proderat prænunciatio pœnæ, si pœna dæmoni, & non serpenti irrogaretur. Tertio, quia litera non conuenit accipiendo pro dæmone. s. maledictus eris inter omnia animalia, quia non est dęmon animal aliquod, & ideo non potest connumerari animalibus. Item quia dicitur super pectus tuum gradieris, sed hoc nō conuenit nisi animali prono in terram: dæmon non habet corpus, vt super pectus gradiatur, sed habet illud serpens, vt est animal. Item quia dicitur terram comedes, sed comedere pertinet ad animalia, dæmones autem non comedunt, quia sunt incorporei, serpenti autem conuenit, quòd terram comedat, & ita de omnibus alijs partibus, quarum nulla dęmoni conuenit, & omnes conueniunt serpenti animali. Quarto, quia si quis velit intelligere, sicut Augustinus exponit, ꝙ serpens sit diabolus, & graditur super pectus, idest incipit suam operationem à superbia, & terram comedit, idest incorporat sibi homines terrenos, sicut comedens incorporat cibum, & ita de alijs partibus applicationis, adhuc dicendum, quòd nō conuenit, quia maledictio signat pœnam, quia maledictio a malo dato alicui dicitur, & tamen per hæc non datum est aliquod malum dæmoni, sed potius ipse ex electione ista prosequitur, s. quòd incipiat operationes à superbia, & quòd incorporet sibi homines terrenos subijciendo sibi, quia ad hoc tentat eos, ergo non possunt vocari ista maledictio, sed potius solatium quoddam dæmonis, & tamen data sunt vt maledictio, ideo necesse est intelligi illa taliter & de eo, in quo possint esse, vt mala, & hoc est de serpente animali. Quinto, quia dicitur terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ, & ita designatur certa vita eius, cuius ista dicuntur, sed dæmon non habet vitam finitam, quia viuet in æternum, ergo non intelligitur de illo, sed de serpente, qui viuit non longo tempore, & aliquando moritur. Sexto, quia intelligendo de dæmone, nō est verum. s. terram comedes, idest incorporabis tibi terrenos cunctis diebus, nā vsque ad diem iudicij habet locum, quòd diabolus incorporet sibi aliquos, sed post diem iudicij nullum incorporabit, quia non poterit iam aliquis damnari, cū omnes sint tunc beati, aut damnati. Etiam de illis, qui tunc erunt actualiter damnati, & fuerunt terreni, non est verum; ꝙ diabolus illos incorporabit sibi vel incorporatus tenebit, quia ipse non erit, vt princeps eorum, cùm post diem iudicij cesset omnis principatus, & dæmones non torqueant alios damnatos, sed omnes pariter torqueantur a Deo.

Quæst. 679. Determinatio superioris quæst. 678.

Dicendum ergo quòd circa prædicta sunt tria vera; primum, quòd ista litera, quæ ponitur de maledictione serpentis, intelligitur secundùm veritatem de serpente animali, & non de dæmone: secūdum est, quòd nulla maledictio, aut pœna imposita fuit dæmoni, aut serpenti propter tentationem factam Euæ; tertium, ꝙ illa verba, quæ maledictionē vidētur importare, fuerūt dicta, vt satisfactum videretur hominibus de nocumēto recepto per serpentē. Circa primum patet, quia verba dirigebantur ad illum, cui Deus loquebatur, & qui præsens erat locutioni, sed erat serpens, & non diabolus, qui iam recesserat expleta tentatione, ergo de serpente intelliguntur. Secundo, quia verba intelliguntur sicut ipsa sonāt, & non debent trahi in sensum alienum sine necessitate, & tamen verba, vt iacent accipiuntur de serpente animali, & nō de dæmone, ideo de illo intellexit illa Deus. Tertio, quia dicebantur ista verba in consolationē quandam Adæ & Euæ, tamen nihil ad illos pertinebat dici aliquid contra diabolum, cùm illi non putarent hoc factum per diabolum, sed per serpentem, nam ita dixit mulier serpens decepit me, ergo non de diabolo, sed de serpente dicerentur. Quarto, quia ista verba dicta de serpente videntur significare quandam pœnam, vel importare malum: intellecta autem de diabolo nullam pœnam significant, vt patet per expositiones, quæ supra dabantur secundum Augustinum, & ponuntur a nobis supra 3. cap. & tamen ipsa ponuntur ad significandam pœnam cùm dicatur: Maledictus eris inter omnia animantia, ergo de serpente intelligerentur.

Quæst. 680. Determinatio supe rioris qō. 676.

Secundum erat, quòd secundum veritatem neque serpens, neque dæmon in aliquo maledicti sunt, ita vt aliqua pœna eis prouenerit propter illam tentationem, quæ aliàs eis non inesset, immo nulla omnino mutatio facta est in serpente, neque in diabolo propter tentationem illam. Et de dæmone patet, primo quia dæmon non peccauit tentando Euam, ideo non debuit imponi ei pœna aliqua, quia nō potest peccare qui iam damnatus est, quicquid agat, sed diabolus damnatus fuerat ante tentationem Euæ, ergo non peccauit in illa. Secundo, quia si diabolus peccasset in tentatione Euæ, pariter peccaret in omnibus tentationibus circa alios, quia in omnibus agit id, quod malum est, & ex

inuidia,

Universidad de Deusto Biblioteca

inuidia, & tamen non peccat in his, neque punitur, ergo neque peccauit tentando Euam, & sic nulla pœna maledictionis imponeretur. Tertio, quia si Deus pœnam imponeret dæmoni, talia dicerentur, quæ possent ei conuenire, sed nihil in verbis maledictionis conuenire potest dæmoni, quia omnia sunt corporalia: dæmoni autem non cõueniunt corporalia, ideo non fuerunt illa posita, vt pœna eius. Quarto, quia si intelligantur eo modo, quo exponit August. vt dæmoni applicentur, nõ sunt pœna aliqua, vt dæmon operetur ex superbia, & quòd incorporet sibi homines terrenos, &c. secundum expositionem illam non sunt aliqua, quæ dæmoni in pœnam data sint, sed quæ ille facit ex desiderio, & electione. Quinto, quia siue ista dicantur sic intellecta esse pœna, siue non in dæmone, constat tamen, quòd non acciderunt propter tentationem Euæ, sed futura erant, etiam si eam non tentaret, quia ex quo dæmon peccauit per superbiam, mãsit in eo superbia, & omnes actus sui sunt secundum superbiam, & habuit inuidiam eorum, qui poterant esse felices, quod ipse non fuit, desideraruntque eos subuertere, & ex hoc desiderio motus est ad tentãdum Euam, ergo non habuit istud tãquàm nouum in pœnam, quia Euam tentauit, cum illud prius haberet, quàm illam tentaret, & ita dicendum, quòd nihil muratum est in eo propter tentationem mulieris.

Quæs. 681. Quòd non data fuerit pœna serpenti.

Aliud erat quod neque etiam serpenti data est aliqua pœna propter tentationem Euæ in eo factam, & patet primo, quia serpẽs nihil mali egit, ideo neque puniri debuit, nam bruta non possunt peccare, cùm non intelligant, & non habeant libertatem arbitrij. Secundo, quia si propter illud malum, quod illatum est Euæ seducendo eam, esset alicui pœna inferenda, potius inferretur dæmoni, qui illud fecit, & ex electione, & industria processit, sed neque illi irrogata est pœna: ergo multo minus serpenti. Tertio, quia si aliquam pœnam, vel malum inferre vellet Deus serpenti, quia saltem in eo factum est nocumentum Euæ, irrogaret illi soli serpenti, in quo factum est hoc malum, & non omnibus alijs serpentibus, & tamen ea, quæ in maledictione serpentis ponuntur, competunt non solum illi serpenti, sed & omnibus, qui postea fuerunt, & nũc sunt, ergo non fuit pœna illata, vel malum serpenti. Quarto, quia propter peccatum non mutatur aliquid in natura à Deo condita. sed si ista, quæ videtur posita, vt maledictio, pertinerent ad pœnam esset mutatio naturæ, ergo non est aliquid hic quod factum sit circa serpentem. Primum patet, quia peccatũ dæmonis fuit maius peccato hominis, & peccatum hominis esset maius peccato serpentis, si posset dici, quòd serpens in aliquo peccaret, sed propter peccatum dæmonis nihil mutatum est de naturalibus eius, sed manserunt sibi integra naturalia, vt dicit Dionysius lib. de diuinis nominibus, cap. 4. Similiter per peccatum hominis non est mutatum aliquid de naturalibus eius, sed solũ perdidit gratuita, ergo in serpẽte ita fieret, quòd naturalia non mutarentur, sed solum habuit aliquid serpẽs prẽter naturalia, quia non habuit gratuita, ergo nihil mutatum est in serpente per tentationem factam Euæ in eo.

Quæs. 682. Opinio quidam contraria.

Aliqui dicunt, quòd potuit maledici serpens, & inferri ei pœna licèt nõ peccauerit, quia licèt ipse nõ peccauit, neque nocuit, præstitum fuit in eo nocumẽtum homini, & ita sepè bruta, & res non intelligentes puniuntur. Primo patet de ficulnea, cui Christus maledixit, quòd non habebat ficus, sed solum folia. Matth. 21. & Mar. 11. cap. & tamen illa non peccauit, quia nõ erat aliquid rationale. Secundo, quia si bos occiderit hominem, pœna ei imponitur. s. occiditur, & non comeduntur carnes eius, Exo. 21. cap. & tamen bos occidendo hominem non peccat, quia nescit quid faciat, cùm & infantibus, & furiosis non imputetur homicidium, vt extra de delictis puero. c. 1. & 2. & de homici. c. si furiosus lib. 6. Et tamen aliquid magis intelligunt furiosi, & infantes, quam bruta, ergo rationabiliter infertur interdum pœna, licèt non peccent. Tertio, quia si quis coierit cum pecore, vel quocunque iumento, sue bestia, occiditur homo, & etiam pecus lapidatur; Leui. 20. cap. & tamen pecus non peccauit; quia nescit an aliquid in eo factum sit, & nihil plus fuit in potestate pecoris, quòd coiret, vel nõ coiret homo cùm eo, quàm fuerit in serpente, quòd diabolus per eum tentaret, aut non, & tamen pecus illud in pœnam occiditur, ergo & serpenti, in quo tẽtatio facta est, debuit pœna aliqua inferri. Quarto, quia maledicuntur etiã inanimata in pœnam mali, vel peccati, sicut maledicti sunt montes Gelboe, de quibus dicitur lib. 7. Reg. c. 1. Montes Gelboe neque ros, neque pluuia veniat super vos; alios montes in circuitu visitet Dominus, à Gelboe autem transeat, nõ sint ibi agri primitiarum, quia ibi abiectus est clypeus fortium; & fuit hoc, quia Saul, & Ionathas ibi occisi sunt, & tamen longius sunt à culpa res inanimatæ quàm animalia, quantumlibet sint irrationalia, & ita serpens, qui erat animal poterat à fortiori puniri pro malo in eo commisso. Quinto, quia etiam vrbibus, & alijs rebus inanimatis Deus inferebat, aut inferri mandabat malum propter peccatum non ipsarum rerum, sed aliorum, qui in eis peccauerant, sicut quando in aliqua ciuitate Iodæorum colebantur idola publicè, iubebat Deus occidi omnes, qui in ciuitate erant, etiam pecora, & vastari omnia supellectilia cremãdo ea, & ipsam ciuitatem prosternendo eam ad terram, vt esset tumulus æternus; & nunquàm habitaretur: Deutero. 13. cap. Ergo à fortiori serpenti in quo tentatio fuit facta Euæ inferretur malum, vel pœna.

Dicendum sicut supra, quòd sicut serpens in nullo peccauit, ita nulla pœna ei inflicta fuit a Deo, neque mutatio in eo facta ab eo, quod prius habuerat; nam si pœnam, vel malum inferre Deus illi voluisset, occideret eum statim præsentibus Adam & Eua, sicut fit de alijs brutis, quibus mala Deus inferri iubet pro aliqua causa, nam occidũntur, vt patet in eis, quę supra in contrarium allegantur, sed nõ factum fuit hoc de illo serpente, ideo nihil mali irrogatum est, aut facta mutatio ab eo, quod prius fuerat. Ad primam rationem in contrarium dicendum primo, quòd nõ est simile de ficulnea, & serpente, & generaliter de animalibus, & non animalibus, quia animalia sentiunt mala, quę eis inferuntur, non animalia autem non sentiunt, ideo pro faciliori causa inferretur malum rei, quæ nõ est animal, sicut erat ficulnea, quàm animali, sicut erat serpens. Secundo, quia licèt cõmune sit tam inanimatis, quàm animatis, & animalibus, & non animalibus citra hominem non posse peccare, & ideo nõn posse illis inferri pœnam, cùm sit propriè pœna pro peccato, & non aliàs siue suo, siue alieno, quod in se quis suscipit, tam omnibus animantis, quàm inanimatis infert Deus malum quando vult, etiam si nullum peccatum ibi sit cui liberè vtatur illis, & non potest aliquis dicere ei, cur sic facis, sicut neque vas dicit figulo, quare me fecisti sic, vt Apostolus dicit ad Rom. 9. cap. quia tamẽ Deus est tota sapientia, & prudentia, nihil agit, nisi quod fieri bonum est, & ideo ex parte ipsius rei factæ à Deo semper est aliqua causa, licèt nõ sit ex parte Dei facientis, quo nihil potest esse prius, aut mouens ipsum. Ita nisi est in proposito, quia ad arefaciendum ficulneam, erat causa aliqua, ad inferendum malum serpẽti, non fuit causa, ideo vnum debuit fieri, alterum non. Patet hoc, quia Christus ficulneam arefecit iubens, ne ex ea nascerentur fructus in æternum non pro aliquo peccato ficulneæ, quia non poterat peccare existens non rationalis. Et item quia quod plus est, etiam si aliqua ficulnea peccare posset, aut illi malum imputari, saltem hęc ficulnea, cui Christus maledixit, non peccabat, neque aliquid malum in ea erat, nam maledixit ei, quia habuit folia, & nõ ficus: si autem esset tempus ficuũ, & non haberet ficus, posset aliquis calumniari contra eam, quòd esset mala ficulnea, quasi esset culpa, idest vicium naturale, sed neque istud erat, nam quando Christus maledixit ei, non erat tempus ficuum, sicut Euangelistæ expresserunt, Matth. 21. & Marc. 11. cap. ideo apparet, quòd fuit maledictio illa propter solam significationem, nam Christus voluit significare maledictionem futuram super sacerdotes, Scribas, & Pharisęos Iudæorum, qui foris ostendebant similitudinẽ bonorum, quasi folia quædam, interius verò nullum bonum habebant, & ita maledicti fuerunt, nam traditi Romanis deleti sunt cum gente sua pariter, & loco. Sed in serpente non erat aliquid tale, nam non erat aliquid significandum per malum irrogatum serpenti, sed potius si irrogari deberet, fieret, quia in serpente tentata fuerat Eua, ideo non erat simile de ficulnea, & serpente, & tamen si serpẽti Deus mala intulisset pro tẽtatione in eo facta, non esset aliquid iniustum, quia quicquid Deus facit in rebus, non committit iniustũ, quia sunt possessio sua, sicut quocunque modo se habeat homo ad possessionem suam nõ facit iniustum, lib. 5. Ethic. Etiam si res illæ, quas Deus lædit, sint in potestate alicuius, non facit Deus iniustum ei, cuius res sunt, quas Deus lædit, vel consumit: etiam si aliàs Deus posset facere iniustum illi homini, quia aliquid erit, propter quod iustum sit homini illud pati, quia nullus est, qui non sit Deo debitor alicuius pœnæ: nã si omnes sunt ei debitores mortis, à fortiori aliarum minorum pœnarum debitores erunt, & pro peccatis aliquibus ipsorum volet Deus damna aliqua inferre eis in rebus suis. Vnde Christus ficulneam arefaciens non fecit iniustum domino eius, in cuius bonis erat ficulnea, quia ille propter aliqua peccata merebatur maiorem pœnam, quàm ficulneam suam arefieri. Similiter enim & Christus fecit, quando permisit, vel cõcessit expresse dæmonibus intrare in porcos. Matt. & suffocauerũt dæmones tunc duo millia porcorum. Marc. 5. cap. & sic tanta damna Christus tunc intulit dominis porcorum faciens perire duo millia porcorum ipsorum: in serpente si aliquod malum faceret, nulli nocebat, quia serpens in nullius bonis erat. Et tamen hoc seruasset Deus, quòd si serpenti illi ad significationem, aut propter aliam causam aliquod malum intulisset, non esset illud in alijs serpentibus, sed in eo solo, quia quando Deus aliqua mala rebus sic irrogat, pœna vel malum non transcẽdit rem illam, ad quam pertinet, vnde non extenditur ad alias.

Quæs. 683. Vtrũ ad serpẽtem, vel ad boue pertineat occisio.

Ad secundum dicendum, quòd non est simile de serpẽte, & de boue cornupeta, qui occidit hominem, vel etiam si non esset cornupeta, primo quia bos ille occiditur, serpens autem non fuit occisus, & tamen si aliquod malum pro quacunque causa inferri ei deberet, non esset minus quàm mors, quia animalibus nõ inuenimus aliqua mala minora morte imposita iubente Deo, cùm ergo serpens non fuerit occisus, non fuit ei aliquod malum illatum. Secundo differunt, quia licèt neque bos, neque serpens potuerint peccare, vnus tamen verè malum fecit, alius non, serpens quidem nullum malum fecit, quia non tentauit ipse mulierem, sed diabolus in eo, quem non poterat ipse prohibere: bos autem occidit hominem non motus ab alio, ideſt non occidit hominem diabolus in boue, sed ipse bos propter aliquem impetum appetitus, qui in eo insurrexit, ideo plus causæ erat ad occidendum bouem, quàm serpentem. Tertio, quia adhuc in boue erat alia causa ad mortem, quæ non erat in serpente: duo enim inueniuntur in boue, qui occiderat hominem, vnum erat malum futurum. s. quòd sicut bos occiderat vnum hominem, ita ex simili impetu occidere posset postea alios, & verisimile erat, quod faceret: aliud erat quod erat horribile factum hominem occisum esse a boue, vel ab aliquo pecore propter humanam dignitatem, & quoniam est dominus omniũ rerum irrationabilium. Et propter vtrunque erat iustum occidi bouem, non quasi peccasset, & in pœnam inferretur ei mors, sed propter primum, vt auferretur mali occasio: expediebat enim communitati hominũ non esse inter eos id, quod sine causa poterat occidere hominem, & verisimile est, quòd de cætero faceret, & ista erat causa præcipua mortis bouis. Etiam competebat hoc propter horrorem facti, quia indecens erat apparere inter homines illam bestiam, quæ fuderat sanguinem humanum, qui erat tantæ dignitatis, vt ergo non appareret, occidebatur. Et ideo circa bouẽ, qui occiderat hominem lex iubebat duo fieri, scilicet, quòd lapidaretur, & quòd non comederẽtur carnes, sed relinqueretur canibus. Exod. 21. cap. primum. s. qp occideret bos proderat principaliter ad cauendũ mala futura, ne alios homines occideret. Secundum erat propter horrorem facti, quia tam horribile erat occidi hominem a boue, quòd non solum deberet bos occidi, sed etiam sub tanta abominatione haberi, vt neque vellent homines tangere illũ, ideo neque manducare, ne viderentur mãducare sanguinem humanum, quo ille se tinxerat hominem occidendo. Occidi etiam animalia quæcunque hominem occidentia, licèt ipsa in hoc non peccent, tam iustum est, quòd Deus nobis dedit exemplum eius in quantum ipse promisit, quòd requireret sanguinem humanum de manu bestiarum in vindictam hominis, sic patet supra 9. cap. Sanguinẽ animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum, & de manu hominis, & de manu viri, & de manu fratris eius requiram animam hominis: quicunque effuderit sanguinem humanum, fundetur sanguis eius. Ergo iustum erat, quòd si bos, vel aliud animal occideret hominem, occideretur ipse. Circa serpentem non erãt istæ causæ ad hoc quòd occideretur, vel aliquod malum ei fieret: primum. s. periculum futurorum non erat ibi, cùm non esset aliquis actus, quẽ serpens ex inclinatione quantumlibet bestiali acturus esset, quia erat tentatio, quæ non fuit operatio serpentis, sed dæmonis in serpente, & verum est, quòd potuerat postea dæmon introire in serpẽtem, quotiens vellet, & tentare, & hoc non poterat serpens prohibere; cùm moueretur à potentiori cui resisti non poterat per eum. Sed istud periculum similium tentationũ in futuro non erat aliqua causa occidendi serpentem: primo, quia propter hanc rationem non solus serpens occidendus erat, sed & omnia animalia, cùm in omnia possit introire dæmon, & per omnia loqui atque tentare, sicut angelus bonus introiuit in asinam Balaã, & locutus est per illam: Num. 22. Et dicit Aug. lib. 11. super Gen. fuisse illum angelum bonum, sed potuisse hoc facere dæmonem, quia boni angeli, & mali similiter operantur, & idem Magister lib. 2. Sent. dist. 22. & tamen non debuerunt occidi alia animalia, neque occisa sunt propter istud periculum. Secundo, quia adhuc potius ex hac causa deberent occidi alia animalia, quàm serpens: nam licèt diabolus posset postea intrare in serpentem ad tentandũ, tamen nunquam tentaret, quia cum semel fuisset homo in serpẽte tentatus, & succubuisset, timeret quando audiret serpentem loqui, & non audiret eum, & ita non posset ab eo iam decipi,

decipi, sed quia in alijs animalibus nunquam deceptus fuerat, potius audiret ea, & magis periculū erat circa alia, quàm circa serpentem, ideo potius alia quàm serpens occidi debebant, sed non factum est, ergo neque serpens debuit occidi, aut puniri in aliquo. Etiam non erat hic secundum. s. horror facti, quemadmodum in boue occidente hominem, quia fallere non est horribile sicut occidere, maximè, quia illud nō fecit serpēs, sed diabolus in serpente, ideo debuit sic esse de serpente, sicut de boue.

Quæs. 685. Ad tertiū. De pecore cum quo quis coiuit.

Ad tertium cùm dicebatur de pecore, cū quo quis coiuit, quòd occiditur, dicendum, quòd non est simile de illo, & de serpente: neuter enim peccat, quia neque serpens, in quo fuit facta tentatio neque pecus, cū quo est coitus, tamen occidi pecus est iustum, & non est sic de serpente: duo enim sunt, propter quæ occiditur pecus, cum quo quis coiuit. Primum est occasio mali, quia cùm notum fuerit aliquod esse pecus, cum quo quis coiuit, alij inclinabuntur ad hoc faciendum potius cum illo pecore, quàm cum alio, quia cùm istud sit huic rei assuetum, putabitur quòd potius permittet hanc rem in se exerceri, quam cætera pecora, quæ non sunt ad hoc assueta, ergo ex hac promptitudine vt non crescat homini desiderium ad malum cōueniens fuit occidi pecus. Secundum fuit horror facti, quia horribile, & valde turpe est, quòd homo coeat cum pecore, quia in hoc deturpat se ipsum, & deprimit dignitatem naturæ humanæ, vt ergo non appareat id, in quo deturpatur natura humana, conueniens est pecus occidi, sed non fuit sic de serpente. Et apparet primum, quia ex eo, quòd in serpēte dæmon tentauit hominem nō oriebatur occasio, aut incentiuum mali, quia hoc malum quod erat tentare non poterat fieri, nisi per dæmonem, & non magis incitaretur dæmon ad tentandum hominem manente serpente, quàm non manente, cū posset in quolibet alio animali tentare, immo nunquam postea tentauit hominem in serpente, ideo nullum periculum erat, si serpens viueret, & consequenter non debebat occidi. De horrore iam dictum est, q̄ non erat ibi horror sicut in eo, quòd quis cum pecore coeat, quia in eis, quæ sunt magis materialia est bonū, & malum magis cognoscibile, quàm in ijs, quæ sunt aliqualiter spiritualia; sic autem sunt occidere, & concubitus, ideo concubitus cum pecore, aut occisio facta a pecore sunt horribilia. Non est sic de fallere, quia illud consistit in actu rationis, & talia nō sunt sensibilia. Alia adhuc ratio dissimilitudinis est, quia quando occiditur pecus, cū quo coiuit, occiditur ipse homo, qui cum illo coiuit: Leuit. 20. cap. ita, & occidi deberet serpēs, per quē tētatio facta est & occideretur homo, qui tentationi assentiens præuaricatus est mandatum Dei, & tamen Deus non occidit Euam assentientem tentationi diaboli, sed alias pœnas intulit, ergo neque serpentem occidere debuit, sed prænunciauit aliquid tanquàm pœnam contra serpentem, licèt secundùm veritatem non erat pœna.

Quæs. 686. Ad quartū. De maledictione inanimatorum.

Ad quartum dicendum, quòd inanimata non maledicuntur, neque puniuntur, quia non est in eis sensus mali. Et cùm dicitur de montibus Gelboe, quòd maledicti fuerunt, dicendum quòd ibi non potuit esse pena neque maledictio: de pœna patet, quia non est nisi pro peccato: montes autem & irrationabilia peccare non possunt, ideo quicquid eis eueniat, non est pœna, neque potest sic vocari, quia illa correlatiuè dicitur ad peccatum, vel culpam. Etiam non possunt propriè maledici montes, quia maledictio est malum datum, sed rei inanimatæ non potest malum dari, quia illa malum non sentit, & non est malum, nisi sentienti: quòd enim terra efficiatur sterilis, non est terræ bonum, aut malum, quia neque in vno gaudet, neque in altero tristatur, neque aliquo modo illud sentit. Est tamen concedendum, quòd interdum per Deum fit circa res inanimatas aliqua deterioratio, vel immutatio à bona dispositione, quæ si fieret circa rem sentientem esset pœna, aut maledictio, sed circa rem non sentientem neutrum potest dici. De montibus autem Gelboe potest dici, quòd non fuit maledictio data, aut mutatio aliqua facta in eis, quia illud quod dicitur neque ros neque pluuia veniat super vos, non fuit dictum à Dauid, vt propheta pronunciante id, quod Deus intenderet, sed vt ab oratore componente metricas lamentationes, & apponente in eis quicquid ad ornatum pertinet, sic patet lib. 2. Reg. primo cap. Planxit autem Dauid planctum huiusmodi super Saul, & super Ionatham filium eius, & præcepit, vt docerent filios Iudæ planctum, & ideo cum esset planctus artificiosè compositus, ponerentur ibi ea, quæ poterant exprimere dolorem plangentis, & quia plangentes solent detestari locum, & tempus in quibus mala, de quibus lugēt, deuenerunt, Dauid tenuit hic modum istū in hoc plāctu.

De tempore patet, sicut quādo Iob luget miseriam suam, dicens: Pereat dies, in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo Iob 3. cap. De loco patet in isto planctu Dauid, nam quia Saul, & Ionathas corruerant in montibus Gelboe, dixit Dauid detestando montes illos: Montes Gelboe neque ros, neque pluuia veniat super vos, neque sint ibi agri primitiarum, quia ibi abiectus est clypeus fortium. Ista ergo dicuntur à Dauid sicut plangente, & non ab eo sicut prophetante, vnde non est maledictio aliqua in hoc, neque erant verba alicuius efficaciæ.

Secundo patet, quia neque euenerunt illa, quæ Dauid ibi dixit. s. quòd non caderet ros, aut pluuia super montes Gelboe, immo super illos montes ros, & pluuia ceciderunt, & fuerunt ibi agri primitiarum, nam & nunc pluuia cadit, cùm aliqui diebus nostris dormierint in monte Gelboe, & de nocte cecidit magna pluuia super eos.

Tertio patet, qa si esset maledictio hic, esset a Deo, tanquam ipse detestaretur rem gestam in montibus Gelboe, sicut detestaretur mala quædam facta ab hominibus, propter quæ tam eis, quàm terræ plagas infert; sed non fuit hic sic, quia Deus nō detestatur mortem Saulis, & filiorum suorum, sed potius voluit eā, & coarctauit eum ad hoc, quòd incideret in eam: sic enim ipse dixit ad Samuelem, cum suscitatus est: Coarctor nimis, Philistijm pugnant aduersum me, & Deus recessit a me, & exaudire me noluit. Et ēt Deus prænunciauit ei illam mortem & tempus: nam dixit, cras tu, & filij tui mecum eritis. Et addidit; idcirco, q̄ pateris, fecit tibi dominus hodie, & dabit etiam dominus Israel tecum in manus Philistijm, lib. 1. Reg. 28. c. Cum ergo voluisset Deus hoc fieri, immo ipse tradebat Saulem in manus Philistinorum, nō detestaretur factum ad hoc, quòd malediceret montibus Gelboe, vbi hoc accideret, ideo non fuit maledictio a Deo data montibus, ideſt deterioratio aliqua ibi facta, ita vt ibi non plueret, si pluebat prius. De ista tamen maledictione magis dicetur lib. 2. Reg. 1. c. Ad quintam & vltimam rationem, dicendum est, quòd Deus interdum iubet fieri mala, aut deteriorationes circa res inanimatas, & ipse etiam facit illud non iubendo, sed hoc non est punire ipsas, quando non peccauerint, etiam non est maledictio, vt dictum est, quia non est eis malum cum non sentiāt, sed fit illud propter malum hominum, vel propter detestationem peccati, nihil ad cautelam futurorū, & propter similes causas. Et hoc apparet in exemplo allegato, vbi occiduntur pecora, & cremantur omnia supellectilia, & ipsę vrbes, & edificia dirimuntur, ipsi autem homines in pœnam peccatorum suorum occiduntur, sed res ad eos pertinentes destruuntur partim in pœnam ipsorum inquantum ipsi dolere possunt pro illis, quia sunt res eorū, & hoc maximè pro filijs, & filiabus paruulis, qui pro peccato patrum occidūtur, de quibus necesse est dolere parentes, partim in abominationem delicti hoc modo, quia ostenditur valde magnum esse delictum, cum non solum peccantes inficiuntur ex eo, sed etiam res, quas illi tangunt, reputentur infectæ. Et hoc fit in omnibus rebus pertinentibus ad idola, siue in eis, quæ sunt idolorum partes, aut ornatus, siue in eis, quæ pertinent ad idolatras. De primo patet Deuter. 7. cap. non inferas quippiam de idolo in domum tuam, ne fias Anathema, sicut & illud est, quasi spurcitiam detestaberis, & quasi immunditiam, & sordes abominationis habebis, quia anathema es. De secundo patet. Deuteron. 13. cap. vbi iubet Deus succendi ciuitatem Idolatrarū cum omnibus, quæ ibi sunt, & nihil inde tolli. s. cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas domino Deo tuo, & sic tumulus sempiternus nō ædificabitur amplius, & non adhærebit de anathemate quicquam in manu tua, vt auertatur dominus ab ira furoris sui. Etiam fit hoc ad bonum quoddam hominū, scilicet, vt superstites non incidant in tale delictum cū videant illud tam grauiter vindicatum. Sic fecit Deus de vrbibus Sodomorum; nam non solum occidit Deus viros illos peccatores, sed etiam subuertit vrbes, & perdidit totam regionem in æternum, infra 19. cap. cum prius esset sicut Paradisus domini, vt dicitur supra in litera. Et vult Deus manere tales plagas, & desolationes in memoriam perpetuam quorundam delictorum, vt omnes, qui nascuntur videntes hæc, timeant. Simile comminatus est Deus se facturum israelitis non solum in eis, sed in terra ipsorum si præuaricarentur mandata eius, sic dicitur Deuter. 29. cap. scilicet, Dicet sequēs generatio, & filij, qui nascentur, & peregrini, qui de longè venerint videtes plagas terræ illius, & infirmitates, quibus eam afflixit dominus sulphure, & solis ardore comburens ita, vt vltra non seratur, nec virens quippiam germinet in exemplum subuersionis Sodomæ, & Gomorræ, Adamæ, & Seboim, quas subuertit Dominus in ira, & furore suo, & dicent omnes gentes, quare sic fecit Dominus terræ, quæ est hæc ira furoris eius immensa, & respondebūt, quia reliquerunt pactum Domini, quod pepigit cum patribus eorum. Simile Deus dixit se facturum de templo, si Israelitæ relicto ipso tollerent Deos alienos. li. 3. Reg. 9. cap. Aliquando autem non deleta gente deteriorabat Deus terrā faciens terram sterilem, quæ erat fructifera propter iniquitates habitatorum, vt in hoc punirentur ipsi: non autem terra, quæ nihil mali aut boni sentit, sic dicitur Psal. 106. Posuit flumina in desertum, & terram aquarum in sitim, terram fructiferam in salsuginem à malitia habitantium in ea. Simile patet Leuit. 26. & Deuter. 28. vbi à principio peccatorum ponūtur plagæ minores nō exterminādo gentem, sed puniendo eam. s. percutiat te Dominus egestate, febre, & frigore, ardore, & æstu, & aere corrupto, ac rubigine, sit cœlum, quod supra te est, æneum, & terra, quam calcas ferrea; det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem, & de cęlo cadat super te cinis, donec conteraris. Sed de serpente non fuit sic, quia ille non peccauerat aliquid, nec in eo fuerat commissum aliquod graue peccatum, quod Deus punire vellet, cū neque ipse serpens peccauerit, neque dæmon tentans in ipso peccauit, cùm tamen istæ plagæ inferebantur in rebus inanimatis, licèt ipsæ non peccarent, erant in eis commissæ quædam iniquitates in quarum vindictam, & memoriam, & cautelam futurarum Deus illas plagas inferebat, sed in serpente non erat commissa aliqua iniquitas, ideo non debuit esse aliqua vera pœna.

Quæs. 688. An maledictio serpentis data fuerit ad satisfactionem Adæ & Euę pro nocumēto sibi illato vt quæst. 679.

Tertium erat, quod ista verba dicta contra serpētē, quæ sonant in maledictionem, fuerunt dicta ad satisfaciendum hominibus, quia Adam & Eua videbant se valde læsos, quia expellebantur de Paradiso, quod factum fuerat suadente serpente: si autem serpens nihil pœnę reciperet putarent secum iniustè agi, ideo vt hoc nō putarent, debuit aliquid videri imponi serpenti de pœna, vel malo, licèt non esset. Erat motiuum præcipuum, quia ipsi non intelligebant veritatem huius rei à principio, fortassis autem postea intellexerūt: si enim ipsi scirent, quòd qui tentauit eos erat diabolus, & serpens nihil in hoc egisset, nō exigerēt pœnam de aliquo; non de diabolo, quia cùm sit damnatus, & obstinatus non potest vlterius peccare, & quicquid agat, non imputatur ei in peccatum. De serpente iniustū erat pœnas exigi cùm ille sit irrationabilis, & nesciret quid per ipsum actum est, neque fuit in sua potestate prohibere, vt dæmon non tentaret per ipsum, & ita de nullo exigerent, sicut & nos cum à dæmone tentamur, & superamur, nullas pœnas de eo exigimus, quasi ei hoc conueniat. Sed Adam & Eua, aut saltem Eua non videretur hoc intellexisse à principio post peccatum, siue quia neque ante peccatum cognouerant, vt multis placet, siue quia post peccatum in hūc errorem inciderunt. Putabant enim factum esse hoc à solo serpente, quasi ille intelligeret, & loqui posset, atque cogitare aliquid, quo fœminam falleret, vnde mulier se excusans non dixit: Dæmon decepit me, sed dixit: Serpens decepit, quasi in serpente esset principium sufficiens ad hoc faciendum. Si autem hoc esset verum, esset serpens rationabilis, & fuisset in culpa hoc faciendo, quia rem malam faceret, sciēs quid faceret, & ex intentione motus per inuidiam, ideo pœna dignus erat, & quia istud non erat verum non intulit Deus veras pœnas serpenti, sed quia putatum est verū ab hominibus, & ideo nō satisfieret eis, si pœna aliqua non daretur, & visus est Deus dare illi pœnam.

Aliud motiuum.

Aliud motiuum erat, quia Deus erat iustus in iudicando, apud quem non erat acceptio personarum, & talem se ostendere debuit à principio, ne quid sinistri de eo conciperent homines: non enim iudicauerat ante hoc inferendo hominibus pœnam aliquam pro peccato, ideo in ista prima debuit ostendere se qualis esset. Si autem appareret hic omnino iustus, putaretur semper talis esse: si autem in aliquo videretur hominibus deuiare ab eo, quod rectum erat, putaretur sic in futuris iudicijs facere, & tamen iuxta ignorantiam, & opinionem ipsorum, qua putabant serpentem peccasse tentando mulierem, si inferret eis pœnas, & non serpenti esset acceptor personarum, & iniustus distributor, vt ergo hoc non crederetur ab eis, quod inconueniens erat, cum nihil sit periculosius, quam præue de Deo sentire, fuit conueniens inferri aliquid aut prænunciari serpenti, quod videretur esse pœna. Adhuc erat istud motiuum maximum, quia iudicium istud Dei factum fuit aperte, ideſt Deo iudicante verbaliter, & proferente condemnatoriam sententiam contra homines post discussionem causæ, & ita cuilibet ratione vtenti appareret, an iustè, vel iniustè Deus iudicaret: si enim Deus iudicaret occultè quemadmodum quotidie iudicat inferendo quibusdam pœnas, alijs bona, quia nescirentur merita personarum, ex quibus iustificari posset factum Dei, dubitaret homo an Deus iustè, vel iniustè iudicasset. Et tamen quia verbaliter iudicauit auditis meritis causæ, poterat dici sub certa coniectura, quòd bene, aut male iudicaret, & sic tanto periculosius erat inde sumi exemplum mali iudicij per errorem humanum, quanto erat iudicium manifestius

festius, ideo vt non putaret homo Deum tunc iniustè iudicasse, quia idem crederet postea in omnibus iudicijs occultis, fuit conueniens, quòd Deus taliter se haberet, vt ab homine crederetur rectè iudicasse, & hoc erat pœnam prænunciando serpēti sicut eis. Sed obijcietur, quòd hoc non proderat: nam Deus secundum veritatem nullam pœnam serpenti intulit, sicut dictū est, nam omnia, quæ prænunciata sunt contra eum, erant talia, quæ ei secundum naturam competebant, & etiam si dæmon non tentaret mulierem per serpentem, eadem omnia, quæ Deus prænunciauit serpenti futura essent in serpente. Dicendum quòd verū est, & tamen hoc faciebat hominibus, nam ipsi volebant, quòd irrogaretur pœna serpenti, per quem putabant malum sibi procuratum, & satisfactum sibi esset, si aliquid fieret circa serpentem, quod ipsi crederent esse pœnam, sed ea, quæ prædixit Deus serpenti putata sunt ab illis esse pœnam veram, ideo hoc satisfaciebat eis; nam sicut homines habuerunt errorem circa serpentem putando, quòd verè ille nocuisset eis, aut saltem mulier hoc putauit, ideo putabat iustum esse, ꝙ puniretur serpens, ita ipsa ex paruitate iudicij, & paucitate experiētiæ putauit pœnam esse id, quod à Deo prænunciabatur serpenti, quasi non esset aliter futurum in serpente, nisi Deus hoc diceret, & ita sicut per errorem putauit sibi factum iniustum, putauit similiter per errorem sibi satisfactum esse. Et ad hoc fuit modus pœnarum conueniens, scilicet, quia serpenti videtur Deus intulisse quędam, quæ mala essent, tamē non essent mors, quia hominibus peccantibus mortē non inferebat: si enim serpenti mors inferretur prosuasione, videretur irroganda mulieri, quæ suadenti serpenti credidit, & peccauit, sed nō inflicta fuit mors mulieri, immo quædam aliæ pœnæ, ergo neque serpenti inferri debuit, sed quædam citra mortem.

Quęs. 689 Obiectio tollitur.

Quęs. 690 Qūo sit verū, quòd scriptū sit Maledict' inter oīa animantia

Dixit Deus serpenti maledictus eris inter omnia animantia, & bestias terræ, de quo petitur quomodo sit verum. Dicendum primo, quòd necesse est accipi de serpente, & non de dæmone, vt præsuppositum est ex ante dictis: qui enim de dæmone intelligunt, facilè accipiunt quomodo sit: est enim dæmon maledictus inter animantia, quia est infelicior omnibus animantibus, nam animalia non sunt fœlicia, neque infœlicia, quia neutrius sunt capacia: dęmon autem verè est infœlix, vel miser, ideo habet ipse deteriorem statum quàm animalia. Sed non potest accipi de ipso prout ostensum est, quoniam neque ad ipsum factus est sermo, sed ad serpentem. Secundo, quia dictum est: Maledictus eris inter omnia animantia, & bestias terræ, ergo iste, qui maledicitur est de animantibus, sed dæmon non est de animantibus, aut bestijs, ergo non maledicitur ipse hic. De serpente autem istud cōuenit, quia erat serpens, ad quem loquebatur Deus, & erat de animantibus, & bestijs: vocantur enim animantia omnia, quæ viuunt, & mouentur in terra generaliter dicta ab anima, qua viuunt: bestia est nomē magis speciale significās animalia fera, quæ non mansuescunt apud hominem, nullamque ei vtilitatem afferunt, & distinguuntur contra iumenta, & pecora, quæ mansuescunt, & vtilitatem adiutoriumque humanæ vitæ afferunt. Vtrumque autem pertinet ad serpentem, nam est de animantibus, inquantum est viuens, quod mouetur, est bestia, quia animal ferum est, & homini non confert ad vitam, & istum modū loquendi tenet scriptura de serpente supra a principio, cum dixit, sed & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ ponendo eum inter animantia. Dixit autem maledictus eris inter animantia, & bestias, idest nulla bestia, nullum animal inuenietur te infelicius, & est modus loquendi iste cōueniens ad signandum excessum mali, sicut per contrarium signatur eminens bonum, vt cùm de Domina nostra dixit angelus, Benedicta tu inter omnes mulieres, & super omnes, quia nulli mulieri tantum bonum collatum est, neque vnquam conferetur. Ita de serpente dicitur, quòd est maledictus inter omnia animantia, quia nullum animal est ita maledictum sicut serpens.

Determinatio.

Quęs. 691 Cur dixit inter alia animantia, & bestias terræ.

Sed dicetur, ad quid dixit: Maledictus eris inter omnia animantia, & bestias terræ? Quia sufficiebat dici inter omnia animantia, cùm sit genus, & non adderetur species, scilicet inter bestias. Dici potest vno modo, quòd est consuetudo locutionis scripturæ, & fit ad maiorem notificationem posito genere, & specie simul, quàm altero eorum tantum. Secundo potest dici, & melius, quòd fuit ad signandum magnitudinē maledictionis: debet enim sic litera legi; Maledictus eris inter bestias terræ, & omnia animantia, & tunc causa dicti apparet: voluit enim scriptura comparare serpentem ad res sibi similes, quia comparatio fit in vnum o, & ideo potissimum fit in specie specialissima, & quia vnus modus, & quasi species animaliū est bestia, & de bestijs est serpens, non autem de iumentis, aut pecoribus, voluit comparare ad bestias, de quibus erat, vt diceretur: Maledictus eris inter bestias terræ; sed qa poterat aliquod aīal deterius se habere bestijs, quod nomine bestiarum nō inueniretur, addidit scriptura, & inter omnia animantia, & tunc apparet, quòd nullum animal infelicius, aut deterius se habeat inter omnia animalia, quàm serpens. Et hoc videbatur debere dici ad satisfaciēdum hominibus, quia nullum animal nocuerat eis, nisi serpens, & nullum putabatur ab eis peccasse, nisi serpens, ideo omnibus miserabilius, aut deterius fieri debebat. Similiter maledictio ista non intelligitur esse vera maledictio, quia illa importabat malum datum, sed nullum malum datū fuit serpenti, nam omne, quòd Deus ei prædixit, competebat ei secundum naturam, scilicet, quòd terram comederet, & super terrā graderetur, & quòd esset inimicitiæ inter eum, & mulierem, sed quòd esset secundum naturam non est ei malum, cum naturalia sint alicui, per quæ est, & in quibus est, malum verò dicit defectum boni, & esse; ideo quæ naturalia sunt alicui, non possunt dici esse mala eius, sed aliqui defectus eorum, quæ secundum naturam esse deberent in re, vel transmutari ab eo, quod conuenit secundum naturam. Sed ista vocantur maledictio quædam iuxta opinionem mulieris, quia putabat, quòd ista non competebant serpenti secundum naturam, sed ex Dei impositione, & tunc esset verè maledictio, quia verè aliqua mala irrogarentur serpenti. Aliter potest adhuc verificari, quòd serpens sit maledictus, idest deterius se habens inter omnia animalia, nam licèt omnia, quæ habet sint ei naturalia, sunt minora quàm aliorum animalium, inquantū ergo sunt imperfectiora, habet se deterius serpens in suis naturalibus, quam cætera animalia, & quantum ad hoc dicitur inter omnia esse maledictus. Sed dicitur eris maledictus inter omnia animantia, quod non videtur verum, quia illud malum quod habiturus erat serpens iam habebat, cum omne illud esset secūdum naturam, & omnia naturalia sunt a principio generationis, ideo non debebat dici; eris maledictus, sed iam es maledictus.

Alitur.

Determinatio.

Dicendum, quòd debuit dici eris maledictus, & nō es: primo, quia ista accipienda sunt secūdum opinionem mulieris, ipsa autem putabat, quòd Deus inferebat nunc serpēti, quæ nunquā habuerat, & quasi nunc inceptura essent dicebatur, Maledictus eris. Secundo, quia ista dicta sunt ad satisfaciendum mulieri, & tamē si diceretur, Maledictus es, & signaretur, quòd nihil de nouo inferebatur serpenti, non satisfieret mulieri, quia

quia sicut peccatum serpentis, quod illa putauit, erat aliquid nouum, ita & pœna debuit esse aliquid nouū, & id quod secundum naturam præexisteret: debuit igitur, aut nihil dici, aut dici, maledictus eris. Dicendū etiam, quòd per hoc quod dicitur: maledictus eris inter omnia animātia, & bestias, nō signatur aliqua specialis maledictio, sed signatur id, quod per alias maledictiones particulares, s. terrā comedes, & super pectus gradieris, & tamen hoc fuit conueniens dici, vt sciret ꝙ illa, quæ apponebantur mala quædam erant ipsi serpenti. Secundo, & præcipuè ad magis exprimendum malum serpentis, & ad magis satisfaciendum mulieri, nā si solum diceretur super pectus tuum gradieris, & terram comedes, videretur hoc esse malum & pœna quædam, nesciret tamen mulier, an aliqua animalia deterius se haberēt, & posset putare, quòd sic, ideo neque sciret an pœna sufficiens irrogaretur serpenti; cū autem dictum est: Maledictus eris inter omnia animantia, expressè ostendit, quòd nullum animal ita malè se haberet, sicut serpens, & ita satisfieret in hoc mulieri, ideo sic debuit dici.

Quęs. 692 Dęmon non dicitur esse de animantibus.

Dictum est serpenti super pectus tuum gradieris. Aliqui accipiunt hoc de dæmone. s. super pectus gradieris. i. à superbia incipies omnes operationes, pectus est vbi cor est, & in corde est animositas, vnde est superbia, ideo per pectus superbia designatur: diabolus autem super pectus graditur, idest super superbia incipit operationes à superbia: & tam sua prima, qua peccauit, fuit superbia, quàm omnes, quibus nos peccare facit, nam conatur inducere nos ad peccatum, qđ non potest fieri nisi subducendo homines iugo legis Dei, quia omne peccatum est contra Dei præceptum, sed ꝙ homo velit non esse subditus diuino præcepto, superbia est, cùm vsurpetur ibi quod solius Dei est. i. esse liberū ab omni subiectione, ideo in omni peccato superbia est, & a superbia incipit iuxta illud Eccles. 10. cap. Initium omnis peccati superbia est. Sed diximus, quod nihil horum de diabolo intelligitur, sed omnia de serpente, ideo accipiendum est sic, vt dicatur super pectus tuum gradieris. i. non moueberis super pedes sicut alia, quæ pedibus gradiuntur, & illos tantum terræ applicant, sed super pectus moueberis habendo totum pectus, & corpus per terram extentum. Et istud erat vnum de malis ipsius serpentis, quia non videtur esse habitudo alicuius animalis deterior in motu, quia animalia pedes habentia pedibus gradiuntur, & non applicant corpora terræ, sed tantum pedibus mouentur, & mutantur; serpens autem, quia super terram extenditur, necesse est, vt corpus eius lædatur, & non possunt esse tam bonæ complexionis animalia, quæ reptant trahendo corpora super terram, sicut ea, quæ solis pedibus illam contingunt, & quasi hoc esset valde malum inter omnes dispositiones animalium, posuit illud prius, scilicet super pectus gradieris.

Quęs. 693 Dęmon dicitur esse de animantibus, quia super pectus gradietis.

Sed circa hoc dicet aliquis, quòd non poterat istud dici in maledictionem, quia aut quando serpenti dixit Deus ista, erat serpens extentus super pectus suum, aut incedebat erectus, si reptabat super terram non poterat istud dici, quia iam mulier hoc videret esse naturale serpenti, ideo nō putaret istud esse maledictionem aut pœnam: si autem dicatur, quòd tunc erectus incederet, competeret illud ei ex natura, & non mutaretur, quia nihil naturale mutauit Deus per peccatum, potissimè in eis, quæ non peccauerunt, neque peccare potuerunt. Et ista est vna causa, quare aliqui dicunt, quòd non potest intelligi litera ista de serpente animaliter, sed de dæmone, quia accipiendo de serpente præsupponeretur, quòd ante hoc serpens erectus incedebat, quod non est verum. Dicendum, quòd multi veterum intellexerunt serpentem à principio fuisse pedibus incedentem, & naturaliter loquentem, ac ratione vtentem, & his fuisse priuatum, quia seduxit Euam, & hoc tenet indubitate Iosephus tanquàm verum. lib. 1. Antiqui. dicens: Abstulit autem & serpenti vocem iratus eius malitiæ quam gesserat in Adam, quem pedibus etiam priuauit, vt volutatus in puluere. Est autem dicendum quòd ista multum concordarent literæ, si essent possibilia, nam Iosephus putauit, quòd ille, qui tētauit Euam non fuit diabolus, aut aliqua substantia spiritualis introiens in serpētem, sed ipse serpēs ex se ipso erat potens facere hoc. s. erat intelligens, & loquens, & inuidit fęlicitati Adæ & Euæ, volensque eos deicere ab illo statu cogitauit, quomodo falleret Euam inducens ad comedendū de ligno vetito, quasi per hoc Deus indignatus puniret eos, perderentque illam fœlicitatem. hæc omnia vult Iosephus libro primo Antiquitatum, & ita serpenti dat intellectum, & vocem, similiter dat ei pedes, quibus moueretur rectus sicut homo, & deinde dicit à Deo pedibus priuatum esse serpentem, & voce in pœnam iniquitatis suę. Hæc conuenire videntur literæ, inquantum supra 3. c. dicitur serpens autem erat callidior cunctis animantibus terræ, qui dixit mulieri cur pcepit vobis Deus, &c. & ita signat ibi duo: primùm, quòd serpens fecit illā tētationem, quasi nullus alius fecisset, quia dicit, quòd ille locutus est ad Euam, & non dicit, quòd alius loqueretur, secundum quia videtur dicere, quod esset in serpente sufficiens principium ad loquendum, & cogitandum hoc, cùm dicitur, ꝙ serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, & ita ex illa calliditate posset hoc dicere, quod non possent alia animalia facere. Etiam quòd signatur quasi haberet pedes, & eis priuatus sit, cùm dicatur super pectus tuum gradieris, ac si dicatur quòd prius nō gradiebatur super illud, sed mouebatur super pedes. De voce ablata non dicitur in sacra scriptura, sed Iosephus illud asseruit, quia putauit necesse esse dici; nam præsupponit omnia illa sic ad literam intelligenda, ideo loqueretur verè serpens: tamen nunc neque potest, ideo necesse est dici vocem ablatam, & hoc ille expressit.

Quęs. 695 Confutatio Iosephi.

Sed dicendū est, quòd ista non sunt possibilia, ideo scriptura non est sic intelligenda: primo, quia sic præsupponitur esse serpens animal rationale, nam non posset intelligere hoc, quæ dicturus erat, nisi esset rationalis, maximè quia non solum intelligerem, sed etiā acutius quàm mulier, cum illam seducere potuerit, sed hoc non est possibile, quia tunc serpēs esset homo, nam in animalibus solus homo est rationalis, vt dicit Arist. libro primo de animalibus, & ideo rationale est differentia hominis. Secundo, quia serpens est nunc animal brutum, & tamen si fuisset aliquando animal rationale, non posset esse postea irrationale, quia essentialia non possunt mutari, ergo cùm nunc sit irrationale, nunquam potuit esse rationale. Tertio, quia forma est in materia secundum dispositiones eius, vnde anima rationalis non potest esse in quocūque corpore, sed solum in corpore organizato, & complexionato sicut est corpus humanum, nam & quando homo moritur non desinit esse ibi anima, nisi quia desinit corpus sic esse complexionatum, & tamen corpus serpentis, neque est sic complexionatum, neque sic organizatum sicut nostrum, ergo non poterat in eo esse anima rationalis, & ita non fuit aliquando serpens animal rationale intelligens. Quarto, quia vt dicit Arist. lib. 4. de Animalibus, animalia habent vocem, sed nullum animal habet sermonem nisi homo, & tamē serpens non erat homo, ergo non poterat loqui, & ita locutio non esset sua. Ex his ergo necesse est dici, ꝙ ille, qui tentauit Euam non fuit serpens, sed dæmon, qui erat spiritualis substantia intelligens abundantius, quàm

quàm homo, vnde talia cogitare poterat, per quæ falleretur homo, quia tamen non habebat dæmon organa cùm sit incorporeus, accepit serpentem, in quo loqueretur. Scriptura autem non dicit factum esse per dæmonem, sed per serpentem: primo, quia non erat conueniens innui, quòd dæmon hoc faciebat propter multa, quorum aliqua tacta sunt: secundo, quia consuetudo scripturæ est id asserere factum, quod ad sensum apparet, licèt aliud in veritate sit; & tamen hic serpens videbatur ista loqui, & facere, ideo asseruit scriptura, quòd serpens ista faceret, & hoc patet, quia simili modo fuit de asina Balaam, quæ locuta est: Num. 22. cap. de qua certum est, quòd non poterat loqui, neque locuta est, sed angelus introiuit in eam, & locutus est per eam: scriptura tamen sacra non dicit angelum ingressum in eam, & locutum, sed quòd asina locuta est, ita ergo de serpente accipienda est. Et oportuit hoc attribui specialiter serpenti, quia ponitur postea quasi pœna inflicta pro hoc malo, sed non inferretur ei pœna, si non præsupponeretur, quòd ille hoc fecerat, & sciret malum, quod faciebat, ergo debuit præsupponi quasi hoc faceret serpens, & non diabolus in serpente, aut aliquis alius spiritus. Sed adhuc dicendum, quòd licèt posset concedi serpentem fuisse aliquãdo rationalem, & quod hoc facere posset, nõ esset cõcedendũ, quòd fecisset, quia tunc cum non moueretur ab alio, & sciret quid faceret, atque ex inuidia moueretur, esset peccatum suum graue, & non solum inferret Deus illam pœnam ei, sed mortem atrocissimam. Dicẽdum est ergo, quòd serpens nunquam habuit intellectum, vt posset cõcipere aut intelligere, quæ per ipsum dicta sunt, neque vocem, vt illa proferret, sed diabolus ista fecit in serpente, & ista fuit causa, quare in scriptura nõ fit mentio, quòd serpenti ablata sit vox, quia cùm nunquam eam habuerit nõ poterat tolli, sed Iosephus putans illa ad literam intelligenda, cùm sciat scriptum esse, quòd serpens locutus sit ad mulierem credidit, q verè vocem haberet, sed nunc non habet, ideo quòd ablata esset, & ille dixit quasi supplens id, quod putat a scriptura fuisse tacitum.

Determinatio.

Quæst. 696 An serpẽs prius habuerit pedes & rectus incesserit.

Cùm autem petebatur an serpens prius haberet pedes, & rectus incesserit, dicẽdum quòd Iosephus hoc fuisse putat, & pedibus fuisse serpentem postea priuatum. Sed non est verum primo, quia si haberet prius pedes esset sibi naturale habere pedes, naturalia autem non tollũtur per peccatum, neque in homine, neque in dæmone, ideo multo minus in serpente, qui non fecerat malum, sed diabolus in eo. Secundo, quia animalia habentia pedes, & non habentia pedes non sunt eiusdem speciei, ideo si prius serpens haberet pedes, & postea efficeretur nõ habens pedes, variaretur species eius, sed non potest aliquid mutare speciem, quia tũc mutaret essentialia, & desineret esse, ergo non fuit aliquando serpens habens pedes. Tertio, quia dato, q habuisset pedes, & vellet Deus in pœnam illi serpenti in quo fuerat facta tentatio auferre pedes, non auferret omnibus serpentibus, & tamen omnibus est commune non habere pedes, & super pectus moueri, ergo non est verum, quòd prius aliquis serpens haberet pedes. Quarto patet, quia ante tentationem Euæ in ipsa creatione rerum fuerunt reptilia, supra primo c. sed illa sunt, quæ sine pedibus mouentur super terrã extento toto corpore vocata reptilia, quia reptant: serpentes autem sunt huiusmodi, ergo ante tẽtationem mulieris erat serpẽs reptile, & ita non habebat pedes.

Obiectionis dilutio

Cùm autem obijcitur quare Deus dixit super pectus tuum gradieris, quasi prius non graderetur super pectus: dicendum quidam putant, quòd ille serpens, qui tentauit Euam erectus incedebat, cum sit vt dicunt quidam serpens, qui rectus graditur, & vocatur Phareas, & ita poterat ibi habere locum. Sed dicendum, quòd neque istud satisfacit, nam siue sit, siue non sit talis serpens, non multum differt, & tamen si talis serpens sit, est illi naturale incedere rectum. Petiturant ille priuatus fuit pedibus, vt super pectus graderetur, vel non, si fuit priuatus pedibus manent inconuenientia supra posita. s. quòd mutaretur natura propter peccatum, quod est falsum, etiam si priuatus fuit pedibus, quomodo manet nunc serpens Phareas, de quo ipsi dicunt, quòd erectis pedibus incedit, ergo non fuerũt pedes ablati: si autem illos habebat, & non fuerunt pedes ablati, non esset verum dictum Dei, quòd super pectus graderetur. Dicendum ergo, quòd ille serpẽs, in quo tentata fuit Eua, & alij de specie sua non habebant pedes, & tamen hoc dixit Deus, quia fortè serpẽs ille erecto corpore coram Eua ambulauerat: vtebatur enim diabolus serpente illo sicut organo. Sicut ergo mouebat diabolus istum ad locutionem, ita fortassis moueret corporaliter ad ingressum, & maximè erat hoc verisimile, quando diabolus locutus est mulieri in serpente, nam non fieret conuenienter locutio corpore prono, & capite existente super terram, ideo diabolus eleuaret corpus eius recta statura, vt loqui posset ad fœminam, quasi ex æquali. Hoc supposito diceretur istud verbum Dei conuenienter, quia mulier videbat serpentem rectum incedentem, & putaret eum sic in futurum incessurum: nunc autem Deus dicit, quòd non incedet, sed super pectus, & hoc mulier putaret esse pœnam. Et ad hoc præsupponi deberet, q mulier non viderat serpentem, nisi quando venit ad tendum eam: nam tũc monente diabolo, & sustinente corpus eius, veniret rectus: si autem prius vidisset, cùm esset naturale ei reptare, & pronum incedere, talem eum videret, & ita admiraretur, quando eum videret rectum ad se venire: si tamen vidisset aliquãdo eum pronum, & extentum adhuc parum inconueniens esset, quia mulier non habens plenum experimentum de natura serpentis putaret vtrunque moriesse ei possibilem, & ideo quòd aliquando rectus, & aliquando pronus incederet falsum. Etiam dicetur, q nunc quando serpenti Deus ista diceret præsentib⁹ Adam & Eua, esset serpens iacens, & non erectus, causa est, quia non sustentabatur nunc à dæmone contra modum naturæ suæ, ideo non esset nisi naturaliter. s. prono corpore, sed mulier putaret hoc factum, quasi iam Deus inciperet punire serpentem faciendo super pectus incedere: & ad hoc accedebat aliud, quia iam serpens non loquebatur, cùm tamen prius loqueretur, & ita putaret mulier vocem ablatam, & ita crederet etiam ablatum incessum rectum. Et motiuum ad hoc erat, quia contra serpentem nunc loquebatur Deus, & verisimile erat, quòd responderet aliquid si posset, non tamen respondebat, ideo credibile est, quòd non poterat, sed prius loquebatur, ideo putaretur iam sibi esse vocem ablatam. Aliter poterat dici, quòd mulier viderat serpentem prius pronum, & nunquam rectum, & etiam nunc quando Deus loquebatur contra illum, erat pronus in terra, & tamen mulier putauit hoc esse maledictionẽ serpentis, quòd super pectus graderetur, quia erat inexperta naturæ eius, nam licèt nunc eum pronum videret, putabat, q aliquãdo rectus ambulare possit quasi vtrũque posset secundum naturam, & cum nunc Deus istud diceret, putabat eum ad semper pronum incedendum, vel aliter putaret mulier, q serpens semper pronus incederat, & non poterat aliter ambulare, sed nesciebat an Deus ei aliquando contrarium modum incessus concederet; cũ autẽ Deus nunc sic determinauit, q super pectus graderet, putauit simplr factũ esse impossibile serpẽti rectũ incedere, & ad hoc illũ Dº nũc dãnare-

Dicebatur

Rationis cõfutatio.

Determinatio veritatis.

Quæst. 697 De quo intelligit terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ.

Dicebatur deinde in maledictione serpentis, terrã comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Aliqui de dæmone exponunt, vt Augustin. q ille terram comedit, i. homines terrena cupientes sibi incorporat, quia sicut Christus vnum corpus misticum facit omnibus sibi vnitis fide, & charitate, cuius corporis ipse caput est, nam Christus est caput viri: prima ad Corin. 11. cap. Ita & diabolus vnum corpus facit cum omnibus peccatoribus, quandiu in peccato manent, & illius corporis diabolus est caput, vel rex iuxta illud. Iob 41. c. ipse est rex super omnes filios superbiæ, & princeps etiam eorũ vocatur, sicut Christus eum dicit principem mundi, i. mundanorum, vel terrenorum hominum. Ioan. 12. c. Princeps huius mundi, iam iudicatus est, & Iohã. 14. venit princeps huius mundi; & in me non habet quic quam. Et sicut aliquis amans Deum, & seipsum contemnens efficitur de corpore, vel ciuitate Dei, ita qui se ipsos inordinate amant Deum contemnentes dæmoni incorporantur, quia duas ciuitates fecerunt sibi duo amores: vt dicit Augustin. lib. 14. de ciuita. Dei. Isti autem qui se amantes Deum contemnunt terra vocantur, quia solum quæ terrena sunt sapiunt, solis carnalibus delectationibus, & transitorijs honoribus inhiantes, quæ omnia de terra sunt. Dicendum, q licèt tales homines possint vocari terra, & illos sibi diabolus incorporet, scriptura tamen sacra non loquitur de hoc, sed de serpente: primo, quia ad serpentem præsentem fiebat sermo, quomodo ergo de diabolo intelligeretur? Secundo, quia si de diabolo intelligeretur nulla satisfactio præstaretur mulieri pro malo, quod passa fuerat inquantum seducta est, sed ista fiebant ad satisfactionem eius, vt supra dictum est, ergo oportebat de serpente intelligi, & non de dæmone. Tertio, quia hoc conuenit ad literam serpẽti, q comedat terram, ergo non oportet quæri extorsiones, quomodo de alio accipiatur. Quarto, quia si accipiatur de serpẽte, i. dæmone non erit maledictio vlla: nam q dæmon incorporet sibi malos homines, & peccatores nõ est sibi pœna, sed dominium, cum nihil aliud ipse magis cupiat, quã omnes sibi subijcere, & hoc est quod diebus, & noctibus facere conatur, iuxta illud prima Petri. 5. cap. Aduersarius vester diabolus circuit quærens quem deuoret, & tamen omnia hic posita dicuntur in maledictionem, & pœnam, ergo nõ intelligitur de dæmone. Quinto, quia dicitur terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ, sed de diabolo non est, adhuc verum illo sensu, nam non incorporat sibi homines terrenos, nisi vsque ad diem iudicij, postea autem non incorporabit sibi aliquos, neque dominabitur eis, quos iam incorporauerat, immo desinet esse princeps eorum, quia euacuabitur tunc omnis principatus. Dicẽdum ergo, quòd applicatio potest fieri in sensu mistico, & talis est sensus Augustini, accipiendo de dæmone, vt nos quoque applicuimus, supra 3. c. sed non est ille sensus literalis, quem intendit in sacra Scriptura.

Quæst. 698 Determinatio.

Est ergo dicendum, q hoc accipitur de serpente il lo, qui tentauit Euam, aut in quo facta est tẽratio eius; primo, quia ad eum dirigebatur sermo, & ita de ipso intelligendum erat, quod dicebatur. Secũdo, quia sic esset illud dictum ad propositum eius, quod Deus volebat hic mulieri ostendere, q serpenti pœnam inferebat, quia eam deceperat. Tertio quia est verum ad literam de serpente, & non est verum de diabolo: nam serpens terram comedit, diabolus autem nihil manducat, quia non est animal, quod nutriatur. Quarto, quia dicitur, terram comedes cunctis diebus vitę tuę, & ita limitatur tempus manducandi. s. quandiu viuerit, & tacitè significatur id, cui fit sermo iste, esse aliquid mortale, & ifi dæmon non est mortalis, sed in q̃ternum vivet, ergo de serpente, qui aliquando mori-

Alph. Tost. super Gen.

tur intelligitur, & non de dæmone. Et sciẽdum, quòd istud ponitur, vt pœna, s. vt sit vel putetur, quia est vt quoddam malum, nam in cibis non potest esse deterior cibus, quàm terra est: est enim pessimi nutrimenti, cum ergo damnatur serpens ad comedendum terram, est vt magna pœna, & vindicta quædam mulieri: nam non inferebantur talia mala mulieri, cum manserint ei in cibum omnes fructus arborum, & generaliter omne, quod nascitur in terra. Similiter dictum fuit omnibus diebus vitæ tuæ, quod ad ostensionem maioris pœnæ factum est: nam putaret mulier, quòd ista pœna pauco tempore duraret, vel Deus cito ei remitteret, & ita nõ esset indignationi suæ satisfactum, cum autem dicitur, quòd in tota vita serpẽtis duraret ista pœna, cum non posset plus extendi, satisfactũ esset mulieri. Et ista vera sunt, quia serpens terram comedit, & hanc comedit cunctis diebus vitæ suæ: nunquam enim alium cibum mutat, cum iste sit ei naturalis.

Decisio dubietatis.

Quæst. 699 Obiectio tollitur de cibo serpẽtis.

Sed dicet aliquis quomodo hoc dixit serpenti, quia istud non erat pœna aliqua: est enim naturalis conditio serpentis manducare terram, & non aliquid aliud: ideo non poterat poni in pœnam. Dicendum, quòd verum est, quòd non erat pœna, sed natura manducare terram serpenti, quia sicut est nobis manducare panem, & alia, quæ bene nos nutriunt, ita est naturale serpenti comedere terram, sic dicitur Isa. 55. cap. serpenti pulnis est panis eius, ideſt puluis, vel terra est ser penti loco panis. Sed panis est nobis conuenines nutrimentum, ergo & similiter terra serpenti conuenit in cibum. Secundo, quia si terra non esset naturalis cibus serpentis, non viueret manducando illam, sed viuit, ergo non est cibus contra naturam eius. Tertio, quia si esset datus in pœnam serpenti esset ei durum, & triste manducare terram, quia omnis pœna facit tristitiam, & est inuoluntaria, ideo non inclinaretur serpens ad manducandum terram, sed potius abominaretur eam, & si abominaretur illam, nunquam manducaret de ea, sed manducat eam nullo cogẽte, ergo non est contra naturam eius manducare, sed naturale cum inclinetur ad comedendum eam. Quarto, quia si naturale esset serpenti manducare aliud, & Deus conuerteret cibum eius in terram mutaret naturam, & tamen Deus non mutat naturam per peccatum, ergo non mutauit cibum serpentis, sed erat prius ei naturale manducare terram. Quinto, quia esto, quòd Deus vellet circa illum serpentem, in quo fuit tentata Eua, facere aliquam mutationem, non faceret tamen circa alios, in quibus nihil commissum fuerat, & tamen omnibus serpentibus est nunc commune, quòd terram comedant, ergo non erat naturale prius manducare aliud, & postea comederint serpentes terram, sed sicut nunc terram comedunt, ita & comedebant illam, antequam in serpente illo tentaretur mulier. Dicendũ ergo, nihil mutatum esse de cibo serpentis, sed antequam tentaretur Eua, ille serpens, & cæteri manducabant terram, quia Deus, qui dedit animalibus naturam, dedit etiam eis cibos conuenientes secundum naturas datas, & non est idem cibus omnium animalium, sed quædam animalia viuunt, & bene nutriuntur cum eis, quæ alijs animalibus sunt mors, sicut est de cicuta, nam hominem interficit, & capra manducans cicutam impinguatur, vt ait Isidorus, libro 17. Etymolog. Ita est de serpẽte q dedit ei Deus distinctam naturam ab alijs animalibus, ideo fecit ei conuenire alium cibum, qui non conuenit communiter alijs animalibus, scilicet terram, & hoc est quod dicitur Isa. 55. c. Serpenti puluis est panis eius, ideſt loco panis est puluis, vel terra serpentibus.

Determinatio.

Ec Quæretur,

Quæst. 700 Cum talis cibus sit serpēti naturalis cur dē datus in pœnam.

Quæretur, cum istud non fuerit de nouo datum ser F penti, quomodo ponitur, vt maledictio cum competat secundum naturam. Dicendum, quòd ista maledictio diceretur non, vt inferretur malum serpenti, sed vt mulieri satisfieret, satis erat, q̄ mulier putaret pœnam illatam esse serpenti etiam si verè non fuisset inflicta, sed ita fuit hic, quia potuit rationabiliter putare, quòd iste cibus nunc serpenti in pœnam dabatur, sicut fuit de præcedenti, scilicet, quòd super pectus suum graderetur, nam secundum naturam serpenti conueniebat, sed mulier potuit putare, quòd nunc dānabat Deus serpentem ad gradiendum super pectus a fortiori potuit hoc credere circa cibum. Primo, q̄a mulier nunquam viderat serpentem manducantem, G & ita nesciebat quid manducaret, vnde putare posset, quòd manducabat herbas, vel fructus sicut cętera animantia; nam iste erat cibus generalis eorum iuxta id, quod dixit Deus a principio creationis, supra 1. cap. scilicet. Ecce dedi vobis omnem herbam afferētem semen super terram, & vniuersa ligna, quæ habēt in semetipsis semētem generis sui, vt sint vobis in escam & cūctis animantibus terræ, omniq; volucri cœli, & vniuersis, quæ mouentur in terra, in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum: & sic de serpente idem putaret, quod de alijs animantibus terræ. Secundo, quia etiam si mulier vidisset serpentem manducantem aliquando terram, non putaret hunc esse cibum determinatum eius, sed & alijs cibis vesci, sicut & aliqui homines terram manducant, & carbones, vt H Arist. dicit lib. 7. Ethic. & tamen etiam alios cibos comedunt, cum autem Deus diceret, q̄ manducaret terram omnibus diebus vitæ suę, videbatur damnatus ad solam terram manducandum, & sic videretur satisfactum mulieri.

Quæst. 701 Quō intelligitur ista maledictio, ponā simicitias inter te, & mulierē.

Dicebatur vlterius in maledictione inimicitias ponam inter te, & mulierem, de quo quomodo ad maledictionem pertineat, & de quo intelligatur, est dubium. Aliqui exponunt accipiendo semper dæmonē per serpentem, & vocant mulierem appetitum sensitiuum, & vim existimatiuam, quæ pertinet ad rationē inferiorem, iuxta modum Augustini, & Theologorum dicentium, quòd tunc gustat mulier de cibo vetito, quando sensualitas & existimatiua sic iudicant, I & peccatum non est tunc consummatum: vir autem gustat de cibo vetito, quando ratio sic iudicat, vt appetitus inclinat, & tunc est consummatum peccatum. Et dicuntur esse inimicitiæ inter serpentem, & mulierem, idest inter dæmonem, & sensualitatem, quia dæmon vellet tentare hominem perducendo ad malū: & quia non valet immediatè peruenire ad rationem, aggreditur partem sensitiuam, obijciendo aliquid partibus exterioribus, quod appetitum moueat, vel mouendo interiora, s. phantasmata, secundum quæ fiunt nouæ conceptiones, & sequitur appetitus conceptionem, & quia non est iste motus immediatè a ratione non dicuntur inimicitiæ ad virum, sed ad mulierem significantem sensualitatem. Dicitur & semen tuum, & semen illius, sicut inter serpētem, & mulierem sunt inK micitiæ, ita inter semen vtriusque sunt inimicitiæ, semen diaboli hoc modo vocatur praua suggestio, semen mulieris est recta operatio, & ista duo inimicantur sibi. Etiam dicitur ipsa cōteret caput tuum, caput diaboli est principium actiuum eius, tunc conteritur caput diaboli, quando in principio tentationis resistitur, & quia primum rei est caput eius, & si resistatur tentationi in principio facilius frangitur: dicitur, Tu insidiaberis calcaneo eius. s. diabolus, vult insensibiliter lædere, q̄n non videtur, sicut qui mordet in calcaneo mordet a posteriori, & vbi non vī, secus si vellet mordere in vultu, quia tunc necesse erit videri.

Dicendum, q̄ iste non est sensus, quem litera intendit, neque ad hoc signādum protulit Deus ista verba, sed ista dicuntur per quandam applicationem, & potest esse allegoria, vel tropologia: & patet primo, quia loquebatur ista Deus serpenti præsentibus Adam & Eua: ideo de illo intelligendum erat, & non de dæmone. Secundo, quia dicta fuerunt ad satisfaciēdum mulieri, quæ læsa fuerat per tentationem serpentis, vt vlderetur ille in aliquo puniri, & tamen si de dæmone intelligatur non satis fit mulieri, ideo nō accipitur sic. Tertio, quia omnia ista videntur extorta, & non concordantia literæ, accipiendo autem de serpente cōcordat literæ, vt dicetur post, ideo de illo intelligendum est. Quarto, quia accipiendo de dęmone non pertinet hoc ad maledictionem, cum non sit aliquid, vt pœna dęmonis, sed aliquid quod ille ex electione agit. Quintō, quia dicitur inimicitias ponam inter te, & serpentē, & tamen illæ inimicitiæ, quæ sunt inter dęmonem tentantem, & hominem tentatum, non fuerunt positæ a Deo, sed diabolus illas ex inuidia suscitauit, & eadem stimulatus semper pugnat, vt hominem subuertat. Sexto, quia dicitur: Inter te, & mulierem, & tamē sic accipiendo potius deberet dici inter te, & virum, quia diabolus non aduersatur parti sensitiuę, in cuius actu non consistit peccatum, sed parti rationali, in cuius actu peccatum est, & bene agere, & pars illa, vt dicitur signatur per virum, ideo de viro deberet dici, & non de muliere. Septimo, quia dicitur; Et semen tuū, & semen illius, & tamen non est contentio seminis diaboli ad semen mulieris accipiendo per eam sensitatem, nam recta operatio, aut cogitatio non est sensualitatis signatæ per mulierem, sed rationis signatæ per virum, nam intellectus, & ratio deprecatur ad optima. libro 1. Ethic. sensualitas autem potius ad malum, quia sensus, & cogitatio humana ab adolescentia sua sunt prona ad malum, supra 8. Octauo, quia dicitur: Ipsa conteret caput tuum, & accipiendo de sensualitate non est verum, q̄ illa conterat tentationem; ratio enim est, quę frangit tētationem, sensualitas autem signata per virum non frangit tentationem, sed potius suscitat, cum in sensualitate sint passiones, contra quas ratio nititur, & hæc pars sensitiuæ rationi obuiat, lib. 1. Ethic. ideo vir, idest ratio debet confringere caput serpentis, i. tentationem dæmonis, non autē sensualitas signata per mulierem. Adhuc alij exponūt istud etiam mistice per serpentem accipiendo dęmonem, per mulierem autem non sensitiuam partem, sed mulierem quādam, i. dominam nostram virginē, & dicitur inimicitias ponā inter te, & mulierē nō quā superasti faciliter, sed illam quam nūquam poteris superare; immo multi ab ea adiuti te superabunt, & hoc videtur pertinere ad pœnam dæmonis, qui est superbus q̄a sexu fragili, s. muliebri vincatur. Dicitur inter semen tuum, & semen illius, semen mulieris, i. virginis est Christus de ea natus, semen diaboli vocantur alij dæmones minores, qui sunt quasi filij eius, vel ministri, quia ei consenserunt, ita Christus eos vocat. Matth. 25. c. Cum diabolo, & Angelis eius, est autem inimicitia inter Christū, & dęmones, quia ipse contrarit eorum potestatem. Et ipsa conteret caput tuum. i. domina nostra pariendo filium suum contriuit caput diaboli, cum ipse alligauerit dæmonem, nam Sathanas ligatus est per mille annos: Apocal. 20. c. & tempore Christi facta est ista ligatio, quia ipse dixit nunc iudicium est mundi, & princeps huius mundi eijcietur foras: Iohann. 12. capit. Dicitur tu insidiaberis calcaneo eius, idest fini ipsius, quia calcaneus est vltimum viuentis, diabolus autem insidiatus est calcaneo Christi, quia finem eius inspicere voluit, vt videret si quid haberet in eo, sicut

Quæst. 702 Cōfutatio opinionis quorūdā.

Quæst. 703 Aliorum exposito ista quæst. 701. reijcit.

sicut in cęteris: vnde & tentauit eum triplici tentatione: Matth. 4. capit. sed frustratus est diabolus, quia impossibile erat superare eum, a quo creatus erat. Dicendum etiam, quòd ista expositio non est literalis, quia Deus loquens non intēdebat hoc, ideo licet omnia ista, quæ dicuntur vera sint, non est iste sensus literæ. primo, quia hic accipitur aliquid commune cum præcedenti expositione. s. q̄ de dæmone intelligatur, & ideo militant contra hoc tres rationes primæ positæ. Quarto, quia cum dicatur hoc ad satisfactionem Euæ, oportebat, q̄ intelligeretur hoc de ipsa, & alijs mulieribus, & non de vna sola, quia pauca satisfactio erat Euæ, q̄ mulier aliqua post multos annos confringeret potestatem hostis sui. Quinto, quia adhuc esset aliqua satisfactio, si intelligeretur de dæmone, qui superaretur per fęminam, sed Eua non intelligebat de dæmone, quia neque putauerat factum fuisse hic aliquid a dæmone, sed totum per serpentē, ideo non poterat cogitare talem satisfactionem sibi futuram. Est enim necesse dici, q̄ Eua intelligeret ea, quæ diceban tur hic a Deo, cum dicerētur in eius consolationem, ideo si de virgine, & Christo dicerentur, deberet ipsa sic intelligere futurum esse, sed hoc nemo asserit, cū vix propheta, postea istam rem tam distincte intellexerit, ergo non fuit dictum Euæ in isto sensu. Sexto, quia si inimicitiæ fuerunt inter dæmonem, & virginē matrem Christi, non posuit eas Deus, sed diabolus ex inuidia repugnauit, & tamē istę inimicitiæ, de quibus hic dicitur fuerunt a Deo positæ. Septimo, quia non potest applicari expositio iuxta omnes partes literæ, nam inter dæmonem, & mulierem sunt inimicitiæ, & per semē dæmonis accipimus minores dæmones, qui sunt quasi filij, vel semen maioris dęmonis, dicemus inter virginem, & maximum dæmonem esse ini C micitias, & inter Christum & minores dęmones esse inimicitias, sed hoc non conuenit, q̄a Christus potius deberet inimicari maximo dęmoni, quia ipse est potens eum comprimere. Octauo, quia ex hoc prę supponeretur, q̄ diabolus, qui tentauit Euam, fuit maximus omnium, cum dicatur inter semen tuum, & semen illius, & ita semen huius vocantur omnes dęmones alij, ideo maximus omnium esset, ad quē ista dicebantur, & ille tentasset Euam, quod non est satis verisimile, q̄ Deus permiteret mulierem in prima tentatione, quæ leuis futura erat, tentari a maximo dæmone, qui potentissimè tentaret.

Dicendum ergo, q̄ intelliguntur ista verè de serpē te animali: & apparet primo, quia ad serpētem illum D loquebatur Deus, ideo de illo intelligeretur. Secūdo, quia ita satisfiebat mulieri, q̄ serpenti illi aliqua mala inferrentur, aut inferri viderentur, q̄ nocuerat Euę. Tertio, quia totum quod est in litera conuenit serpenti illi sine aliqua extorsione, & omnibus alijs serpentibus. Quarto, quia dicitur inimicitias ponā inter te, & mulierem: & verum est, q̄ inter serpentem illum, & Euam fuerunt inimicitiæ, & ad cęteros etiam serpentes, quę adhuc durat hodie. Quinto, quia alia pars literæ. s. Inter semen tuum, & semen illius; etiam conuenit ad literam, quia nō solum illa mulier, cum irrogatum fuit malum per serpentem, habuit inimicitias ad serpentem, sed etiam omnes descendentes ab ea: E omnes enim homines sunt semē mulieris illius, quia nullus vnquam natus est, qui non esset de progenie illius mulieris: sic dicitur supra 3. cap. q̄ Adam vocauit vxorem suam Euam, quia ipsa esset mater omnium viuentium, semen autem serpentis vocantur serpentes descendentes ab eo, vel in eadem specie existētes: nam non solum ille serpens habuit inimicitias ad homines, sed & omnes posteriores serpentes descendē tes ab eo, vel in eadem specie existentes, nam non so-

Alph. Tost. super Genes.

A lum ille serpens habuit inimicitias ad hominem, sed & omnes posteriores serpentes. Et homo non solum contra illum serpentem, sed & contra omnes habet inimicitias. Sexto, quia conuenit etiam quod dicitur: Ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius: nam mulier conterit caput serpētis, quia ita prouenit ex naturali dispositione corporis serpentis: habet enim corpus extentum super terram, & ira caput est etiam terræ coniunctum: vnde facilè est calcare pedibus caput illius, atque conterere, vel lapide aut ligno frangere. Serpens vero cum mulieri inimicetur nocere cupiens, & nocere habeat mordendo, non potest mordere, nisi in pede, quia dispositio corporis sui talis est: si enim rectus graderetur eleuato corpore, posset mordere in facie, vel alia parte superiori corB poris; quia tamen iacet extentus in terra, a qua se non pōt tollere, non potest mordere mulierem, nisi in partibus illis, quæ terram tangunt, & ita mordet in pede. Et adhuc designatum est aliud, scilicet, quòd nō mordeat serpens mulierem in quacunque parte terræ cōiuncta, sed solum in parte posteriori pedis, quàm calcaneum dicimus, quod conuenit insidiis, & timori. Si enim non timeret, veniret palam, & a parte anteriori, sed quia timet insidiatur, & mordet in posteriori, scilicet in calcaneo.

Quæst. 705 De inimicitia, inter serpentē, & mulierē, quę sit & quomodo posita.

Sed quæretur, quæ inimicitiæ sunt istæ inter serpentem, & mulierem, & quomodo Deus illas posuit. Ali qui dicunt, quòd hoc est serpentem habere venenū, quo mulieri mordendo noceat: sic dicit Iosephus, libro primo Antiquita. scilicet, Abstulit autem & serpenti vocem iratus eius malitiæ, quam gesserat in Adam venenum ei sub lingua ponens, quod esset omnibus inimicum. Dicendum, quòd inimicitiæ vere sunt inter mulierem, & serpentem, idest inter totum genus humanum, & serpentes omnes, quia serpens mordet, & lędit hominem: homo autem repellens iniuriam, vel præueniens, vt non lædatur, frangit serpentis caput, vel occidit ipsum. Istud prouenit ex mutatione status humani: cum enim esset homo in statu innocentiæ in Paradiso terrestri, omnia inferiora ei obediebant, sicut ipsi Deo, & ideo nullum animal nocere posset homini, neque de facto noceret, & sic seruaretur concors dominium, & quieta subiectio hominum, & animalium, cum vero homo volūtariè se alienauit a Deo præuaricādo præceptum eius nollens ei subijci, fecit Deus, quòd animalia non essent homini subiecta, immo & vires animæ inferiores non manerent subiectę superioribus, tunc fuit locus inimicitiarum, scilicet, vt animalia homini nocere possent, & nocerent.

Sed inter cętera animalia fuit serpens, qui homini noceret, ideo ipse gerit contra hominem inimicitias, quod fuit de animalibus quæ tunc erant, & de omnibus, quę nunc sunt, quia ablato semel statu innocentiæ nunquam ille postea rediit, ideo sicut illa animalia, quę tunc erant inceperunt non esse subdita homini, sed posse ei nocere, ita & cętera de eis nata. Sic igitur de serpentibus fuit, quòd non solum ille serpens, sed & omnes postea nati fuerunt non subditi homini, & nocuerunt, vel nocere potuerunt ei, & sic gerunt omnes inimicitias ad hominem, propter quod Deus dixit, & semen tuum, & semen illius.

Quæst. 706 Cur Deus inimicitiā solum serpentis, & nō aliorū animaliū aduersus hominē prænunciauit.

Quęretur, cum istę inimicitię non solum sint serpentis ad hominem, sed etiam aliorum animalium, quare Deus dixit solum de inimicitijs serpentis ad hominem.

Aliqui dant vnā causam, scilicet, quòd tunc quando Deus dixit, solus serpens nocebat homini, postea autem alia animalia incœperunt nocere, & ita Deus dixit de illis solis, quę tunc nocebant.

Probat nō solum serpentem tunc hostis inimicum fuisse.

Sed dicendum, ꝙ non est hoc verum. Primo, quia ꝙ animalia nocerent homini, provenit ex eo, ꝙ non sunt ei subdita, & habent ferocitatem quandam, aut desideria innata, secundum quæ conveniens sit eis homini inimicari, aut nocere; quandiu autem manserūt subdita homini, nullum illorum poterat inimicari: cū autem recesserunt a iugo eius omnia potuerunt nocere: sed omnia animalia simul recesserunt ab obedientia, vel subiectione hominis, ideo omnia incęperunt simul inimicari. Patet hoc, quia istud fuit inquantum homine per peccatum alienato a Deo, & non manente in subiectione eius, Deus cætera absoluit ab eius obedientia, vel subiectione, sed homo peccauit semel in Paradiso, in quo a Dei subiectione recessit: ergo tunc Deus simul omnia absoluit ab eius obedientia, tam exteriora quàm interiora. i. vires naturales eius: ergo non est verum, ꝙ tunc solus serpens inimicabatur homini. Secundo patet, quia post peccatum Adæ semper fuit vnus status, quantum ad habitudinem generalem hominum, & rerum vniuersi, ante peccatū fuit vnus status multū dissimilis huic, in quo nihil mali erat, & omnia homini subdita erant; post peccatum fuit status, in quo incidit homo in omnia mala, & tamen nunc multa animalia nocent nobis, & aduersantur, ergo illa statim cęperunt aduersari peccante homine, quia aliàs inciperet alius status, adhuc deterior generaliter, in quo plura mala haberet homo, quàm habuit per peccatum Adæ. Sed istud non potuit esse, qa status malus generaliter omnibus hominibus non potest esse, nisi per peccatum, quod sit omnium hominum, sed nullum fuit peccatum omnium hominū nisi peccatum Adæ, sicut dicitur ad Rom. 5. c. Omnes in Adam peccauerunt, quia in ipso erant omnes homines. Ideo per peccatum Adæ omnibus hominibus potuit sequi, & secutus est status generaliter malus, quasi omnes actualiter essent, quādo Adam peccauit, & omnes in illo peccato peccarent: nullus autē alius homo fuit, aut potuit esse, in quo omnes peccarent, quia nullus alius fuit, ī quo tota natura humana esset, ideo per nullius alterius peccatum potuit induci malus status generaliter omnibus hominibus. Si autē dicatur, non inducitur per peccatum alicuius vnius hominis, sed per peccata omnium ipsis omnibus. Dicēdum, ꝙ non est verum, quia non peccant omnes homines in eadem re, ideo non est peccatum omnium idem aut simile, etiam quidam sunt, qui non peccant sicut paruuli, sed & illi patiūtur eadem mala, quæ alij homines, ergo non possunt ista mala communiter & vniformiter venire, nisi propter aliquam causam, quę vna est, & cōis in omnibus, & tamē nulla causa est, nisi peccatum, quia pęna non est, nisi propter peccatū; & non potuit esse alicuius alterius peccatum generale, nisi Adæ, in quo omnes peccauerunt, ergo non potuit malus status induci generaliter omnibus hominibus, nisi per peccatum Adę. Et tamen si diceremus, ꝙ peccante Adam solus serpens inimicabatur, postea aliquo tempore incęperunt alia animalia nocere homini, inductus fuisset postea aliquis status malus generalis differens a priori. ergo non fuit aliquis talis status inductus, sed omnia mala quæ nunc patiuntur homines, incęperunt pati statim post peccatum Adæ, licèt quantum ad quasdam priuatas personas aggrauētur propter ipsarum specialium peccata: generaliter tamen talia sunt, sicut tunc: ergo cū nunc multa animalia homini noceant, & tunc nocere incœperunt. Tertio patet ex consolatione, quā Deus hominibus prestabat in principio secūdæ ætatis: erant. n. pauci homines, & animalia plura, timerent aūt ab eis cōsumi, ideo ad tollēdum istum timorem dixit Deus Noè, & filijs eius egressis de arca, supra 9. c. Crescite, & multiplicamini, & replete terrā, & terror ac tremor vester sit super cuncta animalia terræ, & super omnes volucres cęli cum vniuersis, quæ mouentur in terra: ergo videtur, ꝙ inimicitiæ erāt inter multa animalia, & hominem. i. præstare solebant impedimentum aliquod prius in prima ætate, quia aliàs superuacuum esset fieri illam consolationem, ergo etiā in prima ætate non solus serpens, sed & multa animalia homini nocebant aut nocere disposita erant. Quarto, quia animalia nocent homini ex naturalibus motibus ipsorum, sed oīs motus naturalis qui nunc est in animalibus fuit semper, quia ea, quæ sunt naturalia, sunt a principio generationis, ergo ea quæ nunc nocent, etiam a principio nocebant, & ita non est verum, ꝙ solus serpens a principio nocebat. Quinto, quia ēt præsupposito hoc, ꝙ solus serpens tunc noceret, non esset conveniēs causa quam reddūt, nā istud esset si Deus loqueretur de inimicitijs, quæ solum tunc essent, & iſi dixit ēt de futuris, scilicet inter semen tuum & semen illius, ergo cū postea tēpore seminis mulieris non solus serpens, sed & cætera animalia nocitura homini essent, nō debuit de solo serpente dici, si propter hanc causam esset.

Quæſ. 709 Opinio aliorum de inimicitia serpentis erga hominem impugnatur.

Alij dicunt, ꝙ fuit causa, quia licet multa animalia nocitura erant, serpens tñ ante oīa nocuit homini, iō debuit specialiter p̄ ipsum prænunciari malum, nam in serpente tentata fuit mulier, & non in aliquo alio aīali. Simile est in sacra Scriptura, de inimicis Iudæorum, qui primo nocuerunt eis, quia licèt alij magis eis nocuerint, de eis fit maior mentio, & ad eos habētur maiores inimicitiæ, isti sunt Amalachitę, nam statim, vt Israelitæ exeuntes de Aegypto transierunt mare rubrum pugnauerunt Amalachitę contra eos in Raphidinis. Exod. 17. c. Et ob hoc p̄ eos prænunciatum est p Balaam prophetam: Num. 24. c. Principium Gentiū Amalech, cuius extrema perdentur. i. fuerunt Amalachitæ principium Gentium. s. omnium Gentium, prima quæ pugnauerunt contra Israel. Et ob hoc Deus non solum contra eos prænunciauit mala, sed ēt mandauit Israelitis, ne obliuiscerentur huius mali, quod gesserant Amalachitæ contra eos, & vlciscerentur de eis Deute. 25. c. Memento quid fecerit tibi Amalech, quando egrediebaris ex Aegypto, qūo occurrerit tibi in via, & extremos agminis tui, qui lassi residebant, occidit; quando tu eras fame, & labore confectus, & non timuerit Deum. Cum ergo dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & subiecerit cunctas per circuitum nationes in terra quam tibi pollicitus est, delebis nomen eius de sub cęlo, caue ne obliuiscaris. Ita ergo cum serpens fuerit primum in animalibus, quod homini nocuit, ad eum debuerunt haberi inimicitiæ. Dicendum, ꝙ hoc non est conueniens causa: primo, qa serpens in nullo nocuit homini, nam ꝙ fieret tēptatio mulieri in serpente, non fuit operatio serpētis, sed diaboli: non. n. tentauit serpens, neq; tentare potuit, cum non esset intelligens, neq; loqui potens, neq; ēt sciuit quid in eo factum est, & non potuit prohibere quin dęmon in eo tentaret mulierem, ideo non est dicendum, ꝙ serpens in aliquo nocuit. Secus si diceremus ſm Iosephum, ꝙ serpens tentationem istam fecerit nullo dęmone introeūte in eum, quia cum eius esset actus, ipse esset primus qui noceret. Secundo, quia si contra serpentē essent inimicitię, quia primus nocuit, debebant etiam esse inimicitiæ, licèt non principales contra alia animalia, q̄ postea nocerent, sed non dictū est de inimicitijs aliorum, ergo non fuit ista vera cā.

Quæſ. 709 Opinio alia.

Dicēdum igitur, ꝙ fuit specialiter dictum de inimicitijs serpentis ad mulierem, quia ex prędecentibus apparebat aliqua causa inimicitiarum inter mulierē, & serpētē, & causa inimicitiarum ad aliquod aliud de animalibus, nā serpens videbat̄ feciſſe p̄ mulierē opus inimici tentando eam, licèt ſm veritatem non esset sic, & ideo mulier quoq; inimicari posset serpēti, aliorum animalium nullum re, neque ſm apparentiā fecerat aliquid contra mulierem: iō de alijs nō poterat dici nunc, ꝙ essent inimicitiæ aliquę. Secundo, qa ista de inimicitijs dicta sunt ad satisfaciendum mulieri, q̄ se læsam putabat, & tñ non erat læsa ab aliquo animali, vt ipsa putabat, nisi a serpente: ergo de illo solo dici debuit. Tertio, quia hic magis conuenit, quàm in alijs quia debuit poni aliquid, quod videretur pertinere ad pęnam, & tñ in alijs animalibus non apparent aliqua ita pertinentia ad defectum, sicut in serpente, s. super pectus incedere, & terrā comedere: iō de serpēte dici debuit, ꝙ cū illo fuerunt inimicitię & nō cū alio aīali.

Quæſ. 709 Vtrū sint inimicitiæ inter serpentem, & mulierem.

Quæretur, quæ sunt istæ inimicitiæ inter serpentē, & mulierem. Respondet Iosephus, ꝙ est venenum, quo occidit vel inficit hominem. s. abstulit, & serpēti vocem iratus eius malitiæ, quam gesserat in Adam venenum ei sub lingua ponens, quod esset hominibus inimicum, & sic inimicitias voluit consistere in hoc, ꝙ serpens venenum haberet. Istud dictum Iosephi cōsonat literæ scripturæ in superficie: primo, quia p hoc apparet, quod potius erāt inimicitiæ inter hominem, & serpentem q̄ ad alia animalia, quia solus serpens habet venenū sub lingua, cætera animalia quæ ad genus serpentis non pertinent, non habent venenum: vnde & si homini noceant, erit per vulnus, sed non per venenum. Secūdo, qa redditur per hoc causa eius, quod dī ponam inimicitias, quasi non essent positæ: & hoc esset quasi nunc daretur venenum serpēti, vt illud haberet, quod prius non habebat. Sed dicendum, ꝙ istæ inimicitiæ non sunt ipsum venenum sub lingua positum, quia in hoc innuitur, ꝙ serpens ante tentationē non habuit venenum, & postea datum est ei, vt illud haberet: quod non stat, quia serpenti habere venenū est naturale. Nam ex habitudine sui corporis conuenit. s. ex modo mixtionis: sed omnia naturaliter sunt a principio generationis, ideo habuit serpens venenum ante tentationem, & non fuit ei postea datum. Secūdo, quia si postea fuisset venenum datū serpenti, cū tota vis nocendi sit ei ex veneno, non esset istud in pœnam serpentis, sed potius in pęnam hominum, cū daret nunc Deus serpenti maiorē potestatem nocendi hominibus, quàm prius haberet, & tñ ista verba dicūtur, vt maledictio serpentis & non mulieris, ergo nō datum fuit venenum postea serpenti, neq; per ista verba signatur. Sed dicendum, quòd istæ inimicitiæ sunt quoddam naturale odium, & inclinatio ad nocendū in alterutrum: serpens enim mouetur ad nocendum homini mordendo ipsum, & relinquendo venenum in vulnere: homo autem odit serpentē, & inclinat̄ ad nocendum ipsi, ēt si serpens nondū homini nocuerit.

Quæſ. 710. Quo Positū fuit iste inimicitię

Sed quæretur, qūo dixit Deus inimicitias ponā inter te & mulierem, & quomodo est verū, quod Deus posuerit inimicitias? Dicendum, ꝙ quomodocūque accipiantur inimicitiæ Deus illas posuit, nam si vocetur inimicitię ipsum venenum, ſm Iosephum verum est, ꝙ Deus posuit illas, quia Deus dedit venenum serpenti, cum pertineat ad naturam eius, & omnia naturalia dedit Deus serpenti, & alijs rebus, cum tota natura incęperit a Deo per institutionem. Si autem accipiantur inimicitiæ pro odio vnius ad alterum, verum est, ꝙ Deus posuit istam conditionē secundum naturam tam in homine, quàm in serpente, quia in homine non est per electionem, ꝙ odium habeat ad serpētem, neq; in serpente est iste appetitus, nisi secundum naturam. De serpente notum est, quia non potest in eo esse aliquis motus secundum electionem, & ideo oīs motus suus est ſm naturam, & licèt sit ibi appetitus, qui consequitur cognitionē fantasię vel extimati-

uæ, quia tamen non apprehendit aliquid bonum sibi esse serpens, nisi quod est ei conueniens ſm naturam erit naturale appetere & fugere talia vel talia, & tamē mouetur appetendo nocere homini. ergo est ei iste appetitus inimicandi naturalis. De homine etiam dicendum, ꝙ est naturalis inimicitia ad serpētē accipiēdo, vno modo inquantum fugere malum est naturale, quia sicut appetere bonum est naturale, ita & fugere cognitum malū est naturale, & quia serpēs apprehēdit, vt malus homini, est naturale fugere ipsum. Alio modo potest dici, quod est naturale, qa est de hoc naturale iudicium: licet. n. homo bonum appetat, & malum fugiat: quædā tñ bona appetit nō naturaliter, & quædam mala similiter fugit ex electione, & non naturaliter: dicitur igitur naturaliter appetere aliquid, & non ex electione, maximè quando cognitio mouens appetitum est ex natura. Ita est de omni cognitione, ſm potentiam æstimatiuam, quia cognitio vel apprehēsio eius non est per doctrinam, vel cōsuetudinem, sed per naturam. Sicut ouis naturaliter lupum visum iudicat esse sibi malum, & iudicat bonū esse sibi herbam, & aquam: ita & homo per apprehēsionē æstimatiuæ iudicat serpentē esse aliquid mali, & inconueniētis, ideo sequitur naturaliter odium, & horror quidā in vidēdo. Et sicut est inimicitia ista in appetitu, ita & sequitur actus inimicādi. s. nocere, vel persequi ad destructionem, vnde libērius homo occidit serpētes, q̄ alia animalia, quod fit vt ei non noceant, quasi resistēdo, vel propulsando nocumētum, & aliquando nō resistendo, sed persequēdo fugiēres. s. vt nunquam nocere possint, sed istud est quasi ex ratione, cuius est p prudētiam circa mala futura prouidere, ne eueniant, & tamen inimicitia est naturalis. Ideo dicēdū, ꝙ licèt homo nunquam timeret sibi, vel alteri malum inferēdum per serpētē, adhuc occideret serpētes, quando posset, qa inimicorum est proprius actus inuicē nocere, sed inimicitia est naturalis, cum naturaliter apprehēdit hō serpētē, vt malum sibi, ergo naturale est sibi moueri ad persequēdum serpētes, & p̄sequi q̄n potuerit. De serpēte p̄ hominem similiter est dicēdum, quia mouetur ad nocendum ei non solū ex timore, aut resistēdo malo, quod ei ab hoīe infertur, sed ex naturali inimicitia, cuius actus est nocere inimico, & apparet istud, quia serpēs nocet ex insidijs cum dicat Deus, & tu insidiaberis calcaneo eius, & ita anteq̄ homo noceat serpēti lędit serpēs hominem: sed hoc nō esset, si non esset in serpēte odium ad hoīem, quod consequitur apprehēsionē naturalem extimatiuæ, qua iudicat malū esse sibi hominē, & verū est, quia repugnat serpēti homo: & sputum ieiuni hominis est venenum serpenti, & nocet ei valde, vt Isidorus dicit.

Quæſ. 711. Cur dicit inimicitiā ponā &c. cum à natura iā cōstituta esset.

Sed dicetur, qūo Deus dixit inimicitias ponā; & tñ iuxta supradicta non erāt inimicitiæ ponēdæ: sed erāt positæ cū ex natura sint istæ inimicitiæ. Aliqui dicunt, ꝙ erant ponēdæ inimicitiæ, quia pp tentationē factā in serpēte fuit factus odiosus serpēs homini, & nō foret aliàs odiosus. Dicēdum, ꝙ non incępit istud odiū post tentationē, sed prius erat positum; primo, quia vt supra diximus istud erat ſm naturam, sed naturalia sunt a principio generationis. Secundo, quia dato ꝙ in homine posset dici, ꝙ essent inimicitiæ p̄ serpentē post peccatum, cum homo agnoscat malū illatum sibi, & pōt incipere odisse ex electione, tñ in serpēte nō potest esse, cum non agnoscat si quod malum intulerit homini, vel in eo contra hominem factum sit, & tamen est inimicitia serpentis ad hominem, ergo nō potuit incipere post tentationem, sed erat ex sua formatione. Cum tamē dicitur, ꝙ incœpit istud odium, vel inimicitia post tentationem, potest dici, quod quantum ad aliquid incęperit, vel aucta sit ista inimi-

Universidad de Deusto Biblioteca

citia post peccatum ex parte hominis. Primo, quantũ ad mulierem, s. Euam, quæ odiosum valde habuit serpentem post tẽtationem potius quàm prius, eo quòd putabat sibi ab eo hoc malum factum, quasi ille esset intelligens quid fecisset, & certum est, quòd mulier detestaretur valde serpentem ex hac causa. Secundo, quantum ad alios homines, in quibus naturaliter est odium ad serpentem: & tamen cum cognoscunt illũ fuisse instrumentum diaboli ad perditionẽ nostram, oderunt eum magis. Sed neque etiam in hominibus putandum est accidisse odium ex hac causa, cum plurimę gentes fuerint, & sint, quæ non credant mulierẽ tentatam fuisse in serpente, & tamen illę oderunt serpentem sicut, & nos, qui hæc cognoscimus.

Quæs. 712. Si priꝰ serpens erat inimicus mulieri, cur non se fugiebant ad inuicẽ.

Sed queretur, si prius erant istę inimicitię, quomodo mulier non fugit serpentem? & quomodo serpẽs non fugit a facie mulieris? etiam cur Deus dixit ponã inimicitias. Dicendum, quòd ex formatione serpentis, & mulieris fuerunt istæ inimicitiæ, ideſt principia inimicandi, sed ipsum inimicari actu non erat, de muliere patet, quia erat illa tunc in statu innocentiæ, in quo omnia erant subiecta homini non potẽtia ei malum inferre, & ideo mulier non poterat cauere serpẽtem, aut aliquod animal aliud. Primo, quia ad hoc requirebatur timor in muliere, sed nõ poterat esse, quia timor est passio, & pœna: sed in statu innocentiæ nulla pœna erat, neq; esse poterat, ideo mulier non poterat timere serpentem. Secundo, quia timor est de malo futuro: sed serpens non poterat inferre malum mulieri: ergo si mulier timeret, superuacuè timeret, sed non poterat esse ibi superuacuum: quia hoc esset inordinatum: inordinatio autem est malum, ideo non posset tunc timere mulier serpẽtem, sed ad id, de quo nullus timor est accedimus confidenter, ergo mulier accederet ad serpentem, nihil cauẽs aut suspicans mali corporaliter sibi ab eo inferendi. Sed tamen dicendum, quod iste status nõ semper mansit, ideo potuit postea mulier timere serpentem: erat enim in naturalibus serpentis, vnde posset serpens nocere mulieri, & ita erat vt malum ei, & quod vt malum sibi apprehendi posset: similiter mulier habebat naturalem apprehensionem extimatiuę virtutis, secundum quam serpẽtem iudicaret malum sibi, & ideo fugeret eum, sed sicut exteriora, quibus erat vis nocendi, erant pro tunc impedita, aut sic ordinata, vt nocere nõ possent, tenebatur quoq; vis æstimatiua, ne ea, vt mala apprehenderet, quæ ad tunc mala non erant, ideſt malum inferre potẽtia. Cum vero perdito illo statu, & cessante dono gratuito, quo inferiora subdita erant homini, incęperunt animalia posse nocere homini actu, incępit iudicium extimatiuæ non teneri, sed apprehendere ea, qualia erãt, scilicet mala: & ideo etiam sequeretur inde appetitus, qui est odium, & detestatio illorum. Ideo nulla alia mutatione facta, aut posita maledictione in verbis Dei, sic esset, quòd mulier ante tentationem non timeret serpentem, sed confidenter accederet ad eum: post peccatum autem inciperet apprehendere eum vt malum, & fugere, & detestari, & nocere illi.

Quæs. 713. De serpente, an natura homini esset inimicus.

De serpente autem dicendum, quòd ante peccatũ non nocebat mulieri, neque formidabat accedere ad eam, sed hoc potest intelligi dupliciter: vno modo, q̃ ex se timeret, & fugeret mulierem tãquam malum, & disconueniens ei: & tamen accessit ad mulierem non a se motus, sed ab alio impulsus. Ista positio est satis conueniens, s. q̃ ex parte animalium nõ ponamus aliud ante peccatum quam post, quia status hominis mutatus est, non autẽ animalium cum ad ea non pertineat esse ante peccatum, & post peccatum, cum nõ possint peccare, ideo non variabitur in eis status aliqs per peccatum. Secus de homine, qui fuit formatus in innocentia, in qua aliquandiu mansit, & tunc non poterant ei mala accidere: postea fuit in peccato, per qd incępit habere statum, in quo mala ei inferri possent: ideo ex parte hominis poterit distingui de habitudine ad animalia, sed quia animalia non mutauerunt statum, videtur q̃ sicut nunc se habent ad hominem, taliter se habuerunt semper. Secundo, quia sicut in animalibus non potest aliquid esse per electionem, sed per naturalem appetitum consequentem apprehẽsionem naturalem æstimatiuæ virtutis, ita neque potest aliquid esse per donum gratuitum, quia non sunt bruta capacia talium donorum, sed natura rationalis, sed omnia sunt in eis per naturam, sed ipsa natura non variatur, ergo sicut nunc se habet natura animalium circa hominem, vt apprehẽdant eum per extimatiuam, vt bonum, vel vt malum, & fugere habeant, vel adhærere ei, ita & tunc se haberent, & ideo cum nunc sit naturale serpenti apprehẽdere hominem, vt malum sibi & fugere ipsum, ita & tunc illud apprehẽderet, & fugeret. Ad apprehensionẽ inimicitiæ duo pertinent: vnum est fugere, ideſt non approximare ei, quod malum, & inimicum apprehenditur, aliud est nocere illi ad destruendum ipsum. primum haberet serpens ad hominem ante peccatum, sicut & nunc cum non sit mutatio status ex parte serpẽtis, & aliorum animalium, & ideo nunquam accederet ad hominem, sed fugeret nisi traheretur: aliud erat nocere vel insidiari, & ad istud erat in serpente sufficiens principium, & ita nunquam illud faceret: non. n. insidiaretur, neque vnquam noceret, hoc quidem non, vt non appetens, sed vt a Deo cohibitus per prouidentiam eius quemadmodum fieret de igne, & re frigida, & dura & huiusmodi, quæ habebant qualitatem ad nocẽdum corpori Adæ, & tamen nunquam nocerent, quia Deus per prouidentiam suam in illo statu seruabat hominẽ ab omni nocumento liberum. Cum autem obijcitur. q̃ serpens appropinquauit mulieri in paradiso, dicendũ, q̃ serpẽs ex se habebat, vt fugeret, & iõ si a se moueretur, nunquam ad mulierẽ veniret, sed a diabolo motus fuit, qui erat potentior: vnde non solum ad mulierem veniret, sed in ignem intraret, si dęmon eum impelleret, quia ibi erat simpliciter actio per violentiam cuius principium non erat intra, sed ab extra.

Duo pertinent ad inimicitiam

Alio modo poterat dici quantum ad principale, q̃ serpẽs in paradiso accederet ad mulierem, non solum a diabolo impulsus, sed ẽt a se motus, & tunc dicetur, q̃ in serpente erant omnia principia inimicitiæ ad hominem, tamen quandiu maneret status innocẽtiæ ho minis, nunq̃ exerceret aliquẽ actum inimicitiæ, s. serpẽs habebat venenum, s̃m quod poterat nocere homini. Habebat etiã astutiam, s̃m quam posset insidiari, quia ante peccatum dixit scriptura de serpente, q̃ erat serpẽs callidior cunctis animãtib⁹ terrę. Et est ista calliditas sibi per naturam, cum Christus dicat nobis de serpẽte: Estote prudentes sicut serpẽtes. Matth. 10. c. etiam habebat naturalem apprehensionem æstimatiuæ virtutis, s̃m quam hominem, vt malum, & discõnementẽ sibi apprehẽderet; ex quibus sequebatur, q̃ fugere posset & nocere, tñ omnia ista cessarent in serpente tunc, i. neq; noceret, neq; insidiaretur homini, neq; fugeret ab eo, neque ipsum, vt aliquid malum & disconueniens sibi apprehenderet. Ista autem fieri poterant per ligationem virtutis extimatiuæ: nam sicut in homine primum principium operatiuum est intellectus, quem sequitur appetitus per electionem, & ipsam electionem sequuntur mẽbra, & generaliter omne id, in quo est vis motiua in corpore, ita in animalibus primum principium operationum est extimatiua, cuius apprehensionem consequitur appetitus, & appe-

Quæs. 714 Cur serpẽs accedit ad mulierem, cum illam nã meueret.

& appetitui seruiunt omnia membra in animali, in q̃bus est vis motiua, & quia in omnibus est vis motiua per quandam colligationẽ membrorum, vt sunt partes corporis, necesse est quòd ad appetitum sequatur motus totius corporis. Ex hoc autem sequitur, quòd si extimatiua non apprehendat, non poterit sequi appetitus, & si non fuerit ille, neque erit motus aliquis in corpore fugę, vel prosecutionis ad adhærendum, vel nocendum, sed Deus poterat ligare extimationẽ serpentis, & aliorum animalium, qua ligata non sequeretur appetitus, neque motus. Et istud est satis cõuenienter dictum: nam ex quacunque causa accidat, quòd serpens non apprehendat hominem, vt aliquid sibi malum, & disconueniens, est impossibile, quòd sequatur appetitus fugę, vel odij, quia appetitus consequitur naturaliter extimationem, & sicut in vniuersali appetitus sequitur extimationem, ita in particulari talis appetitus sequitur naturaliter talem extimationem, scilicet æstimationem de malo sequitur appetitus fugę, vel odij, & est impossibile, quòd sequantur ad apprehensionem, vel extimationẽ boni, sed Deus poterat ligare æstimatiuam serpentis, ideo poterat facere, quòd non sequeretur in eo appetitus fugę, neque odij respectu hominis. Modus autem huius erat non quòd Deus faceret, quòd serpens apprehẽderet hominem, vt aliquid bonum, & conueniens sibi, ad quod sequeretur naturaliter appetitus approximationis & amoris, sed quòd faceret, quòd serpens nõ apprehenderet hominem vt malum sibi. Si enim serpẽs Deo faciente apprehenderet hominem vt bonum sibi, non solum non fugeret, neque noceret, sed & approximaret ei, quod poterat fieri fallendo serpentis æstimationem, s. faciendo sibi apparere bonum, quod sibi non erat bonum, & hoc non est mirandum, quia si intellectus noster potest decipi, poterit, a fortiori decipi æstimatio animalium. Sed iste modus habet duas difficultates. Prima est, quia videretur Deus facere in animalibus contra naturam ipsorum, quod non satis ponendum est, quando alius modus inuenitur ad saluandum accidentia, quæ apparent. Secunda est, quia diceremus, q̃ Deus deciperet animalia ostẽdendo eis bonum esse id, quod non esset eis bonum, sed verè malum, & tamen Deus non decipit ea quæ condidit.

Prima difficultas.

Quæs. 715 An aliqua animalia essent prof ctura.

Aliquis adderet aliam difficultatem, s. quòd nõ cõcederet posse decipi animalia, licèt nos decipiamur, quia iudicium nostrum est per rationem, & per id, qđ accipimus, & nõ est iudicium naturale, propter quod possumus facilè decipi, sicut qui falsè circa aliquid instruitur. Secus de animalibus, quia eorum iudicium est per apprehensionem æstimatiuæ virtutis, & illa apprehensio est naturalis, & non per assuetudinẽ, vel doctrinam: nam insitum est eis quid eis malum sit, & qd bonum, & illud apprehendunt, vt malum & bonum, & tamen natura non errat, cum sit a Deo instituta, iõ poterimus nos errare, & decipi in iudicando, & quòd nunquam possint decipi animalia, quibus principium iudicandi est natura. Dicendum, quod poterat, ita fieri per Deum, quòd serpens apprehenderet hominẽ vt bonum, & ideo appropinquaret ei ex appetitu, & in hoc falleretur serpens: nam homo est serpenti, tanquam aliquid malum, & non est inconueniens, q̃ decipiatur per Deum, quia possumus decipere animalia, & decipimus, a fortiori poterit Deus decipere. Et cum dicitur, quòd principium iudicandi est eis natura, quæ non errat. Dicendum, quòd licet natura non erret, est error in iudicio animalium, istud autem est, quia non est error in actu æstimatiuæ, sed in actu exteriorum sensuum. Et modus iste insitum est animalibus in sua æstimatiua iudicium de quibusdam speciebus, tanquam de malis: ideo illis obiectis statim malũ esse iudicant, & non potest aliud iudicium fieri hoc, quia natura non potest mutari, ita de quibusdam alijs est insitum, quòd eis obiectis iudicent statim esse bonum, & non possunt aliter apprehẽdere, & quantum ad hoc non est error. Et verum est, quòd natura non errat, sed potest fieri deceptio ī sensibus exterioribus, ita vt præsentent vnam speciem pro altera, & tenente tunc æstimatiua suam conditionem naturalem apprehẽdẽdi sequitur necessario, quòd animal erret in iudicando, sicut oui est insitum in sua æstimatiua lupũ esse malum, præsentata specie lupi statim apprehendit, vt malum, & sequitur appetitus fugæ, vel odii. Si quis tamen vestierit lupum in pelle ouina, & videat eum ouis apprehendit, vt ouem, & sequitur iudicium de illo, vt de bono, & appetitus amoris & prosecutionis, & ita nõ fuit error in æstimatiua, sed deceptio circa sensum exteriorem, ex quo sufficienter decipitur animal, & ita nos decipimus animalia obijciendo eis foris ea, quæ videntur eis bona, & non sunt ipsa, quæ videntur. De Deo, ita dicendum, quantum ad serpentem, & hominem, quòd poterat decipere ipsum, nã licèt insitum sit serpenti hominem esse aliquid mali sibi, ideo præsentata specie, vel figura hominis apprehendat vt malum, & sequatur ibi appetitus fugæ, vel odij, tamen poterat Deus facere, quòd serpenti nõ appareret homo sub specie humana, sed sub specie alicuius alterius rei, quæ esset conueniens serpenti, & apprehensam bonam iudicaret, ideo sequeretur appetitus amoris, & prosecutionis. Sed dicẽdum, quòd modus præcedens erat melior, scilicet quòd non sit deceptio, ideo neque Deus faceret, quòd serpens apprehẽderet hominem vt bonum, sed solum, q̃ non apprehenderet eum vt malum, & ad hoc nõ requirebatur, quòd aliquid fieret positiuè, circa æstimatiuam serpẽtis, sed solum q̃ teneretur, ne iudicaret id, quod iudicare posset naturaliter. Et tunc sequeretur, quòd serpens non fugeret hominem, neque noceret ei, quia appetitus odij, vel fugæ non potest sequi, nisi ex apprehensione mali, & tamen non apprehenderet serpens hominem vt malum, cum esset impedita æstimatiua sua, ne id iudicaret, quod iudicare deberet, ergo non posset sequi appetitus sine apprehensione, quod est impossibile, & non cogitabile. Sequeretur etiam, q̃ serpẽs non approximaret homini, quia ad hoc, quòd esset appetitus amoris, vel approximationis, necesse erat, quòd præcederet apprehensio boni, & tamen serpens non apprehẽdebat hominem vt bonum, sed solum erat, q̃ non apprehendebat vt malum, ergo non sequerẽt appetitus amoris, vel approximationis. Sed inquantum diximus, quòd teneretur serpens, ne iudicaret quid contra hominem, scilicet apprehendendo vt malum, põt intelligi de æstimatiua, vel de sensu exteriori: nam poterat teneri existimatiua, vt præsentata specie hominis non iudicaret esse bonum, neque malum: ideo non sequeretur appetitus aliquis, neque ad nocendum, neque ad diligendum. Similiter poterat teneri sensus exterior, vt non apprehenderet hominẽ sicuti erat, quemadmodum dicitur Luc. 24. c. de duobus discipulis, qui ibant cum Christo in via, q̃ oculi eorum tenebantur, ne eum agnoscerent. Non erat ibi impedimentum circa interiores sensus, sed circa exteriores.

Quæs. 716 Cur dã inimicitias ponã, cũ iam esset.

Quæretur, cur dicatur inimicitias ponam cum iam essent positæ? Dici potest vno modo, q̃ non poterat dicere scriptura inimicitias posui, sed ponam, quia significabat Deus, q̃ dabat serpenti malũ aliquod quasi in pœnam eius, quod fecerat contra mulierẽ ad satisfaciendum ei, & tamẽ si diceretur inimicitias posui, intelligeretur de eo, qđ erat s̃m naturã, & non de aliquo quod de nouo daretur in pœnã, iõ debuit dici, ponam.

Secundo, quia secũdum veritatem Deus ponebat aliquid, quod non fuerat a principio: nam licèt principia ad inimicandum fuerant ex natura, tamen ipsum inimicari nondum fuerat, quia neque homo, vsque nunc fugerat serpentem vt malum, neque nocuerat ei, neque etiam serpens apprehenderat hominem vt malum, neque habuerat appetitum nocendi, neque nocuerat de facto, post peccatum autẽ quũ Deus hoc dixit, secutus est actus inimicandi: ideo Deus posuit has inimicitias. Ex parte enim hominis non fuerant, vsque tunc inimicitiæ, quia ex dono gratuito, quod erat in statu innocentię, homo neque timebat serpentem, neque eum vt malum apprehendebat: serpens autem per Dei prouidentiam tenebatur, vt non noceret homini, neque insidiaretur: immo neque appeteret ei nocere per vnum de modis suprapositis. Vel poterat adhuc esse alius modus, s. quòd serpens apprehẽderet hominem vt malum, & sequeretur inde appetitus nocendi ei, & tamen Deus impediret serpentẽ, ne noceret incutiendo timorem, vel de facto lædẽdo ipsum. Nam sic sæpe aliqui oderunt alios, & vellent nocere eis: sed tam grauem timorem Deus eis incutit, quòd non auderẽt nocere, aut ingredi, sicut dicitur infra 35. c. vbi Chananęi volebant delere domum Iacob propter malum, quod fecerunt Sichimitis: & dicitur, cumque profecti essent timor dñi inuasit oẽs p circuitũ ciuitates, & non sunt ausi persequi recedẽtes, ergo & serpenti vel alijs animalibus poterat talis timor incuti, vt non auderent nocere, neque insidiari homini. Sed post peccatum ablato illo supernaturali dono homo incępit apprehendere serpentem, vt malum, & velle ei nocere, atque fugere ipsum: serpẽs etiam incępit apprehendere hominem vt malum, & appetere nocere ei, & insidiari, ac de facto nocere, qa cessauit prouidentia illa specialis Dei, qua continebat serpentes, ne nocere vellent, aut saltem vt nocere nõ possent, & sic incęperunt inimicitiæ de facto post peccatum, & non prius, & has Deus posuit inquantũ abstulit donum gratuitum, & specialem prouidentiã, qua impediebantur hæc: ideo rectè dixit, ponam.

Qõ. 717. Cur dixit inter te & mulierem cum etiã habeat odio nirũ.

Quare Deus dixit serpẽti inimicitias ponam inter te, & mulierem: cum nõ solum ad mulierem sint istæ inimicitiæ, sed etiam ad virum, cum vtrunque sexum oderint serpẽtes, & vtrique noceant, atque persequantur. Aliqui dicunt, ꝙ non solum signatur esse inimicitiæ ad mulieres, sed etiam ad viros, cum dicitur inimicitias ponam inter te, & mulierem & semen tuum & semen illius. Sed semen mulieris est omnis qui nascitur siue sit masculus, siue fœmina: ergo de omnibus ponuntur inimicitiæ. Sed obijcietur, ꝙ adhuc nõ sufficiat istud, quia non solũ erant inimicitię contra Euã, sed etiam contra Adam, & nõ potest ille intelligi per semen mulieris cum non sit natus de aliqua, ergo nõ sufficienter istud ponitur. Dicendum ꝙ Deus voluit signare istas inimicitias futuras inter Euam, & serpẽtem, & de Adam non significauit, ꝙ licet verę inimicitiæ essent ad eum: tñ non pertinebant ad propositum,

Prima cã. quia voluit Deus per hoc satisfacere mulieri: si autem de Adam diceretur tanquam de principali nõ satisfieret mulieri: ideo debuit dicere de muliere: erat enim damnum illatum mulieri, & non viro, quia serpens nihil locutus est viro, sed soli mulieri, & decepit eam: iõ nullam pœnam merebatur serpẽs pro eo quod fecisset contra Adam, sed ista maledictio ponebatur, vt in pœnam, ideo debuit poni inimicitia inter mulierem,

Secda cã. & non virum. Secundo ad maiorem pœnam serpẽtis, quia videbatur ei pœna, ꝙ ab homine occideretur vel læderetur, sed tanto maior quanto ab impotentiori. Sed Eua erat fragilior viro, ideo vt signaretur pœna ista maior, dictum est de muliere: nam additum est: Ipsa conteret caput tuum. Cum autem dicebatur, ꝙ ad Adam erant inimicitię, concedimus ꝙ ad illum & ad omnem hominem erant inimicitiæ serpẽtis, cum sint inimicitiæ naturales cõsequentes speciem, & nõ determinatum indiuiduum, sed Deus non curauit dicere, quod verum erat, sed quod ad propositum suũ erat; istud autem erat de eis, quæ ad mulierem pertinebãt vt satisfieret ei: ideo de inimicitijs ad virum nihil dicere debuit.

Qõ. 718. Videtur iste nõ sig maledictiones cum sint an natu.

Quæretur quomodo Deus dixit hic ad serpentem: Quia hoc fecisti maledictus eris inter omnia animantia &c. nam non erat hic verum: quia hic, quæ de serpente dicuntur, scilicet super pectus gradieris, & terram comedes non fuerunt ei data, quia mulierẽ decęperat, sed etiam habebat, si non decepisset, aut per eũ tentata nõ fuisset illa. Dicendũ verum esse, ꝙ non fuerint data ista serpenti, quia mulier tentata est per eũ, cum ſm naturam conueniant: & tamen ita oportuit dici, quia aliter mulier non putaretur sibi satisfactum de nocumento recepto per serpentem, sed fuit cõueniẽs satisfieri ei propter causas suprapositas, ergo debuit ita dici. Cum autẽ petitur quomodo possit hoc stare, quia non est verum: dicendum, quia est verum non quantum ad rem, sed quantum ad intentionem mulieris: nam mulier putabat, quòd serpens non haberet secundum naturam mala illa, quæ Deus prænũciabat, sed quòd nunc ei darẽtur de nouo propter iniquitatem quam gesserat contra eam. Secũdo potest dici, & adhuc melius, quòd serpens habuit ista mala, quæ hic prænunciantur, quia fecit hæc, ideſt tentauit mulierem, scilicet saltem illa mala, quæ erant in comparatione ad mulierem, ideſt, quòd essent inimicitiæ inter eos, & quia mulier contereret caput eius. Nam si mulier non fuisset tentata in serpente non peccasset, & si non peccasset essent ei subdita omnia animalia; & ita nullas inimicitias haberet mulier ad serpentem, neque serpens ad mulierem, sed quia mulier decepta in serpente peccauit, secutę sunt inimicitiæ istę, ex quibus aliquod malũ sequitur serpenti, s. ꝙ conteratur caput eius à muliere, qđ aliàs non cõtereretur.

Quæ. 719. Cur dic inter semen tuum, & semen illius.

Quæretur, quare dixit Deus inter semen tuum, & semen illius. Dicendum, quòd fuit primo, quia ita est secundum veritatem, s. ꝙ non solùm inter Euam & serpentem illum, qui eam tentauit fuerũt inimicitiæ: sed etiam ad omnes serpentes: cum enim si naturalis inimicitia inuenietur in omnibus indiuiduis eiusdem speciei, & ita inuenietur in omnibus serpentibus, & in omnibus hominibus: hoc videtur signari, cum dicitur inter semen tuum, & semen illius: ideo fuit conueniens sic dici. Secundo fuit ad ostendẽdum magnitudinem inimicitiæ, quia nõ solum durabat ad illum serpentem, qui hoc fecisse videbatur, sed etiam in perpetuum ad omnes serpentes. Tertio ad ostendẽdum magnam pœnam serpentis, s. quòd non solum in se ipso puniretur pro eo, quod erat contra mulierem, sed etiam omnes, qui nascerentur ab eo, sustinerent pro hoc malum: est autem pœna parentibus, quòd filij ma la sustineant. Quarto fuit ad multum satisfaciendum mulieri, quia dicebat Deus ista, vt putaret ipsa sibi satisfactum contra serpentem, qui ei nocuerat, sed tanto esset maior satisfactio, quãto esset pœna diuturnior: ideo bene dicebatur, quòd duraret hoc inter semen mulieris, & serpentis.

Quæ. 720. An alia fuerit pœna ob serpentibus pro pecca to serpẽtis.

Quæretur, quomodo Deus inferebat pœnam toti semini serpentis pro eo, quod fecerat serpens: nam videtur, ꝙ solus ille serpens puniri debebat, cum pœnæ suos debeant tenere actores, & Deus hoc vetuit dicens non occidentur filij pro patribus, neque patres pro filijs. Deuteron. 24. cap. ergo non faceret ipſi. Dicendum, quòd aut hic quęritur veritas, aut apparẽtia: si veritas dicendum quòd non puniuit Deus hic aliquem pro peccato alterius, cum neque ipsum serpentem, in quo Eua tentata fuit punierit: nam ille non peccauit, neque peccare potuit, & mala quæ habere videtur non sunt vt pœna alicuius peccati, sed sunt secundum naturam, vt supra dictum est. Si autem quæratur quantum ad apparentiam: dicendum quòd mulier putabat serpenti, & toti semini eius pœnam inferri pro malo, quod in eam gesserat serpens, & quòd istud erat dignum, quia considerata dignitate mulieris, & indignitate serpentis, non sufficiebat mors serpentis illius ad satisfaciendum pro iniuria mulieri illata, decipiendo eam, ideo quòd iustum esset non solum eum pati, sed etiam omnes descendentes de semine suo. Cum autem dicitur, quòd Deus vetuit occidi patres pro filijs, & filios pro patribus, dicendum quòd verum est, & ideo in iudicijs humanis ita fieri debebat, vt iudices nunquàm condemnarent filios pro patribus, aut è contrario: & ita dicitur de Rege Amasia, lib. 4. Regum 14. & lib. 2. Paralipomenon 25. cap. scilicet, Cum obtinuisset regnum, occidit seruos suos, qui interfecerant Regem patrem suum: filios autem eorum, qui occiderant non occidit: iuxta quod scriptum est in libro legis Moysi: Non morientur patres pro filijs, neque filij pro parentibus, sed vnusquisque in peccato suo morietur. Sed Deus qui hoc iusserat teneri a iudicibus, non seruabat illud, quia ipse dabat legem hominibus, & non sibi: nam ipse dixit, ꝙ nullus occideretur dicente vno testimonium contra se, sed in ore duorum, vel trium testium. Numeri 35. & Deuteronom. 19. cap. & tamen Deus sine aliquo teste condemnat homines, & occidit: ipse enim de se dicit, quòd est iudex & testis. Ierem. 29. cap. Et ita Deus, qui vetuit iudicibus occidere filios pro patribus occidit illos, cum dicat quòd punit peccata patrum in filios vsque in tertiam, & quartam generationem. Exo. 34. & Numeri 14. cap. & non solum ipse facit, sed & interdum iubet fieri per homines, sicut iubebat, quando pugnarent Israelitæ cõtra Chananęos, quòd delerent omnes illos in ore gladij, etiam paruulos illorum. Deuteronom. 20. cap. & ita ibi filij qui non peccauerant, pro peccato suorum patrum occidebantur. Et quando erat aliqua ciuitas, in qua colerentur idola, non solum cultores, sed & paruuli filii illorum occidebantur. Deuteronom. 13. cap. Etiam ponebat pœnas alias citra mortem filijs pro patribus, vt nati de Aegyptijs, & Idumæis non intrabant Ecclesiam Domini vsque ad tertiam generationem, & nati de scorto, aut merazeres, non intrabant vsque ad decimam generationem: nati autem de Amonitis, & Moabitis nunquàm intrabant, neque post decimam generationem. Deuteronom. 23. cap. Ergo poterat hic ita fieri quòd in totum genus serpentis extenderetur pœna pro actu eius. Dicendum quòd istud erat conueniens ter dictum, quia Deus solet tales pœnas imponere, & tamen in præsenti non fuit sic, quia non fuit posterati serpentis illata pœna pro peccato serpentis, cum nihil ille serpens peccaret, neque etiam ei aliquid pro peccato inferretur, sed totum quod erat tam in eo quàm in semine eius, erat aliquid naturale, & non pœnale.

Quæ. 721. Cur dic inter semen & se. mini illius.

Quæretur quare dictum est inter semen tuum, & semen illius: nam inimicitiæ istæ non solum se extendunt ad semen serpentis illius, sed ad omnes alios serpentes. Aliquis dicet, quòd fuit quia per semen serpentis intelliguntur omnes serpentes, quia omnes ab illo descendebant. Dicendum quòd non est verum, quia non descendebant omnes serpentes ab illo serpente, sicut omnes homines ab Eua: & causa est, quia, species humana formata fuit a principio in duobus solis indiuiduis, viro & fœmina, propter dignitatem cõpetentem huic naturæ: quod non fuit de alijs speciebus, sed in qualibet formata fuerunt multa indiuidua, ideſt multi masculi, & multæ fœminæ. Et ita iste serpens, qui tentauit Euã siue masculus esset siue fœmina non erat, à quo descendebãt oẽs serpẽtes: & tñ ad oẽs serpẽtes est homini inimicitia: ergo nõ sufficiẽter dictũ est. Et semen tuum, ideſt serpentis. Et dicendum quòd secundum veritatem ad plures est inimicitia homini, quàm sint serpentes, qui descenderunt ab illo, in quo tentata fuit Eua; & hoc apparet ex duobus: primo quia in specie, in qua erat serpens iste plures erant serpentes quàm iste, & ab alijs descenderunt serpentes sicut ab isto. Secundo quia serpentes non sunt omnes in eadem specie: sed in diuersis, sicut coluber, vipera, stelio, aspis, dispas, regulus, iaculus, scitale, & ita de alijs: sunt enim multæ species, de quibus loquitur Isidorus lib. 12. Etymolog. & Solinus in Polistore c. de Africa, Omnes autem illos detestamur: & est nobis inimicitia ad illos, sed serpens, qui tentauit Euam in vna tantum specie harum fuit, quia erat vnicum indiuiduum: ideo non poterant descendere omnes serpentes ab isto serpẽte, licet in specie, in qua fuit iste serpens, sola duo indiuidua fuissent ab initio. Dicendum quòd Deus non intendit hic significare id, quod verum erat: sed id quod ad propositum pertinebat: verum autem erat quòd homini sunt naturales inimicitiæ ad omnes serpentes, non sunt autem istæ inimicitiæ, quia aliquis serpens decepit Euam: sed quia serpens est aliquid malum homini secũdum naturam, & homo serpenti, ideo necesse est consequi appetitum inimicitiarum: est autem malum serpens homini, quia nocere potest occidendo per venenum, & quia omnis serpens venenum habet, ad omnem serpentem habet, homo inimicitiam, & omnis serpens ad hominem. Ex quo apparet quòd non venerint inimicitiæ istæ propter tentationem mulieris factam a serpente: nam si ita esset siue veniret inimicitia in scientibus, siue in ignorantibus, esset solum ad serpentes i lius speciei cuius fuit ille serpens: & tamen est nobis inimicitia ad omnem serpentem: ideo non venit pro aliquo facto, sed ex natura. Si autem consideretur quod ad propositum erat, solum debuit Deus dicere de serpentibus, qui descenderent de semine huius serpentis: quia Deus non loquebatur ista, nisi ad satisfaciendum mulieri, quę putabat se grauiter læsam à serpente: & satisfactio non potuit fieri, nisi per pœnas serpentis: solum igitur quod ad illius pœnas pertinebat debuit hic exprimi. Sed quòd alij serpentes, qui ad istum non pertinebant, bonum, vel malum haberent, non attinebat ad hunc serpentem: ergo de inimicitijs contra ipsum, & contra semen eius solum debuit Deus dicere: quasi per hoc serpens ille tristaretur quòd posteritas sua ab hominibus affligenda esset pro tentatione, quam ipse fecerat: de alijs serpentibus, qui ad semen huius non pertinebant, non tristaretur iste serpens, quòd affligerentur, quia non pertinebant ad eum: mulier etiam non gauderet de pœna eorũ, quia in nullo ei nocuerant, ideo de illis non debuit dici.

Prima cau sa.

Secunda causa.

Quę. 722. Cur dixit & semen mulieris, cũ sit etiã viri.

Adhuc quæretur quare dicitur, & semen illius, scilicet mulieris: nam non solum sunt inimicitiæ inter serpentes, & semen mulieris: sed etiam ad semen viri. Dici potest hoc planum esse, quia semen viri est semen fœminæ: nam in specie humana sola duo indiui dua fuerunt a principio masculus Adam, & Eua fœmina: cętera huius speciei indiuidua ab his duobus descenderunt, ideo omnes homines erant semẽ illius mulieris primę, & omnes erant semen primi viri: cum non fuerit aliquis, qui ab ambobus non descenderint, ideo nominato semine mulieris, intelligitur semen viri,

viri, quia idem omnino est. Sed dicetur cum eadem F
res nominaretur dicendo semen viri, & fœminæ, quare nominatum fuit semen mulieris, cum potius debuisset dici de semine viri, quia ipse est principalis. Dicendum quòd causa fuit, quia ista dicta sunt ꝓpter mulierem, & non propter virum, cum iniuria videatur illata soli mulieri, non autem viro: ideo pertinebat vindicta huius ad mulierem: & ad eos, qui mulieri attinebant, & sic nominari debuit semen mulieris, & non viri: licet esset idem vtrumque. Sed dicendum quare saltem non nominabatur Adam cū muliere, quòd inimicitiæ positæ essent ad Adam, quia licet nomine seminis mulieris intelligatur omne semē Adæ, quia idem sunt de semine mulieris, & de semine Adæ, tamen ipse Adam non intelligitur nomine G
seminis mulieris: fuerunt tamen ei inimicitiæ ad serpentem, ideo videtur quòd debuisset exprimi. Dicendum quòd fuit primo: quia solum dixit Deus quod ꝓtinebat ad propositum, sed ponebat istas inimicitias in vindictam mali, quod fecerat serpens: sed non fecerat malum, nisi Euę quantum apparebat foris. Nam viro non locutus fuerat, ideo cum nullam causam querele Adam contra eum haberet, nō debuit dici, quod essent inimicitiæ eius contra serpentem. Secundo fuit, quia sicut Adam non erat ipsa persona, cui fuerat illata iniuria: ita neque dependebat ex ea, ideo non debuerunt ad eum transire inimicitiæ propter mulierem: & ob hoc debuit dici de semine mulieris. Nam licet semen mulieris non esset cui irrogata esset iniuria per serpentem, dependebat tamē à muliere, H
cui fuerat irrogata iniuria: ideo descendebat in eos ius prosequendi iniuriam illam: sed non erat sic de Adam, quia neque erat ipsa persona, cui fuerat illata, neque ab ea dependebat: sed potius è contrario: ideo non fuit dictum de Adam, & fuit dictum de muliere, & semine eius. Tertio fuit, quia Deus intendebat signare duraturam ipsam pœnam semper, & ad hoc fuit conueniens dici quòd essent inimicitiæ inter mulierem, & serpentem, & semen eius, & semen mulieris, scilicet, quòd quandiu mulier viueret, ipsa prosequeretur istas inimicitias, cum ad eam principaliter pertinerent. ipsa autem defuncta prosequerentur eas, qui erant de semine suo: viuente enim muliere non I
erat necesse, quòd aliquis alius eas, ꝓsequeretur, quia ipsa sufficienter inimicaretur serpenti: sed vita Adæ non signabatur longior, quàm vita mulieris, cum ambo eodem die cepissent viuere, & ita Adam non posset prosequi istas inimicitias nisi viuente muliere: sed ea viuente nō pertinebat ad alium prosequi illas: ideo non debuit dici de Adam. Secus si Adam significaretur mansurus post mortem Euæ, quia tunc esset aliquis color ad ponendum inimicitias inter eum, & serpentem.

Quæſt 723. Quomodo intelligitur, ipsa cōteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius.

Dicitur vltra in verbis Dei: ipsa cōteret caput tuū, & tu insidiaberis calcaneo eius; de quo quæritur ad quid dictum est. Respondendum quòd in hoc significatur veritas rei: nam inimicitiæ sunt inter mulierem, & serpentem: est aut inimicorum nocere sibi inuicem, quantum vnusquisque alteri nocere potest, quia inimicus, cum inuenerit locum non satiabitur sanguine. Eccles iast. 14. cap. ponitur. ergo malū quod vterque alteri fac.t, scilicet cum mulier frangit caput serpentis: serpens autem insidiatur mulieri ad hoc ꝙ mordeat, & insidiatur ad calcaneum. Aliqui exponūt aliter accipientes serpentem pro dęmone sicut facit Aug. Sed iam de istis expositionibus supra diximus, quòd non sunt literales, quia de serpente vero, & mu-

Quare ponuntur nocumēta ad se inuicē inferri.

liere Eua omnia Deus intelligi voluit. Et ponuntur ista nocumenta, quæ inuicem sibi inferrent. Primo ad ostendendum veritatem: quia ita est quòd homo

frangit caput serpentis, & serpens insidiatur calcaneo mulieris. Secundo ad ostendendum naturam ipsorū nocentium: quia ex cōditione eorum competit quòd sibi ita noceant: homo enim est secundum staturam rectus & sublimis solis plantis terram contingens: serpens autem est super terram totus extentus, ideo homo potest lædere serpentem super totum corpus, cū quantum ad quamlibet partem corporis serpentis homo sit excellentior: serpens autem, qui pronus est in terra, non potest contingere hominem, nisi in eis partibus, quibus terram tangit: istæ sunt plantę pedum: ideo in his solis lædere potest, & hoc significatur in- G
quantum dicitur quòd insidiatur calcaneo. Tertium fuit ad assignandum pœnam serpentis, vt de hac pena tristaretur serpens, scilicet, quod mulier frangeret ei caput, quod erat pessima omnium pœnarum, quia erat mors. Quarto ad consolationem mulieris: nam illa, quæ putabat se læsam a serpente gauderet de malo serpentis, & tanto magis quanto malum illius grauius esset: & quia erat maximum malū serpenti, quod eius caput frangeretur: & rursus erat magna vindicta mulieri quòd ipsa caput serpentis frangeret, prænunciatum fuit ei hoc.

Quæſt 724. Cur potius dixit, cōteret caput, ꝙ aliud membrum.

Sed quæretur quare specialiter dixit ipsa conteret caput tuum: nam dato quòd homo ex cōditione corporis erecti posset serpentem lædere, non poterat in solo capite, sed in toto corpore, cum totum esset pronum in terra, ideo non videtur quare de solo capite dixit. Dici potest quòd fuit primo ad signandum gra- I
uissimam pœnam serpentis: est enim caput optima pars animalis, quod ergo in illo datur, est pessimum vulnus, & quanto esset deterius, tanto magis tristatur serpens, & gauderet mulier. Secundo fuit ad signandum conditionem serpentis: serpens enim læsus in quacunque parte non moritur, sed læsus in capite moritur: vnde ex naturali astutia serpens opponit totum corpus pro capite, ne in eo lædatur, quasi ibi sit deterius vulnus: vt ergo iuuatur ꝙ ex vulnere quod mulier inferret serpenti moreretur serpens, dicitur ꝙ conteret mulier caput illius. Tertio fit principaliter ad ostendendum modum, quo mulier noceret serpēti, quod nocumentum sequeretur ex nocumento, quod inferre vellet serpens mulieri: serpens enim nocet insidiando, & insidiatur calcaneo: tunc autem cū insidiaretur, & appropinquaret premeret mulier caput serpentis pede suo: & comprimendo frangeret: in capite autem potius lęderet ipsum: quia ista erat pars, quæ magis appropinquaret mulieri ad nocēdum in ea: ergo læderet ipsum calcando caput eius, quia ibi pars facilius tangi poterat tanquam vicinior. Scien- J
dum autem quòd Deus significat se loqui hic serpenti tanquam intelligenti: nam licet serpens non esset intelligens putabat eum intelligentem: quia videbat ipsum loqui ad se, & ratione vti, & decepisse eā: Deus autem, quia loquitur serpenti ad satisfaciendum mulieri taliter ad ipsum loquitur, qualiter mulier putabat conuenire, scilicet præsuppositio eo pro vero, quod mulier, vt verum credebat: ipsa autem putabat, quòd K
serpens haberet intellectum, & vocem, quia videbat eum loquentem, & non credidit quòd aliquis loqueretur in eo: sed ipse loqueretur: quia aliàs conqueretur mulier de illo, qui loqueretur in serpente: & non de serpente: sed non fecit quia dixit serpens decepit me: & ob hoc cupiebat sibi inferri pœnam pro malo quod fecerat, quasi ex electione fecisset. Deus autem volens satisfacere mulieri ostendit se quasi indignatum serpenti: & loquitur quasi iratus ad ipsum, & prænunciat ei pœnas loquendo, quasi serpens intelligat: ad quod non obstat quòd serpens nunc taceret: quia putaret mulier, quòd serpens tacebat ex timore, vel

vel confusione, quasi nullam excusationem habens, A
vel tacebat quasi nunc Deus ei vocem abstulisset, sed non intellectum, & ita audiens verba Dei intelligeret illa, licèt respondere non posset, & in hoc tristaretur valde, quòd pœnæ tam graues, & tamdiu duraturæ ei prænunciarentur, & mulier de hoc gauderet, vel consolaretur, nō solum, quòd ipsa sciret quanta mala inimico inferenda essent, sed etiam quòd sciret inimicum suum hoc scire, & dissimulare non posse, & de hoc tristari. Et hoc licet non esset verum, quia serpēs nihil intelligebat, nihil peccauerat, nullam pœnam sustineret: mulier ita intelligebat, ideo Deus sic debuit loqui ad illius consolationem, nam & Iosephus ita putauit verum esse ad literam, li. 1. Antiqui. cum ait: Abstulit autem & serpēti vocem iratus eius malitiæ, quā B
gesserat in Adam venenum ei sub lingua ponens, qđ esset hominibus inimicum: præcepitque, vt mulier eius capiti plagas inferret.

Quæſt. 725. Cur dixit insidiaberis calcaneo eius.

Quæretur, quare specialiter dixit, tu insidiaberis calcaneo eius. Dicendum, quòd dictum est insidiaberis. quia verum est istud, quia serpentes insidiantur, & per insidias nocent. Secundo ad notandum naturam serpentis: conuenit enim eis insidiari propter duo, s. quia timidi sunt, & quia astuti: serpentes enim naturaliter sunt timidi, quia sunt complexionis frigidæ, & malencholicæ: timidus autem nō audet palam inuadere, sed occultè nocere, & hoc est agere ex insidiis: ideo ad serpentes, qui timidi sunt, pertinet insidiari. Etiam serpē- C
tes omnes astuti sunt: nam dixit scriptura supra 3. cap. Erat serpens callidior cunctis aĩantibus terræ, & Christus cum induceret homines ad prudentiam, & alias virtutes exemplo animalium, quæ habent aliquid per fectionis naturaliter, non nominauit pro prudentia animal, nisi serpentem Matth. 10. c. Estote prudē- tes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ, quasi nullum animal esset prudentius serpente, & nullum simplicius columba. Ad prudentes autem competit insidiari, non quasi aliud facere non possint: sed quia ipsi soli facere hoc sciunt: imprudentes autem nesciēt insidiari, quia omne quod fecerint, manifestum est, & ideo frustra est cum occultare illud non possint, & sic illud non est insidiari, quia vt dicit Salomon frustra rete ponitur ante oculos pēnatorum: Prouerb. 26. c. Serpentes autem prudentiores sunt alijs animalibus, D
ergo ad ipsos magis pertinebit posse insidiari. Tertio ponitur hoc, quia ponitur serpenti magis quàm alijs animalibus ex parte corporis. Insidię enim in occulto agūtur, quod igitur magis occultari potest, etiam poterit magis insidiari. sed serpens ex conditione corporis potest magis occultari, quā cætera animalia, quia est pronus super terram: cætera autem eleuantur super terram, ideo minus occultabuntur cætera quam serpens. ipsi autem serpentes non videntur, nisi de ꝓpinquo, & interdum occultant se in puluere terræ, vel arena, & iacent in vijs expectantes transitum viatorum, vt cum transierint eos mordeant, sic dicitur infra 49. capit. Fiat Dan coluber in via Cerastes in semita mordens vngulas equi, vt cadat assensor eius retro. Et adhuc maximè fit hoc in herbis, vbi serpentes E
magis habitant, & ibi sine aliqua industria sua, latere possunt ex sola conditione corporis, scilicet, quia pronum est, & mordent eos, qui per herbas gradiuntur, quod non possunt alia animalia facere. Nam non possunt latere in paruis herbis pratorum: sic dicit Virgil. lib. Bucolicorum. Egloga 3. scilicet.

Qui legitis flores, & humi nascentia fragra
Frigidus, ò pueri fugite hinc, latet anguis in herba:

Et ideo quia serpenti, tam ex conditione astutiæ, quā corporis conuenit latere posse, & insidiari: dicitur, quòd serpens insidiatur.

Quarto fuit ad consolationem mulieris: dictum est enim insidiaberis, ac si dicatur serpens non poterit aliud facere, nisi insidiari, & istud est paruum nocumētum: mulier autem multum poterit nocere: quia cōteret caput serpentis.

Quæſt. 726. Cur dixit potius calcaneo ꝙ in alia parte. Prima ratio.

Sed quæretur dato quòd serpens valeat insidiari, quare dictum est, quòd insidiaretur calcaneo specialiter, cum non solum in calcaneo mordeat serpens? Dicendum quòd ponitur hoc, quia ita est quòd serpētes potius insidiantur his partibus, quàm alijs. Vnde & infra 49. cap. dicitur Fiat Dan coluber in via Cerastes in semita mordens vngulas equi, vt cadat assensor eius retro: & tamen vngula in equo est loco calcanei in homine. Ideo cum insidiatur serpens homini debet insidiari calcaneo. Secundo ponitur, quia ita conuenit serpenti ex conditione naturæ suæ: quia est corpus suum ita dispositum vt illi parti insidiari posset: & non alijs: nam est totus pronus in terra, homo autem est totus erectus non contingens terram nisi pedibus, ideo serpens non potest tangere hominem nisi in his partibus, quibus terram cōtingit, scilicet in pedibus pars est calcaneus, ideo calcaneo insidiatur. Tertio fit ex conditione naturæ suæ quantū ad animam: est enim serpens animal timidum: quia est valde frigidæ complexionis, & terreæ: ideo non habet audaciam, & sic non audebit impugnare hominem palam: si tamen alijs partibus corporis insidiaretur ad nocendum, oportebat manifestè aggredi, videretur enim quando se in altum tolleret. ideo non poterit insidiari, nisi partibus iuxta terram, scilicet pedibus. Quarto quia vnum sequitur ex alio, scilicet si serpens insidiatur homini, non poterit insidiari nisi pedibus: nam si alias partes lædere vellet, iam manifestè ageret, cum se eleuaret, & tamen insidiatur, ergo oportet quòd pedibus insidietur, quia ad lædendum ibi nō oportet quòd se eleuet, vel manifestet, sed occultus manens potest nocere. Quinto fit ad ostendendum differentiam vulneris quod inferret mulier serpenti, & serpens mulieri, vt videatur quòd esset deterior conditio serpentis. Nam mulier inferebat plagas capiti serpentis, cum dictum sit: ipsa conteret caput tuum: & caput erat dignissima pars corporis: nulla autem est indignior pedibus, quia cum illis terram tangimus: ibi autem serpens lædit, & ita in parte indignissima serpēs lædit hominem, & lædituralb eo in parte dignissima. Cum autē obijcitur quòd etiam in alijs partibus mordent serpentes, dicendum quòd cum serpens ex insidijs agat non mordet, nisi in partibus illis, quæ sunt ꝓpinquæ terræ, vbi serpens latet: naturaliter autem soli pedes nostri terram tangunt, ideo in illis est naturale serpenti posse plagas inferre: sed per accidens quasdam alias partes corporis terræ coniunctas habemus, vt cum extendimus nos super terram ad iacendum quia quælibet pars est vicina terræ, vt a serpente lædi posset, & ita est de manibus, quando terram contingimus illis aliquid operantes: licet non iaceamus proni, & ideo tunc lędi possunt a serpente.

Secūda ratio.

Tertia ratio.

Quarta ratio.

Quinta ratio.

Quæſt. 727. Cum pes habeat aliam partē quā calcaneū cur tantum nominat calcaneum.

Sed cum serpenti naturale sit insidiari pedi, & lædere ibi propter supra tacta: & pes habeat alias partes præter calcaneum, quare specialiter dixit Deus tu insidiaberis calcaneo eius, & non dixit tu insidiaberis pedibus eius? Dicendum quòd fuit primo ad ostendendum timorem serpentis: est enim naturaliter timidus, & ad timidos pertinet a posteriori lædere, non ab anteriori: calcaneus autem est pars posterior pedis, ideo insidiatur calcaneo, & non digitis, qui sunt in anteriori parte pedis. Secundo propter vultum humanum, quia serpens, & omnia animalia timent humanum vultum: sicut dicitur supra 9. cap. terror ac tremor vester sit super cuncta animalia: & tamen si

serpens

Universidad de Deusto
Biblioteca

serpens a parte anteriori pedis læderet, vultum videret humanum, ideo vt non cogatur illum videre, lædet a parte posteriori, scilicet in calcaneo. Tertio quia istud sequitur ex dicto: Deus dixerat quòd serpens insidiaretur, & tamen si a parte anteriori læderet non essent insidiæ, quia videri posset, vt ergo sint perfectę insidiæ debet esse a parte posteriori, & ita ad calcaneum, qui est posterior. Quarto ad ostendendum excellentiam mulieris super serpentem, scilicet, quòd mulier noceret serpenti in capite, quæ erat pars melior eius, serpens autem tam timidus esset, quòd non auderet lædere mulierem nisi in parte posteriori pedis: istud autem erat magna consolatio mulieris, ꝙ significaretur serpentem esse valde timidum: nam dum timidior esset, minus auderet lædere eam, & ita minori resistentia opus esset contra illum, & paruo opposito conatu posset pugnare contra illum. Quinto fuit ad instruendum mulierem, vt sciret cauere serpentem. Nam cum esset pronunciatus inimicus eius putaret mulier, quòd iusto bello aggrederetur eam, scilicet ex anteriori, & ad hoc minus vigilandum esset: nunc vero instruit eam, quòd serpens non inuadet ab anteriori, sed per posteriora ex calcaneo, & ita sciet mulier quam partem seruare debeat, vel ex qua parte cauere.

Quæst. 728. Cur dicitur insidiaberis calcaneo cũ vltra hoc mordeat, & occidat.

Sed quæretur cum serpens non solum insidietur mulieri, sed etiam mordeat, & veneno occidat, quare solum dictum est insidiaberis calcaneo eius? Dici potest vno modo, quòd hoc solum dictum est, quia hoc solum sufficiebat: nam ad hoc insidiabatur serpens, vt morderet, & ex morsu venenato mors sequitur. Est dicendum verum esse, quòd istud ex illo sequatur, aut sequi possit, & tamen non factum fuit propter hoc: immo Deus ex intentione tacuit, quia ita conueniebat. Deus enim locutus fuit omnia hæc ad satisfaciendum mulieri, quæ putabat se a serpente læsam: & non vt principaliter designaret veritatem rerum: ideo Deus debuit eo modo dicere, quo conueniret ad mulieris consolationem, & non ad expressionem veritatis: licet nullum falsum Deus diceret. Si enim veritatem signare vellet, diceret quòd mulier frangeret caput serpentis, & serpens interdum occideret mulierem, & moreretur mulier ex venenato morsu. Sed hoc non competebat intentioni Dei, qui mulierem consolari intendebat, vt putaret ipsa mulierem partem inimicitiarum eius: si tamen aliquando mulier serpentem occideret, & aliquando serpens mulierem: deterior esset mulieris conditio, cum mors vnius mulieris præponderaret mortibus multis serpentum: ideo non debuit sic dici. Secundo quia posuit Deus ista verba in maledictionem serpentis, cum dixerit maledictus eris inter omnia animantia: & tamen si diceretur quòd serpens occideret mulierem aliquando, non ponebatur solum maledictio serpentis, sed potius mulieris, ideo de pœna mulieris nihil dici debuit. Deus igitur in maledictione ista debuit ponere omne, quod pertinebat ad malum serpentis: non autem quod pertinebat ad mulierem: licet non negaretur, & ita factum est, quia Deus dixit quòd mulier frangeret caput serpentis, quod erat maximum malum quod serpenti inferri poterat: de malo autem quod serpens inferret mulieri tacuit scriptura: non enim negauit illud quasi Deus diceret, non poteris tu nisi insidiari calcaneo eius: & tamen ex modo loquendi poterat consolari mulier: quia cum diceretur; tu autem insidiaberis calcaneo eius, putabat mulier, quòd nihil plus serpens ei inferre posset, cum nihil plus poneretur. Etiam dicendum quòd istud non fuit expressum ad ostendendum aliquod malum, quod serpẽs posset facere mulieri: quia tunc non faceret ad intentionem Dei: sed ad ostendendum malum, & impotentiam serpentis, scilicet quòd tam impotens, & timidus esset, quòd non auderet aggredi mulierem nisi ex insidijs & ex parte posteriori ad calcaneum.

Quæst. 729.

Sed adhuc quæretur cum ponantur omnia ista verba, vt pertinentia ad maledictionem serpentis, quomodo inimicitiæ eius ad serpentem pertinent ad maledictionem serpentis, quia ad malum mulieris pertinent. Dicendum quòd ad pœnam serpentis, pertinent inimicitiæ: quia per has mulier fraugit caput serpentis, quod non frangeret, si nullæ essent inimicitiæ.

Quomodo inimicitiæ serpentis pertinent ad maledictionem serpentis, cũ inimicitiæ serpentis pertineãt ad malum mulieris, & non ad maledictionem serpentis, cũ noceant mulieri.

Sed obijcietur quòd etiam mulieri malum est, cũ serpens mordeat mulierem, & occidat. Dicendum, quòd si veritas consideretur, inimicitiæ istæ sunt in pœnam mulieris, & in malum serpentis: nam si non essent inimicitiæ: neque mulier occideret serpentem, neque serpens mulierem, & adhuc maior pœna est mulieri quàm serpenti: cum grauius sit abscindi vnam mulierem per serpentem, quàm per mulierem occidi mille serpentes. Etiam si profundius considerentur istæ inimicitiæ, cedunt simpliciter in pœnam mulieris: quia melius esset mulieri, quòd nullæ essent inimicitiæ quàm quòd essent: nam non existentibus, neque ipsa noceret serpenti, neque noceretur ei a serpente: sed Deus in pœnam hominum abstulit omnia animalia ab obedientia, & subiectione, qua tenebantur hominibus, & tunc illa, quæ naturalem inimicitiam habebant manserunt libera ad nocendum, & tamen si homo non peccasset, non fuisset ista libertas data animalibus, & ita non esset actualiter ista inimicitia. Sed dicendum, quòd inimicitiæ quantum ad id, quod Deus protulit solum pertinebant ad malum serpentis: nam non dicitur de istis inimicitijs, nisi quòd mulier frangeret caput serpentis, & quòd serpens insidiaretur calcaneo mulieris, si nihil vltra fieret, non erat malum aliquod mulieris: & nihil vltra Deus dixit: licet aliquid vltra fieret: ideo inimicitiæ positæ pertinebant ad malum serpentis, & non ad malum aliquod mulieris. Et ista fuit causa quare Deus non dixit in maledictione nisi: Et tu insidiaberis calcaneo eius. Quia licet serpens insidians aliquando mordeat & occidat mulierem: quia hoc tamen erat malum mulieris, non debuit poni, sed solum quòd erat malum serpentis: vnde cum dictum est insidiaberis calcaneo eius: non fuit dictum inquantum erat via ad nocendum mulieri: sed inquantum erat pertinens ad defectum serpentis: quasi nihil aliud facere posset, nisi insidiari.

Dicitur vlterius supra 3. cap. Mulieri quoque dixit multiplicabo erumnas tuas: posuit Deus pœnas mulieris pro peccato eius, & postquam ad serpentem Deus dixit maledictionem, dicit ad mulierem: & quia omnes tres videbantur peccasse serpens, Eua, & Adã, omnibus illis pœnas dedit. Tenuit autem Deus ordinem in proferendo maledictiones, vel pœnas secundum ordinem peccandi, vel malum faciendi: sed serpens fuit primum tentauit mulierem, mulier deinde comedit, postea vir consensit, & comedit: ideo primo prolulit Deus maledictionem serpentis, deinde mulieris, postea viri. Et dicitur primo multiplicabo erumnas tuas, ideſt faciam esse multas miserias tuas: multæ enim sunt passiones fœminarum, quæ non sunt virorum, & consequuntur eas ex conditione sexus: sunt autem sint istæ passiones aliquæ consequentes corpulam, & ante conceptum, vel sint miseriæ fœminarum in generali non differt: quia necesse est omne malum mulierum intelligi in his, quæ ponuntur hic: & verum est de malis illis, quæ sunt specialia fœminæ: nam mala communia ei, & viro non ponuntur hic in

in maledictione eius. Et cum dixit multiplicabo conceptus tuos non accipi conceptus pro re concepta, ideſt pro fetu: quia non pertinet ad pœnam quòd mulier multos filios habeat, aut concipiat, sed potius istud est desiderium naturale mulierum, quòd filios multos concipiant: sic dicit Lia infra 30. cap. quãdo ipsa pepererat quatuor filios: & ancilla peperit duos, quos ipsa suos æstimabat: & concepto sexto dixit hoc pro beatitudine mea: beatam quippe me dicent omnes mulieres: & vocauit nomen eius Asser, ideſt fęlicem, vel beatum. Et ita quando aliqui volebant imprecari prospera mulieribus imprecabantur eis multitudinem filiorum: sicut cognati Rebecæ fecerunt infra cap. 24. Soror mea es crescas in millia: & possideat semen tuum portas inimicorum suorum. Et ita primum quod imprecati sunt fuit multitudo filiorum: non ergo accipitur conceptus pro re concepta. Similiter non accipitur conceptus pro actu concipiendi: quia illud non est aliqua pœna, quòd fœmina concipiat: sed potius ordinatur ad bonum, scilicet ad formationẽ fœtus: ideo non potest pro illo accipi: sed accipitur conceptus pro tempore, quo mulier tenet fœtum in vtero, & vocatur conceptus, quia incipit in conceptione, & finitur in partu: in isto autem tempore habet mulier multas pœnalitates, & sunt hæc cibi fastidium, frequentia suspiria, tardus motus, color infectus, immutatio appetitus, & labor in gestãdo fœtum: hoc specialiter habet mulier in omni cõceptu, & quanto plures conceptus fuerint, tanto magis labores isti multiplicabuntur.

Sepes mulieres impregnatas.

Additur in maledictione mulieris: In dolore paries filios tuos: istud ponitur vt vna miseria mulieris: & dicitur in dolore paries, & non dicitur in dolore concipies: quia in partu est grauis dolor, non autem in conceptu: & licet multa sint alia, in quibus mulier doleat, potissimum tamen est in partu: ideo de eo specialiter dicitur, quòd fit in dolore. Et hoc est, quia grauissimus dolor est in partu, cum aperiantur ea, quæ sunt naturaliter coniuncta: efficiaturque mulier mortui vicina: sic Christus dixit Ioan. 16. cap. Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem peperit non meminit pressuræ eius propter gaudium: quia natus est homo in mundum, & sic dixit, quia venit hora eius, ideſt hora mortis eius: & iterum dicit non meminit pressuræ propter gaudium, ideſt pressuræ, in qua fuit quando peperit. Additur vltra, scilicet, Et sub viri potestate eris: hoc etiam ad pœnã pertinet quòd sit subdita fœmina viro, quod nunc est, quia in gubernatione rei familiaris mulier obedit, & vir regit: & hoc iudicatur pœna, quia non esset futurum, si non peccasset homo. Quod vero dicitur & ipse dominabitur tui ad idem pertinet: vir enim, idest maritus dominatur fœminæ: & comprimit eam retrahendo ab ea quod ipsa vult, & inferendo sæpę pęnas pro excessibus suis: quod tamen non esset, si non fuisset peccatum.

Quæst. 731. Aliorum opinio de maledictione mulieris, & ordine peccandi, & punitionis eorum, & serpentis.

Aliqui volunt reddere causam maledictionum, aut pœnalitatum inflictarum serpenti, mulieri, & viro accipiendo eas per comparationem ad peccata ipsorum: dicunt quòd peccauit serpens in tribus, mulier in duobus, vir in vno: & ideo dicunt, quòd punitus fuit serpens in tribus, mulier in duobus, vir autem in vno. Sic ait Magister in historia scholastica, serpens enim & prius, & plus peccauit, quia in tribus: mulier post & minus: sed plus viro, quia in duobus: homo postremo, & minus quia in vno. serpens inuidit, mentitus est, decepit: his tribus redditę fuerunt maledictiones tres: quia inuidit hominis excellentiæ, dictum est ei; super pectus tuum gradieris. Quia mentitus est punitus est in ore: quia terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ: immo abstulit ei vocem & posuit ei venenum in ore; Quia decepit, inimicitias ponam inter te, & mulierem. Hinc innuitur quòd Eua pœnituit ipsa conteret caput tuum: quòd naturaliter seruat serpens quasi sedem vitæ; & tu insidiaberis calcaneo eius maximè. Et ita sicut naturale odium est inter equos, & gryphes: & lupos, & canes: sic inter hominem & serpentem. Sicut enim serpentis venenum hominem occidit: sic sputum hominis ieiuni perimit serpentem: & adhuc nudi erant; serpens modo hominem timet nudum: & in uestitum insilit. Hæc dicit ille de maledictione serpentis. Sed dicendum, quòd non sunt accipienda ista vt vera, ita vt iacent, quia multa sunt falsa: cum enim dicit quòd serpens peccauit prius & plus muliere, falsum est: serpens enim nullo modo peccauit, ideo neq; peccauit prius, neque plus. Quocunque enim modo accipiatur serpens, certum est quòd non peccauit: siue enim accipiatur pro animali, siue pro dæmone non peccauit serpens, ideſt animal non peccauit: quia peccare non poterat, cum non esset animal rationale, aut aliquid intelligens: dæmon autem qui in serpente loquebatur, non poterat peccare, quia erat iam obstinatus. Sed ista accipiuntur iuxta sapientiam Iosephi: & quorundam veterum, qui voluerunt serpentem fuisse rationalem, & naturaliter loquentem: & ita potuisse peccare, & peccasse. Hoc supposito certum est quòd serpens plus peccaret quàm mulier, quia ille peccaret nullo impellente: immo peccaret impellendo mulierem ad peccandum, ipsa autem mulier peccaret impulsa. Et licet ista referat Magister in historia scholastica, quæ conueniunt intentioni Iosephi: tamen ipse tenet, quòd serpens non loqueretur a se ipso: sed dæmon in serpente ideo dixit quòd ab eo non fuit petita causa facti sui: quia iam erat damnatus: fuit autem petita a muliere, & viro. Dixit enim ꝙ peccauit in tribus serpens, inuidit, mentitus est, decepit. Accipiendo de serpente nihil istorum esse poterat, cum omnia sint intellectum habentis, & serpens non intelligat.

Confutatio dicti i historia scholastica accipiẽdo verba, vt iacent.

Quæst. 732. Cõfutatio alterius dicti.

Si autem accipiatur pro diabolo, verum est quòd ista tria fecit, tamen in eis non peccauit, quia neque peccare potest, cum sit damnatus. Primum fuit, quòd inuidit: & certum est, quòd nihil mouit dæmonem ad tentandum hominem, nisi inuidia fœlicitatis quam habere in proximo erat, nisi peccaret. Etiam dæmon mentitus est: nam mulieri dixit quòd comedentes non morerentur, & falsum erat: similiter dixit, quòd si comederent, essent sicut dij scientes bonum, & malum; & falsum erat, quia ex ligni manducatione neque prouentura erat scientia, neque similitudo, aut æqualitas deitatis: decepit etiam: quia hoc per concupiscibilia, quæ proposuit mulieri tanquam vera, allexit eam ad pręuaricandum mandatum Dei: & ita eam decepit, quia induxit ad credendum quod falsum erat. Addidit Magister in historia scholastica, quòd his tribus in quibus serpens peccauit additæ sunt tres pœnæ, vel maledictiones: quia inuidit excellentiæ hominis, dictum est ei: Super pectus tuum gradieris: istæ applicationes etiam non sunt omnino secundum veritatem: primo quia nullæ pœnæ fuerunt datæ hic: ideo non poterat fieri applicatio ipsarum secundum aliquam rationem. Secundo quia & si istæ maledictiones veræ essent, non essent illius, cuius fuissent peccata. De primo patet, quia supra ostensum est, quod neque dæmon peccauit hic, neque serpens: sed pœna non potest inferri, nisi pro peccato, ergo non fuerunt ista, vt pœnæ. Item quia certum est, quòd ista fuerunt secundum naturam: nam nulla facta tentatione haberet serpens

ista

ista: immo & habuit ex sua institutione, vt ostensum fuit supra. De secundo patet: quia si aliquod peccatum esset hic, illud esset dæmonis inuidentis, mentiētis, decipientis: ideo illius deberent esse pœnæ: & tamen ista non fuerunt conuenientia dæmoni, sed serpenti cum illa omnes serpentes nunc habeant. Si tamen vellemus facere applicationem existentibus his veris, aliqualiter applicatio esset, scilicet, vt redderetur cuilibet malum, quod pro altero tractaret: dæmon inuidebat homini propter excellentiam, & volebat, vt caderet ab illa, ideo ipsum humiliari debebat, in quo cupiebat hominem humiliari: & hoc esset, vt super pectus graderetur, scilicet super terram toto corpore prono: nulla enim maior humiliatio esse poterat. Sed ista humiliatio fuit in serpentis corpore: & non in dæmone. Si autem dæmoni voluerit quis applicare, non inueniet secundum veritatem, quia dæmon non fuit in aliquo humiliatus post istam tentationem, quia nulla pœna ei illata est: immo superbiuit amplius, quia habuit successus desiderij sui, scilicet quia superauit atque deiecit homines. Et si accipiatur super pectus gradieris, idest omnem operationem a superbia incipies sicut supra applicabatur, non pertinet ad humiliationem, sed potius ad elationem mentis, & non est hoc pœna, sed electio, aut non contra electionem, quia dæmoni ita placet facere, non igitur haberet verè ista applicatio locum, nisi serpens animal inuidisset homini, sicut Iosephus asseruit, & ob hoc datum esset ei, quòd super pectus graderetur, quasi prius non graderetur, nisi recto corpore, quod superficiei literæ aliquo modo consonat, sed ostēsum fuit supra quod non est. Similiter addidit quòd serpens mentitus est in ore, quia terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Dicendum, vt præcedenti quæst. quòd non fuit ista pœna alicuius, quia neque dæmonis, neque serpentis: nam neuter eorum peccauit: ideo neutri pœna dari potuit. Est autem verum, quòd serpens mentitus est accipiendo pro diabolo: hoc enim proprium est ei, scilicet mentiri, & cum mētitur de propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius: vt Christus dixit Ioan. 8. & tamen non datur pro mendacio pœna dæmoni, quia iam habet totam pœnam suam, vltra autem, neque peccare potest, neque pœnam sustinere.

Quæs. 734 De maledictione terram comedendi.

Etiam hoc, quod dicitur terram comedes, non potest conuenire dæmoni, quia ille nihil comedit cum sit prauus spiritus: si autem accipiatur terram comedes, idest incorporabis tibi homines terrenos, qui sunt carnales, non applicatur ad propositum, quia hæc non est pœna, cum potius dæmō in hoc maxime gaudeat si aliquo modo gaudere potest, sed applicari deberent ista serpenti, qui verè terram comedit, sed ibi non potest esse pœna: nam est ei naturale terram comedere sicut nobis panem, vt supra ostēdimus. Etiam non potest applicari ei, vt pœna, quia esset pro peccato mendacij, & tamen non mentitus est serpens, quia non potest mentiri qui non potest intelligere, & loqui, aut saltem intelligere, & tamen serpens neutrum potest. Ideo non debet ei dari pœna mendacij: sed si ista verè applicari deberent, esset quòd serpens fuisset intelligens, & loquens, & verè decipiens hominem, & prius manducans alios cibos, & pro isto peccato cogeretur ad semper manducandum terram, sed omnia falsa sunt.

An Deus vocē serpenti abstulerit.

Addidit etiam hoc, scilicet, immo abstulit ei vocem, & posuit ei venenum in ore. In hoc apparet, quòd historia scholastica sequatur intentionem Iosephi. Hoc enim ille scribit, libro primo Antiquita. Sed ostensum est falsum esse, quia Deus naturam nō mutat propter peccatum: ideo si prius serpens loquebatur; maneret loquens post peccatum, sed in alio puniretur.

Secundo, quia non est verum, quòd prius esset loquens serpens, quia hoc non conuenit, nisi animali rationali, idest homini, & quod non habuit, non potuit ei auferri.

Tertio, quia si serpenti ablata esset vox, habuisset illam naturaliter, & ita haberet intellectum, cum sermo consequatur rationem, & si ista haberet serpens non oportuisset, quòd dæmon in eum introiisset ad tentandum mulierem, quia per se sufficiens esset ista facere, & tamen sacra Scriptura asserit inuidia diaboli factum esse hoc: ideo serpens neque locutus est, neque rationem habuit, & sic neque potuit auferri vox serpenti. Sed ista procedunt si quis sequeretur ea, quę corticem literæ aliquo modo consequuntur, quod fecit Iosephus nesciens accipere alium sensum, sed ad literam sumens, quod habetur supra 3. cap. vnde non solum accepit pro veris ea, quæ dicuntur ibi figuratè, sed etiam addidit aliquid ad ea dicens, quòd abstulit Deus vocem serpenti, quod tamen neque est verum, neque sacra Scriptura asseruit, sed ille iuxta consequentiam locutus est. Si enim serpens vocem, & intellectum habebat, & locutus est mulieri, nunc autem neque loquitur, neque loqui potest, sequitur ablatam ei esse facultatem locutionis. Etiā addidit, quòd Deus posuit ei venenum in ore, quod esset hominibus inimicum, hoc Iosephus intellexit esse id, quod Deus dixit: Inimicitias ponam inter te & mulierem, putauit autem in nullo alio consistere inimicitias, nisi in veneno, quo serpens hominem occidit, habet autem illud serpens in ore, ideo mordendo illud effundit, & in vulnere relinquit. Et quia dixit ponam inimicitias, putauit quòd Deus posuisset serpenti, postea venenum. Sed hæc sunt falsa, quia Deus non posuit venenum serpenti post tentationem mulieris: nulla enim causa erat, quare hoc faceret, cum non deberet puniri serpens, qui in nullo peccauerat: etiam venenū competit serpenti secundum naturam ex complexione, ideo habuit illud ex sua institutione, maximè quia non solum ille serpens, qui Euam tentauit habuit venenum, sed etiam omnes alij de illa specie, qui non descenderunt ab eo, & quod plus est omnes alij serpentes aliarum specierum, qui in nullo cōmunicant cum illo serpente, ergo habuerunt venenum ex natura, & non fuit eis tunc datum. Insuper addidit, quia decepit: Inimicitias ponam inter te, & mulierem.

Quæs. 735 Malitia serpentis.

Istud posuit pro tertia pœna, & videbatur esse conuenienter imposita, scilicet, quia serpens decipiendo mulierem intulit ei iniuriam, ideo ipsa iure potuit inimicari serpenti, quærendo vltionem mali recepti.

Sed dicendum, quòd non fuit istud verè positum in pœnam: si enim accipiatur serpens pro dæmone non fuit posita ista pœna ei, quia prius ipse inimicabatur mulieri, immo vt inimicus tentauit, & seduxit. Etiam si ponerentur inimicitiæ tales, non essent in pœnam dæmonis, sed potius mulieris, quia nos in nullo possumus nocere dæmoni: ipse autem in multis nocet perducendo ad peccatum, & etiam corporaliter lædendo, quando a Deo permittitur. Si autem intelligatur de serpente animali, de quo necesse est intelligi, non poterit dici positum in pœna, quia serpēs non peccauit. Etiam erat istud per naturam, dato q̄ non peccaret mulier tentata a serpēte, sed verum est, quòd numquam esset exercitium illarum inimicitiarum, si non peccaret homo. quomodo autem manebant illa principia naturalia inimicitiæ sine actuali inimicatione, & quomodo post peccatum exierunt in actum supra declaratum est. Addidit: Hinc inuitatur quòd Euam pœnituit; ipsa conteret caput tuum, ipse quod

quod naturaliter seruat serpens quasi sedem vitæ. Etiam hoc conuenit sententiæ Iosephi, qui ait lib. 1. Antiquita. dicentis: Adam vero peccati veniam postulabat, & sicut de illo dicitur, ita poterat intelligi de Eua. Sed dicendum, quòd hoc non conuenit literæ sacræ Scripturæ, supra 3. cap. cum ibi ostendatur quòd tam Adam, quàm Eua se excusauerunt transferentes peccata in alios, Adam quidem in Euam transtulit, Eua autem in serpentem: si tamen pœniterent, non se excusarent, quia qui verè pœnitet confitetur se peccasse, & de peccato dolet: qui autem se excusat, peccatum negat, vel alleuiat, ideo non est satis conueniens dici, quòd Adam aut Euam pœnituerit.

Secundo, quia si eos pœniteret, fortassis non eijcerentur de paradiso, aut non imponerentur eis pœnæ, & tamen electi sunt, & impositæ fuerunt eis pœnæ. supra 3. cap. cuilibet iuxta conditionem peccati sui, ideo non arguitur conuenienter quòd pœnituerit aliquis eorum.

Tertio, quia argumentum istud pœnitentiæ aliquē Euæ sumit historia scholastica, ex eo quòd dictum est mulieri, quòd conteret caput serpentis, quod hoc non valet, quia dictum est, vt videretur ei satisfieri de malo, quod videbatur ei serpens intulisse, & serpenti videretur inflictum malum quod merebatur: & ita de omnibus fieret iustitia: & tamen statim secuta est pœna Euæ condigna operibus eius. Ideo non arguitur quòd factum sit illud quasi mulier pœnituerit: similiter, quia secundum naturam competit, quòd homo frangat caput serpentis insidiantis sibi, & esset istud siue tentaretur mulier per serpentem, siue non, ergo non fuit propter pœnitentiam Euæ. Quod vero dixit sedem vitæ esse serpenti in capite, verum est: ideo cum tanta diligentia seruat illud exponendo cētera corporis membra pro eo. Et similiter propter hoc prænunciatum est, quòd mulier conteret caput eius, vt innueretur in hoc pessima plaga, quæ poterat serpenti inferri.

Serpēs cui hominis prę. ximè inſi maximè adhi- bet.

Addidit tu insidiaberis calcaneo eius, scilicet maximè: ac si dicat alijs partibus insidiatur: sed huic rè insidiari posterioribus, & non anterioribus hominis propter timorem suum, & calcaneo, qui est pars inferior atque posterior, quia sicut non audet ex timore inuadere anteriora, ita ex eodem timore non audet se eleuare ad mordendum in alijs partibus corporis, neque est sibi ita promptum ex habitudine corporis proni, & extenti super terram. Et cum dixit naturales inimicitias esse homini ad serpentem sicut canis ad lupum, & gryphis ad equos: hoc est concedendum absolutè, & ideo non venit propter peccatum cum sit ei principium natura, & hoc non consonat præcedentibus a se dictis, scilicet quòd in pœnam peccati venerit: nam canibus, & lupis non sunt inimicitiæ ex aliquo peccato, sed ex natura, ita igitur erit de serpente, & homine. Cum etiam addidit sicut serpentis venenum perimit hominem, ita & sputum ieiuni hominis perimit serpentem: pertinet ad rationē inimicitiarum, & hoc conuenienter dicitur: nam inimicitiæ consistunt in quodam appetitu nocendi, & iste appetitus non potest insurgere, nisi ex apprehensione mali: ideo cum aliquod animal naturali æstimatione apprehendit aliud animal, vt malum sibi, sunt ibi inimicitiæ, & appetitus nocendi: sed quia ista æstimatio non est secundum doctrinam, sed secundum naturā, & natura vt est a Deo instituta non errat: ideo cum aliquod animal æstimat aliud, vt malum sibi, verum est quod est potens ei nocere, & vt illud caueat, & per hoc vt conseruet vitam: data est enim ab institutore naturę æstimatio, qua iudicet illud apprehen-

A sum, vt malum. Et ideo secundum naturam serpens æstimat hominem, vt malum sibi, & non ouem, vel capram: & homo æstimat eū sibi malū per naturam, & non canem, aut gallinam. Hoc autem est, quia vnūquodque habet in sui natura, per quod alteri nocere possit. De serpente respectu hominis ita est, quia habet venenum, quod homini mortem infert. De homine respectu serpentis ita est, quòd violenter occidit illum inflicto vulnere, scilicet conterendo caput: & hoc scriptura expressit dicens. Ipsa conteret caput tuum. De sputo etiam asserunt sapientes quòd sputum hominis sit venenum serpenti, & hoc valde conueniens est, scilicet quòd sicut serpens in ore venenum habet, quo hominem perimit: ita & homo in ore habeat, quo serpentem occidat, quod prouenit ex contrarietate mixtionis secundum naturam. Dicunt etiam hoc esse verum de sputo hominis ieiuni: nam non efficit idem sputum hominis, qui comederit, & biberit, quod etiam rationabiliter dictum est, quia si sputum hominis nocet serpenti, est hoc propterea quia tractum est ad conditionem hominis, quæ est contraria complexioni serpentis: & tamen sputum hominis ieiuni est perfectè digestum: ideo perfectè induit qualitatem humanam, secundū quā repugnabit conditioni serpentis: cum autem homo non est ieiunus, sputum non est digestum: & ita non est perfectè tractum ad qualitatem humanæ complexionis: ideo neque multum nocere poterit, cum sit nocumentum istud ex contrarietate.

Hominis sputum est serpēti venenum.

Quæs. 736 Cur serpens non nocuit Euę.

G Addidit ēt q̄ adhuc nudi erāt. Serpēs modo hominē timet nudū, & fugit, in vestitū insilit, in quo videtur velle causam reddere, quare serpens non momordit tunc Euam cum esset hostis eius, & iuxta eam: de quo rationabiliter dubitari potest. Aliquis dicet istam fuisse causam, quia quod serpentes non faciunt nunc contra hominem, non facerent in paradiso: & tamen nunc serpens fugit hominem nudum: ergo & tunc fugeret, & ita non morderet. Sed dicendum, quòd non fuit illa causa. Primò, quia non præsupponitur omnino verum: nam homines erant vestiti cum haberent perizomata, quæ sibi fecerant, vt dicitur supra 3. cap.

Secundò, quia hoc quod præsupponitur, quòd serpens fugiat hominem nudum non est vniuersaliter verum: licet enim non ita approximet serpens se homini nudo sicut vestito: non tamen totaliter fugit nudum, & ideo potest nocere serpens nudo homini.

D

Sed est dicendum, quòd causa fuit quare non morderet, quia erant in præsentia Dei tam Adam, & Eua, quàm serpens: & non permitteret Deus ibi serpenti nocere, sed extra Paradisum cum electi essent.

Secundò, quia forte non fuerat ablata subordinatio animalium ad hominem: in statu enim innocentiæ illa erat, & quia ista consistebant in dono gratuito, & non in gratia gratificante, poterant post peccatum aliquandiu manere sicut apparet de muliere, quę peccauit: & tamen non erubuit statim de nuditate: sed erubescere de nuditate consequebatur peccatum: ita poterat esse, quòd post peccatum non auferretur statim subordinatio animalium ad hominē, sed maneret aliquandiu: & sic fortè maneret, quo vsque excluderentur de Paradiso: vnde intra Paradisum non noceret serpens homini.

E

Tertiò ne disconueniret verbis Dei in maledictione serpentis: dixerat enim: Inimicitias ponam inter te, & mulierem, vnde signabat ponendas esse, & non positas: si tamen dum ista fierent serpens insiliret in hominem, iam viderentur positæ inimicitiæ: ideo non debuit statim permitti serpenti, quod insiliret in hominem.

Quartò

Quartò, & principaliter, quia directius repugnaret verbis Dei de maledictione serpentis, in quibus ostenditur malum quod serpens a muliere sustineret, scilicet quòd contereret caput illius, & non ponitur malum aliquod quod serpens inferret mulieri, nisi quòd insidiaretur calcaneo mulieris, si tamen serpens ibi morderet mulierem, vel insiliret in eam, appareret contrarium eius, quod dixerat Deus, scilicet, quòd serpens nocebat mulieri, & non mulier serpenti: ergo putaret mulier se delusam in verbis Dei: non igitur debuit Deus hoc permittere.

Quintò, quia de serpente nihil dictum est contra mulierem, nisi tu insidiaberis calcaneo eius: ideo si aliquid mali inferre posset, hoc deberet esse solum insidiando: & tñ hic non insidiabatur serpens calcaneo mulieri, quia serpens visus ambobus erat: ideo nõ debebat nunc nocere. vt verba Dei vera viderentur: & ista fuit causa, vt Deus non permitteret serpenti nocere tunc mulieri, aut viro, licet iras nocendi haberet.

Cur serpẽtes hominem nudũ magis timeant.

Cum autem dicebatur, quòd serpens timet hominem nudum, & fugit eum, insilit autem in hominem vestitum; conceditur quòd potius inuadit vestitum, quàm nudum: & tamen neque semper nudum fugit, neque semper insilit in vestitum.

Causa autem quare potius fugiat nudum, quàm vestitum est, quia serpens habet hominem, vt inimicũ: & est homo, vt inimicus potentior, sicut Deus signauit, quòd mulier contereret caput serpentis, & serpens insidiaretur calcaneo mulieris: ideo cũ serpẽs fugit hominem, ista fuga est motus quidam appetitus consequens apprehensionem, & iudicium æstimatiuæ de malo potentiori: ideo quanto serpens apertius cognouerit hominem tanto magis apprehendit eum, vt malum potens, quod fugiat: & quando nudus est homo apparet veritas corporis eius, aut tota figura humana: cum autem vestitus non apparet tota figura humana: sed æstimatio serpentis de malo non est nisi apprehensa figura hominis, qui est hostis suus: ideo quanto apertius manifestatur, tanto serpens iudicat certius esse apprehensum malum sibi, & magis cogitur timere, & fugere: cum autem vestitus est homo minus eum apprehendet esse malum suum: & ideo minus timebit, vnde neque ita compelletur ad fugam.

Quæs. 737. De maledictione mulieris.

Dicto de maledictione serpentis, comparatur ei maledictio mulieris, quam dicit historia scholastica minus peccasse, scilicet in duobus: & ait in duobus peccauit mulier: superbiuit, & vetitum comedit, quia superbiuit, humiliauit eam Deus dicens; sub viri potestate eris violenta, vt etiam vulneribus te affligat, non quidem subdita est viro conditione, & timore, quæ prius subiecta fuerat, sed amore, & quia in fructu peccauit, in fructu suo punita est: vnde dictum est in dolore paries, quod dictum est in dolore maledictio est, sed paries benedictio.

Considerandum autem, quòd non est de maledictione mulieris sicut serpentis, quia serpenti non fuit verè inflicta maledictio, quia maledictio nominat pœnam pro peccato, in serpente autem non fuit peccatum aliquod, ideo neque potuit esse pœna: secus de muliere: nam illa verè peccauit: ideo verè debuit puniri.

Secundò, quia serpenti non erat data lex aliqua quid ageret, aut quid caueret, neque pœna prænunciata si contra ageret: viro autem, & mulieri erat lex data de non agendo, & pœna adiecta si contra facerent, ideo debuit pœna mulieri dari vera, & non serpenti.

Sed obijcietur, quòd hæc quæ posita sunt mulieri in pœnam non sunt pœna, sed natura, quia omne illud secundum naturam euenturũ erat, scilicet, quòd fœmina conciperet, & pareret, & in dolore pareret, & quòd sub viri potestate esset, sed quod est natura non est pœna, ideo non pertinent ista ad pœnam.

Dicendum, quòd omnia ista pertinent ad pœnam veram, quam mulier sustineret, nam dixit multiplicabo erumnas tuas, ideſt miserias, sed non erat habitura fœmina miserias secundum naturam, sed ex peccato prouenit miseria. Quod vero dicitur, de conceptu, & partu: certum est, quod pareret, & conciperet, & tamen non esset ibi dolor, quod autem viro subdita esset ex natura non est omnino certum, aut non esset subdita subiectione pœnali, nunc vero prænunciabatur subiectio pœnalis: ideo ista erant pœnæ verę, quas mulier habitura erat post peccatum, & non habuisset hoc si non peccasset.

Quæ sint Cur primi parentes peccantes non fuerint mortui, vt dicit Do.

Quæretur cum Adam, & Eua peccauerint nunc, quare non mortui sunt, cum Deus illud eis prædixisset, & quomodo potest stare in veritate illud dictum Dei:

Circa primum, dicendum, quòd non mortui sunt, quia non erat conueniens eos mori. Primo, quia esset directè contra intentionem Dei: ipse enim eos condiderat, vt essent principium totius humanæ speciei, & a quibus descenderet tota multitudo hominum, si tamen occideret eos statim, vt peccauerunt nemo ab eis descenderet. & ita videretur frustrata intentio Dei, ideo non debuerunt occidi, aut saltem non statim, sed postquam genuissent filios aliquot per quos deriuaretur genus humanum.

Secundò, quia habuerunt aliqualem excusationẽ in peccato, ideo debuerunt habere alleuiationem in pœna: Deus vetuerat manducare de ligno, si autem ipsi a nullo incitati manducassent nõ esset peccatum excusabile, & ideo neque alleuiari deberet pœna, & tamen erat prænunciata pœna, quòd quocunque die comederent morerentur ideo mori deberent: fuit tamen magna excusatio eis, q̃ ab exteriori mori sunt, nam mulier a serpente decepta est, vir autem a muliere pulsatus est precibus: ideo quanto minus fuit actus eorum voluntarius propter habere foris motuum aliquod, tanto minuitur de ratione peccati, & tanto pœna alleuiari debuit, alleuiatio autem non poterat fieri, nisi duobus modis, vno modo, quòd mutaretur illa pœna in minorem, scilicet, quòd non esset mors, sed alia pœna leuior.

Alio modo, quòd ipsa pœna differretur, & in hoc minuebatur, quòd non statim daretur. Non tenuit Deus primam alleuationem, quia intulit eandem pœnam, scilicet q̃ ambo mortui sunt, ideo conueniens fuit, quòd teneret secundum modum, scilicet, quòd differretur pœna, & hoc factum est, quia non statim mortui sunt. Et hoc facere pertinebat ad Deum propter duo.

Primò, quia ipse nouerat facilitatem eorum ad peccandum, & ista est causa, vt Deus misereatur nobis, & remittat peccata nostra. psalmus 103. quomodo miseretur pater filiorum, misertus est dominus timentibus se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, ideſt cognoscit vnde facti sumus, & fragilitatem nostram.

Secundo, quia ipse permiserat eos tentari ab extra: si enim Eua a diabolo seducta non fuisset, nunquam peccasset manducando, & si Eua informata a diabolo non pulsasset Adam tantis precibus, nunquã ille comedisset, sed Deus permisit vtrunque fieri, quia si diabolum impediuisset non potuisset ille tentare, ideo cum eo permittente factum sit, debuit ipse in ali

Quæ. 739 Cur non mortui sũt cum Deus id dixisset futurum.

Sed quæretur quomodo potuit hoc stare, q̃ Adam & Eua non statim morerentur post peccatum: quia Deus dixerat quacunque hora comederis morte morieris: verba autem Dei vera sunt, quia facilius est cælum, & terram transire, quàm vnum de verbis Dei cadere Matth. 24. ca. Aliqui dicunt, quòd non est verbum Dei falsum: nam nõ dictum est hoc mulieri, sed viro quacũque die comederis supra secundo cap. nam nondum formata erat mulier, sed postea formata est, vt eodem cap. Sed dicendum, quòd hoc nõ valet primò, quia etiam si soli viro dictum esset saltem in viro expleretur: & tamen neque expletum est, quia de ipso apertius constat, quòd non mortuus fuerit, quam de muliere, cùm de ipso certum sit, quòd vixerit post hoc nongentis triginta annis supra 5. ca. quia hoc fuit totum tẽpus vitæ suæ, de muliere autem nullum terminum vitæ habemus: ideo non est illud verum. Secundò, & principaliter, quia præceptum tam viro, quã fœminæ datum est: nam si non datum esset non peccaret Eua manducãdo, sed peccauit, ergo etiam ei datum est. Similiter patet, quia ipsa confessa est præceptũ datum esse ambobus: nam dixit ipsa supra 3. cap. De ligno autem, quod est in medio Paradisi præcepit nobis dominus, ne manducaremus: etiam patet ex diaboli verbis: nam ait cur præcepit vobis Deus, vt non comedatis de omni ligno Paradisi: & tamen si nõ esset hoc præceptum mulieri, falsum diceret diabolus, & hoc non conueniebat in principio tẽtationis: nam si mulier videret diabolum in hoc decipi, vel mentiri non crederet ei in reliquis: similiter patet, quia si mulieri non esset præceptum hoc superuacuò tentaret eã diabolus, quasi non alligatam huic præcepto, sed solum virum tentaret: & tamen eam tẽtauit: ergo ei vetitum erat manducare de ligno. Dicendum, quòd in hoc non est dubium aliquod: fuit enim præceptum vtrique datum: quia licèt datum fuerit viro, ante quã formaretur mulier, tamen ea formata datum fuit ei, vel ambobus simul, vt supra declaratum est: ideo ambo obligabantur eo, & ad eandem pœnam tenebantur.

Quæ. 740 Alijs re spõsio reij citur.

Sed adhuc dicunt aliqui, quòd præceptum vtrique datum est: & tamen quia datum est diuersis temporibus non fuit datum sub eisdem verbis, & viribus: vno viro datum est cum adiectione pœnæ mortis, fœminæ autem non est adiecta ista pœna. Dicendum, quòd non stat.

Primò, quia si fœminæ ita fuisset datum præceptum non adiecta pœna mortis, nõ moreretur mulier præuaricando præceptum illud, & tamen mortua est sicut & vir, ergo ambobus fuit pœna communis. Secundò, quia expressum est, q̃ Deus istam pœnã posuerit quando datum est præceptum mulieri: nam ipsa respondens serpenti, quare non comederent ait: De ligno, quod est in medio Paradisi præcepit nobis dominus, ne comederemus, ne fortè moriamur: ergo aliquid de morte dixit Deus imponendo præceptum illud mulieri. Tertiò, quia diabolus hoc signauit in verbis suis ad mulierem dicens, nequaquam morieminí supra tertio cap. & tamen si Deus non dixerat de morte in præcepto, vt est impositum mulieri dẽmon non diceret hoc, quia superuacuum esset: ideo apparet, quòd Deus dixit morituram mulierem si manducaret. Quartò, quia hoc asserentes dicunt rem sine causa: cùm enim præceptum esset idem, & de eadem re, si ambobus daretur non videtur cur imponeretur pœna vni transgressori, & non alteri: ergo cùm viro posita fuerit, certum est positam fuisse mulieri. Quintò, quòd adhuc magis necessaria erat ista pœna imponendo præceptum mulieri, quàm viro, quia pœna apponitur præcepto, vt timore eius trahatur ad obser-

uantiam, qui virtute non allicitur: ideo quantò aliquis magis elõgatur a virtute tantò est necessaria magis pœna ei in præcepto: nam iusto non est imposita lex, scilicet pœnalis, sed peccatori 1. Timo. 1. cap. sed mulier magis erat elongata a virtute, quam vir, inquãtum ratio magis vigebat in viro, quàm in muliere, & mulier erat magis animi seruilis, vir autem animi liberi, ideo potius debuit imponi pœna in præcepto ipsi fœminæ, quàm viro, sed apposita est in præcepto ad virum, ergo ad fœminam similiter: ideo illa responsio non stat. Alij dicunt, quòd impletum fuit verbum Dei, & pœna prænunciata executioni tradita est: nam dicitur in quacunque die comederis morte morieris, & ita factum est, quòd mortui fuerunt eodem die, sed dies iste accipitur secundum Deum, coram quo mille anni sunt vnus dies. Psalm. 89. Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquàm dies hesterna, quæ præterijt: & tamen ante mille annos mortui sunt in eadem die accipiẽdo secundum Deum. Patet hoc quia Adam solis nongentis triginta vixit supra 5. cap. & ita non peruenit ad mille, & sic non impleuit vnũ diem Dei: de Eua idem credendum est, quia fœminæ regulariter sunt minoris vitæ, quam viri, quia sunt frigidioris complexionis, quæ frigiditas impedit vitam, & ita adhuc ipsa Eua moreretur ipso die nõ pertingens ad mille annos vitæ. Sed dicendum, quòd ista responsio nihil ualet: non enim potest accipi dies eo modo quo isti dicunt, sed necesse est accipi diem, sicut nos vulgariter accipimus, & ita in eodem die naturali, in quo peccarent, morituri erant.

Sententia aliorũ refellitur.

Dies cõmi natæ mortis Adæ p naturali esse accipiẽdum.

Primò, quia istud fuit dictũ hominibus: ideo oportebat accipi, sicut homines recipiunt, sed Adam, & Eua sciebant quid esset dies naturalis, qui est dies noster, non sciebant autem quid est dies Dei, in quo sunt mille anni: ergo debuit intelligi de die naturali.

Secundò, quia fuit istud dictum ad designationem temporis, vt non solum Deus prænunciaret pœnam, sed etiam tempus determinatum: & tamen si accipiatur sic dies, nulla determinatio tẽporis est, sed potius confusio, cùm vnus dies extẽdatur ad mille annos: ideo non sic accipitur.

Tertiò, quia hoc fuit dictum ad magis deterrendum a transgressione: nam ideo præcepto apposita fuit pœna, vt per eam timerent homines transgredi præceptum: & quia non satis videbatur pœnam esse appositam, fuit adiecta illa designatio temporis, vt sciretur determinatè quando pœna inferenda erat, & potissime, quia determinabatur tempus breue, vt homines maximè cauerent transgredi: si tamen dies accipiatur pro mille annis non mouet ad non peccandum; immo potius videtur præstare impunitatem ampliando tempus: ergo non accipitur in isto sensu: nam si sic intelligendum foret, potius scriptura taceret designationem illam, & diceret si comederitis moriemini: & tamen posita est designatio illa ad aliquid faciendum, ergo non sic intelligitur.

Quartò, quia dicitur quacunque die comederis morte morieris, & ita significabat multos tales esse dies hominis, cùm dicat quacunque die: & tamen nõ habet homo multos dies de ijs, immo neque vnũ: ideo non potest intelligi, nisi de die naturali, qui est breuissima pars temporis.

Quintò, quia etiam præsuppositum non est verum: nam nõ est verum, quòd scriptura vocet mille annos vnum diem, siue hominis, siue Dei: sed dixit mille anni ante oculos tuos, tanquàm dies hesterna, quæ præterijt, ergo mille anni non sunt vnus dies apud nos, neque apud Deum, sed reputantur considerata æternitate durationis Dei: ideo cùm hic dicatur dies absolutè, non poterit sic accipi, sed pro die naturali, qui

vocatur absolutè dies, & ita semper manet dubium.

Quæst. 742 Opinio eorū qui eandem sentẽtiam comminationem putabãt improbatur.

Alij dicunt, quòd accipitur dies propriè pro naturali, & erit sensus, ꝙ in eodem die, quo comederent morerentur, sed nõ factum est, quia dicebatur hoc secundum comminationem, & non secundum certam sententiam, & multa secundum comminationem dicuntur, quæ non eueniunt, vt dicitur Hiere. 18. cap. Sed dicendum, ꝙ hoc non stat; non enim potest accipi dictum secundum comminationem. Primò, quia comminatio non fit nisi in prænunciationibus, quando bona, & mala promittuntur aliquibus, vel prædicuntur, quia tunc dicimus intelligi aliquando secundum certam sententiam, aliquando secundum comminationem, & tamen istud fuit præceptum, quod est lex certa de agendo: ideo pœna adiecta in præcepto est certa, & non comminata. Secundò, quia istud fuit primum præceptum positiuum datum hominibus, ideo est sicut omnia alia præcepta legis, in quibus pœna adijcitur, & tamen de omnibus præceptis a Deo datis in lege Moysi cum adiectione pœnarum scimus certas esse pœnas, & non asserimus esse dictas per comminationem, ergo de isto præcepto, & pœna eius idem dicemus. Tertiò, quia quãdo dicitur aliquid per comminationem, non impletur, & tamen istud impletum fuit: quia homo mortuus est; ambo enim mortui sunt, sicut ambo peccauerunt: ideo fuit dictum secundum certitudinem, & non comminationem. Quartò, quia super comminationem istud diceretur, quòd cum sub vna clausula dictum sit: quacũque die comederitis morte moriemini, tã mors, quàm mortis determinatio pertineret ad comminationem, & tamen quantum ad mortem nemo asserit esse comminationem, cùm fuerit realiter secuta: ergo neque determinatio temporis fuit comminatio. Quintò, quia quando aliquid dicitur per promissionem, & comminationem ad hoc, quòd mutentur illa, & non ita impleantur, sicut prænunciata sunt, necesse est fieri mutationem aliquam circa eos, quibus fiunt comminationes, & promissiones; scilicet cùm promissio boni fit illis, qui sunt in bono statu, & colunt Deum, vel placent ei in aliquo, si mutentur ab illo bono, quod faciunt, mutabitur promissio, quia non implebitur. In comminatione autem necesse est, vt ille, cui fit comminatio mali, faciat aliquod malum contra Deum, & pro eo prædicitur sibi malum pœnæ. Si autem mutabitur pœnitendo a malo, quod agit, cessabit comminatio, & non implebitur malum prænunciatum. De vtroque patet, Hierem. 18. cap. & tamen hic nihil istorum fuit. Nam ad hoc, ꝙ diceretur secundum comminationem illa pœna, deberent esse Adam, & Eua in aliquo malo culpæ, quando prædicebatur eis malum, & tamen non erãt in peccato, quia adhuc neuter ipsorum peccauerat, ergo non erat cõminatio. Etiam requirebatur aliud, scilicet quòd de malo illo, in quo erant, quando facta esset comminatio pœniterent, & tamen non pœnituerunt Adam, & Eua, sed potius post istam prænunciationem inciderunt in malum, quod Deus illis prohibebat, ergo non debuit mutari pœna, sed impleri: vnde non potest astrui esse dictum per comminationem, & non impletum.

Quæst. 743 Quorundam impugnatio superioris opin. redarguitur.

Adhuc alij intelligunt aliter, quòd fuerunt dicta sine comminatione, ita vt morerentur eodem die, quo comederent, & tamen Deus misertus eorum distulit eis tempus pœnæ. Dicendum, quòd non est dubium quin Deus misertus fuerit Adæ, & Euæ peccantibus: quia aliàs grauiori pœna eos punisset, cùm peccatum illorum hoc exigeret, sed non obliuiscitur Deus misereri, cùm cognouerit figmentum nostrum. Sed non sufficit hoc ad tollendum inconueniens: primo, quia quando ex misericordia expectat Deus, nõ est solum, vt non inferat statim pœnam, sed vt interim conuertatur homo ad Deum, & per conuersionem remittatur pœna: iuxta illud Isa. 30. cap. Ideo expectat nos Deus, vt misereatur nostri, idest propter hoc expectat non inferendo pœnam statim, vt peccamus, vt nos hanbentes tempus conuertamur, & tunc Deus conuersis nobis misereri possit iustè emittendo pœnam. Si autem accipiatur miseratio Dei pro ipsa dilatione sola pœnæ, non conuenit verbis Isa. nam diceretur tunc expectat nos Deus misertus nostri, vel miserendo nostri, idest expectando miseretur, quasi ipsa expectatio sit misereri, & tamen non dicitur sic, sed expectat nos Deus, vt misereatur nostri: ergo expectatio non est ipsa miseratio, sed est ad finem miserendi: ergo non potest accipi nomine miserationis nisi remissio pœnæ ad quam consequendam disponitur homo per expectationem, scilicet quia interim conuertitur homo ad Deum, & meretur remissionem pœnæ. Secundò, quia semper manet inconueniens, de quo quæritur solutio: nam si Deus prænunciauit pœnam futuram, & illa non eueniat, non petimus quare non eueniat, an ex misericordia, vel aliàs, sed quomodo possit stare, ꝙ non eueniat, cùm a Deo prænunciata sit. Vnde dicemus, quòd aut secundum comminationem fuit, aut secundum firmam sententiam, si secundum comminationem, non est inconueniens mutari, vel non accidere, immo ita est, ꝙ non eueniet, sed hoc non possumus hic dicere: quia præcedenti quæstio. ostendimus non fuisse hoc dictum secundum comminationem, si autem dicatur, ꝙ secundum certam sententiam, est intollerabile inconueniens: nam dabitur vnum de duobus, scilicet quòd aut Deus nesciuit quid futurũ erat, neque potuit inferre quod voluit, cùm vnum sentiret, idest iudicaret futurum, & proponeret illud se facere, & non fecerit, aut sponte mutauit firmum propositum, quod prius tenebat: & vtrumque est absurdum, quod nequaquã concedimus. Et ideo stantibus, scilicet ꝙ Deus secundum certam sententiam, & firmum propositum prænunciaret hominem mortiturum quocumque die comederet, & postea misertus non inferret quod prænunciauit, sed dicendo, ꝙ ex misericordia non intulit pœnam prænunciatam, oportet dici, quòd fuerit prænunciata secũdum comminationem, & non secundum firmum propositum.

Quæst. 744 Vera sententia aperitur.

Dicendum ergo, ꝙ illa pœna fuit a Deo prænunciata fm firmam sententiam, vel propositum; ideo nihil de illa mutatũ est, sed euenit sicut Deus dixit. Et quando obijcitur, ꝙ non mortui fuerunt eodem die, quo peccauerunt Adam, & Eua: dicendum, quod factum est in eis id, quod Deus eis pdixit, sed intelligitur quãcumque die comederis morte morieris, idest ad mortem obligaberis, & istud verum est: nam antequam Adam comederet, non solum nõ moriebatur; immo neque ad moriendum erat obligatus, vel necessitate aliqua tentus, sed poterat nunquam mori, cùm autem peccauit, habuit necessitatem moriendi, & ideo verũ est, ꝙ eadem die immo eo momento, quo peccatum fuit consummatum, fuerunt obligati ad mortem. Et Deus ita intellexit, quando prædixit eis præcepti pœnã. Nam sciebat eos transgressuros, & non volebat fatum eos occidere, vt posset ab eis deriuari posteritas: ideo noluit eos obligari ad statim moriendum, sed voluit, ꝙ statim obligarentur ad moriendum aliquando. Alter potest dici, quòd accipiendo mortem realiter adhuc est verum, scilicet, quod ipso die, quo peccauerunt mortui sunt: quia quandam partem mortis habuerunt, licèt non mortem plenam: vnde Apostolus ad Romanos 8. capit. non dicit corpus propter peccatum mortale factum est, sed mortuum est, quasi esset iam res facta. Et hoc intelligi potest, quia

partem mortis ipso die homines haberent intelligendo sic, quòd incœperũt alterari quadam alteratione disponente ad mortem. Nam mors strictè sumendo est corruptio, & est terminus vitæ, & non est motus, sed mutatio, sed est terminus cuiusdam motus alterationis, qua quis disponitur contraria dispositione ad vitã, alteratio illa est in tempore, & quia in ipso die habuerunt aliquam partem talis alterationis, factis quibusdã resolutionibus in ipsis, potest dici, ꝙ mortem habuerunt ipso die: quia partẽ illius alterationis habuerunt, cuius finis est mors. Sed dicendo, ꝙ istud verum est intelligendo, ꝙ sit quædam alteratio præcedens mortẽ, vel terminum vitæ, cuius ipsa mors est terminus, & illa alteratio est in vita, & in qualibet parte vitæ possumus inuenire aliquam talem alterationem, sed nõ est necesse, neque asserendum, ꝙ a principio vitæ vsque ad terminum eius sit continua ista alteratio: quia hoc esset tenere opinionem Heracliti, qui ponebat omnes motus continuos, & durare per totam vitam augmentum, & diminutionem, sed non est verum, quia nullus motus est totaliter, & verè continuus nisi localis, sed de hoc, an homo qui est mortalis quotidie moriatur, aut possit dici, ꝙ moriatur secundum illam alterationem, cuius terminus est mors, infra tangetur, cùm dicetur de immortalitate hominis in Paradiso terrestri. Et ideo licet possimus dicere, quòd Adam ipso die, quo peccauit mortem habebat, idest moriebatur, prout fuit ibi aliqua dispositio ad mortem, tamen planius est dici, ꝙ mortui sunt, idest moriendi necessitatẽ incurrerunt: quia hoc vocatur mori, aut mortuũ esse.

Quæst. 745 Cur mors non fuit pro peccato, cur ponit alias pœnas? Solutio. Euæ

Sed quæretur quare Deus Adæ, & Euæ peccãtibus non posuit mortem in maledictionem, & pœnam sibi commutauit alias pœnas? nam non inuenitur in maledictione Euę mors, sed dolor in pariendo. Aliquis dicet, quòd fuit hoc, quia mors non erat nunc pœna ipsorũ, sed commutauerat illam Deus: nam antequàm peccarẽt homines posuit Deus mortem in pœnam si peccarent, nunc autem postquàm peccauerunt commutauit Deus mortem in alias pœnas, & istas posuit hic de quolibet eorum. Sed dicendum, quòd non stat primo, quia non fuit commutatio; si enim commutaretur mors in alias pœnas, non inferretur mors vt pœna, & tamen inflicta est Adæ, & Euæ, quia mortui sunt, ergo non fuit commutatio. Secundò, quia commutatio fit æqualium, vel æquialentium: sed ista nõ sunt æqualia morti, neque æquialentia, ideo non fuit commutatio mortis in ea. Tertiò, quia falsum præsupponitur, scilicet ꝙ non fiat mentio de morte: nam in maledictione, vel pœna Adæ fit sermo de morte, cùm dicitur supra 3. cap. Donec reuertaris in terram, de qua sumptus es, sed illud est mori: ergo de morte dicitur, non ergo sunt istæ pœnæ pro morte commutatæ, sed ad mortem additæ. Et ideo dicendum, ꝙ non fit mentio de morte, vt ponatur tamquàm vna de pœnis peccatorum, quia iam de illa dictũ erat: verba enim Dei certa sunt, sed ipse prænunciauerat eis, ꝙ quacumque die peccarent morerentur, idest ad mortẽ obligarentur, sed qui est obligatus ad mortẽ aliquando moritur, ergo certum est, ꝙ morerentur ambo, quia peccauerant, & sic non oportuit repeti de morte. Sed positæ fuerunt istæ pœnę, quia non fuerant prius prænunciatę, & si nunc non dicerentur, putarent Adam, & Eua, ꝙ nullum aliud malum passuri essent nisi mortẽ; vt ergo sciant multa mala in eis præuentura esse mortẽ posuit nũc illa in eorũ maledictionibus nihil agẽs de morte. Et ob hoc in maledictione mulieris nihil dictum est de morte, in maledictione autẽ viri tactũ est de morte non tamquàm directè prænuncietur, vt vna de pœnis, sed indirectè, & quasi ex accidenti ad limitãdum alias pœnas: nã dicitur supra 3. cap. in sudore vultus tui vescaris pane tuo, donec reuertaris in terrã, de qua sumptus es, in pœnis autem mulieris, quia non faciebat mors ad limitationem alicuius earum, nõ fuit dictum quicquam de morte directè, aut indirectè.

Quæst. 746 Cum Deus posuit præceptũ de non comedendo cur non prædixit omnes pœnas trãsgressoris.

Quæretur quare Deus a principio cum posuit præceptum de non comedendo, nõ prædixit omnes istas pœnas, quas postea intulit, quia videtur, ꝙ deberet eas prædicere. Primò, quia omnes istæ sunt pro peccato, ideo sicut mortem prænunciauit, quæ futura erat pro peccato: ita & reliquas pro peccato isto erãt, debuit ex eadem ratione prænunciare. Secundò, vt magis moueret ad non peccandum: nam ideo posuit Deus pœnam cum præcepto, vt hoĩes timore pœnæ non transgrederentur, sed quantò plures essent pœnę, tãto magis homo eas timeret: ergo ad intentionem Dei conuenientius esse videbatur, ꝙ istas in pcepto adiecisset. Tertiò, vt non haberet homo causam querelæ: nam homini prænunciatum fuerat, ꝙ si comederet de ligno moreretur, nunc verò inferebatur grauior pœna cum adderentur aliæ, poterat igitur iustè conqueri, ꝙ fieret sibi grauior conditio: nam si prænunciata fuerat sibi mors, & aliæ pœnæ, quæ postea additę sunt, fortassis abstinuisset magis à vetito, quam abstinuit prænunciata sola morte. Aliqui dicunt, quòd Deus non prænunciauit istas pœnas quando dedit præceptum Adæ, sed fortè prænunciauit eas quando dedit præceptum ambobus simul: nam postea dedit præceptum ambobus simul, vt videtur colligi ex verbis Euæ. supra 3. cap. Sed dicendum, quòd non stat, primo, quia cum Deus dederit præceptum istud ab initio Adæ soli, & prænunciauit ei mortem, si comederet. supra 2. cap. deberet ei prænunciare saltem pœnas, quæ ei conuenirent distinctè, sicut hic distinctè posuit pœnas eius, & mulieris, & tamen non posuit; ideo neque postea, cùm datum est ambobus præceptum, exprimerentur pœnæ communes amborum. Secundò, quia ex sacra scriptura infertur contrarium: nam quando diabolus quæsiuit a muliere, quare non comederet de omni ligno, dixit: De ligno quod est in medio Paradisi præcepit nobis Deus, ne comederemus, neque tangeremus illud, ne fortè moriamur: & ita posuit mulier retractiuum manducandi, & tamen si aliquid aliud in pœnam prænunciatum esset diceret illud maximè, vt serpens daret ei remedium contra illud, sicut dedit contra mortem dicens, nequaquam moriemini, & nihil dixit: ergo videtur, quòd Deus non adiecerat in præcepto dato mulieri, & viro, aliam pœnam nisi mortem.

Quæst. 747 Aliorũ opinio circa superiora improbatur.

Alij verò dicunt, quòd non adiecit Deus aliquam pœnam in præcepto, nisi quòd morerentur ipsi contra facientes, & causa est, quia alias pœnas non intelligerent: nam neque vir, neque fœmina sustinuerant hactenus aliquas pœnas, neque aliquem sustinere viderant: ideo nominatis illis pœnis fortè non intelligerent quid per illa nomina importaretur: ideo non adiectum est quod intelligere nõ possent. Dicendum quòd istud non est verum, neque rationabile; primo, quia eadem ratione, neque mors debuisset apponi in præcepto primo de nõ comedendo: non enim mortui fuerant illi, neque viderant aliquos morientes; quia nullus ante hoc mortuus fuerat: ergo non intelligerent quid importaretur nomine mortis, & sic non deberet poni in præcepto, & tamen posita est, & ideo constat, quòd intelligebant quid esset mors, licèt nullum morientem viderant, ita poterant intelligere quid esset partus, & conceptus, & subiectio ad virum, licèt vsque nunc ista non fuissent. Secundò, quia motiuum nullum est, scilicet quòd homines primi non intelligerent quid per ista significaretur, cùm non experti essent ea, quia multa ipsi intelligebant, & scie-

bant, quæ numquam viderant; immo numquam de eis audiuerant, sicut quando erubuerunt de sua nuditate, numquam viderant vestes, neque audierāt quid erat vestis, & tamen statim nullo docente cogitauerunt quid esset vestis, & ad quid prodesset, & quomodo fieri posset, & illam fecerunt, scilicet perizomata. supra 3. cap. a fortiori ergo intelligerent ea, quæ eis dicerentur. Tertiò, quia certum est, ꝙ haberent cognitionem; quia habebāt perfectam notitiam idiomatis, quod eis Deus dederat habitualiter, & tamen in idiomate nō solum est cognitio vocum, sed etiam rerum signatarum per terminos, ideo intelligerent Adam, & Eua quid signaretur per istos terminos. Quartò, quia Eua intellexit ea, quæ dicta sunt ei a serpente, ideſt cognouit res signatas per terminos, & tamen illa erant difficiliora cognitu, quàm ea, quæ posita fuerūt in pœnis Adæ, & Euæ: ergo intelligerent illa. Patet quia illa, quæ dixit dæmon erant spiritualia, scilicet esse sicut Deus est, & magnitudinem scientiæ; ea quæ prænunciata sunt in pœnis erant corporalia, & sensibilia; ideo erant faciliora cognitu. Quintò, & principalius, quia si Adam, & Eua non scirent, quid significaretur per illos terminos, neque etiam scirent nūc postquam peccauerunt, quia nullam maiorem experientiam nunc habuerant quàm prius: quia nondum Eua conceperat, neq; pepererat, & Adam nihil fecerat eorum, quę prænunciara sunt ei in pœnam, & tamen nunc cū peccauerunt, dicta fuerunt eis hæc: ergo & potuerunt prius eis illa dici, & quòd ea intelligerent, sicut nunc intelligebant, non ergo fuit ista causa, quare non dicta fuerunt.

Quæſt. 748 Auctoris ſnia circa ſuperiorē quæſt.

Dicendum autem, ꝙ veritas fuit, ꝙ Deus non dixit tunc istas pœnas quas postea annūciauit: quia nō fuit conueniens. Primò, quia a principio, quando Deus posuit præceptum de non manducando, apposuit pœnam non quàsi tunc affuturam hominibus, sed vt timerent, & timore pœnæ abstraherentur ab illicitis, & tū ad hoc sufficiebat, ꝙ apponeretur mors, quæ erat maxima pœnarum, & malorum lib. 3. Ethic. secus autē post peccatum, quia non annunciabantur pœnæ solū ad hoc, ꝙ hoīes eas timerent, sed vt scirent quid tolerandum de cætero esset: ideo primo satis fuit prænunciari mortem, nūc verò omnes pœnæ expressè debuerunt nominari. Secundò, quia ista pœna includebat alias non solum tamquàm eminēs, & maior, aut tamquàm finis omnium malorum, sed etiā tamquàm terminus, ad quem venitur per alias pœnas: nemo enim moritur nisi pœna aliqua præcedat, cum sit mors cuiusdam alterationis corruptiuę: ideo ponendo mortē subintelligebātur aliæ pœnæ, per quas ad eā veniebat. Tertiò, & principaliter fuit: quia Deus non debuit exprimere alias pœnas, quia exprimendo videretur repugnare dictis suis; dicebat enim: Quacumque die comederis morte morieris, & licet Deus per hoc nō intelligeret, quòd ipsa moreretur, ideſt vitam finiret, sed moreretur, ideſt obligaretur ad mortem, tamē voluit Deus ita proferre, vt ex eis posset cogitari, quòd Deus prænunciaret mortem ipsa die venturam, quia sic nimis timerent, & cauerent transgredi, & tamen si diceretur mulieri, quòd si peccaret conciperet, & pareret cum dolore, & diceretur viro, ꝙ in sudore vultus sui vesceretur pane suo, signaretur, ꝙ multis diebus viuerent; & ita non morerentur ipso die; ideo vt non videretur Deus sibi ipsi repugnare, dixit solum de morte, & non de alijs pœnis, & ista est vera causa: nam duę præcedentes calumniabiles sunt.

Quæſt. 749 Opinio hiſtorię ſcholaſticæ de peccato Euæ.

Dixit enim Magister in historia Scholastica, ꝙ mulier peccauit in duobus: superbiuit, & comedit de fructu vetito: quia superbiuit humiliauit eam Deus dicendo; sub viri potestate eris: quia comedit peccando in fructu, punita est in fructu suo, scilicet in pariendo. Istæ applicationes sunt aliquales; nam mulier superbiuit volendo immoderatum honorem, vel excellentiam, quia appetiuit scientiam, sicut Deus: humiliata autem fuit, non in scientia, vt efficeretur minus sciens quam erat: quia tunc esset defectus in naturalibus, & naturalia non murantur in pœnam, sed factum est, ꝙ viro subijceretur. Peccauit quoque, quia comedit, & punita est in fructu suo, scilicet vt cū dolore pariat: ista applicatio minus videtur ad propositum, nisi dicatur, ꝙ peccauit in fructu alieno delectabiliter illum manducando, punitur in fructu suo, quia cum tristitia illū parit. Sed cum dicitur, in maledictione mulieris multiplicabo erumnas tuas quare dicitur: nam videtur, ꝙ in Paradiso aliquas erumnas habitura erat mulier, sed non tot quot foris, & hoc est inconueniens; quia in Paradiso nulla miseria, aut pœna futura erat. Dicendū, quòd dixit Deus multiplicabo erumnas tuas, ideſt faciam miserias tuas, & pœnas esse mulas, in quo Deus duo ostendit homini, primo quòd haberet miserias, quas non habebat, neque habere debebat nō peccando; & quia putaret homo, quòd illæ essent paruæ, aut paucæ, in quo aliqualiter cōsolaretur, dixit quòd multæ, & magnæ miserię essent, & hoc totum sub vno verbo concluſit inquantum dixit multiplicabo erumnas tuas, ideſt multas esse faciam.

Quæſt. 750 Cū Deus dixit, & conceptus tuos, &c. quomodo hoc eſt in pœna.

Quæretur quomodo posuit Deus in pœnā mulieri quod dixit, & cōceptus tuos. Aliqui dicunt, ꝙ hoc posuit Deus in pœnam; quia in Paradiso non erat futurū, ꝙ fœmina conciperet, sed postea factū est. Et si dicatur, quomodo ergo in Paradiso multiplicarentur indi uidua in specie humana? respōdent, ꝙ non esset ibi generatio saltem per concubitū, sed multiplicaret Deus homines formando eos sicut Adam, & Euam, qui de nullo geniti sunt. Sed dicendum, ꝙ non est hoc verū: quia in Paradiso esset generatio per cōcubitum sicut nunc, de quo infra declarabitur. Alij dicunt, ꝙ nō fuit pœna ista posita a Deo mulieri in hoc, ꝙ conciperet, sed ꝙ conceptus sui multi essent: nam dicitur multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos, in Paradiso autem conceptus futuri erant, sed pauciores: quia ibi soli electi gignerentur, hic autem tam electi, quàm damnati. Sed dicendum, ꝙ hoc nō est verum, neque rationabiliter dictum: primo, quia in eo, in quo est benedictio, nō potest poni maledictiò in multitudine filiorum, sicut Lia dixit se beatam dicendam a mulieribus: quia habebat sex filios, infra 30. cap. & maledicta reputabatur illa, quæ non pariebat. Deuter. 7. cap. ergo non esset maledictio in multitudine conceptuū. Secundò, quia si in multitudine conceptuū esset maledictio, ideo fieret quasi in concipiendo, vel cōceptu esset aliqua pœna, vel malum, & tamen si in multis conceptibus esset pœna esset quoque in vno, aut vnico cōceptu: quia conceptus & multi conceptus nō differunt nisi per multum, & paucum: ideo & non differrent per pœnam, sed per multam pœnam, & paruam pœnam, & ita si in multis cōceptibus esset magna pœna, esset in quocumque conceptu aliqua pœna, & tamen in Paradiso non erat futura aliqua pœna: ergo non erat istud malum quod prænūciabatur, quasi hic sint multi cōceptus. Tertiò, quia adhuc quod præsupponunt, non est certum, scilicet ꝙ plures conceptus sint hic, quàm in Paradiso: nam dicitur res sine causa cum nō videatur ratio aliqua ad hoc inducere. Quartò quantū ad hoc, quia in quibusdam apparet hic contrarium: nam multę mulieres sunt hic, quæ nō concipiunt, & in Paradiso nulla esset nisi forte victima, quæ ibi cōciperetur: quia ibi omnibus esset præceptū dare operā proli: hic enim multæ mulieres ante ætatē puertatis se astringunt, aliæ cognoscuntur a talibus viris, qui generare non possunt, aut ad generandum indispositi sunt, sed in Paradiso nihil istorum esset. Nam mulier nulla moreretur ibi ante pubertatem, immo qui ibi nascerentur numquam morerentur, sed in æternum viuerent, etiam nulla mulier haberet ibi propositum castitatis, cum esset Dei præceptum de dādo operam proli saltē determinato modo, de quo nobis non constat; similiter nulla mulier ibi esset sterilis, & nullus vir frigidus aut impotens: quia isti sunt defectus pœnales, & pœna non esset in Paradiso. Quinto, quia de mulieribus, quę conciperent adhuc necesse erat, quòd quædam in Paradiso concipientes plures conciperent quā hic, quia quędam sunt mulieres hic cōcipientes, quę vnum tantum concipiunt in tota vita, & tamen in Paradiso si mulieres conciperent solet dici, ꝙ q̄libet conciperet duos simul, & duos vno partu effunderet, de quo infra tangetur, ergo non essent pauciores concepti in Paradiso quam hic. Cum autem obijciebatur, ꝙ hic sunt plures conceptus, quàm in Paradiso: quia nascuntur tam electi, quàm damnati, dicendum ꝙ in Paradiso non nascerentur, nisi electi: quia omnes nascerentur in innocentia, & postea numquā peccarent sicut neq; patres eorum, ideo nullus posset dānari, sed omnes essent electi, hic autē omnes nascuntur in peccato originali: ideo oēs damnādi essent nisi participarent fructu redēptionis Christi per sacramēta, & hoc fit in quibusdā, & non in oībus; ideo eorū, qui nascuntur hic, quidam sunt electi, alij damnati. Sed dicēdum, ꝙ ex hoc non sequitur, ꝙ mulieres plures fœtus cōcipiant hic quā ibi concepturæ essent, quia fortè aliquis diceret, ꝙ electi, qui ibi nascerētur essent plures, quàm electi, & damnati qui nunc nascuntur. Adhuc tū dicēdum hoc non esse verū: quia numerus electorum nō mutatur: quia electorum numerus ex Dei prędestinatione æternaliter diffinitus est: ideo siue hoīes in Paradiso nascerentur, siue hic, non mutatur aliquid de proposito Dei: ideo non plures ibi quàm hic electi nascituri erant, & tū hic nascuntur tam electi, quàm damnati, ideo plures hic nascuntur, q̄ ibi nascituri essent. Sed dicendum, ꝙ non sequitur ex hoc, ꝙ mulieres cōcipientes hic concipiant plures, aut pluries, quàm ibi: sed solum sequitur, ꝙ tempus cōceptionis & generationis durat hic diuturnius, quàm ibi: quia ibi in pauco tempore compleretur numerus electorum. hic verò durauit mundus vltra quinque millia, & quadringentos annos, & residuum temporis soli Deo cognitum est, qui posuit tempora, & momenta in potestate sua. vnde in pauciori tempore fierent ibi plures generationis, quàm hic datis tot mulieribus gignētibus siue concipientibus, quot hic, & ita iste sensus de multitudine conceptuum non est verus.

Quæſt. 751 Auctoris ſnia de conceptu concipitur neq; pro actu concipiendi: quia in his non eſt pœna, vt dictum eſt ſupra, ſed vocatur conceptus, tempus, quo mulier geſtat in vtero fœtum: quia in illo tempore ſunt multæ difficultates, & pœnæ. Aliqui dicunt, ꝙ conceptus ponuntur in pœnam pro eo quod ſequitur ad conceptum: quia fœmina parit, & eſt partus cum dolore, ſed ordinatur conceptus ad hoc, ꝙ de vtero exeat, quod ſine pena graui nō fit: ideo ponitur maledictio in cōceptu. Dicēdum, ꝙ nō ſtat, quia tunc eſſet litera ſuperflua: nā poſtquā dicitur multiplicabo conceptus tuos, additur in dolore paries filios tuos, & tū ſi iſtud non diceret aliquod malum vltra id, quod ſignat conceptus non poneretur, quia non eſt aliquid ſuperuacuum verbis Dei; ideo cum ponatur apparet, quòd conceptus non ponitur in maledictione, prout conceptus fœtus emittitur de vtero ſine dolore. Sed

Conſutatio.

eſt intelligendum, quòd omnia iſta ſignant quaſdam pœnas inflictas mulieri pro peccato, & ſicut dicta ſunt diuerſa, ita & pœnæ nomine conceptuum ſignantur quidam labores, aut difficultates accidentes mulieri a tempore, quo concipit vſquequo emittat fetū de vtero, & non potuerunt per aliquid notius deſignari quā nomine conceptus. De iſtis difficultatibus, quæ ſint ſupra diximus. Et dixit Deus multiplicabo conceptus tuos non intelligendo, ꝙ eſſet pœna in multitudine prolis, cùm potius ſit gaudium, ſed quia accipitur nomine conceptus pœna, quæ accidit poſt conceptionē, & illa eſt quandocumque mulier conceperit, neceſſe eſt, ꝙ quantò plus multiplicati fuerint conceptus, tantò ſit pœna grauior: ideo non dixit ſolum, ꝙ daret ei conceptus, ſed ꝙ multiplicaret conceptus eius, vt magnitudinem, & frequentationē pœnæ deſignaret. Alia pars maledictionis erat, in dolore paries filios tuos, & de hoc certum eſt, quòd ſit pœna, & grauis pęna cum efficiatur mulier propinqua morti, ſicut Chriſtus dixit. Ioan. 16. capit. Mulier cum parit triſtitiam habet, quia venit hora eius, ideſt hora periculi, & diſpoſitionis proximæ ad mortē, & hanc vocauit Chriſtus preſſuram, dicens ibidem, & non meminit preſſuræ propter gaudium: quia natus eſt homo in mūdum. Preſſuram dixit, quia mulier premitur, & coangustatur ad mortem, vndē & multæ mulieres deficiunt in partu, ſicut patet de Rachel, infra 35. cap.

Quæſt. 752 Magiſtri hiſt. Scholaſt expoſitio impugnatur.

Dicit autem Magiſter in hiſtoria Scholaſtica, dictū eſt mulieri in dolore paries filios tuos, quod dictum eſt ei in dolore maledictio eſt, ſed paries benedictio. Maledicta eſt enim ſterilis, & ita in puniendo non eſt oblitus miſereri Deus, quod etiam in alijs maledictionibus hominum notandum eſt. Non eſt autem ſic intelligendum, quòd Deus ſimul intenderit benedicere mulieri, & maledicere ei, cùm ſacra ſcriptura hoc improbet: in lingua noſtra benedicimus Deum, & patrem: & in ipſa maledicimus homines, qui ad ſimilitudinem Dei facti ſunt, ex ipſo ore procedit benedictio, & maledictio, nō oportet fratres mei hoc ita fieri numquid foris de eodem foramine emanat dulcis, & amara aqua? ſed ponuntur iſta, quia non poterat poni maledictio, niſi daretur id, in quo erat maledictio. eſt autem maledictio in dolore partus, & in partu parit mulier filios; ideo oportuit dici, quòd in dolore pareret filios ſuos. Cum autem dicit, ꝙ Deus puniendo non obliuiſcitur miſereri. Verum eſt, quia ita dictum eſt Pſalmo 76. Aut obliuiſcetur miſereri Deus, aut continebit in ira miſericordias ſuas? & tamen numquam ſimul ponit benedictionem, & maledictionē. Nam miſericordia non eſt benedictio, quia miſericordia conſiſtit in alleuiatione malorum, benedictio autem in collatione bonorum, & augmentatione eorum, vt Gregorius dicit.

Quæſt. 753 Qūo iſta ponuntur in pœna cū ſint naturalia.

Sed aliquis dicet, quomodo iſta ponuntur in pœnā, cum ſint naturalia? Aliquis dicet, ꝙ non ſunt naturalia, ſed ſolum data ſunt pro peccato deteriorando naturam, & hanc deteriorationem non haberent homines in natura ſua, ſi non peccarent. Dicendum, ꝙ hoc non eſt verum, ſed oīa iſta, quæ ponuntur tam in maledictione fœminæ, quàm viri, ſunt aliquo modo naturalia, & competerent naturæ etiam ſine peccato ex conditione, vel principijs naturæ. Et hoc patet primo, vt in pariendo, quia naturaliter debet eſſe dolor: nam in partu fit diuiſio quædam continui, ſed non poteſt eſſe diuiſio iſta ſine dolore naturaliter in ſentiente: ergo ſm naturam ſequitur dolor in partu. Secūdo, quia in brutis non eſt peccatum: & ideo non eſt pœna data pro peccato, ſed q̄quid ibi eſt, eſt ſm naturā, & tū ibi eſt dolor in pariēdo: ergo naturaliter accidit, & quātò eſt maior indiſpoſitio ad apertionem vteri tanto eſt

maior dolor, sed ita est in fœmina speciei humanæ; po- F
tissimè quia sensus tactus est perfectior in hoïe, quàm
in alijs animalibus, & ſm illū est dolor; ideo ſm natu-
rā maior erit dolor in partu in fœmina speciei nostræ,
quàm in pecoribus. Dicendum q̄ ista, quæ ponuntur
in maledictionibus sunt ſm naturam, & tñ data est in
pœnam, ita q̄ non euenirent nisi peccatū præcessisset.
Primum patet, quia si ista nō conuenirent ſm naturā,
essent cōtra naturā, & tñ sunt manentia, & ita esset ali-
quid in homine, quod esset semper manens, & contra
naturam eius: oporteret igitur esse semper miraculū,
& operationem ab aliqua causa extrinseca, quod non
est verum, cùm potius ista sint ab intrinseco. Secūdo,
quia vt ait Dionysius lib. de diuinis nominibus. cap. 4. na-
turalia data dæmonum non fuerunt per peccatū mu- G
tata: ergo a fortiori in homine, cuius peccatū est mi-
nus, non mutarentur naturalia per peccatum: si tñ ista,
quæ ponuntur in maledictionibus, non essent ſm na-
turam, sed contra, esset quantū ad hoc mutata natura;
& ita per peccatū mutaretur natura humana; ideo tā
istud quod dī de dolore in partu, quàm cætera posita
in maledictionibus viri, & fœminę, erant ſm naturam
euētura, ideſt a principijs intrinsecis. Erat ſm q̄ ista in
pœnā eueniebant non euentura si homo non peccas-
set; modus est quia licet ſm naturam ista accidere de-
berent, ideſt ex conditione corporis, tñ Deus ex dono
supernaturali facturus erat, q̄ non euenirent, & quia
istud donum esset si homo non peccaret, semper per-
seuerās, numquam inessent homini illę pœnalitates, H
quæ ſm naturā futuræ erant prævalente dono super-
naturali super cōditionem materialem, sed cū homo
peccauit priuauit eū Deus dono illo supernaturali, &
sequutum est id quod ex conditione naturę euenturū
erat, & quia omnia ista accidentia ſm naturam, erant
futura, omnia euenerūt, sed dicuntur in pœnā euenis-
se: quia Deus nūquā priuauisset hominē dono super-
naturali, per qđ impediebātur ista euenire, nisi homo
peccasset, & in pœnā peccati, ideo ista mala dicuntur in
pœnam data, licet aliàs ſm naturā euentura essent nisi
dono supernaturali impedirētur. sed quod donū esset
istud aut qūo impediret ista euenire, dicetur infra quā-
do agetur de immortalitate in Paradiso terrestri.

Quæſ. 754 Tolluntur rōnes pro aduersa sē tentia in qō. 746.

Est nunc respondendum ad ea, quæ dicebantur su- I
pra q. 746, ostendendo, q̄ in præcepto de nō comeden
do deberent prænunciari pœnalitates, quæ postea viro,
& mulieri prænunciatæ sunt. Ad primū, cum dicebā-
tur, q̄ omnes erant pro peccato; ideo sicut mors præ-
dicebatur, ita & cęterę, dicendum q̄ licet fuerint om-
nes pro peccato nō fuit eadem causa prædicendi oēs.
Nam fuerūt tres rationes, vt prædiceretur mors, & nō
cęterę, vt ostensum est supra q. 753. Ad secundum po-
test dici vno modo, q̄ nō magis mouerent cæterę pę-
næ simul positæ cum morte, quàm mors sola, eo q̄ il-
la includit cęteras, & si illa sequatur nihil differt, q̄ alię
accidant, vel non: quia aliæ non addunt malū aliquod
ad mortē. Secundo potest dici, q̄ fortè aliæ pœnæ ex-
pressę cum morte aliquid mouerent plusquam sola
mors, & tñ non debuerunt exprimi cæterę, quia repu-
gnare videretur Deus verbo quo dicebatur quacūq; K
die comederis morte morieris, & ista est causa princi-
palis, vt tactum est supra q. 748. Ad tertium dicendū, q̄
non poterat homo habere causam querelæ non præ-
nunciatis sibi alijs penalitatibus: q̄a hoc esset quasi ma
gis vitaret peccatū prænunciatis oībus quàm solis qui-
busdam, vel sola morte. Sed dicendum, q̄ falsum est:
quia si prænunciarentur aliæ pœnę nō putaret homo,
q̄ mors ipsa die futura erat qua peccaret, & tñ ita intel
ligere videbat inquantū dicebatur quacūq; die come-
deris morte morieris, & tñ magis timeret mors pro-
posita sola, si statim putaretur futura, quā mors cū alijs
pœnis, si mors post multos dies esset futura; ideo ad
hoc, q̄ homo caueret peccatum, nullo modo melius
fieri potuit, quàm prædicendo solam mortem eo mo-
do, quo fuit prænunciata, & ita non haberet causam
querelæ. Secundo, quia etiam si prænunciatis alijs pę-
nalitatibus cū morte magis moueretur homo ad non
peccandum, quàm prænunciata sola morte, nō habe-
ret causam querelę, q̄ sola mors prænunciaretur, quia
nihil sibi fiebat iniustum, & causa est, quia istud fuit po-
situm per modū legis & non per modum cōtractus:
si enim esset pęna conuentionalis, ideſt ex contractu,
q̄ si homo peccaret moraretur, hoc conuento inter
Deum, & hominem, & Deus postea homini peccanti
alias pœnas adderet, haberet homo causam querelæ,
hoc tamen erat vt lex positum, lex autē non est in po-
testate eius, cui imponitur qualis sit, sed in potestate
condentis; ideo cum Deus posuit legem homini, q̄
moreretur quādocumque peccaret, quam posuit sine
cōsensu hominis, potuit addere ad istam legem quic-
quid vellet, & in hoc non grauaret hominem, in cuius
potestate non erat quali lege subijceretur.

Quæſ. 755 An est sub potest viri ptinet ad maledictionem.

Dicitur vltra in maledictione mulieris sub viri pote
state eris, de quo dubitatur quomodo pertineat ad ma
ledictionem: quia videtur pertinere ad naturam, q̄ fe-
mina sit sub potestate viri. Aliquis dicet, q̄ non est fe-
cundum naturam, immo est verè pœna, quasi secun-
dum naturam aliter futurum esset, si nō peccaret mu-
lier, & ea peccante datum esset sibi hoc in pœnam.
Sed dicendum, q̄ non stat, quia si alter futurum esset,
secundū naturam, aut illud esset, q̄ vir naturaliter sub-
ditus esset fœminæ, aut q̄ neuter alteri subijceretur, sed
ambo essent æquales, & tamen neutrum istorum stat:
ergo non erat ſm naturam, q̄ aliter fieret. De primo
patet, scilicet q̄ non esset vir subijciendus fœminæ; si
enim fœmina ſm naturam deberet præesse, oportebat
ipsam esse secundum naturam meliorem, sed hoc nō
est verum, ergo non debebat illa præesse: patet hoc,
quia dignitas, vel nobilitas inter homines attenditur
penes id, in quo excedit homo alia animalia, illa autē
est pars rationalis; ideo & vnus homo excedit aliū nō
per habere, & non habere partem rationalem, sed per
habere perfectius, sed ita est, quòd fœmina non habet
secundum naturam intellectum sublimiorē viro, sed
potius e contrario, ergo non debuit illa præesse. Secū-
do patet istud, quia diabolus hoc signauit in electione
sua: cum enim tentare volnit hominem ad deijcien-
dum fallendo non ausus est incipere a viro, quasi ille
esset sublimior in intellectu, & non deciperetur, sed a
muliere tāquàm a fragiliore inchoauit, vt dicit Augu.
super Genes. & Magister lib. 2. sent. distin. 21. & tamen
diabolus, cuius natura est excellentior, quàm humana
cognoscebat sufficienter differentiam viri, & fœmi-
næ, & elegit incipere a fœmina, ergo iudicauit illam
esse minorem secundum intellectum, & ita esset de
facto. Tertio apparet ex ipso actu: quia mulier sedu-
cta est a serpente, vir autem non fuit seductus, licèt ea-
dem fuerint proposita viro, quæ fœminæ sic dicit Apo-
stolus prima Timoth. 2. cap. scilicet & Adam non est
seductus, mulier autē seducta in prævaricatione fuit,
sed seduci est ex eo, quòd quis credit de re aliter quā
se habeat, & hoc non est nisi, quia intellectus suus nō
sufficit distinguere inter verum, & falsum circa illam
rem, ergo qui magis decipitur aut decipi potest, mi-
norem intellectum habet: fœmina igitur minorem
intellectum habebat, quæ seducta est, & seduci potuit
in talibus, in quibus non potuit seduci vir.

Quarto patet ex eo, quod Apostolus eodem capit.
iubet, scilicet mulieri autem docere non permitto,
neque dominari in virum, & reddit ibi causam, sci-
licet mulier seducta est, & non Adam, non enim

dicit hoc datum mulieri in pœnam peccati sui, q̄ do- A
cere non permittatur: quia tam vir, quàm fœmina pec
cauerunt, & ita vtrique vetaretur, maximè quia Apo-
stolus non exprimit illam causam, sed dicit q̄ fit, quia
fœmina seducta fuit: seduci autem non est peccatum,
quia prouenit ex impotentia intellectus ad pauca at-
tingentis; ideo qui pauca nouerunt quantumcumq;
sint boni, vel innocentes decipiūtur iuxta illud Prou.
Innocens credit omni verbo, scilicet nescit distingue-
re, quod est verū, & quod falsum: ergo Apostolus nō
vetuit mulieri docere, quia peccauit, sed quia seducta
est, ideſt quia paruum intellectum habet, & potuit de-
cipi, sed qui paruum intellectum habet, non rectè do-
cet, ideo debuit mulieri vetari docere. Et ista ratio est
multum conueniens, quia procedit ex habitudine in- B
tellectus existentis in puris naturalibus, & ante pecca-
tum: nam si argueretur de intellectu post peccatum,
fortassis diceret, q̄ intellectus mulieris erat prius ma-
ior, sed propter peccatum fuerit diminutum lumē il-
lius, & ita potuerit decipi, sed deceptio ista fuit ante
manducationē de ligno vetito: immo seduci fuit cau
sa, vt comederet, quia si non credidisset verbis diaboli,
nō comederet: ergo apparet, q̄ ante omne peccatum
erat intellectus mulieris paruus, ita vt decipi posset, &
intellectus viri maior; ideo non pertinebat ad fœmi-
nam secundùm naturam præesse viro. Quintò patet,
quia si fœmina esset dignior in natura humana viro,
formaretur prius illa, vel ambo simul, sed formatus
est prius Adam; ideo ille erat dignior in natura, quasi C
totam perfectionem speciei in se cōtinens: motiuum
huius est: quia opera Dei perfecta sunt. Deute. 32. cap.
ideo quod perfectum erat per se produceret: & primo
quasi in eo tota dignitas speciei consisteret, & fœmina
nihil adderet in humana specie de perfectione vltra
id, quod erat in viro, & facit istam eandem rationem
Apostolus ad Timoth. 1. cap. 2. docere autem mulieri
non permitto, neque dominari in virum, sed esse in
silentio. Adam enim formatus est primum, deinde
Eua, & ita iste ordo formationis ostendit, quòd ille sit
dignior: ideo illa non debeat dominari. Sexto, quia
fœmina habet ad virum eandem habitudinem, quam
habet vir ad Deum: nam vir est caput mulieris, caput
autem viri est Christus, caput Christi est Deus: prima
Corinth. 11. Et etiam vir est imago Dei, & fœmina nō D
est imago Dei, sed viri, cum dicatur eodem cap. vir au
tem non debet velare caput suum, quia imago, & glo-
ria Domini est, mulier autem gloria viri est, sed quòd
vir sit imago Dei, & fœmina viri, non constat per ea,
quæ conueniunt eis post peccatum, sed per naturalia,
& habet Apostolus ista fundamenta ex eo, quod habe
tur in verbis Dei. supra 1. & 2. cap. & supra magis decla
ratum est, ergo mulier nō est dignior viro secundum
naturā ad hoc, q̄ illa præsit. Septimo, quia mulier for-
mata fuit de viro, & hoc facit vt illa nō sit eo dignior,
sicut Apostolus inducit prima Corinth. 11. cap. multæ
rationes huiusmodi inducunt, q̄ non erat mulier futu
ra maior viro præsidendo: quia non erat dignior secun
dum naturam.

Quæſ. 756 An mulier sit viro, ita q̄ nulla præsidentia esset in fœmina ad virum.

Alia pars erat, scilicet an fœmina futura erat æqua- E
lis viro, ita q̄ nulla præsidentia esset. Sed dicēdum, q̄
hoc etiam non erat verum: nam si nulla præsidētia ibi
futura erat, nullus excessus esset in dignitate naturali,
quia inter æqualia nō est præsidentia, cū secundum na-
turam superiora secundum virtutem agant in inferio
ra, & nihil sit superius alio, quod aliquam actionē non
habeat in ipsum aliud: ergo si nō esset p̄sidētia aliqua,
sed pura æqualitas inter virū, & fœminā, esset æquali-
tas in dignitate naturæ; sed hoc est falsum, quia aliqua
inæqualitas est inter eos: ergo non erat ita futurum.
Primo patet inæqualitas: quia prima Corinth. 11. cap.

dicit Apostolus, quòd vir est caput fœminæ, & Chri-
stus viri, & Deus Christi, & ibi non potest esse compa-
ratio secundum peccatum, aut pœnam consequutam
ex peccato, cum nihil tale sit in Deo, & Christo: sed
secundum dignitatem naturalem: ergo sicut Deus est
naturaliter maior Christo inquantum est homo; &
ideo est caput eius; ita vir est maior, aut excellētior na
turaliter muliere, & ideo est caput eius. Secundo patet
per similem comparationem, quam eodem cap. facit
Apostolus dicēs, q̄ vir sit gloria Dei, mulier autem sit
gloria, & imago viri, & ita ponit quēdam gradum in-
ter virum, & mulierem quantum ad participationem
imaginis. Sed attenditur imago in nobis quantum ad
naturalia, & non quantum ad gratuita: ergo in natu-
ralibus est quidam excessus viri ad fœminam. Tertio,
quia similiter Apostolus vocat inæqualitatē inter eos
propter originem: nam non fuerunt ambo indiuidua
simul producta sicut in alijs animalibus, sed vnū prius,
& ex ipso aliud, & est duplex habitudo inter ipsa, vna
est habitudo prioritatis, alia originis: prima est inquan
tum non ambo homines simul formati sunt sicut ani
malia, sed prius masculus, deinde fœmina, alia est in-
quātum vnus de alio est, scilicet fœmina de viro, vtrāq;
habitudinem posuit Apostolus ad designandam inæ-
qualitatem dignitatis: de primo patet prima Timoth.
2. cap. scilicet Adam formatus primū, deinde Eua, &
istud inducit ibi ad signandam inęqualitatem dignita-
tis, scilicet q̄ vir docere debeat mulierē, & præesse ei:
de secunda patet, prima Corinth. 11. cap. scilicet, non
enim vir ex muliere, sed mulier ex viro, ideſt formata
est mulier ex viro, & non econtrario; & hoc similiter
signat ibi inæqualitatem eorum; immo maioritatem
ex parte viri inquantum per hæc probat, q̄ fœmina de-
bet velare caput, vir autem debet habere caput disco-
pertū in Ecclesia quādo orat, quasi illa sit astricta ad
aliquid, a quo vir est liber. Quarto id, quod est propter
alterum est minus dignum illo, cū sit finis melior his,
quæ ad finem, sed fœmina fuit propter virum, vt cū ip-
so compleret generationem, ideo est vir dignior, istā
rationem facit Apostolus prima Corinth. 11. Etenim
non est creatus vir propter mulierem, sed mulier pro-
pter virum, & ex hoc tamquàm ex sufficiēti principio
concludit ibi Apostolus, q̄ fœmina debet velare caput
tamquàm minor, non autem vir. Quinto, quia adiuto-
rium signat bonū quoddā partiale & conferens, & est
propter id, cui est adiutoriū: nam cū adiutoriū dicatur
relatiuè ad alterū, & dicat insuper rationē conferentis
partem necesse est esse minus bonū eo, cui cōfert, sed
fœmina est, vt adiutoriū viri, & ad hoc facta est, vt esset
adiutoriū viro: ergo fœmina est creata propter virū, &
est minor eo; sic patet supra 2. cap. cum dixit Deus: Nō
est bonum hominem esse solū, faciamus ei adiutoriū
simile sibi. Et istud idem signauit Apostolus in verbis
supra positis, scilicet, Vir nō est creatus propter mulie-
rem, sed mulier propter virū. Sexto ſm naturam agēs
nobilius est patiente, vt dicit Arist. lib. 3. de Anima, sed
in specie humana vir est, vt agens, fœmina est vt patiēs,
cum vir habeat vim formatiuā fœtus, fœmina autē ma-
teriā ministret, vt Arist. ostēdit lib. 16. de Animalibus;
ideo necesse est virū esse natura digniorē, & idē est in
omni specie aīaliū, in qbus inuenitur differentia sexus,
est masculus dignior fœmina, sed masculū & fœminā
esse fuit ex natura, & ante peccatū, ideo erat inæquali-
tas dignitatis, & excellentia ex parte viri. Septimo, quia
quod alicui datur, est minus eo cui datur, sed fœmina
ante peccatū fuit data viro, ideo erat excellentior vir
muliere ſm naturam. Patet hoc, quia supra 3. cap. dixit
Adam Deo: Mulier, quam dedisti mihi, dedit mihi, &
comedi; ideo dicendū, q̄ nō est dubiū qn ante peccatū
vir esset dignior fœmina, & ideo aliquo mō p̄sideret.

Cap. 3 tex. 19.

De gen. animalium lib. 1. c. 19. 20. & lib. 2. cap. 4.

Quæſt.757 An mulier ante peccatum eſſet ſubdita viro.

Sed hoc præſuppoſito manet dubiũ, an mulier ante peccatum eſſet ſubdita viro. Aliqui dicunt, quòd ſic, quia fœmina ſecundum naturam erat minor viro in dignitate, & ita erat ei naturaliter ſubdita: ſed q̃ ſecũdum naturam eſt, inuenitur ante peccatum: ideo erat tunc ſubdita, & ita non poſſet dari in pœnam. Ad hoc aliqui diſtinguunt ſicut Magiſter in hiſtoria Scholaſtica, quòd mulier erat ante peccatum ſubdita, & etiam poſt peccatum: ſed prius erat ſubdita amore, nunc verò conditione, & timore. Dicendum, quòd hoc ſatis poteſt teneri pro vero, & tamen non eſt nunc ſufficiens: primò inquantum dicitur, q̃ erat mulier prius ſubdita amore. Nam qui ſubditur amore non eſt ſubditus, ſed ipſe ſe ſubdit, & ita qui maior eſt, poteſt effici ſubditus: quia ſe ex virtute humilitatis ſubdet, ſicut Chriſtus dixit: Qui maior eſt inter vos, fiat miniſter veſter, Matth.20. cap. & ipſe Chriſtus qui ſecundùm naturam maior eſt omnibus, cum ſit Deus, ſubdidit ſe hominibus, vt iudicaretur ab eis: nam exinaniuit atque humiliauit ſeipſum: ad Philip.2.cap. Vnde ſi fœmina ſolum erat viro ſubdita amore, ita poteramus dicere virum ſubditum fœminæ amore, ideſt uirtuoſo amore, & ſic non apparet, an deberemus dicere, quòd vir erat ſubditus fœminæ, vel fœmina viro. Secundo, quia dicitur, quòd nunc eſt fœmina ſubdita viro timore, & tamen aliquæ fœminæ ſunt, quæ ſubduntur amore: quia ipſę ex deſiderio virtutis ſe ſubijciunt, & non timore pœnæ: & ſic non videretur nunc in eis eſſe differentia primi ſtatus, & huius.

Quæſ.758 Opinio aliorum de præſidẽtia Adam, & Euæ in Paradiſo.

Aliqui autem volunt aliter, ſ. q̃ ſecundum naturam erat inter virum, & fœminam inæqualitas dignitatis, & tamen non erat præſidentia aliqua, neque ſubiectio. Nam eſſe aliquid nobilius altero non inducit pœnam alicuius eorum, quia aliàs omnia eſſent cum pœna niſi Deus, qui eſt maior oĩbus, quod eſt falſum: quia beati nullam pœnam habent, & tamen ſunt minores; ideo & ipſi inuicem ſunt inæquales. Sed de præſidentia, & ſubiectione dicunt, q̃ non poteſt eſſe ſine pœna, ideo quòd non fuerit ante peccatum, & ita non eſſet ſubdita Eua Adæ. Dicendum, q̃ videtur, q̃ in Paradiſo nõ eſſet talis ſubiectio mulieris ad virum, qualis nunc eſt: ideo quandiu manſerunt Adam, & Eua ante peccatum, non fuit ibi ſubiectio talis qualis nunc, fuit tamen aliqua præſidentia, & aliqua ſubiectio ibi, & futura erat, etiam ſi homines nunquam peccarent, & illa non erit in Paradiſo cœleſti inter virum, & feminam. Et primum, quòd in Paradiſo non eſſet talis ſubiectio, aut præſidentia, qualis nunc: Hoc patet, quia ſubiectio eſt, vbi eſt principatus, & vbi inuenit̃ principatus propriè, eſt ſubiectio propriè, & quãtò magis ſtrictè inuenitur principatus, tantò magis ſtrictè inuenitur ſubiectio. Sunt autem inter nos multæ communicationes, ſcilicet naturalis, deſpotica œconomica. homogalatica, politica, vt dicit Ariſtot. lib.1. Politi. cap.1. De iſtis communicationibus dicendum, quòd nulla eſſet in Paradiſo, niſi prima, ſcilicet naturalis, ideo non eſſet ibi principatus aliquis, aut ſubiectio, niſi fortè in communicatione naturali inueniatur ſubiectio. Et apparet, quia ſecunda communicatio, quæ eſt deſpotica, quæ eſt domini, & ſerui non eſſet ibi: quia ſeruitus eſt pœna: immo pœnarum maxima, ſed in Paradiſo non eſſet pœna: nam & in maledictionem datur, vt patet ſupra 9. cap. cum dixit Noe: maledictus Chanaam ſeruus erit fratrum ſuorum, & ita fœmina non eſſet ibi ſeruus, quia non eſſet maledicta ante peccatum. Secundo, quia Eua erat vxor & mulier, & tamen licet ſit aliqua ſeruitus, & communicatio deſpotica ſicut nũc eſt inter aliquos, ſaltem non eſſet inter Adam & Euã; quia vt Ariſtot. oſtendit lib.1. Politic. cap.1. mulier ſolum eſt extremum communicationis naturalis: non autem deſpoticæ, quia natura facit vnum ad vnum, & non vnum ad plura: ergo Eua, quæ erat mulier, & vxor Adæ, non eſſet ſeruus eius, & ita non eſſet ibi ſubiectio correſpondens principatui deſpotico. Alia eſt communicatio œconomica, in qua eſt principatus, & ſubiectio, & iſta communicatio non eſſet in Paradiſo. Primo, quia finis œconomicæ communicationis eſt habere diuitias, vt dicitur lib.1. Ethic. ſed ibi nullæ diuitiæ habebantur, & nullę procurabantur, ideo nõ erat talis communicatio. Secundo, quia œconomica communicatio eſt cõpoſita ex naturali, & deſpotica, quia ſunt ibi ſex extrema, ſcilicet pater, filius, vir, vxor, dominus, ſeruus: ſed in Paradiſo non poterat eſſe deſpotica communicatio, quia licet eſſet aliqua ſubiectio, non tamen eſſet ſeruitus, quæ eſt pœna, vt dictũ eſt: ideo neque poſſet eſſe œconomica, quæ eſſentialiter conſtat ex deſpotica, vnde Ariſtot. lib.1. Ethi. cap.1. cum reducere voluit ſex extrema œconomiæ ad pauciſſima extrema reduxit ad tria, ſcilicet virum, mulierem, & ſeruum: & loco ſerui inter pauperes poſuit bouem arotorem, quem dixit pauperibus eſſe loco miniſtri allegando ibi Heſiodum. Tertio, quia cõmunicatio œconomica eſt propter habere abundãtiam rerum neceſſariarum ad vitam: hoc enim dicit Ariſto. lib.8. Ethic. quòd inter maſculum, & fœminam inter homines eſt aliquid vltra id, quod in animalibus: q̃ in animalibus eſt conuentus maris, & fœminæ ſolum ad ſimile rertium derelinquere: in hominibus non ſolum ad hoc, ſed etiam propter communicationem operum, vt ponentes propria ad commune magis abũdent. Et eſt cauſa huius diuerſitas operum: quia non ſunt eadem opera maſculi, & fœminæ; & ideo diuiſim manendo nemo ſibi ſufficeret, coniunctim manendo eſt cõmuniter ambobus ſufficientia, & tamen in Paradiſo non erat aliqua indigentia, ad quam oporteret apponi opera viri, & fœminæ, ideo non erat conueniẽs eſſe talem cõmunicationem. Patet iſtud, quia nunc cibis, & veſtibus indigemus, & cũ difficultate iſta acquirimus. Sed tunc veſtibus non egerent homines, cum neq; habuerint eas ante peccatum, cibis autem vtebantur, & tamen ſine labore aliquis in acquirẽdo eos: quia ſponte tellus omnia germinabat, & Deus dixerat hominĩ. De omni ligno Paradiſi comede. ſupra 2. cap. Ideo nõ eſſet ibi cõicatio aliqua neceſſaria ad acquirẽdum neceſſaria vitæ per cõitatem operum: vnde neq; eſſet ibi principatus œconomicus neq; ſubiectio œconomica.

Quæſt.759 Communicatio homogalatica non fuit in Paradiſo.

Quarta cõmunicatio erat homogalatica, & iſta eſt cognatorum inter ſe, inquantum cõmunicant in quibuſdam inter ſe, in quibus non communicant cũ aliis hominibus: & in iſta cõmunicatione præſidet qui maior, & honorabilior eſt in tota generatione, cæteri autẽ obediunt ei. Sed iſta communicatio non videbatur fu tura in Paradiſo: nam iſta communicatio habet originem ex parua charitate inquantũ homines quaſi nullo amore feruntur in alios homines, niſi eos qui proximi ſunt eis in ſanguine, ſed in Paradiſo eſſet magna charitas inter homines, atque multa cõuerſatio, & ita non eſſet diſtinctio homogalatarũ. Secundò quia iſta communicatio habebat locum diuerſitate habitationis: quia communicatio homogalatica eſt vicalis, ideſt eorum, qui habitãt in vno loco, quia cognati ſolent ſimul habitare dicẽte ſcriptura, iucundum eſſe habitare fratres in vnum. Pſal.132. & ita Ariſto. vocat vicum cõmunicationem iſtam, quæ eſt gratia vſus non diurnalis. lib.1. Polit.c.1. & tñ in Paradiſo nõ eſſet vicus, cũ neq; eſſet domus: q̃ domus eſt pp indigẽtias qualdã, quæ non eſſent in Paradiſo: vbi enim mixtim manerent, nullum certum locum habentes, cum neque domibus vterentur, ideo non diſtinguerentur domus per vicinias, & vicos. Tertio, quia cõicatio homogalatica, ideſt cognatorum eſt, vt hi communicent inter ſe adiuuãdo ſe aduerſus eos, qui impedire voluerint, & habuit hoc locũ ex eo q̃ homines parum ſe diligẽtes, & habentes cauſas iurgiorum, & competitionum interdum contendunt, & aliqui proximi ſunt ſibi ſanguine, quia magis ſe diligunt, magis ſe adiuuant, ſed in Paradiſo vtrunque ſublatum eſſet. Nã ſi homines oẽs multum ſe diligerent, etiam non eſſet ibi aliquid, propter quod inter ſe contenderẽt, cum omnia eſſent cõmunia, & cuilibet eſſet rerum omnium ſufficiẽtia. iõ non contenderent, & ita neq; eſſent cõications illæ homogalicarum, ad præſtandum mutua auxilia. Quare tò, quia dato q̃ in Paradiſo eſſet talis cõicatio, adhuc non eſſet iſta inter virum, & fœminam: quia illa eſt inter viros, qui ſunt de eadem progenie, & principatus, eſt penes antiquiorem vel ſeniorem, vt dicit Ariſt. alij minores obediunt. Inter Adã aũt, & Euã non poterat eſſe talis communicatio principatus, & ſubiectionis.

Erat quinta communicatio politica, & iſta non eſſet in Paradiſo. Primo, quia iſta eſt principaliter propter per ſe ſufficientiam omnium, quæ pertinent ad vitam. lib.1. Politic. & ad hoc oportet aggregari multos, inquantum nullius nunc ſolitarie viuens abundat omnibus, viuentes autem ſimul abundãt, quia adiacet vnicuique particula boni alterius. lib.3. Politic. Sed in Paradiſo quilibet per ſe haberet ſufficientiam omnũ, cum ſponte omnia humus produceret, ideo non eſſet politia. Secundo, quia in omni politia requiritur lex, ſed in Paradiſo non eſſet lex, quia lex poſita eſt peccatori non iuſto. 1. Timoth.1.cap. Ideo neque eſſet ibi politia: legem autem eſſe neceſſariam aſſerit Ariſtot. lib.3. Politic. dicens eſſe ciues eos, qui communicant loco, & lege. Tertio, quia in politia eſt iudex, quem Ariſt. vocat diſtributiuum iuſtitiæ, & dicit in ciuitate diſtributiuum iuſtitiæ, ideſt iudicem eſſe magis neceſſarium pane. lib.3. Politic. ſed in Paradiſo nullus iudex eſſet, cum neque eſſet contentio vlla dirimenda per iudicem, ideo non eſſet ibi politia, & ita neque principatus, & ſubiectio politica. Vnde neque Adam hoc modo præſideret, neq; Eua ſubijceretur. Ex prædictis patet primum, ſ. q̃ Eua non eſſet ſubdita Adæ in Paradiſo eo modo ſubiectionis, quo hic homines mutuo ſubduntur. cum non eſſet ibi communicatio aliqua, & principatus de his, quæ hic ſunt. Secundum erat, quòd fuit aliqua præſidentia inter Adam, & Euam, & etiam futura erat, ſi homines non peccarent.

Quæſt.760 Præſidentia fuit inter Adam, & Euam, & futura erat, ſi homines non peccaſſent.

Aliqui autem intelligunt hoc eſſe, quòd Adam eſſet dignior, & Eua minus nobilis, cum eſſet inæqualitas eorum ſecundum naturam, & tamen Adam nihil haberet Euæ, & ita non eſſet ibi ſubiectio Euæ ad Adã. Et iſtud probant, quia in Paradiſo terreſtri non eſſet alia communicatio, niſi naturalis, propter ſimile tertium derelinquere, ſed in iſta non eſt principatus. Primo, quia nõ eſt in illa niſi vnus actus, qui eſt cõis, ideſt copulatio, ſed imperium, & ſubiectio non eſt niſi vbi eſt diuerſitas operum iubentis, & eius cui iubetur, in omnibus autem alijs cõmunicationibus ſupra nominatis eſt diuerſitas operum, ideo eſt ibi principans, & ſubiectum. Secundo, quia vir, & vxor ad paria iudicantur de iure, ſed vbi eſt paritas non eſt imperium, & ſubiectio, ideo manente in Paradiſo ſola communicatione naturali non erat ibi ſubiectio Euæ, ad Adam. Dicẽdum quòd in Paradiſo maneret aliqua ſubiectio Euæ ad Adam, & fœminarum ad viros ſuos, tamen non eſſet illa pœnalis, neque ſeruilis, quia non eſſet ſubiectio coacta, ſed talis, qualem ratio eſſe iuberet. Et circa hoc conſiderandum eſt, q̃ non eſt omnis ſubiectio pœnalis, aut mala, ſed duo ſunt, quæ faciunt ſubiectionem pœnalẽ: primũ eſt, q̃ ſit coacta, vt quia totaliter eſt ab extrinſeco, & nõ cõſonat interius principiũ motiuum ſubdito imperio principantis, aut ſaltem non ſit ad bonum ſubditi, qñ autem in ſubiectione inueniuntur duo contraria ad hæc, eſt ſubiectio ſine pœna, & miſeria. De primo apparet, vt in ſubiectione paruulorũ, qui inſtruuntur in literis, & primis rudimẽtis, quia hoc eſt eis coactum: nollent. n. vacare literis, ſed ludis; & verberibus trahuntur ad literas. hoc. n. eſt ꝺ̃rium ad f̃m, quia ad bonum ipſorum ſit, q̃ cogantur ad literas per verbera, & non ad bonum principantiũ: tñ ga hoc eſt contra principiũ motiuum in pueris. ſ. ꝺ̃ iudicium, & appetitum, eſt iſta ſubiectio coacta: iudicant. n. malum ſibi eſſe ad literas cogi, & ideo appetũt fugere ocia literarum, & coactionem, qua in literis tenentur. Ideo eruditi in illis cum quadam coactione quædam pœna, & miſeria puerorum eſt, licèt ad bonum ordinetur, ſed ex conditione naturæ inordinatæ accidit, q̃ non poſſit ad bonum duci ſine pœna, & coactione. Secundum apparet in ſeruis: aliquando ſeruus ex virtute vult domino ſeruire non ex coactione, ſed ſponte: & hoc ex virtute, & hoc ſine quia virtuoſus eſt, & vult ſponte agere id, ad quod cogendus eſſet, vel quia prudens eſt, & volens ſibi ipſi bonum facere, vult facere ſponte quod inuitus ageret, ne reddat ſibi grauiorem ſeruiturem, quando fuerit magis inuoluntaria: vtrobique eſt ſponte, & non coactè agere quod iubet principatus: & tamen eſt iſta ſubiectio cum pœna, & miſeria, quia hoc, quod ſeruus ibi agit, non prodeſt ſubdito, ſed principãti, & eo fine illa agere iubetur, vt ſoli principanti proſit, Poſſunt autem aggrauari conditiones iſtarum ſubiectionum per corruptiones plurium circunſtantiarum, & tamen quantũcunque alleuientur ſi manent duo dicta, vel vnum de eis, ſemper eſt ſubiectio pœnalis.

Quæſt 761 Quæ faciũt ſubiectionem ſine pœna.

Si autem ſint duo contraria ad huc in ſubiectione erit illa ſine miſeria, & pœna & hoc erat tertium dictũ, ſicut eſt in ſubiectione, qua Deo ſubditi ſumus tã naturaliter, quàm ſpiritualiter, quàm beatificè: & in ſubiectione, qua ſubduntur partes corporis animæ & partes animæ rationi. De primo apparet, quia omnia entia ſunt Deo ſubdita tanquam rectori, & gubernatori, & ſubdi ei non eſt pœna eis, immo eſt totum bonum eorum, quia per hoc, q̃ ei ſubduntur recipiũt influentia ab eo, f̃m quam continuatur eſſe in eis, & ſi non eſſent ei omnia ſic ſubdita, deſinerent eſſe hoc quod ſunt. Et non ſolum in Deo iſtud apparet, ſed ẽt in ſubiectione naturali corporum inferiorum ſuperioribus ſunt inferiora ſubdita, & agunt ſuperiora in inferiora per motum ea alterando, ſed quòd ea alterent ſic non eſt eis malum, ſed bonum, & illa ſubiectio, quæ eſt quædam ſubordinatio ad ſuperiora eſt, per quam eſt bonum in inferioribus. Vnde dicit Ariſtot. lib.8. Phyſ. cap. 1. quòd motus cœli eſt quædam vita omnibus natura entibus, ſed vita eſt eſſe viuentiũ lib.2. de Anima: ideo motus cœli eſt eſſe inferiorum, & ita eſt totum bonum ipſorum. Similiter & dicimus quando aliquid agit in alterum ad perfectionem eius non pati ipſum alteratum, vt cum laborans ſanatur: cum autem agit aliquid in alterum tranſmutando cũ ab eo quod eſt ſibi conueniens patitur ipſum in quod eſt actio. lib.7. Phyſ. ſed omne alteratum ſubijcitur alteranti, ideo non eſt verum, quòd omnis ſubiectio ſit pœnalis, ſed quædam bona. Similiter eſt de ſubiectione, quando ſubijcimur in eſſe ſpirituali, & gratuito, ſcilicet obſeruantes mãdata eius. Nam licet ſubiectio eſt, quia agimus quod imperatur nobis: tamen melius eſt ſic eſſe & ſponte agere, etiam rem duram imperatam, quàm non ſubijci, quia per ſic ſubijci perficimur in eſſe ſpirituali acquirendo chariſmata magnarum gratiarum, & donorum, quæ non acquiremus ſi non maneremus ſubiecti, & tunc agimus ſponte,

te, quod imperatur, & hoc ipsum quod agimus non est ad vtilitatem, vel bonum imperantis; licet cedat in honorem eius, sed ad bonũ nostrum ordinatur, quia Deus bonorum nostrorum non indiget. Psalm. 15. Et hinc comparatur aliquo modo, secundum Aristot. seruitus naturalis, est enim seruitus duplex naturalis, & de iure gentium, vt ipse innuit lib. primo Politicor. seruitus naturalis est, qua ille, qui non est naturaliter potens se ipsum regere propter defectum prudentiæ subditur alteri, vt ipsum regat, & imperet ei: de iure gentium est seruitus, quæ introducitur per bella, in quibus hostes, qui capiuntur, efficiuntur serui. Accidit autem ibi seruum esse prudentiorem domino, & nõ indigentem gubernatione domini, sed forte è contrario, sicut dicit Hieronymus in Epistola ad Paulinum de Platone, quando captus a piratis effectus est seruus, scilicet, quia Philosophus erat melior emente se ideo seruitus, quæ est de iure gentium est mala, & pœnalis; seruitus autem naturalis non est mala, cum sit ad bonum serui; quia aliàs natura non inclinaret: ideo ipsa in se non est pœnalis, sed ex quadam pœna nascitur, scilicet ex defectu prudentiæ in seruo. Similiter est de subiectione, quia subduntur beati Deo beatificanti, quia nemo negat beatos subditos esse Deo, immo & sacra scriptura asserit eos seruire Deo, & regi a Deo. Sic patet Apocalyp. 7. cap. scilicet, Isti sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni, & dealbauerunt eas, & sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die, ac nocte in templo eius. Et tamẽ certum est, quòd istud dicitur de beatis, quia statim sequitur, & qui sedet super thronum, habitat super illos, non esurient, neque sitient amplius, neque cadet super illos Sol, neq; vllus æstus, quoniam agnus, q in medio throni est, regit illos. Et ita apparet quòd beati dicuntur seruire, & regi, & ita subditi sunt Deo, per quam subiectionem efficiuntur beati, & tamen nihil maius bonum est, quàm beatum effici: non est ergo omnis subiectio pœnalis, cum potius sit quoddam beatificans.

Similiter distinguitur de subiectione.

Quæst. 762 Quomodo corpus animæ subijciatur.

Adhuc est simile de subiectione, qua subditur corpus animæ: nam subditur ei, vt materia formæ, & vt mobile motori, & tamen per hoc quòd mouetur corpus ab anima, & agit ipsa in illud, perficitur ipsum, & est totum bonum eius. Nam quandiu corpus subijcitur animæ, & potest ab ea regi, ipsa vita, quæ est animæ per naturam participatur corpori, vt viuat: cum autem corpus incidit in talem indispositionem, secũdum quam non potest subijci animæ, vt moueat ipsum, vt regat, desinit anima esse in corpore, & illud desinit viuere, quod erat maxima perfectio ei communicabilis: ergo subijci animæ est perfectio corporis, sicut inferioribus subijci corporibus cœlestibus est bonum ipsorum, cum motus cœli sit vita quædam omnibus natura entibus. lib. 8. Physicorum. Et ideo sicut in corpore, ad hoc quòd viuat, oportet moueri ab anima, ita in mundo ad hoc quòd inferiora perficiantur, oportet moueri a cœlo. Sic dicit Aristot. lib. 1. Meteo. Necesse est mundum hunc superioribus continuari lationibus, vt omnis virtus eius inde trahatur. Sic etiam dicitur de subiectione, qua partes animæ subijciuntur rationi: habet enim anima triplices partes potentiales, quædam sunt rationales per essentiam, scilicet intellectus, qui est ipsa ratio: & voluntas, quæ est in parte rationali, scilicet in mente: aliæ sunt partes irrationales per essentiam, sed ratione communicare potentes, vt concupiscibilis, & irascibilis, aliæ sunt irrationales secundum essentiam, & non potentes participare ratione, sicut nutritiua, augmentatiua, & generatiua, vt Aristot. distinguit lib. 1. Ethicorum. Partes autem secundi gradus, cum ratione participauerint, ita quòd actu regantur a ratione, & non moueantur, nisi in id, quod ratio iubet, subduntur ei; cum vero non subduntur rationi, sed per se mouentur, videntur liberæ, sed non est eis hoc bonum, immo quòd rationi subditæ sint, & illa subiectio est pars felicitatis. Quod patet, quia in Paradiso terrestri habebant primi parentes istas vires rationi subditas, & ideo non erubescebant de nuditate, cum non esset aliquid contra rationem surgens, quod esset turpe videri. Per peccatum autem inductum est, quòd vires illæ, vel partes animæ non manerent subditæ rationi, sed per se mouerentur anticipando motum rationis, & resistendo ei. Et ex hoc sequuta est verecundia in peccantibus de nuditate, quæ prius non fuerat. Apparet igitur, q subiectio quædam est bona, & libertas, vel exemptio contraria est mala, cum in pœnam peccati detur, & nõ datur in pœnam nisi malum: ita ergo poterat esse de muliere, quòd subdita esset viro, & illa subiectio non esset pœnalis, sed ad bonum, & non subijci, sic potius esset malum.

Dicendum ergo, quòd in Eua esset quædam subiectio ad Adam, quæ non esset pœnalis, quia essent ibi duæ conditiones contrariæ ad eas, quæ positæ sunt supra quæstio. 760. scilicet, non esset coacta, & non ad bonum Adam imperantis, sed Euæ, aut saltem ad bonum amborum, & quod plus est in eo, quod Adam imperaret Euæ, non esset difficultas, aut labor aliquis exequendo, & istud esset, inquantum inter Adam, & Euam esset communicatio aliqua in actibus, qui differrent: si autem nulla omnino communicatio esset inter eos, neque esset principatus, neque subiectio. Et esset istud circa ea, quæ pertinent ad communicationem naturalem, scilicet propter simile tertium derelinquere, quę habet duo copulare, scilicet ad generandum, & fœtus genitos educare, quousque sunt ipsi potentes seipsos alere, & circa vtrũque esset aliquis modus imperij, & subiectionis.

Quæst. 763 Qualis fuerit in Para diso subiectio Euæ ad Adam.

De primo, scilicet de copulatione patet, quia Deus non dederat mandatum Adæ, & Euæ, de certo tempore copulationis, sed per rationem determinandum erat ab eis, & quia neque natura determinabat eos ad certum tempus, sola ratione diffiniendum erat, & esset ad hoc libertas, sed non accidit duos homines semper concordare in eodem volito, etiam si ambo rationi regantur, ideo in eis, quæ pendent ex arbitrio, necesse est dari vnum, a quo dependeat determinatio aliorum, quia aliàs nunquàm esset concordare, nisi per accidens, & ob hoc debebat Eua stare determinationi Adæ circa hoc. Et staret de facto, scilicet, q̃ cum Adam iuberet copulandum, obediret, vel assentiret Eua, & vbi ille iuberet, & quotiens, & ita de aliis circunstantijs, & hoc iuberet Adam, quia erat vir, & caput mulieris, & magis intelligens, & sicut ratio præest naturaliter alijs partibus animæ potentibus communicare ratione, ita & Adam Euæ; quia licet ambo in ratione vtentes essent, tamen quia Adam excellebat in ratione, erat Adam respectu Euæ, vt ipsa ratio foret essentiam, Eua autem vt pars animæ ratione participans, & ideo regulanda etiam, quia Adam erat, vt agens circa hoc, & Eua vt recipiens: ideo non poterat esse principium motus, & imperium, secundum naturam ex fœmina, sed ex viro. Secundum erat educatio liberorum, & verum est, quòd ista non esset difficilis in Paradiso, sicut nunc propter miserias, & pœnalitates natorum, esset tamen aliquis actus in educatione, quia paruuli nati non possent statim se alere, cum neque haberent operationes corporis perfectas, & circa hoc aliquid vir imperaret fœminæ, cum filij essent communes, educatio autem magis ad illam pertineret, fieret tamen per arbitrium viri, & quid

De equalitate & cum Eua, quæ est prima subiectio Euæ.

quid alterum esset, quòd concerneret hæc duo, vel aliquam communitatem actionum, illud per virum, tanquàm per maiorem, & caput ordinaretur, & fœmina obediret in illo.

Quod præ dicta nõ essent causa male subiectionis.

Sed de his dicendum, quòd non faciebant subiectionem malam, aut pœnalem: primò, quia non erat ibi coactio, sed mulier sua sponte mouebatur ad faciendum id, quod vir præcipiebat, & non erat ei difficultas, aut pœna aliqua in faciendo. Secundò, quia hoc ipsum quòd præcipiebat vir vxori, non erat propter bonum viri tantum, sed propter bonum mulieris, vel saltem propter bonum commune amborum, & ita talis subiectio non erat pœnalis, aut mala; & talem esse in Paradiso terrestri non erat inconueniens, immo necesse erat poni, cum oporteret ibi dari aliquam communitatem operum viri, & mulieris.

Quæst. 764. Dicta ratione in oppositum 758. 760.

Nunc est respondendum ad duo, quæ obijciebantur ostendendo, quòd non esset subiectio aliqua in Paradiso. Erat primum, quòd ibi solum esset communicatio naturalis: istud concedimus, quia aliæ quatuor communicationes non poterant ibi esse, vt ostẽsum est supra quæstio. 758. & quæstio. 759. Cum vero obijcitur, quòd ibi non potest esse imperium, & subiectio, negatur: immo est. Et quando dicitur, quòd est ibi vnitas actus; concedendum, & in vnitate actus non est diuersitas principantis, & subditi, cum alius sit actus subditi alius principantis, & tamen in communicatione naturali non est vnicus actus, sed multi: est verum, quòd actus copulationis est vnicus, in quo nõ est principari, & subditum esse, sed ad istum actum pẽcedunt multi alij, in quibus differt: & ideo est imperare, & subijci: nam præcedit determinatio, an fiat copulatio, & quando, & vbi, & quotiens; & ad hoc necesse est diffiniri per vnum, & alterum obedire ei, vel assentire diffinitioni eius. Sed obijcietur, quòd ad hoc non sit necessarium esse principantem, & subiectum, quia in pecoribus est naturalis communicatio propter simile tertium derelinquere, & tamen non est ibi aliqua distinctio subditi, & principantis. Dicendum, q̃ eadem communicatio naturalis est inter pecora ad inuicem, propter simile tertium derelinquere, & inter masculum, & fœminam in hominibus, & tamen propter diuersitatem naturæ hominum ad pecora, oportet aliter illam inuenire, quantum ad aliquid in hominibus, quàm in pecoribus. Primò, quia cum pecora rationem non habeant, non habent imperium, & subiectionem, ideo in actu copulationis solo appetitu feruntur, qui appetitus sequitur quandam naturalem æstimationem de bono, & conuenienti pro tunc: sed neque ista æstimatio, & appetitus sufficiunt ad imperandum, neque ad obediendum, ideo nunquàm in pecoribus erit copula, nisi incidente eodem desiderio ambobus pro eodem loco, & tempore, & si vnum pecus appetens copulari, non imperat alteri obedire, & assentire copulæ, non est quasi copulatio non conueniat, sed quia neque vnum sufficit imperare, neque alterum obedire. In omnibus est ratio, & cum insurrexerit appetitus ille de copulatione, consequens æstimationem, potest illud alteri reuelare, & sic poterit ibi esse assensus, & hoc erit poni principantem, & subditum; quia si is qui maior est hoc desiderat, imperabit illud minori, & minor assentiet quãdo, & vbi, & quotiens hoc fiat. Secundò patet hoc, quia si nõ daretur in his principans, & subiectum, nõ posset in hominibus fieri vnquàm copulatio: nam cum insurgit vni indiuiduo appetitus ad copulam, si non possit alteri indiuiduo illam imperare, non obediret alterum sibi, quia fortassis non inesset tunc sibi idem appetitus, & è contrario quando aliud indiuiduum appeteret, & non istud, refugeret istud copulam: vnde nunquàm sequetur. Ad hoc ergo quòd fieret copulatio necesse fuit, quòd daretur vni indiuiduo principatus, & alteri subiectio, & vni indiuiduo inexistente appetitu copulationis, siue ex ratione, siue ex naturali existimatione, alterum indiuiduum, licet non idem pro tunc appeteret, obediret, & ita sequeretur copulatio. Nam & nunc ita est, quòd vnum indiuiduum alteri imperat circa hoc in hominibus.

Quæst. 765 Probãs impersũ fuisse in Paradiso.

Tertiò, quia non est maior ordinatio actuum humanorum nunc secundum rationem, quàm in Paradiso terrestri futura erat, sed potius valde minor, & tamen nunc est regula a Deo data, secundum quam circa copulam vnum indiuiduum alteri imperet, & illud imperanti obediat, quę ponitur ab Apostolo. 1. Corin. 7. cap. de qua dicetur magis sequenti quæst. & hoc datum est a Deo, tanquàm ad rationem pertinens in hominibus, ideo in Paradiso terrestri vbi esset plenissima obseruatio rationis, potius inueniretur istud quòd esset indiuiduum imperans copulam, & aliud obediens. In brutis non est istud, quia Deus non dat illis legem. 1. ad Corinth. 9. cap. scilicet, Non est Deo cura de bobus, scilicet dando legem eis, sed solis hominibus, & hoc quia boues, & cætera bruta non sunt capacia legis, cum rationem non habeant. Quartò, quia necesse est poni differentiã in copula hominum, & pecorum: nam hoc quod est copulari ex naturæ motiuo ad procreationem similium, est naturale tam hominibus, q̃ cæteris animalibus, & etiam educare fœtus inde natos commune est vtrisque, sed copulatio, & copulationis modus nõ est idem, neque etiam idem nomen. Nam in hominibus copulatio maris, & fœminæ, ad quam natura mouet, vocatur matrimonium, sed in animalibus non inuenit hoc nomẽ, sicut patet instituta de iure naturali, & gentium in principio, s. Ius naturale est, quod natura oĩa animalia docuit. Nam ius istud non solum humani generis propriũ est, sed oĩum animalĩũ, quæ in cœlo, & in terra, & in mari nascuntur. Hinc descẽdit maris, & fœminæ coniunctio, quam nos matrimonium appellamus. Hinc liberorum procreatio, & educatio; videmus enim cætera animalia istius iuris peritia censeri. Et ita matrimonium non dixit esse, nisi in hominibus: & tamẽ dixit illud esse, ad quod natura inclinat. Differẽtia autẽ nominis est propter differentiam excellẽtiæ naturæ, quia licet ad idẽ inclinet natura res diuersas, inclinat singulas non eodẽ modo, sed singulas pro capacitate sua, sicut & in bonũ oĩa inclinantur lib. 1. Ethic. Bonum est quod oĩa appetunt. & tamẽ natura humana per inclinationẽ boni mouetur in beatitudinẽ, quia eius capax est. Pecora autẽ nõ mouẽtur in beatitudinẽ, sed in bonum quoddam particulare, quia non est capax beatitudinis; sic dicitur lib. 2. Ethic. q̃ nemo bouẽ beatificabit, i. beatũ asseret. Similiter est quantũ ad partes aĩaliũ, nã in hoĩe anteriorẽ partẽ capitis faciẽ vocamus, aut vultum: in aĩalibus autẽ non est hoc nomẽ, quia non est dignum sic noĩari in eis, licet sit quædam pars anterior capitis, & hoc ga nobilior illa pars est in hoĩe, q̃ in brutis: sic dicit Arist. lib. 1. de Aĩalibus, s. Illud vero quod est inferius sub tura capitis dr facies: & non est rectum, vt nomine tur hęc pars facies in aliquo animalium, præter q̃ in hoĩe. Sic igitur est de naturali copulatione ad procreationẽ, quia illa in hoĩbus vocabitur matrimonium, in animalibus aũt non, quia dignius se habẽt hoĩes secundũ naturæ motiuum ad illa, q̃ aĩalia: ideo inter homines circa copulationes est imperans, & subiectum, in aĩalibus autem non. Quintò, quia in hominibus habet se vnus ad vnam, & vna ad vnum s̃m illam naturalẽ inclinationẽ, quam vocamus matrimonium: in aĩalibus non est sic, quia nõ est naturæ inclinatio vnius ad vnũ: sed cuiuslibet ad quodlibet suæ speciei, ideo erit aliqs

Cap. 2.

Cap. 8.

ordo

ordo inter duo indiuidua, quæ copulantur in hominibus, quàm inter omnia animalia eiusdē speciei in brutis: vnde nō erit imperium,& subiectio ad copulam in animalibus,& erit in hominibus. Sextò patet aliqualiter ex verbis, & actibus Dei, quando formata est Eua: nam dedit eam Deus viro,supra 2.& 3.cap.Et non fuit datus vir mulieri,quia mulier est propter virum,& nō vir propter mulierem,vt dicit Apostolus. 1.ad Corin. 11. cap. Et tamen fuit data ad procreationem liberorum,supra 2.cap. ſ. Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi, i.adiutorium ad generandum: ergo cum Eua daretur Adæ ad generandi officium, & non Adam Euæ, Adam in actibus ordinatis ad generationem imperaret, & Eua obediret.Septimò,quia quando Deus adduxit mulierem ad Adam, offerendo ei illam dixit Adam; Hæc nunc os de ossibus meis,& caro de carne mea: Propter hāc dimittet homo, patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ,supra 2.cap.Dixit autem,quòd vir adhæreret vxori,& non quòd vxor adhæreret viro; ideo principium copulationis, & imperium erat ex parte viri, obedire autem esset ex parte fœminæ. Octauò,quia in Paradiso terrestri non esset copula, totaliter ex eodem motiuo, ex quo hic:nam hic insurgente appetitu, stimulatur homo vehementer ad copulam; ideo posset hic prouideri,etiam si non esset imperans,& subditum; licet non sit bene, neque sufficienter, scilicet per hoc ꝙ aliquādo viro, & fœminæ insurgeret idem appetitus, & tunc copularentur, sicut pecora, in quibus non est imperare,& subijci; & tamen in Paradiso nō esset sic, quia appetitus nunquàm suggereret, nisi rōne iubente, quia ibi partes inferiores animæ obedirent rationi, & nunquàm præuenirent illam in motu,vt ostensum fuit supra,loquendo de cōcupiscentia.Ideo nunquàm hoc modo copularentur,quasi insurgēte appetitu ambobus. Necesse igitur erat per rationem imperari copulam, & tamen impossibile erat quòd ambo, idest masculus,& fœmina simul imperarent pro eadem re, quia non possent sibi ipsis imperare, ergo vnus alteri secundum rationem imperaret,& alius secundum rationem obediret, sed si imperium cōcedatur; certum est quòd esset viri, qui erat naturali ratione præstantior:ergo vir imperaret ibi circa copulam. Nonò,quia daretur pœna in Paradiso,si nō esset principans, & subditum circa copulam: cum enim ratio dictaret in viro copulandum esse,surgeret statim appetitus,qui est cōcupiscentia venereorum:natura etiam ista esset in Paradiso, cum concupiscibilis sit vis naturalis hominis, si autem mulier non obediret circa copulam, esset pœna viro, cum iam appeteret aliquid, quod non assequeretur, sed in Paradiso nulla pœna esse poterat, ideo fœmina statim obediret. Si autem dicatur quòd eadem ratione fœmina imperaret viro circa hoc, ne sequeretur in ea pœna insurgente appetitu, dicendum quòd non est simile,de quo dicetur sequenti quæstio.

Respondetur secūdæ rōni quæſt. ſup.760.

Erat secunda ratio posita supra quæst.760.quòd vir & vxor ad paria iudicantur, & vbi est paritas non est imperium,& subiectio; concedendum ꝙ vbi est simpliciter paritas,nō est imperium,quia par in parem nō habet imperium, sed negandū est simpliciter esse paritatem inter coniuges;in aliquo enim est disparitas,siue accipiatur secundum statum istum, siue secūdum statum Paradisi:nam secundum istum statum dicitur. 1.ad Corinth.14.cap.ꝙ mulieres subditæ sint,sicut lex præcipit, & ꝙ mulier non debet docere. 1.Tim.2.cap. secundum statum Paradisi,& istum dicitur. 1.Cor.11. ꝙ vir est caput mulieris,& ēt ꝙ mulier propter virum formata est,& nō vir propter mulierem.Secundò apparet hoc, quia cū dicitur ꝙ de iure vir,& vxor ad paria iudicantur,intelligitur de statu presenti,quia iura nihil introduxerunt de statu Paradisi, cum ille non maneat,& tamen non est æqualitas inter virum,& vxorē, sed potius in omnibus est inæqualitas,nisi in petitione debiti,quia æqualiter tenetur vir reddere debitū vxori perenti, sicut & vxor viro. 1.Corinth.7.cap. In cæteris vir imperat,fœmina obedit. Et ideo dicendū,ꝙ equalitas introducta est de iure astringēte homines pro isto statu, non autem pro statu Paradisi, & sic posset esse ibi imperium ex parte viri, & obedientia ex parte fœminæ. Cum autem dicitur.1.Corinth.7.cap. Vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier, & mulier non habet potestatem corporis sui,sed vir. Dicendum ꝙ est lex de matrimonio nūc obligans,per Deum pro isto statu introducta, & per Apostolū declarata, in statu autem illo nō esset sic, cum lex per Apostolum declarata tunc non esset,neque obligaret,& ideo poterat vir iubere, & fœmina obedire.

Sed circa hoc cōsiderandum est,ꝙ prolis educatio, & procreatio de iure naturali sunt tam in hominibus, q̄ in animalibus,vt dictum est supra quæst.755. Et etiā in Paradiso,q̄ hic manet semp. Quòd sit de iure naturali,quia sicut natura est eadem hominum hic,& in Paradiso,ita & naturalis æstimatio,& naturalis appetitus est idem,sed ius naturale pertinet ad quandam regulā,quæ est in aīalibus secundum naturalem estimationem, qua aliquid bonum, & conueniens sibi iudicant,ideo & ius naturale manet idē. Sed executio copulæ ad procreationem liberorū differunt tripliciter, quia aliter in aīalibus, aliter in hoībus,secundum quēcunq; statū Paradisi terrestris; aliter ī statum istum. De aīalibus dicēdum, ꝙ non est inter ea imperans, & imperatum ad copulam, ēt non est inter ea habitudo vnius ad vnū, sed cuiuslibet ad quodlibet in eadē specie,ambo aūt sunt in hoībus per contrariū. De primo patet,qa imperans,& imperatū nō sunt,nisi vbi est rō, & iō quod nō habet rationem nulli imperat, ēt quod non habet rationem nō obedit, cū nō intelligat imperiū, licet pōt moueri a regēte, vel imperāte motu executiuo,quemadmodum homo rōne vtēs nō præcipit aliqd bestijs,qa nō possunt percipere qd iubeatur:pōt tñ eas mouere ad id, ad quod voluerit. Et ob hoc necesse est,ꝙ copula inter pecora non sit, nisi apperente vtroq; pro eodem loco,& tpe. Nā cū vnū pecus non imperet alteri,& ad copulā, oporteat in eodē actu cōuenire, necesse est ꝙ fiat solū appetente vtroq; idē, & hoc cōtingit sæpe in aīalibus,ideo sæpe illa copulātur. Sed etiā necesse est sæpe impediri copulā, quia āliqñ masculus appetit,fœmina aūt id non appetit, iō cum masculus nō possit imperare fœminę,non fit copula: similiter interdū fœmina illud appetit, nō appetit aūt masculus, sed nō pōt ei suadere, vt faciat quod nō appetit,ideo intermittitur copula pro tūc,cum aūtē accidit ambos,simul idem appetere,fit copula. Secūdū erat ꝙ nō est ibi habitudo vnius ad vnū,sed cuiuslibet ad quodlibet aīal eiusdē speciei, & ideo indifferenter permiscētur aīalia, & nō seruāt aliquam rationem aptinētiæ, sed miscetur aliquādo pater filiæ, & filius matri, neq; potest aliud fieri, quia cum nō sit ibi ratio,nō est cognitio attinentiæ,ideo neq; sunt aliqua iura attinētiæ,neq; obseruatio illorum. In hoībus vtrūque est cōtrario. Primū, quia ibi est imperās, & imperatum circa copulā: nam homo est rōnis capax,& rōne vtēs, ideo ibi est imperans proprie dictum,& obediēs, quia duo requirūtur ad imperare, ſ.ratione vti, & minus esse, & ambo ad obedire alia duo, ſ.rōne vti, & minus esse, & ambo sunt in hoībus, quia in quolibet indiuiduo humano est ratione vti, similiter est inæqualitas,quia masculus est naturaliter dignior fœmina, in pecoribus autem inuenitur alterum ipsorū, ſ. inæqualitas, cum masculus in quacūque specie sit fœmina dignior, sicut agens patiente.

tiente.lib.3.de Anima. sed non aliud,scilicet vti ratione,ideo nullum est imperans,& nullum obediēs. Sed modus principandi non est nunc distinctus, sed indifferenter masculo,& fœminæ datus, & hoc quia vt dicitur 1.Corinth.7.cap.Vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier, & mulier non habet potestatem corporis sui,sed vir,scilicet circa copulam: quicunque eam ab altero petierit, tenetur alius ei respondere, & hoc est, quia ista res cadit sub debito, & debitum non potest iuste negari.Sic dicit Apostolus ibidem: Vxori vir debitū reddat, similiter vxor viro; & postea dicit, Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex consensu ad tēpus, vt orationi vacetis, & quia in hac re æqualiter vir est debitor vxori, & vxor viro, æqualiter tenetur ille reddere debitum mulieri, & illa viro. Sed differt in hoc, quia mulier semper est soluendo, vir autem non est semper soluendo,quia fœminę est solum recipere, & pati, & ad hoc semper est disposita, viri autem est agere, & emittere,ad quod non est semper illie potēs, & quia impossibilium non est obligatio, mulier semper tenetur viro reddere debitum,quia semper debet, & semper est soluendo, virautem non est debitor pro omni tempore, quia non potest semper esse soluēdo, sed manet semper debitum habitualiter,actualiter vero tunc debet, & obligatur,quando petitur, & est soluendo. Et quantum ad hoc,quia indifferenter potest vir petere a fœmina, & fœmina a viro,vterque est imperans,& obediens. Nam cum fœmina debitum petit,illa est imperans, & vir obediens, quia statim tenetur vir reddere, cum autem vir petit debitum, est ille imperans,& illa obediēs, quia respondet cum debito. Et licet videatur totaliter in viro,& fœmina æqualitas quantum ad hoc, tamen adhuc manet aliquod imperium penes virum,quia licet non potest denegare debitum,quia esset fraudare mulierem iure suo,quod est contra Apostolum. 1.Corinth.7.cap.potest tamen sibi determinare locum, scilicet vt eligat alium locū, & non illum,in quo illa petit, etiā potest eligere aliud tempus, dum tamen parum differat solutionem,quia aliàs faceret vxori periculum castitatis,& non quando vir petiuerit a muliere,non potest illa eligere locum, neque tempus, sed vbi ille elegerit, tenetur illa reddere, nisi sit aliàs locus vetitus: de tēpore idem est quòd ipsa stabit electioni viri; ista enim manent semper viro,tāquam maiori,& rectori, cum in omnibus sit maior,nisi in mutuo debito,dum tamen ipsum reddat,ꝙ hoc vel illo modo liberum ei est,quia istud computatur inter cętera, in quibus vir, & vxor non vt pares iudicantur.

Quæſt.768 Differētia imperans, & imperatum, sequitur ꝙ non sit difficile imperij circ. copulari eos, inter quos copula est licita, sicut in animalibus, quia quandocunque vni placuerit, sequitur copula, cum vterque possit alteri imperare,iuxta modum supra positum, & in animalibus non fiet copula, nisi cum ambobus simul placuerit. Et fuit ita necessarium in hominibus, quia aliàs esset inconueniens, in bestijs autem non est inconueniēs: primo propter incontinentiam,quia cum vnum indiuiduum id appetit si aliud ei non responderet, quæreretur alius concubitus illegitimus, & hoc est valde inconueniens, immo ista est causa præcipua, propter quam matrimonium nunc est saltem inter Christianos, sicut dixit Apostolus. 1.Corinth. 7.cap. scilicet, Vnusquisq; vxorem suā habeat, & vnaquęque virum suum propter fornicationem,scilicet vitādam, & subditur eodem cap. Melius est nubere quàm vri; iō vt vitetur fornicatio, debet statim vterque coniugum alteri perenti debitum reddere,sic dicitur eodem cap.Quòd vir debitum reddat vxori, & vxor viro, & quòd non se fraudent, nisi ad tempus ex consensu,vt orationi vacent. In pecoribus autem non est incontinentia, cum sit concubitus cuiuslibet ad quodlibet, & etiam non est lex aliqua illis data,ita vt possit aliquid illis imputari in peccatum: ideo non est inconueniēs, ꝙ non copuletur vnum indiuiduum alteri statim, vt illud desiderat. Secundò, quia concubitus prodest ad procreationem prolis, & ad hoc solum naturaliter ordinatur, ideo inquantum multiplicatio prolis est magis,aut minus intēta, tanto debet magis,aut minus dari aptitudo,& promptitudo copulæ,per quam procreatio sequitur, sed in hominibus, quanto est species dignior, est magis intenta procreatio, & multiplicatio; cum soli homines capiant Deum,& efficiantur per ipsum fęlices: ideo ibi debet dari promptitudo ad copulam legitimam, scilicet ꝙ quandocunque voluerunt indiuiduum vnum, statim habeat concupiscentia, sed in animalibus non est tam necessaria multiplicatio,ideo non est inconueniens,si non sit ibi tanta promptitudo copulæ. Tertiò,quia id quod ex vna parte in animalibus, ex alia parte ampliatur & in hominibus è contrario, scilicet non potest vnum animal copulari cum alio animali eiusdē speciei,nisi ambobus id appetentibus,& ex hac parte impeditur copula, & tamen potest cū quolibet alio eiusdem speciei,& ita licet unum non appetat id pro eodē tempore,appetet illud aliud animal, ideo facile erit copulari.In hominibus per contrarium ampliatur promptitudo copulæ inter coniuges, inquantum quandocūque unus petierit, alius tenetur reddere, & arctatur ex alia parte, quia non licet homini copulari cuicunque indiuiduo speciei eius, ideſt cum quacunque fœmina, sed inter coniuges solum est legitimus concubitus. Quartò, quia in animalibus parū impeditur copula per hoc,quia ambo idem appetere debeant: nam in omnibus fere animalibus sunt determinata tēpora amoris sui,non enim omni tempore mouentur indifferenter ad copulam, sed quodam determinato tēpore,& non alijs temporibus, & eo tempore oēs fęmellę ardent in venerea,& oēs masculi,& quęlibet fęmella patitur quemcunq; masculum, cum pari ardore incitentur,& sic promptum est cuilibet masculo copulari,& cuilibet fęmellæ,& non impedietur procreatio prolis,licet non fiat copulatio,nisi vtroq; eādem rē appetente.In hominibus autem nō est tempus determinatum ad copulam, sicut in animalibus, sed omni tpe æqualiter cōmiscētur. Ideo ratio debuit in eis supplere,quod natura non habet.In animalibus erit naturale incētiuum determinatum ad tempus loco imperij, in hominibus autē vbi non est determinatio tpis ad copulam,ratio supplebit diffiniēdo tps,& hoc non poterit eē,nisi per imperium, ideo vnus cōiugum imperat alteri,& hoc indifferēter, ſ.qui anticipat petere imperat ei,a quo petit,vt supra dictū est. Secunda differētia erat hoīum,& animalium, ꝙ in animalibus nō est habitudo vnius ad vnum,& ēt non seruantur aliqua iura attinētię,in hominibus aūt vtrumq; est.De primo patet, quia ista habitudo vocatur matrimonium,& inuenitur in solis hominibus,qñ masculus, & fœmina non impediti ad contrahendum contrahunt sub intentione perpetuo permanendi. De quo matrimonio,an sit solū vnius ad vnā,vel possit esse simul vnius ad plures, dicetur lib.1.Regum 1.& 8.& Matth. 19.cap. & an recipiat diuortium,vel repudium, & de alijs dubijs circa hoc:sed quomodocūque accipiatur matrimonium secundum variam consuetudinem gentium, semper consistit in quadam certa habitudine viri ad vxorem, ita ꝙ non sit vir indeterminatus ad hanc, & ad quamlibet, sed ad mulierem certam habitudinem habeat, secundum quam teneatur ei, & ipsa illi ad coniugale debitum, quod ad nullam aliam legitimè facere potest

test ad quam nõ habet vir istam habitudinem. In animalibus non potest istud esse, quia non possunt esse iura, vel debitum ad aliquid faciẽdum, vbi non potest cognosci debitum illud, sed in animalibus non est ratio, secundum quam cognoscant se posse obligari ad aliquid, ideo neque possunt obligari, vnde neque natura dedit eis inclinationem vnius ad vnum, cum neque dederit cognitionem, per quam cognoscãt quomodo sit bonum, & debitum vnum copulari vni tantum, ideo est in eis procreatio prolis, sed non est matrimonium. In nobis autem est procreatio prolis ex coniunctione maris, & fœminæ, quæ vocatur matrimonium. Secundò, in animalibus non est obseruatio attinentiarum, sicut in hominibus, & istud fit, quia ibi est habitudo originis, vt vnum animal nascatur ex alio, & ideo vocamus patrem, & filium in animalibus, sicut in hominibus, sed alia nomina attinentiarum in eis non ponimus, vt dicamus esse consanguinitatem, & consanguinitatis gradus. Non enim sunt ista iura in animalibus, neque obseruantur: nam vbi sunt istæ attinentiæ, est quoddam ius earum, & est reuerentia quædam, qua sibi tenentur, ne mutuo reuelent turpitudinem, vbi non est attinentia, non est debitum reuerẽtiæ ad non reuelandum turpitudinem: in bestijs non possunt esse istę attinentiæ, quia non possunt cognosci: sola enim ratio cognoscit hoc: ideo in brutis, quibus natura non dedit distinctam cognitionem horum, non constituit iura attinentiarum; frustra enim esset poni attinentias, immo inordinatum, cum deberet seruari reuerentia quædam, quæ tamen seruari non poterat, cum non possint pecora cognoscere quid sint ista iura, & se teneri ad illa, immo neque cognoscuntur illa pecora, ad quæ esset ista habitudo. Est enim leuis cognitio, & labilis valde in pecoribus, nam a principio mater cognoscit filium, & filius matrem, procedente autem tempore desinit cognoscere, & cum deberet proficere cognitio per tempus, potius aboletur, & signum huius est, quia ita postea mater sæuit in filium, & nocet ei, sicut extraneo, & filius matri. Causa huius est, quia natura inseruit cognitionem illam, propter necessitatem educationis, quia si mater non cognosceret a se natum, non aleret, non foueret, non blandiretur, & quia fœtus adhuc tener non potest se ipsum alere, debuit natura dare cognitionẽ matri de filio, vt ipsum educet, & filio de matre, vt eam sequatur, quia aliàs non fieret educatio. Finita autem educatione, desinit mater agnoscere filium, & filius matrem, ideo neque postea ille eam sequitur, neque illa ei miseretur, sed ita inter se pugnant, & ad inuicem nocent sibi, sicut ea quæ in nullo sibi attinent. Ex quo apparet, quòd non fit ex alio, nisi quia desinunt habere mutuam cognitionem, ideo cognitio illa non fuit, nisi ex quadam prouidentia naturæ, propter necessitatem educationis, cum tunc cesset, quãdo cessat educatio, nam si aliter se haberet ista cognitio, necesse erat, quòd procedente tempore magis se agnoscerent, cum per assuetudinem, & tempus confirmetur cognitio, & tamen tunc deletur. Etiam est aliud ex hoc secutum, scilicet quòd in animalibus patres non agnoscunt filios, & filij non agnoscunt patres, sed solæ matres agnoscunt filios, & agnoscuntur ab eis, & est ad hoc causa duplex. Prima, quia non cohabitant mares fœmellis in animalibus, cum non sit ibi matrimonium, & ideo non possunt scire, qui sunt filij eorum, etiam si ratione vterentur, sicut homines, qui non cohabitant mulieribus, scilicet, qui non sunt coniugati, gignunt aliquos quos nesciunt esse filios, magis ergo animalia hoc ignorabunt. Secunda est, quia non conferunt ad educationem: nam vt dictum est, matres cognoscunt filios aliquanto tempore, & cognoscuntur ab eis, scilicet tempore educationis, qua finita desinunt se cognoscere: ergo inter illa animalia, quæ non faciunt ad educationem, non constituit natura agnitionem, sed sic est, quòd patres non conferunt communiter ad educationem in animalibus, ideo neque filios agnoscunt, neque ab eis agnoscuntur. Ex quo apparet, quòd non possunt esse iura attinentiæ consanguinitatis, & affinitatis inter animalia. De affinitate certum est, quia affinitas causatur propter vinculum matrimonij, sed inter pecora non est matrimonium, ideo non potest cautari affinitas. De consanguinitate causa certa est, quia non possunt esse iura ista in illis, quæ non possunt ea agnoscere, sed animalia non solum nõ agnoscunt iura hæc; immo neque se mutuo agnoscunt, cum neque mater cognoscat filium, nisi tempore educationis, ideo non potest esse attinentia cognationis, in animalibus, & sic nullam reuerentiam mutuo seruant, sed mater cõmiscetur filio, & pater filiæ, in hominibus est cognitio personarum, & iurium istorum, ideo ibi possunt esse istæ attinentiæ, & seruari reuerentia, quæ eas consequitur.

Quæst. 170. Differentia imperij ex copula, & status innocentiæ, & præsenti.

Nunc supereſt dicendum, quomodo differat inter ſtatum iſtum, & ſtatum Paradiſi terreſtris, quantum ad præcipiendum ſuper copula, & dicendũ quòd hoc eſt commune tam hic, quàm ibi, quòd non fiat copula legitima ſine imperio, quia aliàs ſequerentur incon uenientia, ſicut ſupra oſtendimus, ſed differt in hoc, quia hic æqualiter imperat vterque, ſicut ſupra dictum eſt, quia vir non habet poteſtatem corporis ſui, ſed mulier, & mulier non habet poteſtatem corporis ſui, ſed vir, in Paradiſo autem terreſtri, ſolus vir imperaret ad copulam, iubens copulandum eſſe, & quando, & vbi, & ſecundum alias circunſtantias, & hoc fieret in omni matrimonio. Nam lex iſta, quæ dat vtrique æquam facultatem, eſt modò obligans, ſed in Paradiſo non eſſet. Prima, & quaſi totalis cauſa huius eſt, quia matrimonium nũc eſt principaliter propter fornicationem vitandam, ſicut Apoſtolus dixit. 1. Corin. 7. Vnuſquiſque vxorem ſuam habeat propter fornicationem, ſcilicet vitandam, & dicitur, quòd vir vxori debitum reddat, & vxor viro, ſi autem ſolus vir præciperet copulandum, inſurgente concupiſcentia in fœmina, non eſſet ei remedium ad illam extinguendam, & tamen matrimonium datur in remedium pro vtroque, cum expreſſe dicat ibi Apoſtolus, Vnaquæque virum ſuum habeat propter fornicationem, ſcilicet vitandam. Ergo licere debet fœminæ præcipere ſuper copula, ſicut, & viro, potiſſimè cum fragilior ſit illa, & minus ſe continere potens in deſiderijs ſuis. In Paradiſo autem non eſſet inconuenientia aliqua, neque timor fornicationis, quia ibi non inſurgeret concupiſcentia contra rationem, neque eam vnquàm præueniret, & ita non eſſet tentatio carnis, ideo manebat locus rationi, & non erat neceſſe præuideri contra periculum, vbi periculum nullum erat, hic autem quia eſt tentatio carnis, & incontinentia, occurrendum eſt, & hoc fit concedendo fœminæ, quòd imperet ſuper copula, exigendo debitum, ſicut ab ea exigitur. Secunda cauſa eſt, quia in Paradiſo cum eſſet natura humana totaliter ordinata, & non præueniret ibi concupiſcentia rationem, nunquam eſſet appetitus venereorum, quouſque ratio iuberet copulandum, ideo non eſſet ibi pœna homini diu abſtinere a copula, hic vero tam bonis, quàm malis, grauis pœna eſt diu abſtinere, niſi quis frigidus naturaliter ſit, aut impotens, & ſi nunquam ratio iuberet copulandum, nunquam inſurgeret deſiderium: ideo copula in Paradiſo fieret imperante ratione, non vigente deſiderio, & tamen non poterant ambo imperare,

perare, quia differt inter imperantem, & ſubditum. Ideo alter tantum imperaret copulandum, ſed imperium pertinet ad digniorem, & ille erat vir, ideo ille imperaret ſemper copulam. Tertia cauſa, quia vt dictum eſt, ibi moueret ratio ad copulam non appetitus, ideo ad illum imperare copulam pertineret, qui magis poſſet dici ratio, ſed licet ambo vterentur ratione magis vir, qui in ea erat principalior, ideo reſpectu fœminæ, ille erat ratio, & illa erat appetitus, & ſic Auguſtinum, & alij in applicationibus, quas faciunt in ſenſu miſtico, dicunt virum rationem ſuperiorem, & fœminam dicunt ſenſualitatem, ideo ad virum, qui principaliter eſt ratio, pertinebat imperare tam copulam, quàm cætera. Quarta, quia vir, & fœmina in omnibus ſunt nunc inæquales, niſi in actu coniugali, & hoc factum eſt ad prouidendum contra incontinentiam, in cæteris autem, quia non eſt incontinentia aliqua, manet vir, vt principans, ſed in Paradiſo terreſtri non poterat eſſe incõtinentia aliqua, ideo ibi vir in omnibus imperaret, in quibus ambo communicarent. Quinta, quia nunc eſt matrimonium principaliter ad vitandam fornicationem, propter incontinentiam noſtram, in Paradiſo autem ſolum eſſet ad procreationem liberorum, cum non eſſet ibi concupiſcentia mouens, ſed ad hoc non oportebat quòd ambo imperarent, ſed vnus tantum, quia ad occurrendum incontinentiæ, & appetitui, oportet ſæpe copulari, & concedi imperium, vel electionem ad hoc tam viro, quàm fœminæ, ad prolem autem procreandum non oportet ſæpe copulari, ideo ſatis erat quòd vnus tantum eorum copulam imperaret. Sexta, quia præter rationes præcedentes, ſi vnus eorum tantum copulam imperare deberet, expediret, quòd vir hoc faceret, & non fœmina, quia vir melius hoc imperaret, quia ſciret quomodo erat ad hoc potens, & aptus quàm fœmina, quæ hoc neſciret: nam in Paradiſo non eſſet ſemper vir aptus ad exercendum venerea, ſicut neque nunc, quia ad illa exiguntur tria ſimul, calor, ſpiritus, ſemen, vt ſupra declarauimus, quæ non ſunt ſemper in nobis, ita neque eſſent ſemper in hominibus in Paradiſo, cum eorum corpora diſponerentur naturaliter, & gigneretur ibi ſemen ex alimento, ſicut hic, ideo contingeret aliquando eſſe ſemen, ſpiritum, & calorem, & aliquando non. Etiam dato, quòd eſſet ſemen, non ſemper eſſet illud diſpoſitum, aut conueniens ad emiſſionem, ſcilicet non ſufficienter decoctum, & ideo non eſſet tunc vtilis copulatio, ſed hæc melius poſſet de ſe vir ſcire, quàm mulier de ipſo, mulier autem ſemper parata eſt, quia ſolum ſuſcipit, ideo debuit ſaltem propter hoc relinqui viro, quòd ipſe imperaret copulam, & non mulier.

Quæſt. 171. An ſubiectio mulieris ad viros, quæ nũc eſt talis, fuiſſet in Paradiſo.

Sed adhuc dicetur, quòd poterat eſſe copula, imperante tam fœmina, quàm viro, vt ſicut nunc vtrique licet petere ab altero debitum, quia paſſio ſurgit in eis concupiſcentiæ, ita & tunc liceret vtrique ab altero petere, vel ei imperare iubente ratione, nunc in vno, nunc in alio. Secundò, quia aliàs ſequeretur inconueniens, quod inducebatur ſupra quæſtio. 745. ſcilicet ſi ratio diceret copulandum eſſe in viro, ſequeretur ſtatim appetitus, & ſi non obediret mulier ad copulam, eſſet iam pœna quædam in non implendo appetitum, & idem eſſet de fœmina, ſi in ea ratio diſſniret copulandum eſſe: nam ſtatim ſequeretur appetitus, & ſi non obediret vir ſtatim ei iubenti copulam, eſſet pœna in non implendo deſiderium. Dicẽdum, quòd ſolus vir debuit imperare, & nunquàm fœmina: nam in Paradiſo erat imperium ad copulam per ſolam rationem, & tamen ratio magis ſe habet ad virum, quàm ad fœminam, ideo ſolus vir debuit

Quæſt. 172. An ſubiectio mulieris ad viros, quæ nũc eſt talis, fuiſſet in Paradiſo.

Dicebatur vlterius, quòd non eſt nunc talis ſubiectio Euæ ad Adam, & generaliter omnis vxoris ad virum, qualis in Paradiſo terreſtri erat, & fuiſſet, ſi ibi homines permanerent, & ob hoc dicitur ſub viri poteſtate eris, quia aliàs non poneretur Euæ in pœnam ſi futurum erat, vt conditio in Paradiſo ſecundum naturam. Sed aliquis dicet, quòd iſta ſubiectio mulieris ad virum, quæ nunc eſt; futura erat in Paradiſo, ſi ibi manerent homines, & non eſt inconueniens, quòd ponatur nunc, vt pœna: licet non ſit verè pœna, ſed naturæ conditio: quia ita factum eſt de ſerpente, in cuius maledictione poſita ſunt multa, quæ omnia ponuntur per modum pœnæ: & tamen nihil ipſorum eſt pœna, ſed omnia ſunt conditio naturæ ſerpentis, ita de Eua fieri poterat. Dicendum, quòd non poteſt ſtare, ideo omnia, quæ ponuntur in maledictione Euæ ſunt verè pœnæ, & nihil poſitum in maledictione ſerpentis, eſt pœna. Primo, quia ſerpens non eſt capax pœnæ, quia pœna non poteſt eſſe, niſi pro peccato, & tamen ſerpens non poteſt peccare, ideo neque poteſt puniri, mulier autem poteſt peccare, & verè peccauit, ideo potuit ei dari vera pœna. Secundò, quia id, quod dicebatur de ſerpente, licet non eſſet verè ei pœna, mulier putabat eſſe uerè pœnam, vt ſupra oſtendimus, & ita proderat illa maledictio ſerpentis, ſed id, quod in maledictione mulieris dicebatur non proderat, ſi non eſſent ueræ pœnæ, quia non dicebatur in ſatisfactione ſerpentis, ſicut mala contra ſerpentem fuerunt prænunciata in fauorem mulieris, cum ſerpens hoc non intelligeret, ideo oportebat eſſe ueras pœnas. Sed aliquis dicet ad hoc quòd ea, quæ contra mulierem dicebantur uera erant, & non oportebat in eis aliquem falli, & tamen iſta eadem eſſent in Paradiſo, ideo non eſſent nunc ueræ pœnæ, ſed conditiones naturæ prænunciatæ mulieri, ſicut fuerunt prænunciatæ de ſerpente,

te tanquàm mala quædam ea, quæ erant conditio naturæ eius. Dicendum, ꝙ hoc non ſtat: primò, quia iſta, ꝙ nunc prænunciantur mulieri, ſi vera ſunt, mala ſunt, & tñ in Paradiſo non poterat eſſe aliquod malũ, qa oẽ malũ eſt pœnale propter peccatũ, & ibi cum non eſſet peccatũ, neq; erat pœna cõſequens peccatũ. Secundo, quia nõ proderat hoc prænunciare mulieri: ipſa enim nouerat conditionẽ ſuã, quia aliquandiu manſerat in Paradiſo, & ibi experiebatur conditionẽ naturalẽ ſuã, ſciret ergo qualis erat ante peccatũ, & an hoc idẽ quod prænunciabatur ſibi, prius haberet, ſi illud haberet nõ prodeſſet prænunciatio, ſi non haberet illud, eſſet vera pœna id, quod prænunciabatur, & nõ conditio naturæ, ideo non eſt idem de ſerpente, & muliere, & ſic quod de ſerpente dicebatur erat naturæ conditio, licet in modum pœnæ diceretur, quod verò de muliere non erat conditio naturæ, ſed pœna.

Queſt. 773 Deciſio q̃ſtionis ſuperioris.

Redeundo ergo ad iam incepta dicemus, ꝙ tam ſubiectio Euæ ad Adam, quàm cætera prænunciata erat pœna quædam, & ideo non fuerat, neque futura erat in Paradiſo terreſtri, ſi ibi homines permanerent. Primò patet, quia in ſubiectione mulieris ad virũ eſt nunc pœnalitas quædam, quia cum difficultate, & labore exhibet viro obſequia, quæ ad eam pertinent, & tamen in Paradiſo nulla pœna eſſet, ideo neq; iſta ſubiectio. Secundò, quia nũc ſunt multi modi cõmunicationum, ſ. quinque, de quibus Ariſt. lib. 1. Polit. cap. 1. & in qualibet cõmunicatione cum ſit diuerſitas operum eſt principans, & ſubiectũ, in nulla tamen cõicatione, præeſt fœmina, cum mulieri non permittat Apoſtolus præſidere viro, neque docere. 1. Timoth. 2. cap. ſed iubet ſubditas eſſe mulieres, & tacere. 1. Corint. 14. cap. & ita in qualibet harum cõmunicationum ſubijcitur mulier, cum inueniatur ipſa, vt extremũ in qualibet, niſi in deſpotica: ergo habet nunc mulier multas ſubiectiones, & non haberet illas in Paradiſo terreſtri, quia non eſſet ibi aliqua de illis quinq; cõicationibus, niſi naturalis, vt oſtenſum eſt ſupra quæſt. 758. & 759. Tertiò patet, quia iſta ſubiectio, quam Deus prædixit nunc mulieri, erat magna, & dura, quæ licet non eſſet ſeruitus, quæ eſt maxima ſubiectionum, declinaret tñ aliqualiter ad illã, & patet quia dixit illi Deus, ſub viri poteſtate eris, hic autem plus ſignat, quam ſubijci, qa aliquis ſubijcitur, vt regendus ab eo ſecundum rationem, & non eſt ſub poteſtate eius cũ liberum ſit ei eẽ ſub eo, vel non eſſe, & tamen quandiu ſub eo eſt, oportet ab eo regi. Etiã aliquis ſubijcitur alteri, & neceſſe eſt ſubijci illi, & tamen ille, cui ſubijcitur nõ dicitur habere eum ſub ſua poteſtate, quia iſte modus loquendi ſignat arbitrium, ſ. ꝙ imperans faciat quod voluerit de imperato. Quartò, quia adhuc grauior conditio huius ſubiectionis ſignatur in alio verbo, cum dicitur; Et ipſe dominabitur tui, dominatio eſt grauiſſimus principatus, ſicur ſeruitus eſt peſſima oĩum ſubiectionum, & tamen dixit Deus, & ipſe dominabitur tui, ideo grauem præſidentiam dedit viro ſuper fœminam, & magnam ſubiectionem impoſuit mulieri, ſed certũ eſt, ꝙ iſta non eſſent in Paradiſo terreſtri, cum non poſſent eſſe ſine pœna, ideo additus eſt gradus ſubiectionis ſuper mulierem, & pœnam peccati.

Queſt. 774 An mulier fragilior ſit effecta ob pœnã ſibi a Deo dictam, dicendo, ſub viri poteſtate eris.

Aliqui autem dicunt, ꝙ per iſtam maledictionem, ſcilicet, ſub viri poteſtate eris, immutatæ fuerunt vires mulieris, ita vt fragilior efficeretur viro, vt poſſet vir ei imperare, & eam de facto comprimere cum opus eſſet, & ad hoc præſupponunt ꝙ vir, & fœmina a principio formati ſunt æquales viribus, & ita non poſſet vir ſubijcere fœminam, licet vellet, poſt peccatum ipſa effecta eſt infirmior robore, vt tactum eſt ſupra 3. cap. quæſt. 18. Sed dicendum, ꝙ iſtud non ſtat, quia non eſt veriſimile, ſed pertinet ad inſanias quorũdam ludæorum, qui etiam aſſerũt Solem, & Lunam fuiſſe a principio æquales lumine, & Lunam inuidiſſe, & peccaſſe, ideo a Deo lumine diminutam, & ita talia non ſunt ſuſcipiẽda, quia ſunt ſine cauſa dicta, immo contra cauſam. Secundò, Deus non murat naturam propter peccatum, ſed ſic eſt ꝙ eſt naturale fœminæ eſſe infirmiorem viro, & generaliter nunc inuenitur, ideo non mutaſſet Deus illud: nam ſi dicas ꝙ contrarium erat naturale, ſ. fœminam, & virum eſſe æquales robore, illud Deus non mutaſſet, cum neque in diabolo, qui grauius peccauit, ſint naturalia mutata, vt dicit Dionyſius lib. de diui. nom. cap. 4. & tamen illud non eſt nunc, ergo non fuit vnq̃ naturale, & tamẽ ea conditio corporalis, in qua formati ſunt Adam, & Eua, erat naturalis ſpeciei humanæ, i. eam dederat Deus pro tota ſpecie: ergo non formauit eos æquales robore, cũ non ſit naturale eos ſic ſe habere. Tertiò patet efficacius, qa hoc cõicat cum brutis in eo quod eſt eſſe animal, & iõ quantum ad ea, quę corporis ſunt, concordat in plurimis, ſed generale eſt in omnibus animalibus, vbi eſt diſtinctio maris, & fœminę, ꝙ maſculus ſit robuſtior, & præſtantior: ergo & in ſpecie humana hoc inueniretur eſſe, ſed animalia nõ fuerunt maledicta, cum nõ peccauerint, & manet in eis omne, quod eis aliquãdo fuit naturale, & ita naturale fuit eis ſemper maſculos eſſe robuſtiores, & hoc nunc etiam in hominibus inuenitur, ideo ſemp in eis fuit, ſicut in aliis animalibus, & ita non fuit mutatum robur propter peccatũ. Quatò quia hoc eſt cõtra rationem: nam ad robur corporis conſequuntur quędam alię diſpoſitiones qualitatiuę, quę repugnant conceptioni, ſunt enim maſculus, & fœmina, vt perfectum, & imperfectum, actus, & potentia, ideo maſculus eſt, vt agens in generatione, fœmina autem vt patiens, & hoc prouenit ex differentia caloris, maſculus propter ſufficientem calorem decoquit ſperma ſufficienter, vt ſit album, & ſpumoſum, & aliqualiter ſpiſſum, & tale ſperma eſt actiuum: fœmina autẽ propter imperfectum calorem, cũ aliqualiter digerat ſanguinem, qui eſt materia cõceptus nõ coquit illum ſufficiẽter, iõ in commixtione ad ſperma virile perficitur, per illud deducẽdo ad eam perfectionẽ, quã habere non potuit per calorẽ fœminę. Et ita oportet fieri, qa aliàs ſi ſemẽ fœminę eẽt perfectum, ſicut ſemẽ maris vtrunq; eẽt actiuum, & neutrum eẽt formabile, neque materia fœtus, quia neutrum poſſet ab altero pati, iõ natura debuit conſtituere talẽ inęqualitatem, ſ. vt vnum eẽt perfectũ, & alterum perfectibile per illud, & tñ hoc nõ potuit eẽ, ſi eẽt ęqualis calor maſculi, & fœminę, quia ęqualiter digereret, & decoquerent ſperma, ideo debuit eſſe inęqualis calor, vnde hoc eſt gñale, ꝙ calidiſſima fœminarum, eſt frigidior frigidiſſimo viro.

Et tamen ex differentia caloris prouenit differentia in corporibus tam quantum ad figurationẽ, & latitudinẽ quarundam partiũ, q̃ ad ſoliditatẽ earum, ſi aũ daretur ꝙ corpora eorum naturaliter eſſent ęqualiter robuſta, eẽt calor ęqualis, aut principium idem, & maximè hoc ad calorem pertinet, ideo non debuit fœmina naturaliter eſſe ęqualiter robuſta viro, quia per hoc repugnaretur conditioni neceſſarię ad concipiendum, & tamen Deus formauit Euam ad concipiendum diſpoſitam, cum fuerit data viro in adiutorium ſimile ei, ſupra 2. cap. ergo nõ fuit Eua formata ęqualiter robuſta, vt Adam. Quintò, quia ſi fuiſſet ęqualiter robuſta, & per peccatum robur eius mutaretur, fuiſſet hoc prænunciatum inter pœnas, quia iſta erat de pœnis grauiſſimis, & maxime manifeſta, quia mulier ſtatim ſentiret in ſe iſtam mutationem ante cęteras, quę prænunciata ſunt, ſed hoc non fuit dictum in maledictione mulieris, ergo nihil tale factum fuit.

Dicendum

Quæſt. 775. Quid verè determinate pp illam maledictionẽ ſub viri poteſtate eris

Dicendum autem eſt quid venerit determinatè nomine iſtius maledictionis. ſ. Sub viri poteſtate eris. Eſt intelligendum, ꝙ cum aliqua ſubiectio eſſet fœminæ ad virum in Paradiſo, & illa eſſet naturalis, ꝙ illa etiam nunc maneat, & vltra illam ſit addita ſubiectio aliqua, quæ ſit pœnalis, cùm in pœnã ſit prænunciata ſubiectio: erat autem in Paradiſo ſubiectio, qua fœmina obediret viro circa communicationem naturalem in diffiniendo de copula, vt ſupra oſtenſum eſt: nunc verò licèt tam vir quàm fœmina diffiniant, quòd vterque hoc ab alio exigit velut debitum, tamen manet adhuc viro præcipere, & diffinire aliquid circa hoc. ſ. tempus, dum tamen non multum differat, & locum, & ſi quas alias circunſtantias res iſta habet, dum tamen diffinitio viri non ſit in præiudicium ſolutionis debiti. Sed vltra hoc ſunt alia nunc, quæ non erant prius, quæ pertinent ad iſtam ſubiectionem. Primum eſt, ꝙ negat mulieri gradus honoris ſuper virum, aut viro æqualis, & hoc apparet in doctrina, quia non permittitur mulieri docere, ideſt neque doceat viros, neque fœminas. 1. Thimo. 2. cap. Docere autem mulieri nõ permitto. Secundum eſt, quòd fœmina non poteſt loqui in Eccleſia quærendo aliquid, neque in publico inter viros, ſed ſoli viri, vnde fœminæ non conueniunt ad actus publicos, neque habent voces in congregationibus, & prouenit iſtud ex pœna ſubiectionis, quæ nunc eſt data fœminæ ad virum, ſic dicit Apoſtolus. 1. Corint. 14. Mulieres in Eccleſijs taceant, nõ enim permittitur eis loqui, ſed ſubditas eſſe, ſicut lex dicit, ſi quid autem diſcere voluerint domi viros ſuos interrogent: lex autem, iubet mulierem ſubditam eſſe, ideſt ſub viri poteſtate eſſe, ſupra 3. cap. vbi ponitur maledictio mulieris, nam liber iſte Geneſis vocatur liber legis cum alijs quatuor ſequentibus. Ex hoc autem prouenit, quòd in nullis congregationibus publicis mulieres vocem habeant, nam ſi haberent, iam eſſent viris æquales, ſed Deus in pœnam non ſolum voluit, quòd non eſſet maior, immo quòd non eſſet æqualis, ſed minor, ideo nõ debent habere vocem in congregatione publica, & hoc apud omnes gentes inuenitur, niſi fortè ſint aliqui Bárbari, qui ratione non vtantur, nam iſti in multis peccant. De Athenienſibus dicitur, quòd quõdã ita ſe haberent. ſ. quòd tam fœminæ, quàm viri conuenirent in publicas conſultationes, & habebant vocem in rebus publicis æqualiter cum viris, vnde quia plures fuerunt fœminæ, quàm viri, ideſt vna ſuperfuit, & omnes fœminæ vota contulerunt in Mineruam, viri autem in Neptunum, ceſſit Mineruæ poteſtas nominan di vrbem, & nominata eſt Athenæ ex nomine eius, & tamen poſtea agente Neptuno fœminæ Athenienſes tripliciter punitæ ſunt, & vna pœnarum fuit, quòd de cætero vota non poſſent dare in publicis negocijs ſic dicit Marcus Varro, & Auguſt. lib. 18. de ciui. Dei. c. 9. & ita nũc nulla gens, quæ ratione regatur, habet quòd fœminę publicis conſultationibus interſint, cum neq; in aliquo negotio publico, & gubernatione vocem habeant. Tertium eſt, quòd viri dominentur mulieribꝰ, non quidem dominatione, quę eſt ad ſeruum, ſed dominatione, quæ eſt in gubernando qualiter placuerit, & eſt medium inter principatum deſpoticum, qui eſt domini ad ſeruos, & principatum politicum, qui eſt rectoris ad partes politiæ, & vocatur large dominatio, & hoc colligitur ex verbis Apoſt. 1. Tim. 2. cap. Docere autem mulieri non permitto, ſed neque dominari in virum. Inquantum dicitur neque dominari in virũ intelligitur negatiuè, ꝙ mulier non dominetur viro, ſed etiam affirmatiue, quòd vir dominetur mulieri: nã ambo, quæ poſuit ibi negatiuè, poſuit alibi affirmatiuè. ſ. quòd vir doceat mulierem, & quòd habeat eam ſibi ſubditam. 1. Corinth. 14. cap. ſcilicet

mulieribus nõ permittitur loqui, ſed ſubditas eas eſſe, ſicut ſcriptura dicit: ſi quid autem diſcere voluerint, domi viros ſuos interrogent: etiam patet, quòd ſub ijs verbis aſtrinxit Deus mulierem, dicens: ſub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tibi. Quartum eſt, ꝙ vir poſſit punire fœminam verberando eam, quando oportuerit, quod fœmina non habet ſuper virum quantumcunque ille malus, & iniuſtus ſit.

Queſt. 776. Magna eſt mulieris ſubiectio ad virum.

Conſiderandum autem, quòd magna ſubiectio fœminæ ſignata fuit ad virum in ijs verbis maledictionis: & primo cùm dicitur ſub viri poteſtate eris: nam plus ſignificatur, quàm ſimplex ſubiectio: aliquis enim ſubijcitur alteri, & non dicitur ille habere eum ſub ſua poteſtate, quia magis ſignat iſte modus loquẽdi, nam quicumque ab alio regitur per modum iuriſdictionis eſt illi ſubiectus, ſed qui iuriſdictionem habet, non dicitur ſub ſua poteſtate habere omnes illos, in quos iuriſdictionem exercet. Cauſa eſt, quia omnis principatus habet vim coercendi ſubditum in aliquo, ſed non coercent omnes æqualiter, quanto aũt principatus habet maiorem vim coercẽdi ex conditione ſua, tãto dr̃ principans magis habere ſubditos ſub poteſtate ſua, quanto minus coercet, minus dr̃ habere ſub ſua poteſtate. Sunt autem maximè diſtantes principatus politicus, & principatus dominatiuus, vel deſpoticus, eſt politicus principatus quem exercet rector politicè ſuper ciues, qui ſunt partes politiæ, eſt dominatiuus, vel deſpoticus principatus, quem exercet dominus ſuper ſeruos: medij autem ſunt inter hos principatus, paternus ad filios, & principatus œconomicus, qui eſt viri ad vxorem, & ad cæteros, qui ſunt partes eiuſdem œconomiæ.

De imperio politico.

In primo principatu, qui eſt politicus eſt minima poteſtas, & maxima libertas, nam rector imperat ciuibus, non tamen ſicut vult, ſed ſolum ſicut legibus politicis ſancitum eſt, & ita ille non habet libertatem iubẽdi cum aſtringatur legi, & ideo non dñatur, & ciues qui reguntur liberi ſunt, quia non obediunt homini, ſed legi, & homo nõ imperat eis niſi vt miniſter legis, eſſet aũt quidam modus dominij ſi ille haberet poteſtatem iubendi ad arbitrium ſuum. Et ideo talis rector non dicitur habere ſub ſua poteſtate eos, quos regit, quia licèt ſuper eos poteſtatem exerceat non eſt illa poteſtas ſua, ſed legis, ideo non ſunt illi ſub poteſtate ſua, ſed ſub poteſtate legis, & hoc reddit ſubditos liberos, quia non ſunt ſub homine, ſed ſub recta lege; nemo autem dedignatur legi ſubijci, quia lex nõ eſt niſi quædam ratio ſcripta, quæ non eſt alicuius hominis, ideo legem omnes veneramur, quia regulãdo nos relinquet nos liberos. Sed adhuc cum iſta libertate ſubditorum manet ratio principatus, quia rector politiæ poteſtatem quandam exercet, & obediunt ei ciues, atque poteſtatem coercitiuam habet contra nolentes, licèt ſit illa poteſtas legis, quia tamen lex mortua eſt, & non habet exercitium, ille agit in virtute legis, vt miniſter eius, & quia hoc non licèt cuilibet, ſed ei ſoli, in quem legitime iſta poteſtas transfunditur, dicitur ille princeps, & non alij. Eſt tamen iſte principatus minimus, quia nõ inuenitur alius principatus, qui minus habeat de ratione principatus, quia nullus alius minus poteſt coercere, quam iſte, & nullus habet minorem libertatem iubendi, & ob hoc Ariſt. lib. 5. Ethico. dicit iuſtum politicum eſſe iuſtum ſimpliciter: iuſtum autem paternum, & iuſtum dñatiuum non dicit ſimpr̃ iuſtum, ſed cum additione paterni & dñatiui, quæ additio vel diſtrahit vel ſaltem diminuit de ratione iuſti.

Quæſt. 777 De principatu deſpotico.

Alius extremus principatus erat dominatiuus, & iſte eſt maxime habens de principatu, quia maxime coercet, & habet ſummam libertatem in iubẽdo: non enim iubet ſecũdũ legem, ſed quicquid iubet, hoc eſt

lex, & potest coercere per inflictionem quarumcunq; pœnarum siue subsit causa inferendi, siue non, quia satis est causa sufficiens, quòd sit iubens dominus eius, cui pœnas infert. Iste autem dicitur maximè sub potestate sua habere eos, quibus principatur, & illi non solum sunt sub potestate domini, sed etiam vocantur pecunia eius iuxta modū loquēdi sacræ scripturæ: Exod. 21. cap. vel iuxta modum loquendi Aristo. & sapientū, nā seruus est homo simpliciter alterius existens. lib. 1. Politic. est etiam possessio domini, & organum eius animatum, vt dicitur lib. 8. Ethic. & lib. 2. Politic. cap. 2. nemo igitur magis potest esse in potestate alterius q̄ seruus in potestate domini, cum non solum sit ei subditus, sed sit possessio sua, vt deducit ibidem Aristo. Et ideo in principatu dominatiuo minime est iustum, nā nō est proprie iustum, nisi inter eos, inter quos est lex: in politicis autē lex est, per quam rector iubet ciui, & non potest aliter iubere, ideo inter rectorem, & ciuē subditum est iustum, & hoc est iustū politicum, quod est iustum simpliciter, sed domini ad seruum nulla lex est, immo facit dominus de seruo quicquid vult, sicut de possessione sua, & non facit ei iniustum, quicquid in eum commiserit. Vnde etiam si dominus occideret seruum, non erat reus legis, sic Deus statuit inter hebræos, quòd si dominus virga percuteret seruū, vel ancillam, si non morerentur in manibus eius, sed superuiuerent vno die dominus essēt immunis à pœna. Exo. 21. cap. Sunt autem alij principatus medij. s. paternus, qui est patris ad filios, & æconomicus, qui est viri ad vxorem, & ad omnes de æconomia. Isti duo sunt magis habentes de ratione principatus, & coertione & potestate libera iubēdi, quàm principatus politicus, & minus, quàm principatus dominatiuus: in principatu enim dominatiuo subditus est seruus: in principatu autem paterno, & æconomico viri ad vxorem subditi sunt liberi: etiam non potest exercere in eos quamcunque coertionem, & potestatem, sicut dominus in seruos, & ideo non accedunt isti principatus ad tam strictam rationem principatus, sicut dominatiuus. Isti tamen habent magis de ratione principatus, quàm principatus politicus, quia in illo nō potest principans imperare, nisi per legem: in ijs autem imperat principans ad arbitriū suum, cum non sit lex secundum quàm vir regat vxorem, sed ipse vir est lex, & quicquid ei videbitur iubendum vxori hoc rectum est, vt iubeat: similiter autem patris ad filios non est lex, vt hæc aut illa faciat pater erga filios, & nō alia, sed ipse pater est lex, & quod ei videtur agendum, hoc rectum est agi, & nulla lex exigit de eo vltionē, si secus egerit, sicut rector politiæ legi subditur, per quam agit erga ciues, vt aliter agere non possit, & si aliter agendū putauerit, est lex, per quam de rectore vindicta sumīt, sicut de alijs. In duobus principatibus nominatis rector non habet legem, per quam regat, quæ sit ei ab alio constituta, sed ipse sibi est lex, vel ipse legem constituit, sicut dicit Arist. lib. 1. Politic. cap. 1. omnis enim domus regitur à senissimo, & allegat ibi in testimonium dictum Homeri. s. & hoc est, quod dicit Homerus: leges statuit vnusquisque pueris, & vxoribus, ideſt vnusquisque statuit leges pro vxoribus suis, & pro filijs, per quos regat eos, ac si dicat non est alia lex, nisi quam ipse statuerit, & vocat pueros filios, iste est modus loquendi sacræ scripturæ, & maxime apud veteres poetas, nam ipse Homerus ita loqui consuetus est, & allegat verbum eius Aristo. lib. 7. Ethico. cap. 1. scilicet, quēadmodum de Hectore Homerus fecit dicentem Priamum quoniam valde erat bonus, neque videbatur viri mortalis puer existere, sed Dei, & ita vocauit eum puerum viri mortalis, ideſt filium. Ob hoc autem in principatu primo, scilicet, politico est iustū

In quo differant principatus Politicus Despoticus, Oeconomicus.

simpliciter tam inter subditos, quàm inter ciues, & rectorem: in principatu autem paterno, & æconomico ad vxorem non est iustum simpliciter, neque iustū politicum, nam simpliciter iustū est politicum iustū, & vbi non potest esse politicum iustum, non est simpliciter iustum, sed aliquid iusti, vel simile iusto. Sic dicit Aristo. lib. 5. Ethic. 11. cap. Dominatiuum autem iustum, & paternum non idem ijs sed simile, ideſt iustum dominatiuum. s. in principatu dominatiuo, & iustum in principatu paterno, non est idem iustum cū iusto politico, quod est iustum simpliciter.

Quæst. 7?8 Differunt Ius Paternū, & æconomicum a Politico, & despotico, ratione mulie-

Sed considerandum, quòd licèt tam paternum, q̄ æconomicum ad vxorem sint media inter politicum, & dominatiuum, tamen non sunt simpliciter æqualia, sed magis accedit paternum iustum ad dominatium, & recedit magis à politico: æconomicum autē ad vxorem magis accedit ad politicū quam paternū, & magis recedit à dominatiuo, quàm paternū. Contra quod tamen aliquis arguet: primò, quia vxor ad virum, & filius ad patrem sunt in eadem communicatione. s. in æconomica, in qua ponimus sex extrema, & tamen eiusdem communicationis sunt eadem iura, ideo idem ius erit paternum, & maritale, cùm vxor, & filius sint partes eiusdem æconomiæ, & ita necesse est vocari vtrumque iustum æconomicum, quod vnum est. Secundò patet, quia quod plus est videntur esse expresse leges eædem ex sententia Aristo. lib. 1. Politicorum. cap. 1. scilicet, Omnis domus regitur à senissimo, & vocat domum ipsam congregationem æconomicam, & apertius hoc dicit allegando dictum Homeri, scilicet, leges statuit vnus quisque pueris, & vxoribus, ideſt filijs & vxori. Dicendum verum esse, quod præsupponebatur, scilicet non esse omnino idem, neque æquale iustum paternum, & æconomicum, quod est viri ad vxorē, habent quidem ambo inter se quandam similitudinem proximiorem, quàm cætera iusta cum politicum, & dominatiuum sint extrema, ista autem duo sint media inter illa: verumtamen non sunt æqualia, quia magis de iusto inuenitur in æconomico ad vxorem, quàm in paterno. Et patet primo, quia inter patrem & filium quasi nullum iustum est, quia hominis ad partem suam, vel membrum non est iustū sed filius est pars patris, ideo patris ad filium non est iustum. Primum patet, quia iustum, & iniustum sunt respectu eorundem sicut sanum, & ægrum, ideo vbi non potest esse iniustum, non potest esse iustum, sed patris ad filium nunquam est iniustum, quia pater nō vult nocere filio, quia est pars eius; & sicut hominis ad se ipsum non est iustum, neque iniustum, vt ostenditur lib. 5. Ethic. ita neque hoīs ad filium: ideo iustū paternū est quasi nullū iustū, vel parū habēs de iusto simp̄r, quod est iustū politicū: de vxore nō est, quia nō est sic, quia non est, vt pars viri, sed distincta a viro, ideo nō est tam paucum de iusto ad illam sicut ad filium, & ita appropinquabit ad iustum paternū. Secundò, quia plura tenetur obseruare vir ad vxorem, q̄ ad filium, quia filium regit, sicut vult, nō autem vxorem, ideo minus de iusto est ad filios, q̄ ad vxorem. Tertiò, quia hoc, q̄ dī de iusto paterno intelligitur ad filium parum, qui adhuc manet sub disciplina patris, & reputatur, vt pars eius: ad filium autem magnum, qui non manet in domo patris, sed accepit vxorem, vel trāsiuit ad aliquem statū, non est iustum paternum, sed iustum simp̄r, q̄ est politicū: cū igitur p̄ parū, & magnū fiat differētia iusti paterni a politico ad filium, qui interdū est parvus sicut infans, & interdū adultus, & habens vxorem, erit aliqñ iustum paternū, & aliqñ non paternum, sed politicum: vxor tamen semper est magna, quia nō tumit in vxorem, nisi quæ est in pubertate, ideo ad illam non erit tale ius, quale ad paruum filiū, sed aliquid quod accedat

Prima ratio.

Secunda.

Tertia.

Quarta ratio.

cedat magis ad simpliciter iustum. Quartò patet, quia neque vir, & vxor, neque pater, & filius sunt tales, inter quos possit esse iustum simpliciter, & tamen vir, & vxor minus distant ab eis, inter quos potest esse simpliciter iustum, quàm pater, & filius: ergo paternum iustum, quod est inter patrem, & filium, est minus iustum, quàm æconomicum, quod est viri ad vxorem. Et patet hoc, quia illi dicuntur esse extrema iusti politici, quod est iustum simpliciter, inter quos lex esse potest: lex autem esse potest inter æquales, & non inter inæquales, ideo simpliciter est iustum inter illos, quorum quilibet habet se æqualiter cum alio ad esse principem, vel esse subiectum, ideo qui ita principatur q̄ possit subijci in eadem politia, & qui ita subijcitur q̄ possit principari, est extremum iusti politici, & in tali politia inter rectorem, & subditum est simpliciter iustum, quia ille, qui modo subijcitur potest imperare aliquando ei, qui nūc regit per easdem leges politicas. Sic dicit Aristot. lib. 5. Ethic. cap. 11. Secundum legem enim erat iustum politicum, in quibus nata est esse lex, isti autem erāt quibus existit æqualitas ad principandum, & ad essendum sub principe. Quòd autem pater, & filius magis distent inter se ab æqualitate, quā vir & vxor, notum est, cum filius habeat se vt pars, & causatum a patre: vxor autem non se habet sic, ideo inter patrem, & filium non potest considerari æqualitas aliqua; inter virum autem, & vxorem magis potest considerari æqualitas, licet simpliciter non sit. Quintò patet, quia Aristotelis lib. 5. Ethic. cap. 11. facit comparationem iusti dominatiui, & paterni ad iustum æconomicum ad vxorem, & concludit magis esse æconomicum iustum, quàm paternum, & tamen dicit non esse adhuc æconomicum simpliciter iustum, cum ait dominatiuum autem iustum, & paternum non idem ijs, sed simile. Ideſt iustum dominatiuum domini ad seruum, & iustum paternum, quod est patris ad filiū, non est idem ijs, ideſt iustis politicis, vel iusto politico, quia nō sunt dominatiuum, & paternum simpliciter iustum, quod est ipsum politicum. Est tamen simile, scilicet in aliquo, quia si in nullo simile esset, non haberent aliquid iusti, & tamen habent aliquid iusti, quia alias non vocarentur iustum paternum, & dominatiuum, ideo pro ea parte similitudinem habent ad iustū politicum. Dicit vltra: Non est enim iustitia ad quæ ipsius simpliciter: possessio autem, & filius vsque vtique fit pelicon. Est ista vna ratio ostendens, non esse simpliciter iustum ipsum paternum, quia non est iustum alicui ad ea, quæ eius sunt, accipiendo simpliciter, sed iustum est ad id, quod non est ipse, neque est eius, & tamen possessio, scilicet seruus est aliquid domini, & filius est aliquid patris; ideo non est simpliciter iustum ipsum dominatiuum, & paternum. Et dicit de filio, quod est aliquid patris, quousque sit pelicon, ideſt magnus, nam tunc est inter eos iustum paternum. Postquàm autem effectus magnus accepit coniugem, aut desijt esse sub patre, non amplius est aliquid patris, sed homo per se, & non aliquid alterius, ideo ad ipsum est iam iustum politicum, cum possit esse princeps in ea politia, in qua pater est subditus, aut è contrario erit subditus, vbi pater est rector, eritque inter eos iustum simpliciter. Adhuc dicit vltra: Et non separatur ad modum pars ipsius, sed ipsum autem nullus eligit nocere, propter quod non est iustitia ad se ipsum, neque ergo iniustum, neque iustum politicum. Hic aliam rationem ponit ostendentem, quòd paternum non sit iustum simpliciter; vel potest esse probatio rationis inchoatæ de filio, & patre, scilicet rei ad partem suam non separatam non est iustum, quia pars non separata non est aliud, sed est ipsa res, cuius est pars, sed ad se ipsum nullus habet iustum, neque iniustum, quia iniustum potest esse ad illum, cui quis desiderat nocere, sed sibi ipsi nullus potest desiderate nocere, ergo ad se ipsum nemo habet iustum, neque iniustum, sed pars non separata est, vt ipsa res cuius est pars: igitur non est iustum ad illam, filius tamen quandiu paruus est, talis est, scilicet pars patris: non est igitur iustum simpliciter iustum paternum. Concludit ex ijs Aristot. in eodem cap. iustum æconomicum viri ad vxorem esse magis iustum, quàm paternum, & dominatiuum, dicens: Propter quod magis ad vxorem est iustum, quàm ad natos, & possessiones; hoc autem est æconomicum, alterum autem est in hoc a politico, scilicet propter rationes supra positas de dominatiuo, & paterno, quę habēt locum in seruo ad Deum, & filio ad patrem, & non habent locum in vxore ad virum. Vnde apparet esse magis iustum viri ad vxorē, quam patris ad filios, vel domini ad seruos, qui vocantur possessio domini, ideo magis accedet ad iustum politicum iustum æconomicum, quod est viri ad vxorem, quam paternum, & dominatiuum. Et ne aliquis propter hoc crederet iustum æconomicum esse simpliciter iustum, dicit quòd æconomicum alterum est a politico, ideſt non est iustum politicum.

Nunc respondendū est ad illas rationes, quæ ostendebant iustum æconomicum viri ad vxorem, & paternum, quod est patris ad filium esse idem, & dicēdum, q̄ nō valet, sunt in eadem communicatione, ergo habent eadem iusta. Et patet primò, quia despotica vna communicatio est, sed non est idem iustum in ea dāi ad seruum, & serui ad dominum, sed multum diuersa iusta, ideo licet æconomica communicatio eēt simplex, ideſt duorum extremorum solum non sequeretur, quòd esset idem iustum vtriusque extremi ad alterum conuersi. Secundò, & principaliter accidit hoc, quia communicatio æconomica non est simplex, sed composita ex duabus communicationibus, scilicet ex naturali, & despotica, ideo non poterit esse idem, vel vnum iustum simpliciter ipsum æconomicū, nisi naturalis, & despoticæ communicationis sit idem iustū, & tamen non est idem, sed multum differens, sicut sunt ad diuersos fines istæ communicationes. Tertiò, quia si propter esse extrema communicationis eiusdem esset idem iustum patris ad filium, & viri ad vxorem, similiter & eēt idem iustum domini ad seruum, & viri ad vxorem, cum etiam in æconomica communicatione sit dominus, & seruus, sed istorū nemo dicit eē idem iustum, licet sit communicatio vna, ergo neque patris ad filium, & viri ad vxorem erit idem iustum, licet sint in communicatione æconomica. Dicendum igitur, q̄ æconomica est vna communicatio non simplex, sed integra, aut constans ex pluribus partibus, non eiusdem dignitatis, sicut est in animali, ideo sicut non est in animali eadē habitudo omnium partium ad totum, vel ad præcipuam partem animalis, ita & in æconomia non erit vnum iustum simpliciter, neque habitudo. Et si dicatur esse vnum iustum, sicut vna communicatio nō erit vnum iustum simpliciter, sed secundum analogiam, sicut & cōmunicatio æconomica non est simpliciter vna, sed composita ex cōmunicationibus diuersarum rationum, quæ sunt vnū non simpliciter, sed in ordine ad vnum finem: nā finis æconomicę cōicationis est diuitię, vt dicit lib. 1. Ethic. politica autem includit plures cōicationes, & partes, quàm æconomica, cum includat plures æconomias, & cōicationes homogalatarum, sed concludit oīa, vt extrema eiusdem rationis, ideo politicum iustum, est vnicum iustum, & est iustum simpliciter: nam non vocātur aliqui extrema in politica communicatione, nisi inquantum se habent æqualiter ad principari, & esse sub principe, vt dicitur lib. 5. Ethic. cap. 11.

Ad secūdū Ad secundam rationem dicendum ꝙ non est eadē lex uiri ad uxorem, & patris ad filium, & cū allegatur dictum Homeri: dicendum ꝙ neque Arist. voluit esse eandem legem, neque ex verbis Homeri istud habetur, nam dicit ille, leges statuit vnusquisque pueris, & vxoribus, dixit leges, & nō legem, vnde potius ex verbis illis colligitur ꝙ non sit eadem lex sed diuersæ, & ita non est idem iustum patris ad filium, & viri ad vxorem; vocauit autem Arist. iustum viri ad vxorem æconomicum, cū etiam paternum, & dominatiuum, sint iusta æconomica, quia sunt iusta inter partes æconomiæ. Sed hoc fecit non quasi vellet inter virum & vxorem esse solum æconomicum iustum, quia tunc faceret istos solos partes æconomiæ, sed ideo fecit, qa iustum inter vxorem, & virum non habebat nomen proprium, ideo dedit ei nomen cōmune. s. æconomicum: iustum autem inter patrem, & filium, dūm, & seruum habebant nomina propria. s. dñatiuum, & paternum, ideo non acceperunt nomen commune, vt vocarentur iustum æconomicum.

Quæs. 780. Obiectiones aduersus ea, quæ dict. sunt superius i q. 778. remouentur

Sed adhuc aliquis obijciet contra rationes Aristot. quibus ostendebat esse magis iustum viri ad vxorem, quam patris ad filium: dixit enim, ꝙ non est iustum simpliciter patris ad filium, quia filius est pars patris, sed magis est esse idem, q̄ esse partem: vxor tamen est vt idem, quia sunt duo in carne vna, supra 2. cap. immo vt Christus dixit Matth. 19. cap. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro, ideo propter maiorem identitatem minus erit iustum viri ad vxorem. Secundo, quia Aristot. dicit 5. Ethico. ꝙ iustum non est hominis ad se ipsum, cum non possit esse iniustum, quia iniustū est ad illum, cui quis desiderare potest nocere, & sibi ipsi nullus nocere vult, ita neque filio, ideo non est ad illum iustum & iniustum, & tamen ex ratione dilectionis, & non nocendi minus debet esse iustum inter virum, & vxorē, quia debet esse maior amor. s. sicut ad se ipsum, vt dicit Apostolus ad Ephes. 5. cap. Viri debēt diligere vxores suas, vt corpora sua, qui vxorem suam diligit seipsum diligit: nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit, & fouet. Dicendum ꝙ Aristo. benè concluſit minus iustum esse patris ad filium, q̄ viri ad vxorem propter maiorem identitatem, & maiorem dilectionem, quę sunt patris ad filium quam viri ad vxorem. Cum autem dicitur: primo, ꝙ viri ad

Ad primū.

vxorem est maior identitas negandum est, immo nulla, propriè loquendo ad intētionem Aristo. filij autem ad patrem est magna identitas. s. sicut partis ad totum, lib. 5. & 8. Ethico. est autem ista identitas naturalis, sed illa voluntaria, inquantū volunt effici vnum per copulam, quod non sunt per naturam: naturalia autem fortiora & firmiora sunt spontaneis, ideo sequitur ex natura quædam habitudo subiectionis filij ad patrē, quæ non est vxoris ad virum, cùm f̄m naturam nulla sit inter eos habitudo, aut dependentia, sed quanto est maior subiectio, est maior inæqualitas, sed iustum simpli-

Cap. 6. 7.

citer, quod est politicum, est inter æquales lib. 5. Ethi. ideo magis distat paternum à iusto simpliciter, quàm æconomicum, quod est viri ad vxorem.

Quæs. 781 Ad secūdū quæst præcedentis. Maior est erga filiū pris amor, quam mariti erga vxorem.

Ad secundum dicendum ꝙ est maior amor patris ad filium secūdum naturam, quàm viri ad coniugem, ideo minus vult pater nocere filio quam vir coniugi, ideo potius inueniri poterit iustum ad vxorē, quàm ad filium. Et cùm dicitur ꝙ magis diligit vxorē, quàm filium, negandum est: probatio autem ex verbis Apostoli non cōcludit hoc, Primò patet ex eo, quòd precipitur viris amare vxores, & non præcipitur patribus amare filios, sed præceptum est de eo, quòd quis non esset facturus, si nō præciperetur, ergo innuitur, quòd patres diligunt filios, etiam si non præcipiatur, immo non est conueniens præcipi, quia potius peccāt amando superabundanter, sicut dicit Aristot. libro 7. Ethic. cap. 7. vbi de Niobe dicit, quòd tantum filios amabat, quòd rebellauit propter eos ad Deos. Et Iatirus cognominatus Philopater ita nimium amabat patrem, quòd videbatur desipere: circa vxores non est sic, immo potius scriptura suadet, ne viri affligant eas, & siderint, quòd eas repudient. Deuteron. 24. cap. & dicitur Malach. 2. cap. Custodite spiritum vestrum, & vxorem adolescētiæ nolite despicere, cū odio habueris dimitte, dicit dominus: ideo scriptura significat, ꝙ non diligit vir vxorem sicut, & filium. Secundò, quia illa auctoritas Apostoli ad Ephes. cap. 5. nō dicit quòd viri diligant vxores suas, sicut corpora sua, sed quòd debent diligere: quod autem fieri debet non fit semper: filios autem semper diligimus, ideo alia iura sunt secundum differentiam amoris hominis ad filium, & hominis ad vxorem. Tertio, quia causa diligendi in patre & filio est quædam identitas naturalis inquantum est filius pars à patre decisa libro 5. & 8. Ethico. causa diligendi inter virum & vxorem, non est aliqua naturalis communio, sed voluntaria: sunt autem potentiora naturalia voluntarijs, ideo est maior amor filij ad patrem, quàm viri ad vxorem. Quartò, quia si Apostolus poneret istum amorem viri ad coniugem tanquam eorum, qui sunt verè idem, sicut vir diligeret vxorem, ita & vxor diligeret virum, & tamen Apostolus non suadet hoc ad Ephes. 5. cap. sed dicit vnusquisque vxorem suam sicut semetipsum diligat: vxor autem timeat virum suum. Ideo non innuit amorem talem esse, qualis est inter eos, qui sunt naturaliter vnum, aut habent aliquam identitatem, sed qualis esse potest inter eos, qui non sunt vnum secundum naturam, sed potius distincta, & inæqualia, & volunt effici vnum eo modo, quo poterunt. Vnde post illam vnitatem manet inter eos distinctio vera, & inæqualitas secundùm quam competit eis diuersus actus, sicut viro, quòd vxorem diligat, sicut maior minorem, & vxor virum timeat, sicut minor maiorem. Et ita apparet ex prædictis, quòd magis iustum est inter virum, & vxorem, quam inter patrem, & filium; licet neutrum eorum sit simpliciter iustum, quia non est iustum politicum.

Quæs. 782 Quæsita de primo in ma teria dis putandum.

His præsuppositis resumatur, quod supra dicebamus, scilicet, quòd iustum politicum est iustum simpliciter, & ibi subditus regitur à præsidente, sed non est sub potestate præsidentis, neque dicitur præsidens eum habere sub sua potestate, & ideo subditi sunt totaliter liberi: iustum autem dominatiuum est alterum extremum, & maxime distans, & in hoc subditus non solum est sub potestate presidentis, ideo dominij, sed etiam est aliquid eius, ideo possessio, quia est seruus, & ista est maxima subiectio. Paternum attem iustum, & æconomicum, quod est ad vxorem, sunt medium inter politicum, & dominatiuum, quia neque sunt iustum simpliciter, quod est politicū, neque etiā sunt, vt dominus, & seruus, quia tam filius, q̄ vxor sunt liberi, ideo non habent totaliter id, quod est politici, neq; totaliter id, quod est dñatiui, quia iam nō essent media, sed aliquod istorū duorū extremorū, sed habēt aliquid mediū. Et qa in politico iusto subditus non est sub potestate rectoris, sed sub potestate legis, & ista duo non accedūt ad iustum politicū, non accedent ad hoc, quod est non esse sub potestate rectoris, immo erunt sub potestate eius: in iusto aūt dominatiuo non solum subditus est sub potestate præsidentis, ideo est dñi, sed etiā est possessio eius, in quo maxime gratiā principatus, & venit ad extremū: ideo in paterno, & æconomico vxor, & filius nō sunt possessio viri, & patris, nā filius vocatur pars, sed non possessio sicut ei, quia non est seruus. Et sic cōcant in hoc filius, & vxor, quòd

Quæs. 783 Resumo quæst. præced.

ꝙ dicūtur sub potestate. s. filius sub potestate patris, & vxor sub potestate viri, & tamē magis est filius sub potestate patris, quàm vxor sub potestate viri inquātum magis accedit paternum ad dominatiuum, quàm accedat æconomicum, & ipsum æconomicum accedit magis ad iustum simpliciter, quam paternum, vt dicitur libro 5. Ethic. & supra ostensum est, ideo liberior est vxor respectu viri, quàm filius respectu patris, & sic minus est vxor sub potestate viri, quam filius sub potestate patris; est tamen sub potestate viri. Et hoc est quod dixit Deus sub viri potestate eris; scilicet nō solum præsidebit, aut principabitur tibi, quod est regere: sed etiam habebit te sub potestate, quod est magis quam regere, & hoc est, quia nō regit uir uxorem per leges aliquas communes positas viro, & vxori, sed ad arbitrium suum, vnde ipse ad hoc constituit leges sicut dicit Homerus, & allegat illud Aristo. lib. 1. Polit. cap. 1. scilicet leges statuit vnusquisque pueris & vxoribus. & hoc conuenit vxori, scilicet, quòd non solum regatur à viro, sed etiam ꝙ sit sub eius potestate, nam si non esset sub eius potestate regeret vir vxorem per leges communes ambobus positas, & esset illud iustum politicum, in quo est proprie lex, & tamen tale iustum nunquam est, nisi inter æquales simpliciter ad principandum, & ad essendum sub principe, vt dicitur lib. 5. Ethic. cap. 11. Et tamen vir, & vxor sunt naturaliter inæquales, ideo non potuerunt esse extrema communicationis politicæ, & sic non regit vir vxorē per legem, sed ipse est lex, vel statuit vxori legem, quam vult.

Cap. 6. 7.

Quæs. 783 Quæsita de primo in materia disputandum.

Sed obijcietur ꝙ vir regit vxorem per legem, quia sunt quædam leges datæ politicæ de vxore, & viro, vt de donationibus inter virum, & vxorem & de matrimonio, & sponsalibus, & diuortijs, & de restitutione dotis, & de multis huiusmodi. Dicendum ꝙ vir regit vxorem non per legem politicam, sed ad arbitrium suum, & ipse est lex, neque potest dari lex in particulari, quæ sit politica, per quam vir regat vxorem. Cùm autem obijcitur de legibus multis, quæ dantur: dicendum quòd illæ non sunt de modo quo vir, & vxor se habent inter se, cum sint vir, & vxor, & ideo vir manet absolutus à legibus, vt ipse sit lex, sed omnes illæ leges sunt ad hoc, quòd incipiant esse cōiuges, vel ad hoc, quòd desinant, vel pro eo, quod competit eis, q̄ non fuerint coniuges, aut quando dubium est, an sint coniuges. De primo sunt leges positiuæ, vt de sponsalibus, & matrimonio, nam per cōtractum matrimonij incipiunt esse coniuges, & antequam incipiant nō sunt, ideo nō se habent, vt coniuges, propter quod de illis tunc leges dabuntur scilicet qualiter, & per quid contrahatur matrimonium, & desponsalia, & inter quas personas teneat contractus, & de impedimentis contrahendi, vnde istæ non sunt leges coniugum, sed leges ad coniugium. De secundo sunt leges vt de dote post diuortium restituenda, nam per diuortium desinunt esse coniuges. Aliæ leges sunt ad desinendum, idest vt dissoluatur matrimonium, vel totaliter, vel quantum ad aliquid, & ista sunt leges de diuortio, & repudio tam in lege diuina, Deuteron. 24. & Malach. 2. cap. quàm in legibus humanis ciuilibus, & canonicis, ideo de repudijs ibi agitur, vt per ea, & diuortia desinant esse coniuges. Aliæ leges sunt pro tempore illo, quo non erant coniuges, vel pro iure, quod competit eis, qui non sunt coniuges ex actu coniugis, sicut est de donationibus inter virum, & vxorem, quòd valeant, vel non valeant, nō est enim pro eis, sed pro hæredibus, inquantum bona attinebunt ad eos, vel pro ipsis coniugibus pro tempore, quo desierint esse coniuges. Nam tunc interest eorum an donationes constante matrimonio factæ inter virum, & vxorem valuerint ad recuperandum donata, vel non recipiendū. Sic etiā est, quòd vir caueat de indemnitate dotis, vel quòd bona eius sint tacitè obligata ad conseruandum integram dotem. Nam non est hoc quandiu durat matrimonium, quia tūc nihil est vxoris de dote, cùm vir subeat onera matrimonij, & teneatur alere vxorē, sed interest eius pro tempore, quo soluetur matrimonium, vt sit ei tantum de dote, vt integra reddi possit, constante matrimonio non pertinebat hoc ad vxorē, cum ius fingat interim virum esse dominum dotis, cū subeat onera matrimonij. Aliæ leges sunt inter virū, & vxorem, quando dubium est, an sint coniuges, vt quando alter habet conscientiam de consanguinitate, vel affinitate, aut alio legitimo impedimento, propter quod non potest inter eos constare matrimoniū, si impedimentum verum sit sicut est legitimum: nam tunc sunt leges disponentes quando alter alteri debet debitum reddere, & quando non, vt extra de Restitu. spoliat. c. literas, & de sent. excom. c. inquisitionis. & ita est de multis alijs. Constat tamen, quòd nulla istarum legum est de coniugibus quamdiu sunt coniuges, & quantum ad id in quo sunt coniuges, ideo verū est, quòd nulla lex ponitur, neque poni potest viro ad vxorem, sed ipse legem statuit ad arbitrium, vel ipse est lex, vnde & manet, quòd vxor est sub potestate viri, quod Deus dixit, quia non regitur ab eo per legem aliquam communem positam ambobus, sub cuius potestate mulier sit, sed per arbitrium viri, ideo sub eius potestate est.

Quæs. 784 Quale sit imperium viri, cui mulierem Deꝰ subiecit inquiens Et ipse dominabitur tui.

Amplius ostenditur subiectio magna vxoris ad virum ex verbis Dei, inquantum dixit: Et ipse dominabitur tui; ex quo aliqui errant putantes esse vxorem, & virum in communicatione despotica, ideſt vt vir sit dominus, vxor sit seruus. Sed hoc non stat. Primo quia natura fecit fœminam generationis gratia, & ita fecit fœminam, vt esset extremum communicationis naturalis, & tamen natura non facit vnum ad multa, sed vnum ad vnum: ars verò facit vnum ad multa sicut figuratores æris faciunt gladium delphicum pro paupere, quam rationem ponit Aristo. lib. 1. Politico. cap. 1. ideo non est fœmina secūdum naturam seruus, vt sit in communicatione despotica. Secundo, quia si fœmina esset seruus secundum naturam, esset corpus eius robustum valde, & intellectus eius deficiens: iste enim sunt conditiones eorum, qui sunt serui secundū naturam, vt ponit Aristo. lib. 1. Politicorum, cap. 3. & 4. sed in fœmina inuenitur contrarium quantum ad primam, & præcipuam conditionem. s. quòd corpora fœminarum non sunt robusta, sed valde fragilia, ideo nō fecit eas natura, vt essent serui, nam quantum ad hoc potius vir esset naturaliter seruus. Tertio, quia id, q̄d apud solos Barbaros inuenitur, non est rectum, cū in illis sit quædam deuiatio ab eo, quod est f̄m naturam humanā, & est plurimū bestialitas, quæ est cōditio brutorū, vt dī lib. 7. Ethic. cap. 1. inter Barbaros autem fœmina, & seruus eundē ordinē habent, ideo apparet ꝙ fœmina non sit vt seruus uiri. Aliquis dicet uerū esse, ꝙ non sit hoc f̄m naturam, ꝙ fœmina sit seruus, & tū in pœnā datum est ei à Deo: sic. n. ūr hic cū Deus dixit, & ipse dñabitur tui, s. quia aliàs f̄m naturā nō erat dñaturus. Dicendum ꝙ hoc non stat, quia licet uerū sit, ꝙ hoc datū sit in pœnam: tamen quia per peccatum non mutatur natura, & f̄m naturā non erat fœmina seruus sed liber, ideo non effecta est seruus. Secundo, quia si Deus pp peccatum uoluisset mutare id, quod erat f̄m naturam faciēdo fœminā seruū, dedisset ei conditionē serui. s. robustum corpus, sed non dedit, ergo non fecit illam seruum. Tertio, quia si Deus fecisset fœminam seruum propter peccatum, esset nunc fœmina uerè seruus, ideo nō ascriberemus Barbaris ꝙ fœminam, &

seruum in eodem ordine ponant, sed potius hoc esset F
secundum rationem, & tamen Barbaris hoc attribuimus tanquam irrationabiliter factum, sicut Arist. reddit causam lib. 1. Politic. cap. 1. cui etiam nos stamus, ideo non fecit Deus fœminam seruum.

Quæs. 785 Decidit quæst. sup. Dicendum ergo, quòd non innuit Deus per illa verba, quòd fœmina efficeretur verè seruus, sed quòd haberet aliqua opera humanæ subiectionis. Et potest intelligi primò largè: Dominabitur tui. i. mandabit tibi, quid facias, non quidem per certam legem, quod esset principari solum, & regere, sed sine lege ad voluntatem suam, quod est dominari, vel quasi, & tunc pro eodem accipitur, sub eius potestate eris, & hoc qd dicitur; & ipse dominabitur tui, nisi quia vnum est notius altero, & ponitur, vt apertius illud notificans, nam fœminam sub viri potestate esse est, quòd ab eo regat sine lege data, sed per arbitrium viri, vt supra ostẽsum est. Secundo potest accipi, vt sit aliquid distinctum. s. ipse dominabitur tui, & significet aliquid simile ad habitudinem domini ad seruum. s. quòd vir verberibus subijciat aliquando vxorem, & hoc est dominari ei, quia ad seruos propriè conuenit verberibus castigari, ad liberos autem doctrina, & sermone, inquantum ergo vxor à viro verberaretur erat vt seruus, ideo vir ei dicebatur dominari. Hic tamen non est propria seruitus, nam interdum fœmina meretur verbera, & supplicia, quòd autem ei inferantur non est seruitus, cum & liberis secundum legem politicam multa genera suppliciorum pro peccato inferantur. Tertiò modo potest accipi, quòd sit propriè dominatio, & seruire H non quòd verè sit fœmina seruus, & vir dominus, sed quòd vir faciat talia vxori qualia soli seruo fiunt, vt cum vir vxorem verberat, & supplicijs subijcit sine causa. Nam tunc est ipsa verè vt seruus: liberis enim per legem politicam inferuntur interdum supplicia, sed nunquam nisi iustè pro delictis ibi expressis, seruis autem inferuntur supplicia tam ex causa, quam sine causa, vnde licèt dominus sine causa verberet nullius legis reus est, cum etiam si occidat dominus seruum verberando non sit reus, nisi ipso die, quo verberatus fuerit, moriatur. Exo. 21. cap. Verum est, quòd aliquæ leges sunt contra æquitiam dominorum ad seruos, sed de his tangetur magis eodem cap. Cùm igitur fœminæ inferuntur pœnæ sine causa, est ipsa vt seruus, & vir I
qui infert, est vt dominus, & ita dominatur illius, & ad hoc conuenit valde litera illa inquantum dicitur; Et ipse dominabitur tui, & non dicitur, Et ipse erit dñs tuus, quia vir non est verè dñs, neque vxor est verè ancilla, sed aliquando vir exercet in ea opera domini, qd est dominari, & ipsa vt seruus subijcitur.

Quæs. 786 Impugnatur decisio sup. quæst. Sed obijcietur quòd non possit stare litera in hoc sensu, quia Deus non iubet iniusta, & tamen quòd vir sine causa verberet vxorem est malum cum scriptura sacra hoc vetet. Malach. 2. cap. ergo non est iste sensus, quem Deus intendit in verbis istis. Dicendum q litera illa conuenienter facit illum sensum, & tamen per hæc verba Deus signat tam mala, quę viri inferrẽt vxoribus iustè, quàm quæ iniustè inferrent. Quantum K
ad ea, quæ cum causa inferunt dicendum, quòd iustè faciunt, quia habent ad hoc potestatem: est enim mulier subdita viro. s. sub eius potestate, supra 3. cap. & 1. Corinth. 14. cap. & ita legitimam potestatem habent castigandi eam de erroribus suis: error autem, vel peccatum mulieris erunt quando contra legem fecerit, & lex non est alia, nisi quam vir tulerit, vt dicitur lib. 1. Politic. cap. 1. q vnus quisque statuit leges pueris, & vxoribus suis, ideo quãdo dereliquerit in ea, legitimè
Obiectio diluitur. puniet illam. Sed tunc dicetur quæ pœna est mulieri, quòd puniatur tunc à viro, quia meretur illud, & etiã vir ipse punitur per legem quando peccat? Dicendum q in pœnam hoc prædicitur, & verè est pœna: primò, quia licèt pœna esset iusta, esset pœna, immo propriè non esset pœna nisi esset iusta: alia enim vocantur supplicia, vel mala irrogata, sed nõ pœna, quia pœna est aliquid respondens pro peccato, & quia hic ponebatur maledictio pro peccato, satis erat, q ibi exprimerẽtur pœnæ iustæ. Secundò fit hoc, quia licet vir verberaret mulierem pro peccato, tamen hoc nũc prænunciabãt in pœnã huius peccati mulieris primæ, quia si Eua non peccaret non veniret hoc malum mulieribus cæteris, q peccarent, & pro suis peccatis supplicia paterentur à viris, & ita illæ pœnæ iustæ infligẽdæ pro futuris peccatis prædicebantur nũc, & pœnæ aliquo modo dependentes ex peccato isto primæ mulieris. Tertiò, quia quod obijcitur de verberatione viri non est simile, nã vir pro delicto supplicia patitur, sed hoc fit ab alio viro, non autem a muliere: mulier autem à viro patitur. Quod ergo mulier patiatur à viro pertinet ad maledictionem, quia ei subiecta fuit: vir autem non fuit subiectus mulieri, neque alteri viro ex maledictione, sed factum est postea sm rationẽ, vt posset esse politia. Quarto & præcipuè, quia vir verberatur pro delictis, & hoc auctoritate legis, & nõ mulieris, neque viri alterius arbitrio, & ita viro non præest aliquis, quia neque vir neque fœmina, sed lex accipiẽdo, ppriè, vel strictè præesse, vt est habere sub sua potestate: fœmina autem verberatur auctoritate viri ad arbitrium eius sine aliqua lege, ideo non est simile de viro, & fœmina, quòd pro delictis puniantur, ideo in maledictione viri non fuit positum, q aliquis dominaretur eius, vel q supplicia pateretur pro delictis, sed positum est in maledictione mulieris, quia illa verè est sub potestate alicuius, ad cuius nutum verbera, & supplicia patitur. vir autem sub nullius potestate est, sed solum sub potestate legis, cui subesse non facit seruitutem, neque diminuit libertatem, quia est secundum rationem.

Quæs. 787 Quo vir habet dominium in mulierem

Si autem dicatur de supplicijs, & malis, quæ vir sine causa vxori infert, manebit dubium, quomodo de his hic ageretur, quia erat iniusta. Dici potest vno modo quòd de his agitur, quia etiam illa, quæ sine causa inferuntur licita sunt viro, scilicet nullius legis reus est ista etiã in his, faciendo, neque ipse punitur aliqua pœna, quasi non quę iniusta, peccasset, quia licèt apud Deum sit iniustum, quia om ne factum non recte damnatur ab ipso, & pro omni sententia divina. errato adducit hominem in iudicium Eccles. vlti. cap. tamen nulla lege humana punitur, nulla etiam lege positiua Dei, & ita lex aliquo modo tribuit illi facto auctoritatem, inquantum illud non punit.

Alio modo potest dici, & adhuc melius, quòd licet Deus non approbet, neque aliquo modo det auctoritatem talibus malis, quæ fœminæ iniuste paterentur, tamen prænunciat illa inquantum mala sunt eorum, quibus prænunciat. Sic enim fuit quando Israelitæ petierunt regem super se contra Dei prohibitionem, nam Deus ad dissuadendum eis hoc præcepit Samuelli prophetæ prænunciare illis mala, quæ eis ventura erant à rege suo libro primo Reg. 8. cap. scilicet Agros quoque vestros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit seruis suis, sed & segetes vestras, & vinearum redditus addecimabit, vt det eunuchis, & famulis suis, seruos etiam vestros, & ancillas, & iuuenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo: greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei serui.

Manifestum est autem, quòd nõ sunt iusta omnia, quæ hic exprimuntur, idest non poterat rex facere omnia ista iuste subditis suis, nam saltem facere eos seruos nullo modo licebat, cum Deus vetuisset regibus eleuari in superbiã super subditos, & comprimere eos Deutero. 17. cap. & ita Deus iniusta prædixit Iudæis,

dæis, sed intelligitur, quòd hoc dixit non quidem man A
dando, aut concedendo regibus hæc facere, sed prænunciando Iudæis, quòd hæc illis reges facerent ex superbia, & auaritia. Et ista prænunciat Deus in pœnã, quia licèt reges iniustã ista facerent Iudæis, tunc quando facerent, neque haberent causam faciendi ea illis, quibus ea facerent, tamen iustum erat, quòd Iudei ista paterentur non pro peccatis, quæ postea facerent, sed pro peccato, quod nunc committebant petendo regẽ cõtra voluntatem Dei, & Deus iustè permitteret eos grauari, & maxime per illum regem, quem petiuerãt, quia petendo peccauerant, vt punirentur in quo deliquerant. Sic dicitur eodem cap. Et clamabitis in die illa a facie regis vestri, quem elegistis vobis, & non exaudiet vos Dominus in die illa, quia petistis vobis regem. Ita fuit nunc circa Euam, quòd enim ipsa, & B
cæteræ mulieres a viris verberentur, & grauentur sine causa iniustum erat, & hoc Deus non iubet, sed potius vetat, cùm per Apostolum suadeat viris diligere vxores, sicut seipsos, ad Ephes. 5. cap. & per Malachiã suadeat non affligere eas, sed potius dimittere, Malachiam 2. cap. Et tamen prænunciauit Deus, quòd aliquando viri hoc facerent eas aggrauando, & in hoc iniustum facerent. Et quia non erat iustum eas sine causa pati, verum tamen prænunciat Deus hoc non in pœnam peccatorum futurorum, quia tunc iustè punirentur si pro illis affligerentur, sed in pœnam primi peccati mulieris primæ, nam merito huius, quia ipsa fuit viro causa peccandi, iustum fuit ipsam viro subijci, in qua subiectione eueniret, quòd viri, qui potenC
tiores sunt, eas sine causa grauent. Et istud non accideret, quòd à viris grauarentur, nisi taliter essent eis subditæ, & non subijcerẽtur taliter, nisi pro primo peccato, ideo iustè in pœnam prænunciatum est eis non solum, quòd viri dominarentur earum iustè ipsas pro delictis affligendo, sed etiam interdum sine causa grauando.

Quæs. 788 An in coitu Paradisi filia Adam fuerit virgo

Supra factum fuit, quòd ista subiectio fœminæ ad virum est nunc pro peccato, in Paradiso autem terrestri non esset talis, sed esset aliqua: in cœlesti autem Paradiso nulla omnino erit subiectio fœminæ ad virum. Quod enim in cœlo non sit viri ad fœminam dominium, aut principatus qualis hic, causa nota est, nam ista subiectio fœminæ prouenit ex peccato, & est pœ- D
nalis, vnde & in maledictionem ei prænunciata est, supra 3. cap. in Paradiso tamen cœlesti nulla pœna manet, sed beatitudo, ideo non erit ibi talis subiectio. Sed de subiectione, quæ erat in Paradiso terrestri nihil erat pœnale, & omnia erant secundum naturam, & secundum rationem: talia aũt quare cessent non videtur esse aliqua causa

Dicendum certum esse, quòd in Paradiso cœlesti nulla omnino manebit subiectio fœminæ ad virum, & hoc aliqui volunt futurum esse, dicentes, quòd in resurrectione nulla fœmina erit, sed omnes erunt viri, ergo neque poterit esse subiectio fœminarum ad viros, cum nullæ erunt. Motiuum autem istorum est, E
quia in Paradiso tolletur omnis imperfectio, sed esse fœminam est imperfectio, ideo non manebit ibi fœminina aliqua. Patet hoc, quia Arist. lib. 16. de Animalibus, dicit esse fœminam masculum occasionatum, idest masculum, qui per occasionem, idest contra intentionem naturæ effectus est imperfectus, non accedẽdo ad pfectionẽ masculi, ergo in Paradiso nõ erit.

Dicendum, quòd falsum est, primò, quia est contra intentionem sanctę matris Ecclesiæ, nam cùm orat nũc nominat sanctos, & sanctas Dei, & non vocat eos nisi pro statu, qui competit eis in beatitudine, & non pro statu, qui competit eis hic, qui in aliquo differt ab illo statu, ergo asserit in Paradiso esse sanctos & sanAlph. Tost. super Gen.

ctas, sed non est nisi maneat distinctio maris & fœminæ, vel in re vel in specie futuræ resurrectionis, quãdo corpora sument: erunt igitur ibi fœminæ. Secundò & maximè repugnat hoc illi positioni, qua piè creditur, aut asseritur ferè à tota Ecclesia Dei, quòd Virgo mater Christi iam resurrexit, & in corpore, & anima assumpta sit, & tamen si in Paradiso non esset fœmina, iam nõ esset illa fœmina sed vir, vnde neque illam vocaremus matrem Dei, quod absurdum est: oportet ergo dici, quòd ipsa fœmina maneat. Tertiò, quia istud est superuacuum, & irrationabiliter dictum: Deus. n. non facit mutationem ab eo, quod est, sine causa, vnde est peccatum poni fieri per plura, quod potest fieri per pauciora, vt dicit Aristo. lib. 8. Topicorum: Deus autem constituendo naturam fecit masculum, & fœminam, supra 1. cap. ideo non mutaret hoc sine causa, quia poneretur pluralitas sine necessitate, sed nulla causa est ad hoc ponendum cum nullum motiuum, quod suprapositum fuit non sit sufficiẽs, vt infra ostenditur, ergo irrationabile est hoc poni.

Quæs. 789 An & cur resurgẽtes ijdem numero erũt

Quartò, quia repugnat hoc conditioni resurgentium, nã resurgentes erunt ijdem numero, qui fuerãt hic dum viuerent, & tamen non essent ijdem ipsi, qui fuerant si fœmina desineret esse fœmina, ergo necesse est, quòd quæ fuit hic fœmina sit in resurrectione fœmina. Hoc patet, quia vt vult philosophus, masculus & fœmina differunt differẽtijs materialibus, i. materia est ibi principium differendi, & non est differentia, vt simplices putãt solum per organum generatiuũ quasi vir habeat, quod non habet fœmina (hoc enim posterius) sed differentia est per aliquid prius pertinens ad conditionem materialẽ, ex quo efficitur. vt vir habeat organum generatiuũ alterius figurę quã fœmina, quæ habet organum receptiuum, & sm differentiam materiæ est differentia animæ, quæ infunditur: quoniam essentia animæ humanæ participatur sm capacitatem materiæ, & quia non est omnis materia æqualiter capax, non est oĩs aĩa æqualis alteri aĩæ in naturali perfectione præter oẽm posteriorem acquisitionem. Sed sicut aĩa non differt ab alia aĩa per speciem, quia oẽs animæ humanæ sunt formæ eiusdem speciei, sed per materiam. s. per vnibilitatẽ ad materiam, ita & sm inæqualitatem materiæ acquiritur esse alterum quantũ ad perfectum, & minus perfectum, nam magis est esse principium essendi simpliciter, q̃ esse principium huius, vel illius gradus essendi, sed materia est principiũ essendi huic animæ inquantum facit eam distinctam esse à qualibet alia anima, ideo cum distinguat esse, à fortiori distinguet tale, vel tale esse, idest faciet quòd accipiet determinatum gradum perfectionis secundũ naturam suam. s. quia non potest illa materia participare perfectius naturam animæ. Ex quo prouenit, q Aĩa vnius
vna anima non potest informare aliud corpus, nisi illud, in quo fuit semel, s. quia alterum nõ esset sibi proportionale, & tamen corpus masculi, & fœminæ magis differunt quàm corpora duorũ virorum, vel duarum fœminarum, scilicet corpus vnius viri non posset informari per animam alterius, ergo neque poterit a fortiori corpus viri informari per animam fœminæ, neque econtrario, nam cùm corpus viri sit necessariò perfectius secundum naturam corpore fœminæ, non habebit animam sibi proportionatam, nisi illam, quæ fuerit perfectior, quam ea, quæ potest informare corpus fœminæ. Ideo si illa, quæ nunc est fœmina deberet effici vir, necesse erat corpus suum habere aliam perfectionem materialem, ad quam sequeretur virilitas, secundum quam esset perfectius corpore fœminæ, ideo anima illa, quæ erat prius proportionalis corpori fœminæ, non esset proportionalis eidem corpori effecto in dispositionẽ virilem, vnde neq; posset

Quæ differentia sit inter matrem, & fœminam.

non potest informare corpus alterius.

animari illa anima, sed alia superioris gradus secundū naturam, & tamen in resurrectione erit idem corpus, & eadem anima, ideo non poterit esse vir resurgendo illud indiuiduū, quod prius fuit fœmina. Quinto, quia hoc esset incidere in opinionē Pythagoricam, & Platonicam de transcorporatione: dicebant enim Pythagoras, & Plato animam esse perpetuam, & immortalem, & transire de corpore in corpus, aliquando in corpora humana, aliquādo in corpora bestiarum. Sed istā positionem destruit Arist. lib. 1. de anima: & ratio sua est, qa anima est forma corporis, & motor eius: oportet autem ꝙ determinatæ formæ determinata materia debeatur, & determinato motori determinatū organum, sicut quælibet ars in agendo vtitur proprijs instrumentis, ideo concludit, ꝙ hæc anima non potest esse forma, & motor nisi huius corporis. Ex hac rōne Arist. sequitur, ꝙ illud indiuiduum, quod semel est fœmina, non potest postea esse masculus, neque è cōtrario, quia cum corpus fœminæ & masculi magis differant, quàm corpora duorum virorum, aut duarum fœminarum, & anima vnius viri non potest informare corpus alterius, ergo multo minus poterit anima fœminæ informare corpus viri, & tamen si corpus fœminæ debeat effici corpus viri ipsum differet à se ipso translato in aliam dispositionem plusquam corpus vnius viri à corpore alterius viri, ergo non poterit illa anima esse iam forma, & motor corporis illius, quod est factum virile, quia non erit determinata materia determinatæ formæ, neque determinatum organum determinati motoris: erūt enim improportionabilia.

Tex. 22. 53 &c.

Sexto patet ex intētione Domini respōdentis argumento Saducæorum. Matth. 22. & Lucæ 20. cùm de muliere septem virorum quærerent cuius illorum esset mulier in resurrectione, per hoc volentes concludere non esse resurrectionem: Christus autem respondit ꝙ in resurrectione ex mortuis, neque nubent neq; ducent vxores, si tamen verum esset, ꝙ in resurrectione nulla fœmina maneret, sed oēs resurgentes essent viri, planiùs diceret Christus, ꝙ ibi non poterit illa mulier esse vxor alicuius, quia ibi ipsa non erit mulier, sed efficietur vir, & tamen non respondit sic, sed recurrit ad alium modum, ideo videtur ꝙ præsupposuit non esse verum ꝙ fœminæ efficerentur viri in resurrectione. Septimo patet istud magis ex eadem responsione Domini iuxta verba Luc. 20. cap. vbi ponitur, quòd non erunt nuptiæ, & quare non erunt filli qui digni habebuntur seculo illo, & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent vxores, neque enim vltra mori poterunt. Ex duobus enim colligitur, ſm ista verba, ꝙ in resurrectione erunt fœminæ. Primū est inquantum dicitur, neque nubent, neque ducent vxores, inquantum dixit, nubent, signauit fœminas, quia illę dicuntur nubere, inquantum dixit, neque ducent vxores signantur viri, etiam inquantum dixit, neque ducent vxores, præsupposuit esse ibi feminas, nā si ibi non essent fœminæ impossibile erat duci vxores, & tamen dixit non esse ibi ducendas vxores, cùm ergo istud verbum Domini de aliquo seruiat, necesse est dici, ꝙ præsupposuit ibi esse fœminas, quę duci possent in vxores. Secundo colligitur istud ex causa, quæ ibi redditur; nam non solum dixit, non futuram copulam carnalem in cęlo, sed etiam causam, quare non fiat, apposuit: dixit enim neque enim vltra mori poterunt, idest ideo non copulabuntur, quia non poterunt mori: nunc enim ideo fit generatio hominum, quia est corruptio eorum per mortem, & si viuentes non gignerent, aut non genuissent aliquos, soli duo Adam & Eua fuissent, & statim perisset totum genus humanū desinendo esse, vt ergo, quòd non poterat conseruari idem numero conseruaretur idem in specie, data est generatio: hanc rationem generationis tradit Aristo. lib. 2. de Anima, & tamen in resurrectione manebunt homines semper idem numero, quia iam mori non possunt, ideo non erit vltra necessaria aut conueniens generatio: hanc rationem Christus dixit, cum ait; neque enim vltra mori poterunt, idest, quia non poterūt mori non erit conueniens, quòd alij eis succedant, & sic neque generatio erit. Si tamen fœminæ non essent futuræ in resurrectione non esset illa causa, quare non essent ibi nuptiæ; scilicet, quia erunt homines immortales, sed quia non erat possibile, cùm non essent ibi aliquæ fœminæ, & tamen Christus dedit causam huius, scilicet, quia non erat conueniens generatio, ideo sequitur, quòd præsupposuit futuras ibi fœminas. Octauo patet, quia ista est intentio sanctorum Doctorum communiter, sic tenet August. lib. 22. de ciuitate Dei, cap. 17. vbi mouet hanc quæstionem: ait enim sic mihi melius sapere videretur, qui vtrumque sexum resurrecturum esse non dubitant. Et postea dicit, qui ergo vtrumque sexum instituit, vtrumque restituet.

Idē prob. auctor. Do ctorum.

Nono patet ex intentione Augustini eodem cap. vbi arguit ex verbis respōsionis Domini ad Saducæos quòd innuerit futuras ibi fœminas, quia si non innueret, diceret esse quæstionem illorum vanam, scilicet, quia illa mulier, de qua dubitabant, non esset in resurrectione mulier, sed vir, cùm ait denique ipse Iesus interrogatus à Saducæis, qui negabant resurrectionem, cuius ex septem fratribus erit vxor, quam singuli habuerunt, dum quisque eorum vellet defuncti semen, sicut lex præceperat, excitare: erratis, inquit, nescientes scripturas, neque virtutem Dei, & cum locus esset, vt diceret: de qua enim me interrogatis vir erit etiam ipsa, non mulier: non hoc dixit, sed dixit: in resurrectione enim, neque nubent, neque vxores ducēt, sed erunt sicut angeli Dei in cœlo, æquales vtique angelis immortalitate, ac fœlicitate non carne, sicut neque resurrectione, qua non indiguerunt angeli, quoniam nec mori poterunt. Decimo patet ex eiusdem Augustini intentione, scilicet, quòd si in resurrectione non essent futuræ fœminæ, clarius, & melius respondere dicendo, non erunt ibi fœminæ, quàm respondendo sicut respondit, cum ait eod. cap. Nuptias ergo Dominus futuras esse negauit in resurrectione, non fœminas, & ibi negauit, vbi talis quæstio vertebatur, vt eam negato sexu muliebri celeriore fęlicitate dissoluerer, si eum ibi prænoscęret non futurum. Vndecimo ex intentione eiusdem eodem cap. nam asserit, quòd Deus in verbis responsionis suæ astruxit futuras fœminas in resurrectione, cùm dicit scilicet, & ibi negauit, vbi talis quæstio vertebatur, vt eam negato sexu muliebri facilitate celeriore dissoluerer, si eum ibi prænoscęret non futurum, immo etiam futurum esse formauit, dicendo: non nubent, quod ad fœminam pertinet, neque vxores ducent, quod ad viros: erunt ergo, qui vel nubere hic solent, & ducere vxores, sed ibi hoc non facient.

Nunc ergo respondendum est ad ea, quæ in ōnium supra q. 788. s. ꝙ fœmina erat vir occasionatus. Secūdū est, ꝙ fœmina est aliquid imperfectum cum sit passiuum: masculus autem est aliquid actiuum, sed agens est nobilius patiente. lib. 3. de Anima: in Paradiso aūt tolleturimperfectio, ideo tolletur fœmina faciendo illam virum. Tertium est, quia ista diuersitas sexus facit verecundiam, sed ibi non erit verecundia, quia non erit pęna, ideo tolletur sexus femininus. Quartū est, quia distinctio maris, & fęminę fuit propter necessitatem generationis, ideo dicitur supra 2. cap. non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi, scilicet adiutorium ad generandum, sed

Quæst. 790 Auctoritate sacræ scripturæ probat fœminas in Paradiso i suo sexu permansuras.

sed in cœlo nō erit generatio per cōmixtionem, neq; aliqua alia: Mathe. 22. & Luc. 20. Ergo non erit ibi distinctio maris, & fœminæ, quia esset superfluum: & ita non manebunt fœminæ. Quintum est ex auctoritate Apostoli ad Ephe. 4. cap. ex qua multum mouentur quidam: dicit enim: Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionis filij Dei, in virum perfectum in mensuram ætatis plenitudinis Christi, & ita dixit omnes nos futuros aliqñ viros, & iste est status vltimus, qui est resurgentium, quem signauit Apostolus, cum dixit, donec occurramus, ac si dicat, ibi erit consumatio, ergo in resurrectione, quæ est vltimus status omnes erunt viri. Sextum quia, vt ait Apostolus ad Gala. 4. cap. In Christo non est fœmina, sed quod non est in Christo non est in beatis resurgentibus, ergo in resurrectione non est fœmina, sed omnes sunt masculi.

Qō. 792. Solutio rationum quæst. superioris.

Dicendum ꝙ ista & similia non mouent sufficienter ad hoc, sed erūt ibi mares, & fœminæ: omnes enim quotquot hic viuentes erant masculi, erunt ibi masculi, & quotquot viuentes fuerunt fœminæ, erunt ibi fœminæ, & hoc non solum erit in beatis, sed etiam in damnatis: vtriq; enim resurgent in eo quod fuerant, & seruabitur in eis sexus: qui ſm naturam conueniebat, quia sicut quilibet resurgens erit idem numero, quod fuit hic, ita erit talis ſm naturam, qualis natus erat. Ad primum cum dicebatur, ꝙ in resurrectione tolletur omnis imperfectio: concedendum est, ꝙ in eis, qui electi fuerint istud fiet, in damnatis autem nō tollentur imperfectiones: ideo quidam volebant, ꝙ in damnatis maneret masculus, & fœmina, in beatis autē non esset fœmina, sed negandum est fœminam esse imperfectionem: ideo non tolletur in beatis. Cum autē addebatur ad probationem, ꝙ fœmina est masculus occasionatus, idest non intentus à natura, sed contra intentionem causæ veniens, dicendum est, ꝙ fœmina est aliquid intētum à natura, & aliquo modo intenta: si enim accipiatur natura, idest Deus, qui naturam instituit, & naturæ princeps est, nihil est, quod non sit de intentione naturæ, quia nihil est contra intentionem eius, cum ipse neque falli possit in scientia, neque deficere in potestate operandi, ideo fœmina hoc mō intēta est à natura. Accipiēdo naturam, vt est aliquid creatum, dicimus ꝙ aut accipitur pro vniuersali agēte, vel virtute intendente, scilicet pro intelligentijs, quarū est opus ipsum opus naturæ, aut pro virtute particulari operanti circa aliquid: si primo modo, dicendum fœminam esse intentam à natura, quia si non esset intenta, & raro accideret, & tamen euenit in animalibus fœmina, vt in multum, quia tot sunt fœminæ quot masculi, aut plures in animalibus perfectis, ergo non est non intentum, sicut mōstra, sed intentum. Secundo, quia quod necesse est esse, est de intentione naturæ, & tamen necesse est fœminam esse, quia sine fœmina non est generatio in animalibus per commixtionem, sicut dicit Arist. lib. 1. Poli. cap. 1. necesse est itaque primum combinare siue inuicem non compossibiles esse puta fœminam, & masculum generationis gratia, & hoc non ex electione, ergo fœmina est intenta à natura. Tertio, quia id quod confert est intentum ab eo, qđ habet prouidentiam, sed fœmina confert in natura ad generationem, & hoc in omnibus animalibus perfectis generationis gratia, vt dictum est, in hominibus autem confert etiam ad diuersitatem operum. lib. 8. Ethic. ideo fœmina est intenta à natura hoc modo.

Adpriml.

Quo fœmina sit ex intentione naturę.

Si verò accipiatur natura pro virtute particulari operante in semine ad formandum fœtum: dicendum ꝙ fœmina non est intenta, sed masculus intenditur, & qa non formatur masculus, & fœmina quod fortè est ex defectu virtutis formatiuæ, dicitur fœmina masculus occasionatus, idest masculus ſm intentionem, qui tamen non completus fuit in esse masculi per aliquam occasionem. Occasio est quasi contra causam: quādo enim aliquid aduenit contra intentionem causæ operantis, est illud occasionatum siue per occasionē, idest cōtra causam accidens, quia causa illud non intendebat, & ad illud non operabatur, ita autem uirtus particularis in semine operans non intendebat fœminam, sed masculū, cum igitur fœmina formata est, fuit per occasionem, & sic vocatur masculus occasionatus, scilicet erat masculus per intētionem, & fuit fœmina per accidens eueniens in operatione. Et apparet hoc primo, quia virtus operans intēdit perfectissimum quod potest, sed per actionem virtutis formatiuæ, quę est in semine potest produci masculus cum interdum producatur, & masculus est perfectior fœmina, ideo intendit virtus formatiua semper masculum, quia aliàs intēderet quod minus perfectum est, quod est irrationale. Secundo quia generās semper intendit tale generare, quale ipsum est, & omne agens: ideo omne agēs ,ducet sibi simile, nisi impediatur, sed virtus formatiua est in semine masculino, qa virtus illa est in semine masculi nō autem in materia, quā fœmina ministrat: ideo illa virtus semper intēdit producere masculum, idest ad hoc est actio sua, vt masculus producatur, vt sit aliquid tale, quale ipsum producens, ergo qñ propter aliquid accidit fœminam esse, est occasio. Est tamē dicendum, ꝙ fœmina magis est intēta, quam non intenta, quia cum sit intēta ſm causam vniuersalem, & illud est simpliciter maius, quam quod est ſm causam particulare, ideo licet nō intendatur à causa particulari dicetur esse intenta.

Quo natura intēdat masculū.

Sed obijciet quis quòd fœmina nullo modo sit intē ta, scilicet neque ſm causam vniuersalem, quia natura intendit id, quod melius est: & tamē vir est perfectior fœmina: ideo natura non intendit aliquādo fœminam, sed semper virum, quia aliàs diceretur, ꝙ causa vniuersalis intendat aliquādo id, quod minus perfectum est, & hoc esset errare, quia sicut bonum est, quod omnia appetunt lib. 1. Ethic. ita quod melius est magis appetunt per regulam illam Aristot. 2. Topic. si simpliciter ad simpliciter, & magis ad maximè: ideo appetere magis quod minus bonum est, errare est, sed magis inconueniens est, ꝙ erret natura vniuersalis quàm particularis inquantum est sublimior, & intelligens: & ſi particularis si intenderet fœminam erraret, & ideo nō intendit eam, à fortiori non intendet fœminam natura vniuersalis. Dicendum ꝙ causa particularis non intendit fœminam, sed semper masculum causa autem vniuersalis aliquādo fœminam, & aliqñ masculum, & si particularis intēderet fœminam erraret, quia nō intenderet agens producere tale quale ipsum est, quod est cōtra naturam: & tamē in natura vniuersali nō est error, ꝙ intēdat aliquādo fœminam, & ratio differentiæ est, quia natura, vel causa particularis nō est intelligēs, & nō operatur nisi vt mota, & directa à superiori. 1. vniuersali agēte, ideo nō potest agere, nisi vno modo, natura autem vel causa vniuersalis est intelligēs: habet se autem potētia rationalis ad opposita. lib. 9. Metha. ideo nō astringitur ad vnum, sed potest intendere diuersa, ideo aliquādo intēdit masculum aliquādo fœminam. Cum autem obijcitur, quod est incōueniens intēdere minus perfectum: dicendum ꝙ natura tam vniuersalis, quàm particularis semper intēdit qđ melius est, & nō potest intēdere quod est minus perfectū quia hoc esset verè error: & cum dicitur, ꝙ masculus est perfectior fœmina cōcedendum est, & tamē dicetur, ꝙ perfectius est aliquos esse masculos, & aliquas fœminas, quàm esse omnes fœminas, ideo natura intēdit aliqñ fœminā: nam si omnes essent masculi, nunq̄ fieret

Quid sit occasionatum.

Qō. 793. Dubietates circa superiora remouentur. Cap. 1.

fieret generatio,& ita essent pauci masculi,cum cessaret generatio,& corrumperentur genita,& consequẽter desineret esse species,quia corruptis primis substãtijs impossibile est aliquid aliorum remanere, ut dicit Aristo.in prædicamẽto substantiæ. Cum autem sunt aliquæ fœminæ,& aliqui masculi, fit generatio, & inde procedunt alij masculi,& cõtinuatur species, ideo hoc natura vniuersalis,quę intelligit intẽdit,quod melius ac perfectius est,quam oẽs esse masculos: sic autẽ est in multis alijs: perfectius est enim esse quàm corrumpi,& tamẽ natura intẽdit corruptionẽ, & hoc qa nõ potest esse generatio,nisi præcedat corruptio,vt ergo gñatio,quæ est bona, sequatur, intẽdit natura corruptionẽ,sed cũ absolutè melius sit esse quam corrumpi, tñ natura intendit corruptionem, quia melius est quædam corrumpi, vt inde alia gignantur quàm sic esse.Idem apparet manifestius in partibus eiusdẽ animalis,quia melius est caput quam pedes,& melius est cor,quam intestina, & tamẽ non est animal totum caput,neque totum cor, sed sunt ibi pedes, & intestina, & hoc quia licet simpliciter caput sit melius pedibus, est tamẽ melius esse caput,& pedes,& cętera mẽbra, quam oĩa mẽbra esse caput:nam si oĩa essẽt caput eẽt pars,& nõ esset animal, quod est aliquid perfectum: cum autem sunt diuersæ partes, resultat inde animal. Ita est de fœmina:virtus enim vniuersalis intendit bonum vniuersi, & tñ nõ esset vniuersum, si omne animal esset masculus,immo deficerent species,ideo intẽdit fœminam,& masculum, quia per existentiam horum perpetuatur species, & manet integrum vniuersum:masculum tamen per se intẽdit natura, tam vniuersalis,quàm particularis,fœminam autem sola natura vniuersalis intẽdit nõ per se, sed inquantum cõfert ad perpetuationem masculi,sicut corruptio intenditur propter gñationem. Ad secundam rationem dicetur, qꝓ in resurrectione tolletur omnis imperfectio in electis;cum tamẽ dicitur,qꝓ esse fœminam est imperfectio,negandum est,quia quod est natura nõ est imperfectio,sed esse fœminam est natura,ergo nõ est imperfectio.Ita Aug.soluit hoc lib.22. de ciuit.Dei.cap.17.ſ. Corporibus vitia detrahentur, natura seruabitur, non est autem vitium sexus fœmineus, sed natura . Circa quod cõsiderãdum,qꝓ imperfectum dicitur id,in quo deficit natura ab eo,quod intendit,vt qñ gignitur homo,qui nõ habet omnia membra cõuenientia spẽi, vel habeat plura,quod in monstris accidit,uel quãdo habet omnia, & non plura, & tñ illa non sufficiunt ad operationes intẽtas à natura ſm illam speciem, & ita omnis homo qñ nascitur est imperfectus, quia membra nõ sufficiũt ad aliquam operationem humanam, similiter secũdum intellectum est imperfectus, quia non habet aliquem actum intelligẽdi, & ita defectus in producto ab eo quod natura intẽdit in illo, vel pro tunc vel simpliciter vocatur imperfectio:cum autem solum quod natura intẽdit est in producto, nõ potest illud vocari imperfectum,licet aliud sit melius illo,sed sic est,quòd fœmina est à natura intenta tanquam aliquid necessarium ad cõseruationem speciei,vt ostensum est,ergo nõ est fœmina imperfectum aliquid. Aliqui autem putant fœminam esse aliquid imperfectum, quia non accedit ad æqualitatem masculi, sed hoc nihil valet,quia tunc nõ vocaremus aliquid perfectum,nisi vnum tãtum,scilicet Deum, immo qꝓ gratius est,omnia essent imperfecta nisi Deus,quia quolibet dato aliquid melius est nisi Deus,quo nihil dari, aut cogitari melius potest, vt ait Anselmus: & tñ hoc est falsum,quia licet dicamus strictè solum Deum eẽ perfectum,quia ei nihil addi potest, nõ tamẽ dicimus cætera esse imperfecta , sed multa sunt,quæ dicimus nõ esse imperfecta. Quamuis etiam largius sumendo

Qõ. 794. Ad secundum argumentum quæ. 791. Et ostenditur fœm. non esse imperfectam.

F præter Deum multa ponimus perfecta:cum dicat Aristot.lib.5.Meta.totum,& perfectum idem sunt, & sacra scriptura hunc modum loquendi concedat Deutero.32.cap.scilicet Dei perfecta sunt opera, & Matt. 5.cap. dixit Christus estote perfecti sicut, & pater vester cœlestis perfectus est,& tñ Christus non suaderet hominibus esse perfectos, si impossibile esset eis esse perfectos. Si autem fœmina nõ esset intenta à natura ꝓprię, sed sicut monstrũ,diceremus omnem fœminã esse aliquid imperfectum, & ideo qꝓ in resurrectione tolleretur esse fœminã daretur ei esse virum: sic monstruosis cõceptibus si fuerint beati dabitur in resurrectione,qꝓ nõ sint mõstruosi.Cum autem dicebatur,qꝓ fœmina est aliquid passiuum, & vir actiuum concedimus,etiam cum dicitur agẽs esse nobilius patiẽte cõcedimus:non tamẽ sequitur si aliquid est altero nobilius, qꝓ minus nobile sit imperfectum, nisi illi minus nobili esset debita illa perfectio, & à causa generãte esset intẽta,quia sicut dictum est omnia essent imperfecta,nisi Deus,quia quolibet dato inuenitur aliquid nobilius:fœminæ autem nõ est debita nobilitas viri,quia causa vniuersalis nõ intendit producere ibi virum,sed fœminam,& differunt necessariò masculus,& fœmina per magis nobile,& minus nobile.Ideo licẽt sit minus nobilis fœmina masculo,non est imperfecta:ideo nõ tolletur fœminam esse in resurrectione.

Ad tertium dicendum, quòd in resurrectione non erit verecũdia manẽte distinctione sexus, ideo manebit;nunc autem est verecũdia, sed hoc est in pœnam peccati,& tñ tunc sicut non erit peccatum, ita neque aliqua pœna peccati,ideo neque verecundia erit. Secundo potest dici ad hoc, qꝓ si distinctio sexus esset per se causa verecundiæ illius, quæ est in nobis semper maneret verecũdia manẽte distinctione sexus,sed non est distinctio illa causa huius verecundiæ, quia alias a principio cum Deus creauerit hominem masculum & fœminam.supra 1.cap.erubescerent,sed falsum est, quia non erubescebãt in Paradiso terrestri.sup.2. cap. scilicet.Erant vterque nudus Adam & Eua,& nõ erubescebant,non est illa causa , poterit ergo in Paradiso manere distinctio sexuum sine verecundia,quia quicquid perfectionis in Paradiso terrestri erat , poterit a fortiori esse post resurrectionem,vbi est melior status. Tertio quia causa verecũdiæ in nobis de nuditate membrorum nõ est distinctio sexuum,sed libido,quæ dñatur in membris inquantum mouẽtur illa cõtra rationem,& hoc est turpe, & de quo erubescimus sicut supra latè declarauimus,& tangit Augustꝰ.lib.14.de ciu. Dei.cap.18.& tamẽ post resurrectionem cessabit libido,ideſt cõcupiscentia ad venerea: ideo nõ erit aliquis motus in membris illis ꝓtra rationem, vnde neq; erubescemus.Sic dicit Augu.lib.22.de ciuit. Dei. cap.17. Non enim libido ibi erit,quæ cõfusionis est causa: nã priusquam peccassent nudi erãt, & nõ cõfundebãtur vir,& fœmina:corporibus ergo illis vitia detrahẽtur, natura seruabitur.Ex quo sequitur,qꝓ post resurrectionem nõ solum in beatis nõ erit verecũdia, in quibus nulla est pœna,sed etiam in damnatis, in quibus erũt aliæ pœnæ grauissimę, nõ erit verecũdia de nuditate, nisi ꝓpter libidinem, quæ est in illis membris, & tamẽ post resurrectionem etiam in damnatis nõ erit libido,quia nõ erunt iam corpora sua animalia,sed spiritualia,quę sicut cibo non indigent, & ideo nunquam in eis fames excitatur,ita neque fruũtur venereis,neque insurgit vnquam in eis cõcupiscentia, ideo cum cessauerit in eis sicut in beatis libido,quæ est motus quidam cõtra rationem,cessabit quoque verecũdia.Quarto, quia licèt stante distinctione sexus esset necessaria,o verecũdia de nuditate: non ideo tolleretur distinctio sexus, vt ve-

Qõ. 795. Ad tertium. Respondetur ꝓ primo. Respondetur ꝓ secundo. Respondetur ꝓ tertio.

vt verecundia tolleretur, sed alio modo faciliore prouideretur, sicut nũc existẽte ista distinctione necessario erubescimus de ista nuditate, nõ tamẽ ideo Deus abstulit distinctionem sexus, qñ induxit verecũdiam, sed aliud remedium,scilicet induxit vestes.sup. 3. cap. Ita ergo fieret in Paradiso, qꝓ si aliter verecundia vitari nõ posset,operirẽtur homines vestibus,potius, quã qꝓ sexuum distinctio tolleretur, quæ ad naturam pertinebat. Quinto,quia nõ bene cõcludunt, nam dato qꝓ sequeretur verecundia ex distinctione sexuum,nõ sequitur,qꝓ tolleretur sexus fœmininus potius, quã masculinus,quia secũdum vtrunque est verecũdia. Si autem potius deberet tolli fœmina quam masculus, iam nõ fieret propter verecundiam,sed propter aliam causam . Sextò, quia adhuc nulla causa data sufficeret;qa si data distinctione sexus esset verecũdia, necesse erat ad tollendam illam tolli tam fœminam quàm masculum,quia non solum erubescit fœmina aspecta nuditate masculi,aut è cõuerso, aut cum mutuo nuditatẽ suam cõspiciunt,sed etiam masculi mutuo erubescũt de nuditate,quia nõ existẽte fœmina nihilominus poterat existere cõcupiscẽtia in membris,& quia ille est motus insurgens cõtra rationem,est turpis,& ideo de illo erubescimus.Tam virum ergo, quam fœminam necesse erat tolli,sed hoc est incõueniens,ideo nõ desinent esse fœminæ manẽtibus solis masculis post resurrectionem ad vitandam verecundiam.

Ad quartam rationem cõcedendum est, qꝓ distinctio sexus fuit propter necessitatem gñationis, & tñ non cessabit cessante gñatione.Primum verum est,qa si nulla futura fuisset gñatio non eẽt distinctio sexuũ: in omni productione naturali distinguũtur duo principia, & potissimè in omni gñatione damus necessario principium actiuum,& passiuum , & ista nũquam possunt incidere in idem numero, sed necesse est esse distincta, & quãto gñata sunt pfectiora tãto principia ista sunt magis distincta:vñ in animalibus perfectis nõ solum sunt distincta ista duo principia , sed ẽt sunt determinata intra speciem . In alijs aut gñationibus non sunt semper illa principia intra spẽm, sed vel vnum illorum,vel neutrum: in aĩalibus aũt perfectis principia sunt distincta. ſ. duo indiuidua spẽi eiusdem in vniuoca gñatione,vel diuersæ spẽi in æquiuoca. Et quia principia nõ solum debent esse distincta,sed ẽt cõtraria,oportet nõ solum esse duo indiuidua , quæ sunt principia gñationis,sed ẽt dissimilia. ſ. differentia sexu.i. masculum,& fœminam,& ita Arist.dicit lib.1. Polit.cap. 1.necesse itaque primum cõbinare siue inuicem non possibilis esse,puta fœminam , & masculũ gñationis gratia:ideo ꝓpter gñationẽ fuit necessaria distinctio sexus in animalibus perfectis.Si aũt non futura fuisset gñatio in hoĩbus per commixtionẽ non feciſſet Deus distinctionem sexuum, vtpotè si sicut Deus formauit Euam, & Adam , & nemo eorum gñatus est,ita alios formasset,nõ dando eis potentiam gñatiuam:nam vt vnus ex alio gñetur,non esset ibi masculus,neque fœmina , sed essent indiuidua humana similia in figura nobis ꝓpalias operationes aĩæ,quibus cõueniunt talia organa talis figuræ, & cõplexionis:non tñ hrent organa generatiua distincta , neque potentiam gñatiuam, neque inęqualitatem nobilitatis, neque drĩam aliarũ qualitatum ꝓcedentiũ masculinitatẽ, & fœminitatẽ, si cut apparet in quibusdam animalibus imperfectis, in quibus non inuenitur masculus,& fœmina.Sed dicendum,qꝓ licèt distinctio sexuum seruiat generationi, & ad hoc fuerit instituta,non cessabit tamen cessante generatione,quia non est simile de inchoatione, & desitione,quia res nunquam est sine causa: si enim gñatio non fuisset futura,nullam causam habuisset distinctio sexuũ , quia ad nihil prodesset, ideo nunq̃ incipe-

Qõ. 796. Arguitur contra distinctionis sexuum. Respõdetur.

A ret esse : cum aũt semel cœpit esse ista distinctio, ẽt si cesset gñatio habet distinctio aliquam cãm, & ita manebit:causa saltem erit , qꝓ est ista distinctio aliquid ad naturam pertinens, & qđ in natura rei trãsiuit:ablato aũt isto, destruitur natura rei : iõ sicut res hẽt cãm ad manendũ in esse , ita habet cãm ad manendum in eo, quod est sibi naturale.Motiuum aũt istud non est sufficiens.ſ.si aliquid cõpleuit actum suum, vel cessauit ab actu,qꝓ debeat cessare ipsum ab esse:nam inuenitur cõtrarium in oĩ statu. Nunc enim est in nobis actus virtutis augmentatiuę vsq; ad certum terminũ.lib. 2. de Anima:& tamen deuento ad illam magnitudinẽ, & cessante augmentatione non desinit in nobis , neque in aliquo animali esse virtus augmẽtatiua, quia nõ corrumpitur aliqua potẽtia animæ q̃diu viuimus,nisi pereat totaliter organum.Sit est potentia gñatiua in nobis, ſm quam vsq; ad certum tps possumus gignere, & fœminæ cõcipere,& vltra non gignimus, neque illi cõcipiunt: & tñ non ideo cessat virtus generatiua in nobis,aut in aliquo animali . In diuerso statu similiter est:nam in resurgentibus , sicut non erit concubitus , ita neque erit assumptio cibi , & potus : quia iam non erit corpus animale , sed spirituale , vt dicit Apostolus 1.Corin.15.cap. non tamen cessabunt vires , & organa,quæ seruiunt sumptioni cibi, & potus , scilicet stomachus,intestina,& vis digestiua,& generaliter nutritiua,& particulares virtutes sub ijs comprehensæ: ſ.nhæ cessarent,necesse erat maximam partem corporis tolli,& ita non posset manere homo,esserque aliquid truncatum,& deforme.Ita est de masculo, & fœmina, licèt enim cesset actus gñationis non cessabit vis generatiua, & organa generationis , & esse masculum, & fœminam,quia ista pertinent ad integritatem, & veritatem naturæ , quæ tolleretur ablata fœmina, vel masculo,aut organis eorũ:manebunt igitur nõ ad aliquẽ vsum priorem,ad quem instituta sunt , sed ad seruandam naturæ integritatẽ, & monstrandam sapientiam cõditoris,qui voluit illis dare vsum certi tpis. De hoc dicit Aug.lib.22.de ciuit. Dei.cap. 17. Non est autem vitium sexus fœmineus,sed natura, quæ tunc quidem & à cõcubitu,& à partu immunis erit: erunt tñ membra fœminea non accommodata vsui veteri,sed decori nouo,quo non alliciatur aspicientis concupiscẽtia, quæ nulla erit,sed laudetur sapientia atque clementia, quæ & quod non erat fecit,& liberauit a corruptione quod fecit.

Ad quintam rationem dicendum , qꝓ secundũ Augustꝰ.ista est,quæ maximè mouebat:vnde & ipse ab ea incipit dubitationem hanc ventilare aliàs non tactus eam.lib.22.cap.17.dicens: Nonnulli propter hoc quod dictum est: Donec occurramus omnes in vnitatem fidei in virum perfectũ , & mensurã ætatis plenitudinis,& cõformes imaginis filij Dei, neq; in sexu fœmineo resurrecturos credunt,sed in virili oẽs aiunt, quem Deus solum virum fecit ex limo , fœminam ex viro.Sed dicendum,qꝓ non est hoc motiuum sufficiẽs ad ostendendũ nullam fœminam in resurrectione futuram,sed omnes viros : vnde Aug. tenet ibi cõtrariũ statim sic dicens:Sed mihi melius sapere vidẽtur, qui vtrunq; sexum resurrecturum esse non dubitant. Et apparet primo,qꝓ non possit intelligi de resurrectione, quia tunc sequeretur nõ solum,qꝓ nõ manerent fœminæ in resurrectione,sed qꝓ oẽs resurgẽtes essent vnum indiuiduũ.i.vnus hõ,& hoc esset monstruosius, & qđ neq; intelligi posset; nam dr donec occurramus omnes in virum perfectũ , non dixit aũt in viros pfectos , ergo vnicus hõ maneret, quod falsum est, & absurdũ est,ergo ex eo loco non sequitur aliquid,cum neq; de resurrectione intelligi possit. Secũdo quia si quis velit intelligere de resurrectione, quod tñ Apostolus nõ vult,

Qõ. 797. Ad quintum quæstio. eiusdem. 798.

vult,adhuc non impediret manere fœminas: quia no
mine viri potest intelligi fœmina nō per modum con-
ceptionis, sed inquantū vir in mō loquēdi sacræ scrip-
turæ accipitur pro hoīe:est aūt fœmina hō,& dī occur
ramus in virum perfectum.i.in hoīem perfectum.ſ. sit
quilibet hō perfectus:sic sæpe scriptura loquitur, vt il-
lud: Beatus vir,qui timet dñm:& Beatus vir, qui in sa-
pientia morabitur:& Beatus vir,qui nō abijt in consi-
lio impiorum. Nam certum est nō solum de viris,sed
etiam de mulieribus intelligi, sed scriptura ita dixit vi-
rum pro hoīe accipiens:sic dicit Aug. lib.22. de ciuit.
Dei.cap.18. Verum si hoc ad resurrectionis formā in-
quiet quisquā referendū esse, quid nos impediret no-
minato viro intelligere,& fœminā, vt virum pro ho-
mine positum acciperemus sicut in eo, quod dictum
est beatus vir, qui timet dominum? vtique & ibi sunt
fœminæ,quæ timent dominum.

Qō. 798. Quid in sacra scriptura nomine viri ex primatur.

Tertio dicendum, q̄ ſm veram intētionem Apo-
stoli nō accipitur vir pro aliquo indiuiduo humano,
quod sit masculus,aut fœmina,sed pro vna cēgregatio-
ne ordinata in modum corporis naturalis,& sicut in
corpore naturali sunt multa membra ſm diuersa offi
cia,& ex oībus illis resultat corpus,quod est vnum: &
principale in illo est caput, ita oēs fideles subordinati
Christo per fidem eius constituunt vnum corpus,cu-
ius est caput Christus iuxta modum loquēdi Apostо-
li.1.Corin.12.c. Et hoc totum aggregatum ex corpo-
re,& capite vocatur vir.i.hō,sicut vocant iura vniuer-
sitates corpora quædā. Sed hoc attendendū est,q̄ ag-
gregatio fidelium,quæ facit Ecclesiam, vocatur aliq̄n
corpus Christi vel membra eius:aliq̄n vocatur virgo,
sed nunquam vocatur vir, nisi collectum ex corpore,
& capite simul. De primo patet, iuxta illud Apostoli:
Vos aūt estis corpus Xp̄i,& mēbra:& illud:pro corpo
re,inquit,eius quod est Ecclesia: & illud: vnus panis,
& vnum corpus multi sumus. Vnde 1.Corin.6. c. dī:
Nescitis q̄n corpora vestra membra sunt Christi,&
istud corpus,quod est Ecclesia, est corpus Christi.ſ.qa
huius corporis caput est Christus: non quidem acci-
piendo corpus Christi pro corpore naturali eius,quia
huius corporis nullus nostrum est pars, sed solum id,
quod ipse traxit de virgine matre sua, sed accipitur de
corpore mystico,vel corpore iuris:& huⁱ⁹ nos sumus
membra,& ipse caput.1.Corin.12.cap. sicut Christus
vnum est,& membra multa hēt: omnia aūt corporis
membra cum sint multa,vnū corpus sunt,ita & Chri-
stus hēt multa mēbra in suo corpore, etenim in uno
spiritu oēs nos: & vnum corpus baptizati sumus siue
Iudæi,siue Gentiles,siue serui,siue liberi. De secundo
patet. 2. Cor.11.c. Aemulor enim vos Dei æmulatio-
ne, despondi enim vos vni viro virginem castam exhi
bere Christo. Et ita omnes Corinthios,quibus loque-
batur ibi Apostolus,vocauit vnam virginem: promisi
inquam exhibere vni viro Christo. Et similiter Apo-
stolus loquitur ad Ephe.5. cap. de Ecclesia tanquā de
sponsa Christi,& quōd ipsa sit vt quædam virgo mun
da,in qua non sit aliqua macula,& vt sit pura, Christus
eam mundauit in sanguine suo, & in lauacro spiritus
sancti,cum dicit: Viri diligite vxores vestras sicut Xp̄s
dilexit ecclesiam,& semetipsum tradidit pro ea, vt il-
lam sanctificaret mundans lauacro aquæ in verbo vi-
tæ,vt exhiberet sibi ipsi gloriosam ecclesiam non ha-
bētem maculam,nec rugam,aut aliquid hmōi, sed vt
sit sancta,& immaculata. De tertiō patet, quia caput
sine corpore non est hō, ideo non potest vocari vir: ēt
corpus sine capite non est hō, totum aūt cōiunctum
est vir,& ideo nō vocat alibi Apostolus uirum per ag-
gregationē nisi ad Ephe.4.c.de quo loquimur,quiaibi
ponitur corpus Christi,quod est ecclesia, & Christus
q̄d est caput,& ex utroq; resultat uir,& iō rectè uocāt

F uir perfectus.i.totus uel integer, quia neque est caput
sine corpore,neq; corpus sine capite. Et de hoc acci-
pitur uerbum illud Apostoli, ut sit uir ille mysticum
quid,& nō naturale: & patet ex uerbis eius collatis in
vnum,nam dī: Et ipe dedit quosdā quidē Apostolos,
quosdam autem Prophetas, alios vero Euangelistas,
alios aūt pastores, & Doctores ad consumationē san-
ctorum,in opus ministerij, in ædificationem corporis
Christi, donec occurramus omnes in unitatem fidei,
& agnitionis filij Dei, in uirum perfectum in mensu-
ram ætatis plenitudinis Christi,ut iam non simus par-
uuli fluctuantes,& circunferamur omni uento doctri
næ, ueritatem aūt facientes in charitate crescamus in
illum per oīa,qui est caput Xp̄s, in quo totum corpus
cōpactum,& cōnexum per oēm iuncturam subminis-
G strationis ſm operationem in mensurā uniuscuiusq;
membri augmentum corporis facit in ædificationē
sui in charitate. Ex ijs apparet,q̄ loquatur Apostolus
de cōputatione cuiusdā corporis mystici, in quo oēs
quenimus,& incorporamur ut membra illius,& istud
corpus habet multam similitudinē cum naturali cor-
pore.ſ.q̄ sicut in illo multa mēbra sunt, oīa aūt mem-
bra non eundem actum hñt.1.Cor.12.& ad Rom.12.
sed singula membra ad aliquid seruiunt, & quodlibet
membrum seruit toti corpori.1.Cor.12.c.ita & in cor
poreisto mystico sūt multa mēbra,& quodlibet seruit
toti corpori,sed sunt quædam membra principaliora,
sicut in corpore nostro sunt membra nobiliora cor,
H cerebrum, epar, & de ijs satis facit longam compara-
tionē Apostolus,vnde ait: Et ipe.ſ.Deus,qui vult istud
corpus perfectū reddere,dedit quosdā quidē Apostо-
los,quosdā aūt prophetas,alios uero Euāgelistas,alios
aūt pastores, & Doctores.ſ.istos constituit in ecclesia
tanquā principalia membra habētia præcipuos actus,
& sequitur ad consumationē sanctorum.i.omnes istę
partes nō sunt, nisi ad consumationē. i. cōpletionem
sanctorum,idest ut opleatur numerus iustorū per pdi
cationem,doctrinā,gubernationē,& prænūciationes,
& cæteros actus istorum. Et ultra dī in opus minis-
rij. i. sunt oēs ij ad ministrandum: ministratio autem
non est unica,sed uaria ſm q̄ isti sunt diuersi gradus,
scilicet Apostoli,prophetæ,Euangelistæ, pastores,&
Doctores, cuiuslibet tñ eorum ministratio est necessa
ria ad cōplendum electos.ſ.ut erudiantur in fide,& in
I ea perseuerent usq; ad mortem. Et sequitur in edifica-
tionem corporis Christi. Istud ministeriū est ad edifi-
cationē.i.ad formationē corporis Christi. Vnde appa-
ret,q̄ hic non est sermo de corpore Christi uero,sed
de mystico: nam ad corpus Xp̄i uerum nihil faciunt
Apostoli,prophetę, Euangelistæ,pastores,& Docto-
res, sed tota trinitas actiuè formauit illud ex materia,
quam ministrauit uirgo dña nostra tanquā mater. Iō
necesse est aliud corpus accipi hic,& est mysticū,ut di
citur ad Rom.12.c.sicut.n.in uno corpore multa mē-
bra habemus, oīa autem mēbra non eundē actū hñt:
ita & multi unum corpus sumus in Xp̄o: isti aūt qui
sunt multi sunt Iudæi,Gentiles,liberi,& serui, qui oēs
unum corpus baptizati sunt in Xp̄o. j. Cor.12. c. istud
K autē est corpus Christi, de quo hic agitur, & istud est
quod ædificatur.i.formatur. Nam nos non sumus na-
turaliter corpus Christi, uel de corpore eius, sed for-
mamur in eo,uel potius ipse in nobis: ad Galat.4. cap.
ſ.filioli mei, quos iterum parturio,donec formetur in
uobis Christus Aedificamur autem in corpore isto
per fidem, quam accipimus, quia Deus dat potestatē
filios eius fieri ijs,qui credunt in noīe ipsius. Ioan.j.c.
fides autem gignitur in nobis per auditum prædican-
tium ad Rom.10.cap.ideo Apostoli,prophetæ, Euan-
gelistæ, pastores, & Doctores faciunt ad ædificationē
corporis Christi. Adhuc magis Apostolus in sequen-
tibus

Qō. 799. Probatur superiora ex dicto Paulo.

tibus istud ostendit dicens: Donec occurramus om-
nes in vnitatem fidei: fides est, per quam saluamur,ga
iustus ex fide viuit ad Ro. j. & sine ea impossibile est
placere Deo ad Hebræ.11.& sicut fides est necessaria,
ita & vnitas fidei:quia vnum, & idem est, quod ab oī-
bus credendum est, & non debent quidam credere
vnum,alij verò aliud. Ista vna fides est de Christo,&
eis,quæ ipse credi iussit, & sicut non est aliud nomen
sub cœlo datum hoībus, in quo oporteat nos saluari,
nisi in noīe Iesu Actu.4.cap.ita neque est alia fides,per
quam placere Deo possimus, nisi fides de Christo.
Dixit autem occurramus oēs,scilicet,oēs electi: nam
non occurrent oēs in vnitatem fidei, cum multæ gen
tes sint,quæ non obediunt Euangelio ad Rom.10. ca.
neq; est necesse,q̄ omnes obediant: esset aūt necessa-
riū,si oēs essēt electi,quia oporteret oēs placere Deo,
quod sine fide non fit ad Heb.11.c. & tñ non sunt oēs
electi,sed quidam sunt vasa in honorem, alia in contu
meliam ad Ro.9. c. ideo de illis non est necessariū, q̄
occurrant nobiscū in infidelitate sua,cū viuentes dam
nati sint:nam qui non credit,iam iudicatus est: Ioā.3.
c.Etiam dixit:donec occurramus; ac si dicat iste par-
tes ministeriales.i.Apostoli,prophetæ,Euangelistæ,pa
stores,& Doctores manebunt in ecclesia,& ministra-
bunt semper ſm gradus suos,donec oēs electi concur
rant ad fidem. Postquam aūt completus fuerit numе-
rus electorum,neque manebit ministratio,& forte,ne
que ecclesia,sed erit finis seculi,quia iam nulla cā erit,
vt iste status duret,nam propter malos non conseruaē
mundus,sed pp bonos viuunt mali.ſ. vt vel boni fiant,
vel bonos aliquos per sequendo faciant, vt dicit Aug.
Etiam quia sequeretur inconueniens. ſ. q̄ aliq̄n esset
ecclesia Dei, in qua nullus bonus esset. i. electus, sed
oēs præsciti,quod non satis cōuenit, cum in symbolo
fidei uocemus sanctam Ecclesiam,& ad Ephe.5. c. dī,
q̄ exhibuit sibi Christus non habentē maculam, & ru
gā,aut aliquid eiusmodi,sed vt sit sancta,& īmaculata.
Addidit,& agnitionis filij Dei.i.oēs electi occurrēt
in agnitionem filij Dei:hoc dixit ad magis aperiendū,
ſ.quia ista est vnitas fidei agnitio filij Dei. Et dixit hoc
quasi tota fides consistat in agnitione filij Dei.ſ.Chri-
sti:nam in fide nihil amplius est,nisi quod ille fecit,&
docuit,sed agnoscere ipsum est agnoscere ista,ideo fi-
des,in quā occursuros nos dicit Apostolus,est in agni-
tione filij Dei.Sed objicietur,q̄ non constat in hoc so
lo fides,sed aliquid vltra cognoscendū est. Io.17. cap.
Hęc est vita æterna,vt cognoscāt te solum verū Deū,
& quem misisti Iesum Christum. Dicendum, q̄ licet
videatur esse diuersus modus loquendi, tñ sensus idē
est,siue cum solus filius Dei noīatur,siue cum noīatur
Deus verus,& Christus à Deo missus,& hoc est, quia
non potest aliquis cognoscere filium Dei, quin agno-
scat Deum, cuius filius est, & non pōt agnoscere pa-
trem,& filium,qui sunt principium spiritatiuum spi-
ritus sancti, nisi spūm sanctū cognoscat, quia ista sunt
relatiuè dicta, & relatiua sunt illa quæ posita se ponūt,
& perempta se perimunt: vnde & necesse est in vtro-
rumque diffinitionibus vtriusq; vti. Alia ratio ēt huius
est,quia istæ tres personæ vnum sunt j.Ioan.5.c.iō ne-
cesse est nō esse separatas,cum sint vnum ſm substan-
tiam,& ita erit vna persona in alia,sicut Christus dixit:
Ego in patre,& pater in me est:Io.14.c. Vnde non po-
terit quis cognoscere verè personam vnam, quin co-
gnoscat tres. Et hoc manifestè patet ex redargutione
Philippi,quando Christus eum redarguit. Dixit enim
Philippus.eod.cap. Domine ostende nobis patrem,&
sufficit nobis,& Christus quasi indignatus ignorantię
eius,& quæstioni ineptę ait: tanto tempore vobiscum
sum,& non me cognouistis? ac si dicat, ò Philippe tu
putas,quōd me agnoscis,& ideo non petisti,quod me

A tibi ostenderem,sed quòd patrem ostenderem,quasi
illum non agnoscerem, & me agnoscerem, sed dico ti-
bi, q̄ neque me agnoscis, si patrem non agnoscis. Et
subdit cām: Philippe qui uidet me,uidet & patrē meū,
ideo cū agnoscis me, agnoscis patrē meū, & si patrē
meum ignoras,etiam me ipsum non cognoscis,& ad-
iunxit,quomodo tu dicis:ostende nobis patrem? qua-
si dicat male dicis,& loqueris repugnantia, cum præ-
supponas,q̄ me cognoscis, & ad manifestandam radi
cem veritatis huius dixit; Non credis, quia ego in pa-
tre,& pater in me est? ac si dicat credere debes, & per
istum modum videbis, q̄ non poteris me cognosce-
re,quin patrem agnoscas, & si me agnouisti patrem
agnoscis,quia ego sum in patre, & pater in me est: &
B cum simus idem ſm substantiam, non potest vnus a-
gnosci quin alius agnoscatur, & ideo apparet, q̄ qui
agnoscit filium Dei,agnoscit patrem, & spiritum san-
ctum. & sic nihil plus cognitionis importatur,cum di
citur de solo filio Dei, quàm cum dicitur de Deo, &
de Christo ab eo missō. Et adhuc non est calumnia ali
qua ex illo dicto Ioannis. 17. cap. quia necesse non est
accipi præcisè, sicut iacet litera, quia tunc consiste-
ret vita æterna in cognoscendo patrem, & filium nō
cognito spiritu sancto,cum de illo non dicatur, & ta-
men istud est impossibile,cum sint vnus Deus,& non
potest cognosci vnus,quin cognoscatur alius, quia si-
cut pater est in filio,& filius in patre,sicut Christus di-
xit Io.14.c.ita spūs sanctus est in patre, & filio,& pater
& filius sunt in spiritu sancto, quia eadem habitudo
vnitatis substantiæ est spiritus sancti ad patrem, & fi-
lium,qui est filij ad patrem,similiter & relatio spiratio
nis sicut in patre,& filio relatio paternitatis,& filiatio-
nis. Dicebatur vltra ex verbis Apostoli; in virum per-
fectum,idest donec occurramus omnes in virum pfe
ctum,cum enim oēs occurrerimus in vnitatē fidei, &
agnitionem filij Dei occurrēmus in virum perfectū.
i.constituemus virum perfectum, quia constituemus
vnum corpus misticū,cuius sit caput Christus. Istud
aūt corpus,quia non est naturale,& uerum, sed mysti
cum,non est vir neque fœmina,sed uocatur vir per si-
militudinē, qa in indiuiduis humanis nobilius est vir
quàm fœmina, & quia huic resultāti datur omnis no-
bilitas, vocauit illud Apostolus virum, & non fœmi-
D nam. Dixit etiam virum perfectum, idest integrum,
cui non deest aliquid, nam occurrimus nos in corpus
illud inquantum Christo incorporamur per fidem,
& tamen nondum occurrimus in virum perfectum,
quia nondum venerunt omnia membra huius corpo
ris, quæ membra sunt electi, cum autem omnes ele-
cti fuerint actualiter incorporati Christo per fidem,
uel per fidei sacramentum,erit perfectū corpus illud,
& tunc uocabitur vir perfectus: cæteras aūt partes di-
ctorum Apostoli nō applicamus nunc breuitatis cau-
sa,sed ad hoc omnes procedunt, vt ostendant esse cor
pus mysticum, quod perficitur ex oībus fidelibus, &
in quo sunt diuersę operationes, vel subministratio
nes membrorum sicut in corpore naturali.

Qō. 801. Quomodo in Christo nō sit masculus, neque fœmina, & est resp. ad sextum argumentū. q.791.

Ad sextam rationem dicendum, quòd illa nō pro-
E cedit. Primo quia illud dictum intelligitur de corpo-
re Christi mystico,idest de corpore,cuius Christus est
caput:& verum est,quòd in illo non est fœmina,neq;
masculus,neq; aliquid huiusmodi, & etiam causa est,
quia corpus Christi,quod est ecclesia est mysticum,&
fictum sicut sunt oīa corpora iuris, idest non est natu-
rale:ideo nō habet membra,quæ sunt verę partes cor-
poris, sed quia corpus vocatur ad similitudinem cor-
potis naturalis, quod est verum corpus, fit attributio
eorum, quæ sunt in corpore naturali. ſ. q̄ habeat par-
tes,sed ita est, q̄ in corpore naturali non est masculus,
neq; fœmina, quia masculus, & fœmina sunt aliquid

perfe-

perfectum. ſ. indiuidua habẽtia corpus, sed in corporibus eorũ nõ est masculus, & fœmina, sed corpus Christi mysticum dicitur ad similitudinem corporis naturalis; ideo in illo non erit masculus, neque fœmina, sed sunt partes, quæ integrant illud totum, quod vocatur vir perfectus ad Ephes. 4. cap. Secundò accipitur etiam illud, vt est corpus Christi mysticum, & verũ est, quod ibi non est masculus, neque fœmina: quia masculus, & fœmina sunt indiuidua speciei humanæ distincta ſm sexum generationis gratia. lib. 1. Politic. cap. 1. & generare est actus naturalis, sed in corpore mystico nullus actus est naturalis, sed spiritualis ſm charismata gratiarum: ideo nõ est in Christo masculus, neque fœmina. Tertiò dicendum, q̃ illud nõ facit ad propositum, scilicet vt ostendat fœminas non esse in resurrectione: nã si de hoc illa auctoritas ageret, etiam ostenderet non esse futuros masculos in resurrectione, cùm dicat in Christo neque masculus, neque fœmina, si autem in resurrectione non est masculus, aut fœmina, cùm omnis homo sit masculus, aut fœmina, nullus homo erit in resurrectione. Quartò, quia dicitur ibi in Christo Iesu non est Iudæus, neque Græcus, non seruus, nec liber, non masculus, neque fœmina: si ergo de resurrectione intelligatur nemo resurget: quia homines sicut sufficienter distinguuntur per masculum, & fœminam, ita etiam per liberum, & seruum: si ergo non resurgunt liberi, neque serui, nullus resurgit. Sed dicendum, quòd intelligitur de corpore mystico Christi, in quo nõ est distinctio horum, quia quamuis adunetur corpus Christi ex liberis, & seruis, Iudæis, & Græcis, qui occurrunt in vnitatem fidei, tamen cum iam sunt incorporati Christo, non manet ista distinctio inter eos tamquàm Græci, & Iudæi, liberi, & serui, sed sunt vnum corpus, & non distinguuntur, nisi vt membra illius corporis. Membra autem sunt partes, & non totum, Iudæus autem, & Græcus, seruus, aut liber dicunt rem integram, quia quodlibet dicit indiuiduum, vel personam, & non partem: ideo in Christo non est Græcus, neque Iudæus, neque seruus, neque liber, sed omnes quotquot concurrunt in vnitatem fidei eius sunt vnum corpus eius, ideſt cuius ipse est caput. Sic patet prima Corinth. 12. cap. Sicut corpus vnum est, & membra multa habet, omnia autem membra corporis, cum sint multa, vnum corpus sunt: ita & Christus habet multa membra in suo corpore, & enim in vno spiritu omnes nos vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi: & ita dicit omnes baptizatos esse vnum corpus, & facit comparationem ad corpus naturale, quod est verè vnum: si est enim corpus humanũ est vnum corpus, & habet vnicam animam; ita & corpus mysticũ ad hoc, quòd habeat similitudinem ad naturale dicitur corpus vnũ, & vnam animam habere, sic Apostolus dicit omnes baptizatos esse vnũ corpus, & esse in vno spiritu, ideſt habere vnam animam viuificantẽ: quia idem est, quo omnes fideles spiritualiter viuificantur, scilicet vnitas fidei, & vnitas baptismi. ad Ephes. 3. Vnus Deus, vna fides, vnum baptisma. Et iste sensus verborum Apostoli ad Gala. 4. cap. collatis omnibus illis in vnum scilicet, oẽs enim filij Dei estis per fidem in Christo Iesu: quicumque enim in Christo baptizati estis Christum induistis: non est enim Iudæus, neque Græcus, non masculus, neque fœmina non seruus, neque liber: omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu, ideſt baptizati in fide Christi efficiuntur vnum corpus eius, non tamen esset vnum corpus si esset ibi distinctio Iudæi, & Græci, serui, & liberi, masculi, & fœminæ, quia Iudæus, & Græcus non sunt vnum, sed duo, liber, & seruus similiter sunt duo. Ad hoc ergo, quòd sit vnitas corporis Christi, non debet manere distinctio Iudæi, & Græci, serui & liberi in eo, ideſt inquãtũ sunt partes eius: quia licet realiter aliqui sint Iudæi, aliqui Græci, aliqui barbari, aliqui serui, aliqui liberi, qui in Christum credunt, tamen inquantum sunt partes corporis eius, nihil istorum manet in eis.

Quæſtio Vera cuſa reddit curi ſcelo nulla miſerium ſit ſubiectio ad virum.

Et ita apparet de eo, quod dubitabatur an resurgerent fœminæ, quòd resurgent sicut, & viri, ideo non erit ista causa, quare non manebit ibi subiectio fœminæ ad virum, quasi non maneat ibi fœmina aliqua, sicut isti dicebant. Sed dicendum, q̃ causa est: quia principatus, & subiectio non sunt nisi vbi est communicatio: quia ibi respectu alicuius vnius actus, vel rei, aliqs imperat; aliquis obedit, vel exequitur, vbi autem non est communicatio, nõ est possibile esse principatum, & subiectionem, sed in vita æterna non erit communicatio aliqua masculi, & fœminæ, ideo non erit principatus viri ad fœminam. De quatuor communicationibus vltimis, scilicet despotica, œconomica homogalatica, politica, ostensum est supra quæstio 76. & 759. q̃ non essent in Paradiso terrestri, sed status Paradisi cœlestis, qui est post resurrectionẽ liberior erit, ergo nõ erit post resurrectionem communicatio aliqua de illis quatuor, & consequenter non erit principatus, neq; subiectio, qui fit ſm illas cõmunicationes. Secundò, quia ex ratione earum apparet, q̃ non erunt in Paradiso cœlesti: non erit prima istarum, quæ vocatur despotica, quia illa est cõbinatio liberi, & serui. Et est ista combinatio ſm Arist. lib. 1. Polit. cap. 1. eorum qui non differunt ſm naturam, sed ſm mentem, ideſt intellectum, scilicet quia aliquis potest regere prouidendo cõuenientia, alius autẽ propter deficere mente non potest; ideo potens prouidere principatur, nõ potens prouidere seruit. Ex ijs apparet, q̃ non erit ibi talis combinatio: primo, quia seruitus talis est pœna, sed in Paradiso non erit pœna aliqua. Secundò, quia seruus deficit mente, & tamen in vita æterna nemo deficiet mente: quia beati omnia ſcient in visione; ideo non solum erunt prudentes, vel scientes, sed etiam abundantissimè, & licèt quidam beati sint magis illustrati diuino lumine, secundum q̃ sunt magis beati, tamen non est aliquis, qui non sit sufficienter illustratus, quia qui minor est in regno cœlorum maior est omnibus, qui hic sunt. Tertiò, quia combinatio serui, & domini est propter acquirere necessaria ad vitam, quod fit domino prouidente, & præcipiente, & seruo obediente, & exequente, sed in vita æterna nulla indigentia erit ad vitam: quia non erit ibi vita animalis qualis hic, in qua multis opus habemus: ideo non erit talis communicatio. Quartò, quia si esset ibi communicatio domini, & serui, aut hoc esset communicatio dominii, & serui naturalis, aut serui qui est de iure gentium, & est per violentiam: non primo modo propter causas prædictas, etiam abundantius, quia Arist. dicit lib. 1. Politi. cap. 1. istam combinationem esse inter eos, qui differunt mente, & non natura, ideſt inter masculum ad masculum, & fœminam ad fœminam, sed non inter fœminam, & masculum; quia isti differunt non mente, sed natura, aut saltem principaliter natura; ideo dicit, quòd inter masculum, & fœminam non est ista combinatio. Ideo dato, quòd in Paradiso maneret seruitus, non tamen esset illa fœminę ad masculum. Si autem accipiatur de seruo secundũ violentiam, & ex iure gentium, dicendum q̃ non potest esse talis subiectio in Paradiso, ga fiunt tales serui ex bellis, & captiuationibus, vt patet, ff. de iusti. & iure. l. ex hoc iure, sed in Paradiso non erunt bella, neq; violentię, sed summa concordia; ideo non erit ibi talis seruitus. Secunda istarum, quæ est œconomica non erit ibi: quia illa habet sex extrema, ſ. virum vxorem, patrem & filium, dominũ & seruum lib. 1. Ethi. cap. & est com-

est composita ex duabus cõicationibus. ſ. naturali, & despotica, & istæ duæ cõmunicationes non erunt ibi, ideo neque erit œconomica, quę includit ambas: de despotica iam probatum est, de naturali statim ostendetur. Secundò patet, quia finis cõmunicationis œconomicæ est diuitiæ lib. j. Ethi. & primo œconomicorum, & tamen in vita æterna, neque erit vsus diuitiarum, neq; acquisitio earum, quia omnia hæc sunt terrestria, & ad vsum terrestrem, ideo neque erit communicatio œconomica. Tertia harum, scilicet homogalatarum non erit ibi, quia ista præsupponit œconomicam: nam congregatio plurium œconomiarum eorũ, qui ad sanguinem eundem, vel stirpem pertinent est cõmunicatio homogalatarum: tamẽ ibi non erit pluralitas œconomiarum, ideo neque homogalatę erunt. Secundò, quia ista cõmunicatio homogalatica vocatur vicalis, vel vicus ab Aristo. & istud non solum præsupponit œconomias, quæ sunt in habitudine personarum, sed etiam domorum simultatẽ ad habitandũ, quia hoc vocamus vicum, sed in vita æterna, neq; erit domus, neque aliqua huiusmodi habitatio, ideo non erit cõmunicatio homogalatica. Quarta erat politica cõmunicatio, quæ ibi non erit, quia ista constat ex alijs cõmunicationibus, quæ tamen non erunt, ideo neq; politica. Secundo, quia in politica cõmunicatione requiritur vnitas loci, & legis lib. 3 Polit. etiam requiritur iudex, quem Aristo. vocat distributiuum iustitiæ, & tamen in vita æterna neque erit lex, neque iudex, quia lex posita est non iusto, sed peccatori: primo Ethi mo. j. & ibi iam non erit aliquis peccator, neq; peccare potẽs: etiam non erit iudex, quia ille est ad dirimẽdas lites, & ad punienda delicta: vnde non sine causa gladium portat: ad Rom. 13. & prima Petri. 2. c. & tñ in vita æterna non erunt lites, neque excessus, qui corrigi possint aut debeant, ergo non erit cõmunicatio politica: de his omnibus dictum erat, quòd neque in Paradiso terrestri essent.

Cap. 1.

Homogalatica cõmunicatio nõ erit in Paradiso.

Politica communicatio ibidem non erit.

Qõ. 803. Secundalis œconomica non fuit in Paradiso terrestri, nec erit in cœlesti, neq; ibi subiectio aliqua.

Sed relinquebatur alia cõmunicatio, quæ erat prima omnium. ſ. naturalis: hæc aũt erat in Paradiso terrestri, & quia in qualiber cõmunicatione est aliquis principatus, & subiectio, erat talis subiectio, & futura erat in Paradiso terrestri si ibi homines manerẽt. Sed dicẽdum, q̃ in Paradiso cęlesti non esset ista cõicatio, quia ista cõmunicatio est masculi & fœminæ propter simile tertium de relinquere lib. j. Polit. cap. 1. & fit hoc per cõmixtionem carnalem, sed in Paradiso non erit cõmixtio, quia non erunt nuptiæ, ut Christus dixit Mat. 22. & Luc. 20. cap. ideo non erit cõmunicatio naturalis. Secundo quia cõmunicatio naturalis non fit ex electione, sicut aliæ communiones, sed generationis gratia, & ex necessitate: vnde dicit Aristo. lib. j. Poli. c. 1. q̃ ista combinatio est eorum, qui sine inuicem non sunt possibiles esse, & tamen in vita æterna poterunt esse sine inuicem. i. sine hoc, q̃ misceãtur, & generẽt, quia omnes qui ibi erunt, non morientur, ideo nõ erit necessitas huius communicationis. Et hanc rationẽ dedit Christus Luc. 20. cap. ſ. q̃ non erunt ibi nuptiæ, quia qui ibi erunt, non poterunt mori, ergo non erit communicatio naturalis. Et quia non erit cõmunicatio naturalis nõ erit etiam educatio filiorum, quia nulli filij nascentur, vbi nulla commixtio erit. Insuper nõ erit ibi indigentia cibi, & potus, neque vsus eorum: ideo non erit aliquid, propter quod cõmunicent masculus, & fœmina: & vbi non est communicatio non est principatus, neque subiectio, ideo non subijcietur fœmina viro in Paradiso. Similiter neque subijcietur patri filius, neq; aliquis homo alteri homini, quia in nullo communicabunt, cum omnis communicatio sit de supra positis, vt ponit Aristo. lib. j. Polit. sed earum nulla erit ibi, vt ostensum est, ergo nulla communicatio omnino ibi erit, & ideo nullus principatus, & nulla subiectio. Et non obstat, quòd in beatitudine sit inæqualitas, quia certum est, q̃ erit inæqualitas, sicut Apostolus dicit in prima ad Corin. 15. quia erit differentia beatorum, sicut stellæ a stella in claritate: non tamen quælibet inæqualitas facit principatum, & subiectionem: sed inæqualitas communicantium in aliquo vno: nam homines, qui sunt in diuersis prouincijs sunt inæquales inter se, sed quia non cõmunicant non subijciuntur, neque principantur ab inuicem. In beatis ita erit, quia erunt inæquales, & tamen non communicabunt inter se, sed solùm in Deo, qui est omnibus beatitudinis causa, & obiectũ, ideo erunt omnes sub Deo, & inter se non erit aliquis principatus, aut subiectio, & hoc Apostolus significauit prima Corin. 15. dicens. Cum euacuauerit omnẽ principatum potestatem, & virtutem, ideſt in fine mũdi quando erit resurrectio euacuabitur, ideſt cessabit principatus omnis, quem significauit sub nomine potestatis, principatus, & virtutis. Et quod dicimus de beatis est asserendum quoque de damnatis, scilicet, q̃ non sit inter eos principatus, & subiectio, quia in nullo communicant cum nulla re egeant, aut saltem nullam rem procurant, quia nullum bonum habere possunt, & sicut in beatis cessat communicatio naturalis, quæ est secundum cõmixtionem carnis: ita & in damnatis cessat, neque enim est in eis concupiscentia aliquà, neque posset celebrari concubitus, quoniam & semẽ deest tam in eis, quàm in beatis, cum illud sit residuum alimenti, ubi ergo non est sumere cibum, neque erit generari semen, ideo in neutris eorum poterit esse concubitus, ergo post resurrectionem cessàbit in hominibus communicatio, & omnis principatus, atque subiectio: solus autem Deus erit, cui erunt omnia subiecta: nam sicut dicitur prima Corin. 15. tunc tradet Christus regnum Deo, & patri. Et ita apparet ex præcedentibus, quòd hic est mulieris ad virum subiectio multa. In Paradiso autem terrestri futura esset aliqua subiectio, quia erat aliqua communicatio saltem naturalis. Sed in cœlo post resurrectionem nõ erit subiectio aliqua, quia neque erit communicatio.

Quod in damnatis nulla erit communicatio principatus, & subiectionis.

Qõ. 804. Cur uiro etiam in pœnam datum non fuit, ut esset sub alterius potestate.

Cum non solum sint fœminæ sub potestate virorum, sed etiam viri sub potestate aliorum, quare non fuit positum in maledictione viri, quòd esset sub potestate alterius viri? Aliquis fortè dicet, quòd maledictiones viri subintelliguntur in maledictione, ideo cum de muliere dictum mulieris sit, quòd esset sub potestate uiri: intelligitur etiam de uiro, q̃ esset sub potestate alicuius. Dicendum, quòd hoc est irrationabiliter dictum: primo, quia non hẽt aliquam cãm quare dicatur. Secundò quia vir, & mulier diuersimode peccauerunt, ideo non oportet maledictiones vnius intelligi in maledictionibus alterius. Tertiò, quia tunc grauaretur valde vir: fuit enim peccatum viri leuius peccato mulieris, vt infra ostendetur: ideo pœna debuit esse leuior: si autem intelligerentur maledictiones viri in maledictione mulieris, essent maiores maledictiones viri, quod est inconueniens. Quartò, quia si maledictionem viri diceremus intelligi in maledictione mulieris, similiter diceremus intelligi maledictionem serpentis in maledictione viri, & mulieris, & hoc est inconueniens. Quintò quia si maledictio viri subintelligeretur in maledictione mulieris, sicut dicimus de muliere, quòd sub viri potestate erit, diceremus è contrario, quòd sub mulieris potestate esset, quia nullus alius erat sub cuius potestate esset, sed hoc est falsum, ergo non intelligitur de viro, quòd sub potestate alicuius esset. Aliter ergo dicendum, scilicet quòd non ponitur in maledictione viri, quòd sub potestate alicuius esset, quia non est verè ista aliqua

quia maledictio pertinens ad eum, sed ad solam mulierem. Cum autem objicitur quòd vir est sub potestate viri, sicut nunc est in omnibus principatibus, & politijs: dicendum quòd non est verum: est quidem vir subditus viro, & vir principatur viro, sed non est vir sub potestate viri, sed solum sub potestate legis, qa vir præest viro principatu politico, in quo est iustum singulariter, & ita non potest rector in subditum, nisi secundum legem, sed fœmina est sub potestate viri, & non sub potestate legis, quia vir regit vxorem non per aliquam legem communem ambobus ab alio positam, sed ad arbitrium suum, vel ipse est sibi lex, ideo licèt vir regatur a viro, & mulier à marito, non est vir sub potestate viri, & est vxor sub potestate viri, vt ostẽsum est. sup. qõ. 776. vsque ad qõ. 782. Secundo, quia non est simile de subiectione vtriusque, nam de omni vxore est necesse, ꝙ sit sub potestate sui viri, & tamen non est necesse, de quolibet viro, ꝙ regatur ab alio, quia aliqui sunt superiores, qui nullos habt, à quibus regantur, sicut principes aliquarũ prouinciarũ, qui nullũ cognoscunt superiorẽ. Tertiò, quia subiectio fœminæ est ꝓ se: subiectio aũt viri est per accidẽs, qa accidit, ꝙ viri habeant leges, nam non sunt leges, nisi in principatu, & communicatione politica, vt innuitur lib. 5. Ethi. vbi politicum iustum distinguitur per legale, & naturale: sed poterant homines viuere distincti per œconomias nullam facientes politiam, & ita ibi nullæ leges essent quibus subijceretur vir: vnde non præesset vnus vir alteri. Quartò quia licèt maledictio mulieris fuerit extenta ad omnem mulierem, & maledictio viri ad omnem virum: directè tamen Deus illam maledictionem dabat illi mulieri, cui loquebatur, & maledictionem viri illi viro cui loquebatur: & tamen nõ poterat esse verum circa illum virum, quia esset subditus alicui, ideo non dictum est in maledictione eius, quòd esset sub potestate alicuius. Causa est, quia Adã fuit primus omnium hominum, & pater eorum, ideo licet multi homines essent tempore eius non debuit, neque potuit ipse subditus esse alicui tanquam honorabilior, & pater. Quintò quia Deus dedit maledictionem, cuius statim posset apparere veritas. In muliere autem ita erat, quòd illa habebat virum, & statim esset sub eius potestate: de Adam licet posset accidere, quòd alicui subijceretur, non apparebat statim cui subijceretur, quia nullus alius vir, aut fœmina erat, nisi ambo: ideo non debuit dici, quòd Adam alicui subijceretur.

Qõ. 805. An de facto uir sub uiri potestate sit, ut pœna a Deo Iob pecc. inflicta.

Sed adhuc obijcietur, ꝙ vir sit sub potestate alicuius, & propriè sicut est de seruo: nam seruus est sub potestate dñi: licèt alij viri non sint sub potestate aliorũ virorum. Dicendum, ꝙ verè seruus sub potestate domini est, qa licèt inter liberos principetur rector politiæ ciuibus principatu politico, non sunt illi sub potestate rectoris, sed sub potestate legis, & per potestatem legis comprimit subditos non per potestatem suam. De seruis secus est, quia seruus est non solum sub potestate dñi, sed etiam est pecunia eius, & possessio lib. 5. & 8. Ethi. & lib. 1. Poli. vnde l. cet sit vxor sub potestate viri magis est seruus sub potestate dñi quàm vxor sub potestate viri, vt ostensum est. sup. q. 777. & q. 778. Est concedendum, ꝙ sit vir sub potestate viri. i. seruus sub potestate dñi: & tamen non ponitur hoc in maledictione Adæ, sicut ponitur in maledictione Euæ, ꝙ sub viri potestate erit: causa est prima, quia Deus posuit pro pœna id quod euitari non poterat, & tamẽ seruitus poterat euitari, sed non poterat euitari subiectio vxoris ad virum: ideo positum fuit de muliere non de viro. Secundo, quia licèt istæ pœnæ extenderentur ad posteros, principaliter tamen intelligebantur de illis, quibus dicebantur, idest de Adam, & Eua, sed non erat futurum de Adam, quòd seruus esset alicuius: ideo non dictum est, quòd esset sub potestate alicuius. De Eua autem certum est, quòd subiecta statim erat potestati viri: ideo de illa dici debuit. Tertiò, quia hoc nullo modo conueniebat Adæ, quia nõ solum non erat ita futurum, quòd ille alicui seruiret, sed etiam non erat possibile, quia Adam erat pater omnium, & maior omnibus dignitate naturali, & reuerentia, ideo non posset effici seruus alicuius: vnde non potuit de ipso dici, quòd in alicuius potestate futurus esset sicut de Eua. Sed dicendum, ꝙ causa principalis est ea, quæ primo tacta est: Deus. n. in maledictionibus prænunciauit illa mala, quæ necesse erat accidere: non aũt illa mala, quæ poterant euitari: sunt. n. quædam mala, quæ homines sibijpsis faciunt, & ex quadam electione proueniunt. Alia aũt quæ Deus eis infert faciendo necessitatem quandam in natura ad talia euenire: prima sunt vt bella, lites, occisiones, vel bera, prede, ablationes bonorum, captiuitates, & huiusmodi: hæc enim non est necesse interuenire, sed homines illa inferunt mutuo ex aliqua electione: iõ non debuerunt talia poni in maledictione Dei, cum talia non videatur Deus inferre homini, sed homo homini: alia autem sunt mala, quæ necessario eueniunt ex cõditione naturæ, vt ꝙ homo moriatur, ꝙ aliquando ægrotet, ꝙ miserias viuendo sustineat: hęc autem videtur Deus inferre cõstituendo talem naturam humanam, ut in ea necesse sit talia euenire, iõ ista in maledictione conuenienter ponuntur. Et istud est verũ: nam aliqñ occiduntur propter delicta iudicialiter, aliqñ casu pereunt, vt cadentes in aquam, vel ignem, vel fulmine percussæ: etiam sæpe moriuntur in partu: & tñ nihil horum positum est in maledictione mulieris, quia non est necesse ista euenire, siue sint talia, quę à nobis causam habeant, vt ꝙ mulier occidatur ꝓpter delicta, vel sine causa ab aliquo interimatur, quia qđ ex electione pendet non est necessarium, siue sit à casu ut incidere in aquam, uel ignẽ, uel cõtingi fulmine, quia ista, & si ab homine non habeant causam, immo à solo Deo, non est tamen necesse euenire. Alia autẽ sunt quæ necesse est euenire in qualibet muliere. I. ꝙ quælibet habeat erumnas, vel miserias multas, & ꝙ qũlibet mulier coniugata sit subdita viro suo, & ꝙ quælibet pariens pariat cum dolore: nunquam enim accidit contrarium. Ideo ista à Deo uidentur inflicta, & sic ista ponũtur in maledictione mulieris. Similiter est de uiro: nam uiri patiuntur mortem interdum iudicialiter propter delicta, aliqñ sine causa ab inuicem, bella quoque, & captiuitates, & alia mala, & tñ in maledictione viri non fuerunt ista posita, quia ista possunt euitari, sed quædam mala sunt, quæ nullus vir euitat, sicut mori, & uitam transire cum dolore, & miserijs: ideo ista posuit Deus in maledictione, sicut infra magis tangetur. Sed istud non accidebat circa seruitutem: nã licet seruus sit sub potestate domini pluſquã uxor sub potestate uiri: non est tamen necesse, ꝙ aliquis sit seruus, sed introductæ sunt seruitutes de iure gentium per bella, vt institu. de iure person. §. seruitus, scilicet seruitus est constitutio iuris gentium, in qua quis dominio alieno contra naturam subijcitur. Et hoc apparet ex nomine ipsorum: nam serui dicuntur non quidem a serniendo, ut aliqui putant, sed a seruando, licet quoniam uicti in bello, qui occidi poterant seruabantur, ne occiderentur, & cedebant in ius capientium, uel imperatorum, ideſt ducum belli, sic patet eodem titulo. §. serui. scilicet serui autem ex eo appellati sunt, quòd imperatores captiuos uendere iubent, ac per hoc seruare, nec occidere solent. Simi-

Quæst. 806 Seruitus ex maledictione ortũ ꝓ Noe.

Similiter inuenimus seruitutẽ ortam ex quadã maledictione, scilicet, quia maledixit Noe Chanaam nepoti suo filio Cam, scilicet maledictus Chanaam, seruus sit fratrum suorum supra 9. cap. Ante hoc. n. non erant adhuc seruitutes inter homines, quia nondum erant bella, & imperia, cum prima ætas fuisset expers horum malorum. In principio aut secundæ ætatis fuit maledictio illa, qua Noe prænunciauit seruitutem, & post hoc surrexerunt bella multa, & captiuitates, atq; seruitutes: & tamen illa maledictio non potuit extendi ad totum humanum genus, sed solum ad posteros Chanaam, quia de solo Chanaam dictum est. Sed licèt posuerit Noe seruitutẽ in maledictione, nõ debuit eã ponere Deus, quia non erat simile. Primò, quia maledictio posita à Noe non inferebat malum, sed prænũciabat malum euenturum siue à Deo siue per operationem hominum: & ita fuit, quia licet Noe prænunciauit seruitutem Chanaam, non fuit statim effectus seruus Chanaam, sed postea insurgentibus bellis, & superatis his, qui erant de stirpe Chanaam sequebatur seruitus in eis. Quòd tamen bella insurgerent, ex humana voluntate erat quòd etiam capti in bello non occiderentur, sed seruarentur, & per hoc serui efficerentur, ex hominum misericordia, aut cupiditate proueniebat: vt ditiores efficerentur habendo seruos. Si autem esset maledictio data à Deo de seruitute, non esset solum prænunciatiua mali, sed effectiua, quia benedictio in nobis est bona dicere: in Deo autem bene dicere est bona dare: sic & maledicere non est in Deo male de aliquo dicere, sed ei mala dare, & sic si in maledictione Dei seruitus poneretur, sequeretur seruitus per se ipsam sine operatione nostra sicut mors, & miseria viuentium, & tamen non sequitur, nunc seruitus per se ipsam, sed per operationem humanam inducitur faciendo bella, & postea saluando à morte vitos, quos occidi licebat: ergo non debuit prænunciari à Deo in maledictione. Secundò, quia seruitus prænunciata per Noe non fuit communis, sed solum ad Chanaam, & posteros suos: si autem à Deo poneretur in maledictione, extenderetur ad Adam, & totam suam posteritatem, sicut est de morte, & de omni illo, quod in maledictione Adæ ponitur: ideo cum seruitus non esset ventura super omnes homines, neque erat possibile, quia si omnes essent serui nullus esset dominus: nõ potuit neque debuit poni in maledictione data à Deo. Tertiò, quia licet seruitus sit grauissimum malum, quia est mors ciuilis: tamen est malũ, quod quis potest euadere postquã inciderit in illud, nam sicut hõ efficitur seruus voluntate, & liberalitate humana ꝓ manumissiones fit liber: sed mala, qã à Deo proueniunt non potest quis euadere postquam incurrit, quia sicut non incidit homo in illa per humanã voluntatem, sed per diuinam ordinationem, ita neq; incidens in illa liberabitur per aliquem, nisi per Deũ sicut est de morte: nam incurrit homo necessitatem moriendi per diuinum decretum, quia statutum est vnumquemque hominem simul mori: ad Hebræ. 9. & postquam mortuus fuerit non potest ab illo malo resurgere nisi per Dei solius potestatem. De seruitute tamen non est sic: ideo non debuit poni in Dei maledictione.

Quæst. 807 Qñ Deus subiectionem uiri non esse maledictionem ꝓ ea quæ ad subiectionem mulieris pertinent.

Sed adhuc obijcietur contra id, quod supradictum est, quòd deberet Deus dicere de subiectione viri, quia sicut dixit de subiectione mulieris, scilicet, quòd sub potestate viri esset, quia istud non poterat euitari, ita debuit dicere de viri subiectione: quia non potest excusari, vt quod sit filius sub patria potestate.

Dicendum verum esse, quòd sicut vxor est sub potestate viri, ita & filius sub potestate patris: & ideo

Aristo. distinguit iustum paternum, & iustum œconomicum, quæ non sunt iustum simpliciter, neque iustum politicum. Et est verum quòd iustum paternũ, quod est patris ad filium est minus iustum, quàm iustum œconomicum, quod est viri ad vxorem: vt dicit Aristo. lib. 5. Ethi. Ideo magis est filius sub potestate patris, quàm vxor sub potestate viri, vt ostensum est supra quæst. 778. & hoc est verum, quando est filius paruus sicut Aristo. dixit, ꝙ est filius pars patris donec sit pelicon, ideſt magnus. Concedẽdum est autem esse ius paternum, & ius œconomicum, quod est ad vxorem, & quia nullum illorum est iustum simpliciter est vterque sub potestate, scilicet filius sub potestate patris, & vxor sub potestate viri. Sed aliqui dicunt istam potestatem esse eam quam iura vocant patriam potestatem, & vocant hoc iustum paternum.

Cap. 6. Iustũ paternũ quidã patriã potestatẽ poſſuere.

Dicendum tamen non esse verum, primò, quia iustum paternum quod Aristo. ponit, est de iure naturali: patria autem potestas, est de iure ciuili: primum patet, quia iustum paternum secundum Arist. est inquãtum filius est pars patris, sed hoc pertinet ad naturam: ideo voluit illud esse naturale. Itẽ, qa Arist. lib. 5. Ethi. ponit iustum dominatiuum, paternum, & œconomicum distincta à iusto politico, & iustum politicum est quod postea ab eo diuiditur per naturale, & legale, sed legale est quod ciuile vocamus: ideo iustum paternum nõ est ciuile. Secundum patet, ideſt, quòd patria potestas sit de iure ciuili, quia Legislator agit de patria potestate inter ea, quæ pertinent ad ius ciuile, post quam egisset de iure naturali, & iure gentium, & adhuc de qbusdam alijs pertinẽtibus ad ius ciuile, quod est ius scriptum. Secundò patet, quia iustum pñum secundum, ꝙ accipit Arist. lib. 5. Ethi. est ad oẽm filiũ, quia est ad eum inquantum est pars patris, omnis aũt filius est pars, qa est à patre decisus, ideo ad oẽm filium est: & tñ patria potestas, quam vocant iuristæ, non est ad oẽm filium, sed solum ad legitimè natos. Ad illegitimos autem nulla est patria potestas: sic dicitur Instit. de patria potestate. c. 1. §. in potestate nostra sunt liberi, quos ex iustis nuptijs procreamus: & tantum iustę nuptiæ vocantur matrimonium, quia cęteri concubitus possunt vocari nuptiæ, sed sunt iniustæ, quia non secũdum legem, sic patet Instit. de nuptijs. §. 1. Iustas autẽ nuptias inter se ciues Romani contrahunt, qui secundum præcepta legum coeunt.

Quid sit patria potestas.

Tertiò, quia ius paternum est inter omnes homines, qui sunt patres, cum non sit ius constitutum, sed naturale iuxta Aristote. cum sit inquantum est filius pars patris, quod in hominibus omnibus inuenitur, & tamen patria potestas, quam vocant iura, non inuenimus inter omnes homines, sed solum inter Romanos. i. inter eos, qui iure Romano vtuntur, non aũt inter Barbaros, neq; inter gentes, quæ iure Romano non vtebantur, sic patet Instit. de patria potes. §. ius autem. s. ius aũt potestatis, quod in liberos habemus proprium est ciuium Romanorum: nulli enim alij sunt homines, qui talem in liberos habeant potestatem, qualem nos habemus. Quartò, quia patria potestas, quæ est secundum legem non solum extenditur ad filios, sed etiam ad nepotes, pronepotes, & cœteros descendentes per filios, vt patet eodem titulo. §. qui igitur. & tamen secundum Aristo. iustum paternum non est nisi ad filios, non autem ad nepotes, & pronepotes, & cœteros, & causa est, quia illud ius est inquantũ filius est pars patris, & tamen nepos, & pronepos non sunt pars auorum, & proauorum, sed solum patrum: ideo non habent iustum paternum nisi ad patres.

Quintò, qa patria potestas distinguit inter masculũ, & fœminã. s. ꝙ nepos ex filio sit in ptãte aui, nepos aũt

ex filia non sit in potestate aui.eodem tit.§.vltimo.& tamen non est distinctio in hoc quantum ad principium iusti paterni, cum illud sit inquantum filius est est pars patris,& tamen siue filius siue filia est pars patris: ideo si est patria potestas in natum ex filio,& deberet esse in natum ex filia, si patria potestas sit iustum paternum. Sextò, quia patria potestas durat super filios tam magnos, quam paruos, quia à patria potestate liberantur per emancipationem,sed iustum paternum non durat, nisi super filios quandiu sunt paruuli qui se ipsos regere non possunt: vnde Aristo. Cap. 6. loquens de iusto paterno lib.5. Ethi. dixit filium esse partem patris quousque sit pelicon,ideſt magnus,& ita statim,vt est magnus liberatur à iusto paterno,nõ tamen liberatur statim à patria potestate, etiam si matrimonium contrahat, sed per dignitatem Episcopalem, & quædam alia, de quibus non est nunc dicere, liberantur filij à patria potestate. Septimò, quia maius ius est quod constituitur in filios per iustum paternum, quàm quod constituitur per patriã potestatem: nam patria potestas ad istos casus extenditur, de quibus habetur in glo.Institu.de patria potestate: iustum autem paternum ad omnia fere extenditur cum inter patrem, & filium non sit aliqualiter iustum politicum, sed pater constituat legem filio, quam voluerit, sicut Aristo.lib.1.Poli.cap.1.allegat dictum Homeri, scilicet legem statuit vnusquisq; pueris, & vxoribus.

Quæſt. 8o8 Determinatio. Dicendum ergo quòd iustum paternum solum est patris ad filium: & aliquo modo matris ad filium,sed non ita propriè,quia illa non statuit legem, & hoc est ius ex necessitate naturæ propter educationes, quia sicut procreatio liberorum est de iure naturali,ita & educatio eorum: nam simul ponuntur, & æqualiter pendent ex hoc iure Institu.de iure natu.§.1. est ergo filius in potestate patris inquantum necesse est eum alimentari per patrem, vel matrem: quandiu paruulus est:& tandiu manet istud iustum paternum super filios,& non est aliud iustum ad illos, nisi quod pater vult, vel statuit. Cum autem effecti fuerint filij maiores, ita vt se alant,cessat istud iustum paternum, cum Aristo.dixerit illud manere donec filius sit pelicon, ideſt magnus, tunc enim incipit esse inter patrem, & filium iustum politicum, quia politicum iustum est inter eos, inter quos est lex, & illi sunt qui se habent æqualiter ad principandum, & ad essendum sub principe: vt dicitur lib.5.Ethi. & ita est inter patrem & filium adultum, quia potest effici princeps, vel rector in politia in qua est pater ciuis, & sic ambo se æqualiter habent ad principandum, & ad essendum sub principe. Etiam iustum paternum solum manet in communicatione œconomica, vel in naturali, sed magis propriè in œconomica, quæ includit naturalem,& illa ponit patrem,& filium, vt extrema,virum, & vxorem, dominum,& seruum. In naturali autem non ponuntur nisi vir,& fœmina, aut vt proprius dicatur masculus, & fœmina, & in œconomia non sunt leges aliquæ, nisi quas vir statuit, vt dicit Homerus, & post eum Aristo. Et ob hoc adhuc apparet differre iustum paternum à patria potestate, quæ non solum est ad filios, sed etiam ad nepotes, & pronepotes, vt dictum est: & tamen nepos,& pronepos non pertinent ad œconomiam, sed ad diuersas œconomias: nam ad hoc, quòd filius habeat filios, & vxorem,recedit à cohabitatione patris, & matris, & cohabitat vxori suę,sicut Adam dixit in constitutione matrimonij propter hanc, ideſt propter vxorem dimettet homo patrem, & matrem, & adhęrebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Et sic apparet, quòd quando filius accipit vxorem, iam non potest pertinere ad communicationem œconomicam patris, sed incipit constituere aliam œconomiam, cum incipiat esse paterfamilias,& tunc vel nullam communicationem habebit ad patrem, vel saltem non œconomicam, & à fortiori filius eius, qui est iam nepos non poterit pertinere ad communicationem œconomicam cum auo, sed erit quædam alia communicatio, & illam vocat Aristo.communicationem homogalatarum, quæ est eorum qui sunt de vna stirpe,quam dicit esse ad pueros, & puerorum pueros,ideſt, ad filios,& nepotes, & cæteros descendentes prout faciunt vicum, & est communicatio nõ gratia diurnalis vsus,vt dicitur lib.1.Poli.cap.1. Apparet igitur iustum paternum esse, secundum quòd filius est sub potestate patris: & tamen istud non vocatur patria potestas: tamen quantum ad præsens non multum differret arguere de iusto paterno, & de patria potestate, quia per vtrunque dicitur pater habere filium in sua potestate: vt Instit.de patria potest.§.qui igitur ex te, & ex vxore tua nascitur, in tua potestate est. Vnum tamen erat, in quo quantum ad præsens differretur, quia si peteretur,quare non dixit Deus in maledictione viri, quòd esset sub potestate viri, quia esset filius in potestate patris diceretur, quòd non deberet poni,quia hoc nõ esset futurum in hominibus, quousque Romani essent,ex quorum iure est patria potestas:Adam autem cui maledictio ista proponebatur, non erat Romanus, neque iure Romano vsurus: ideo non erat in eo argumentum de eis, quæ pertinebant ad patriam potestatem:esset tamen argumẽtum de his,quæ pertinerent ad iustum paternum, inquantum illud est commune omnibus hominibus, & est naturale.

Communicatio homogalatica q̃ sit.

Dicendum,quòd non debuit dici in maledictione, Quæſt. 809 Cur in maledictione mulieris non dixit Deus, vt esset sub potestate viri. q̃ subijceretur vir viro pro iusto paterno. Primò, & principaliter,quia licet ista maledictio tam viri, quàm fœminæ extenderetur ad omnes viros,& ad oẽs fœminas:principaliter tamen dicebatur de Adam, & Eua, quia ipsi fuerunt qui peccauerunt, & non posteri sui, ideo nihil dici debuit in maledictione fœminæ, quod non ad ipsam fœminam pertineret, & nihil in maledictione viri,quod non ad illum virum pertineret; & tamen ad Adam non poterat pertinere, q̃ subderetur patri, quia patrem non habuit:ideo non debuit poni, q̃ vir esset sub potestate viri pro subiectione per iustũ paternum. Secũdò,quia etiam de filijs, qui futuri erãt nihil debuit poni in maledictione, quia maledictio p peccato erat,& tamen filij futuri nondum peccauerãt neque futurum peccatum eorum prænunciabat:ideo non debuit prenunciari maledictio:secus de muliere, quia ipsa iam peccauerat:ideo de subiectione eius ad virum debuit dici. Tertiò,quia id quod in maledictione Dei est,perpetuum est,& nunquam liberatur quis ab illo:& tamen subiectio filij ad patrem non semper durat, quia licet semper sit filius, dum patrem habet, non tamen est semper iustum paternum, sed solum quousque sit pelicon,ideſt magnus: nam tunc cessat iustum paternum,& incipit politicum, vt dicitur lib. 5.Ethi.secus de vxore, quia quamdiu vxor est,semper sub potestate viri est, & nunquam liberatur de subiectione, nisi per mortem viri, quando etiam definit esse vxor: ad Roma. 7. cap. Mortuo viro soluta est mulier à lege viri: ideo non debuit dici de subiectione filij ad patrem. Quartò, quia in maledictione non ponuntur nisi ea, quæ pertinent ad pœnam, cum maledictio sit malorum datio, sed subiectio vxoris ad virum pertinet ad pœnam: subiectio autem filij ad patrem,secũdum quam est iustum paternũ nõ pertinet ad pœnã:ideo non põt poni in maledictione: & ista est causa potissima. Patet hoc: subiectio filij ad patrem non est pœnalis, quia est solum propter bonum filij,subiectio autem vxoris ad virum est pœnalis, quia non est principaliter propter bonum vxoris, sed propter bonum viri:illa enim subiectio,quę est solum propter bonum subiecti, non est mala, neque pœnalis,sicut quòd corpus subijciatur animæ, & vires inferiores superioribus,& homines Deo,vt ostensum est supra quæst.760.761.& 762. Est autem subiectio filij ad patrem solum propter bonum filij, aut principaliter, scilicet vt alatur: nam paruuli non possent nutriri nisi à parentibus nutrirentur: dedit ergo natura desiderium hoc, & debitum parentibus tam in hominibus,quàm in brutis,quòd filios alant, & ita educatio computatur de iure naturali: Institu.de iure natu. cap.1. sed inquantum aluntur à parentibus filij manent eis subditi, quia non potest aliter fieri educatio: ideo oportet filios subijci parentibus, & est subiectio propter bonum filiorum. Etiam manifestatur hoc, quia vt dicit Apostolus 2.ad Corin.12.cap. oportet patrem non est pœnalis, quia est solum propter bonum vxoris, sed propter bonum viri:illa enim subiectio,quę est solum propter bonum subiecti, non est mala, neque pœnalis,sicut quòd corpus subijciatur animæ, & vires inferiores superioribus,& homines Deo,vt ostensum est supra quæst.760.761.& 762. Est autem subiectio filij ad patrem solum propter bonum filij, aut principaliter, scilicet vt alatur: nam paruuli non possent nutriri nisi à parentibus nutrirentur: dedit ergo natura desiderium hoc, & debitum parentibus tam in hominibus,quàm in brutis,quòd filios alant, & ita educatio computatur de iure naturali: Institu.de iure natu. cap.1. sed inquantum aluntur à parentibus filij manent eis subditi, quia non potest aliter fieri educatio: ideo oportet filios subijci parentibus, & est subiectio propter bonum filiorum. Etiam manifestatur hoc, quia vt dicit Apostolus 2.ad Corin.12.cap. oportet patrentes thesaurizare filijs, non filij parentibus, & tamen si filij subderentur parentibus propter bonum parentum, thesaurizarent eis,vel acquirerent eis: & adhuc magis patet, quia si esset subiectio propter bonum parentum,maneret ista subiectio semper filiorum ad parentes quandiu viuerent filij, & parentes: tamen non est sic: immo cum filij efficiuntur magni cessante tempore educationis, quando possunt sibi ipsis prouidere,cessat hoc iustum paternum,sicut dicit Aristo.lib.5.Ethic.scilicet, quòd filius est pars patris quousque sit pelicon.ideſt magnus. Etiam apparet clarius in brutis: quia animalia alunt filios, quandiu educatione indigent,& per se ipsos viuere non possunt: cum autem per se possunt viuere non solum non educantur ab eis, immo amplius filij non cognoscunt parentes, ideſt matres, & matres non cognoscunt filios: & ita apparet, quòd natura ibi filios subdidit parentibus,solum propter bonum filiorum, sed non est natura magis inordinata in hominibus,quàm in brutis: ergo filij subduntur parentibus propter bonum filiorum: ideo non pertinet ad pœnam ista subiectio, & consequenter neque ad maledictionem. Et adhuc apparet istud, quia in Paradiso terrestri maneret ista subiectio:nam certum est,quòd ibi nascerentur filij ab Adam,& indigerẽt educatione quia homines ibi manducarent, & filij statim nati non possent sibi ipsis prouidere, quia non haberent operationes perfectas corporales, ideo tunc alerentur à parentibus, & gubernarentur ad nutum parentum: essent igitur sibi subditi tunc,sicut & nunc. Sed in hoc differt, quia maiori tempore sunt nunc subditi quam tunc: & hoc quia imperfectio operationum, tam secundum corpus, quàm secundum intellectum manet nunc longiori tempore quàm tunc maneret, quia tunc solum esset imperfectio operationum de conditione naturæ, & non ex defectu pœnali: nunc verò defectus est pœnalis, sicut & consequitur peccatum originale in natis: & tamen quod in Paradiso esset non pertineret ad imperfectionem,& pœnam:ergo neque nunc subiectio filiorum ad patres, pertinet ad maledictionem: ideo neque debuit poni in maledictione Adæ. De muliere secus est, quia subiectio vxoris ad virum est principaliter ad bonum viri, quia licet aliquod bonum est mulieri sic esse,principaliter tamen est ad viri bonum: nam obsequia ei præstat: ẽt fœmina per se viuere posset: & aliqua fœmina est prudentior viro suo: & tamen cum incipit esse vxor incipit esse subdita:ideo pœna est hoc,cum non sit ad bonum eius, sicut seruus subijcitur domino propter bonum domini.i.vtilitatem eius:& non propter vtilitatem serui,ideo seruitus est pœnalis:licet non est to-

Subiectio filij ad patrem non est pœnalis.

Adæ in Paradiso terrestri ẽt fuisset ista subiectio.

Aliqualis differentia in subiectione, & quare.

talis similitudo de vxore, & seruo, quia vxor non est seruus. Verum tamen aliqua similitudo est,quia vterque subijcitur alteri propter bonum eius, cui subijcitur. Et intelligitur de subiectione vxoris ad virum,inquantum est inter eos communicatio œconomica ad acquisitionem eorum,quæ sunt necessaria ad vitã: nam ibi fœmina obsequitur viro: secus inquantum communicant vir, & vxor in naturali communicatione,nam etiam ibi est aliqua subiectio,quę maneret in Paradiso terrestri,vt ostensum est,supra quæst.763. Ibi tamen non esset aliquid pœnale, nunc autem mutata est conditio post peccatum, quia non solum est inter virum,& vxorem communicatio naturalis, sed etiam œconomica: ideo est nunc subiectio vxoris ad virum,quæ est pœnalis, sed pœnale potuit poni in maledictione,ideo posita fuit.

Quæſt.810 Cur nõ dixit etiã de muliere q̃ esset sub potestate patria.

Sed adhuc quæretur, cum de muliere positum sit, quòd esset sub potestate viri,& non solum est sub potestate viri,sed sub potestate patris,& matris, aut saltẽ patris, quare similiter non dicitur, quòd esset sub potestate patris? Dicendum putant aliqui, quòd satis expressum est,nam mulier est sub potestate viri, sed pater est vir, ideo cum sub potestate patris est, etiam est sub potestate viri, vnde non fuit in hoc aliquid omissum. Est dicendum,q̃ hoc non stat: non enim potest intelligi litera de hoc,quia ibi accipiatur vir nõ vt notat sexum, sed vt signat coniugium, & sic qui est pater non est vir. Aliter ergo dicendum, quòd in maledictione nõ positum est, quòd mulieres essent subditæ patribus, neque poni debuit. Primo,quia omnia posita in maledictione mulieris,licèt extendantur ad alias sequentes mulieres, tamen principaliter, & per se competebant mulieri primæ, cui data fuit maledictio pro peccato proprio, ideo non debuit in ea esse aliquid,quod non competeret illi, & tamen subditam esse patri non poterat competere Euæ, quia patrem non habebat,ideo non debuit poni.

Secundò, quia etiam pro mulieribus sequentibus non debuit poni maledictio aliqua: nam maledictio est pro peccato, sed mulieres nondum natæ non poterant adhuc peccasse, ideo neque maledictio debuit poni pro illis antequam peccarent, & si prænunciaretur, saltem etiam peccatum primo prænunciaretur, sed non prænunciatur peccatum sequentium, ergo neque pœna aliqua.

Tertiò, quia de filia, quòd subijciatur patri est eadem ratio,sicut de filio, & tamen subiectio filij ad patrem non debuit poni in maledictione viri, vt ostensum est præcedenti quæstio. ergo neque debuit poni subiectio filiæ.

Quartò,quia in maledictione solum ponitur,quod pœnale est,subiectio tamen filiæ ad patrem nõ est pęnalis,quia nõ est proprer bonum patris, sed filię, quia eodem modo illa subijcitur patri,sicut filius, & vtrobique est iustum paternum, ideo sicut subiectio filij non est pœna,vt ostensum est præcedenti quęst.sic & subiectio filiæ, sed subiectio vxoris est pœnalis, ideo non debuit poni de subiectione filiæ.

Quæſt.811 An ea quæ ponunt in maledictione viri, ptineãt ad fęminam.

Quæretur an ea, quæ ponuntur in maledictione viri extendantur ad fœminam. Aliqui dicunt, quòd non, quia si maledictio viri intelligeretur etiam extendi ad mulierem, superuacuo ponerentur diuersæ maledictiones, sed Deus posuit aliam maledictionẽ viri,aliam mulieris:ergo maledictio viri non extendi tur ad mulierẽ.Secundò, quia fuerunt maledictiones datæ propter peccata, sed distincta fuerunt peccata viri, & fœminæ, ideo debuerunt esse diuersæ maledictiones, vt vna non esset in alia. Tertiò, quia si maledictio viri extenderetur ad fęminam,similiter diceremus maledictionem serpentis ad fęminã extendi,

quia sicut peccauerunt vir, & fœmina circa eandem rem, scilicet de ligno vetito comedendo, ita videtur malum fecisse circa eandem rem, scilicet suadendo comedere de eodem ligno: & tamen maledictio serpētis non extenditur ad fœminam: ergo neque maledictio viri ad fœminam. Quarrò, quia si maledictio viri extenderetur ad fœmiuam, similiter maledictio fœminæ extenderetur ad virum, quia videtur eadem ratio extensionis: etiam quia circa eandem rem peccauerunt, licet non fuerit idem peccatum, & tamen maledictio fœminæ non extenditur ad virum, neque extendi potest, quia vir non potest peccare, neque cōcipere, ergo neque maledictio viri extenditur ad fœminam. In contrarium videtur, quòd extendatur maledictio viri ad fœminam primo, quia in maledictione viri ponitur mors, cum dicitur; Reuertaris in terram, de qua sumptus es supra 3. cap. & tamen hoc etiam ex necessitate competit fœminæ, quia ipsa quoque moritur, & hoc accidit propter peccatum sicut dicit Apostolus ad Roma. 8. cap. Corpus propter peccatum mortuum est: ergo extenditur maledictio viri ad fœminam. Secundò, quia dicitur maledicta terra in opere tuo, spinas, & tribulos germinabit tibi, & tamen non solum germinat hoc laborante viro, sed etiam operante fœmina agros: ergo eandem maledictionem dedit vtrique. Tertiò, quia dicitur in sudore vultus tui vesceris pane tuo, in quo significatur vita laboriosa, idest acquisitio difficilis eorum quæ pertinent ad cibum, & tamen hoc est similiter in fœmina, quia & illis est difficilis acquisitio: ergo tota maledictio viri extenditur ad mulierem.

In oppositum arguitur.

Quæs. 812 Determinatio.

Dicendum, quòd accipiendo strictè sicut peccata fuerunt distincta, & maledictiones diuersæ, ita & fuerunt non coincidentes: si enim Deus intenderet extendere maledictionem viri ad mulierem, vel è contrario, non proferret diuersas maledictiones: & tamen quamlibet singulatim maledixit pro peccato suo, accidit tamen quòd ea, quæ in maledictione viri continentur, comprehendant mulierem non ex vi verborum maledicentis, neque ex eius intentione quantum per verba significatur, sed aliunde accidit. De maledictione autem mulieris non fuit sic, quia ea, quæ ponuntur in maledictione eius non extenduntur ad virum: nam ex vi maledictionis quælibet est propria ei, cui prænunciata est, & non fuit aliquid secundum quod accideret malum fœminæ viro: ideo non extenduntur ad eum aliquo modo ea, quæ prænunciantur in maledictione mulieris. Maledictio autem viri consistebat in laboriosa acquisitione victus, scilicet, quòd terra esset maledicta in opere suo: germinaret etiam spinas, & tribulos: quod etiam ad fœminam extenditur non quasi prænunciatum contra illam, sed quia talis reddita est terra, vt cuilibet colenti difficilis reddatur, & aspera: ideo tam viro quàm fœminæ hæc germinat. Etiam dicitur in maledictione viri: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, quod significat difficilem acquisitionem victus, qui non habeatur ad sufficientiam sine sudore, qui prouenit ex labore & calore resoluente partes teneras corporis, sed ista difficilis acquisitio non est solis viris, sed etiam fœminis, quia non est illis facilitas acquirendi victum: nam iudicarentur in hoc feliciores viris. De maledictione fœminæ non est sic, quia nihil de illa extenditur ad virum, quia illa consistit in conceptu, partu, & subiectione: & tamen vir non concipit, neque parit, neque sub viri potestate est, quia ipse est vir.

Quæs. 813 Maledictio viri non ea intentione data est, vt fœminam comprehenderet, sed quasi esset aliquid proprium viro: causa est, quia hoc est speciale in homine ad alia animalia, vt dicit Aristo. lib. 8. Ethic. quòd sint opera distincta viri, & fœminæ, in alijs animalibus non sunt distincta opera masculi, & fœminæ: ideo inter masculum, & fœminam in specie humana sunt duæ communiones: prima est naturalis, quæ est propter simile tertium delinquere, quæ similiter est in omnibus animalibus, in quibus est masculus, & fœmina. Secunda est œconomica: & ista est non inquantum sunt masculus, & fœmina, sed solum inquantum habent diuersa opera, & quia in animalibus non sunt diuersa opera masculi, & fœminæ, non est in eis communicatio œconomica, sed sola naturalis. Est autem ista diuersitas operum inquantum fœmina in specie humana est magis apta ad obsequia viri ad rem domesticam, & ad ea, quæ sunt minoris laboris, & minoris prudentiæ: sunt tamen maioris humiliationis, & inferioris gradus: opera autem viri sunt ipsa acquisitio rerum inquantum pertinet ad negocia exteriora, & sunt maioris prudentiæ atque maioris difficultatis: non tamen sunt tantę humiliationis, & seruitutis, quantæ sunt opera fœminæ, de quibus loquitur Aristo. lib. 2. œconomicorum dicens: vnam autem mulierem oportet præesse eis, quæ domi sunt, & ibi subijcit de operibus viri, & fœminæ. Et iuxta istum modum, qui naturæ conuenit, & quem Aristo. verum esse putauit, instituit Deus habitudinem masculi, & fœminæ in specie humana, scilicet, vt fœmina operaretur circa rem domesticam: vir autem circa rem exteriorem, ideo dixit de fœmina sub viri potestate eris: per hoc determinans officia maioris humiliationis, & minoris gradus, quæ fœmina exhibitura erat inquantum obsequeretur viro in eis, quæ ille iuberet. De viro autem dixit in sudore vultus tui vesceris pane tuo, quasi soli viro imponeret culturam agrorum, & ad fœminam de hoc non pertineret: nam si etiam fœmina deberet colere agros, essent communia opera viri, & mulieris: & tamen falsum est, quia tunc non constituerent œconomiam, sed solum naturalem communicationem, sicut neque cętera animalia: & tamen constituunt illam inquantum habent diuersa opera non solum fm electionē, sed potius secundum naturam inquantum natura dedit fœminam, & virum ad diuersa opera aptos: vt dicit Aristo. lib. 8. Ethico. quòd conferentes propria ad commune magis abundant. Ideo dicendum, quòd sicut obsequia domestica non pertinent ad virum nisi secundum quandam vsurpationem, ita & administratio rerum exteriorum non pertinet ad fœminam: vnde cultus agrorum non est fœminarum, sed solum virorum. Aliquæ autem gentes in hoc errant non attendentes naturam communicantes opera maribus, & fœminis eadem: nam vtrosque faciunt procedere ad bellū, & vtriusque dant culturam agrorum, vt erat in politia quam Socrates instituerat, & tangit illud Aristo. lib. 2. Polit. & quantum ad bella adhuc a quibusdam gentibus obseruatur, scilicet apud Persas, vbi tam mares, quàm fœminæ simul ad bella procedebant, vt ait Isidorus lib. 9. Etym. sed Deus, qui naturam instituerat faciendo masculum, & fœminam aptos ad diuersa opera, voluit ita ordinare cōmunicationem œconomicam eorum, vt fœmina subdita esset viro ad opera domestica, vir autem in omnibus exterioribus administrationem, & operam impenderet: cultus igitur agrorum ad solum virum pertinebat. Et secundum hoc maledictio viri ad eum solum directè pertinet, quia tota consistit in difficultate acquirendi victum, sed solum est solius viri, quia est in cultu agrorum: ideo ei competit maledictio illa, & non fœminæ. Cum enim

Tēsione dicta est, vt supra communi præcedens.

Diuersitas operū virtutis, & fœminæ.

Attendentes quod communia cōmunibus operibus magis conuenit.

enim dicitur: Maledicta terra in opere tuo, de viro solo intelligetur, quia maledicta est terra, quantum ad eum, qui eam colit inquantum est difficultas in colendo, & habendo inde victum: sed ad solum virum pertinet colere secūdum rectam ordinationem œconomicam: ideo eius solius est ista pœna. Similiter cum dicitur: In sudore vultus tui vesceris pane tuo: ad virum solum pertinet, quia signatur per hoc acquisitio victus ex agricultura, quæ solius viri est, cum sint distincta opera viri, & fœminæ, vt dictum est: ideo ille solus in sudore vultus sui vescitur pane, aut acquirit panem, quo vescitur. Et tamen secundum illas gentes, quæ communicant eadem opera viris, & fœminis, erit maledictio fœminę propria fœminæ: maledictio autem viri erit communis viro, & fœminæ: & maxime erit hoc apud Barbaros, qui cognoscentes naturam non benè distinguunt inter masculum, & fœminam: sed fœminam, & seruum in eodem ordinant: vt dicit Aristo. lib. 1. Politic. cap. 1. sed hoc nihil mutat de recta dispositione Dei: ipse enim sicut distinxit naturam, ita & opera masculi, & fœminæ: & quia voluit esse distincta opera, voluit esse distinctas pœnalitates quantum ad œconomicam communicationem: viro quidem in acquisitione victus, mulieri autem in obsequijs ad virum, in quibus ei subdita est: & secundum hoc rectè ponuntur maledictiones viri, & fœminæ, vt distinctæ. Quod autem ex errore aliquarum gentium videatur incidere maledictio viri in fœminam, non nocet, quia ex eorum errore non læditur diuina dispositio, quæ recta est.

Quæs. 814 Cur mala pœnalitas in sententia viri extendatur ad mulierem nō econtra.

Sed quòd aliquo modo mala posita in maledictione viri possint extendi, & extendantur ad mulierem, & maledictio fœminæ non possit extendi ad virum factum est ex diuersitate naturæ: vir enim & fœmina communicant in aliquo, & differunt in aliquo: communicant in natura idest specie, & differunt sexu, quia sunt masculus, & fœmina. Inquantum enim communicant in natura, quia ambo sunt homines conueniunt eis quædam bona, & possunt conuenire mala opposita. Et sicut natura est communis, ita necesse est communia esse bona illa, vel mala. Inquantum autem differunt secundum sexum, necesse est accidentia consequentia sexum distincta esse in eis, & non communicari ambobus siue in bono, siue in malo. De primo patet, vt in nutritione: tam masculus enim quàm fœmina cibo, & potu vtuntur, quod non conuenit eis inquantum sunt masculus, & fœmina, sed inquantum sunt animalia, quia omne animal nutritur, & attrahit cibum: etiam animalia, in quibus non est distinctio sexus, immo & animata non animalia, sicut omne plantatiuum, nutriuntur, & attrahunt. Sed licèt omne animal nutriatur ex differentia in cibo secundum speciem animalium: nam licet a principio Deus dederit escam communem homini cum omnibus animantibus herbas, & fructus arborum supra 1. cap. tamen postea non manserunt cibi communes, sed alij sunt cibi hominum, alij aliorum animalium: viro tamen, & fœminæ est idem cibus, quia non est cibus propter sexum, sed propter speciem. Et sicut conuenit habere cibos eosdem, ita, & conuenit illos acquirere. Esse autem illorum facilem, vel difficilem acquisitionem est accidentale: nam in Paradiso terrestri ex diuino munere erat facilis acquisitio, post exclusionem est difficilis acquisitio ex pœna: ideo sicut in Paradiso erat vtrique facilitas acquirendi cibos, ita post expulsionem vtrique est difficultas: & tamen maledictio viri tota consistit in difficultate acquirendi cibos, ideo illud ita potest conuenire fœminæ sicut viro; immo necesse esset illam maledictionē similiter esse fœminę nisi ad virum pertineret acquisitio ciborum pro se, & pro fœmina, & ista est veritas. Nam, vt dictum est, vir, & fœmina in humana specie constituunt œconomiā propter diuersitatem operum, & ibi ad virum conuenit acquisitio ciborum in opere exteriori, ideo cum Deus loqueretur secundum hanc dispositionem œconomicam, quæ conueniebat naturæ, quasi tota acquisitio pertineret ad virum, fuit maledictio viri in laboriosa acquisitione victus, quasi hoc ad fœminam non pertineret. Secundum erat id, in quo differunt, scilicet distinctio sexuum, & quantum ad hoc non possunt eis eadem accidentia conuenire: viro enim competit gignere, fœminæ autem concipere, maledictio autem fœminæ posita fuit in eo, quod pertinebat ad sexum, scilicet in concipiendo, pariendo, & subiectione, ideo cum vir, & fœmina sint differentes sexu non potuerunt istę pœnalitates fœminæ conuenire viro. De cōceptu, & partu notum est, quòd competant fœminæ ex conditione sexus, ideſt, quia fœmina est, ideo non possunt competere viro. De subiectione erat dubiū, an competeret ex sexu, & dicendum, quòd sic, licèt non ita directè sicut conceptus, & partus, nam subijci in ordinatissima communicatione cōpetit ei, quod minus est, sed fœmina eo, quòd fœmina est, necesse est quòd sit minus nobilis, quàm vir nobilitate naturali, ideo competit ei secundum naturam subijci, licèt si maneret natura integra, sicut in Paradiso Terrestri esset quidem subiectio, sed non pœnalis, vt supra ostensum est. Nunc vero manet subiectio, & accidit sibi esse pœnalem propter peccatum, & ita ex conditione sexus competit mulieri esse subditam: ideo non poterit talis subiectio competere viro, cuius est distinctus sexus, & sic nulla pars maledictionis fœminæ potest extendi ad virum, & tamen maledictio viri tota extenditur ad fœminam saltem per accidens.

Subiectio fœminæ ad virū ex sexu cōpetit.

Sed dicetur, quare non fuit data maledictio viro in eo, quod pertineret ad sexum, essetque distincta maledictio viri a maledictione fœminæ, sicut è cōtrario. Dicendum, quòd fuit primo, quia non fuit possibile dari pœnalitatem aliquam competentem viro ex parte sexus: maledictio enim est de malo, quod est pœna, vnde vbi non est pœna, non est maledictio, sed nulla pœna esse potest in eis, quæ pertinent ad virum ex parte sexus, ideo maledictio sua non potuit dari in illis. Hoc autem patet, quia duo sunt, quæ masculus facit in generatione, aut quæ fiunt ex parte eius, primū est commiscri fœminæ emittendo semen: secundum est, quòd per semen emissum formetur sanguis fœminæ in fœtum. De secundo planum est, quòd nō potest esse pœnale, neque delectabile masculo, quia non fit a masculo, sed fit per vim existentem in semine ab eo deciso postquam decisum est, & commixtum sanguini præparato a fœmina intra locum conceptionis: ideo actio ista non imputatur masculo, licèt ab eo sit, & ita in hoc non potest esse ei bonum, neque malum.

Quæs. 815 Cur nō data fuit maledictio viro in his, q̄ pertinent ad sexū, vt esset distincta a maledictione fœminæ.

De primo dicendum, quòd est actio masculi in decisione, & commixtione, sed ista non potest poni in maledictione, quia maledictio pertinet ad pœnam, sed ista actio non est pœnalis: immo in omni animali est voluptas in emissione seminis, atque commixtione, tam in masculo, quàm in fœmina, ideo non potest poni in maledictione, cum potius carnales, & mundani homines, nihil spiritualitatis habentes putent eam pertinere ad fruitionem: vnde neque in fœmina ponitur ista actio ad pœnalitatem, & maledictionem pertinens, quia non dicitur in maledictione eius de commixtione, sed de conceptu. Conceptus autem accipitur pro tempore, quo

fœmina gestat fœtum in utero: & hoc pertinet ad difficultatem. Sed fœmina potuit conuenienter maledici in eo quod pertinebat ad differentiam sexus, quia multa pertinent ad omnem fœminā tā in hominibus, q̄ in animalibus ex conditione sexus. ſ. concipere, portare in vtero, parere, educare conceptum natū, ſubijci masculo tanquam diguiori; in omnibus his accidunt multæ difficultates: ideo potuit maledictio fœminæ poni conuenienter in his: maledictio autem viri non potuit poni in his, quæ pertinebant ad ſexum. Secundo quantum ad principale dato, q̄ eſſet aliquid pertinens ad ſexum, in quo poſſet vir puniri, fuit conueniēs in maledictione ſua poni ea, quæ pertinebant ad difficultatem acquirendi cibos, quia in hoc eſt magna difficultas habens multas partes, & durans per totam vitā: ideo debuit poni in maledictione potius quàm aliqd aliud, quod pertineret ad paruam pœnam: maximè quia iſta erat res multum nota, ideo potius conueniebat ad maledictionem, quam aliquid aliud, quod non eſſet ita notum, & poſtea eueniret viro.

Quæſ. 816 Cur in maledictione fœminę nō fuit facta mentio de labore.

Sed dicetur cum labor in acquiſitione victus non ſolum pertineret ad virum, ſed etiam ad mulierem, quare non fuit in maledictione mulieris poſitum de hoc. Dici poteſt primo, quòd hoc fuit, quia mulier habebat maledictionem in eo, quod erat ei propriū inquantum erat mulier, ideo non debuit poni in maledictione eius, quod eſſet commune ei, & viro, ſcilicet, quòd conueniret ambobus, vt hominibus. Secundò, quia maledictio eſt in malo, & pœna: ideo quantò eſt maius aliquod malū tātò magis pertinet ad maledictionē, ſed maius malum eſt, quod competit mulieri inquantum eſt mulier, ſcilicet in conceptu, partu, & ſubiectione, quàm malum quod eſt in acquiſitione cibi, ideo potius debuit poni hoc. Tertiò, quia ſicut fuerunt diſtincta peccata viri, & fœminę, ideo deburent eſſe diſtinctę maledictiones, ſed ponebatur in maledictione viri de difficultate acquirendi victū, ergo non debuit poni in maledictione feminę. Quartò & principaliter: quia difficultas in acquiſitione victus non eſt propriè pœna fęminę, ſed pęna viri, nam ſecūdum ordinatam œconomiam ſunt diſtincta opera fęminę, & viri: & pertinent ad virum opera exteriora, quæ conſiſtunt in acquiſitione victus: fęminę autem opera conſiſtunt in adminiſtrationibus domeſticis: agricultura autem pertinet ad opera exteriora: ideo ad ſolum virum pertinet: ideo non debuit maledictio fęminæ ſe extendere ad hoc.

Queſ. 817 Solutio rationum. q. 811. Ad primā

Et ſecundum hoc poteſt reſponderi ad vtraque argumenta ſupra facta q. 811. Ad primum concedendum, quod Deus poſuit aliam maledictionem viri, aliam mulieris, & ideo non communicant in maledictione quantum eſt ex verbis maledictionis, & intentione maledicentis: tamen accidit, quòd mulier communicet in aliquo in maledictione viri, quia maledictio viri datur in eis, quæ ſunt communia viro, & fœminæ, ſicut fuit dictum ſupra q. 814. Secundò poteſt dici ad hoc quòd Deus fecit maledictionē viri diſtinctam à maledictione fęminę, ita quòd vellet extendi maledictionem viri ad fęminam, non tamen maledictionem fœminę ad virum: & cauſa eſt quia peccatū mulieris fuit viro cauſa peccandi, cum ipſa virum impulerit ad peccandum: vir autem non fuit cauſa peccādi mulieri, quia ipſe poſterius peccauit: ideo erat conueniens extendi maledictionem viri ad fœminam. & non è contrario: quaſi peccatum viri eſſet peccatum fœminæ: & peccatum fœminæ ſimiliter ipſius fœminæ: ideo ipſa debuit habere quaſi duas maledictiones: peccatum autem viri fuit ipſius, & non peccatum fœminæ: ideo ipſe non debuit habere niſi maledictionem vnam. Tertiò poteſt concedi totaliter argumentum, & dicetur, quòd ſicut fuerunt peccata diſtincta, ita & maledictiones diſtinctę: & maledictio viri nullo modo extenditur ad fœminam: cum autem obijcitur, quòd fœminæ etiam colunt agros, & ita in ſudore vultus veſcuntur pane: dicendum quòd hoc eſt contra rectum ordinem œconomiæ: nam Deus qui diſtinxit maſculum, & fęminam, dedit eis diuerſa opera, ideſt diſpoſuit eos ad diuerſa opera: & ita fecit virum ad opera exteriora, fœminam vero ad domeſtica: vnde nihil ad fœminam pertinet de agricoltura, de qua tamen Deus loquitur, cum dicit: In ſudore vultus tui &c. ex vſurpationibus autem non poteſt ſumi argumentum contra ea, quæ rectè ordinata ſunt. Quartò poteſt dici ad hoc, quòd fœmina non habet maledictionem viri quòd colat terram, ſed ſi aliquid de laboribus viri agat fęmina, & ſit illud pœnale, non accidit illud tanquam ad eam extendatur directè maledictio viri, ſed inquantum includitur ſub parte maledictionis proprię eius, ſcilicet ſub viri poteſtate eris, inquantum autem ipſa eſt ſub poteſtate viri facit, quod vir iubet: & ſi ille iubeat colere agros colit, & ſudat, atque ſic veſcitur pane, tamen agit hoc, vt incluſum in propria maledictione, & non vt pertinens ad maledictionem viri, quæ ad illam extendatur. Et licet iſti quatuor modi reſpondendi poſſint ſtare, ſed primus, tertius, & quartus magis conueniunt: quia ſi Deus directè vellet maledictionem viri extendere ad fęminam, poneret in maledictione fœminæ totum ſimul, quod eſt in vtraque, & in maledictione viri ſolum poneret id, quod poſuit: & tamen non fecit ſic, ſed poſuit eas diſtinctas: ideo non voluit quòd directè extenderetur maledictio viri ad fœminam. Ad ſecundum dicendum, quòd fuerunt maledictiones propter peccata, & inquantum illa fuerunt diſtincta, debuerunt eſſe diſtinctę maledictones: & tamen poterat dici: quòd mulier communicet aliquo modo in maledictione viri ſecundum modum ſupra declaratum. Ad tertium dicendum, quòd illa ratio non tenet: dato enim quòd maledictio viri extenderetur ad fœminam, non deberet extendi maledictio ſerpentis ad fœminam: primò quia maledictio ſerpentis non eſt verè maledictio, cum neque ſerpens peccauerit: maledictio autem viri, & fœmine ſunt verę maledictiones, quia peccauerunt: ideo poteſt extendi maledictio vnius in alterum, non autem maledictio ſerpentis. Secundò, quia maledictio fœminæ, & ſerpentis ſunt per oppoſita, ſcilicet ſunt inimicitiæ inter eos, quòd ſerpens mulieri inſidietur, mulier autem conterat caput ſerpentis: ideo non poterat tranſire maledictio ſerpentis in mulierem. Tertiò, quia uir, & fœmina ſunt in eadem ſpecie, & communicant in malo, & bono, ideo maledictio vnius poteſt in alterum tranſire; ſed ſerpens non communicat in ſpecie cum muliere, ideo neque in bono, neque in malo communicabunt: ſic patet de eo quod ponitur in maledictione, ſcilicet, quòd ſerpens comederet terram: & tamen neque vir neque mulier comedunt terram, quia repugnat naturali conditioni eorum. Quartò, quia ſi maledictio vnius poſſet extendi ad alterum, potius extenderetur maledictio mulieris in ſerpente: quia de uiro, & fœmina ita nunc arguitur, quòd tranſeat maledictio viri in fœminam, ſcilicet, quia fuit uiro cauſa peccandi, & non è contrario. Ad quartum dicendum, quòd maledictio fœminæ non extenditur in virum: & tamen non eſſet inconueniens, quòd extenderetur maledictio uiri in fœminā: primò, quia maledictio fęminę repugnat uiro, & maledictio uiri non repugnat fęminę: cauſa oſtenſa fuit ſupra. ſ. quia maledictio fœminę data eſt per propria

Adducitur hanc explicationem.

Ad ſecundū quæſt. 811.

Ad tertiū

ſibi: maledictio autem viri datur per communia viro, & fœminæ. Secundò, quia non erat contra rationē, quòd maledictio viri extendatur ad fœminam inquātum mulier fuit cauſa peccandi viro, ſed maledictio fœminæ, quòd extendatur ad virum eſt contra rationem, quia non fuit vir cauſa peccandi fœminæ: vnde neque partem pœnæ eius ſuſcipere debet.

Quæſ. 818 Reſponderur ad rationes in oppoſitum quæſt. 811.

Sed rationes tres in contrarium oſtendebant, quòd extenderetur maledictio viri ad fœminam: & dicendum, quòd ſtrictè ſumendo non tranſit maledictio vnius in alterum, ſed largè poteſt dici, quòd communicet fœmina in maledictione viri iuxta modos traditos præcedenti quæſt. in reſponſione ad primum argumentum. Et cum obijcitur primo de morte, quòd ſit mors maledictio viri, & pertineat ad fœminam, poteſt dici vno modo, quòd ad ambos pertineat mors: & tamen non ponitur in maledictione alicuius eorum. Et quando dicitur de viro reuertaris in terram: dicendū, quòd non ponitur ibi, vt pars maledictionis, ſed ut præſuppoſitum quoddam: nam ſi poneretur, ut maledictio, diceretur: Et reuertaris in terram, de qua ſumptus es; non tamen dicitur ſic, ſed: Donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es: & eſt determinatio cuiuſdam pœnæ prænunciatæ. ſ. in ſudore vultus tui veceris pane tuo: & quia neſciretur quandiu iſta pœna duraret, additur donec reuertaris in terram, de qua ſumptus es. i. durabit vſque ad mortem: non ergo ponitur vt pœna, ſed præſupponitur. Secundo poteſt dici quòd mors eſt pœna viri, & eſt pœna fœminæ: eſt autē maxima pœnarum. ſ. vltima, ſed non extenditur de maledictione viri in fœminam: ſed ad vtriuſq; malidictionem æqualiter pertinet: non. n. fuit poſitum de morte in maledictione alicuius eorum, ſed in maledictione amborum, aut potius in terminatione pœnæ. Cum enim Deus præceptum daret, appoſuit pœnam, & illa fuit pœna mortis, cum dixit quacunque die comederis, morte morieris. ſupra 2. c. Et licet ibi videatur ſoli viro datum, tamen tam viro, quàm fœminæ datū eſt. Sicut patet ex verbis mulieris. ſupra 3. c. ſide ligno aūt, quod eſt in medio Paradiſi præcepit nobis dominus, ne comederemus, neque tangeremus illud, ne fortè moriamur: & ſic ambobus ſignificat prænunciatum eſſe, quòd morerentur: ſecuta fuit aūt mors ſicut prænunciata fuerat peccantibus eis: ideo non uenit mors in fœminam per extenſionē pœnæ viri in eam: ſed quia ambobus æqualiter prænunciata eſt. Ad ſecundam rationem cum dī maledicta terra in opere tuo: dicēdū, q̄ terra non eſt magis maledicta ad virum, quàm ad fęminam: eſt. n. maledicta ad illum, qui colit eam: & tñ cultus agrorum ſolum conuenit viro ſecundum ordinatam œconomiam: ideo ad ſolum virum pertinet illa maledictio, & non extenditur ad fœminā: ſi aūt fœminæ colant agros, hoc eſt ſecundum inordinatā œconomiam: & non eſt ſumendum argumentum ex eo, quod eſt inordinatum. Ad vltimam rōnem reſpondē dum eodem modo: licet pro his duabus rōnibus, quæ ad idem tendunt, ſtet reſponſio in illis quatuor modis poſitis præcedenti quæſt. in reſponſione ad primum argumentum.

Ad ſecundū

Poſtquā ſcriptura poſuit maledictionē fęminę addit maledictionē viri. Sicut. n. peccatū ſuū fuit ultimū, ita & maledictio eius ultimò fuit denūciata. Secūdò & principaliter, q̄a hoc cōpetebat illi ordini reſolutionis, quē Deus fecerat: nā primū quæſiuit à uiro: deinde à fęmina: à ſerpente autem quæſiturus erat ultimò: ſed non quæſiuit propter cauſas ſuprapoſitas. Et quia ultimò inuenta eſt radix peccati, vel mali à ſerpente proceſſiſſe, dedit ei primò Deus maledictionem, & deinde retrocedendo dedit maledictionem fęminæ, quia malum fęminæ habuit ortum à ſerpente: ergo ſimiliter

Cur vltimo uenit pro maledicta datur.

Alph. Toſt. ſuper Geneſ.

A poſita maledictione fęminę debuit poni maledictio uiri, in quem deſcendit peccatum à fęmina. Et dicitur, quòd Adę dixit Deus: Quia audiſti uocem vxoris tuę,

Audire ut accipitur.

Audire accipitur pro exaudire, ſcilicet quia feciſti, quod illa rogauit: nam ſolum audire non eſt peccatū quicquid illud ſit quod audimus, quia audire non eſt in poteſtate noſtra: & peccatum non eſt niſi in ois, quæ ſunt ſecundum electionem: aſſentire autem uoci uxoris fuit in poteſtate Adę, & in hoc ille peccauit.

Quæſ. 819 Cur dixit Deus quia audiſti uocem vxoris mæ.

Sed quęretur, quare Deus poſiturus maledictionem Adæ dixit: Quia audiſti vocem vxoris tuę, cum in audiendo non ſit peccatum.

B Dicetur ſicut ſtatim dictum eſt, quòd accipitur audire pro exaudire, ideſt aſſentire voci vxoris: & quia illa ſuadebat ad malum, in exaudiēdo uocem eius eſſet peccatum. Sed adhuc dicetur, quòd non debuiſſet Deus hoc dicere, quia Deus uolebat ponere maledictionem Adę: ideo pręponebat peccatum, ut uideretur pro quo pœnam inferret, ſed peccatum Adę fuit in manducando de ligno uetito, & illud expreſſit Deus dicens comediſti de ligno, de quo pręceperam tibi, ne comederes: ideo non oportebat dici, quia audiſti uocem vxoris tuę: ſed quòd diceretur, quia comediſti de ligno, de quo pręceperam tibi ne comederes.

Dicendum, quòd fuit conueniens quòd Deus hoc exprimeret. Primò, quia uolebat ſignificare peccatum Adę, & tamen dicendo ſolum; quia comediſti non ſignabatur peccatum eius ſufficienter, quia poterat comedere, & quod non peccaret: vtpote ſi comederet per ignorantiam, uel ſimiliter daret ei de illo ligno, non dicendo quòd dabat de fructu illius: ſi enim poſſet ignorare, poſſet non peccare: cum autem dicitur. Quia audiſti uocem uxoris tuę, & comediſti, ſignatur quòd ſciens & uolens comedit, ut complaceret uxori: ideo certius ſic ſignabatur peccatum, quàm aliter.

Secundo fuit factum ad oſtendendū id, in quo fuit radix peccati uiri, ut & cognoſcatur differentia peccati eius à peccato Euæ: Eua enim peccauit, quia credidit ſerpenti putans ſe poſſe effici ſicut Deus erat: ideo deſiderans hoc comedit, ſi autem Adam crederet hoc: & ideo comederet deſiderans idem, quod Eua, diceretur audiſſe vocem ſerpentis, & non vocem Euæ, cum ab Eua non eſſet principium vocis illius: & tamen Adam non credidit ſe poſſe effici, ſicut Deus erat: neque in ligno eſſe talem virtutem, vt id præſtare poſſet, ideo neque illud concupiuit cum ſciret eſſe impoſſibile: vnde non comedit Adam propter illa, quæ dixit ſerpens, & ita non ſeductus eſt, ſed ſolum flexus fuit precibus vxoris, vt id faceret: & hoc erat vox Euæ, & non ſerpentis ideo dicitur, quòd audiuit vocem vxoris ſuæ. Ex hoc autem ſequitur differentia peccati Euę, & Adæ, quia Eua aſſenſit ſerpenti, & Adam aſſenſit Euæ: ſerpens proceſſit decipiendo, & falſum dicendo: Eua proceſſit rogando: Eua ergo quæ ſerpenti aſſenſit ſeducta eſt: ſic enim ipſa conqueſta eſt; ſerpens decepit me: Adam autem aſſenſit Euæ; ideo non fuit ſeductus, ſed complacuit roganti: & ita dicit Apoſtolus prima Timot. 2. cap. Adam non fuit ſeductus: mulier autem ſeducta in prævaricatione manſit. Tertio fuit hoc dictum ad aggrauandum peccatum Adæ. Nam ſi diceretur ſolum, quia comediſti de ligno, de quo pręceperam tibi ne comederes, ſignaretur peccatum, & non cauſa peccati: & ita non appereret grauitas peccati: nunc verò ad oſtendendam grauitatem, & ad exprobrandum Adæ, dicitur; Quia audiſti vocem vxoris tuæ, & comediſti de ligno,

Collige differentiā peccati Euę, & Adę in pomo manducando.

de quo præceperam tibi, ne comederes; ac si dicat ego præcepi ne comederes, vxor tua rogauit, vt comederes, & potius voluisti facere, quod illa rogabat, quàm quod ego præceperam, & ita satis appares reprehensibilis. Nam præceptum magis obligat, quàm preces. Et etiam si Deus non præciperet, sed suaderet non comedere, vxor autem suaderet, standum erat Deo propter suam reuerẽriam, sed Adam assensit potius vxori roganti, quàm Deo præceptum danti, ideo fuit multum reprehensibilis: & ad signandam istam redargutionem, immo ad faciendum eam Deus vsus fuit his verbis.

Quæst 8 10 Cur Deus dixit, quia audisti vocem vxoris tuę eũ posset eã nominare alio modo,

Quæretur quare dixit Deus: Quia audisti vocem vxoris tuæ; cum posset eam vocare alio modo, & non vxorem. Dicendum, quòd fuit primò, quia verum est, quòd erat vxor sua: nam Deus dederat eam ei in vxorem, & ipse vt talem accepit eam, cum dixit: Propter hanc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna: ecce Adam vocauit eam ibi vxorem: ideo sic Deus debuit eã vocare. Secundò fuit, quia non erat aliquod aliud nomẽ, quo eam melius posset vocare, quàm nominãdo vxorem Adæ: cætera enim nomina minus conueniunt, vt statim dicẽt. Tertiò, quia voluit Deus ex nomine reddere causam eius, quod dicebat: dixit enim quia audisti vocem vxoris tuæ, i. consensisti ei deprecanti. Causa autem quare assentire ei voluit, fuit, quia erat vxor: vir aũt diligit nimis vxorem suam, quia sunt caro vna, & debet eam diligere, vt corpus suum: sic dicit Apostolus ad Ephes. 5. c. sed sub alijs nominibus non importatur eadem rõ dilectionis, ideo nõ debuit nominari alio nomine in pñti, quia non facerent alia ad ꝓpositum. Sed obijcietur ꝙ posset nominare eã alijs nominibns: nam posset vocare eam Euam, & mulierẽ, aut viraginem, quia ista nõa habebat vt colligit supra 2. c. & 3. & vr ꝙ maximè deberet vocari Eua, qa illud est nomen proprium, & tunc maximè conuenienter res nominatur, qñ ex proprio nominatur: sic enim vocatur vir per nomen proprium. s. Adam cum dicatur in his verbis supra 3. c. Adæ verò, dixit Deus, quia audisti vocem vxoris tuæ: poterat ergo dicere: quia audisti vocem Euæ. Dicendum, ꝙ non potuit vocari Eua, qa hoc nomen nondum positum fuerat ei, sed Adam postea illud imposuit, vt patet ex ordine literæ supra 3. c. s. & vocauit Adam nomen vxoris suæ Euã, & illud ponitur post maledictionem datam viro, qñ Deus dixit, quia audisti vocem vxoris tuæ. Sed dicetur, ꝙ poterat vocari Eua per anticipationem: licet nondum esset nomẽ istud Euæ impositum: sicut lignum in quo peccauit Adam, & Eua vocatur lignum scientiæ boni, & mali: & accepit istud nomen post peccatũ ex eo quod dixerat serpens: In quocunque die comederitis ex eo aperientur oculi vestri, & eritis sicut dij sciẽtes bonũ, & malum. supra 3. c. & ista fuit vera causa huius nominis, vt supradictum est, & tamen ante tentationem ponitur quomodo vocetur lignum scientiæ boni, & mali. supra 3. c. s. pduxitq; dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue: lignũ etiam vitæ in medio Paradisi, lignumque scientię boni, & mali. Et ita fit ibi anticipatio, cum nondum positum esset illud nomen. Dicendum, quòd non poterat vocari mulier tunc Eua à Deo stante veritate scripturæ: nam dicitur post illud supra 3. cap. quòd Adam vocauit nomen vxoris suæ Euam. Si autem vocaret Deus mulierem Euam quando dedit maledictionem tunc imponeret ei hoc nomen, ideo non poterat postea illud imponere Adam, & tamen imposuit vt dictum est: ergo non potuit tunc Deus dicere. Quia audisti vocem Euæ. Cum verò obijcitur de anticipatione circa lignum scientiæ boni, & mali. Dicendum quòd ista anticipatio potuit fieri quantum ad relationem sacræ Scripturæ, sed non in prolatione Dei: & hoc, quia quando Moyses ista scripsit, erat multum tempus, postquam acciderant, vnde erat iam hoc nomẽ ligni scientiæ boni, & mali: & ita potuit anticipare in ordine, vt diceret cum ageret de plantatione Paradisi, quòd Deus produxerat in Paradisi medio lignum scientiæ boni, & mali. Secus erat quantum ad Dei prolationem loquendo ad Adam, quia prolatio maledictionis fuit ante impositionem huius nominis Euа ipsi mulieri, vt patet ex ordine literæ. supra 3. cap. ideo non potuit ipse proferendo maledictionem nominare Euam, sed nominauit eam vxorem Adæ. Sed adhuc obijcietur quòd in verbis Dei poterat esse anticipatio: nam ita videtur fuisse in verbis, quæ Deus dixit vetando Adæ lignum, scilicet, Ex omni ligno Paradisi comede, de ligno autem scientiæ boni, & mali, ne comedas. supra 2. cap. vbi non solum in relatione scripturæ vocatur lignum scientiæ boni, & mali, sed etiam in verbis Dei. Dicendum, quòd Deus non potuit vocare illud lignum tunc lignum scientiæ boni, & mali, præsuppositа veritate sacræ Scripturæ: quia illud nomen scriptum est ex eo, quod dixit diabolus eritis sicut dij scientes bonum, & malum, & tunc non habebat tale nomen, sed quando Moyses scripsit vocabatur iam sic: ideo potuit illud sic vocare vbicunque vellet: verum autem est, quòd Deus loquendo ad Adam non dixit: De ligno autem scientiæ boni, & mali, ne comedas: sed posuit aliud nomen æquiualens, scilicet, de ligno quod est in medio Paradisi, vel vsus est demonstratione dicens: de hoc ligno non comedas si erat præsens, & demonstratur ad oculum. Ita in præsenti non poterat Deus dicere: Quia audisti vocem Euæ, quia mulier nondum sic vocabatur, Moyses tamen, quia scripsit hoc multo tempore postquam factum est, poterat ita dicere, scilicet, quia audisti vocem Euæ: & tamen Deus nõ vsus esset hoc nomine, sed alio æquiualente in significatione: neque tamen propter hoc est falsitas in sacra Scriptura, quia verba non ponuntur nisi pro significato: ideo vbi opus erat verbis, licèt non prolata fuerint illa eadem verba, quæ scriptura ponit, dum tamen idem significetur per illa, quod per ea, quæ prolata sunt quæcunque illa sint, nihil differt.

Sed adhuc dicetur, quòd poterat vocari alijs nominibus, scilicet mulier, & virago, quia ista nomina iam erant: nam Adam vocauerat eam Viraginem dicens: Et vocabitur virago, quoniam ex viro sumpta est. supra 2. cap. & etiam ante maledictionem vocatur mulier. supra 3. cap.

Dicendum, quòd non debuit nunc à Deo vocari mulier, aut virago, vel alio aliquo nomine, sed solum vxor Adæ, primò, quia istud conuenit cuidam modo loquendi rationabili sacræ Scripturæ, & est scilicet, quòd quando scriptura loquitur de Adam, & Eua simul, non vocat eam Euam, aut mulierem, sed solum vxorem: & si loquatur scriptura principaliter de Eua, & consequenter de Adam, non vocat ipsum Adam, sed virum Euæ, si autem per se loquatur de Adam in eo quod non pertinet ad Euam, vel de Eua in eo, quod non pertinet ad Adam, vocat eos nominibus proprijs, aut saltem ipsam Euam vocat mulierem. De primo istorum patet, quia supra 2. cap. in fine dicitur. Erat autem vterque nudus, Adam, scilicet, & vxor eius: & non erubescebant. Ecce non vocauit ibi Euam, aut mulierem, sed vxorem eius. Sic etiam patet supra 3. cap. scilicet, vidit, mulier lignum, &c. tulit de fructu eius, & comedit, deditque viro suo, & ita non vocauit eum Adam, vt diceretur, deditque Adæ: & sit ibi sermo principaliter de muliere, sed non de sola: ideo cum vir veniat ibi per adhærẽtiam vocatur vir eius, De tertio patet, vt supra 2. dicitur immisit Deus soporem in Adam, quia ibi de solo agitur ipso, & ita sæpe alibi. De illa patet, supra 3. c. scilicet. Serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, qui dixit ad mulierem; non vocatur vxor, sed mulier, quia absolutè fit ibi mentio de ipsa: & deinde dicitur, cui respondit mulier, & postea dicitur, vidit itaque mulier, & iterum inimicitias ponam inter te, & mulierem; non vocatur vxor in aliquo horum. Causa istius modi loquendi est, quia Adam, & Eua habebant interse, maximam attinentiam, inquantum efficiebantur vna caro, ideo quandocunq; possent notificari per nomen vnius attinentiæ melius notificarentur, quàm alijs nominibus, sed quando simul de ambobus ageretur poterant nominari nomine relatiuo, scilicet vir, & vxor, ideo sic nominarentur, siue principaliter fieret sermo de muliere, siue principaliter de Adam. Quando autẽ de quolibet per se ageretur, non poterant nominari nomini bus relatiuis, quia posito vno relatiuo, oportet poni alterum, ideo necesse erat, tunc nominari nominibus absolutis, s. Adam, & mulier, & Eua. Sed in omnibus istis exemplis, quando ponitur nomẽ absolutum, sem per ponitur mulier, & nũquam Eua, neq; Virago: causa est, Eua non poterat nominari, quia nõdum adhuc fuerat impositum illud nomen, sed post maledictionem positum est, vt patet præcedenti quæst. & supra 3. cap. postquam autem impositum fuit istud nomen Eua, quomodocunque fit sermo de sola muliere, nunquam vocatur nisi Eua, & causa est, quia mulier est nomen appellatiuum, & non ponitur, nisi in defectũ nominis proprij, inuẽto autem nomine proprio semper illud ponitur: prius autem semper ponebatur nomen appellatiuum mulier. Nũquam autem vocatur Virago, causa est quia Virago, & mulier pro eodẽ nomine ponuntur, quod patet ex Idiomate Hebræo, vbi solum ponitur Isſa loco vtriusq; in Latino autem sermone inueniuntur ista duo nomina, ideo poterat vtrunque poni, sed hoc nomen Virago nõ habetur in Latina consuetudine ad significãdum mulierem, sed solum ad significandam mulierem robustam; hic tamen accipitur solum pro muliere, vt est sumpta de viro, ideo solum in vno loco ponitur, scilicet, vbi ista virago designatur, cum dicitur vocabitur Virago, quoniam de viro sumpta est, & ad hanc deriuationẽ non respondet hoc nomen mulier, quia non bene dicerẽtur, & vocabitur mulier, quia de viro sumpta est. Postea autem nunquam illud nomen repetitur, sed ponitur nomen mulier. Sed nunc, quia fiebat de Adam, & Eua simul mentio, debuit per nomina significãtia attinentiam illorum fieri expressio, ita vt vocarẽtur vir, & vxor, & sic dicitur, ꝙ Adæ dixit Deus, quia audisti vocem vxoris tuæ. Secundò, quantum ad principale fuit hoc, quia hoc nomen reddebat causam rei factę, & non alia nomina: nam dicẽdo, quia audisti vocem mulieris nulla causa audiendi significabatur, quia hoc nomen mulieris nullam attinẽtiam ex se, vel dilectionem signat. Similiter si nomẽ Euæ impositum esset, adhuc illud non poneretur hic, quia neq; illud signat causam, sed nomen vxoris signat istam causam; nam vxor maximè diligitur a viro, sicut dicitur ad Ephes. 5. c. Viri diligite vxores vestras, sicut corpora vestra, & ipse Adam testatus est hoc in desponsatione sua, dicens: propter hanc dimittet homo patrem, & matrẽ, & adhærebit vxori suę, supra 2. c. ideo nullum aliud nomen fuit conueniens nisi istud.

Sequitur ad maledictionem viri: Maledicta terra in opere tuo, non posuit Deus aliquas maledictiones viro, nisi in acquisitione difficili ciborum, & hoc est maledictionẽ expressit Maledicta terra in opere tuo &c.

maledictam esse terram in opere eius, quia in terra laborandum esset ei. Sunt autem alia mala, quæ viri patiuntur, vt mors, ægritudines, bella, seruitutes, verbera, subiectio ad alios, & multa genera pœnalitatis, sed de nulla penalitate locutus est Deus in maledictione, nisi de difficultate acquirendi cibos, & quia de omnibus his redditæ sunt causæ supra, loquendo de maledictione fœminę, non insistemus nunc in hoc. Mulier enim habuit pœnam in eo, quod pertinebat ad eam, inquantum mulier, & non inquantum indiuiduum speciei humanæ, s. in concipiendo, pariendo, & essendo viro subiectam, vir autem non potuit maledici in eis, quæ pertinerent ad eum secundum sexum, quia nulla talia erant ei pœnalia: fœmina habet opera propria secundum sexum in quibus esset pœna, ideo in illis maledicta fuit. De alijs malis, i. occisione, bello, ægritudine, seruitute, præda, contumelia, & huiusmodi quare non fuerunt posita in maledictione eius, dictũ fuit supra. Nam ad hoc, ꝙ posset aliquod malum poni in maledictione, requirebatur, ꝙ esset generale, & de necessitate eueniens, & quod ad ipsum Adam pertineret, sed illa nominata nõ sunt mala generalia, sed quibusdam eueniunt. Etiam non sunt de necessitate, sed accidunt, & plurima illorum habent pro causa voluntatem humanam: vt bella, occisiones, seruitutes, iniuriæ, contumeliæ, & huiusmodi. Etiam nulla istorum fuerunt in Adam, ideo non debuerunt poni in maledictione eius.

Quæst 8 3 Cum oẽs non colãt terrã, qũo vera sit ista pœna Adæ inflicta.

Sed obijcietur, ꝙ ex eadem ratione nõ debuit hoc poni in maledictione, quia nõ est hoc generale ad omnes homines, nam ista maledictio est in colendo terram, & non colunt terram omnes homines. Dicendum, ꝙ fuit cõueniens maledictio: Et potest dici vno modo, ꝙ principale quod requirebatur in maledictione erat, ꝙ pertineret ad illum, cui prænunciabatur, ꝙ autem ex illo in alios transiret accidentale erat, licèt ita fuit, quod tota maledictio primorum parentũ trãsiuit in posteros: sed sic erat quod Adam, cui dabatur ista maledictio sustineret hoc malum, quod in ea præ nunciabatur, quia ipse fuit vir agricola tota vita sua, iõ conueniens maledictio erat pro eo. Sic etiam erat de muliere, nam dictum est: Multiplicabo conceptus tuos, & in dolore paries filios tuos, & sub viri potestate eris: aliquæ mulieres fuerunt, quæ non passæ fuerunt hoc, quia nunquam conceperunt, neque pepererunt, neque fuerunt sub potestate virorum, sicut quæ manserunt in virginitate per totam vitam, & tamen fuit ista maledictio conueniens Euæ, quia secundum veritatem ipsa sæpe concepit, & sæpe peperit cum dolore, fuitq; viro suo subiecta per totam vitam. Secundo modo potest dici, quia ista maledictio est generalis: nam terra maledicta est, quãtum ad omnes homines, eo ꝙ omnes homines, aut terram colunt, aut cibos acquirant, aut alij pro eis colunt; nam nemo manducat, nisi de cibis de terræ cultura quæsitis, & sic ad omnes peruenit ista maledictio. Tertio potest dici, ꝙ in singulos hoẽs istud malũ transiturum erat, nisi homines per prudentiam partim, & partim per tirannidem prouidissent, vt non colerent omnes terram, sed alij pro eis. De prudentia patet, quantum ad institutiones politiarum. Si enim quisque homo per se maneret cum vxore sua, sicut Deus solum instituerat constituendo vnam æconomiam, necesse erat, ꝙ quilibet homo sigillatim acquireret sibi cibos, & ita quilibet cogeretur agros colere, sed constitutio communicationum politicarum facta per humanam prouidẽtiã fuit remedium contra hoc: politica enim communicatio sola habet per se sufficientiam omnium necessariorum ad vitã, & hoc est, quia ciues eius distinguuntur per diuersa opera, & quilibet prouidet multis de

opere

opere suo, & sic omnes habent sufficientiam singularum rerum, & non cogitur quilibet operari circa omnia, sed circa vnum tantum, sicut patet, lib. 1. & 3. Politicorum: & ita ibi non colunt agros omnes ciues, sed quidam colunt pro omnibus. De tyrannide apparet, quia secundum naturam omnes liberi nascebantur, quidam tamen supergressi equitatem naturalis conditionis voluerunt alijs per tyrannidem dominari quousque eos in seruos reduxerunt, illosq; ad opera sua cogebant, vel de illorum laboribus sustentationē violenter accipiebant, quod tamen postea quantum ad aliquid transiuit in præstationem iustam, & debitam, s. q̄ alicui reddatur tributum, & alicui vectigal, vt dicit Apostolus ad Rom. 13. c. Adhuc autem per prudētiā in aliquibus ablata est maledictio ista data a Deo, in quibusdam alleuiata est, s. vt non esset tam difficilis acquisitio ciborum ex agricultura: à principio. n. erat magna difficultas, quia solis humanis viribus laborandum erat, postea vero per humanam industriā inuentum est, vt maxima pars rusticani laboris transferretur ad bruta, s. iungendo boues ad aratrum, & iungendo boues ad plaustrum: nam per hæc minuitur labor humanus, qui a principio totus erat in hominibus. Et hoc videtur inchoatum, circa finem primæ ætatis sæculi, in qua dicunt, q̄ Noè excogitauit aratrum, & iunxit ad aratrum animalia, & quædam alia ad industriam pertinentia inuenit, & huic videt conuenire illud verbum, supra 5. c. Lamech genuit filium, & vocauit nomen eius Noè dicens, iste consolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit dominus, & ita Noè inducturus erat aliquam consolationem, vel diminutionem circa opera laboriosa in terra, cui maledixit dominus, s. erit noster labor deinceps minor cōfēdo agros quàm prius, & hoc procedente ætate semper magis factum est, quia sunt plures inuentiones circa artes mechanicas: sed quod ars diminuit de labore, & humana prouidētia, hoc natura auget, quia fertilitas terræ quotidie minuitur senescente mundo, & quia continuè per culturam, & productionem fructuum minuitur eius virtus germinatiua: ideo quanto plus produxerit tanto, minus disposita erit ad producendum. Et ob hoc Deus conuenienter prouidit, vt homines per temporum successiones inuenirent plures artes, & maioris excogitationis, per quas sibi minus laborādum esset in acquisitione ciborum de terra. Nam si continuè deficeret, atq; minueretur virtus germinatiua terræ, & artes nō crescerent, esset labor noster continuè maior, & ita efficeretur intolerabilis: ideo qui naturam diminuit, artem adduxit, vt labor, qui ex vna parte crescit, ex altera minuatur. Quarto potest dici, q̄ ista maledictio est generalis ad omnes homines, quia nullus homo est, qui nō acquirat cibum cum difficultate aliqua cuiuscunque status sit: & cum omnis cibus habeatur de terrę nascentibus, siue in illis qui immediatè habent cibos ex terra, siue in eis qui illos ex cultoribus acquirunt, sit labor quidā, & sollicitudo animi, & fortè non minor quàm sit labor eorum, qui ex terra acquirunt, erit generalis maledictio ad omnes signata per agriculturam, eo quòd omnis cibus noster a terra habet originem, & mediante illa cura habeatur.

Humani labores ī acquirendis cibis trāsierunt, ad bruta.

Quod ars, circa cibos acqrēdos diminuit, natura quotidie auget.

Quæs. 824 Si maledicitur terra qūo maledicitur hō, qui est distinctus a terra.

Sed quæretur, circa istam maledictionem, quomodo pertineat ad hominem: nam non dicitur, maledictus tu, sed maledicta terra, sed terra est aliquid distinctum ab homine, ideo maledicta illa non maledicitur homo, & sic non erit ad propositum. Dicendum, q̄ ista maledictio est propria maledictio hominis, quia signatur difficultas in acquirēdo cibos, sed istud est malum quoddā solius hominis, ideo homo maledictus est in hoc. Cum autem obijcitur, q̄ terra est distincta ab homine, dicendum est verum esse, & tamen sequitur quod malum est in terra, non est pro ipsa, sed pro homine, ideo maledictio illa hominis est. Et istud apparet ex intentione sacræ scripturę, nam non dicitur absolutè: Maledicta terra, sed maledicta terra in opere tuo, ideest malum eius ad te pertinebit non ad eam, & apparet adhuc per id, quod subditur, s. spinas, & tribulos germinabit tibi: nam non dixit simpliciter germinabit, sed germinabit tibi, ideest ad damnum tuum. Sēcundo dici potest, quòd est maledictio hominis, quia debet conuerti litera per hypallagē, s. maledicta terra in opere tuo. i. maledictus tu in opere terræ, & tūc est veritas plana, & est maledictio hominis, & non terræ. Modus autem iste locutionis satis cōuenit veritati sacræ Scripturæ, vt patet Deuteron. 28. c. scilicet. Maledictus eris in ciuitate, & agro, quasi maledictio sit hominis, & non ciuitatis vel agri: & tamen quasi idem sit dici, quantum ad rem maledicta ciuitas tua, vel maledictus tu in ciuitate, dicitur statim eodem cap. Maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ, cum tenendo modum loquendi præcedētē deberet dici, maledictus tu in horreo, & maledictus tu in reliquijs: & sic pro eodem accipit scriptura hic, s. maledictus tu in horreo, vel maledictum horreum tuum, ita igitur pro eodem accipiet, maledicta terra in opere tuo, & maledictus tu in opere terræ, sed dicendo, maledictus tu in opere terræ est maledictio hominis, ideo verè pertinet ista maledictio ad hominem.

Sed quæretur quæ est, vel in quo est ista maledictio terræ, quam Deus prænūciauit, & an sit terra verè maledicta: Dicendo, quòd propriè accipiendo non est terra maledicta, quia maledictio est pro peccato, terra autem non peccauit, ideo nō maledicereturvir autem, & fœmina peccauerunt, illi igitur maledici iustè potuerunt. Secundo, quia maledictio importat malum eius, cuius maledictio est, sed terræ non potest esse malum, quia non est alicui malum, vel bonum, nisi quod sentit, vel cognoscit: & de illo gaudere potest, vel tristari: terra autem non potest sentire, ideo nō est ei bonum, neque malum, ideo non potest dici propriè maledicta. Sed obijcietur, q̄ iste rationes non ftent, quia serpens non peccauit, & tñ serpens maledictus fuit supra 3. cap. Dicendum, q̄ sunt rationes conuenientes, & verę, vt non malediceretur terra, neque posset maledici. cum autem de serpente dicitur, potest responderi vno modo, q̄ nō fuit maledictus, quia illud quod dicitur contra serpentem videtur esse maledictio, sed non est, quia nihil ibi contra serpentem dicitur, quod non esset futurum, etiam si non esset. Eua tentata per serpentem, & etiam si Deus non diceret contra serpentem illa verba, quæ videtur dixisse, vt ostensum fuit supra, cum ageretur de serpente. Secundo potest dici contra serpentem æquum erat proferri maledictionem, siue ueram, siue apparentem, & tamen non contra terram. Primo, quia serpens fecit, aut per serpentē factum est aliquid malum contra mulierem, s. q̄ deciperetur ad peccandum, per terram autem nihil factū est. Secundo, quia licèt serpens secundum veritatem, nihil fecerit eorum, quæ per ipsum facta sunt, sed dæmon omnia fecerit, videbatur tamē ipse fecisse, & scriptura ita loqtur de eo, quasi ipse fecerit. Et ponit causas verisimilitudinis, s. q̄ serpens erat callidior cunctis animantibus terræ: vnde dixit ad mulierem, cur præcepit vobis dominus &c. ideo debuit poni maledictio de eo, cum videretur mala fecisse, & ei attribui illud malum factum, s. q̄ mulierem decepit: terra autem, neque fecit aliquid, neque fecisse videtur, ideo non est simile. Tertio, quia mulier putauit, quòd verè serpens deceperat eam, & non diabolus, & habebat causam querelæ contra serpētem, vnde cum peteretur ab ea, quare comedisset de ligno vetito respondit: Serpens decepit me sup. 3. c. Aequum ergo erat ei inferri maledictionem saltem apparentem, cui mulieri appareret, q̄ serpens illud fecisset contra eā. Et ita fecit Deus loquens contra serpentem, quasi ipse verè fecisset illud dicens, quia hoc fecisti, maledictus eris inter omnia animantia, sed de terra non fuit sic, quia nullam causam querelæ habuit mulier contra terram, ideo non debuit terra maledici verè, neque apparenter.

Determinatio.

Quarto potest dici, q̄ adhuc rationes duæ suprapositæ stant pro terra, & non pro serpente, & maximè secunda, quia licèt serpens non possit peccare, cum tamen sit animal potest sentire bonum, & malum, ideo potius ei potest malum inferri, quàm terræ, quæ neq; potest sentire bonum neque malum. Dicendum igitur, q̄ multa differentia est inter serpētem, & terram: serpens enim non debuit verè maledici, neque maledictus est verè, sed debuit maledictio dari ad apparētiam, & ita factum est, nam prima maledictio fuit ei supra 3. cap. Terra autem non debuit maledici verè, neque apparenter, non verè, quia nihil malifecit, non apparenter, quia nihil fecisse visa est: & ita fuit, quia neque maledictionem aliquam protulit Deus contra terram, sed solum contra virum, & fœminam, & serpentem. Cum autem obijcitur, quòd maledicta fuit terra: dicendum, quòd non fuit maledictio terræ, sed hominis in terra, quia quicquid illud mali esset non fuit terræ, sed hominis, vnde in maledictione viri ponitur id, quod de terra dicitur, scilicet Adę quoque dixit Deus, maledicta terra in opere tuo.

Quod bis dictum importat nomine maledictionis terræ.

Sed quæretur, circa hoc, quid importetur nomine maledictionis terræ, nam cum Deus dixerit maledicta terra in opere tuo, & verba Dei non sint superflua, necesse est aliquid importari per maledictionem, & quia maledictio a malo dato dicitur, necesse est aliqđ malum datum esse in terra, quod nomine huius maledictionis significetur. In contrarium dicunt aliqui, q̄ nullum malum sit datum terræ, quod significetur per maledictionem, sed quicquid nunc sit in terra, illud prius esset in ea secundum naturā, quia Deus non mutat naturalia propter peccatum etiam in peccantibus, a fortiori ergo non mutabuntur in non peccantibus, dæmones enim grauiter peccauerunt, & tamen naturalia manserunt eis integra post peccatum, vt dicit Dionysius lib. De diuinis nominibus, ca. 4. Ergo a fortiori terra, cum non peccauerit, non mutaretur in ea aliquid de eo, quod in ipsa erat naturale, sed omnia quæ fuerunt ei ante peccatum Adæ erant naturalia, ergo non fuit aliquid mali in ipsa secutum, quod prius nō haberet. Et si aliquid mali importatur nomine maledictionis, illud prius erat in terra. Secūdo patet hoc in homine, qui verè peccauit, tam masculus quàm fœmina, & tamen non fuerunt naturalia mutata, sed pdita solum dona gratuita, ergo in terra quæ non peccauit, non mutarentur naturalia. Et ita si aliquod malū fuit in terra, q̄od importetur nomine maledictionis illud esset naturale, & non esset datum propter peccatum hominis, quod in ea futurū esset, etiam si homo nunquam peccaret. Sed obijcietur, quòd Deus malediceret terræ inferendo ei aliquod malum, licèt non peccasset, & fieret hoc propter hominē, sicut pecus, cum quo homo coit, occiditur, s. quia lapidatur. Leuitic. 20. cap. Et tamen illud pecus non peccauit, neque scitur quid in eo factum esset; similiter bos qui occidit hominem non peccat, quia non intelligit, & tamē iubetur occidi: Exod. 21. c. Dicendum, quòd ista nihil probant, quia vt ostendimus supra, loquēdo de maledictione serpentis non probant ista, quòd serpēs deberet verè aliquod malum pati propter dissimilitudines ibi ostensas, de quo etiam tetigimus, supra 3. cap. quæst. 17. ergo a fortiori non deberet maledici terra, aliquod malum recipiendo. Causa huius, quia in animalibus, quæ sunt determinata indiuidua, & cito peritura, non est inconueniens, quòd pro nulla, aut leui causa fiat eis aliquod malum, & occidantur: Secus de eis, quæ semper mansura sunt, vnde inuenimus, quòd Deus iuberet sæpe occidi animalia, quæ nihil mali egerant, vt in casibus allegatis. Et quando in aliqua ciuitate erant idolatræ occidebantur habitatores, & ēt omnia animalia, quæ ibi erant: Deuter. 13. cap. Similiter, quando misit Deus ad faciēdum vltionem de Amalachitis iussit occidi homines, & omnia animalia ipsorum lib. 1. Reg. 15. capit. Et quia Saul non fecit illud, sed seruauit pecora optima, ablatum est ei regnū, eodem cap. & lib. 1. Paralip. c. 10. Sed ista erant quædā indiuidua animalium cito peritura, etiam si Deus nō iuberet illa occidi, quia homines ex alijs causis illa occiderent, vel per se interirent, ideo non oportebat q̄ri multam causam ad hoc, q̄ Deus illa iuberet occidi: secus est de eo, quod fieret circa totam vnam speciē, nam species quælibet manet, indiuidua autem nō manent, ideo circa species non mutat aliquid Deus, sed circa indiuidua. Et ista est causa, quare serpens non verè maledictus est per ea, quæ dixit Deus de serpente, supra 3. cap. quia si illa mala darētur serpenti, & prius ei non competissent, non solum fieret illud circa illū serpentem, qui locutus est Euæ, sed circa omnes serpentes, cum omnibus competat comedere terram, & super pectus moueri, & inimicitias habere ad hominem, & tamen circa totam speciem non erat aliqua causa faciendi hoc. Sicut diximus supra, c. 3. quæst. 17.

Secundò, quia quicquid fit circa aliqua indiuidua animalia non est mutatio aliqua in natura, cum nullū occidens istorum, ideest occidi sic, vel sic sit alienum ab his indiuiduis, sed quicquid de nouo fiat circa speciem, vel naturam est mutatio naturæ, quia natura rei semper est eadem quomodocunque est, & non accidit ei hoc, vel istud: ideo si aliquid de nouo fieret, circa naturam, siue addendo, siue minuendo, esset mutatio naturæ, & hoc esset contra prouidentiam Dei. Circa indiuidua autem quicquid fiat, non est alienum naturæ, quia indiuidua cum sint materialia, transmutantur, & quid eis accidat, non est contra naturam, neque mutatio in natura, & sic Deus indiuidua aliqua animalium iubet interdum deleri, sed totam vnam speciem non solum non iubet deleri, sed neque ipse delet, & non solum non delet, sed neque immutat speciem aliquam in aliquo, sed omnia perseuerāt sub eis legibus, sub quibus Deus ea condidit.

Ex hoc autem apparet, q̄ si Deus non immutat aliquid circa aliquam speciem animalium, adhuc multo minus mutabit circa terram, quia propinquiores sunt species animalium ad mutationem, quàm terra propter singula indiuidua mutari. Etiam facilius erat pepter singula indiuidua mutari. Etiam facilius erat perire quamlibet speciem quàm terrā, quia species manent, dum manent indiuidua, quia destructis primis substantijs impossibile est aliquid aliorum remanere, vt dicit Arist. in Prædicamento substantiæ: perire autem indiuidua facilius est, quia quodlibet per se perit. Non est sic de terra: sic dicitur Eccles iast. 1. c. Generatio præterijt, & generatio aduenit: terra autem in æternum stat. ideo circa terram nō faceret Deus aliquam mutationem.

Quæs. 827 Obiectio contra superiora.

Sed adhuc obijcietur, quod interdum Deus faciat, circa terram mutationem propter homines, nā Deus fecit, q̄ ciuitas Iericho tota corruerit ex fundamentis, & iussit non habitari eam, ideest non ædificari muros eius: Iosue. 6. c. Etiam quando in aliquibus ciuitatibus morabantur idolatrę, iubebat dirui eas vsque ad solū, & non ædificari in perpetuum, neq; habitari, sed esse tumulum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tumulum æternum: Deuter.13.c. Dicendum, quòd istud nihil probat, quia ibi non est aliqua mutatio facta circa terram, sed circa ædificia, cp deleantur, atque diruantur vsque ad terram, ipsa vero terra maneat sicut prius. Et adhuc apparet istud, quia si esset mutatio facta circa terram, non posset fieri per homines, sed p solum Deum qui potest alterare qualitates rerũ, quas condidit, & tamen fiebat per solos homines, quibus iubebat Deus hoc facere, Deuter. 13.c. ergo non erat ista aliqua mutatio terræ, sed humanorum ædificiorum, ideo non sequitur ex hoc, cp deberet fieri aliqua mutatio circa terram. Sed adhuc obijcietur, cp Deus vere mutat terram alterando eam secundum qualitates a priori statu, & cõditione propter homines, sic patet in terra Sodomorum, cuius quatuor ciuitates cũ tota terra adiacente subuertit: & cum prius esset vallis amenissima sicut Paradisus Domini, vt dicitur hic in litera, conuertit in mare salsissimum, vel lacum bituminis. Et non solum fecit illi terræ hoc, vt patet Sapien. 10. cap. sed etiam promisit ita facere terræ iudeorum, quando peccarent. Deuter. 29.c.s. dicetq; sequẽs generatio, & filij, qui nascentur deinceps, & peregrini, qui de longè venerint videntes plagas terræ illius, & infirmitates, quibus eam afflixit dominus sulphure, & solis ardore comburens, ita vt vltra non seratur nec virens quippiam germinet in exemplum Sodomæ, & Gomorræ, Adamæ, & Seboin, quas subuertit Dominus in ira, & furore suo, & dicẽt omnes gẽtes; quare sic fecit Dominus terræ? quæ est hæc ira furoris eius immensa? & respondebunt, quia reliquerunt pactum domini, quod pepigit cum patribus eorum. Neque illi soli terræ facturus erat Dominus hoc, sed etiã aliis terris facere consueuerat propter homines reddẽdo terras maledictas propter homines peccatores, aut abundantes frugibus propter iustos. Sic dicitur, psalmus 106. Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum.

Quæs. 828 Diluuntur obiecta superius.

Respondebitur, quòd hoc non stat, quia hoc fit circa terras particulares: maledictio autem si a Deo daretur terræ, esset generalis ad totam terrã, & istud est inconueniens, nam cp circa aliquas terras particulares fiat immutatio non est incõueniens, sicut quòd fiat circa aliqua individua alicuius speciei animalium cp pereant, circa totam autem terram esset inconueniens, sicut est inconueniens fieri mutationem circa speciem totam, vt supra diximus. Et tamẽ si Deus malediceret terræ propter peccatum hominis inferendo ei verè aliquod malum, esset necessario circa totã terram istud malum, cum non esset causa quare magis, circa vnam partẽ, quàm circa aliam. Potissimè, quia si vnam partem malediceret, & nõ alteram, iret homo ad habitandum in parte illa, quæ non esset maledicta, & quia maledictio eius erat in opere terræ, euaderet homo maledictionem Dei contra se datam habitando in terra non maledicta: hoc aũt est inconueniens, quia homo non poterat effugere pœnam Dei contra se datam: ergo tota terra esset maledicta. Secundo, quantum ad principale, quia fieri mutationem circa quasdam terras particulariter non est inconueniens, fieri autem circa totam terram erat inconueniens primo, quia mutata aliqua parte terræ non mutatur natura terræ, sed mutatur vnum indiuiduũ, quia mutatur vna pars, circa individuum autem est motus, & nõ circa speciem, quæ semper vno modo se habet. Secundo, quia facta mutatione circa aliquam partem terræ, nõ mutabatur aliquid de eo, quod Deus in creatione dederat terræ, vt conditionem eius: si autem esset maledictio circa totam terram, auferendo aliquid de virtute germinandi, & fertilitatis, quam a principio ei Deus dederat, mutabatur ipsa natura, & erat quasi e-

mendatio eius, quod Deus instituerat, facere autem hoc esset contra conditionem prouidentiæ, & gubernationis Dei, secundum quam administrat res cõseruando in eis id, quod semel dedit. Tertiò & principaliter, quia fieri mutationem circa aliquam partem terræ non est inconueniens, cum etiam naturaliter hoc fiat, sed circa totam terram non est possibile fieri mutationem abstrahendo eam a conditione sua, & transmutando eam in aliam non suam. Et causa est primo, quia omnis actio in natura habet ortum a cælo, quod est primum alterãs, & virtus in inferiora descẽdit inde. lib. 1. Meteor. & lib. de Generatione: sed corpora cœlestia non possunt respicere totam terram vno, & æquali aspectu, aut similiter diffundere lumen ad omnes partes terræ: lux tamen cœlestis est prima qualitas alterariua in tota natura, ideo non est possibile, cp corpora cœlestia inducant in omnes partes terræ vnum, & eundem effectũ, sed potius inducunt simul in diuersis partibus terræ contrarium, quia in quibusdam partibus desiccant, in alijs humectant, sed vnius transmutationis est vnicus terminus, ideo si tota terra transmutaretur, in totam introduceretur vna qualitas, & istud est impossibile naturaliter, vt diximus. Et ista est vna de causis, quare diluuiũ vniuersale non possit fieri secundum naturam, vt probãt Philosophi, & etiam perspectiui, s. quia non poterant corpora cœlestia influere eodem modo circa totam terram, diluuium autem particulare fieri potest, & sæpe factum est, vt est diluuium Deucalionis, & diluuium Ogygij: & talia diluuia concedunt Philosophi, cũ conueniant principijs naturæ: diluuium autem vniuersale, neque concedunt vnquam fuisse, neque esse possibile, quia in natura non habet causam sufficientem: terra ergo tota non potest secundum naturam incedere in aliquod vnum malum. Secundo, quia partes singulatim terræ possunt habere aliquas conditiones vltra naturam, aut contra per accidens, tota autem terra simul quicquid habet est naturale, sicut quilibet homo potest aliquid habere, quod accidit homini, & tamẽ nõ est aliquid in hominibus omnibus æqualiter, quod sit accidens homini, sed est naturale, aut specificum, vel speciem consequens, ideo tota species non potest alterari, quia non potest induci aliquid in speciẽ, quod non habuerit, quia nihil accidit ei, neque potest tolli id quod haberet per transmutationem in aliam qualitatem, quia tunc desineret esse naturale id, quod aliquando fuerat. Tertiò, quia videmus fieri per naturã tales transmutationes circa aliquas partes terræ, quales transmutationes circa aliquas partes terræ, quales Deus facit super naturaliter, nam sicut Deus terrã Sodomorum subuertens cõuertit in mare salsissimũ: infra 19. cap. & hic in litera, ita & naturaliter per terræmotum multæ vrbes, & regiones subuersæ sunt, ita vt non manserint ibi, nisi magni lacus, sicut Seneca dicit lib. de Quæstionibus naturalibus. Et sicut propter malitiam hominum Deus reddit aliquam terrã ineptam ad fructificandũ, cũ prius esset fructifera, ira & naturaliter fit mutatio ista, & multo maior, de primo. sicut dicitur, psal. 106. Posuit terram fructiferam in salsuginem, & Deuteron. 28.c. dicitur sit cœlum, quod supra te est, æneum, & terra, quam calcas, ferrea, & Dominus imbrem terræ tuę puluerem, & de cælo descendat super te cinis, donec conteraris. De secundo patet, quia hoc idem fit naturaliter: scimus enim aliquas terras quondam fuisse vberes, nunc vero lapsu temporis steriles factas, & secundum diuersum aspectum, & conditionem cæli non solum hoc, sed etiam maria mutantur in terras, & terra in maria, plurimas harum mutationum, ponit Ouidius lib. 15. Metamo. scilicet.

Vidi ego, quod fuerat olim solidissima tellus Esse

Esse fretum, vidi factas ex equore terras,
Et procul a pelago conchæ iacuere marinæ.
Et vetus inuenta est in montibus anchora summis.

Ex hoc igitur patet, quòd non erat aliquod inconueniens, aut mirandum valde, quòd Deus faceret aliquas mutationes circa aliquas terras particulares, cũ etiam hoc secundum naturam fiat, & sic Deus lædendo terram non exit ab eo, quod secundum naturam ei esse poterat, sed permutari totam terram circa aliquid, quòd prius haberet naturaliter, non potest accidere secũdum naturam, ideo neque Deus illud facit, licèt facere possit, & ita credi potest, quòd non fuerit aliquod malum inflictum toti terrę, quod importetur nomine maledictionis eius.

Quæs. 829 An maledictione terræ facta quod ei naturale deducta.

Sed adhuc aliquis dicet, quòd fuit aliquod malum super totam terram inductum signatum nomine maledictionis, & istud est quædam deterioratio, quæ fit continuo in terra propter vetustatem, & quotidianã germinationem: quanto enim plus terra germinat, tanto plus exhauritur virtus eius, vt minus postea germinare possit, sicut fit in terris nostris, quas colimus, quia alternis annis terram colimus serendo, vt quiescendo efficiatur vberior per hoc, cp non exhauriatur virtus illius, & ideo dicimur innouare noualia, extra de verborum significa. c. innouate nouale: Circa totã terram idem fiet cum a diuersis hominibus per diuersas partes orbis colatur, & quãto terra efficitur minoris virtutis, aut fertilitatis tanto maiori conatu, & labore opus est circa eam ad hoc, cp germinet ad sufficientiam, & maiores partes terrę necesse est coli, & ita ampliabitur labor cum cultu. Sed dicendum, cp non est istud malum terræ, quod importatur nomine maledictionis, quia licet verum sit, cp deterioratur terra continuè diminuta virtute eius hoc modo, sed quantum ad Adam non habebat locum; primo, quia istud fit, quando eadem terra sæpe colitur, & tamen Adam, q erat primus homo poterat colere semper terras nouas, ideo nunquam istud malum ipse experiretur, & tamen necesse est istam maledictionem nõ solum ad nos extendi, sed etiam ad Adam principaliter pertine re, cum ei daretur, ideo non intelligebatur sic, cũ isto modo non pertineret ad Adam. Secundo, quia etiam si Adam nõ coleret semper terras nouas, adhuc non conueniret ei maledictio ista, quia innuitur, cp statim, vt Adam de Paradiso eiectus est apprehẽdit eum ista maledictio, cum dicatur in sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es. Et ita signabat, cp hoc malum semper esset continuum, & maneret per totam vitam Adæ, & tamẽ nõ poterat ista deterioratio terræ incipere statim, vt Adã de Paradiso expelleretur, quia etiam si easdem terras semper coleret, non deteriorarent illę statim, sed post multum tempus, & ita circa finem vitæ Adæ incepiret maledictio illa terræ, & tamen signatur incœpisse statim, ergo non sic intelligitur. Tertio, quia si hoc esset in maledictione principalius, videtur quòd deberet venire tam super Adam, quàm super posteros, cũ peccatum esset illius, propter quod sequebatur maledictio, & tamen istud principalius veniret in nos quã in Adam: quia terra quotidie magis deterioratur, & minus fructifera fit: ergo non est ista pœna, quã Deus prædicit. Quarto, quia non est verè pœna id, quod accidit secundum naturam, & tamen deteriorari quotidie terram, minuique virtutem eius per culturam est naturale, ideo non prænunciaretur talis deterioratio in maledictionem. Sed videtur, cp fuit ista maledictio terræ aliqua generalis diminutio virtutis, & non videtur inconueniens esse poni tunc istam maledictionem, & diminutionem, cum in diluuio fuit simile factum, nã certissimè diminuta fuit virtus terę nascen-

Quæs. 830 An maledictione terræ facta quod ei naturale deducta.

tium, ex quibus nutrimur, & consequenter vita humana subito breuiata est, cum in tota prima ætate sęculi fuisset vita hominum quasi æqualis ferè vsque ad mille annos viuentium, & quia illa deterioratio diluuij inducta fuit per peccatum, simile potuit induci deterioratio in terram vniuersaliter peccante Adam & Eua; & adhuc magis videtur, cp ibi locum habuerit, quàm in diluuio, quia in diluuio non peccauerũt omnes, & inducta est illa generalis deterioratio: ergo fieret potius peccante Adam & Eua, vbi omnes peccauerunt, quia soli duo tunc erant, & ambo peccauerãt, & etiam in Adam omnes nos peccauimus, ad Roma. 5.c. Dicendum, cp nõ est simile in vtroque. In diluuio enim fuit inducta vera deterioratio in terra vniuersaliter, peccante autem Adam non fuit inducta aliqua deterioratio, neq; trãsmutatio ab eo, quod erat prius, quod apparet. Primo, quia in diluuio fuit aliquid corporale, quod verè lęderet terram, s. ipsę aquæ diluuij, quæ abraserunt superficiem terræ in qua erat vis germinatiua, & intratio aquarum salsarum maris super terram, & tamen salsedo corrumpit vim germinatiuam, ideo potuit terra tota lædi, quia super totam eã fuit diluuium, sed peccante Adã non fuit aliquid corporale super terram inductum corrumpens terram, cum nihil tale legatur, & si fuisset aliqua talis immutatio vniuersalis, non taceretur, ideo non est concedendum, cp aliquid mali corruptiui corporaliter fuerit inductum super terram peccante Adam. Secundo, qa si aliqua maledictio diminutionis fuisset inducta ĩ terram peccante Adam, apparuisset in effectu, sicut apparuit malum deductum per diluuium, & tamen non apparuit: patet hoc, quia post diluuiũ abbreuiata est vita humana propter malam nutritionem terræ nascentium debilitatorum ex terra corrupta, quia ante diluuium erat vita longissima, & statim fuit valde breuis, nam factum fuit sic peccante Adam. Sed obijcietur, cp hoc non valet, quia in diluuio apparuit abbreuiatio vitæ facta, quia ante diluuium erat cognita vita hominum, sed non potuit cognosci peccante Adam diminutio aliqua eo, cp nulla vita præcessit aliorum q non peccassent, & tamen futura esset maior vita Adę & filiorum suorum, si non peccassent: & ita propter peccatum diminutum est id, quod aperiturũ erat de longitudine vitæ hominum, si non peccassent. Dicendum, cp ista obiectio non procedit primo, quia nõ cõstat de veritate eius, cum nullorum hominum vita pcesserit: ideo argumentum istud nullius efficaciæ est. Secundo, & præcipuè, quia si aliqua diminutio vitæ eius, quæ futura erat, facta fuisset propter peccatum Adæ, fuisset in posteris continuata, vt semper magis abbreuiaretur, sicut in diluuio deteriorata terra per aquas corrupta fuerunt terræ nascentia, & vita abbreuiata: sed non statim fuit tota abbreuiatio, immo successiuè facta est: nam illi, qui statim post diluuium nati sunt viuebant vsque ad quadringentos, & plures annos, & in breui decurtata fuit vita, vsque ad centum quadraginta, & pauciores annos, sed nõ fuit sic in prima ætate post peccatum Adæ: nam nulla abbreuiatio vitæ fuit facta in toto illo tempore, cum alij in eadem ætate vixerint adhuc pluribus annis quàm Adam, vt patet, supra 5. cap. Nam & Noè qui fuit vltimus in illa ætate, vixit longiori tempore quam Adam, quia vixit nongentis quinquaginta annis, supra 9. cap. Adam autem solis nongentis triginta supra 5.c. Ideo non fuit facta aliqua abbreuiatio vitæ propter peccatum Adæ, sicut in diluuio.

Quæs. 831. An pecc. eorum qui ante diluuiũ pecca uerunt, ita fuerit causa maledictionis ter ræ, vt pec. Adæ.

Sed adhuc dicendum, cp peccatum Adæ, & eorum qui in diluuio fuerunt, non fuit similiter causa pœnæ: primo, quia cum Adam peccauit, omnes homines peccauerunt, nam soli Adam, & Eua erant, & isti pecca-

peccauerunt,& sic totus mundus poterat dici peccasse potissimè, quia non solum Adā peccabat in se, sed etiam in eo peccabant omnes homines: ad Roma.5. cap. tempore diluuij non peccauerunt omnes homines, quia aliqui erant iusti, sicut Noè, qui inuenit gratiam coram domino, supra 6.& Eccle.44. & ad Hebr. 11.c. Ideo peccante Adam videtur, quòd iustius poterat infligi malum terræ, quia omnes homines peccauerunt, quàm tempore diluuij, quando non peccauerunt omnes. Secundo, quia post peccatum Adæ viuebant ipsi peccatores, qui malum tolerare poterant, p peccato, ideo non videbatur inconueniens maledici terram in pœnam eorum. Sed in diluuio non erat sic, quia per aquas diluuij perierunt omnes peccatores, & post diluuium, non mansit de illis aliquis, ideo non videt, quòd debuit terra deteriorari, tunc in pœnā peccati, cum nō maneret aliquis de peccatoribus, qui pœnam illam sustineret pro peccato, sed soli iusti manserunt, quibus non erat æquum inferri pœnam pro peccato eorum, qui iam in diluuio perierant suscipientes pœnas debitas, ideo non debuit deteriorari aqua in diluuio in pœnam peccati. Sed dicendū, quòd licèt non debuit terra maledici in diluuio propter peccata eorum, qui ante diluuium peccauerant, factum est sic, q terra verè deterioraretur in diluuio transmutando eā ab eo, quod prius erat, & peccante Adam non fuit verè transmutata ab eo, qđ prius erat, sicut patet ex duabus rationibus positis præcedenti quæst. Adhuc est tertia ratio, quia ex verbis sacræ Scripturæ istud apparet, nam pro peccato Adæ nō dicitur, terra maledicta, aut deteriorata simpliciter, sed dicitur maledicta terra in opere tuo, ac si dicat non erit verè maledicta, sed in opere tuo. In diluuio autem signatur terra deteriorata verè inquantum dicitur sup. 6.c. Et ego dispердam eos cum terra, & ita terra dispердita est. Similiter sup. 8.cap. dicitur, nequaquam vltra maledicam terræ propter homines, & ita signatur, q in diluuio fuerat terra maledicta. Dici tamen potest, q pro peccato Adæ nō fuit verè terra in aliquo deteriorata, & in diluuio, quando non manebant qui peccauerant, fuit verè deteriorata, & causa est, quia terra non deterioratur verè propter peccatum saltem directè, ideo licèt peccante Adam peccauerint omnes homines, non fuit terra deteriorata. In diluuio autem verè deteriorata est, quia nō fuit factum propter peccatum directè, sed videtur læsio illa facta propter duo. Primo, quia fuit facta, quasi non posset excusari: decreuerat enim Deus diluuio dispердere homines, & non poterat esse illud nisi vniuersale, sed illud non poterat fieri quin lederetur terra abrasa superficie eius, ideo dato diluuio oportebat lædi terram, & quia diluuium factū est propter eos qui peccauerant, fuit deteriorata terra, ppter eos, & hoc fuit indirectè factū, quia non fuit ad hoc, quòd parerentur aliquid illi in deterioratione terræ, sed quia nō poterant illi in diluuio pati, quin terra deterioraretur. Secundo potest dici, quòd fuit non propter peccatum aliquod prēteritum, sed ad euitandum peccata futura: nam si homines viuerent longissimè, sicut in prima ætate, facerent multa mala; voluit autem Deus abbreuiare vitam eorum, ne tam grauiter, & diutius peccarent, & quia vita abbreuiatur ex conditione nutrimenti, quod non præstat virtutem sufficientem, & nutrimentum est a terra, deteriorata terra, & corruptis nutrimentis, breuiabit vita: ideo Deus volens abbreuiare vitam sequētium hominum, induxit diluuium quod corrupit terram, & hoc non fuit pro aliquo peccato, sed ad euitandum futura peccata. Sic patet, supra vj.cap. s. Videns Deus, q multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum, q hominem fecisset in terra, & præcauens in futurum, delebo, inquit, hominem &c. & ita diluuium non solum fuit inductum in pœnam peccatorum præteritorum, sed etiam potius præcauendo in futurum, ne aliàs fierent.

Quæst. Determinatio huius quæ.

Dicendum igitur, quòd maledictio, de qua dicitur peccante Adam, maledicta terra in opere tuo, nō fuit aliqua deterioratio vera facta in terra, aut transmutatio, ab eo quod Deus in creatione dederat ei, sed manſit in eadem conditione fertilitatis, & salubritatis, in qua fuerat creata, sed dicitur maledicta terra in opere hominis. s. q non fuit in terra malum aliquod, quod non esset prius, & tamen fuit malum homini in operando terram, quod malum non fuerat futurum homini, si non peccaret. Et hoc est, quia si non peccaret homo, maneret in Paradiso Terrestri: vbi ex cōditione loci esset omnis vbertas fructuum ad vitam, & nō oporteret pro eis laborare, post peccatum autem fuit homo de Paradiso expulsus positus in terra hac, quæ fructus non præstat sine labore multo, & sine impedimentis: Paradisus enim ex conditione sua præstare debebat omnem abundantiam sine labore, ideo non solum præstaret eam ante peccatum, sed etiam post peccatum si ibi homo maneret: terra ista ex sua conditione habet præstare ista cum defectu, & impedimento, ideo cultura multa indiget. Et si homo ante peccatū poneretur in terra ista, haberet cibos cum labore, sicut nunc habet, si vero homo post peccatum maneret in Paradiso haberet sine labore aliquo cibos, quia locus de se omnia præstabat, ideo Deus hominem innocētem, qui in nullo peccauerat, quia nihil mali meruerat, posuit in loco, vbi sine vlla pœnalitate vitā ageret, s. in Paradiso Terrestri. Ipsum vero postquam peccauit, quasi pœna dignum expulit de Paradiso, ponens in loco, vbi sine magnis difficultatibus vitam non ageret, ideo non fuit propter peccatum hominis mutata natura locorum, sed homo propter peccatū fuit mutatus de loco bono in non bonum, qui tamen prius ratus erat, quia talis conditus erat, sed pro homine non erat, immo pro animalibus, sed quia homo peccando non intellexit, comparatus est iumētis insipientibus, & positus est in eodem loco, in quo illa, sicut durities carceris non mutatur propter conditionem hominis iusti, aut peccatoris, sed homo mutatus de iustitia in peccatum transfertur de loco libero in locum carceris. Et ita ante peccatum, non erat maledicta terra in opere hominis, quia non erat in terra, in qua difficile & durum esset operari, sed sine labore omnia haberē tur. Post peccatum fuit terra maledicta in opere hominis, quia fuit in terra, in qua malum, i. difficile esset ei cibum acquirere, & tamen mansit conditio naturalis toti terræ, quia neque ista terra fuit prius melior quàm tunc, neque Paradisus terrestris fuit deterior factus, quàm prius erat. Sed obijcietur, q terra sit simpliciter maledicta propter peccatum hominis, quia dicitur supra 5.capit. Iste consolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit dominus. Dicendum, quòd vocatur terra maledicta, ideſt mala facta a Deo, nam ipse cum eam condidit talem fecit, vt sine labore non posset ex ea haberi copia rerum: alia autem terra erat, cui non maledixerat dominus, s. Paradisus terrestris, in qua homo ante peccatum manebat, nam illa non præstabat res cum difficultate. Hæc enim sunt quātum ad veritatem maledictionis terræ, quòd nō sit mutatum aliquid de cōditione eius, tamen poterant adhuc ista dici, quātum ad apparentiam, s. q homini appareret nunc maledicta terra de nouo, quia ante peccatum non expertus fuerat laborem, acquirendo cibum, post peccatum autem valde laboraturus erat, & hanc putaret ipse fore; talis

tassis factam mutationem in terra propter peccatum, sed non erat, immo erat ipse mutatus secūdum locū.

Quæst. 833 Ad quid dicitur in la Exodi? comedes ex cunctis edulijs vitæ tuæ.

Dicitur etiam in maledictione supra 3.c. In laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, petetur ad quid dicitur istud. Respondetur, quòd dicitur primo ad magis declarandum id, quod dictum est, s. Maledicta terra in opere tuo, nam nihil aliud est maledictam esse terram in opere hominis, nisi quòd homo cum labore accipiat ex ea fructum, ideo dixit in laboribus comedes ex ea. Secundo ponitur istud vt consequens: nam ex eo, q terra maledicta est, talis est, vt non oīa per se præstaret, vñ necesse est, quòd si homines voluerint ex ea cibum accipere, habeant cum labore. Dicitur autem in laboribus comedes, non dixit in labore ad signandum maiorem difficultatem propter multiplicationem laborum, quia verè magna difficultas futura erat in acquirendo necessaria ex terra cum ista acquisitio reddat totam vitam nostram duram: etiam dicitur in laboribus, quia verè multi labores sunt, nam cultura terræ non completur in vno actu, sed in multis qui ferè per totum annum durant. Dicitur comedes ex ea, i. ex nascentibus ex illa, nam cibus noster consistit ex eis, quæ de terra generantur. Quod vero dicitur omnibus diebus vitæ tuæ: ponitur ad signandam pœnæ durationem: poterat enim putare Adam, q Deus istam pœnam inferrebat ei ad pau cum tempus duraturam: vt sicut peccatum in momento factum est, ita pœna paruo tempore duraret: Deus dixit non sic futurum, sed omnibus diebus vitæ hominis, & verum est, quia per totam vitam occupamur in cultura agrorum: causa autem huius est, quia terra non præstabat quolibet anno, nisi cibos pro illo anno, aut pro pauco tempore: ideo oportet ad hoc, q fructus gignat, q singulis annis colatur, & ita habet homo occupationem in laboribus terræ per totam vitam, & si in ęternum viueret, in æternum ageret vitam in cultura agrorum.

Quæst. 834 Cur dē comedes ex eo non solum et malibus, et

Sed quæretur, quare dicitur comedes ex ea, quia non solum ex terra manducat homo: sed etiam ex animalibus, quæ non sunt terra, neq; terræ pars. Dicendū, q hoc fuit, quia ista maledictio fuit data Adæ, & licèt illa transeat in nos, tamen principaliter fuit data Adæ, quia fuit pro peccato eius, ideo debuit talis esse, vt cō peteret Adæ, sed Adam non erat manducaturus carnem, neq; manducauit, ideo non debuit dici de carnibus, quia de illis non erat manducaturus, sed de fructibus terræ manducaturus erat: ideo dictum est de terra, scilicet comedes ex ea, & hoc apparet, quia in Paradiso terrestri non dederat Deus homini carnes in cibum, sed fructus arborum inquantum dixit: Ex omni ligno, quod est in Paradiso comede. supra 2.c. ideo cū illum excluſit, similiter voluit dare cibos de terra.

Hieronymus refert hunc locum ad dispensationem.

Dixit dominus ad Abram. Hic ponitur tertiū, s. prædictæ separationis diuina approbatio. *Postquam diuisus est ab eo Loth.* Notanter dicit: Postquam diuisus est ab eo Loth: cum. n. morarentur simul Abraham, & Loth, non apparebat Deus Abrahæ, cum aūt receſſit Loth, immediatè apparuit Deus. Signum est pro contemplatiuis viris: non enim spiritibus circa huius mundi varias solicitudines occupatis apparet Deus, sed mētibus ab omni mundanorum strepitu vacantibus. *Et vide a loco, in quo nunc es.* Erat enim fortè tunc Abrahā super montem Ebal, & Garizin, quia ad radices eorū circa Bethel tentoria fixerat, & quia locus ille altus erat multum videre poterat circumquaque. *Ad Orientem & ad Occidentem.* Non solum respexit ad istas duas differentias positionis, sed etiam ad Austrum, & Septentrionem. *Omnem terram, quam conspicis.* Non solum terram, quam vides, quia modicam terram videre poterat, sed solum demonstrabat situm terræ, vt aliquis

stans in castelia dicit, illic est Anglia, vel Francia, non quidem terram illam videns, sed positionem mundi, contra quam illa terra sit, demonstrans. Vel fortè dicendum, q oculus Abrahæ supernaturaliter eleuatus est, vt videret multas terras, sicut dicemus in Deuter. cap. vlt. de Moyse. sic etiam dicit beatus Gregorius in 2. Dialogorum de beato Benedicto, quando vidit totum mundum. *Vsque in sempiternum.* Non fuit hoc impletum, quia nunc non morantur Iudæi in terra illa, sed magis Arabes, & Ismaelitæ, & aliæ variæ nationes Paganorum. Et causa fuit, quia promissio ista fuit cōditionalis, sicut communiter omnes aliæ factæ Iudæis de temporalibus prosperitatibus, quæ intelligebātur, s. si seruarent mandata mea, de quo Leuit. 26.& Deuteron. 28.& 29.& 30.c. vel quia accipitur hic sempiternum pro magno tempore, & non propriè pro aliquo interminabili, sic dicitur circuncisio duratura in æternum, vt patet, infra 17.c. sed non durauit in æternum, quia per euangelicam legem abolita est. Sic etiam dicitur de seruo, qui māsurus erat in æternum apud dominum suum, vt patet Exo. 21.c. tamen solum manebat vsq; ad Iubilæum, s. ad quinquaginta annos, & aliquando ad minus, vt patet Leuit. 25. cap. *Faciam semen tuum, sicut puluerem terræ.* Comparatur puluери, & comparatur stellis, vt infra 16.ca. De puluere habetur etiā. Numeri. 23.c. Quis dinumerare possit puluerē Iacob, & nosse numerum stirpis Israel? volebat Deus demōstrare multitudinem seminis Abrahæ: ideo comparauit rebus innumerabilibus, s. puluери, & stellis: puluerem enim nullus dinumerare potest, nec stellas, quia pro miraculo, & diuina re habetur numerare stellas, vt patet psal. 147. qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Rabbi Salomon dicit, q semen Abrahæ comparatur puluери, & stellis, quia quando boni erāt fulgebant in bonis, vt stellę, nec qs quam poterat eos tangere, sicut neque stellas cœli, qñ autem mali erant, ab omnibus cōculcabantur, vt puluis. *Si quis potest hominum numerare puluerem.* Ideſt grana minutissima pulueris. *Et semen tuum poterit numerare.* Sed nullus poterit numerare puluerē terræ, ergo nullus poterit numerare semen tuum. *Surge, & perambula terram in longitudine.* Scilicet ab Oriente, in Occidentē, & in latitudine ab Austro in Septentrionem. Non est intelligendum, q mādauerit Deus Abrahæ, q ambularet totam terram Chanaā in longitudinē, & latitudinem, quia nec hoc egit, sed solū mouit inde tabernaculum, & venit circa Ebrō. sed intelligebatur istud verbum, tanquam quoddam motiuum ad gaudium, quasi dicat; ego promitto tibi totam istam terram, qđ est valde magnum donum: ideo si vis gaudere in eo surge, & ambula per totam istam terram, vt videas q uenientem situm, & omnium rerum amęnitatem: in hoc enim multum lętaberis. *Mouens ergo Abraham tabernaculum suum.* Scilicet de confinio montis Ebal, & Garizin inter Bethel, & Hai, ciuitates duas. *Et habitauit iuxta conuallem Mambræ.* Ista est quadam magna vallis, iuxta ciuitatem Ebron, & vocatur Mambræ a nomine cuiusdam principis, quia s̄m Iosephum isti tres viri, qui nominantur sequē. c. s. Mambre, Aner, Escol erāt fratres, & Mambre erat primogenitus inter eos, ideo a nomine illius nominata fuit vallis, & in hac valle est ilex, quæ vocatur ilex Mambrę, apud quam multo tempore moratus fuit Abraham: ibi enim tres Angelos vidit. ista ilex vsq; ad tēpora Imperatoris Theodosij testante beato Hieronymo, & ex illa ista, q̄ nunc ibi est, fuisse perhibetur, & ab incolis cara tenetur, quę licèt arida sit medicabilis tamen est, vt patet in lib. de Diuisione Terræ sanctæ. Vel dicitur conuallis Mambræ, i. Ebron, quia ipsa ciuitas vocatur Mambræ, vt patet infra 23.& 49.c. *Quod est in Ebron.* Ideſt ilex Māb rę, ideſt

Mābre vallę quare.

ideſt conuallis eſt in Ebron, non q̃ ſit intra mẽnia vr- F
bis Ebron, ſed eſt in territorio eius: diſtat enim Ebrõ
a Ieruſalem 16. milliaribus, ſiue octo leucis. In territo
rio huius ciuitatis Deus formauit primum parentem
Adam, quem poſt tranſtulit in Paradiſum, vt omniũ
Cronographorum, & doctorum antiquorum ſenten
tia comprobatur, & in hac ciuitate Adam, & Eua ſe-
pulti ſunt, vt patet Ioſue 14. c. vocabatur autem Caria-
tharbe. i. ciuitas quatuor virorum, quia ibi quatuor Pa
triarchæ ſepulti ſunt, ſ. Adam primus, de quo nunc di-
ctum eſt, & Eua vxor eius, & Abraham, & vxor eius
Sarra: de Abraham patet, infra 25. cap. de Sarra vxore
ſua patet, infra 23. cap. Tertius Patriarcha fuit Iſaac, de
quo infra 25. c. quartus fuit Iacob, de quo infra 48. &
50. c. Mulieres autem iſtorum apud iſtos ſepultę ſunt, G
quia ſic erat conſuetudo Patriarcharum, & ideo excu
ſauit ſe Iacob apud filium ſuum Ioſeph qui non ſepel
liuiſſet matrem ſuam Rachel vxorem eius in ſpelun-
ca duplici, ſed in via, quæ ducit Efrata. ſ. inter Bethleẽ,
& Ieruſalem, & dimidia leucha a Bethleem, cuius ſe-
pulcrum patet peregrinis vſque in præſentem diem.
Quod autem Abraham Sarra, Iſaac, Rebecca, Iacob,
Lia ſepulti ſint in Ebron, patet infra 49. c. iuxta hanc
ciuitatem Ebron eſt vallis lachrimarum ſic dicta, eo
q̃ centum annis luxit ibi Adam filium ſuũ Abel, oc-
ciſum a Cain, in qua poſtea monitus ab Angelo co-
gnouit Euam vxorem ſuam, & concepit filium Seth.
Aedificauit ibi altare domino. Secundum regulam ſupra
poſitam vbicunque Abraham figebat tentorium cõ- H
ſtruebat altare, vt Deum laudaret in ſacrificijs, quia
principaliter viuebat Deo quàm ſibi: iſta enim viro-
rum ſanctorum conditio eſt.

Cariathar bæ ciuitas quare.

Vallis lachrimarũ, quare.

De pugna regum: victoria Abræ liberantis Loth, & obuiatione Melchiſedech.

Cap. XIIII.

FActum eſt autem in illo tempore,
vt Amraphel rex Sennaar, & A-
rioch rex Ponti, & Chodorlaho-
mor rex Elamitarum, & Thadal I
rex gentium inirent bellum contra Baſa re-
gem Sodomorum, & cõtra Berſa regem Go-
morrhæ, & contra Sennaab regem Adamæ,
& contra Semeber regem Seboim, contraq;
regem Balæ, ipſa eſt Segor. Omnes hi conue
nerunt in vallem ſylueſtrem, quæ nunc eſt
mare ſalis. Duodecim enim annis ſeruierant
Chodorlahomor, & tertiodecimo anno re-
ceſſerunt ab eo. Igitur quarto decimo an-
no venit Chodorlahomor, & reges, qui
erant cum eo, & percuſſerunt Raphaim in K
Aſtaroth, & Carnaim, & Zuzim cum eis, &
Emim in Saue Cariathaim, & Corrheos in
montibus Seir vſque ad campeſtria Pharã,
quæ eſt in ſolitudine. Reuerſiq̃ue ſunt, & ve-
nerunt vſque ad fontem Miphat, ipſa eſt Ca
des, & percuſſerunt omnem regionem Ama
lechitarum, & Amorrhæorum, qui habita-
bant in Aſaſonthamar. Et egreſsi ſunt rex
Sodomorum. & rex Gomorrhæ, rexq̃ue A-
damæ, & rex Seboim: necnon, & rex Balæ,
quæ eſt Segor, & direxerunt aciẽ contra eos
in valle ſylueſtri, ſcilicet aduerſus Chodorla-
homor regem Elamitarum, & Thadal regẽ
gentium, & Amraphel regem Sennaar, & A-
rioch regem Ponti: quatuor reges, aduerſus
quinque. Vallis autem ſylueſtris habebat pu
teos multos bituminis. Itaque rex Sodomo-
rum, & rex Gomorrhæ terga verterunt, ceci-
deruntq̃ue ibi, & qui rem anſerant, fugerunt
ad montem. Tulerunt autem omnem ſub-
ſtantiam Sodomorum, & Gomorrhæorum,
& vniuerſa, quæ ad cibum pertinent, & abie-
runt. Necnon & Loth, & ſubſtantiam eius
filium fratris Abraham, qui habitabat in So
domis. Et ecce vnus, qui euaſerat nunciauit
Abraham Hebræo, qui habitabat in conual-
le Mambræ Amorrhei fratris Eſchol, & fra-
tris Aner: hi enim pepigerant fœdus cum
Abraham. Quod cum audiſſet Abraham ca
ptum, videlicet Loth fratrem ſuũ numerauit
expeditos vernaculos ſuos trecentos decem,
& octo; & perſecutus eſt eos vſque Dan: & di
uiſis ſocijs irruit ſuper eos nocte: percuſſitq̃;
eos, & perſecutus eſt vſque Hoba, & Pheni-
cem, quę eſt ad lęuam Damaſci. Reduxitq̃ue
omnem ſubſtantiam, & Loth fratrem ſuum
cum ſubſtantia illius; mulieres quoque, &
populum. Egreſſus eſt autem rex Sodomorũ
in occurſum eius; poſtquam reuerſus eſt a cę
de Chodorlahomor, & regum, qui cum eo
erant in valle Sauæ, quæ eſt vallis regis. At ve-
ro Melchiſedech rex Salem proferens panẽ,
& vinum (erat enim ſacerdos Dei altiſsimi) Hebr. 7.
benedixitq̃ue ei, & ait: Benedictus Abraham
Deo excelſo, qui creauit cœlum, & terram, &
benedictus Deus excelſus, quo protegẽte ho-
ſtes in manibus tuis ſunt. Et dedit ei decimas
ex omnibus. Dixit autem rex Sodomorum
ad Abram: Da mihi animas, cętera tolle ti-
bi. Qui reſpondit ei: Leuo manum meam ad
dominum Deum excelſum poſſeſſorem cę-
li, & terrę, quòd a filo ſubtegminis vſque ad
corrigiam caligæ nõ accipiam ex omnibus,
quæ tua ſunt, ne dicas: ego ditaui Abraham:
exceptis his, quę comederũt iuuenes, & par-
tibus virorum, qui venerunt mecum Aner,
Eſchol, & Mambre. Iſti accipiant partes
ſuas.

Factum

FActvm est. Poſtquam deſcripſit Moyſes A
qualiter Abram ſe habuit bene ad proximũ
in proſperis, hic deſcribit quomodo etiam be
ne ſe habuit in aduerſis, & tanguntur duo. Pri-
mo ipſius Loth captio: Secundo eiuſdem liberatio.
Secunda ibi. *Et ecce vnus.* Et hoc in tres partes, quia pri-
mo ponitur apparatus ad bellum: ſecũdo occaſio bel-
landi, ibi. *Duodecim annis.* tertio ponitur bellica ſtrages,
& prædatio ibi. *Et egreſſi ſunt.* Circa primum. *Factum eſt autem in illo tempore.* Ideſt, immediate, vt receſſit Loth
de Abraam, fixit tentoria apud Ebron ſub ilice Mam-
bre, *Vt Amraphel Rex Senaar.* Iſte eſt Nemrod ſecun-
dum communem poſitionem, qui ſatis viuere potuit
vſque ad illa tempora, & vltra, cum alij antiquiores eo
vltra iſta tempora vixerint, vt ſupra demonſtrauimus, B
cap. 11. de computatione annorum. Et fundamẽtum
eſt, quia dicitur hic Rex Sennaar. Eſt autem Sennaar
terra Chaldęorum, & Babyloniorum, quia vt habetur
ſupra 11. cap. Babylon fuit ædificata in cãpo Sennaar,
in hac autem terra regnauit Nemrod. Iſtud tamen, p-
cedit ex quadam leui opinione Iudęorum, & quorũ-
dam noſtrorum neſciẽtium diſtinguere tempora, &
temporum hiſtorias. Nam vt ſupra 11. cap. demõſtra-
uimus, ex ſententia noſtrorum maiorũ, ſ. Euſebij pri-
mi chronographi inter Latinos, vt ait Iſidorus in 6.
Etymo. & ſnĩa Auguſt. 18. de ciu. Dei, cap. 1. 2. & in 16.
lib. c. 20. & ex ſnĩa Lucæ Tuden. & ſnĩa Magiſtri in hi-
ſtoria ſcholaſtica, & Ioſephi Iudæorum maximi Cro-
nographi, oĩumq; aliorũ, qui ordinẽ tẽporũ a rerum
primordio exorſi, & maximi, & certiſſimi viri Pauli C
Oroſij, cuius auctoritatẽ ſequitur Aug. Si enim oẽs iſti
vno ore conſentientes aliquid veritatis tenent, anteq̃
naſceretur Thare pater Abraã Nemrod mortuus eſt,
poſt quẽ regnauit Belus filius eius, qui Nemrodides
dictus eſt, cuius maior pars regni fuit viuente Thare,
poſt quem Ninus filius eius regnauit annis quinqua-
ginta duobus, cuius annus quadrageſimus tertius re-
gni fuit annus, in quo natus fuit Abraam, regnauit er-
go poſt natiuitatem Abrahæ annis nouẽ ad complen-
dum quinquaginta duos. Sed cum nunc Abraham eſ-
ſet octoginta annorũ, vel magis, vt põt conijci ex pce
dentibus, & ſubſequentibus manifeſtè. ſ. quia q̃n intra
uit in terram Chanaan erat ſeptuaginta quinq; anno-
rũ, vt patet ſup. 12. c. ergo tũc regnaret quart⁹ rex Aſſi- D
riorũ ſiue Senaar, qui Ninia dictus eſt a patre ſuo Ni-
no, in iſtis ferè ſeptuaginta annis, vel forte ſucceſſor
eius, qui apud Aſſirios quintus fuit: nõ eſt ergo dicen-
dũ, q̃ tunc regnaret Nẽrod, ſed alius quartus ab eo. *Et Arioch rex ponti.* In Hebræo dr. *Rex Alacar.* Sed voca-
uit Hieronymus regẽ ponti. i. regem Helleſponti, quia
illa terra tpe Moyſi ſic vocabatur, & ſatis rõnabile eſt,
q̃ iſte rex conueniret cũ rege Senaar ad bellum, quia
Helleſpõtus eſt quartus ſinus Europę, & eſt circa finẽ
eius, vt declarat Solinus in Poliſtor. c. 14. de Helleſpõ-
to: Senaar aũt modicũ diſtat à capite Aſiæ iuxta cõfi-
nia Europæ, & hoc per latus Septẽtrionale, iõ rex Pon
ti non multũ diſtaret à rege Senaar, & ſic poſſet veni
re in auxiliũ eius p̃ alios reges: maximè q̃n reges ſunt
cõfœderati inter ſe, quia tunc ẽt de longinquo veniũt E
ad ſe iuuandũ. Sicut fuit in bello Iulij Cæſaris, & Pom
peij, quia de extremis partibus orbis venerunt in adiu
torium Pompeij, ut aſſerit Lucan. 3. lib. de Bello pluſ-
quã ciuili. Vnde dicit, q̃ quidam venerunt de quadã
parte orbis circa æquinoctialẽ, in qua erant quatuor
vmbrę in anno, & q̃n venerunt in Italiã mirabant: qa
non erant ibi, niſi tres vmbrę p̃ magnã declinationẽ
æquinoctialis à noſtro zenith. dicit enim.

Ignotum uobis Arabes veniſtis in orbem,
Vmbras mirati nemorum non ire ſiniſtras.

Ideſt p̃ meridiẽ: nunq̃. n. nos habemus vmbras meri-

Alph. Toſt. ſuper Gen.

Genus Chaldęorum, vnde fuit Abraam.

Assyrii qui fuerunt ante Ninum, qui fuit post Nemrod.

dianas, ſed Septẽtrionales. Itẽ dicit in eod. 3. lib. de Car
manis, & Oreſtis, qui venerunt in auxiliũ Pompeij, de
quadã parte tã remota à nobis, q̃ arcturus, q̃ no
bis ſemper apparet, & eleuat̃ per quadraginta vnũ gra
dus, & 19. minuta in ciuitate nr̃a Salamãtina, eis aliq̃s
quaſi totus occultetur, vnde ait:

Tunc furor extremos Romanus mouit Oreſtas.
Carmanoſque duces, quorum Aether verſus in auſtrum,
Mergi non totam mergi tamen aſpicit Arctον.

Elamitæ populi vnde.

Et Codorlahomor rex Elamitarũ. Elamitæ dicti ſunt ab Elã
filio Sem populi habitantes in Perſide, & eſt vna de
gentibus, quæ ſunt in Perſide, quia ibi ſunt multę gen
tes. Eſt autem iſta terra ab Oriente habens Aſſyriam,
ab Occidẽte Mediã, à Septentrione Caucaſum mon-
tem, à meridie mari rubro in ſinu Perſico terminat̃,
& ſunt Elamitæ magis meridionales, quàm veri Per-
ſæ. De his magis diximus in primo, plogo, qui eſt epi-
ſtola ad Paulinum. c. 1. *Et Thadal rex gentium.* Vocatur Thadal
iſte rex gentium non q̃ eſſet rex oĩum gentium, ſed rex gentiũ
quia in regno ſuo erant gentes diuerſarum linguarũ quare.
& nationum. *Contra Baſa regem Sodomorum.* Hic ponun
tur quinque reges, quorum quilibet erat dñs vnius ci
uitatis ſolum, licèt fortè aliquos viculos circũquaq;,
vel ſuburbana haberent. Tantum. n. dñandi libido in-
canduerat, vt non ſolum in reges, ſed ẽt in paruis oppi
dis reges inſurgere vellent, ſicut in Segor quæ parua
ciuitas erat, ut patet infra 19. cap. Et magis patet, quia
Ioſue in ſatis modica terra, quam cœpit, quia non to-
tam terram Chanaam, ſed manſit magna pars, vt pa-
tet iudi. 3. cap. interfecit triginta vnum reges, vt patet
Ioſue. 12. cap. *Et contra Senaar regem Adamæ.* Patet, Adamæ ci
quia Senaar nomen viri eſt, & nomẽ terrę, quia ſupra uitas.
vocabatur Amraphel rex Senaar, hic vocatur Senaar
rex Adamæ. Eſt autem Adama vna de quinque ciui-
tatibus quæ erant in Pentapoli, ſcilicet in valle Sodo-
mæ, & fuit ſubuerſa cum alijs tribus. Volunt enim ali- Segor nũc
qui, q̃ omnes iſtę quinque ciuitates conſumptę fue- oppidum
rint igne & ſulphure. Sed falſum, quia Segor non fuit palmæ, &
deſtructa, ſed alię quatuor. Erat enim Segor in aſcen an deſtru-
ſu montis: alię autem quatuor erant in valle, & ipſæ cta fuerit.
quatuor ſubmerſę fuerunt, Segor autem uſque ho-
die permanet, & vocatur nunc oppidum palmę ab
incolis terræ illius: exiſtit enim ad radices eius lacus
magnus, qui uocatur mare mortuum, uel mare ſali- D
narum, in quo ciuitates quatuor prædictæ merſę ſunt.
De his habetur in libro de Diuiſione terræ Sanctæ.
Sed adhuc inſtabis, q̃ illa ciuitas ſubmerſa ſit. Dico
quòd non, & patet infra 19. cap. quia cum angelus
vellet totam Pentapolim ſubuertere Loth fugiens ro
gauit, ne deſtrueretur Segor, quia parua erat, vt ipſe
ibi euaderet. Reſpondit angelus etiam in hoc ſuſcepi
preces tuas nõ ſubuertam vrbem pro qua locutus es.
Etiam ſatis clarè patet in textu, quòd poſt deſtructio-
nem quatuor ciuitatum manſit Segor illęſa, quia dici
tur, quòd poſtquàm urbes ſubuerſę fuerant, Loth ti-
muit manere in Segor, & aſcendit in montem. Sed
fortè dices, quia licèt non fuerit deſtructa Segor in
deſtructione aliarum, fuit tamen deſtructa poſt. Sed
hoc dici non poteſt, quia nunquam legitur in textu, E
nec aliquis doctor hoc memorat, quòd Deus bis de-
ſtruxerit ciuitates ſulphure, & igne, & ideo ſola uolun
tas ſine ratione eſt. Sed adhuc manifeſtiſſimè iſta er-
ronea poſitio eliditur, quia cum Moyſes multo poſt
tempore narraret deſtructionem ciuitatum factam à
Deo, ſolas quatuor nominatim expreſſit has aſſerens
fuiſſe ſubmerſas, ut patet Deuteron. 29. cap. vbi dici-
tur: Nec quicquam uirens germinet in exẽplum ſub-
uerſionis Sodomæ, & Gomorrhæ, Adamæ, & Se-
boim, quas ſubuertit Dominus in furore ſuo. Si
autem Segor fuiſſet ſubuerſa, cum alijs uel poſt,

Moyses, qui narrauit istud factum multo post tempo F
re, maximè nōiatim ponendo istas quatuor ciuitates,
nullo modo subricuisset ciuitatem Segor, si ipsa cum
alijs perijsset. *Et contra regem Bale ipsa est Segor.* Propriū
nomē huius ciuitatis erat Bala, sed postea vocata fuit
Segor est enim Segor nomen cōe signans paruitatē,
quia dixit Loth nonne parua est, & ideo vt subiungit
infra 19.c. vocatum est nomen eius Segor. *Omnes hi.*
Scilicet isti nouem reges, quatuor ex vna parte, & qu-
que ex alia. *Conuenerunt in Vallem Siluestrem.* In val-
lem habentem quandam syluam, quia ibi erant arbo
res multæ; vbi nos habemus Syluestrem, in Hebræo
habetur. *Cidin.* Quod duo signat, scilicet cāpos, vel ex-
trahentes bitumen de terra, & vtrunque esse potuit. s.
q̄ illa Vallis esset camporum. i. q̄ essent ibi campi ara-
biles, & alia plantaria. Vel dī Vallis extrahentium bitu
men, quia infra dī, q̄ in valle illa erant multi putei bi-
tuminis. *Quæ nunc est mare Salis.* Et cōiter vocatur ma-
re salsissimū, vel vallis Salinarum, uel mare mortuū,
quia nullum uiuū ibi mergi pōt, ut oēs magni uiri te-
stantur. Sic. n. ait Isidorus Ethym. lib. 12. vnde si lucer-
na ardens super aquam ponatur, non mergitur: si aūt
extincta submergetur, & si homo viuus, uel aliquod
animal super incedat, mergi nō potest: si autem mor-
tuus, mergitur, & uocatur mare diaboli, quia illę qua-
tuor ciuitates instinctu diaboli in illo infandissimo
scelere perseuerantes, diuino iudicio subuersę sunt.
Et uocatur lacus asphaltitis: ibi enim bitumen opti-
mum colligitur, quia sicut ante putei bituminis erāt: H
ita nunc aqua grossa illud eleuat, & in superiore parte
aquæ colligitur. In hoc mari nullus piscis uiuere po-
test propter aquarum sulphureitatem, nec ibi vestimē
ta lauari possunt, sed magis sordidantur propter aqua-
rum grossitiem, de his Philosophus in secundo Me-
teor. *Duodecim annis.* Hic ponitur f̄m. s. bellādi occasio,
& fuit, quia isti quinque reges supradicti seruierant an
nis duodecim Codorlahomor regi Elamitarū annua
tributa soluentes, & post in tredecimo anno recesse-
runt ab eo nolentes soluere tributa, ideo anno quar-
todecimo Codorlahomor duxit ꝯ eos tres reges in
bellum. Et licèt isti reges venirent cum Codorlaho-
mor: maior tñ eorum erat rex Sennaar Amraphel;
iō ponitur ante alios. Et licèt litera non faciat mētio-
nē, quia solū intendit hic de captione Loth, & libera-
tione: tñ vr̄ satis probabile, q̄ Codorlahomor primo I
adiuuerit istos reges, vel saltē aliquos eorū in aliquo
bello, deinde peractis illis bellis ipsi venerunt in auxi-
lium eius. *Tertio decimo anno recesserūt ab eo.* nolētes im
pendere cōsueta obsequia isti quinq; reges cōfidētes
in fortitudine armorū, vel subsidio amicorū rebella-
uerūt ꝯ dñm suum Codorlahomor. *Et reges, qui erant*
cum eo. Nō q̄ isti tres reges essent cū eo, quasi seruiētes
ei, quia rex Amraphel maior erat, & iō positus fuit añ
Codorlahomor, & eadē rō est de alijs, qui ponunt añ
Codorlahomor, sed dicebant esse cū eo, qa ipse adiu-
uerat eos, & nūc ipsi adiuuabant eū. Et quia causa, pp
quam istud bellū agebāt, erat ipse Codorlahomor: iō
dicebant alij reges venire cū eo, non vt cū Capitaneo:
Percusserunt Raphain in Astaroth Carnain. Isti erāt hostes K
Codorlahomor, & primo debellauerunt istos anteq̄
venirent ad reges Sodomorū. Vocantur aūt Raphain
maximi gigantes, & dicunt quasi dissolutores, qa alij
videntes tantam corporis magnitudinē dissoluebant
corde, nec manebāt in eis vllę vires. Vocantur ēt Ena
chin gigantes, vt patet Numeri 13. & Iosue. 15. sed dif
ferunt a Raphain, quia Raphain sunt maiores corpo-
re, & patet ista dīa, quia Deutero. 3. c. dī solus quippe
Og restiterat de stirpe gigantum, qui ibi vocatur Ra-
phayn f̄m literam Hebraicā, sed tñ dī post Iosue. 15.
c. q̄ illo tpe erant tres viri de genere Enachin. i. tres gi-

Attende maris istius mortui uel falsei proprietatem. Cap. 19.

Raphain maximi gigantes.

gantes, & de istis eisdem hī Numeri 13. cap. Astaroth,
Carnayn: nomen loci vel terræ est, in qua manebant
isti gigantes, & f̄m interpretationē Carnayn signat cu
mulos cornuum. s. greges aīalium cornutorū. *Et Zu-*
zim cum eis. Sunt nōa aliarum gentium ignotarū, quę
post mutata nōa habuerunt. *Et Emin.* Isti pertinent ad
genus gigantum aliquo modo, quia vīr gigantes pp
aliqualē corporis magnitudinē, tñ non sunt verè gi-
gantes: isti zuzim sunt, qui vocantur Zemzonimim
Deutero. 2. c. quos Amonitæ bello fractos de sedibus
suis expulerūt, & habitauerūt ī terra illa. Emin aūt sūt
terrificatores, quia magnitudine suorū corporū alios
terrebant, & quia isti sunt, quos Moabitę deleuerunt,
& habitauerunt loco eorū, vt patet Deuter. 2. c. qđ pa-
tet, quia isti reges venientes cum Codorlahomor ex-
pugnauerūt gentes alias, quæ erant apud Pentapolin G
vallis Sodomorū, & deinde Sodoma, vt patet in litera,
quæ istas terras vult continuare in situ. Terræ autem
quas possederunt Amonitæ, & Moabitæ expulsis ha-
bitatoribus, sunt apud Sodomā ex parte meridiei, &
patet, quia Israelitæ intrantes terrā Chanaā per partē
Iericho, & Iordanis, quæ est circa Sodomā, venerunt
in terram Moabitarū, & Amonitarū, vt patet Deuter.
2. cap. & patet in libro de Diuisione terræ sanctæ, vbi
ponitur, q̄ super vallem Pētapolis Sodomæ est illa ru-
pis, de qua reipiciebat Balaā Israelitas, cum vellet eos
maledicere, de quo Nume. 23. cap. *In Saue Cariathain.*
Sanè planities dī, & est ista planities ante Cariathain:
in qua ceciderūt bello Emin. *Et Corrhæos in montibus*
Seir. Isti Corrhęi sunt, qui vocantur Horræi: habita-
uerunt. n. primo in terra illa. vt infra 36. sed postea filii
Esau expulerunt eos, vt patet Deutero. 2. vocantq̄ aliq̄
Corrhæi ad exprimēdum duritiē literę, à qua incipiūt
in Hebræo. s. het. pro qua Græci ponunt literā: ch. &
nos ponimus duas. s. ch. sicut diximus de Aran q̄ aliq̄
vocatur: carram, vt patet Actu. 7. de quo sup. 12. cap.
In montibus Seyr. Non vocabātur tunc illi montes Seir,
quia postea ab Esau sic nominati sunt, sed loqtur hic
scriptura per modum anticipationis, quia tpe Moysi
iam vocabantur montes Seir. Et patet adhuc magis,
q̄ isti tres populi superiores sint illis, qui nōiati sunt,
quia istæ terræ erant cōiunctæ, & sicut hic recitant ita
recitantur Deuter. 2. c. quia terra Amonitarū, & Ama-
lechitarū Idumæorū sunt q̄iunctæ terræ Chanaā in la
tere meridiano aliqualiter ꝯ Orientē, vt patet Nume.
20. & Deutero. 2. quia filij Israel venientes de Aegy-
pto per illas terras transire debebant, maximè per ter-
ram Idumæorum, & in confinibus Moabitarum in ar
non. Amonitæ aūt magis separati erant à terra Cha-
naam. Alij autem qui vocantur Raphain erant inter
istos, scilicet in terra, in qua post habitauit Og rex Ba-
san, & patet hoc clarè: primò quia ista terra est inter
alias, quas isti reges expugnauerunt, scilicet apud Moa
bitas, & Amalechitas. Item quia in illa terra mora-
bantur gigantes. Og autem rex Basan superstes fuit
de genere gigantum solus, vt patet Deuteron. 3. cap.
Item quia isti, qui deleti fuerunte, rant Raphain, idest
gigantes, scilicet tota ista terra Og regis fuit habitatio
gigantum. Sic enim dicitur Deuteron. 3. cap. cuncta
Basan fuit olim, vel vocabatur terra gigantum: Item
quia isti Raphain dicuntur percussi in Ascaroth Ca-
main. Sed in terra illa Basan, & regni Sehon est quæ-
dam ciuitas uocata Ascaroth, ut patet Nume. 22. cap.
Vsque ad campestria Pharan. Dicitur Pharan quædam
magna solitudo in Arabia in itinere, quo venerunt
Israelitæ de Aegypto, quam intrauerunt post man-
sionem, quæ dicitur sepulchra concupiscentiæ, & Ase-
roth, ut patet Nume. 13. cap. & in hac solitudine fe-
cerunt mansiones viginti, s. de Asseroth vsq; ad mon-
tē, in quo finitur solitudo Pharā, & incipit terra Edō,

Patet

Patet computando ista Nume. 33. c. & fortè hoc fuit, A
quia Codorlahomor, & alij reges, qui cum eo erāt im
pugnantes eos fugauerunt eos, & persecuti sunt vsq;
ad interiora deserti Pharan, maximè esset hoc de Hor
reis habitantibus in montibus Seir, qui coniuncti erāt
solitudini Pharan. *Quæ est in solitudine.* Fortè Pharan
aliquis locus est in illa solitudine, à qua denominatur
illa solitudo. *Reuersique sunt, & uenerunt usque ad fontem*
Masphath. Idest vsque ad fontē iudicij: Mesphat enim
siue musphat, Hebraicè iudicium dicitur, & vocatur
sic, vt quidam uolunt, quia iudices terræ illius cōgre
gabantur super illum fontem ad iudicādum. Sed ma-
gis videtur, quòd iste fons vocatur Masphath per an-
ticipationem, licèt enim tunc non vocaretur sic, fuit
tamen post sic vocatus, quia ibi iudicati sunt Moyses, B
& Aaron, vt nō introirent terram promissionis, quia
increduli fuerūt ori domini, vel quia transgressi fue-
runt modum præcepti eius, vt patet Nume. 20. cap. &
hoc declaratur, quia immediatè subditur nomen se
cundum istam significationē, scilicet Cades, idest san-
ctificatio, quia ibi Deus sāctificatus est, & fortè fit ista
anticipatio, quia iste liber non fuit scriptus quousque
ista contigerunt, de quo dicitur Exod. 24. & Deuter.
31. cap. dicitur. *Reuersi sunt.* Quia fortè à parte mon-
tium Seir in terra Horreorum intrauerunt magnam
partē solitudinis Pharan persequentes incolas terræ il
lius, & deinde volētes exire de solitudine reuersi sunt
vsq; ad fontem Masphat, qui est apud terminos Moa- C
bitaram, sicut mons Hor est apud terminos Idumæo-
rum, vt patet Nume. 33. c. scilicet vna mansio sit apud
aliam, est tamen per viam reflexam, quia non intraue-
runt per terram Amalechitarum, sed conuersi sunt
ad terminos terræ Edom. *Et percusserunt omnem regionē*
Amalechitarum. Amalechitæ sunt de genere Esau, sci-
licet Amalech nepos Esau filius Eliphaz primogeniti
eius, vt patet infra 36. c. & isti primo pugnauerunt cō-
tra Israel cum ingrederentur desertum, ut patet Exo.
12. cap. habitant aūt Amalechitæ in meridiana parte
terræ promissionis, ut patet Nume. 13. cap. & est gens
ista in Arabia, & est satis coniuncta deserto Pharan
post reditum exploratorū pugnauerunt cū eis Ama-
lechitæ, & Chananęi, vt habetur Num. 14. c. & hoc dī
etiam per anticipationem, quia illo tpe nō vocabatur
terra illa regio Amalechitarum, cum nondum natus D
fuisset Amalech, qui erat nepos Esau, qui rursum erat
nepos Abrahæ. *Ipsa est Cades.* Vbi est iste fons ante nō
erat fons, sed Deus eduxit aquas de petra, vt patet Nu-
me. 20. cap. & fuit uocata Cades. i. sanctificatio in He-
bręo, quia nomen Dei sanctificatum fuit. i. honorifica
tum educendo aquas. Habet aūt iste fons duo nōa. s.
Cades ab ista sanctificatione, & Mesphat. i. iudicium
propter iudicium factum de Moyse, & Aaron: aqua
istius fontis vsque hodie durat, & in abundātia magna
irrigat vallem, & propter eum terra vicina facta fuit
habitabilis, quæ non erat q̄n transiuit per eum popu-
lus Israel, de quo patet in lib. de Diuisione terræ sāctę.
Et Amorrhæum, qui habitabat in Asasonthamar. Amor-
rhęus populus in terra promissionis vnus est de septē E
populis Chananæorum. Asasonthamar est quidam lo
cus in terra Engadi, vt patet 2. Parali. 20. c. & est iste lo-
cus iuxta istas terras. supra nominatas, quia Amonitæ
& Moabitæ, qui morabant in terris p̄nominatis, vt p̄di
ctum, est cōuenerunt in Asasonthamar in pugnam ꝯ
Iosaphat regem Iudæ, vt patet 2. Paral. 20. c. Engadi au
tem in qua est Asasonthamar est quædā terra in sorte
Iuda in qua latuit Dauid cum fugeret Saulē, ut habe-
tur 1. Reg. 24. c. hæc terra vineis, & palmis, & balsamo
abundat. est aūt circa Hierico & ciuitates Sodomorū:
ideo sequit. J. q̄ illi quinq; reges illius vallis exierunt
ad pugnam ꝯ Codorlahomor & socios eius, qa si bñ

Alph. Tost. super Gen.

Mafphath fons iudicij qua.

Codorlahomor & socij ꝯ tpe in illas ptes.

respiciatur situs istarū terrarum, in quibus erāt isti ho
stes, de quibus hic, reperietur, q̄ oēs istæ terrę sunt sibi
coniunctæ: ideo isti reges exeuntes de vna intrabāt in
aliam. *Egressi sunt.* Hic ponitur tertiū. s. strages bellica,
& p̄datio. Nicolaus dicit, q̄ isti p̄dicti erāt hostes alio-
rum trium regum, qui erant cum Codorlahomor, &
ideo debellatis illis venerunt alij tres reges cum Co-
dorlahomor, vt adiuuarēt eum ꝯ reges Sodomorū, &
satis pōt esse probabile. Sed vr̄ ꝯ esse, quia supra cū di-
ceret de destructione istorū dixit, q̄ Codorlahomor,
& reges qui cum eo erant deleuerunt istas gentes: ma
gis ergo vr̄ dicendum, q̄ cā bellandi erat pro eos, aliàs
non dicerent isti esse cū eo, cum non essent serui eius,
sed maiores eo, & æquales. *Egressi sunt.* Scilicet de ciui
tatibus suis. magis. n. se putabant oēs quinq; prealere
in campo simul, q̄ si quilibet se in vrbe sua tentaret de-
fensare, & multū ausi sunt, quia cum alij quatuor eēnt
porētes reges, & tantarū gentiū stragem fecissent, de-
buissent formidare ipsi quinque, qui non reges, sed re
guli erāt, inuadere eos in campo. *In ualle Siluestri.* Supra
fuit expositum. *Vallis autem habebat multos puteos bitumi-*
nis. Erat aūt ista vallis in terra Pentapolis apud illas qn
que ciuitates, & habebat puteos bituminis, quia vt vo
lunt aliqui in illa valle fiebant putei, de quibus emana-
bat optimū genus bituminis ad consolidandū. Iudæi
aūt dicunt, q̄ de illa valle assumebatur terra ad faciēda
cęmenta, & sublata illa terra manebāt fossę: sed primū
melius vr̄, quia ēt nunc in illa valle bitumē optimum
colligitur, & superenatat aquis illius maris salinarum,
quia euomunt putei bitumē quod pp aquarū sulphu
reitatem, & grossitiem, & naturā adhuc igneam ele-
uatur, & in superiori parte aquæ colligitur, vt vult Isi-
dorus, & alij doctores, & ponitur hic p p ea quæ subij-
ciuntur. s. q̄ isti reges ceciderunt in puteos. *Itaque rex*
Sodomorum & Gomorræ terga uerterunt. Erant. n. hostes
eorum potentissimi: ideo nō potuerunt ferre impetū
eorum, rex aūt Sodomorū, & rex Gomorrę, qui maio
res erāt inter istos quinq; terga verterūt: iō alij tres re-
ges minores, & tota turba corde pauida ex recessu ma
iorū principū, & ex forti impulsu hostiū fugerunt ad
montes. fuerat. n. factū certamen in valle, & montes
erant alti: ideo putauerunt hoīes terræ illius ibi pos-
se euadere, quia terram cognouerant. *Ceciderunt que ibi.*
Idest in puteos bituminis, quia magno terrore turba-
ti, & veloci cursu p̄cipitati non poterant p̄cauere loca
periculosa. Dicunt aūt Hebræi hoc factū fuisse volun-
tate Dei pp Abraham, quia hoīes illius terrę nō crede
bant Abrahā exijsse illęsum de igne: quamobrē p̄mi- Opinio Iudæorū confutat.
sit Deus cadere regē Sodomorū armatū in puteos il-
los, & post volēte Deo illæsus exiuit, & sic Abrahæ mi
raculo crediderunt: sed nō est hoc verisimile, qa p̄sup-
ponunt quandā vanitatē improbatā à nobis. supr. 11. c.
s. q̄ Abrahā fuerit positus in igne in Chaldea. *Tulerunt*
aūt omnem substantiā Sodomorum. Fugientibus illis qnque
regibus, alij quatuor hostes eorū non fuerunt sequuti
eos, nec occiderunt aliquē eorū, quia fortè credebant
se nō posse cōprehēdere illos per mōtana, aut quia so-
lū prędę insistebant. *Tulerunt oēm substantiā.* Idest oēs di
uitias in auro, & argēto, & alijs supellectibus. *Et oīa quę*
ad cibum pertinēt. Idest panē, vinum, carnes, & similia,
ita q̄ nil relinquebant illi reges in istis ciuitatibus, nisi
bona immobilia. Sed adhuc non solū ista, sed ēt filios
& uxores, ut patet, quia Loth ēt portauerunt, & infra
hī, q̄ rex Sodomorū petijt ab Abrahā dicens tñ aīas
da mihi cætera tolle tibi, postulabat. n. uxores & filios,
& senes manētes in ciuitatibus qui captiui ducebant.
Nec non & Loth. Licèt. n. Loth iustus esset, qa tñ inter
malos habitabat cū malis passus est, iō mandat Deus
bonis, ut exeāt de medio malorū, ne puniant cum eis.
Sic dī Apo. 18. c. exite de illa populo meus ne p̄cipes

An, & quo pestis fugienda est.

sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. Ex quo infertur, ꝙ bonum valde est, qñ in aliquo loco est pestis, aut venit à causa purè naturali non propter aliquod speciale peccatum in terra illa, & tunc bonū est fugere à naturali periculo, sicut si quis fugiat serpē tem, aut ignem, aut aliquid corruptiuū, & hoc consci to tanta fatuitas est manere in loco vbi est pestis, sicut in medios se ꝓijcere gladios, aut ignes, aut hostilia arma, immo sanctius est fugere quā permanere in maxi mā pestē, qa videret esse tētare Deū, nisi ꝓpter aliquas pias causas permaneant sicut sacerdotes ad conferen da sacramenta moriētibus, & ecclesias regendū, quia non expedit ecclesias solas manere: immo si tanta pestis esset, vt nullus de ecclesiæ ministris manere vellet sorte eligendus esset, & determinanda qō: vt ait Aug. ad Ianuarium, sicut cum omnes deserunt ecclesiā hostili in sistente clade, quia eadem vtrobique rō cōsistit. vel propter aliquas necessarias occupationes, ne fortè tota facultas perdatur, quia tunc potest se aliquis iustè in manu Dei ponere. Si tamen aliquis timeret se mori, si permaneret, & hoc præsumeret, vt puta, quia erat talis dispositionis vel complexionis, quæ in peste magis periculosa est, & de quā magis mori consueuerūt, & velit manere pp administrationē facultatis, si nō sit multum necessarium hoc, non vī mihi bene agere: tutius. n. esset fugere ad animæ salutē. Si aūt talis pestis infligatur à Deo pp aliqua peccata vel alàs, vt posito, ꝙ hoc cōstet per reuelationē, vel qūlibet cuilibet de ciuitate securū est recedere magis q̄ manere. Si aūt constaret alicui de ciuitate spāliter, vel multis, ꝙ Deus volebat eos singulariter peste percutere: isti adhuc fugere poterant sine mortali peccato, quia non tenemur voluntatē nostram semper Deo cōformare in volito, sed in mō volendi: si tñ essent viri perfecti sanctius eēt mortem patienter ſm Dei voluntatē expectare, quia cōformatio voluntatis nostræ ad Deū in volito nō est p̄cepti, sed superogationis: facere aūt superogationes valde meritoriū est, sed non obligatoriū: qñ tñ est aliquis, cui non constat, ꝙ Deus spāliter eum percutere vult, melius est non expectare, nisi ꝓp causas supra assignatas, quia Deus mandat bonis de medio malorum exire, ne cum eis pariter puniantur: & sic multi, cōtra quos non est spāliter ira Dei, peste moriūtur, quia nō fugiunt: qui si fugerent non morerentur. Nec valet si arguas, ꝙ si non esset ꝑ eos ira Dei non morerent peste, vel si Deus non determinasset eos peste mori, qa aliàs fieret aliqd ꝓtra prescientiā Dei. Rñdetur, ꝙ oēs illos, qui peste moriuntur Deus præsciuit peste morituros, sed nō præsciuit eos peste morituros, quia ꝑ eos talem punitionem ordinasset, sed quia præsciuit eos sua negligentia perituros: si tñ isti voluissent se diligēter custodire, non præscirent peste morituri ex sua negligentia: sicut si aliquis se gladio transfodit, Deus illum sic moriturum præcognouit, si tñ iste non eligisset vnq̄ se transuerberare, non præsciretur manu propria moriturus. Cauendum tñ, quia in his non constituo res, quæ fiunt ex causa diuinæ scientiæ, sed potius ex opposito semper retenta arbitrij facultate. Illi tñ cō tra quos determinata est diuina punitio, ut peste moriantur siue maneant, siue fugiāt necesse est peste mori. *Filium fratris Abraham.* Idest filiū Nachor, qui erat frater Abrahæ, ut patet sup. 11. cap. (*Oīa etiam quæ pertinebant ad Loth adduxerunt*) Erat aūt dies valde, ut patet supra 13. c. *Qui habitabat in Sodomis.* Idest in ipsa ciuitate, quæ uocabatur Sodoma. *Et ecce unus.* Hic ponitur ſm principale, scilicet Loth liberatio. Dicunt Iudæi, quòd iste vnus, qui euasit fuit Og Rex Basan, qui euasit de Raphain interfectis in Astaroth Carnain: ista est positio Ra. Sal. & fundamentū suū est, quia dicitur Deute. 3. cap. Solus quippe Og restiterat de stirpe gigantum.

Non tenemur Deo confirmare uoluntatem nostrā in uolito, sed in modo uolendi.

F Iudæi autem dicunt de genere Raphain. Etiam dicūt ꝙ iste Og euaserat de aquis diluuij in quodā monte, sed iam improbatum est. sup. 8. cap. Etiam non est verisimile, quia si euasisset de bello Raphain, ꝙ transfugisset ad reges Sodomorum, qui erant hostes Codorlahomor, sed magis secutus fuit quatuor reges victores. Item quia tunc sequeretur, ꝙ Og vixisset plures q̄ quingentos annos, quod est incredibile, quia in illa ætate non viuebant homines, nisi vsque ad centum annos, vel centum, & viginti maxime, quia Og mortuus fuit in bello, & sic videtur ꝙ adhuc iuuenis erat potēs magis viuere. Consequentia patet, quia annis quadringentis, & triginta steterunt in Aegypto filij Israel, qui computantur à tpe quo natus fuit Isaac, vt patet. cap. seq. per ea, quæ ibi notantur. Sic enim quidam volunt, G sed aliter est, vt magis. ī. dicet. Et post exitū de Aegypto vsque ad tempus, quo mortuus fuit Og rex Basan fluxerunt anni quadraginta, quia mortuus fuit in anno ultimo, quo intrauerunt in terram promissionis, vt satis colligitur ex discursu historiæ Numerorum: computando per mansiones, vt habetur. Numeri 33. cap. quia anno quadragesimo incipiente, in mense quinto mortuus est Aaron in monte Hor, vt patet ibidem, sed post mortui fuerunt Sehon, & Og reges Amorrheorum, ergo sunt anni quadringenti septuaginta, quibus addantur anni, qui fuerunt inter tempus istius belli, & natiuitatem Isaac, & tempus, quod habebat Og quando venit ad nunciandum ista Abrahæ, erunt H anni plures quàm quingenti. Eadem conclusio sequitur computando quadrigentos, annos præcisè intantando annos Og, quos habebat quando in bello fisset, & illos, quos potuisset viuere, quia morte violenta in bello Israelitarum mortuus est, vt patet Numeri 21. & Deuteronom. 3. cap. Dicendum, ergo quòd iste vnus fuit aliquis de exercitu regis Sodomorum, qui cognoscebat Loth, & Abraham, & quia locus, in quo factum fuit bellum non distabat multum à loco, in quo morabatur Abraham potuit cito uenire, ut Abraham eadem die pararet seruos suos, & in sequenti nocte iret super eos. *Et nunciauit Abraham Hebræo.* Vocatur autem Abraham Hebræus ab Heber, in quo lingua Hebraica, quæ in Hebræis mansit, distincta fuit à cæteris hominum linguis. Et ex hoc pater, quòd non vocantur Hebræi ab Abraham, sed ab Heber, quia & ipse Abraham Hebræus dicitur impossibile autem est, quòd à se ipso denominaretur. Etiam quia in Hebræo Abraham incipit per literam Aleph, & Heber incipit per literam Ain. *In conualle Mambræ Amorrhæi.* Ista conuallis est apud Hebron, vt patet supra 13. cap. & vocatur conuallis Mambræ, quia pertinebat ad illum virum, sic dictum, qui erat de genere Amorrhęorum habitantium in terra illa, & licet vocetur conuallis Mambre ab illo viro, sic dicto, tamen nō tollitur quin etiam vocetur ab Ebron qui alio nomine dicitur Mambre. vt patet infra 23. & 49. capit. quia apud Mambre, idest Ebron erat ista vallis. *Fratris Aner, & Eschol.* Tres isti viri erant potentes Amorrhæi, cum quibus Abraham fœdus inierat, vt ei inuicē adiuuarent. *Captum uidelicet Loth.* Expositiuum est illius relatiui, quod. *Numerauit expeditos uernaculos suos.* Vernaculi dicuntur serui sui nati in domo sua, uel qui ei continuo seruiebant: numerauit istos, quia per numerum accepit, scilicet congregans omnes, quos potuit. *Persecutus est eos usque Dan.* Locus est in extremitate terræ promissionis, & est vnum caput fontale Iordanis apud montem Libanum; sic habetur primo Reg. 3. capit. Cognouit vniuersus Israel à Dan vsque Berlabeę, quod fidelis propheta Domini Samuel, & in isto loco potuit

Attende uide. rē Hebrei denominauit.

Ieroboam vnum de vitulis aureis, & reliquum in Bethel, vt patet 3. Reg. 12. cap. *Et diuisis socijs.* Scilicet, ꝙ fecit plures acies belli, & ipse iuit in vna acie cum suis, & alij in alia parte, vt magis terrerent hostes suos. Vel vt volunt Hebræi, ꝙ Abraham diuisit socios ad custodiendas sarcinas, & erant parati succurrere si Abraham indigeret: ipse tamen Abraham solus cū suis intrauit bellum. Sed non videtur multum rationale, nec honestum, quòd Abraham dimitteret tres viros tam potentes ad sarcinas, quia etiam si ipse Abraham crederet cum Dei adiutorio posse solus bellum superare, tamen ex quo tales viros secum adduxerat, non erat honorabile relinquere eos ad sarcinas, ideo prima expositio melior est. *Irruit super eos nocte.* Idest, quia ipsi dormiebant sopore graui propter laborem B præcedentis belli, cum essent inermes subito irruit super eos, & fecit magnam stragem, neque euaserunt, nisi aliqui, qui fugere potuerunt. *Et persecutus fuit in Oba.* Scilicet, quòd persecutus fuit fugientes vsq; ad vicum illum, qui est circa Damascum ad lęuam, scilicet in terra promissionis contra Septentrionem, & non ex alia parte contra austrum. Satis tamen dici potest, quòd iste locus sit ad lęuam Damasci, idest contra sinistram eius, quæ est ad suum meridiem versus Arabiā, & Aegyptum: Damascus enim ciuitas est in idumæa principalior sub montibus Seyr, sed uocatur caput Syriæ. Isa. 7. cap. quia Syria erat illo tempore caput idumeæ: circa istam ciuitatem per vnam leucam est locus, in quo Christus apparuit Paulo dicens; Saule, Saule. quid me persequeris? De hac ciuitate sæpe fit C mentio in actibus apostolorum, & in epistolis Pauli. *Reduxitque omnem substantiam.* Idest omnes diuitias Sodomorum, & vxores, & filios, & omnia, quæ asportauerant reges prædantes, quæ vniuersa nomine substātiæ comprehēdit scriptura, nunc autem vxores, & populum explicitè nominat, & Loth fratrem suū, idest consobrinum suū, scilicet filium Aran fratris sui, quē vocat fratrem mō loquendi hebræorum nominantium fratres omnes, qui de eadem cognatione sunt. vt patet supra 13. cap. *Mulieres quoque, & populum.* Idest & reliquum populum: non sunt enim mulieres pręter populum, est autem reliquus populus, scilicet pueri, & senes. *Egressus est autem Rex Sodomorum in occursum eius.* Ad faciendum reuerentiam Abrahæ pro beneficio liberationis, & occisione aduersariorum suorū. D *Postquam reuersus est à cęde.* Hoc refert ad Abrahā: Ipse enim reuertebatur à cęde Codorlahomor, & nō Rex Sodomorum, quia ipse fugerat illum. ut patet supra à cęde Codorlahomor, idest ab occisione, quam fecerat in Codorlahomor, & in socijs eius. *In Valle Saue.* Ista determinatio loci nō refertur ac occisionem immediatam, scilicet, quòd sit sensus quòd Abraham fecerat istam occisionem Codorlahomorū in valle Saue, sed refertur ad occursum, scilicet, ꝙ Rex Sodomorū exiuit in occursum Abrahæ ad vallē Saue, q̄ in Hebræo signat planiciem, quia illa vallis erat valde plana, & iucunda. *Quæ est uallis regis.* Quia scilicet in valle illa erat locus conuenientissimus, in quo rex solacia batur cum suis militibus in cursu equorum, vel in alijs E exercitijs propter loci planiciem, & ista vallis uocatur uia Ierosolymæ, quia eunti de Ierosolymis in Sodomam transitus est per illam viam, vt ait Iosephus. *At uero Melchisedech.* Iste ēt exiuit obuiā Abrahæ reuerenti de cęde regum, & non in eodē loco, in quo rex Sodomorum, quia Melchisedech erat Rex Salem, q̄ est Ierusalem, ideo exiuit ei obuiam in terra sua. sin mōte Hermon: post descēsum montis Thabor tribus leucis ultra Nazareth ad Orientalem partem Nazareth, sed in meridiana parte terrę promissionis, quia erat cō tra lęuam Damasci: est aūt Damascus australis respectu terræ Chanaam. *Rex Salem.* Scilicet Rex Ierusalē: fuit enim facta Ierusalē multū ab antiquo: s. cito post diluuium, cùm inceperunt ciuitates cōstrui, & in hac regnabat Melchisedech. s. Sem filius Noe, quia Noe diuiserat istam terram filio suo Sem, licet Chananæi eam tunc violenter detinebant, & non est Melchisedech nomen proprium, sed cōe, & cōpositum, & signat id, quod Rex meus iustitiæ. ꝙ aūt iste fuerit Sem satis patet, quia Sem vixit sexcentis annis, vt patet sup. 11. cap. qui computati veniunt ad annum quadragesimum vitæ Iacob, vt probauimus supra 11. cap. & ibi diximus aliqua dubia circa istum Melchisedech, scilicet qualiter scriptura ad Hebræos septimo dicat eum nō habuisse, vel patrem, vel matrem ibi responsum fuit. *Proferens panem, & uinum.* Iosephus autem dicit, ꝙ istud fuit ad reficiendum Abrahā, & milites suos, quia veniebant de bello lassi. Alij autē Hebræi posteriores inuidentes veritati Christianę conantur destruere illū passum, qui hētur. Ps. 108. in quo Christi sacerdotium statuitur. s. Sacerdos in æternū ſm ordinem Melchisedech: conantur enim praue exponere istum passum, quia veritas illius dependet à ueritate istius dicentes, ꝙ Melchisedech non protulit panem, & vinum offerens tanquam sacerdos, sed solum ad reficiendum venientes de bello. Sed hoc falsum est, quia non erat necesse, quòd Melchisedech offerret panem, & vinum ad reficiendum, quia Abraham, & qui cum eo venerant portabant multa victualia, quæ in bello acceperāt, quia illi quatuor reges prædati fuerant de Sodoma, & de alijs quatuor ciuitatibus omnia, quæ pertinebant ad cibum, vt supta patet, sed ista non poterant consumere in tam breui tempore, ergo manserunt multa in castris, quæ asportauerunt Abraham, & sui socij, & hoc manifestatur, quia non solum habuerunt ad comedendum victualia, sed etiam multa reducta sunt in ciuitates: vnde fuerant sublata: dicitur enim, quòd Abraham nihil voluit accipere de præda exceptis his, quæ comederunt iuuenes, qui cum eo erāt, & sic in præda erat aliquid, quod comedere possent. Et euidentissimè hoc apparet, quia cùm diceretur, quòd Melchisedech protulerat panem, & vinum subditur causa: erat enim sacerdos Dei altissimi, & sic uidetur quòd illud, ut sacerdos offerebat, quasi immolando non, vt quælibet alia persona, cibum ad refectionem præsentando: aliàs enim superfluè poneretur: Erat sacerdos Dei altissimi; quia ad hoc solam præsentationem cibi non requirebatur, quòd esset sacerdos: etiam satis patet hoc auctoritate Psal. 108. vbi dicitur: Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech; vbi Dauid dicit Melchisedech esse sacerdotem. Sed nusquam legitur Melchisedech habuisse officium sacerdotis, ut hic: ergo uidetur, quòd hic fit oblatio sacerdotalis, & non simplex appositio ad refectionem vini, vel panis: si autem aliquid Iudei distortissimè de isto textu fabulentur, Deo dante suo loco videbitur.

Quis fuerit Melchi sedech.

Opinio Iudęorum refellitur.

Alij autem corruperunt istam literam aliter, scilicet, quòd Melchisedech panem, & vinum pertulerit ad offerendum, non ut ipse offerret, sed ut Abrahā offerret, quia Abraham sacerdos Domini fuit cum altaria sępe construxerit, ut patet supra 12. & 13. capitu. & in eisdem immolauerit: licet de immolatione non ita expręsse legatur, sed consequens est unum ad alterum, cùm nunquam fiat altare ad simplices preces offerendas, sed ad immolandum, ut communiter, uel ad thura offerendum, vt patet de altare thymiamatis, in quo quotidie in mane, & ad vesperum thymiama offerebatur, ut patet Exod. 30. capitu. licet aliquando ponebatur sanguis per cornua eius, ut patet Leuit. 16. capit. & quan-

Aliaopin.

do dicitur in textu. *Erat enim sacerdos Dei altissimi.* Non referunt ad melchisedech, sed ad Abraham. Etiam dicunt, quòd non dedit decimas Abraham Melchisedech, sed Melchisedech Abrahæ, quia secundum suã positionem Abraham erat sacerdos, & non Melchisedech. Sed ista valde falsa sunt, primum satis patet ex ordine textus, quia hic nulla mentio fit de Abraham, nisi in parte superiori de occursu regis Sodomorum, quod nullo modo continuatur isti, sed solum dicitur, de Melchisedech, necessarium erat ergo, intelligere hic de melchisedech. Item quia dicitur, quòd Melchisedech benedixit Abrahę, vt patet ex litera, scilicet hostes in manibus tuis traditi sunt, quod non potest intelligi de Melchisedech, quia non pugnauit ipse cõtra reges, sed Abraham: alius ergo dicebat ista verba Abrahæ, & tunc benedicere semper pertinet ad sacerdotem, vt patet Numeri. 6. cap. vbi dat Deus sacerdotibus formam benedicendi populum cum offerunt: etiam quia maior debet benedicere minorem, vt patet ad Hebræ. 7. cap. cùm ergo benedixerit Melchisedech Abrahæ. ergo erat maior eo, sed in nullo excedebat Melchisedech ipsum Abraham, nisi esset Melchisedech sacerdos, ergo Melchisedech dicitur hic sacerdos, & non Abraham. *Et dedit ei decimas.* Quando enim isti dicunt, quòd Abraham receperit decimas datas à Melchisedech, non potest stare, quia decimæ dantur Deo in cognitionem beneficiorum ab eo receptorũ, quia ista, quæ decimamus, ab eo recepimus, dicunt ergo dari ministro Dei, scilicet sacerdoti, qui ex officio suo gratias Deo agit pro tota multitudine, quæ non potest tantum diuinis laudibus vacare, sed Melchisedech erat sacerdos, vt prædictum est, ergo ipsi debebant dari decimæ, & non Abrahæ.

Item quia cùm Abraham vidit, quòd Melchisedech obtulisset pro eo sacrificium, & benedixisset Deum nomine eius, cogitauit dignum esse aliquid ei exhibere, ne ingratus esset tanto bono: dedit ergo decimas de omnibus, quæ portabat. Item infra dicitur, quòd cum Rex Sodomorum rogaret Abraham, vt daret ei animas, & omnia alia tolleret: dixit Abraham, quòd nullam rem tolleret inde, scilicet nec vnam corrigiã, nec vnum filum: quomodo ergo acciperet à Melchisedech decimas, à quo nihil ei debebatur, si à rege Sodomorum nihil recipere voluit, à quo ei cuncta debebantur etiam vita ipsius regis, & omnium suorum? Erat autem scilicet Melchisedech sacerdos Dei altissimi, & hoc dupliciter, vel quia erat pater omnium manentium in vero cultu Dei, nam vera opinio de Deo, & verus cultus in sola stirpe Sem permansit, qui vocat hic Melchisedech. Et adhuc nõ mansit in tota stirpe, sed in parte, & valde modica, cæteris ad varios modos idolatriæ declinantibus. Vel erat iste sacerdos, qa antequam Deus determinasset sacrificiũ ad tribũ Leuiticam, vt patet Numeri 3. & 4. & 8. cap. omnes primogeniti erant sacerdotes potentes immolare, & facere alia pertinẽtia ad officium sacerdotis, ideo Moyses, quando confirmauit fœdus legis, quod Deus pepigerat cum populo per sanguinem, mandauit Moyses, quòd iuuenes de tribu Israel offerrent victimas. Dicũt autem omnes, quòd isti erant primogeniti de nobilioribus cuiuslibet tribus: Sem autem, siue Melchisedech non fuit primogenitus Noe, vt supra habitum fuit. 6. ca. & decimo: Erat enim primogenitus Iaphet, vt concluſimus ex dictis in 9. cap. tamen translatum fuit sacerdotium ad Sem multiplici ratione: primo, quia aliæ tribus declinauerant ad idolatriam, non remanebat ergo aliquis sacerdos Dei veri de primogenitis, nisi hoc Melchisedech assumpsisset. Item quia Melchisedech erat maior dignitate inter alios fratres, quia de ipso erat Christus descensurus: ideo præponi-

Quare Melchisedech erat sacerdos Dei altissimi.

tur alijs fratribus. Item quia licet deberetur primogẽnito sacerdotalis potestas, poterat tamen ex prima institutione mutari ad alium, sicut primogenitura, vt patet quia Isaac mutauit ex volũtate Dei iura primogenituræ ab Esau in Iacob. vt patet infra 17. & aliquãdo propter peccatum, vt fuit translata primogenitura à Ruben in Iudam, & Ioseph, vt patet infra in cap. 47. & 49. & cùm consequeretur potestas sacerdotalis iura primogenituræ, etiam cum iure primogenituræ ad Iacob mutata est. Sic ergo fuit in Sem, vel Melchisedech, quia immutauit iura primogenituræ ab alijs in ipsum, quia magis pia fuit in ipsum, cum Noe inebriatus fuit, & propter alias causas. Iacob enim sic mutauit iura primogenituræ à Ruben in Ioseph, & in Iudam, quia duplex portio hæreditatis ad Ioseph transijt, dignitas autem principatus ad Iudam, vt patet infra 48. & 49. cap. In signum autem mutationis huius benedictionis Noe benedixit primo Sem, quàm Iaphet. vt patet supra 9. cap. licet Iaphet maior esset.

Attende primogenituræ mutationem.

Fuit autem motus Melchisedech ad offerendum panem, & vinum Deo coram Abraham multiplici causa. Primò, quia Abraham erat directè descendens de stirpe Sem: ideo Sem audita victoria Abrahæ, tanquam pater cõgaudens prosperitati filij sui venit occurrens ad Deum pro eo, vt semper Deus eum magis prosperaret, offerens vinum, & panem, & propter hoc benedixit Deum. Secundò quia videbat Melchisedech, quasi omnes gentes declinasse ad idolatriam, Abraham autem maximus Dei cultor erat: cùm ergo Sem etiam Deum coleret congaudebat prosperitati eius, & exiuit obuiã ei benedicturus eum. Tertiò factum fuit hoc, quia Deus specialiter mouit ipsum Melchisedech, vt in isto actu suo vmbra demonstraretur veri sacrificij, in quo tota Orthodoxorum fides suffulta est. *Dei altissimi.* Notanter ponitur hic ista determinatio, quia multi alij erant tempore illo sacerdotes deorum, quos sibi confinxerant, immo quia totius humani generis semper fuit ista sententia, Deo sacrificium tanquam maximum honorem esse exhibendũ, ideo quomodocunque Deos instituerunt, immediatè, & sacerdotes constituerunt: rari tamen erant sacerdotes Dei altissimi, idest Dei veri. Inter quos primus tẽpore, & auctoritate præcipuus Melchisedech erat. *Benedictus Abraham Deo excelso.* Idest bñdicatur Abraham à Deo excelso, quem colit. *Qui creauit cœlum, & terram.* Licèt dictum fuerit supra, quòd Abraham fuit primus, qui ausus fuit dicere Deum creasse cœlum, & terram: tamen in sacra scriptura nullus homo reperitur prius nominasse Deum creatorem, quam Melchisedech: patet enim, quia si legatur totus iste liber a principio non reperietur aliquis homo vsque ad istum locum Deum nominasse creatorem. Iste autem liber prior omnibus libris est, quia narrat ea, quæ a primordijs temporum facta sunt. Et si dicas, quòd in principio huius libri scriptum est in principio creauit Deus cœlum, & terram. Respondetur, quòd illud à Moyse legis latore scriptum est, quasi per quingentos annos postquàm ista dixit Melchisedech: patet autem computatio ex superioribus, de vita regis Og; & dicitur. *Qui creauit cœlum, & terram.* Quia in hoc distinguebatur iste Deus à dijs conflictis à Gentibus, quoniam Gentes non dicebant Deos suos creasse orbem, cum dij sui essent creaturæ. Etiam quia omnium gentium vna fuit positio mundum aternum esse, & increatum, cum non possent reducere creationem in aliquam causam naturalem, quia nulla causa naturalis potest agere, nisi præsuppolita materia, vt educat formam de potentia materiæ: materiam autem de non esse simpliciter ad esse deducere infinitæ potentię est, cuius modi nullam talem fore arbitrabantur:

Cur Melchisedech obtulerit Deo panẽ, & vinum coram Abraham.

In scripta re non reperit quis primum hanc nuncupationem creatoris Dei.

bantur: cultores autem veri Dei ponunt ipsum increatum, & infinitæ potentiæ omnia creantem. *Et benedictus Deus excelsus.* Idest Deus ab omnibus gentibus laudetur, quia tale beneficium Abrahæ fecit. Aliq Hebræi simplices, vt Ra. Sal. & alij ponunt Melchisedech peccasse, quia primo benedixit Abrahã q̃ Deũ. Sed hoc falsum est procedens ex ignorãtia signati huius termini benedictio. Aliter. n. Deum benedicimus aliter hoĩes inferiores, vel maiores: minores. n. homines benedicimus aliquod bonum imprecando, & illud ex dignitate, & auctoritate officij causando aliqua liter, vt patet Nume. 6. c. inuocabunt nomen meũ sup Israel filios, & ego benedicam eis: hoĩes aũt si sint maiores nobis, benedicimus illis solum bona imprecando, & nihil ex auctoritate, vel officio dãdo: licet aliqñ iuuamen ex deuotione benedicẽtis sit ad ea bona impetrandum: Deum aũt benedicimus de eo bona enunciantes, & hoc ad laudem ipsius pertinet, vt enarrare magna beneficia eius. Quod verò dicitur, q̃ Melchisedech primò benedixit Abraham, q̃ Deum, falsum est quia dixit in principio: Deus, qui creauit cœlum, & terram benedicat Abraham, in hoc aũt Deus magis quã Abraham benedicitur, quia de Deo bona maxima enunciantur. s. q̃ omnipotens est, cùm dr̃, q̃ creauit cœlum, & terram: quia creatio infinitam potentiam denominat, & præsupponit: etiam magna Dei bonitas designatur sua bona nobis cõicare volentis per benedictionem. *Quo protegente.* Deus enim protexit Abrahã spãliter, alioquin tanta hostilis turba eum opressisset. *Hostes in manibus tuis sunt.* Idest traditi fuerũt in manus tuas, nunc aũt non erant in manibus suis, quia iam occiderat eos. *Et dedit ei decimas ex omnibus.* Idest Abrahã dedit decimas de omnibus rebus suis decimam Melchisedech in signum recognitionis diuini beneficij, & tradidit Melchisedech, qa sacerdos erat, & Dei minister. *Dixit autem Rex Sodomorum.* Hic describitur magna liberalitas Abrahę, quia de tantis rebus, quas acquisierat iure bellico nihil voluit retinere sibi, sed oĩa reddidit Sodomorũ, & his à quibus ablata fuerunt restituit. *Da mihi animas.* Idest viros, & mulieres, & oẽ viuens de hominibus, & ponitur hic pars pro toto, sicut sæpius consueuit loqui scriptura, vt patet infra 47. & Exo. 1. c. & non ponitur hic anima pro oĩ re animata, quia non petiuit Rex Sodomorum, q̃ daret ei Abrahã pecora, & oĩa animalia bruta capta in bello, sed solum hoĩes. *Cætera tolle tibi.* Scilicet p̃ labore belli, licèt de iure oĩa ad te pertineant, cùm omnia in bello acquisieris. *Leuo manum meam ad Deum excelsum*: modus iurandi est, & iurauit Abraham per Deum excelsum dans gloriam ei, & non alicui de idolis gẽtium, vel sicut Melchisedech bñdixerat Abrahã in Deo cœli, ita ipse Abrahã bñdixit immediatè, & dedit honorem Deo cœli iurando in nomine eius. *Possessorem cęli, & terræ.* In hebræo dr̃, ascensorem cœli, & terræ, vt habetur Deute. 33. c. non est alius Deus, ut rectissimus ascensor cęli, & uocatur ascensor. i. tenens in sua ptãte cęlũ, & mouens quocũque voluerit ẽt contra naturam, & proprietatẽ cęli aliquando, vt patuit in Iosue quando stetit Sol super Gabaon, & Luna contra vallem Haialon, vt patet Iosue. 10. c. *Quia à filo subtegminis.* Vocat filum subtegminis filum, super quem tela texitur, quia primo ponuntur fila recta, deinde ponuntur super illa fila transuersa: illa autem prima vocantur subtegmen, quia subtus teguntur. i. ab alijs trasuersalibus filis cooperiuntur. *Vsque ad corrigiam caligæ.* Corrigia caligæ modici valoris est, & ideo denominauit ista duo dans intelligi, q̃ etiam nec ista minima reciperet quanto magis maiora. *Ex omnibus, quæ tua sunt.* Idest quæ tua fuerunt, nunc enim non erant ista bona regis Sodomorum, sed Abrahæ, quia ea bellico iure perdiderat tam quantum ad proprietatem quàm quantum ad possessionem, cũ de iuregentiũ bella inducta sunt, vt quæ in bello capiuntur capientium efficiantur. *Ne dicas ego ditaui Abraham.* Non dicebat Abraham ista ad iactantiã, sed ad Dei gloriam, quia credebat firmiter, q̃ Deus multiplicaret bona eius nimis cum promisisset. Nolebat ergo q̃ laus, quæ Deo attribui debebat de multiplicatione bonorũ Abrahę, reduceretur ad regem Sodomorũ, & quantũ ad hoc valde bonus erat zelans totis viribus honorem Dei. *Exceptis his, quæ comederunt iuuenes.* Idest viri bellatores, qui venerunt mecum, siue de meis, siue de alijs tribus sõcijs, quia indignum erat, q̃ bellum pro Sodomitis agentes de suis expensis alerentur. *Et partibus uirorum, quæ uenerunt mecum.* Quia cum isti tres principes Mambre, Aner, Aschol venissent ad bellũ cum Abraham, accrescebat eis pars de præda, ideo Abraham nõ poterat eis tollere partes suas, & hoc quomodocũque intelligatur. Si enim intelligamus, quòd isti viri intrauerunt pugnam, & actualiter pugnauerunt, manifestum est, q̃ debebat eis dari pars de præda. Si autem dicamus, q̃ isti non intrauerunt bellum, sed manserunt ad sarcinas custodiendas, vel in insidijs, etiã debebant habere partem inde, & sic determinauit David primo Re. 30. c. cum pugnasset contra Iatrũculos Moabitas. s. æqua pars erit descendentis in prælium, & remanentis ad sarcinas: dicitur ibi, quòd die illa factũ est, ut æquales essent pugnantes, & sarcinas custodientes, & constitutum est, vt lex in Israel: potuit autẽ esse, q̃ ante Dauid illud esset in vsum, sed nõ firmatum lege, Dauid autem firmauit illud. Sed magis videtur, q̃ isti viri in bellum actualiter intrauerint, & q̃ illa lex de distributione prædæ in Israel ante non fuerit, quia si ante fuisset in vsu, non mouissent dubium uiri, qui inierant cum Dauid.

Fit promissio, Abrahæ semini, & terræ; daturq; signum eidem Isaac. Cap. XV.

His itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abrã per visionẽ dicens: Noli timere Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Dixitq; Abrã: Domine Deus quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis, & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer. Addiditque Abram, mihi autẽ non dedisti semen: & ecce vernaculus meus hæres meus erit. Statimque sermo Domini factus est ad eum, dicens: Non erit hic hæres tuus, sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem. Eduxitque eum foras, & ait illi: Suspice cœlum, & numera stellas si potes, & dixit ei: Sic erit semen tuum. Credidit Abram Deo, & reputatum est illi ad iustitiã. Dixitque ad eum: Ego Dominus, qui eduxi te de Vr Chaldæorum, vt darem tibi terram istam, & possideres eam. At ille ait: Domine Deus vnde scire possum, q̃ possessurus sim eam; & respõdit dominus: Sume, in-

Ro. 4. Gal. 3. Iac. 2.

quit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietē annorū trium, turturē quoq;, & columbam. Qui tollens vniuersa hæc diuisit ea per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit: aues autem non diuisit. Descenderūtque volucres super cadauera, & abigebat eas Abram. Cumque sol occumberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus, & tenebrosus inuasit eum. Dictumque est ad eum: Scito prænoscēs, quòd peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua: & subijciet eos seruituti, & affligent quadringentis annis. Veruntamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo; & post hæc egrediētur cum magna substātia. Tu autem ibis ad patres tuos in pace sepultus in senectute bona. Generatione autem quarta reuertentur huc. Necdum enim completæ sūt iniquitates Ammorhæorum usque ad præsens tempus. Cum ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumās, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas. In illo die pepigit dominus fœdus cum Abram dicens. semini tuo dabo terrā hanc a fluuio Aegyti usq; ad fluuiū magnū Euphratem, Cinæos, & zenezeos, Cethmonæos, & Ethæos, & Pherezæos, Raphā quoq;, & Ammorrhæos: Euæos, & Chananæos, & Gergesæos, & Iebusæos.

Act. 7.

Proles reputat una persona cum illo, cuius est.

HIS ITAQVE. Descripto in superioribus qualiter Abraham se habuit ad Deum, & proximum: in ista parte describitur, qualiter se habuit ad seipsum, & hoc fuit in petenda prole: proles enim reputatur vna persona cum illo, cuius est, secundum illud Eccle. 30. Mortuus est pater eius, & quasi mortuus non est: relinquit enim filium similem sibi. & sic uiuente filio pater viuere dicitur, cum computentur eadem persona: & ponuntur duo, primum qualiter Abraham se habuit in petenda prole: ſm qualiter se habuit in regenda uxore. infra 16. cap. prima in tres; primo ponitur Abrahæ petitio. Secūdo petitionis exauditio ibi. *Statimque sermo domini.* Tertiò exauditionis confirmatio, ibi: At ille ait. *Domine Deus.* Circa primū sciendū, q̄ ista introducunt hic, quia Deus promiserat Abrahæ multa bona, & magnū honorem. vt patet sup. 12. & 13 cap. & quia Abraham multum fuerat exaltatus in victoria contra istos quatuor reges potentes, timebat ne bona à Deo promissa ei in hoc complerentur. Deus ergo subiunxit ista, quæ sequuntur ad euacuandum timorem eius. s. *Noli time re.* Circa primū *his itaque transactis.* Idest postquā facta fuit per Abraham liberatio Loth sui cōsobrini, & omnium habitantium in Sodomis, & in alijs quatuor ciuitatibus Pentapolis. *Factus est sermo domini ad Abrahā.* Ad euacuandum timorem de supradictis. *Per uisionem dicens.* Scilicet, q̄ apparuit ei aliquis angelus in persona Dei dicens ista, & ponitur hoc ad dīam aliarum locutionum diuinarum, quæ aliquando sunt in somnis, vt patet Numeri. 12. c. siquis inter vos fuerit propheta in visione apparebo ei, vel per sōmnium loquar ad illum. Noli timere. s. q̄ tota merces tibi promissa in hoc beneficio euacuetur, quia plura dabo tibi. *Merces tua magna nimis.* Non enim hoc solum daturus eram tibi, sed maior adhuc merces tibi futura est, & verè magna merces, quia datum fuit ei, vt de semine suo Messias nasceretur: ex hoc verbo Dei Abraham confidens assumpsit audaciam petendi prolem, & quia secundū naturale desiderium quodlibet animal desiderat se cōseruare per gnationem in suo simili, maxime homo qui rōnis capax perfectius imaginem suam in filio suo cognoscit: ideo exprimendo suum naturale desiderium dixit: *Domine Deus quid dabis mihi?* Quasi d. dñe ego scio, q̄ tu dabis mihi multa, sed quid mihi, derūt, quia filium nō habeo, nec relinquam successorem. *Ego uadam absque liberis.* Idest ego moriar sine filijs. Videbat enim Abraham, q̄ vxor sua Sarai erat sterilis, & impossibile erat naturaliter filium suscipere ex ea: rursus Abraham, quia vir iustus erat, licèt sciret se posse gignere ex alia muliere, nolebat, quia magis eligebat sine liberis mori, quam eos inhoneste gnare. *Et filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer.* Intelligitur hoc dupliciter: vno modo, q̄ Abraham deprimeret in hoc conditionem suam dicens procuratoris domus meæ habeo filiū, qui vocatur Eliezer Damascus, & tū mihi non dedisti semen. vt infra patet. Alio modo, q̄ Abraham declararet propositum suū Deo. s. quia ego non habeo filium, nec intelligo me posse hrē naturaliter ex Sarai, proposui filium procuratoris domus meæ facere hæredē meum, & iste vocatur Eliezer Damascus. vtraq; expositio satis congruit literæ, sed prima melior est, ne fiat replicatio sensus inutiliter. *Procuratoris domus meæ.* Magni dñi ponuntur domibus suis aliquos viros, de quibus confidunt, & cōmendant totam curam rerū domesticarū, ne ipsi dñi in oībus negotijs, ēt in paruulis implicerentē, quia hoc valde seruile est, vt ait Philosophus in primo Poli. c. 4. & perere a seruitoribus rōnem de oībus valde est irrationale, & sic dicit in 4. Ethi. tractans de magnificētia, q̄ non dñt dñi nimis curare circa rōcinia: sic. n. dicitur diligens. n. rōcinij cura paruifica. *Iste Damascus Eliezer.* Nomē propriū huius erat Eliezer: & est nomē cōpositū in Hebrēo, & signat id qđ De⁹ meus adiutor meus: Damascus vocat à loco Damasco. De ciuit. Damasci est dup. opi. qdā dñt eā factā tpe Noe à quodā de nepotibus Noe: & ſm istam positionē vocabit iste Damascus. i. Damascenus. Alij dicūt, q̄ ista ciuitas ab isto fuit ædificata, & à nomine istius ipsa vocata fuit Damascus, & ſm hoc id, qđ dicebatur sup. s. q̄ Abraham persecutus fuit quatuor reges vsq; seua ad lęuā Damasci: legitur per anticipationē, quia tūc nō erat factum, sed postea facta fuit ciuitas, & quia tpe Moysi, quia ista scripsit, erat ciuitas illa cōstructa: iō vsus fuit anticipatione. Aliqui dñt, q̄ qñ dr hic Damascus Eliezer sunt ista duo noīa. s. Eliezer est nomen patris, qui erat procurator domus Abrahę, Damascus est nomē filij, & tūs Eliezer ponet in genitiuo. s. *Damasci Eliezer.* Idest Damascus filius Eliezer. *Addiditq; Abrahā.* Ex hoc patet, q̄ snīa prior de illis duabus superioribus est melior, quia nō coincidit cum litera inferiori, cū hic dicatur. *Addidit.* Superius. n. dixerat, q̄ procurator domus suæ habebat filiū noīe Damascus, nunc dicit. *Mihi aūt non dedisti semen.* Idest filium natum de semine meo: bū n. hēbat semen, qa coire poterat, & gignere, si Sarai sterilis nō fuisset, vt patet, qa habuit sex filios de Cethura, vt patet infra 25. c. *Et ecce uernaculus meus.* Idest seruus meus, vel filius serui mei. s. Damasc⁹ in domo mea natus: vñ nō poterat uocari, ppriè Eliezer vernaculus Abrahę, qa in domo sua natus nō fuerat: nam erat ita senex habens filium magnum. Et sic dicitur infra 24. cap. cùm Abraham mitteret eum in Mesopotamiam, dicitur q̄ dixit Abraham ad seruum seniorē domus suæ, quòd autē sit iste Eliezer, patet quia immediate dicitur, qui præerat omnibus, quæ habebat: iste enim erat Eliezer, qui erat eius procurator, vt patet hic, sed emit eum pro pecunijs, vel seruiebat ei voluntariè mercede cōducti. *Hæres meus erit.* Idest, quia non dedisti mihi hæredem necesse est, q̄ adoptem alium extraneum. *Statimque.* Hic ponitur secundū. s. petitionis exauditio. *Statimque factus est sermo Domini.* Abraham magno desiderio filiorum tenebatur, & quia Deus disposuerat dare ei filium, noluit eum pro incertitudine anxia diutius cruciare, ideoque statim, vt Abraham suum desiderium declarauit, Deus ei prolem promisit. *Non hic erit hæres tuus.* Idest, licet tu intelligas istum adoptare in filium, quia filium non habes, tamen non erit sic, quia filium habebis. *Sed qui egredietur de vtero tuo.* Idest ille, quem tu de vxore propria generabis. Et dicitur de vtero, idest de lumbis, quia semen non est in vtero, sed in quibusdam musculis in lumbis, vbi colligitur, quia omnia membra spermatizant, vt sit naturaliter virtus formatiua in semine diuersorum membrorum, cùm autem ibi collectum fuerit, motu quodam effunditur testiculis agentibus, ideo spadones, licèt alias potentes sint, seminalem materiam effundere nequeunt. *Et eduxit eum foras.* Ista visio fuit per noctē intra tētorium Abrahæ iā apparētibus astris, & mādauit Deus Abrahæ, q̄ exiret foras, vt videret astra. Et fortè Abraham iam dormiebat, cum ista ei dicta sunt, & mādato Dei impiger surrexit de lecto ad contemplanda astra. *Suspice cœlum.* Idest de subtus aspice, q. d. eleua oculos tuos, & vide cęlum. *Et numera stellas, si potes.* Quasi dicat, scio q̄ non potes numerare, quia solus Deus numerat stellas, & intelligentias, vt patet Psal. 147. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. De numeratione autem stellarum, vtrum homo eas possit numerare diximus Deuter. 1. cap. quidam autem Philosophus Aratus nomine gloriatus est se cognouisse numerum, & nomina stellarum, vt ait Aug. 16. de ciuitate Dei, cap. 24. sed vt ibidem dicitur auctoritas sacræ scripturæ hunc, vt iactantem falsa condemnat. *Sic erit semen tuum.* Scilicet innumerabile, stellæ. numerum habent, sed nullus eas numerare potest, ita semen Abrahæ licet certum numerum habuerit, tamen nullus hominum illū numerare potest, quia valde multi de Abraham nati sunt, & adhuc plures nascituri sunt, quia nunquam cessabit generatio eius vsque ad consumationem seculi. Et sciendum, q̄ licèt Deus verè intēderet dare Abrahæ seminis multiplicationē, sicut dedit, & signaret illam multitudinem, per multitudinem stellarum, tamen principaliter intendebat ei promittere vitam beatam, quæ est in cęlis, & semini suo iusto. Et fundamentum huius est, quia pro quolibet bono correspōdet merces, & debet esse semper merces æqualis vel maior bono actu meritorio. Et quia Deus nolebat præfigurare mercedem, quam ei daturus erat pro bono opere, vt supra dixerat. s. quòd merces tua magna nimis, oportebat quòd ipse figurare tātam vel maiorem mercedem, quàm essent merita Abrahæ, sed actus facti in caritate ex natura sua, & ex voluntate diuina excedunt res corporales, ergo nō æqualiter daretur si sole res temporales darentur pro opere caritatis. Necesse erat ergo, quòd illa pluralitas stellarum non solum signaret pluralitatem in semine Abrahæ, quia hoc bonum transitoriū erat, non æquale actui virtutis, sed etiā ad bonum valde maius. s. bonū vitæ æternæ post resurrectionem corporum. Et congruè signatur hoc per stellas, quia post resurrectionē fulgebunt iusti, sicut stellæ in perpetuas æternitates, vt habetur Dan. 12. cap. Et etiam erit differētia in gloria sanctorum, sicut differentia lucis astrorum, vt patet 1. Corin. 15. cap. Sicut differt stella à stella in claritate, ita sancti in resurrectione mortuorum. Vel figuratur per astra, quia super astra erit tota ista beatitudo, & est sensus. *Sic erit semen tuum.* Idest sicut sunt istæ stellæ in cœlo multiplicatæ, ita semen tuum erit multiplicatū in vita æterna. Omnes enim fideles, & rectè viuentes semen Abrahæ iustum vocantur. Et si aliquando pro actu virtutis ista temporalia promissa legantur, nō debent intelligi ipsa sola, vel principaliter promissa; sed bona spiritualia, sed sicut manuducentia ad bona maiora in vitam æternam, vt per amorem temporalium & terrenorum manuducātur hoīes in amorē, & contemplationem cęlestium æternorum, & sicut ait Gregorius, animus ex his, quæ nouit, surgat ad incognita, quæ non nouit. Et iste modus promissionis non fit in lege noua, fiebat tamen frequenter in lege veteri, & fuit valde cōueniens illi statui, quia tunc hoīes, vt communiter erant valde imperfecti per cōparationem ad viros sanctos legis nouæ, quia vt habetur ad Hebr. 7. c. neminem ad perfectum adduxit lex, imperfecti autē nō possunt immediate eleuari in desiderium æternorum, cum adhuc teneri sint, & illa pertineant ad fortē virum, nisi prius manuducantur per bona terrena temporalia. Et sicut Deus non solū promisit hic Abrahæ bona tpalia in seminis multiplicatione, sed etiam vitā æternam, ita Abrahā intellexit bona æterna esse sibi, & semini suo promissa, quod manifestat Christus Ioā. 8. cap. Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum, vidit & gauisus est. i. Abraham credēs se, & semen suum per Christi sanguinem redimendum desiderauit scire, q̄ passio illa fieri debebat, & qūo fieri debebat: qñ aūt sibi reuelata fuit valde gauisus est, & vocat diem suum tps passionis, quia in illo die impleturus erat omnia, pro quibus carnem assumpserat. vnde Matth. 27. cap. dixit in fine passionis consummatū est, idest in hac die oīa finem acceperunt, & Matth. 26. c. Tempus meum propè est. i. dies passionis, & Ecclesia vniuersaliter sequens istum sensum cantat in officijs mortuorum: Sed significet sanctus Michael repræsentet eas in lucē sanctam, quam olim Abrahæ promisisti, & semini eius: sed ex nullo alio loco potest ista promissio accipi nisi ex isto. Sed tūc dicet aliquis, q̄ bona temporalia qūocunque sic promittuntur, intelligunt promissa in sensu literali: bona aūt spūalia in sensu mistico, vel allegorico; ea aūt q̄ literalia sunt principalia sunt; quæ autem allegorica minus principalia; cū in methaphoris non sit arguere, & ea, quæ intelliguntur allegoricè, non intēduntur ad literam, sed possunt tm dari super literam. Non erit ergo aliqua certitudo in talibus allegorijs, nisi istæ allegoriæ alibi sint sensus literales. Et patet hoc, quia super eandem literam pñt congruè fundari diuersæ allegoriæ, & contrariæ, & sic de anagogijs, sed nunq̄ hoc fit in sensu historico, vel literali. Rndetur q̄ in talibus promissionibus bona spiritualia non cadunt sub sensu mystico, sed sub literali, & etiam bona tpalia cadūt sub sensu literali, quia verba debent seruire intētioni, & nō intentio verbis, vt patet extra de verb. sig. c. intelligentia, quia verba fuerūt inuenta ad signandū mentis conceptū, vt patet in prin cipio Perihermenias: si ergo aliquis proferēs aliq̄ propositionē cuius termini coniuncti, & separati signant bona tpalia esse promissa, & intentio proferentis fuit pmittere principaliter bona spiritualia, & minus principaliter bona tpalia: sensus literalis huius ppositionis erit principaliter bonorū æternorū promissio, & cōsequenter, & secūdario promissio bonorū terrenorū, & isti non sunt duo sensus literales disparati, sed vnus, quia vnus ordinatur ad alium, & ſm philosophum vbi vnum

Deus licet per stellas polliceret Abrahæ semis multitudinē, tñe principaliter pollicetur vitā æternam.

Homil. 11.

Quare modus iste, p. missionis ī lege veteri fiebat, sed non in noua.

Exponitur locus Offer. Missæ Mortuorū

Cap. 1.

vnum pp alterum vtrobique tantum vnū. de implicatione istorum sensuum literaliū in multis alijs locis dicam, & signanter super secundum Reg.7.cap. vbi tangit aliquid Aug.17.de ciui.Dei. *Credidit Deo Abraham.* Idest credidit firmiter ꝙ Deus daturus esset ei multiplicitatem in semine sicut promisit. *Et reputatum est ei ad iustitiam.* Idest Deus dedit ei magnam mercedem, vel Deus reputauit ei hoc ad magnam bonitatem, rō est, quia Deus promittebat Abrahæ aliquid, ꝙ non poterat fieri cursu naturæ, & sine aliquo signo, vel miraculo præcedente simpliciter Deo credidit. Quæ iustitia ista, quam Deus reputauit Abrahæ propter credere? Respōdetur ꝙ pōt intelligi de iustitia legali, quę comprehendit omnem virtutem, vt patet in 5.Ethic. Quia lex præcipit actum omnis virtutis, & isto modo vocat omnes viros iustos, quia.s.oēs virtutes habent, sed quia omnis actus virtutis procedit ab aliqua virtute particulari, necesse est reducere istum actum ad aliquam virtutem specialem. Dicitur ergo, ꝙ illa virtus erat fides, secūdum quā assentimus veritatibus à Deo reuelatis, & dicitur ista fides iustificare, quia erat charitate formata. Sic habetur Actuum 10.cap. fide purificans corda eorum: fides autem informis non iustificat, quia non facit acceptum Deo, quia secundū Iaco. in canonica, cap.2. Fides sine operibus mortua est: est enim non iustificans, nec Deo acceptum faciens, & ibidem: Dæmones credūt & contremiscunt. Vel potest dici, ꝙ iste actus reducitur ad iustitiam particularē commutatiuam, quia Deo reddimus æquale, quod reddere debemus.s.credulitatem ad omnia dicta sua, quia omnipotens est, & fallere non vult. Sed si consideretur iste actus, prout est assentire alicui magno supernaturaliter reuelato, necessario reducitur ad fidē, quocunque modo satis consonat. *Ego dominus, qui eduxi te.* Quasi dicat bene debes credere, ꝙ istam terram accepturus sis, quia ego, qui ista tibi loquor sum Deus potens ista facere. *Et eduxi te de Vr Chaldæorum.* Secundum aliquos intelligitur de igne.s.ꝙ Abraham fuerit positus in igne, & ꝙ inde diuino miraculo liberatus fuerit, & ꝙ hic recitet pro beneficio Dei, & si hoc verum fuisset.s.ꝙ Abraham fuisset de igne liberatus satis rationabile erat, ꝙ hic ad recordationem, & Dei laudē poneretur. De hoc diximus supra 11.cap. magis autem videtur, ꝙ accipiatur Vr pro ciuitate Chaldæorum, & de illa ciuitate eduxit Deus Abraham, vt daret ei in possessionem terram Chanaan: si ergo Deus ad hoc eum de terra sua adduxerat.s.vt daret ei terram illam, & quia Deus erat, facere poterat, ideo ꝙ faceret, dubitandum non erat. *Vt darem tibi terram istam.* Ista terra Abrahæ fuit data quantum ad proprietatem, quā De⁹ in eum transtulit, nunquàm tamen habuit possessionem eius, quia semper habitauit in ea, vt peregrinus, sed semen eius possedit eam postea, cum ascendit de Aegypto. Et quia supra diximus, quòd per istam terram promissam Abrahæ principaliter intelligebatur promissa vita æterna, tamen non est intelligendum, ꝙ ad dādum ei vitam æternam eduxit eum de terra sua, quia in terra Chaldæorum eam dare poterat, sed intelligitur quantum ad hoc de terra Chanaan, quæ licèt minus principaliter promitteretur, tamen haberi non poterat, nisi Abraham exiret de Vr Chaldæorum. Vel potest dici, ꝙ Deus eduxit Abraham de terra sua ad dandum ei, & semini suo vitam æternam, quia in terra Chaldæorum omnes ad idolatriam declinauerant, & sic Abraham, & semen eius, si ibi maneret periclitaretur, quia dissimile est inter tot malos, paucos bonos esse, præcipuè cum ipsi mali bonos quotidie pungerent, vt ad suam malitiam eos inducerent. *At ille ait.* Hic ponitur tertium.s.exauditionis confirmatio. *Vnde scire possum.* Siendum ꝙ Abraham valde fidelis erat, ideo quādo primum dictum fuit, quòd haberet filium hæredem, credidit firmissimè, ideo dictum fuit supra, credidit Deo Abraham, & reputatum est ei ad iustitiā: non enim fuisset ei reputatum ad iustitiam nisi vere, & sine scrupulo credidisset: Cur ergo signum petijt? Respondetur quòd duplici causa: primo, quia fortè de facto non dubitabat, sed modum nesciebat, & ideo conuenienter signum petijt, sicut beatissima Virgo verbis Gabrielis assensit, tamen modum nesciens perscrutata est dicens, Luc.1. Quomodo hoc fiet, quia virum non cognosco? Vel dicendum, quòd Abraham intelligebat, quòd promissa Dei erant conditionalia.s. si illi, quibus fiebant non mutarētur ad oppositum, sed quia Abraham sciebat se posse peccare, cum esset circundatus infirmitate, licèt crederet, quòd ista adimplerentur promissi ex parte Dei nullum detrimentum pateretur, tamē timebat quòd fortè ipse mutaretur, & sic promissum non impleretur, petijt ergo Abraham de hoc certificari.s.vtrum sic futurum esset, quòd ipse nō mutaretur, & promissa Dei in illo implerentur. Vel aliter, quia communiter res difficiliùs conseruantur, quàm acquiruntur, licèt Abraham certus esset de acquisitione.s.ꝙ Deus daturus esset ei terrā illam, tamen solicitus erat de conseruatione.s.vtrum culpa sua illā iam habitam perderet, ideo petebat certificari, vtrum sic futurum esset, quòd illam terram semel à Deo acceptam ipse habiturus esset in pace longo tēpore, ideo non quæsiuit Abraham, vnde scire possum, quòd habiturus sum eam, quia habere significat solā receptionem, sed quòd possessurus sum eam. Possessio enim firmam, & pacificam tentionem significat. *Sume inquit mihi vaccam.* Dat Deus hic signum Abrahæ, quòd terram istam possessurus sit ipse, & semē eius, & quomodo possessurus sit. Sciendum ꝙ sicut patet discurrenti libros historicos, & prophetales sacræ scripturæ, quandocumque Iudæi verum Dei cultum tenuerunt, possidebant pacificè terram promissionis, & abundabant in bonis temporalibus, nullusque eis nocere poterat, vt patet Deuter.28.cap. cum aūt ad idolatriam declinabant, tradebat eos Deus in manus hostium, qui opprimerent eos, & tribularent dura seruiture tollentes bona illorum, vt patet Leuit.26.cap. & Deuter.29. & in lib. Iudicum, Regū, Paralip. & Propheris. Cum autem mala eorum proueniebāt vsque ad summum ducebantur captiui in terras hostiles sicut fuerunt ducti per Salmanasar, vt patet 4.Reg.17.cap. Deinde per Nabuchodonosor in Babylonem, vt patet 4. Reg. 24. & 25.cap. & vltimatè per Romanos propter maximum peccatum.s.Christi occisionem. Demonstrabat ergo Deus, ꝙ terra illa promissa conseruari debebat per verū cultū vnius Dei, & quia Deus spiritus est, ideo eos, qui eum adorant, oportet in spiritu adorare, vt patet Ioan.4.cap. & ſm Aug. in Enchirid. fide, & spe colitur Deus, necesse erat mente pura, & intenta Deum coli. Sed quia adhuc honor Dei non est completus, donec extra ad maiorem extensionē laudum Dei cultus eius manifestetur, vt omnia, quæ in nobis sūt suo deseruiāt creatori, oportebat istum cultum manifestari in quodam signo exteriori. s.in oblatione, sacrificio, & similibus, & quia maximum demonstratiuum diuini cultus est sacrificium, ideo mādauit offerri aīalia ad immolandum. Vel potest dici ꝙ Deus volebat confirmare pactum suum cū Abraham ad maiorē certitudinem, & quia inter antiquos mos erat, ꝙ confirmantes fœdera occiderēt aliqua aīalia, & diuiderēt in frusta, & post transirent inter diuisiones ad notandū, ꝙ sic diuiderēt qui fœdus factum infringeret, de his Paulus Orosius 3. de Ormesta mundi in fine, vbi dicit, fœdera occisione porcæ cōponi, & sic dicuntur fœdera de fœta cęlā, quæ signat porcam, ideo Deus voluit fieri tale pactum, & confir-

Qualē iustitiā Deus Abrahę reputauit ob suam credulitatem.

Cur signū petijt Abraham.

Cur Deus præcepit Abrahæ sumere tres vaccas.

Multorū cultus.

confirmari per diuisionem animalium. Sic etiam lex Mosayca in sanguine confirmata est, quia quando populus consensit verbis Dei Moyses accepit sanguinē animalium immolatorum, & aspersit altare loco Dei, tanq̄ Deus sanguine aspergeretur, deinde aspersit super totum populum, vt patet Exo.24.cap. & Apost. ad Hebr.9.cap. satis declarat, quòd confirmatio alicuius pacti testamenti, vel legis sine sanguine non fit, & signum huius est, quia in istis animalibus occisis non factum est, sicut in sacrificijs fieri solebat, vel postea solitum fuit, in sacrificijs holocaustorū concidebatur aīal in frusta non in duas medietates, sed in multa frusta, & ponebantur super ignem, vt arderēt, vt patet Leuit. 1.cap. in hoc autem fuerunt medietates diuisæ, & contra se positæ, vt quasi confœderati possent transire inter diuisiones: vtraque autem sententia vera est, & vna est completiua alterius. *Vaccam triennem.* Aliqui Iudei dicunt tres vaccas, & cōsequenter tres capras &c. Sed falsum est, quia solū debebat sumi de qualibet specie istorum animalium vnum, sed debebat esse trium annorū, & in hoc fraudantur, quia vbi nos dicimus triennem Hebraica litera habet. *Mesuleseth.* Quod signat de tribus, quia ista dictio est composita. *De mi.* Idest de. *Et seleſa.* Idest tres. & est sensus. *Sume tibi vaccam de tribus.* Idest de tribus annis: litera autem nostra magis expressit dicendo triennem. Si autem vellet litera Hebraica dicere, quòd sumerentur tres vaccæ non deberet dicere *Mesuleseth*, sed *Seloſa*, quia *Seloſa* signat tres absolutè, sine aliqua conceptione præpositionali. *Mesuleseth* autem signat tres cum cōceptu præpositionis, de. Nominat hic tres species pecorum, & vnam speciem volucrum, quia in lege Mosayca post futurum erat, quòd ista tria de pecoribus immolarētur, vt patet Leuit.1.cap. omnia enim quæ in veteri lege offereban tur hic oblata sunt. Et sciendum quòd, vt plenius tractatur Leuit. 1.cap. in veteri testamento fiebat triplex sacrificium. s.holocaustum, quando aliquod pecus de istis prenominatis immolabatur, & in frusta cōcisum totum comburebatur cū capite, pedibus, & intestinis lotis, & vocatur holocaustum ab olon, quod est totū, & cauma, quod est incendium, quasi totum incēsum. Secundum genus sacrificij erat hostia pro peccato, qū pro peccato alicuius offerebātur aliqua pecora de supradictis, secundùm regulam daram Leuit.4. & 5. & 6. cap. Tertium erat genus sacrificij hostia pacifica, quando aliqua pecora offerebātur pro gratiarum actione, quasi pro pace habita, vel compietione desiderij, vel offerenti daretur, quod petebat, ſm regulam datam Leuit.2. & 7.cap. De rationibus autem istorum sacrificiorum multotiens in Leuit. & in lib. Num. dictum est à nobis præcipuè Leuit.7. & 22.cap. Et mandatum fuit hic, quòd quodlibet animal de istis pecoribus esset trium annorum, ad designandū, quòd de qualibet specie istorum animalium, poterat fieri triplex sacrificium. s.holocaustum, hostia pacifica, hostia pro peccato. *Turturem quoque & columbam.* Non designatur in istis ætas sicut in pecoribus: cuius ratio esse potest, quia non potest cognosci ætas in auibus sicut in pecoribus: pecora enim ista immolabilia mansueta sunt, & ab homine nutriuntur, ideo cognosci potest ętas in illis: in auibus autem nullo modo: vel est alia ratio, quia in alijs animalibus ponebatur ætas triū annorū, quia de illis poterant fieri tria genera sacrificiorum, de auibus autem non poterat fieri nisi holocaustum, vt patet discurrendo per totum Leuiticum, nusquam enim pro peccato, aut gratiarum actione petenda, vel similibus petendo reperies aues immolatas, aut oblatas fuisse. Offerebantur tamen istę aues in emundatione mulieris parturientis, vt patet Leuit.12.cap. Sed hoc non est sacrificium: fiebat etiam oblatio de quibusdā alijs passeribus mundis in mundatione leprosi; vt patet Leuit.13.cap. Quare autem de istis animalib⁹ fiat sacrificium magis, quàm de alijs, causa literalis verissima tradita fuit Leuit.1. & ibi etiam diximus quare de piscibus non fiat sacrificium: causam autem mysticam, vel allegoricam breuiter assignabo. Ista sacrificia sunt quædam exteriores cęremoniæ demonstrantes actum cultus diuini interiorem, & quia Deus fide, & spe colitur, vt ait Augustin⁹ in Enchiridion, ideo oportet ꝙ ista sacrificia exteriora sint protestationes cultus interioris quantùm ad fidem, in qua principaliter fundatur cultus Dei, quia sine fide impossibile est placere Deo, vt patet ad Hebræos 11.cap. Et quia antiqui in lege veteri non saluabantur nisi in fide mediatoris Christi, vel implicitè, vel explicitè, ideo talia animalia offerenda erant, quæ eum significare possent, & quia in mediatore nostro erat duplex natura, scilicet humana & diuina, ideo ista animalia vtramque signant, quia enim Deus est gubernator omnium dando omnibus necessaria ad viuēdum, designatur ista gubernatio per hæc animalia, quia nos gubernamur in cibis principaliter, & isti signātur per animalia comestibilia, sed quia quædā cibaria sunt domestica, quædam siluestria, ideo quædam animalia de istis sunt domestica, vt boues capræ, arietes, alia siluestria, vt turtures. Fuit etiam natura humana in mediatore nostro: & hoc signatur inquantum fuit instrumentum nostræ redemptionis, per ista animalia; ouis signat Christi innocentiam, capra signat propter fętorem, similitudinem carnis peccati, in qua Christus apparuit, vt patet ad Rom.8.s. misit Deus filium suum in similitudinem carnis peccati: bos fortitudinem Christi in patiendo denotat, turtur signat Christi castitatē, columba quia sine felle est, Christi mansuetudinem, quam nos ipse valde docebat, dicens: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, Matth.6.cap. *Qui tollens vniuersa.* Idest sicut mandauit dominus, vt assumeret ista animalia, ita ipse accepit ea, & iugulauit parans ad sacrificium. *Diuisit per medium.* Postquā iugulauit illa, & decoriauit mandauit Deus, quòd non seruaret in eis modum aliorū sacrificiorum, sed ꝙ diuideret ea per medium. s.à capite vsque ad caudam per spondilium medietatē, & ista nō facta fuerūt immediate de nocte, vt apparuit Deus Abrahæ, quia locutio illa fuit facta per noctem, vt patet ex superioribus, quia mandauit Deus Abrahæ aspicere astra, & tamen quando ista animalium cadauera diuisa erant, dies erat, & extra tabernaculū: patet quia dicitur ꝙ Abraham sedebat apud diuisiones, & abigebat aues descendētes super cadauera: aues autem per noctem non descendunt ad cadauera, quia non vidēt, & quia manent in cubilibus suis. Etiam quia dicitur vltra, ꝙ cum occumberet sol, sopor irruit super Abraham quasi iam fessus esset abigēdo aues, & custodiendo cadauera. Ex quo vī ꝙ anteq̄ sol occūberet Abraham custodiebat animalium cadauera, ergo videtur ꝙ sequenti die post reuelationem factam Abrahæ ipse compleuit hoc, quia antequam ipse occideret ista animalia, mōstrauit ei Deus astra cęli, ergo tūc erat nox, & postea factis istis abigebat aues quousque occumberet sol, ergo iste occubit⁹ solis erat sequēti die postquam Deus ad eum locutus fuit. Diuisio autem fuit facta propter causam supra assignatam. s.ad modum antiquorum, qui confirmantes fœdera diuidebant per medium transeuntes inter diuisiones ad signandum, quòd morte dignus erat, qui pactum infringeret, ita Deus hic egit. Et quia Deus est vbique, nec pōt propriè per aliquem locum transire, ideo dedit lampadē ignis, qui transiret loco eius inter medias diuisiones. *Et partes contra se extrinsecus posuit.* Idest ponebat medium vaccam ad vnam partem, & mediam vaccam ad

alteram

Deus fide & spe colatur.

Animalia, quæ immolabantur ꝙd significarent.

Diuisio animalium quare.

Lampas ignis quare.

Deiplici sacrificio Hebræorū.

alteram ex opposito, ita tamẽ quòd illę partes directè se respicerent. & inter illas posset esse transitus. *Aues autem non diuisit*. Ratio esse potest literalis, quia in confirmatione fœderis inter homines nũquam aues diuidebantur, nec occidebantur: hic autem occisæ fuerũt ad designandum futurum sacrificium, & non ad confirmationem fœderis, ideo diuisæ non fuerunt. Alia ratio est mystica, quia animalia quadrupedia designant vitam actiuam, quia in plura necessariò diuiditur, iuxta sententiam Saluatoris. Luc.9.cap. Martha Martha solicita es, & turbaris erga plurima, porro vnum est necessarium: vita autem cõtemplatiua, quæ per aues designatur non diuiditur, quia in se collecta in Deum tota mente consurgit. *Descenderuntque volucres super cadauera*. Quia ista cadauera posita erant in patulo extra tabernaculum: istę aues sunt dæmones, qui vocantur aues. Matth.13.cap. Aues cœli comederũt illud. & venerunt super cadauera, quia dæmones toto conatu nos à bonis operibus retrahere moliuntur. *Et abigebat eas Abraham*. Ne comederent, vel fœdarent carnes sacrificij domini & pacti ei⁹: quod innuit cogitatione peruigili dæmones à nobis esse abigendos. *Cumque sol occumberet*. Quia per totum diem steterat Abraham conseruando cadauera, declinante sole iam fessus sopori succubuit. Nicolaus autem vult quòd ista cadauera posita fuerunt per noctem in campo, & tunc Abraham custodiebat ea, & dicit aues illas de nocte volasse, sed non videtur esse rationabile, quia aues non viderent de nocte cadauera, nec ad illa descenderent. Item nõ potest esse aliquo modo, quia si sic contigisset, omnia fuissent facta per noctem post solis occubitum, quomodo ergo scriptura dicit, quòd postq̃ sol occubuisset irruit sopor in Abram? valde superfluũ, & incongruum esset, quia ita deberet dici, quòd post solis occubitum diuisit Abraham cadauera, & descenderunt aues, & tunc abigebat eas, & non diceretur specialiter, quòd post solis occasum irruit sopor in Abraham. Item quia non accipitur hic post solis occasum pro omni tẽpore, quod est post solis occasum, quia tunc aurora esset post solis occasum, & cum sit inter occasum, & ortum, tunc nihil certum significaret; ista determinatio post solis occasum signat illam partem temporis, quæ est coniuncta occasui solis, & tunc non potest stare dictum Nicolai, quia si omnia ista facta sunt per noctem non diceretur aliqua istorũ fuisse post solis occasum nisi apparitio Dei ad Abraham, cum ei mandauit aspicere astra, sed litera dicit oppositum, ergo non potest stare illa positio. Dicendum est ergo, vt supra. *Et horror magnus & tenebrosus inuasit eum*. Iste horror fuit quædam passio multum pauorosa, & vocatur tenebrosus, quia venit ille horror in tenebris, & res magis terribiles sunt in nocte quàm in die, & iste horror quædam demõstratio fuit passionum, quas sustinere debebãt filij Abrahæ in Aegypto, & in deserto antequàm intrarent terram Chanaan eis promissam: signantur etiam tribulationes, quas generaliter patiuntur omnes beati quamdiu sunt viatores; quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei Act. 14. cap. *Dictumque est ad eum*. Quia audita fuit ibi quædam vox siue in quadam figura apparente, siue sola vox, sine figura. *Scito prænoscens*. Scire est rem aliquam certè cognoscere, prænoscere est cognoscere antequàm fiat: est sensus scias nunc antequàm fiat, q̃ in futuro filij tui multa mala patientur. *Quòd peregrinum futurum sit semen tuum*. Idest quòd filij tui erunt peregrini. Et loquitur hic de filijs descendentibus per Isaac, & Iacob, quia Esau non fuit peregrinus, sed habitauit in quiete in montibus Seir, & Ismael cum sua posteritate habitauit in pace in deserto Pharan, vt patet infra 25.cap. *In terra non sua*. Quia

Aues non diuisit quare.

Aues quid significent

Opinio Nicol. Lirani reijcitur.

filij Abrahæ nunquam habuerunt aliquam terrã suã, quousque redierunt ad terram Chanaan & possederunt eam interfectis habitatoribus eius: terra ista, in qua fuerunt peregrini fuit terra Chanaan vsquequo Iacob descendit in Mesopotamiam, deinde Mesopotamia quousque redijt in terram Chanaan. Deinde terra Chanaan, quousque descendit in Aegyptum: deinde Aegyptus, donec inde à Deo liberati sunt. *Et subijcient eos seruituti*. Hoc non intelligitur de omnibus terris, in quibus peregrinati sunt, sed solum de Aegypto, quia in terra Chanaan & in Mesopotamia liberi fuerunt, in Aegypto autem seruituti subiecti fuerunt, vt patet Exod.1.cap. *Et affligent quadringentis annis*. Isti quadringenti anni non sunt computandi à primo anno, quo intrauerunt Israelitæ in Aegyptum, quia non fluxerunt tot anni, patet quia quando descendit Iacob in Aegyptum, descendit cum eo Leui filius eius, & Chaath filius Leui nepos Iacob, vt patet infra 46.cap. Item iste Chaath vixit annis 133. vt patet Exod. 6.cap. Chaath genuit Amram, qui vixit annis centum triginta septem, vt patet eodem cap. Amram genuit Moysem, vt patet eod.cap. cuius anno octogesimo egressus est Israel de Aegypto, vt patet Exod.7.cap. Isti autẽ anni coniuncti faciunt annos trecẽtos quinquaginta, & si volumus habere adhuc numerum istum certum oportet subtrahere oẽs annos, quos habebat Chaath quãdo intrauit Agyptũ, & omnes annos suos postquã genuit Amram, & omnes annos Amram postquam genuit Moysem, qui sunt satis multi anni, vt infra patebit. Dicit autem August. de ciui. Dei, lib.16.cap.25, q̃ non est sensus, q̃ isti quadringenti anni fuerunt, dũ mãsit Israel in Aegypto, sed q̃ isti anni terminati sunt, quando exiuit Israel de Aegypto, siue incipiãt computari à natiuitate Isaac, siue à tẽpore, quo ista dicta sunt, & ponit exemplum Aug. fm Bibliam interpretũ, quã ipse sequitur, facti sunt dies Tharæ in Aran ducentorũ quinque annorum, & mortuus est. Sed manifestum est, q̃ non omnes istos annos vixit in Aran, sed quòd ibi istos oẽs annos finiuit, quia ibi mortuus est, sed per literam nostram nihil horum probatur, quia non sic habet, sed sic, scilicet: Et facti sunt dies Tharæ ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Aran: nõ potuit ergo esse, q̃ manserunt Iudæi in Aegypto quadringentis annis, nec trecentis quinque vt patuit, sed fuerunt anni ducenti decem, vt patet in quibusdam chronicis Iudæorum, quibus in hac parte satis credendum est, quia nõ potest haberi clare veritas præcisa ex Biblia, & sic facit Hieronymus, & alij doctores nostri, quia in tali casu recurrunt ad historiam Iosephi, & annales Iudæorum. Et ideo isti anni quadringenti reducendi sunt ad hoc, quod dicitur erit peregrinum semẽ tuum, & August. dicit, q̃ possunt isti anni computari à natiuitate Isaac, vel à tempore, quo dicta fuerunt ista verba, vt patet 16.de ciui. Dei, cap.25. Sed melius computatur, q̃ incipiant à natiuitate Isaac, quàm à tempore, quo dicta fuerunt verba, quia ista verba fuerunt dicta anno 84. vel 85. vitæ Abrahæ, & patet sic, quia ista verba dicta fuerunt ante natiuitatem Ismaelis, & ratio pater, quia promissio facta Abrahę de multiplicitate prolis, & ipsius prolis captiuitas denunciata sunt simul Abrahæ, vt patet hic in litera. Sarra autem non potẽs concipere, & videns, se ineptam ad complendam promissionẽ Dei dixit Abrahæ, quòd accederet ad Agar ancillam suam, vt gigneret ex ea, & sic videtur, quòd expectauerit per annum postquàm dicta fuerunt ista verba, immo per annos 10. vt patet infra 16.cap. Sed vtrum illi 10. anni computentur post ista verba dicta supra 13.cap. certum non est, magis tamen videtur, quòd non computentur illi anni 10. à tempore huius promissionis, quia illi computantur à tempore quo intra-

De numero annorum quibus filij Israelis fuerunt in Aegypto, & quo exierunt.

intrauit in terram Chanaan Abraham, vt patet infra 16.cap. Sed ista promissio non fuit ad ingressum terrę Chanaan, sed multo post, quia primo moratus fuit in terra illa aliquo tempore, deinde descendit in Aegyptum, vt patet supra 12.cap. deinde rediens in terram Chanaan habitauit ibi cum suo consobrino Loth, & postea diuisi sunt ab alterutro, vt patet supra 13.cap. post autem aliquãto tempore pugnauit cõtra quatuor reges ducentes Loth captiuum, & sodomitas, vt patet supra 14. deinde facta fuit ista promissio de semine, & reuelatio de captiuitate, ergo videtur, quòd modico tempore fuit ante natiuitatem Ismaelis, quia natiuitas Ismaelis fuit annis decem, & aliquid plus, postquã intrauit Abraham in terram Chanaan. Expectauit ergo Abraham, vt videret si forte Deus, qui promiserat Abrahæ prolis multiplicitatem, daret vxori suæ fœcunditatem, & quia vidit adhuc se non posse concipere dixit viro suo, quòd accederet ad Agar, & rursum transijt alius annus antequàm gigneret Agar, & sic sunt duo anni, & deinde transierunt anni quatuordecim vsque ad annum centesimum Abrahæ, ergo si isti quatuordecim, & duo subtrahantur de centum annis, manebunt octoginta quatuor. Antecedens patet, quia quando Abraham circuncisus fuit, erat annorum centum minus vno, vt patet infra 17. cap. & eodem die circuncisus est Ismahel, qui erat tũc annorum tredecim, vt patet eodem cap. quibus si addatur alius annus, in quo compleuit Abraham centum annos, erunt quatuordecim, & secundùm hoc fuerunt dicta ista verba, decem & sex annis ante natiuitatem Isaac, qui natus fuit anno centesimo vitę Abrahæ, vt patet infra 17.cap. Addantur vltra sexaginta anni, qui fluxerunt à natiuitate Isaac vsque quo natus fuit Iacob, vt patet infra 26.cap. & erunt anni septuaginta sex. Deinde addantur anni centum tres, qui fluxerunt à natiuitate Iacob vsquequo descendit in Aegyptum, vt patet infra 47.cap. erunt anni ducenti & sex, quibus addantur anni ducenti decem, quibus in Aegypto dicuntur ex chronicis stetisse, erunt quadringenti, & decem sex, & sic superant anni decẽ & sex, qui erant à tempore, quo dicta fuerunt illa verba vsque ad natiuitatem Isaac. Computari ergo debet à natiuitate Isaac, & erunt anni æquales. Quod autem in Aegypto solum steterint Israelitæ annis ducenti decem, & fortè paucioribus, patet ex hoc, quia solum steterunt in Aegypto per vitã Chaath, qui intrauit cum Iacob in Aegyptum, vt patet infra 46.cap. & per vitam Amram, & per vitam Moysi vsque ad octogesimum annum suum, quia octoginta annorum erat, quando apparuit coram Pharaone, vt patet Exod. septimo cap. & tunc post valde modicum, scilicet per vnum mensem, aut quasi, vt declarabimus Exod.2. & 12.cap. qui simul sumpti, vt supra computauimus sunt anni trecenti quinquaginta, à quibus debent abstrahi anni Chaath post natiuitatem Moysi, & quia homines in illo tempore generabant ad annos triginta, vel quadraginta, dato quòd Chaath, & Amram genuerunt filios in anno sexagesimo, abstrahantur reliqui anni de vita istorum, & cum Chaath vixerit annis centum triginta tribus, vt patet Exod.cap.6. tollantur omnes præter sexaginta, & similiter de vita Amram, qui genuit Moysen, erunt ergo isti centum viginti anni, quibus addantur octoginta anni vitæ Moysi quando exiit de Aegypto, erunt ducenti anni, & adhuc deficient decem, etiam quia subtrahi debent anni, quos egerat Chaath, quando intrauit in Aegyptum. Sed de hoc non tantum est curandum, quia forte dicetur, quòd primo anno vitæ suæ ductus fuit in Aegyptum. Sed adhuc omisso hoc necesse est dicere, quòd isti genuerunt ad minus anno sexagesimo quinto vitæ suæ, & si dicatur, quòd hoc non est verisimile, quia homines illius temporis anno tricesimo, vel quasi generabant, vt patet supra 11.cap. Ad hoc respondetur dupliciter vno modo, quòd fortè non erant isti primogeniti, qui nominantur, & satis est possibile, quia Chaath genuit quatuor filios, vt patet Num.3.cap. & primo Paralip. 6.cap. & licet inter istos præponatur Amra, tamen potuit esse, quòd esset vltimus natiuitate, sed præponitur, quia nati sunt de eo Moyses, & Aaron, sicut diximus de Sem filio Noe, vt patet supra 6. & 9.cap. & de Abraham sicut diximus supra 11.cap. & sic potuit esse, quòd Chaath primogenitum suum gigneret anno tricesimo, vel quasi, & gigneret Amram anno sexagesimo quinto, vel quasi. De Amram autem manifestum est, quòd non fuit Moyses primogenitus eius, sed Maria, quæ, vt Moysen adhuc paruulum de flumine susceptum filia Pharaonis nutriri iuberet vocans matrem suam duxit, & sic forte puella esset tunc quindecim annorum, & relinquitur Amram genuisse anno quintodecimo, vel quasi. De his Exod.20.cap. Aaron etiam primo natus fuit, quàm Moyses, sed solum per tres annos, vt patet Exod.7.c. Aliter posset aliquis respondere, quòd isti sero gignebant, quia non audebant gignere cum Aegypti conarentur occidere paruulos Hebræorum, vt patet Exod. 2.cap. quando Moyses in carecto fluminis positus fuit. Sed hoc licet forte aliquid videretur pro tẽpore Amram, nihil tamen fuit pro tẽpore, quo genuit Chaath, quia tunc viuebat Ioseph, & nullum malum inferebatur Hebræis, vt patet Exod.1. Quod autem tunc viueret Ioseph patet, quia septuaginta vno anno post introitum Iacob in Aegyptum mortuus fuit, quia centum decem annis vixit, vt patet infra 50.cap. Sed quando intrauit Israel in Aegyptum, erat triginta nouem annorum, quia quando stetit ad iudicẽdum somnium coram Pharaone erat triginta annorum, vt patet infra 41.cap. Sed postea transierunt septem anni fertilitatis, & duo anni sterilitatis, vt colligitur anno 43. & 44. & 45.cap. ergo ab illo tempore, quo intrauit Chaath in Aegyptum cum Iacob, manent septuaginta vnus ad complendum centum decem annos vitæ Ioseph, vt patet infra 50.cap. sed Chaath nõ staret per septuaginta vnum annos, quin gigneret maximè, quia fortè aliquot annos agebat, quando intrauit Aegyptum cũ patre suo Leui. De Amram autem satis dici posset, quòd aliquo tempore à gignẽdo abstinuit, quia videbat filios Hebræorum immediatè, vt nascebantur flumine mergi. Sed adhuc non multum obstabit, quia ista tribulatio non magno tempore durauit, sed pauco tempore ante natiuitatem Moysi & pauco tempore post, & sic ante istud tempus genuit Amram, qui prior fuit: non enim fit aliqua mẽtio de Aaron, quòd in ortu suo labor fuerit in liberando eum à morte, quod non tacuisset scriptura, si verum fuisset. Dicendum ergo, quòd prima responsio verior est, & si arguatur contra supradicta, quia dicitur Exod.12.cap. quòd habitatio filiorum Israel in Aegypto fuit quadringentorum triginta annorum, quomodo ergo hic dicitur, quòd fuerunt quadringenti, qui adhuc non fuerunt omnes in Aegypto, sed quædam pars eorum fuit, vt declaratum est incipiendo computationem ab Isaac natiuitate, quia tunc propriè semen Abrahæ peregrinari dicebatur quando iam genitum erat, sed ante natiuitatem Isaac Abraham semen nõ habebat, ergo nec peregrinari poterat. Nec valet si dicas, quòd quatuordecim annos ante genuit Ismahelem, vt patet infra 16.cap. Respondetur, quòd non loquitur hic Deus de Ismahele, sed de Isaac, quia Ismahel non vocabatur semen Abrahę, sed Isaac, vt patet infra 21.cap. cum dicitur in Isaac vocabitur tibi semen. Sed aliquis respon-

Quo tempore liberata fuerit Hebræi.

Alioru dictum improbatur.

respondebit, quòd non fuerunt anni isti nisi quadringenti. Sed scriptura nominat eos quadringentos triginta, quia aliquando scriptura non curat de modico, & ideo aliquando in similibus narrationibus addit, aliquando minuit. Sed non est responsio conueniens. Primo, quia cum sacra scriptura vtrumque posuerit numerum, scilicet quadringenti hic, & in Exod. quadringenti triginta, non videtur maior ratio, quare ibi addiderit, quàm hic diminuerit, vel è contrario: maximè quia, vt patebit, maior ratio est, quòd hic minuerit, quàm quòd in Exodo addiderit. Item quia scriptura minuit, vel addidit modicum, quod non faciat quantitatem notabilem respectu reliqui numeri, sed triginta respectu quadringenti, satis facit notabilem quantitatem, quod non faceret in mille, vel duobus mille, ideo non est possibile, quod tantum scriptura addiderit. Item & clarius non est aliqua ratio quare scriptura posuerit triginta, si solum essent anni quadringenti, quia scriptura in magnis numeris quando addit vel minuit, est vt faciat numerum completum, vt si fortè essent quadringenti minus vno, vel duob⁹, vel decem poneret quadringenti præcisè, vel si essent quadringenti quinque, poneret solum quadringenti, quia iste est numerus perfectus. Sed si quadringenti anni completi essent, qui est numerus valde completus, quare deberent addi triginta, qui veritatem perturbarent, & numerum perfectum non agerent, sed excederent? valde enim irrationale esset sine aliqua vtilitate veritatem impedire. Item quia scriptura notat, quòd iste numerus quadringẽti triginta annorum fuit præcisus, nec magis, nec minus, nec in vna die, quia dicitur vbi supra Exod. 12. cap. habitatio autem filiorum Israel, qua manserunt in Aegypto, fuit quadringenti triginta annorum, quibus expletis eodem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Aegypti. hoc patet, quia idem habetur ad Galat. 3. cap. dicit ibi Apostolus, quòd testamentum confirmatum fuit cum Abraham, deinde post quadringentos, & triginta annos facta fuit lex, sed lex data fuit eo anno, quo exierunt de Aegypto mense tertio in principio, vt patet Exod. 19. cap. Ergo ab eodem tempore computat Apostolus. & sacra scriptura Exod. Sed quæritur à quo tempore ista cõputatio incipiat, & respondetur, quòd incipit à tempore quo Abraham exiuit de Aran Mesopotamiæ, quia licet Abraham quãdo stabat in Aran Mesopotamiæ staret extra terram suam, scilicet Vr Chaldæorum ciuitatem, quia tamen manebat adhuc in domo patris sui Tharæ non dicebatur peregrinari: cum autem exiuit de Aran incepit peregrinari ipse, deinde semen eius, & durauit ista peregrinatio vsque ad diem, quo exierunt de Aegypto, scilicet quòd à die quo exiuit Abraham de Aran vsque ad diem, quo exierunt Israelitæ de Aegypto fluxerunt anni quadringenti triginta completi, & huic concordat auctoritas Apostoli proposita, scilicet, quòd à confirmatione testamẽti Dei cum Abraham vsque ad dationem legis fluxerũt quadringenti triginta, quia dicitur testamentum confirmatum cum Abraham, quando exiuit de Mesopotamia, & venit in terram Chanaan, vt patet supra 12. cap. & sic eodem tempore fuit testamenti confirmatio & peregrinationis incœptio, scilicet in exitu de Aran, & totum istud tempus peregrinationis vocatur mansio in Aegypto, quia fuit in multis laboribus, & ærumnis sicut habitatio in Aegypto. Vel quia vocatur tempus mansionis in Aegypto, totum tempus, à quo incipit Abraham manere in Aegypto, quousque filij eius postea exierunt inde, licet totum istud tempus non fuerit continuatum, quia primo anno, quo Abraham exiuit de Aran descendit in Aegypto propter famem, & mansit ibi

A quo tẽpore incipit ista cõputatio.

aliquanto tempore, deinde reuersus fuit ad terram Chanaan, & mansit ibi ipse, & filij sui post eum vsque ad descẽsum Aegypti per annos ducẽtos quindecim, & deinde steterunt toto tempore vsque ad consummationẽ annorũ quadrigẽtorũ triginta in Aegypto, & ista videtur intentio verissima literæ Exod. duodecimo. quare vocauerit istos quadringentos triginta annos mansionis Aegypti, scilicet, quia in mansione in Aegypto incœpti sunt, & in mansione in Aegypto finiti sunt. Sed quæritur quomodo possint inueniri isti quadringenti triginta anni: si enim incipiamus ab anno, quo recessit Abraham de Aran, tunc erunt septuaginta quinque anni, vt patet supra 12. cap. & deinde vsque ad natiuitatem Isaac fluxerunt anni viginti quinque, quia genitus fuit anno cẽtesimo vitæ Abrahæ, vt patet infra 17. cap. post natiuitatem Isaac vsque ad exitum de Aegypto fluxerunt anni quadringenti suprapositi, deficiunt ergo anni quinque ad complendum annos quadringentos triginta, de quibus Exod. 12. cap. Dicendum ergo quòd à tempore, quo ista dicta sunt Abrahæ vsque ad natiuitatem Isaac fuerunt anni viginti quinque, quia septuaginta quinque annorum erat Abraham, quãdo intrauit in terram Chanaan, vt patet supra 12. cap. & natus fuit Isaac anno cẽtesimo Abrahæ, vt patet infra 21. cap. & à natiuitate Isaac vsque ad descensum in Aegypto fluxerunt anni centum nouem, & in Aegypto manserunt Israelitæ annis ducentis quindecim, sed scriptura nominauit quadringentos, quia est numerus cõpletus, non curãs de quinque, qui superant, quia vt dictum fuit, non curat scriptura de modico plus, vel minus. Copulando ergo viginti quinque ante natiuitatem Isaac, & centũ nouem à sua natiuitate vsque ad descensum in Aegyptum, vt supra probauimus, & ducentos quindecim quibus in Aegypto manserunt, licet dicantur solum ducenti decem diminuendo quinque, insurgunt anni quadringẽti triginta, qui ponuntur in litera Exo. 12. cap. Fuit ergo à tempore istius promissionis vsque ad exitum de Aegypto, vel dationem legis anni quadringenti triginta, & à natiuitate Isaac vsque ad exitũ de Aegypto anni quadringenti quinque, licet dicantur hic quadringenti nõ curãdo de illis quinque, quia pauci sunt. Fuerunt autem anni, quibus manserunt Israelitæ in Aegypto ab ingressu Iacob illuc, ducenti quindecim, licet dicãtur à Iudæis ducẽti decem, quia aliter non potest cõpleri summa quadringentorũ triginta annorum, de quibus Exod. 12. cap. vt supra probauimus, & fuerunt anni, quibus seruierunt Hebræi in Aegypto ad plus centum, quia non fuit seruitus Hebræorum in Aegypto toto tempore, quo steterunt in Aegypto, nam toto tempore quo vixit Ioseph, dominante ipso fuerunt Hebræi in prosperitate: postquam autem mortuus est incœpit seruitus, & calamitas, & non immediate, vt mortuus fuit Ioseph, & tota illa cognatio, vt patet Exod. 1. cap. ideſt omnes qui descenderunt in Aegyptum cum Iacob, sed Chaath descendit cum Iacob, vt patet infra 46. c. ergo vsque ad mortem Chaath ad minus non fuit inceptio seruitutis Hebræorum: Chaath autem mortuus fuit ad plus annis centum, & decem post introitum in Aegyptum, sed tota mansio in Aegypto fuit ducentis decem, vt quidam volunt, vel ducentis quindecim, ergo subtrahendo ab eis centum decem annos, quibus ad minus vixit post ingressum in Aegyptum Chaath, manebunt anni centum, quibus seruierunt. Antecedens, scilicet, quòd mansio Israel in Aegypto fuerit ducentis quinque annis iam dictum est: quòd autem post introitũ in Aegyptum vixit Chaath centum decem annis, patet, quia Chaath vixit annis centum triginta tribus, vt patet Leuit. 6. cap. à quibus subtrahantur illi, quos habebat,

Quo inueniuntur isti quadringenti triginta anni

bebat, quando intrauit Aegyptum, manebunt cæteri quibus vixerint in Aegypto. Quando autem intrauit in Aegyptum ad plus habueret annos viginti tres, quia pater suus habebat quadraginta quatuor, vt patet infra 41. & Exod. 2. & 6. cap. qui si subtrahantur à cẽtum triginta tribus manebunt centum decem, qui subtracti a ducentis quindecim facient manere cẽtum quinque annos, & hoc fuit seruitus Israelitarum ad plus. *Verumtamen gentem, cui seruituri sunt, ego iudicabo.* Ideſt ego puniam, scilicet, quòd Aegyptij, qui tenuerunt Hebræos in dura seruitute grauiter puniti sunt in exitu Hebræorum, s. decem plagis, vt patet in Exod. 8. cap. 7. vsque ad 12. *Et post hæc egredientur cum magna substantia.* In exitu enim Hebræorum, mãdauit Deus, quòd vir peteret ab amico suo Aegyptio vasa aurea vel argentea, & mulier a vicina sua etiam vestes pretiosas, & Deus dabat Aegyptijs in mentem, quòd libenter accommodarent eis, & mandauit, quòd ea portarent, vt patet Exod. 3. cap. Et hoc erat vel quia Aegyptij violenter acceperant multa bona ab Hebræis, quæ nunquã restituerant, vel quia coegerant eos laborare grauibus oneribus, vt patet Exod. 1. & 4. & 5. & nihil pro his laboribus dabant eis, in hoc ergo satisfactum fuit, de quo dicetur magis infra Exod. 3. & 12. cap. *Tu autem ibis ad patres tuos.* Ideſt morieris sicut patres tui mortui sunt, vel ibis ad patres tuos. s. sanctos, & iustos, qui in limbo manebant vsque ad Christi passionem. *Sepultus in senectute bona.* Per hoc certificabat eũ de duobus: de primo, quòd moreretur, quando esset senex, ne intelligeret se cito moriturum, & hoc fuit post centum septuaginta quinque annos, vt patet infra 25. cap. Secundo certificatur de bono statu, in quo moriturus erat. s. de gratia, quia dicitur in senectute bona: non est enim bona senectus, quæ in gratia non finitur, iuxta illud Sapien. 4. cap. Canicies veneranda non diuturna, nec annorum numero computata, cani sunt sensus hominum, & senectus vita immaculata. *Generatione autem quarta reuertentur huc.* Ideſt ad terram istam quia terra, in qua nunc erant, erat terra promissa, & debebant ad eam reuerti post Aegyptiacam captiuitatẽ. Et sciendum quòd possunt accipi istę generationes, p varijs personis succedẽtibus, aut pro determinato tempore, quo durat vna generatio. Si autem accipiantur generationes pro tempore, quo durare possunt generationes, sed duratio vnius generationis est centum anni, ideo dicuntur redituri post quatuor generationes, quia post quadringentos annos. Si autem accipiatur generatio personarum acceptione, tunc sunt quatuor generationes, quia quatuor personæ sibi successerunt computando per lineam regiam. s. per lineam Iudæ, & quia reuersio prę supponit esse extra, non potest cõputari ista cõtextio generationum, nisi ab illo, qui fuit primo extra terram illam non redeundo ad illam, & quia Abraham non fuit in terra Chanaan, non potest incipi ab illo computatio generationum. Idem de Isaac qui ibidem mortuus est, sed cõputatio incipiet à Iacob, qui descendit in Aegyptum, & ibidem mortuus est. Prima ergo generatio est, quia Iacob genuit Iudam à quo reges descenderunt. Secunda fuit, quòd Iudas genuit Phares. Tertia, quia Phares genuit Esrõ, vt patet Mat. 1. cap. Quarta, quia Esron genuit Caleb, & iste intrauit terram promissionis, vt patet Num. 14. & 26. & Iosue 14. cap. & ista est cõputatio secũdum Nicolaum, qui dicit Caleb fuisse filium Esron per lineam regalem, per quam se computare cõtendit, sed nõ videtur verum, quia Matth. 1. cap. vbi computatur linea Christi per lineam regum, vel principum Iuda ponitur filius Esron nõ Caleb sed Aran: Aran autem genuit Aminadab, Aminadab genuit Naason, qui genuit Salmon. Ista eadem computatio habetur Ruth

Generatio explicitur hic.

vlt. cap. in fine, & hoc idẽ declaratur primo Paral. 2. c. vbi dicitur, quòd isti erant principes, quia Naason ponitur princeps filiorum Iuda. De hoc etiam Num. cap. 1. 2. & 7. vbi ponitur oblatio principũ oĩum tribuũ, & ponitur princeps Iuda Naason: Salmon autem filius Naason intrauit in terram promissionis, & accepit in vxorem Rahab meretricem Iericontinam, vt Matth. 1. cap. Sed hoc fuit immediate in ingressu terræ promissionis, vt patet Iosue. 6. c. & isto modo computando intrauerũt filij Israel terram promissionis in fine quartæ generationis regalis, & in principio quintæ, quia Naason mortuus fuit paulo ante introitũ terræ promissionis. Et tunc est sensus: Generatione autem quarta reuertentur huc. i. completa quarta generatione, & incipiẽte quinta. Si autem computare velis, vt computat Nicolaus per Caleb in quarta generatione erit introitus in terram promissionis. Sed non erit computatio per lineam regalem, licet hoc ipse dicat. Et etiam non est rationabile, quòd computetur illo modo linea quarta generationum, quia debet cõputari ista linea generationum ab illo, qui postremus intrauit in ordine generationũ i Aegyptũ, a quo dẽgt computari generationes: Iacob autem nõ fuit minor de intrantibus in terram promissionis; sed senior, & cum intrauit iam genuerat Iudam in Mesopotamia, & Iudas iã genuerat Phares, vt patet infra cap. 38. Istæ ergo duæ generationes non fuerunt in Aegypto, sed in terra Chanaan. Quum autẽ Deus voluerit demonstrare quantitatem temporis, quo in Aegypto manere debebant per istas quatuor generationes non debuit computare illas generationes, quæ fuerunt in terra Chanaan, quasi illæ determinent aliquàm quãtitatem temporis transacti in Aegypto. Phares autem adhuc iuuenis intrauit Aegyptum, & ibi genuit, & sic prima generatio fuit qua Phares genuit Esron, & consequenter vsque ad Naason, & Salmon, vt supra computabã, & hoc videtur fundamentum rationis: litera autem 70. interpretum habet. *Generatione quinta reuertentur huc.* Hoc autem videtur verum per lineam sacerdotalem, quia Iacob genuit Leui. Secũda fuit, in qua Leui genuit Chaath. Tertia fuit, in qua Chaath genuit Amram. Quarta in qua Amram genuit Aaron, vt patet de his duabus, vel tribus, Exo. 6. cap. Quinta qua Aaron genuit Eleazar, vt patet Num. 3. Et iste intrauit terram promissionis, & diuisit eam sorte cum Iosue, vt patet Iosue 14. & 18. cap. *Nondum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus.* Hoc est responsiuum ad superiora: diceret enim Abraham Deo: Domine ad quid sunt istæ angustiæ? bonum est quòd ego & semẽ meum possideamus istam terram, ex quo eam daturus es nobis. Respondetur quòd ista terra possidebatur ab Amorrhæis, & perditurí erant eam propter peccata sua, sed nondum erant illa peccata consumata, propter quæ Deus iudicabat eos dignos perdere terram illam: oportebat ergo quòd semen Abrahæ peregrinaretur quousque illa peccata cõplerẽtur. *Cum ergo occubuisset sol.* Ex hoc apparet manifeste cõtra dictum Nicolai: dixit enim supra, quòd illa diuisio cadauerum animalium de nocte facta fuit post solis occasum. Hic autem litera agit differẽtiam, quia supra dixit: cum sol occumberet, hic dicitur cũ occubuisset, quia ille sopor irruit in Abraham, dum sol esset in occumbere, ideſt quia erat circa subintrationem in orizonta, nondum tamẽ occubuerat. Sic enim ait Augustꝰ. de ciui. Dei, lib. 16. cap. 25. s. quòd iste sopor irruit ante solis occasum, & dicit in eod. cap. Augustꝰ. quòd horror, & tenebra, quæ superuenit Abrahæ ante solis occasum, signat tribulationem futuram in sanctis fidelibus sub Antichristo, qualis nunquam fuit à principio mundi, vt patet Matth. 24. terror autem & flamma

Confutatio computationis Nicolai.

flamma ardens inter diuisiones, qui venit in ipso solis occubitu signat futuram conflagrationem omnium rerum per ignem in fine seculi, in quo mali incipient cruciari. Et ista duo, quæ dicit hic litera non fuerunt simul, sed primo ante solis occasum irruit sopor & horror, & dicta fuerunt superiora verba Abrahæ, & cum sol esset in occubitu, vel post occubitū apparuit lampas inter diuisiones. Et ista est sententia August. vbi supra, quia ponit ista duo facta signare facta duorū temporum. Ergo nō potest stare, q̄ ista omnia de nocte facta fuerint, quia tunc omnia facta fuissent, cū sol occubuisset, & nulla cum occumberet, vt litera ponit manifeste. *Facta est caligo tenebrosa.* De ista caligine in certum est, an sic facta fuerit, quia tempus valde obscurum fuit ex aliquo accidēti, vel quia sic Abrahæ visum fuit imaginaria visione. *Apparuit clibanus fumans.* Signat secūdum literam iste clibanus ignitus, & fumās seruitutem duram in Aegypto, & sic dicitur Deuter. 4.cap. Deus eripuit nos de fornace ferrea Aegypti, & erat iste clibanus ardens ad signandas magnas tribulationes, & angustias, quas Hebræi passuri erant, quia ignis maximè afflictiuus est, & vocatur fumans ad designandum fletum & mœrorem, quem in Aegypto patiebantur: fumus enim lachrimas excutit. *Et lampas ignis transiens inter diuisiones illas.* August. dicit 16. de ciui. Dei cap. 25. quòd miraculum fuit, quòd transiret lampas ignis inter diuisiones cadauerum. Sed postea in libro Retractationum emendauit se dicens, q̄ nō debuit hoc pro miraculo haberi, quia non fuit hoc veraciter, scilicet, quòd stetisset ibi aliquis clibanus ardens, vel lampas trāsiens inter diuisiones, sed quia sic Abrahę visione imaginaria demonstratum est, & pater hoc in quodam prologo eiusdē Augustini posito in principio libri de ciui. Dei. sumptum de lib. Retractationum qui incipit: Interea cum Roma Gothorū, & videbatur transire ista lampas ad notandum confirmationem pacti, quia sicut homines faciēres pactum transibant inter partes animalium occisorum, ita Deo loco sui faciebat flammam transire, quia ipse pertransire non poterat, cum vbique sit, sicut in confirmatione legis populus fuit aspersus sanguine, & loco eius, q̄ non poterat aspergi, aspersum fuit altare, vt patet Exo. 24. & ad Hebræos 9. cap. *In die illa pepigit Deus fœdus cum Abraham.* Fœdus vel pactum fuit, quod sequitur. s. q̄ Deus daret Abrahæ terras istarū gentium, & licet ista promissio fuerit facta Abrahę, quando venit de Aran, vt patet supra 13. cap. tamen nunquàm fuit confirmata promissio in aliquo signo vsque ad locum istum. *Semini tuo dabo terram hanc.* Loquitur de datione, quæ importat pacificam possessionem, quam nunquàm habuit Abraham in terra promissionis, sed semen suum, ipse autem secundùm proprietatem illam tenuit, hoc fuit completum cum redierunt de Aegypto ad eandem terram, & non dicitur hic in æternum. Sed supra 13. cap. dixit, quòd daret eam vsque in sempiternum. Et si dicas, quòd falsum est, quia iam inde expulsi sunt. Dico quòd iam responsum fuit supra 13. cap. August. tamen 16. de ciui. Dei, cap. 22. dicit, q̄ hoc sic ad literam verum est, quia licèt Iudæi de ciuitate Ierusalem expulsi sint, tamē habitant in locis Palestinæ satis circa Ierusalem, & ibi morabuntur vsque ad finem seculi, sed hoc iam non est, vt Augustinus putauit. tempore Augustini Hebræi non intrabant Ierusalem, quia Imperator Helius Adrianus dedit Ierusalem Christianis habitandam, & inhibuit ne quis Iudæus sub pœna capitis Ieroſolimā ingrederetur, manserunt tamen desiderio terræ illius quidam Iudæi vsque ad tēpora Augustini, sed postea bellis fortissimis omnes inde expulsi sunt: putauerat autē Augustinus, quòd in terra illa mansuri erant vsque ad finē seculi,

Clibanus ignitus & fumans quare.

Helius Adrianꝰ imperator Ierusalem Christianis dedit.

tamen non fuit sic factum. *A fluuio Aegypti.* Non vocatur hic fluuius Aegypti Nilus, qui magnus fluuius est fluens per medium Aegypti, & veniens à parte Meridiei, vt patet euidenter in ijs, quæ dicuntur. Exod. cap. 9. quia tunc magna pars Aegypti, & Arabia tota, & Madian, alijque gentium situs eis essent promissi, sed falsum est, quia nunquàm dati sunt: etiā quia termini terræ Chanaan ponūtur Num. 34. cap. in quibus nihil horum includitur. Sed quidam paruus fluuius diuidens terminos Aegypti, & Palestinæ apud ciuitatem, quæ vocatur Rinocorula, vt ait August. 16. de ciui. Dei, cap. 25. Aliqui autem dicunt Rinocorulam nomen esse fluminis, & non ciuitatis, vt habetur in Historia scholastica, sed Augustinus non vult. *Vsque ad fluuium magnum Eufraten.* Iste fluuius est vnus, de quatuor fluminibus Paradisi, vt patet supra 2. cap. & tamen per aliqua terrarum inhabitata spacia fluēs meatu subterraneo absorbetur, & rursum in montibus Armeniæ cum Tigride flumine renascitur, qui mox abiunctis dissociantur aquis, vt habetur de consola. per Boe. lib. 5. metro. 1. Et deinde transit iste fluuius per medium Babylonis & veniens cōtra Meridiē transit circa terminos terræ Chanaan, & ad vltimum mari Mediterraneo absorbetur. Et ponit hic Deus terminos terræ promissionis à Septentrione, & Meridie: fluuius enim Aegypti ad Meridiem est, quia Aegyptus meridionalis est terræ Chanaan, vt patuit supra 12. cap. Euphrates autem est ad Septentrionem contra Babylonem: termini autem ab Oriente, & Occidente non ponuntur hic, sed ponuntur Num. 34. cap. *Cinęos Ceneręos.* Hic ponuntur vndecim gentes, quas Deus dedit semini Abrahæ.

Et si aliquis quærat quomodo hic ponuntur vndecim gentes cum in Exodo, & alijs libris, nūquam Deꝰ promiserit nisi septem? Fortè dicet aliquis, quòd ille eędem gentes, quæ in alijs libris ponuntur, etiam ponuntur hic, sed pluribus nominibus nuncupantur. Sed non est satis rationale. Si enim diceretur, quòd eadē gens aliud nomen habet nunc, q̄ ante habebat, bene stat, sed quòd septem gentes vndecim nominibus nuncupentur simul, non est rationale. Dicendum, q̄ hic ponuntur vndecim gentes, & terræ omnium istarum fuerunt datæ semini Abrahæ, sed in alijs libris solum ponuntur septem populi, quia ibi loquitur Deus de filijs Iacob, quibus terra septem gentium data fuit. Hic autem loquitur de semine Abrahæ, in quo comprehenditur Esau, qui habuit terram vnius gentis de istis, & filij Loth, scilicet Moab, & Amon, qui licet nō fuerint de semine Abrahæ, quia tamen Deus fecit multa bona Loth propter Abraham, vt patet infra 19. cap. ita fecit propter Abraham multa bona Moab, & Amon, & sic datæ fuerunt duæ gentes de istis. De hoc magis diximus Deuteron. 2. cap. Heuei autem nō ponuntur hic cum quibus sunt vndecim gentes, qui tamen alibi ponuntur, & tunc relinquentur octo gentes pro filijs Israel, scilicet septem populi, qui sæpe nominantur, & Raphain, quid ergo dicendum? Respondetur, quòd Raphain coincidūt cum Amorrheis, quia Raphain dicuntur gigantes, & isti habitauerunt ante Iordanem veniētibus de Oriente in terram regis Og: ipse enim rex Og tunc supererat de stirpe Raphain, siue gigantum, & ideo dicitur Deuteron. 3. cap. quòd tota terra Basan olim terra gigantum reputata est: ista tamen terra vocatur terra Amorrhæorum, vt patet Deuteronom. 3. cap. vbi dicitur, quòd in illo tempore tulit Israel terram de manu duorum Regum Amorrhæorum, scilicet, Seon, & Og, & isto modo reducuntur isti octo populi ad septem gentes, quæ communiter in libris istis nominantur.

Quo hic ponuntur vndecim gentes, cū alibi tantū memorent septē.

De

De conceptu Agar, & fuga eius, & natiuitate Ismahel. Cap. XVI.

IGITVR Sarai vxor Abram non genuerat sibi liberos, sed habens ancillā Ægyptiam nomine Agar, dixit marito suo: Ecce conclusit me Dominus, ne parerem, ingredere ad ancillam meā si fortè saltem ex illa suscipiam filios. Cumq̄ue ille acquieſceret deprecanti, tulit Agar Ægyptiam ancillam suam post annos decē, quam habitare cęperant in terra Chanaan, & dedit eam viro suo vxorem, qui ingressus est ad eam At illa concepisse se videns, despexit dominam suam. Dixitque Sarai ad Abram: Iniquè agis contra me, ego dedi ancillam meam in sinum tuum, quæ videns quòd conceperit despectui me habet: iudicet Dominus inter me, &c te. Cui respondit Abraham: ecce ait ancilla tua in manu tua est, vtere ea, vt libet. Affligente igitur eam Sarai, fugam inijt. Cumque inuenisset eam Angelus Domini iuxta fontem aquę in solitudine, quæ est in via Sur in deserto dixit ad illam: Agar ancilla Sarai vnde venis? & quo vadis? quæ respondit: A facie Sarai Dominæ meæ ego fugio. Dixitque ei Angelus Domini; reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius. Et rursum: multiplicans, inquit, multiplicabo semen tuum, & non numerabitur præ multitudine. Ac deinceps: ecce, ait concepisti, & paries filium, vocabisque nomen eius Ismahel, eo quòd audierit Dominus afflictionem tuam. Hic erit ferus homo, manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum, & è regione vniuersorum fratrum suorum figet tabernacula. Vocauit autem Agar nomen Domini, qui loquebatur ad eā, tu Deus qui vidisti me. Dixit enim profectò, hic vidi posteriora videtis me: propterea appellauit puteum illum puteum viuentis, & videntis me. Ipse est inter Cades, & Barad. Peperitque Agar Abræ filium, qui vocauit nomen eius Ismahel. Octoginta, & sex annorum erat Abram, quando peperit ei Agar Ismahelem.

IGITVR *Sarai* Demonstrato in superioribus, qualiter se habuit Abraham in prole petenda. Hic ostenditur qualiter se habuit in vxore ferenda, vel tollenda. Et tanguntur duo. Primum ancillæ in vxorem acceptio, secūdum eiusdem humiliatiua correctio, ibi. *At illa concepisse.* Circa primum.

Alph. Tost. super Gen.

A *Igitur Sarai.* Ista coniunctio, igitur non ponitur hic, vt illatiua, sed vt narrationis inchoatiua. *Non genuerat liberos.* Licet a multis annis esset cum Abrahā, qa ipsa sterilis erat, neq; ex aliquo hoīe naturaliter concipere poterat. *Sed habens ancillam Ægyptiam.* Istam ancillam habuit Abraham, quādo descēdit in Aegyptū propter famē, vt patet supra 12. cap. vbi dr̄, q̄ fuerunt Abrahæ asini, & asinæ, serui, & ancillæ, quia dederant ei Aegyptij honorātes eum, vel propter Sarai, vel propter doctrinā astrologię in Aegypto. *Nomine Agar.* Volunt enim Hebręi, q̄ Agar fuit filia Regis alicuius Aegypti vna de vxoribus Pharaonis, quæ videns bonitatem Sarę, & quomodo tota domus Regis propter eā fuerat flagellata, vt patet supra 12. cap. credidit apud se, quòd B melius esset ei, si Sarai tanq̄ ancilla seruiret, q̄ si in domo Pharaonis in honore magno haberetur, & iō Rex Pharao tradidit eam Sarai, tanq̄ ancillā. Quod autem Agar fuerit mulier de bono genere, nō vr̄ irrationale, sed q̄ fuerit filia Regis Aegypti, vel vxor, & q̄ Rex traderet eam in ancillam Sarai, non vr̄ rationale, licet Nicolaus dicat, q̄ rationale satis fuit, & ponit exēplū de conuersis ad cęremonias Hebræorum tēpore Hester propter mirabilia Dei, quia ibi conuertebantur ad cęremonias Iudæorum, non tamē efficiebantur serui illorū, ēt quia illud verum est de aliquibus personis nō valde magni valoris, sed q̄ filius, vel filia Regis alicui peregrino viro in ancillā daretur, non vr̄ multū rationabile. *Ecce conclusit me Dominus.* Ista conclusio pęnalitas quædam est, quę a Deo est interdum propter peccata, interdum autem ad laudem Dei. Sic enim fuit in C Sara, vt virtus Dei magis manifestaretur in dādo ei filium in senectute, sic dixit Christus Ioan. 9. cap. De cęco nato, non peccauit hic, nec parentes eius: sed vt virtus Dei manifestaretur in illo, & sic quoddam indiciū bonæ prolis futuræ monstraretur. *Ne parerem,* Non concluserat eam Deus, ne pareret, sed concluserat, vt non conciperet, illa enim concluditur, ne pariat, quæ cum fętum maturum habet ad emissionem promptū sine magnis laboribus, & vitæ periculo emittere non potest. Sed dicitur hic. *Ne parerem.* Quia parere est consequens ad concipere. *Ingredere ad ancillam meam.* Idest, accede ad eam carnaliter. *Si forte saltem ex ea suscipiam filios.* Idest, licet ex me habere non possim, vellem tamen suscipere ex ancilla. In Hebræo habetur hic quoddam verbum, quòd signat ædificari, vel filios suscipere, & sic potest esse litera. *Si forte ædificabor ex ea.* Dicitur enim ædificari vir, vel mulier, quando suscipit filios, quia filij retinent nomen patris, vel matris post mortem eorum, & conseruantur in sua posteritate, cum autem filios non habent, destructi sunt, quia non manet eorum domus, vel posteritas post mortem, cum non habeant successorem. Sic habetur Eccles. 30. cap. Mortuus est, quasi non mortuus est pater eius, reliquit enim filium similem sibi. Satis patet in hoc honestas, & rectitudo finis Saræ in actu coniugali, s.q̄ non desiderio libidinis, sed prolis viro misceretur, quando amore prolis viro D permisit, immo diligenter supplicauit, vt ancillā suam acciperet in vxorē, quod nunc nulla fęmina faceret, ēt si liceret, nec virū suū agere permitteret, motiuū autē Saræ potuit esse ex quadam æquitate iustitiæ. Sciebat enim, q̄ Deus pepigerat cū Abrahā q̄ multiplicaret semen eius, sicut arenam maris, & stellas cœli, vt patet supra 13. & 15. cap. Videbat autem se ineptam esse ad completionem huius promissi, ideo ne grauamen faceret viro suo impediendo eum a tanta prolis multitudine, quam Deus ei ex dono promiserat, rogauit vt saltem gigneret ex ancilla. *Cumque ille acquiesceret deprecanti.* Multas laudes ponit Augustinus, 16. de Ciuitate Dei, cap. 26. de Abraham dicens eum

Kk perse-

Prima pars.

Cur vir, & vxor liberos suscipiētes, ædificari dicuntur.

perfectissimum, quia ita bene se habuit ad vxorem, & ancillam, & magna bonitas demonstratur vtriusque coniugis, quia Sara nolēs, q Abraham grauaretur, nō habendo multiplicitatem prolis promissę, contra consuetudinem aliarum fœminarum petijt, in suum præiudicium, q Abraham susciperet Agar in vxorē, maior adhuc Abrahæ bonitas, qui precibus cōdescēdere non volebat ad ea, quæ ad vtilitatē eius erant, ne in aliquo videretur Saram etiam uolentem grauare. Nemo ergo vituperare poterit Abraham, quasi libidine ductus, vel deordinato filiorum desiderio ad Agar accesserit, sed precibus Saræ. Timuit enim ne eam nimis contristaret, si precibus non acquiesceret. Et cum hoc non accessit ad Agar, tanquàm ad concubinam, sed eam in vxorem accepit, ne in actu error contra Deum intercideret, cum semper actus carnalis fuerit peccatum, nisi cum propria vxore. *Tulit Agar ancillam suam.* Ideſt, Sara dedit Agar ancillam Abrahæ in vxorem. *Post decem annos, quam habitare cœperat in terra Chanaan.* In primo anno, quo venerat Abraham de Aran in terram Chanaan, accepit a Deo promissionem de prolis multiplicitate, & ab illo tempore incepit dare operam, vt generaret, sed non potuit vsque in decem annos. In decimo autem anno, qui erat annus octogesimus quintus vitæ Abrahæ, cum ipse intrauerit in terram Chanaan in anno septuagesimo quinto, vt patet supra 12. cap. Dedit Sara ancillam suam Agar Abrahæ in vxorem. Ex hoc loco accipiunt Hebræi, quòd decem annis debet vir dare operam, vt ex vxore sua gigneret, si autem non potuerit post decem annos aliam accipere debet. Sed hoc non multum agit ad propositum, quia a multis retro temporibus laborauerat Abraham, vt filios susciperet ex Sara, quia multi dies erant, quibus eam acceperat in vxorem, scilicet antequàm Abraham recederet de Hur Chaldæorum, & veniret in Aran, vt patet supra 11. cap. Et sic fortè plures, quam triginta anni transierant, in quibus laborauerat, vt prolem acciperet, & nō potuit. Sed ponuntur hic signati isti decem anni, quia ex tūc facta fuerat promissio de prole multiplicanda, ideo magis dedit in hoc tpe operam, vt gigneret, etiā quia Isaac mansit per annos viginti cum Rebecca nō gignens, tamen nō accepit aliam, vt patet infra 25. cap. Licet ibi ponatur quædam Hebræorum respōsio. *Dedit eam viro suo in vxorem.* In hoc multum præiudicabat sibi Sara, quia si dedisset eam in concupiscentiam Abrahæ, posset quādocunq; vellet eam expellere, nec acquirebatur ei ius petēdi debitū. Sed quia vxor accepta est, tantū ius in petendo debitū ei acquisitū erat sicut Sarræ. Sed dices, quare dedit Sara illam Abrahæ in vxorem, & non in concubinam? Respondetur q Sara mulier sancta erat, & sciebat fornicationem esse peccatum, ideo in vxorem magis dare voluit, & dato quòd Sara voluisset dare Agar in concubinam Abrahæ, ipse quia vir sanctissimus erat, nullo modo taliter suscepisset eam. *Qui ingressus est ad eam.* Ideſt, cognouit eam carnaliter affectu maritali, & tunc incepit ipsa Sara continentem vitam, voluntariè agere non petendo debitum a viro suo, quia intentio sua, scilicet habendi filios cessabat, & hoc innuit infra 18. cap. Vbi dicitur, postquàm consenui, & dominus meus vetulus est voluptati operam dabo? & sic videtur quòd a multis diebus cessauerat vacare voluptati. Vel fortè potest dici, quòd licet Abraham acceperit Agar ancillam suam, vt gigneret, tamen non desinebat reddere debitum Saræ, quousque cessauerunt fieri muliebria, quia adhuc erat aliqua saltem parua spes posse generare. Postquam autē cessauerunt, superfluum erat. Quādo autem Angelus dixit, q Sara conciperet Isaac, iam desierāt fieri muliebria, vt patet infra 18. cap. Ideo nulla erat spes naturaliter generandi. *At illa concepisse se vidēns.* Hic ponitur secundum, scilicet Agar humiliatiua correctio, & diuiditur in duo. Primò, agitur de ancillæ recessu. Secundò, de eiusdem regressione, ibi. *Cumque inuenisset.* Circa primum sciendum, quòd ante Agar erat puella deuota. Sed videns se concepisse ex Abraham, putauit quòd omnes benedictiones dictæ ad Abraham, complendæ essent in semine suo, & ex hoc habuit quandam elationem, & contempsit dominam suam, tanquàm a Deo repudiatam, & tanto beneficio indignam. *Dixitque Sarai ad Abraham.* Ista est querela, quam Sarai habebat contra Abraham. *Iniquè agis contra me.* Non conquerebatur principaliter Sara de Agar, sed de Abraham, quia videbat Abraham contemptum Saræ, & dissimulabat. *Ego dedi ancillam meam.* Ancilla ista non erat solum Saræ, sed etiam Abrahæ, sed vocat Sara ancillam esse suam, quia secundum Philosophum in 8. Ethicorum, & in libris œconо. quædam pars regiminis domestici pertinet ad virum, quædam ad vxorem, ancillarum ergo dispositio, magis pertinet ad vxorem, quàm ad virum. Vel fortè dicetur, quòd vocatur Agar ancilla Saræ, quia secundum quod Iudæi volunt, Pharao dedit eam in ancillam Saræ, sed primum magis videtur. *In sinu tuo.* Ideſt, feci tibi gratiam, quia dedi tibi ancillam meam, vt esset vxor tua, & cubaret inter brachia tua, quæ vocantur sinus, & sic tu non debuisses reddere malum, pro bono permittendo, vt contemnat me ancilla mea, & dicitur. *Dedi in sinu tuo.* Quia licet ancilla esset tua, non poteras eam accipere ad actum carnalem, sine licentia mea. *Iudicet Deus inter me, & te.* Ideſt, Deus videat quis rationabilius agit ego, vel tu, & det cuilibet quod meretur. Sic dixerunt Præpositi filiorum Israel ad Moysen, & Aaron, cum Pharao imposuit eis dura opera propter verba Moysi, scilicet iudicet Deus, quoniam fetere fecistis odorem nostrum, ideſt Deus vos puniat, vt patet Exo. 5. cap. *Cui respondit Abram.* Videns quòd iustum petebat. *Ecce ancilla tua in manu est.* Ideſt, in tua potestate, vt corripias eam qualiter volueris. *Vtere ea vt libet.* Ideſt, fac de ea, sicut volueris, libet, verbum impersonale est, significans placere. *Affligente igitur eam Sarai.* Ista castigatio moderata erat, quia Sarai mulier sancta, & deuota, tamen Agar hoc intolerabile videbatur, quia ex superbia non poterat inclinari uollens se semper præferre Sarai. Ista enim est conditio superborum, quòd modicam humiliationem intantum intolerabile reputent, & putent se infimos esse, cum modicum humiliati fuerint. *Fugam iniit.* Idest incepit, vel meditata fuit fugere, tanquàm non potens tantam ferre angustiam, & ista fuga fuit contra Aegyptum, de qua oriunda erat. *Cumque inuenisset.* Hic ponitur secundum, scilicet, Agar regressus. *Inuenisset eam Angelus Domini.* Quia apparuit ei in illo deserto, Deus enim miserat Angelum suum, vt inanimaret ancillam ad Abraham, & non perderet tantam seminis multiplicitas, quantam Abraham habiturus erat de posteritate Agar. *Iuxta fontem aquæ.* Fortè enim lassabunda siti labore itineris declinauit ad fontem. *In solitudine, quæ est in via Sur.* Errauit enim iter Agar. putabat enim se tendere contra Aegyptum, & tendebat contra Assiriam, sed tamen Sur est desertum inter Cades, & Barad introeuntibus Assiriam, vt patet infra 25. cap. Sed hoc non bene dicitur, quia Assiria ex opposito puncto mundi est, cum enim Aegyptus sit Meridiana, & Occidentalis terræ Chanaan, Assiria est Septentrionalis, & Orientalis eius. Dicendū ergo, q Sur est pars deserti contra Aegyptū veniētibus de terra Chanaan, & ibi errabat, qa viā ignorabat, nō aūt q pergeret cōtra Assiriā, vt volebāt quidam, de quo dicetur infra 25. cap. *Agar ancilla Sarai.* Vocauit eam ancillam, vt cognosceret se male egisse, quia cum ancilla eēt dominæ suæ se præferre volebat, vel quia propter correctionem dominæ suæ eius licentia recedebat. *Vnde venis, & quo vadis?* Non quæsiuit quasi nesciret, sed vt eam ex responsione facilius comprehenderet. Sed dices, quare Agar cum esset quædam puella, non fuit territa ex visione Angeli? Respondetur, q in domo Abrahæ consueuerat eos videre, aliquando venientes ad Abraham, vt infra magis patet. *A facie Sarai dominæ meæ ego fugio.* Bene respondit se humilians, & eam dominam recognoscens, ideo meruit ab Angelo benedictionem in filijs audire. *Reuertere ad dominam tuam.* Ideſt, male fecisti in fugiendo, nunc autem bene fac ad eam redeundo. *Et humiliare sub manu ipsius.* Ideſt, non te præferas ei, sicut ante faciebas. *Multiplicabo semen tuum.* Loquitur hic Angelus in persona Dei, quia Angelus non potest sua virtute multiplicare filios, cum non sit dominus naturæ. Quando autem ponitur talis replicatio, scilicet, multiplicans multiplicabo, expectans expectabo, & similes, quæ in sacra scriptura multum consuetæ sunt, secundum modum Hebraicę locutionis maiorem certitudinem importat, quàm si simpliciter dicatur, multiplicabo nullo addito. *Et non numerabitur præ multitudine.* Patet in Saracenis, qui Agareni, vel Ismahelitæ dici deberent ab Agar, vel Ismahele. Sed vocantur falso nomine Saraceni a Sara, quia libera erat. Isti enim valde multiplicati sunt, quia immediatè exierunt duodecim duces de Ismahel, vt patet infra 17. & 25. cap. *Ecce, ait, concepisti.* Nondum enim Agar pepererat, & iam contra Saram eleuabatur, quanto magis si peperisset, demonstrat hic Angelus, quòd ille filius, quem Agar concepit, nascetur in pace, & erit vir robustus. In Hebræo dicitur. *Ecce concipies.* Dicunt enim quidam Hebræi, quòd Agar passa fuerat abortum in deserto in pœnam datam a Deo, quia dominam contempserat, & ex labore itineris magnus motus in vtero factus fuerat, sed quia acquieuit Angelo monente reditum, & humiliationem sub domina sua Deus viuificauit in vtero fœtum extinctum, & ista viuificatio vocatur conceptio de nouo. Et potest reduci ista expositio ad literam nostram, in qua dicitur. *Ecce concepisti.* Ex concubitu cum Abraham, nunc autem iterum eundem fœtum concepisti diuina gratia, fœtum mortuum viuificante. Et ista potuit esse afflictio Agar, de qua infra dicetur. *Et vocabis nomen eius Ismahel.* Qui interpretatur Hebraicè auditio, siue exauditio Dei, & subditur causa nominis. *Eo quòd audierit Dominus afflictionem tuam.* Afflictio ista videtur esse, vt dictum fuit, quia fecerat Agar abortum, & de hoc nimis affligebatur, & plorabat ad Dominum, & Deus exaudiuit eam viuificando conceptum. Vel aliter dicitur afflictio sua, quia Agar nimis afflicta fuit in eligendo redire ad dominam suam, quia sciebat se ibi corripiendam. Non potest autem dici, quòd afflictio Agar fuit afflictio, quam sustinuit, cum esset cum Sara, quia illa pœna iustè infligebatur, & ab illa nō eripuit eam Deus, sed ipsa se eripuit fugiendo. Magnum privilegium habuit Ismahel, quia fuit nominatus anteq̄ natus, & sic legimus fuisse alios quatuor, scilicet duos in veteri testamento, & duos in nouo, & in oībus istis siue in prænunciatione nominis, siue in natiuitate aliqua mirabilia facta fuerunt. Primus fuit iste Ismahel in cuius conceptu, vel prænunciatione nominis creditur quidam miraculum accidisse, scilicet viuificatio nem concepti fœtus iam mortui. Secūdus fuit Isaac, de quo infra 17. cap. in cuius conceptione miraculum fuit, quia pater ualde senex erat, & iam quasi emortuū corpus habēs: nec ualet, si dicatur, quòd potuit concipere ex Cethura, quia hoc fuit propter Cethuram esse iuuenculam. Semen autem senis quod mortificatum est, & ineptum ad conceptum si semini iuuenculæ misceatur propter bonitatem seminis iuuenculæ est potens gnare: nullo modo tamen potuerat generare Abraham ex Sara tantum inueterata: etiam si Sara sterilis non fuisset. Fuit etiam maius miraculū, quia Sara sterilis erat & senectute confecta, ita q muliebria fieri desierant, ut patet infra 18. cap. Tertius in ueteri testamēto fuit Iosias, in cuius pnūciatione fuit scissum altare idolorum, & cineres effusi, & arefactū brachium regis Roboam, ut habetur 3. Reg. 13. cap. In nouo testamento primo fuit Ioannes prænominatus, in cuius prænunciatione accidit miraculum, q pater mutus factus est, ut patet Luc. primo cap. deinde in natiuitate eius, cum pater nomen eius scripsit, loqui incepit. Item quia pater eius prophetauit, & multa alia, de quibus Luc. primo. Vltimus autem fuit Iesus, in cuius Annunciatione, Conceptione, Natiuitate, quæcunque facta sunt, miracula sunt, quia nihil talium natura efficere valebat, ideo expositione non indiget, quia tanta sunt, nec perfectè comprehendi possunt, ita obscura sunt. *Hic erit ferus homo.* In Hebræo habetur, *Pere Adam.* Ideſt, homo multiplicatus, vel ferus, & sic intendit duo, s. q iste homo erat futurus multiplicatus in prole, vel quia ferus erat futurus, ideſt bellicosus, & durus, sed magis concordat litera, q dicatur homo ferus, q̄ homo multiplicatus, quia dī infra 21. cap. Creuit Ismahel, & factus fuit iuuenis sagittarius. Etiam, quia infra dicitur. *Manus eius contra omnes.* Quia multi pugnabant contra ipsum, & filios eius, & ipsi contra oēs, habitauit enim in solitudine Pharan, vt patet infra 21. cap. Et in circuitu illius deserti, multę gentes habitabant, quæ contra ipsum, & filios eius frequenter pugnabant. *Et è regione omnium fratrum suorum figet tabernacula.* In Hebræo dicitur, ante fratres suos, & designat ibi, ante. differentiam situs, sicut dicimus, ante, & retro: & pro hoc posuit litera nostra, è regione, ideſt è contra, quia locus, in quo ipse habitauit in deserto Pharan, est directè contra omnia loca habitationum omnium fratrum suorū, siue de Cethura, siue de Sara. *Figet tabernacula.* In Hebræo habetur quoddam verbum hic, s. naphal, quod signat cadere, vel figere tentoria, secundum primum modum est sensus. *Ante fratres suos occidet.* Ideſt, morietur priusquàm aliquis de fratribus suis. Et sic habetur infra 25. cap. & coram cunctis fratribus suis obijt. Signat ibi, coram, temporis anteceſſionē. Secundū aliā significationem est sensus, q posuit tentoria contra fratres suos, & iste videtur esse sensus literæ propter duo. Primò, quia Angelus denūciabat hic Agar bona de filio suo Ismahele, vt reduceret eam ad Saram. Sed mori ante fratres suos erat valde tristabile, ideo nullo modo est verisimile, q talia ei nūciasset. Item quia hic declarabat Angelus, quomodo Ismahel erat futurus robustus, & ferus, quia manus eius contra omnes, & subditur. *E regione fratrum, & cat.* Non est ergo verisimile, quòd hic prædixerit mortem. Sed quòd robustus esset, quia contra omnes alios figere tentoria non formidabat. *Vocauit autem nomen Domini, qui loquebatur ad eam.* Non loquebatur ad eam Deus, sed Angelus in persona Dei, nunquam autem in lege veteri, Deus per se etiam in creatura assumpta apparuit, licet dicatur Deus apparuisse, aut aliquid egisse, & declarabitur Exodi, tertio capit. Ideo vocatur Deus, sicut vox, vel verbum nuncij dicitur verbum alicuius domini mittentis eum. *Tu Deus, qui vidisti me.* Hoc totum complexum posuit pro vno nomine Dei, ac si diceret Deus solum. Istum modum loquendi habet scriptura, communiter vocans Angelos

Cur Sara non dedit illā Abraham in cō cubinam.

Cur Agar ancilla est territa ab aspectu Angeli.

Replicatio dictionis quid.

domini, quia loco Dei loquitur. Et sic ait Beatus Gregorius, & quasi omnes alij, q̃ ille, qui dabat legem in monte Sinai, erat Angelus. Et sic habetur ad Galat. in capitulo. lex ordinata per Angelos, in manu mediatoris. *Tu Deus qui vidisti me.* Idest, tu es Deus, qui respexisti afflictionem meam, viuificando fœtum, vel liberasti me de angustia, in qua eram in isto deserto. *Propterea hic vidi posteriora videntis me.* Videns eam dicebatur ille Angelus, qui eam viderat eripiendo de angustia, cuius vidit posteriora ipsa Agar, quia dicunt Doctores nostri, q̃ ille Angelus, qui loquebatur ad Agar, videbatur habere posteriora contra Agar, & vultum ad partem oppositam, & sic non potuit eum cognoscere perfectè Agar, quia in posterioribus imperfecta manifestatio est, & hoc designabat cognitionē nostram eē valde imperfectā de Angelis, & sic dr̃ Exo. 33. cap. de Moise, quādo petijt videre faciem Domini, cui fuit dictum, videbis posteriora mea, faciem autem meā videre non poteris. Fiunt enim istę apparitiones ad designandum interiorem hominis habitudinem, vt scilicet taliter visio ad extra demōstretur, qualiter interius mentis status exigit. Sic enim dicit Beatus Gregorius in Homilia, super Euangelium resurrectionis, de discipulis quibus Christus apparuit, euntibus Emmaus in specie peregrini, & finxit se longius ire, vt patet Mar. vlti. & Luc. vlti. cap. Dicit enim, nihil simplex veritas per duplicitatem fecit, sed talem se eis exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente, quia ergo Agar non erat in statu cognoscendi Angelum perfecte, ideo visus est ei quasi vultum auersum habens. In Hebræo habetur. *Hic vidi post videntem me.* Vel, *Hic vidi post visum meum.* Sed in primam literam potest esse duplex sensus: vno modo, quòd li post determinet illud participium, videntem, & tunc est sensus. *Hic vidi videntem me post.* Idest ex parte posteriori, & istam sententiam secuta fuit litera nostra, quæ dicit. *Vidi posteriora videntis me.* Alio modo potest intelligi, quòd si post determinet illud verbum, vidi, scilicet. *Vidi post videntem me.* Idest, vidi iterum videntem me, scilicet Angelum, quasi dicat, ante ego videram Angelum, qui vidit me, & nūc iterum vidi, volebat dicere Agar, quòd in domo Abrahæ solita erat videre Angelos, & nunc vidit post, idest postq̃ viderat in domo Abrahæ. Vel etiam potest intelligi. *Vidi post videntem me.* Idest, ille Angelus vidit me, & ego vidi ipsum, sed ego vidi eum post, scilicet postquàm ipse vidit me. Secundum aliam literam, scilicet. *Vidi post visum meum.* Est sensus, ego vidi nunc hic Angelum Dei, postquàm videre solita eram, & sic reducitur ad priorem sensum. Erat autē ille Angelus custos domus Abrahæ, & ideo missus est, vt non permitteret fugere Agar, qua pereunte magna pars seminis Abrahæ periret. *Propterea appellauit puteum illum.* Vocatur puteus, & antea vocabatur fons, idem ei est hoc secundum modum loquendi sacræ scripturæ, quia omnis puteus fons est, vt ait August. super Ioannem. *Puteum viuentis, & videntis me.* Dicitur puteus viuentis, quia ibi fuerat fętus Agar mortuus viuificatus, vt quidam volunt. Vel quia Angelus, qui ibi viderat ipsam Agar, erat viuens, cum esset immortalis, & magis propriè refertur ad Angelum, quam ad fœtum viuificatum, dato quòd sic fuerit, quia viuentis, & videntis, ponuntur in eodem casu, ideo debent ad idem referri, scilicet vtrunque ad Angelum. dicitur puteus videntis, quia ibi vidit Angelus, vel verius Deus afflictionem Agar, vt supra dictū fuit, ipse est inter Cades, & Barad. Ex hoc patet, quod supra dicebamus, scilicet quòd Sur non est contra Assiriam, sed desertum contra Aegyptum, quia Cades, & Barad, in quibus erat, sunt in Arabia cōtra Aegyptū, idest iste puteus est inter istas duas partes deserti. Pharan dicitur Cades locus, in quo est fons erumpens de petra, quę vocatur aq̃ contradictionis, quia ibi Moyses, & Aaron cōtradixerunt volūtati Dei, nō obseruādo modū præcepti eius, vel vocatur Cades, i. sancta, vel sanctificatio, qa ibi sanctificatus fuit Deus, dādo aquā de petra. Barad dr̃ alius locus in deserto Pharan cōtra Aegyptū magis, & per ista loca ascēderunt filij Israel, quando venerūt de Aegypto. *Peperit ergo Agar Abrahæ filium.* Postquàm reuersa est de fuga, & in hoc valde commendabilis est Abraham, qui licet Agar fuisset, in cuius secunditate totam spem prolis ipse habebat, vt patet infra 17 cap. Tamen Sarram vxorem suā, quæ ancillā fugere cōpulerat, nunq̃ cōtristauerat. *Qui vocauit nomen eius Ismahel.* Abraham imposuit istud nomen filio suo, quia audiuit per reuelationē ea, quæ gesta fuerāt inter Agar, & Angelum, vel quia ipsa Agar reuelauit supradicta Abrahæ, vt cōtigerunt. De isto Ismahele dicit Methodius Martyr, q̃ Chiliades seculorū in qbusdā archanis descripsit de genere Ismahel quatuor principes futuri erant, qui vocātur vineæ filij, fortè pro vesania tanquam ebrios sic vocauit Zeb, Zebee, Oreb, Salmana, qui egressi sunt de solitudine contra filios Israel, qui victi per Gedeonem retrusi sunt in solitudine, de qua exierant. Dicit etiam, q̃ futurum est, q̃ filij Ismahel semel exeant, & obtineant orbem per octo hebdomadas annorum, i. per quinquaginta quatuor annos, & vocabitur via eorum via angustiæ, in latericis locis interficiēt sacerdotes, & ibidem cum mulieribus dormient. Et ad sepulchra Sanctorum religabūt iumēta. Hoc aūt erit pro nequitia Christianorum. Dehoc ait Dñs per Ezechielē: Fili hominis voca bestias agri, & exhortare illas, dicens: Congregamini, & venite, eo q̃ sacrificium magnum immolo vobis, manducate carnes fortium, & bibite sanguinem excellorū. Hęc autem omnia ab isto viro sancto prænunciata, ad literam venerunt super nos in miserabili Hispania, q̃ tempore Regis Roderici, Arabes totam Hispaniam, q̃ vastauerunt, multo tempore detinentes terram. Hæc enim perspicua sunt ex vulgatis Chronicis Hispanorū.

De mutatione nominum, & circumcisione, & promissione Isaac. Cap. XVII.

POSTQVAM verò nonaginta nouem annorum esse cęperat, apparuit ei Deus, dixitq̃ue ad eum: Ego Dominus omnipotens. Ambula coram me, & esto perfectus. Ponamq̃ue fœdus meum inter me, & te: & multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit Abraham pronus in faciem. Dixitq̃ue ei Deus: Ego sum, & ponam pactum meum tecum, erisq̃; pater multarum gentium, nec vltra vocabitur nomen tuum Abram, sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te. Faciāq̃; te crescere vehementissimè, & ponā te in gentibus, regesq̃; ex te egredientur, & statuā pactum meum inter me, & te, & inter semen tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno, vt sim Deus tuus, & seminis tui post te. Daboq̃ue tibi, & semini tuo post te terram peregrinationis tuæ omnem terram

terram Chanaan in possessionem æternam, eroq̃; Deus eorum. Dixitq̃ue iterum Deus ad Abraham. Et tu ergo custodies pactū meū, & semen tuū post te in generationibus suis. Hoc est pactum meū, quod obseruabitis inter me, & vos, & semen tuum post te. Circumcidetur ex vobis omne masculinū, & circumcidetis carnem præputij vestri, vt sit in signū fœderis inter me, & vos. Infans octo dierum circumcidetur in vobis. Omne masculinum in generationibus vestris, tam vernaculus, q̃ emptitius circumcidetur, & quicunque non fuerit de stirpe vestra eritq̃ue pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. Masculus cuius præputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactū meum irritum fecit. Dixit quoque Deus ad Abraham, Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, sed Saram. Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum. Eritq; in nationes, & reges populorum orientur ex eo. Cecidit Abraham in faciem suam, & risit in corde suo, dicens: Putasne centenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet? Dixitque ad Deum: Vtinam Ismahel viuat coram te. Et ait Dominus ad Abraham. Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen eius Isaac. Et constituam pactum meum illi in fœdus sempiternum, & semini eius post eum. Super Ismahel quoque exaudiui te. Ecce benedicam ei, & augebo, & multiplicabo eum valde. Duodecim duces generabit, & faciam illum crescere in gentem magnam. Pactum vero meum statuam ad Isaac, quem pariet tibi Sara tempore isto, in anno altero. Cumq̃ue finitus esset sermo, loquentis cum eo, ascendit Deus ab Abraham. Tulit autem Abraham Ismahel filium suum, & omnes vernaculos domus suæ, vniuersosq̃;, quos emerat, & cunctos mares ex omnibus viris domus suę, & circumcidit carnem præputij eorū, statim in ipsa die, sicut præceperat ei Deus. Abraham nonaginta, & nouem erat annorum, quando circumcidit carnē præputij sui, & Ismahel filius suus tredecim annos impleuerat tempore circuncisionis suæ, eadem die circunciſus est Abraham, & Ismahel filius eius, & omnes viri domus illius, tam vernaculi, quàm emptitij, & alienigenę pariter circuncisi sunt.

Alph. Tost. super Gen.

POSTQVAM, Descripto statu Abrahæ, in quantum fuit incipiens. Hic subditur status, in quo fuit proficiens, & quia supra Deo adhæsit per fidem: hic adhæret per circuncisionem, quæ est signum distinctiuum populi Dei a cæteris gentibus, & diuiditur in tres partes. Primò, qualiter se habuit proficiens ad Dominum: secundò, ad proximum infra 19. cap. tertiò, quantum ad seipsum, infra 20. cap. Primū est, qualiter bene se habuit Abraham proficiens in mandatis Dei, quia promptus fuit se, & totam masculinam familiam circuncidere, in quo satis est magnus dolor, diuiditur ergo in tria: primò, ponitur Abrahæ dispositio: secundò, adiungitur circuncisionis forma, & obseruatio. *Ibi: hoc est pactum.* tertiò, mandati executio. *Ibi; tulit autem Abraham.* Quantum ad primum, sciendum quòd circuncisio nouiter faciēda, vel introducenda erat arduum opus, & ideo oportebat ipsum susceptурum induci ad opera perfectionis per quædam monita ad bonum in vniuersāli, vt deinde descendatur ad quod intenditur, & hoc est quod infra dicitur. *Ambula coram me, & esto perfectus.* Dicitur ergo. *Postquàm nonaginta nouem annorum esse cæperat.* Et sic transierunt inter natiuitatem Ismahelis, & ista verba de circuncisione tredecim anni, quia quando genitus fuit Ismahel, erat Abraham octoginta sex annorum, vt patet præcedenti cap. Etiā quia infra dicitur, quia Ismahel erat tredecim annorum, quando circuncisus fuit, sed eadem die qua dicta fuerunt ista, circuncidit se Abraham, & filium suum, & omnes de domo sua, vt patet infra. *Ego Dominus omnipotens.* Idest ego, qui mando tibi ista possum ea mandare, quia sum Deus omnipotens. Vel aliter, non dubites quin omnia, quæ tibi promitto facturus sim, quia ego sum Deus omniporens, & sic possum quæcunque volo. *Ambula coram me.* Idest, sic ambula in tua conseruatione morum, ac si me coram te semper videres, & istud est præcipuū quod hominem tollit a peccato, scilicet continua memoria de Deo in actibus nostris. Sic enim dicebat Elias, vt patet 3. Regum 18. cap. Viuit Dominus, ante cuius vultum sto, Vel dicitur. *Ambula coram me.* Idest, labora, vt in omnibus actibus tuis mihi placeas: ille enim dicitur coram alio ambulare, qui hoc solum intendit, vt alteri placeat. *Et esto perfectus.* Idest, fac opera, per quæ sis perfectus, scilicet, sequere me ex toto corde tuo, & anima tua, ita quòd me solum diligas. Vel saltem omnia propter me diligas. Sic enim ait Augustinus, Domine minus te diligit, qui te cum alio diligit. Vel secundum modum loquendi Hebraicum, perfectus simplicē signat, scilicet, *Esto perfectus.* Idest, esto simplex, non cures inquirere, quare mandatur tibi circuncisio, vel alia cęremonialia, sed solum exequaris promptè. *Ponamque fœdus meum.* Idest, si fueris perfectus, ponam tecum fœdus meum, vel aliter, oportet te esse perfectum, quia volo ponere tecum fœdus meum, & si non esses perfectus, non posses tenere fœdus meum. Erat autem istud fœdus quædam conuentio inter Dēum, & Abraham, ita q̃ Deus multiplicaret semen Abrahæ, & quòd Abraham susciperet circuncisionem, quia mandabatur a Deo, & omnia alia præcepta Dei. *Inter me, & te.* Quasi dicat, hoc fœdus non pono cum alia gente, ideo magnam gratiam tibi facio. Et sic declaratur Deuter. 4. Quòd ista gens erat potens, & nobilis, quia talia præcepta habebat, & quia nullam gentem, ita Deus elegerat, & liberauerat de seruitute vt istam, vt patet Deuteronom. 5. cap. *Et multiplicabo te vehementer nimis.* Hoc est fœdus, quod Deus promittebat ex parte sua. Et ponitur hic vehemēter, & nimis, quæ idem signat, sed ponitur exaggeratio verborum ad signādum val-

de magna, quæ danda erant Abrahæ in prolis vbertate, & principaliter in promissione vitæ æternæ, de qua supra 15. cap. diximus. *Cecidit Abraham pronus in faciem.* Potest intelligi duobus modis, vno modo quòd Abraham voluntariè cecidit super faciem suam, adoraturus Deum, & redditurus gratiam pro bono tanto partim promisso, partim actualiter exhibito. Alio modo, quòd Abraham cecidit pronus a magnitudine visionis stupidus, quia Deus in causando dona, & gratiam habet se, sicut in natura, in qua est via ab imperfectioribus, incipiens vsque ad perfectissima, ita in gratuitis primo Deus dat gratias minores, & deinde dat perfectissimas. Dedit ergo primo Deus Abrahæ visiones, non multum exprimentes magnitudinem Dei, quæ non valde excedebant statum Abrahæ, ista autem erat perfectior, ideo Abraham non potens tantam ferre excellentiam, coactus fuit cadere in terram. *Dixitque apud eum Deus, ego sum.* O Abraham, ego sum, scilicet Deus, quem tu diligis, ideo noli timere pactum meũ tecũ, scilicet promissio de multiplicando semen eius. Et istæ duæ promissiones, scilicet vna de multiplicando posteritatem eius: Alia de seruãdo circumcisionem vnum pactum erant. Sed in eodem pacto vna istarum promissionum erat ex parte Dei, scilicet multiplicatio posteritatis: Alia ex parte Abrahæ, scilicet obseruatio circũcisionis. *Erisque pater multarum gentium.* Ista est declaratio pacti, quo dicebatur, erit pactum meum tecum, multæ enim gentes de Abraham exierunt, si considerentur gentes venientes per lineam Iacob, & per lineam Ismaelis, & aliorum filiorum Cethuræ. *Nec vltra vocabitur nomen tuum Abram.* Ratio huius mutationis nominis est, quia Abram futurus erat multarum gentium pater, & hoc non significabat nomen suum, quod ante tenebat, ideo congruebat aliud nomen ei imponi. Signat enim Abraham patrem excelsum, est enim compositum de, af, & rama: af, enim Hebraicè pater signat. rama autem altitudinem, quod vni homini magnæ dignitatis, etiam paucos filios habenti conuenit. *Sed Abraham,* Quod signat pater multorum populorum, secundum compositionem, & derivationem Hebraicam. Sed subditur causa huius. *Quia patrem multarum gentium constitui te.* Ideſt, ego posui te, vt multi filij nascantur de te, & conuenienter fuit facta ista mutatio nominis, magis tunc, quàm alio tempore, vt sicut nunc imponitur in baptismo nomen baptizato, & si aliquod ante habebat dimittit: ita quia nunc Abraham fuerat circumcisus, conueniebat, vt nomen antiquum perderet, recuperando aliud excellentius, cùm circumcisio illo tẽpore se habuit vt baptismus. Quare autem in baptismo nomen nouum imponatur, & antiquum perdatur, est, quia nomen imponitur enti ad notificandum essentiam eius, & cum homo per baptismum esse gratiæ accipiat, vnde & baptismus regeneratio dicitur, conueniens est, ꝙ in baptismo ei nomen imponatur, qui autem aliud nomẽ ante habebat, illud mutari debet, quia per baptismum renouamur, & dicimur perdere esse, quod ante habebamus, & acquirere aliud, ideo dicit Propheta: Verte peccatores, & non erunt. Et Apostolus: Viuo ego, & iam non ego. Et sic aliud nomen conueniens homini nouo accipere debet. *Faciamque te crescere vehementissimè.* Ideſt, in prolis abundantiam. *Ponam te in gentibus.* Quia non solum vna gens orta fuit de Abraham, sed multæ, scilicet de Iacob Israelitæ, siue Iudæi, de Esau Idumæi, & rursus de Esau Amalachitæ, de Ismahel Agareni, vel Arabes, de filijs Cethuræ aliæ gentes, quia de Madian Madianitæ, de quibus magis dicetur infra 25. cap. Quæ gens a quolibet filio Cethuræ descenderit. *Reges ex te egredientur.* In qualibet enim harum gentium multi Reges fuerunt: de Hebræis, satis patet in lib. 4. Regum, de Idumæis, etiam infra 36. cap. De Amalachitis autem patet 1. Regum 15. cap. de Rege Agag Amalechitarum, quem comprehendit Saul, & trucidauit eum Samuel. Eodem modo de aliis gentibus, scilicet de Madianitis, qui leguntur habuisse quinque simul Reges, vt patet Numeri 31. cap. Aliæ etiam gentes magnæ erant, ideo nullo modo sine Regibus essent. *Et statuam pactum meum.* Ideſt, firmabo. Aliud est pactum ponere, ideſt promittere aliquid, aliud est statuere, scilicet, confirmare, quia fortè Abraham non esset contentus, si solum soluisset Deus pactum cum eo, ideo Deus dicit, quòd statuet, scilicet confirmabit, vel ponitur statuere, ad notandum quòd istud pactum non solum erit cum Abraham, sed etiam cum semine eius post eum. *Fœdere sempiterno.* Accipitur sempiternum pro eo quod magno tempore durat, etiam si non continuetur in esse, vt sæpe dictum est, & hoc pactũ, quod nunc statuit, est pactum circumcisionis. Mutat enim, quia cum in ista mutua compactione duo ponantur, scilicet, quòd Deus det multitudinem seminis Abrahæ, & quòd semen Abrahæ circumcidatur, aliquando loquitur de vno, aliquando de alio. *Vt sim Deus tuus, & seminis tui poſte.* In hoc comprehenditur vtraque pars pacti, sed melius vna sola, scilicet, quòd populus Israel acciperet eum in Deum specialem. *Vt sim Deus tuus.* Ideſt, licet omnium rerum sim Deus per creationem, gubernationem, & beneficia generalia, eo tamen Deus tuus, & seminis tui, vobis spiritualia beneficia conferendo. Vel. *Vt sim Deus tuus.* Ideſt, speciali cultu, quia aliæ gentes secundum vanitatem coram dis sui varios deos sibi fabricauerunt, & elegerunt, vt colerent, & nulla gens me suscepit, vt essem Deus eius: accipe tu me, vt sim Deus tuus per speciale cultum mihi, & non alteri Deo faciendum. *Daboque tibi, & semini tuo terram.* Quia promiserat Deus Abrahę dare prolem, hic promittit dare terram, in qua moraretur, licet ista promissio terræ solum sit pro parte seminis sui, scilicet pro filijs Iacob, & aliqualiter pro filijs Esau, non autem pro Ismahelitis, & alijs. *Terram peregrinationis tuæ.* Ideſt, terram istam, in qua nunc tu peregrinaris. Abraham enim non tenebat illã terram in possessionẽ, sed in peregrinationẽ, quia possessio manebat penes Chananæos, licet ad ipsum ex diuina permissione esset deuoluta proprietas, nunq; tñ eã possessurus erat, quouscq; illę gentes propter peccata sua eã perderent. Et istud patet, qa semp Abrahã vocatur peregrinũ: vnde dr̃ ℣. 23. cap. Aduena sum, & peregrinus apud vos, & ℣. 20. dixit se peregrinari in Gerrara, ꝙ est in terra Chanaan, & Exo. 6. Vocatur terra Chanaã, terra peregrinationis Abraham, Isaac, & Iacob. *In possessionem æternam.* Accipitur hic æternum, vt declaratum fuit supra 15. cap. in fine. *Et tu ergo custodies pactum meum.* Scilicet, pactum circumcisionis. *Et semen tuum in generationibus suis.* Ideſt, sic successiuè, vt generationes seminis tui venerint, ita seruabit semen tuum in pactum istud. *Vel dicitur in generationibus suis.* Ideſt, in filijs suis, scilicet, quòd semen tuum custodiat pactum circumcisionis in filijs suis, scilicet circumcidendo eos, quia cura circumcidendi filios incumbebat parentibus. *Hoc est pactum.* Hic ponitur secundum, scilicet circumcisionis forma, & obseruatio. *Circumcidetur in vobis.* Ad circumcisionem requirebantur tria, primum erat sexus masculinus, secundum erat membrum determinatum, tertium erat tempus ad hoc ratum, Primum innuitur, cum dicitur. *Circumcidetur in vobis.* Ideſt, inter vos, ꝙ. d. ista lex non datur vniuersaliter omnibus gentibus, sed solum vobis, licet alij si vellent circumcidi, eandem virtutem consequebantur, quam Iudæi, scilicet remissionẽ peccati originalis.

Sed

Quomodo gentiles salubantur tpe legis, sine circumcisione.

Sed dices, quomodo Gentiles tempore legis Mosaicę poterant saluari, si non circumciderentur? quia relaxatio reatus culpæ originalis concedebatur in circũcisione, isti aũt non habebant aliquid, per quod ab originali liberarentur. Respondetur, ꝙ Gentiles bene viuentes, non peccantes contra ius naturale, ſ. contra p̃cepta decalogi & non colentes idola principaliter, & crẽdentes vnum Deum verum esse bonorũ oĩum retributorẽ, ẽt si nescirẽt trinitatem personarum, & alia, saluabãtur. Et isti exeuntes de corporibus, si nullũ peccatum puniendum, habebant, in sinu Abrahę recipiebãtur, vbi nullus dolor, vel sensitiua afflictio est. Idem dicendum, ꝙ ẽt si isti Gẽtiles coluissent idola, & exercuissent oẽ genus, si tñ ante mortẽ pẽniteret eos, talia contra verũ Deum cõmisisse, exeuntes de corporibus ad locũ purgatoriũ ducebantur, vt inexpletam satisfactionem scelerum abundanter sustinendo cõplerent. Et secundum istum modũ satis probabile est, ꝙ multi de Gentilibus tpe legis Mosaicæ, & ante legẽ Mosaicam saluati sint. Et causa est, quia contritio nunq̃ fuit minoris potentiæ, q̃ nunc est. Si ergo nunc per eam a morte eripimur, ita & tunc. Dicendũ ergo, ꝙ Gẽtiles, qui erant tpe legis Mosaicæ, sicut per opera contritionis, & quatdã cẽremonias voluntarias expressiuas cultus diuini absoluebantur a peccatis actualibus, & merebantur vitam æternam, ita erat de peccatis originalibus, ſ. ꝙ per idem tolleretur actuale, & originale, patet enim quia fœminæ Hebræorum, sine circumcisione p̃ fidem, & bona opera absoluebantur ab originali, & actualibus, & merebatur vitam æternam. Sic etiã fuit de Patribus sanctis ante Abrahã, ſcde Seth filio Adę, de Henoc, qui translatus est in Paradisum, vt patet supra 5. cap. & Eccl. 45. cap. & de Noe, & similibus, de q̃bus manifestum est, quod saluati sunt, & tñ non circumcisi sunt, ergo oportuit in eis dare aliquẽ modum relaxandi culpã originalẽ. Et si dicas, ꝙ non est simile, quia illi, qui ante Abrahã fuerunt, nõ potuerunt liberari ab originali per circumcisionẽ, quia tunc nõ erat, sed illi, qui fuerunt tpe legis Mosaicæ, poterant circumcidi, ergo si non circumciderentur, erant in culpa. Respondetur, ꝙ nõ erant in culpa, quia obſo nõ erat eis ad circumcisionem, poterant ergo suo modo viuẽtes absolui, magis tñ merebantur, qui circumcisionẽ accipere volebant subijcientes se ritui Iudaico, quia difficilius erat obligari ad præcepta moralia, & cẽremonialia, & iudicialia, quibus Iudæi erãt astricti, q̃ solis præceptis moralibus, ad quæ tenebantur solum viuentes in Gentilitate.

Cẽremoniæ soluebãt tpe legis peccatum originale in Gẽtilibus.

Si aũt quæratur, quo tpe soluebatur peccatũ originale in gẽtilibus. Dicet fortè aliquis, ꝙ soluebatur, q̃n primo actualiter conterebantur de illo peccato, sicut peccata actualia soluuntur, q̃n primo de eis conteritur. Sed hoc falsum est, quia sic nullus Gentilis saluatus fuisset, quod dissonat opinioni communi, consequentia patet, quia peccatum originale est, quod nos contrahimus, quia descendimus per seminalem derivationem de materia damnata in Adam, faciente contra Dei mandatum, sed hoc non cognoscebant Gentiles, ergo nunquàm cognoscerent originale peccatũ, & cõsequenter nunquàm de eo contererentur, nec saluarentur. Nec erat necessarium ad salutem in illis, ꝙ ista crederent, quia vt ait Apostolus ad Hebr. 11. cap. Oportet accedentem credere, quia est, & quia remunerator est, ista duo sufficiebant ad salutem. Dicendum ergo, ꝙ originale peccatum remittebatur in eis ad primam bonam eorum operationem in charitate, quia charitas de natura sua destruit omne malũ, & vnit Deo, secundum illud: Charitas operit multitudinem peccatorum. Et sicut primus actus contritionis cadens super omnia peccata actualia præcedentia delet illa, ita prima bona operatio in charitate cadens super peccatũ originale delet illud, etiam si iste actus non sit contritio, quia isti Gentiles non putabant se aliquod tale habere, quod contritione delendum esset. Ex quo infertur, ꝙ in multis Gentilibus, qui sunt in inferno, fuit deletum peccatum originale, quia illi potuerunt facere aliquem bonum actum, per quem deleretur peccatum originale, & deletum fuit, postea autem redeuntes ad vomitũ obligati fuerunt ad mortem æternam, quam incurrerunt, nunquàm tamẽ redijt reatus, nec macula peccati, quia semel ista abolita fuerunt. Paruuli autem inter Gentiles morientes, sine actu liberi arbitrij, quia non potuerũt habere aliquem actum bonum, per quẽ illa macula, & reatus tolleretur, morientes descendebant ad limbum puerorum, vbi sine sensuali pœna, æternas tenebras patiũtur, non solum quantum ad locum, in quo sunt, sed maximè quantum ad aĩæ cognitionem, quia Deũ nõ videbũt, nec lætabuntur in eo. Si autẽ quæratur, vtrum Sem filius Noe, qui vocabatur Melchisedech, & viuebat tpe illo, vt probatum fuit supra 11. cap. Circumcisus fuerit, cũ esset vir iustus, & ab eo descẽderet Abraham, & ipse cognosceret circumcisionẽ datã Abrahæ. Respõdetur, ꝙ ista quæstio ſm Rabbi Sa. superflua est, quia ipse dixit, ꝙ Sem natus fuit circũcisus, & iõ licet eẽt minor Iaphet, tñ ei præponitur. Sed hoc valde friuolũ est, & erroneũ, & supra hoc improbauimus. Dicendũ ad q̃stionẽ, ꝙ non erat necessariũ Sem, ꝙ circumcideretur, quia illud pactum de circumcisione tenenda, datũ fuit Abrahæ, & semini eius, Sem autẽ non fuit de semine Abrahæ, immo è contrario Abraham fuit de semine Sem, ergo obſo nulla fuit. Vtrum autẽ fuerit, vel non fuerit, vr̃ dicendũ, ꝙ nõ fuit circumcisus, qa cũ Sem esset caput totius lineæ, p̃ quã veniebat Abrahã, si circũcisus fuisset, vocaretur Sem pater, & caput circũcisionis, & nõ Abrahã, quod inconueniens erat. Item sicut istud pactum fuit ad Abraham, & Sem, & semẽ eius, ita videretur eẽ ad Sem, & semen eius, quod non fuit. Si autẽ velis dicere, quòd licet Abraham fuerit filius Sem, ideſt de sua progenie, tamẽ Sem fuit filius Abrahæ, quantum ad dignitatem fidei, & sanctitatis. Sed adhuc non stat hoc bene, ſ. ꝙ pater tam honorabilis, sicut Sem computetur sub filio suo, maximè, quia nõ erat necessarium eum circumcidi, si autem fuisset necessarium, tolleretur inconueniens. *Omne masculinum.* Fœminæ autem, quia carebant illo membro, in quo fiebat circumcisio, non circumcidebantur, sed in eis sufficiebat fides Messiæ futuri, saltem implicita, in quo oẽs saluandi erant, vt supra diximus. Et si dicas, quare nõ fiebat aliud signum in mulieribus, per quod distinguerentur a mulieribus cæterorum populorum? Respõdetur, ꝙ non oportebat, Primò, quia cum illud sacramentum distinctuum populi Dei, esset vnum, debuisset esse eiusdẽ rationis, sed non videretur esse eiusdẽ rõnis, si non fieret in eodẽ mẽbro viris, & fœminis. Secundò, quia cũ viri essent principales, & vxores sequantur necessario ritum virorum, facta distinctione in viris, satis apparet facta in fœminis. *Circumcidetis carnem præputij vestri.* Hic tangitur secundum, scilicet membrum determinatum ad circumcisionem.

Quare aũt circumcisio fuit data in viris, & non mulieribus? Aliqui dicunt esse causam, quia circumcisio fuit data in lege naturæ, ideo debuit dari in sexu intento a natura, sed ista quæstio irrisoria est, posito enim ꝙ circumcisio fieri debet, impossibile est eam fieri in fœmina, cum nõ habeat in quo fiat, superfluũ ergo est quærere, quare in viro, & non in fœmina fit circũcisio.

Posset autem aliter quæri, quare datum fuit signũ, quod solis maribus conueniret, & nullo modo fœminis. Ad hoc patet respõsio per quæstionem de mẽbro circumcisionis. Quare autem in isto membro fuit

Abraham quid signi ficet.

Quare in baptismo nomẽ imponitur.

Secundo

Attẽde de paruulis Gẽtilium.

An Sẽ fuerit circumcisus.

An in mulieribus signũ, vt ab alijs distinguerẽtur, cõueniret.

Cur circũcisio fuit data viris, non mulieribus.

facta circuncisio,& non in alia parte corporis, ſ.de pede,manu,aut alio membro.Satis poſſet aliquis reſpondere, ꝙ in alijs membris non poteſt aliqua pars carnis, quæ ſit alicuius notabilis quantitatis abſcindi, ſine detrimento corporis, & virium organicarum operantiũ per tales partes corporis. In membro autem virili illa pars ſine periculo abſcinditur, qa quaſi ſuperflua eſt. Sed non eſt iſta cauſa, quia licet hoc aliqualiter videretur, dato ꝙ fieri deberet in aliquo membro circuncisio,cum non fuit iſta cauſa motiua ad faciendum circuncisionem in illo membro. Dicendum ergo, ꝙ Deus dabat circuncisionem in ſignum diſtinctiuũ populi ſui a cunctis populis terræ, & ideo non ſolum debuit eſſe ſignum,per quod cognoſcerentur,ſicut vitæ iacintinæ poſitæ per fimbrias,de quibus Num.15.cap. Sed etiã ſignum in tali mẽbro, per quod populus Dei ab alijs diſtingueretur, & per quod naſcẽdo derinaret, hmõi autẽ eſt genitale viri, ideo in illo fieri debuit. Itẽ fortè fuit hoc tactũ ad debilitandum concupiſcentiã, & delectationem venereã, quæ viget in illo mẽbro. Debilitata enim aliqualiter delectatione, aliqualiter debilitatur, & concupiſcentia, quæ erat ad delectationem. Præputium enim iuuat ad duo, primum eſt ad faciliorem, & velociorem ſeminis expulſionem, quia confricando facit motum in neruis illis, qui tangunt vaſa ſeminaria,vt ſemen effundatur,& deſcindatur, ex quo ſequitur, ꝙ cæteris paribus magis tardabunt in coitu,quàm Chriſtiani. Item ſecundò iuuat præputiũ ad delectationem intenſiorem, quia iſta delectatio fit ſm tactum, ſm ergo ꝙ intimius fit tactus,intimius fit delectatio: præputium autem mouet valde partẽ primam molliſſimam virilis membri, in qua maximus fit ſenſus:carentes enim præputio mouentur ſecundũ tactum ſolum ab extrinſeco,& nullo modo ab intrinſeco, habentes autem præputium mouentur ſecundũ tactum ab intrinſeco,& ab extrinſeco,ex quo infertur neceſſario, ꝙ cæteris paribus valde maior delectatio eſt in actu venereo Chriſtianis, quàm Iudæis. Sequitur etiam euidenter ſi reſpiciatur ex hoc, ꝙ ſit maior delectatio cum virginibus, q̃ cum alijs cæteris paribus. Multa alia correlaria neceſſario ex hoc inferuntur, quæ quilibet cognoſcere poterit ſpeculatiuè conſiderans, etiam ſine aliquo ſenſuali experimento. Et rogo ne me vilem extimes, quia iſta dixerim, quia in hac parte pro defenſione oppono tibi Beatiſſimum Auguſtinum, qui de hac materia tanta dixit, in 14. de ciuitate Dei,&in 6.& 8.cap. tractans de Dea Præma, & Pertunda, quæ ego dicere non auderem, in ſpeculari enim iſta peccatum non eſt, ſed in operari, cauendum tamen vt talis ſpeculatio ſit raptim, ſi enim multum immaneat de ſpeculatiuo, reducitur ad practicũ, quod in hac parte nociuum eſt, plura enim de hoc ſatis ſpeculatiua, & naturalia dixiſſem, niſi me humana verecundia detineret. Poteſt eſſe alia ratio, quare fieret in illo membro, ſcilicet vt dereſtarẽtur Iudæi idolatriã: Gentiles in ſacris Priapi illam partem honorabant, quia Priapus propter magnitudinem membri virilis inter Deos receptus eſt, qui propter eandẽ magnitudinem ab Helleſponto inſula exulauerat,fiebant enim multæ turpitudines in ſacrificijs Priapi, de quibus diximus Numeri 15. cap. *Et ſit in ſignum fœderis inter me, & vos*. Iſta circuncisio erat ſignum in habentibus eam, quòd ipſi erant de populo Dei, & quòd cum Deo vero fœdus pepigerant,vt eum ſpeciali cultu honorarent: *Infans octo dierum circuncidetur*. Hic ponitur tertium,ſcilicet tempus limitatum ad circuncisionem.

Præputiũ quid ꝓfter.

Cur ſit maior delectatio habere rem cũ virgine, quã cum reliquis.

Cur ponũtur octo dies ante circuncisionem.

Quare ponuntur octo dies ad circuncisionem? Reſpondetur quòd cauſa literalis eſſe poteſt, quia ante octo dies puer eſt valde tener, & poteſt eſſe vitæ periculum, ſi circuncideretur, maximè ſi poſt vnum, vel duos dies circuncidi deberet. Sic dicebatur Exo. 23.cap. Quòd primogenitum pecoris immolatiij ſeptem diebus ſtare deberet cum matre, & octauo die offerri, cauſa autem redditur propter nimiam teneritudinem. Poteſt autem eſſe alia ratio literalis, propter quam magis iſta fiebant, quia circuncisio erat, vt liberaretur homo a peccato, & eſſet dignus vita æterna, quæ ad octauam ætatem reſurrectionis pertinent, de quo Auguſtinus de ciuitate Dei 16.cap.29. Et non poterat præuenire octauus dies, quia erat cęremonialis, & conſiſtebat in ſignificatione, quæ mutatur modico mutato, ſicut patet in figuris, quorum eſſe in indiuiſibili eſt. Et ſi periculum mortis ante octo dies puero eueniret, nec propter hoc circuncisio accelerari debebat,tamen puer ſic moriens, ſi non ex negligentia parentum omitterentur cęremonialia nõ perdebatur,ſed transferebatur ad ſinum Abraæ ſaluus in fide parentum promptorum facere,quod lex mandabat, niſi Deus hoc impediret, vel natura. Non poterat etiam iſtud tempus dilatari,ſcilicet quòd circuncideretur puer poſt vnum menſem vel annum, quia tunc pater pueri, vel tutores eius ſi patrem non haberet capite puniri debebant, tanquàm ſpernentes cęremonias legis domini, & puer quando veniret ad ætatem adultam, & non faceret ſe circuncidi mori debebat, *Tam vernaculus*, Non ſolum volebat Deus, quòd ipſi Iudæi circunciderentur, ſed etiam omnes manentes cum eis, & ex hoc Auguſtinus infert 16. de ciuitate Dei, cap.29. quòd Deus nõ ſolum volebat ſalutem Iudæorum, ſed etiam gentium: vocantur vernaculi omnes ſeruiẽtes alicuius, qui in domo eius nati ſunt, vt filij ſeruorum: *Quam emptitius*, ſcilicet, qui pecunijs domini ſui emptus eſt. Mercenarij autem, & aduenæ non mandantur circuncidi, quia ipſi Iudæi non habebant poteſtatem ſimpliciter in eos, ſed ſolum ſeruiebant eis pro mercede, aut morabantur inter eos, emptitij autem, & vernaculi erant res dominorum ſuorum,quia ſeruus eſt poſſeſſio domini ſui, & pecunia, vt patet Exo. 21. cap. & per Ariſtotel. 5. Ethicorum, & dicitur ſeruus homo ſimpliciter alterius, vt habetur primo Politicorum, cap. 2. Poterant eis domini mandare, quod vellent, & ſic circuncideret eos, de quo magis diximus Exod. 12. cap. *Et quicunque fuerit de ſti pe veſtra*, ideſt quicunque fuerit de genere Iſraelis, ſiue ſeruus, ſiue liber, vel qualitercunque ſe habens: *Et erit pactum meum*. Ideſt,circuncisio, quam vobiſcum pono. *In carne veſtra*. Propter cauſam ſupra aſſignatam, & vt magis memorarentur Dei, quia magis mouent ſigna facta in carne, quàm in veſtibus, ſicut erunt fimbriæ poſitæ per angulos palliorum, vt patet Numeri 15. cap. *In fœdus æternum*. Ideſt, vt in æternum habeatis circuncisionem, vt quoddam pactum. Ex hoc loco arguunt Iudæi contra Chriſtianos,quòd circuncisio in æternum obſeruari deberet. Sed peccat argumentum eorum, quia iſte terminus, æternum, non accipitur proprię ſecundum quòd dicimus,ꝙ cęlum durabit in æternũ, vel anima, ſed accipitur pro quodam magno tempore,vt ſæpe dictum eſt. *Delebitur anima illa de populo ſuo*. Quidam dicunt, quòd anima non ſignificat hic animam, quæ eſt pars, ſed ſignificat totum hominem. Sicut dicitur ſupra 14. cap. Tantum animas da mihi, i. homines, & hoc vult Rabbi Abraam Abben Ezra,& tunc eſt ſenſus,delebitur anima illa, de populo ſuo, i. Deus occidet talem hominem, qui circuncisus non fuerit. Vel ponitur delebitur, i. deleatur, futurum indicatiui pro futuro optatiui, & tunc eſt ſenſus, ꝙ Deus mandat, ꝙ talis homo, qui circuncisus non fuerit, occidatur, ſcilicet a iudicibus populi. Alij autem dicunt, quòd illa anima delebitur, quia ille homo nunquam poterit viuere vſque ad quinquaginta duos annos. Vel quòd delebitur de populo ſuo, ideſt quòd non habebit filios, qui ſuſcitent, & teneant nomẽ patris defuncti in populo ſuo. Doctores autem ſancti, & omnes catholici dicunt, quòd accipitur hic anima propriè, vt ſignificat partem, & eſt ſenſus, quòd illa anima peribit de populo ſuo, ideſt poſt mortem non aggregabitur ad populos ſuos,ſcilicet populos ſanctorum. Sic enim dicitur de quolibet viro iuſto quando moritur congregatus eſt ad populum ſuum. Et ſi arguas de Iſmahele, quòd dicitur de eo infra 25.cap.aggregatus eſt ad populum ſuum. Reſpondetur, quòd Iſmahel ſecundum Hebræos in fine vitæ ſuæ pœnitẽtiam egit de peccatis: ideo inter ſanctos computatus eſt: *Quia pactum meum irritum fecit*: Pactum domini vocatur circuncisio,vt hic frequenter nominatur. Quomodo ergo paruulus ille pactum domini irritum fecit, qui adhuc nihil fecit, cùm nondum habeat vſum liberi arbitrij? Reſpondet Auguſt.de ciui.Dei, lib.16. cap.28. quòd pactum domini multiplex eſt,quia præter pactum principale,quod eſt nouum,& deinde vetus teſtamentum,adhuc ſunt alia pacta, vel teſtamenta, quod idem ſignificat, & vnum de iſtis eſt pactum, vel teſtamentum,quod Deus cùm Adam in Paradiſo pepigit, quacunque die comederis morte morieris. Et ſic habetur in Eccleſiaſtico,omnis caro ſicut veſtis veteraſcit: teſtamẽtum enim a ſęculo eſt; morte morieris, & tunc eſt ſenſus omnes homines pro peccato primi parentis obligati ſunt ad mortem æternã: quia vt ait Apoſtolus omnes in Adam peccauerũt, de quo ad Roman. 5. capit. neceſſe eſt ergo ſecundum iſtam obligationem mori homines morte æterna, niſi per aliquem modum abſoluantur. Et cùm eſſet inſtituta Iudæis circuncisio, vt quidam modus liberatiuus à morte æterna & aliqui iſtam circuncisionem nõ accipiebant,neceſſe erat eos manere obligatos ſecundum primam obligationem ad mortem æternam. Dicitur ergo paruulus incircuncisus pactum domini irritum facere,non pactum de circuncisione,ſed pactum datũ Adæ de non comedendo de ligno veritò, & hoc fecit irritum, quia omnes homines in Adam iſtud pactum irritum fecerunt, & quia nõ liberatus fuit per circuncisionem: ergo peribit de populo ſuo propter illam obligationem, nihil ergo aliud eſt facere pactum Dei irritum, niſi non recipere remedium inſtitutum ad liberandum à culpa primi pacti irritati, & hoc eſt non circuncidi. Si autem acciperetur irritari pactum,ideſt violari illud primum pactum poſitum cum Adã, non ſolum diceretur paruulus incircuncisus irritare pactũ, ſed etiam omnes quotcũque ſint, quia omnes in Adã peccauerunt, vt patet ad Rom. 5.cap.alij tamen nõ dicuntur irritare, quia accipiebant circuncisionem, per quam abſoluebantur à culpa huius irritationis: dicit Auguſt. ibidem, ꝙ ſi aliquis contendere velit, ꝙ iſtud pactum eſt pactum circuncisionis, quærat aliquẽ modum, per quem propriè dicatur ille paruulus irritum feciſſe pactum, quia non poteſt dici, ꝙ ille irritam fecit circuncisionem, ſed ꝙ in illo facta fuit irrita circuncisio,ſ.ꝙ illi,qui eum circuncidere tenebantur non curauerunt. *Dixit quoque Deus ad Abraham*: Hic agitur de mutatione nominis Saræ. *Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai, ſed Saram*. Eadem ratio mutationis nominis erat in Sara,quæ in Abraham; mandat ergo dominus, quòd Sarai vocetur Sara, quia Sarai, in Hebrẽo idem eſt, ꝙ princeps mea, quaſi princeps vnius domus. Sara interpretatur princeps ſine cõnotatione: ideo poteſt ad plura extendi, & quia ex Sarai multæ gentes exitu-

Quid ſignificet Sarai, & Sara.

ræ erant; ideo non congruè vocaretur Sarai, ſed Sara. *Et benedicam ei*, Ideſt multiplicabo eam dando ei vim generatiuam,vel ſaltem dando ei, ꝙ actu aliter gignat, quia potentiam generatiuam ipſa habebat: non tamẽ gignebat, quia erat potẽtia impedita per indiſpoſitionem ſterilitatis, & per ſenectutem, quia iam deſierãt fieri muliebria, vt patet infra 18. cap. *Ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus ſum*, Ideſt licet ego benedicturus ſim Iſmaheli, ſpecialiter tamen benedicam Iſaac cõplendo in ipſo repromiſſiones factas tibi, & hunc ex Sara habebis, *Eritque in nationes*. De Iſaac ortę ſunt tres nationes, ſcilicet Idumæi, quantum ad Eſau, & Amalachitæ,quantum ad quendam nepotem Eſau,qui vocatur Amalech filius Eliphaz primogeniti Eſau, vt patet infra 36.cap. & Iſraelitæ, quantum ad Iacob, *Et reges populorum*, In iſtis tribus nationibus erant tres reges ad minus, & aliquando plures, ſicut in Hebræis rex Iuda, & rex Iſraelis, quòd Idumæi haberent regẽ patet infra 36. cap. cùm dicitur, iſti ſunt reges, qui regnauerunt in terra Edon antequàm haberent regem filij Iſrael. De hoc etiam in libris Regum,& Paralipomenon, quòd ante Amalachitę habuerint reges patet de rege Agag, quem comprehendit Saul, quia ille erat Amalachita,vt patet primo Reg.15.capit. *Cecidit Abraham in faciem ſuam*, Ideſt humiliauit ſe vſque ad terram, vt daret gratias pro tanto beneficio promiſſo, *Et riſit*, Dicit Auguſt.16.de ciui. Dei,cap.29.quòd iſte riſus non fuit irriſio diffidentis,ſed exultatio congaudentis, & patet quia ſi riſiſſet, quaſi irridendo, vel deſperando increpatus fuiſſet, ſicut vxor ſua increpata fuit, vt patet ſequenti cap. *Putasne centenario naſcetur filius?* Iſta intra ſe dixit. Sed tantum eſt ac ſi extra protuliſſet, quia Deus non magis ſic, quàm ſic intelligit, cùm omnia ei ęqualiter nota ſint, & nota ante eum, & nuda oculis eius, vt patet ad Hebræ.4.capit. & vt ait Auguſt. vbi ſupra iſta non fuerunt verba dubitantis, ſed admirantis, mirabatur enim Abraham intra ſe dicens, ò Domine Deus tantum bonum facies mihi,vt centenario naſcatur filius, ideſt mihi habenti centum annos? Et non eſt intelligendum, ꝙ tunc Abraham centum annos haberet, quia ſupradictum fuit, quòd nonaginta nouem annorum erat, quando iſta viſio facta fuit, ſed refertur ad tempus, quo filius naſci debebat,quaſi dicat ego nũc ſum nonaginta nouem annorum. Si ergo gignere debeo filium, ad minus, quãdo ipſe natus fuerit, ego ero centum annorum: *Et Sara nonagenaria pariet*. Magna vetuſtas erat, quòd Sara nonaginta annorum conciperet, & maius miraculum erat, quia ſterilis erat, & quia deſierant ei fieri muliebria, vt patet infra 18. Ex hoc ſequitur, quòd Abrahã erat maior decem annis Sara, quia vocat ſe centenarium, & ipſam nonagenariam. Et ſciendum,quòd nõ erat tunc Sara nonaginta annorum.Sed octoginta nouem: in anno tamen ſequenti quando pareret completura erat nonaginta, ſicut diximus de Abraham. *Vtinam viuat coram te Iſmahel*, Poteſt legi continuatè ad præcedentem literam, ſcilicet admiratiuè, ſcilicet, ò domine,ex quo tantum bonum tuis mihi facere, vtinam etiam coram te Iſmahel. Vel aliter Abraham videns, ꝙ Deus uolebat ei dare alium filium,in quo complendæ eſſent benedictiones,timuit,quod uellet occidere, vel abbreuiare dies Iſmahelis, ideo rogauit pro eo dicens, *Vtinam*, &c. *Coram te*, Ideſt ad placitum tuũ,quia illa coram Deo fieri dicũtur,quæ Deus approbat,quæ autem Deus non approbat abſcondita ei dicuntur, vt in Pſalm. 16. de abſconditis tuis impletus eſt uenter eorum, *Vocabisque nomen eius Iſaac*. Iſte fuit ſecundus eorum, qui nominati ſunt antequam naſcerentur, & uocauit eum Iſaac,ideſt riſum, uel gaudium,& ſic uocauit eũ poſtea mater ſua. Sed dicet aliquis,nunquid Iſaac, qui a riſu ſic uocatus eſt ab eodem euentu utrobique nomen aſſumpſerit? Reſpondetur,quod a Deo uocatus

An Iſaac ab euentu vtrobique nomen aſſumpſit.

Universidad de Sevilla Biblioteca

uocatus fuit Isaac, ideſt riſus, quia pater eius riſit, quando Deus promiſit ſe ei daturum filium; vel vocauit eum ſic, quia in ſemine eius, ſcilicet Chriſto gauderent omnes gentes. Sara autem vocauit eum Isaac, quia dixit riſum fecit mihi dominus, & quicũque audierit corridebit mihi, vt patet infra 21. cap. *Et conſtituam pactum meum illi*. Scilicet pactum de multiplicando ſemen eius, & pactum de circuncisione, *In fœdus ſempiternum*, Ideſt, vt ſit fœdus ſempiternum ſicut fœdera inter homines firmata, in quibus animalia diuiduntur, vt ait Paulus Oroſius, lib. 3. de Ormeſta mundi cap. vltimo. *Super Iſmahel quoque exaudiui te*, Ideſt ſicut rogaſti me, vt viueret iuſtè coram me, ita exaudio te, ex quo Hebræi dicunt, quòd Iſmahel in gratia finiuit dies ſuos, quia Abraham rogauit pro eo, & Deus conceſſit, *Benedicam ei*. Dando poſteritatem quantum ad omnia, vel quia iſta benedictio importet gratiam, quam Abraham petebat pro Iſmahele, ſcilicet, vt niueret coram domino, ideſt ad placitũ eius, *Et augebo*, Scilicet in bonis exterioribus, *Et multiplicabo*, Scilicet in prole, *Duodecim duces generabit*., Quorum nomina ponuntur infra 25. cap. Iſti duces filij eius fuerunt, & vocantur duces, quia tãtum in prole creuerunt, quòd antequam morerentur tanta multitudo erat eorum, quòd duces conuenienter vocabantur, *Et faciam illum in gentem magnam*, Agareni enim deſcendẽtes de Ismahele in valde grandi magna multitudine ſunt, *Pactum autem meum ſtatuam ad Iſaac*. Iſtud eſt pactum de danda terra promiſſionis, & quòd eſſet Deus eius, & ꝙ in eius ſemine benedicerentur omnes gentes, quòd *Pariet tibi Sara in anno altero*, Ideſt in anno ſequenti, & ſic immediatè in ipſo anno concepit, *Aſcendit Deus ab Abraham*, Loquebatur Deus Abrahæ per angelum ſuum in aliqua aſſumpta figurâ, & quando finiuit loqui aſcendit ab Abraham, quia forte viſa eſt illa figura moueri contra cœlum. Vel dicitur aſcendere ab Abraham, ideſt diſparere à viſu eius, & quia angelus diſparens ad empyreum rediturus erat, ideo dixit Abraham, quòd aſcendit ab eo, *Tulit autem*. Hic ponitur tertium, ſcilicet circuncisionis executio, *Filium ſuum Iſmahelem*: Valde enim commẽdabilis eſt in hac parte Abrahę obedientia, quia eadẽ die, qua omnia iſta dicta ſunt compleuit ea ſe, & filium, & oẽs domeſticos circuncidens. Verus enim obediens moras neſcit, nec Deus agendo deliberat cùm mandatum fuerit. Sicut verus moralis nihil in agendo moratur, poſtquã conſiliatus fuerit, vt ait Ariſto 6. Ethi. cap. de eubulia eundem locum habent obedientia, & ebulia, quia ſicut poſt conſilium perfectum nihil manet niſi operari, ita propoſito mandato obedienti ſolum operatio ſequitur, *Et omnes vernaculos domus ſuæ*, Ideſt ſeruos natos in domo ſua, patet in hoc Iſmahelis, & omnium aliorum obedientia, quia cùm Iſmahel tredecim annorum eſſet non exhorruit tantum dolorem, & alij, qui nunquàm talia viderant. *Stat im in ipſo die*, Ex hoc patet, quòd iſta viſio fuit facta de mane, quia tot vernaculi, & empticij, quot Abraham habebat non poterant cito ab Abraham circuncidi: erant enim omnes quaſi quadringenti, vel paulo plures, vel pauciores magni, & parui, cùm dicatur habuiſſe in bellum ſecum de ſuis vernaculis bellatores promptos ad arma trecentos decem octo, vt patet ſupra cap. 14. ergo multi alij paruuli vernaculi manerent, qui nõdum eſſent apti ad bellum, *Abraham nonaginta nouem annorum erat*. Dicit Rabbi Abben Ezra, ꝙ multũ Deo gratulandum eſt, quia ante generationem Iſaac fecit Abraham circuncidi, vt Iſaac in puritate conciperetur de ſemine benedicto. Sed iſta nihil ſunt, quia circunciſio, aut proderat ſecundum ſe ad bonitatem ſeminis, & hoc falſum eſt, quia bonitas ſua, vel malitia accipitur ab interiori temperie membrorum, a quibus deſcinditur, & alimentorum, a quibus cauſatur ſuperfluum digeſtionis, nihil ergo facit in ſe ipſa cum ſit priuatio, & aliquid valde remotum. Si accipiatur bonitas ſeminis, quantum ad Dei gratificationem, hoc nihil eſt, quia ante circuciſionem credidit Deo Abraham, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam ſine circuncisione: ergo placuit, vt inducit Apoſtolus ad Roman. 10. cap. & Actuum 10 cap. dicitur fide purificans corda eorum, vbi probat Beatus Petrus, quòd Deus ſine circuncisione purificat, & gratificat ſibi corda noſtra per fidem: *Iſmahel autem tredecim annos impleuerat*, Ex hoc obſeruant Agareni, quòd circuncidant filios ſuos in tredecimo anno. Sed in hoc tranſgrediebantur regulam de circuncisione datam, ſcilicet, in octauo die: nam quòd fuerit Iſmahel circuncisus in anno tredecimo non fuit exemplum, vt in anno tredecimo circuncideretur cũ data fuerit lex, quòd infans octo dierum circuncidetur, ſed fuit ex euentu, quia tũc eodem modo arguere deberent Iudei debere ſe circuncidi anno nonageſimo nono, quia tunc circuncisus eſt Abraham, ſed non fit ſic, *Et alienigenæ*, Non ſolum illi, qui Iudæi erant, ſed etiam de quacunque gente natus eſſet, & qui inter Hebræos morarentur, neceſſe erat circuncidi, aliàs non admitterentur ad cibos Iudæorum, vt ad agnum Paſchalem comedendum, de quo habetur large Exo. 12.

Circuncisionis executio.

Cap. 9.

Opinio Rabbi Abben Ezra de circuncisione.

De tribus viris, qui apparuerunt Abrahæ: de confabulatione Dei, & Abrahæ ſuper interitu Sodomæ. Cap. XVIII.

APPARVIT autem ei dominus in conualle Mambrę ſedenti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo feruore diei. Cumque eleuaſſet oculos apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum. Quos cum vidiſſet cucurrit in occurſum eorum de oſtio tabernaculi ſui, & adorauit in terra, & dixit: Domine ſi inueni gratiam in oculis tuis, ne tranſeas ſeruum tuum, ſed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes veſtri, & requieſcite ſub arbore. Ponamque buccellam panis, & confortetur cor veſtrum, poſtea tranſibitis: Idcirco enim declinaſtis ad ſeruum veſtrum. Qui dixerunt: Fac vt locutus es. Feſtinauit Abraham in tabernaculum ad Saram, dixitque ei: accelera, tria ſata ſimile cõmiſce, & fac ſubcinericios panes. Ipſe verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum, & optimum, deditque puero, qui feſtinauit, & coxit illum. Tulit quoque butyrum, & lac, & vitulum, quem coxerat, & poſuit coram eis: ipſe verò ſtabat iuxta eos ſub arbore. Cumque comediſſent, dixerunt ad eum: Vbi eſt Sara vxor tua? Ille reſpondit: Ecce in tabernaculo eſt. Cui dixit: Reuertens veniam ad te tempore iſto, uita comite,

Actu. 15.

1. Reg. 1.

4 Reg. 4.

Rom. 9.

Luc. 1. mite, & habebit filium Sara vxor tua. Quo audito Sara riſit, poſt oſtium tabernaculi. Erant autem ambo ſenes, prouectęque ætatis, & deſierant Sarę fieri muliebria, quæ riſit occulte, dicens. Poſtquam conſenui, & dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo? Dixit autem dominus ad Abraham, quare riſit Sara vxor tua dicens: Num verè Luc. 1. paritura ſum anus? Nunquid Deo quicquam eſt difficile? Iuxta condictum reuertar ad te hoc eodem tempore, vita comite, & habebit Sara filium. Negauit Sara dicens, nõ riſi, timore perterrita. Dominus autem: non eſt, inquit, ita, ſed riſiſti. Cùm ergo ſurrexiſſent inde viri, direxerunt oculos contra Sodomam, & Abraham ſimul gradiebatur, deducens eos. Dixitque dominus: Num celare potero Abraham, quæ geſturus ſum, cùm futurus ſit in gentem magnam, ac robuſtiſſimam, & benedicendæ ſint in eo omnes nationes terræ? Scio enim quòd præcepturus ſit filijs ſuis, & domui ſuæ poſt ſe, vt cuſtodiant viam domini, & faciant iudicium, & iuſtitiã, vt adducat Dominus propter Abraham omnia, quę locutus eſt ad eum. Dixit itaque dominus: Clamor Sodomorum, & Gomorreorum multiplicatus eſt, & peccatum eorum aggrauatum eſt nimis. Deſcẽdam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint, an non eſt ita, vt ſciam. Conuerteruntque ſe inde, & abierunt Sodomam. Abraham verò adhuc ſtabat coram Domino, & appropinquans ait: Nũquid perdes iuſtum cum impio? ſi fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate peribunt ſimul? & non parces loco illi propter quinquaginta iuſtos ſi fuerint in eo? Abſit à te, vt rem hanc facias, & occidas iuſtum cum impio, fiatque iuſtus ſicut impius: non eſt hoc tuum, qui iudicas omnem terram, nequaquã facias iudicium hoc: dixitq; Dominus ad eũ: Si inuenero Sodomis quinquaginta iuſtos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos. Reſpondit Abraham, & ait, quià ſemel cœpi, loquar ad Dominum meum, cum ſim pulueris, & cinis, quid ſi minus quinquaginta iuſtis q̃inque fuerint? delebis propter quadraginta quinque vniuerſam vrbem? & ait: Non delebo, ſi inuenero ibi quadraginta quinque. Rurſumque locutus eſt ad eum: Sin

A autem quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait: non percutiam propter quadraginta. Ne quæſo, inquit, indigneris Domine, ſi loquar. Quid ſi ibi inuenti fuerint triginta? Reſpondit: Non faciam, ſi inuenero ibi triginta: quia ſemel, ait, cœpi, loquar ad Dominum meum, quid ſi ibi inuenti fuerint viginti? Ait: non interficiam propter viginti. Obſecro, inquit, ne iraſcaris Domine ſi loquar adhuc ſemel: Quid ſi inuenti fuerint ibi decẽ? dixit: Non delebo propter decem. Abijt dominus poſtquam ceſſauit loqui ad Abraham; & ille reuerſus eſt in locum ſuum.

B

APPARVIT. Deſcripto qualiter Abraham proficiens ſe habuit ad Deum, hic demonſtratur qualiter ſe habuit ad proximum, & hoc dupliciter, primo quantum ad opera charitatis corporalia, ſcilicet hoſpitalitatem: ſecũdo quantum ad opera ſpiritualia, ſ. faciendo orationem pro Loth, & ciuitatibus Sodomorum: ibi, *Diuitque dominus nihil celare potero*. Sciendum circa primum, quòd Iudæi, ponunt in hoc capite fuiſſe duas apparitiones factas Abrahæ. Sed non multum conſonat eis litera: noſtri aũt doctores ponunt unam apparitionẽ ſolam. *Apparuit ei dominus*, Scilicet Abrahæ: refertur enim ad immediata, cum ſupra immediatè mentionem egiſſet de Abraham circuncidente ſe, *In conualle Mambræ*: erat enim quædã vallis circa Hebron vt diximus ſupra 13. capi. & cognominatur iſta vallis Mambrę ab illo viro dicto Mambre, qui erat dominus illius vallis, de quo diximus ſupra 14. cap. vel ab ipſa ciuitate Hebron, quæ vocatur Mambrę, vt patet infra 23. & 49. capit. *Sedenti in oſtio*, Quędam glo. Hebraica dicit, quòd apparente domino voluit Abraham ex reuerentia ſurgere; ſed Deus dixit ei, quòd ſtaret, tu es ſignum filijs tuis futurum: eſt enim vt filij tui ſedeant tanquam iudices, & ego ſtem coram eis. Hæc glo. licet ſe ipſam non intelligat, tamen multum conſonat catholicę fidei; impletum fuit enim hoc quando dominus noſter Ieſus ſtetit coram Anna, & Caipha, principibus ſacerdotum ſedentibus ad iudicandum eum, ut ſatis patet ex omnibus Euangelijs, & iſti erant filij Abrahę, quia erant de tribu Leui, & verba iſtius gloſæ præter intentionem dicentis, taliter dicta ſunt. Multotiens enim Deus mouet aliquos ad loquendum aliquas veritates, quas ipſi dicere non intendunt. Sicut fuit de Caipha: dixit enim, expedit, vt homo vnus moriatur pro populo, ne tota gens pereat: dixit enim hoc à Spiritu ſancto motus, vt Euangeliſta teſtatur, Ioha. 11. Sed non erat iſta eius intentio: intendebat enim dicere Caiphas, quòd magis volebat Chriſtum mori, quia ſi Iudæi dimiſiſſent Chriſtum credebant, quòd totus mundus eum ſequeretur, & tunc Romani putantes velle Iudæos rebellare eis, venirent ſuper ciuitatem Ieroſolymam, & deſtruerent eam cum toto populo. Sed iſta excuſarẽtur, ſi homo Chriſtus moreretur ſecundum exiſtimationem eorum. Ergo expediebat, quòd moreretur: voluit Deus ergo, quòd Caiphas peſſimam intentionem ſuam talibus proferret verbis, quæ mortem Chriſti toti humano generi ſignarent profuturam. *In oſtio tabernaculi*, Fortè faciebat ad videndum ſi tranſirent aliqui viatores, vt reciperet eos in domum ſuam: multum enim hoſpitalis erat, *In feruore diei*, Ideſt in meridie, quia tali tempore ſolent

C

D

E

Opinio Iudæorũ. Cõfutatio

Universidad de Deusto Biblioteca

solent viatores ad hospitia declinare, vt sumant cibum, & requiescant. *Cumque eleuasset oculos,* Cum desiderio enim expectabat, vt aliqui venirēt, quibus pietatis obsequia exhiberent, & desiderantes solent oculos frequenter eleuare, si forte veniat, quod exoptant, e *Apparuerunt ei tres viri:* Volunt enim Iudæi, quòd ista sit alia apparitio ab illa, de qua dicitur in principio capitis, apparuit ei dominus. Sed secundum veritatem, & communem sententiam omnium catholicorum tota fuit vna apparitio, siue isti tres viri fuerūt verè homines, siue angeli, vel quodcunque aliud, quia Deus in eis apparuit, Dicitur tamen in principio Deus apparuisse, quia ponitur ista apparitio in generali, scilicet, q̄ Deus apparuerit. Sed qualiter apparuerit declaratur per ea, quæ subduntur, scilicet apparuerunt ei tres viri. Et patet hoc, quia nunquàm scriptura dicit Deum apparuisse, nisi dicat ad quid apparuerit, vel quid in apparendo dixerit. Si autem illa prima sit vna apparitio: non habetur quid in illa apparitione Deus dixerit. Dicēdum ergo, quòd vna apparitio fuerit, vt supra & iste modus valde vsitatus est in sacris scripturis, s. vt ponatur aliquod factum in generali, deinde explicetur, & videntur esse duo. Sic enim habetur in Exo. vbi agitur de inflictione plagarum: dicitur fecerunt Moyses, & Aaron sicut præceperat Dominus, deinde subditur, quid fecerint. Ita hic primo dicitur, apparuit Deus Abrahæ, deinde subditur, qualiter apparuit, scilicet in tribus viris repræsentantibus eum diuersimodè, vt patet infra.

Opinio Iudæorum cōfutatur.

Sed vtrum isti fuerint homines, an angeli dubium est. Quidam autem volunt, quòd isti fuerunt tres viri Prophetæ missi ad Abraham: & ratio apparet, quia Abraham ideo eis parauit conuiuium. Si enim angeli essent, cibis non indigebant. Augu. autem dicit 16. de ciui. Dei cap. 30. quòd non est dubium istos fuisse tres angelos secundum auctoritatem sacræ scripturæ, & licèt ipse non probet, potest sic declarari, quia infra dicitur in litera, q̄ post conuiuiū conuerterunt se isti contra Sodomā dicentes, se velle eam destruere: & deinde in principio sequentis cap. dicitur venerunt duo angeli vespere Sodomam; quod necessariò intelligitur de illis, si attendatur contextus literæ; maximè, quia in Hebræo dicitur, venerunt̄que illi duo angeli Sodomā: sed in Latino nō est aliquod relatiuum, quod tali modo ponatur, quali modo ponitur ad Hebraicum, & ratio est, quia illud non est nomen relatiuum, sed est articulus: apud Latinos autem, licèt relatiua sint non tamē articuli: bene autem apud Græcos, & Hebræos, de quo latè dicetur Exod. 4. cap. & ibi vide, & hoc non est inconueniens, quia multotiens vocantur angeli viri, vt patet Dan. 9. cap. Ecce vir Gabriel.

An isti tres, q̄ apparuerunt Abrahæ fuerint homines, vel angeli.

Et si arguatur, si angeli erant, quomodo Abraham parabat eis cibos? Respondetur secundum Augusti. vbi supra, quòd Abraham videns illos in specie virorū putauit illos esse Prophetas. Hoc tamen non obstante intelligebat Deum loquentem in eis. de hoc habetur ad Hebræos vltimo cap. per hanc placuerunt quidam angelis hospitio receptis. Aliqui volunt, vt ait Augu. vbi supra quòd de istis tribus apparētibus vnus erat Christus, quia ad eum loquebatur Abraham singulariter dicens, Domine si inueni gratiam, & licèt adhuc Christus tunc, ideſt persona Christi, quæ dicit suppositum diuinum, & est ab æterno, vt patet ad Hebræ. vltimo, nondum carnem assumpsisset tamen poterat accipere subditam creaturam, cum omnia voluntari eius subiecta sunt, quando voluerit. Sed fundamētum istorum adhuc non stat, quia infra cap. sequen. dicitur, quòd venerunt duo Angeli contra Sodomam, quasi iam recessisset ille, ad quem Abraham specialiter loquebatur, tamen subditur, quòd aliquādo Loth

Cur Abraham cibos angelis parauerit.

loquebatur ad eos, dicens: Quæso Domine mi si inueni gratiam coram te, quod non posset stare si vnus eorum, ad quem loquebatur Abraham esset Christus, quia eodem modo oporteret dare Christum, ad quē loqueretur Loth, cùm idem modus loquendi esset vtrique, sed non ponitur Christus locutus Loth, ergo nec Abrahæ, & aliquando vocat eos pluraliter, vt patet infra in princ pio sequentis cap. obsecro Domini declinate in domum pueri vestri. Dicendum ergo, quòd isti erant tres angeli, quos Deus misit in specie virorum, vt satisfaceret intentioni Abrahæ ardenti desiderio hospitalitatis, & venerunt ad denunciandum ei partum Saræ: quòd autem loqueretur Abraham ad vnum singulariter, est, quia eos Dei nuncios cognoscebat, causa est, scilicet, vt omnia, quæ loquebatur ad Deum, tāquam ad vnum eorum dominum dirigebat, non quòd ibi veniret Christus, vel aliqua persona diuina in aliqua subiecta creatura, licet Rabbi Salomon, dicat, quòd loquebatur ad Spiritum Sāctum, ideſt ad Deum, quem ibi non videbat, sed solùm vocem eius audiebat. Sed hoc nihil est. Iudæi autem, & multi de nostris, vt Nicolaus, & quidam alij dicunt istos tres angelos fuisse vnum quidem, vt nunciaret partum Saræ: alium ad subuertendum Sodomam, cē tribus alijs ciuitatibus, tertium ad eripiendum Loth de Sodomis.

Determinatio authoris.

Opinio Tu ciæorū, & Nicolai cō futatur.

Sed hoc non est uerum totaliter, non enim cōsentit textus talem distinctionem, quia sequenti cap. habetur, quòd ambo angeli secundi destruxerunt ciuitates, ubi dicitur; Delebimus enim locum istum. Etiā non consentit textus, quòd unus uenerit ad saluādum Loth: sed ambo, saluatio enim Loth fuit educere eū de Sodomis, ne ibi cum ciuitate periret, sed hoc ambo angeli simul fecerunt, ut pater in litera, scilicet dissimulante illo apprehenderunt manum eius, & manum uxoris, ac duarum filiarum eius, eo quòd parceret Deus illi, & eduxerunt eum, & posuerunt extra ciuitatem.

Item litera declarat, quòd idem angelus saluauerit Loth, & destruxerit ciuitatem, quia dixit Loth: Quæso Domine mi, quia inueni gratiam coram te, & saluasti animam meam, &c. modica ciuitas est hic, & saluabor in ea, & tunc respondit angelus, & in hoc suscepi preces, ut non subuertam urbem, pro qua locutus es, & sic ad eūdem pertinebat saluare Loth, & destruere, uel non destruere ciuitatem. Sed isti errant, quia Abraham loquebatur uni singulariter, & etiā Loth: ideo putant ad illum solum pertinere effectum, qui denunciatur. Sed hoc non ualet, quia aliquando mutatur, ut probatum est. *Stantes prope eum.* In hoc aliqualiter demonstratur, quòd isti erant angeli, quia si fuissent ueri homines necesse erat eos uenire a longe, & uideri pariter, maximè cum ipse Abraham consideraret itinera: angeli autem repente possunt esse, ubi uolunt, & sic in subiectis corporeis aereis subito circa eum apparuerunt, quia fortè in eodem loco corpora de uicino aere formauerunt, & hoc satis innuitur, cū dicitur: Stantes, ideſt non ambulantes. Si enim ante locum illum corpora aerea assumpsissent; quia corpus sequitur conditionem loci, necesse erat transire per medium, & sic perciperetur motus, & non uiderentur stantes, *Occurrit in occursum eorum*, Patet in hoc magnum desiderium hospitalitatis, quia non solum eos uenientes recepit, sed uenientibus occurrit, ut eos induceret ad quiescendum in tabernaculo suo, *Et adorauit in terram,* Ideſt inclinauit se ad terrā faciens magnam reuerentiam, ut sic eos facilius induceret, erat enim urbanus ualde. Vel ista adoratio fuit quedam dulia, quam exhibemus sanctis, & quia Abrahā cognouit istos uiros sanctos, sic enim ut uiros Prophetas

Quomodo Abraham adorauit tres uiros.

phetas eos recipiebat, adorauit eos adoratione congruenti eis, non tali, qualis Deo impēditur. Vel Abraham considerauit istos esse nuncios Dei, & ideo non ipsos, sed Deum in ipsis adorauit, *Domine si inueni gratiam in oculis tuis*, Quare loquit hic singulariter Abraham, cùm loquatur ad tres? Respondetur, vt supradictum fuit. Potest etiam dici, quòd illi tres angeli in specie virorum, sic procedebant quasi vnus esset maior inter eos, & ille erat in medio, & aliqualiter præcedebat alios duos in motu, ex quo cognouit Abraham illum esse dominum aliorum, & ideo locutus est ad illum, quasi illo consentiente alij consentirent. Et dicunt Hebræi, quòd isti tres angeli erāt Michael, Gabriel, Raphael: Michael autem tāquam princeps procedebat in medio eorum, & alij duo ad dexteram, & sinistram, Michael autem erat in medio, quia venerat ad nunciandum conceptum Saræ, & satis hoc conueniebat, quia maximum istorum negotiorum erat cōceptus, quia de illius semine Messias erat nasciturus, ideo maximum negocium maximo istorum angelorum cōmendatum est: magnitudinē autem eius denotat nomen suum, scilicet Michael, quod interpretatur, quis vt Deus. Gabriel autem venerat ad subuertendum Sodomam, & alias ciuitates, & hoc indicat nomen eius, scilicet fortitudo Dei. Raphael autem venerat ad sanandum Abraham, & saluandum Loth, & demostrat hoc nomen suum, scilicet Raphael medicina Dei. Sed vt patuit supra ista distinctio nō est bene assignata, nec est aliqua ratio, quare magis venerunt tres, quam duo, vel quatuor, quia opera duorum indiuisa fuerunt, scilicet subuertere ciuitates, & saluare Loth, vt probatum fuit, ideo potuisset facere vnus destructionem illarum ciuitatum, & liberare Loth, sicut faciebant duo. Sola ergo Dei voluntate ista sic, vel sic fiunt, nulla rerum necessitate magis determinante sic, quam sic, *Ne transeas seruum tuum*, Scilicet eundo ad alium locum ad hospitandum. *Sed afferam pauxillum aquæ*, Ideſt modicum de aqua, pauxillum diminutiuum est, *Vt lauentur pedes vestri*, Magna refrigeratio est, quando hospitibus de itinere venientibus lauantur pedes, vt discutiatur puluis, qui sua siccitate pedem desiccat, & consumit, & ita nūc in quibusdam terris consuetudo est hospitibus pedes lauare, maximè in terra Chanaan hoc conueniebat, cum sit terra satis calida, quia multum australis in climate quarto, *Et requiescite sub arbore*, Scilicet dum transit æstus. Arbor ista est, quæ vocatur ilex Mambrę, quæ valde magna erat, & vmbrosa, & sic sub ea requiescere poterant fugientes calorem. de hac arbore diximus supra 13. cap. quæ per multos annos durauit, *Ponam buccellam panis*, Per hoc significabat omnes cibos, quos eis daturus erat. Sed loquitur humiliter nō iactans res suas, sicut dicitur communiter inuitatis dabitur vobis, & panis, & aqua, cùm tamen inuitans intendat eis plura dare. Sed solùm nominat ista humiliando alia, quasi modica sint. Et satis est vrbanus modus loquendi ad congaudendum inuitato, quia sic intrinsece innuitur magnitudo inuitati, quasi ista non attingant vllo modo dignitatem eius, & quòd nihil ex hoc videatur obligatis recipiens conuiuium, quasi si nihil daretur. Qui autem inuitatis dicit se eis multa, & magna daturum inuitatos contristat, quia implicite eos deprimit dicendo illa, quę dantur esse æqualia dignitati eorum, vel maiora, & innuit eos ex hoc multum obligari, *Et confortate cor vestrum*, Ideſt confortate stomachum, & resumite vires, vt ambulare possitis, vel dicitur cōfortari cor, quia cor continuè multiplicat spiritus sensitiuos pulsariles, vel motiuos, vt patet in libro de spiritu, & anima: tantę ergo caliditatis cor est, vt si per humidum cibale assumptum nō subueniretur, ei præ-

Cur Abraham sic loquitur singulariter cum tribus.

Significat dominum angelorum.

apparitio

apparitio ab alia per vnam hebdomadam, aut parum plus. Sed vtrum Ismahel fuerit, non constat: nam paruus adhuc valde erat Ismahel ad ducendum vitulum in domum, *Tulit quoque butyrum & lac*, Quia cibus delectabilis est maximè butyrum, *Et vitulum quem coxerat, & posuit coram eis*. Non est intelligendum, q̃ integrum vitulum coctum coram eis posuerit, quia tantus cibus coram tribus viris abusio erat. Sed tulit partem eius abundantem pro eis, & reliquum reseruauit pro familia sua, quæ magna erat nimis, *Ipse vero stabat iuxta eos*, Scilicet, vt videret, ne aliquid eis deficeret, & vt eos suo condelectaret eloquio ad complendam totam gratiam hospitalitatis. *Sub arbore*, Quia ibi gratissimus locus erat vmbræ, & aeris magis tunc, quam in tabernaculo, *Cumque comedissent*, Idest postquàm comederunt incęperunt loqui, quia in conuiuio pauca loqui decet, iuxta dictum Catonis maximè quando res, quæ dicitur, alicuius misterij est, & oportet auditorem, & dicentem pariter attentos esse.

Quomodo enim comedebant angeli cum animalia non essent? Respondetur, quòd cibum illum resoluebant in aerem subtilem, quemadmodum ignis sepum, vel oleum, quæ sunt sua alimenta, & sic fecit Christus quando post resurrectionem suam comedit partem piscis assi, & fauum mellis, vt patet Luc. vlti. cap. Corpora enim glorificata, quale erat corpus Christi post resurrectionem, nec cibo indigent, nec transmutant in se, sed destruunt resoluendo: aliter tamen erat de Christo comedente post resurrectionem, & de istis angelis, quia Christus comedere propriè poterat, cùm esset animal, & haberet potentiam nutritiuam conuertentem cibum, & substantiam corporeã, in quam naturaliter conuerti deberet; licèt post resurrectionem tali conuersione non indigebat: angelus autem non habebat corpoream substantiam, in quam conuerti posset cibus, nec vim nutritiuam cõuertentem, sed solùm erat in eo quædam vis consumptiua, vel transmutatiua cibi in alteram speciem, sicut ignis transmutaret, cùm tamen non habeat vim nutritiuã. De hoc latius diximus Exod. 7. capit. vbi quæsiuimus vtrũ angeli comedere possint. De hoc tangit aliquid Sanctus Thomas 2. senten. distin. 8. articu. 4. *Vbi est Sara vxor tua*, Non ignorabant, sed quærebant, vt ad id, quod ipsi intendebant introitus haberetur, scilicet, ad nunciandum conceptum Saræ, *Ecce in tabernaculo est*, Ex causis supra assignatis, *reuertens veniam ad te*, Hic loquitur ille angelus, qui inter alios maior videbatur, & veniebat ad nunciandum conceptum Saræ solùm, & non ad aliquid aliud, & patet, quia facto illo, alij duo angeli soli iuerunt Sodomam, vt patet in principio capituli sequentis, *Tempore isto*, Scilicet in anno sequenti tali tempore, vt si nunc erat Aprilis postea alio anno veniret in Aprili, *Vita comite*, Hoc potest referri ad Angelum, vel ad Abraham: si autem referatur ad angelum est modus loquendi humanus, quia certum erat, quòd angelus victurus erat, cùm angelus, quia spiritus est, vita sit, & non potest deficere per naturam, sed volebat se ille angelus indicare quasi esset homo, quia sic eum Abraham esse existimabat, & tũc est sensus, si Deus dederit mihi vitam ad alium annũ tali tempore ego veniam ad te, quia angeli solicitudinem habent de viris bonis, quia per eos reparandæ sunt angelicæ ruinæ, & quia ipsi sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, vt habetur ad Hebr. primo cap. Si autem referatur ad Abraham est sensus: Ego reuertar ad te anno sequenti vita comitante, idest, & tunc vita comitabit te: non enim tunc intelligendum est conditio naturaliter, sed assertiuè, quia ille loquebatur, vt Propheta Domini, vel vt angelus si velimus, qui certificare poterat de vita Abrahæ, *Et habebit filium Sara*; Non dicitur vtrum haberet filium in vtero, vel quòd iam peperit: sed videtur, quòd dicat habere filium, quem iam peperisset, quia angelus rediturus erat post annum integrum, scilicet eodem tempore, quo nunc venerat. Sara autem post nouem mẽses parere poterat, & sic videtur, quòd vertente anno iam haberet Sara filium trimestrem; *Quo audito Sara risit*, Credens illud dictum esse friuolum propter causas infra assignatas; *Post ostium tabernaculi*: Erat enim ibi auscultando, quid de ea diceretur; *Erant autem ambo senes*, Quia Abraham erat centenarius, & Sara nonagenaria: & hoc erat satis impedimentum ex vtraque parte, ita vt Apostolus vocet corpora istorum iã emortua, vt patet ad Romanos 4. & ad Hebræ. 11. cap. De hoc autem patet supra præcedenti capit. *Pro uectæque ætatis*, Idest magnæ ætatis, scilicet, quòd non solum erant senes, quod est valde largum, sed etiam magnæ ætatis in tali termino, in quo naturaliter gignere non poterant, *Et desierant Saræ muliebria fieri*, Idest sanguis menstrualis, quo cessante, uel antequã veniat non est apta mulier ad concipiendum, sicut homo antequam natura sit potens ad spermatizandum impossibile est, quòd gignat, *Quæ risit occultè*, Scilicet, nolens, quòd angeli, quos viros esse existimabant, audirent: audierunt tamen, vel quia fortè non multum distabant, vel quia, vt angeli Dei sciebant: etiam si homo ex tali loco audire non potuisset.

Fortè dicet aliquis, quòd nõ poterat aliquis homo ex tali loco audire risum Saræ, sed angeli scinerunt, vel quia corpora illa aerea, quæ assumpserant, erant subtilissima, & hoc falsum est, quia per illa non sentiunt quicquam, cùm non habeant organa, vel potentias sensitiuas, vt declarabitur latè Exod. 7. cap.

Vel melius, quia ipsi non habentes etiam corpora sciebant illud, & patet hoc, quia si homo aliquis ex illo loco audire potuisset risum Saræ, audiuisset Abraham, & tunc ipse reprehendisset eam, quando angeli eam negantem increpuerunt, sed hoc non valet, quia dato, quòd audisset Abraham, dissimulasset ne in uerecundia poneret uxorem suam. Sed hoc non obstante satis uidetur dicendum, quòd Abraham nõ audiuerit, quia ita ipsi renunciauerunt post Abrahæ risum Saræ, quasi ipse ignoraret: potuerat tamen audire, quia si Sara existens sub tabernaculo audiebat angelos loquentes, & intelligebat uoces, ita potuisset Abraham, & quilibet alius audire risum Saræ stando sub arbore, sed dicendum, quòd Sara ualde secretè, & sonitu dimisso risit, ita quòd audiri non posset, & hoc satis apparet, cùm dicitur, quòd risit occultè. *Postquàm consenui*; Ista dixit Sara intra se, uel fortè ad aliquas famulas, quæ erant cum ea, *Et dominus meus vetulus est*, Quasi dicat, non potens gignere, quia centum annorum erat: tacuit autem hic Sara sterilitatem suam, quæ magis impediebat à conceptu, quam senectus sua, uel uiri sui, *Voluptati operam dabo*, Quasi dicat, inutile, & inhonestum est, quòd in tali tempore reuertar ad actus delectationum iuuenilium. Ex hoc patet, quod diximus supra decimoquinto capit. quòd postquam Sara excessit tempus, usque ad quod secundum naturam concipere poterat, & muliebria ei fiebant, non fuit cognita à uiro suo, sed de communi consensu abstinebant, & hoc erat eis sanctum, & laudabile, quia iste actus, cum bene fit secundum naturam, ad generandum ordinatus est; quando autem uir, & uxor uident se naturaliter non posse gignere, si ultra carnaliter misceãtur iam ad uoluptatem illud est, quod uiris sanctis non conuenit; *Dixit autem Dominus ad Abraham*, Vocatur hic Dominus ille angelus principalis, qui uenerat ad nunciandum conceptũ Saræ,

Qño angeli comedere poterãt cũ non essẽt animalia.

Cur Angeli soliciti sint circa bonos uiros.

Saræ. & uidebatur esse maior inter alios angelos, *Quaverisit Sara?* Increpauit enim eam in hoc. Ex quo patet, quòd risit irridendo ex desperatione, quasi aliquid impossibile audiret. Si enim ex exultatione risisset sicut Abraham, ut patet præcedenti cap. non fuisset redarguta, sicut nec ille: *Num paritura sum anus?* Idest nunquit ego existens anus, idest uetusta paritura sum? quasi dicat, non est uerisimile.

Et sciendum, quòd angelus non retulit hic uerba Saræ, sicut ipsa dixerat, quia ipsa dixit postquam consenui, & Dominus meus vetulus est: Angelus autem solum retulit, postquam consenui, dicendo; nunquid paritura sum anus? Sara enim posuerat impedimentum conceptionis huius in se, & viro suo dicendo, quòd ambo erant senes: Angelus autem solum dixit quomodo Sara se vocauerat senem, quasi sibi soli hoc impedimentum asseriberet, & dicit Rabbi Salomon, quòd hoc fecit angelus subtricens veritatem, ne poneret discordiam, si fortè diceret, quòd Sara vocauit senem Abraham; *Nunquid Deo est quicquam difficile?* Quasi dicat non. Simile habetur Lucæ 1. Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum, sed adhuc magis dixit hic, quia aliqua sunt nobis, vel naturæ difficilia, quæ non sunt impossibilia, & sic magis potentia Dei declaratur dicendo; quòd nihil est ei difficile, quam dicendo, quòd nihil est ei impossibile, *Iuxta condictum*, Scilicet secundum pactum, quod tecum posui, dicitur condictum de, con. quod est simul, & dico, dicis. scilicet, quando aliqui conueniunt in aliqua re, & hoc vocatur pactum, *Reuertar ad te*. Sic enim supra promiserat, *Et habebit Sara filium*, Hic magis affirmat, quam ante affirmauerat, quasi dicat, Sara dixit, quòd non posset habere filium: idcirco ego dico tibi, quòd ego reuertar ad te, & Sara habebit filium, *Negauit Sara*, Quia verecundata fuit obuiare verbis angeli, & quia putauit se non potuisse audiri negauit.

Vel fortè fecit hoc turbata, & non cogitans vtrum audiri potuisset, vel non, nec oportet in hoc Saram à peccato excusare, quia manifestè, contra Deum sine aliqua vtilitate mentita est, *Timore perterrita*, Ne aliquod malum eueniret, quia verbis angeli obuiauerat. Vel dicitur, *Timore perterrita*, Idest turbata nesciens quid diceret, *Non est ita, inquit, sed risisti*; Licèt coram Deo mentita fuerit, nõ tamen puniuit eam, quia ex passione verecundiæ, & timoris fecit: ideo subdit scriptura volens eam à pœna immediatè excusare, licet non à culpa, *Timore perterrita*, Quasi dicat, non ex malitia, sed ex timore locuta est.

Vel fortè non puniuit eam Deus propter Abraham seruum suum. Vel quia peccatum non graue erat, & ideo non exigebat immediatam punitionem. Vel quia Deus non punit peccata statim, ut facta fuat quanta cunque sint, nisi rarissimè, sed reseruat ea in futurum punienda. Quæ autem immediatè punit, non facit propter ipsos punitos, sed magis propter aspicientes, vt hoc viso emendentur, nisi forte malitia alicuius facientis, iam completa sit, quia tunc aliquando Deus subito destruit peccatores, sicut patet in illis, qui postea uauerunt in deserto, vt darentur eis coturnices, vt patet Nume. 11. cap. quia vt dicitur Psalm. 78. Adhuc escę eorum erant in ore ipsorum, & ira Domini ascendit super eos, scilicet, quia combusti sunt. Quòd autem aliquando Deus immediatè peccatores punierit propter assistentes patet in Dathan, & Abiron Core, & sequentibus suis, qui mox subuersi sunt, vt peccauerunt, & quidam eorum combusti rogante Moyse Deum, vt demonstraret mirabilia sua super illos peccatores, vt patet Nume. 16. cap. Alias autem si Deus immediatè punire vellet, postquam peccatum factum fuit cito, omnes homines morerentur, & totus mundus maneret sine habitatore, iuxta sententiam Ouidij.

Si quo ies peccant homines sua fulmina mittat
Iupiter, exiguo tempore solus erit.

Aliquando autem terribiliter occidit non statim, ut peccauerunt, sed quia expectati diu ad pœnitentiam venire contemnunt, vt patet de Sodomitis sequenti cap. & sic Christus dixit; Cum nunciaretur eis de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum, & de viris decem, & octo, super quos turris cecidit in Silo, & mortui sunt, isti non erant peccatores super omnes Galilæos, vel habitantes in Ierusalem, sed quia non pœnituerunt de peccatis suis diu expectati, quod innuit, cum dicit nisi pœnitentiam egeritis omnes simul peribitis, ut patet Luc. 13. cap. *Cum ergo surrexissent*. Hic ponitur secundum, scilicet bene se habere, quantum ad opera charitatis spiritualia orando pro Loth, *Cum surrexisset inde*, Idest de sub ilice Mambrę, sub qua comederunt, ut supra patet, *Viri*, Idest angeli, qui in figura virorum videbantur; *Direxerunt oculos suos contra Sodomam*, Scilicet accipiendo iter contra illam ciuitatem, quæ erat ad Orientem Hebron, siue conuallis Mambræ.

Sodoma enim erat in latere Orientis terrę promissionis in confinio Orientis, & Meridiei: Hebron autem est in latere Meridiano terræ promissionis, vt patet ex iis, quæ dicuntur Iosuę. 15. cap. scilicet, quòd mare salsissimum, vbi ante erat Sodoma, est in Oriente terræ promissionis, & in Oriente sortis Iuda, & quòd Hebron est in medio sortis Iuda: ergo necessario est Sodoma ad Orientem respectu Hebron, & conuallis Mambræ, cum sors Iuda descendat ab Oriente terræ promissionis per latus Meridianum versus Occidentem, vt patet Iosuę. 15. cap. *Et Abraham simul gradiebatur deducens eos*, Idest demonstrans eis iter, quasi ignorarent, & sic patet, quòd adhuc Abraham putabat eos esse viros, *Dixitque Dominus*. Hic ponitur oratio Abrahæ pro liberatione Sodomorum, & specialiter in illis, qui erant iusti, vt in Loth. Secundo ponitur orationis exauditæ executio infra cap. sequenti, *Dixit Dominus*, Idest ille angelus, q̃ maior videbatur inter alios, qui loquebatur Abrahæ conceptum Saræ, quia adhuc iste nunquam disparuit quousque recessit Abraham ab eis, & tunc disparente tertio recesserunt duo reliqui in Sodomam, vt patet in principio cap. sequentis: *Num celare potero*, Abraham semper ante crediderat istos tres angelos esse viros quousque in discessu angeli videntes bonam eius voluntatem declarauerunt se esse angelos, & tunc maior eorum in persona Dei loquens dixit: *Num*, Idest nunquid, *Celare potero*, Idest celare debeo: bene enim poterat Deus celare ab Abraham, quæ facturus erat, sed quia Deus sciebat esse conueniens demõstrare ista Abrahæ, ideo dixit; *Nunquid celare potero*, Idest debeo, quasi dicat, non quę gesturus, idest quæ facere decreui contra quatuor ciuitates in valle Sodomorum, *Cum futurus sit in gentem magnam, & robustissimam*, Vocatur res magna posteritas Abrahę, quantum ad multiplicationem: vocatur robustissima quantum ad dominium, & valorem.

Sed dices quomodo istud est causa, quare Deus reuelet Abrahę destructionem Sodomorum, cùm textus ponat hoc, vt causam?

Respondetur, quòd Deus erat facturus Abrahã ex gratia sua in gentem magnam: dicebat ergo Deus, si ego facere debeo Abraham in gentem magnã, quare non faciam ei istam gratiam, scilicet, quòd demonstrem, quæ facturus sum in ciuitatibus existentibus in valle Sodomorum, quasi dicat, debeo ei hoc reuelare, *Et benedicendæ sint in eo*, Scilicet in semine suo Christo, omnes

Que sit cã vt Deus reuelet destructionẽ Sodomorũ Abrahę

omnes nationes terræ. Suprapoſuit expoſitum, cap. 12. F
Scio enim *Quòd præcepturus ſit filijs ſuis, & domui ſuæ.* Multum tenentur ad hoc patresfamilias, & multum in hoc merentur, ſcilicet vt doceant filios ſuos, & domum ſuam timere Deum. *Filijs ſuis.* Prius enim pater tenetur filios ſuos docere, quàm alios, quia magis ei coniuncti ſunt. Poſſunt autem patres ſi volunt bonos filios efficere, quia viuunt cum eis a principio ſuæ ætatis, & quia a principio nondum habet puer aliquid infixum in iudicio, vel voluntate, quod iudicet, vel ſequatur, quod primo docuerint parentes, hoc tenebit, & illud manebit quaſi tota vita ſua, vt naturaliter infixum, iuxta dictum Horatij, quòd noua teſta capit ſemper ſeruabit odorem. Sic enim ait Auguſt. de ciuitate Dei, libro 1. cap. 3. quòd ideo apud Romanos, Virgilius pueris primo legitur, vt tanquam eximius Poetarum teneris imbibitus annis non poſſet faciliter aboleri. Et ideo air Ariſtot. 2. Ethic. in fine primi cap. Quòd non modicum differt a iuuene ſic, vel ſic aſſuefieri, immo multum differt, quòd tota vita humana futura bona, vel mala, quaſi in hoc conſiſtit, maxime ſi mater bona, vel mala eſt, quia mater eſt dimidium filij ſui, quantum ad bene, vel male morigeratum eſſe, vt patet in vltima propoſitione primi Politic. Ideo volentes facere rectam politiam, non modicam curam de vxoribus agere debent, vt filij boni ſint, quia magis filij addiſcunt a matribus, quàm a patribus, cum in tenera ætate magis familiares matribus, quàm patribus ſint. *Et domui ſuæ.* Tenetur etiam H
pater familias inſtruere domum ſuam, ideſt, totam aliam familiam, vt ſeruos, & ancillas, & omnes alios viuentes in domo. Et ratio eſt, quia nullus debet permitti viuere ſuis adinuentionibus, ſed debet omnibus dari lex, vt patet in decimo Ethic. circa finem, ſed lex non datur de communitate pro communicatione œconomica, ergo ſecundum quòd ait Homerus, oportet quòd quilibet det legem ſuis, vt patet in primo cap. primi Politicorum, maxime, quia ſi pater familias tenetur agere curam domeſticorum ſuorum, quantum ad corpus, magis tenebitur agere curam de anima, quia anima magis eſt, quàm eſca, vt patet Mat. cap. 6. ſed tenetur agere curam de cibis eorum, vt ait Apoſtolus ad Timoth. primo, cap. 5. Qui ſuorum maxime domeſticorum curam non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior, ergo tenetur agere curã de moribus eorum. *Vt cuſtodiant viam Domini.* Colentes Deum verum, & non declinantes ad idola, quia in hoc fundamentum cõſiſtebat, quod illo tempore potiſſimum erat. *Et faciant iuſtitiam, & iudicium.* Bonitas hominis cuiuslibet in duobus conſiſtit, ſcilicet, in hoc, quòd eſt bonus ad Deum, & bonus ad ſeipſum, hæc duo ponuntur hic. Bonitas ad Deum eſt, quòd ſequamur viam eius eum vere colendo, & hoc notatur, cum dicitur. *Vt cuſtodiant viam Domini.* Secundum notatur, cum dicitur. *Iuſtitiam, & iudicium.* ſcilicet, quòd homo bene ſe habeat ad proximum, quod eſt per iuſtitiam, dando ei quantum debemus, & non tollendo quod tollere non debemus, ſiue ſecundum iuſtitiam cõmutatiuam, ſiue diſtributiuam, K
ſeruando ſemper æqualitatẽ geometricam, vel arithmeticam, de quibus in 5. Ethic. Et differunt iuſtitia, & iudicium, quia iuſtitia eſt habitus, ſecundum quem iuſta volumus, iuſta agimus, iuſtorum operatiui ſumus, vt patet in principio quinti Ethic. Iudicium autem eſt ipſa operatio iuſtitiæ iudicando, vel eligendo. In his ergo, quæ Abraham facturus erat, merebatur, & ideo licet nõdum feciſſet hoc apud Deum, tamen reputabatur ſibi hoc ad iuſtitiam, quia ſciebat eum iſta facturum, & eſt ſpeciale de bono, ſ. q̃ Deus cognoſcẽs aliquem bene facturum, anteq̃ faciat, ei propter illud, quod facturus eſt, aliquid boni in præmium cõcedat. Et patet, quia dicitur in litera, ſcio quòd præcepturus ſit filijs ſuis, ideſt, quia ego ſcio, quòd in futuro bona operabitur, volo ei nunc reuelare ſecreta mea. De malo autem non fit ſic, quia dato q̃ Deus cognoſcat aliquem in malum finiturum, tamen nullam pœnam ei infligit, dum eſt bonus ſecundum præſentem iuſtitiam, quia in hoc iniuſtus valde eſſet reddẽdo malum pro bono. De bono aũt ſecus eſt, quia ibi põt dare bonũ ex liberalitate alicui nondũ merito, hic aũt dari pœnam nondum meritam diuinæ repugnat iuſtitiæ. Præſciti cur bona fruntur in hac vita.

Et ſi arguas de paruulis, q̃ antequam baptizati ſint, Cur parui
morientes æternaliter damnantur, qui tamen nullum li abſque
malum fecerunt, tamen damnantur, vt videtur, pro ſacramẽto
malo, quod Deus ſciebat eos facturos. Reſpondetur, morientes,
quòd hoc eſt falſum, quia paruuli ſic morientes non damnantur damnantur, quia mala facturi ſunt, ſed quia mala cõtraxerunt, nam licet non egerunt malum, cõtraxerunt tamen a parentibus, quia omnes in Adam peccauerunt, vt habetur ad Rom. 5. cap. Et hoc apparet, q̃ iſti non puniantur pro malo, quod facturi eſſent, quia ſi iſti aliquod malum facturi eſſent, illud eſſet peccatum actuale, peccato autem actuali debetur pœna ſenſus, vt eſt ſententia Chriſti, & omnium Catholicorum, ſed iſtis paruulis non datur pœna ſenſus, ſed ſolum priuantur viſione Dei, quæ eſt pœna damni, ergo nõ puniuntur pro peccatis, quæ facturi erant, ſed pro peccato, quod contraxerant. Etiam dictum iſtorum falſum eſt, ſcilicet quòd Deus ſciebat iſtos facturos mala, quia Deus ſciebat iſtos morituros ante annos diſcretionis, in qua ætate non poterant malum agere, ergo Deus non poterat præſcire eos male facturos, quia tunc præſcientia eſſet falſa, & includeret contradictionem, quod negandum eſt de Deo. Dicendum ergo eſt, quòd Deus non ſciebat iſtos mala facturos, cum nũquam fecerint in tota vita, ſed ſciebat eos poſſe in malo finire, vel certiſſimè in malo finituros, ſi eos ad ætatem adultam accedere permitteret, & tunc non implicat præſcientia Dei contradictionem, cum propoſitio ſcita de poſſibili, & ſcita de ineſſe non contradicant. *Vt adducat Dominus propter Abraham omnia, quæ locutus eſt.* Deus enim quando nobis aliquid dat, vult, vt illud mereamur, & quia nos in nobis tanta mereri non poteramus, ſicut ordinat nos ad bonum præmij, vel gloriæ, ita diſponit nos ad hoc medio gratiæ, & tunc nobis bona tribuit propter ea, quæ agimus, cum ipſe primo nobis gratiam tribuerit, per quã iſta mereremur. Ex hoc patet, quòd promiſſiones factæ Abrahæ, & ſemini eius imputantur ipſi Abrahæ, & ſic liberatio Iſraelitarum de Aegypto, & defenſio in deſerto meritis Abrahæ facta eſt, & ideo Moyſes quando orabat pro Iſraelitis ad Deũ, ne diſperderet eos, rogabat hoc fieri meritis Abrahæ, vt patet Exo. 32. cap. & Numeri 14. cap. *Clamor Sodomorum.* Iſtę ciuitates peccauerant vitio peſſimo contra naturam, ut patet ſequen. capit. & iſtud uitium clamabat, quia ualde publicum erat, ait enim Auguſt. 16. de ciuitate Dei, cap. 31. Quia tanta licentia erat in iſto ſcelere in ijs infęlicibus ciuitatibus, quanta in alijs factis, & ſic habetur Iſa. 3. cap. Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt. Satis enim ſeq. cap. Demonſtratur quando totus populus a puero uſque ad ſenem uenerunt, ſimul ad domum Loth, ut daret ei Angelos, quos uiros putabant ad abutendum eis: uel dicitur clamare, quia tria genera peccatorum clamat ad Deum, ſcilicet Sodomia, ut hic, & effuſio ſanguinis innocẽtis, ut Geneſ. 4. cap. & fraudatio mercedis operarij, ut patet Iac. 5. de ijs magis dixi-
mus ſupra 4. & 13. cap. *Sodomorum, & Gomorrhæ.* Nõ ſolum peccauerant iſtę duę ciuitates, ſed ẽt aliæ tres, ſcilicet Seboyn, Adama, & Segor. Sed Segor modicum A
peccauerat, ideo liberata fuit precibus Loth, vt patet, ſeq. cap. & quia Sodoma, & Gomorrha erant principales ciuitates, ideo explicando eas ſubintelligit alias. *Et peccatum eorum aggrauatum eſt.* Ideſt ſuper vitium cõtra naturam, quod exercebant, adhuc addiderunt alia vitia, & fuit hoc principale, quia vt ait Ezech. 16. cap. Hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ ſuperbia, ſatuQbo pec-
catũ Sodo-
morum ag-
grauatum
eſt.
ritas panis, & manum egeno, & pauperi non porrigebant. Cũ ergo iſti im miſericordes eſſent, dicit Rab. Sa. q̃ quædam puella pauperi petenti panem dedit, ideo mandato ciuitatis nudata fuit, & melle delibuta toto corpore, æſtiuo tempore, in foro apibus, & muſcis expoſita fuit, vbi cum grauiter torqueretur, clamauit ad Deum contra gentem illam, & exaudita eſt. *Deſcendam & uidebo.* Modo humano loquitur hic ſcriptura, quia Deus omnia nouit, nec aliquam ſciẽtiam locorum mutationibus nouiter acquirit. Et fortè factum fuit ad inſtruendum iudices, qui licet delictum cognoſcant per famam, vel vt ſingulares perſonę, donec eis perfectè conſtiterit, peccatum eſſe commiſſum, ſententiare non debent, ſed primo rei geſtæ inquirere veritatem, vt patet, extra de Accuſat. ca. quaB
liter & quando, in 2. *Vtrum clamorem, qui uenit ad me.* Loquitur ad modum cuiuſdam iudicis, ad quẽ a ſubditis querelæ deferuntur de aliqua, vel aliquibus perſonis, & ad petitionem illorum procedit facturus inquiſitionem. *Opere compleuerint.* Ideſt an ſit ſic, vt de eis dicitur. *Conuerterunt ſe inde, & abierunt Sodomam.* C
Scilicet duo Angeli, de quibus dicitur infra in principio c. ſequen. Veneruntque duo Angeli Sodomam Alius autem Angelus qui venerat ad nunciandum conceptum Saræ, & quem vocabat ſemper Abrahã dominum, manſit cum Abraham, vt patet ex ſequenti litera.

Opinio Iudæorũ. Aliqui autem Hebræi aliter dicunt, ſcilicet, quòd Angelus primus, quem vocabat ante Abraham dominum, & venerat nunciaturus conceptum Saræ, facta legatione ſua diſparuit, & alij duo abierunt Sodomam. Ille ergo, qui nunc loquitur, dicunt, quòd eſt Deus, q̃ ei apparuit, & dixit. *Nunquid celare poteſt, &c.* Secundum iſtum modum factæ fuerunt multæ apparitiones, nos autem ſolam vnam fatemur. *Abraham uero ſtabat adhuc.* Scilicet poſtquam receſſerunt duo D
Angeli. *Cum Domino.* Ideſt cum alio Angelo, qui loco Dei loquebatur: & hoc erat, quia audierat deſtructionem illarum ciuitatum, & pietate motus cepit orare pro earum liberatione. *Nunquid perdes iuſtum cum impio?* Volebat iſto modo Abrahã perſuadere Deo, vt non deſtrueret ciuitates dicens. *Nunquid perdes.* Ideſt occides. *Iuſtum cum impio.* Quaſi dicat, non pertinet ad te: ſed ſi ciuitates totaliter euerteres cum ſint ibi aliqui iuſti deſtruentur iuſti cum impijs, ergo non debes deſtruere has ciuitates. *Si fuerint quinquaginta iuſti.* Sciebat enim Abraham, quòd Deus non deſtrueret iuſtos cum iniuſtis, & quia ſciebat Loth iuſtũ eſſe, ideo certus erat de liberatione eius, ſed volebat adhuc, quòd propter iuſtos parceretur iniquis. Petiuit autem primo quinquaginta iuſtos, quia erant quinq; E
ciuitates, licèt non omnes perierunt, quia Segor manſit illæſa precibus Loth, vt patet ſequen. cap. ideo pro qualibet volebat opponere decem iuſtos. Vel fortè dicebat hoc pro qualibet ciuitate, ſcilicet, quòd in qualibet inuenirentur quinquaginta. Vel fortè dicebatur de Sodoma, quæ erat principalis, quia in litera dicitur. *In ciuitate.* Singulariter, & non in ciuitatibus. Non debet tamen intelligi, quòd Abraham ſolum rogabat pro ciuitate Sodoma, ſed etiam pro alijs quaſi
Primus ex-
poſitio.
thor. Sed ponitur hic ſingulariter, quia cum iſta eſſet metropolis aliarum, loquendo de iſta intelligeba-

tur de alijs. Sicut ſupra dicendo, quòd peccatum Sodomorum, & Gomorrhæorum clamabat ad Dominum; intelligebantur aliæ tres ciuitates, quia minores erant: ita hic exprimendo Sodomã, quæ erat maior, intelligitur oraſſe pro cæteris.

Vel dicendũ, quia licèt ponatur ſingulariter ciui- Secunda.
tas, debet intelligi pluraliter, ſicut ſæpe conſuenit in Hebræo, vt patet Exod. 8. Venit muſca grauiſſima, ideſt plures muſcę. *Abſit a te, vt rem hanc facias.* Quia hoc valde iniuſtum eſt. *Et occidas iuſtum cum impio.* Abraham habet ſe hic ad modũ perſuaſoris, qui non habet fortiſſimum fulcimentum, & variat terminos, & ſic cum Abraham concludere vellet, quòd parceretur loco propter iuſtos, dicebat abſit, vt occidas iuſtum cum impio, & ſecundum veritatem hoc non concludit, quod ipſe vult, quia ſi aliqui iuſti eſſent in illis locis, quotcunque eſſent, liberaret eos Deus de medio aliorum, & non parceret loco propter eos. Non ergo concluditur intentio eius, ſcilicet, vt parcatur loco, ppter iuſtos, ſed orat, vt poteſt, ſicut nos facimus inuoluentes terminos quando putamus audientes non percipere, vt videamur concludere, quòd non concludimus. *Non eſt tuum hoc, qui iudicas terram.* Ideſt non pertinet hoc ad te, qui es iudex totius terræ, & ideo debes eſſe iuſtior omnibus iudicibus particularibus: ſi enim tu iuſtum cum iniuſto perderes, quanto magis facerent filij hominum? *Si inuenero in Sodomis.* Poteſt hoc accipi dupliciter, vel in Sodomis, vel in ciuitate Sodomorum, & tunc eſt ſenſus, quòd in quolibet loco quinquaginta iuſti eſſe debebant, vt liberaretur, & hoc ſatis videtur innuere litera, cum ſupra dicebat, & non parces loco illi. Prima expoſitio.

Alio modo poteſt accipi. *In Sodomis.* In tota terra Secunda.
Sodomorum, & quia Sodoma erat metropolis aliarum quatuor ciuitatum, ideo intelligebantur aliæ: vtrumque dici poteſt, ſed magis videtur velle litera, quòd in quolibet loco deberent eſſe quinquaginta iuſti. *In medio ciuitatis.* Ideſt in ipſa ciuitate: medium Prima expoſitio.
enim, vt communiter accipitur in ſacra ſcriptura pro medio interpoſitionis, & non pro medio q̃uidiſtantiæ, vel dicitur. *In medio ciuitatis.* Ideſt publicè facientes iuſtitiam, ita quòd ab alijs cognoſcantur tanquam in medio exiſtentes. *Dimittam omni loco.* Ideſt toti loSecunda.
co; Omnis, diſtribuit pro partibus ſubiectiuis, Totus autem pro partibus integralibus, ſiue materialibus. Sed more ſacræ ſcripturæ aliquando ponitur vnum pro altero. *Quia ſemel, ait, cepi loquar.* Quaſi dicat, ego non fuiſſem auſus à principio petere à Deo, quòd liberaret iſtas ciuitates, vel quamlibet earum pro qua draginta quinque iuſtis: Sed ex quo iam cæpi rogare, & petiui pro quinquaginta, petam etiam liberationem pro quinquaginta quinque. *Cum ſim puluis, & cinis.* Ideſt, licèt ego, quia ſum puluis, & cinis, ideſt factus de puluere, & in cinerem redigendus propter conditionis meæ vilitatem, non deberem coram tanta maeſtate multiplicare verba, ſed quia ſemel incœpi, iccirco continuabo. *Delebis propter quadraginta quinque ciuitatem.* Cum eſſent ciuitates quinque cuilibet An petendo pro 45. iuſtis petebat pro oĩbus ciuitatibus.
reſpondebant nouem iuſti: pro illis ergo petit, quòd parcatur omnibus illis ciuitatibus, vt quidam volunt: & ideo dicunt, quòd non auſus eſt diminuere numerum iuſtorum. Sciebat enim, quòd in arca tempore diluuij euaſerant octo animæ, ſed propter illas non indultum fuit alijs: hoc ſatis patet, ſupra ſexto, & ſeptimo, & octauo cap.

Dicunt ergo iſti, quòd quando Abraham poſtea deſcendit petens liberationem, ſi eſſent quadraginta iuſti, non petiuit pro omnibus quinque ciuitatibus, ſed tãtum pro quatuor, & ſic correſponderent cuilibet decẽ, cum autẽ petiuit pro triginta Deum, q̃ ſolũ

petiuit pro tribus ciuitatibus, quando pro viginti petiuit pro duabus, qñ aũt petiuit pro vna ciuitate solũ, scilicet pro ciuitate Sodomorũ petiuit ꝓ decẽ. Mihi autem autem semper videtur, quòd ita dicantur pro vna ciuitate, siue quando ponuntur quinquaginta, siue quadraginta vsque ad decem, & hoc magis innuit litera, & quia Abraham non solum rogabat pro vna illarum ciuitatum, sed pro omnibus quinque, videtur dicendum, quòd pro qualibet earum ponebat quinquaginta iustos, & deinde vsque ad decem.

Cõsutatio rõnis prima opinionis.

Et ratio quam illi ponunt valde friuola est, quòd quando petiuit saluationem, si essent quadraginta quinque iusti, quòd petebat pro omnibus ciuitatibus, cum autem descendit ad quadraginta, & infra petijt solum pro quatuor, vel tribus &c. vt cuilibet venirent nouem iusti, quia pro octo non saluarentur, sicut mundus non fuit liberatus a diluuio pro octo iustis, qui erant in arca. Ista ratio peccat in duobus; primo, quia falsum præsupponit; secundo, quia non cõparabilia æquat.

Primò, quia dicit, quòd non fuit liberatus mundus à diluuio pro octo iustis. Sed præsupponit, quòd si fuissent nouem liberatus fuisset: quia vsque ad illum numerum petere audebat Abraham. Sed hoc non videtur rationale, sed etiam si Deus inuenisset mille iustos non parceret propter illos, quia dato quòd in stirpe Seth essent multi iusti, tamen adhuc deleuisset Deus omne genus Cain: quia cuncti pessimi erant, & Deo abominabiles. Quare autem decuit, tunc castigari diluuio genus humanũ, diximus supra sexto capitulo.

Secundariò peccat ista ratio, quia non comparabilia æquat; quomodo enim vna parua ciuitas toti orbi comparabitur? Nullo modo. Sed isti dicunt, quòd quia totus orbis non fuit defensus a diluuio propter octo iustos, ideo non ausus fuit Abrahaam descendere, vt peteret cuiuslibet ciuitatis illarum liberationẽ pro octo iustis. Manifestum est, quòd peccata totius orbis, propter quæ venit diluuium erant maiora peccatis vnius ciuitatis illarum in millecuplo, quia tunc omnis caro corruperat viam suam, vt patet supra 6.c. Si ergo toti orbi pepercisset Deus si inuenisset nouẽ iustos, vel paulo plures: ergo parcere debuisset cuilibet istarum ciuitatum propter vnum, & si aliquid minus dari potest. Item cum peccata istarum quinque ciuitatum simul, non essent contra æqualia peccatis totius orbis, saltem compararentur istæ ciuitates toti orbi. Sicut ergo ipsi præsupponunt, quòd pro pauciori-bus vltra nouem potuisset liberari a diluuio totus orbis, ergo sic & a fortiori potuissent liberari istę quinque ciuitates pro decem iustis, vel valde paucis. multum ergo est dictum friuolum. Doctores autem nostri communiter dicunt, quòd ista petitio a principio vsque ad finem fuit pro omnibus quinq; ciuitatibus, Sed quando Abraham vnam gratiam obtinuerat, rursus petebat aliam maiorem descendẽdo vsque ad decem, vltra descendere non fuit ausus, quia decem homines faciunt populum, pauciores autem non. Quòd autem petatur liberatio maioris populi pro minori non est iniustum: sed quòd petatur liberatio quinque populorum pro tam paucis, qui populus dici non poterant, non videtur rationale. Et licèt hoc verum possit esse, ratio tamen ista, quam dant, non habet colorem, quia liberatio aliquorum populorum pro iustitia aliorum non respicit multitudinem iustorum, sed respicit magnitudinem meritorum: patet fundamentum, quia secundum Philosophum in quinto Ethic. distributio honorum, vel pœnarum quãdo fit in multis, fit per iustitiam distributiuam, in qua consideratur dignitas personarum, & non numerus. Vt patet,

Reprẽhenditur.

quia si aliquis dux eat ad bellum, & multi alij homines eant ad bellum, rex distribuens postea istis, quod merentur, non dabit magis duobus hominibus quibuscunque, quam illi duci pro se ipsos, immo magis dabit illi duci solum pro persona sua, quàm decem, vel duodecim de alijs quibuscunque. Sic ergo cum distribuatur pœna, vel honor aliquibus, non debet considerari ibi, qui sint plures, sed qui maiora merita habent, & quia interdum merita duorum sunt æqualia, vel maiora meritis mille hominum iustorum: ideo illis dabitur maior honor, vel retributio in quacunque alia re. Non debet ergo dici, quòd pro decem iustis debet parci alicui populo, & non pro nouem, vel paucioribus, sed debet cõsiderari quantitas meritorum, in qua fortè excedunt nouem iusti decem iustos.

Etiam dato, quòd ista retributio pœnarum pro vt comparatur ad vnum, vel ad plures, nõ autem ad plures inter se, sed ad plures absolutè tunc fiat, manifestũ est, quòd fiet secundum commutatiuam iustitiam, vt patet in 5. Ethico. in qua attenditur æqualitas rei, siue quantitatis: quantitas autem, quæ consideratur in datione honoris, vel pœnæ, est quantitas actus vitiosi, vel virtuosi, & non numerus peccãtium, quia si mille homines simul furati sunt vnum equum, & duo homines soli furati sunt duos equos, magis soluent duo homines quàm mille homines. Sic ergo cum in nouem iustis esse possent tot merita, quot sunt in decẽ, & pluribus: ergo ita parcetur ciuitati, vel ciuitatibus propter nouem, sicut propter decem, & melius, licèt decem faciant populum, nouem autem non. His omnibus mihi videtur dicendum, quòd Abraham non considera-uit vtrum pauciores quàm decem populum cõstituerent, vel non, sed quia totiens à Deo petierat, timuit ne vltra descendendo Deus irasceretur ei, ideo non ausus fuit magis descendere, & hoc innuit litera ibi pra cum dicit. *Obsecro, inquit, ne irascaris domine, si loquar adhuc semel.* Credidit ergo, quòd irasceretur, si vlterius in talibus insisteret, sicut quando Deus sententiauerat, quòd Moyses moreretur extra terram promissionis, scilicet ante illam partem, quæ est vltra Iordanẽ, & Moyses sæpe ad Deum oraret, vt huius sententia remitteretur, irascebatur Deus, vt habetur Deutero. 3.ca. vbi dicitur: Iratusque est mihi dominus propter vos, & non exaudiuit me, sed dixit mihi, sufficit tibi, nequaquam loquaris vltra de hac re ad me. *Abijt autem dominus.* Ideò ille Angelus, qui loquebatur ista cũ Abraham: disparuit enim postquam colloquia finita sunt. *Et ille.* Ideò Abraham reuersus est in locum suum, ideò in tentoria, quæ habebat in cõualle Mambrę: iuerat enim cum Angelis aliquantulum contra Sodomam.

Determinatio thomæ.

Ratio autem potissima, quare Abraham non ausus fuit petere infra decem, fuit, quia Deus misit in eum terrorem ne peteret. Deus enim secundum suam certissimam scientiam iudicauerat Sodomam, & alias tres ciuitates esse delendas, quia iam erant incorrigibiles, & peccata eorũ ad summum deuenerãt, ideoque iudicium illud immutabile erat. Ex alia parte Deus volebat complacere Abrahæ, quia erat fortuus eius, nec erat in toto orbe aliquis, qui Deo corde tam sincero, & deuoto adhærerer, & quia sciebat non esse ibi quinquaginta, nec quadraginta, & sic vsque ad valde modicos permittebat eum petere vsque ad quatuor, quia erant quatuor in ciuitate Sodomorum scilicet Loth, & vxor eius, & duæ filiæ eius, oportebat quòd Deus contristaret Abraham, non exaudiendo preces eius, cum necessario futurum illud erat, quia absolute illud Deus diffinierat. Et fortè in istis quatuor ciuitatibus erant septem, vel octo iusti, quia sicut in ciuitate Sodoma erant quatuor, ita in qualibet aliarum posset esse saltem vnus, & sic si, infia decem peteret immediatè incideret inconueniens. Et sic dicatur, in alijs ciuitatibus erant aliqui iusti, quid factum est de illis? nunquid perierunt cum impijs? Non uidetur rationale, vt dicebat Abraham Deo supra, non est tuum hoc, qui iudicas omnem terram. Respondetur, quòd illi per Angelos de ciuitatibus illis liberati sunt, sicut Loth de Sodomis, sed de illis nõ fit mentio, quia principalis intentio erat dicere de liberatione Loth propter merita Abrahæ. Vel fortè dicendum, quòd Deus dedit eis in corde, ut exirent de ciuitatibus, quando destrui debebant.

De subuersione Sodomorum, & liberatione Loth, & facto filiarum eius.

Cap. XIX.

VENERVNTQVE duo Angeli Sodomam vespere sedente Loth in foribus ciuitatis. Qui cum vidisset eos, surrexit, & iuit obuiam eis: adorauitque pronus in terram, & dixit: Obsecro domini declinate in domum pueri vestri, & manete ibi: lauate pedes vestros, & mane proficiscemini in viam vestram. Qui dixerunt: Minimè, sed in platea manebimus. Compulit illos oppidò, vt diuerterent ad eum: ingressisque domum eius fecit conuiuium, coxit azyma, & comederunt. Prius autem quàm irent cubitum, viri ciuitatis vallauerunt domum illius a puero, vsque ad senem, omnis populus simul. Vocaueruntque Loth, & dixerunt ei: Gen. 24. Vbi sunt viri, qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc, vt cognoscamus eos. Egressus ad eos Loth post tergum accludens ostium ait: Nolite quæso fratres mei, nolite malum hoc facere. Habeo duas filias, quæ necdum cognouerunt virum. Educam eas ad vos, & abutimini eis sicut vobis placuerit, dummodo viris istis nihil mali faciatis: quia ingressi sunt sub vmbra culminis mei. At illi dixerunt: recede illuc. Et rursus: ingressus es, inquiunt, vt aduena: nunquid Iudith. 10 vt iudices? Te ergo ipsum magis, quàm hos 2 Reg. affligemus. Vimque faciebant Loth vehementissimè: iamque prope erat, vt effringerent fores. Etecce miserunt manum viri, & introduxerunt ad se Loth, clauseruntque ostium, & eos, qui foris erant percusserunt cęcitate a minimo vsque ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent. Dixerunt autem ad Loth, habes hic quempiam tuorum Gen. 6. generum, aut filios, aut filias, omnes qui tui sunt, educ de vrbe hac; Delebimus enim locum istum: eo quòd increuerit clamor eorum coram domino, qui misit nos, vt perdamus illos. Egressus itaque Loth locutus est ad generos suos, qui accepturi erant filias eius, & dixit: surgite, & egredimini de loco isto, quia delebit dominus ciuitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui. Cumque esset mane cogebant eum Angeli, dicentes: Surge tolle vxorem tuam, & duas filias, quas habes: ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Dissimulante illo apprę- Sap. 10. henderunt manum eius, & manum vxoris, ac duarum filiarum eius, eo quòd parceret Dominus illi. Eduxeruntque eum, & posuerunt extra ciuitatem, ibique locuti sunt ad eum dicentes: Salua animam tuam: noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione: sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas. Dixitque Loth Sap. 10. ad eos: quæso domine mi: quia inuenit seruus tuus gratiam coram te, & magnificasti misericordiam tuam, quam fecisti mecum, vt saluares animam meam: nec possum in monte saluari, ne forte apprehendat me malum, & moriar. Est ciuitas hic iuxta, ad quam possum fugere, parua, & saluabor in ea. Nunquid non modica est, & viuet anima mea? Dixitque ad eum: ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, vt non subuertam vrbem, pro qua locutus es. Festina, & saluare ibi, quia non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum est nomen vrbis illius Segor. Sol egressus est super terram, & Loth in- Esa. 13. gressus est Segor. Igitur dominus pluit su- Hier. 50. per Sodomam, & Gomorrham sulphur, & Ezec. 16. ignem a Domino de cœlo, & subuertit ci- Osee 11. uitates has, & omnem circa regionem, v- Amos. 4. niuersos habitatores vrbium, & cuncta ter- Luc. 17. ræ virentia. Respiciensque vxor eius post se, versa est in statuam salis. Abraham autem consurgens mane, vbi steterat prius cum Domino, intuitus est Sodomam, & Gomorrham, & vniuersam terram regionis illius: viditque ascendentem fauillam de terra, quasi fornacis fumum. Cum enim subuerteret Dominus ciuitates regionis illius, recordatus est Abrahæ, & liberauit Loth de

subuersione vrbium, in quibus habitauerat. Ascenditque Loth de Segor, & mansit in monte, duæ quoque filiæ eius cum eo: timuerat enim manere in Segor: & mansit in spelunca ipse, & duæ filiæ eius cum eo. Dixitq; maior ad minorem: pater noster senex est, & nullus virorum remansit in terra, qui possit ingredi ad nos, iuxta morem vniuersæ terræ. Veni inebriemus eum vino, dormiamusque cum eo, vt seruare possimus ex patre nostro semen. Dederunt itaque patri suo bibere vinum nocte illa. Et ingressa est maior, dormiuitque cum patre. At ille non sensit, nec quando accubuit filia, nec quando surrexit. Altera quoque die dixit maior ad minorem: Ecce dormiui heri cum patre meo: demus ei bibere vinum etiam hac nocte, & dormies cum eo, vt saluemus semen de patre nostro. Dederuntque etiam, & illa nocte patri suo bibere vinum: ingressaque minor filia dormiuit cum eo, & nec tunc quidem sensit quando concubuerit, vel quando illa surrexit. Conceperunt ergo duæ filiæ Loth de patre suo. Peperitque maior filium, & vocauit nomen eius Moab. Ipse est pater Moabitarum vsque in præsentem diem. Minor quoque peperit filium, & vocauit nomen eius Ammon, ideſt filius populi mei. Ipse est pater Ammonitarum vsque hodie.

VENERVNTQVE. Descripta Abrahæ oratione hic subiungitur de eius pro Loth exauditione, & diuiditur in quatuor. Primò ponitur destructionis Sodomorũ occasio: Secundo subnectitur Loth, & suorum liberatio, ibi. *Iam prope erant.* Tertiò Sodomorum subuersio, ibi. *Igitur dominus pluit.* Quartò criminis nefarij perpetratio, scilicet incestus, ibi. *Ascendit Loth de Segor.* Circa primum dicitur. *Veneruntque duo Angeli.* Scilicet duo Angeli, qui cum tertio erant ad Abraham, qui conceptum Saræ nunciauit, & illo manente in colloquijs cum Abraham, alij duo verterunt se contra Sodomã, vt Dei mandatum exequerentur, vt patet cap. præcedenti. Magis determinat hic litera Hebraica quàm nostra: nam ex litera nostra non patet, vtrum isti duo Angeli, qui venerunt Sodomam, fuerunt de illis tribus, qui Abrahæ apparuerunt, nisi ex c. superiori conijciatur, vbi dicitur quod conuerterunt se contra Sodomam: etiam non innuit clarè litera nostra vtrum fuerint homines, vel Angeli: litera autem Hebraica vtrunque certificat, ponendo hic articulum quendam qui aliquo modo conuenit cum relatiuo, & est litera: Venerunt autem illi duo Angeli, in quo innuitur, q̃ erant illi Angeli, de quibus loquebatur in superioribus, & non aliqui alij nouiter missi. Etiam quia in superioribus non fecerat mentionem de aliquibus Angelis duobus, nisi dicantur isti duo, qui conuerterunt

F

G

H

I

K

uultum contra Sodomam, ergo dicendum est illos duos esse Angelos. Et ex vi istius articuli positi in litera Hebraica respondet Rab. Abraham Auen Ezra ad positionem quorũdam simplicium Christianorum, qui dicunt illos tres viros fuisse Trinitatem apparentem in tribus effigiebus, vnde probat ipse, q̃ fuerint tres Angeli, quia litera dicit, venerunt q̃; illi tres Angeli, cum ponatur articulus loco relatiui, quia articulus secundam notitiam suppositorum demonstrat, vt ait Priscianus in primo minoris. Et sciẽdum, q̃ licèt peccatum Sodomorum erat grauarum nimis, vt supradictum est, non tamen adhuc merebatur subuersionẽ, nisi altissimum Dei iudicium, nisi contra Angelos in specie virorum venientes insurrexissent, vt eis abuterentur. Quare autem duo Angeli venerunt: respondent communiter Hebræi, & Latini, q̃ vnus venit ad subuertendum ciuitates, alius ad liberandum Loth. Sed contrarium demonstratum fuit. c. præcedẽti: dic ergo, vt ibi. *Vespere.* Dicunt aliqui, q̃ ideo venerunt in vespere, quia per totam diem expectauerunt, vt videret si dominus parceret ciuitatibus propter Abrahã: Angeli enim boni desiderant salutẽ omnium hominum. Hoc satis bene dicitur, sed fortè melius dicetur, q̃ ideo non intrauerunt vsq; ad vesperum, vt haberẽt occasionem manendi in ciuitate illa per noctem ad hoc, q̃ hospitarentur a Loth. Si enim transiissent in meridie per ciuitatem illam, non haberent occasionẽ manendi ibi, sed transeundi vltra, quia Loth non exiret eis obuiam, vt hospitarentur in domo sua, cum videret superesse magnam partem diei, in qua possent ambulare ad vlteriora loca; ipsi tamen s̃m Dei ordinationem volebant hospitari in domo Loth, vt liberarent eum, sicut postea accidit: Loth tamen non accepisset eos, nisi veniret in vespere, ideo distulerunt intrare ciuitatẽ vsq; ad vesperam. *Sedente Loth in foribus ciuitatis.* Dicunt Iudæi quidam, q̃ Loth sedebat, vt iudex principalis inter alios iudices, qui tunc temporis sedebãt in portis ciuitatum, vt patet Deut. 21. & 22. & 25. & Ruth. 4. c. Sed hoc nõ est veri similè, quia inf. dixerunt Sodomitæ ad Loth, ingressus es, vt aduena, nunquid vt iudices nos? Videtur ergo dicendum, q̃ Loth sedebat in porta ciuitatis, vt videret venientes, & colligeret eos ad se: maximè enim, quia sciebat praua consuetudinem terræ illius, ideo recipere volebat omnes viatores, ne si ab illis reciperentur, abuterentur eis, quod erat valde dolendum: exercebat ergo in hoc Loth præclarissimum opus charitatis. Didicerat enim Loth hospitalitatem in domo Abrahæ, cum morarentur simul, sic enim Abraham expectabat hospites sedens in ostio tabernaculi, vt patet cap. præcedenti. *Qui cum uidisset.* Scilicet Angelos in ipsem virorum. *Surrexit, & iuit obuiam eis.* Vt eos honorarer, & sic magis ad suum hospitium traheret. *Et adorauit pronus in terram.* Non adorando eos, vt Deos, sed faciendo reuerentiam, vt hominibus, sed quia Loth vel de vrbanus erat, tantum se inclinauit. Sic dicitur de Abraham præcedenti cap. quòd cum surrexit, & inuitaret ad hospitium suum tres viros, adorauit pronus in terra. *Declinate in domum pueri uestri.* Magna pareț humilitas, charitas, & curialitas: omnibus enim bonis plenus erat. *Manete ibi.* Scilicet ista nocte, quia iã erat vespere, nec restabat tempus ad itinerandum vltra. *Lauate pedes uestros.* Ad refrigerationem itineris propter pulueremq; & calorem: iste enim erat mos Abrahæ, vt patet præcedenti. c. quia tribus Angelis aquã dedit ad lauandum pedes. *Qui dixerunt minimè.* Ideſt non ibimus ad domũ tuam. Sed dices vr̃, q̃ Angeli mentiti sunt: quia cum intenderent ire ad domũ Loth, dicebant, q̃ nolebant. Rñdetur q̃ licèt Angeli intẽderent declinare in domum Loth, non tamen ad primam petitionem,

Rab. Abrahã, Auen Ezra.

Cur duo Angeli venerunt Sodomã.

Opinio Iudæorũ confutat.

nem, vt daretur aliis exemplũ hospitalitatis, & ideo non negauerunt se illuc simpliciter nõ ituros, sed negauerunt se nõ ituros ad illam primam rogationem. Vel aliter dicendum quòd ista negatio non fuit negatio determinantium sic futurum esse, sed negatio aliquorum rogari volentium ad exemplum futurorum. *Sed in platea manebimus.* Ex vrbanitate hoc dicebant, ne impediret Loth circa officium hospitalitatis & est exemplum, quòd quantumcunque homo potuerit, debet se excusare, ne alios occupet, vel eis laboris materiam præstet. *Compulit illos oppido.* Ideſt valde; ex quo patet, quòd peregrini non sunt solum vocandi, sed cum instantia trahendi, & simile habetur Luc. vlti. de Christo, quando apparuit duobus discipulis euntibus in Emmaus, quia ipsis inuitantibus manere nolebat, donec coegerunt eum. *Fecit conuiuium.* quia ad perfectam hospitalitatem non solum requiritur lectus ad manendum, sed etiam cibus ad naturam confortandum. *Et coxit azyma.* Ex hoc Iudæi arguunt, q̃ tempus in quo venerunt Angeli Sodomam, erat tempus Paschale, quia in solennitate Paschali comedebantur azyma septem diebus, vt patet Leuit. 23. & Exod. 12. cap. & dicunt, quòd Loth didicerat omnes istas cæremonias in domo Abrahæ, quia Abrahã omnia ista obseruabat, sicut patet de circuncisione, supra 17. cap. & de obseruatione Sabbathi. supra 2. cap. Sed hoc falsum est, quia comedere azyma pertinebat ad solennitatem Paschalem: Pascha autem est transitus, vt patet in Hebraica lingua, & hoc fuit quando Angelus percutiens Aegyptios transibat domos Iudæorũ neminem percutiendo. Sed istud Pascha nõdum fuerat, ergo comestio azymorum, quæ erat propter Pascha nõdum erat, quia signatum naturaliter est prius signo. Item si ista comestio azymorũ ante fuisset, non repeteret eam Deus totiẽs in Exo. Leui. Nu. & Deut. sicut erat de circuncisione, quæ licèt esset principalis cæremonia distinctiua populi Dei, & tamen quia data fuerat, & obseruata ante Mosayeam legem, in lege nunquam repetitur. Item principaliter, quia prima comestio Iudæorum fuit in exitu de Aegypto, quia cũ fecissent Iudæi massas illa nocte, vel habuissent eas factas a multis diebus, & non fermentatas secundum morem Aegypti, vt dicetur Exod. 12. cap. vt craſtina die panem haberent ad recedendum compellẽtibus Aegyptijs, nocte, vt velociter recederent non potuerunt massæ fermentari, sed tulerunt eas conspersas ligatas in pallijs, & postea non fermentatas coxerunt, & comederunt: patet ergo, quòd ante nõ erat aliqua obseruatio Paschalis. Si enim Paschalis obseruatio fuisset deberent comedi azyma, & sic populus Israeli ticus in Aegypto fecisset azyma, sed non fecit, quia dicit litera, quòd volebat populus fermentare massas, sed compellentibus Aegyptijs fermẽtare nõ potuit, non ergo omiserunt fermentare ob aliam causam, ni si quia non potuerunt. Et tunc arguitur sic, signum rememoratiuum semper debet subsequi suum signatum, sed comestio azymorum est rememoratiua illius primæ comestionis, quando de Aegypto exierũt, ergo nunquam ante fuit: minor patet Deuteron. 16. scilicet, quòd comedere azyma repreſentet illam primam comestionem, vbi dicitur: Septem diebus comedes afflictionis panem absque fermento, quia in pauore egressus es de Aegypto, vt memineris diei egressionis tuæ de Aegypto omnibus diebus uitæ tuę. Quando ergo dicitur hic, coxit azyma, intelligitur, q̃ fecit cito panes sine fermento, vt velocius parare possent, ne detinerentur conuiuę. Venerunt enim isti cõ uitiæ ad vesperum, & defecerat panis in domo Loth, & quia non poterant cito fieri panes, si fermentari deberent, mandauit quòd sine fermento cito coquerẽ-

A

B

C

D

E

tur, & hoc idem Abraham fecerat istis duobus Angelis, & alteri tertio, qui eadem die ad eum venerant, & cum non haberent panem, fecit subcineritios panes, qui vocantur etiam azyma, quia sine fermento sunt, vt patet. c. præcedenti. Et quando dicitur, quòd Loth didicerat ista cæremonialia in domo Abrahæ, scilicet Pascha, sabbathum, & similia, falsum videtur, quia tũc ista non erant: de sabbatho autem, vtrum tunc obseruaretur, diximus supra 2. c. Vtrum autem ante dationem legis fuerit distinctio de mundis, & de immundis obseruata, diximus plenè, supra 7. & 8. c. & in istis locis vide de alijs cæremonialibus. *Prius antequam venerunt cubitum.* Et sic aliqua noctis pars transierat, postq̃ ipsi cænauerant, & quieuerant, & populus non venit immediatè, vt intrauerũt viri in domum Loth, ne fugere possent, sed voluerunt comprehendere eos dormientes, vel cænantes: ita quòd effugere non possent. *A puero usque ad senem.* Est enim locutio hyperbolica, sic etiam dicitur astra ferit clangor, & illud

Aurea fœmineus perstringit sidera clamor.

Vt patet Alexandreidis lib. 3. de captione ciuitatis Tyri, in qua fœminę clamabant, & dicebatur clamor earum percutere astra, quia magnus valde erat: non est enim verisimile, q̃ totus populus ciuitatis Sodomorum staret circa domum Loth, quia non possent capi. Sed erant ibi valde multi de pueris, & senibus. Nominat hic pueros, & senes, & non nominat viros, quia ætas virilis est potentissima ad actus venereos, ætas autem puerilis, & senilis sunt inhabiles, nõ ergo fuit necesse viros nominari. quia satis constabat, q̃ illuc irent cum non essent pueris, & senibus sanctiores, & ætas magis ad hoc impelleret. Sed ad notandum pessimã, & infandissimam istius ciuitatis consuetudinem ponuntur pueri, & senes, qui aliàs inhabiles sunt. *A puero.* Isti non erant incontinentes, quia non ex passione hoc faciebant, sed intemperatissimi, quia hoc ex totali electione faciebant, & pueros suos ad hoc edocebãt primo eos pati facientes in primęuo ætatis flore, donec satis barbati essent: deinde reciproce, & agebant, & patiebantur: & ideo tanquam ad hoc assueti cõuenerunt ad vallandum domum Loth. Istum modum etiam tenuit Orpheus, qui fuit primus poetarum, & theologus vocatus, quem ego infandissimam bestiã iudico nominandum: cum enim nubere nollet in Thracia, in qua ipse genitus erat, postquam Euridicem vxorem suam ab inferis reuocare non valuit, per triennium ab omni tactu fœmineo abstinens ad vltimum in labem istam infandissimam corruit, quasi per sexcentos annos post subuersionem istarum ciuitatum, & homines terræ suæ docuit ista operari persuasionibus trahens. De quo Ouidius Metamorpho. lib. 10. sic ait.

Orpheus non Theologus, sed belua.

Ille tamen Thracum populis fuit auctor amorem
In teneros mutare mares, citraque iuuentam,
Ætatis breue uer, & primos carpere flores.

Vsque ad senem. In quibus iam calor naturalis deficit, & calor venereus totaliter extinguitur, tamen quia secundum habitum intemperatissimi erant, ideo quod natura negabat, isti infelices facere attentabant, quia si non facerent, satis lętabantur saltem, quando alij coram eis coitu fœmineo concũbebant. Sic enim ait Seneca, quòd tempore suo, quando in ciuitate Romana totalis intemperantia vigebat, postquam viri defatigati erant exhaustis medullis laborantes, faciebant paruulos pueros, & puellas coram se concũbere, vel saltem hoc tentare, vt sic ipsi turpissimi ad libidinem mouerentur. *Et uallauerunt domum illius.* Quia timuerunt, quòd viri videntes impetum fieri per ostia domus, effugerent per aliam partem, & sic nullam partẽ domus ab extra reliquerunt, vbi multi non obsiderẽt.

Qui introierunt ad te. Idest domum tuam, vt hospitaren F
tur tecum. *Educ uiros, ut cognoscamus eos*. Scilicet abu-
tentes eis. *Egressus ad eos Loth*. Scilicet mansuetis ver-
bis, vt eorum irrationabilem impetū mitigaret. *Post*
tergum accludens ostium. Ne intrarent Sodomitæ, & ra-
perent viros: dicitur accludens, quasi ad se claudens:
sic enim fecit Loth claudendo cōtra se hostium. *Nolite quæso fratres mei*. Verba valde blanda sunt, quia ver-
bum dulce mitigat iram, vt patet Prouer. 15. c. cum di
citur, responsio mollis frangit: sermo durus suscitat
furorem. Sed in hoc concupiscibilis ab irascibili defi-
cit, quia ira verbis blandis vincitur, tanquam aliquid
non multum recedens a ratione, concupiscibilis autē
quantum ad libidinem verbis non cedit, quia bestia-
lis conditionis existit: ideo dicit Philosophus 2. Ethi. G
difficilius est pugnare contra concupiscētiam, quàm
contra iram. *Nolite hoc malum facere*. Non solum ma-
lum est, immo malorum iudandissimum, quia licèt
bestialitas peius vitium iudicetur maiorem tamen ve
recundiam infert hoc, quia alia omnia ipsum perpe-
trant. *Habeo duas filias, quæ nondum cognouerunt uirum*. So-
domitæ masculorum concubitus sequebantur, tan-
quam delectabiliores existentes coitibus fœminarū,
si ergo Loth daret filias suas, ipsi non curarent dimit-
tere actum nefandissimum, tanquam delectabiliorē
existentem, ideo addidit. *Quæ nondum cognouerunt uirum*.
Quia carnis amatores solēt coitus virgineos super om
ne delectabile affectare: ideo putauit Loth sic eos pla
care, sed nec sic valuit, quia incanduerat eorum æstus, H
& nephanda libido super carbones ignitos, & si forte
isti Angeli fuissent veri homines, & Sodomitę potuis
sent comprehendere eos improba totius ciuitatis li-
bidine eos vexatos occidissent, sicut factum fuit in Ga
baa, quia viri ciuitatis illius occiderunt vxorem Le-
uitæ per totam noctem libidine improba vexantes,
cum vellent Leuitam domini nepharia libidine ma-
culare, vt patet Leuit. 19. cap. *Et abutimini eis sicut vobis placuerit*. Dabat Loth filias suas sodomitis non ad v-
tendum, sed ad abutendum, quia sciebat, quòd non
naturali modo, sed in vase indebito eas erant cognitu
ri, sicut in viris facere consueuerant, & hoc notat cū
dicit. *Abutimini*. Hoc peccatum siue fiat in viro, siue
in fœmina in vase indebito vocatur contra naturam, I
quia natura instituit, vel ingeniauit istum actum ad
multiplicationem individuorum, & cōseruationem
specierum, & quia coeundo cum uiro uel cum fœmi
na in uase indebito, nullo modo ordinatur ad gene-
randum, nec ordinari potest per naturam, ideo uocā-
tur contra naturam. Si autem aliquis coeat cum pro-
pria matre, qđ satis est horribile, & infandum, & recte
rationi repugnans, nō dicitur agere contra naturam,
quia inde gignere potest, ut genuit Oedipus rex The
barum ex Iocasta matre sua, ut ait Seneca: Tragedia
5. & Statius Poeta in lib. Thebaidos.

An Loth licitè tradere volebat filias suas Sodomitis.

Dubitari solet vtrum Loth licitè, vel illicitè filias
suas tradere voluerit, ne Sodomitę viris illis abuterēn
tur. Et videtur quòd licitè, quia faciens, quòd de iu-
re naturali est, nō peccat, cùm ius naturale sit iustum K
simpliciter, & certum quòd sit iustum patet 5. Ethico
rum. iusta autem humana valdè mutabilia sunt in tā-
tum, quòd sola humana positione constare videan-
tur, vt 1. Ethicorum, capit. 2. Sed defendere hospites
suos a tanta infamia, & morte erat de iure naturali, er-
go licuit sic facere.

Item de duobus malis, quando instat necessario al-
terum illorum, minus malum est eligendum, sed de-
testabilior est Sodomia quàm virginum defloratio,
ergo dari poterant virgines ne uiri paterentur. Con-
firmatur hoc; quia libellus repudij aliquod malū erat,
& datum ad duritiam cordis Iudæorum, ut patet
Matth. 19. cap. Sed tamen sanctus Moyses hoc per-
misit, ut patet Deuteron. 24. cap. & hoc erat ne occi-
derent vxores, vt dicit glos. nostra ordinaria, & hoc,
quia maius malum erat vxoris occisio, quàm repudia
tio, ergo cum sit peior sodomia, poterat stuprum per
mitti, ne in illā incurreretur. Item leges humanæ per-
mittunt meretrices tanquam aliquid conseruans pa-
cem publicam, vt ait August. meretrices tolle de ciui
tatibus, & cuncta libidinibus conturbabis, sed mere-
tricatio necessario, incipit in puellis a stupro, ergo cō
sentiri debet stuprum.

Dicendum, quòd nō licitè obtulit Loth filias suas
stuprandas, vt iuueries a tanto scelere excusaret. Fun-
damentum est, quia ratio boni operis habet ortum a C
charitate, & quia secundum ordinem charitatis ma-
gis, & primo debet aliquis se ipsum diligere, quam a-
lium, ideo nunquam aliquis debet eligere Deum of-
fendere, ne alius offendat: si enim, vt vult Aug. men-
dacium, nūquam dicendum est, vt vita alterius defen-
datur, ergo multo magis non est faciendum aliquod
opus, quod de se sit malum, sicut stuprum: mendaciū
enim officiosum veniale peccatum est. Dicendum er Determi-
go, cp Loth eligendo dare filias suas Sodomitis, ne ac- nario.
ciperent viros, peccauit cum iste actus de se malus sit, Cap. 1. &
sed excusatur a parte peccati, quia nō fuit totaliter vo Moral. Eu
luntarius, subita enim, & magna turbatio aduenies dem. c. 8.
facit intellectum impeditum, & sic aliquo modo cau
sat ignorantiam: ignorantia autem causat inuolunta-
rium, vt patet per Philosophum 3. & 5. Ethicor. tantū
enim fuit Loth perturbatus ex subita angustia, quòd
non bene aduertit quid respōdebat, etiam Loth mo-
tus fuit ex quodam bono zelo naturali, licèt non es-
set ordinatus propter perturbationem. Sic non erat
multum arguendus, sicut beatus Petrus quando per-
cussit seruum principis sacerdotum motus fuit bono
zelo, scilicet, vt Christum defenderet, & tamen non
bene egit, quia Christus eum reprehendit, vt patet im
mediatè Matthæ. 26. tanquam perturbatorem salutis
animarum, & repugnantem spiritui sancto. Si ergo
Loth ista, quæ fecit ex magna deliberatione fecisset,
non perturbatus satis grauiter peccasset, sed quia per-
turbatus, & aliqualiter inuoluntarius egit non est tan-
tum arguendus. Ad argumenta ad primum, quando Solutio ar
dicebatur, quòd defendere hospites est de iure natu- gumen.
rali, dico quòd si Loth cognouisset hospites suos esse Ad primū
Angelos non oportuisset aliquid horum facere, quia
cum eis coire non possent; & ipsi se defendissent, vt
postea factum est. Sed adhuc dato, quòd ipse putaret
eos esse viros, & vellet eos defendere, tamen debebat
defendere modo licito, ita quòd mortaliter non pec-
caret, sed dare filias suas stuprandas erat mortale pec- Ad secūd.
catum, ergo tali modo defendere non licebat. Ad se-
cundum dico, quando dicis, quòd maius malum est
euitandum, & accipiendum minus, quando alterum
eorum necessariò instat, non est hoc simpliciter ve-
rum, ideo distinguendum est, quia aut opponuntur
duo mala quorum vtrunque est pœna, aut duo quo-
rum vtrunque est culpa, aut duo quorum alterum est
pœna, alterum culpa. Si autem dentur duo mala quo-
rum vtrunque sit pœna, aut dantur respectu eiusdem
personæ, aut respectu diuersarum, si respectu eiusdē
accipiat, quod voluerit, quia vtrunque ei licèt: & si di-
catur, quid vis magis, vt abscindatur tibi lingua, vel
vt iugulenis? eligat quod vult, sed ad prudentiam per-
tinet semper minus malum eligere, immo videtur
esse quædam species mali, si aliquis potens defende-
re vitam cum abscissione alicuius membri, eligat ma
gis mori quàm membrum abscindi; quia licèt ad
honorem alicuius magis valeret mori, quam priua-
tum aliquo modo, vel nimis deformatum viuere: ta-
men

men ille debet eligere vitam, non vt sibi viuat, sed vt A
Deo viuat, quia dum plus vixit, plura obsequia exhi-
bere Deo poterit, qui autem, vt nō perdat honorem
magis vult mori, quàm sic viuere, nō vult mori Chri-
sto, sed sibi, idest nō moritur ad honorem Christi, sed
ad honorem proprium, s. vt non dehonoretur, cum
postea vixerit: qui autem sibi mori vult, & non Chri-
sto, sibi vixit, & non Christo qđ deordinationē quan-
dam habet & malum. Si autem ista duo mala pœnalia
sint in diuersis personis, aut sunt pecuniaria, aut perso
Quid pro pœnalia. Et sciendum, quòd non accipitur hic malum
pœnæ sibi pro aliquo nocumento, quando iustè infligitur, siue
nere de- in rebus, siue in persona, sed qñ iniustè imponitur.
beamus. Si ergo sit pœna pecuniaria iniustè lata, tunc consi-
deranda est abundantia, vel paupertas personarum, B
quibus ista pœnalia infligi debent. Si enim alicui pau-
peri iniustè omnia bona sua tollerentur, nisi ego, qui
sum diues darem centum de meis, ante deberem eli-
gere, quòd mihi auferrentur centum, quàm illi om-
nia bona sua. Si autem sit iniuria personalis, vt mem-
bri mutilatio, vel percussio, vel mors, licèt non tenea
tur aliquis mori pro alio, nec pati æqualia, vt scilicet
pati manus abscissionem, ne alteri manus abscinda-
tur, nec etiam tenetur aliquis pati manus abscissio-
nem, ne alius iniustè occidatur. Sed videtur mihi sal-
uo meliori iudicio, quòd si mihi proponeretur ab ali
quibus, qui possent facere, quod dicunt, & ego cre-
derem verisimiliter eos facturos, quòd occidetur ali-
quis innocens, nisi ego sustineam paruam alapam, vel
ieiunem duobus diebus, vel aliquid simile, quod non
inferat magnum dedecus, cp pecco mortaliter si nō
sustineo, & alius occiditur. In hoc autem non potest
dari certa regula, quia est valde particulare, & oportet
considerare varias circunstantias personarum, & sic C
diuersimodè iudicandum est. Si autem illa duo ma-
la sint duæ culpæ, tunc dico quòd aut consideratur in
eadem persona, aut in duabus, in eadem autem non
potest habere locum, quia nullus potest cogi ad ali-
quem actum peccati: ad pœnam enim satis cogi po-
test, ad peccatum autem minimè. Si autem sit hoc in
duobus, verbi gratia, vt si aliquis vir dicat alicui mu-
lieri, si non datis mihi licentiam corporis vestri, ego
immediatè me occidam: & ita sit, quòd vir habeat en
sem paratum, vel aliud mortis genus, vt immediatè
pereat, dico quòd in tali casu mulier laborare debet,
Nullus, ne quantum potuerit ne ille se occidat, sed tamen si eui-
alius pec- tari non potest, nec propter hoc debet ei dare licentiā
cet, pecca- corporis sui inhonestè, & ratio huius est, quia non de D
re debet. bet aliquis peccare, ne alius peccet, nec etiam in leuis-
simo peccato, quia in quolibet mortali peccato diui-
nam offendimus maiestatem, maximè quia sic non
tollit peccatum alterius simpliciter, sed mutat speciē
peccati, quia aliter peccaret se occidendo. Nunc au-
tem peccat fornicando, nec potest aliquis casus dari,
in quo ille, qui non vult cessare a peccato, nisi peccan-
te alio non peccet mortaliter, quia saltem peccat in
hoc, quòd vult alium peccare mortaliter. Si autem il
la duo sic se habeant, quòd vnum sit pœna, & aliud sit
culpa; aut sunt in eadem persona, aut in duabus. Sed
quomodocunque se habeat, nunquam aliquis debet
Cap. 1. agere aliquod peccatum quantumcunque sit, vt ipse E
vel alius aliquam durissimam pœnam euitent. Sed se-
cundum, quòd ait Philosophus in 3. Ethicor. ad quæ-
dam autem fortassis non est cogi, sed magis mori pa
tientem durissima. Et ratio, quia quodlibet peccatum
quantumcunque paruum sit magis malum est, quàm
quælibet pœna quantacunque sit, quia se excedunt
ex natura generis, sicut imperfectissimus inter homi-
nes est melior optimo equorum: excedunt enim se
essentialiter. Si autem aliquis debet subire pœnam,

ne committatur peccatum tunc distinguēdum, quia
aut est in eadē persona, aut in diuersis, si in eadem per
sona dico, quòd qualemcunque pœnam debet ali-
quis subire magis, quàm cōmittere peccatum, quia
magis valet omnia mala pati, quàm malo consenti-
re: vt patet extra de ijs, quæ vi metusve causa fiunt. ca.
sacris, & in decretis. 32. quæstione, 5. cap. ita ne. Si au-
tem alius debet committere peccatum, ad quod in-
ducitur quasi compulsus, tunc videtur dicendum, cp
licèt non teneamur de necessitate ad tolerandum
pœnas, ne alij peccent, tamen charitas Christi nos im
pellit ad patiendum aliquid, maximè si illa pœna pa-
ua est, & licèt ad hoc rationabiliter inclinari deberēt
prælati tamen ex officio suo coguntur multos labo-
res, & pœnas sustinere, ne subditi incidant in pecca-
tum mortale: vnde licèt sciat prælatus certissimè, cp
hæretici occident eum, si eorum dogmatibus resi-
stat, magis debet mortem subire, quam sub errore hę
reticorum populum relinquere naufragantem. Hæc
enim quia valde diffusa sunt, nec possunt sub vna com
muni regula cōprehendi, magna prudentia indigent
operantis.

Ad formam autem argumenti responderi posset,
quòd maius malum erat, quòd Loth traderet filias
suas stuprandas, quàm quòd viri sodomiam paterēn-
tur, quia si illi paterentur totaliter inuoluntarij, non
peccarent, immo mererentur tantum laborem to-
lerando, quòd tanto labore pressi mori possent, sicut
mulier Leuitæ, quæ ex improba libidine habitantium
in Gabaa mortua est, vt patet Iudi. 19. cap. Sic enim di
cebat beata Lucia, si me inuitam in Lupanar duci fe-
ceris, corruptio mihi duplicabitur ad coronā. Quod
autem Loth filias suas daret, ne viri paterentur, hoc
voluntarium erat, ideo peccatum erat, & sic secundū
regulam supra datam fieri non debebat, quia nunquā
aliquis peccatum, quantumcunque committere de-
bet, vt euitet pœnam, quantacunque sit siue in se, siue
in alio. Si autem comparentur ista duo peccata in-
ter se, scilicet sodomia, & stuprum, dato quòd vtrun-
que sit peccatum, & fiat voluntariè, tunc dico, quòd
sodomia est maius peccatum, & si comparentur in-
ter se istæ duæ pœnæ, scilicet pati sodomiam, & pati
stuprum, maior pœna, & detestabilior est sodomiam
pati.

Ad confirmationem autem, quando dicis, cp Moy Ad confir-
ses permisit libellum repudij, vt non fieret occisio v- mationē.
xoris, quia erat magis malum. Dico, quòd non per- Respōsio.
misit hoc Moyses, sed Deus: non enim habebat tan-
tam auctoritatem Moyses, vt aliquod malum simpli-
citer fieri permitteret, nisi fortè dicas, quòd Moyses
permisit hoc tanquam minister, quia legem à Deo
datam ipse adducebat ad populum, & legebat, & ex-
planabat, & obseruari compellebat, & isti qui sic repu
diabant vxores non peccabant mortaliter, quia lex di
uina hoc permittebat, nec est simile de permissione
legis humanæ, quia Deus potest facere quòd id, quòd
vno modo sit illicitum, ex mandato suo licitum effi-
ciatur: lex autem humana non potest facere id, quod
est illicitum esse licitum, quia licitum, & illicitum cō
siderantur simpliciter secundum alium finem, qui est
altior fine politiæ humanæ. Hoc tamen quod lex li-
citum esse faciebat poterat ex mala voluntate illici-
tum reddi, vt si aliquis iniustè vxorem suam odio ha-
beret.

Nicolaus autem dicit, quòd ista solutio non conso Opinio Ni
nat intentioni Christi Matth. 19. Si quis dimiserit v- colai im-
xorem, & aliam superduxerit mœchatur: ideo dicit probatur.
ipse, quòd repudium permittebatur in lege, ita quòd
non puniebatur, sed non propter hoc efficiebatur li-
citum.

Respondetur, q̃ intentioni Christi valde consonat F
responsio supra data, quia quando Christus dixit, q̃
quicunq; dimiserit vxorem, & aliã superduxerit mę-
chatur, non loquebatur de præteritis factis, sed de fu-
turis: ideo non intendebat dicere, q̃ omnes qui vxo-
res dimiserant tempore præterito, & alias superduxe-
rant, fornicabantur, sed quicunq; talia ex hoc facerẽt.
Et hoc quia Christus incipiebat condere legem no-
uam, & veterem abolere. Sic enim Paulus ad Gala. 3.
iudicat hęreticos illos, qui circunciduntur non pro tẽ
pore præterito, vt patet supra Gene. 17. c. Sed tempo-
re quo Paulus hoc promulgauit, cępit esse hæreticus,
qui talia obseruaret. Sic ergo antequam illam legem
pronunciaret, non erat peccatum repudiatio vxoris:
Improba- tio alteri⁹ dicti. postquam autem protulit cœpit esse peccatum. Re- G
sponsio autem vltima Nicolai, non videtur bene pos-
se stare, quia hoc esset inijcere laqueum animabus, s.
quia licitum esse putarent, quia in lege sic scriptum
erat, & cum licitum non esset, vt isti volunt, peccarẽt
nullo modo cogitantes in quo peccabant. Item quia
vt supra diximus non est eadem ratio permissionis le-
gis humanæ, & legis diuinæ, cum lex diuina licitũ pos
sit facere, lex autem humana non. Item dato, q̃ idem
vigor esset in permissione legis humanæ & diuinæ, ta
men lex humana quæcunque scribit, tanquam iusta
mandat, vel permittit: ea autem, quæ non approbat,
vt iusta, nec punit, nullo modo scribit, ne fauorem ta-
libus concedere videatur, sicut est de meretricibus,
quas lex infames personas reputat, licèt eas tanquam
necessarias permittit, non tamen in aliqua lege expres H
sum mandatum est, q̃ meretrices sint in ciuitate: lex
autem diuina non solum, non puniebat repudiantem
vxorem suam, sed etiam dicit, q̃ possit vir vxorem re-
Ad tertiũ argumen. pudiare. Ad vltimum dicendum, q̃ lex humana me-
retrices tolerat, quia non est perfecta simpliciter, sed
secundum conuenientiam humanæ politiæ: & quia
homines sunt imperfecti omnes, vt cõmuniter: ideo
lex licèt non approbet meretrices, eas tamen non pu
nit, tanquam non potens omnia mala dirigere, & pu-
nire, sed ea futuro Dei examini punienda relinquens:
lex autem diuina hoc non permittit, sed vetat cũ om-
nem mechiam, id est fornicationem, quęcunque, quę
sine matrimonij fœdere perpetratur, condemnet, le-
gislatores tamen quantum ad istam partem non se-
quuntur literam legis diuinę vetando omnem forni
cationem: quia lex diuina vult, quòd licèt ipsa vetet
fornicationem, quòd tamen non vetet eam lex hu-
Finis legis humanæ. mana. Quęlibet enim lex iusta est secundum rec- I
tudinem, quam habet ad suum finem: finis autem le-
gis humanæ est bonus status ciuitatis, qui consistit in
qua dã pace politica, quę turbaretur si fornicatio sim-
plex puniretur, cùm omnes homines in ciuitate, vt
cõiter sint imperfecti & sequerentur multa adulte-
ria, virginum defforationes, prolis incertitudo, viri de
vxore continua suspicio, bella ciuilia, vitæ matrimo-
nialis inquietudo, & quod omnium pessimum est, cõ
cubitus masculorum, alia infandissima, quæ supra ea,
quæ nunc sunt, humana cogetur inuenire malitia. In-
iustissima ergo lex humana esset, quæ meretrices pu-
niret, & fornicationem simplicem prohiberet, iux- K
Finis legis diuinę. ta sententiam Augustini. meretrices tolle de ciuita-
te, & cætera libidinibus conturbabis. Finis autem le-
gis diuinæ est ad vtilitatem omnium partium corpo-
ris Christi mistici, vt perueniant ad illam beatitudinẽ,
& quia secundum altissimum Dei iudicium ad illam
fœlicitatem nemo admittitur, nisi cum puritate vitę,
quæ dicit carentiam omnis mali, ergo lex diuina om-
ne malũ vitare debet. Et valde irrationale esset, quòd
lex humana vetaret omnia mala; quia fugere omnia
mala, maximè ea, quæ pertinent ad legem fomitis, vt

fornicatio non potest fieri sine magna gratia, sed lex
humana non dat aliquam gratiam, quia legislator est
homo deficiens, ideo non potest dare gratiam prę ue
nientem, ne cadamus, nec adiuuãtem, vt resurgamus,
lex autem diuina dat gratiam adiuuantem, & conser-
uantem: ergo ad eam pertinebat propriè omnia ma-
la vetare. Et ista fuit ratio potissima, quare lex Mosai-
ca non prohibebat omnia mala, quia in ea non erant
aliqua, in quibus homo se exercitans gratiam recipe-
ret, sicut in lege noua sunt sacramenta, in quibus ex
natura sacramenti gratia daretur se exercitanti: ideo
cum in lege noua gratiæ plenitudo data fuerit, ibi de-
buerunt omnia mala vetari. Etiam quia lex Mosaica,
licèt esset lex diuina, tamen non fuit lex diuina vni- C
uersalis, sicut lex euangelica: quia solum fuit directio
politiæ Iudaicæ, & non alterius gentis, & ideo secun-
dum conformitatem illorum, quibus dabatur lex for
mari debebat. Sed illi vt cõmuniter imperfecti erant,
ideo debuerunt eis aliqua permitti, quæ aliàs mala e-
rant, sicut repudium vxoris, & vsuræ quãtum ad alie-
nos, vt patet Deuter. 24. cap. Et si dicatur si lex diuina Obiectio tollitur.
vetet fornicationem etiam si lex humana permittat
sequentur eadem inconuenientia, sicut si vetaret. Re
spondetur, quòd falsum est, quia lex diuina vetat om
nia mala, & punit ea, sed punitio illa non est in præ-
senti, sed in futuro: illi autem, qui mali sunt non cu-
rantes de illa futura punitione non recedunt a forni-
catione, nec coguntur declinare in alia vitia peiora.
Lex autem humana in præsenti punit, quam punitio-
nem omnes, tam mali quàm boni timent, & fugiũt,
& propter hanc punitionem fugiendam illi, qui mali
essent recedentes a quibusdam vitijs paruis publicis
conuerterentur ad quædam magna vitia occulta. Et
hoc exposcit altissimus ordo Dei, vt aliud ipse man-
det, & aliud mandet, quòd lex humana imperet, quia
sicut nec tenemur semper Deo conformari in voli-
to, ita nec semper tenemur conformari in iudicato,
sed solum in fine volendi, & iudicandi: non enim de-
cebat, quòd lex diuina, & humana, simul punirent for
nicationem, nec quòd ambæ simul vetarẽt, sed quòd
vna vetaret, & alia permitteret. Si enim vtraque ve-
taret homines, qui mali sunt fugientes punitionem,
quæ datur a lege humana, conuerterentur ad alia pe-
iora mala, quæ sunt magis occulta. Si autem vtraque
permitteret fornicationem, homines tanquam ad
quoddam licitum motu effrenato, & bestialiter in
libidinem mouerentur: & sic conditio humana vni-
uersaliter vilior redderetur. Nunc autem, quia lex
diuina vetat, illi, qui boni sunt, & timentes Deum
propter istam prohibitionem fornicationem fugiũt,
qui autem mali sunt, non curantes de ista prohibi-
tione ad peiora non conuertuntur, & sic nullum in-
conueniens sequitur.

Ad formam autem argumenti respondetur, quòd Ad formã argum.
licèt lex humana fornicationem non puniat, lex ta-
men diuina eam vetat, & punit.

Vel aliter dico, quòd licèt lex humana permittat
fornicationem & stuprum, a quo incipit fornicatio,
non tamen permittit adulterium, quòd autem Loth
traderet filias suas Sodomitis, erat eas adulteras face-
re, quia desponsatæ erant, vt patet infra, in litera: vbi
dicitur, quòd Loth iuit ad generos suos, qui ducturi
erant filias suas, sicut autem adulterium est, q̃ vxor,
quæ est cognita a viro suo, alteri furtiuè copulatur, ita
cum ndo nondum cognita est, a viro suo, & eadem pę
na imponitur, vt patet Deuteron. 22. cap. Vel aliter di
cendum, quòd non solum committebatur ibi adul-
terium, sed etiam vitium contra naturam, quia si ac-
cepissent eas viri sodomitæ, solum accepissent ad co-
gnoscendum in vase indebito, vt cogniturí erant vi-
ros,

ros, & hoc intellexit Loth cum dixit. *Et abutimini eis,* A
qualiter vobis placuerit. Abuti enim est contra naturam
facere, & tunc æquale vitium erat in mulieribus, sicut
in viris, cum vtrobique sit vas indebitum, & impossi-
bilis generatio. De materia supra tacta de modis le-
gum tetigimus Deutero. 24. cap. & ibi vide. *Qui ingressi*
sunt sub vmbra culminis mei. Ista est causa, quare Loth fi-
lias periculo mortis, & adulterij exponebat, ne isti viri,
qui ab eo pacificè recepti fuerant in domo eius tantã
reciperent offensionem, nulla enim potest viro ma-
ior inferri iniuria, quàm si ab alio coitu fœmineo co-
gnoscatur. *Culminis mei.* Idest domus meæ, scilicet cõ-
fidẽtes in mea defensione. dicitur culmen trabes do-
mus principalis, super quam totum pondus, & om-
nes tigni domus pendent, & vocatur vulgariter, am- B
bre, sic vocat Seneca in principio Tragediæ sextæ, Tro
iam culmen cadentis Asiæ, in carmine primo, dicens.
Starent superbi culmen euersum occidit.
Pollentis Asiæ cęlitum egregius labor. Recede illuc.
Idest non moreris in istis verbis da huc viros. *Ingressus*
es, vt aduena nunquid vt iudices? Sodomitæ increpabant
Loth, quia ipse arguebat eos tanti sceleris: ideo dice-
bant quomodo tu in tantam prorumpis audaciam?
venisti ad nos, vt aduena, & recepimus te in pace, nũc
autem vis iudicare nos? q.d. valde magna audacia est.
Te ergo ipsum magis quàm hos affligemus. Idest si viros non
tradideris abutemur te, donec te occidamus, & sic ma
gis te affligemus, quàm viros afflicturi eramus. Scie-
bant isti infœlices, quòd magna afflictio erat tantæ
multitudinis improbam sustinere libidinem, quia ipsi C
in alterutrum cõtinuè ex periebant, sed de hoc nõ cu-
rabãt, dũ ipsi saltẽ iufandissimè delectarentur. *Vimque*
faciebant Loth vehementissimè. Loth volebat eos ab o-
stio expellere verbis pacificis: ipsi autem accipientes
eum vehementer torquebant: alij impellentes eum
contra ostium, vt ianua eis pateret: alij eum loco vi-
rorum accipere volebant ad abutendum. *Iamque propa-*
erant, vt effringerent fores. Hic ponitur secundum scili-
cet Loth, & familiæ suæ liberatio. *Vt effringerent fores.*
Impellentes quantum poterant. *Et ecce manum miserunt*
viri. Aperuerunt ostiũ, & introduxerunt ad se Loth.
Sed dices quomodo non intrauerunt Sodomitæ
quando apparuerunt Angeli? Respondetur, quòd D
hoc fuit quia percusserunt eos Angeli cęcitate, &
ideo etiam si non clausissent ostium nunquam illud
reperissent. *Et eos qui foris erat percusserunt cęcitate.* Nisi
enim eos sic percussissent clauso ostio, modicum,
vel nihil valuisset. Et ista cęcitas secundum Augusti.
16. de Ciuitate Dei non fuit cęcitas, quæ est priuatio
potentiæ visiuæ, sed est quædam passio, quæ Græcè
aorisia, vel acrisia, dicitur, quam habentes cum cętera
videant aliquid vnum coram se positum non vident.
Et taliter percussi sunt illi, qui quærebant Eliseum ve-
nientes de Syria, vt patet 4. Regum. 6. cap. & hoc satis
bene dictum est, sed non erat necesse ponere esse ta-
lem cęcitatem, quia ponendo in eis veram cęcitatem
non sequeretur aliquod inconueniens, quia nũquam
amplius visuri erant, cùm sequenti die in ortu Solis ci
uitas subuersa fuerit, sed hoc quod dicitur infra, scili- E
cet. *Ita ut ostium uidere non possent.* Videtur innuere, q̃
fuerit aorisia, quia dicitur de porta singulariter, quod
eam non videbant, scilicet, quòd videntes omnia alia,
portam non videbant. Et hoc valde rationale erat, vt
sic infœlices fatigarentur, quia si excęcati fuissent, vi-
dentes se percussos cessarent ab inquirendo viros, sed
videbant omnia alia sicut ante viderant, solam autem
portam non videbant, & sic continua solicitudine eã
inueniendi fatigabantur non dantes sibi requiem.
A minimo usque ad maximum, Quia omnes malo animo
venerant, vt viros libine infandissima fatigarent. *habes*

hic quempiam generum. Bene sciebãt Angeli, quòd Loth
duos generos haberet, sed querebant ab eo, vt eum ad
vocandum eos incitarent, & si illi miseri voluissent ve
nire meritis Loth saluati fuissent, sed peccata sua excę
cauerunt eos. *Aut filios, aut filias.* Filios autem nullos Opinio Iu dęorum. Consu.
habebat Loth, sed solum duas filias. Dicunt tamen
Hebræi ex hoc loco, quòd Loth habuit duas filias ma
ritatas, & ad illos vocandum ipse iuit, & dicunt, quòd
filij istarum filiarum suarum vocantur hic filij sui.

Sed hoc non videtur verum, quia infra dicitur, q̃
Loth iuit ad generos suos, qui accepturi erant filias,
magis tamen videtur, quòd iuisset ad filias, vel nepo-
tes, si aliquid talium habuisset. Dicendum ergo vide
tur quòd nõ habebat alias filias, nec filios. *Omnes qui tui*
sunt. Idest, qui ad te pertinent consanguinitate, vel ian
guinis coniunctione, vel affinitate, quia etiam affines
saluare volebant: Et patet quia quęsiuit vtrum gene-
rum aliquem haberet. *Educ de urbe hac, ne pereant, dele*
bimus enim locum istum. Ex hoc patet, quòd non solum
vnus Angelus venerat ad destruendam ciuitatem: sed
ambo, quia pluraliter loquuntur. *Eo quòd increuerit cla-*
mor eorum. Propter peccata publica. *Qui misit nos, ut per*
damus. Idest destruamus illum: in hoc manifestauerũt
se illi viri esse Angelos à Deo missos. *Egressus itaque*
Loth. De domo sua non autem de ciuitate. *Ad generos*
suos, qui accepturi erant filias suas. Erant enim illæ duæ fi-
liæ Loth desponsatę, sed nondum in matrimonium
traditæ, quia, vt supradictum est, nondum cognouerãt
virum. *Surgite.* Erat enim magna pars noctis, & iace-
bant. *Et uisus est eis quasi ludens loqui.* Licet Deus, vt gra- C
tiam faceret Loth permittebat eum vocare generos
suos, tamen quia peccata sua ad summitatem deuene-
runt exigentibus sceleribus excęcauit eos Deus ne sa-
num consilium auscultarent, sed putauerunt q̃ Loth
ebrius erat, & ludebat. *Cumque esset mane.* Ciuitates nõ
fuerunt deletæ per noctem, sed per diem orto iam
Sole: Loth autem exiuit de ciuitate mane facto ante
Solis ortum, tota enim nocte manserat in ciuitate de-
precans pro populi liberatione. Sed non exaudiuit do
minus, quia peccata eorum completa erant, quæ diui-
nam indignationem merebantur. *Cogebant eum Angeli.*
Loth enim exire dissimulabat, vt magis Deum oraret
si forte exaudiretur. *Et duas filias, quas habes.* In Hebręo D
dicitur. *Duas filias præsentes.* Quòd alias filias maritatas
habebat, quæ in domo non erant. Sed non valet, vt su
pra probatum fuit: non enim semper regulatiua, vel
participia adiectiua dicunt distinctionem, vt si dica-
mus homines, qui currunt, sunt in campo, non pro-
pter hoc innuitur, quòd sint alij homines, qui nec cur
rant, nec sint in campo, & si dicamus homines albi,
vel comedentes sunt boni, non innuitur ex hoc, quòd
sint aliqui homines, qui non sint albi, vel comedẽtes,
licet ergo dicatur duas filias præsentes: non propter
hoc sequitur quòd sint aliæ, quæ non sint præsentes.
Ne tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Quia licet Loth
innocens esset ab isto crimine, si inter illos mansisset,
necesse erat cum illis perire, & hoc agit ad ea quæ su-
pra 14. cap. diximus de fugiendo pestem: si enim ali-
quis iustus sit, & videat aliquem populum, vel gẽtem E
à Deo puniri, non debet manere inter illos, quia cum
eis periret, & sic habetur Apoca. 18. cap. exite de me-
dio eius populę meus, ne participes sitis peccatis eo-
rum, & de plagis eorum non accipiatis. *Dissimulante il-*
lo. Idest fingente se non audire, magis, ac magis oratio
ni ad Deũ insistebat, ne deleret ciuitatem. *Apprehẽde-*
runt manum eius. Vt eum aliqualiter violenter traherẽt.
Et manum duarum filiarum, & uxoris. Quia istę forte ciui-
tatem exire formidarent, & recusarent. *Eo quòd parce-*
ret dominus illi. Quasi dicat, si Deus non iudicasset im-
mobiliter, quòd Loth erui deberet de sodomis non

tantum

tantum instarent Angeli, vt educerent eum, sed post primam vocationem, reliquissent, vt periret in scelere ciuitatis. Sic patet de duobus generis accepturis filias Loth, quia Deus non pepercerat illis non curauerunt Angeli, quòd instaret Loth ducendo eos, quia ergo voluntas diuina frustrari non poterat, quę Loth liberandum esse destinauerat, & Loth volebat exire, necessario infertur, quòd deberet ad exeūdum compelli, & hoc est quod dicitur: *Quia Deus parceret illi.* Pulchra secreta latent hic de prædestinatione, si sanè, & cautè, & non præcipitanter intelligantur, sed hoc nō semper proponere oportet, quia non hoc omnes capiunt, sed quibus à Deo gratis donatum est, & licèt omnis sapientia a domino Deo sit, vt patet prędeceden ti primo capit. scientia tamen de prædestinatione specialiori modo, quàm omnes aliæ a Deo est: ex hac. n. perditio, vel saluatio nostra exordium sumit. In nulla materia periculosius erratur, quàm in hac: eligerem enim magis cōtra totius fidei veritatem peruersè sentire, & in hac non errare, quàm in omnibus rectè iudicando, in hac sola deuiare, quia ex nulla speculatiua cognitione tantum finis noster statuitur, & operationes diriguntur. Sanius ergo iudico multis, immo omnibus, præter quosdam paucos, quibus a Deo specialiter concessum est, in hac materia aliquid ventilare. *Et posuerunt eum extra ciuitatem.* Et non comitati sunt eum amplius, quia extra periculum iam erat. *Salua animam tuam.* Idest vitam tuā, sl abora nunc, vt viuas faciendo, quod dicimus. *Noli respicere post tergum.* Scilicet dolendo inordinatè de rebus, quas in ciuitate perdendas relinquebat. Inordinatè dolere erat dolere pro re, quam Deus perdi volebat, vel dicitur. *Ne respicias post tergum.* Ne videat ignem de cœlo, & sulphur, quæ erat terribilis pœna, quia sic condolerēt eis, quos in ciuitate aliquando dilexerant, quod Deus nolebat. Vel quia talia respiciendo detinērentur, ne irent ad locum, in quo saluarentur, & non fuit datum istud præceptum soli Loth, licèt verba videantur ad eum dirigi, sed etiam ad filias, & vxorem, alias non fuisset vxor Loth conuersa in statuam salis, quia respexit post tergum. Sic cum datum fuit mandatum Adæ in Paradiso terrestri de non comedendo de arbore scientiæ boni, & mali, verba præcepti soli Adæ dicta sunt, vt patet Gen. 2. ca. Sed ad vtrunque dirigebantur, aliàs non peccasset Eua comedendo, quod falsum est, cum fuerit ei pœna a domino data. *Nec stes in omni circa regione.* Debet ista litera mutari, vt intelligatur, scilicet. *Non stes in omni regione circa.* Idest circa istā ciuitatem, vel accipitur ibi, circa, pro aduerbio, quia præpositiones solutę a casibus, quibus deseruiunt, aduerbia iudicantur, vt ait Priscianus, & tunc nō signat, circa, habitudinem certi loci, sed est id quod propè. Et fuit ista ratio, quia volebant destruere quatuor ciuitates existentes in valle, Segor autē, quæ erat quinta, & non fuit destructa, non erat in valle, sed in ascensu montis, vt patet in libro de diuisione Terræ sanctę. *Sed in monte saluum fac te.* Vt volunt Hebræi mons vocatur hic Abraham, qui erat viæ altissimæ, vt mōs, apud quem saluari poterat, scilicet eius precibus.

Quid per montē hic significet.

Sed magis videtur dicendum, quòd mons accipiatur pro quodam mōte alto, qui erat apud Sodomam, quia cum istæ ciuitates essent in valle, necessariò apud illas erat mons, quia vallis nunquam causatur, nisi propter montium altitudinem, & inæqualitatem ad cæteram terram. Et quia ille mons mergi non debebat, ideo ibi conuenienter Loth saluari poterat. *Dixit Loth ad eos, quæso domine mi.* Licet Loth loqueretur ad vtrumque, tamen singulariter loquebatur dirigens principaliter verba ad illum, qui cum venerat ad liberandum, vt quidam volunt.

Sed ista positio improbata fuit præcedenti cap. ideo dicendum, quòd licet ad vtrumque loqueretur, & vterque ad saluandum eum, & ad destruendam venerat ciuitatem: tamen singulariter loquebatur, quia vnum Deum in eis cognoscebat mittentem eos, & illum in eis deprecabatur, & non aliquem de Angelis. *Quia inuenit seruus tuus gratiam coram te.* Scilicet, vt magis saluares me, quàm aliquem de ciuitate. *Et magnificasti misericordiam tuam, quam fecisti mecum.* Scilicet non solum me liberando, sed etiam familiam meam, vel dicitur magnificata misericordia, quia nulla res maior fieri poterat Loth, quàm quòd vita ei concederetur: *Nec possum saluari.* Ecce qualiter Loth licet perturbatus esset, tamen rhetoricè persuadebat, scilicet volens obtinere aliquam gratiam ab Angelis non referebat beneficium, quod eis impenderat eos hospitando, sed tulit beneficium, quod ab eis receperat, scilicet liberationem, quia secundum Philosophum 4. Ethi. cap. de magnanimatate, magnanimi non libēter audiunt beneficia, quæ passi sunt, sed quæ fecerunt, Deus autem, & Angeli maximè sunt magnanimi, præcipue cum non indigeant bonis nostris, ideo beneficia ab eis suscepta enarrare debemus, vt eos flectamus ad misericordiam, & non beneficia, aut seruitia, quæ eis fecimus, sic enim Thetis orans Iouem beneficia ab eo recepta retulit, & non impensa, licèt aliqua impendissiet. Idem Lacones fecerunt rogantes auxilium ab Athenienſibus, vt patet 4. Ethi. cap. de magnanimita. *Non possum saluari in monte.* Idest apud Abraham secundum expositionem Hebræorum. *Ne forte apprædendat me malum, & moriar.* Dicunt enim quòd timebat, quia ex quo Abrahā vir valde sanctus erat, Loth aūt non erat ita perfectus: si ergo Loth coniungeretur Abrahæ per magnum excessum Abrahæ Loth videretur iniustus, & sic Deus occideret eum; ad Sodomitas autem comparatus iustus erat, ideo apud se saluari magis credebat. Sic dicunt esse simile, quod habetur 3. Regum de muliere Sareptana. cap. 17. vbi dicitur; Dixit ad Eliam quid mihi, & tibi vir Dei ingressus ad me, vt rememorarētur iniquitates meę, & interficeres filium meum? Videtur dicendum, quòd ista positio non sit multum probabilis, quia quòd vocetur mons Abraham est metaphoricum dictum: Metaphoræ autem attentionem magnam requirunt: quomodo ergo Angeli loquerentur sub metaphoris Loth perturbato, qui vix verba clara intelligere poterat? Item quia licet aliqui homines sic credant, q̄ homo non multum iustus adhærens alicui iusto valde minus à Deo reputetur, vel magis puniatur quam si per se maneret, tamen non est verum hoc, quia talia pertinent ad homines, qui cognoscunt quantitates, & omnes rerum proprietates ex comparatione, & oppositione contrariorum, vt patet in secundo Elenchorum. Hoc enim procedit ex imperfecta cognitione, quia res simpliciter apprædendere non possumus: Deus autem res simpliciter cognoscit, nec indiget earum comparatione ad earum perfectam cognitionē: immo nec indiget quòd sint res ad hoc, quòd res perfectè cognoscat: immo ipsę res perfectionem accipiunt, secundum quòd a Deo cognoscuntur, quia, secundum quod dicitur in lib. de causis, scientia Dei est causans res: scientia autem nostra est causata à rebus.

Determinatio Authoris.

Dicendum ergo, quòd intelligitur de quodam mō te propinquo ciuitati Sodomæ, & tunc dicebat Loth *Non possum saluari in monte hoc.* Qui est apud ciuitatem. *Ne forte apprædendat me malum, & moriar.* Timebat enim quòd malum quod euertebat, & consumebat ciuitates, euerteret montem illum, & quòd ipse cum monte periret: vel quia Loth senex erat, & mons erat frigidus timebat ne frigus apprædenderet eum, & infirmitatę

firmitate moreretur. *Est ciuitas hic iuxta.* Scilicet Segor, quę vicina erat Sodomę ad ascensum montis. *Et saluabor in ea.* Scilicet, quia ibi non apprædendet me frigus, ideo melius ibi ad præsens euadam. *Nunquid non modica est.* Ista est responsio ad argumentum, quòd Angeli facere possint, dicerent enim quòd etiam volebant destruere illam ciuitatem propter peccata, & tunc respondet Loth, quòd ista ciuitas modica erat, idest p̄pter suam paruitatem videtur, quòd peccata sua tam modica erant, quòd nō mererentur euersionem eius. *Et viuet anima mea.* Quasi dicat Domine ex quo vis, q̄ saluer, permitte me ire illuc, & saluabitur anima mea. Si autem non permittis me ire illuc, non potero viuere in alio loco. *Dixitque ad eum.* Vnus de illis, qui in persona Dei locutus est. *Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas.* Idest non solum audiui te quantum ad alia, sed etiam in hoc. *Vt non subuertam Vrbem, pro qua locutus es.* Si non rogasset Loth pro ciuitate Segor subuertisset eam. Sed quia Deus disposuerat eam non subuertendam incitauit Loth ad rogandum pro ea. Vel Deus ciuitatem illam, quam destructurus erat non destruendam esse disposuit: Loth enim pro ipsa rogaturum præsciuerat, cui in hac parte obuiare nolebat. *Festina, & saluare ibi.* Idest ne moreris in eundo: & ista festinatio multum erat vtilis, scilicet, vt ne, si tarde moueretur, & multum in ambulando tardaret, cogitatio ei insurgeret de respiciendo retro. Festinatio enim motus cogitationes excludit propter duo: primo quia anima quā do multum intendit vni rei non pōt intēdere alteri: cū ergo multū intēdit motui nō potest multum intēdere cogitationi. Secundo quia ad cogitationem requiritur actus phantasiæ & virium sensitiuarum interiorum, quæ disturbantur in motu. *Quia non potero quicquam facere.* Ista erat causa festinationis Loth, quia Angeli expectabant ne aliquid agerent de pœnalitate ciuitatum, donec accederet Loth ad ciuitatem Segor. *Donec ingrediaris illuc.* Causa quare nihil facere poterant, idest nihil facere debebāt, donec accederet illuc, erat quia Angeli subuersuri erant ciuitates illas quatuor cum territorijs suis: si autem antequam Loth accederet ad ciuitatem Segor ista facerēt, fuisset Loth, & familia eius submersi in itinere, quia tota terra illa, per quam veniebat de ciuitate Sodoma in Segor subuersa fuit, quia ad territorium Sodomæ pertinebat. Vel forte quia quando incęperunt Angeli pluere sulphur, & ignem super ciuitates, incęperunt clamare præ dolore terribiliter qui morabantur in ciuitate: & si ista pœna incępisset cum exiuit Loth de ciuitatibus audiuissent voces doloroſas pereuntium, & conuersus fuisset pietate ad clamores, & sic faceret contra præceptum Angelorum, & reuerteretur in lapidem, sicut vxor sua. *Iccirco vocatum est nomen urbis illius Segor.* Idest, quia dixerat Loth, nunquid non parua est? quia Segor in Hebræo idem est quòd parua: istud nomen non potest propriè scribi in latino, sicut nec commuiter alia nomina hebraica, quia deficimus in literis: natura autem illius idiomatis est magna aspiratio, & percussio in guture, natura autem nostri idiomatis latini est quasi nunquam aspirari, quia licet hoc ponatur in scriptis tamen non sonat, oportet ergo alias literas habere Hebræos quam nos. Vocatur autem ista ciuitas in Hebræo. *Coar.* Sed non est in latino aliqua talis litera: ideo loco illius mutant ponentes alias, ista ciuitas vocabat ante Bala, vt patet supra 14. c. Et deinde ab isto euentu vocata fuit Segor. Deinde vocata fuit Falisa: deinde vocatur nunc oppidum Palmæ, vt patet in libro de diuisione terræ sanctæ, quæ in Isaia vocata fuit vitula se consternans: cum dicitur Isa. 15. cap. cum dicitur: Vectes eius vsque ad Segor vitulam consternātem. Quod autem hæc cum alijs destructa nō fuerit satis patet in littera supra, & infra dicitur quòd subuersa Sodoma, & alijs ciuitatibus adhuc manebat Loth in Segor. Dicit tamē Magister in historijs Scholasticis, quòd postea ista ciuitas euersa, & subuersa fuit. Sed hoc satis clarè fuit improbatum supra 14. ca. & patet Deutero. 29. cap. vbi Moyses referens se ad multa tempora postponit quatuor ciuitates nominatim solum fuisse euersas, scilicet Sodomam, Gomorham, Adamam, & Seboim. *Sol egressus est super terram.* Idest super Orizontem Sodomæ; Sol enim semper super terram est, & semper diem facit vbicunque sit, sed illi terræ, cui non apparet, n octem facit. Omni ergo puncto, vel instanti assignato, vel assignabili meridies est, & media nox, & hora tertia, & hora 6. immo in quolibet instanti necesse est omnem denominationem temporis existere, hoc satis apparet ex figuratione motus Solis, quia cum Sol est in meridiano nostro faciens nobis meridiem, necesse est, quòd in terra oppositа nobis per diametrum, siue per dimidiam partem Cœli, quod est in antipodibus (si sunt) sit media nox, & in illis, qui distant à nobis per quartam partem cœli versus Orientem, sit occasus, & in illis, qui distant per alteram quartam Cœli contra Occidētem sit ortus Cœli, & imaginari poteris de omnibus alijs punctis, & partibus Cœli vsque ad minutissima. Et dicitur egressus Sol super terram, quia ante erat sub terra, idest sub Orizonte, scilicet sub Orizonte terræ Sodomorum, quia aliàs accipiendo semper Sol est super Orizontem: cum vbicunque sit, semper sit super aliquam terræ partem. *Et Loth ingressus est Segor.* Recessit enim Loth de Sodomis in matutino, & Sole Oriēte applicuit in Segor, quia vicinæ erant istæ duæ ciuitates. *Igitur Dominus pluit super Sodomam.* Hic ponitur tertium, scilicet subuersionis executio. Et patet quia ista subuersio ciuitatum facta est in die, & non per noctem, orto iam Sole, scilicet postquam Loth accessit ad ciuitatem Segor. *Super Sodomam, & Gomorham.* Istæ duæ ciuitates, quia maiores erant nominantur hic, aliæ duę, scilicet Adama, & Seboim subintelliguntur cum infra dicitur. *Et omnem circa regionem.* Nam solum fuerunt destructę quatuor ciuitates, quia Segor siue Bala, quæ est vna de quinque, quæ sunt in Pentapoli, vt patet supra 14. c. non fuit subuersa, vt patet hic, & clarius Deutero. 29. de supra 14. c. determinatū est. Aliqui aūt volunt, q̄ ciuitas, quæ dicitur Lasa fuerit destructa: & hoc quia ponitur cum alijs, vt patet supra 10. cap. cum dicitur donec ingrediaris Sodomam, & Gomorham, & Adamam, vsque Lasa: sed nō est verum, quia Lasa est ciuitas extra vallem Pentapolis: & ponitur hic non tamquam vna de Penrapoli, sed tamquam terminus vltimus terrę p̄missionis in angulo meridiei, & Oriētis, & ponuntur ibi alij termini, scilicet Sidon à Septentrione, & Gerara à meridie, & Lasa ī angulo meridici, & Orientis: ideo non computatur ista cum illa regione, quæ dicitur esse circa Sodomam, & Gomorham in valle illa. Dicitur vltra. *Ignem, & Sulphur.* Ista duo bene conueniebant vitio Sodomitarum: ignis ardet, quia ipsi ardentissimo amore in alterutrum ferebantur: ardentius enim quàm vir in pulcherrimam speciem mulieris inflāmatur. Sulphur autem fœtet cum ardet, quia tale vitium fœtidum immo omni fœtore fœtidius, quod natura humana exhorrere deberet. Fuit autem ista pœna facta in die, vt infœliciſſimi illi, quo torquerentur viderent, videbant enim de Cœlo ignem sulphureum cadentem & timore concutiebantur. Deinde inextimabiliter dolebant, & sic aliquandiu passi sunt, quousque ipsis forte exustis terra subuersa est. *De cœlo.* Idest de aere: quia ibi Angelorum ministerio tale aliquid formabatur, quale naturaliter formari non poterat. sicut diximus de manna.

Sulphur cur immiſſum cum igne Sodomitis.

Exo.

Exo. 16. cap. *Et subuertit ciuitates has.* Scilicet, Sodomam, & Gomorham, de quibus ante fiebat mentio. F
Et omnem circa regionem. Debet mutari litera. *Et omnem regionem circa* Idest in circuitu, scilicet Adamam, & Seboim, quæ erant duæ ciuitates coniunctæ Sodomæ, &
Opinio Iudeorũ de situ ciuitatum. Gomorhæ, & totam terram planam in circuitu. Dicunt enim quidam Iudæi, quòd istæ quatuor ciuitates erant sitæ super vnam magnam rupem, & Angeli euerterunt illam, ad cuius euersionem necessario sequebatur euersio ciuitatum. Alij autem volunt, ꝙ ciuitates non fuerunt euersę, ita quòd mergerentur infra terram, sed euersæ sunt ideſt destructæ. Sed falsum est, quia ciuitates submersę fuerunt, nec vnquam post apparuerunt, sed terra illa tota cooperta fuit aquis salsissimis, & grossis valde super modum aquarum ceterarum. De hoc Cornelius Tacitus auctor antiquissimus, qui inter Gentiles historias magnas texuit: ait ꝙ regio illa Iudeæ, quæ olim campos vberes habuit, vt loci facies manifestat, fulminibus percussa totaliter consumpta est. Sed in alio loco ipse testatur eam igne cœlesti perisse Solinus etiam in Polistor. 3. cap. de Iudæa dicit, quòd ibi longo tractu à Ierusalem tristis sinus panditur, quem de cœlo tactum humus nigra, & in cinerem soluta testatur, duo ibi oppida, Sodomũ alterum nominatum, alterum Gomorhum, apud quæ pomum, quod gignitur, licet speciem maturitatis habeat, manditamen non potest: nam fuliginem intrinsecus fauillarum ambitu extetioris cutis retinet, quæ leui pressa tactu fumum exhalat, & fatiscit in vagum puluerem. Ibi dicit esse lacum asphaltidem, in quo nihil viuum mergitur. Tauri etiam, & magni Cameli impune fluitant, ideſt mergi non possunt. Et hoc forte facit natura aquę ignea, & sulphurea, quæ ibi manet: & omnia viuentia, in quibus spiritum, qui est de natura ignea eleuantem corpora supra reperit adiuuat, vt mergi non possint. Ideo si ardentem lucernam, vel lignum super posueris mergi non poterit: si autem candela fuerit extincta mox petet fundũ. De ijs ciuitatibus multa, & pulchra dicit Paulus Orosius lib. primo de Ormesta mundi. Iosephus autem
Opinio Ioſę. testatur se vidisse istam regionem, & dicit se vidisse vxorẽ Loth versam in statuam salis apud Segor: versa fuit autem regio illa in lacum salsum, & sterilem, I
quæ dicitur mare mortuum, quia nec aues, nec pisces in ea habitant: non enim pati potest auem, quin tota supernatet nisi vndique bituminata sit: si quid autem viuum violenter contra naturam lacus immergatur cõtinuo exilit, lucerna ardẽs supernatat, extincta mergitur, & in locis multis bituminis glebas emittit euomens, ideo lacus asphaltidis vocatur. Sed forte dicet
An sit contradictio in verbis doctorũ circa descriptionem loci. aliquis in hoc esse contradictionem, scilicet quod quidam dicunt totam illam regionem in lacum fuisse cõuersam, quę vocatur mare mortuum, siue mare salsissimum, vel mare diaboli, vel lacus asphaltidis. Alij autem dicunt, quòd ibi adhuc sunt poma pulchra, quæ speciẽ maturitatis ostendunt. Si tamen carpantur in fa uillam effumant. Respondetur, quòd vtrumq; stat, quia mare non occupat totam illam regionẽ vallis, sed loca, in quibus ciuitates fuerãt, & alia territoria vicina ciuitatibus ipsis, quæ olim Iordanis irrigabat, submersa sunt, & ibi est mare: cętera autem loci territoria magis remota à medio vallis non submersa fuerunt, sed solum combusta fuerunt, & nunc ibi talia poma nascuntur. Hoc aliqualiter tangit Paulus Orosius. Fuit autem ista Sodomæ subuersio facta vno anno ante natiuitatem Isaac, patet quia eadem die, qua venerãt Angeli denunciando Abrahę conceptum Sarræ, & dixerãt, quòd post vnum annum Sarra haberet filium, accesserunt ad ciuitatem Sodomorum, & sequenti mane eam subuerterunt. Patet ex isto cap. præcedenti.

Fuit etiam ante Christi natiuitatẽ ista submersio per mille nongentos, & duos annos, vt patet ex dictis Pauli Orosij in lib. de Ormesta mundi computantis per annos ante vrbem conditam. *Vniuersos habitatores urbium.* Non solum viros, sed etiã mulieres, & paruulos

Cur mulieres combuſtę ſint. Sed dices quomodo mulieres tali incendio perierint, cum ipsę tali peccato non coibant? Fortè poterit dici, quòd licet ipsę talia non agerent, tamen consentiebant viris agentibus, & ideo rã in agentes, quàm cõsentientes eadem sentẽtia dari debuit, vt patet ad Roma. 1. cap. Sed non videtur rationabile, quòd mulieres consentirent viris in hoc, immo odio habebant viros propter hoc vitium, quia sic eis magna fiebat iniuria, quia debitum subtrahebatur à viris suis vacantibus circa infandam masculorum libidinem, nec ipsi G
viri requirebant in hoc consensum vxorũ suarum, sed eis inuitis faciebant. Videtur autem magis dicendũ, ꝙ tam viri, quàm vxores illo vitio laborabant, quia viri cognoscebant eas in vase indebito, nisi aliquando generationis causa, & in hoc multum peccabant ipsæ, quia talia consentire nunquam debuissent, & hoc videbat Loth, cum sodomitis petentibus duos viros, scilicet Angelos, qui in domo eius erant, ipse vt eos aliqualiter ab infanda libidine eriperet, dixit habeo duas filias, quæ necdum cognouerunt virum, educam eas ad vos, & abutimini eis, vt libet. In quo intelligebat Loth, quòd non cognituri essent eas in vase muliebri, sed in posterioribus, nã si debite eas cognituri essent, non diceret abutimini eis, vt licet: sed accipite eas, & cognoscite; abuti namque est cum præter naturæ institutionem aliquid fit, & hoc putabat Loth fiendum filiabus suis si eas eis traderet, sed leuius hoc ferebat in fœminis fieri, quæ aliquomodo cognosci debebant, quàm in viris, quos qualitercunque cognosci infandum scelus erat. Et ideo dixit abutimini, vt libet, vt magis contentaret Sodomitas, & dimitterent Angelos, qui erant in virorũ specie, quasi dicat, abutimini, vt libet, ideſt ego scio, quòd vos magis delectamini, & magis eligitis eas cognoscere per posteriora, quàm in vase debito fœmineo, ideo do vobis licẽtiã faciendi vtcunque volueritis. Vel alia multa crimina erant, propter quæ talem vindictam communiter
merebantur.

In quo ſtatu nunc ſint Sodomitæ illi. De statu autem istorum infelicium quid dicẽdum sit, à quibusdam dubitatur. Aliquis dicere possent, quòd licet aliqui de Sodomitis æternaliter perierint, alij tamen saluati sint, quia in ipsa morte de malo suo pœnituerunt, & in ipso cruciatu partem vitiorum suorum purgauerunt, vt postea vitam beatam acquirerent, quod sanè impossibile non est, sed difficile reor, nec verisimile, licet hoc muniri posset authoritate Hieronymi, qui vult nõ omnes morientes in mari rubro de Aegyptijs æternaliter perditos, quia Deus non iudicat bis in idipsum, & non insurgit duplex tribulatio, vt patet Naum primo cap. Qui ergo temporalia peccata temporali morte luerunt, non est rationale, ꝙ eodem crimine iteratò puniri. Sic etiam refert beatus Opinio Ber. Bernardus in lib. 2. Speculi virginum de clerico, qui volens ad quandam monialem secretum habere concubitum in ipso ascensu ad lectum à dæmone præfocatus est: de quo tamen postea orantibus monialibus K
reuelatum est, quòd vitam beatam acquisiuisset, quia dum à dæmone præfocaretur, in ipso aliquantulum durante cruciatu contritus veniam promeruerit delictorum. Respondetur, quòd ante Sodomitæ omnes saluari potuerint, vt supra dictum est possibile esse Authoris opinio. nemo ambigit, cum quilibet potuerit conteri de delictis: contritio autem semper habuit, & habet vim criminum ablutiuam, sed quòd aliquis eorum saluatus fuerit, non videtur verisimile, nec factum fuisse existimo,

mo, quia valde difficilè est, quòd qui tota vita sua infandissimis sceleribus imbutus fuit, contritionis motum habuerit, sicut vult beatus August. & tangit Magister sententiarum in 3. distinct. 20. cap. 1. Sodomitæ autem viri pessimi erant, vt dictum fuit de eis supra 13. cap. & a pueritia in hoc imbuti, vt patet de pueris Sodomorum, qui venerunt ad vallandum domum Loth, vt comprehenderent viros, vt supra patuit.
Item ipsa nocte transacta totus populus tale scelus in Angelos ausus fuerat, & nisi natura repugnasset Angelica, & virtus supernaturalis, quod in choauerãt, peregissent, non sunt hęc signa salutis. Item quia illi, qui mala egerint in fine pœnitent, & saluantur, licèt in hoc diuinę bonitati regulam præfigere nõ possimus, sunt illi, qui aliquo tempore bene vixerunt, sed postea agentibus passionibus, vel aliàs in uitia lapsi sunt: B
demum autem ex Dei materia liberantur, sed qui toto tempore malis vacare non desierunt, nec correcti aduertere voluerunt, licèt diuinæ misericordiæ regulam non ponamus de talibus, tamen damnationem satis præsumere possumus: tales autem Sodomitæ erant, & alij de alijs tribus ciuitatibus. Quod autem isti populi multùm talibus peccatis essent imbibiti, & per hoc incorrigibiles, demonstrat communitas virorum, quia vniuersaliter omnes hoc vitio maculati erant excepto Loth, & duabus filiabus eius, & vxore, & si qui alij erant, quos sacra Scriptura reticet, ad decem tamen non accedebant: alias enim saluati fuissent illi populi, vel aliquis de eis, quia Deus dixerat. c. præcedenti, quòd propter decem iustos parceret toti ciuitati. De hominibus autem senibus non est dubium, quin maculati essent, quia dum viri essent in C
hoc tota eorum vacatio erat, & dum veteres effecti sunt, idem affectus, licèt non effectus, in eis mansit: patet supra, quia senes Sodomorum ad vallãdum domum Loth conuenerant.
De viris autem nemo dubitat, quibus nefaria consuetudo, & ignita libido hoc exigebat. De mulieribus autem supra dictum fuit, qualiter in hoc puniri meruerunt. Sed de paruulis dicendum, quòd paruuli, qui ad aliqualem ætatem deuenerant, vt ad decem vel duodecim annos, immediatè eo vitio laborabant, quia vt supra dictum fuit ista ætas inter eos magis ad patiendum apta erat; & rursum mutuo agebant, & isti iustæ damnationis sententiam incurrerunt: alij autem, qui magis teneri erant, sed adhuc alicuius malitiæ capaces erant, vt in quinto vel sexto anno, vidente talia publicè fieri in ijs delectari incipiebant, & ad talia agentes associari, vt supra dicitur, ꝙ omnes de ciuitate a puero, vsque ad senem vallauerunt domum Loth, vt comprehenderent viros.
Alij autem pueri paruuli, qui usu rationis carebant, & nondum actu aliter peccauerant pariter perierunt, quia tales Deus eos futuros esse sciebat, quòd si vixissent patrum suorum mensuram impleuissent, non tamen putandum est, quòd Deus eos punierit pro peccatis, quæ nondum egerant, quia hoc iniustum
ualde esset, sed solum puniebat pro peccato originali, quia non illud purgatum fuerat: & ideo non puniuit istos paruulos, vt cæteros pœnam sensus eis infligendo, sed solum pœnam damni ponendo eos E
in limbo puerorum, & sic gratiam eis fecit, quia eos sic tulit ne ultra peccarent, & sic ad puerorum limbum deferrentur.
Dicendum est enim generaliter, quòd omnes paruuli, qui moriuntur ante vsum rationis, nõdum accepto baptismo, ideo sic mori permittuntur, quia Deus eos malos futuros esse sciebat, non ꝙ eos malos futuros esse cognosceret, quia præscientia aut prædestinatio falli non potest: si ergo Deus aliquem bonum, aut malum esse sciebat, certissimè ille bonus, aut malus erit, licet non propter hoc aliqua agendi, aut non agẽdi necessitas imponatur: sed de illo, qui in parua ætate mortuus est non erat aliquo tempore verum dicere, quòd ille malus futurus erat, quia nec fuit verum de isto, quòd iste futurus postea erat, cũ breuiter, & quasi immediate, vt natus est, mortuus est. Sed intelligitur conditionaliter, scilicet, quòd Deus sciebat, quòd si
iste viueret multùm fortè peccaret; simpliciter tamẽ Obiectio. eum malum futurum esse non sciebat, quia nec eum futurum esse sciebat. Sed dices videtur hoc esse iniustum, quòd Deus puniat eum antequam peccet, etiã si sciret eum peccaturum, quia nondum aliquam deformitatem in actu suo habet, cui debeat correspondere pœna, sed est sic, quòd pueri existentes in Limbo peccaturi erant, si vixerant, non tamen adhuc peccauerant, ergo iniustè ibi puniuntur. Respondetur, ꝙ pueri in Limbo iacentes non puniuntur propter peccata, quæ facturi erant, sed propter peccatum originale, quod contraxerant: & ideo sicut peccatum originale non est aliquis actus, sed priuatio iustitiæ originalis debitæ in esse, ita illa pœna nõ est aliquis dolor, vel angustia sensibilis, sed pœna priuatiua alicuius boni debiti in esse, scilicet carentia visionis diuinæ, quam post mortem habituri erant, si mortui non fuissent.
Et patet hoc magis, quia si pueri in Limbo punirentur pro peccatis, quæ facturi erant, daretur eis pœna, quæ dãda erat, quando illa peccata actualiter peregissent, sed pro illis peccatis debebatur sensibilis pœna, ergo debebatur eis pœna sensus, sed pueris non datur pœna sensibilis, ergo solum datur pro peccato originali.

Cur pueri Sodomorũ puniti ſunt pœna ſenſibili. Et si dicas cum detur pœna sensibilis pro peccato actuali, cur pueri Sodomorum, qui nondum habebãt vsum rationis, nec dum peccauerant, puniti sunt morte tam acerba? Respondetur, quòd isti non mortui sunt sic pro peccato suo, sed pro peccato parentum suorum, quia Deus punit peccata patrum in filios vsq; ad tertiam, & quartam generationem, vt patet Exo. 34. & Num. 14. cap. quia patres mali, cùm naturaliter diligant filios suos sicut boni patres amarissime cruciantur, cùm filios suos mori vident. Dolebant ergo Sodomitæ simul de se, & filijs suis, quia omnes simul interitus superuenerat. *Et cuncta terra uirentia.* Ideſt omnes arbores, quæ tunc erant, consumptæ sunt, & tota herba agri, sed postea terra licet sterili existente ad diuinæ sententiæ iudicium arbores pulchræ sunt, tam pomi, quam vites, quæ fructum exterius pulchrum ostendentes interius fumo, & fauillis plenum habẽt, vt omnes Chronistæ, & Cosmographi, ideſt locorum, & localium dispositionum scriptores dicunt. *Respiciens quæ uxor eius post se.* Quia fortè audiuit clamorem pereuntium, & conuersa fuisset compatiendo in ordinatè eis contra diuinum præceptum, vel dolendo inordinatè de rebus, quas in ciuitate reliquerant. *Versa est in statuam salis.* In Hebræo dicitur. *In cumulum salis.* Cumulus dicit multitudinem salis aggregatam sine aliqua certa figura, & lineamentis: statua dicit mone certam figuram, & lineamentis determinatis lineatam. Mutauit autem hic Hieronymus, quia ipse oculis suis vidit illam statuam salis, totam enim terram promissionis, & montes Arabiæ, & Aegypti beatus Hieronym. proprijs pedibus ambulauit, vt videret ista loca, quæ in Biblia continebantur, & videret situm eorum, & dispositionem, ne in hoc faciliter deciperetur, & in hoc ambulabat cum quibusdam Hebręis peritissimis in lege, vt videntes loca cognoscerent per scripturas secundum situm, & dispositionem, quam ponit scriptura. Et hæc dicit de se beatus Hierony. in quodam prologo super Paralipo. qui incipit Eusebius.

Quare

Exposito Iudæo ū de conuersione in statuam.

Quare autem versa sit in statuam salis dicunt Iudæi causam esse, quia præcedēti nocte in sale peccauerat, quia Loth petente sal ad condiendum epulas hospitū non dedit: ipsa enim secundum conditionem Sodomorum inter quos habitauerat hospitalitatem non diligebat. Sed hoc ridiculū est. Dicēdum est ergo, ꝙ hic sunt duo, scilicet quare vxor Loth mutata fuerit, & quare potius in statuam salis, quàm in aliquid aliud.

Ad primum dico, quòd vxor Loth mortua fuit, & mutata, quia verbis Angelorum inobediens fuit: mandauerant Angeli, quod non respiceret retrorsum: ipsa autem dolens desiderio rerum, quas in ciuitate reliquerat, retro conuersa est: & mutata est. Hoc declarat Christus Luc. 17. cap. dicens, de vltimis diebus, in illa hora, qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, nō descendat tollere illa, & qui in agro similiter, non redeat retro: memores estote vxoris Loth. Idest sicut ipsa mutata fuit, quia respexit condolens rebus suis, & volens redire pro eis, non faciatis vos sic, volentes descendere pro rebus vestris. Quare autem in statuam salis magis, quàm in aliquid aliud mutata fuerit, causa est: quia sal condit, & saporem dat cibis, ideo Sapientiā designat, & est sensus quòd vxor Loth in salis statuam versa per suam pœnam nos docet à bono incepto nunquam desistere ne peior exitus nos sequatur, & iste sensus, licet videatur esse tropologicus, est tamen literalis, quia Deus conuertens illam in statuam salis, nihil aliud principaliter nobis signare intēdebat, quam Sapientiam, ne retrocederemus. Sic enim aliquando Prophetæ prædicebant futura sola rerum demonstratione, sicut Ieremias denunciauit quòd Iudęi de tribu Iuda, & Beniamin ducerentur captiui in Babylone portādo ad collum cathenas ligneas, vt patet Ierem. 17. cap. Eodem modo captiuitas Aegypti, & Aethyopiæ per Isaiam prædicta est cum mandauit ei Deus, vt tolleret à se vestes, & calceamenta, & ambularet nudus per ciuitatem Hierusalem, cum dicitur Isa. 20. cap. Vade & solue saccum de lumbis tuis, & calceamenta tolle de pedibus tuis, & fecit sic vadens nudus, & discalceatus, & dixit Dominus, sicut ambulauit seruus meus Isaias nudus, & discalceatus, trium annorum signum erit, & portentum super Aegyptū, & super Aethiopiam: sic minabitur Rex Assyriorum captiuitatem Aegypti, & transmigrationem Aethiopiæ iuuenum, & senum nudam, & discalceatam discoopertis natibus ignominiam Aegypti. Idem patet de Ezechiele, qui frequenter sic loquitur, vt cum dixit ei Deus: Fili hominis fac tibi vasa transmigrationis, vt habetur Eze. 12. ca. Et quasi per totum Ezechielem tenetur iste modus, vt patet inspicienti à principio, & Oseæ 1. cap. Cum Deus vellet demonstrare, ꝙ terra fornicaretur colens idola mandauit Oseæ dicēs. Accipe tibi vxorem fornicariam, quia fornicans fornicabitur terra à Domino. Sic ergo in alijs locis scripturæ sacræ aliquando Spiritus sanctus verbis aliquādo factis sua secreta demonstrat. *Abraham autem consurgens mane.* Fuit enim motus pietate, & venit ad videndum quid factum fuisset de ciuitatibus, pro qbus Deum ante rogauerat. *Consurgens mane.* Idest in aurora sequentis diei, quia in præcedenti die steterant cū ipso illi tres Angeli, quorum duo declinauerunt Sodomam in vespere, & manserunt ipsa nocte cum Loth, & sequenti mane, destruxerunt ciuitatem. *Vbi steterat prius cum domino Deo.* Idest cum illo Angelo tertio, qui venerat ad nunciandum ei conceptum Sarræ, vocatur tamen dominus Deus, quia loquebatur in psona Dei, vt patet præcedēti cap. & erat iste locus vsq; ad quem venerat loquens Abraham cum Angelis, & docens eos iter, ex loco autem illo apparebat Sodoma, & Gomorha, vt patet hic, quia ex hoc loco vidit Abraham nunc ascendentem fauillam de Sodoma, & quia ex illo loco videbant Sodomam, nec poterāt in itinere deuiare dimisit eos ibi. *Intuitus est Sodomam. & Gomorham.* Idest locum, in quo fuerant istæ ciuitates, quia iam non erant. *Et uniuersam terram regionis illius.* Scilicet Seboim, & Adamam, & territoria istarum ciuitatum. *Viditque fauillam ascendentem.* Quia iam omnia arserant, vel fortè tunc ardebant.

Quomodo dicatur Abraham post mane videre ciuitates cōbustas.

Sed quomodo dicitur, quòd Abraham mane consurgens intuitus est istas ciuitates, quæ iam arserant: cum Angeli cœperant eas euertere post Solis ortum, vt patet supra? Dicendum, quòd Abraham citò surrexit ad videndum ciuitates, sed quia locus, vbi erat Tabernaculum suum, satis distabat à loco illo, à quo intuitus fuit Sodomam, ideo quando venit, iam Sol ortus fuerat, & ciuitates euersæ. *Quasi fornacis fumum.* Idest sicut fumum valde nigrum ascendentem de fornace laterum. Et videtur ex hoc, quòd adhuc non subuersæ fuerant ciuitates, sed tunc ardebant, quia postquam aqua cooperuisset terram non poterant fauillæ eleuari. Vel fortè dicendum, quòd locus ciuitatum, & propinqui territorij, quæ mari cooperienda erant, iam cooperta fuerant, sed fauillæ ascendebant de alia regione in circuitu, quæ arsit, & non submersa est, de qua nunc arbore gignuntur poma fumosa. *Cùm enim subuerteret Deus.* Cùm non signat hic quando, sed ante quam, quia liberatio Loth non fuit facta, quando destruebātur ciuitates, sed ante quam destrui inciperent, vt patet supra, scilicet. Non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc, idest in Segor. *Recordatus est Abrahæ.* Est modus loquendi humanus, quia Deus nihil recordatur, cùm nihil obliuiscatur, sed semper omnia actu scit, & assistunt ei in se ipso, sed dicitur recordari, quia tunc aliquid egit pro Abraham, ex quo videtur quòd licet Loth iustus fuerit, principaliter tamen liberatus fuit meritis Abrahæ: magna enim erant merita Abrahæ, nam non solum tūc Loth meritis eius liberatus est sed etiam Rex Philistinorū, Abimelech, nam sic ei dixit Deus. Redde ei vxorem suam, quia vir Propheta est, & orabit pro te, & viues, si autem reddere nolueris scito, quòd morte morieris tu, & omnia quæ tua sunt. Et non solum isti qui tempore Abrahæ viuebant meritis eius saluati sunt, sed etiam illi, qui post eum fuerunt. Nam promissiones, quæ fuerunt in posteris completæ, ex meritis Abrahæ fuerunt completæ, vt patet supra 18. cap. Cùm dicit: scio ꝙ præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, vt custodiant mandata domini, & faciant iustitiam, & iudicium, vt adducat dominus propter Abrahaam omnia, quæ locutus est ad eum. Ideo cum infra 26. cap. promitteret se Deus daturum Isaac, & semini eius terram Chanam, merita Abrahæ præposuit dicēs: Tibi & semini tuo dabo vniuersas regiones has complens iuramentum, quod spopondi Abrahā patri tuo. *Et liberauit Loth de subuersione urbium.* Idest, tulit eū de vna vrbū illarum antequam subuerteretur. *In quibus prius habitauerat.* Idest in Sodomis. *Ascenditque Loth de Segor.* Segor est ad vnam partem vallis illius in ascensu montis, scilicet contra Occidentem: nam vallis Sodomorum est ad Orientem terræ promissionis, vt patet Nume. 34. cap. vbi ponitur mare salsissimum terminus ad Orientem, & illud mare est vbi ante erat Pentapolis Sodomorum, Segor autem erat in extremitate vallis apud radices mōris veniendo ab Oriente versus Occidētē: ideo alijs subuersis nō subuersa fuit, nec territorium eius exustum, & ista ascensio fuit eadem die, qua intrauit Segor, & causa fuit timor, vt infra patet. *Et mansit in monte.* Qui est ad vnum latus illius vallis supra Segor. *Duæque filiæ eius cum eo.* Quia vxor iam fuerat versa in statuam salis.

vbi sit Segor.

Sed

Quo vxor Loth versa fuerit in statuam salis.

Sed quæritur quando fuit vxor Loth versa in statuam Salis, an antequam intrarent Segor, an postquā exierunt. Si aliquis dicat, quòd antequam intrarent Segor, videtur litera in contrarium, quia vxor Loth conuersa fuit post se, vt videret destructionem ciuitatis, cuius voces audiebat. Sed dicitur supra festina, salua te in ea, quia non potero quicquam facere, donec ingrediaris illuc: ergo non incepit destructio donec intrauerunt Segor, ergo postquam intrauerunt Segor facta fuit statua salis, scilicet ad exitum. Sed & hoc non videtur posse stare, quia vt infra dicitur, Loth non exiuit de Segor, nisi quia timuit manere ibi postquam aliæ quatuor ciuitates subuersæ sunt. Sed vxor Loth conuersa est in statuam salis, quando istæ ciuitates destruebantur, & maximè videtur, quòd quando destrui incipiebant, attonita primis clamoribus percuntium conuersa est in salis statuam, ergo necesse est, quòd ipsa fuerit mutata, antequam intraret Segor, vel postquā intrauit: nō autem postquam intrauit, quia statua eius durat vsque hodie in loco, in quo conuersa est, & hoc ante introitum Segor, vt patet in libro de diuisione terræ sanctæ. Item quia quando Loth exiuit de Segor non facit mentionem textus, quòd ascenderint cum Loth nisi duæ filiæ eius: ergo vxor eius iam fuerat versa in statuam salis. Dicendum est ergo, quòd Loth vxor fuit mutata in statuam salis ante introitum Segor, & quando supra arguebatur, quòd dixit Angelus non potero quicquam facere donec ingrediaris illuc. Dico quòd non intelligitur donec intraret intra mēnia ciuitatis Segor, sed ꝙ intrarent territorium Segor nō intra mœnia eius, & hoc apparet ex motiuo Angelorum, ideo enim dixerunt, quòd non poterant facere aliquid, donec ingrederentur illuc, quia Sodoma cum toto suo territorio concremanda erat. Si ergo antequam exirent de territorio Sodomorum Angeli incēpissent destrnere regionem, intercepisset ignis iter Loth, & cremasset eos in medio, postquam autē intraret territorium non erat aliquod periculum, non ergo referebat magis incipere vastationem, postquā intrassent Segor, quàm postquam intrassent territorium Segor, inceperunt tamen Angeli quando erat Loth, & familia sua iuxta mœnia Segor circa portas ciuitatis, & tunc ad primos clamores pereuntiū conuertens caput vxor Loth in statuam salis mutata est. Sed dices quomodo potuit Loth scire, quòd ciuitates erāt consumptæ? quia non poterat videre eas cum mandauissent Angeli, ne conuerteret vultum retrorsum.

Quomodo Loth potuit scire ciuitates cōbustas, cū eis non videret.

Respondetur, quòd Angeli mandauerant ne conuerterent vultum post tergum, dum ibant in itinere, & comburebantur ciuitates, ne doleret de pereuntibus, vel ne desideraret redire ad eripiendum res suas, & hoc bene custodiuit Loth: sed postquam combustæ fuerunt ciuitates, & ipse manserat in Segor, respexit, & vidit ciuitates submersas. & omnem circa regionem consumptam. *Timuerat enim manere in Segor.* Putauit enim, quòd sicut aliæ ciuitates consumptæ erant ita Segor consumenda esset, & non recordabatur in hoc Loth promissionis Angelicæ: promiserat enim sibi quòd saluaret ciuitatē, pro qua rogauerat ne subuerteretur, vel fortè non intellexit bene Loth, quia perterritus erat. Dicit hic Nicolaus, ꝙ exeunte Loth de Segor subuersa est, sed falsum est, vt probatū fuit supra 14. cap. & vsque hodie manet illa ciuitas: & statua vxoris Loth ante introitum Segor veniētibus de loco, vbi erat Sodoma, & circa mare, vbi fuerunt submersæ aliæ quatuor ciuitates, consistit Segor vsque hodie. *Et mansit in spelunca.* Idest in quādam spelunca, quæ erat in monte, ne ibi frigus eum inuaderet. *Pater noster senex est.* Volebat maior minori persuadere, quòd coirent cum patre suo, & vsa fuit ijs verbis.

Sed ad quid dixit senex est, quia nihil videtur operari ista particula. Dico, quòd ista particula ponitur ad suadendum, quòd istud factum de concubitu paterno non deberet dilatari, quia cum Loth senex esset, cito moreretur, vel deficeret in eo vis generatiua. *Et nullus virorum remansit.* Putabant enim, quòd sicut tempore Noe mūdus vniuersaliter fuit destructus per aquam, ita nunc destructus erat per ignem, & sicut tūc Deus reseruauit Noe, & filios, & vxores eorum ad restaurādum genus humanum: ita nunc Angeli Domini reliquerant ipsas, & patrem suum ad suscitandum genus humanum, & si alij viri remansissent, magis ipsæ voluissent de alijs concipere, sed putabant istam vastationem esse vniuersalem, sicut vastationem diluuij, quia ipsæ audierant duo iudicia, scilicet ignis, & aqua vniuersalia esse, & in hoc intentio erat iusta, & pia, scilicet restaurare seculum, sed modus erat illicitus, scilicet coeundo cum patre, quia hoc nunquam licuit.

Quod autem non ex libidine facerent patuit, quia postquam quælibet earum vna nocte accessit ad patrem, & sensit se concepisse nunquam vlterius ad patrem redijt. *Qui possit ingredi ad nos.* Idest cognoscere nos carnaliter. *Iuxta morem uniuersæ tetræ.* Idest sicut in vniuersa terra fit ad generādū. Nos enim ignoramus alium modum, per quem conceptio fit possibilis. *Veni inebriemus eū vino.* Hoc fecerunt, quia si pater stetisset sobrius, nunquā ad hoc trahi potuisset, vt coiret cum eis, nec ipsæ præ verecundia, & timore talia patri suo auderēt proponere, nunc autem quia magna tristitia repletus erat ex morte vxoris inconsueta, & ex destructione ciuitatis, faciliter inebriari poterat. Sed videtur quòd inebriare patrem fuit superfluum, nam inebriatio fuit, vt dormiret, sed sine hoc quòd inebriaretur dormiturus erat, ergo inutile hoc erat. Respondetur, quòd non fuit superfluum, quia filiæ volebant cognosci carnaliter à patre, ad hoc autem quòd aliqua mulier cognoscatur à viro carnaliter aperiendo claustra maximè quando virgines sunt mulieres, & claustra violenter rumpi debent, oportet, quòd ipse cognoscens vigilet, nam dormiens ad hoc vires non habet cum anima ad aliquem actum non intendat in somno ptæter quam ad naturales, vt digerere, & appetere, sed non ad eas, quę organis operatiuis explentur, quia requirunt attentionem ficut coitus. Si ergo pater earum sobrius esset, dato quòd dormiret, cum ad coitū euigilaret tactus ab aliqua filiarum suarum intelligeret, quæ esset, qui eum tangeret, & nullo modo talia ageret, immo ipsæ filię in periculo magno essent, quia pater intelligens earum infandam audaciam fortè occidisset eas, si autem inebriaretur dato quòd euigilaret cum ab aliqua earum tangeretur, quia tamen fumositates eleuatę à vino, & replētes cerebrum pertubabant phāntasiam, nō posset iudicare quid hoc esset, quod faciebat: opportunum ergo valde erat illis patrē inebriare, quia alias nihil de eo, quod volebāt egissent. *Vt seruare possimus ex patre nostro semen.* Idest vt habere possimus filios à patre nostro. *Dederuntque bibere uinum.* Dicunt quidam Hebræi, quòd istud vinum miraculose factum fuit in spelunca, vt nascerentur duo populi, scilicet Moabitarum & Amonitarum. Sed hoc valde stultum & irrationale est, quia Deus nō dat causam inceſtui, & alijs vitijs. Dicunt ergo aliqui, quòd filiæ Loth tulerunt de ciuitate Sodoma ea, quæ secū apportare potuerunt pertinentia ad cibum, inter quę principaliter fuerunt panis, & vinum. Et fortè dici posset, & melius, quòd quando exierunt de Segor portauerunt abundantiam quantum potuerunt, cùm sciuerunt se ituros in montem, in quo nihil horum reperturi erant: nam quando exierunt de Sodoma, non videtur quòd parauerint se ad exitum, quia cū Angeli

Videtur ꝙ inebriari patrem sit superfluū.

Opinio Iudæorū de vino dato Loth à filiabus.

sepe

sæpe dixerint Loth, vt exiret de ciuitate, & ipse dissimularet, vt aliquo modo parceretur ciuitati, Angeli apprehenderunt eum per manus, & filias suas, & vxorem, & duxerunt extra vrbem. Si autem Loth, & filiæ suæ aliquid pararent in ciuitate Sodoma ad exeundum, non dissimularent exire, sed exissent immediatè, nunc autem tam diu dissimulauerunt, quousque Angeli eos tamquam violenter de vrbe eduxerunt. Dicunt etiam, quòd in isto potu miscuerunt quædam habentia vim inebriandi, & mouendi libidinem, vt fortificaretur senex, qui tristitia absorptus erat. *Et ingressa est maior.* Prima nocte. *At ille non sensit.* Quando accubuit, nec quãdo surrexit filia: non mansit tota nocte filia cum patre in lecto, sed solum cõcubuit, cùm autem sensit se concepisse ex vnico actu, vel saltẽ paucis, surrexit ne eam pater videret. Et videtur fuisse iste concubitus in principio noctis immediatè, vt Loth dormire cepit, quia tunc multum ebrius erat, & dato quòd euigilaret, cùm tangeret, tamen nihil iudicaret perturbata phantasia, & sic nesciret, quæ esset fœmina, quam cognosceret carnaliter, immo nec iudicaret se aliquam cognoscere carnaliter: solet autẽ ebrietas durare vsque ad mediam noctem, vel paulo post ad minus secundum quantitatem vini ebibiti, & fumorum ascendentium atque perturbantium. Si ergo post mediam noctem accessissent ad eum, quando iam ebrietas esset ebibita, & esset Loth sobrius, aut in media nocte, vel paulo ante quando modicum de ebrietate restaret, mox vt euigilaret, perpenderet quæ esset, quę eum tangeret, & tale facinus deuitaret: oportuit ergo istum cõcubitum fieri cum inciperet Loth ingrauari somno in principio noctis, & recalesceret ascendente magna parte fumorum.

An vir dormiens cũ muliere coire possit.

Dicitur autem communiter, quòd vir non potest cognoscere mulierem nesciens. Hoc autem si simpliciter sic assumatur, falsum est, quia dicit sanctus Thomas in quodam quolibeto, q̃ quidam pater cognouit casu filiam suam, & vterq; dormiebat, & filia cõcepit. Sed dicendũ, q̃ ista cognitio stat dupliciter, aut cũ apertione claustrorũ, in qua consistit proprièque carnis cõmixtio, aut sine aperitione claustrorũ. Dico q̃ bene põt quis cognoscere fœminam siue virginẽ, siue corruptam, & quòd sequatur cõceptus, & partus sine hoc q̃ genitale viri subintret genitale fœminæ, si cadat virile semen super os matricis, quę vulua dr̃, & hoc siue per pollutionem nocturnam sicut contingit de patre, qui cognouit dormiens, vt ait sanctus Thomas in quohbet: siue forte per dæmonem incubum.

Alio modo contingit virũ cognoscere fœminam per claustrorum apertionem, ita q̃ genitale viri sub introeat genitale fœminæ. Et hoc videtur q̃ nõ possit fieri in dormiente, quia requiritur intentio dirigẽs organa executiua ad hoc, & maximè quando mulier cognoscenda virgo est, quia debet fieri claustrorum ruptio, quæ est per quandam violẽtiam factam, & requirit laborem, in tm̃, q̃ multi viri sunt, qui fœminas virgines cognoscere non possunt. Dicendum ergo, q̃ vir verè dormiens fœminam virginem nullatenus cognoscere potest claustra rumpendo: Loth autem cognouit filias suas, quæ virgines erant, vt ipse supra dixerat, scilicet. Habeo duas filias, quæ nondum cognouerunt virum, educam eas ad vos: Et abutimini eis sicut vobis placuerit. Et rupit claustra earum, quia isto modo intellexerunt se filiæ Loth dormuisse cum patre, quia aliam cognitionem carnalem ipsę ignorabãt, nec si scirent curauissent de ea, quia non erat sic in potentia earum cognosci, sed valde accidentale, & quòd raro contingere possit. Etiam quia ipse requirebant cognitionem carnalem secundum viam vniuersæ terræ, scilicet rumpendo, vt patet supra in litera.

Item dicunt quidam, quòd non solum cognouit quamlibet earum semel, sed etiam pluries, licèt non multotiens, quia ipse surrexerunt, & accubuerunt patre non vidente, quod esse poterat, quasi vsque ad medã noctẽ, in qua ebrietas euanescere solet ab ebrijs. Et ratio illorum est, quia non potest concipere mulier ex primo coitu, quo claustra virginalia rumpuntur: quare autem hoc sit, satis apparet, si respiciamus, licèt causa sit aliqualiter turpis, naturalis tamen.

Determinatio.

Dicendum ergo quòd, quando cognouit Loth filias suas, non dormiebat, & ipse bene sensit carnẽ fœmineam apud se in lecto, & conuertens se ad mulierem cognouit eam carnaliter, quia tamen erat absorptus ebrietate, non considerauit vtrũ esset vxor eius, vel non, nec recoluit vtrum fuisset vxor sua mortua, vel non, nec cognouit vtrum fœmina ab ea cognita carnaliter virgo esset, an corrupta: & licèt Loth nihil horum senserit, quia licèt non sciuerit Loth, quòd filiam suam cognouisset, sciuit tamen, quòd fuisset ebrius, & ideo debuisset sequenti die a vino magis abstinere, cum iam cognosceret vires vini, sed nõ fecit. Quia ergo antecedens fuit voluntarium, consequens licet non cognitum fuit aliqualiter voluntarium, saltem non fuit inuoluntarium, ita quòd totaliter destrueret rationem peccati.

Quis magis peccauit, pater, vel Loth, vel filiæ.

Sed quæritur, quis magis peccauit Loth, vel filiæ suæ. Alicui videbitur, quòd magis peccauerunt filiæ, quia voluntariè, & ex industria cum patre cubuerũt, pater autem ignorans fecit. Dicendum tamen, quòd magis peccauit Loth: immo secundũ quòd vult beatus Hieronymus, & Strabus, filiæ Loth non peccauerunt, Loth autem peccauit. Causa videtur, quia filiæ Loth non fuerunt motæ ad actum istum aliquo libidinis desiderio, sed sola pietate restaurandi genus humanum, qui erat honestus finis, & si actus de se turpis erat, quia incestus, eius impietatẽ posteritatis pietas, & affectus excusauit. Hoc Hierony. Et magis hoc patet, quia ignorantia in eis fuit satis probabilis, scilicet, quia putabant totum mundum perijsse, sicut viderãt illas ciuitates perijsse, & nesciebant aliqua loca illæsa esse. Sic enim supra dixerunt, nullus virorum remansit in terra, qui ingredi possit ad nos secundum morẽ, vel viam vniuersæ terræ. Etiam quia viderant, quòd Deus miserat Angelos suos, & liberauerat eas de natione ciuitatum, putauerunt, quòd conseruasset eas, vt in eis humanum genus cõseruaretur, & quia Deus matrem earum occiderat, credebant, quòd in hoc eis licentiam dedisset, vt de patre suo semen susciperent sicut a principio licuit fratribus sororibus copulari, ita hic liceret filiã copulari patri, quia maior necessitas erat, & hoc a Deo sic factum esse putabant. Strabus dicit, quòd Loth non excusatus fuit propter duo, primo quia Angelo dicenti ei, quòd maneret in Segor, non credidit, & in hoc incestus occasionem præstitit, quia si mãsisset in Segor, cum ciuitas illa subuersa non fuerit, filiæ eius ibi manentes non haberent occasionem accedendi ad patrem carnaliter, cum alios viros viderent.

Opinio Strabi.

Secundo, quia inebriatus fuit, & in hoc futuro incestui locum dedit. *Nec quando surrexit.* Licèt paret non sciuerit, quando filia accubuit, nec quando surrexit; sciuit tamen, quando sensit carnem fœmineam apud se, & quando eam defloravit. Sed deinde nondum ebibita ebrietate somno depressus non sensit eã surgere: *Ecce dormiui cum patre meo.* Idest ab eo fui carnaliter cognita: *Et dormies cum eo, ut saluemus semen de patre nostro.* Patet in hoc, quòd causa dilatandi genus humanum, & non causa alicuius fędæ delectationis ad patrem accesserunt, quia si propter delectationem egissent, nõ dixisset immediatè maior ad minorem,

rẽ, vt dormiret cũ patre, sed ipsa redijsset, vt magis delectaretur. Item quia postquam in duabus noctibus senserunt se de patre suo grauidas, nunquã accesserũt ad eum. *Conceperunt ergo duæ filiæ Loth.* Satis erat Loth dispositus, qui in senectute constitutus, vt supra dictum est, potuit duas puellas virgines deflorare, & vtranque immediatè grauidare. *Et uocauit nomen eius Moab.* Idest ex patre: est nomen compositum secundum Hebræos, & signat ex patre, & in hoc fuit ista maior inuerecunda, quia in nomine filij suam turpitudinem expressit, scilicet, quòd ex patre susceperit eum. *Et uocauit nomen eius Amon.* Ista nõ fuit ita impudens imponens filio suo nomen honestius, Amos. n. signat filium populi sui, idest parentelæ suæ, in qua poterat honestè concipere, sicut Sara de Abraham tamen erat consobrina eius, scilicet filia Aran, & soror Loth. Sciendum tamen, quòd licet scriptura mẽtionem non faciat, quia non curat de omnibus, tamẽ paulo post quam iste coitus, & inebriatio contigerũt Loth, & filiæ suæ, cognouerunt totam aliam terram saluam fore, & redierunt ad aliquam ciuitatem, & filię patri suo narrauerunt, quod contigit iuxta ordinẽ rei gestæ, & intentionem ad quam id fecerunt, & licet propter actus turpitudinem, & deformitatem cõsiderans satis Loth doluerit, postea tamen consolationem accepit. *Ipse est pater Amonitarum.* Ab istis duobus descenderunt duæ gentes, scilicet Moabitæ, & Amonitæ; quibus postea Deus bene fecit dans hostilem terram eis in possessionem sicut fecit filijs Israel, vt patet Deuter. 2. cap. quod refertur ad tempus, quo iste liber scriptus fuit, scilicet tempore Moysi, tunc enim Amonitæ, & Moabitæ erant duo populi satis multiplicati, vt patet in lib. Numeri, & Deuteronomij.

De peregrinatione Abrahæ in Geraris, & de ablatione Saræ, & restitutione. Cap. XX.

PROFECTVS inde Abrahã in terram australem habitauit inter Cades, & Sur, & peregrinatus est in Geraris. Dixitque de Sara vxore sua, soror mea est. Misit ergo Abimelech Rex Geraręe, & tulit eam. Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, & ait illi: En morieris propter mulierem, quam tulisti: habet enim virum. Abimelech verò non tetigerat eam, & ait. Domine num gentem ignorantem, & iustam interficies? Nonne ipse dixit mihi: soror mea est? & ipsa ait frater meus est? In simplicitate cordis mei, & mũdicia manuum mearum feci hoc. Dixitque ad eum Deus: Et ego scio, quòd simplici corde feceris, & ideo custodiui te, ne peccares in me, & non dimisi, vt tangeres eam. Nunc ergo redde viro suo vxorem, & orabit pro te, quia Propheta est, & viues. Si autem nolueris reddere, scito quòd morte morieris tu, & omnia quæ tua sunt. Statimque de nocte consurgens Abimelech vocauit omnes seruos suos, & loquutus est vniuersa verba hæc in auribus eorum. Timuerunt-que omnes viri valde: Vocauit autem Abimelech etiam Abraham, & dixit ei: quid feci-sti nobis? quid peccauimus in te? quia induxisti super me, & super Regnum meũ peccatum grande, quæ non debuisti facere, feci-sti nobis. Rursumque expostulans, ait, quid vidisti, vt hoc faceres? Respondit Abraham: Cogitaui mecum dicens. Forsitã non est timor Dei in loco isto, & interficient me propter vxorem meam. Alias autem, & verè soror mea est filia patris mei, & non filia matris meæ, & duxi eam in vxorẽ. Postquam autem eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam: Hanc misericordiã facies mecum: in omni loco, ad quem ingrediemur, dices, quòd frater tuus sim. Tulit igitur Abimelech oues, & boues, & seruos, & ancillas, & dedit Abraham, reddiditque illi Saram vxorem suam, & ait: Terra coram vobis est, vbicunque tibi placuerit habita. Saræ autem dixit: Ecce mille argenteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes, qui tecum sunt, & quocunque perrexeris memento te deprehensam. Orante autem Abraham, sanauit Deus Abimelech, & vxorem, ancillasque eius, & pepererunt. Concluserat enim Dominus omnem vuluam domus Abimelech propter Saram vxorem Abrahæ.

PROFECTVS Descripto qualiter se habuit Abraham proficiens ad proximum, hic describitur qualiter se habuit ad propriam domum, & hoc dupliciter. Primò qualiter se habuit ad vxorem. Secundò qualiter se habuit ad, plem cap. sequenti. Prima in quatuor partes. primo describitur Saræ sublatio. Secundò pro ista sublatione punitio, ibi. *Venit autem Deus ad Abimelech.* Tertiò, p iniuria facta satisfactio ibi. *Statimque de nocte.* Quartò pœnæ debitæ per orationem relaxatio, ibi. *Orãte autem Abraham.* Circa primum. *Profectus inde.* Idest à loco, in quo ante manebat, scilicet, in conualle Mambræ apud Hebron, & circa Pentapolim. Quare inde recessit? Dicunt Hebræi, quòd ideo recessit, quia multum diligebat hospitalitatem, & locus ille, in quo ante manebat, erat locus viatorum, quia erat circa Sodomã, & Gomorham, & alias ciuitates, ad quas magnus cõmeatus viatorum erat, quia terra illa abundantissima erat in omnibus, vt dictum fuit supra 13. cap. quia tota irrigabatur Iordane, & erat quasi Paradisus Domini venientibus in Segor, nunc autem destructis ciuitatibus, non erat aliquis transitus, nec hospitalitas: ideo transiuit ad aliam terram, in qua posset vti hospitalitate. Sed fortè dicetur, quòd hoc nõ videtur sufficiẽs, quia si propter solam hospitalitatem Abraham inde recessisset, iuisset ad aliquam terram conuicinam, in

Quare, & recessit in de. opinio Hebręorũ

qua hoc leuiter operari posset, & non iuisset ad terrã F
talis Regis, in qua vxoris castitas poterat pati dispendium sicut in Aegypto fuit, & quia ad Aegyptum nõ accessit propter hospitalitatem, sed propter famem, ita etiam videtur, quòd iuisset in Gerara. Sic etiam postea Isaac descendit in Gerara propter famem, vt patet infra 26.cap. Respondetur, quòd bene poterat esse, quòd Abraham descendisset propter aliquam aliã causam, quàm propter hospitalitatem, quia Gerara est in terra promissionis, sicut terra, in qua ante manebat, & ideo securus ad illam transibat sicut erat in alijs terris, in quibus peregrinabatur, & licet Abraham mandauisset vxori suæ, quòd ad quamcunque terram pergerent, semper se vocaret sororem eius, & non vxorem, vt infra patet, tamen non erat ibi G
multa causa timendi specialis magis, quàm in alijs partibus terræ promissionis. Quod autem obijcitur de Aegypto non est simile, quia est Aegyptus extra terram promissionis, & etiam gens illa multum feruet libidine, causa autem supra 12. cap. assignata fuit. *In terram Australem.* Gerara est terra Australis, & potest vocari Australis dupliciter, vel respectu terræ totius Chanaam, vel respectu terræ, in qua ante morabatur Abraham. Est autem Gerara australis respectu terræ promissionis, quia est in latere Meridiano terræ illius contra terminum Aegypti, & patet per id quod subditur, scilicet quòd Gerara sit apud Cades, & Sur, sed ista duo sunt deserta, per quæ venerunt Israelitæ de terra Aegypti de deserto Sur. patet ex Exo. 15. cap. Cum dicitur tulitque Moyses filios Israel de mari ru H
bro, & duxit illos per desertum Sur, de Cades patet quia venerunt ad eam secundo anno, quo fuerunt in deserto post exitum de Aegypto, vt patet Nume. 13. & 14. & deinde steterunt ibi tricesimo quarto anno, vt patet Num. 20. Etiam quia vt patet Exo. 13. cap. via vicina terræ Chanaam de Aegypto est per terrã Philistin. Item quia dicit Paulus Orosius primo lib. de Ormesta mundi, quòd Aegyptus inferior habet ab Oriente Arabiam, & Palestinam, & sic Palæstina tangit Aegyptum, vel potest vocari australis respectu terræ, in qua ante habitauit Abraham, scilicet in conual le Mambre, quia ista terra est in medio sortis Iudæ, vt patet Iosue 15. cap. possessio autem Iudæ est tota terra australis, vt patet eod. cap. Est ergo Gerara magis australis, cum sit magis contra Aegyptum, & in terminis terræ promissionis, vt patet supra cap. scilicet facti sunt termini Chanaam venientibus à Sidone Geraram, donec ingrediaris Sodomam. Cum ergo ponatur ibi Sidõ, vt terminus Aquilonaris, & Sodoma, vt Orientalis, & Gerara, vt australis, sequitur, quòd magis australis sit quàm Hebron, vel aliqua terra de
Quid sit Cades. partibus Chanaam. *Habitauit inter Cades, & Sur.* Cades est locus in deserto Pharam, in quo sitiẽtes filij Israel petierunt aquas, & exasperauerunt Moysen, & Aarõ, & fecerunt eos peccare, licet adduxerint aquam de petra, vt patet Num. 20. cap. & iste locus vocatur Cades barne: Sur est solitudo contra terminos Aegypti
Sur qualis inter Cades, & Barad, ista solitudo vocatur alio nomine desertum Etham, quod est coniunctum terræ Aegypti, & patet quia Exo. 15. cap. dicitur, quòd tulit K
Moyses filios Israel de mari rubro, & ingressi sunt in desertum Sur, & Num. 33. cap. dicitur, quòd transeũtes filij Israel per mare rubrum ambulauerunt per desertum Ethan. Si autem ista deserta non essent idem, non posset stare litera, cum vtraque dicat, quòd egressi de mari rubro venerunt per desertum Sur, vel desertum Ethan. Item quia Exo. 15. cap. Dicitur, quòd post mare rubrum venerunt in desertum Sur ambulaueruntque tribus diebus per solitudinem, & Num. 33. cap. dicitur, profecti de mari rubro ambulauerũt tribus diebus per desertum Ethan: ergo idem erat.

Item quia Exo. 15. cap. Dicitur, quòd postquam ambulauerunt tribus diebus per solitudinem Sur, & nõ inuenerunt aquam, castrametati sunt in Marath. Nume. 33. cap. dicitur, quòd profecti de deserto Ethan venerunt in Marath. Nicolaus tamen dicit Exod. 14. Opinio Nico. de Sur refelli tur.
q̃ non sit idem Sur, & Marath, vt patet in argumento suo ibidem, sed necessario cogetur confiteri esse idem, de quo Exo. 14. magis dicemus. *Et peregrinatus est in Geraris.* Idest in terminis Gerarę, sicut dicimus in Ierosolymis, idest in terra Ierusalem. *Dixitque de Sara vxore soror mea est.* Quia timuit mori propter illam, vt infra patet. *Misit Abimelech Rex Gerarę.* Homines suos ad Abraham, vt daret sibi illam sororem suam. *Et tulit eam.* Quia licet Abraham inuoluntarius esset, non poterat tamen recusare, quia dixerat eam esse sororẽ suam. Sed dices non videtur rationale, q̃ Abimelech tulerit Saram, vt esset vxor eius, vel concubina, quia Reges numquam accipiunt de mulieribus alienigenis, nisi propter magnam pulchritudinem, & fecundi tatem. i. quia est disposita ad concipiendum, & faciẽdum bonos fętus. Sara autem neutrum horum habebat, quia iam erat nonagenaria, vt dictum fuit supra 17. cap. & desierant muliebria fieri, vt patet supra 18. cap. Ideo nec pulchritudo, quæ per vetustatem excluditur, nec fœcunditas ei inesse poterant, nullus ergo Rex debuisset eam ad aliquid diligere. Respondetur secundum Hebræos, q̃ Sara talis erat, qualis amari potuisset, quia in tota vita sua remãsit in ea carnis tenerI
ritudo, & leuitas, & viuacitas coloris, quæ faciunt pulchritudinẽ. Et hoc potuit esse in ea propter duo, aut propter sanctitatem, aut quia non pepererat, nec nutriuerat, & erat bonæ cõplexionis, partus aũt, & nutritio paruulorũ fęminas cito inueterat, & oẽm pulchritudinem tollit, sic ẽt legit de Moyse Deut. vlti. cap. q̃ cum esset centum, & viginti annorum non caligauit oculus eius, in Hebræo dicit non est offuscatus color eius, vel oculus, quia vnum nomen Hebraicũ est cõe ad oculũ, colorem, & fontẽ. Sic etiã habet de Caleb, q̃ eadẽ fortitudo bellica, quæ erat in eo, qñ erat annorũ quadraginta quatuor fuit qñ erat annorum octoginta quinq;, vt patet Iosue 14. cap. Quod aũt Deus hoc concesserit Saræ in tanta ætate, satis est rõnale, qa
I
sicut robur corporis, ita pulchritudo quoddã Dei do nũ est, & sicut illud dat, ita istud. *Venit autem Deus.* Hic ponit secundũ. s. ablationis Saræ punitio, & antequã Deus per somnium manifestaret Abimelech, incide rat ipse in quãdã magnã ægritudinem immediatè, vt venit Sara, & desperãtibus medicis de eius salute De⁹ per somnium ei locutus fuit, q̃ ista contingebant q̃p vxorẽ peregrini, quã violenter tenebat, & q̃ nisi redderet moreretur, & terribiliter Deus ei cõminatus est: ante q̃ Deus appareret Abimelech percusserat familiã eius cõcludendo oẽm vuluã domus Abimelech. s. ne mulieres domus suæ laborantes in partu parere possent. Et sciendum quòd, vt textus innuit immediatè, vt capta fuit Sara Deus percussit Abimelech ne tãgeret Saram, & cito liberauit eum, non enim permãsit tãto tempore in domo Abimelech, sicut alia vice K
manserat in domo Pharaonis.

Ratio est, quia Sara tunc nouiter conceperat, & si ibi magno tempore permansisset appareret vterus eius tumens, & fuisset hoc valde inhonestum Sarę, & Abrahæ, & deprehendisset Abimelech mendacium Abrahæ turpiter, & fortè contra eũ aliqua attẽtasset, ex quo etiã patet, q̃ immediatè post Sodomæ euersionem venit Abraham in Gerara. Et cum dictũ fuerit supra 18. cap. ab Angelo, quòd post vnũ annum Sara filiũ haberet, & hoc fuit dictũ vna die anteq̃ sub ueteretur Sodoma, vt patet eod. cap. Ergo si moratus fuisset

fuisset per aliquot dies descendere in Gerara, quando A
illuc iret, vterus Saræ iam intumesceret, & sic nullo modo vellet accipere Abimelech Saram cum videret eam prægnantem, sed nunquam deprehendit Abimelech Saram esse prægnantem, nec qñ recessit, ergo modicum post subuersionem illarum ciuitatum quatuor venit, & modicum cum Abimelech moratus est. Sed fortè dicetur, quòd ista non euenerunt
Quo tempore hæc cõtigerũt. seriatim, sicut narrantur, quia non semper res narrantur eodem ordine, quo geruntur, vt patet in multis locis, potuit ergo hoc esse ante subuersionem Sodomæ, vel post magno tempore, postquam recessit, & genuisset Isaac. Sed hoc non potest stare, non enim potest dici, quòd hoc contigerit post natiuitatẽ Isaac, B
quia semper habitauit Abraham in Bersabee post natiuitatem Isaac. Sed quando Abraham venit ad Abimelech nondum moratus fuerat in Bersabee, quia locus iste est in terra Philistinorum, vt patet cap. sequenti, quæ erat sub dominio Abimelech, vt patet ibidem. Item non est probabile, quòd ista contigerint post natiuitatem Isaac, quia tunc cognosci posset, vtrum Sara esset vxor Abrahæ, an non.

Item nunquam debet ordo scripturæ credi mutatus, nisi propter aliquam necessitatem, alioquin nulla certitudo teneretur in ordine rerum gestarum, quod absurdum est, sed supra posuit promissionem prolis ad Abrahaam deinde cap. sequenti, ponitur complementum huius, ergo hoc, quod interponitur videtur, quòd pertineat ad tempus intermedium, cum non C
videatur aliud congruentius, ad quod possit hoc pertinere. Nec potest dici, quòd hoc acciderit ante subuersionem Sodomæ, quia ante subuersionem Sodomæ manebat Abraham in conualle Mambre, vt patet supra 14. cap. Et quando fuit destructa ibidem manebat, patet supra 18. cap. Quia quando Angeli venerunt ad destruendum Sodomam in specie virorum Abraham iuit cum eis ostendens viam, quo vsque viderent Sodomam. Item alia die quando destructæ fuerunt ciuitates, surrexit Abraham mane, & venit ad contemplandum ciuitates, & tunc ardebant, vt patet supra præcedenti cap. Sed in principio huius cap. dicitur quòd inde profectus fuit Abraham veniens in Geraris, ideſt de loco, in quo ante manebat, scilicet in conualle Mambre. Ergo necessario dicendum est, D
Ambitoris determinatio. quòd fuit post euersionem Sodomæ, & ante natiuitatem Isaac tempore, quo Sara grauida erat portans in vtero Isaac, & sic non est aliqua anticipatio, vel recapitulatio, sed rectus ordo seruatus est. *Ad Abimelech per somnium nocte.* Hoc erat quando Abimelech infirmitate grauatus erat, & à medicis desperatus. *Et ait illi.* Nunquid Deus, vel Angelus loco Dei locutus fuit Abimelech, videtur quòd sic, quia alias litera falsa est.
An Deus Abimelech fit mẽdax. Respondetur, quòd non fuit hic aliqua realis verborum prolatio, nec realiter aliquid audiuit Abimelech, quãdo ergo dicitur. *Ait illi.* Dico, quòd hoc fuit secũdum quòd litera declarat, scilicet per somnium, est enim somniũ, vel aliqua imaginaria sensatio facta per dum dormimus. Somnus aũt est ipsa dormitio, cũ aũt dormimus impossibile est fieri sensationem per ali- E
quos sensus exteriores, quia ad cautandam visionem, vel auditionem requiritur actualis conuersio animæ ad sensationem, & ideo videmus aliquando contingere, quòd aliqui homines habentes oculos apertos, & nullo modo impeditos aliquid ante se positum nõ vident, & tamẽ ipsa species visibilis multiplicatur per medium, quod est in ipsa pupilla, quia tamen anima non se reflectit super ista, non patitur ab aliquo istorum, & tunc nulla facta mutatione in corpore secundum locum, vel secundum situm, & manente oculo aperto, vt ante, si anima relaxetur ab illa consideratione, in qua ante erat, incipiet videre visibilia, quæ ante non videbat.

Patet hoc manifestius in raptu, quia quandocunque anima rapitur, semper rapitur ad magnum intelligibile, & cum tota intendat illi, nullo modo intendit operationibus organicis animalibus, vel naturalibus, & ita videtur mortuum corpus, licèt anima intra corpus sit, vt quando Paulus raptus fuit ad intelligendam, & contemplandam clarè diuinam essentiam, quia tantum intelligibile, & tali modo maximam attentionem requirebat, maxima autem attentio est, quando potentia totaliter intendit in suum obiectũ, & in nihil aliud. Oportuit ergo, quòd anima Pauli soli diuinæ essentiæ contẽplandę intenta nihil circa corpus operaretur, & ita videretur mortuus, & nesciret vtrum in corpore, an extra corpus, & sic dixit ipse beatus Paulus 2. ad Corinth. 12. ca. Scio hominem in Christo ante hos ferè quatuordecim annos, siue in corpore nescio, siue extra corpus nescio, Deus scit, raptum huiusmodi vsque ad tertium cœlum, & scio huiusmodi hominẽ, siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus sit, quia raptus est in Paradisum, & audiuit archana verba, quæ non licèt homini dicere. Si autem anima aliquo modo potuisset intendere tunc corporalibus operationibus, non esset maxima attentio. De ijs autem magis dictum fuit Nume. 12. ca. de Determinatio veritatis.
generibus prophetiæ, & ibi vide. Non potuit ergo Abimelech videre, vel audire dum dormiret. Sed tũc dormiebat, quia dicit litera per somnium, ergo non audiuit realiter. Sed factum sic, quòd dum dormiret Deus mouit phantasiam suam formando imagines Dei apparentis, & verborum, quæ dicebantur, & talis verborum prolatio imaginaria vocatur hic dicere. Sicut nos videmus in somnis, & nobis apparet, q̃ verè audimus, & si natura tantam mutationem facere potest per naturales species phãtasticas, quid Deus agere poterit per species, quas impresserit phantasiæ? quia tantum illæ erunt motiuæ ipsius phãtasiæ, quòd ipsa sensatio imaginaria modicum videatur distare à sensatione vera, & reali: & ita erit certum illud, quod isti taliter repręsentatur, quasi si auribus audiret, aut oculis videret. *En morieris propter mulierem, quam tulisti.* An Deus mendaciũ dixerit mortẽ Abi melechnõ sequuturã p̃dicendo.
Sed quæritur nunquid istud fuit mendacium, quia nõ sic contigit, vel quia sic Deus agere non intendebat? Dicet fortè aliquis, quia ista non fuit determinatio diuinæ voluntatis, sed fuit ostensio eius, quod causa particularis requirebat, scilicet peccatum Abimelech. Vnde non intendebat Deus dicere, quòd certè moreretur, sed quòd peccatum suum, scilicet, quia tulerat mulierem, vt dicitur in litera merebatur, vt moreretur. Sic enim dicitur de Ezechia rege, quãdo Deus dixit ei per Isaiam dispone domui tuæ, quia morieris, & non viues, vt patet 4. Reg. 20. & Isaiæ 38. capit. non intelligebatur tamen, quòd Deus dicebat eum esse certè moriturum, sed quòd causa naturalis inferior, scilicet infirmitas sua exigebat, q̃ ipse moreretur; de quo magis diximus Deuteron. 18. ca.

Et adhuc confirmatur hoc, quia in fine capituli dicitur, quod orante Abraham pro Abimelech liberatus est, ergo videtur, quòd ante promerebatur mortem, & si non orasset Abraham, mortuus fuisset.

Sed hoc non potest stare, quia non fecerat Abimelech aliquod peccatum, quod requireret, quòd moreretur, non est ergo dicendum, quòd Deus ostendebat ei, quòd secundum causam particularem moriturus esset. Patet, quia Abimelech dixit in simplicitate cordis mei, & in puritate manuum mearum feci hoc, & Deus hoc confirmauit subiungens: ego scio, quòd simplici corde feceris, & ideo cu stodiui te, ne peccares in me, & ipsa litera manifestè

declarat eum non peccauisse, cum dicit: Et ideo cu- F
stodiui te, ne peccares in me. Si ergo non peccauit, non merebatur mortem secundum determinationẽ particularis causæ, qa causa mortis est ipsum peccatũ.

Et exemplum de Ezechia non est simile, quia ibi suberat aliqua causa naturalis particularis, quæ exigeret mortem Ezechiæ, scilicet, ægritudo magna, in Abimelech, autem nihil, vt dictum est. Nec valet cõfirmatio, quia oratio Abrahę fuit ad soluendum Abimelech ab infirmitate, qua tenebatur ipse, & domus sua, & non ad liberandum ipsum à sententia mortis, & hoc patet, quia infra dicitur, quòd orante Abraham, sanauit Deus Abimelech, & vxorem, & ancillas, & pepererunt. Dicendum ergo, quòd ista verba
Determinatio Authoris. non exprimebant determinationem voluntatis diuinæ, nec aliquam causam inferiorẽ naturalem, vel spiritualem inductiuam, vel promeritoriam mortis, sed solum dicebantur comminatoriè. *En morieris propter mulierem quam tulisti.* Scilicet, si nõ reddideris eam. Vel potest dici, quod licet non esset aliquod peccatum istius, propter quod iste deberet mori, vt Deus protestatus est, erat tamen inflicta ei aliqua infirmitas, vt redderet Saram, ex qua si permitteretur à Deo, naturaliter mortuus fuisset, ista autem infirmitas non fuit inducta naturaliter, sed à Deo inflicta, non tamen fuit inflicta propter aliquod peccatum commissum contra Saram, sed quia Abraham patiebatur iniuriam ob mulierem, non enim verè faciebat iniustum Rex Abrahę, quia non putabat esse vxorem, neque ex hoc merebatur pœnam; Deus tamen dat pœnas, vt ei placet, & aliquandõ punit homines in vno facto innocẽtes propter peccatum, quod olim commiserunt, tunc
Quõ quandoq; Deus innocẽtes in aliquo delicto punit. puniuntur, cum tu nec peccatum non egerint; & homines putant eos in illo actu deliquisse. Et sic multi delinquentes existimantur, qui non fuerunt; magna tamẽ est Dei iustitia, qa licet ipsi tunc qñ deliquerint, meruerunt puniri, & non puniuit, tamen alias quando crederent non deliquisse tunc punit. Potuit esse ergo, quòd Abimelech meruerit puniri ob aliud delictum, & non punitus fuit; & nunc puniuit eum Deus propter Abraham, commutando punitionem vnius delicti ad alterum. Iudices autem humani istam cõmutationem facere nõ possunt, scilicet, quòd puniãt I
vnum hominem, quem sciant olim deliquisse, & tamen non accusatum de illo crimine, si nunc accusetur de alio, quod falsè obijcitur secundum rem, nec etiam testibus comprobatur. Et ratio est, quia iudicibus humanis non totus status hominis iudicandus committitur, sed casus particularis, Deus autem totã vitam iudicat, cum homo totaliter ordinetur in Deũ, & non eodem modo in communicationem politicam, maximè quia in communicatione politica puniuntur delicta ad conseruationem status politici, perditur autem status politicus ex perditione suarũ partium, quæ sunt singuli ciues, cum constet ex his partibus, perditur etiam quando agitur contra publicam honestatem, aut vtilitatem dato, quòd contra nullum de ciuibus agatur. Quædam autem sunt vitia, quæ nõ
Quo modo iudex debet sententiã ferre secũdum allegata, & probata. sunt contra aliquam partem ciuitatis, scilicet, quòd K
infligatur damnum, aut iniuria alicui ciui, nec sunt cõtra publicam honestatem, sicut quòd aliquis cibis immoderate vtatur, aut potibus, vel quòd proximũ suũ non diligat, vt mandat lex diuina, vel quòd concupiscit res alterius, ideo iudices humani in politia ista nõ puniunt, dato quòd constent publicè. De his autem, quæ sunt contra aliquem de ciuibus, aut contra vtilitatem, vel honestatem Reipublicæ iudices humani iudicant, sed non sine accusationibus, & probationibus. Nam dato, quòd iudici constet alicuius pecatũ non iudicialiter, sed quia ipse, vt singularis persona vidit eum, condemnare non potest, si ab aliquo non accusetur; quia licet publica honestas esset crimina non manere impunita, tamen si daretur, quòd sic iudices videntes aliquod crimen fieri, vt singulares personæ possint condemnare propter illud, esset occasio magnorum malorum, scilicet, quòd ipsi iudices calumniari possent cuicunque vellent, sicut illi duo seniores iudices Israel in Babylone accusauerũt Susanam, & condemnauerunt eam, vt personæ publicæ, cum ipsi dixissent vidisse crimen eius, vt personæ priuatæ, & tamen mentiti sunt, & eam iniustè condemnauerũt, nisi Deus occurrisset, vt patet Danie. 13. cap. Si autem tunc non licuisset iudici condemnare aliquem ex sua accusatione, sed ex accusatione alicuius alterius, non potuissent illi seniores condemnare Susanã. Etiam si iudicibus concederetur punire posse aliquẽ de crimine, quod olim egerat, quando nunc de alio accusatur, quod non constat, esset locus affectionis, & plenus iniurijs multis. Iura autem humana magis voluerunt aliqua peccata impunita relinquere, quàm ad iniustè puniendum occasionem tribuere, ideo non solum hoc, sed etiam si aliquis iudex aliquem accusare vellet qualitercunque, & delictum testibus comprobare, non permitteretur iudicare sententiando in eadem causa, quia euidens præsumptio est, quòd ille, q alterum de crimine accusat, vellet illum punire, & sic semper esset suspecta sententia, quia aliquo modo posset cauillare, vel testium attestationes peruertere. Si ergo iudex contra aliquem causam habeat, deponat habitum iudicis, & coram quouis alio litem agat, iura namque volũt iudicem ad neutram partium esse magis affectum, faciliter enim quilibet in illud tẽdit, ad quod aliqualiter affectus est. Sic ergo infirmitas inflicta Abimelech non poterat curari, nisi à Deo precibus Abraæ curaretur, & huic consonat dictum Iosephi, scilicet, quòd medicis desperãtibus de salute Abimelech apparuerit ei Deus dicens ista, scilicet. *En morieris, quia tulisti vxorem.* Idest licet tu non peccaueris in hoc, ego tamen inflixi tibi infirmitatem, de qua morieris, quia tulisti vxorem peregrini, nisi ipse pro te orauerit, & hoc est, quod infra dicitur, nunc ergo redde vxorem viro suo, quia Propheta est, & orabit p te, & viues. *Habet enim virum.* Et ideo nefas fuit tollere eam viro suo. *Abimelech verò non tetigit eam.* Etiam quãdo alia vice capta fuit, vt esset vxor Pharaonis, nõ fuit tacta, sed non curat ibi textus dicere vtrum tacta fuerit, vel non: hic autem multum insistit in hoc; & ratio est, quia postquam exiuit Sara de domo Abimelech quasi per octo, vel septem menses peperit Isaac; & ideo si scriptura hoc non expressisset, poterat dici, quòd Isaac non erat filius Abrahæ, sed filius Abimelech, vel alicuius de seruis suis, quãdo autem exiuit de domo Pharaonis, non referebat dicere hoc, quia tũc non peperit, nec concepit, & nunc factum est. *Domine mi.* Idest nunquid gentem ignorantem, & iustam interficies? quasi dicat, non est iustum. Aliqui libri habent. *Gentem ignorantem, & iustum interficies?* Et tunc. *Gentem ignorantem.* Refertur ad familiam Abimelech. *Et iustum.* Refertur ad ipsum Abimelech. Sed vbique est eadem sententia. *Gentem ignorantem.* Idest me, & meos, qui ignoranter hoc fecimus: non enim putauimus eam esse vxorem illius; cognouit autem Abimelech per accidens Saram esse vxorem Abrahæ, scilicet, quia cognouit hãc, & hæc erat vxor Abrahę; ergo cognouit vxorem Abrahæ, sed cognitio per accidens non causat voluntarium, vt patet 5. Ethi. *Et iustam.* Iustus dicit rectitudinem voluntatis in commutendo, vel destribuendo, & quia Abimelech, & serui eius non habuerunt malam intentionem, cũ acceperunt Saram. s. fornicandi, vel adulterandi, sed solũ accipiendi

Cap. 9.

cipiendi eam in vxorem regis putantes non esse coniugatam: ideo iusti vocantur. *Nonne ipse dixit mihi soror mea est, & ipsa ait frater meus est?* Quasi dicat ex cõcordi confessione amborum ego habui iustã causam ignorantiæ. *In simplicitate cordis mei* Idest corde recto, & simplici accipiebam eam credens eam esse sororem eius, fuisset enim cor duplex, si sciens quòd esset vxor sua, accepisset eam publicè quasi fingens, quòd esset soror eius. *Et mundicia manuum mearum.* Idest, quia mundus fui in accipiendo eam, scilicet, quia nunquam tetigi non debes. ergo me occidere. *Vel immundicia manuum mearum.* Scilicet, quòd ad actum licitum accipiebam, scilicet vt esset vxor mea, & non in concubinam, vel aliter tractandã: iustus ergo totaliter erat Abimelech,
Iustitiæ actus in quibus cõsistit. quia iustitiæ actus aut bonitas eius simpliciter consistit in duobus, scilicet in actu interiori affectionis, vt si rectum iudicium sequentes rectè eligimus, & in exteriori excutione si secundum iudicatum & electum executio subsequatur, vtrunque autem habuit Abimelech: primum cum dicitur in simplicitate cordis mei, idest, quia ad bonum finem accipere eam elegi: & non in concubinam, vel ad illudendum ei. Secundum, quia ita executus est nõ accedens vsque huc ad eam carnaliter, quia nondum eam in vxorem accepe ram, sed expectans vsque in posterum, & sic Sara mũda euasit.

Sed dices nunquid in his loquebatur Abimelech verè? Respondetur, quòd nihil loquutus est, sed sicut supradictum fuit, ista fiebant in somnijs. Sicut ergo Deus locutione imaginaria loquebatur ei imprimens species in phantasia hoc signantes: ita impressit alias imaginarias species, per quas videbatur sibi quòd respondebat Deo ista, quæ dicuntur hic.

Et si dicas si ista non fiebant verè, quomodo post ista surrexit immediatè Abimelech, & nunciauit seruis suis? Respondetur, qp vt supradictũ est, istę species adeo impressę tantum mouebant phantasiam, quòd videbatur sibi verissimè sentire: & sicut euenit in quibusdam somnijs contingẽtibus à naturali causa, quòd aliquando sunt somnia ita terribilia propter magnam immutationem spec ierum, quòd compellunt ad veras lachrymas, & tanta angustia aliquando sequitur, quòd anima nõ potens huiusmodi labores sustinere, excitatur incipiens operari per organa: cuilibet enim ista sepissimè cõtingunt. Sic ergo fuit in Abimelech, quòd magnus motus phantasticus valde terribilis, scilicet mortis comminatorius coegit eum excitari. *Ego scio, quòd simplici corde feceris.* Quasi dicat, ego qui sum Deus, & cognosco renes & corda, vidi intentionem tuam rectam. *Et ideo custodiui te, vt non peccares in me.* Idest, quia vidi te bonam intentionem habere, dedi tibi gratiam, vt non coires cum ista muliere, & peccares. Ex ista litera clarè elicitur, quòd sicut vnus homo peccans per illam malam operationem demeretur, ne à Deo adiuuetur, & quòd cadat in aliud peccatum, ita vna bona operatio meretur, quòd Deus conseruet operantem, ne cadat in peccatum, sed confortetur ad aliam bonam operationem. *Et non dimisi te, vt tangeres eam.* Scilicet affligendo te infirmitate, quę erat occasio, ne eam tangeres, vel dando tibi intentionem ne eam cognosceres, licet si Abimelech eam cognouisset non peccabat in hoc: quia eam, vt vxorem suam cognosceret. *Nunc ergo redde vxorem viro suo.* Idest vsque nunc potueras eam sine peccato cognoscere, & tenere, quia ignorabas esse maritatã. *Nunc autem.* Idest, quia cognoscis eam nunc esse maritatam non est tempus tenendi eam, sed redde viro suo. *Quia Propheta est.* Hoc ponitur propter duo. Primò, quia fortè Abimelech diceret Deo: domine ipse nollet eam recipere, sed odio habebit putans, qp ego cognouerim

Alph. Tost. super Genes.

eam, ad hoc respondet Deus dicens, quòd non formidet eam dare illi, quia vir eius Propheta est, & cognoscit per spiritum quòd tu non tetigeris eam: & ideo libenter recipiet. Vel dicitur. *Quia Propheta est.* Ordinãdo cum sequentibus, & ipse orabit pro te, vt remittatur tibi, & exaudietur à Deo, quia vir sanctus, & Propheta est. Propheta dupliciter dici potest, vno modo Secunda. Propheta dicitur ac. Primo. Secundo. pro illo, cui aliqua à Deo reuelantur hominibus publicanda, & sic nos communiter Prophetam vocare consueuimus, & hoc modo Isaias, Ieremias, & cæteri, quorum libros habemus Prophetæ à nobis vocãtur.

Alio modo accipitur Propheta pro illo, qui à Deo aliquas reuelationes accipit, & cum Deo loquitur, licet hominibus nihil eorum, quæ audit à Deo denunciet, & sic vocatur hic Abraham Propheta, quia Deus ei frequenter loquebatur, vt patet supra 12. 13. 15. 17. 18, & infra 22. cap. & hoc modo vocatur Maria soror Moysi, & Aaron prophetantes, vt patet Exo. 15. cap. Nam ab ipsa nihil prophetatum in libris accepimus, tamen Num. 12. cap. Dicunt ipsa, & Aaron, quòd eis Dominus locutus est, & hoc modo vocatur Iosue Prophera, quia Deus ei frequenter loquebatur, vt patet Iosue primo, & 3. & in multis locis. Dicitur autẽ de eo, quòd est Propheta, Eccle. 46. cap. Scilicet Fortis in be. lo Iesus Naue successor Moysi in Prophetis magnus secundum nomen suum, licet de Iosue posset dici aliquo modo, quòd esset Propheta primo modo, quia populo loquebatur aliqua de eis, quæ Deus dicebat ei. *Orabit pro te.* Scilicet ne Deus imputet tibi hoc ad peccatum. *Et viues.* Idest non morieris de infirmitate hac, quam tibi inflixi, quæ tanta erat, vt naturaliter ex ea mori deberes. *Scito, quòd morte morieris.* Idest etiam si alia plaga non apponatur tibi, ea, quam pateris sufficit tibi ad mortem. *Et omnia quæ tua sunt.* Non solum punitur Princeps pro peccato suo, sed etiam populus, & maximè familiares sui. Causa autem du- Duplex causa punitionis subditorũ pro Principe. plex est: vna quòd peccatum Principis aliquo modo est peccatum subditorum, cum ipsi possent Principẽ ad contraria mouere, & si negligant peccant: & hoc verum est quantum ad peccata publica: vt scilicet, qp Princeps aliquem rebus suis iniustè priuat, vel eum occidit iniustè: de peccatis autem priuatis nihil attinet, scilicet de illis, quę intra se Rex committit, & nulli patent, vel de his, quæ ad alterum non sunt, vt inuidere, superbire, & in cibo delectari. Alio modo, qa populus aliqualiter est Principis, ideo sicut interdum homo perdit res suas propter peccatum, ita proportionaliter populus punitur propter Regem.

Etiam quia propter peccata subditorum interdum eorum prælati mali sunt, ideo peccata dominorum interdum redundant in subditos quãtum ad pœnam. *Statimque de nocte consurgens.* Hic ponitur iniuriæ satisfactio, & in hoc satisfecit Deo, ei confestim obediendo. Satisfecit etiam Abrahæ, ei munera tribuendo, quia licet non fuerit grauiter culpabilis Abimelech, aliquam saltem leuissimam culpam incurrit, pro qua dedit ei munera, vt remitteret offensam, & pro eo oraret. Vel fortè licet non peccasset quicquam, nec se peccasse intelligeret, quia tamen Deus dixerat Abimelech, nunc ergo redde ei vxorem suam, quia vir Propheta est, & orabit pro te, considerauit se Abimelech infirmatum potentemque euadere per illum: ideo vt inclinaret Abraham ad rogandum pro se, dedit ei munera. Ista namque solent humanos animos ad omnem modum immutare, etiam dato, quòd nulla culpa Regis hic fuisset, & etiam leuissima, quia tamen Abraham patiebat dãnũ, & cordialiter dolebat, p ablata vxore, & sic aliquo mõ crederet Abimelech, quòd Abraham malũ animũ conderet eum haberet, licet nõ sic esset, quia Abram vir iu-

stus erat,& vt placaretur ira Abrahæ in eum, & cõsen F
tiret pro eo orare,dedit hic munera. *Statimque de nocte consurgens.* In hoc notatur magna obedientia Abimelech,quia non distulit exequi quod fuerat à Deo imperatum, sed immediate,vt euigilauit à somno tradidit hoc executioni. *Vocauit seruos suos.* Vt per eos exequeretur ea,quæ intendebat. *Locutus est vniuersa uerba.* Vt declararet eis quomodo Deus non solum ipsi Abimelech, sed etiam toti familiæ mortem comminabatur. *Timueruntque omnes uiri ualde.* Quia tunc cognouerunt,quòd illa infirmitas a Deo inflicta fuerat, & quòd poterat eos subito destruere, si vellet, & erãt in angustia positi,nisi Deus misereretur. *Vocauit Abimelech Abraham.* Vt daret ei vxorem suam,& vt ingreret ab eo causam huius rei,q̃ nõ dixerat esse vxorem suam. *Quid fecisti nobis?* Non quærit quasi dubitet, G
sed quærit per modum irati, qui de per se notis dubitare solet, vel quærit, vt videat quid sibi respondeatur. *Quid peccauimus in te?* Quasi dicat, hoc quod nobis fecisti nõ debuisses facere nobis,nisi in vindictam alicuius magni mali: sed nihil tibi tale fecimus. *Quia induxisti super me, & regnum meum peccatum grande.* Dicitur super me & regnum meum, quia non solum potuerat in hoc peccare Abimelech, sed etiam quilibet de regno Abimelech:sic enim dixit Abimelech rex Gerarę ad Isaac in simili casu, quare imposuisti nobis hoc: potuerat enim quisque de populo coire cum illa, & induxisses super nos peccatum grande. Vel aliter. *Super me, & regnum meum.* Quia pro illo facto non solum infligebatur punitio Abimelech, sed etiam toti familiæ suæ,& processisset in regnum, nisi H
cessasset Abimelech tenere Saram. *Peccatum grande.* Idest occasionem grandis peccati,quia vt dictum est poterat Abimelech, vel quispiam de populo coire cũ illa, & hoc erat graue peccatum, quia leuius existimabant illi & Aegyptij virum occidere, quàm viuente viro cum eius vxore coire.

Vel dicitur peccatum grande, idest grauis pœna, quæ inflicta erat Abimelech & seruis eius, quia magna erat. *Quæ non debuisti facere feciſti nobis.* Quia nullus debet alteri dare causam peccandi, nec causam,vt
Abrahæ peccatum duplex. puniatur: peccabat ergo hic Abraham in duobus: primo, quia mentiebatur: secundo, quia occasionẽ culpæ & pœnæ dabat proximo, & grauia delicta erãt ista, nisi causa fuisset,qua excusaretur Abraham, quã posui supra duodecimo capit. quia ibi fuit similis casus. *Rursusq; expostulans ait.* Quasi dicat, in hoc declarabatur tota intentio Abimelech contra Abraham: sed quia modus turbatorum est eadem sæpe repetere impellente animi passione, ideo replicuit dicens. *Quid vidisti,ut hoc faceres?* Idest,quod malum vidisti inter nos, quod te moueret ad faciendum hoc? Rectè quærebat in hoc Abimelech, quia si Abraham vidisset aliquod malum esse inter Philistinos seruos Abimelech,scilicet, quòd tollerent viris vxores suas, & occiderent eos pro eis, haberet aliquem colorem ad mentiendũ sic,sed vbi nõ viderat valde irrationabiliter faciebat, & ideo Abraham respondit huic ratio- K
ni, tanquam iustę dicens. *Cogitaui mecum dicens.* Scilicet antequam intraret ciuitatem,in qua erat Abimelech, quia homo debet præuidere consilio humano, quæ præuideri possunt. *Forsitan non est timor Dei in loco isto.* Timorem Dei dixit, quia magis homo recedit a malo per timorem, quàm per amorem, licèt perfectius sit recedere per amorem, ad paucos tamen pertinet, quia vulgus imperfectum est, sola sensibilia sentiens, & hæc amans. *Et interficient me propter uxorem meam.* Præponentes bonum delectabile bono honesto, & hoc fuit causa excusans Abraham sufficienter, vt dictum fuit supra duodecimo capit.non ex seipsa sola, sed ex adiunctione alterius causæ, scilicet, quia fortè descendebat propter famem vrgentem, vel magis propter aliquam causam honestam inducẽtem; ideo postea,vt euaderet periculum dixit illud mendacium, si tñ ipse non habens aliquam cãm descẽdẽdi in Gerara,voluisset discurrere, ga ipse sibi causam,vel potius occasionem diuagandi assumebat, quodammodo ad mendacium subsequens occasionem præstabat,& sic non esset excusatus a mendacio. Sibi enim imputare debebat, qui sine aliqua causa in tali loco se constituit,in quo induceretur ad mentiendũ, & magis confidenter hic poterat ista agere,quàm egisset,quia in Aegypto,licet confideret in Dei bonitate,quòd conseruaret eam,tamen nondum expertus fuerat,nũc autem iam expertus fuerat,quòd in Aegypto habuisset Angelum corporis sui custodem, & sciuerat spiritu prophetico,quòd ibi conseruanda erat à Deo. Et ideo dixit Deus ad Abimelech: redde viro vxorem suam,quia Propheta est,idest ipse cognoscit, quòd non accesseris ad eam nec accedere potuisses. *Alias verè soror mea est.* Idest præter istam rationem, quam habui celandi veritatem adhuc verè est soror mea,non accipitur verè soror, idest, quòd esset soror ex patre,& matre,sed verè soror, quia vere erant ex sanguinitate coniuncti. *Filia patris mei Thare.* Nõ immediate,sed erat filia Aran, & soror Loth, & Aran erat filius Thare, & frater Abrahæ,Sara autem neptis Thare,& consobrina Abrahæ sicut Loth.De hoc diffuse dictum fuit supra 11. cap. in fi. *Et non fratris mei.* Quia licet descenderit Sara de semine Thare sicut Abraham,tamen mater Abrahæ non erat mater Arã patris Saræ, ideo ex parte matris nihil attinebat Sara Abrahæ,sed ex parte patris,est ergo sensus. *Filia patris mei.* Idest attinet ad me ex parte patris, licet non sit filia immediate patris mei. *Et non matris meæ.* Idest nihil attinet ad me ex parte matris. *Et duxi eam.* Idest accepi eam in vxorem,licet esset consanguinea mea, quia illo tempore benè licebat in omni gradu contrahere, præterquam soror cum fratre suo ex patre, & matre immediatè. *Postquam autem eduxit me Dominus de domo patris mei.* Scilicet de Aran Mesopotamiæ in qua habitauit Thare,& cum eo Abraham,& Nachor,vt patet supra 11.cap.& Iosue 24.cap.In Hebræo dicitur. *Postquam errare me fecerunt Dij de domo patris mei.* Et est sensus, quòd Abraham exiuerat de domo patris sui, & I
Aran propter idolatriam,quia tota consanguinitas declinabat ad idolatriam, peregrinatio autem Abrahæ vocatã error eius, quia videbatur hinc inde quasi erabundus moueri, cum nesciret locum, ad quem iret, sed sicut Deus eum dirigebat. Sic patet ad Hebræ.11. cap. Cum dicitur,fide qui vocatur Abraham obediuit exire in locum,quem accepturus erat in hæreditatẽ, & exiuit nesciens quo iret.Hiero.autem transtulit singulariter Deus, quia aliquando ista nomina signant vnum in plurali sicut habetur in Hebræo. Deut.5.cap. *Eloim,Haim.* Idest Deorum viuentium,& ponitur ibi,p singulari,idest Dei viuentis,quia vnitatem Dei stabilire conatur lex. *Errare fecerunt, & exire fecerunt.* Nõ multum differunt, quia vtrũque signat peregrinationem sine certo loco. *Hanc misericordiam facies mecum.* Satis enim erat magna misericordia, quia per hoc eruebatur à morte Abraham. Si enim dixisset Sara vxor sum illius viri,occidissent eum,& hoc fecit Abraham post quam exiuit de domo patris sui,scilicet de Aran, quia discurrebat per diuersas terras inter incognitas gentes,quarum mores ignorabat,cum autem esset in domo patris sui, nihil horum timebat, ideo eam vxorem vocabat. *In omni loco ad quem ingrediamur.* Scilicet quando terra suspecta fuerit mihi propter tuam pulchritudinem,cum autem habitabat in terra

secura,vocabat eam vxorem, & non sororem, sicut A
in Bethel, & in conualle Mambre, & postea in Bersabee:cum enim in his locis habitauit non vocabat eam sororẽ, vt patet supra in principio 12.15.17.& 18.c. & infra cap.sequ.& 22. *Tulit Abimelech.* Dedit munera Abrahæ, vt oraret pro eo, & in remissionem offensę. *Oues,& boues.* Per hoc intelligit omnia genera animalium,quibus vita humana sustentatur,de quibus daret ei Abimelech,quia Rex erat,& magnifice daret.Sicut dicitur supra 12.cap.de Pharaone,quòd dedit Abrahę oues, boues, asinos,& camelos. *Seruos,& ancillas.* Per seruos,& ancillas,quæ sunt domesticæ possessiones,intelliguntur omnia alia bona domestica, vt aurum, & argentum, quæ daret ei. *Reddiditque illi Saram.* Tradens eam in potestate eius. *Terra coram uobis est.* In hoc faciebat eis magnam gratiam,quia dabat locum habitãdi in toto regno suo,vbicumque Abraham vellet. Et quantum ad hoc maiorem gratiam fecit Abrahę Rex Abimelech,quàm Pharao Rex Aegypti:nam Pharao dedit vxorem Abrahæ dans ei viros,qui eum vsq; ad regni exitum custodirent, Abimelech autem dixit, quòd maneret in quocunque loco vellet in regno suo: fecit tamen vterque bono animo. Nam Pharao vidit,quòd Aegyptij erant luxuriosi valde, & non habebant pulchras fœminas, quia nigræ sunt cum sint in terra calida,& multum meridiana. Sara autem pulchra nimis erat, vt patet supra 12.cap. Ideo Aegyptij concupiscerent eam,& non viueret Abraham quiete inter eos. In terra autem Gerare non erat eadem ra- C
tio tam vehemens,quia terra Gerare est magis Aquilonaris,& magis frigida: ideo sunt ibi magis pulchræ, quam in Aegypto, & non haberent tantam occasionem concupiscendi Saram. Etiam quia homines terræ illius minus luxoriosi sunt, quã Aegyptij, & Abraham hoc videns mansit in terra illa in Bersabee aliqualiter separatus à communicatione Philistinorũm. *Ecce mille argenteos dedi fratri tuo.* Idest Abrahæ, quem vocasti fratrem tuum: magna irrisio est. *Hoc erit tibi in uelamen oculorum.* In Hebræo habetur, hic erit tibi, & refertur ad Abraham,qui erat velamen oculorum, idest quoddam scutum,vel defensio à verecundia Saræ,sicut omnes viri defendentes vxores suas ab omni D
bus miserijs.Et mutatio est,quia in Hebræo habetur, hu,quod aliquando ponitur pro masculino,& aliquando pro neutro,rarissimè autem pro fœminino, communiter autẽ ponitur pro masculino,sed nostra translatio transtulit in neutro, quia magis videbatur conuenire referendo ad precium mille argenteorum,& isto modo multi Hebræorum exponunt, vt Rabi Sa. *Hoc erit tibi in uelamen oculorum.* Idest de illis mille argenteis emes vnum velamen,& quia mulieres honestę maximè virgines velant vultum suum, ne videantur, ideo vocatur velamen oculorum. Vel secundum æquiuocationem nominis Hebraici,quod signat oculum, & colorem, potest dici velamen multorum colorum, E
scilicet,quòd illud velamen esset de panno precioso multorum colorum. Sed quia ista non multum conueniunt sequenti literæ,scilicet. *Memento te esse deprehensam.* Ideo aliter dicendum, quòd ista sunt verba reprehensoria, quibus Abimelech inuehebatur in Saram. dicens,quòd nunquam deberet vocare Abraham fratrem suum,sed virum,& istud relatiuum, hoc, refert hic illam superiorem propositionem,scilicet credidi fratri tuo,scilicet illi,quem vocas fratrem,& nunc dicit. *Hoc.* Idest vocare istum fratrem tuum. *Erit tibi in uelamen oculorum ad omnes,qui tecum sunt.* Idest iste modus loquẽdi obscurus vocando virum tuum fratrem tuũ, sit tibi ad oẽs,qui tecum sunt.1.ad illos,inter quos cõuersaris,qui te cognoscunt,quia illi nõ poterũt errare in tali modo loquẽdi,sed nõ debes loqui taliter inter extraneos qui te nõ cognoscũt,ga cito sic deciperent. Iste est conueniens valde sensus, & tunc ista litera nõ continuatur in sententia literæ superiori: sed est sensus, quòd dixerit Abimelech Saræ: ecce dedi fratri tuo Abrahæ,quem fratrem dixisti,mille argenteos,& hos non do in velamen tibi,vel aliquid simile: sed do ei,quia vir iustus est,& oret pro me,remittatque mihi iniuriam si quam ei intuli: te tamen admoneo ne deinceps vtaris hoc velamine, idest hoc modo loquendi obscuro,& velato,quia sic posses decipere viros vocando fratrem tuum eum, qui maritus est. Sed si vis vti tali velamine oculorum ad eos, qui te cognoscũt. *Quocunque perrexeris memento te esse deprehensam.* Idest quando iueris ad aliquam gentem extraneam memẽ
B to,quòd ego te accepi in vxorem propter talem modum loquendi,ideo noli inter illos sic loqui.

Alio modo potest intelligi referendo ad mille argẽteos. *Hoc.* Idest isti mille argentei. *Erit tibi in uelamen oculorum.* Idest ad tollendam verecundiam, quia verecundia apparet in oculis, & in fronte: ideo homines verecundiam patientes oculos deprimunt, tunc ergo aliquis velamen verecundiæ habet, quando habet aliquid,per quod non verecundetur. *Omnibus, qui tecum sunt.* Idest illi, qui tecum sunt, idest inter quos moraris,non poterunt dicere, quòd ego te fœdaui, & vacuam ire feci, sicut fit de mulieribus vilibus, sed ista dona data demonstrant,quòd ego nõ te fœdauerim, quia non voluntarius, sed violentus dedi te viro tuo cum muneribus vrgente Deo, & sic nullus habebit occasionem de te murmurandi. Sed hoc non multum conuenit intentioni literæ, quia Abimelech intendebat arguere,vel irridere Saram. Sed iste modus expositionis est ad excusationem. Patet infra,quia dicitur memento te esse deprehensam quod designat reprehensionem. Aliter dicit Magister in Scholastica historia, quia ista est rhetorica reprehensio, scilicet. *Hoc erit tibi in velamen.* Idest hoc quod factũ est,scilicet quòd ego te acceperim sic, & dederim tibi mille argẽteos, sit tibi in velamen oculorum, scilicet, vt ex his mille argenteis emas sudaria ad sepeliendum te honorifice,& cooperiendum vultum tuum,quasi dicat,cũ iam vetula sis, & indigens sudarijs ad cooperiendum oculos in sepulchro non debuisti me sic illudere tamquam inuencula fingens voces, & vocans virum tuũ fratrem tuum. Et quocunque fueris memento te deprehensam in mendacio. Sed adhuc nulla istarum vi detur perfecta Abimelech intentio volẽtis redarguere,& irridere castigando Saram,ne deinceps talia faceret,licet quandam supra posuerimus,quæ satis conueniens literæ erat: sed ista,quæ subiungitur adhuc conuenientior est. *Hoc.* Idest,quòd tu mihi talia fueris locuta,dicendo Abraham fratrem tuum, & quòd ego te in vxorem acceperim,& mendacem esse probauerim. *Sit tibi in uelamen oculorum ad eos,qui tecum sunt.* Idest hoc erit tibi ad verecundiam,scilicet,quòd loqui non audeas, nec oculos eleuare inter eos, qui tecum fuerint,ita quòd semper viuas in verecundia. *Et quocunque perrexeris memento te esse deprehensam.* Idest omni tẽpore recorderis vbicunq; sis, quòd in mẽdacio deprehẽ
E sa es. *Orante autem.* Hic ponitur quartum,scilicet pœnę relaxatio. *Orante Abraham.* Cognouit enim per diuinam reuelationem,quòd Saram non cognouisset carnaliter,& quòd corde simplici eam recepisset, ideo eã libenter recepit,& pro Abimelech,& familia eius orauit. *Sanauit Deus Abimelech.* Ab infirmitate, quam ei inflixerat,quam naturaliter euadere non potuisset. *Et ancillas, & uxorem, & pepererunt.* Tenebatur, enim vxor Abimelech,& ancillæ eius diutinis doloribus in partu, & conceptum emittere non poterãt. *Concluserat enim Dominus omnem vuluam domus Abimelech.*

Aliqui volunt, quòd viri, vel mulieres domus Abimelech non poterant stercora emittere, nec vrinare, & ista erat conclusio vulnerum, sed hoc non consonat, quia ista pœna non potuisset durare multis diebus. Etiam quia istud dictum est redditum causæ superioris, & expositiuum, & quia supra dixerat de vxore Abimelech, & de ancillis, hic dicit de eisdem, scilicet, quòd dominus concluserat vuluam earum, ne possent parere, & non intelligitur de concipere, quia hoc non erit aliquid pœnale sensibiliter, licet esset pœna damni, scilicet carentia prolis. Etiam quia hoc non poterat videri, nisi magno tempore, Sara autem paucis diebus mansit in domo Abimelech, vt supra dictum fuit in principio, cap. huius, & hoc patet quia dixit immediatè supra quòd sanata fuit vxor Abimelech, & ancillę eius, & peperunt, ergo videtur, quòd conclusio sua, & infirmitas erat non posse parere. Etiam non potest sustineri ex textu quòd omnes de domo Abimelech conclusi essent ne possent vrinare, aut stercora emittere, quia litera dicit quòd concluserat dominus omnem vuluam: vulua autem non comperit alicui organo virili, sed signat os matricis in muliere, ergo solis mulieribus ista pœna inflicta est.

De natiuitate Isaac, & electione Agar cum filio, & de fœdere inito inter Abraham, & Abimelech ad puteum iuramenti.

Cap. XXI.

VISITAVIT autem Dominus Saram sicut promiserat, & impleuit quæ locutus est. Concepitque & peperit filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei Deus. Vocauitque Abraham nomen filij sui, quę genuit ei Sara, Isaac, & circuncidit eum octauo die, sicut præcepe-
rat ei Deus, cum esset centum annorum: hac quippe ætate patris natus est Isaac. Dixitque Sara: Risum fecit mihi Deus, & quicunque audierit corridebit mihi. Rursumq; ait, quis auditurus crederet Abraham, quòd Sara lactaret filium, quem peperit ei iam seni? Creuit igitur puer, & ablactatus est. Fecitque Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius. Cumq; vidisset Sara filium Agar Aegyptiæ ludentem cum Isaac filio suo, dixit ad Abraham: Eijce ancillam hanc, & filiũ eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. Durè accepit hoc Abraham pro filio suo. Cui dixit Deus. Non tibi videatur asperum super puero, & super ancilla tua: omnia, quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius, quia in Isaac vocabitur tibi semẽ, sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia semen tuum est. Surrexit itaque Abraham mane, & tollens panem, & vtrem aquæ impositit scapulæ eius, tradiditque puerum, & dimisit eam. Quæ cum abijsset, errabat in solitudine Bersabeæ. Cumque consumpta esset aqua in vtre, abiecit puerum subter vnã arborem, quę ibi erat. Et abijt, seditq; è regione procul quantum potest arcus iacere. Dixit enim: non videbo morientem puerum, & sedens contrà, leuauit vocem suam, & fleuit. Exaudiuit autem Deus vocẽ pueri: vocauitq; Angelus Domini Agar de Cęlo dicens? Quid agis Agar? Noli timere: exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco, in quo est: surge, & tolle puerum, & tene manum illius, quia in gentem magnam faciam eum. Aperuitque oculos eius Deus: quæ videns puteum aquæ abijt, & impleuit vtrem, deditque puero bibere, & fuit cum eo, qui creuit, & moratus est in solitudine, factusque est iuuenis sagittarius, habitauitque in deserto Pharã, & accepit illi mater sua vxorem de terra Aegypti. Eodem tempore dixit Abimelech, & Phicol princeps exercitus eius ad Abraham: Deus tecum est in vniuersis, quæ agis. Iura ergo per Deum ne noceas mihi, & posteris meis, stirpique meæ, sed iuxta misericordiam, quam feci tibi facies mihi, & terræ, in qua versatus es aduena. Dixitque Abraham: ego iurabo. Et increpauit Abimelech propter puteũ aquæ, quem vi abstulerant serui eius. Respondit que Abimelech, nesciui quis fecerit hanc rem, sed & tu non indicasti mihi, & ego non audiui præter hodie. Tulit itaque Abraham oues, & boues, & dedit Abimelech. Percusserũtq; ambo fœdus. Et statuit Abraham septem agnas gregis seorsum. Cui dixit Abimelech: quid sibi volunt septem agnæ istæ, quas stare fecisti seorsum? At ille: septem, inquit, agnas accipies de manu mea, vt sint mihi in testimonium, quoniam ego fodi puteum istum. Idcirco vocatus est locus ille Bersabee, quia ibi vterque iurauit, & inierunt fœdus pro puteo iuramenti. Surrexit autem Abimelech, & Phicol princeps exercitus eius, reuersique sunt in terram Palesthinorum. Abraham verò plantauit nemus in Bersabee, & inuocauit ibi nomen domini Dei æterni, & fuit colonus terræ Palesthinorum diebus multis.

VISI-

Hebræ. 2. Ioſ. 24. Matt. 1. Rom. 9. Gal. 4. Rom. 9.

Infra 26.

VISITAVIT. Descripto qualiter Abraham se habuit ad vxorem, hic describitur qualiter se habuit proficiens ad prolem, & diuiditur in tres partes. Primo ponitur partus Saræ: secundo eiectio filij, & ancillæ, ibi. *Cumque uidisset Sara*. Tertio cum Abimelech pacti confirmatio, ibi. *Eodem tempore dixit Abimelech*. Circa primum dicitur. *Visitauit dominus Saram, sicut promiserat*. Potest intelligi hoc dupliciter vno modo de partu solo, s. quòd visitauit dominus Saram, idest eã parere fecit, sicut promiserat sup. 18.c. Vel melius dicitur. *Visitauit dominus Saram*. Idest Angelus Dei venit ad videndum Saram, sicut promiserat: vocatur hic dominus Angelus Dei, qui venerat ad nunciandum cõceptum Saræ, & cum tres venissent ille, tanquam principalis inter eos vocabatur dominus, vt patet sup. 18.c. Iste autem Angelus promiserat ibidem dicens, reuertar ad te vita comite hoc eodem tempore, & habebit Sara filium, & quia iam transierat annus. *Visitauit dominus*. Idest Angelus ille. *Saram*. Veniendo ad eam, tempore quo concipere debebat. Ex quo patet, quòd quãdo Sara parere debuit, Angelus venit ad visitandum eam, s. quòd stetit ibi cum ea fortè, vt fortius in partu cõfortaretur. Vel potest dici, q̃ ista visitatio Angeli fuit facta post partũ duobus, vel tribus mensibus. Sed melius videtur dicẽdum, secundum textus seriem, quòd venit ad confortandum eam. *Sicut promiserat*. Scilicet veniens in tempore promisso. s. post annum completum. Hoc autẽ necesse est dicere, quòd Angelus ille, qui loquebatur Abrahæ, vel aliquis alius missus a Deo, quia ille Angelus in persona Dei loquebatur, venerit ad Saram completo anno, quia dixit litera, supra 18.ca. Hoc eodem tempore vita comite reuertar ad te. Si autem Sara cõcepit immediatè, vt ista verba dicta sunt, non debet dici, quòd Angelus venerit ad partum eius, sed post partum tribus mensibus. Si autem non concepit immediatè potest intelligi, quòd conceperit post duos, vel tres menses, & sic potuit Angelus venire ad tempus partus, & secundum hoc potest litera diuersimodè exponi, quia si dixerimus, q̃ immediatè postquam Angelus fuit locutus Abrahæ de conceptu Saræ, ipsa cõcepit, dicemus q̃ non venit ad partum eius, & tũc est sensus. *Visitauit Dominus Saram*. Scilicet faciendo eam parere, sicut fecerat concipere, & dicitur Deus aliquẽ visitare, quando aliquem nouum effectum super eũ agit, quasi tunc veniat eum ad videndum. Quod autẽ Deus faceret Saram parere nouum quid erat, quia nũquam Deus eam parere fecerat. *Et impleuit, quæ locutus est*. Scilicet, quia sicut promiserat, quòd ipsa haberet filium ita habuit, quando eum peperit. Si autem dicamus, quòd nõ immediatè postquam locutus fuit Angelus ad Abraham, concepit Sara, sed post duos, vel tres menses, dicendum erit, quòd Angelus venerit ad tempus pariendi, & tunc dicetur. *Visitauit dominus Saram*. Idest venit Angelus domini ad videndum vxorem Abrahæ Saram, scilicet sicut dixerat. *Et impleuit, quod locutus est*. Scilicet in tempore illo sicut promiserat ad eam redeundo: quis autem istorum modorũ verior sit, non patet: quòd enim Angelus venerit ad visitandam Saram necesse est dicere, sed quod tunc, scilicet ad partum, vel post venerit non apparet. *Et impleuit qu locutus est*. Dando ei conceptum, & partum temporibus promissis. *Concepit, & peperit filium*. Licèt concipere, & parere ponantur simul, diuersis tamen temporibus facta fuerunt, quia nouem mensium spatium interceslit. *In senectute sua*. Scilicet, cum esset nonaginta annorum, vt patet supra 17.c. nunquid cẽtenario nascetur filius? & Sara nonagenaria pariet? q̃n autem Sara concepit non erat annorum nonaginta, sed quasi, vt patet ad Rom. 4.c. *Tempore, quo prædixerat*

ei Deus. Scilicet post annum, quia dictum fuit supra 18.ca. reuertar ad te hoc eodem tempore, & habebit Sara filium, quem Deus promiserat, idest Angelus ille, qui loquebatur in persona Dei. *Nomen filij sui, quem genuit ei Sara*. Ad differẽtiam Ismahelis, qui erat filius Abrahæ, sed erat de sua ancilla Agar, vt patet infra, & supra 16. & 17. cap. *Quem genuit Sara Isaac*. Qui interpretatur risus, quia quando Deus denunciauit Abrahæ, quòd eum habiturus esset exultauit, vt supra 17. & risit. Sara autem vocauit eum Isaac, quia vt infra dicitur ipsa dixit: risum fecit mihi Deus, omnis qui cunq; audierit, corridebit mihi. *Et circuncidit eum octauo die*. Vt obseruaret ceremoniam distinctiuam populi Dei: nã ad Roma. 4.c. probat Apostolus circunci sionem esse signum populi Dei distinctiuum cum dicitur: Et signum accepit circuncisionis signaculum iustitiæ fidei, quæ est in præputio, vt pater esset omnium credẽtium per præputium, vt reputetur illis ad iustitiam, & sit pater circuncisionis. *Sicut præcepit ei dominus*. supra 17.ca. vbi dans regulam generalem de circuncisione dixit: infans octo dierum circuncidetur. *Cum esset centum annorum*. Hoc nõ refertur ad immediatum, s. sicut præcepit ei dominus, quia tunc esset sensus, q̃ mandatum de circuncisione datum fuisset anno centesimo vitæ Abrahæ: sed hoc falsum est, quia datum fuit, cũ esset Abraham nonaginta nouem annorum, vt patet supra 17.c. Sed refertur hoc ad tempus quo circuncisus fuit Isaac, quia tunc agebat Abraham annos centum, & hoc declarat litera sequens, cum ait. *Hac quippe ætate patris natus est Isaac*. Scilicet anno centesimo vi tæ ipsius Abrahę. *Risum fecit mihi Deus*. Idest dedit mihi materiam exultationis & risus, faciẽdo me vetustam concipere, & parere virtute sua, & non naturali. *Quicunque audierit*. Scilicet me vetustam concepisse, & peperisse. *Corridebit mihi*. Idest exultabit mecum videns, q̃ diuina virtute factum sit. *Quis auditurus*. Idest audiẽs ista verba de conceptione, vel partu Saræ antequã fierent. *Crederet Abraham*. Idest Abrahæ est enim datiui casus. *Quod lactaret Sara filium*. Idest si aliquis audiret Abraham antequam Sara conciperet, & pareret, q̃ partitura esset filium, & lactatura eum, quis crederet? q. d. nullus posset hoc credere. *Quod Sara lactaret filium*. Idest aleret filium suum lacte. *Quem peperit ei iam seni*. Idest quem peperit ex Abraham iam constituto in senectute, s. in anno centesimo: vt patet supra. Exprimit autem Sara hic id, quod minus est, s. senectutẽ Abrahæ, & licèt esset difficultas posse gignere Abraham ex ea, non erat difficultas posse ex alia gignere, cũ postea ex Cetura genuerit filios multos, vt patet ĩ. 25. c. sed sterilitas Saræ erat maius impedimentum, & sic Apostolus vocat ad Roma. 4.c. Vuluam Saræ emortuam, idest non potentem naturaliter cõcipere, & ex sola fide per diuinum miraculum accepisse virtutem concipiendi, vt patet ad Hebr. 11.c. cum dicitur: fide, & ipsa Sara sterilis virtutem accepit in conceptione seminis, etiam præter tempus ætatis. In Hebræo dicitur. *Quod lactaret ei filios*. Ex hoc dicunt Iudæi, q̃ mulieres vicinæ Saræ, quæ viderant eam temporibus preteritis, nunquam concepisse, nunc autem vetustam esse non crediderunt, quòd peperisset, sed quòd accepe rat eum latenter ab aliqua muliere pro pretio, & dixe rat se eum genuisse ad tollendam hanc opinionẽ Abraham fecit magnum conuiuium in die ablactationis Isaac, & vocauit vicinos viros, & mulieres eorum, & fecit, quòd apportarẽt paruulos suos, & lactauit Sara eos ibi coram matribus eorum. Sed melius ponitur singulariter filium quàm filios pluraliter, quia relatiuum ponitur immediatè singularis numeri, scilicet quem peperit ei.

Et quando obijcitur de positione Hebraica in plu-

rali.

rali. Respondetur, quòd in Hebræo ſm conditionem idiomatis aliquando ponitur ſingulare pro pluribus, vt patet Exo.8. Venit muſca grauiſſima. i. muſcæ grauiſſimæ: aliqñ plurale p ſingulari, ſicut patet Deut.5. c. in Hebræo. *Elohim haym, i. Deorum viuentium.* ſ. Dei viuentis, & ſic dicitur hic filios. i. filium. *Creuit igitur puer.* ſ. ex qua natus fuit vſque duos annos, vel tres, & ablactatus eſt in anno tertio fortè. *Fecitque Abraham grande conuiuium in die ablactationis.* Iudæi, n. magnam feſtiuitatem putant diem ablactationis, & ideo ad congaudendum amicis faciebat magna cõuiuia, ſic fecit Anna mater Samuelis, & pater eius Elcanna, quia in die ablactationis ſuæ duxerunt eum ad tabernaculum in Sylo cum tribus vitulis, & tribus modijs farinæ, & alijs libamentis, & obtulerunt omnia hæc coram domino, vt patet 1. Reg. c. 1. *Cumque uidiſſet Sara.* Hic ponitur ſecundum, ſ. filij, & Ancillæ electio, & diuiditur in duas, quia primo ponitur electio: ſecundo electorũ conſolatio, ibi exaudiuit autem dñs. Dicit ergo. *Cumque vidiſſet Sara.* Quæ multum pro Iſaac filio ſuo zelabat. *Filium Agar Aegyptiæ.* Scilicet Iſmahelem. *Ludentem cum Iſaac filio ſuo.* i. q̃ vidit, q̃ Iſmahel, qui erat maior Iſaac ludebat cum Iſaac, & aliquando percutiebat eum Iſmahel, quod durũ viſum eſt Sarę, & fortè non tantum doluit Sara de malo, quod tunc fiebat Iſaac, ſed de malo, quod cõtingere poterat, nam aliqua die Iſmahel ludẽdo cum Iſaac ex malitia fortè occideret eum, & ipſe ſolus patri ſuo hæres eſſet. Vbi autẽ nos habemus hic ludentem, habet litera Hebraica. *Meſahet ſiue Mezahet.* Quod ad quatuor æquiuocum eſt. ſ. ludentem, idolatrantem, coeuntem, occidentem. De ijs habemus ſatis clara teſtimonia. De idolatrare patet Exo.32.c. vbi dicitur: Sedit populus comedere, & bibere, & ſurrexerunt ludere. i. idolatrare, quia ad colendum vitulum ſurgebat populus tunc, vt patet: tũc enim dixerunt, ecce dij tui, Iſrael, qui te eduxerunt de Aegypto. Secundo modo accipitur ludentem. i. coeũtem, vt patet inf. 26.c. vidit Abimelech Iſaac ludentẽ cum Rebecca per feneſtram. i. vidit Iſaac coeuntẽ cũ Rebecca. Tertio modo accipitur pro occidere, ſic habetur. 2. Reg. 2.c. ſurgant pueri, & ludãt coram nobis, i. occidant ſe. Quarto modo accipitur pro ludere, vt hic, poteſt tamen accipi ſententia huius paſſus ſecundum omnes iſtos ſenſus. Potuit. n. eſſe, q̃ Sara vidit Iſmahelem facientem cum Iſaac aliqua pertinentia ad idolatriam, vel q̃ fortè vidit, q̃ ludebat ludo noxio cũ Iſaac ad occidendum eum, vt acciperet paternam hæreditatem, ſic dicitur ad Gala. 4. ille, qui erat ſm carnẽ, i. Iſmahel perſequebatur eum, qui erat ſm ſpiritum. i. Iſaac: vel fortè Sara vidit, q̃ Iſmahel erat pronus ad libidinem, timuit ergo ne Iſaac ad libidinem prouocaret. Ex ijs infert Nicolaus, q̃ translatio noſtra, ſ. beati Hieronymi non intellexit iſtam æquiuocationem, vel ſaltim non curauit de ea, quia vbique tranſtulit eodem modo, ſ. ludentem, vel ludere. Sed ſub reuerẽtia domini Nicolai iſta non bene dicta ſunt, quia iſta dictio. *Mecahet.* Apud Hebræos non eſt aliquo modo æquiuoca, ſicut nec iſta dictio Ludodis, apud Latinos. Ad multa tamen applicatur aliquando per metaphoram, aliquando per aliquam aliam ſimilitudinem, in qua reperitur aliquo modo ludus. Nec obſtant exempla allegata, quia illa non probãt æquiuocationem aliquam, quia ẽt in noſtro vulgari correſpõdet iſtis vnũ nomen vniuocum. Quando dicitur ſurgant pueri, & ludãt, licèt finis illius ludi fuerit mors, vt patet 2. Reg. 2.c. ſñ actus ille vocatur ludus gladiatorius, vt ait Iſid. Etymo. 18. quia eſt actus artis gladiatoriæ. Sic ẽt vulgariter dicimus, q̃ aliqui ludunt ad pugillaras vel gladias. Ad aliud exemplũ, ſ. vidit Abimelech Iſaac ludẽtem cum Rebecca, ideſt coeuntem. Dico q̃ ibi vocatur ludus, quia non dicitur de ipſo actu coeundi, ſed de quodam præludio precedente: ſicut enim in fiſtulatione præludium eſt, quòd vocatur proœmium fiſtulationis, vt patet 3. Rheto. per Ariſto. ita & in actu venereo quædam blanditiæ præcedẽtes in ipſis, quaſi ſe ad coitũ incitantibus præludiũ vocatur: & de iſto loquitur ſcriptura infra 26.cap. Vel fortè licèt loquatur de ipſomet actu coitus, tñ pulchriori, & honeſtiori nomine voluit nominare, ideo dixit eſſe ludum, quia etiam verum eſt, q̃ coitus quoddam genus ludi eſt. Ad aliud exemplum quando dicitur: Sedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerunt ludere. Dico q̃ licet ibi fuerit facta adoratio idolorum, quia dicebat populus totus: ecce dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de Aegypto, & adorabant inclinantes ſe coram idolo illo: tamen ibi accipitur principaliter ludere pro vero ludere: quia poſtquã populus comedit, & bibit, ſurrexit ad ludẽdum, ſcilicet canendum, & vociferandũ dicitur enim Exo.32. cap. q̃ Moyſes audiuit vocẽ canentium: deinde dicitur, q̃ vidit choros canentium, & hoc quia tunc in honorem deorum nouorum magnos, & ſolennes ludos populus exercebat. Nõ ergo rectè reprehendit Nicolaus Hieronymum, quia optime intellexit Hebraicam literam inter doctores Latinorum, nec acceſſit Nicolaus ad partum ſaltẽ gradũ intellectus eius, & quia hic nulla æquiuocatio, vel æquiuocationis apparentia erat, non curauit aſſignare. *Eiice ancillam hanc.* Ne inducat filium ſuum ad impugnãdum, vel occidendum virum. *Et filium eius.* Ne meum vulneret, vel occidat, vel cum eo hæredem ſe eſſe futurum contendat. Quidam dicunt, q̃ hoc contigit in die ablactationis, quia tũc Iſmahel ludens cũ Iſaac aliqualiter eum percuſſit. Sed nõ eſt veriſimile, quia Iſmahel, qui iam erat aliqualiter adultus, luderet cum Iſaac, qui tẽpore ablactationis eſſet duorum, vel trium annorum ad plus. Dicendum ergo, q̃ iſta cõtigerunt aliquot annis poſt ablactationem, ſ. quando Iſaac eſſet quinque, vel ſex annorum, & inciperet iam pueriliter ludere. Scriptura tamen mentionem non facit de intermedijs, quia non fuerunt aliqua notabilia. *Non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Iſaac.* Forte Iſmahel ludendo cum Iſaac faciebat aliqua, quæ pertinebant ad cohæredem, & coæqualem, & non quælia pertinerent ad filium ancillæ, ideo Sara indignata rogauit, q̃ expelleretur cum matre ſua, ne vſurparet ſibi æqualitatem cum Iſaac. *Dure accepit hoc Abraham.* i. valde diſplicuit Abrahę. ſ. expellere Iſmahelem, & ſubditur cauſa, cũ dr̃. *Pro filio ſuo.* i. quia Iſmahel filius erat Abrahę, & naturali pietate inclinabatur ad eum, nec volebat expellere, niſi mandatum Dei interueniſſet, maximè quia non videbat ei tale delictum, vt tãta punitio ſequi deberet, nã ſi Sara dixiſſet punias ancillã corripiendo, & filium ſuum ne ſuperbiãt, adhuc accepiſſet tolerabilius Abraham. Sed q̃ toraliter puerum, qui filius ſuus eſt, expelleret p̃ pietatem paternã, quæ filios delinquentes non deſerit totaliter ſed corripit, & q̃ Agar Ancillam, quæ verè non erat vxor ſua, ſicut Sara à ſe abijceret priuando eam poteſtate peteẽdi debitum, ad quam obligatus erat ei Abrahã ex natura matrimonij, & priuando eã quotidiana ſuſtentatione, ad q̃ tenẽtur viri vxoribus ſuis, valde graue erat Abrahæ, immo videbatur p̃ rectam rõnem, niſi Deus ad cautelam malorum, quæ ſequi ex cohabitatione Ismahelis, & Iſaac poterant, obedire voci Sarę imperaret: Sara aũt quãtum ad ſe iuſtè petebat, licèt Abrahã hoc cognoſcere non poſſet, niſi Deus reuelaret mãdato, q̃ expelleret vtrunq;. Et dicitur, *Pro filio ſuo.* i. pro filio proprio Abrahæ ad differentiã Iſaac, q̃ erat filius Abrahæ, & Sarę. *Non tibi uideatur aſperum.* Scilicet, qđ dicit Sara. *Super puero.* Scilicet Iſmahele. *Et ancilla tua.* Scili-

Iudæorũ mos in filijs ablactandis.

Ludere quot modis ſumatur.

cet Agar, vt expellantur à domo tua. *Omnia, quæ tibi dixerit Sara audi vocem eius.* Sara enim iuſtè petiuerat expelli puerum, & ancillam, quia vſurpabant æqualitatem Iſaac, & fortè vitæ eius inſidiabantur, maximè quia Deus cognoſcebat quædam alia incõuenientia, quæ orirentur ex conuictu Iſaac, & Iſmahelis, ideo interdixit talem communicationem. *Quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen.* Ideſt poſteritas tua denominata ex nomine tuo non erit per Iſmahelem, ſed per Iſaac, quod nunc ſatis patet, quia Iſraelitæ magnam mentionem faciunt de Abraham patre ſuo: Iſmahelitæ aũt nihil horum attendunt. Eſt aũt ſenſus; non multum dolere debes de expulſione Iſmaelis, quia ſemen tuum nõ vocabitur in Iſmahelem, ſed in Iſaac, maximè, quia ẽt ſi expelleretur Iſmahel, Abraham ſciebat, q̃ multiplicandus erat vbicũque eſſet, quia Deus promiſerat ei, q̃ eũ exaltaret, & multiplicaret propter Abraham, & q̃ duodecim principes naſcerẽtur ex eo, vt patet ſupra 17.cap. & cõpletum fuit infra antequam ipſe veniret ad Abrahã, dum moraretur in deſerto, vt patet j̃. 25.c. & ſic ſubditur j̃. *Sed & filium ancillæ faciam in gentem magnam.* Multi. n. de Iſmahel nati ſunt, quia duodecim duces immediatè habuit, qui fuerunt filij eius. *Quia ſemen tuum eſt.* Ideſt meritis tuis hoc faciam. *Surrexit itaque Abraham mane.* Forte iſta reuelatio fuit facta de nocte p ſomnia, ſicut conſueuit multis prophetis fieri, vt patet Num. 12.c. Et ſic apparuit Pharaoni regi Aegypti, de quo ſupra 12.cap. & Abimelech regi Geraræ, vt patet præced.c. & ipſi Abrahæ, qñ Deus confirmauit fędus, demonſtrans ſydera cęli, vt patet ſ̃. 25.cap. & poſtea qñ mandauit ei immolare filium ſuum Iſaac, nam per no ſtẽ dicta ſunt ei verba, & per noctẽ ſurrexit ſtrauitq; aſinum ſuum, vt patet ſeq.c. & quia Abrahã valde erat obediens, ideo immediate complere voluit, quod dicebatur. *Et tollens panem.* Panis non denoĩat vnum ſolũ panem, ſed panes quotcunque ſint. *Et utrem aquæ.* quia terra illa, per q̃ itura erat non abundabat fluminibus, vel fontibus, & ſignũ huius eſt, quia Abraham fodijt puteos ad adaquandũ pecora, vt patet j̃. ſimiliter fecit Iſaac in terra iſta exiſtens, vt patet j̃. 62.ca. & dedit ſibi iſta duo, quia initium vitæ hoĩs panis, & aqua, vt patet Eccl. 29.c. *Et impoſuit ſcapulæ eius.* Ideſt Agar vt portaret pro ſe & pro filio ſuo. Sed dices quare non dedit aliq̃d Abraham ad Agar & Iſmahel, nunquid nõ erat filius eius? Reſpondetur, q̃ fortè dedit ei aurũ & argentũ, & multa bona, quæ non exprimuntur. Sed hoc non multum videtur, quia tota antiquorum ſubſtantia erat in pecoribus, & ſeruis, & ancillis magis quã in pecunijs, ſi ergo Abrahã dediſſet aliquid Agar, & Iſmaheli, qđ eſſet alicuius quantitatis, maximè fuiſſet in aliquibus pecoribus, ſed nihil ei tale dedit, quia nec vnum aſinũ dedit, & patet quia vtrem in ſcapula ſua portabat: ſatis enim in hoc Agar afflicta erat. Sed dicendũ q̃ Abraham nihil aliud dedit Agar recedenti q̃ vtrem, & panẽ vt expreſſum eſt, & hoc fuit vt cõpleret voluntatẽ Saræ, quia Deus mandauerat oĩa, quæ dixerit tibi Sara, audi verba eius: Sara autem noluit, q̃ aliquid tunc daretur Agar. Sed poſtea Abraham dedit Iſmaheli multa bona, vt patet j̃. 25.c. vbi dicitur filijs aũt concubinarum largitus eſt munera. Et non ſolum tunc, ſed etiã immediatè poſtq̃ receſſit Agar à domo Abrahæ, quia ſatis propinqui erãt cũ habitaret Iſmahel in ſolitudine Pharan, & Abrahã tunc apud terminũ terræ promiſſionis in latere auſtrali, aliqñ in Berſabee, aliqñ in conualle Mãbræ, & iſta loca ſunt propinqua deſerto Pharan, nã in fine deſerti Pharã eſt Cadesbarne, ſic patet videndo ea, quæ dñr Nu. 14. & 22.c. Nam deſertũ Pharã accedit vſque prope fines meridianos terræ Edon, & Cadesbarne eſt in extremis finibus terræ Edon, vt patet Nu. 22. c. quia de eo loco miſerunt nũcios Hebręi

Q̃ Abraham non dedit aliquid aliud Agar & Ismaheli.

An aliquis poſſit nocere alicui oculis q̃ dicitur faſcinare.

poteſt

Universidad de Deusto Biblioteca

potest multum perturbare actionem spirituum emissorum. Secunda conclusio, q̃ istud nocumentū a malis oculis non potest fieri in hominibus duris, vel in alijs rebus irrationabilibus, vt cōmuniter, vnde si aliquis malos oculos habens videat etiam a propinquo aliquem hominem ętatis maturæ, vt 20. vel 30. annor. non poterit ei nocere. Et ratio est, quia actio fit ſm proportionem agentis ad passum. Sic.n. ait Philosophus 2. de Anima actus actiuorum sunt in patiente disposito, & ideo oportet esse proportionem maioris ęqualitatis agentis ad passum ad hoc, q̃ agat, & quia illi spiritus emissi ab oculo sunt valde teneri, & paruæ actiuitatis, si inueniāt subiectum durum nullo modo poterunt agere, quale est quilibet homo in ætate aliquali, vt quindecim, vel plurium annorum, vel etiam valde paucorum. Ex quo infertur correlarie, q̃ nullo modo Sara dato, q̃ malos oculos habuisset non poterat nocere Ismaheli, quia erat iam in ætate dura, s. viginti annorum, & vltra. *Et abijt.* s. recedendo a puero. *Ę regione.* i. contra, & sunt duæ partes, s. è, quæ est propositio, & signat, ex, vel, contra, & regio, quæ signat quamlibet partem positionis, vel quemlibet locūm, & erit in ablatiuo. *Quantum potest arcus iacere.* Recessit enim ab eo, vt infra ponitur, ne videret puerum morientem, & sic magis doleret non tñ totaliter recessit vt videret ne quid de puero malum fieret, ne venirēt aliquæ bestiæ, vel aues ad vescendum eo. *Non uidebo puerum morientem.* Ne videret signa cruciatus pueri in exitu animæ in vultu, & voce, & ex hoc multum afflige retur. Sed dices nunquid hoc erat contra pietatem maternam, s. relinquere filium mortis angustia laborantem? Rñdetur, q̃ qñcunque infirmanti, aliquod remedium qualecūq; adhiberi potest, siue in re, siue in verbo consolando, impietas est eum relinquere morientem, nō solum si mater relinquat, sed & si aliquis alius, qui cum eo ante stetisset: sed si nullo modo remedium, aut consolatio morienti prestari posset a circunstantibus, non videbatur impietas dimittere eum non totaliter, vt fortè aliquod malum ei euenire posset, sed aliqualiter recedere ne ipsi astantes valde affligantur in cruciatibus morientis, si ipse tamen moriēs consolaretur, vel saltem dolor suus aliquod lenimentum acciperet in videndo assistentes ab eo recedere non deberent. Sic autem fuit de Agar, quæ non poterat filio aliquod solamen facere dādo aquam, vel verbis leniendo dolorem, & astādo multum dolebat, potuit iustè recedere aliqualiter sine distantia magna, & non incurrendo impietatem maternam. *Et sedens econtra.* Scilicet longè a puero, quantum arcus iacere potest. *Leuauit uocem suam, & fleuit.* Nimio dolore cōmota. Aliqui autem referunt hoc ad Ismahelem, quia dr immediatè. *Et exaudiuit dominus uocem pueri.* Sed falsum est, quia dicitur. *Sedit econtra, & leuauit uocem.* Ista pertinēt ad eandem personam, quia est hic copulatio, sed non potest dici de Ismahele. *Sedit econtra.* Quia ipse iacebat sub vna arbore non potens se mouere, & quando objcis, q̃ exaudiuit dominus vocē pueri. Dico, q̃ puer orauit, sed oratio eius, ī litera clarè nō scribitur. *Exaudiuit autem dominus.* Hic ponitur horum eiectorū consolatio. *Vocem pueri.* Non erat Ismahel valde puer, quia iam erat annorum viginti, vel plurium, vt supra dictum est, & cum ipse se videret in mortis angustia pœnituit de commissis, quia fortè mala cogitauerat ꝺ Isaac, & rogauit Deum pro vita, qui exaudiuit cōcedendo magnam vitam. Aliter enim impleri non poterant promissiones. s. q̃ multiplicaretur posteritas Ismahelis, & q̃ duodecim duces de eo exirent, vt patet supra 17. c. Venit Angelus Domini ad Agar, s. ad consolandum eam de ęlo ad notificādum, q̃ bonus Angelus erat, Interdum enim mali Angeli veniūt, & fingunt, q̃ consolantur cum decipere intendant. Isti ramen de ęlo non veniunt. Vel dicitur venire de ęlo, quia Angeli semper manent in ęlo, nisi cum mittūtur ad aliqua pertinentia saluti nostræ, cum sint ministratorij spiritus missi in ministerium propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, vt patet ad Hebr. 11. cap. Iste ergo Angelus qui ad Agar venit, de ęlo venire dicebatur, quia antequam veniret, in ęlo erat. *Quid agis Agar?* Non inquirit quasi ignoret, sed vt ex responsio ne habere possit materiam colloquendi. *Noli metuere.* s. mortem pueri: timebat enim, q̃ Ismahel citò moreretur. *Exaudiuit dominus uocem pueri.* Scilicet Ismaelis. *De loco, in quo est.* Idest Deus nō respexit peccata sua priora, sed afflictionem suam præsentem, quia in loco deserti iacebat iam moribundus non habens auxiliatorem. *Surge, & tolle puerum.* Ne iaceat sub arbore, sub qua iacet, sed tolle eum ad alium conueniēntē locū. *Et tene manum eius.* s. adiuuando eum ad ambulandum, quia adhuc debilis est. *Quia in gentem magnam faciam illum.* Quasi dicat nō dimittas eum perdi, sed adhibeas diligentiam quantam potueris, quia Deus intēdit eū facere magnum virum. *Aperuitque oculos eius Deus.* Idest fecit eam aduertere id quod ante non aduertebat: ante enim puteum inuenire non poterat, qui ei necessarius erat, nunc autem Deo dirigente vltum eius cōtra illam partem, in qua puteus erat dicitur, vultum eius, & oculos eius aperire. *Puteum aquæ.* Idest fontem aquę: idem enim vocat puteum, & fontem, licèt fons sit commune ad vtrunque. *Dedit puero bibere.* Et sic cō fortauit eum, & fuit cum eo. i. mansit cum illo puero habitans in deserto illo. *Qui creuit.* Quia adhuc crescere debebat, & fortificari, cum adhuc esset viginti annorum, vel paulo post. *Moratusque est in solitudine.* Idest in deserto Pharam, vt patet infra. *Factus que est iuuenis sagittarius.* Ad exercendam artem venatitiam. Hebræi autem dicunt, quòd prędas exercebat a transeūtibus per solitudinem: licèt enim pœnituerit in infirmitate positus, postea tamen redijt ad pristinum. *Et habitauit in deserto Pharam.* Magna solitudo est desertum Pharā, per quam transierunt filij Israel, dum ascenderent de Aegypto in terram Chanaam, vt patet Num. 13. c. *Et accepit ei mater sua uxorem de terra Aegypti.* Et hoc fuit, vel quia Agar nata fuerat, & nutrita in terra Aegypti, ideo volebat filium suum ad eandem gentem referre, vel quia Agar existēs in solitudine Pharam erat in terminis terræ Aegypti. Et sciendum, q̃ multum fuit in hoc Abraham Deo obediens, quia cum Agar esset vxor eius, & sciret q̃ exponebat eam periculo castitatis, non curauit, vt Deo purè obediret: poterat.n. Agar ambulās pariter ab aliquo viro violēter cognosci, & ipse Abraham præbebat occasionem huius, sed quia Deus hoc mandauerat, non curauit vltra iudicare, quæ inconuenientia sequerentur. Sciēdum etiam, q̃ cum Agar esset vxor Abrahæ, nō poterat alteri nubere, nec in tota vita sua nupsit, fecisset autem magnā iniuriam Abraham Agar, quia cum esset eius vxor, tenebatur ei reddere debitum, sed quia tunc, sicut cum Ecclesia facit diuortium quantum ad thorum, non tenetur vir vxori suæ petenti reddere debitum, ita ga Deus separauerat hic Agar ab Abraham mandando, q̃ recederet, nulla aderat iniuria. *Eodem tempore dixit.* Hic ponitur tertium, s. pacti stabilitio, siue confirmatio inter Abraham, & Abimelech. *Eodem tempore.* Scilicet, quando expulit Abraham Agar ancillam. *Abimelech Phicol & exercitus eius.* Omnia ista concordabātur de consensu regis, & totius regni, vel familiæ regiæ, & ideo ponitur Abimelech, qui erat rex, & Phicol, qui erat in toto regno maior præter regem, & ponitur exercitus ad notandum totam aliam multitudinem regni. *Deus tecum est in uniuersis, quæ agis.* Idest in omnibus, quæ agis prosperaris. Ista enim fuit causa, quare venerunt ad eū: timuerunt enim, quia ex quo Abraham tantum prosperatus fuerat, insurgeret contra eos, vel regnum, ideo volebat fędus inire cum eo: patebat enim in hoc prosperitas, quia quatuor reges deuicit, vt patet supra 14. c. Item Deus flagellauit totam domū Abimelech, & ipsum, vt patet supra præcedenti. c. Tertio, quia in senectute fuerat ei natus filius virtute supernaturali, quia iam valde erant ambo ætatis proiectæ, & ipsa sterilis, vt patet sup. 17. c. & hic. *Ne noceas mihi.* Inferendo bellum, vel tollendo aliquem de meis. *Et posteris meis.* Idest filijs meis immediatis. *Stirpique meæ.* Idest nepotibus meis, & solum ponuntur isti duo gradus in descendendo, quia pietas patris ad hos duos solum se extendit. Vel dicitur. *Posteris meis.* Idest omnibus filijs meis directè descēdentibus, s. filijs, & nepotibus. *Stirpique meæ.* Idest toti cognationi, quæ me attingit linea transuersali. *Sed iuxta misericordiam quam feci tibi.* s. dando tibi oues, & boues, & omnia bona, & concedēdo q̃ eligeres tibi terram in qua habitares. *Et terr in qua conuersatus es aduena.* Idest terræ meæ in qua habitauisti, & habitas nunc. *Ego iurabo.* Scilicet hoc, quod vis. Hic non dicit Abraham, q̃ iurat, sed promittit se in futurum iuraturū, quod non ponitur expressè, sed satis declaratur, q̃ factum fuerit, s. iurauit vterque. *Increpuit Abimelech.* In accusatiuo ponitur, quia Abraham accusauit Abimelech, q̃ esset iniustus cōtra eum, quia permiserat puteos eius cooperiri, vel melius, q̃ videns puteos tolli Abrahæ non curauerit. *Nescini quis fecerit hanc rem.* Et ideo excusabilis erat Abimelech: habuit enim ignorantiam probabilem. *Sed nec tu indicasti mihi.* Quasi dicat, ego ne sciui, quis accepit tibi puteum, quia si scire debuissem oportebat, q̃ illud scire debuissem per notorietatem facti, aut per tuam querelationem, aut per auditum ab aliquo. De primo modo dicit. *Ego nescini quis fecerit.* Scilicet per facti notorietatem. De secundo dicitur. *Sed & tu non indicasti mihi.* Scilicet cōquerendo de factoribus. *Et ego non audiui vsq; hodie.* Ad tertium pertinet, s. q̃ nullus alius ei retulit. *Tulit itaque Abraham oues & boues.* Ista dedit Abraham Abimelech, vt consentiret ei dari puteum ablatum. *Et percusserunt ambo fœdus.* Seruando solennitatem, quæ seruabatur antiquitus in confirmando pactum, s. occidere aliqua animalia, & transire inter diuisiones, de quo dictum fuit supra 15. c. *Et statuit Abraham septem agnas.* Ad significādum specialiter iuramentum factum de puteo. *Quid sibi volunt agnæ istę.* Quasi dicat, aliquod misterium representant istæ septem agnæ. *Quas stare fecisti seorsum.* Idest separatas a reliquo grege: dabat enim Abimelech multum gregem, sed segregatim, & specialiter dedit ei agnas septem. *Accipies de manu mea.* Idest a me. *Vt sint in testimonium mihi, quòd ego fodi puteum istum.* Idest si fortè fuerit aliquando contentio inter me, & te, vel inter me & successores tuos sup puteo isto, potero contra eos dicere, q̃ ego fodi puteum istum, & sic tu confirmasti mecum, & signum huius rememoratiuum erit. *Iccirco vocatus est locus ille Berſabee.* In Hebræo dicitur. *Berſana.* siue *Berſeuoa.* Interpretatur enim *Berſaua.* Puteus septem, idest pro quo datę fuerunt septem agnæ, & sicut istæ septem agnæ erāt in testimonium, quòd puteus esset Abrahæ, & ideo vocauit puteum a septem agnis. *Berſeuoa.* Interpretatur puteus iuramenti, quia ibi iurauit uterque, ut in litera dicitur pro puteo, & in hoc ualde cautus fuit Abraham, qui sic puteum uocauit, quia nomen demonstrabat puteum pertinere ad Abraham. *Et inierunt.* Idest fecerunt. *Fœdus.* Idest pactum. *Pro puteo iuramenti.* Non quòd antea ille puteus vocaretur puteus iuramenti, sed quòd ex illa confœderatione sic vocatus fuit. *Et reuersi sunt in terram Palæſthinorum.* Idest in Geraram ciuitatem Philisthinorum, in terra Palæsthinorum tunc erant, quia Berſabee, in qua pactū istud fecerunt erat in terra Palæsthinorum, vt patet infra, s. *Fuit colonus terræ Palæſthinorum diebus multis.* Hoc autem erat in Berſabee. *Abraham vero plantauit nemus in Berſabee.* Locus ille erat sine arboribus, ideo Abraham, qui delectabat in suscipiendo hospites plantauit arbores, de quarum fructibus recrearētur viatores, & eorum visu delectarentur. *Et inuocauit ibi nomen Dei æterni.* Faciebat enim ibi orationem, & gratiarum actiones Deo de beneficijs datis. Vel, vt volunt Hebræi, ibi hospites ad laudandum Deum, & gratias reddendum ei pro beneficijs incitabat. Et licèt scriptura non dicat, tamen ibi altare construxit, quia quocunque ibat ad aliqualiter manēdum, altare construebat ad laudandum Deum. *Et fuit colonus terræ Philiſthinorum.* Colonus propriè signat habitantem in domo vel terra aliena, & ei conducta. Sic enim fuit Abraham, quia dum vixit, nihil proprium habuit in terra, pmissionis. Sic enim dicit beatus Stephanus Actu 7. ca. q̃ Deus non dedit Abrahæ in terra illa nec spatium pedis vnius, & Apostolus ad Hebræ. 11. c. ait: fide qua vocatur Abraham obediuit in locū exire, quem accepturus erat in hæreditate nesciens quo iret, fide demoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac, & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. *In terra Philiſthinorum.* Quia Berſabee in terra Philisthinorum est in solitudine. *Diebus multis.* Sed non patet quot annis mansérit in Berſabee. Nicolaus autem vult, quòd pluribus annis mansérit in Berſabee quàm in conualle Hebron, & videtur ipse accipere fundamentum ex hoc, scilicet, quòd habitauerit Abraham in conualle Mambre, postquam venit de Mesopotamia vsque ad conceptum Isaac, & quòd post conceptionem eius mansérit in Berſabee. Primum verum est, quia si respiciantur superiora de habitatione Abraham reperietur, quòd habitauit modico tempore in Bethel, & immediatè descendit in Aegyptum, ppter famem, vt patet supra 12. ca. & post rediens de Aegypto ad locum Bethel diuisus fuit a consanguineo suo Loth pergens ad conuallem Mambre, vt patet supra 13. Hoc autem totum fuit vnius anni spatiū, vel paulo plus. Deinde semper habitauit in conualle Mābre vsque ad conceptum Isaac, de quo sup. 17. c. ibi enim nūciatus fuit partus Isaac post annum futurus, & post recessit Abraham in Geraram, vbi postea natus fuit Isaac. Tempus autem quod fluxit, ex quo Abraham venit in terram Chanaā, quousque genuit Isaac, sunt anni viginti quatuor, quia septuaginta quinque annorum erat Abraham, quando exiuit de Mesopotamia, & venit in terram Chanaan, vt patet supra 12. c. quando autem natus fuit Isaac erat Abraham centum annorū, vt patet in isto cap. a quibus si detrahatur vnus, quo antegenitus fuit quam natus, erunt viginti quatuor anni, & ab istis subtrahatur vnus annus, vel annus & dimidius, quo māsit in Aegypto, & in Bethel, vt diximus, manebunt viginti duo, vel viginti tres anni, quibus habitauit Abraham in conualle Mambræ. Si autem reliquum tēpus vitæ Abrahæ fuerit in Berſabee, cum Abraham vixerit annis cētum septuaginta quinque: manebunt septuaginta sex anni, quibus moratus fuit in Berſabee, qui exceduut magis quàm in triplo annos, quibus habitauerit in conualle Mambræ. Sed illud falsum est, quia post natiuitatem Isaac habitauit Abraham in conualle Hebron.

Patet enim, quia quando mortua fuit Sara, quod fuit viginti octo annis ante mortē Abrahæ, habitabat Abraham in conualle Mambre, & ibi sepeliuit Sarā, vt patet infra 23. c. Et si dicas, quòd verè habitabat ibi, tunc

An peccet aliqs relinquendo infirmū, cui re vel verbo possit subuenire.

Quid sit colonus.

Opinio Nicol.

Cōfutatio opinionis Nicolai.

tunc Abraham, sed venit in Bersabee ad sepeliendum ibi Saram, falsum est, quia hoc posset esse verum, si ante mortem Saræ emisset ibi Abraham sepulturã, tunc enim verisimile esset, quòd portaret eam de alio loco ad sepeliendum ibi, sed falsum est, quia mortua Sara fuit sepulchrum emptum, vt patet infra 23.cap. maximè, quia in principio ipsius capit. dicitur, quòd Sara mortua est in Arbee ciuitate, idest in Hebron, ergo ibi habitabat tunc Abraham illo tempore, quia non est dicendum, quòd in alio loco habitaret Sara, & in alio Abraham. Etiam patet hoc, quia in eodem c. dicitur ab hominibus Hebronitis ad Abraham: princeps Dei es tu apud nos, hoc autem non potest dici de aliquo nouiter veniente ab extra: etiam patet ex verbis Abrahæ, scilicet aduena sum, & peregrinus apud vos, nunquam autem potest vocari aduena, qui ad aliquẽ locum venit, vel per eum trãsit, sed ille, qui in eodem loco moratur, dum tamen non sit inde oriundus. Itẽ quia quando venit Rebecca de Mesopotamia, vt acciperetur in vxorem ab Isaac, non morabatur Abraham in Bersabee, sed in conualle Mambre, patet, quia infra 24.d. citur, quòd dum veniret Rebecca ambulabat Isaac contemplans iuxta puteum, cui nomen est videntis, & viuentis: iste autem puteus est circa conuallem Mambre, apud quem fugit Agar, quæ sic puteum illum nominauit. vt patet supra 16.cap. Videtur ergo dicendum salua reuerentia Nicolai, quòd pluribus diebus habitauerit Abraham in conualle Hebrõ quam in Bersabee, quia infra 35.c. dicitur, quòd Isaac mortuus fuit in Mambre siue Hebron, in qua peregrinatus fuit ipse, & Abraham pater suus, cum autem peregrinatus fuerit Abraham in Bethel, & Aegypto, Hebron, & Bersabee, & hic nominetur Bersabee, & non alius locus, videtur quòd per excellentiam ei cõueniat, scilicet, q̃ magis habitauit in illo loco, quam in aliquo alio.

Quid sit aduena.

Determinatio.

De tentatione Abrahæ, & ariete immolato pro filio, & Melchan genuisse nunciatur. Cap. XXII.

QVAE postquam gesta sunt, tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum: Abraham, Abraham. At ille respondit: Adsum. Ait illi: Tolle filium tuum vnigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram visionis, atque ibi offeres eum in holocaustum super vnum montium, quẽ monstrauero tibi. Igitur Abraham de nocte consurgens strauit asinum suum ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum. Cumque concidisset ligna in holocaustum abijt ad locum, quem præceperat ei Deus. Die autem tertio eleuatis oculis vidit locum procul: dixitque ad pueros suos: expectate hic cum asino: ego autem & puer illuc vsque properantes, postquam adorauerimus, reuertemur ad vos. Tulit quoque ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suũ, ipse verò portabat in manibus ignem, & gladium. Cumque duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo: Pater mi: At ille respondit, quid vis fili? Ecce, inquit, ignis & ligna, vbi est victima holocausti? Dixit autem Abraham. Deus prouidebit sibi victimam holocausti fili mi. Pergebant ergo pariter & venerunt ad locum, quem ostenderat ei Deus, in quo ædificauit altare, & de super ligna cõposuit: Cumque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum. Extendit manum, & arripuit gladium, vt immolaret filium suum. Et ecce Angelus Domini de cœlo clamauit, dicens. Abraham, Abraham. Qui respondit: Adsum. Dixitque ei: Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quicquam. Nunc cognoui, quòd timeas Dominum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. Leuauit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus: quem assumens obtulit holocaustum pro filio. Appellauitque nomen loci illius: Dominus videt. Vnde vsque hodie dicitur: In monte Dominus videbit. Vocauit autem Angelus Domini Abrahã secũdo de cęlo, dicens: Per me metipsum iuraui dicit Dominus, quia fecisti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli, & velut arenam, quæ est in littore maris. Possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. Reuersus est Abraham ad pueros suos, abierunt que Bersabee simul, & habitauit ibi. His itaque gestis, nunciatum est Abraham, quòd Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo Buz vs primogenitum, & fratrem eius, & Camuel patrem Syrorum, & caled, & Azau: Pheldas quoque, & Iedlaph, & Bathuel, de quo nata est Rebecca. Octo istos genuit Melcha Nachor fratri Abraham. Concubina vero illius nomine Roma peperit Tabee, & Gahan, & Thaas, & Maacha.

Iudith. 8. Hebræ. 11

1. Mac. 2.

QVAE *postquam*. Descripto in præcedentibus qualiter Abrahaam se habuit incipiẽs, & proficiens, in hac parte subiungitur qualiter se habuit perfectus existens, & hoc tripliciter: Primo quo ad Deum: secundo quo ad proximum cap. sequen. tertio ad se ipsum, cap. 24. Prima in qua describitur magna obedietia Abrahæ, quæ processit vsque ad spontaneam voluntatem filiũ immolandum, in quatuor partes diuiditur, in prima Dei præceptum ponitur, in secunda Abrahæ obedientia subiungitur, ibi. *Igitur Abraham*. Tertio præceptum reuocatum apponitur, ibi. *Et ecce Angelus Domini*. Quarto promissorum præteritorum confirmatio describitur, ibi. *Vocauit autem*. Circa primũ. *Quæ postquàm gesta sunt*. Idest postquã fuit factum pactũ inter Abraham, & Abimelech. Iudæi sic continuant dicentes, quòd postquàm dictum fuerat supra de magno conuiuio, quod fecerat Abraham in ablactatione Isaac, hic ponitur de eius immolatione, quia Satan venit ad Deũ dicens: Ecce Domine tu dicis, quòd Abraham est valde seruus tuus: Sed nunc facit magna conuiuia, & nunquàm tibi in ijs immolauit saltem vnum pecus: respondit Deus, nõ oportuit quòd mihi aliquã immolaret, quia ego scio, q̃ omnia, quæ habet, mihi immolaret etiam filium suum, si ego mandarem: cui dixit diabolus, non vt tu putas, sed tenta eũ, & videbis, & tunc Deus tentauit Abraham mandans ei, q̃ immolaret filium suum. Sed ista continuatio rediculosa est, præsupponit enim q̃ in his conuiuijs, & exultationibus non immolauerit Abraham aliquid Deo, quod non est verisimile, quia Abraham tantum erat deuotus Deo, & deditus latrię, quòd non fecisset talia festa sine gratiarum actione præmissa Deo in sacrificijs, & alijs actibus. Item dato hoc adhuc ista continua tio non valet, quia mandatum de immolatione Isaac non fuit datum immediatè post ablactationem eius, quia ablactatio fuit cum esset duorum, vel trium annorum; mandatum de immolatione, quãdo iam erat magnus vir, vt infra patebit: fuit enim hoc factũ post confirmationem pacti cum Abimelech, quia Deus vult ad profectum suorum, vt post prosperitates eueniant aduersitates, & sic vice versa. *Tentauit Deus Abraham*. Considerandum autem, quòd tentare dicitur aliquis actus, per quem experientiam accipimus de re quam ignoramus, & dubij sumus, vt ille dicitur tentare equũ, qui sine aliqua necessitate equitando ad cursum prouocat, vt sciat quãtum equus currere potest. Deus autem omnia clarissimè cognoscens de nullo dubitat, neque experimentum accipit, sed cum tenta re dicitur de aliqua re ignorata alijs cognitionem tribuit ad quantum sit. Non ergo tentauit Abraham p̃cipiendo ei immolare filium, vt ipse sciret vtrum immolaret: sciebat enim certissimè, quòd immolaturus esset si mandaretur, sed hoc fecit vt alijs cognitionẽ traderet quantum Abraham diligeret Deum, & hoc ad magnam laudẽ Abrahæ erat, quia nullus ante credebat, quòd tantum diligeret Abraham Deum. *Abraham Abraham*. Iteratur nomen ad prouocandum attentionem. Nam quandocunque aliquem attentum facere volumus, eum bis, aut pluries vocamus. Etiam duplicitas, vel iteratio vocationis signat, quòd id qđ per vocationem dicitur, faciliter complendum est. Sicut patet infra 40.c. somnium Pharaonis. *Tolle filium tuum*. Sc. ad immolandum. & cum respondisset Abrahã se paratum esse dixit: Domine duos filios habeo, nescio de quo vis, dominus autem replicuit dicens. *Vnigenitum*. Secundum veritatem nullus eorum erat vnigenitus, ex quo duo erant, nisi accipiatur vnigenitus respectu matris, quia Sara vnum solũ habuit, & Agar vnum solum, & tunc respondit Abraham: Domine quilibet eorum primogenitus est matri suæ, & vnigenitus, tunc Deus dixit. *Quem diligis*. Abraham respondit vtrunque diligo, cui Deus subiunxit. *Isaac*. In hoc autem nulla dubitatio existere poterat. Et dicunt Hebręi, q̃ ista multiplicata interrogatio fuit ad maiorem materiam obedientiæ.

Quid sit tentatio.

Dicitur vnigenitus. Hebræorum.

Doctores autem nostri, licèt aliter dicant, putant tamen hoc satis rationabiliter dictum. Sed non potest stare, quia cum diceret Deus primo ad Abraham. *Tolle filium tuum*. Non poterat esse aliquale dubium, quia tunc Abraham solum vnum filium habebat, scilicet Isaac, cum alius recessisset cum matre sua, & habitaret extra paternam potestatem in deserto Pharan, & si ista prima dubitatio locum non habet, per consequens nec aliæ, quia negato priori, negatur posterius.

Dicendum autem secundum Doctores nostros, q̃ totum fuit vnum præceptum, & vno contextu dictũ est, sed in eo plures circunstantiæ, quæ distrahere poterant ab hac impletione ponuntur, vt maioris meriti sit obedientia. *Tolle filium tuum*. S. Isaac, qui principaliter filius erat, quia dictum fuerat ei in Isaac vocabitur tibi semen. cap. præcedenti. Vel melius, quia nullum alium filium tunc habebat, de quo hoc intelligi posset. *Vnigenitum*. Idest vnicum filium de Sara. Vel vocatur vnigenitus etiam quantum ad Abraham ratione modi, quia iste vnus miraculosè genitus fuit. Alius autem naturaliter, vt patet ad Gala. 4.c. cum dicitur: qui enim de ancilla natus est secundum carnem natus est, idest secundum modum naturalem, qui autem de libera secundum repromissionem, idest non ex virtute naturali, cum corpus Abrahæ esset emortuum, & vulua Saræ, vt patet ad Rom. 4.c. Etiam, quia Sara sterilis erat, vt patet ad Hebræos 11. Ergo per repromissionem solum natus est Isaac, idest non ex aliqua virtute naturali, sed solum quia Deus repromiserat. Ideo necesse erat compleri, etiam si Sara & Abraham nullam ad gignendum virtutem haberent. *Quẽ diligis*. Scilicet specialiter, quia licèt Ismahelem dilige ret, non tantum cum non essent in eo complendę promissiones. *Isaac*. In quo nomine adhuc specialis ratio dilectionis exprimitur, quia Isaac interpretatur risus, quia pater eius exultauit, & risit, quando ei prænũciatus est. *Et vade in terram visionis*. Idest in quendam mõtem altum, de quo multa terra videri potest in circuitu, & iste est mons Moria siue mons Sion, in quo ędificatum fuit templum Salomonis, vt patet 2. Paralip. 3.c. & iste est mons in ciuitate Ierusalem, quia postea fuit additus ciuitati. Et non mandauit Deus Abrahæ, quòd immolaret filium suum prope domum suam, quia subito mandato Dei concepto antequã alia contraria subintraret cogitatio, facere potuisset facilius, sed in tanto spatio terræ perambulando multæ cogitationes contrarię subintrarent, quæ animum firmatum a recto proposito eradicarent. Samor filialis, quia erat consolatio suę senectutis, pietas innocẽtis, & matris tristitia: sed quia potentissimus Dei miles erat, hęc omnia tolerauit, & vincendo contempsit. *Et offer eum in holocaustum*. Et hoc ad maiorem dolorem materia erit, quia si mandasset eum iugulari solum, post pater eius sepeliuisset eum, & aliqualiter consolaretur sciens sepulchrum filij sui, sed holocaustum est, cum totum animal incenditur, & in cineres reducitur, sic ergo reducendus erat Isaac, & post cineres eius aura circunquaque dispergeret, ita quòd de eo nihil maneret. *Super vnum montium, quem monstrauero tibi*. In hoc autem adhuc maior patet obedientia, quia locum nesciebat ad quem iturus esset, & tamen ad Dei mandatum mouebatur. Sciebat ergo Abraham terram illam, ad quam iturus erat, quia sciebat contra quam partem erat, sed determinatè nesciebat montem, super quem holocaustum facturus erat, & in hoc Apostolus laudat eum, vt patet ad Hebr. 11. c. dicens: Fide qui vocatur Abraham obediuit in locum exire, quem accepturus erat in hæreditate, & exiit nesciens quo iret. *Igitur Abraham*. Hic ponitur secundum, s. Abrahæ obedientia subiungitur. *De nocte consurgens*. Fuit, n. ista reuelatio facta de nocte in auditu

Ostẽditur fideliras Abrahæ.

alicuius

alicuius vocis, vel in visione imaginaria. Sicut patet supra 15.c.& Abraham, quia valde obediens erat non expectauit diem, sed immediatè consurgens incepit tradere executioni. Vera enim obedientia moras nescit. Vel fortè de nocte surrexit, ne vxor vel serui ab eo quærerent quo tenderet, & eum impedirent, nam si ab eo quærerent cogebatur, aut nihil respondere vxori, & seruis, quod satis suspectum erat: & ideo Sara cum eum uideret absentem aliquid mali suspicaretur, si autem respondisset, aut uerum respondisset, aut falsum: non est dicendum, ꝙ falsum responderet, quia valde repugnabat statui perfectionis, quem tenebat Abraham, mentiri: si autem uerum diceret declararet eis, ꝙ ad immolandum filium suum ibat, & tunc non permitteret eum Sara; ploraret namque inconsolabiliter pro unico filio suo, etiam serui dissuaderēt, postremo ipse Isaac si talia per tres dies ante cognouisset quibus ambulauerunt vsque montem Moria, fortè tanto mortis horrore perspecto sæpissimè tremebundus aufugeret. Valde ergo decuit, ꝙ Abrahā de nocte cōsurgeret nihilque domesticis de eo, quod facturus erat, reuelaret. *Strauit asinum suum.* Ipse enim Abraham strauit, ideſt apparauit asinum non expectans Dei famulus terreni alicuius serui famulatum, vt Dei mandatum celerius terminaret. Erat autem asinus ad portandum ligna pro sacrificio, quia fortè in loco immolationis ligna non inuenirent. Iudæi autē quidam insensatissimi dicunt, quòd iste asinus est, in quo sedebit Messias, de quo dicitur Zacha. 9. cap. Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, & ipse pauper sedens super asinam, & pullum filiū asinæ. Sed hæc magna abusio est ponere aliquem asinum tantum viuere, & maxime, quia hoc est sine aliqua causa necessaria, vel apparenti. Nunquid enim ille asinus melior est omnibus alijs asinis? non multum hoc videtur. De isto asino magis dicetur Exod. 4. c. *Ducens secum duos iuuenes.* Secundum Iudæos isti sunt Ismahel, & Eliezer, & tamen ipsis nec vxori nihil reuelauit ne eum impedirent. Hebrei autem ponunt istos duos fuisse iuuenes, quia inter famulos Abraham non est aliquis nominatus nomine suo in sacra Scriptura, nisi isti duo, de Ismaele patet supra 16. & 17. & infra 25. De Eliezer patet supra 15. ca. Sed hoc falsum est, quia Ismahel non erat tunc, cum Abraham, sed missus fuerat cum matre sua ante hoc multis diebus, vt supra probatum est. Non potest etiam stare quantum ad Eliezer, quia Eliezer non erat iuuenis, sed erat iam satis in magna ętate: nam ante hoc bene per annos quindecim, vel plus Eliezer habebat filium: nam paulo post quam intrauit Abraham in terram Chanaan: quod fuit viginti quinque annis antequam nasceretur Isaac, Eliezer habebat filium, vt patet supra 15. ca. cum dicitur: Domine Deus quid dabis mihi? ego vadam absque liberis, & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer: mihi autem non dedisti semen, & ecce vernaculus meus hæres meus erit. Post natiuitatem autē Isaac vsque nunc transierant anni triginta, vel plures. Ideo postquam Eliezer haberet filium vsque nunc ad minus essent plures quam quinquaginta anni, & sic Eliezer esset annorum septuaginta, vel octuaginta, vel fortè centum, quia paulo post hoc, quando iuit ad petēdum vxorem pro Isaac, vocatur senior omnibus seruis Abrahæ, vt patet infra 24. cap. cum dicitur: Dixitque ad seruum seniorem domus suæ, qui præerat omnibus, quæ habebat, ideſt ad Eliezer, vt postea patet in litera. Non ergo posset esse hic Eliezer, vnus de iuuenibus, nec Ismahel, sed essent aliqui alij, qa Abraham multos habebat, s. trecentos decem, & octo expeditos ad bellum, quando iuit cōtra quatuor reges, vt patet supra 14. quanto magis nunc, quia quotidie crescebat in diuitijs, vt patet infra 24. ca. *Cumque concidissent ligna.* Hoc fuit prope locum, in quo morabatur, tunc Abraham timens, ne postea ligna non haberēt. *Abijt in locum, quem præceperat dominus.* Ideſt contra terram visionis, quæ nota erat Abrahę, tamen adhuc nesciebat determinate locum, in quo immolatio futura erat. *Die autem tertio.* Non vidit Abraham locum vsq; ad initium diei tertij in mane: non intelligas autē, ꝙ mons Moria multum distaret a loco, a quo recessit Abraham, quia poterat homo satis leuiter illud vna die transire, & adhuc magis, quia si Abraham tūc habitaret in Bersabee, distabat a mōte Moria decem, & septem milliaribus, ideſt octo leucis, & dimidia. Si autem habitaret in conualle Mambre distabat a monte Moria sexdecim milliaribus, ideſt octo leucis. Si autē habitaret in Hai, & Bethel distaret decem leucis, scilicet viginti milliaribus de ijs in libro de diuisione Terræ sanctæ. Sed dices quare in tanto paruo itinere tantum tempus impendit?

Dubium cur in tā paruo itinere tantū tempus impendit.

Respondetur, quòd Deus fecit hoc, vt obedientia Abrahæ totaliter euidēs esset, quia in magno tempore multa cogitare posset, quæ eum a suo proposito disturbarent, & sic facere nō poterat istum actum cum impetu passionis, quia magnum tempus requiritur, in quo deliberatio sequitur, & hoc magnam constantiam Abrahæ demonstrabat, qui in tā difficilibus vultum immotū tenere potuit. Sic enim ait Philosophus in 3. Ethicorum: Difficilè est immorari cognitis, idest quando aliquis cognoscit dura, & eligit illa tolerare, difficilè est manere in actuali consideratione illorum durorum, & non imutare electionē. *Eleuatis oculis vidit locum procul.* Loquitur de monte determinato in quo holocaustū immolaturus erat. Sed dices quomodo potuit cognoscere, quia ante non cognoscebat illum locum?

Dubium quo cognouerit locum.

Respondetur, quòd Deus demonstrauit ei locum, vt supra dictum fuit, supra vnum montium, quem monstrauero tibi. Sed quomodo monstrauit?

Respondetur secundum quosdam Hebræos, quòd super montem illum, in quo futura erat immolatio vidit quandam columnam ignis Abraham in loco propriissimo vbi strues lignorum componenda erat. Et tunc quæsiuit Abraham a pueris, vtrum viderent aliquid, qui responderunt, quòd nō: & ideo iudicauit eos Abraham ad ascendendum montem indignos: quę sunt autem ab Isaac vtrum videret, qui respondit, quòd sic, & hunc iudicauit dignū ascendere ad montem. *Expectate hic cum asino.* Ne viderent, quod Abraham facturus erat, & eum impedirent putantes eum crudelitatem, vel insaniam. *Ego, & puer.* Ideſt Isaac, ex quo aliqui volunt, quòd Isaac tunc erat in ętate puerili, vel adolescentię, sed hoc infra patebit esse falsum. Sic enim vocabatur Ismahel puer, qui tamen erat, quando ita vocabatur, annorum plusquàm viginti, vt patuit præcedēti cap. *Illuc vsque properantes.* Ideſt euntes vsque illuc, scilicet vsq; ad summitatem montis, quem iuuenes ante se videbāt, vel Abraham eis manu ostendebat. *Postquam autem adorauerimus Deum.* Facientes ei latriam. *Reuertemur ad vos.* Sed dicet aliquis, quòd Abraham hic mentitus fuerit, quia non intendebat redire cum puero, sed eum immolare: ergo mentiebatur.

An Abraham mentitus fuerit hic. Ratio.

Respondetur, quòd Propheticè dixit, s. mouēte eū spiritu sancto ad dicenda ista, & quando aliquis mouetur ab alio in loquendo non est sui iuris: nec potest dici, ꝙ mentitur qualitercunque dicat, quia non potest aliter dicere, vt patet Num. 22. cap. Sed si dederit m. hi Balach omnem domum suam plenam auri, & argenti non potero immutare verbum Dei mei, vt plus vel minus dicam. Sed nō propter hoc vocatur Abraham Prophe-

Opinio Iudæorū de asino Abrahæ.

Propheta, licet ex alijs causis vocetur Propheta, nisi accipiendo valde large, quia intellectiua opus est in prophetia, vt patet Daniel 10. cap. Abraham vero non videtur, quod ista verba intelligeret in sensu, in quo ei proferri faciebat Spiritus sanctus. *Tulit autem ligna holocausti.* Ideſt ligna, quæ ducebantur ad immolationē holocausti super asinum. *Et imposuit super Isaac.* Fortè quia mons rectus erat in sublime, & non poterat illuc ascendere asinus. Vel principaliter ista dicta, & facta sunt mouente Spiritu sancto in signum Christi Iesu, qui baiulans sibi crucem exijt in eum, qui dicitur Caluarię locus, vt patet Ioan. 19. cap. *Ipse vero.* Ideſt Abraham. *Portabat ignem.* Ad ligna incendendum. *Et gladium.* Ad Isaac victimam iugulandum. *Ecce ignis, & ligna.* Vndique tentationes insurgunt Abrahæ: filius enim tenera verba patri suo protulit, quæ multum animi eius robur, ideſt fortitudinem eneruarent. Nam si Isaac tacuisset, & Abraham nihil ei respondisset, potuisset quidem Abraham animi rigorem immotum tenere, sed cum respiceret vultum filij sui innocentis, vel de ista morte suspicantis, & verba eius tenera, necesse erat, vt viscera eius etiam si ferrea essent ad teneritudinem emolliri, præcipuè cum Abraham filio loquenti respondere coactus fuerit: sicut enim frequenter ira per verba aut lachrymas, euaporat ita, vt ea, quæ ante magna fuerat pœnè ad nihilum redigatur, ita & quilibet alius animæ rigor per verba ad teneritudinem perducitur. Hoc enim dicimus de dulcissimo puero Iesu, qui cum esset duodecim annorum, & sedens inter doctores templi disputando à matre sua carissima cum maguis laboribus quæreretur, & ipsa dixisset; Fili quid feciſti nobis? nam ego & pater tuus dolentes quærebamus te: vltra loqui ei non valuit, nam commota sunt viscera eius ad nimiam teneritudinem super dilectissimo filio suo: hoc ergo Abrahæ in tanta angustia posito cōtingere necesse erat. Sed vir Dei omnia per obedientiam & patiētiam tolerans in firmitate propositi permanebat. *Deus prouidebit sibi victimam.* In hoc verum dicebat, quia licet aliquod animal, vel ipse Isaac immolandus esset, vtrumque Deus prouideret, sed dicitur, quòd ista fuerunt propheticè dicta, talis erat dicenti intentio qualis per verba monstrabatur. *Ad locum quem ostendit ei Dominus.* Scilicet desuper globum ignem eleuando siue columnam ignis. *In quo ædificauit altare.* Ista ædificatio non fuit cum magna solemnitate, vel apparatu, sed solum congregauit aliquos lapides, & illos qualiter potuit ordinauit, & desuper ligna posuit. *Cumque colligasset Isaac.* Non colligauit, quia stare volebat, sed ne dolore victus aufugeret. Non est putandum, quòd Abraham ligauerit Isaac inuitum, quia potentior erat Isaac filius suo patre Abraham: erat enim Isaac iuuenis, & annorū 37. vt volunt quidam asserentes, quòd eo anno Isaac ad immolādum ductus est, quo mortua fuit Sara mater, licet prius ipse ad immolationem ductus fuerit quàm Sara mortua fuerit, & hoc satis est verisimile.

Et tunc Sara quādo mortua fuit erat annorum centum viginti septem, vt patet cap. sequenti, sed ipsa peperit Isaac quando erat annorum nonaginta: ergo adhuc manebant triginta septem anni, qui fluxerunt à natiuitate Isaac vsque ad mortem matris eius.

Abraham autem tūc senex valde esset, scilicet centum triginta septem annorum, quia centesimo anno vitæ Abrahæ natus fuit Isaac, vt patet præcedenti cap. Erat enim tunc Isaac iuuenis fortis, quod satis patet quia portauit super se ligna holocausti per ascensum montis erecti quantum vnus asinus portare posset: patet enim quia requirebantur tot ligna, & tanta quot sufficerent ad incinerādum vnum corpus humanum adeo manifeste apparet, quòd Abraham non potuisset eum violenter colligare, immo ipse vice versa ligare potuisset Abraham, vel saltem ab eo fugere.

Isaac fugere potuit cum posset vir. Abrahā deuincere.

Qualiter autem Abrahā persuaserit Isaac, vel ei locutus fuerit, vt se ad mortem pararet: refert Iosephus quòd altari ædificato, compositis lignis, cæterisque dispositis Abraham dixit filio suo Isaac quomodo à Deo magnis precibus acquisitus fuerat, & quomodo miraculosè conceptus fuerat, & natus in gaudio, & quòd nunc volebat non bello, aut peste, vel ægritudine eum terminari, sed in orationibus, & laudibus diuinis per immolationem vitam finire, & postea resurgere ad complendas promissiones factas.

Opinio Ioseph de locutione Abrahæ ad filium.

Nicolaus tamen aliter recitat dictum Iosephi, scilicet, quòd Deus acciperet animam Isaac, vt in perpetuum esset cum eo, & propter istam obedientiam Deus dirigeret senectutem Abrahæ. Ijs persuasus Isaac voluntariè tradidit manus suas, & pedes ligandos, vt immolaretur, & tunc dicit, quòd licet verba Iosephi sint benedicta quantum ad omnia, est tamen hoc falsum, scilicet, quòd Abraham dixerit animam Isaac debere in perpetuum manere cum Deo, quia dictum fuit Abrahæ supra decimoseptimo cap. Reges orientur ex eo, & cap. præcedenti in Isaac vocabitur tibi semē: ista autem firmiter tenebat Abraham, quibus repugnabat quòd anima Isaac maneret in æternum cum Deo.

Opinio Nicolai de Iosephi sententia.

Sed salua reuerentia Nicolai, quia Iosephus nihil tale retulit, sed magis contrarium, & nihilominus hic non bene attendit, & quia communiter libri Iosephi non habentur, patet veritas huius per Scholasticam historiam, quæ sic recitat, vt nunc recitaui à qua nihilominus hoc transtulit, licet male, & patet hoc, quia nunquam reperietur, quòd Nicolaus Iosephum alleget, nisi prius cum historia Scholastica recitet.

Quilitercunque autem dicant volentes: dicēdum est, quod Abraham volens filium suum occidere credidit firmissimè, quòd Deus illum a mortuis suscitaret, vt implerentur promissiones, quæ necessario implendæ erant, & alio modo compleri impossibile erat. Sic enim ait Apostolus ad Hebræos 11. cap. fide obtulit Abraham cum tentaretur, & vnigenitum offerebat, in quo susceperat promissiones, ad quem dictum est in Isaac vocabitur tibi semen, arbitrans, quòd & a mortuis potens est eum suscitare Deus. Ex hoc autem satis innuitur, quòd sicut Abraham multum meruit filium suum offerendo ad mortem, vt Deo placeret, ita valde multum meruit Isaac, qui propter Dei voluntatem complendam obediuit patri seni, vt eum ligaret, cum posset effugere. Quis autem eorum plus meruerit satis dubium est.

Determinatio.

Dubium quis plus meruerit Abraham vel Isaac.

Alicui dubiū videbit determinatum, scilicet, quòd Isaac tantum meruit quantum Abraham, & magis; quia plura toleraturus erat: Abraham enim solum dolebat de filio, sed nihil pœnale passurus erat: Isaac autem mortem passurus erat.

Mihi autem videtur dicendum quòd tantum, imo magis Abrahā meruit, quia operatio virtuosa recipit gradum bonitatis secundum voluntatis feruorem, à quo procedit, speciem autem recipit ab obiecto. Si ergo in Abraham fuit maior feruor quàm in Isaac, ergo magis meruit. Si enim Isaac actualiter passus fuisset mortem, actus eius bonus habuisset maiorem gradū, quia non solum habuisset fortitudinem electiuam, sed etiam actualem tolerantiam, quæ cum magno labore est, ideo multum est virtuosus actus. Fuit ergo solum actus fortitudinis & obedientiæ in voluntate Isaac, & nō in executione, licèt nō defuit hoc ex parte voluntatis. Abraham autem maiorem feruorem in obediendo Deo, & exequendo ista habuit: ita enim

tenerrime diligebat filium suum Isaac, quòd mors eius erat ei durior morte propria: elegisset enim magis Abraham mori quàm filium suum manu sua occidere, quod tamen erat paratissimus, vt Dei mandato obediret. Item patet magnitudo obedientiæ & fortitudinis, quia super omnia difficillimum est immorari cognitis, vt patet in tertio Ethicorũ, s. cum aliquis cognouerit aliquod valde triste, quod passurus est, diutius manere in cogitatione eius ab electione non resiliendo: hoc autem maximè fuit in Abraham, quia per tres ante dies cognouit per diuinã reuelationem hoc quod facere debebat, & tribus illis diebus cõtinuè ad hoc tendebat, vt patet supra, in quibus necesse erat valde anxiari cogitando dura circa mortem filij sui, nunquam tamen à priore electione recessit, vt patet. Si autem Isaac per tot dies cognouisset forte considerãs doloris magnitudinem ab eo quod semel elegisset, postea resiliret. Item quia præter hoc magnæ cogitationes, & duræ tentationes dæmonis Abraham pungebant, quia vt dicunt Iudæi, cum pergeret Abraham ad immolandum filium suum accessit malus dæmon ad eum dicens: ò insensate quomodo filium tuum immolare vis? nescis enim quòd hoc voluntati Dei repugnat? quia ipse dixit tibi, quòd ex hoc reges nascerentur, & populi? quomodo autem reges & populi nasci poterunt, quando mortuus fuerit? non credas ergo insensate senex, quòd Deus talia tibi mandauerit, sed tua insania hoc tibi suggerit. Abraham autem in fide constantissimus, licet ad hoc respondere non potuerit, spreuit potiusquam respondit. Nec reputes hoc fore fabulam, quia idem innuit Apostolus ad Hebræos vndecimo. dicens fide obtulit Abraham, cum tentaretur, & vnigenitum offerebat: Apostolus autem non exprimit, quæ fuerint tentationes, sed satis verisimiles sunt istæ.

Opinio Rabbi Abẽ Ezra.

Patet etiam quòd magis meruit Abraham, quia magis laudat scriptura Abraham exponentem filium quàm ipsum filium, qui exponebatur, vt patet ad Hebræos vndecimo. quod non esset si magis meruisset Isaac. Rabbi Aben Ezra habens pro inconuenienti, quòd magis meruit Isaac quàm Abraham, credit q̃ si Isaac ligatus fuit voluntate propria, quòd magis meruit quàm Abraham, & dicit quòd quando Isaac ductus est ad immolandum, erat decem vel duodecim annorum, & Abraham religauit eum renitentem, sed videtur, quòd falsum est, primum quia Isaac portauit super se magnum pondus lignorum sufficiens ad comburendum vnum cadauer hominis, quod non faceret puer duodecim annorum. Secundum est falsum, quia si Isaac violenter ligatus fuisset, nihil meruisset. Sed hoc falsum est, quia tunc nullo modo laudari deberet, cuius contrarium est.

Quomodo Abrahã voluit immolare filium cũ homo nõ immolet.

Sed quæritur quomodo Abraham voluit filium immolare, cum sciret hominem non esse animal immolaticium, sicut pecora. Deus autem non mandat ea, quæ illicita sunt.

Item quia ista reuelatio facta fuit ei in somnis, vt supra diximus, quia dicitur in textu. *De nocte consurgens.* Talis autem apparitio poterat esse phantastica, & ideo durum rem committere nollet propter talem reuelationem.

Item quia nesciebat Abraham vtrum ista reuelatio fieret à Deo, vel à dæmone, aliquando autem Satan transfigurat se in angelum lucis, & dicit aliquem volens fallere tanquàm Deus mittat eum, & ad hoc habebat aliqualem inductionem Abraham quia ipsum, quòd ei reuelabatur de se malum videbatur, scilicet occidere innocentem, maximè quòd pater filium occideret. Ad hoc dicendum, quòd hic erant duo. Primum scire vtrum à Deo, vel à dæmone, ista reuelatio proueniebat. Secũdum dato quòd à Deo esset, vtrum rei tam duræ assentire vellet. De secundo iam dictum fuit, & dicitur, q̃ tanta erat fides, & obedientia Abrahæ ad Deum quòd nihil videbatur, quod Deus mandaret Abrahe, quod ipse non faceret, dato quòd intelligeret certissimè illud esse mandatum à Deo. Ad primum dico, quòd Deus cognoscens humanam voluntatem & intellectum, & sciens quid homini necessarium sit, videns, quòd ista altissima res erat, ad quam nõ decebat hominem faciliter moueri, maximè quia videbatur esse peccatum, si à Deo non esset, dedit plenissimam cognitionem, & certitudinem Abrahæ, per quam totaliter securus esset nullo manente scrupulo, quòd illud a Deo mandaretur, & sic ad omnia intrepidus procedebat, & suadetur hoc, nam sicut in speculatiuis scientijs modo humano quædam sunt, quibus intellectus noster non totaliter assentit, quia modus veritatis eorum non est ei clarus, & quædam sunt, quibus totaliter, & firmissimè assentit, quia modus veritatis eorum certissimus est, sicut sunt prima principia, quæ dicuntur dignitates aut communes animi conceptiones, de quibus fidem nullam aliam petimus nisi ipsam quam ipsę propositiones euidentissimæ demonstrant. Sic enim in Dei reuelationibus quantum est ad ipsas propositiones in se obscuræ sunt. Sed Deus qui nouit modum intellectus nostri, quia eum creauit, potest taliter intellectum nostrum ad assentiendum alicui veritati clariùs eleuare, vt magis assentiat illi veritati, quàm primo principio. Et hoc euidenter patet de radicatione fidei, in quibusdam namque viris bonis, quorum aliquos me vidisse confiteor adeo Christus illis veritatem fidei radicauit, vt magis credant Christum passum fuisse, & resurrexisse, quàm se esse hominem. Sed Christum passum, & resurrexisse secundum se de veritate valde dubium, & occultum est, cum potius homines virtutes naturæ sequentes talia fuisse negent, & irrideant, vt patet de Philosophis Athenien sis Actuum decimoseptimo cap.

Non est ergo ista radicatio vetitatis fidei, & consensus intensissimus ex veritate propositionis euidenti sicut primis principijs, & dignitatibus assentimus ex sua euidentia, sed ex maxima impressione, quam in cordibus nostris creauit Christus. Sic enim dicebat beatus Pettus Canonica. 2. cap. primo, quòd magis affectiebat dictis fidei per Prophetas, quam eis, quæ oculis videbat: secundum ergo istum modum caluaret Deus in seruo suo fidelissimo Abraham quandam euidentissimam cognitionem, cui intensissimè adhęreret magis assentiens illa a Deo veritissimè sibi dici, quam se esse Abraham, & Isaac esse filium suum. Ad aliud, scilicet, quòd mandabatur ei aliquid inhonestum, & per se malum, scilicet occidere innocentem. Respondetur, quòd occidere innocentem semper est malum, nec aliquo modo potest bonum efficere, sed Isaac non erat innocens: licet enim innocens esset quantum ad homines, quia nulli eorum nocuerat: Deo tamen non erat innocens, quia peccauerat veniali peccato, propter quod ad mortem hominis obligantur, & sic dicitur Exodo trigesimoquarto cap. nullusque apud te per se innocens est, & cum Deus vniuersalis iudex sit, cui omnes peccauerunt, & ad mortem tenentur obnoxij, potest quandocunque voluerit, & vbicunque, & per quamcunque vindictam expetere: satis ergo conueniens minister erat Abraham ad mortem Isaac, cum Deus eum ad hoc habilitaret. *Posuit eum in altari super struem lignorum.* Et sic patet modus sacrificij, quia primo ligna super altare ordinabantur, deinde Isaac super ligna occidi debebat, vt totus sanguis defluereret super ligna, & deinde igne supposito omnia cremarentur.

Post Moysen non fiebant sic sacrificia, quia primo erat ignis in altari, quàm apponerentur cremabilia; patet Leuitico sexto cap. vbi dicitur: ignis in altari meo semper ardebit. Etiam quia si sic victimæ iugularentur, antequàm victima iugulata esset arderet, & sacerdos combureretur etiam totus sanguis super ignem flueret. Sed hoc falsum est: quia sanguis aliquando sumi debebat ad aspergẽdum per templum: vt scilicet contra sancta sanctorum, & super altare thymiamatis, vt patet Leuitico decimosexto cap. Item quia alijs vicibus communiter mandabatur, quòd sanguis victimę effunderetur in circuitu altaris holocaustorum, scilicet, quòd vngerentur quatuor cornua altaris, & reliquus sanguis funderetur ad basim altaris, vt patet Leuitico primo cap. Item quia si sic animalia immolaticia iugularentur, cremarentur carnes, cornua, pellis, & fimus super altare. Sed hoc falsum est, quia prius debebat animal concidi in frusta, & lauari partes eius cum pedibus, & omasis, & deinde poni super ignem, vt patet Exodo vigesimonono cap. & quasi per totum Leuiticum: *Vt immolaret filium.* Ideest vt iugularet, & isto modo accipitur istud verbum semper in Exodo, & Leuitico. *Et ecce Angelus.* Hic ponitur tertio, scilicet præceptum reuocati describitur, quia Deus solum intendebat declarare gentibus bonitatem serui sui Abrahæ, & non volebat mortem filij eius, quia talibus victimis Deus non delectabatur. *Et ecce angelus Domini.* Scilicet veniens ad prohibendum mortem Isaac. *De cælo clamauit.* Ideest de aere, quia vox eius audita fuit ab alto, quasi ex cœlo. *Non extendas manum tuam.* Scilicet ad iugulandum. *Super puerum.* Scilicet Isaac vocatur tamen puer à puritate quia innocens vir erat, vel vocatur puer, ideest famulus quia nondum liberatus erat per emancipationem à patria potestate, donec accepit vxorem. *Nec facias ei quicquam.* Ideest non solum non occidas eum, sed etiam non facias ei aliquod aliud malum. *Nunc cognoui quòd timeas Deum.* Ideest nunc feci cognosci ab alijs, quòd tu timeas Deum, quia ante non ita clare cognoscebant, quia non viderant aliqua tam certissima experimenta. Sed quomodo fecit in hoc cognosci ab alijs, quòd timeret Deum Abraham, cum nullus hoc videret, nisi Abraham, qui hoc agebat, & Isaac qui ad patiendum hoc paratus erat. Respondetur quòd Deus dedit cor credulum omnibus gentibus in circuitu, vt cum Abraham, & Isaac ista recitarent omnes firmiter assentirent. *Non pepercisti filio tuo.* Ideest iam paratus eras non pacere. *Leuauit Abraham oculos.* Quia ante depressos habuerat respiciens vincula filij sui dum solueret eum, vel dicitur leuasse oculos, quia Deus mouit eum, vt respiceret ad partem illam ad quam non respiciebat, & videret arietem ad faciendum sacrificium. *Viditque post tergum arietem.* Iudæi dicunt quòd iste aries fuit creatus in die sexta, quando Deus creauit animalia terrestria, & hominem. Sed hoc non habet aliquam apparentiam: ponere autem miraculum contra morem miraculorum, scilicet sine necessitate contra rationem est. Deus enim & natura nihil faciunt frustra, vt patet primo Politicorum. Etiam quia pluralitas sine necessitate ponenda non est, vel quod fieri potest per pauca peccatum est facere per plura, vt patet octauo Topicorum: quod autem vnus aries duraret à principio mundi vsque tunc satis erat miraculum, quia secundum computationem interpretum erant anni plures quàm tres mille, secundum autem computationem hebraicam erant plures quàm duo mille. Necessitas autem ponendi arietem istum ex tunc nulla est, quia quilibet alius aries sufficiebat ad hoc, nam sicut iste aries pinguis, & bonus esset aptus ad immolandum ita poterant reperiri multi alij: si enim arietis immolabilis aliqua requireretur conditio, quę in alijs existentibus arietibus non inueniretur rationabile erat alium à principio mundi creatum esse ad hoc, sed cum quilibet alius ita placeret Deo sicut creatus à principio, quia gratitudo, & acceptatio oblationum non excipitur ex seipsis, sed ex voluntate offerentis, vt patet Luca vigesimoprimo ca. Cũ dicit Christus de paupercula, quæ libentissimè obtulit de necessarijs sibi, etiam si essent parui valoris, cum dicitur: Verè dico vobis quòd vidua hæc pauper plusquam omnes misit, nam omnes ij ex abundantia sibi miserunt in munera Dei. Hoc autem ex eo quod deest sibi omnem victum suum, quem habuit, misit, si tamen hic respiceretur quantitas, & qualitas oblationis millecuplo magis fuisset acceptabilis oblatio diuitum q̃ pauperculæ, cuius contrarium Christus manifeste protulit. *Inter vepres hærentem cornibus.* Vepres vocant ligna aspera habentia vncos, quibus vestes, vel carnẽ tenẽt, & dilaniãt, & vocant vulgariter carcas, & dicunt vepres quasi vi, ideſt violenter præhendentes. Hærebat autem, quia cornua arietis detinebantur ramis arboris illius, ne fugere posset, cum vellet eum tenere Abraham. Sed dicens vnde fuit iste aries? Dicendum quòd fortè angelus deduxit eum de arietibus Abrahæ, vel accepit eum de aliquo alio grege. Et si dicas non videtur esse verisimile, quòd Deus mandaret angelos accipere arietem de grege alicuius. Respondetur, quòd hoc facillimum est, quia omnia ista sunt possessio Dei, ideo vtitur illis, quomodo vult, tollens cui vult, & retribuens, cui vult. Sic enim patet Psalmo 49. Si esuriero non dicam tibi meus est orbis terrarum, & plenitudo eius. Et maius adhuc patet Marci cap. 5. quia Christus præcipitauit in mare duo millia porcorum, vel quasi non curans de damno dominorum suorum mittens dæmones in eos. *Quem assumens obtulit holocaustum.* Totum comburens. *Pro filio.* Ideſt sicut erat filius eius immolandus, ita immolauit arietem. *Pro filio.* Ideſt loco filij sui, quem Deus immolari ante mandauerat, scilicet, quòd si Deus non mandasset postea oppositum, & dedisset arietem filium suum immolaret, vel *Pro filio*, Ideſt pro liberatione filij, scilicet, quòd gratias agebat, & immolabat, quia Deus filium suum à morte liberauerat, & in immolatione arietis orabat Abraham Deum, quòd ita acceptaret immolationem illius arietis, ac si filium suum immolaret. Et dicunt Iudæi, quòd ista immolatio fuit facta in principio mensis septimi, qui est September secundum computationem eorum, & propter hoc prima die illius mensis faciunt Iudæi festiuitatem magnam, quæ vocatur festum clangoris, & canunt buccinis corneis, vt patet Numeri 29. cap. *Appellantq; nomen loci illius, Dominus videt.* Ante enim vocabatur locus ille mons Moria siue terra visionis, & in illo loco fuit post templum Salomonis ædificatum. Nec est locus iste Bethel, vt aliqui volunt, de quo diffuse diximus supra 12. cap. & non vocatur locus ille Dominus absolutè, sed Dominus videt, & hoc est ab effectu, qui ibi cõtigit, scilicet, quia vidit Deus afflictionem Isaac, & obedientiam Abrahæ. Et sic habetur Ezech. vlt. c. & nomen ciuitatis illius Dominus ibidem, quia describit ibi Ezech. templum cęlestis Ierusalem sub typo templi materialis, & de illo templo verum est dicere, quòd Dominus est ibidem, quia specialius est ibi, quàm in alijs locis, cum ibi det gloriam beatis. Et sic Moyses vocauit altare quoddam Dominus exultatio mea, vt patet Exodo 17. quando Israel pugnauit contra Amalech, & vicit non vocans altare illud dominus simpliciter, sed dominus exultatio mea, quia Deus dedit ibi exultationẽ Israelitis ex victoria hostium. *Vnde*

Quid sit vepres.

Opinio Iudæorũ de immolatione.

Opinio Iudæorum.

vsque hodie dicitur. Scilicet in prouerbio. Ista sunt verba Moysi scribentis, & refertur istud aduerbium hodie ad tempora Moysi scribentis, & est sensus, quòd licet Abraham ex multis diebus transisset, & illud prouerbium inceptum fuisset tempore eius, tamen durabat vsque hodie, ideſt vsque ad illud tempus, in quo Moyses ista scribebat, nam semper dicebatur in monte dominus videbit: nunc autem nihil horum dicitur. *In monte Dominus videbit*. Iudæi enim dicunt ista quando in angustia sunt: in monte dominus videbit, ideſt sicut Deus vidit afflictionem Abrahæ in monte illo, ita videbit afflictionem nostram. Et sicut quidam volunt, Abraham vocauit sic istum montem, quia futurum erat, quòd Deus exaudiret filios eius deprecantes in monte illo, quando templum Salomonis esset ædificatum. *Vocauit autem Angelus*. Hoc est quartum, scilicet præcedentium fœderum confirmatio adiungitur. Deus enim superioribus, scilicet 15.& 17.& 21.cap. promiserat multiplicitatem posteritatis Abrahæ. Hic autem propter bonum, qđ nunc fecerat confirmat, licet in superioribus satis ratum esset. ponitur autem hic ad consolationẽ Abrahæ,& Isaac. *Abraham secundo*. Quia primo vocauerat quando dixerat, ne extenderet manum super puerum. *Per memetipsum iuraui dicit dominus*. Hic refert angelus verba Dei, & non loquitur ista quasi à se, sed à Deo, ideo dicit. *Dicit Dominus*. Quasi dicat non dico ego in persona mea, sed Deus mandat hoc dici. Deus enim siue iurer, siue non iuret, fallere non potest, quia fidelis est, & seipsum negare non potest, vt habetur ad Timoth. 2.cap. 2. ex natura tamen verborum firmior videtur esse promissio iuramento firmata quàm ea, quę sine iuramento fit, & ideo dicunt doctores nostri, quòd quàmuis aliqua, quę Deus simpliciter promisit mutata inueniantur, tamen ea, quæ iuramento firmata sunt nunquàm reperimus non fuisse completa, non tamen est hoc, quia magis obligetur Deus per iuramentum, quam sine iuramento, nec seipsum obligare potest. Sed semper quicquid vult fit, & quicquid fit ab eo ius est, quãdocunque Deus ius aliquid determinate dicit, vt à se immutabile est, siue iuret, siue nõ. Aliquando autem dicit aliqua, quæ non implentur. Hoc autem quia non dicit ea determinando, secundùm quòd in sua altissima scientia est, sed secundum conditionem causalitatis rerum inferiorum, sicut diximus supra 15.& 20.cap. & plenius in Deuteronomio cap. 18. Ratio autem, quare Deus ea, que iurat sũt immutabilia est, quia ea, quæ Deus dicit sine iuramento, aliquando dicit, secundùm quòd ipse determinauit in se, & tunc immutabilia sunt simpliciter; aliquando dicit ista, secundùm quòd est in causa inferiori, & tunc mutantur quandoque ad mutationem causæ inferioris, aliquando manent inferiori causa manente. Etiam quia ista fiunt interdum cum conditione, & tunc mutantur, vel tenent secũdùm quòd conditio mutatur, vel manet: ea autem, quæ cum iuramento à Deo dicuntur semper dicuntur secũdùm quòd à Deo terminata sunt, & iõ immobilia sunt, siue dicantur conditionaliter, siue nõ, quia si dicantur conditionaliter Deus faciet stare conditionem, quia præsciuit eam permansuram. Et sicut magna differentia est inter verba simpliciter, & verba iuramento firmata, ita proportionaliter est differentia inter iuramenta secundum formam ipsorum, quia quædam magis ligant quàm alia: iuramenta enim, quæ per maiorem auctoritatem fulciũtur, maiora sunt. Deus ergo cum iurat, per nullum maiorem potest iurare cum ipse omnibus maior sit, ideo per seipsum iurat. Alij autem homines per maiorem suum iurant, vt patet ad Hebręos 6.cap. Istud ergo iuramentum inter omnes Dei promissiones maius est, nec aliquo modo variabile, quia illa sola confirmat Deus hoc iuramento, quæ ipse determinauit sic euentura, & hoc innuunt verba iuramenti scilicet. *Per memetipsum iuraui, dicit Dominus*. Ideſt ego iuro per meipsum quòd sic erit, quia in me ipso sic futura esse determinaui, & non iuro per alterum, scilicet per causam inferiorem secũdùm quam debeat tale vel tale fieri, & nõ est iudicio Dei: si enim daremus, quòd Deus iuraret per rem particularem, ideſt per statum, vel determinationem causæ particularis, cum causæ particulares sæpissime impediantur à suis effectibus naturaliter per aliam causam superiorẽ naturalem, etiã interdum ideo iuramentum Dei esset variabile, cum causa naturalis, super quam fundabatur variaretur. Sed valde incõueniens hoc videretur saltem in voce mutari diuinum iuramentum, ideo Deus per seipsum iurat, ideſt per suam stabilem determinationem secundum quòd in seipso reperit. *Quia fecisti rem hanc*. Ideſt quia voluisti filium tuũ immolare propter me. *Et non pepercisti filio tuo*. Immo voluisti eum interficere. *Vnigenito*. Scilicet de Sara, quia nullum alium Sara concepit. Vel vocatur vnigenitus quantum ad modum, quia per modum illum miraculosum, ipse vnus solus genitus fuit Abrahæ: Ismahel autem fm carnẽ, ideſt secundum modum carnis, scilicet naturaliter: sicut enim in alijs hominibus quãdo potentia generatiua ex parte vtriusque disposita est, fit generatio per carnem, ideſt secundùm virtutem generatiuam naturalem, quæ est virtus carnis, & sic fuit in Ismahele, vt patet ad Galat. 4.cap. *Mult plicabo semen tuum*. Abraham meruit istam multiplicationem, quia non formidauit filij sui immolationem. Et si dicas, contra, quia anteqũ ista faceret Abrahã, Deus promiserat ei seminis multiplicationem, vt patet supra 15.& 17.cap. Respondetur quòd sicut Deus præordinauit aliquem ad pœnas, sciens eum peccaturum, & finitum, sic, ita aliquem ad bonum præordinauit ad bonum simul, sciens eum bene finiturum. Differt tamen, quia ille, qui male finiturus est, nullam causalitatem habet ad hoc directam à Deo: qui autem bene finiturus est non bene finiret, nisi quia Deus ex mera gratia eum in bono conseruare vult causando directè. sic habetur Ioan. 15.cap. Sine me nihil potestis facere. Non est ergo inconueniens, quòd aliquis ex merito suscipiat aliquid, quod nondum meruit, sed vlterius meriturus est. Differt etiam, quia licet Deus ad bonum, vel malum præordinet nos simul cognoscens merita nostra futura, & non ex hac præordinatione in primat aliquam necessitatem agendi, tamen in illatione pœnarum, aut retributione præmiorum multum differt, nam si aliquem ad bonum præordinauit quem ex sua gratia scit in bonum finiturum, tamẽ aliqua antequã mereatur retribuit. Et sic etiam est de terrenis promissionibus, nam cum ex merito nostro Deo nos ordinante aliquid nobis dandum est, datur aliquãdo antequàm mereamur, & postea illud meremur. Cum autem ad pœnam quis præscitus est, quam ex malitia assequetur Deo nihil agente, licet apud Deum ira certum est, quòd iste male finiet, non potest dare ei pœnã æternam antequam actualiter per suam malitiã mereatur, vel dato quòd Deus præordinauit istum ad aliquam pœnam in hoc seculo simul cognoscens suam futuram iniquitatem, ex qua sic meriturus est, nunquã tamen illam pœnam ei infliget, aut pari permittet, donec iam peccatum suum completum sit. Et ratio est, quia licet nos mereamur Deo adiuuãte bona aliqua, quæ ab ipso recipimus, tamen adhuc magis dantur illa bona ex gratia quàm ex merito, qa mereri est agere aliquem actum in charitate, propter quem Deus acceptat ea, quæ agimus, sed quod nos habeamus charitatem, & gratiam est ex Deo, vt patet Ioan. 15. sine me nihil potestis facere, ideſt sine gratia à me data: poterit ergo ex gratia præuenire tempus, scilicet cognouit, quod postea merituri eramus, & ex merito nobis daturus erat, sic dabit ante meritum, cum semper ster, quòd postea merebimur. De inflictione pœnarum non est sic, quia præmium datur ex gratia aliqualiter: pœna autem infligitur ex iustitia; ad hoc ergo, quòd pœna iustè infligatur oportet aliquam malitiam præexistere, à qua iusta inflictio pœnæ sit. Et hoc patet de inflictione pœnarũ in Amorrhæis, nam Deus ex malitia Chananæorum, & Amorrhæorum dixit se expulsurum eos de terra illa, quam tenebant, & promiserat, quòd eam daret Abrahæ: licet ergo aliqualiter peccauissent Amorrhæi, tamen quia nõdum completæ erant iniquitates eorum vsque ad illum diem quando loquebatur Deus Abrahæ, non priuabat eos terra, quam possidebant, & tamdiu cogebatur Abraham cum toto suo semine peregrinari, scilicet per annos quadringentos, quousque complerentur iniquitates eorum, & expellerentur, sic dicitur supra 15.cap. nõdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque in præsens tempus, ideſt non ejciam nunc eos de terra, quia iniquitates eorum non sunt completæ. *Sicut stellas cœli*. Comparatur semen Abrahæ stellis, & pulueri, quia vtrumque innumerabile est nobis, licet in se certum numerum habeant, cũ tot sint, & non plura in aliqua specie numeri, quia infinitum in numero non datur actualiter. Ista duo tamen non sunt æqualiter multiplicata, quia puluis terræ, vel arena, quæ est in littore maris, quasi incomparabiliter excedit stellas. De numeratione autem stellarum diximus Deuteron. 1.cap. quia nullus eas numerare possit. Aratus tamen Astrologus, qui in Aegypto fuit pauco tempore post Aristotelem, iactauit se scire omnium stellarum nomina, vt ait Augu. de ciuitate Dei lib. 15. cap. 24. scriptura tamen sacra tales philosophos contemnit, hoc soli Deo tribuens, scilicet stellarum numerum nosse, & eis nomina imponere, vt patet Psal. 147. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat. Dicit autem Rabbi Salom. qp filij Abrahæ comparantur stellis quantum ad bonos, quia quãdo boni essent nullus eis nocere posset, sicut nullus nocet stellis in sublimi positis, quando mali essent comparantur arenæ, vel pulueri, quia ita conculcarentur ab omnibus sicut puluis. *Et possidebit semen tuum portas inimicorum suorum*. Ideſt ciuitatum suarum, vel domorũ suarum, & denominatur hic totum per partem. Fuit enim hæc magna benedictio in tempore illo, nec putabãt aliam esse maiorem, ratio quia tota gens illis temporibus post Ninum regem, qui mortuus fuerat anno nono vitæ Abrahæ, per orbem prælia longè, lateque inceperunt, licet antiquorum temporum rarissimę historiæ sint, ideo illorum tempore gesta obscura sunt: cum ergo homines illorum temporum bellis insisterent totam felicitatem putabant hostes deprimere, & eis nunquàm succumbere. De bellis autem illorum temporum historiæ pauca, aut nulla tangunt, quia à principio literis tradita non sunt: scriptura tamen sacra aliqua tangit, quæ ad eius considerationem attinebant, vt de bello quatuor regũ contra gentes multas, & nouissime contra quinque reges Sodomorum, vt patet supra 14.cap. De bellis etiam Idumæorum ad expellẽdos Horręos de monte Seyr: de bello Moabitarum cõtra gigantes, vt haberent terram eorum: de bello Amonitarum cõtra alios gigantes: de bello Cappadocij contra Philistinos, vt patet Deuter. 2. de bello Amorrhæi regis Seon cõtra Moabitas, quando cepit Esebon, & alias vrbes Moabitarũ patet Nume. 21.cap. multa quoque bella Hebræorum contra hostes suos in solitudine, de quibus per totum librum Numerorum. Multa ergo bella erant tẽpore illo licet taceantur, quia tunc homines ardere incipiebant desiderio dominandi. Ideo fratres Rebeccæ benedicentes ei in recessu dixerunt, soror nostra es, crescas in millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum, vt patet infra 24 cap. Fuit autem completum hoc tempore Iosue, qui introiens terram promissionis occidit triginta vnum reges, vt patet Iosue 12.cap. *Et benedicentur in semine tuo omnes gentes*. Semen Abrahę Isaac erat, & in eo benedicebãtur omnes gentes, quia vt volunt Iudæi, quando aliquis alteri benedicturus erat dicebat benedicat tibi Deꝰ sicut Isaac. Sed non est ista intentio literæ, non enim cognoscebant omnes gentes Abraham, & Isaac, & paucæ, ideo non poterant sic benedicere: maxime, quia tunc non colebant omnes vnum Deum, ideo non habebat locum talis benedictio. Est ergo dicendum fm doctores Catholicos, qp hoc intelligitur de Christo, qui est de semine Abrahæ fm carnẽ: in hoc enim omnes gentes benedictæ fuerunt, quia tam Iudæi quam Gentiles salutem per eius passionẽ consecuti sunt, & hoc vult Apostolus ad Galat. 3.cap. exponens istam auctoritatem, & dicit qp non dicit scriptura in seminibus tuis, quasi in multis, sed in vno semine tuo, quod est Christus. *Reuersus est Abraham ad pueros suos*. Qui manebant cũ asino ad radices montis Moria. *Abierũtque Bersabee simul*. In isto loco antea habitabat Abraham, & de ipso loco venit in monte Moria. *Et habitauerunt ibi*. Quia vt dictũ est in præced. cap. multis diebus fuit colonus Abraham terræ Palesthinorum: hoc autẽ est in Bersabee. Ex hoc patet qp non mortua fuit Sara in reditu de immolãdo, vt Iudæi volũt, quia quando Sara mortua est, habitabat Abrahã in conualle Mambre apud Hebrõ, quia mortua fuit Sara, vt patet cap. seq. Sed quãdo venit Abraham de immolatione habitabat in Bersabee, vt patet hic: ergo nõ fuit tũc mortua Sara, sed postea licet forte non multum postea: potuit enim esse, qp in eodẽ anno, vel sequenti trãsierit de Bersabee in Ebrõ, & tunc mortua fuerit Sara. *His itaque gestis*. Iam Deus liberauerat Isaac à morte, & promiserat semen eius multiplicare, & quia erat vir potens generare, cogitabat Abraham de qua stirpe ei vxorem daret: recusabat enim dare de stirpe Chananæorum, quia feminæ malę, & impudicæ erant, ideo refutabat illas, hac ratione scriptura interserit quomodo ei nũciatum fuit, qp frater eius Nachor filios, & filias haberet, & describuntur hic omnes propter solam Rebeccam, quam Isaac in vxorem ducturus erat, vt patet infra vigesimo quarto cap. *Quòd Melcha genuisset*. Ista Melcha fuit consobrina Abrahæ, & soror Sarę filia Aran, vt patet supra vndecimo, & ducta fuit in vxorem ab auunculo suo Nachor, qui erat frater Abrahę, & Aran mortui. *Hus primogenitum*. Quidam Iudei dicũt quòd iste fuit Iob, à quo denominata fuit terra Hus, vt patet Iob ca. primo, scilicet vir fuit in terra Hus nomine Iob, & hoc tenet Hieronymus in libro de quęstionibus Hebraicis, & idem tenet Magister in historia scholastica, & dicit errare illos, qui dicunt Iob fuisse de progenie Esau. Quidam autem Iudei vt Rabbi Sa. dicunt, quòd Iob fuit in terra promissionis, & fuit antequam intrarent filij Israel in terram illam, & dicunt hoc super illud verbum in libro Numer. decimoquarto cap. vbi nos dicimus recessit ab eis omne præsidium: Hebrei dicunt recessit ab eis vmbra. Dicunt, quòd ista vmbra erat Iob cuius meritis illa terra defendebatur, licèt alij peccatores essent. Sed hoc non est verum, quia Iob non fuit de terra Chanaan, de qua loquitur ibi textus, nec mortuo eo poterat dici, quòd recessit set ab eis vmbra, quia nunquam ille fuerat inter eos,

Federum inter Deũ & Abrahã confirmatio.

An promissiones factæ cũ iuramento sint firmiores alijs in Deo.

Meruit multiplicationem seminis Abraham.

Opinio Rabbi Sa. Iudæi.

Refellitur opinio Iudæorum.

Correlarium.

Opinio Iudęorum de Iob tempore.

Universidad de Deusto Biblioteca

Augustinus autem tenet infrà cap. 36. & Ambrosius super epistolam ad Romanos, quòd Iob fuerit de genere Esau, qui vocatur Iobab, vt patet infra 36. cap. Qđ autem horum verum sit non repugnando alicui tantorum doctorum, videtur dicendum, quòd fuerit de genere Esau, qui vocatur Iobab, & fuit secundus rex in gente Idumęorum. Et hoc persuadetur ex multis: primo, quia vir erat Iob diues, & potens inter omnes Orientales, vt patet Iob 1. Hoc autem valde conuenit ei ponendo eum regem, & potentem in genere Esau. Sed non tantum conuenit si poneretur de genere Nachor, quia illi homines minoris conditionis erant. Itē quia dicitur Iob 29. cap. procedebam ad portam ciuitatis, & in platea parabant cathedram mihi, & deinde subdit multa, quomodo principes audientes eum nō audebant loqui, & post concludit, sedebam quasi rex circunstante exercitu: eram tamen mœrentium consolator: hæc autem omnia non possent conuenire nisi regi, vel alicui, valde magno viro, q esset princeps super principes, cuiusmodi esset Iob ponendo eum de stirpe Esau. Item patet hoc ex amicis eius: habuit enim tres amicos, scilicet Balda, Subitem, Elipha, Themanitem, Sophar Naamazitem, vt patet Iob 3 cap. Isti amici denominantur à tribus ciuitatibus, quæ sunt in Idumęa, quæ vocata est ab Esau, vel Edom, in qua posteritas eius habitauit. De situ autem istarum trium ciuitatū in Idumæa, habetur in libro de diuisione terræ sanctæ. Item quia Iob 1. cap. dicitur, vir fuit in terra Hus, est autem in Idumæa quædam pars terræ, quæ vocatur Hus, vt patet in libro diuisionis terræ sanctæ. De vna ciuitate istarum, scilicet de Themā, quòd sit in terra Idumææ, patet Amos 1. cap. vbi cōminatur Deus, dicens: super tria scelera Edom, ideſt Idumææ: & deinde subiungitur mittam ignem in Themā, & deuorabit ædes Bosre: & illud satis cōsonat illi, qđ dr ỹ. 36. c. f. q Iobab fuit rex Bosrę. Itē vltimo quia sepulchrum beati Iob adhuc vsq; hodie apud Iordanē fluuiū in magna planitiæ in confinibus Palestinæ, & Idumææ iacet, & in magno honore à Gentibus illis tenetur. Si autem Iob fuisset de stirpe Nachor oportuisset omnia hæc fuisse in Mesopotamia, quia ibi habitauit Nachor, vt patet infra 24. cap. Item quia illa positio superior non habet aliquam apparentiam, nisi quia vocatur iste filius Nachor Hus, terra, in qua moratus fuit Iob, vocata fuit Hus, vt patet Iob cap. 1. Sed hoc nihil est, quia vt supra diximus in terra Idumææ quædā prouincia est, quæ Hus nominatur. *Camuel patrem Syrorum*. Ideſt à quo terra illa Syria dicta est. Accipitur autem Syria dupliciter: vno modo Syria accipitur generaliter pro quadam magna terra, & de hac dicit Paulus Orosius in libro de Ormesta mundi primo, à flumine Euphrate, quod est ab Oriente vsque ad mare nostrum, quod est ab Occasu. Deinde à Septentrione, ideſt à ciuitate Detusa, quæ à confinio Cappadociæ, & Armeniæ sita est non procul à loco, in quo Euphrates nascitur vsque in Aegyptum, & extremum sinum Arabicum, qui est in Meridie longo angustoque sulco saxis, insulis creberrimo à Rubro mari, ideſt Oceano versus Occasum extenditur: Syria generaliter nominatur habēs maximas prouincias Comagenam Palestinam, Pheniciam absque Saracenis, & Nabathæis, quorum gentes sunt duodecim. Et secundum istum modum Iudæa est pars Syriæ, quia Palesthina est pars Syriæ, Iudea autem Palesthinæ pars est accipiendo large Palesthinam. Et isto modo dicit Ouidius primo libro de arte amandi, quòd Iudæi habitant in Palesthina, dicēs:

Terra Palesthinæ septimo culta viro.

Ideſt Palesthina terra à Iudæo habitata est, qui vocatur septimo vir, quia de septem in septem dies sabbata colit. Alio modo accipitur Syria pro quadam terra, in qua est Mesopotamia, vt patet infra 28. cap. vbi dicitur vade in Mesopotamiam Syriæ ad domum Bathuel. Alio modo accipitur Syria pro quadam terra, in qua est ciuitas nomine Damascus metropolitana, & istæ duæ terræ nō coincidunt, quia Syria illa, in qua est Damascus, & de qua dicitur Isaia septimo cap. caput Syriæ Damascus, est meridiana aliqualiter respectu terræ promissionis, vt patet in libro de diuisione terræ sanctæ, & declarauimus supra decimoquarto cap. de vastatione & insequutione Abrahæ post quatuor reges vsque ad ęquam Damasci. Syria autem in qua est Mesopotamia est Orientalis, sic patet infra 29. cap. vbi cum dicetur de itinere Iacob in Mesopotamiam dicitur: venit Iacob in terram Orientalem, & Nume. vigesimoquarto cap. de Balaam, de Aran vocauit me Balach rex Moabitarum de montibus Orientis: Aran autem in Mesopotamia est, & sic necessario dicitur terra Mesopotamiæ Orientalis ad terram Chanaan, quia aliqua terra vocatur dupliciter Orientalis, aut quia simpliciter Orientalis est, scilicet existens in principio terrarum habitabilium a parte Orientis, & isto modo Iudęa Oriētalis regio est, quia est in fronte Orientis terræ habitabilis. Alio modo aliqua terra vel ciuitas est Orientalis respectiuè, scilicet, qa est magis contra Orientem quam alia, & isto modo quælibet ciuitas potest esse Orientalis respectu alicuius alterius, & hoc, quia non est aliquis locus præter vltimum circa Occidentem, qui quantumcunque Occidentalis sit non habeat post se contra Occidentem aliquam terram respectu cuius sit Orientalis, & hoc secūdo modo dicitur Mesopotamia, siue Aran, quod idē est, esse ad Orientem terræ Chanaan; nam sustineri non posset, quòd vocaretur primo modo Orientalis, scilicet simpliciter, vel absolutè, cum non sit in principio terræ habitabilis à parte frontis Orientalis, sed circa medium longitudinis Orientis ab Occidente. Quandocumque tamen mentio fit de Syria, scriptura sacra nunquam nominat Syriam largè, sicut supra descripsimus, sed in aliquo istorum duorum modorum. Quæ autem Syria denominetur ab isto Camuel, videtur dicendum, quòd Syria Mesopotamiæ, quia in ea ipse natus est, & mansit ibi tota coguatio Nachor, & ideo illuc iuit Eliezer ad ducendam vxorem pro Isaac filio domini sui Abrahæ, & infra 28. dicitur, quòd illuc iuit Iacob, & accepit vxores duas de stirpe Nachor, vt habetur infra vigesimonono cap. Sic etiam patet Iosue vigesimoquarto cap. vbi dicitur quòd Thare & Nachor habitauerunt transfluuium, scilicet vltra Eufratem, & hoc est in Mesopotamia Syriæ. *Et Bathuel de quo nata est Rebecca*. Propter istam quæ futura erat vxor Isaac computatur hic tota genealogia Nachor, quæ alias nihil attinebat ad sacram scripturam, cum Nachor fuisset idolatra, vt patet Iosue vigesimoquarto cap.

Quòd Iob fuerit de gñe Esau.

Syria dupliciter sumitur.

Dupliciter aliqua terra dicē Oriētalis.

De morte Saræ; de emptione agri, & spelunce duplicis in sepulturam ab Ephron.
Cap. XXIII.

VIXIT autem Sara centum viginti septem annis; & mortua est in ciuitate Arbeæ, quæ est Hebron in terra Chanaan: venitque Abrahā, vt plangeret, & fleret eam. Cumque surrexisset ab officio funeris, locutus est ad filios Heth, dicens:

cens: Aduena sum, & peregrinus apud vos: date mihi ius sepulchri vobiscū, vt sepeliam mortuum meum. Responderunt filij Heth, dicentes: Audi nos domine: princeps Dei es apud nos: in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum: nullusque te prohibere poterit, quin in monumento eius sepelias mortuum tuum. Surrexit Abraham, & adorauit populū terræ, filios videlicet Heth: dixitq; ad eos: Si placet animæ vestræ, vt sepeliam mortuum meū, audite me, & intercedite pro me apud Ephron filium Seor, vt det mihi spelunca duplicem, quam habet in extrema parte agri sui: Pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in possessionem sepulchri. Habitabat autē Ephron in medio filiorū Heth. Responditque Ephron ad Abraham cunctis audientibus, qui ingrediebantur portam ciuitatis illius, dicens: Nequaquam ita fiat domine mi: sed tu magis ausculta quod loquor: Agrum trado tibi, & speluncā, quæ in eo est præsentibus filijs populi mei, sepeli mortuū tuum. Adorauit Abraham coram domino, & populo terræ. Et loquutus est ad Ephron circunstante plebe quæso, vt audias me: Dabo pecuniam pro agro: suscipe eam, & sic sepeliam mortuum meum in eo. Respondit q; Ephron: Domine mi audi me: Terra, quam postulas quadringentis siclis argenti valet. Istud est pretium inter me & te, sed quantum est hoc? sepeli mortuum tuum. Quod cum audisset Abraham, appendit pecuniam, quā Ephron postulauerat, audiētibus filijs Heth, quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ. Confirmatusque est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex respiciens Mambre, tam ipse, quam spelunca, & omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circuitum, Abrahæ in possessionem, videntibus filijs Heth, & cunctis, qui intrabāt portam ciuitatis illius. Atque ita sepeliuit Abrahaam Saram vxorem suam in spelunca agri duplici, quæ respiciebat Mambre, Hæc est Hebron in terra Chanaan. Et confirmatus est ager, & antrum, quod erat in eo, Abrahæ in possessionē monumenti à filijs Heth.

VIXIT *autem*. Descripta vita Abrahæ cum vxore, hic describitur vita eius sine Sara vxore, & dicitur qualiter se habuit ad proximum, scilicet ad Saram eam solemniter sepeliendo, & qualiter se habuit ad homines terræ illius ab eis sepulchri locum emendo. Et diuiditur in duas partes, primo ponitur Saræ obitus: secundo datur sepulturæ locus, ibi, *Cumque surrexisset*. Circa primum secundum Hebræos fit continuatio. Supra dictum fuit qualiter Abraham ad immolandum Isaac ierat, tunc Satan venit ad Saram, dicens: scias, quòd maritus tuus iuit ad immolandum filium tuum Isaac: ipsa autem validissimo dolore consternata defecit, & cum venit Abraham de immolatione inuenit eam mortuam. Sed hoc falsum est, vt supra probauimus, quia quando venit Abraham de immolando venit in Bersabee, & ibi habitauit, & ante habitabat, vt patet præceden. cap. Sed quando mortua fuit Sara habitabat in Hebron, & ibi mortua est, vt patet in isto cap. & per consequens ibi habitabat Abraham tunc, ergo non fuit ista mors Saræ immediatè post immolationem, sed aliquanto tempore post. *Vixit autem Saræ centum vigintiseptem annis*. Et per consequens quando ipsa mortua est, erat Abraham cētum trigintaseptem annorum, quia Abraham excedebat Saram decem annis, vt patet supra 17. cap. ibi vocatur Abraham centenarius, & Sara nonagenaria. Etiam sequitur quòd tunc erat Isaac annorum trigintaseptem, quia Isaac natus fuit, quando Abraham erat centenarius, vt patet supra 21. cap. & tunc Sara erat nonagenaria, vt probatum est. Computando ergo ab anno nonagenario vitæ Saræ vsque centum vigintiseptem inuenientur anni trigintaseptē necessario quos haberet tunc Isaac, sequitur etiam quòd tribus annis post mortem Saræ accepit Isaac vxorem Rebeccam, quia quadraginta annorum erat Isaac, quando accepit vxorem, vt patet infra vigesimoquinto cap. sed anno trigesimoseptimo vitæ suæ mortua fuerat Sara, vt probauimus hic: ergo tres anni interciderunt inter mortem Saræ, & nuptias Isaac cum Rebecca. Hebræi autem faciunt mysticas significationes in his numeris sic distinctis, scilicet, quòd Sara fuit ita innocens cum esset viginti annorum, sicut cum esset annorum septem, & ita erat pulchra, cum esset annorum centum, sicut cum esset annorum viginti, & hoc satis consonat saltem quantum ad partem pulchritudinis dictis in cap. vigesimo supra. *Et mortua est in ciuitate Arbeæ*. Et sic ibi habitabat, tunc quando mortua est, & non deducta fuit ab extra ad sepeliendum ibi. *Ipsa est Hebron*: Declarat quæ sit ciuitas Arbeæ, scilicet, Hebron: vocatur etiam ista ciuitas Mambre, vt patet infra in fine cap. cum dicitur, sepeliuit Abraham vxorem suam Saram in spelunca agri duplici, quæ respiciebat Mambre: hæc est Hebron in terra Chanaan. Sic etiā dicitur infra quadragesimonono capi. sepelite me in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Ethei contra Mambre: dicitur autem Arbee, ideſt quatuor secundum interpreationem hebraici nominis. Et aliqui volunt, quòd ista ciuitas vocatur Arbee, ideſt ciuitas quatuor propter quatuor gigantes sepultos, scilicet, Achimam, & Tholmay, & Sisay, & patrem eorum. Sed hoc non consonat, vt magis declarabitur Deo dante in Iosue decimoquarto cap. vbi de hoc. Sed dicendum est, quòd ista ciuitas vocatur Arbee, ideſt quatuor, propter quatuor Patriarchas ibi sepultos cū coniugibus suis, scilicet, Adā cum Eua, Abrahā cum Sara, Isaac cum Rebecca, Iacob cum Lia. De Adam patet Iosue 14. vbi cū dicantur multa de Hebron, post subiungitur: Adam maximus ibi inter Enachim situs est, i. sepultus. De Eua idē dicendū est, quia semper Patriarcharū mos fuit, vxores suas apud se facere sepeliri. Sic enim patet de Tobia, Tob. c. vlt. cū dicitur nunc ergo filij audite me, nolite manere hic, sed quacunque die sepelieritis matrem vestram circa me in vno sepulchro ex eo dirigite gressus vestros, vt exeatis hinc. De

Cōtinuatio literæ secundùm Hebræos.

Vbi sit Hebron.

Sara autem patet hic: de Abraham autem simul cum Sara patet infra 25.cap. De Isaac patet infra 35.cap. De Iacob patet infra 48. & 50.cap. De Rebecca autem, & Lia vxoribus istorum, vt quidam dicunt non habetur expresse, sed satis patet sicut in præcedentibus. Sed fal sum est, quia non solum de istis duabus fœminis, sed etiam de omnibus tribus Patriarchis cum vxoribus suis habetur expresse infra quadragesimo nono cap. Nam cum Iacob exhortaretur filium suum Iosephū principaliter, & consequenter alios, vt sepelirent eum in spelunca dupliciad magis suadendum eis subiunxit, quomodo patres eius ibi conditi erant cū vxoribus suis dicens ibi sepelierunt Abraham, & Sarā vxo rem eius, ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge
Quid sit Hebron. sua, ibi & Lia condita iacet. *Ipsa est Hebron.* Hoc est nomen proprium ciuitatis, quia Cariatharbe nomen appellatiuum est impositū ei postea propter quatuor ibi sepultos. Et vtitur hic Moyses anticipatione, quia tempore Abrahæ non poterat vocari ista ciuitas Arbeæ, quia solū vnus erat tunc ibi sepultus, scilicet Adā cum Eua vxore sua, alij autē postea sepulti sunt, nunquam ergo potuit vocari Arbee vsque post mortem Iacob. Et fortè Moyses primo tale nomen vrbi imposuit ad memoriam, & reuerentiā istorum quatuor virorum. *In terra Chanaan.* Erat ista terra in parte Chanaan in sorte tribus Iudæ in medio contra Austrū, vt patet Iosue 15.cap. Et in hac terra habitant Ethæi, qui infra vocantur filij Heth, qui sunt vnus de septem populis, quos expulit dominus à terra Chanaan, vt introduceret Hebræos, de quibus sæpissimè in oībus quinque libris Moysi maximè in Exodo. *Venitque Abraham, vt plangeret.* Propter hoc aliqui dicunt, q̄ tunc
Differētia inter flere & plāgere Abraham veniebat de immolando, quia dicitur venit, q.d. non stabat in ciuitate tunc, sed hoc falsum est, vt probatum fuit hoc supra 2. cap. dicitur autem. *Venit, vt plangeret.* Quia sepulchrum erat in agro extra ciuitatem, & ideo venit de domo ad agrum ad plangendum. *Vt plangeret, & fleret.* Flere pertinet ad lachrymantes ex dolore: plangere pertinet ad plorantes ad solemnitatem, quæ fit cum rhytmis rhetoricis, & vulgariter vocantur, endechas: talem planctū rhetoricum, & valde pulchrum deplorauit Dauid super Saul, & Ionatham, quando occiderunt eos Philistbæi. De hoc 2.Reg.1.cap. & incipit planctus iste sic, inclyti I Israel super montes tuos interfecti sunt. Et quia omnes non sciebant facere hos planctus, illi qui in hoc erant instructi, vel naturaliter periti docebāt reliquos. Sic enim dicitur in eodem cap. de Dauid: planxit autem Dauid planctum huiusmodi super Saul, & Ionatham filium eius, & præcepit vt docerent filios Iudæorum, sicut scriptum est in libro iustorum, cōsidera Israel pro ijs, qui mortui sunt super excelsa tua, & vulnerati: sic etiam cum Deus per Ieremiam prædiceret Hebræis irruptionem Ierusalem per Nabucodonosor, & captiuationem eorum mandauit, vt docerēt filios, & filias suas plangere, vt patet Ierem. 16.cap. Sic agebat Abraham pro Sara vocans aliquos, qui plangere scirent. Ex quo apparet, quod Abraham magnos honores, & sumptus fecit in funere Saræ, quia notabi- K lis fœmina fuerat. *Cumque surrexisset.* Hic ponitur secundùm. s. datus sepulturæ locus. *Ab officio funeris.* Ideſt ab illis, quæ fiunt circa corpus mortuum, vt lauare, vestire, condire aromatibus, quod magni viri faciebant, sicut patet infra 50.cap. sic factum fuit Iacob cum portaretur in terram Chanaan. *Locutus est ad filios Heth.*
Quid sit peregrin⁹ & aduena Isti Hethei, vnus, scilicet de populis terræ promissionis. *Aduena sum.* Dicit hoc Abraham, quia illi, qui sunt oriundi de aliqua terra, solent ibi sepulturæ locū habere à patribus suis: Abraham autem quia de terra illa oriundus non erat, non habebat locum sepulturæ,

F ideo petebat ab Hethçis, vt sibi venderent, dicens. *Aduena, & Peregrinus.* Aduena dicitur, qui ad aliquam terram venit, vt ibi habitet: Abraham autem venerat in Hebron, vt ibi habitaret, vt patet supra 13.cap. peregrinus dicitur, qui peragrando transit, ideſt qui in loco aliquo mansurus non est, vel modico tempore manebit. Sic autem erat Abraham, quia aliquando habitabat in Bethel, vt patet supra 12.cap. aliquando in Aegypto, vt ibidem, aliquando in Hebron, siue convalle Mambræ, vt supra 13.cap. aliquando in Gerara, vt supra 20.cap. rursus in Hebron, vt patet hic. *Date mihi ius sepulchri nunc vos.* Sciendum, quòd licet Abraham emerit hic agrum ab Ephron ad sepeliendum Saram, non tamen emit ius sepeliendi, quia res sacræ C vendi non possunt: ius autem sepeliendi aliquid sa-
G crum est, nec vendi potest, quia pretium non recipit: aliud ergo Abraham gratis petijt, aliud emit: petijt gratis ius sepeliendi, sed locum sepulturæ emit. Vel potest dici, quòd licet Abraham ius sepeliendi non emerit, tamen empto agro dabatur ex consequutione potestas sepeliendi in agro. Potest enim quilibet fundum facere religiosum, cum non redundat in alterius præiudicium, sicut ius patronatus, quia ad spiritualia pertinet, vendi non potest directe. Si tamen aliquis habens ius patronatus in vna villa vendat illam cum omnibus, quæ ibi habet, transit ius patronatus cū villa non tanquā aliquid emptū, sed tanquam aliquid fundatum in rebus emptis, & ꝓñs eas, & non solum si
H vendatur, sed etiam si detur villa ad annuos reditus, siue ad firmam, quod est villam locari pro certis redi- tibus, quia tūc locans alteri villam suam ad firmam, in qua hēt ius patronatus, transibit illud ius patronatus cum vniuersitate rerum, nisi expresse fiat mētio, quòd non transeat ius patronatus, vt patet extra; de iure patronatus in cap. ex literis; & de re iudicata cap. cū Bertoldus. Tenendo ergo generaliter ius sepeliendi veni di non posse, dico quòd locus sepulturæ aliquādo veni potest, aliquando non: cum enim locus ante non erat sacer per sepulturam alienius mortui ibi factā tan quam prophanus aliquid vendi potest, & postea sacrū fiet sepeliendo ibi mortuos. Si autem locus iam sacer esset, quia aliquis mortuus ibi sepultus esset, non poterat tunc aliquid vendi, scilicet, nec ius sepeliendi, nec I locus sepulturæ. Sic enim nunc est in cœmeteriis nostris, quia iam sacra sunt loca per mortuorum sepulturam, & per benedictionē, ideo nulli aliquid de terra illa vendi potest simpliciter, nec ad prophanos vsus, nec ad sepulturam, sed gratis concedetur omnibus, licèt tibi ab antiquo homines habeant distincta loca sepulturæ secundum cognationes, vel familias. Hoc autem non quia emerit, sed quia gratis à principio eis donatum fuerit. Et si obijcias, quòd quando aliquis intra Ecclesiam sepelitur, dat Ecclesiæ certam pecuniam, & alias non recipietur. Respondetur, quòd sepulturæ locus in Ecclesia gratis conceditur ab illo, qui administrat Ecclesiam sine aliqua pecuniaria conuentione, deinde ille, qui sepulchrum accipit, dat Ecclesię aliquid non tanquam debitum, vel conuentum, sed in
K eleemosynā. Et si forte aliquis postq̄ accepisset sepulturę locū, eleemosynā illā dare noluisset, cōpelli debebat per iudicem Ecclesiasticū ad hoc soluendum non ꝓtextu alicuius ꝯctus, sed prætextu laudabilis cōsuetudinis, ad quam seruandā compelli debent. Sicut quando clerici faciunt mortuorū exequias non debent cōuenire pro certa pecunia, sed si illi, ad quos soluere hoc expectat, soluere noluerint compellentur per iudicem Ecclesiasticum ad dandum quantum est de consuetudine laudabili, vt patet extra, de Simonia. cap. suam nobis. Et si obijcias adhuc quòd Abraham emit pro certo pretio conueniendo locum sepulturæ, quæ

iam erat sacer, cum essent ibi sepulchra. s. duplex spe- A lunca, vt patet in litera. Rñdetur, q̄ Abraham nō emit rem sacram, nec locus ille erat sacer, quia licèt essent ibi speluncæ factæ, nunquam tñ aliquis mortuus ibidē sepultus fuerat: fundus aūt non efficitur sacer per defossionem sepulchrorum in eo, sed per actualem positionem mortui alicuius ibidem, q̄ autem non fuisset aliquis mortuus ibi sepultus, patet quia Abraham valde fugiebat sepulchra idolatrarum. Si ergo aliquis fuisset sepultus de Gentilibus ibidem, non accepisset Abraham sepulchrum pro se, & posteris suis in spelūca duplici. *Vt sepeliam mortuum meum.* Non erat mortuus, sed mortua. s. Sara, sed vocat eam mortuum ex morę vulgari, & fundatur super hoc, quia ratio generis grammaticalis est à ratione distincti sexus, qui in vi
B ta manet non autem post mortem, licèt quibusdam vocibus quarum res significatę sexum non hñt grammatici genus attribuāt, vt patet in oībus dictionibus, quæ non sunt nomina animalium, quia in illis genus est, cum omne nomen sit alicuius gnis, tñ non est sexus in significatis illorum, cum sola aīalia, & non oīa sexum habeant. Accipitur aūt in illis suū genus grammaticale ex terminatione vocis sm quàm regulæ de genere traditæ sunt. *Responderunt filij Heth.* Ideſt illi Hethei, ad quos Abraham loquebatur: fortè Abrahā fecerat congregari concilium ciuitatis ad petendū hoc, & sic loquebatur, quasi ad totum populum Hebronitarum. Ista terra vocatur terra Hethęorum, quia ibi habitabāt isti populi sic dicti, & sic dicitur infra 27. ca.
C cum Rebecca nollet, q̄ Iacob acciperet vxorem de filiabus terræ illius conquerens de vxoribus duabus Esau, quæ erant de terra illa dixit: tędet me vitæ meæ propter filias Heth, & si duxerit Iacob vxorem de stirpe huius terræ, nolo viuere, in quo innuit Rebecca, q̄ filiæ Heth, ideſt de genere Hethęorū habitabant in terra illa. Ipse autem Isaac, & Rebecca cum ista inter se conferebant in Hebron morabantur. *Audi nos domine.* Deus tantam gratiam dederat Abrahæ, & ita erat in conuersatione sua dulcis, & omnibus obsequiosus, q̄ omnes eum valde diligebant, & magnam reuerentiam exhibebant intantum, q̄ totus populus ciuitatis vocaret eum dñm, & principem. *Princeps Dei es*
D *apud nos.* Ideſt tu inter nos es, quasi quidam princeps datus à Deo, hunc honorem tibi dare debemus, scilicet quòd in electis sepulchris nostris sepelias mortuū tuum, vt infra patet. Vocatur autem princeps Dei, q̄a iudices principes sunt cum potestatem determinandi causas habeant, & erat à Deo, quia erat Abraham vitę valde laudabilis, & videbant Hethei, quòd Deus faceret mirabilia pro eo, & ideo quando aliqua causa valde dubia erat inter eos, recurrebant ad Abraham, vt per diuinum oraculum de dubio responderet. Appa-
E rebat autem, q̄ Abraham esset à Deo in multis dilectus, primo quia Deus propter ipsum fecerat tantam virtutem, vt ipse cum trecentis, & decem octo viris suis deuicisset quatuor potentissimos reges, qui deleuerant quinque reges Sodomorum, scilicet destruendo exercitum eorum, & conuertendo eos in fugam, & captiuando omnem populum ciuitatum suarum: deleuerant autem multos alios populos occidendo Raphai, ideſt gigantes, & enim, & Zuzin, & Chorręos in montibus Seir, gentes quidem robustissimas, & in magna abundantia, de quo supra 14. cap. Secundo, quia Abraham habuit filium in senectute sua, quando vxor sua sterilis erat, & inepta conceptui, quia desierant in ea fieri muliebria, vt patet supra 18.ca. ideo admirabantur, qui audiebant, & multi non credebant. Sic patet supra 21.cap. cum dicitur quis auditurus crederet Abraham, quòd Sara lactaret filium, quem peperit ei iam seni? Tertio, quia Deus multiplicabat

Tria fu- erūt quòd Abraham fuit à Deo dilectus.

substantiam Abrahæ, ita inextimabiliter, quòd nulla humana prudentia, atque continua circa res domesticas solicitudo intantum multiplicare posset tam breui tempore, de hoc infra 24.cap. cum dicitur, erat autem Abraham senex dierumq; multorum, & Dominus in cunctis benedixerat ei. Quarto & principaliter apparuit in eo virtus Dei, quia quando filium suū voluit immolare pro tanta obedientia Deus fecit, vt omnes gentes in circuitu cognoscerent famam eius, & crederent eum Dei familiarem, vt declarauimus. supra 22.cap. *In electis sepulchris nostris.* Scilicet in meliori loco, & magis tibi congruenti. *Sepeli mortuum tuū.* Ideſt vxorem tuam. *Nullus poterit prohibere.* Quasi dicat omnes diligūt te tantum in ciuitate ista, quòd nullus prohibere posset, ideſt prohibere vellet, quòd sepelires mortuum tuum in sepulchro suo, vel. *Nullus prohibere poterit.* Quia dato, quòd aliquis de populo prohibere te vellet à sepulchro suo: ciuitas tamen cogeret eum ad dandum tibi. *In monumento illius.* Ideſt monumento quod ipse pro se paratum habet: non intelligitur de sepulchris, in quibus iam aliqui mortui positi essent, quia in illis nec Abraham mortuum suum sepeliret, nec ipsi talia sepulchra concederent. Vocatur autem sepulchrum pluribus nominibus, vt Sepulchrū multis modis appellat. ait Ioan. Beleth in libro de officijs Ecclesiasticis, scilicet cœmeterium, polyandrium, andropolis, sepulchrum, Mausoleus, dormitorium, tumulus, monumentum, ergasterium, sarcophagus, pyramis. Cœmeterium dicitur à cœmen quod est dulce, & erion quod est status, quia ossa mortuorum ibi dulciter requiescunt, cum ex hoc, quòd in cœmeterio sepeliuntur adiuuentur ad remissionem peccatorum. Polyandrum sive andropolis dicitur à polis quod est pluralitas, & andros quod est vir, quasi virorū pluralitas, quia multitudo virorum ibi iacet. Sepulchrum dicitur à sepeliendo, vel dicitur sepulchrum, quasi sine pulsu, quia qui ibi sunt sine pulsu vitali quiescunt. Mausoleus dicitur à Mausoleo q̄ vir quidam fuit in Aegypto multum dilectus ab vxore sua, cui mortuo vxor nobile se pulchrum fecit, à quo consuetudo inoleuit, vt diuitū, & potentum gloriosa sepulchra Mausolei dicerētur. Dormitorium dicitur à dormiendo, quia ibi dormientia corpora requiescunt vsque dum euigilent in generali resurrectione. Monumentum dicitur, quasi monens mentem, signat enim cuilibet transeunti monumentum, quasi dicat memento, quia cinis es, & in cinerem reuerteris. Tumulus dicitur quasi tumens telus, quia super sepulchra mortuorum terra est eleuata, quasi tumens, dum aliquis nouiter sepultus fuit. Ergasterium dicitur ab erge, quod est labor, & teris quod est status, quia ibi status laboriosus est cum corpus includatur intra tantas terræ angustias. Sarcophagus dicitur à sarcos, quod est caro, & phagi, quod est comedere, quia carnes cadauerum ibi consumuntur. Pyramis dicitur à pyr, quod est ignis, quia habet ignis figuram incipientem in basi à latitudine, & terminatur in cono stricto, & talis est pyramis, in qua sunt cineres Iulij Cæsaris. De qua dubium est, vtrum sit vnus lapis, an plures: vnde quidam versificator.

Si lapis est vnus dic qua fuit arte leuatus.
Si bini aut plures, dic ubi contigui.

Surrexit Abraham. Quia fortè sedebant omnes in consistorio, & licèt Abraham, quia petebat, non sedere, sed stare debebat, tamen populus terræ ex magna reuerentia fecit sedere Abraham, qui uidens tantam populi beniuolentiam ad regratiandum surrexit. *Et adorauit populum terræ.* Ideſt inclinauit caput coram eis, qđ vocatur adorare: populus terræ dicitur gens ciuitatis, q̄ conuenerat ad consistorium ad iudicādum de hoc. *Si placet animæ uestræ.* Ideſt si placet vobis: denomina-

tur

tur totum à parte, sicut dicitur supra 14. cap. tantum F
animas da mihi, de ſt res animatas rationales,& cæ-
ra tolle tibi. *Vel ſi placet animæ veſtræ.* Ideſt ſi verè placèt
vobis in corde, ſicut dicitis in ore, ſcilicet faciatis qđ
rogo. *Audite me.* Ideſt facite quod rogo, quod magis
vocatur exaudire: nam audire vocem alicuius ſolum
modicum valet, niſi exaudiatur, ideſt ipſi audientes
conſentiant facere id, quod per dicẽtis vocem signa-
tur,& iſto modo loquimur quando Deo dicimus, vt
nos audiat, ideſt, vt exaudiat nos. *Et intercedite apud
Ephron.* Erat Ephron magnus vir inter Hebronitas, &
ideo vocauit alios filios populi ſui,& omnes alij inter-
ceſſerunt apud eum pro Abraham. *Vt det mihi ſpelun-
cam duplicem.* De qua infra dicemus: dicit autem Ni-
colaus, q̃ non dixit, vt vendat ſpeluncam duplicem, G
ſed vt det, quia nõ intendebat emere ſepulturã Adę,
ſed fundum, in quo erat eadem ſepultura. Sed ſalua re
uerentia ſua non multum hoc valet, quia immediatè
in litera ſubiungitur, pecunia digna tradet mihi eam,
quod neceſſarium ad ſpeluncam refertur, & non ad
agrum, vt ipſe vult, quia dicit eam. Item quia emere
duplicem ſpeluncã non erat emere ſacrum, quia nõ-
dum fuerat aliquis ſepultus in illa, ſed Ephron fode-
rat ſpeluncam illam ſepulchrum pro ſe. Locus autem
nõ efficitur ſacer per ſepulchri foſſionem, ſed per ca-
daueris poſitionem. Et quando dicitur, quòd Abra-
ham non intendebat emere ſepulchrum Adæ, quod
ibi erat, ſed terram illam, in qua: &c. Hoc non valet,
quia quãdo in aliquo fundo aliquis mortuus ſepultus
eſt, non ſolum locus ſepulchri ſtrictè accipiendo lo- H
cum, ſacer eſt, ſed etiam totus fundus, cum ergo totus
ager, in quo erat ſepulchrum Adæ erat ſacer, nec ſepul
chrum, nec locus ſepulchri vendi poterat. Dicendum
ergo videtur, q̃ ſepulchrum Adæ non erat in eodem
Determi. agro, ſed in quodam alio ibi propinquo, & ſic nullo
modo emeretur ſacrum. *Pecunia digna tradat eam mihi
coram vobis.* Ideſt nolo eam recipere gratis, ſed pro iu-
ſto precio. *Coram vobis.* Ideſt ſecundum veſtram de-
terminationem conſtituto, nam cum ibi eſſet totus
populus, & corã illo celebraretur q̃tractus emptionis
nõ poſſet poſtea negare Ephron interceſſiſſe emptio
nem, & ſolutum fuiſſe conuentum precium, quod
Abraham ad ſecuritatem ſuam, & ſucceſſorum ſol-
uebat. *In poſſeſſionem ſepulchri.* Ideſt, vt poſſideam ter- I
ram iſtam ad mortuos meos ſepeliendum. *Habitabat
autem Ephron in medio filiorum Heth.* Iſti occupabant ali-
quale ſpacium terræ in villis, & viculis, & in medio
terræ, in qua morabatur Hethæus, manebat Ephron,
ſcilicet in ciuitate Hebron, quę erat media inter terrã
Hethæorum, vt hic colligitur. *Reſponditque Ephron ad
Abraham.* Ephron erat cum alijs Hethæis congrega-
tis quãdo Abraham iſta petebat, ſed non direxit peti-
tionem ſuam principaliter ad Ephron, ſed ad populũ
terræ, quia magis credebat preces totius populi valitu
ras apud Ephronem, quàm preces ſuas ſolum. Vel
fortè fecit hoc, vt daret honorem toti populo dirigẽ-
do ſermonem ad eum, & non ad vnam perſonam ſin-
gulariter. *Cunctis audientibus, qui intrabant portam ciuita-
tis illius.* Dicunt Iudæi, quòd cuncti de terra illa vaca- K
Prima ex- uerant ab officijs ſuis, vt honorarent Abraham, cum
poſitio. ſepelire vellet vxorem ſuam. Vel dicendum, vt ſupra,
quòd conuenerant omnes ad reſpõdendum petitio-
ni Abrahæ. *Qui intrabant portam.* In porta erant iſti,
quia olim iudicia fiebant in portis, vt omnibus pate-
ret euntibus, & redeuntibus, vel introeuntibus, vt pa-
tet Iob. 29. cap. & in multis locis Deuteron. ſcilicet
17. & 21. & alibi ſæpius. *Ciuitatis.* Scilicet Ebron, quia
in hac mortua fuit Sara, vt patet ſupra in principio ca.
Nequaquam ita fiet domine mi. Scilicet non dabis mihi
pecuniam, vt promittis, ſed gratis concedam. *Sed ma-*

gis auſculta, quod loquor. Ideſt & facias, ſicut dico. *Agrũ
tibi trado.* Per iſta verba abrenunciabat Ephron pro-
prietati, & dñio agri, & transferebat eam in Abrahã
Sed qa Abrahã noluit ſic recipere, manſit dñium pe-
nes Ephronẽ. Et noluit Abrahã gratis accipere, qa po-
ſtea vellent ibi infideles ſuos mortuos ſepelire, quaſi
ager eſſet eorum, & Abrahę ex gratia conceſſum eſ-
ſet ſepelire ibi mortuos ſuos, quod Abraham valde re
fugiebat, ne infideles apud Saram ſepelirentur. *Et ſpe-
luncam quæ in eo eſt.* Scilicet ſpeluncam duplicem. *Præ-
ſentibus filijs populi mei.* Scilicet, vt poſtea negare non
poſſim, quòd non tradiderim eam tibi, filij populi vo-
cantur homines habitantes in aliquo populo, ſicut di
cũtur filiæ Hieruſalem, ideſt mulieres natæ in Hieru- Quid ſint
ſalem. *Populi mei.* Ideſt de quo oriundus ſum eo mo- filij popu
do, quo quilibet homo vocat terram natalem terram li.
ſuam. Vel *filijs populi mei.* Ideſt huius populi, qui meus
eſt, ſcilicet, quòd eſſet dominus eorum, ſed primum
magis videtur. *Adorauit Abraham.* Ideſt caput inclı-
nauit. *Coram populo terræ.* Toti populo gratias dando,
& principaliter Ephron quam alicui de populo, ſed
magis dabat gratias, & honorem toti populo ſimul,
quàm ſoli Ephron, & ſic ſupra cauſa honoris dirige-
bat ſermonem ſuum Abraham ad totum populum,
cum tamen cauſa tractanda eſſet cum ſolo Ephrone,
ſcilicet cauſa de emendo agro ſepulchrorum. *Dabo pe
cuniam pro agro.* Dignam ſecundum extimationem po
puli terræ. *Suſcipe eam, & ſic ſepeliam mortuum meum.*
Ideſt ſi ſuſcipis eam ſepeliam iſto modo mortuum
meum. Sed ſi non ſuſcipis non ſepeliam ex cauſa ſu-
pra aſſignata. *Terra quam poſtulas quadringentos argenti ſi-
clos valet.* Iſte Ephron peccauit, quia à principio de-
monſtrauit ſe multum facere velle pro Abraham.
Deinde nihil egit, ſed terram carius vendidit, & di-
cunt quòd propter hoc remouetur vna litera, ſcilicet
vau, vt patet in Hebræo, ſed non patet in pronunciatio
ne nominis: vnde quandocũque poſt hoc fit mentio
de Ephrone tollitur illa litera, vt patet infra in litera, &
infra 49. cap. *Quadringentos ſiclos ualet.* Falſum erat, quia
non tantum valebat rationabili extimatione. Et dicit Opinio
Nicolaus, quòd tantum habebat de argento ſiclus Nicolai
quantum vnus paruus Turonenſis, & tantum valet, li- de ſiclo.
cèt poſt concludat, q̃ melius ſit dicere, q̃ precium ho
rum ignoratur. Sed adhuc hoc non accedit ad perfe-
ctam veritatem. Et ſciendum, q̃ non propriè poteſt
dici de moneta, quòd valeat tantum vel tantum, quia
valere tantum, vel tantum eſt menſuratum eſſe. Men Menſura
ſura autem valoris in rebus eſt duplex quædam eſt ſe- duplex.
cundum naturam, quædam ſecundum poſitionẽ hu- Cap. 5.
manam, ſecundum naturam indigentia eſt cauſa valo
ris in rebus, ſi enim rebus non indigeremus nihil va-
lerent, & ſecundum q̃ magis, vel minus indigemus
eis, ita magis, vel minus valẽt ut in 5. Ethic. latis patet.
Menſura autem ſecundum poſitionem humanã eſt
numiſma, & dicitur à nomo, ideſt regula, quia valorẽ
rerum regulat. Si ergo diceremus, q̃ numiſma aliqd Vnde di-
valeret, neceſſe erat dicere, quòd ipſum menſuraba- citur nu-
tur per numiſma, quod eſt facere circuitum. Sit ergo miſma, ac
prima concluſio, q̃ non eſt dicendum, q̃ numiſma de eius ua
tantum, uel tantum ualeat, ſed eſt id, per quod res tan- lore.
tum, uel tantũ ualet. Sicut non dicimus, q̃ albedo eſt
tantum, uel tantum alba, ſed eſt aliquid, quo corpus
eſt tantum, uel tantum album. Et quando dicebamus
quòd inopia, uel indigentia eſt mẽſura ualoris, & nu-
miſma eſt menſura, non ſunt iſta duo menſura in eo-
dem genere, ſed indigentia eſt menſura in genere
cauſæ effectiuę, quia dat ualorem rebus: numiſma au
tem eſt menſura formaliter, & non effectiuè: indigen
tia enim non eſt, per quam res ualent, ſed quæ efficit
res ualere: numiſma autem non efficit res ualere,

Sed

ſed eſt quo res valent: non enim dicimus iſta res va- A
let duabus indigentijs. Sed dicimus iſta res valet duo-
bus denarijs: iſte autem ablatiuus denotat cauſam for
malem. Sit ſecunda concluſio, q̃ in qualibet terra, li-
cèt multæ monetæ ſint menſurabiles determinatè:
vna tamẽ neceſſaria eſt danda indeterminata, ſcilicet
minor moneta: verbi gratia ĩ regno Caſtellę vna Du-
pla valet centum Morabitinis, & ſic determinatè mẽ
ſuratur, qlibet Morabitinus valet duas albas, quælibet
Alba valet tres Coronatos, Coronatus autem nõ ha
bet aliquid, per quod mẽſuretur, ſed omnia reducũ-
tur ad eum, quia ſecundum Philoſophum. 10. Metha.
In vnoquoq; genere eſt dare vnum minimum, quod
ſit metrum, ideſt mẽſura omnium aliorum, & ſic eſt
dicendum de quolibet genere monetæ, in quacunq; B
terra, quia ſemper ad minimam ſtat reſolutio, ſicut in
ſpecularijs ſtat reſoluere omnes concluſiones vſque
ad prima principia q̃ irreſolubilia ſunt. Sit tertia cõclu
ſio, quòd quælibet moneta cuiuſcunque generis, ſiue
magna, ſiue parua menſurabilis eſt per circulum, ideſt
quòd, licèt non ſit ſemper menſurare vnam monetã
per aliam ſemper tamen contingit menſurare mone
tam per res, quæ non ſunt moneta, & eſt iſta moneta
propriè menſura rerum, ſed à poſteriori & per circu-
larem conuerſionem, eſt menſurare monetam per res
venales: vnde licèt Coronatus non menſuraretur in
valore per aliquam monetam, res venalis, quę datur
pro Coronato determinat eius valorem. Et ſic dato,
quòd ego neſcirem, quòd dabãtur tres Coronati pro
vna Alba, ſi tamen viderem rem, quæ datur pro vna C
Alba, & rem quæ venditur pro vno Coronato rere-
ta iuſta commutatione ſecundum æqualitatem arith-
meticam intelligerẽ, quòd valor vnius Coronati eſt
tantus panis, vel tantum vinum abſolutè, & quòd Al
ba eſt tripla in valore ad Coronatum. Sit quarta cõclu
ſio, q̃ in eadem terra impoſſibile eſt ſcire vtrum mo-
neta aliqua, quę nunc eſt, vniuerſaliter, & determina-
tè ſciatur, ſi valet tantum, vel minus quantum aliqua,
quæ præceſſit a magnis tẽporibus, & iam abolita eſt;
quia ſi monetæ iſtæ in valore mẽſurari deberent, ne-
ceſſe erat p vnũ de duobus modis menſurari, ſcilicet,
aut per illud numiſma minoris valoris, quod in vtro-
que includatur, vtrunque menſuret, ſicut valor Du- D
plæ, & Floreni menſurantur per aliquam monetam
communem paruam, ſcilicet per Albam incluſam in
vtroque: aut menſuratio fiat impropriè per res vena-
les. In neutro autem iſtorum poteſt fieri commenſu-
ratio monetarum, ſcilicet eius, quæ nunc eſt, & eius,
quæ à multis temporibus abolita eſt. Primo, quia iſta
& illa nunquam habuerunt aliquam monetam com-
munem menſurantem vtranque, cum non fuerint in
eodem tempore. Nec etiam poteſt cõmenſurari per
comparationem ad res venales, quia iſtę non manent
in eodem ſtatu ſecundum mutationem temporum,
quia ſicut exiſtente eadem moneta interdum vna res
valet duplum, quàm valere ſolebat, ita in temporibus
diſtantibus variabitur valor rerum venalium, & ma- E
nebit medium vnum commenſurandi, & ſic impoſſi-
bile erit commenſurari. Sit quinta concluſio, quòd
duæ monetæ ſuccedentes ſibi in eadem terra immę-
diate exiſtente rerum venalium æqualitate æquari
poſſunt, uel commenſurari in valore, ita quòd ſciatur
quantum vna ſuperabundat, vel deficit ab alia, quia li-
cet non poſſint numiſmate menſurari, cum non ha-
beant aliquam monetam minorem cõmunem, quæ
in vtraque concludatur, & vtranque menſuret: poſ-
ſunt tamen æqualitate rerum venalium exiſtente cõ-
menſurari, quia ſecundum exceſſum rerum venaliũ,
quæ dantur pro his diuerſis monetis, eſt exceſſus valo-
ris monetæ. Sit ſexta concluſio, q̃ in diuerſis terris

Tex. 3.

diſtantibus multum inter ſe, ſiue in eodem tempore,
ſiue in diuerſo non poteſt ſciri, quæ moneta ſit maio-
ris valoris, quia inter terras multum diſtantes non eſt
communitas monetarum: in regnis enim ,ppinquis,
licèt monetæ ſint diuerſæ ad inuicem, tamen cõmu-
nicantur propter neceſſitatem cõmutationis, & ideo
ibi ſciri poteſt, quæ magis, vel minus valet. In terris
autem diſtantibus non eſt commutatio per immedia
ta genera monetæ, ideo per monetam vnam æquari
non poſſunt, nec etiam poterunt æquari per compara-
tionem ad res venales, quia non res æqualiter vbique
valent: maior autem diuerſitas eſt, ſi iſta ſint in tẽ-
poribus diuerſis, quia tunc magis tollitur vniuocatio
monetæ menſurantis. Etiam tollitur identitas valoris
in rebus venalibus. Ex quibus infertur concluſio in- Cur igno-
tenta, ſcilicet, quòd impoſſibile eſt ſcire quantum de retur quã-
moneta noſtra valebat vnus ſiclus, rõ eſt quia ſiclus e- ti ſiclus ua
rat moneta terræ Iudeæ, quæ diſtat à nobis, ideo non loris erat.
eſt communitas alicuius monetæ paruæ menſurantis
iſtam & illam, nec etiam rerum valores ſunt eodem
modo. Item quia dato, q̃ fuiſſet identitas monetæ cõ-
munis menſurantis aliquo tempore, & identitas valo-
ris rerum, iam nullo modo eſt, quia tam hic quàm
ibi mutata ſunt. *Iſtud eſt precium inter me, & te.* Ideſt
iſtud eſt precium, quod mihi pro agro dabis. *Sed quan-
tum hoc eſt.* Quaſi dicat tantum es diues, quòd modica
pecunia eſt iſta ad te. *Sepeli mortuum tuum.* Quaſi dicat
propter precium iſtud non dimittas ſepelire mortuũ
tuum, quia modicum tibi eſt, ideo ſcio, quòd bene po
teris dare. *Quod cum audiſſet Abraham.* Scilicet precium
declaratum. *Appendit pecuniam.* Ideſt ponderauit eam,
quia illa erat moneta argentea, & ad bonitatem ſuam
requirebatur determinatio figuræ, & põderis. *Audien
tibus filijs Heth.* Ideſt audientibus omnibus Hethæis,
qui circumſtabant. Et ponitur audientibus, ideſt viden
tibus, quia ponderatio monetæ non eſt quid audibile,
ſed eſt uiſibile: pertinet enim ad colorem, & figurã,
& motum, ſcilicet utrum ſtatera tantum, vel tantum
moueatur: motus enim vnum de ſenſibilibus cõmu-
nibus eſt, vt ait Ari. 2. de anima, qui ſunt quinque, ſci- Tex. 64.
licet motus, figura, numerus, magnitudo, quies: Ala-
cen autem in ſua perſpectiua ponit decem, & nouem
ſenſibilia communia, diſtinguens iſta quinque in ſpe-
cialiores partes, & iſtud habetur in perſpectiua Piſani
parte prima in regula, in qua agit de ſenſibilibus com
munibus. *Vel audientibus filijs Heth.* Qualiter poſtula-
uit Ephron quadringentos ſiclos argenti, & qualiter
Abraham cõſenſit dare. Sed primum rationalius eſt,
quia populus Hethæorum inuocabatur in teſtem hu-
ius contractus. Sed audire quomodo aliquis conſen-
tit vendere, & qualiter alius dicit ſe emere nihil valet,
niſi teſtes videant pecuniam numerari, quia aliter da-
to, quòd factus ſit conſenſus, ſi non fiat traditio rei
venditæ & precij, non eſt conformatus contractus, ut
ergo ualidaretur, oportebat omnia hęc interciduiſſe,
ſed ſcriptura inducit hic Hethęos, ut teſtes huius con
tractus, ergo non ſolum dicit ipſos audiuiſſe conſe-
tientium partium uerba, ſed uidiſſe monetam appen-
di, & tradi Ephroni ab Abraham. *Probatæ monetæ, &
publicæ.* Moneta uocatur publica, quandocunque eſt
inſignita charactere, quo moneta totius communita-
tis inſignitur: uocatur probata quando eſt certi pon-
deris ſi ſit aurea, uel argentea, uel ſi ſit de eodem me-
tallo, de quo moneta communis. Iſtę ſunt ſolennita-
tes, quas ius humanum ponit inter celebrãtes aliquẽ
contractum ad ualiditatem illius contractus, & has
etiam ſancti uiri obſeruare debent quãdo aliquos cõ
tractus faciunt ad tollendum poſtea occaſiones iur-
giorum, ſic patet Iere. 32. capit. cum Deus mandaret
Ieremiæ emere agrum Anathoth ad ſignandum,

quod

quòd post captiuitatem Babylonicam possideri debe F
bant agri in terra Iudeę, vbi ponuntur solennitates iu-
ris, quas Ieremias fecit emendo agrum illum cum di-
citur: Emi agrum ab Hanameel filio patrui mei, qui
est in Anathoth, & appẽdi ei argentum septem state-
res, & decem argenteos, & scripsi in libro, atque signa
ui, & adhibui testes, & appendi argentum in statera,
accepi librum possessionis signatum stipulationes, &
rata, & signa forinsecus. *Confirmatus est ager.* Scilicet in
possessionem Abrahæ, scilicet, quòd mansit apud eũ
certus ille ager absque aliquo signo translata proprie-
tate agri ad Abrahã, & accepta corporaliter posses-
sione. *Quondam Ephronis.* Quia nunc nõ erat suus tran-
slata possessione, & dominio ad Abrahã per emptio-
nem. *In quo erat spelunca duplex.* Vocatur spelunca du- G
plex, quia erant duæ spelunce, & in vna sepeliebatur
vir, in alia vxor. Sic enim constituerat Ephron, & ita
fortè erat vsus Gentilũ, vt semper duo sepulchra iun-
cta fierẽt, scilicet sepulchrum viri, & sepulchrum vxo
ris. Vel quia erant duæ, & vna erat superior, alia infe-
rior. Dicit enim Ioannes Beleth, ideo ista spelunca
Apud Gẽtiles quos dam cada ura sedẽ tia conde bantur. erat duplex, quia erat in duas partes diuisa, scilicet vna
pro corpore, alia pro cruribus, & erant istæ duæ partes
subordinatę, s. vna sub alia non directè, ita ꝙ cadauera
sepelichantur sedentia tanquam in cathedra. *Respiciẽs*
Mambre. Nomen viri erat Mambre, vt patet supr. 14.
cap. sed ab illo fuit denominata conuallis quædam, sci
licet vallis Mambrę, in qua habitauit Abrahã: ista au-
tem spelunca duplex non erat in conualle Mambræ,
sed erat extra respiciens vallem illam. Iste fuit quorun H
dã error, sed hoc falsum est. quia Mambrę est h. e no-
men ciuitatis, quæ vocatur Hebron, ut patet infra, &
sic dicebatur sepulchrũ respicere Mambre, quia erat
extra ciuitatem Hebron in agris, & ille ager videbatur
respicere Hebron: si autem acciperetur hic Mambre
pro uiro, erit sensus ꝙ istud sepulcrum respiciebat cõ-
tra illum uirum, sed ista stultitia est, quia solũ dicitur
respicere contra aliquam partem, quæ teneat situ per-
petuum, & immobilem, homo autem non tenet situ
perpetuum, quia moritur; & dato, ꝙ consistere vale-
ret non duraret semper. Et si dicas, ꝙ non valet argu-
mentum, quia hic non accipitur Mambre pro viro,
sed pro valle denominata ab eo. Respondetur, ꝙ etiã
non potest stare, quia tunc non diceret, ꝙ respicit con
tra Mambre, sed contra vallem Mambrę, & quando I
dicis, ꝙ Mambre est nomen viri, vt patet supra 14. ca.
Respondetur, ꝙ verum est, sed hic non accipitur pro
viro, sed pro ciuitate, vt infra patet. *Tam ipse scilicet*
ager. *Quam spelunca.* Quæ erat in agro. *Et omnes arbores.*
Quia ager ille erat satis magnus, & habebat arbores
multas: satis autem exprimitur hæc solemnitas con-
tractus emptionis, quia non solum exprimitur, quòd
Abraham emeret agrum illum, sed agrum cum om-
nibus, quæ intra erant, & cum omnibus iuribus, &
pertinentijs agri. *Videntibus filijs Heth.* Idest Hethęis, vt
essent testes illius contractus facti, & cuncti qui intra-
bant portam ciuitatis, & non solum fuerunt testes ho
mines terrę illius, sed etiam alienigenę, qui peregri-
nando intrabant portam ciuitatis Hebron: fuit autem K
iste contractus celebratus in porta ciuitatis, quia illuc
conueniebant homines ad omnes actus publicos.
Atque ita. Idest cum isto modo emendo agrum. *Se-*
pelivit Abraham vxorem suam. Quia si ager gratis con-
cederetur non sepeliisset eam ibi, ne ibi etiam Gen-
tiles sepelirentur. *In spelunca agri duplici.* Idest in spe-
lunca duplici, quæ erat in agro, scilicet quòd Sara in
vna de duabus speluncis sepulta est, uel ipsa sola in spe
lunca duplici posita est, quia in vna parte ponebatur
corpus vsque ad nates, vt sederet cadauer, & immedia
tè inferius erat alia parua spelunca, in qua locarentur

pedes. *Quæ respicit Mambre, hic est Hebron.* Non est accipiendum, quod Hebron vocetur Mambrę, sed quia conuallis Mambre est coniuncta Hebron, & tunc est sensus hæc est Hebron, ideſt Mambre, quę est vallis, est in terminis Hebron. Sed hoc falsum est, licèt quidam hoc voluerint, quia Mambre est nomen vrbis, scilicet ipsa ciuitas Hebron: satis enim patet ex litera, cum dicat Mambre esse Hebron, nec valet quicquã expositio illorum, quia multum distorta est: nam hic ponitur prędicatio in recto, cum dicitur contra Mam bre, & subiungitur, hic est Hebron, ideſt ista Mambre est Hebron, & nihil clarius hoc. Ipsi autem distorquẽt conuertentes per quasdam circumlocutiones longas C obliquorum, & sic satis notum est, quòd error sit. *Et confirmatus.* Scilicet in possessionem Abrahę & antrũ. *Idest spelunca duplex in possessionem monumenti.* Ad sepeliendum mortuos solum, & fortè causa fuit, quia cũ ibi sepuchra facta essent nullo mõ vendidisset Ephrõ ad alios vsus: maximè quia si concessisset ad alium usum, scilicet ad colẽdum agrum, magna iniuria fieret Ephroni, quòd sepulchra sua conuerterentur in vsus prophanos, etiam omnibus alijs Hethęis, quia tunc fortè oporteret quadrigas, & iumenta ad cultum necessaria transire per sepulchra aliorum, quod ualdè esset inhonestum.

Mittitur seruus Abrahæ, & adducitur Isaac pro vxore Rebecca. Cap. XXIIII.

ERAT Autem Abraham senex, dierumque multorum, & Domi-
nus in cunctis benedixerat ei. Di-
xitque ad seruum seniorem domus suæ, qui Infr. 17.g. Infra eod. præerat omnibus, quæ habebat. Pone manũ
tuam subter femur meum, vt adiurem te per
Dominum Deum cæli & terræ, vt non acci-
pias vxorẽ filio meo de filiabus Chananæo-
rum, inter quos habito, sed ad terram, & co-
gnationem meam proficiscaris, & inde acci-
pias vxorem filio meo Isaac. Respondit ser-
uus: Si noluerit mulier venire mecum in ter-
ram hanc, nunquid reducere debeo filium
tuum ad locum, de quo tu egressus es? Dixit-
que Abraham: Caue ne quando reducas fi-
lium meum illuc. Dominus Deus cęli, qui
tulit me de domo patris mei, & de terra na-
tiuitatis meæ, qui locutus est mihi, & iurauit
mihi, dicens: semini tuo dabo terram hanc:
ipse mittet angelum suum coram te, & accipies inde vxorem filio meo: sin autem mu-
lier noluerit sequi te, non teneberis iuramen-
to: filium tantum meum ne reducas illuc.
Posuit ergo seruus manum sub femore Abra
ham Domini sui, & iurauit illi super sermo-
ne hoc. Tulitque decem Camelos de grege
Domini sui, & abijt, ex omnibus bonis eius
portans secum, profectusque perrexit in Me
sopotamiam ad vrbem Nachor. Cúque Ca-
melos

melos fecisset accũbere extra oppidum iuxta A
puteum aquæ vespere, tempore, quo solent
mulieres egredi ad hauriendam aquam, di-
Iudit 9.a. xit Domine Deus domini mei Abraham,
occurre, obsecro, mihi hodie, & fac miseri-
cordiam cum Domino meo Abraham. Ecce
ego sto prope fontem aquæ, & filiæ habita-
torum huius ciuitatis egredientur ad hauriẽ
dam aquam. Igitur puella, cui ego dixero:
Inclina hydriam tuam, vt bibã, & illa respon
derit, bibe, quin & Camelis tuis dabo potũ: B
ipsa est, quam præparasti seruo tuo Isaac, &
per hoc intelligam, quòd feceris misericor-
diam cum Domino meo. Necdum intra
se verba compleuerat, & ecce Rebecca egre-
diebatur, filia Bathuel, filij Melchæ vxoris
Nachor fratris Abraham habens hydria in
scapula sua, puella decora nimis, virgoque
pulcherrima, & incognita viro: Descenderat
autem ad fontem, & impleuerat hydriam,
ac reuertebatur, Occurritque ei seruus, & ait C
Pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe
de hydria tua, quæ respondit: Bibe Domine
mi. Celeriterque deposuit hydriam super
vlnam suam, & dedit ei potum. Cumque ille
bibisset, adiecit: Quin & Camelis tuis hau-
riam aquam, donec cuncti bibãt. Effundensque hydriam in canalibus recurrit ad puteũ,
vt hauriret aquam, & haustam omnibus Ca
melis dedit. Ipse autem cõtemplabatur eam
tacitus, scire volẽs vtrum prosperum iter suũ D
fecisset Dñs, an non. Postquam autẽ biberunt
Cameli, protulit vir inaures aureas, appen-
dentes siclos duos, & armillas totidem pon-
do siclorum decem. Dixitque ad eam: Cu-
ius es filia? Indica mihi: est in domo patris
tui locus ad manendum? Quæ respondit:
Filia sum Bathuelis, filij Melchæ quem pepe
rit ipsi Nachor. Et addidit dicens: Palearũ
quoq; & feni plurimũ est apud nos, & locus
spacioſus est ad manendũ. Inclinauit se hõ, & E
adorauit Dominũ, dicẽs: Bñdictus dñs Deus
Dñi mei Abraham, qui non abstulit miseri-
cordiã, & veritatem suã à Dño meo, & recto
itinere me pduxit in domũ fratris Dñi mei.
Cucurrit ita puella, & nunciauit in domum
matris suæ oĩa, quæ audierat. Habebat autẽ
Rebecca fratrem nomine Laban, qui festinus e-
gressus est ad hoĩem, vbi erat fons. Cumq; vi-
disset inaures, & armillas in manibus sororis

suæ, & audisset cuncta verba referentis: hæc
locutus est mihi hõ: venit ad virũ, qui stabat
iuxta Camelos, & prope fontẽ aquæ: dixitq;
ad eum: Ingredere benedicte Dñi: cur foris
stas? præparaui domũ, & locum Camelis. Et
introduxit eum in hospitiũ, ac destrauit Ca-
melos, deditq; paleas, & fœnum, & aquã ad
lauandos pedes eius, & virorũ, qui venerant
cum eo. Et appositus est in conspectũ eius pa
nis. Qui ait: Non comedã, donec loquar ser-
mones meos. Rñdit ei, loquere. Ille: Seruus
inquit, Abrahã sum, & Dñs benedixit dño
meo valde, magnificatusq; est, & dedit ei o-
ues, & boues, argentũ & aurum, seruos & an
cillas, Camelos & Asinos. Et peperit Sara v- Sup. 21.a.
xor, Dñi mei filiũ Dño meo in senectute sua,
deditq; illi oĩa, quæ habuerat. Et adiurauit Sup. eod. h
me Dñs meus, dicens: Non accipies vxorẽ fi-
lio meo de filiabus Chananæorũ, in quorũ
terra habito, sed ad domũ patris mei perges,
& de cognatione mea accipies vxorem filio
meo, ego vero rñdi Dño meo: Quid si nolue-
rit venire mecũ mulier? Dñs, ait, in cuius con
spectu ambulo, mittet angelũ suum tecũ, &
diriget viam tuã: accipiesq; vxorẽ filio meo
de cognatione mea, & de domo patris mei.
Innocẽs eris à maledictione mea, cũ veneris
ad propinquos meos, & non dederint tibi.
Veni ergo hodie ad fontẽ aquæ, & dixi: Dñe
Deus dñi mei Abrahã, si direxisti viam meã,
in qua nunc ambulo, ecce sto iuxta fontem a-
quæ, & virgo, quæ egredietur ad hauriendã
aquã, audierit à me, da mihi pauxillũ aquæ
ad bibendũ ex hydria tua, & dixerit mihi, &
tu bibe, & Camelis tuis hauriã: ipsa est mu-
lier, quã prædestinauit Dñs filio Dñi mei. Dũ-
que hæc tacitus mecũ voluerẽ, apparuit Re
becca veniens cũ hydria, quã portabat in sca
pula, descenditq; ad fontẽ, & hausit aquam.
Et aio ad eam: Da mihi paululũ bibere. Quæ
festinans deposuit hydriam de humero, &
dixit mihi: Et tu bibe, & Camelis tuis tri-
buam potum. Bibi, & adaquauit Camelos.
Interrogauiq; eam, & dixi: Cuius es filia? quæ
respondit: Filia Bathuelis sum filij Nachor,
quem peperit ei Melcha. Suspendi itaque
inaures ad ornandam faciem eius, & armil-
las posui in manibus eius. Pronusque ado-
raui Dominum, benedicens Domino Deo
Domini mei Abraham, qui perduxit me re-

cto iti-

cto itinere, vt sumerem filiam fratris Domini mei filio eius. Quamobrem si faciris misericordiam, & veritatem cum Domino meo indicate mihi: sin autem aliud placet, & hoc dicite mihi, vt vadam ad dextram siue ad sinistram. Respõderuntq; Laban, & Bathuel: A Domino egressus est sermo: non possumus extra placitum eius quicquid aliud loqui tecum. En Rebecca coram te est, tolle eam, & proficiscere, & sit vxor filij Domini tui, sicut locutus est Dominus. Quod cum audisset puer Abraham, procidens adorauit in terram Dominum. Prolatisq; vasis argenteis, & aureis, ac vestibus, dedit ea Rebeccæ pro munere, fratribus quoque eius, & matri dona obtulit. Inito conuiuio, vescentes pariter, & bibentes manserunt ibi. Surgens autem mane locutus est puer: Dimitte me, vt vadam ad Dominũ meũ. Respondernntq; fratres eius, & mater: Maneat puella saltem decem dies apud nos, & postea proficiscetur. Nolite, ait, me retinere, quia Dominus direxit viam meam: dimittite me, vt pergã ad Dñm meum. Et dixerunt: Vocemus puellam, & quæramus ipsius voluntatem. Cumque vocata venisset, sciscitati sunt. Vis ire cũ homine isto? Quæ ait: vadam. Dimiserunt ergo eam, & nutricem illius, seruumque Abraham, & comites eius, imprecantes prospera sorori suæ, atque dicentes: Soror nostra es, crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum. Igitur Rebecca, & puellæ illius ascensis Camelis, secutæ sunt virum: qui festinus reuertebatur ad Dominum suum: eo autem tempore deambulabat Isaac per viam, quæ ducit ad puteum, cuius nomen est viuentis, & videntis: habitabat enim in terra australi, & egressus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die: cumque eleuasset oculos, vidit Camelos venientes procul. Rebecca quoque, conspecto Isaac, descendit de Camelo, & ait ad puerum: Quis est ille homo, qui venit per agrum in occursum nobis? Dixitque ei: Ipse est Dominus meus. At illa tollens cito pallium, operuit se. Seruus autem cuncta, quæ gesserat, narrauit Isaac. Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ, & accepit eam vxorem: & intantum dilexit eam, vt dolorem, qui ex morte matris eius acciderat temperaret.

ERAT AVTEM Descripto qualiter se habuit Abraham ad vxorem tumulandam, hic describitur qualiter se habuit ad prolem matrimonio copulandam, & hoc est habere se ad Cap. 25. seipsum, quia filius est, quædam pars patris, donec sit pelicon, idest emancipatus, vt patet 5. Ethic. ideo non est simpliciter iustum inter patrem, & filium nondũ emancipatum, sed iustum paternum, quod est quædã similitudo iusti sicut eiusdem ad seipsum non est iustitia, nec iniustitia. Et tanguntur quatuor: primo serui missio: secundo coniugis petitio, ibi. *Eumque Camelos fecisset accumbere.* Tertio petitionis concessio ibi. *Responderunt Laban.* Quarto coniugis apportatio ibi. *Surgens autem.* Circa primum. *Erat autem Abraham senex.* Illud est prohemium ad introducendum quomodo Abraham quæsierit vxorem filio suo, & ponũtur hæc causæ, scilicet senectus Abrahæ, & abundantia eius, quia enim senex erat poterat cito mori, & maneret filius suus sine vxore, ideo accelerauit ei tradere vxorem; abundantia etiam erat causa: multi enim volentes vxores accipere non accipiunt eas, quia sunt indigentes expectantes quousque perueniant ad pinguiorem fortunam, & tunc sumant vxores. Qui autem abundat bonis nulla causa est quare matrimoniũ dilatet existente ætate debita ad hoc. *Dierum multorũ.* Scilicet centum quadraginta annorum, quod patet, quia in isto anno, quo misit Abraham pro vxore pro filio venit Rebecca, sed in ipso anno, quo eam accepit, Isaac erat quadraginta annorum, vt patet infra 26. cap. ergo tunc Abraham erat cẽtum quadraginta annorum, quia anno, quo natus fuit Isaac compleuit Abraham centum annos, vt patet supra 21. cap. *Et dominus in cunctis benedixerat ei.* Scilicet in omni genere diuitiarum, & possessionum, quia in cunctis ad quæ mittebat prosperabatur. Vbi nos dicimus. *In omnibus.* Hebræi dicunt, bacol, quod idem est. Sed potest accipi, quòd sit vna dictio, & sit nomẽ proprũ. Et tunc dicunt, quòd Abraham habuit quandam filiam, quæ vocatur Bachol, quòd ita pulchra erat, q omnes mirabantur, & benedicebant Abrahæ, qui talem filiam genuit, & sic dicebatur Abraham benedictus in illa filia. Sed hoc ridiculum est, quia si Abraham aliquam filiam habuisset, aut suscepisset eam ex Sara aut ex Agar, aut ex Cethura, cum istas solas habuerit in vxores. Sed non de Sara, quia Sara cum sterilis esset non poterat concipere nisi miraculosæ. Si autem tale miraculum fuisset scriptura non tacuisset, cũ semper intendat narrare magnalia Dei. Nõ de Agar, quia solum fit mentio, quòd habuerit Ismahelem q filio. Etiam quia quando Sara fecit expelli Agar, & filium eius, fecisset expelli & Bachol, sed non factum fuit aliquid tale. Non de Cethura, quia Abraham susceptit Cethuram in vxorem, postquam Isaac susceperat Rebeccam, sed ista Bacol si fuisset, esset antequam Isaac acciperet vxorem, vt patet ex ordine literæ, ideo non fuit aliquid tale. *Dixitque ad seruum seniorem domus suæ.* Qui sensatior erat, & cui magis confidebat Abraham, & hoc faciebat, quia multa daturus erat ei, & iste seruus est Eliezer, qui erat procurator domus Abrahę, vt dictum fuit supra 15. cap. *Qui præerat omnibus, quæ habebat.* Scilicet Abraham, scilicet, quia ille seruus dispensabat omnia gerens curam de omnibus. Abraham enim erat magnus vir, & non poterat intendere omnibus rebus suis, nec decet, quòd vir reuerendi bona sua per se dispensent, sed per dispensatores suos, vt patet in primo Polit. cap. 4. ipse autem

Quòd Abrahã non habuerit habuerit filiam.

Administratio bonorũ quomodo per officiales habẽda.

tẽm dominus aliqualem sumptuum, & rerum rationem sumat à suis ne res inordinatæ deficiant. Sed petitio rationum non debet esse multum angusta, quia secundum Philosophum 4. Ethic. ratiocinij diligentia parificat: illiberalem, vel magis parificum se demonstrat dominus, qui circa computum expẽsarum multũ particulatim insistit. Sit à principio dominus cautus ponens dispensatorem fidelem, sed postquam posuerit, vel ab officio priuet, vel non multum ratiocinio insistat. *Pone manum tuam subter femur meum.* Dicunt Hebræi, quòd fecit iurare seruum in parte illa ad reuerentiam circuncisionis, quæ est circa partes illas, quæ erat distinctiua populi Dei, vt qui per Deum iurabat iuraret in circuncisione, quæ à Deo insignum data fuerat. Ra. Abraham Aben Ezra dicit, quòd fecit eum ponere manum sub femore, idest sub natibus, & deinde supra sedit, & sic fecit eum iurare. Signabat enim hoc, quod ille, qui iurabat subditus erat illi, cui iurabat sicut manus subijciebatur femori, ideo fidelitatem seruare deberet, & dicit, quòd iste modus iurandi seruatur vsque hodie apud Iudæos, & satis rationale est hoc. Doctores nostri dicunt, quòd iurauit sub femore ad signandũ, q̃ iurabat in noĩe Christi nascitu ri de femore Abrahæ, & taliter loquit scriptura Exo. j. cap. vbi dicitur omnes animæ eorum, qui egressi sunt de femore Iacob. Sed in hoc sciendum, quòd licèt Abraham qui ex reuelatione Dei sciebat Christum venturum, vt patet Ioan. 8. cap. cum dicitur; Abraham pater vester exultauit, vt videret diem meum vidit, & lætatus est: faceret iurare seruum intelligens Christum de semine suo venturum: seruus tamen, scilicet Eliezer nihil horum cognoscebat, quia ista secreta non reuelabantur cuilibet, maximè Gentilibus. *Vt adiurem te per Deum cœli, & terræ.* Eliezer seruus Abrahę colebat Deum cœli, & terræ, quia sic Abraham docuerat eum, & omnes viros domesticos, vt patet supra 18. ca. scio, quòd præcepturus sit filijs suis, & domui suę post se, vt custodiant mandata eius, & viam domini, & iustitiam faciant, & iudicium, & huius signum est, quòd Abraham circunciderat omnes viros domus suæ, vt patet supra 17. cap. & quia circuncisio erat signum distinctiuum populi Dei ab infidelibus: postquam aliqs susciperet circuncisionem cogeretur ad omnes obseruantias conuenientes populo Dei. Sicut nunc nullus Iudæus compellitur effici Christianus. Sed postquam semel susceperit baptismum, cogetur ad omnes observationes religionis Christianæ. Et hoc demonstrat Paulus ad Galat. 5. cap. Testificor omni homini circũcidenti se, quòd vniuersę legis faciendæ debitor est. *Vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum.* Quia ipsi idolatræ erant, & timebat Abraham, quòd pertraherent ipsum Isaac ad idolatriam, maximè filios inde genitos, quia filius magis conuersatur cum matre quando tener est, & quando possunt fieri fortes impressiones in eo, & ideo si mater male imbuit filium suum in tenera ætate semper erit vir malus, nisi ex magna Dei misericordia, & labore dirigat, & pp hoc dicit Philosophus in fine primi Politicorum, q ordinantem politiam non modicum attendere oportet ad mulieres, immo valde multum, quia dimidium filiorum mater est. De hoc magis dicetur in secundo Ethicorum si Deo dante illuc accesserimus, sicut nunc proponimus. vel nolebat Abraham, quòd acciperet vxorem de genere suo, ne dispergeretur semẽ suum sanctum, quod Deus elegerat in populis idolatrarum, & propter hoc licuit tempore illo in secundo consanguinitatis gradu matrimonialiter copulari. *Chananæorum.* non vocantur hic Chananæi, vt sunt vnus de septem populis terræ promissionis distincti: contra Heueos Hethęos, vt dictum est cap. præcedẽti Hethei enim habitant in Hebron, & in circuitu eius, Abraham ante habitabat in conualle Mambre iuxta ciuitatem Hebron. Sed accipiuntur hic Chananæi largo modò pro omnibus illis septem populis descendentibus de Chanaam, & isto modo vocatur tota illa terra generaliter terra Chanaan, & sic aliquando vocantur omnes de terra illa Amorrhæi, & sic de alijs nominibus, vt declarabitur Deuterono. primo cap. *Inter quos habito.* Quia licet Abraham mutaret sedem de Bethel in Hebron, siue conuallem Mambre, & post in Bersabee, & de Bersabee rursus ad conuallem Mambre: tamen nunquam egrediebatur terram Chananæorum, sed semper dicebatur habitare inter illos. *Sed ad terram.* Scilicet meam: terra Abrahæ propria, in qua natus fuit erat Vr ciuitas Chaldæorum, sed quia pater eius Thare, & tota cognatio eius venit inde in Aram Mesopotamiæ, ideo Aram vocabatur iam terra Abrahę, ibi enim moratus fuit magno tempore vsque ad mortem Thare patris sui, & sic Deus vocauit Mesopotamiam siue Aram terram Abrahę. supra 12. capit. cum dixit: Egredere de terra tua: constat tamen quòd non mandabat ei tunc egredi de Vr Chaldęorum, sed de Aram. *Et cognationem meam.* De cognatione Abrahę nullus manserat, nisi Nachor frater suus cum vxore sua Melcha, quæ erat consobrina Abrahæ & filia Aram. *Et inde accipies vxorem.* Scilicet de filiabus Nachor, vel de filiabus filiorum suorum, quia postea accepit Rebeccam, quæ erat filia Bathuelis filij Nachor. *Si voluerit mulier uenire mecum.* Seruus discretus erat, & ponebat casus, qui euenire possent: terra enim Mesopotamiæ distat aliqualiter à terra Chanaã, & forte propter hoc recusaret mulier venire ad terram illam. *Ad locum de quo egressus es.* Idest ad Aram Mesopotamiæ, in qua steterat Abraham cum Thare, vt patet supra vndecimo capitu. *Caue ne quando reducas filium meum illuc.* Licet Abraham de hoc certam cognitionem non haberet, vt fides eius meritoria esset, tamen fide firma tenebat, quòd Deus faceret, quod aliqua mulier de genere suo veniret cum seruo illo in terram Chanaan, vt patet immediatè. Sed dato, quòd Abraham de hoc totaliter dubitaret, magis eligeret, q̃ filius suus acciperet vxorem de filiabus Chananæorum, quàm quòd reuerteretur in Mesopotamiam.

Ratio, quia Deus mandauit Abrahæ, vt exiret de Mesopotamia, & veniret in terram Chanaan, quia ibi benedicturus ei erat, & de hac terra promissiones factæ fuerant ei, vt patet supra tertiodecimo cap. & quintodecimo cap. credebat ergo Abraham, quòd contra voluntatem Dei esset reducere Isaac in Mesopotamiam.

Quod autem Isaac acciperet vxorem de filiabus Chananæorum, licèt esset malum, quia periculosum, non tamen erat contra Dei mandatum: prœceptum enim de non contrahendo cum filiabus Gentilium, postea fuit datum Moysi, vt patet Exod. 34. capit. Et si quæratur quare mandauit hic Abraham, quòd nunquam rediret Isaac in Mesopotamiam, vel non acciperet vxorem de filiabus Chananęorum, cum ipse Abraham acceperit immediatè Cethuram, quæ erat de genere Chanaæorum, vt patet cap. seque. quæras resposionem. cap. seq. quia ibi tangitur quæstio. *Deus cœli.* Hic ponitur oratio Abrahę, vt Deus dirigeret legationem Abrahę per seruum suum Eliezer. *Qui tulit me de domo patris.* Idest de Aran vbi eram in domo patris mei Thare vsque ad mortem eius. *De terra natiuitatis meę.* Idest de Vr Chaldæorum, in qua natus fuit Abraham, & est hic ordo prœposterus, quia

prius

prius eduxit Deus Abraham de terra natiuitatis, ideſt F
de Vr, quam de domo patris, ideſt de Aran Meſopotamiæ. Sed dices hoc repugnat ſuperiori, quia diximus, quòd terra Abrahæ erat Aran. Reſpondetur, quòd aliud erat dicere ad terram meam: aliud dicere ad terram natiuitatis meæ, quia Aran erat terra Abrahæ, quia ibi magno tempore vixerat, & ibi ſuam cognationem habebat, ſed non vocabatur terra natiuitatis, quia non natus fuit ibi, ſed in Vr Chaldeorum, & hoc ſatis patet ex textu, quia cum dixit proficiſcaris in terram meam: manifeſtum eſt, quòd non dixit de Vr Chaldæorum, ſed de Meſopotamia, quia in Vr Chaldæorum non habebat Abraham aliquam cognationem. *Locutus eſt mihi.* Scilicet, quòd daret mihi terram iſtam poſt me. *Et iurauit.* Ad maiorem affirmationem, & certitudinem veri iurauit. G

Et expreſſit hic Abrabam, quòd Deus dediſſet ei terram iſtam, & non exprimit benedictiones alias maiores, ſcilicet quòd in ſemine eius benedicentur omnes gentes, ſed poſuit iſtam promiſſionem, quia ex ea probare volebat, quòd Deus moueret animum mulieris, vt veniret de Meſopotamia in terram Chanaan. Et arguit ſic, Deus promiſit mihi, & ſemini meo terram iſtam, vt poſſideremus eam. Sed ſi vxor nollet venire in terram iſtã, & cogeretur filius meus ire in terram alienam, non poſſideret ſemen meum terram iſtam, ergo Deus mouebit cor mulieris, vt veniat huc. Ponit ergo illam promiſſam tanquam maiorem, & fundamentum huius argumenti. *Semini tuo dabo terram hanc.* Vt patet ſupra tertiodecimo, & H
quintodemo cap. *Ipſe mittet angelum ſuum coram te.* Ad diſponendum viam tuam & dirigendum te in itinere, ſic dixit Tobias: Bene ambuletis, & ſit dominus in itinere veſtro, & angelus eius comitetur vobiſcum, vt patet Tob. 4. capit. Angeli enim boni, qui ſunt adminiſtratorij ſpiritus ad eos, qui redemptionem, & ſalutis hæreditatem capere debent, vt patet ad Hebræ. cap. primo dirigunt vias noſtras tollendo nocumenta, quæ magis accidere poſſunt in itineribus, quàm cum manemus in ciuitatibus. De hoc Tobiæ quinto cap. Credo, quòd Angelus Dei bonus committetur ei, & bene diſponat omnia, quæ circa ipſum geruntur, ita vt cum gaudio reuertatur ad nos.

Angelicę operationes circa nos.

Angeli etiam in via contra hoſtes impugnantes adiuuant: vnde cum Aegyptij ſequerentur à tergo Iudæos recedentes de terra illa, Angelus qui præcedebat in interiori parte nubis conuertit ſe ad extremam partem nubis contra Aegyptios, & obſcurauit aerem ne viderent, & poſt Aegyptios in mare ſubuertit, vt patet Exod. quartodecimo cap. Vias etiam demonſtrauit, & ſic angelus præcedebat caſtra Iudæorum in columna ignis per noctem, & in columna nubis per diem, & monſtrabat itinera, vt patet Numeri 9. cap. per mandatum Dei caſtra mouebantur, & per mandatum eius caſtra figebantur, & ideo dixit Deus Moyſi angelus meus præcedet te. *Et accipies inde vxorem filio meo.* Scilicet & duces eam huc, & hoc ſignificat inde, ideſt de ipſo loco, & ſignificat terminum motus, à quo, & ideo non dixit, & accipies ibi I
vxorem, ſcilicet vt maneat ibi, ſed accipies inde, ſcilicet accipies ibi, & de ipſo loco duces huc.

Sin autem noluerit. Non ponebat Abraham iſtum caſum, quaſi ipſe crederet, quòd ſic poſſet contingere. Credebat enim certiſſimè, quòd Deus daret mulieri in corde, vt veniret ſicut ſupra probabat Abraham ex diuina promiſſione, ſed ponebat hoc ad ſatisfaciendum intentioni ſerui ſui, quem mittebat, vt daret ei regulam de omni euentu. *Non teneberis iuramento.* Scilicet, quo mihi promittis ducere vxorem pro filio meo de terra illa. *Filium autem meum ne reducas illuc.* Ideſt, eueniat quicquid euenerit, hoc ſolum obſerua, ne filium meum reducas illuc, ex quo patet quod ſupra diximus, quòd magis vellet Abraham, quòd Iſaac acciperet vxorem de filiabus Chananæorum, quàm quòd reduceretur Iſaac in Meſopotamiam. *Sub femore.* Ideſt, ſub crure, vel ſub natibus, femur proprie eſt pars ſuperior cruris circa vaſa genitalia, ponere autem ſub femore manum eſt, quòd ſeruus poneret manum ſuper aliquod ſedile, & Abraham poneret femur ſuum, ſiue nates ſuper manum ſedendo. *Et iurauit ei ſuper ſermone hoc.* Ideſt, iurauit completurum ſe iuxta poſſe omnes ſermones, quos dixerat Abraham. *Tulit itaque decem camelos.* Iſtos portabat ad ducendum in eis multa iocalia pro vxore futura Iſaac, & pro parentibus, & cognatis eius, vt patet infra, & vt duceret in eiſdem vxorem futuram Domini ſui, cum aliquibus famulabus eius. *De grege Domini ſui.* Multos enim camelos habebat Abraham, quia vir ditiſſimus erat. Et dicit Rabbi Sa. quòd iſti decem cameli erant diſtincti ab alijs, quia erant roſtrati, vt quando in itinere eſſent, non poſſent paſcere blada aliena. *Et abijt.* Non eſt intelligendum quòd iſte Eliezer ſolus iuerit, quia non poterat ſolus regere, & curare decem camelos. Abierunt ergo alij de ſeruis Abrahæ cum eo, vt infra patet in litera. Sed hic ſolum fit de Eliezer mentio, quia ipſe mittebatur vt Dominus totius negocij. *Et omnibus bonis eius.* Ideſt, Abrahæ. *Secum portans.* Portauit enim de auro, & argento vaſa, & iocalia, & veſtes, & multa alia donaria, vt patet infra, quia puellæ, & parentibus, & cognatis dedit dona. In Hebręo dicitur. *Portans ſecum omnia bona eius.* Dicunt Hebręi quòd portabat Eliezer vnam chartam, in qua conſtebatur Abraham donare omnia bona ſua tam mobilia, quam immobilia filio ſuo Iſaac, & hoc erat ad commouendum parentes vxoris, vt libenter traderent filiam ſuam homini tam diuiti, ideo Eliezer portans illam chartam, æquiualenter portabat omnia bona Abrahæ. Et ſic fuit quia Abraham tradidit omnia bona ſua Iſaac, alijs autem filiis concubinarum largitus eſt munera, & ſeparauit eos ab Iſaac, vt patet infra cap. ſequenti. Vel dicitur portare omnia bona, quia hic eſt locutio hiperbolica, quia in ſacra ſcriptura conſueta eſt, vt ponatur, omnis, pro multis. Dicebatur ergo portare omnia bona, quia portabat valde multa. *Profectus perrexit in Meſopotamiam.* Meſopotamia non eſt nomen alicuius regni, vel prouincię, ſed nomen ciuitatis, & eſt appellatiuum compoſitum apud Græcos: dicitur autem à meſo, quod eſt medium, & potamos, quod eſt aqua, quaſi medietas aquarum, quia ciuitas illa eſt inter aquas, eſt autem nomen proprium illius ciuitatis Aran: nomen appellatiuum eſt Meſopotamia, & tantum eſt dicere Aran Meſopotamiæ, ſicut Aran inter aquas, & ideo in Hebræo vocatur. *Aran Naharayn.* Ideſt Aran fluuiorum vel aquarum, quia eſt ita inter flumina. *Ad vrbem Nachor.* Vocatur vrbs Nachor ipſa Aran, quia Nachor poſt mortem Thare manſerat ibi recedente Abraham, vel vocatur vrbs Nachor aliquis paruus locus, quem Nachor condidit circa Aran, & ille etiam eſt inter aquas, ſicut Aran, & tunc Meſopotamia erit nomẽ commune ad territorium illarum ciuitatum, quæ manent inter aquas, vt ipſamet Aran: vocat vrbs Nachor, quia Nachor erat in illa ciuitate maior. *Cumque Camelos.* Hic ponitur ſecunda vxoris poſtulatio, & primo petit eam a parentibus puellæ per conſenſum ſtulatio, ibi. *Qui ait non comedam.* Cumque feciſſet Camelos accumbere, ideſt cubare: erant enim Cameli feſſi labore itineris: ideo fecit eos accumbere circa fontem, vt expectaret quãdo veniret aliqua puella ad hauriendũ aquã, vt camelis potum daret. *Extra oppidum.* Scilicet extra vrbem Nachor, ad q̃ ipſo die accedebat. Aliqui autem putãt, ꝙ Eliezer ipſa die, qua receſſit de domo Abrahæ acceſſit ad vrbem Nachor. Dicendum, ꝙ in multis diebus acceſſit Eliezer ad vrbem Nachor, ſed hic non fit mentio de illis, quia nil attinẽt ad intentionem ſacræ ſcripturæ, quæ nunquam ſuperflua eſt, neque euagans ad impertinentia materiæ. Et cum magno labore peruenit illuc, quia vt ait Ioſephus in Meſopotamia tẽpore hyemis eſt luti profunditas, in eſtate aquarum defectus, in montibus latrones. Eſt aũt de ciuitate Aran vſque ad locum, in quo tunc manebat Abrahã iter ſeptem, vel octo dierum, vt patet infra 31. cap. Dñ ibi, ꝙ redeunte Iacob clandeſtine de Meſopotamia proſecutus fuit eum Laban diebus ſeptẽ, & comprehendit eum in monte Galaad ante Iordanẽ veniẽtibus de Aegypto in terrã Chanaan per viã, qua venerunt Hebręi, vt patet Num. 32. & Deut. 3. c. Eſt autem mons Galaad in ſorte duarum tribuum, & dimidiæ, q̃ manſerunt trans Iordanẽ, vt patet in prędictis cap. Ab illo monte vſque Berſabee, vbi tunc manebat Abraham erat iter duorum dierum, vel quaſi, & ſic eſſet totum iter nouem dierum, vel decem, quia Laban velociter mouebatur, vt comprehẽderet in itinere Iacob, vt patet infra 31. Sed ab iſtis decem diebus ſubtrahantur tres, quia Laban, & filij eius paſcebant greges ſuos diſtãtes itinere dierum trium à gregibus, quos paſcebat Iacob, vt patet infra 30. cap. quibus detractis à decem manebit iter ſeptem dierum, vel quaſi à Berſabee vſque ad Aran Meſopotamiæ. Sed ponamus eos eſſe octo, vel nouem, vel fortè decẽ, quia Laban velociter perambulauit iter illud, quia ad comprehendendum Iacob fugientem veniebat. *Veſpere.* Ideo quia veſper erat, & oppidum prope erat: Eliezer fecerat accumbere camelos apud puteum. Tempore quo ſolẽt mulieres egredi ad hauriẽdum aquam, quia illo tempore aqua eſt temperantior, quàm in meridie, vel alio tempore diei. Etiam quia tunc neceſſaria eſt ꝙ nocte ad varios vſus, & per noctem pro ea ire non poſſunt. *Occurre hodie obſecro mihi.* Ideſt licet ſemper vellem, ꝙ mihi occurreres, ſpecialiter tũ hodie, quia nunc eſt tẽpus explendi negocium meum. *Fac miſericordiam cum Domino meo Abraham.* Quia dirigendo nunc legationẽ meam magnam miſericordiam facies Domino meo Abrahæ. *En ſto prope fontem.* Hic ponitur ſignum, qđ Eliezer à Deo inſpiratus poſuit ad videndum, vtrum Deus proſperaret iter eius, & iſtud ſignum petitũ non fuit per auguria, vel ſortilegia, vel Geomantiam, vel aliquam artem prohibitam. Sed præmiſſa oratione ad Deum, & à Deo inſpiratus hoc ſignũ poſuit. Et in hoc videbatur imponere legem Deo, ſ. ſi ei miſericordiã facturus erat, ꝙ illo modo faceret, ſed non erat tentare Deum, vel ei imponere legẽ, quia fiebat in magno dubio, & præmiſſa deuota oratione. De modo aũt vtẽdi ſortibus, uel ſimilibus diximus Nume. 26. & 27. cap. Signum aũt, quod Eliezer poſuit ad videndã Dei miſericordiam in litera ponitur. Ioſephus autem dicit, ꝙ Eliezer dixit, ꝙ ſi puellis venientibus ad hauriendã aquam, & ipſo petente ab eis potum, & omnibus negantibus vna ex eis liberaliter concederet ſe daturam pro ſe, & camelis ſuis, illa eſſet, quæ danda eſſet in vxorem Iſaac. Sed hoc non concordat intentioni literę, quia litera vult, ꝙ illa puella a qua primo peteret aquã, & daret ei liberaliter ipſa eſſet uxor Iſaac. *Prope fontem.* Supra uocauit eum puteum, & ſic uerum eſt, ꝙ erat puteus, quia non poterat accipere aquam Eliezer pro ſe, uel camelis ſuis, niſi aliquis hauriret ei. Hebraica tamen conditio non facit differentiam inter puteũ,

Opinio aliquorũ de Eliezer.

Femur quid ſit.

Opinio Rabbi Sol. de Camelis Abrahę.

Ergo Eliezer non dedit ſignum Rebeccę, ſed Rebecca Eliezer, vt dicit Ioſephus.

A & fontem. Et patet in hoc ſiccitas terræ illius, quia nõ erant fontes, ſed omnes conueniebant extra ciuitatẽ ad hauriendum de uno puteo aquam. Ex quo patet, quòd iſta urbs Nachor non erat Aran, quia Aran eſt inter duo flumina, ideo abundabit aquis, nec indigebit puteis. Vel fortè dicendum, quòd illa flumina nõ ſunt circa ciuitatem, ſed aliqualiter diſtantia; immo ſatis diſtantia, quia illa ſunt Eufrates à parte Meridiana, & Tigris à parte Septentrionali, ut ait Solinus in Poliſtor. cap. de Eufrate: iſta autem duo flumina non multũ cõiuncta ſunt. *Egredientur ad hauriendam aquam.* Hoc Eliezer aſſertiuè dicebat, quia cognoſcebat conſuetudinem terrę, ſcilicet, quòd exirẽt pro aqua puellæ in ueſpere. *Igitur puella, cui dixero.* Scilicet primo.
B Sed ſecundum Ioſephum dicendum eſt ultimo, ita ꝙ primo peteret ab alijs, & omnibus alijs negantibus illa concederet. Sed conſonantia ad literam nulla eſt, quia immediatè dicitur. Nondum intra ſe uerba cõpleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur. *Quin, & camelis tuis dabo potum.* Hoc poſuit Eliezer cautè, ut manifeſtè uideret bonitatem Dei: quòd enim aliqua puella daret potum Eliezer nõ erat multum. Sed ꝙ aliqua puella uidens hominem alienigenam libenter, & ſine petitione daret ei, & camelis ſuis potum, ualde magna bonitas uidebatur, ad quam nulla puella inclinaretur niſi illa, quam Deus ſpecialiter inclinaſſet. *Ipſa eſt mulier, quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac.* Iſta nõ dicuntur per modum Prophetię, ſed per modum orationis, ſ. ò Domine ego rogo quando exiuerint puellę ad hauriendam aquam, & ego petiuero ab una, & mihi libenter pro me, & camelis dederit, ipſa ſit mulier, quã pręparaſti Iſaac, ſcilicet, ut ego intelligam qualiter facis miſericordiam cum ipſo. *Per hoc intelligam.* Acſi dicat, ante quàm res fiant, ſi non poneres aliquod ſignum, etiam ſi poſtea miſericordiam faceres Domino meo, ego non intelligerem.

Duo erant in iſto ſigno, quæ faciebant intelligere Eliezer diuinam miſericordiam.

Primum. Primum, quia quãdocunque aliqua proponuntur, ut fiant, & poſt totaliter ſic eueniunt, non dicuntur, ꝓprie eſſe ab aliqua cauſa per accidens, ſed à cauſa intellectiua hoc directè intendente.

Secundũ. Secundum eſt, quòd in iſto talia proponebantur, qualia nulla puella ageret, niſi mota interius à Deo, ſcilicet adaquare gratis decem camelos ſine petitione Domini camelorũ: ideo quandocunque iſta contingerent apparet manifeſtè, quòd Deus illa facerer. *Nec dum intra ſe.* Ideſt in conceptu ſuo. *Verba compleuerat.* Verba mentalia ſunt, quæ ſine vocali prolatione ſolo animo concipiente formantur, & eſt ſenſus; nondum perfectè cogitauerat iſtud ſignum determinans ſe ad unam partem, uel ad aliam. *Et ecce Rebecca egrediebatur.* Deus, qui mouerat Eliezer ad taliter concipiendum mouit Rebeccam ad egrediẽdum pro aqua, & ipſa uenit ante alias, ut ex hoc certificaretur magis Eliezer uidens hoc à Deo ſic ordinatè fieri, & uelociter. *Filia Bathuelis.* Vt dictum fuit ſupra 22. cap. *Filij Melchæ.* Melcha erat
E filia Aram fratris Nachor, & Abrahæ, & erat ſoror Loth, & Saræ, & cõſobrina Abrahæ, & uxor Nachor. *Habens hydriam in ſcapula.* Ideſt portans hydriam ſuper ſcapulam. *Puella decora nimis.* Erat enim vultus decẽtiſſimi, quantum ad membrorum proportionem, & lenitatem, & quantum ad uiuidum colorem. *Virgoque pulcherrima.* Virgines pulchriores ſunt, & fulgẽtiores, quia intactæ uiris, cum autem cognoſcuntur marceſcit color uiuidus, & lenitas vultus deturpatur, quaſi floribus manibus tactis, uel ijs qui nondum ab aliquo contacti fuerunt.

Deſcenditq; ad fontẽ. Erat enim fons in humiliori, & decliuiori loco, q̃ ciuitas: iſta. n. eſt conditio aquarũ, ꝙ

erumpant in loco depresso, quia non potest eleuari magis locus eruptionis, quam ad equilibram originis, ideſt non poteſt eſſe altior locus, in quo aquæ naſcuntur, quando erumpunt, quàm locus, in quo primo originantur, vt patet per Philoſophũ in 2. Meteo. *Occurritque ei ſeruus*. Ante ſtabat ad fontem Eliezer, quàm Rebecca ueniret, ſed permiſit eam haurire aquam, & poſtea acceſſit ad eam petens aquam. *Pauxillum*. Ideſt paucum diminutiuum eſt. *Bibe Domine mi*. Rebecca erat bene morigerata, & in verbis ſuis vrbana: ideo ſic placidè loquebatur, maximè nunc, quia Deus eam interius mouerat ad faciendum hoc, vt compleretur, quod Eliezer cogitauerat. *Quin*. Ideſt etiam. *Camelis tuis hauriam aquam*. Et effundam in canalibus paratis, vt potarent pecora, & iumenta, vt ſatientur aqua. *Donec cuncti bibant*. Magna benignitas in hoc ſignatur, quia licet moraretur puella, dixit tamen ſe velle expectare, quo vſque omnes cameli bibiſſent. *Effundens hydriam in canalibus*. Qui erant quidam magni lapides cauati, in quibus mittebatur aqua ad potum pecorũ, & iumentorum. *Recurrit ad puteum*. Puteus aliqualiter ſeparatus erat à canalibus, ne pecora, vel iumenta adaquanda puteo appropinquarent. *Ille autem*. Ideſt Eliezer. *Contemplabatur eam tacitus*. Quia videbat fieri ea, quæ propoſuerat. Sed adhuc tacitus erat, donec videret exitum rei. *Scire volens*. Per iſta, quæ faciebat Rebecca. *Vtrum proſperum feciſſet Deus iter eius, an non*. In hoc iudicium rei aſſumebat, quia ſi Rebecca ageret omnia, quæ Eliezer propoſuerat, intelligeret, quòd Deus feciſſet iter proſperum. Si autem in aliquo deficeret, non erat iter proſperatum. *Poſtquàm ergo biberunt cameli*. In hoc finiebat id, quod propoſuerat Eliezer. Cum ergo vidiſſet omnia proſperè facta exultans de bono euentu. *Dedit puellæ inaures*. In Hebræo dicitur. *Inaurem auream*. Sed intelligendum eſt, quòd dedit ei duas inaures, quia vna inauris ſola non eſt ornatus, ſed ſtultitia. *Appendentes ſiclos duos*. Quælibet inauris appendebat ſiclum vnum. Siclus aliquando accipitur pro moneta aliquando pro pondere. De primo dictum fuit præcedenti cap. Terra, quam poſtulas, quadringentos ſiclos argenti valet, & Numer. capi. 3. vbi mandatur primogenita hominum redimi quinque ſiclis. De ſecundo patet hic, & Leuit. vlt. ſiclus viginti obolos habet. Sed dicendum, quòd vtrũque eſt idem. Dico enim quòd ſiclus moneta eſt certa figura, & charactere determinata, & quia erat argentea non ſolum obſeruabatur ibi figura, ſed etiam pondus: ideo ſiclus licet principaliter eſſet moneta, ſecundario tamen erat pondus. In Hebræo dicitur. Appendentem, cuius pondus erat medietas ſicli. Reſpondetur, quòd duplex erat ſiclus, ſcilicet vſualis, & ſiclus ſanctuarij: ſiclus autem ſanctuarij erat duplus ad ſiclum vſualem, ideo dando medium ſiclum de ſanctuarij ſiclis, dabat vnum ſiclum vſualem: litera autem noſtra non computauit per ſiclos ſanctuarij, ſed per vſuales; & ideo poſuit vnum, p medio. Et quia litera Hebraica ponit vnam inaurem: ideo determinauit pondus eius medium ſiclum, qui eſt vnus ſiclus vſualis: litera autem noſtra, quia poſuit duas inaures, poſuit ſiclum duplum, ſcilicet duos ſiclos vſuales, qui faciunt vnum ſiclum ſanctuarij.

Siclus duplex.

Et ſi arguatur contra, quia tempore Eliezer nõ erat ſiclus ſanctuarij, qui inuentus fuit poſtea data lege. Reſpondetur, quòd hoc dicetur per anticipationem, quia licet non eſſent tunc ſicli ſanctuarij: dedit tamen Moyſes tantum pondus, quãtum erat vnus ſiclus ſanctuarij, i. duos ſiclos vſuales. *Et armillas totidem*. Ideſt duas armillas. Dicuntur armillę ab armo, ideſt brachio, quia ſunt ornamenta brachiorum. *Pondo ſiclorum decem*. Pondo, ideſt pondere, ſcilicet, quod quælibet armilla põderaret ſiclos quinque. *Dixitque ad eam: cuius es filia?* Communiter dicunt doctores, quòd hic eſt mutatus ordo, qa primo quæſiuit à puella, de qua cognatione eſſet. Deinde cognito, quòd eſſet de cognatione Abrahæ, & quòd illa conueniret domino ſuo, dedit ei iocalia. Si enim dediſſet iocalia antequàm conſtaret ei, de qua cognatione eſſet, ſtultus fuiſſet, quia poterat dare alicui, quæ eſſet de genere Gentilium, & illa non debebat fieri vxor Iſaac. Et iſte ordo tenetur infra cum Eliezer narraret infra ea, quæ ſibi contigerunt. Primo dixit, quòd quæſiuerat à puella de cognatione eius, deinde dedit ei iocalia.

Vnde dicatur armilla.

Sed hoc non obſtante poteſt valde bene dici, quòd Eliezer dedit Rebeccæ iocalia antequàm inquireret de cognatione eius. Et ratio eſt, quia ſic iſte textus ordinat, & fundatur in hoc, quia Eliezer dixerat, quòd illa puella, quæ daret ei aquam, & camelis ſuis, illa eſſet Domini ſui vxor, & in hoc intelligeret, quòd Deus proſperum faceret iter eius, cum ergo Rebecca venit, & dedit ei potum, & camellis, ipſe intellexit certiſſimè, quòd Deus proſperum feciſſet iter eius. Quid ergo reſtabat niſi, ut firmiter crederet, quòd illa puella futura erat vxor Domini ſui, quod ergo inconueniens, vel quæ ſtultitia erat tradere ei iocalia tanquàm indubitatæ vxori Domini ſui? ideo erat magna fidelitas quantum ad Deum, quia ſine aliqua alia humana inquiſitione aſſentiebat propoſito cõfirmato per orationem ad Deum.

Et quando obijcitur, quòd erat ſtultitia dare inaures puellæ, quam non cognoſcebat, quia ſi non fuiſſet de cognatione Abrahę, nõ decebit eam accipi in vxorem. Reſpondetur, quòd ſi Eliezer inquireret vxorẽ pro domino ſuo ſolum conſilio humano, imprudens fuiſſet dando iocalia tanti valoris alicui puellæ, cuius cognationem ignorabat, ſed ipſe faciebat iſta innixus ſuper orationem factam ad Deum, & ſuper ſignum, quod propoſuerat: cum enim videret Eliezer, quòd Deus compleret omnia, quę ipſe intra ſe propoſuerat, dubitare non debuit, quin illa eſſet vxor parata domino ſuo, vt ſupra propoſuerat. Et per conſequens dubitare non debebat, quin illa eſſet de genere Abrahæ, uel non; immo firmiter tenere debuit, ꝙ eſſet de cognatione Abrahæ, quia Deus non pararet ei, niſi vxorem, quę conueniret domino ſuo, & hanc eſſe oportebat de cognatione ſua. Et ideo Eliezer quando propoſuit hoc ſignum dixit: Igitur puella cui ego dixero, inclina hydriam tuam, ut bibam, & non dixit; igitur puella de cognatione Abrahæ, cui ego dixero, inclina hydriam tuam; & hoc quia Eliezer ſperauit in Domino, ꝙ ipſe faceret, quemadmodum condecebat; & ideo credidit, ꝙ puella, quam ipſe pararet, & diſponeret ad faciendum ſupradicta, non eſſet de Gentilibus, ſed de cognatione Abrahæ: ideo ſupra diuinum conſilium nõ oportebat perſcrutationem humanam ſuperuenire.

Et ſi dicas, quare ergo poſtea Eliezer quæſiuit de cognatione puellæ? Reſpondetur, quòd non quæſiuit ad ſe certificãdum vtrũ eſſet de cognatione Abrahæ, neſciebat tamen cuius filia eſſet, & uolebat ſcire, ut illuc iret ad petendum eam: & ideo non quæſiuit dicens, de qua cognatione es? ſed dixit: cuius es filia? Et ad aliud quando dicitur, quòd infra ponitur, quòd primo quæſiuit de cognatione, quam dediſſet inaures. Reſpondetur, quòd ſupra contrario mõ ponitur, & hoc non eſt mirum, quia ſępe in ſacra ſcriptura mutatur ordo rerum, & narrationum. Neceſſe eſt ergo unum iſtorum teneri, quia non poteſt uterque teneri, quis ergo tenebitur? Dico quòd ille ordo prior, & ratio eſt, quia nulla uidetur ratio, quare iſte debuiſſet mutari ab ordine rei geſtæ, de quo autẽ cauſa eſt, quia Eliezer

Eliezer uolebat allicere parentes, & cognatos Rebeccæ ad dandum eam in vxorem domino ſuo, & quia ſi dixiſſet, ꝙ dederat puellæ inaures, & armillas antea, quam peteret, de qua cognatione erat, ipſi intelligerent, quòd nihil feciſſet in ſpeciali pro eis. Sed dabat illi puellæ, quæcunque illa eſſet, vel de quacunque cognatione, quia dederat ei potum, & camelis. Iſte autem ordo hic deſignatus non eſt aliqua ratio, quare mutatus iudicari debeat ab ordine rei geſtæ, quia hic non fiebat narratio ad perſuadẽdum alicui, ſed ſolum narratur veritas rei pro ut fuit; & idem modus mutationis habetur ſupra 8. cap. Cum enim Sara dixiſſet: poſtquàm conſenui, & dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo? in quo denotabat ſenectutem Abrahæ, & ſenectutem ſuam: quando autem angelus poſt retulit iſta verba Abrahæ, ne redderet eum indignatum contra vxorem ſuam ſubticuit, quòd Sara dixerat de ſenectute Abrahæ, & expreſſit, quòd dixerat Sara perrinens ad ſuam ſenectutem, ſcilicet nunquid paritura ſum anus? ideſt exiſtens in vetuſtate.

Regula ſimel. ſic. ſupp.

Sciendum ergo pro regula, quòd quandocunque aliquid narratur bis, aut pluries, & non ſecundum eũdem ordinem, ad ſciendum quis ordo eorum fuerit veriſſimus ordo rerum geſtarum, quòd inquirendum eſt circa illas narrationes ſi inueniatur aliqua ratio mouens, quare debuerit recitans moueri ad mutandum ordinem, vel dicendum magis ſic, quàm ſic, & tunc tenendum eſt, quòd non eſt ille ordo veriſſimus rei geſtæ, & ſic quærendum eſt quandocunque aliquid multotiens dicitur diuerſimodè: quando autem deuenitur ad hoc, quòd non magis differt ſic, quàm aliter dicere, illud eſt, quod teneri debet tanquàm verus ordo rerum geſtarum. Sed fortè dices, cum contraria non ſint ſimul vera, & ſcriptura ſacra ponat hic cõtrarietates, ponit aliquod falſum. Reſpondetur, quòd quædam cõtrarietas eſt in ordine rerum narratarum, alia eſt in ſignato propoſitionum. Contrarietas enim, quæ eſt in propoſitionibus facit, quòd vnum ſit verũ, & reliquum non, vel verius dicendum, contrarietas facit, quòd vnum ſit falſum ad minus, & talis contrarietas nunquã reperitur in ſacra ſcriptura, & ſi aliquando in ſuperficie verborum videatur contrarietas, conſiderato ſignificato propoſitionis nulla contrarietas eſt. Contrarietas autem ordinis nullo modo cauſat falſitatem, vnde ſi aliqui duo narrent idem factum, & vnus ponat finem ad principium, & alius teneat rectũ ordinem, nullus iſtorum falſum dicit, quia falſitas eſt dicere contra id, quod factum fuit; ordo autem nihil negat, vel aſſerit; ideo non eſt mendacij cauſa. Secus tamen eſt, ſi aliquis diceret, quòd illud, quod factũ fuit in principio, fuerit factum in fine, quia tunc eſt dicere contra illud, quod eſt; & ideo eſt falſum, & eſt ibi contrarietas non ſolum in ordine, ſed in ſignificato propoſitionis. Conſiderandum etiam, quòd in ſacra ſcriptura aliquã do narratur idem multotiens, & diuerſis modis, & vnus illorum modorum eſt poſitus ab ipſo ſcribente librum, alius eſt, quem tenuit ille, qui talia dixit, de quo ſcribens ſcripſit, & tunc videndum eſt, quis eſt ordo, quem ponit ſcriptor libri, & ille eſt ordo narrationis, vel rei geſtæ, & non ille, quem tenuit ille, de quo ſcribens ſcribit, ut hic. Iſte enim ordo, qui hic præponitur, eſt ordo, quem ponit Moyſes ſcriptor huius libri, vt patet ex litera, ſcilicet, poſtquàm ergo biberunt cameli, protulit vir inaures aureas. Ordo autem, qui infra ponitur fuit, ſecundum quem protulit uerba Eliezer, ſ. Interrogauitque eam, & dixi cuius es filia, quæ reſpondit: filia Bathuelis ſum. Suſpendi itaque inaures ad ornandum vultum eius. Et ſic patet in multis alijs locis ſacræ ſcripturæ.

Reſpicitur ordo narrationis ſupra.

Fundamentum autem regulæ huius eſt, ꝙ aliquando ſcriptura narrat aliqua mendacia, non quòd aſſerat ſic fuiſſe, ſed quòd dicat aliquos homines ſic dixiſſe: & ideo ſicut nunc, ſi ponantur duæ propoſitiones cõtrariæ totaliter in ſacra ſcriptura, quarũ vna ponatur à ſcriptore libri ſacræ ſcripturæ, & alia dicatur ab aliquo homine, de quo ſcribitur hiſtoria, dicẽdum eſt, quòd illa propoſitio, quam protulit ſcriptor libri eſt vera, & de intentione ſacræ ſcripturæ: illa autem, quam protulit homo, de quo ſcribitur hiſtoria, eſt falſa, & non eſt de intentione ſacræ ſcripturæ. Sicut patet de beato Petro, qui dixit, ſe non eſſe Chriſti diſcipulum, nec illum nouiſſe, vt habetur Matth. 26. Sed Beatus Matthæus ſcriptor Euangelij dicit, quòd diſcipuli Chriſti erant duodecim, quorum primus erat Simon, qui dicitur Petrus, vt patet Matth. 10. ap. iſtæ duæ propoſitiones contradicunt directè, quæ ergo tenenda eſt? Dico quòd quilibet intelligens recurrit ad propoſitionem ſcribentis, ſcilicet, quòd Petrus fuerit Chriſti diſcipulus, & dicet propoſitionem Petri falſiſſimam eſſe. Idem ergo dicendum de ordine narrandi, quòd quãdo ſcriptor libri narrauit rem per vnum modum, & aliquis, de quo ſcribitur hiſtoria, narrat per alium modum, tenenda eſt narratio illius, qui ſcripſit librũ, quia illam aſſerit ſacra ſcriptura. Cum ergo ordo primus ſit ordo Moyſi ſcribentis, & ordo ſecundus ſit ordo Eliezer narrantis, tenendus eſt ordo primus, ſcilicet Moyſi.

Conſimilis reſpon. ad prius dicta.

Sed contra obijcies, quòd ſi iſte ordo narrationis hic poſitus diſſonaret ab ordine rei geſtæ, ipſa Rebecca audiens hoc, diceret ſic non fuiſſe, vel ipſe Eliezer non auderet mutare ordinem, ne redargueretur.

Reſpondetur, quòd Eliezer mutauit verum ordinem ex cauſa ſupra aſſignata, nec timuit mutare eũ, quia fortè Rebecca præſens non erat, quando Eliezer iſta narrabat, ſed receſſerat ad aliquam partem domus, vel ſi præſens eſſet, non redargueret, quia fortè non reſpiceret, quia mutare modicum de ordine nihil referebat.

Vel dato, quòd ipſa intellexiſſet eum mutare ordinem, quia puella verecunda erat, non loqueretur ad redarguendum eum. *Eſt ne in domo patris tui locus ad manendum?* Ideſt ad hoſpitandum iſta nocte; volebat enim Eliezer manere in domo Rebeccæ, quia intendebat eam petere in uxorem pro domino ſuo; & ideo melius colloqueretur, & procuraret negocium manens in domo, quàm ſi extra hoſpitaretur, quia in domo exiſtens uideret opportunitates ad proponẽdum, quas non videret extra exiſtens. *Quæ reſpondit: filia ſum Bathuelis*. Duæ quæſtiones fuerunt poſitæ Rebeccæ, vna de cognatione ſua, alia de loco ad manendum: ipſa autem ad vtranque reſpondit eodem ordine, quo quærebatur, in quo prudentia apparet reſpondentis: erat enim Rebecca puella prudens valde. *Quem peperit ex Nathor*. Narrauit Rebecca genus ſuum vſq; ad Nachor aſcendendo. Et fortè dicet aliquis, quòd ideo factum eſt, quia Nachor attinebat Abrahæ, cum eſſet eius frater. Sed dicetur, quòd hoc non eſt verum, quia Rebecca neſciebat vtrum ille homo eſſet ſeruus Abrahæ, & ideo non habebat aliquid, propter quod narraret vſq; ad Nachor. Reſpondetur, quod licet Rebecca ignoraret iſtum eſſe ſeruum Abrahæ, tamen mouebatur à Deo, qui totum iſtud negocium quodam occultiſſimo ordine conuertebat, vt ipſa narraret vſque ad Nachor, quem Eliezer ſciebat eſſe fratrem Abrahę, quia à Domino ſuo ſępe hoc audierat, & ſic Eliezer iret lętus in domum Rebeccę. Si autem dixiſſet Rebecca ſolum filia Bathuelis ſum non cognoſceret Eliezer vtrum eſſet de cognatione Abrahæ, quia Abraham non ſolebat facere mẽtionem de Bathuele, quia nunquàm eum viderat,

Reſponſio Rebeccæ ad Eliezer

& ista est fundamẽtalis causa. Posset etiam dici, quòd Rebecca uolebat ei suam cognationem totaliter narrare, & narrauit usque ad Nachor, qui erat auus, quia communiter puellæ, & pueri non sciunt nomina suorum pdecessorum, nisi auorum, quia alios videre non solent. *Palearum quoque, & fœni.* Ista duo sunt conuenientia pabula camelorum, & licet Rebecca solum fuisset quæsita de loco ad manendum pro camelis, respondit etiam de cibo eorum, quia sicut in hominibus non est perfecta hospitalitas dare lectum ad quiescendum, nisi detur cibus ad recreandum: ita enim supra patuit de Abraham, & de Loth cap. 18. & 19. qui hospitibus suis cibos immediatè parabant, sic etiã de iumentis ad complementum hospitij oportet dare pabula. De quibus Rebecca diligenter innuit non quæsita iudicans esse necessaria. *Et locus spatiosus ad manendum.* Ita requirebatur pro decem camelis. *Inclinauit se homo.* Scilicet Eliezer ad terram se inclinans figendo genua, vel caput premendo usque ad terram, vt infra dicitur pronusque adorauit Dominum. *Adorauit Dominum.* Gratias agens pro tãtis eius beneficijs, quia iter suum prosperum fecisset. *Deus Domini mei Abraham.* Idest Deus, quem colit, & profitetur Dominus meus Abraham. Dicebat hoc ad differentiam deorum Gentium. Eliezer etiam verum Deum colebat ex doctrina Abrahæ, vt diximus supra isto cap. *Qui non abstulit misericordiam suam, & veritatem suam à Domino meo.* Dirigere iter Eliezer secundum desiderium eius, vt haberet uxorem pro Domino suo vocatur hic misericordia Dei, & veritas: misericordia aũt, quia Deus non fecit hoc tãquam ad hoc compelleretur, vel alias obligaretur, sed sola benignitate sua, vocatur autem veritas, quia Deus promiserat Abrahæ, quòd daret ei semen multum, & daret terram Chanaan, quòd ergo dirigeret Eliezer, quod erat quasi medium ad finem, erat veritas, idest fidelitas, scilicet custodire pmissum. *Cucurrit autem puella.* Idest aliqualiter magis festinanter iuit cum hydria, quàm ire consueuerat: non tamẽ currebat, quia nec honestati virginali cursus decebat, nec cum hydria hoc facere poterat: Eliezer aũt mansit apud puteum cum camelis, dum Rebecca festinabat ad Dominum, vt expectaret si aliquis veniret ad ducendum eum in hospitium, donec venit Laban, vt infra patet. *Et nunciauit in domum matris suæ.* Rebecca autem antequàm reciperet illa donaria quæ fuit ab illo viro vnde erat, & quid inquirebat, & cognito, quòd esset seruus Abrahæ auunculi sui recepit: alias enim non recepisset cum esset virgo honesta, & valde instructa moraliter, malum. n. signum est in mulieribus recipere dona maximè à viris incognitis: ideo dicitur.

Quæ recipit dona, fœmina nulla bona.

Obiectio. Responsio

Iuit autem ad annunciandum in domum matris suæ, quia vt vult Iosephus Bathuel pater eius iam mortuus fuerat, ideo domus denominatur à matre. Sed contra hoc videtur textus infra, vbi dicitur. *Responderunt Laban, & Bathuel.* Tenendo autem positionem Iosephi. Dicendum, quòd ille Bathuel non erat pater Rebeccæ, sed frater eius minor, quàm Laban; ideo ponitur post Laban: communis tamẽ positio est Catholicorũ, & Hebræorum, quòd Bathuel viuebat adhuc. Sed vocatur hic domus matris, quia puellæ magis colloquuntur matribus, quã patribus; & ideo matri renunciauit ista, & non patri: & sic dicitur cucurrisse ad domum matris.

Alia respõsio.

Vel dicendum, quòd mulieres tenebant tunc intra domos virorum quasdam mansiunculas, in quibus faciebant opera muliebria cum puellis suis, & ad illam domum cucurrit Rebecca, & nunciauit prædicta, quæ vocatur domus matris suæ. *Habebat autem Rebecca frater nomine Laban.* Nomen istius hic exprimitur, quia iste fuit, qui postea persecutus fuit Iacob, & dedit ei filias suas Liam, & Rachel, vt infra 29. & 30. & 31. cap. *Qui festinus egressus est ad hominem.* Idest ad Eliezer, qa uiderat donaria, quæ dederat sorori suæ Rebeccæ, & audierat uerba. *Vbi erat fons.* Scilicet ubi adaquauerat camelos: expectabat enim Eliezer, quòd aliquis ueniret ad uocandum eum. *Cumque audiuisset.* Istud ponitur per recapitulationem, quia prius audiuit Laban verba sororis, quàm iret ad Eliezer. *Cuncta verba referentis.* Retulit enim verba ista matri, & fratri. *Hac locutus est mihi homo.* Ista sunt uerba Rebeccæ. Dicebat enim, homo ille dixit mihi ista, & ista. *Venit ad virum.* Scilicet Eliezer. *Qui stabat iuxta camelos.* Qui adhuc accubabant. *Ingredere benedicte Domini.* Idest ò vir, cui Deus benedixit. *Ingredere.* Idest intra in ciuitatem, & uade in domum nostram. *Cur foris stas?* Quasi dicat, tu non deberes stare foris, quasi hospes, sed deberes ire in domum nostram, quasi in domum Abrahæ, quia seruus illius es. *Præparaui locum, & domum camelis.* Ex quo patet, quòd post narrationẽ Rebeccæ non statim uenit ad uirum. Sed prius parauit hospitium uelocius, quàm potuit. *Destrauit camelos.* Idest tulit sellas, siue clitellas camelorum desuper, & onera: nam sterno signat ponere sellam, uel clitellam, desterno destraui in præterito signat tollere sellam, uel clitellam, & in hoc patet urbanitas Laban, quia adiuuit Eliezer ad destrãdum camelos, & locandum sarcinulas suas. *Et aquam ad lauandos pedes camelorum.* Ad purgandum puluerem, qui nocet pedibus camelorum, & in hoc magna quies, & refrigeratio est illis. *Et virorum, qui venerant cum eo.* Ex hoc patet, quod supra dixeramus, scilicet quòd aliqui uiri uenerant cum Eliezer, quia cum ipse deberet ex apparatu suo indicare diuitias Abrahæ, decebat, ut alij uiri irent cum eo ad honorandum. Item quia Eliezer intendebat ducere secum sponsam Domini sui Isaac, si Deus dirigeret iter suum, & daret ei, quod petebat, sed ad portandum sponsam nouam, requirebatur magnus honor; ergo plures uiri requirebantur, qui famularentur, & suspitionem tollerent: nam unam pulchram iuuenculam cum uno solo uiro, qui non sit magna consanguinitate coniunctus, scilicet, quòd sit pater, uel frater, ita ut suspitio mali elidatur, ualde inhonestum est, & ad infamiam promptum, quam ualde abijci in presenti decebat.

Mos antiquorũ in pedibus abluẽdis.

Itẽ quia Eliezer portabat decem camelos de optimis camelis domini sui, ut patet supra in litera. Sed hoc non conueniebat uni uiro, quia solus Eliezer non poterat curam agere, decem camelorum. Pedes uirorum, qui uenerant cũ Eliezer, lauari fecit Laban, & non solum pedes eorum, sed etiam pedes ipsius Eliezer, qui principalis erat, & hoc fiebat ad refrigerandum eos ex labore itineris, & ut tolleretur puluis, qui siccitate sua humiditatem naturalem pedum cõsumit, & pedes findit, atque vulnera facit: erat autem iste vsus in terra illa, sicut in terra Chanaan. De quo supra 18. cap. vbi Abraham dedit aquam ad lauandum pedes angelorum, qui ueniebant in specie uirorum, & supra 19. ubi Loth duobus angelis de illis eadem die ad uesperum hospitio receptis ad lauandum pedes aquam præbuit. Et sicut tunc fiebat; ita postea consuetum fuit per ualde multa tempora, scilicet usque ad tempora Christi: nam tempore eius hospitibus peregrinantibus aqua dabatur ad lauandum pedes: & sic respondit Iesus Simoni Pharisæo, in cuius domo uescebatur, quasi dicens, quòd ipse non præbuisset perfectam hospitalitatem, quia aquam pedibus eius nõ dederat, nec osculum pacis: Maria autem Magdalenæ, propter quam ipse Simon Christum intra se

tra se arguebat osculabatur pedes Domini, & lachrymis rigans capillis tergebat, vt patet Luc. 7. cap. Si autem tunc non esset consuetudo dandi aquam pedibus hospitum, non iustè videretur Christus inuehi contra Pharisæum dicens: Aquam pedibus meis non dedisti, quia tunc peteret aliquid speciale, & insolitum. Ista ẽt consuetudo erat in Mesopotamia, vt viris itinerãtibus aqua daretur ad lauandum pedes, & camelis, licèt non tanta necessitas esset in terra Mesopotamiæ, sicut in terra Chanaan, quia cùm terra Mesopotamiæ sit magis Septentrionalis, quam terra Chanaan, erit etiam magis frigida, quia versus Septentrionem est maius frigus, quàm ad meridiem: in terra autem frigida nõ ita necesse est refrigerari pedes, sicut in terra multum callida. *Et appositus est panis in conspectu eius.* Idest Eliezer, & intelligitur per panem omnia alia cibaria. Sic patet 4. Reg. 6. cap. vbi dixit Eliseus pone coram eis panem, & sequitur, & posita est eis magna ciborum preparatio. *Non comedam, donec loquar sermones meos.* Idest sermones, quos mandauit mihi loqui dominus meus, in quo magna diligentia Eliezer monstratur, qui magis attendebat circa negotium domini sui, quã circa se ipsum, & noluit comedere, vel bibere ante, quia magis prompti sunt homines ad loquendum, & intelligendum ante potum, quàm post potum. *Respondit ei.* Iste qui respondebat erat Laban. *Seruus, inquit, Abraham sum.* In quo manifestat, quòd omnia, quæ dicit ex parte Abrahæ dicit. *Et Dominus benedixit.* Intendit hic Eliezer persuadere parentibus, & cognatis Rebeccæ, vt traderent eã in vxorem Isaac filio Abrahę; & ideo enumerat diuitias eius, quæ valde ad hoc inducunt, licèt aliud in copulandis prius considerari debet, scilicet morum honestas; narrauit etiam iuramentum, quo eum astrinxerat Abraham, vt veniret ad terram Mesopotamiæ, & omnia alia, quæ aliquod pondus persuasionis habent maximè ea, quæ contigerunt de proposito suo ad fontem, per quæ inducit istã copulam esse à voluntate Dei; & ideo si huic matrimonio resistunt Dei voluntati resistunt. *Et benedixit Dominus Domino meo valde.* Idest valde multiplicauit eum in honis temporalibus, quia vt dictum fuit Abraham habebat in domo sua trecentos, decem, & octo vernaculos, quando iuit ad bellum, contra quatuor reges supra 14. cap. quanto magis nunc, quia quotidie multiplicabatur? *Dedit ei boues.* Hic ponit omnia, in quibus Abraham abundabat, & in quibus erant diuitiæ temporis illius. *Et peperit Sara.* Hic accedit magis ad materiam volens probare persuasiuè, quòd deberent ei dare Rebeccam in vxorem pro domino suo Isaac. *In senectute sua.* Hoc etiam ponitur ad suadendum, quia parere in senectute miraculum est, verisimile, ergo est, quòd Deus benefacturus sit valde ei, quem in senectute parẽtum nasci fecit, propter quod quælibet mulier desiderare deberet tali viro copulari. *Deditque illi.* Idest Isaac. *Omnia, quæ habuerat.* Faciens ei donationem in vita, alijs autem filijs concubinarum largitus est muneta, vt patet infra 25. cap. & charam huius donationis portabat secum seruus Abrahæ, vt persuaderet magis illis. *Et adiurauit me Dominus meus.* Ista adiuratio in principio cap. posita fuit. *De filiabus Chananæorum.* Quia erant idolatræ, & pertraherent semen suum ad idolatriam, vel quia Chenanęi propter peccata sua expellendi erant de terra illa; ideo non erat iustum populum sanctum cum peceatoribus miscere connubia, vt patet Exo. 34. cap.

Narratio Eliezer ad Labã de Abrahã.

Sed ad domum patris mei. Idest ad Aran, in qua fuit domus patris mei Thare, & de cognatione mea, idest de filiabus, vel nepotibus Nachor, qui erat frater Abrahæ. *Quòd si noluerit.* Ista supra magis exposita sunt. *Dominus in cuius conspectu ambulo.* Idest Deus, cuius voluntatem facio, quod est ambulare coram eo. Sic dicitur supra 15. cap. ambula coram me, & esto perfectus. *Innocens eris à maledictione mea.* Idest à iuramento facto per modum maledictionis, vel imprecationis mali: postquàm Abraham proposuit omnia supradicta seruo suo, dixit quòd iuraret, & iurauit, tunc Abraham subiunxit maledictionem, & benedictionem sicut nunc fit, scilicet si sic feceris, Deus te adiuuet, sin autem rogo Deũ, vt omnia mala veniant super caput tuum. Si autem Eliezer faciente, quod poterat non daretur ei vxor ad ducendum in terrã Chanaan, innocens erat ab ista maledictione. *Cum veneris ad proximos meos.* Idest ad cognatos meos, qui morantur in Mesopotamia. *Veni ergo ad fontem hodie.* Volunt aliqui Iudæi, quòd venerit Eliezer miraculosè in vna die de Bersabee usque ad vrbem Nachor in Mesopotamia. Sed hoc non habet aliquem colorem.

Opinio Iudæorũ de itinere Eliezer.

Si enim tantum miraculum fuisset, scriptura non tacuisset, cum alia parua hic recitet. Dicendum ergo, vt supradiximus de itinere Bersabee usque in Mesopotamiam, scilicet, quòd iuerit in octo, vel nouem diebus: dicitur ergo. *Veni hodie.* Idest accessi hodie, quia licet ipso die non recesserat de Bersabee, accessit tamen ipso die ad fontem. *Domine Deus Domini mei.* Supra exposita sunt, ideo require ibi latius. *Si direxisti viam meam.* Dicet aliquis quomodo dicebat hoc Eliezer, quia hoc certum erat, quod enim præteritum est certum est. Satis ergo sciebat, si aliqua prospera, vel aduersa ei accidissent.

Respondetur quòd ea, quæ sunt ad finem dependent ex ipso fine. Bonum ergo, vel malum in ipsis accipitur secundum conformitatem bene se habendi. vel male ad finem, & ideo quãquam finis sit actualiter acquisitus non possunt iudicari bene, vel male se habere ea, quæ ad finem. Cum ergo iste Eliezer esset aliquid ad finem, idest aliquid ordinatum ad habendum vxorem pro Isaac, dependebat prosperitas viæ ex consecutione termini. Nunquàm ergo diceretur iter Eliezer prosperum, donec consecutus fuisset vxorem pro Domino, & quia nõdum sciebat vtrum consecuturus esset finem prosperum, vel non: ideo non sciebat vtrum iter suum esset bonum, an non. *Et virgo, quæ egredietur.* Idest quæcunque egressa fuerit, vna tamen esse debebat illa, & prima cui hæc verba diceret. Si enim Eliezer diceret ista verba alicui virgini exeunti de ciuitate, & illa non dedisset ei potum, & camelis suis, intellexisset immediatè, quòd Deus non prosperasset viam eius. *Ipsa est mulier, quam præparauit Dominus filio Domini mei.* Idest Isaac filio Abrahę, & non dicebantur ista per modum prophetiæ, scilicet quòd Eliezer sciret hoc Deo reuelante. Sed erat oratio, petebat enim quòd, vt ipse certificari posset de prosperitate uiæ suæ, Deus daret tale signum ei: & ideo debet intelligi istud uerbum. *Est.* Non per modum asserendi, uel demonstrandi, sed per modum optandi, scilicet. *Ipsa est mulier.* Idest rogo, quòd ipsa sit mulier, quàm tu des filio Domini mei, loquitur Eliezer ad Deum, & deberet loqui ei in secunda persona, quæ signat per modum, ad quam dirigitur sermo, & loquitur in tertia, scilicet. *Ipsa est mulier, quam præparauit Dominus.* Cum deberet dicere ipsa est mulier, quàm præparasti tu Domine: sed fit talis mutatio ad honorem, quia magnis Dominis non consueuimus loqui in secunda persona, dicentes: Vos Domine mandastis hoc: sed dominatio uestra mãdauit hoc, vel cum uolumus magis exaltare dicimus; Dominus meus mandauit hoc, & loquimur ad ipsum præsentem tãquam de ipso ad alterum loqueretur. Sic enim locutus fuit Eliezer, quia cum ad Deum sermonẽ dirigeret, dixit de eo in tertia persona. *Apparuit Rebecca.* Scilicet

Scilicet exiens de ciuitate. *Quæ festinans deposuit hydriam.* In quo magna vrbanitas Rebeccæ notatur, & affuefactio in bonis, quia prompte, & delectabiliter benefaciebat. Hoc enim signũ est generati habitus delectationem fieri in opere. Sed Eliezer volebat in hoc demonstrare, ꝙ omnia ista à Deo efficerentur, quia non tam velociter Rebecca ad faciendum moueretur, nisi Deus illam specialiter mouisset. *Interrogauitque eam, cuius es filia?* Hic mutat Eliezar ordinem, qui fuit in rebus, quia primo dedit Iocalia, quàm quæreret de cognatione puellæ. Sed quia non videbatur fieri specialis gratia parentibus, & cognatis Rebeccę, si illum ordinem tenuisset ideo mutauit. Nicolaus tamen dicit, quòd iste ordo, quem posuit nunc Eliezer, fuit verus ordo. Sed salua eius reuerentia non multum uidetur, vt supra latè probauimus. *Quem peperit ex Melcha.* Quare nominatur hic Melcha, cum nõ sit mos sacrarum scripturarũ in Genealogijs mulieres inserere, vel si Melcham, quæ auia erat nominare volebat, quare non nominauit matrem suam vxorem Bathuel, quæ propinquior erat ei, quàm auia Melcha? Respondetur secũdum quòd supra dictum est, quòd Deus mouebat Rebeccam, ad sic respondendum, vt certificaretur Eliezer, quòd esset Rebecca de cognatione Abrahæ, vt iret ad petendum eam: Abraham enim sępe loquebatur in domo sua de cognatis suis, & dicebat se habere fratrẽ nomine Nachor, & consobrinã nomine Melcham copulatam Nachor, & ideo istos cognoscebat Eliezer ex nomine esse cognatos Abrahæ. Et ob hoc ad magis notificãdum propinquitatem cognationis ad Abraham nominauit auum, & auiam, quorum vterque ad cognationẽ Abrahæ pertinebat: mater autem Rebeccæ fortè non erat de cognatione Abrahæ. Sed de gentibus terræ illius, vel si erat de cognatione non erat cognita ex nomine Abrahæ: ideo non audierat aliquando Eliezer de illa, quare inutile erat illam nominare. Ista videtur potissima ratio, quare Melcha in hac genealogia nominata fuerit, aliquãdo tamen fœminæ in alijs genealogijs sacræ scripturæ nominantur ex quibusdam alijs causis, vt in genealogijs Christi Matth. cap. 1. nominatur Raab, & Thamar, & Bersabee vxor Vrie Hethei à Dauid assumpta, & vltimate Domina nostra Maria: causas aũt nominationis harum fœminarum assignat Beatus Hieron. & in cap. 1. Beati Matth. Deo dante dicemus. *Suspendi itaque inaures.* Idest dedi ei inaures ad suspendendum in auribus. *Et armillas.* Quæ sunt ornamenta brachiorum. *Pronusque adorauit Dominum.* Scilicet inclinãs me ad terram gratias agendo pro tantis beneficijs. *Qui perduxit me recto itinere.* Idest taliter me dirigendo, vt consequerer, quod intendabam. Directio, vel rectitudo itineris est in apprehensione termini congrua: nulla autem via recta est, per quam intentum finem non attingimus, cũ ergo videret se Eliezer esse quasi in optato fine, vocauit viam suam rectam. *Vt sumerem filiam fratris domini mei.* Eliezer demonstrabat, quasi se credere, quòd iam puella danda erat ei tanquàm Deo ad hoc stimulante, & contrarium fieri malum valde est. & vocatur hic Rebecca filia fratris Abrahæ, idest filia Nachor, qui erat frater Abrahæ, non quòd esset immediatè filia Nachor, sed ꝙ esset filia filij Nachor, s. Bathuelis, & sic dixit Abrahã de Sara soror mea est filia patris mei, sed non matris meę: vocat ibi Thare patrem Sarę, vt patet supra 20. cap. Sed non erat ipse immediatus pater, sed magis Aran. Vel vocatur filia fratris Abrahę, idest filia Bathuelis, qui vocatur frater Abrahæ, non ꝙ esset frater Abrahæ, sed quia erat consobrinus, & vocatur frater: sic enim Loth, qui erat cõsobrinus Abrahę, vocatur frater eius, vt patet supra 13. cap. ita Bathuel cum sit eodẽ modo consobrinus vocabatur frater Abrahæ: patet hoc, qa Aran erat frater Abrahę, vt patet supra 11. c. & filius huius erat Loth, vt patet ibidem: Nachor etiam erat frater Abrahæ, vt patet eodem cap. filius autẽ Nachor erat Bathuel, ut patet hic: ergo erat consobrinus Abrahæ in eodẽ gradu attinens, in quo Loth. *Quamobrem si facitis misericordiam, & veritatem cum Domino meo.* Scilicet dãdo Abrahæ Rebeccã pro filio suo. Misericordia uocatur hoc, quia ex benignitate, & non ex coactione hoc fit. Veritas, idest fidelitas, quia ad fidelitatẽ cognationis secundũ illud tẽpus pertinebat magis inter se accipere filias in uxores, quã extraneis dare. *Indicate mihi.* Scilicet, ut negocium feliciter perficiatur. *Sin autem aliud placet.* Idest. Si nõ vultis dare eam in uxorem. *Hoc dicite mihi.* Vt possim cito de alia prouidere. *Vt vadam ad dexteram, vel ad sinistram.* Idèst, ut uadam ad aliquam partem, ad inquirendam uxorem. Sed uocatur dextra, & sinistra: quia isti sunt modi positionis, ꝙ locutioni nostræ magis communes sunt: & ideo ad quemcũque respectũ positionis aliquis tẽdere debeat, uocat illas positiones dextram, & sinistram. Cum ergo Eliezer iturus esset ad aliquam partem quæ siturus uxorem, si eam ibi habere non posset, siue ante, siue retro, siue dextrorsum, uel sinistrorsum uocatur quælibet istarum positionum dextra, uel sinistra. Nicolaus autem dicit. *Ad dexteram.* Idest ad terram, in qua habitat Ismahel. *Ad sinistram.* Idest ad terrã, in qua habitat stirps Loth. Et motiuum huius est, quia Ismahelitę pertinebãt ad cognationem Abrahæ, quia erant nepotes eius, filij etiam Loth erant cognati Abrahę, quia Loth erat cõsobrinus Abrahæ, ut patet supra 11. cap. Hoc autẽ accepit Nico. ab Hebræis. Sed multum errant in ista parte non attendẽtes situs locorum, & ętates hominum, patet enim manifesta falsitas, quia terra, in qua habitabat Ismahel erat solitudo Pharan, ut patet supra 21. ca. Pharan autem est inter Aegyptum, & terram promissionis, quia per illam uenerunt Iudæi de Aegypto in terram Chanaan, ut patet Num. 13. cap. Et ideo est magis meridiana, quàm terra Chanaan: terra autẽ, in qua habitauit progenies Loth est apud Sodomã in terra, quę vocatur terra Moabitarum, & Amonitarum, quę est oriẽtalis respectu terrę Chanaan, Mesopotamia est Septentrionalis, quia est vltra Eufratem, qui est ad partem Septentrionalem terræ promissionis, ergo nõ est Mesopotamia media inter terram Ismahelis, & Loth. Antecedens patet de Mesopotamia, quia dr̃ Iosuę. 24. cap. transfluuium habitauerũt patres uestri Thare, & Nachor, & tuli Abraham de finibus Mesopotamiæ. Vocatur ibi flumen Eufrates, quia erat maximum flumen, quod tangit Iudęam: istud autem flumen est Septentrionale respectu terræ promissionis, quia erumpit de collibus Septentrionalibus, & transit per Babyloniam, quæ est ad Septẽtrionem terræ Chanaan, ergo Septentrionalis est respectu illius terræ Eufrates. Etiam quia dr̃ supra 15. ca. Semini tuo dabo terram à flumine Aegypti usque ad flumen magnum Eufratẽ, ergo oportet dicere, ꝙ tota terra Chanaã sit sita inter ista duo flumina ex opposito se respicientia, sed flumẽ Aegypti est ad meridiem respectu terrę promissionis, quia Aegyptus meridiana est respectu terrę Chanaã, ut patet supra 12. cap. ubi dr̃, ꝙ cum descẽderet Abraham de terra Chanaan in Aegyptũ descendebat semper contra meridiem, & idem patet Num. 13. c. oportet ergo dicere, quòd Eufrates, cum ponatur ex opposito, Septentrionalis sit. Item patet, quia Esdrę. 1. cap. 4. dicitur, quòd maliuoli Iudæorum scripserunt regi Artaxerxi, quòd prohiberet ędificari Ierusalem, quia si ciuitas illa ædificaretur, sequebantur incõuenientia, scilicet quod possessionem transfluuium incõuenientia, non haberet; Iste rex cui ista scribebantur, erat in Septentrione,

Refellitur opinio Nicolai de ordine Eliezer.

Cur nominatur, hic Melcha.

Ratio quare Melcha fuit nominata, primum.

Refellitur Lyrani expositio.

nem, scilicet in regno Medorũ, & Persarum, & respectu istius dicebatur Ierusalem, & tota Iudæa iacere transflumen, idest vltra Eufratem, ergo Iudęa magis Meridiana est, quàm Eufrates, cũ ergo Mesopotamia sit transflumen, idest trans Eufratem respectu stantiũ in terra Chanaan, ergo Mesopotamia erat magis Septentrionalis, quã Eufrates: non ergo poterit dici, ꝙ Mesopotamia habeat ad dexteram terram Ismahelis, & ad sinistram terrã stirpis Loth: magis enim est propinqua terra Chanaan Mesopotamiæ, quã terra Ismahelis. Item dato, quòd terra Ismahelis esset ad dexteram Mesopotamiæ, & terra Loth ad sinistram, adhuc hoc esset valde stultum, quia Loth nullam stirpẽ tunc habebat, de qua posset assumi vxor ꝓ Isaac: patet quia Loth duas filias habuit, quæ iam multum antiquæ essent, ita quòd non possent accipi in vxores, patet quia ipsę erant puellæ magnę desponsatæ quãdo euersa fuit Sodoma, & tunc conceptus fuit Isaac, & sequenti anno natus. Patet quia die, qua venerunt tres angeli ad Abraham sub ilice Mambrę, & vnus eorum dixit Saram cõcepturam, & postea subiunxit, ꝙ rediret ad eũ sequenti anno illo eodem tempore, & Sara haberet filium, scilicet Isaac, vt patet supra 18. cap. eadẽ die duo de illis angelis iuerunt Sodomam in vespere, vt colligitur supra 18. & 19. c. sequẽti die in aurora destruxerũt: eadem die fugit Loth cum filiabus suis in Segor, & immediatè in mõte, quia non fuit ausus manere in Segor, & mansit in mõte, vbi immediate filiæ suæ inebriauerunt eum, & coierunt cum eo. Erant ergo iam magnæ puellæ, scilicet annorum viginti, vel plurium, si ab ipso tempore computando vsque istud tempus, quando Eliezer venit in Mesopotamiam erant annorum quadraginta vnius, quia istæ puellæ cognitæ sunt à patre suo, quasi vno anno ante natiuitatem Isaac, ut patet ex superioribus. Deinde à natiuitate Isaac vsque quo accepit Rebeccam vxorem transierunt anni quadraginta, ut patet infra 26. cap. vbi dr̃, ꝙ quadraginta annorum erat Isaac quãdo habuit vxorem, & sexaginta annorum, qũ genuit filios. Etiã quia Loth coierat cum eis infames erant ipsę, qua ꝓp nullus eas accipere vellet. Ideo solũ istę genuerũt de patre suo filios duos, vt patet supra 19. cap. & postea nunq̃ ab aliquo in vxores acceptę fuerũt. De istis autem duobus filijs Loth, Amon, & Moab adhuc nulla ꝓgenies stabat, de qua posset accipi in vxorẽ pro Isaac, quia Moab, & Amon nondum erant quadraginta annorum qñ iuit Eliezer in Mesopotamiam, quia tãtæ ætatis erant quãtę Isaac, qui compleuit annum quadragesimum, quãdo accepit Rebeccã in vxorem, vt patet infra 26. Antecedens patet, quia Isaac cõceptus fuit anno, quo subuersa fuit Sodoma, vt patet s̃ 18. c. quia angeli, qui venerũt ad nũciandum conceptum Saræ iuerunt ad subuertendum Sodomam, vt patet eodem cap. Moab verò, & Amon concepti fuerunt noctibus duabus sequẽtibus immediatè post subuersam Sodomã, vt patet supra 19. cap. ergo eodem anno nati fuerunt Moab, & Amon, quo natus fuit Isaac, & sic essent tũc quasi quadraginta annorum, & in illa ætate gignebãt homines ad triginta, vel plures annos. Ideo non poterant adhuc habere aliquam filiam, quæ esset apta ad matrimonium. Idem dicendum est de stirpe Ismahelis, quia cum esset maior, quam Isaac quatuordecim annis, vt patet supra 17. cap. vt ibi induximus nondum haberet filias ętatis nubilis, quia primi filij sui fuerunt mares. Intantum, ꝙ filia sua Maheleth, quæ videbatur quidem esse prima, quia vocatur soror Nabaioth, accepta fuit in vxorem ab Esau filio Isaac in anno centesimo vitę Isaac, quod patet, quia Isaac genuit Esau, & Iacob, cum esset annorum sexaginta, vt patet infra 26. cap. & postea anno quadragesimo Esau duxit vxorẽ Basemath, vt quidã

Alph. Tost. super Gen.

Actus Isaac, & ejus accepit Rebeccam in vxorem.

nolũt, adhuc nõ est uerum, quia uxores primas de gñe Chananæorũ accepit, cum esset annorũ quadraginta, ut patet infra 26. c. si vxorem de stirpe Ismahelis accepit, cum iam esset plurium quã septuaginta annorũ. s. illo anno, quo iuit Iacob in Mesopotamiã, ut patet infra 28. c. ubi dicitur, quia Esau uidens, ꝙ non libenter pater suus respiceret filias Chanaam, iuit ad Ismahelem, & duxit in uxorem absque ijs, quas prius habebat Maheleth filiam Ismahel sororem Nabaioth. Quod autem tũc Esau esset plurium quã septuaginta annorum patet, quia Esau, & Iacob coętanei erant cum in eadem die nati fuissent, vt patet c. præcedenti, sed Iacob erat tunc annorum 77. vt patet ex declaratis. infra 29. cap. vbi probatur Iacob fuisse annorum 84. quando recepit primam uxorem, & quia septem annis ante illud venerat in Mesopotamiam, vt patet infra 29. ergo etiam Esau tunc erat annorum 77. & sic Isaac pater istorum esset tunc annorum 137. vel quasi, & sic infertur, quòd Maheleth filia Ismahelis esset valde iuuencula, vel nondum nata anno 40. vitæ Isaac quando ipse accepit vxorem. *Responderuntque Laban.* Hic ponitur tertium, scilicet petitionis concessio. Et ponuntur personæ principales, à quibus pendebat totum negocium, scilicet. *Laban, & Bathuel.* Sed quare præponitur hic Laban patri suo? secundum Iosephum dicendum, vt supra posuimus, quòd iste Laban non est filius huius Bathuelis, sed frater eius, & Laban est maior frater, ideo præponitur. Secundum alios dicendum, quòd iste Bathuel erat pater Laban, sed postponit eum scriptura, quia licèt à principio voluerit matrimonium fieri, postea tamen repugnauit, vel quia filius prudentior erat patre suo in respondendo, & in alijs, ideo præponitur: *à Domino egressus est sermo.* Idest ista verba de copulando matrimoniali fędere à Deo exiuerunt, quia ipse mandauit, & uoluit tale matrimonium. *Et non possumus extra placitum eius, nec quicquam loqui.* Idest non solum nõ possumus facere contra voluntatem Dei, immo etiam nec loqui poterimus, quia Deus bene moneret eos, ut nihil aliud possint. Sic dicitur Numeri 22. cap. de Balaam Propheta non potente prophetare, vel denunciare aliquid aliud quàm quod Deus mandasset, scilicet si dederit mihi Balach totam domum suam plenam auri, & argenti, non potero mutare verba Dei mei. *En Rebecca coram te est.* Idest in potestate tua. *Tolle eam.* Idest poteris eam tollere quandocunque uolueris. Sed quare non dicebatur: ecce Rebecca hic est, veniat Isaac quando voluerit, & accipiat eam in vxorẽ? Respondetur, quòd ipsi respexerunt uerba Eliezer, qui retulit qualiter Abraham mandauerat, quòd non reduceret filium suum in Mesopotamiam. Ideo si concederent ei uxorem, necessarium erat, quòd concederent, vt iret in terram Chanaam. Ideo concesserunt, quia aliter non accepisset eam Isaac. Sed quare Iacob postea venerit in Mesopotamiam, & ibi accepit vxores, vt patet infra 29. cap. cum tantum prohibitum fuerit, ne Isaac reduceretur in Mesopotamiam? Respondetur, quòd fundamentum est in hoc, quia Abraham uidebat terram illam promissam sibi, & semini suo post se, ideo nolebat, quòd semen suum maneret in ea ad possidendum eam. Si autem nolente venire vxore Isaac, iret Isaac in Mesopotamiam, maneret in Mesopotamia, & cum ipse esset totum semen Abrahæ, quia, vt dictum fuit supra 21. capit. in Isaac vocabitur tibi semen, non maneret semen Abrahę in terra Chanaam ad possidendum eam, & sic non complerentur promissionis factæ ad Abraham. De Iacob autem non erat eadem ratio, quia non iuit in Mesopotamiam, ut ibi maneret. Sed vt aliquanto tempore staret de præcepto parentum;

Concessio petitionis Eliezer.

Obiectio.

Respõsio.

donec requiesceret furor Esau, & ut acciperet uxorem de cognatione Rebeccę de Mesopotamia, & adduceret eam in terrā Chanaan: & postquàm requiesceret furor Esau mater proponebat, vt mitteret ad vocandum eum. Ista patent infra 27.cap.in fine.

Si quæratur, quare Laban, & Bathuel audientes verba Eliezer immediatè cōscripserunt dicentes; Sermo a Domino factus est. Respondet August. secundum quosdam, quòd isti sciebant Abraham esse prophetā, & cum ista Abraham dixisset, credebāt, quòd propheticè dixisset: Quæ autem à Prophetis dicuntur à Deo exeunt, quia vt habetur, secunda Petri cap.1.non tam voluntate humana aliquando allata est prophetia, sed Spiritu Sancto dictante locuti sunt sancti. Sed contra, quia Prophetia rerum euentus immobili veritate prænunciat: Abraham autem non locutus fuit immobiliter, sed ad vtrumlibet mandans seruo suo, ꝙ duceret vxorem de terra illa sub pœna maledictionis, si tamen non daretur ei, immunis esset à maledictione, qđ conditionaliter, & ad vtrumlibet contingeret. Item quia verbum Abrahæ non fuit de Rebecca tradenda magis, quàm de aliqua alia, quia vniuersaliter dictum est. Sed parentes Rebeccæ loquebātur specialiter de Rebecca dicentes, quòd à Deo exierat, quòd Rebecca copularetur Isaac, ergo &c. Tenēdo solutionem datam posset aliquis respōdere ad primum, quòd Abraham non dixit illa verba conditionaliter, quasi ipse dubitaret: sed dixit sic ad satisfaciendum seruo, & sic diximus supra. Et hoc verum est, tamen non sufficit, quia licèt Abraham non dubitaret, quantum ad se de isto coniugio, quia tamen ista verba prolata fuerant modo dubio, non poterant alij intelligere, quòd erant propheticè dicta, vel quòd à Deo exijssent. Dicendum ergo, quòd sermo egressus à Deo fuit determinatio Dei, quæ patuit in signo, quod seruus accepit, quia sicut ille dixit, ita immediatè factum est, vt patet supra. Ideo sermo egressus est à Deo, quia postquàm seruus ista conciperet, Deus determinauerat sic futurum, & posuit in mente illius, vt sic conciperet. *Quod cum audisset*. Hic ponitur gratitudo Eliezer. *Quod cum audisset*. Scilicet, quòd parentes Rebeccæ tradebant eam libenter Isaac in vxorē, & primo gratitudo quantum ad Deum, qui hæc omnia faciebat, cùm dicitur. *Adorauit pronus*. Ideſt inclinauit se in terram ad gratias agendū Deo de tanto bono. Secūdo ponitur gratitudo, quātum ad parentes, & cognatos, qui libenter consenserunt, & hoc fuit in dando eis munera. *Protulitque vasis*. Ideſt eductis, quia portabat ista vasa aurea, & argentea in sarcinulis suis recondita. *Vasis aureis*. Non accipitur hic vas pro instrumento ad bibendum, quia Rebecca non indigebat talibus, sed accipitur vas secundum modum Hebraici sermonis pro omni genere supellectilium. Aliquādo vocātur arma vasa bellica, vt patet primo Regum 20. cap. vbi dicitur de Ionatha, quòd tradiderit arma sua puero suo. In Hebræo dicitur vasa sua. Etiam instrumenta musica vocantur vasa, vt patet Psalm.70 Nam & ego confitebor tibi in vasis Psalmi, ideſt in Psalterijs, in quibus cantatur. Vocantur ergo hic vasa aliqua ornamenta muliebria, quæ fuerunt data Rebeccæ, vt insignia sponsalium. *Dedit ea Rebeccæ pro munere*. Ideſt loco donariorum, quæ recipere solent nouiter sponsatæ. *Et matri, & fratribus*. Quia libenter concesserant eam Isaac. *Initóque conuiuio*. Ideſt incepto, quia non inceperunt quousque traderetur sibi Rebecca pro Isaac: sic enim dixerat supra non comedam, donec loquar sermones meos. *Manserunt ibi*. Scilicet illa nocte, quia non stetit ibi Eliezer nisi vna nocte, sequenti enim die recessit, vt patet infra. *Surgens autem mane*. Hic ponitur quartum, scilicet coniugis adductio. *Surgens autem mane*. In quo patet diligentia redeundi finita legatione: erat enim fidelis seruus Eliezer: nolebat enim morari: nam Abraham credebat istud factum à Deo dirigi. Ideo credidit cōfestim terminandum, & quia sciebat ipse iter Mesopotamię, cognoscebat in quot diebus ipse poterat ire, & redire. Si autem magis moratus fuisset, anxiaretur Abrahā, ideo nolebat expectare per aliquos dies. *Locutus est puer*. Scilicet Eliezer, qui vocatur puer, ideſt seruus, quia puer denotat conditionem famulatiuam, & sic milites Senacherib vocantur pueri eius, vt patet Isa.37.cap. *Dimitte me*. Aliqui libri habent in plurali. *Dimittite me*. Si enim loquatur in plurali loquetur ad matrem, & ad fratres, & principaliter ad patrem, & ideo infra subiungitur, quòd ad hoc respōderunt ei fratres eius, & mater. Si autem ponatur in singulari, dirigetur sermo ad Laban, qui principaliter loquebatur. *Responderunt frater eius, & mater*. Aliqui libri habent fratres, sed falsum est, quia veritas Hebraica vnum solum fratrem ponit, scilicet Laban. Si autem dicatur, quare non respondit Bathuel pater Rebeccæ, qui erat principalis persona? Respondetur secundum Hebræos quosdam, quòd Bathuel videns aurum, & argentum multum, quod portabat Eliezer, voluit eum occidere, vt haberet omnia illa: ideo posuit in brodio, de quo gustaturus erat, Eliezer toxicū, sed voluntate Dei mutatę sunt lances, & introxicata data fuit Bathueli, qui & mortuus est. Rabbi Sa. dicit, quòd licet a principio consensisset in matrimonium, sed postea pœnituit, & voluerat impedire, qua propter Angelus Dei occidit eum. Sed Rabbi Abraham Abben Ezra vult, quòd Laban erat prudentior Bathuele patre suo, ideo loquebatur ipse, & non pater, iccirco scriptura de eo facit mentionem solum. Alij volunt, quòd Bathuel erat rex terræ illius, & quando aliqua nouiter nuptura erat, dabatur ei ad desponsandū, & ne magnates ingrederentur, filius illius inde sequestrabat, & illa nocte mortuus est. *Maneat puella apud nos*. Quia puella recessura erat, volebant parentes eius, ꝙ aliquibus diebus maneret apud eos, vt consolarentur, ne quasi raptim ab eis tolleretur. *Saltem decem dies*. Quia satis modicum spatium est. In Hebræo dicitur. *Maneat puella apud nos dies, vel decem*. Et dicunt Iudæi, quòd per dies intelligitur unus annus, per decem intelliguntur decem menses. Sed hoc non est rationabiliter dictum, quia in septem, uel octo diebus poterant satis consolari. Nec competebat maiori tempore prestolari: maximè quia non uidebatur aliquo modo rationabile, quòd Eliezer, & alij serui Abrahæ, & cameli decem manerent tanto tēpore apud Bathuel, quia magnum damnum esset Abrahæ, & magna angustia. Nam suspicans mortem Eliezer, & aliorum seruorum torquèreturcontinuè, & coniugium Isaac dilataretur, & ualde magni sumptus accrescerent Bathueli. Et si dicas, quòd non sequuntur ista inconuenientia, quia rediret Eliezer, & maneret Rebecca. Respondetur, quòd falsum est, quia immediatè dicitur in litera; nolite me retinere, quasi dicat, quòd isto tempore, quo Rebecca mansura erat, etiam maneret Eliezer retentus. Si autem fuisset intentio illorum, quòd recederet Eliezer manente Rebecca, non bene respondisset Eliezer: *Quia dominus direxit viam meam*. Ideſt ex quo Deus direxit me cito expediendo negotium meum, non detineatis uos me, quia irrationale esset. Nam sicut irrationale ualde erat repugnare uirtuti, uel uoluntati Dei ordinantis coniugium Isaac, & Rebeccæ, ita erat impossibile uelle detinere illum, quem Deus uolebat uelociter expedire. De primo ipsi dixerunt à Domino egressus est sermo, nec possumus extra eius placitum, quicquam loqui: ita dicere poterant, quòd si à Domino exiuerat uerbum Dei, expediendo Eliezer, ipsi aliud facere nō debebant. *Vt pergam ad Dominum meum*. Scilicet, portando puellā, quia sine puella satis permitterent eum immediate recedere. *Vocemus puellam*. Quia ipsa non assistebat istis colloquijs, vacans circa aliqua domestica officia. *Et quæramus*. Doctores dicunt, quòd intelligitur de consensu matrimoniali, quia volebant a puella quærere, an vellet accipere Isaac in virum. Sed magis vr, ꝙ requiratur hic cōsensus de eundo immediate, s. vtrum puella vellet ire immediate, vel per aliquantum tēpus manere. Et vr rō, quia Eliezer nocte præcedente adorauerat Deum, & dederat munera cognatis Rebeccę, tanq̄ facto iam matrimonio, sed cū totum matrimonium dependeat ex voluntate contrahētium, nisi Rebecca consensisset, nihil factū erat, ergo iam vr ꝙ ipsa consenserat. Itē quia non vr possibile, ꝙ aliàs dedisset munera specialiter ipsi Rebeccę, nisi cōsensisset, licet consensus eius non exprimatur, quia intelligitur p cōsensum cognatorum. Et si arguatur contra, quia non dr in litera: vis ire nunc cū hoīe isto? sed dr simpr. *Vis ire cum homine isto?* Ideſt, vis contrahere cum illo viro, ad quē iste homo te portare vult? Respōdetur, ꝙ non est sic sensus, sed vis ire cū hoīe isto? i. vis recedere cū isto hoīe, qui vult recedere nunc? vel vis expectare per aliquantū tps? vt postea aliqui de nobis vadant tecum? Et hoc satis patet ex ordine textus, quia parentes non dubitabant, vtrū puella cum illo hoīe venire deberet, sed vtrum immediatè venire deberet. Si ergo a puella determinationē huius qōnis voluerunt, manifestum est ꝙ de recessu loquebantur, & nō de cōsensu matrimoniali. Itē patet ex eo quod factū est, ꝙa postq̄ puella consensit ire cū illo hoīe, permiserunt, vt immediate iret, si aūt ipsi quæsiuissent de consensu matrimoniali, & de hoc puella respondisset, non sequebatur, ꝙ ipsa vellet immediate venire, nec ꝙ immediate ab ipsis mitteretur. *Dimiserunt eam, & nutricem illius*. Aliqui libri habent Delborā, sed nō est de textu: erat enim glosa interlinearis. Fuit aūt Delbora nutrix, quia eam nutriuerat in statu puellari, erudiendo in moribus, & lactando eam in infantia: ideo ista tanq̄ cognoscēs mores eius missa est cum ea. *Seruumque Abraham*. Ideſt, Eliezer, qui vocatur seruus Abrahæ supra. *Et comites eius*. Quos miserat cum eo Abraham de terra Chanaā. *Imprecantes prospera sorori suæ*. Scilicet, mater Rebeccę, & oēs astantes, quando recedere volebāt, imprecabātur ei prospera. Sed qūo vocatur hic mater soror? rñdetur, ꝙ ad recessum Rebeccę conuenerunt multi de cognatione sua, sicut solet fieri, qñ aliquis eorū in terrā longinquā iturus est, & oēs sancti imprecabātur ei bonū: & ꝙa oēs de eadē cognatione frēs inter se vocātur, ideo dicebatur Rebecca esse soror oīum illorum. Vel dr ꝙ aliqñ mater vocatur soror, sicut pater vocatur frater, vt patet ȝ.31.cap. vbi dixit Iacob ad Laban, apud quemcunque Deos tuos inueneris, necetur coram fratribus nostris. Constat tñ ꝙ nullos frēs Iacob ibi habebat, sed solū filios suos. *Soror nostra es*. Ideſt, ꝙa soror nostra es, rogamus Deum ꝙ crescas per filiorū multiplicationem. *In millia*. Ideſt, in mille generationes, s. in multas, quia ponitur determinatus numerus pro indeterminato. *Possideat semen tuum*. Ideſt, filij tui. *Portas inimicorum suorum*. Ideſt, principentur filij tui super inimicos suos. Et ista benedictio iam concessa fuerat filijs Rebeccæ, supra 22. cap. quando concessum est Abrahę, ꝙ semen eius possideret portas inimicorū suorum. Semen autem Abrahæ, in quo promissiones completæ sunt, nullum aliud est, q̄ ꝙ per Saram, & deinde per Rebeccam deriuatū fuit: semen ergo Rebeccę consecutum fuit istam benedictionem non pp se, sed quia commixtum fuit stirpi Abrahæ. Duæ imprecationes bonorum fuerunt hic, s. de multiplicatione seminis sui, & de potestate dominij: vtrunq; satis completū fuit, quātū ad vtramq; partē seminis, s. quantum ad Iacob, & Esau, de Esau patet infra 36.cap. vbi ponūtur tot duces reges exeūtes de eo. De Iacob patet Numeri 25.cap. Quis numerare possit puluerem Iacob, & nosse numerum stirpis Israel? Secunda ēt imprecatio de potestate dominij, completa fuit tam in Esau, q̄ in Iacob, de Esau patet quia de eo reges potentes fuerunt, & ipsi expulerunt Corrhæos de Seir, & habitauerunt ibi, vt patet ȝ.36. & Deuteron.2. & 1.Paralip.1. cap. De Iacob satis patet in lib. Iosue, vbi dr de occisione triginta vnius Regum, vt patet Iosue 12. & in lib. Numeri, & Deuteron. & in libris Regum, & Paralip. *Igitur Rebecca, & puellæ*. Non solū venit Delbora nutrix Rebeccæ cū ea, sed ēt alię puellę cōmitātes, cū quibus Rebecca fuerat in ętate tenera conuersata, vt cōdelectaretur earū cōicatione, & hoc quia Rebecca erat filia diuitum, & potētum. Ideo ad matrimonium copulanda, maximè extra suam terram, sola mitti nō debebat, maximè quia copulabatur viro tam potēti, s. Isaac, cuius pater tot camelos, & seruos, & donaria argētea, & aurea miserat. Et si arguas, ꝙ esset Rebecca filia pauperum, quia ipsa ibat sola ad hauriendum aquas, p domo materna. Respondetur, ꝙ puellę quantuncunque filiæ honorabilium essent apud antiquos, tamē anteq̄ traderentur in matrimonium, toraliter seruiebant, postea autem a viris acceptæ dominę efficiebantur, & sic factum fuit de Rebecca. *Ascensis camelis*. Ideſt, ascendentes camelos. Istud participium ascensis non est in vsu, nisi forte in grammatica antiqua: venerūt Rebecca, & puellæ eius equitantes in camelis, quos adduxerat Eliezer, quia ad hoc destinauerat eos Abraham. *Qui festinus reuertebatur*. Vt dominus suus non suspicaretur aliquid mali de contracta mora. *Eo tempore*. Scilicet quo Eliezer cum Rebecca, & cætera familia appropinquabant Bersabeę. *Isaac deambulabat per viam, quæ ducit ad puteum viuentis, & videntis*. Ista deambulatio erat contra Austrum, quia puteus videntis, & viuentis est puteus, apud quem Agar vidit Angelum, vt patet supra 16.cap. Et quia Angelus erat substantia viuens, & viderat eam, ideo vocauit nomen putei puteus videntis, & viuentis, dicens: Tu Deus, qui vidisti me. Bersabee autem in qua tunc morabatur Abraham, & Isaac filius eius, erat Australis. *Habitabat enim in terra Australi*. Istud est redditiuum rationis superius dicti. Diceret enim aliquis quomodo Isaac potuit egredi ad puteum videntis, & viuentis, cum sit in terra tam remota? respondet textus. *Habitabat enim in terra Australi*. Ideſt, hoc potuit facere, quia habitabat tunc in terra Australi, scilicet in Bersabee, quæ est in parte Australi terra Chanaam. *Et egressus fuerat ad meditandum in agro*. Dictio Hebraica hic posita, est æquiuoca ad meditandum, & orandum. Communiter autem Hebræi dicunt ad orādum, & dicunt, ꝙ tres orationes sunt solennes inter eos, s. oratio matutina, quam fecit Abraham, & oratio vespertina, s. ante occasum Solis, quam fecit Isaac, & oratio nocturna, quam fecit Iacob, vt patet ȝ.28.cap. Si aūt accipiatur ad meditādū, sicut ponit litera nostra, intelligitur dupliciter, s. ꝙ ibat ad cōtemplādum circa Deum, & de beneficio eius, & vita ęterna, quæ valde lætificant aīam, & confortant: ista autē in agro melius, q̄ in domo fiunt, ꝙa reqrunt liberā mē tē. Vel accipitur ad meditandū circa astronomiā, quia pater eius valde eruditus erat in hac sapientia, vnde & eam in Aegypto docuit, vt diximus supra 12. cap. & erudierat filium in hac, & fortè exibat tunc Isaac ad videndum dispositionem cœli, vel accipiendum ortum chronicum, vel heliacum alicuius stellæ: stellæ enim declinante Sole ortu chronico oriuntur, & illud est tempus mathematicum ad inquirendum in cęlo, quædam

Gratitudo Eliezer.

Quid sit vas.

Coniugis adductio.

Fabula Hebrǫrū à Bathuele.

Obiectio & respondetur.

Opinio Rabbi Salomon.

Obiectioni satisfit.

Iudęorum triplex oratio solēnis

quædam etiam stellæ tunc ortu heliaco oriuntur, quia F
euadentes de sub radijs Solis tunc incipiunt apparere,
vt tangit Ioannes de sacro Busto in tractatu sphæræ,
& hoc patet, quia dicitur infra. *Inclinata iam die.* Ideſt,
volente Sole subintrare Orizontem. Hoc est enim
tempus congruum. *Cumque leuasset oculos.* Scilicet,
contra illam partem, de qua veniebat Eliezer cū Re-
becca, quia forte intētus erat meditationi, & non aspi-
ciebat aduenientes. *Vidit camelos.* Et cognouit eos,
quia forte erant insigniti certo signo, vel fortè cogno
uit eos ex numero, quia decem erant totidem, quot
miserat Abraham. *Rebecca quoque conspecto Isaac.* Sci-
licet dum iam appropinquarēt, & ipse declinabat ver-
sus eos. *Descendit de camelo.* Hoc fuit ad faciendum
reuerentiam Isaac, qui futurus erat vir suus. hic est mu G
tatio ordinis, quia prius quæsiuit Rebecca, quis homo
erat ille, qui veniebat contra se, & cum accepisset re-
sponsum, quòd esset Isaac, descendit de camelo, aliàs
enim stultum fuisset descendere viso quocūque viro.
Et ait ad puerum. Ideſt ad Eliezer. *Quis est ille homo?* Ra-
tio querēdi fuit, vt sequitur infra, quia veniebat eis in
occursum: & suspicabatur eum esse aliquem de domo
viri sui; quia sciebat se prope esse ad domū Abrahæ.
Non enim quærebat de quolibet homine viso quis es-
set, quia Rebecca puella verecunda, & in verbis mo-
desta erat. *Ipse est Dominus meus.* Non loquebatur de
domino suo Abraham, sicut ante semper loquebatur, sed de Isaac filio domini sui, qui etiam erat Do-
minus suus. *At illa tollens pallium.* Istud pallium secun- H
dum quosdam, erat genus ornatus cooperiens caput,
secundum Iosephum vocatur hoc teustrum, & est ge
nus Arabici vestimenti. *Et cooperuit se.* Gregorius di-
cit, quòd præ verecundia cooperuit se. Iosephus au-
tem dicit, quòd fecit, vt ornatior, & honestior appare-
ret. Sed etiam hic mutatur ordo, quia prius ornauit se
Rebecca, quàm descenderet de camelo. *Seruus autem.*
Ideſt, Eliezer cuncta, quæ gesserat narrauit: de prospe-
ritate viæ, & de signo dato ad fontem, & hoc faciebat
congratulando domino suo, & dando rationem lega-
tionis suæ. Ne in vacuum missus videretur. *Qui intro-*
duxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ. Ideſt, accepit
eam in vxorem consummando matrimonium, factis
tamen prius aliquibus solennitatibus, de quibus scri-
ptura non facit hic mentionem. *In tabernaculum Saræ* I
matris suæ. Quia forte dedit Abrahæ filio suo, & vxori
tabernaculum, vel cubiculum ad iacendum, in quo
Sara cum Abraham ante manere solebat. Vel vt vult
Rabbi Sa. introducere in cubiculum matris est, quòd
in tanta reputatione bonitatis tenuerit Rebeccam, in
quanta tenuit Saram matrem suam: Isaac enim vidēs
bonitatem matris, & videns turpitudinem, & vilita-
tem filiarum Chananæorum, nunquàm se putauit ta-
lem vxorem habiturum, qualem matrem habuerat.
Nunc autem comparata bonitate Rebeccæ, tenuit
eam in æquali reputatione bonitatis cum Sara. *Acce-*
pitque eam vxorem. Scilicet per consensum mutuum nō
latentem in contrapassis, & per consummationem in
copula carnali, licet autem assumpsisset eam in Meso-
potamia, per literas destinatas. *Et in tantum eam.* Amo- K
re casto, q nō egreditur limites matrimonij, sic enim
dr infra de Iacob. 29. cap. quòd seruiuit Ia. pro Rachel
septem annis, & videbātur ei dies pauci, propter amo-
ris magnitudinem. *Vt dolorem, qui ex morte.* Ideſt, quòd
amor magnus ad Rebeccam faciebat ei tolerabiliorē
dolorem de morte matris. Non tamen totaliter exclu
debat, & in hoc magnus dolor de mortua matre ostē
ditur, & nimia affectio ad viuentē, quàm mortuā tan-
to, & tam diutino dolore prosequebatur. Erant enim
tres anni, quibus Sara obijerat, dolor tamen de morte
eius integer intensusque manebat, qui magno amo-
re nouiter ueniente euacuari non potuit, sed aliqualiter temperari. Antecedens patet, quia Isaac erat annorum quadraginta, quando accepit Rebeccā in vxorē: Sara autem, quando genuit Isaac, erat nonaginta annorum, vt patet supra 17. cap. Ex quo patet, q si tunc Sara viueret, esset centū & triginta annorū. Sed quando mortua est, erat annorum centum & viginti septē, vt patet præcedenti cap. ergo tres anni trāsierant post mortem Saræ usque quo Isaac accepit Rebeccam, in quibus dolor nullatenus fuerat mitigatus.

De sepultura, & morte Abrahæ, & filijs Ismahel: de natiuitate Esau, & Iacob, & venditione primogenituræ. Cap. XXV.

ABRAHAM vero aliam duxit vxorem nomine Ceturam, quæ peperit ei Zamram, & Iecsan, & Madan, & Madian, & Iesboc, & Sue. Iecsan quoque genuit Saba, & Dadan. Filij Dadan fuerunt Assurim, & Lathusim, & Loomim. At vero ex Madian ortus est Epha, & Opher, & Henoc, & Abida, & Eldaa: omnes hi filij Ceturæ, deditque Abraham cuncta, quæ possederat Isaac; filijs autem concubinarum largitus est munera, & separauit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viueret, ad plagam orientalem. Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ centum septuaginta quinque anni. Et deficiens mortuus est in senectute bona, prouectæque ætatis, & plenus dierum: congregatusque est ad populum suum. Et sepelierunt eum Isaac, & Ismahel filij sui in spelunca duplici, quæ sita est in agro Ephron filij Seor Hethei è regione Mambre, quam emerat a filijs Heth: ibi sepultus est ipse, & Sara vxor eius. Et post obitum illius benedixit Deus Isaac, filio eius, qui habitabat iuxta puteum nomine viuentis, & videntis. Hæ sunt generationes Ismahel filij Abrahæ, quem peperit ei Agar Ægyptia famula Saræ, & hæc nomina filiorū eius in vocabulis, & generationibus suis. Primogenitus Ismahelis Nabaioth, deinde Cedar, & Adbeel, & Mabsan, Masma quoque, & Duma, & Massa, Hadar, & Thema, & Iethur, & Naphis, & Cedma. Isti sunt filij Ismahelis; & hæc nomina per castella, & oppida eorum, duodecim principes tribuū suarum. Et facti sunt anni vitæ Ismahelis cētum trigintaseptem, deficiensque mortuus est, & appositus ad populum suum. Habitauit autem ab Heuila usque Sur, quæ respicit Ægyptum introeuntibus Assyrios. Coram cunctis fratribus suis obijt. Hę quoque sunt generationes

1. Paral. 1.

Rom. 9. tiones Isaac filij Abraham: Abraham genuit A
Isaac, qui cum quadraginta esset annorum,
duxit vxorem Rebeccam filiam Bathuelis Sy-
ri de Mesopotamia, sororem Laban. Depre-
catusque est Isaac Dominum pro vxore sua,
eò quòd esset sterilis: qui exaudiuit eum, &
dedit conceptum Rebeccæ. Sed collidebantur in vtero eius paruuli, quæ ait: Si sic mihi
futurum erat, quid necesse fuit concipere?
Perrexitque, vt consuleret Dominum. Qui
respondens, ait: Duæ gentes sunt in vtero tuo, B
& duo populi ex ventre tuo diuidentur, po-
pulusque populum superabit, & maior seruiet minori. Iam tempus pariendi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius reperti sunt.
Qui prior egressus est, rufus erat, & totus in
morem pellis hispidus, vocatumque est nomen eius Esau. Protinus alter egrediens, plantam fratris tenebat manu, & idcirco appellauit eum Iacob. Sexagenarius erat Isaac, quando nati sunt ei paruuli. Quibus adultis, factus est Esau vir gnarus venandi, & homo
agricola: Iacob autem vir simplex habitabat
in tabernaculis. Isaac amabat Esau, eò quòd
de venationibus illius vesceretur, & Rebecca
diligebat Iacob. Coxit autem Iacob pulmentum: ad quem cum venisset Esau de agro lassus, ait: Da mihi de coctione hac rufa, quia
oppidò lassus sum. Quam ob causam vocatum est nomen eius Edom. Cui dixit Iacob:
Vende mihi primogenita tua. Ille respondit: D
En morior, quid mihi primogenita? Ait Iacob: Iura ergo mihi. Iurauit ei Esau, & vendidit primogenita. Et sic accepto pane, & lentis edulio, comedit, & bibit, & abijt: paruipendens quòd primogenita vendidisset.

Osee 12.

Hebr. 12.

ABRAHAM. Postquàm fuit descripta linea deriuationis populi Dei, per Abraham, describitur hic deriuatio per alterū stipitem, q est Isaac, & diuiditur in duo: primo ponitur Abrahæ consummatio: secundo Isaac multiplicatio, ibi. *Eæ quoque sunt generationes Isaac.* Prima in duas, quia primo ponitur pars principalis: secūdo incidentalis ibi. *Hæ sunt generationes Ismahelis.* Scriptura sacra principaliter intendebat continuare deriuationem populi Dei, ad quod mors Abrahæ non attinet, sed quia ante mortē suā disposuit de filijs suis, quantū ad hæreditariā successionē, & quantū ad locorū inhabitationē, vt patet immediatè quod multū attinebat ad cōpletionē promissorum a Deo, ideo fit mētio de morte Abrahæ, & quia ista diuisio fuit inter oēs filios Abrahæ, ib ponit quo post mortē Saræ aliā superduxit vxorem. *Abrahā vero aliam duxit vxorem.* Hoc videtur fuisse immediate postq Isaac accepit Rebeccam, quia tamen iam Abraham esset antiquus, non erat tempus differendi matrimonium, quod facturus erat.

Quæst. 1. Cur Abraham cū esset senex, accepit aliam vxorem.

Sed quare Abraham accepit vxorē, cum iam antiquus esset, nec erat rōnabile accipere pp continendā libidinē, nec ēt pp prolē, quia proles in qua benedictiones cōplendę erāt iam nata fuerat, s. Isaac, de quo multitudo posteritatis promissa fuit quasi stellæ cęli, & quasi arena, quæ est in littore maris, vt patet supra 22. cap. Rñdet Isido. q nō fuit pp libidinē, vel explendam, vel cōpescendā, qa ætas vtrūq; prohibebat, sed fuit pp significationē, s. vt sicut Agar, & Ismahel significant carnales veteris testamenti, ita Cetura, & filij eius significāt hæreticos in nouo testō, q licet putent se pertinere ad veritatē Ecclesiæ, tñ non pertinent, quia Ecclesia Catholicorū signata p Sarā vna manet. Est dicēdū ergo, q Abrahā accepit vxorē pp ista duo, s. pp significationē, qa forte Deus mouebat eū ad faciendum ista, vt significarentur aliqua futura, sicut enim probauimus s. 15. cap. Interdū fit prophetica significatio p verba, interdū aūt p facta, vt p istas generationes significarētur Hebræi carnales, & Catholici Christiani, & falsi Christiani, s. hæretici. Etiā fecit hoc pp multiplicationē generis, qa licet multiplicata esset stirps Abrahæ, Deus tñ volebat eā magis multiplicare, iō dictū Isidori, s. q nō accepit Abrahā Ceturā pp prolē intelligendum est, q non accepit eā solū pp prolē, sed ēt pp significationē. De hoc Aug. de ciu. Dei, 16. lib. c. 37. Vel dicit, q iō permisit Deus Abraham ducere aliam vxorem post Saram, vt hoc exemplo damnarentur quidam hæretici, qui postea secundas nuptias damnauerunt.

Prophetica significatio, quo modo.

Quæst. 2. Cur Abraham accepit vxorē Chananęā

Sed quæretur, quare Abraham assumpsit mulierē de Chananæis, cum mandauerit filio suo, q non acciperet vxorem de eis? Rñdetur, q hoc fiebat pp electionē populi Dei, vt totus descenderet de stirpe Abrahæ, & nō cōmisceretur gentibus idolatrarū, & quia totus Dei populus deriuandus erat per Isaac, si assumpsisset Isaac vxorē de Chananæis, populus Dei totaliter esset coniunctus Chananæis. Decuit ergo accipere de cognatione Abrahæ, s. de filiabus Nachor: Abraham aūt assumens Ceturā in vxorē, non intendebat augere populū Dei, quia sciebat q benedictiones cōplēdę essent in Isaac, & non in Ismahele, vt patet s. 17. & 21. cap. Cū ergo filij postea nascituri nullo modo pertinebant ad populū Dei, nō referebat magis sic, q aliter agere, vel de stirpe sua accipere vxorē, vel de Chananæis. *Nomine Ceturam.* Hebræi quidam dicunt, q ista fuit Agar, & vocatur Cetura, i. thurificata fm interpretationē Hebraicā. Quia postq de domo Abrahæ ejecta fuit, semp se custodiuit immunē, & immaculatam ab actu venereo, iō meruit postea recipi, dicūt enim q mortua Sara Abrahā misit Isaac filium suū ad reducendū eā ēt, qa hoc erat valde congruū, vt Agar, q vxor erat, & videbatur ei quasi iniuria facta cū ad instantiā Saræ ejecta fuisset, nunc iterū ad pristinum reciperetur. Hoc ēt excusat ætatem Abrahæ, ne senex arguatur nouas nuptias affectasse. Sed contra hoc arguitur, quia dr q filij Cetur fuerunt isti, s. Zamram, & Iecsan, &c. deinde j. dicit, q filius Agar Aegyptiæ, fuit Ismahel. Satis ergo in hoc distinguit vtramq; ponens eis diuersos filios, ēt quia Agar vocat Aegyptiā, & famulā, Ceturā aūt non vocat Aegyptiam, nec famulā, quasi fuerit ipsa de terra Chanaan, in qua Abrahā habitabat, & nunq fuerat ancilla. Itē qa dr infra q Abrahā dedit oīa, q possidebat filio suo Isaac: filijs aūt cōcubinarū largitus est munera, ergo vr q non fuit vna sola concubina, s. Agar, sed etiā Cetura fuerit alia. Possent tñ dicere Hebræi, q ponitur ibi plurale p singulari, sicut aliqū cōsueuit in scriptura, & ēt dici posset, q istæ fuerūt diuersæ cōcubinæ, nō quantū ad rē, sed quantū ad tps, qa Agar primo copulata hēt locū vnius cōcubinæ. Eadem aūt copulata post mortē Sarę hēt locū alterius cōcubinæ, & ad

An Agar sit eadem, quæ Cetura nomina tur.

ad hoc pōt induci, quia in Hebreo nomen istud quod F
signat concubinas pluraliter, ſ. *Hapilgaſim.* Scribitur diminutiue: quia deficit ei vna lra ſm loca, in qbus alias ſcribitur, licet illius lræ defectus nō mutat vim prolationis ſm modum idiomatis Hebraici. Sed ista diſtinctio ſuprapoſita non ſufficit ad diſtinctionē quā ponit ſcriptura inter Agar, & Ceturā, quia ſcriptura non ponit diſtinctiones formales, vel rōnis, ſed reales, niſi ſolum in aliquo loco valde ſpecialiter. Doctores aūt Catholici tenēt, quòd iſta Cetura fuit alia ab Agar, & fuit iuuencula, vt ait Aug. 16. de ciu. Dei, cap. 29. quia cū iā corpus Abrahæ eēt emortuū, nō poſſet generare, niſi ex valde iuuencula, vocatur enim corpus Abrahæ ab Apoſtolo quaſi emortuum, vt patet ad Rom. 4. cap. & ad Hebr. 11. Et hoc referendo ad tps conceptus Saræ, quanto magis eſſet emortuū poſt annos quadraginta, quando Iſaac accepit Rebeccā, vt patet ſequenti cap. quomodo ergo poſſet gignere, niſi ex aliqua valde iuuēcula? Agar autem non erat iuuencula, immo erat vetuſta, quia tranſierant anni quinquaginta quatuor, ex quibus genuerat Iſmahelem, patet quia Iſaac erat, quando accepit vxorē quadraginta annorum, & tunc accepit vxorē Ceturā Abrahā. Sed Iſmahel natus fuerat quatuordecim annis ante Iſaac, ergo erāt tūc quinquaginta quatuor anni a tpe quo peperit Agar. Antecedēs patet, quia Iſaac natus fuit anno cēteſimo Abrahæ, vt patet ſ. 21. cap. Iſmahel autem natus fuit anno octuageſimoſexto Abrahæ, vt patet ſ. 16. cap. in fine. Si aūt erant anni quinquaginta quatuor ex quo Agar pepererat eum, ipſa tūc ad minus eſſet annorum viginti, vel pluriū, quia in illo tpe nō cognoſcebantur carnaliter puellæ in tā parua ætate, ſicut nunc, ſeqtur eā tpe, quo Abrahā accepit Ceturā fuiſſe annorū octuageſimo, vel ad minus quatuordecim, q̄ ætas ad matrimoniū inepta, valde eſt in mulieribus. *Quæ peperit ei.* qa erat iuuēcula, potuit cōcipere ex ſene pp tēperiē ſemi

Attēde de ſenili ſemine. nis ſui cōtemperātis ſemen ſenile. Eſt enim ſemen ſenile frigidū, & ineptū ad cōceptū vbi ꝓportio magnæ bonitatis in ſemine iuuenili in adoleſcētula ſup excedāt intēperiē eius, vt poſſit reducere ad tēperiē. *Zamram & Iecſan.* Iſti oēs ſunt capita populorū, & duces, ſicut de Iſmahele orti ſunt duodecim duces, q̄ fuerūt principes in generationibus ſuis, & vocabulis ſuis, vt patet ī. *Madian.* Ab iſto venerunt Madianitæ, q̄ habitabāt circa montē Sinai in exitu de Aegypto poſt mare rubrū. Et de his accepit Moyſes vxorē, ſ. de filiabus ſacerdotis Madian, vt patet Exodi 2. cap. & iſti poſtea adiuuerunt Moabitas, vt pugnarent ꝯ Hebræos, & dederunt filias ſuas ſcortādas, vt deciperent Iſraelitas inducendo eos ad cultū Dei Phegor, vt ſic Deus iraſceretur eis, & ipſi dederunt conſiliū de vocādo Balaam ariolū, vt malediceret Hebræis. De quo Numeri 22. & 25. cap. contra hos poſtea pugnauerunt Hebrei, & occiderunt quinq; reges eorū, vt patet Numeri 31. cap. *Iecſan quoque genuit Saba* Ab iſto vr̄ denominata quędā regio, q̄ eſt in Arabia, q̄ abundat Thure. *Filij Dadan Aſurin.* Aliq putāt ab hoc Aſſyriā dictam, ſed falſum eſt, qa Aſſyrij dicūtur ab Aſur, q̄ ædificauit Niniuē, vt patet ſ. 10. cap. Niniue aūt caput eſt Aſſyriæ, vt patet in K
Prophetia Naum, q̄ ꝓphetās ꝯ Aſſyrios principaľr ꝓphetat ꝯ Niniuē vrbē ſanguinū. *Et Lathuſin.* Iſta non ſunt noīa ſingulr dicta, ſed pluraliter, vt patet ex Hebraica terminatione, q̄ nō cōuenit ſingulari, & dicunt iſti Latuſſim: eris ferri, metallorūq; ceſores. *Laomim.* Iſti ſm Hieronymū Philargi vocantur, qui ſunt principes multorum populorū. *De Madian ortus eſt Epha.* Ab iſto dicta fuit quædam terra apud Madian in deſerto, de qua Iſa. 60. cap. Inundatio camelorum operiet te dromedarij Madian, & Epha. *Et Epher.* Dicit autem Hierony. & Ioſephus in libris Antiquitatum, ꝙ Afer vnus de poſteris Abrahæ exercitum dixit in Libiam, ibiq; caſtramētatus terrā illā a ſuo noīe Aphricā nuncupauit. Dixit ēt, ꝙ Gedeus, ſiue Celdeus Propheta, q̄ & Malchus dictus eſt Iudæorum hiſtoriam ſcripſit, & dixit ꝙ ab vno filiorū Ceturæ Syria noīata eſt, ab alio vero, qui dictus eſt Apher Aphricā dictā fuiſſe, cui deſcendenti in Libiā Hercules tulit auxilium, & filiā eius noīe Etheā tulit Hercules in vxorem, & genuit ex ea Dodoran, cuius filius fuit Phoron, ſed hoc falſum, qa tpe iſto vſquequo Hercules fuit vir pugnator, fluxerunt anni plures, q̄ ſeptingenti, & viginti, qa Hercules fuit tpe primi belli Troiani, ſ. quādo occiſus fuit Laomedon, vt patet ex Chronicis vniuerſis, & ex Poetis. Fuit aūt hoc dum apud Iudeos iudicaret Thola, vt patet ex Chronicis Ioſephi, & Euſebij, & Iſidorus in lib. 5. Etymo. Ergo nō potuit aliquis de nepotibus Abrahæ vſq; ad illud tps concedere, Epher autē nepos fuit Abrahæ, & filius Madian, ſi coniungerentur anni, ex quo tpe natus fuit Madian vſq; ad annum, quo mortuus eſt Epher, qa ſunt duæ generationes ſm vitam illius tpis, rōnabiliter eſſent quaſi trecenti anni, nullo modo poſſet ergo Apher videre tpa Herculis, ſ. poſt ſeptingentos, & plures annos. Dicit ēt Ioſephus, & alij antiqui Chronographi Hebræorum, ꝙ filij Ceturæ ex nomine Saræ ſe Saracenos vocauerunt, & obtinuerunt primo Traconitidem, quæ eſt in Iudæa, & Phœnicē, Arabiamq; vſque ad terminos maris rubri. Hierony. autem dicit ab iſtis filijs Abrahę occupatas Indię regiones. Et hoc veriſimilius eſt, quia dr̄ infra, ꝙ Abraham ſeparauit dum adhuc viueret, filios concubinarū H
ab Iſaac ꝯ partem Orientalem, quod pōt intelligi abſolutè, ſ. ꝙ ſeparauit eos ad Orientalem plagam, reſpectu totius mundi, quę eſt India, vel vocatur Orientalis plaga reſpectiuè, ſ. comparando terras, in quibus habitauerunt filij Ceturę, & Iſmahelis a terra, in qua habitauit Iſaac, & iſto modo de duobus locis exiſtēribus circa extremitates Occidentis dicimus, ꝙ adhuc vnus eſt magis Orientalis, q̄ alius. *Dedit autem omnia quæ poſſederat.* Generaliter omnia bona mobilia, & immobilia, ſi qua habebat, vt agrum quem emit ab Ephron, vt patet ſupra 23. cap. Et nemus, quod conſeuit in Berſabee, & puteos, quos ibi fodit, vt patet ſupra 21. cap. Et rō fuit, quia Deus dederat Abrahę Iſaac, tanq̄ filium principalem, in quo benedictiones complendę erant, I
vt patet ſ. 17. cap. Alij aūt erāt minus principales, ideo potuit dare rationabiliter iſti, plusq̄ oībus alijs, alias. n. non eſſet iuſtum, ꝙ tm̄ Abrahā melioraſſet conditionem Iſaac, ꝙ daret ei plusq̄ alijs ſeptem iunctis. *Filijs autem concubinarum largitus eſt munera.* Vocat filios concubinarum filios Ceturę, & Agar, non ꝙ concubinę fuerint, quia ſ. 16. cap. dr̄, ꝙ Abraham accepit Agar in vxorē: & in principio autem huius cap. dr̄, ꝙ accepit Ceturam in vxorem. Nec enim accepiſſet ſanctus Propheta Abrahā concubinam, quia ſciebat mortale peccatū eſſe, quod nulla rōne perpetraret, ſed vocant̄ concubinæ, reſpectu Agar, q̄ principalis vxor fuit, vel vocantur concubinæ, quia nō fuerunt acceptæ in matrimonium cum ea ſolennitate, qua accepta fuit Sara. *Largitus eſt munera.* Ideſt, dedit eis aliqua bona mobilia, ſiue in pecunia, ſiue pecoribus, quæ in comparatione bonorum datorum Iſaac non videbantur hæreditas, ſed quædam leuia munera. *Et ſeparauit eos ab Iſaac.* Ne manerent in eadem terra, quia ſciebat eos tantū multiplicandos in prole, & bonis tēporalibus, ꝙ in eadem terra non caperentur. Sic enim dicitur de Abraham, & Loth, ſupra 13. cap. ꝙ diuites erant valde in auro, & argento, & pecoribus in tantū, ꝙ terra eos capere non poterat, ideo diuiſi ſunt ab inuicem. Vel quia putauit Abraham, & in ſpiritu cognouit, ꝙ ſi Iſaac maneret in eadem terra cum alijs, magnæ rixæ ſequerentur, qa alij

Inuidia inuenitur, ma lis multis præbet.

alij inuiderent Iſaac, quia plura ſuſceperat, inuidia autē A
multis malis præberet introitum. Cum aūt ſeparati ſe non viderent, inuidendi, nec malignādi locus non eſſet. Vel quia Abraham Deo reuelante cognouit, ꝙ cultus Dei in ſolis ſucceſſoribus Abrahæ per Iſaac māſurus erat, ideo diuiſit eos ab Iſaac, ne poſteritas aliorum poſteritatem Iſaac a Dei latria diſturbaret, vel quia habitare in terra Chanaam pertinebat ad partem repromiſſionis factæ Abrahæ: immo iſta fuit prima repromiſſio, vt patet ſupra 12. cap. Sed alij filij Abrahæ non erāt participes iſtius repromiſſionis, cum in ſolo Iſaac cōpleri deberet, quia in illo vocandū erat ſemē Abrahæ, vt patet ſ. 22. cap. ideo filij cōcubinarū nō debebāt habitare in terra illa. Nā licet ante deſcēſum in Aegyptū terra bene caperet oēs iſtos filios Abrahæ, qa pauci erāt, ſed poſtq̄ redijſſent multiplicati de terra Aegypti filij Iſrael, & alij filij Abrahæ multiplicarentur nimis, terra eos capere nullo modo poſſet, ideo neceſſe erat Hebræos pugnare ꝯ eos, vt expellerēt de terra. Et hoc erat valde magnū inconueniens, ꝙ volens cauere Abrahā, & vidēs ſic futurū in ſpiritu, & ex p̄cedētibus reuelationibus diuiſit oēs iſtos, & iſta fuit cā quare, vt patet ī. 35. cap. & 36. ſeparatus fuit Eſau cū ſua progenie ad montē Seir, ſ. ne poſtea debuiſſent eos Hebræi inde expellere. *Ab Iſaac filio ſuo.* Vocat Iſaac filium ſuum, quia licet alij filij eſſent Abrahæ ſpeciali modo, tamen Iſaac, quia per multas preces conceſſus erat, & per miraculū conceptus, cum vterq; parens ſenex eēt, & quod magis obſtabat mater erat ſterilis, deſierantq; ei fieri muliebria, vt patet ſ. 18. cap. & in hoc nomen C
eius manere debebat, vt dr̄ 21. cap. In Iſaac vocabitur tibi ſemen. *Ad plagam Orientalem.* Ideſt, ad terrā Iudæę, vt aliqui volunt, & ſic diximus ſ. ſm Beatū Hiero. hoc aūt intelligi pōt, quantū ad filios Ceturę, ſed nō quantū ad filios Iſmahelis, qa Iſmahel cū ſua poſteritate habitauit circa Sur, vt patet ī. in lra. Sed quomodocunq; ſit tā filij Iſmahelis, q̄ Cethuræ erāt magis Oriētales, q̄ filij Iſaac. De filijs enim Ceturę notū eſt. De filijs autē Iſmahelis patet, qa habitatio eorū fuit ab Heuila, q̄ eſt pars Indiæ vſque ad terminos Aegypti, ergo quātū ad vnā partē magis Oriētales fuerunt. *Fuerunt quoque dies vitæ Abrahæ.* Hic ponitur Abrahæ conſummatio. *Centum ſeptuagintaquinque anni.* Isti anni ponūtur diſtincti in D
Hebræo, ſ. *Centum anni, ſeptuaginta anni, quinque anni.* Et dicūt hoc eſſe ad deſignandū, ꝙ ita fuit Abrahā a peccato mūdus, quando fuit ſeptuaginta annorū, ſicut qñ fuit quinque, & ita qñ fuit centum, ſicut qñ fuit quinque. *Et deficiens mortuus eſt.* Deficere dr̄ qñ aliquis non morte violenta, nec ex aliqua magna corporis diſproportione moriť, ſed paulatim deficiēte calore nāli p ꝓſumptionē humidi radicalis, donec homo ſit quaſi deſiccatus, & talis eſt mors quorūdā habitātiū in quadā parte Hiberniæ, vel in locis tēperatiſſimis: oīs. n. q̄ deficit moritur, ſed non oīs q̄ moriť, deficit, cū deficere ſignet mortē māſuetā. *Mortuus eſt in ſenectute bona.* Ideſt, mortuus fuit, dū eēt ſenex & bonus, qa in gratia mortuus: è ꝯ aūt dr̄ de malis. Pſal. 54. Viri ſanguinū nō dimidiabūt dies ſuos. Sic ēt dr̄ Eccl. 7. cap. Noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tpe nō tuo. *Prouectæq; ætatis.* Ideſt, E
magnę ętatis, vel lōgæ ætatis. *Et plenus dierum.* Scilicet, qa nō venit ei ſenectus ante tps, ſicut aliq̄n euenit pp dolores, & infortunia, vt ait Boe. de cōſo. li. 1. Metro. 1.

Venit enim properata malis inopina ſenectus:
Et dolor ætatem iuſſit ineſſe ſuam.
Intempeſtiui funduntur vertice cani.
Et tremit effeto corpore laxa cutis.

Duæ ſunt ciuitates Dei, al. ſeu diaboli. *Congregatus que ad populum ſuum.* Ideſt, ad Patres ſanctos, q̄ erāt in limbo, illi vocātur ppłs, quia vt Aug. ſæpe inuit in lib. de ciu. Dei: duæ ſunt ciuitates, ſ. ciuitas Dei, & ciuitas diaboli: oēs. n. boni vnā ciuitatē faciūt, oēs ve

ro mali aliā ciuitatē. Et qa ciuitas ppłs eſt, ideo ciuitas Dei vnus ppłs eſt: oīs ergo bonus moriēs cōgregatur ad ppłm ſuū, i. ad bonos iā mortuos, tpe aūt Abrahæ, qa porta Paradiſi peccato primi parētis vſq; ad Chriſti mortē clauſa erat, iō oēs boni quotquot erāt mortui in limbo manebāt, tota. n. Dei ciuitas ibi erat, & in purgatorio, quātū ad alios paulo imperfectiores. Abrahā ergo q̄ ad ppłm ſuū cōgregatus dr̄ ad limbū deſcēdit, q̄ noīatur ſinus Abrahæ. Gl. aūt ord. d. *Ad populū ſuum.* Ideſt, ad Angelos, qa fortè nō erāt tūc tot boni mortui, q̄ facerēt ppłm. Et ſi dicat ꝯ, qa Abrahā nō iuit ad Angelos, qa vſq; ad paſſionē Ieſu Chriſti nemo aſſumptus fuit ad ſocietatē Angelorū. Rn̄deri poſſit, ꝙ licet nō trāſierit ad Angelos ſm rē, trāſiuit ad eos ſm ineffabilē ſpē. Vel pōt dici, ꝙ trāſijt ad ſocietatē Angelorū, non ſm beatitudinē, q̄ eſt in fruitione, ſed ſm q̄tudinē ab oī pēnali infeſtatione, quia licet in limbo Deū nō cōtēplent, pēnas tamē nullas experiunt, eſt tamē ibi aliqua pēna dāni, inquātū aīa ſoluta terreno carcere apta erat videre Deū, & qa ibi nondū videt accēdit deſiderio, ex quo tanq̄ amās expectās cruciat, donec ꝑ Chriſtū inde educta trāſiret ad beatificā viſionē: horibus aūt viuētibus nō contingit iſtud deſideriū, nec iſte cruciatus, qa aīa alicuius viuētis nōdū attigit terminū, in quo diſpoſita ſit ad frui, ad veniēdū tñ anguſtias huius diutinæ expectationis, veniūt Angeli Dei ad viros bonos ibi manētes, qa cōciues ſui ſunt, cū certiſſimè ſpectēt ad ciuitatē Dei, & multa nutu Dei de vita æterna reuel ātes, & de ſtatu ꝑſpero amicorū viuentiū, ꝑ q̄ multū ab anguſtiis leuiantur, de quibus magis dicetur Deuter. 3. cap. *Et ſepelierunt eum Iſaac, & Iſmahel.* Multi alii cōuenerūt ad exeqas Abrahæ, ſed nō fit hic mētio de eis, qa Iſaac, & Iſmahel erāt principales pſonæ. Sic enim ad exeqas Sarę tota ciuitas Hebron, & vniuerſa gens Hethæorum affuit, vt patuit ſupra 23. cap.

Dicendū ēt eſt, ꝙ alii filii Abrahæ de Cetura ad ſepulturā Abrahę cōuenerint audita morte eius, non tñ noſantur, quia principaliores erāt Iſaac, & Iſmahel. *In ſpelunca duplici.* Quare iſta ſpelūca vocat̄ duplex, cā fuit aſſignata ſ. 23. cap. ſ. qa vna erat ꝓ viro, alia ꝓ vxore, vel qa ꝓ quolibet erat duplex. q̄dā ꝓ toto corpore, q̄dā ꝓ cruribus. *Quæ ſita eſt in agro Ephron.* Ideſt, in agro, q̄ erat quondam Ephronis. Sic hr̄ ſ. 23. cap. & cōfirmatus eſt ager quondā Ephronis, in quo erat ſpelūca duplex, & ponit hic iſtud nomē Ephron diminutè, ſ. vna lra deficiēte, ſicut diximus ſ. 23. cap. & iſtud nomē Ephron, aliq̄n ponit declinabile, aliq̄n indeclinabile. 23. cap. ponebat declinabile in agro Ephronis, hic ponit indeclinabile. Sic ēt dr̄ ī. 49. cap. cū dr̄ in ſpelūca duplici, q̄ eſt in agro Ephron Hethęi ꝯ faciē Mābre. Sic ēt iſtud nomē Abrahā interdū declinat̄, interdū non, vt patet ex ſuperioribus. *E regione Mambre.* Ideſt, ꝯ Mābre, qa iſtud ſepulchrū nō erat in valle, ſed extra erat reſpiciēs vallē. Alii volūt, ꝙ Mābre ſit ipſa ciuitas Hebrō, vt innuit lra ſ. 23. cap. in fine, & tūc eſt ſenſus, ꝙ ſepulchrū illud ſit reſpiciēs ciuitatē Hebrō, q̄ vocat̄ Mambre. Et iſtud eſt verū, ſ. ꝙ ipſa Hebrō ſit Mābre, qa alr nō p̄dicaret vnū de altero in recto, vt patet ſ. 23. cap. cū dr̄, ꝙ reſpiciebat Mambre, hoc eſt Hebrō in terra Chanaā, & ibi magis de hoc dictū eſt. *E regione.* De hac dictione, quæ hic cōpoſita eſt, vide ſ. 21. cap. *Quem emit a filijs Heth.* Ideſt, ab Hethęis. Et ſi arguas ꝯ, qa dictū fuit immediate, ꝙ emerat Abrahā iſtū agrū ab Hebron filio Seor. Rn̄deť, ꝙ iſta idē ſunt: Hephron. n. Hethæus erat, qa erat filius Seor Hethæi, emendo ergo ab eo dicebat̄ emere ab oībus Hethęi, qa licet ager ille ad Ephron pertineret, qa tñ Abrahā alienigena erat, videbatur ille ager oīum Hethęorum eē, ꝓ ut Hethęi ſunt diſtincti ppłi ꝯ Hebręos, de qbus erat Abrahā. Iō vocat̄ Abrahā Hebræus, vt patet ſ. 14. cap. Vel dr̄, ꝙ ille ager erat in medio

dio agrorū aliorum Hethęorum,& qa vertebatur p̄iu F
diciū alioꝝ, iō regrebat̄ consensus eorū, & quantū ad
hoc necesse fuit Abrahā rogare eos, qđ satis est eme-
re. Vel fortè dedit cuilibet eorū aliqd, vt assensum vē-
ditioni p̄starēt, quatenus sua intererat, vel fortè erat in
ter eos lex, aut cōsuetudo, vt nullus posset vēdere pos-
sessionē aliquā alienigenæ, sine consensu oīum eorū,
iō Abrahā q̄ suit ab oībus consensum. & sic videbat a
cūctis emisse agrū illum. *Ibi sepultus est ipse, & Sara vxor
eius.* Quia mos erat Patriarcharū apud le vxores suas
sepelire, de his Patriarchis, q̄ ibi sepulti sunt, dictū fuit
s.23.cap. *Et post obitum Abrah benedixit Deus Isaac.* Idest
multiplicauit eū in bonis spiritualibus, & p alibus. Be-
nedictio enim semp importat augmentū. *Et habitauit
iuxta puteum cui nomen est videntis, & viuentis.* Iste puteus
est noīatus sic ab Agar, vt patet s.16.cap. De quo ēt di-
ximus cap. p̄ce. est aūt iste puteus circa Bersabee ꝺ Au-
stralē plagā pergentibus ad Aegyptū. Et dicet aliquis
q̄ iste est puteus Bersabee, q̄ interpretatur puteus se-
ptimus, vel puteus iuramenti, sed fuit noīatus varijs no
minibus a diuersis p̄sonis pp diuersos effectus. Resp̄o
detur, q̄ non est idē puteus, nec idē locus, qā p̄ce. c. vbi
dr̄ de aduentu Rebeccæ cū Eliezer dr̄, q̄ eo tpe Isaac
egressus fuerat ad meditandū in agro p viā, q̄ ducit ad
puteum, cui nomen est viuentis, & videntis, sed tunc
Abrahā morabatur in Bersabee, vt patet ex superiori-
bus, ergo Bersabee non est puteus viuentis, & videntis,
est tn̄ propinquus ei in tm̄ q̄ habitans in vno loco, di-
cat habitare in alio, vt patet ȝ.25.cap. vbi dr̄, q̄ habita-
tio Isaac fuit in Bersabee, licet aliq̄n fuerit in puteo vi-
dentis, & viuētis. Dicendū est ergo ista esse duo loca, s.
q̄ Bersabee sit locus, in quo habitabat Abraham, & in
quo postea habitauit Isaac, & apud hunc erat puteus,
quem foderat Abrahā cū seruis suis, vt patet s.21.cap.
& sup hoc iurauit ei Abimelech rex Gerarę, ne eum,
vel successores suos infestarent, & pro hoc iuramento
vocatus fuit Bersabee, quasi Berseuoa, & apud eundē
Abrahā dedit Agnas.7. Abimelech, & p illis vocatus
fuit Bersabee, quasi Berseua, s. puteus septē. Puteus aūt
cui nomē est viuentis, & videntis est intra solitudinē, p
q̄ errabat Agar, & cū sitiret Ismahel iacēs moribūdus
sub arbore ostēdit ei Deus illū puteū, siue fontē, & sic
ille aliquā r distat a puteo, quē foderūt serui Abrahæ,
& est in Bersabee. *Hæ sunt generationes Ismahelis.* Hic po I
nit.2.s. pars incidētalis. Fecerat mentionē scriptura de
honore, quē Ismahel exhibuit Abrahæ morienti, & iā
mortuo. iō meruit, vt describerēt hic eius gnātio. *Et
hęc nomina filiorum eius.* Ponūtur hic duodecim duces de
gne Ismahelis, q̄ fuerunt p̄res familiarū, & p̄missi fue-
rūt Abrahæ. s.17.cap. *In generationibus suis.* quia isti oēs
filij nō fecerunt oēs vnū ppm, vel vna cognationē, sic-
cut 12.filij Iacob, sed diuersas cognationes, & diuersas
gētes, vt ȝ. patebit. *Et vocabulis suis.* quia isti fecerūt gē-
tes tā diuersas, q̄ diuersa idiomata habuerunt, & diuer
sa noīa terrarū fecerūt. *Primogenitus Nabaioth.* De quo
ait Hieronymus, q̄ oīs regio ab Euphrate vsq; ad ma-
re rubrū Nabathea dr̄, q̄ est q̄dam pars Arabiæ. *Deinde
Cedar.* A quo Cedar quędā regio in deserto Arabię in-
ter Chanaā, & Aegyptū, de qua Psal.119. Cū habitāti- K
bus Cedar multū incola fuit āia mea, & de hoc dr̄ Ie-
rem.cap.1. Cum dr̄, Transite ad insulas Cethim, & in
Cedar mittite, & cōsiderate vehementer si factum est
huiuscemodi, & si mutauit gens Deos suos, & certè ip
si non sunt Dij. *Duina.* a quo Duina regio quædam.
Thema. Ab hoc Theman ciuitas, & prouincia ad Me-
ridiem in Idumæa, de qua erat Elifam Themanites
vnus de amicis Iob: Iob 4. cap. *Cethma.* A quo no-
minatur Cethuna regio, quæ est ad ori. De alijs au-
tem D. Hieron. quod ciuitates, & pagos condiderunt
sed nomina eorum, uel mutata, uel incognita sunt,

Determi-
natio.

Cedar re-
gio.

Et hæc nomina per castel. & oppida eorum. In quo notatur,
quod quilibet istorum castellum & oppidum cōstru-
xit, & illa nominātur nomine istorum, sed vt dictum
fuit plura nomina istorum abolita sunt 12. *prin tri suo-
rum.* idest isti 12. fuerūt capita diuersa. tribuum & gen
tium. Habuit autem Ismahel aliquas filias, sed nō no-
minantur, quia solum intendit ponere scri. capita trib.
Mulieres autem nunquam sunt capita trib. antecedēs
patet infra 28. cap. vbi dicitur, q̄ Esau duxit in vxorē
Mahelet filiam Ismahelis sororem Nabaioth. *Et defe-
ciens.* Scilicet morte naturali senectute grauante, quo-
tidiana vrgente corporis solutione. Et dicunt Iu-
dæi, q̄ non dicitur istud verbum deficiēs in sac. scri. ni- C
si de bonis, & ideo dicunt, q̄ penituit malorum præte
ritorum antequam moreretur. *Et mortuus est.* Dysente-
ria vt iud. volūt. *Et appositus est ad po su.* Idest ductus est
ad limbū Abrahæ, in quo erat totus pop. ciuit. Dei q̄
erat tūc in cūcta expectatione futuræ ſęli. *Habitauit au-
tem ab Heuila.* Dicitur Heuila, siue Heuilath regio In-
dię ab Heuila nepote Heth, & istam circuit Phison, vt
patet sup. 2.cap. ex quo videtur, quòd ista terra est me
ridiana magis quàm Ethiop. qa illa. 4. flu. se habent, q̄
primum est magis merid. secundum minus, tertium
minus, quartum valde septen. vt patet ex situ terrarū
per quas transeunt, sed non directè concluditur: nam
primus flu. para. qui vocatur phison, vocatur apud gē-
tiles & Latinos Ganges, & intrat per frontem Indiæ,
vt patet per Paulum Orosium lib.j. de Orme. mun.
Sed frons Indiæ, vel Asiæ non declinat ad merid. si-
cut Ethio. quæ est in latere merid. Asiæ. Sed vt dictum H
est sup. 2. cap. de situ terræ. Para. est aliqualiter contra
septēt. & nō sub linea æquinoc. (vt volunt aliq) qa flu.
omnia para. nascuntur in ori. versus sep. & ibi non est
magis distantia a Para. terre. flu. autem post ortum suū
variantur huc, vel illuc, & dum longius recedunt a lo-
co originis magis huc, vel illuc flectuntur, vt patet in
Phison. Nam in ori. est & conditur in Oceano. Secun
dus qui est Nilus, vel Gihon tēdit ad Ethiop. q̄ est ma-
gis merid. quàm media frons Asiæ, sed in ortu suo in
India magis declinat ad merid. Phison quàm Gihon,
idest Nilus. Et illud etiam quod dicebatur nō est sim-
pliciter verū, scilicet q̄ ista flumina se habent per ordi-
nem, q̄ vltimum inter ea magis septē. est quàm alia,
& sic per ordinem inter aliqua. Nam inter omnia. 4.
vltimum ponitur Euphra. tamen ipse magis meri. est
quā Tigris qui est. 3. flu. Nam Tigris vadit contra As-
syrios, qui sunt septē. circa caucasum, & Euphra. tran-
sit per Baby. quæ est meridiana. Item quia Euphra. tan
git terrā promiss. in vno latere, vt patet sup. 15. c. cum
dr̄ semini tuo dabo terrā hāc a flumine Aegypti vsq;
ad flumen Euphratis, sed Tigris nullo modo tāgit ter-
rā prom. sed vadit ad septē. magis, vt patet per Paulum
Orosium 1. de Ormesta mūdi. *Sur.* est quędā solitudo
inter Cades, & Barad extēdēs se vsq; ad mare rubrū, &
Aegypti cōfinia, & ista solitudo Sur alio noīe vocāt so
litudo Ethan: vt latè patebit Exo.15.cap. cum dr̄, Tulit
Moyses filios Israel de mari rubro, & duxit illos in de-
sertū Sur, & ambulauerūt tribus diebus p̄ solitudinē,
& nō inueniebāt aquā. Inter istas duas terras satis ma-
gna longitudine, & tractu terrarū habitatio Ismahelis
extēdit. *Contra Aegyptum introeuntibus Assyrios.* Idest, p
illā partē, p quā intrat ad terrā Assyriorū. *Coram cunctis
fratribus suis obijt.* Idest, mortuus fuit, anteq̄ moreret ur
alij frēs sui, & sic anteq̄ moreret aliqs de filijs Abrahæ,
mortuus fuit Ismahel. Vel corā fratribus suis, i. q̄ frēs
sui oēs venerūt ad mortē suā, vt honorarent eū, & ibi
eis p̄ntibus mortuus est. Vel corā oībus fratribus suis,
i. corā oībus filijs suis: vocātur. n. interdū filij frēs p̄ris
sui, sicut vocauit Iacob filios suos fratres, vt patet ȝ.31.
cap. idē fecit Laban. Et ista expō cōsonat satis pp̄ equi-

Heuila, si-
ue Heuilat
regio.

Filij quan-
doque fra-
tres patris
sui nomi-
nantur.

uocationem

uocationē dictionis Hebraicæ hic positæ, q̄ signat an- A
tecessionē tp̄is, vel p̄sentiam loci, vbi aūt nos dicimus
hic. *Obijt.* Dicunt Hebręi. *Naphal.* quod signat duo, s.
cadere, siue mori, vel tētoria cōstituere. Primo modo
accepit lr̄a nr̄a, s. *Obijt.* quod est cadere. Alio modo ac-
cipit, i. ponere tētoria, & sic est sensus, q̄ Ismahel fixit
tentoria ante frēs suos, i. ēt si ipse videret alios multos,
nō formidabat ponere tētoria sua ꝺ eos, i. ꝺ eorū placi-
tū. Et hoc est qđ dr̄ s.16.cap. Iste homo ferus erit, ma-
nus oīum ꝺ eū, & manus ei⁹ ꝺ oēs, & è regione oīum
fratrū suorū figet tētoria. Et eadē dictio ponit̄ ibi apud
Hebręos, sicut hic, sed lr̄a nr̄a secuta magis sensum, q̄
verba trāstulit ibi. *Fixit tentoria.* qa ibi fiebat mētio de
fortitudine Ismahelis, iō istud verbū. *Naphal.* non de-
buit signare mortē, qa mors nō ptinet ad robur, sed ad B
defectū. Hic autē posuerat quō Ismahel vixerat tot an-
nis, & mortuus fuit. iō nō debuit hic signare. *Naphal.*
figere tētoria, sed cadere, vel mori: qđ. n. signaret dice-
re Ismahelē mortuū, deinde subiūgere eū posuisse ten
toria? *Hæ sunt generationes Isaac.* Hic ponit ſm principa-
le, s. Isaac multiplicatio. *Filij Abraham.* Dicūt Iudæi, q̄
vocāt hic Isaac filius Abrahæ, qa fuit valde similis, &
hoc Deus fecit ad tollendā suspicionē. Aliq. n. suspica-
bant, q̄ Abrahā, qa senex erat, non potuisset gnare, sed
q̄ aliquis cōcubuerit cū Sara in domo Abimelech in
Gerara, & inde genitus fuisset. Magna autē similitudo
Isaac ad Abrahā tulit istā p̄sumptionē. Sed magis vo-
catur Isaac filius Abrahæ, qa licet alios filios habuerit
Abrahā, tn̄ nō erāt ita spāles ei, sicut Isaac, quia in solo
Isaac cōplēdę erāt ꝓmissiones, vt patet s.cū dr̄ in Isaac C
vocabit tibi semē, rectè ergo vocabat specialiter filius
eius. Et dicuntur hic gnationes Isaac, qa duos filios ha-
buit, ēt si vnico solo conceptu. *Qui eum quadraginta esset
annorum.* In quo patet Isaac continētia, qa nō festinauit
ducere vxorē in parua ætate, vt carnis illecebris frue-
ret, sed sustinuit vsq; ad tp̄s p̄fectū matrimonio, ſm il-
lud tp̄s. *Filiam Bathuelis Syri.* De quo plenè dictū fuit p̄-
ced.c. vocāt Bathuel Syrus, qa Mesopotamia in Syria
est, qa Syria accipit multipl r, vt patuit p̄ced.c. *De Meso-
potamia, q̄ est terra sita inter duo magna flumina.* s. Tigrin, &
Euphratē, in qua sunt aliquę ciuitates, qa ēt ibi est ciui-
tas Nachor, de qua patet p̄ced. cap. Aliqn̄ Mesopota-
mia signat vnā solā ciuitatē, s. Aran. *Sororem Laban.* No- D
minat Laban, qa iste fuit, de cuius filiabus accepit vxo-
res postea Iacob, vt patet ȝ.29.cap. *Deprecatus q̄ue est.* Di-
uidit autē discursus lineæ Isaac in tres partes. Primo. n.
ponit gnatio, secūdo parētis p̄batio, cap.26. tertio po-
steritatis ordinatio. ȝ.27.cap. Prima in duas, qa primo
ponit gnatio. Secūdo gnatorum cōuersatio ibi. *Quibus
adultis.* Circa primū. *Deprecatus est Isaac pro vxore sua.* qa
cōcipere nō poterat cū stetisset cū ea p viginti annos.
Dicit enim Greg. q̄ quāuis facta eēt p̄missio, qa di-
q̄ fuerat s.21.cap. in Isaac vocabit tibi semen, p̄cibus
tn̄ cōplenda erat p̄finitio. Et dicet ꝺ, qa p̄finitio Dei est
immutabilis, & sufficiēs cā p se, iō quāuis p̄ces non es-
sent, Dei p̄finitio cōpleret. Resp̄odet, q̄ Dei p̄destina-
tio immutabilis est, tn̄ qa Deus p̄destinās alicui finem,
prædestinat ei ea q̄ sunt ad finē, iō cū ab æterno aliquē
prædestinauerit ad vitā æternā, sic eū prædestinauit, vt E
cū Sanctorū p̄cibus, vel talibus laboribus adipisceret.
Et q̄n arguitur Dei p̄destinatio immutabilis est, ergo
sine p̄cibus impleri p̄t, nō valet ista consequētia, im-
mo potius infert̄ oppositū, s. p̄destinatio est immuta-
bilis, ergo sine p̄cibus adimpleri nō potest. Patet cōse-
quētia, qa p̄destinatio ista a Deo sic est ab æterno, vt fi-
nis ille p̄destinatus sine p̄cibus nō adipiscat. Si aūt dice
remus, q̄ sine p̄cibus hēri posset, seq̄ret ergo q̄ muta-
ta fuerat Dei p̄finitio. Si. n. Deus prædestinaret hoīes
simp r, s. solū p̄ordinando eos ad vitā ęternā, & non p̄-
ordinādo aliquē specialē modū, p quē ad illū finē de-

Quæst.4.
An prædestinatio sit cōditionalis, an absoluta.

Quæst.5.
Quibus
adultis
Isaac
precata
fuerit
uxori sua
ut fecun-
da esset

Quia He-
breorum.

Sed tunc dices, sequetur ergo q̄ prędestinatio cōdi-
tionalis est, s. q̄ oportet aliquod bonū determinatū a
Deo facere, vt pueniat ad finē p̄destinatū, quod si non
fecerit, impoſe est venire ad vitā æternā. Sed hoc val-
de falsum est, qa tūc Dei p̄finitio certa nō erit cū cōdi-
tionalis nihil ponat in esse. Resp̄odetur, q̄ p̄destinatio
nulla fit cōditionaſr, s. Si tale bonū feceris, & in illo fi-
nieris, vitā ęternā adipiscęris, qa tūc sequeret, q̄ oēs es-
sent p̄destinati, & nullus p̄scitus, quod est ꝺ Apl̄m ad
Rom.8.& 9.cap. vbi ponit differētiam inter p̄destina-
tos, & nō p̄destinatos: cōsequētia patet, quia de quoli-
bet hoīe tenet ista conditio, q̄ si in charitate mortuus
fuerit, vitā æternā obtinebit. Nec est poſe aliquē ho-
minē in charitate decedere, q̄ vitā æternā nō assequat̄.
Generalis ergo eēt p̄destinatio, quod totā destruit scri
pturā, qa tūc nō essent q̄dā vasa ad decorē, & q̄dam ad
ignominiā, q̄ ponit Apl̄s ad Rom.9.cap.s. Vasa iræ ap-
ta ad interitū, & vasa misericordiæ apta ad gloriā. Di-
cēdū ergo q̄ p̄destinatio Dei absolutè fit, & p̄destinat
Deus isti finē vitæ æternæ, & mediū perueniēdi qđ ne-
cessariā cōnexionē habet cū fine, vt determinatū est,
vtrūq; tn̄ absolutè p̄destinat. Non. n. sic p̄destinat si fe-
ceris hoc bonū, ibis ad vitā ęternā, sed ibis ad vitā æter-
nā, & facies hoc bonū. Tunc aūt vtrūq; certū, & deter-
minatū est, s. & q̄ ibit ad vitā æternā, & q̄ tale bonū fa-
ciet. Si. n. diceret si feceris hoc bonū, ibis ad vitā æter-
nā, non determinatè p̄destinaret finis, nec mediū per-
ueniēdi ad eū. Et sic nō eēt aliqua gr̄a in particulari, li-
cet eēt in vł, qa opa nr̄a ēt si bona sint, nō sunt condi-
gna vitæ æternæ, qā nō sunt condignę passiones huius
tp̄is ad futurā gloriam, quæ reuelabit̄ in nobis, vt hr̄ ad
Rom.8.c. Fit ergo p̄destinatio in hoc, q̄ Deus ex me-
ra liberalitate determinauit ab æterno, quos voluit ad
vitam ęternā, & determinauit eos ad certum modum
perueniendi ad illum finem, & certissimè operabun-
tur medium illud præordinatum, & hoc non ex deter
minatione intellectus, vel voluntatis nostræ ad aliquid
horum, sed quia Deus sic præordinauit, vt nos ex sua
liberalitate vitam æternam haberemus. Qui autem sic
prædestinati non sunt, ad hoc bonum determinati nō
sunt, ideo suis malis actibus damnabuntur. Manet ta-
men in ijs omnibus arbitrij nostri inconcussa libertas,
& Deus speculatur desuper, & iustas pœnas malis, bo-
nis vero cōdigna merita tributurus, vt concludit Boe-
tius in fine 5. de Consolat. prosa vlti. Manet ergo pre-
ces Sanctorum necessarias esse, quia ita prædestinati
sumus, vt per illas vitam æternam adipiscamur. Sic
enim Greg. lib.1. Dialo. quæ Sancti orando efficiunt,
ita prædestinata sunt, vt sine eorum p̄cibus non obti-
neantur. Nam ipsa quoque cœlestis regni prædestina-
tio ita est dispensata, vt ad hanc electi labore perue-
niant, & postulando mereantur accipere, q̄ ante sęcu-
la eis Deus promiserat dare. Sed dicetur contra, præ-
destinatio ab æterno est, ergo nō potest dici, q̄ ad eam

homines

homines precibus, vel laboribus perueniant, quia ante æternitatē non fuerūt aliqui labores nostri, vel preces quibus mererēmur vitā æternā habere, vel sic prædestinatos esse. Respōdetur, q̄ in oībus istis locutionibus accipit prædestinatio pro ipso fine determinato, & nō pro ipla Dei dispōne. Nullus enim peruenit ad illam beatā vitā, nisi Deus disposuerit eum illuc venturum. Ex ista ergo dispōne totū bonū nobis inest. Et ista vocatur prædestinatio, & ista est ante sęcula. Sic habetur Malac. 1. cap. Anteq̄ q̄quā boni, vel mali facerent, Iacob dilexi, Esau autē odio habui, & hanc nullo modo mereri possumus, sed ista dat nobis causam merendi, quia nos incitat ad bene agendū, per quod peruenturi sumus ad vitā æternā. Finis aūt prædestinationis est ipsa vita ęterna, & hanc dicimus mereri de congruo, & hoc q̄a prędestinati sumus: nunq̄ enim aliquis de congruo, vel de cōdigno vitā æternā vltimatè merebitur, nisi q̄ prædestinatus est ad vitā æternā. Est ergo sensus q̄ nullus homo mereri potuit, q̄ Deus eū prædestinaret ad vitā æternā, q̄a ista prædestinatio fuit ante sęcula, & tunc nulla nostra merita extabant. Etiā q̄a iā grā non esset gratia, vt ait Aplūs ad Rom. 10. cap. Sed postq̄ nos sola Dei bonitate, pordinati sumus ad vitā ęternā nascimur tpaliter, & laborando nos, vel Sanctis orantibus pro nobis promeremur de cōgruo illā vitā Paradisi, ad quā ab æterno pordinauerat nos Deus. Et hoc est, pmereri finē pdestinationis, i. beatitudinē, ad quā pdestinamur, sed non promereri pdestinationē, i. promereri, q̄ Deus ab æterno nos elegerit, q̄ propriè vocat prædestinatio. *Eo quòd esset sterilis.* Si gentes multæ de semine Isaac gignēdæ erant, quare sterilē vxorē accepit? Respondet Greg. q̄ Deus præordinauerat Isaac habiturū filios pcibus prius fusis. Si aūt vxorē non sterilē accepisset, nō haberet occasionē precandi Deum pro filijs, dedit ergo ei sterilē vxorē, vt cōpleret prædestinatio, s. q̄ filios precibus mediantibus haberet. *Qui exaudiuit eum.* Ideſt, Isaac, q̄a sic ab æterno dispoſuerat, vt Isaac precantē exaudirer. Et dr̄ exaudisse Isaac, quia licet ambo orarent pro filijs: quia tñ iustior erat Isaac, exauditus est citius quam Rebecca, vnde volunt Hebręi q̄ in vno cubiculo existētes, ambo orabāt Isaac ex vna parte & Rebecca ex alia: & ideo vbi nos dicimus. *Deprecatus est pro vxore sua.* Hebręi dicunt. *Deprecatus est contra vxorem suam.* Scilicet vnus ad vnū angulum domus, alter ad alterum. *Dedit conceptum Rebeccę.* Hoc fuit post 19. annos à contractu matrimonij, & à cohabitatione simul domestica, paret q̄a q̄ñ accepit vxorē erat quadraginta annorum, vt hic. Sed q̄ñ nati sunt filij erat annorum sexaginta, ergo interciderāt anni 19. inter copulam matrimonialem, & cōceptionem. *Sed collidebantur in vtero eius paruuli.* Ista coniunctio, sed, est aduersatiua, & semper diminuit, vt si dicamus, tu das mihi mille Morabitinos, sed debeo tibi decem diebus famulari. Hæc particula, sed, diminuit beneficium. Sic est sensus, Deus dederat Rebeccæ conceptū, & in hoc magnam gratiam fecerat. *Sed collidebantur paruuli.* Ideſt licet ista gratia magna fuisset a principio cōceptus, iā tñ magna non videbatur, quia collidebantur paruuli, immo si sic permansissent collidendo se nulla gratia fuisset dare ei conceptum, immo magis fuisset pœna, quia necesse erat fieri abortū, & mortem paruulorū, & matris periculum, cōtinuumq̄; dolorem. Et istam sententiam secuta fuit Rebecca, cum infra dixit, si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit cōcipere? ideſt si Deus disponebat vexare sic me, & paruulos in vtero meo, quid necesse fuit concipere, ideſt ad quid dabat mihi conceptū, quia nihil proficiebat, nec erat aliqua gratia. *Collidebantur paruuli in vtero.* Ideſt, percutiebant se, quia mouebātur in vtero, & deinde impetebant se. Sicut cum aliquis collidit vnum lapidē cum alio, vel lapidem cum ferro. Et signabat hoc cōtentionem futuram inter populos natos de semine istorum duorū puerorum, vt infra declaratur. Quia Deus interdū futura prophetat verbis, interdum rebus, vt demonstrauimus §. 15. & 19. cap. septuaginta interpretes posuerunt, q̄ pueri ludebant in vtero, vel calcitrabāt. Aquila vero Ponticus posuit constringebantur, vel frangebantur. Symacus vero in superficie ferebātur in similitudinem nauis carentis legitimo pondere. *Si sic mihi futurum erat.* Ideſt, si sic Deus disposuerat, q̄ paruuli luctarentur in vtero. *Quid necesse erat concipere.* q.d. superfluum erat, timebat enim abortum, & sic morerentur paruuli, tunc autem conceptus inutilis esset. *Perrexitque vt consuleret Dominum.* Secundum Iosephū, & scholasticam historiā dr̄, q̄ Rebecca iuit ad montem Moria, quem locum sanctum eē credebat, vbi Abraham altare struxerat cum voluit immolare filium suum, & factis ibi victimis in holocaustum, posuit se super pelles sacrificiorum ad dormiēdum, vt in somnijs a Deo veritatem audiret, sicut cōtingebat multis prophetis. Et ne phātasticis somniorum illusionibus falleretur, sed a Deo nuda veritas patefieret (iuxta morem gentium) folia lauri, quæ tripodes vocant, & folia agni casti, qui est quædam herba somniorum obuians phantasijs, capiti suo supposuit, & sic dormiens a Deo responsum accepit quod sequitur. Alij autem dicunt, q̄ iuit ad Melchisedech, q̄ est Sem, qui sacerdos Dei altissimi erat, vt paret §. 14. cap. vel iuit ad Heber, qui spiritum propheriæ habuit, quod de nōstrauit ex. cap. 11. §. vbi dr̄, q̄ Heber genuit filium, & vocauit nomē eius Phaleg, i. diuisionem, quia in diebus eius diuisa est terra, & hoc satis verisimile est, q̄ cōsuluisset aliquē istorū, quia isti tunc manebāt. Vixit enim Sem, qui dictus est Melchisedech vsque ad annum quadragesimū vitę Iacob, vt demonstrauimus §. 11. cap. vixit aūt Heber vsq; ad annum 69. vitæ Iacob, vt demonstrauimus §. 11. cap. & ibi vide. Cōstat ergo, q̄ adhuc postq̄ Rebeca genuit pueros, & consuluit Dūm, vixit Melchisedech quadraginta annis, & Heber 69. *Qui respondens ait.* Scilicet Deus siue per se ipsum responderit sup montem Moria fm primam expositionē, siue p Melchisedech, vel Heber rñderit, q̄a quæcūq; Prophetę rñdēt, Deus rñdere dr̄, quia vt ait Beatus Petrus secunda Cano. cap. 1. Nō voluntate humana allata est aliq̄n ꝓphetia, sed Spiritu sancto dictante, locuti sunt sancti. *Duæ gentes in vtero tuo sunt.* Ideſt capita duarū gentiū, q̄a de Esau venerunt Idumęi, de Iacob venerunt Israelitę, siue Iudæi. *Duo populi.* Idem est quod superius pro eodē accipit hic gentē, & populū, sed est vt modus Prophetarū, qui quasi rhythmicè loquētes duplicant verba in eodem sensu ad ornatum, vt patet maxime per totum Isaiam. *Ex ventre tuo diuidentur.* Ideſt, istæ duæ gētes nō solum erunt diuisæ, q̄ñ fuerint multiplicatę, sed quando natæ fuerint ab vtero, adhuc diuisionē, vel discordiam inter se habebunt, patet enim maxima diuisio Idumæorum, & Iudæorum, quia anteq̄ nascerētur ab vtero, iam luctabantur in vtero, deinde cum nascerentur vnus, tenuit plantā alterius, ne exiret, deinde postq̄ nati sunt, in conditionibus viuendi auersi fuerunt in tantum, quòd Esau insidiabatur vitæ Iacob dicēs: Venient dies planctus patris mei, & occidam fratrem meum, patet ꝯ. 27. cap. Postq̄ autem in gētem magnā creuerunt, aduersi fuerunt, quia Idumæi nō permiserunt Iudæos transeuntes per desertum, venire per terminos terræ suę, vnde dixit rex Edom non transibis per me, alioquin armatus occurrā tibi, licet postea aliquo modo permiserit, vt magis declarabitur Deuteron. 2. cap. & Numeri 21. cap. Iudæi aūt postea aduersati sunt eis, & destruxerunt eos subijcientes seruituti, vt patet 2. Regū 8. c. Sed adhuc postea repugnauerūt, & semper inuiderunt

Cur Deus promisit Isaac accipere vxorē sterilē, cū latè esset multiplicaturus.

Gentilium mos, ne phātasticis somniorū illusionibus vera rentur.

Idumęorū & Iudęorū discordia etiam ante ab vtero ortum.

inuiderunt Iudæis gaudentes de malo eorum, & oppugnantes eos quousque propter ista scelera Idumęa à Chaldæis destructa fuit, & translata ad alias gentes, de quo patet in Abdia. Toto ergo tēpore durationis istarum gētium, ex quo ab vtero natę sunt vsquequo Idumæi destructi sunt, discordia, & inuidia inter eas fuit, vt patet Amos primo cap. super tribus sceleribus Edon, & super quarto non cōuertam eum, eo quòd persecutus sit in gladio fratrem suū, & violauerit misericordiam eius, & tenuerit vltra furorem suum & indignationē suam vsque ad finem. *Populus populum superabit.* Ideſt licet sint fratres nō erunt in pace, sed vnus superabit alium in bellis. *Et maior minori seruiet.* Populus maior vocatur, populus Idumæorum, qui licet fortè non esset maior in gentibus, erat maior, q̄a natus de fratre primogenito, scilicet Esau: hoc autem non fuit completum tempore Esau, & Iacob, quia viuente patre eorum anteq̄am Iacob iret in Mesopotamiam, Esau premebat fratrem suum Iacob, nec poterat ei Iacob resistere, & hoc fuit origo eūdi in Mesopotamiam, vt patet infra 27. cap. Nec etiam fuit cōpletum redeunte Iacob de Mesopotamia, quia tunc exiuit ei obuiam Esau cum quadringentis armatis equitibus, & timuit valde Iacob, & incuruatus est multoties coram eo vocans eum dominum, vt patet infra 32. cap. sed fuit completum, quando Dauid pugnans contra Idumęos subiecit eos in tributarios, vt patet 2. Reg. 8. cap. Vel magis fuit impletum tempore Christi, quādo maior populus, qui fuit populus Iudaicus, quia primogenitus fuit Dei, seruiuit populo Christiano se ei subijciendo, vel in voluntate seruiendo, vt ait August. 16. de ciuitate Dei cap. 28. *Iam tempus pariendi erat.* Quia elapsi erant nouem menses à conceptu. *Et ecce gemini.* Ideſt duo, geminus proprie signat duplatum, & vocantur propriè gemini illi, qui corpora, quasi in duplo maiora habent in omni dimensione, siue latitudine, cum membrorum proportione, & roboris magnitudine: hic autem geminus numerum duorum signat. *Reperti sunt.* Quod patuit in egressione, quando vnus tenuit alterius plātam. Ex quo innuitur, quòd ante partum licet Rebecca sentiret in vtero suo motum illum, nesciebat vtrum gemelli essent. Non fuit sic in partu gemellorum, quantum ad Thamar nurum Iudæ, quia illa sensit se habere duos in vtero, & non post conceptū, sed ante effusionem paruulorum ab vtero, vt declarabitur infra 38. capit. *Qui prius egressus est ruffus erat.* Ruffus dicit colorem declinātem ad rubeum aliqualiter, & citrinum, vel quasi nigrum, quia color propriè rubeus tantam intensionem requirit, quòd in hominibus non reperitur, nisi quando accidentaliter, ꝓpter verecundiam sanguis ad vultus superficiem prouocatur. *Et in morem pellis hispidis.* Homines habent pilos in ętate aliqualiter perfecta, quando ex calore aliqualiter inualescente digeruntur humores sicci. Et cum emittuntur per strictissima loca pororum in pilos formantur secundum angustiam locorum, per quę transeunt figuram assumentes. Esau autem cum de vtero nascereturtotus pilis coopertus apparuit. Et hoc fuit, vel quasi monstrum, vel fuit miraculum, vel aliqua specialis complexio, qualis non reperitur in alijs paruulis natis. Sed satis mirabile fuit, quia si monstrum fuit, vel complexio temperiei naturalis debuisset esse æqualis Iacob, quia ambo eadem hora concepti sunt, licèt hoc non generaliter teneat, q̄a aliquando gemelli dissimiles in naturalibus nascuntur. *Protinus autem egrediens.* Ideſt alius immediatè egrediebatur: nondum enim vnus egressus fuerat, & alius egredi conabatur in tantum, quòd sequens manibus suis comprehendit plantam egredientis, vt ipse

Geminus quid signi ficet.

Quæst 5. Vtrū collisio ista in vtero, & tentio plāt æ fuerit naturalis.

prior egrederetur, quasi de primogenitura contendentes. *Plantam fratris tenebat manu.* Ne egrederetur.

Sed quæritur, vtrum collisio paruulorum in vtero, & tentio plantæ naturaliter contigerit. Et posset aliquis probare, quòd naturaliter contigerit, quia duo paruuli præ angustia materni vteri intra capi non poterant. ideo vnus premebat alium, & alius alium, & sic ad inuicem collidebantur. Respondebit aliquis, quòd non fuit naturalis talis collisio, quia si fuisset naturalis non miraretur Rebecca. Sed ista probatio nulla est, quia non solum miramur de supernaturalibus, sed etiam de naturalibus. Dicitur enim admiratio suspensio mentis attonitæ propter aliquod magnum existimatum: magna autem non solum reperiuntur in supernaturalibus, sed etiam in naturalibus. Patet, quia miramur de ijs, quæ fiunt in cœlo, vt de diuersitate noctium, & dierum, & de varijs moribus stellarum, & de quarundam immobilitate, licèt ista naturaliter fiāt, quia eorum causas ignoramus, sic ait Boetius de conso. libr. 4. Metron. 5. de motu Arcturi, & de eclipsibus, cum dixit:

Si quis Arcturi sydera nescit
Propinqua summo cardine labi,
Cur legat tardus plaustra Bootes,
Mergatque feras æquore flammas
Cum nimis celeres explicet ortus
Legem stupebit ætheris alti
Palleant plenæ cornua lunæ
Infecta metis noctis opacæ
Quæque fulgent texerat ore:
Confusa Phebe detegat astra:
Commouet gentes publicus error
Laxant que crebris pulsibus æra.

Sic etiam de alijs, quæ fiunt in materia inferiorum, vt de diuersitate fontium terrarum, & animalium; de quibus require in Solino, & in libro de proprietatibus rerum, & alijs naturalibus. Hoc tamen non obstante dicendum est, quòd ista fiebant supernaturaliter, quia ea, quæ fiunt ad signandum aliquid futurum non sunt a natura. Sed ista collisio fiebat ad præsagiū futurorum, vt patet in responsione Dei. s. duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur. Maior patet, quia natura non agit aliquid ad signandum aliud, sed solum agit res ad essendū ad cōtinuationē, & pfectionem specierum vniuersi: natura n. prout hic assumitur non est vis intellectiua, sed q̄dam virtus, fm quam res naturales inclinant ad agendum, vel patiendum, & agunt, & patiunt fm conformitatem ad suam speciem, facere aūt aliquid ad signādum aliud est ordinare, quod ad vim intellectiuam pertinet solū. Et adhuc dato, q̄ dare non oporteret. s. q̄ natura aliquid facere posset ad signandum aliud, non tñ posset imponere aliquid ad signandū futurum, q̄a futurum naturæ cognitū non est, sed soli Deo. Ité dato. q̄ poneretur naturalis collisio paruulorum, tñ adhuc non posset poni naturalis retētio plantę vnius ab alio. Dato. n. vt supra dicebatur, q̄ naturaliter talis collisio fieret pp angustiam materni vteri, tunc sequeretur, q̄ egrediente vno, alius non teneret pedem eius, ne exiret, sed naturaliter requiesceret habens amplū locū, immo si paruuli propter loci angustiam luctarentur, laboraret vnus, vt alium expelleret, non aūt vt eum teneret, ne egrederetur: videtur ergo necessario dicendum, q̄ collisio eorū erat supnaturalis. Erat. n. quidā motus cātus in paruulis a Deo solo præter omnem actum naturæ ad signandam futuram aduersitatē inter eos, & vt viderentur contendere quis eorum de vtero prius egrederetur. *Idcirco appellauit eum Iacob.* i. supplantatorem, q̄a planta tenuit fratrem. Ista nola impoſuit eis Isaac, non tanq̄ in vanum, sed tanq̄ demon-

strans in ijs nominibus quosdam effectus mirabiles genitorū. Erat.n. mirabile satis, q̄ puer ex vtero exiret totus ruffus, & pilosus valde, erat autem mirabilius, quòd pueri nihil intelligentes, & viribus totaliter carentes ad egrediendum de vtero, quasi parati pugiles luctarentur. *Sexagenarius autem erat Isaac, quando nati sunt ei parvuli.* Et sic patet, quòd viginti annis steterat cum vxore, quibus concipere non potuit. In 19. anno concepit, & in viginti peperit: patet ex superioribus, quia 40. annorum erat Isaac, quādo accepit Rebeccam in vxorem.

Quæst. 6. Cur Isaac non supinduxit aliā vxorem suā esset sterilis.

Sed quæritur, quare cum videret Isaac vxorem suā sterilem esse, & tanto tempore laborare operam dando, vt gigneret, & non poterat, non superducebat aliam vxorem, sicut Abraham accepit Agar, postquā stetit cum Sara decem annis facta promissione de p. genie, & gignere non potuit, vt patet supra 16. ca. Rn. detur secūdum Hebræos, q̄ ex tempore, quo Isaac voluntariè se permisit ligari, vt immolaretur Deo, vt patet supr. 22. c. fuit consecratus Domino, nec erat ei licitum accipere, nisi vnam vxorem, fortè sicut Apostolus dixit de episcopo, qui debet esse vnius vxoris vir, vt patet prima ad Timo. 3. c. *Quibus adultis.* Hic ponit generatorum conuersatio. Ista non dicuntur secundū ordinem historiæ, sed aliqua hic anticipantur, quia supra dixit de morte Abrahæ, hic de Natiuitate Esau, & Iacob. Et fm ordinem narrationis huius, vī q̄ prius Abraham mortuus fuerit, quàm nati fuerint paruuli. Sed falsum est, quia quindecim annis ante mortē Abrahæ nati sunt isti paruuli; patet, quia Abraham vixit 175. annis, vt patet supra, qñ autem genuit Isaac filiū suum, erat annorum centum, vt paret supra 21. c. Isaac autem genuit filios, qñ erat sexagenarius, & tūc Abraham esset 160. annorum: manebant ergo ad complēdum 175. annos, anni quindecim quos vixit post nati uitatem puerorum. *Quibus adultis.* Scilicet cum peruenirent ad annum 15. vel 20. in qua ætate vocatur homo adultus. *Factus est Esau vir gnarus venandi.* Quia inuenit multos modos fallendi aues, & hoc demōstrat curiositatem, & acutiem intellectus eius. *Et homo agricola.* Ista duo sunt duo modi viuendi pertinentes ad continuationem œconomiç, de quibus patet 1. Polit. *Iacob autem vir simplex,* Idest non malitiosus, non erat tñ carens prudentia. Dicitur tñ Esau gnarus, i. sapiens, quia filij huius seculi prudentiores sunt in generatione sua. *Habitans in tabernaculis.* Idest in domo, quia nō exibat ad opera rusticana, & venatica sicut Esau. Vel vt volunt Hebrei tabernacula vocantur hic scholarū loca, in quibus manebat Iacob addiscens sapientiā, & Dei timorem: erat aūt vnum tabernaculum Melchisedech, qui erat sapiens, & sacerdos Dei excelsi. Erat aliud tabernaculum Heber, qui propheta erat, & docebat de rebus diuinis, Vnde volunt Hebræi, q̄ Iacob 14. annis habitauit in tabernaculo Heber. *Isaac amabat Esau.* Hic fuit id quod communiter in parentibus euenire, quia vnus de parentibus magis afficitur ad vnū filium quàm ad alium, & alius ad alium. Ratio autem quare Isaac diligeret Esau subditur in textu, scilicet, quia libenter vescebatur de venationibus eius, quia iā inclinabatur Isaac ad senectutem. Homines autem in illa ætate libentius comedunt delicata cibaria cuiusmodi sunt animalia venatica, quæ teneriora sunt, & digestibiliora, & dulciora. Nec imputet aliquis ad malum Isaac, q̄ diligebat filium propter venationes. Nō enim diligebat eum ex intemperantia, quasi vellet intemperatis cibis vti, sed quia ætas illud exposcebat: licet enim Isaac vixerit maiori tempore, quàm Abraham, tñ non vixit, ita sanus sicut Abraham, quia cito caligauerunt oculi eius, & multas ęgritudines incurrit, ideo indigebat leuibus cibarijs. *Rebecca diligebat Iacob.* Quia a Deo reuelante acceperat, quod fratri suo præferri debebat, & Deus dedit Iacob gratiam, vt magis diligeretur a matre, vt ipsa ei industriam daret ad furandū benedictionem. Si enim mater plus Esau dilexisset, etiam Iacob multum depressisset, nec potuisset benedictionem surripere Iacob: Hinc patet, vt supra dictum est, quod Deus præordinās aliquem dat modum deueniendi in istud. Vel fortè magis diligebat Rebeccam Iacob quàm Esau, quia magis conuersabatur cum eo. Erat enim Esau vir agricola, & cum Rebecca semper maneret in tabernaculo parum conuersabatur cum eo. Iacob autem manebat in tabernaculis, & sic magis conuersabatur cum matre, & sic magis diligi poterat. Ista est vna de causis assignatis a Philosopho. 8. Ethico. quare magis parentes diligant filios, quàm filij parentes, scilicet, quia parentes conuersantur cum filijs maiori tēpore cognoscentes eos, quia mox, vt nascuntur cognoscunt: filij autem non cognoscunt patres, nisi procedente tempore. *Coxit autem Iacob pulmentum.* Hic ponitur benedictio primogenituræ: & fuit pulmentum, quod coxit Iacob, quia Esau multum concupiuit illud, & ideo pro illo vendidit primogenita. Et multum vituperatur in hoc, vt patet ad Hebr. 12. c. nemo sit fornicator, aut prophanus quemadmodum Esau, qui propter vnam escam vendidit primitiua sua. pulmentum autem nomen genrale est cuiuscunque cibi decocti, aut confecti. Et aliquando accipitur pro quocunque cibo, vt patet Ioan. 21. c. pueri, nunquid pulmentarium habetis, idest aliquid pertinens ad cibum, siue pulmentum. *Da mihi de coctione hac rufa.* Erant enim lenticulæ sic confectæ, quòd ruffę videbantur, quia fortè aliquid superfusum fuerat ad colorandum brodium, sicut nūc fit in cibis confectis, sed tunc nondum gulosa auiditas curiosita tē in cibis inuenerat. Dicunt enim aliqui Iudæi, quòd eadem die Abraham mortuus fuerat, & ideo comedebant lentes. Vnde nunc quando aliquis de Iudæis moritur in domo illa die mortis, & exequiarum lenticulæ in cibum parantur. Sed non videtur hoc verū, quia quando mortuus est Abraham isti duo fratres erant quindecim annorum, vt supra dictum est, sed in quindecim annis, nondum videtur, quòd Esau esset, adhuc vir agricola, quia tener nimis erat. Itē si Abraham illa die mortuus fuisset, non iuisset ad agrū Esau, sed mansisset in domo ad faciendum exequias, sed in textu dicitur, quòd veniebat valde fessus de agro. Itē quia si illa die mortuus fuisset Abraham, cibi lenticularum pro omnibus generaliter pararentur, & tunc non habuisset Esau occasionem vendendi primogenita, quia tunc etiam pro eo lenticulæ paratę essent, sed in litera dicitur, quòd Iacob pro se paraverat istas lentes. *Quia oppido lassus sum.* Idest valde fessus. oppido aduerbium est. *Quam ob causam.* Idest, quia concupiuit lenticulam ruffam. *Vocatum est nomen eius Edom.* Idest ruffus, siue rubeus, sed secundum, quòd Hieronymus dicit, Esau vocat Edom, idest rubeus, vel sanguineus ob ruborem corporis, vt patet in quodam prologo eius super Abdiam, qui incipit: Iacob patriarcha. *Cui Iacob dixit: vende mihi primogenita tua.* Sed quæritur, quę sint iura primogenituræ, quæ Iacob desiderauit. Respondetur, quòd iura primogenituręq multa sunt præcipuè octo.

Esau prioscea primogenitura fratri vē didit.

Primum est, quòd sacerdotes erant primogeniti: & sic patet de Melchisedech, qui ex eo, quòd reputabatur primogenitus Noè sacerdos erat Dei altissimi, vt patet supra 14. capit. & propter hoc Leuitæ fuerunt accepti, vt essent sacerdotes in cultu Dei loco omniū primogenitorum Israel, vt patet Num. 3. cap.

Secundum erat, q̄ primogenitus sedebat prior in mensa, & accipiebat partē maiorē cibi, de quo 1. 42. c. vbi

Vti Fabo Romanis, & Græcis, ita lens Hebræis fuit necessaria.

Quæ sint iura primogenitę.

vbi dicitur, quòd Ioseph fecit sedere ad mensam fratres suos coram se fm ordinem eorū primogenitus, iuxta primogenita sua, & paruus iuxta ætatem suam.

Tertium est, q̄ primogeniti benedicebant alios fratres, & humiliabātur alij coram eis, vt patet infra 27. c. cum daret benedictionem Isaac Iacob dixit, incuruētur coram te filij matris tuę. Quartum erat, q̄ veste preciosa vtebatur in festiuitatibus, de qua infra 27. cap. dixit Isaac putās se benedicere filio suo Esau, vt sensit vestimentorum flagrantiam: ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dñs. Quintum erat, q̄ primogeniti principatū dominatiuū regale sup alios gerebat, vt patet infra 27. c. vbi dicitur seruiant tibi populi, & adorēt te tribus terræ, esto dñs fratrū tuorū, & incuruentur ante te filij matris tuę. Et in eodē c. infra dixit Isaac ad Esau de Iacob dñm tuū illum constitui, & oēs fratres eius seruituti illius subieci. De hoc etiā infra 49. cū Iacob benediceret Ruben, q̄ primogenituræ iura habere debebat ait, Rubem primogenitus meus fortitudo mea, principium doloris mei, prior in donis, maior in imperio. Sextum erat, q̄ primogeniti duplices partes hereditatis assumebant, sic patet in auctoritate assignata, s. prior in donis, maior in imperio: pertinebant.n. ad Ruben illa duo, & Iacob mutauit illa ad alios filios, quia ius regnandi trāsijt ad Iudam, vt patet inf. 49. nō auferetur sceptrū de Iuda, &c. duplex autem pars hereditatis transijt ad Ioseph, tm enim habuit sicut duæ tribus. Ideo non computatur tribus Ioseph per se, quasi vna tribus, sed computantur duę tribus, p duobus filijs eius, s. tribus Ephraim, & Manasse, vt patet infra 48. c. vbi dicitur duo ergo filij tui, qui nati sunt tibi in terra Aegypti, antequā huc venirē ad te, mei erūt Ephrain, & Manasses sicut Ruben, & Simeō reputabuntur mihi. Septimum ius primum genituræ erat, q̄ primogeniti redimebantur a Deo quinque siclis: alij autem non, tanquā illi specialiter illi obligarē tur, vt patet Num. 3. c. Octauum & vltimum, quia primogeniti a patribus morientibus benedicebantur, vt patet inf. 27. c. quia dixit Isaac Esau primogenito suo, vt benedicat tibi aīa mea antequam moriar. Sciendū ergo est nunc, vtrum peccauerit Iacob in emendo iura primogenituræ. Et arguit, q̄ peccauerit, quia emere spiritualia est symonia, quæ est graue peccatū, sed iura primogenituræ sunt spiritualia, ergo nō licuit ea emere. Antecedens patet pro maiori, quia circa contractus in spiritualibus siue emendo, siue vēdendo cō mittitur symonia: minor probatur, quia ius primogenituræ est esse sacerdotem, quod est sacratissimum. Sic.n. ait Isid. primogenita erāt vestis sacerdotalis, qua induti maiores natu cum benedictione patrum, victimas Deo velut pontifices offerebant. Item ad primogenitură pertinebat duplices partes hereditatis habere, vt patet in Ephraim, & Manasse, quibus datæ sunt quæ sortes, cum essent vna tribus, s. Ioseph, quia Iacob transtulit ad eos istud ius, de quo infra 48. c. Quod aūt Iacob vellet emere duas partes hæreditatis pro modi co pretio edulij, valde iniustum erat. Pertinebat autē ad primogenitum dupla pars hæreditatis, vt supra declarauimus. Rñdetur, q̄ Iacob nō peccauit hic aliquo modo, quia ius primogenituræ de iure ad Iacob pertinebat. Sic.n. Deus disposuerat, vt supra dictū est, s. maior minori seruiet. Et Malach. 1. c. dictum est antequā aliquid boni, vel mali facerent, Iacob dilexi, Esau autē odio habui. Et idem ponit Apostolus ad Rom. 9. cap. dicit.n. ista facta fuisse ex diuina electione prædestināte ante sæcula. Ista autem dispositio Dei. s. q̄ primogenitura pertineret ad Iacob, reuelata fuit Iacob a matre sua, & ideo ipsa ausa fuit, vt infra 27. c. patet incitare Iacob ad furandum patris benedictionem fratri dā dam. Et licèt ista de iure ad Iacob pertinerent, Esau tñ violenter ista possidebat pro primogenito se gerens, & vtēs iuribus primogenituræ. Et quia Iacob iuribus extorquere non poterat, insidiabatur quærens opportunitatem, quomodo iura illa ad se reduceret, tollendo possessionem ab alio. Et quia tūc viderat eum lassum de agro venientem, & famescentem, & desiderantem: videnscque, q̄ primogenituræ iura illo tempore modicum appreciabantur cum diceret: En morior, & quid mihi proderunt primogenita? vt infra patet, putauit se inuenisse opportunitatem, ideo tētauit eum, si vendere vellet primogenita, & libenter vendidit. Ad argumentum dicitur, quòd non emerat hic Iacob iura primogenituræ, siue spiritualia essent, siue tē poralia. Non enim emit aliquid tanquam a vero domino, & iusto possessore: sed redemit ius suum, tanquam extorquendo a violento detentore, ideo nulla symonia ibi fuit, sicut cum quis circa spiritualia redimit vexationem. Ad secundum dicitur, quòd nō fuit hic aliqua fraus: fundat se enim ista suppositio, quòd hæc fuerit vera emptio, & venditio, sed falsum est, vt probatum est, ergo non est fraus. Erant enim primogenita pertinentia ad Iacob, licèt ipse non actualiter possideret. Poterat ergo accipere illa sine aliquo ptio apud quemcunque reperisset, sicut dominus inueniens rem suam furto subtractam apud alium, potest eam accipere, nihil dando: voluit tamen aliquid dare Iacob, vt magis sine scandalo fieret. Hebrei quidam dicunt, quòd non solum fuerunt datæ lenticulæ ruffæ, sed etiam magnum pretium. Fuit autem iste cibus dignus per modum cuiusdam vrbanæ consuetudinis. In translatione enim rei magni valoris recipiens vltra ptium soluit vinum, vel prandium, & ideo lenticulæ ruffæ fuerunt hic datæ, vt prandium pro translatione primogenituræ, & sic exponunt, quādo infra dicitur. *Accepto pane, & lentis edulio.* Non pro pretio principali, sed pro quodam grato conuiuio. Et si dicatur contra, quia Apostolus vocat Esau prophanum, quia pro vna esca primogenita vendidit, vt patet ad Hebr. 12. c. Dicunt, quòd illa esca non fuit totum pretium venditionis, sed solum dicit causam motiuam ad hæc, quia esca fuit incentiuum ad vendendum. Sed magis videtur, adhuc dicendum, quòd illa esca fuit totum pretium primogenitorum venditorū. Ratio, quia Iacob eum nondum esset pelicon, idest emancipatus, peculium non habebat. Etiā quia magna reprehensio est, quam agit Apostolus contra Esau propter venditionem primogenituræ, quia pro esca perdidit primogenita. Si autem magnum pretium datum fuisset, non tantum reprehensibilis fuisset: peccauit autem valde Esau, quia dedit primogenita, quæ se verè possidere a natiuitate credebat. Habebat enim bonam fidem, & titulum aliqualem in hac re: viderat enim Esau, quòd omnes eum primogenitum vocabant, & pater eius faciebat eum vti primogenituræ iuribus, constabat ēt quòd de vtero prius natus fuisset Esau quàm Iacob; si autem Deus aliter disposuisset de primogenitura ei non constabat, quia etiam Isaac patri eius non constitit, donec, dum ipsum Iacob benediceret, reuelatum est. Si ergo Esau vendidit, verè se vendidisse credidit, & in hoc magnum peccatum erat, scilicet symonia, & magna gulositas. Valde etiam stultus fuit, quia rē tanti valoris pro minima re dedit. Et in hoc Apostolus eum redarguit ad Hebræo. 12. Nemo sit prophanus, vt Esau qui propter vnam escam vendidit primitiua sua. Et dato, quòd sciuisset Esau se iniustè possidere iura primogenituræ peccabat vendendo, quia rem spiritualem possidebat qualitercunque possideret: ideo vel simpliciter dare debuisset illa primogenita, vel nullo modo dare, vendere autem non licebat, quia erant spiritualia. *En morior.* Arguebat sic Esau:

Solutio argumentū.

Opin. Hebræorum refellitur.

primogenita sunt quædam cõpetentia primogenito, dum viui, sed ego iam morior, nisi comedã, ergo nihil mihi primogenita proderunt. Aliter tñ se res habebat, quia Esau putabat istam venditionẽ nihil esse. *Iura ergo mihi.* Ad validandum contractum exegit iuramẽtum Iacob ab Esau, in quo fecit eũ iurare, ꝙ simpliciter, & totaliter renunciabat ei iura primogenituræ, & oĩa accessoria ad iura primogenituræ. Et iurabat nunquam se vltra gerere pro primogenito. Iurauit etiam se nunquam perturbaturum Iacob fratrem suũ de iure, vel de facto, circa possessionem iurium primogenituræ. *Iurauit Esau, & vendidit primogenita.* Mutatio ordinis est, quia prius est vendere q̃ iurare, quia iurm apponitur ad validandum magis ꝓctum. *Et sic accepto pane, & lentis edulio.* Satis erat paucum hoc, pro quo primogenita vendidit, sed gulosus fuit, quia cibũ istum supra modũ desiderauit: sicut.n. ait Greg. in gl.

Quæst. 7. Quinque modis, gulę vitiũ cõmittitur.

Quinq; modis gulæ vitium cõmittitur, s. primo mõ præueniendo tps, vt patet de Ionatha 1. Reg. 14. ca. Secundo mõ cibos delectatiores quærẽdo, vt patet Nume. 11. de Israelitis, qui perierunt carnes in deserto, & flamma consumpsit eos. Tertio modo curiosius apparando, vt patet 1. Reg. 2. c. de filijs Heli, qui a sacrificãtibus carnes coctas accipere nolebant, sicut erat de more sacrificij, sed crudas violenter accipiebant, vt ac curatius appararent. Quarto modo assumendo in magna quantitate cibum, vt patet Ezec. 16. c. Hęc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ saturitas, & abundantia panis. Quinto modo cum ardenter aliquis vilis cibus desiderat, & in ipso desiderio grauius peccat, vt Esau qui hic primogenita vendidit, quia magno desiderij ęstu lenticulam concupiuit. Dicit vltra Greg. ꝙ nõ cibus, sed cibi appetitus in vitio est. Vñ lautiores cibos plerũque sine culpa sumimus, & abiectiores cum reatu cõcupiscentiæ degustamus. Esau.n. primogenita p lenticulam perdidit. Elias in deserto carnes comedendo virtutem seruauit, vt patet. 3. Reg. 17. ca. Sumenda sunt quæ naturæ necessitas, quærit, non quæ libido sumenda suggerit. Continentur hæc vitia in hoc versu,

Secundus modus.

Tertiꝰ modus.

Quartus modus.

Quintus modus.

Propere laute nimis ardenter & studiosè.

Sardanapalus plumarum ad cubãdum inuentor.

Chronica horum tẽporum regnũ Assyriorum, quod sub suo Belo cęperat anno. 25. Sarug proaui Abrahæ durauit vsque ad annum septimũ Oziæ regis Iudæ, q̃ percussus est lepra in fronte, de quo 4. Reg. 15. c. & ista duratio fuit annorum mille trecentorum, & trium p 26. reges vsque ad Sardanapalum, qui vltimus fuit, & delitijs deditus valde, vt ait Arist. 1. Ethi. Iste.n. primo plumaria inuenit ad molliter cubandum. Trãsiuit autem tunc regnum Assyriorum ad Chaldęos, siue Medos: de ijs Iosephus & Scholastica historia. Qñ Deus per Angelos nunciauit Abrahæ vxorem suã cõcepturam Isaac, eodem anno quo arsit Sodoma, cum alijs tribus ciuitatibus, regnabat apud Assyrios Arrius qntus rex eorum. Deinde anno. 60. vitæ Isaac, qñ genuit Esau, & Iacob apud Assyrios antiqssimus ille Xerxes, qui & Baleus dictus est principatum regium tenebat, vt ait Augus, de ciui. lib. 18. c. 3. Eodem tpe apud Sicionios in Græcia Cirinacus rex septimus eorum, quem quidam Cyriamachum vocant imperium regebat, apud cuius sepulchrũ Sicionios sacrificare solitos Varro affirmat. De ijs Augu. vbi supra: regnum autem Sicioniorum incępit ann. 14. Nachor aui Abrahę, & cucurrit vsque ad annum 27. Heli sacerdotis, de quo 1. Reg. 1. c. Et fuit ista duratio per annos nongentos septuaginta vnum per reges 36. vsque ad Dreumiplum postquam iudicauerũt Sicioniam sacerdotes Carim, De ijs Iosephus. In Aegypto autem antequã nasceret Abraham fuerunt 15. reges, qñ autem descẽdit Abraham in Aegyptum erat rex 16. qui pertinebat ad Thebeos 17. ad pastores regis. 18. fuit apud Diapolitanos, qui & Pharaones dicti sunt: per reges. 16. variati sunt reges in Aegypto, quia aliquando regnabant de quadam cognatione, vel populo, deinde de alio vsque ad Cambysem filium Cyri, sub quo Persæ primo imperauerunt Aegypto. De ijs Iosephus. Eodem etiam anno, quo natus fuit Esau, & Iacob regnum Argiuorũ incępit in Argo aliqua ciuitate Græcię in Achaia pro uincia, vt demonstrat Seneca, secunda tragędia in carmine Argos Achaicum. Cuius regni primus rex Inachus fuit, a quo fluuius tempore illius denominatus est, vt patet per Aug. vbi supra: dicit autem Ioseph, ꝙ hoc regnum cucurrit vsq; ad duodecimum annum Delboræ, & Barach iudicum Israel, de quibus Iudi. 4. c. Fuit autem ista duratio annorum quingentorũ quadragintaquatuor, & cucurrit per 14. reges, quorũ vltimus fuit Acrisius, quem cum non spõte interfecisset Perseus nepos eius, timens Argiuos trãstulit regnum in Mycenas, vbi postea regnauerũt Emicreus, Atreus Tyestes, Agamennon, Aegistus, Orestes, Tisamemis. Sed si legeris in aliquibus Chronicis regnũ Argiuorum processisse vsq; ad Stelenum, nõ intelligas, ꝙ ibi principaliter regnum manserit, sed ꝙ recedente Perseo propter timorem Argiuorum, manserunt alij per lineam Inachi descendentes, qui regnauerunt vsq; ad Stelenum. Regnantibus ijs, s. Armanite Octauo rege Assyriorum, & Leucippo rege Octauo Sicioniorum, & Inacho primo rege Argiuorum Deus locutus est ad Isaac, promittens ei multiplicare eum, vt multiplicauerat Abraham, quæ promissio habetur infra seq. c. vt ait Aug. 18. de ciui. Dei. c. 4. Sub Beloto nono rege Assyriorum Phoroneus secundus rex Argiuorum, Inachi filius leges dedit: vt ait Aug. vbi supra, & Isid. Ety. lib. 5. c. 1. & lib. 18. & extra, de verbo. sign. c. forus. Huius Phoronei frater minor Phegorius menses distinxit, & tempora appellans a nominibus Deorũ. Ristus, & obseruationes sacrorum instituit, quod Rusticana illius temporis vidẽs simplicitas, eum post mortem vt Deum coluit, Taurorum ouium, & aliorũ pecorum ei victimas offerens. Eo tempore Isis, quę alio nomine Io dicta est, de qua Ouid. 2. Metam. longam connectit fabulam, regis Inachi filia soror Phoronei in Aegyptum nauigio vecta venit: quæ Aegyptijs imperauit eos in literis, & alijs bonis instruens, quã post mortem Aegyptij, vt deam coluerunt, capitalem sententiam apponentes, si quis eam hominem fuisse, dixisset, sed semper deam; ideo in templo eius quoddã simulacrum lapideum ponebatur tenens digitum super labia, quasi admonẽs, ne quis eam hominem fuisse dixisset, vt ait Augus. vbi supra: de hoc simulacro tenente manum in ore loquitur Ouid. Metam. libro ix. dicens:

Argiuorũ regnũ eodem anno cępit quo Esau, & Iacob nati sunt.

Phegorius menses distinxit.

Status Iudæorum sup. labia digitũ tenẽs quare.

Quinque premit vocem digito, & silentia suadet.

De peregrinatione Isaac in Geraris: de iurgio puteis, & de fœdere cum Abimelech. Capit. XXVI.

ORTA autem fame super terram post eam sterilitatem, quæ acciderat in diebus Abraham, abijt Isaac ad Abimelech regem Palęsthinorum in Gerara. Apparuitque ei Dominus, & ait: Ne descendas in Aegyptũ, sed quiesce in terra, quam dixero tibi, & peregrinare in ea, eroque tecum, & benedicam tibi: tibi enim &

& semini tuo dabo vniuersas regiones has, complens iuramentum, quod spopondi Abraham patri tuo. Et multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli: daboq; posteris tuis vniuersas regiones has: Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, eo quòd obedierit Abraham voci meæ, & custodierit præcepta, & mandata mea, & cæremonias, legesque seruauerit. Mansit itaque Isaac in Geraris. Qui cum interrogaretur a viris loci illius super vxore sua respondit: soror mea est. Timuerat enim confiteri, quòd sibi esset sociata coniugio, reputans ne fortè interficerent eum propter illius pulchritudinem. Cũque pertransissent dies plurimi, & ibidem moraretur, prospiciens Abimelech rex Palęsthinorum per fenestram vidit eum iocantẽ cum Rebecca vxore sua. Et accersito eo ait: Perspicuum est, quòd vxor tua sit: cur mentitus es eam sororem tuam esse? Respondit: Timui ne morerer propter eam. Dixitque Abimelech: Quare imposuisti nobis? Potuit coire quispiam de populo cum vxore tua, & induxeras super nos grande peccatum. Præcepitque omni populo, dicens: Qui tetigerit hominis huius vxorem, morte morietur. Seuit autem Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum: benedixitque ei Deus, & locupletatus est homo, & ibat proficiens, atq; succrescens, donec magnus vehementer effectus est: habuit quoque possessiones ouium & armentorum, & familiæ plurimum. Cb hoc inuidentes ei Palęsthini, omnes puteos, quos foderant serui patris illius Abraham illo tempore, obstruxerunt implentes humo: intãtum vt ipse Abimelech diceret ad Isaac: Recede a nobis, quoniam potentior nobis factus es valde. Et ille discedens, vt veniret ad torrentem Gerarę habitaretque ibi, rursum fodit alios puteos, quos foderant serui patris sui Abraham, & quos illo mortuo olim obstruerant Philisthijm: appellauitque eos eisdem nominibus, quibus ante pater vocauerat. Foderuntque in torrente, & reppererunt aquam viuam. Sed & ibi iurgium fuit pastorum Gerarę aduersus pastores Isaac dicentium: Nostra est aqua. Quamobrem nomen putei ex eo, quod acciderat, vocauit calumniam. Foderunt autem & alium, & pro illo quoque rixati sunt, appellauitq; eum inimicitias. Profectus inde fodit alium puteum; pro quo non contenderunt, itaq; vocauit nomen eius latitudo, dicẽs: Nunc dilatauit nos dominus, & fecit crescere super terram. Ascẽdit autem ex illo loco in Bersabee, vbi apparuit ei Dominus in ipsa nocte, dicens: Ego sum Deus Abraham patris tui, noli timere, quia ego tecum sum: benedicã tibi, & multiplicabo semen tuũ propter seruum meum Abraham. Itaq; ędificauit ibi altare Domino, & inuocato nomine Domini, extendit tabernaculum: præcepitq; seruis suis, vt foderent puteum. Ad quẽ locum cum venissent de Geraris Abimelech, & Ochozath amicus illius, & Phicol dux militum, locutus est eis Isaac. Quid venistis ad me hoĩem, quẽ odistis, & expulistis a vobis? Qui responderunt: Vidimus tecum esse Dominũ, & idcirco nos diximus: Sit iuramentum inter nos, & ineamus fędus, vt non facias nobis quicquã mali, sicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te lęderet, sed cum pace dimisimus auctum benedictione Domini. Fecit ergo eis conuiuium, & post cibum, & potum surgentes mane, iurauerũt sibi mutuo, dimisitq; eos Isaac pacificè in locum suum. Ecce autem venerunt in ipso die serui Isaac annunciantes ei de puteo, quem foderant, atque dicentes: Inuenimus aquam. Vnde appellauit eum, Abundantiam, & nomen vrbi impositum est Bersabee vsq; in præsentem diem. Esau vero quadragenarius duxit vxores Iudith filiam Beeri Hethęi, & Basemath filiam Elon ciusdẽ loci, quæ ambæ offenderant animum Isaac, & Rebeccæ.

Rom. 4.

Supr. 12. c. Iudicũ. 11.

ORTA *autem.* Postquam legislator descripsit Isaac procreationem, hic subiũgit illatam p secutionẽ, & hoc in duas, quia primo patit ab extraneis, secundò a domesticis ibi. *Esau vero.* In fine c. Iterũ in duas, primo probatur in asperis secundo probatur in prosperis ibi. *Senuit autem Isaac. Orta autem fames super terram.* I. super terram Chanaã, in qua tunc morabatur Isaac, vel fortè erat fames in magna parte totius terræ. *Post eam sterilitatem, quæ acciderat in diebus Abraham.* Ex quo innuitur, ꝙ inter sterilitatẽ illã, & istam nulla alia intercidit, sed fuerunt tpa satis læta, quia dr̃ hæc in litera post, quod importat ordinẽ consequentem. Et fuerunt inter istas duas sterilitates plures q̃ cẽtum anni, quia alia sterilitas fuit primo anno, quo venit Abrahã in terrã Chanaan, q̃ erat annus 75. Abrahæ, vt patet s̃. 12. c. deinde genuit anno centesimo Isaac, Isaac autẽ anno. 60. genuit Esau, q accepit vxorem Basemath filiam Elon cum esset 40. annorũ. Et hoc tempore, vel paulo ante fuit illa sterilitas. Si autem isti anni coniungantur facient 125. sed ad minus

Quæst. 1. An iste sit ille Abimelech ad quem etiã fuit Abrahã, & qui desponsata erat Sarã.

erunt anni centum. *Abijt Isaac ad Abimelech.* Ad istam F
eandem terram iuit alia vice Abraham ante natiuita
tem Isaac, licet non propter famem, de quo supra 20.
c. Sed nunquid est iste, idem Abimelech, ad quē iuit
Abraham, & qui concupiuit Saram? Aliqui volunt, ꝙ
sic, quia nomē est idem, & terra est eadem. Remigius
autem dicit, ꝙ diuersi fuerunt, & potest ex hoc conij-
ci, quia inter tps illud quo iuit Abraham ad Abime-
lech, & quo iuit Isaac fluxerunt quasi centum anni, vt
patet, quia eodem anno quo conceptus fuit Isaac de-
scendit Abraham in Gerara, vt dixeramus supra 20. c.
Nunc autem qñ Isaac descendit erat centenarius, qđ
patet, quia qñ Isaac genuit Esau erat sexagenarius, vt
patet præcedente ca. sed Esau filius eius accepit vxorē
paulo post, & erat tūc quadragenarius, vt patet in fine G
huius c. ergo erant quasi centum anni, sed non est ve-
risimile, ꝙ tandiu vixisset Abimelech in regno: nunq̄
enim aliquis rex tantum regnauit, quia omnis poten-
tatus vita breuis, vt patet Eccl. 10. c. Maximè, quia ille
Abimelech erat vir satis perfectæ ætatis, qñ descēdit
ad eum Abraham, quia uxores multas tunc habebat,
& Saram concupiuerat. Item quia si iste fuisset alius
Abimelech, qñ nunc Isaac dixit Rebeccam esse soro-
rem suam, & postea comparuit, ꝙ esset vxor eius, de-
buisset eum magis increpare commemorās, ꝙ pater
eius Abraham eum iterum fallere tentauerat, sed ni-
hil horum dr̄. *Apparuit ei Dominus.* Ad dicendum ista,
quæ sequuntur. *Ne descendas in Aegyptum.* Isaac habe-
bat familiam magnam, & pecora multa. Vrgente aūt
famę compellebatur descendere ad terram fertilem, H
ne perirent omnia bona sua simul. Et quia Aegyptus
tunc fertilis erat, voluit descendere ad eum. Erat autē
iter suum per Geraram: & cum venisset per eam appa
ruit ei ibi dns mandans, ne descēderet in Aegyptum.

Quæst. 2. Cur Isaac potius descendit in Aegyptū, q̄ in alias terras.

Sed quæritur, quare magis descendebat in Aegy-
ptum, quàm in alias terras propinquas, & idem de pa
tre eius Abraham. Rñdetur, ꝙ ratio est, quia licèt aliæ
terræ patiātur famem, vt cōiter, Aegyptus fertilis est,
vbi aliquis casus durus accidat, vt accidit infra 41. c. &
patet ex hoc, quia etiam quando alia vice tempore
sterilitatis prioris Abraham recessit de terra Chanaā
descendit in Aegyptum, & non in alias terras, vt patet
supra 12. c. Ratio autem huius fertilitatis cōiter acci- I
dentis est, quia aliquæ terræ habent fertilitatem suam
ex pluuia cadente de cœlo humectante, & fęcundāte
terram, vt patet Deut. 11. c. terra autem Aegypti a Ni
lo flumine irrigatur, nulla pluuia cadente in terra illa,
sed iacto semine in hortorum morem aquæ ducūt
irriguæ, vt patet eodē c. Nilus. n. ad modum maris cre
scit, & decrescit, licèt non eodem tempore, nec eisdē
legibus, ga fluxus, & refluxus maris quotidianus est.
Fluxus autem, & refluxus Nili non est quotidianus.
Et quia iste fluxus intrat totam terrā Aegypti factis ar
tificiose quibusdam aquæ ductis, terra suis tēporibus
per hos irrigatur, vt vberes fructus reddat. Et quia iste
fluxus, & refluxus melior, & fœcundior est, quàm
pluuia cadens quæ ab alijs causis prouenit, ideo vt
cōmuniter in Aegypto sterilitas esse non potest. Sciē-
dum autem secundum Solinum in Polistor. in ca. de
Aegypto, ꝙ Nilus bis in anno fluit, & refluit, licèt in-
cremento Lunæ, s. cum noua lunatione quolibet mē K
se aliqualiter crescat Nilus: vt innuit Philosophus in
2. Posteriorum, notabiles tamen excessus eius sunt
duo, primus incipit, cum Sol intrat Cancrum, scilicet
decima sexta die Iunij, & durat istud magnum cremē-
tum vsque ad finem eiusdem signi, scilicet quousque
Sol totum Cancrum transierit, & ingrediatur Leo-
nem, cum autem ingressus Leonē in principio eius
ad Caniculam stellam accesserit, tota vis incrementi
paulisper deficit, & solito cursu anni fluit, etiam hoc

Aegyptus fertilissimus quare.

Licet oī Lunę crementō Nilus crescat tñ principaliter bis in anno fluit ac refluit.

est quasi in medietate Iulij, cū dicimus incipere dies
Caniculares. Et hoc tempus vocant sacerdotes Aegy
pti natalem mundi, scilicet, quòd in illo tēpore mun-
dus, vel factus, vel creatus fuerit. Secundus autem ex-
cessus, siue fluxus Nili per totam Aegyptum est inci
piente Sole, primum gradum virginis pertransire, qđ
est quasi in medio Augusti, & durat per vnū mēsem
vsq̄; quo Sol intret libram, & ibi redit Nilus ad equali
tatē. Et isti duo excessus valde conueniunt terræ Ae-
gypti, quia cum Aegyptus sit multum australis existē
te Sole in Cancro multum appropinquat ad eos. Et si
talis terræ irrigatio abundantissima non fieret, calore
nimio terra redigeretur in puluerem, & in steriles hā-
renas, sicut est in quadam parte Aegypti. In Aegypto Aegypti sterilitas duob' modis.
autem potest sterilitas euenire duobus modis, aut pro
pter magnum incrementum Nili, aut propter valde
paucum: paruum incrementum totam terram irriga
re non sufficit, excessiuum autem diuturno humore
detinet agricolas ne colere possint, & sic per accidens
sterilitas sequitur. Maximum autem incrementū Ni-
li est, quando intumescunt aquæ cubitis. 22. in altum
mediocre, & causatiuum fertilitatis, quando intume-
scunt cubitis. 16. si autem infra 15. cubitos incremen- De increm. & decremento Nili.
tum fiat fames sequetur. Aegyptij autem Nilum co-
lunt attribuentes ei aliquid deitatis quod probant, ga
suis incrementis, vel decrementis futura mala præno
sticat, siue cum multum crescat, siue cum valde mo-
dicum: vnde dicunt, ꝙ in anno quo contigit Pharà-
licum bellum, scilicet inter Iulium Cæsarem, & Pom
peium in campis Thessalię, non creuit Nilus vltra qn
que cubitos, quod magnæ rei portentum fuit. Aliud
etiam speciale habet, quia omnia flumina auras gene
rant, Nilus autem nullas. De causis autem fluxus, & re
fluxus Nili Aristot. libellum specialem edidit, qui in-
ter parua naturalia computatur, in quo multas senten
tias diuersorum ponit. Seneca etiam in lib. 6. de Quę-
stionibus naturalibus hoc idem tractat, quorum sen-
tentias posui supra in prologi declaratione. Et de hoc
multa dicta sunt Gen. 2. c. vbi agitur de exordio flumi
num Paradisi. Solinus tamen alias positiones recitat.
Quidam volunt, ꝙ quidam venti quos Cthesias vo-
cant apud fontem Nili sua frigiditate nubes in aquas
condensent, a quibus Nilus incrementa suscipit. Alij
ponunt hoc fieri ex impulsu ventorum non eodem
modo quo Aristo. posuit in lib. de inundatione Nili, s.
ꝙ ventus flet a parte littorum, sed ꝙ ventus flet a par-
te illa, per quam in mare intrat Nilus. Et tanta est ven
ti violentia, quòd aquam iuxta solitam velocitatē cur
rere non sinit, ideo cum alia aqua desuper fluat a par-
te originis fontis necessario eleuabitur. Sed istę ratio-
nes satis leuiter eliduntur: prima enim, quia non vide
tur possibile, ꝙ ventus tñ de aere cōuertat in aquam,
ga cum ex vno pugillo aquæ fiāt decem pugilli aeris,
sic ex decē aeris vnus pugillus aquæ (si talis conuerſio
fieret) vnde necesse erat valde magnā partē aeris con-
uerti in aquam, quod non videtur verum. Item euidē
tius, quia si venti illi conuertentes aerem, & nubes in
aquam, augerent Nilum, cum illi venti non durent p
indiuisibile, necesse esset, quòd flumina, vel fontes, si-
ue torrentes, existentes apud Nilum ad vnum iactum
lapidis, vel paulo plus augmentarentur. Sed falsum
est, quia nulla aqua quantumcunque coniuncta Ni-
lo augetur. Ad aliam positionem eadem impugna-
tio est, quia etiam venti venientes de mari obuiantes
aquis eleuarent eas, sed in nullo alio flumine ibi fit,
nisi in Nilo. Solinus autem reddit aliam causam, sci-
licet, quòd calor deriuatus a syderibus eleuat illas
vndas subtiliādo, & ita videtur esse magis de aqua, cū
non sit, sicut patet in olla bulliente, quę plus de aqua
vr̄ habere, q̄ ante, cum tñ non habeat, sed solum fiat

subti-

subtiliatio aquæ. Sed ista etiam non est ratio sufficiēs A
licet ipse putet, quia cum maior calor sit in parte infe-
riori cōtra meridiem, q̄ in Aegypto, vbi est Nilus, ma
gis deberent aquę eleuari, & esset maior excessus, vel
incrementū, sed non est sic, quia in nulla aqua, nec ꝯ
meridiem, nec ꝯ Septentrionem talis sit excessus. Itē
si propter calorem eleuantem fit, cū vbique tpe ęsta-
tis sit magnus calor, æstatis tpe ergo vbique fiet aliqs
fluxus, & refluxus in fluminibus: non tñ est verum.
Patet ista consequentia; si pp magnum calorē fit ma-
gnus excessus, & propter maiorē maior excessus, &
pp maximum maximus excessus, ergo ēt pp calorē
simpliciter fiet excessus per regulā Philosophi 2. To-
pi. I. simpliciter ad simpliciter, & magis ad maximè, B
sed in multis terris calor est, ergo in multis terris de-
bet esse excessus fluuiorum. Item cum maior calor
fiat existente Sole in Geminis, vel saltem in Leone, q̄
existente in Virgine, magis deberet fieri in tpe Iulij vs
que ad medium Augustum, q̄ post medietatem Au-
gusti vsq; ad medium Septembris, sed falsum est, ga
fit existente Sole in Virgine, s. in Augusto, & non fit
Sole existente in Leone. s. in Iulio. Item quia ista ratio
præsupponit, ꝙ ista influentia fit pp locum fontis Ni
li: sed falsum, quia Nilus non oritur vbi ipsi putāt, sed Determinatio.
in Paradiso terrestri, vt sacra Scriptura demonstrat, su-
pra 2. c. vr̄ ergo dicendum saluo meliori iudicio, ꝙ for
tē nulla de rationibus positis ab Arist. nec Seneca, nec
Solino concludit in hac materia, & ratio est ignoran-
tia principij, quia ignorant locum originis Nili, quem C
putant alicubi circa terram habitabilē, vel in terra ha-
bitabili nostra nasci. Magis ergo vr̄, ꝙ ratio huius aug-
menti, & decrementi in certis temporibus sit aliqua
virtus naturalis, q̄ cōsequatur immediatè apud ipsum
fontem Paradisi de quo pullulat. Est aūt alius fluuius
in orbe, qui solus ad similitudinem Nili crescit, & de-
crescit. Sed hoc fit solum semel in anno. s. Sole existen
te in vigesimo gradu Cancri, & durat ista inundatio p
totum Cancrum, & Leonem quousq; Sol trāsire ve-
lit in Virginem. Et causam huius dicit Solinus in Poli
stor. c. 38. de Eufrate esse, quia Eufrates, & Nilus sub si
milibus mundi paralelis constituuntur, licèt in diuer-
sis locis: lō eadē virtus in illis duobus locis a Sole, &
toto cęlo influit. Sed vt supradixi cum ista duo flumi-
na magis coniuncta sint inter se q̄ alia flumina Pa- D
radisi, vr̄ ꝙ in exitum Paradisi vtriq; eadem virtus cōi
cetur. Locus aūt ortus Nili. i. caput eius fm nos certus Quare Nilus crescit.
est, s. in terrestri Paradiso, sed fm Gentiles auctores, q
sacram Scripturam nescierunt, variè locus assignat.
Et rō huius est, quia licèt illa quatuor flumina prima-
riam originē in Paradiso habeant, tñ post aliquantum
terræ spacium terra absorbent, & rursus exeunt, & sic
in illis terræ hiatibus loca fontalia Gentiles habere pu
tauerunt. Vnde Tigris, qui vnus de quatuor flumini-
bus Paradisi est post cognitā eius originē, & cū trāsie
rit per terrā Medorum obuians monti Tauro impe-
tuositate fluctuum facta magna fouea absorbetur, &
rursus in alio montis eiusdē latere apud locum, quem
Zomadā vocant, emittit expurgamēta plurima secū E
trahēs, deinde rursus absconditur: iterumq; aliquāto
interiecto spacio apparet ad Labenos Arabasq; præ-
terfluens, vt ait Solinus vbi supra: sic est sniā oīum Gē-
tilium sapientium, ꝙ Tigris, & Euphrates in quodam
monte maioris Armeniæ oriūtur, qui diuidunt ad di-
uersas partes, de quo Boetius de consola. lib. 5. Metro. Opinio Gentilium de ortu Nili.
Rupis Achimeneæ. Scđm ergo Gētillum certissimā,
& famosissimā opinionē, vt declarat Solinus in Poli-
stor in c. de Aegypto, Nilus origine hēt a monte infe-
riori Mauritanię, qui Oceano appropinquat, vt libri
Africani dicunt, & protinus magnū lacū facit, qui Ni-
lides dr̄: Nilum autem ab illo loco esse probant, quia

Alph. Tost. super Gen.

illud stagnum easdem herbas, & pisces, & beluas pro-
creat quas Nilo videmus. Et si aliqñ in Mauritania, a
qua eius origo est, magne pluuię abundauerint, incre
mēta magna Nili in Aegypto fiunt: postquam Nilus
ab hoc lacu effunditur arenis rursus absorbetur: dein-
de in Cæsariensi specu prorumpens cum abundātio-
ri aquarum impetu eadem habet, quę supra diximus,
s. herbas pisces, & beluas, deinde rursus terra absorbe
tur, nec apparet donec venerit in Aethiopiam, & ibi
exiens nigrum fluuium facit qui Africę terminus est,
& gentes terræ illius Astacum vocant, i. aquam de te-
nebris emergentem, deinde diuersis asperisq; meati-
bus varias insulas facit, quarū nobilissima est Meroe,
a qua clima Diameroes dicitur, deinde intrans Aegy
ptum septem portis in mare Oceanum conditur.

Rursus reuertentes ad primū, est dubium cū Isaac Cur Isaac venturus i Aegyptū descendebat p Geraram.
vellet descendere in Aegyptum, quare descendebat
per Geraram. Rñdetur, ꝙ iter de loco, in quo erat tūc
Isaac versus Aegyptū erat per Geraram, q̄ est in terra
Chanaan in parte, q̄ vocatur terra Philisthinorum, &
patet hoc Exod. 13. c. vbi dr̄, ꝙ qñ Deus eduxit Israelī-
tas de Aegypto, non duxit eos per viā terræ Philisthi-
norum, q̄ vicinior est, sed circumduxit eos per viā de-
serti, & maris Rubri. Ex quo innuitur, ꝙ via propria de
Aegypto in terram Chanaan est per terram Philisthi
norum. Cū ergo descenderet Isaac de terra Chanaan
in Aegyptū, debuit descendere per viam terræ Phili-
sthinorum. Et cū Gerara ciuitas sit in terra Philisthi-
norum, vt patet hic cum dr̄, ꝙ abijt Isaac ad Abime-
lech regem Palæsthinorum in Gerarā: Palęsthini aūt
dr̄ Philisthini, patet etiam hoc, quia cum Abrahā ha
bitaret in Bersabee, q̄ est in terra Abimelech regis Ge
rarę, vt patet sup. 20. c. dicebatur habitare in terra Phi-
listhinorum, vt patet sup. 21. c. *Quiesce in terra, quam mon
strauero tibi.* Ista est Gerara, quia vt j. dr̄, mansit Isaac in
Gerara, sed qñ Deus ista dixit ei, nondū accesserat ad
ciuitatem Geraram. Et si dicatur ꝯ, quia supra dr̄ abijt
Isaac ad Abimelech in Geraram, dico ꝙ ponitur per
anticipationem sicut frequenter sup. diximus de alijs,
Vel est sensus. *Abijt Isaac ad Abimelech in Geraram.* i. in-
cępit abire, sed nōdum illuc accesserat, patet hoc ma
ximè, quia in litera dr̄. *Ad terram, quam dixero tibi.* Vr̄ er
go, ꝙ nondum ei eam dixerat. *Et peregrinare in ea.* i. ma
neas ibi nunc, vt peregrinus. s. non intelligas, ꝙ mādo
tibi semper ibi manere, sed solum ꝙ maneas ibi pau-
co tempore, vt peregrinus, q.d. non habens animum
ibi semper manendi, quia cum fames trāsijt, venit in
terram Bersabee, in qua ante habitauerat. *Tibi enim &
semini tuo dabo vniuersas regiones has.* Istæ sunt regiones,
quas promisit Deus Abrahę, vt patet supra 13. c. & 15.
Vel fortè designat hic specialiter terram Philisthino-
rum, ad quam tunc descendebat Isaac, sed magis di-
cendum est, ꝙ designat omnem terram Chanaan, vt
patet infra cum dicitur complens iuramētum, quod
iuraui Abraham patri tuo, sed Abrahæ tota terra Cha
naan promissa fuerat, ergo sic promisit hic filio eius
Isaac. Et dicitur dabo, quia nondum dederat eas, nisi
fortè quantum ad proprietatem, nunquam aūt quan
tum ad possessionem, vel fortè non dederat eas in re,
sed in certa spe. Erant autem dandæ, quando illæ gen
tes propter peccata sua mererentur expelli de terra il
la, tunc autem nondum meruerāt. Sic habetur supra
15. c. nōdum enim completæ sunt iniquitates Amor-
rhæorum vsque in presens tempus, fuerunt autem cō
pletæ tempore Iosue, q̄ñ ipse ingressus fuit terram il-
lam, & deleuit reges eius, vt patet Iosue 12. c. sed nec
tota deleta fuit, quia mansērūt multæ gentes, quæ pos
sent pugnare cum Iudęis, vt experirent Iudæi, qui pu-
gnare nesciebant, bella Chananæorū, de qbus reman
serūt Philisthini, ad quos tūc ibat Isaac, vsq; ad vltimā

delectionem Chananæorum, quia nec Iosue, nec iudices, nec deinde Saul, nec Dauid deleuerunt eos, sed tẽ pore Salomonis vniuersi subiecti sunt, vt patet 2. Paralipom. 8. c. *Vniuersas regiones has*. Hic facta fuit Isaac demonstratio istarum omnium regionum, vt notat illud pronomen demonstratiuum has, sed ista demõstratio potest esse duplex secundum conditionẽ istius apparitionis diuinæ. Si enim dicamus, quòd Deus apparuit ei in nocte per somniũ, vt sæpe apparuit Abrahæ, etiam Abimelech regi Gerarę, vt patet supra 20. c. Tunc dicendum est, q̃ fuit ibi demonstratio imaginaria omnium istarum regionum, ita q̃ Deus demõstret ei cuiuslibet illarum terrarum vnam signatam imaginem, quæ perfectę signaret illam terram. Si aũt dicamus, q̃ fuit in visione diurna dicendum est, vel q̃ Deus eleuauit visum eius supernaturaliter, vt videre posset omnes regiones Chanaan, vt factũ est in Moyse, vt declarabimus Deut. vlt. c. vel q̃ verius, & certius est, Deus demonstrauit ei non totas terras illas specialiter, sed q̃ mandauit ei respicere ꝑ situm illarum, vt mandauit patri suo Abrahæ dicens: leua oculos tuos ꝑ Orientem, & Occidentem ad Aquilonem, & Meridiem oẽm terram, quam conspicis tibi dabo. *Complens iuramentum quod spopondi Abraham patri tuo*. Licet enim Isaac vir sanctus esset, tamen non dixit ei Deus, q̃ dabat ei terras illas propter eum, sed ꝓp iuramentum factum ad Abraham, quia in hoc maioris meriti credidit esse Abraham. Vnde Abrahæ facta sunt, & ꝓmissa aliqua propter bonitatem eius, vt patet supra 22. c. vbi dixit Angelus ex parte Dei, q̃a obedisti voci meæ, & nõ pepercisti filio tuo vnigenito, multiplicabo semen tuum, sicut stellas cęli, & sicut arenam, quæ est in littore maris. Etiam supra 18. c. dr̃, q̃ cunctæ benedictiones dãdæ Abrahæ, & posteris eius complendæ erant. s. Scio, q̃ præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam domini, & faciãt iustitiam, & iudicium, vt adducat dñs propter Abraham oĩa, q̃ locurus est ad eum. Ex hoc. n. quorundam error eliditur, qui putauerunt Isaac sanctiorem esse, quia vnã vxorem habuit, quàm Abraham, qui duas: de quo August. 16. de ciuit. Dei. c. 39. dicit. Quòd cõtinẽs absolutè melior est non continente, sed factus vxoratus melior est non continente, & fidelis non continens melior est continente infideli. Et continẽs fidelis, & obediens modicum non est ita bonus, sicut multum fidelis, & multum obediens, & non continens, cum autẽ vterq; fidelis, & obediens fuerit, continentem incontinenti, vel vt mẽlius dicatur non continenti præferri nullus ambigit. Abraham autem licèt quantum ad aliquid excederetur à filio suo, erat tamẽ simpliciter sumendo valde melior Abrahã q̃ Isaac, quia obedientiæ merita erãt in eo potiora. Et hoc demõstratur hic & infra, quia omnia quę dantur Isaac, & posteris eius dantur ꝓp Abraham. Vnde dicitur infra, & benedicẽtur in te omnes gentes, eo q̃ obedierit Abraham voci meæ, & custodierit cæremonias meas, atq; ꝑcepta mea. Sed dices, si oẽs promissiones confirmabantur in filijs propter Abrahæ merita, quid valebant merita aliorum sanctorum, qui erant de illa stirpe? Respõdetur, q̃ Abrahã fuit valde magnæ obedientiæ, vt supra patuit: nõ Deus acceptauit valde merita eius sup merita omnium aliorum. Bonitas aũt aliorum sanctorũ virorum, qui erant de stirpe Abrahæ ad duo, ꝑderat, primo quia per illam bonitatem efficiebantur partes ciuitatis Dei, ita vt essent participes vitæ æternę, quod malis non contingebat. Secũdum erat, quod bonitas hæc efficiebat eos capaces promissionum factarum Abrahæ, & inductarum propter eum. Boni de semine Abrahæ hęreditabant terram promissionis, & manebant in ea, vt patet Deu. 4. c. si autem mali efficerẽtur perdebant promissiones factas Abrahæ, & cõplętas in eis: expellebantur enim de terra, in qua habitabant, vt patet Leuit. c. 18. & ducebantur captiui in extremas nationes, vt patet Leu. 26. & Deut. 4. & 28. c. si autem boni efficerentur agentes pœnitentiam de iniquitatibus suis, Deus conuertebat eos in terram suã, vt patet Deut. 30. c. licet ergo merita sanctorum virorum in stirpe Abrahæ non promererentur impleri promissiones, quia iam merita potiora Abrahæ hoc effecerunt pro tota sua progenie, tñ promerebantur, vt q̃libet efficeretur capax illius promissionis inductę ꝓp Abraham, vt in adepta promissione lætaretur, & maneret. Et est exemplum conforme, licèt non æquali ter de redemptione inducta per Christum. Nã Christus per mortem suam sufficienter redemit genus humanũ quantũcunq; istud sit. Et dato q̃ infinita hominum millia poni possent vltra eos, qui sunt, adhuc illa sufficienter fuissent redempta. Ad participandum tñ istam redemptionẽ requiritur in nobis bonitas vitæ, quia iniqui vitam æternam non possidebunt. Redemptionem ergo nostram solus Christus operatur, nec quisquam sanctorũ aliquid in ea fecit, vel promeruit, sed solum ex eo, q̃ boni sunt, communicatur eis illa redemptio, quæ non cõicatur malis. *Et benedicam tibi*. i. augebo te. *Et multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli*. Vt sit innumerabile, sicut stellæ cœli. Sic. n. dicitur supra 15. Si quis stellas cęli numerare potest, & semen tuũ poterit numerare, sed hoc magis declaratum fuit supra 22. c. *Dabo posteris tuis*. Descendentibus per lineam Iacob. *Vniuersas regiones has*. Idest totam terram Chanaan, quod fuit completum tempore Iosue. *Et benedicentur in semine tuo*. i. in Christo de te nascituro oẽs gẽtes, quia oẽs gẽtes susceperũt benedictionẽ in Chro, cũ per eũ saluatæ fuerint. Et iste sensus non est Tropologicus, sed literalis, vt declaratũ fuit ſ. 15. c. q̃a iste sensum intendit facere scriptura principaliter. Et hoc declarat Apostolus ad Gal. 3. c. Abrahę factæ sunt repromissiones, & semini eius, nõ dicit in seminibus quasi i multis, sed ī vno semine eius, qđ est Chrs. *Eo q̃ obedierit Abrahã*. i. ista ꝓmissio de Messia nascituro in tuo semine, iõ cõplebitur in tuo semine, quia Abraham obediuit voci meę; in quo magna merita Abrahę innuũtur, ꝓp q̃ cõplendæ erant promissiones, & nõ ꝓp merita Isaac, nec alicuius alterius. *Et custodierit præcepta, & mandata mea, & cęrimonias, & leges*. Ex hoc dicunt Iudæi, q̃ Abraham custodiuit ante datam legem oẽs cęremonias legis, & omnia iudicialia legis: ista enim quæ hic ponuntur solum continentur in lege, s. mandata, & præcepta, quę idẽ sunt, & accipiuntur pro præceptis decalogi, & alijs moralibus, quæ pertinẽt ad ius naturale, quę reducuntur ad illa decẽ, vel includuntur sub eis. Cęremonię vocãtur quędã ſpeciales obſeruationes circa cultũ Dei in ſacrificijs, & in alijs, & in habitu populorũ, leges ſunt quędã determinationes iudiciales, quæ ponuntur in Exo. c. 21. & 23. & in multis locis Numeri, & Deut. Ista ergo omnia dicunt Iudæi obſeruaſſe Abraham, vt innuit hoc litera. Sed falſum est, quia celebratio Phaſę cęremonialis erat, ſed non obſeruabat eam Abraham, vt declarauimus latè ſupra 19. cap. Nec Sabbathum, vt diximus ſupra 2. cap. & 8. Sic etiam patet de ritibus ſacrificiorum, in quibus quaſi tota cęremoniarum conſiſtit ſumma, quia illa cęremonialia cõſiſtunt in determinatione locorum, in determinatione miniſtrorum, & inſtrumentorũ variorum, quę tunc nullo mõ habebãtur. Iõ ſertuari nõ poterant, q̃a nec ēt Iſraeliticus populus ſeruauit iſta, cũ eſſet in deſerto, ſed ſolũ qũ intrarēt, & habitarent pacificè in terra Chanaã eis promiſſa: iõ q̃cunque mandabatur eis aliquod cęremoniale faciendum dicebatur eis, qũ intraueñtis terrã, quam dabo vobis

Si oẽs promiſſiones confirmabantur in filijs ꝓp merita Abrahæ q̃d valebant merita aliorũ ſanctorum ex illa ſtirpe.

Determinatio.

vobis facietis tale, vel tale, vt patet Numeri 15. & Deuter. 12. cap. & in multis alijs locis. Dicendum ergo quòd Abrahaã non custodiuit omnia cęremonialia, vel iudicialia data postea per Moysen, sed custodiuit aliqua proportionabilia eis. De præceptis autem siue mandatis, quæ sunt moralia cum ista pertineant ad ius naturale, quia consequuntur determinationẽ naturalem rationis practicę, & semper eadem fuerint apud omnes, dicendum quòd Abraham illa perfectiſſimè custodiuit, cęremonias autem, quæ in lege ſcriptæ erant, non custodiuit, quia non erant necessariæ, quia earum tempus nondum venerat. Custodiuit autem alias cęremonias proportionales, quia Abrahã colebat Deum. Necesse erat ergo quòd in hoc teneret aliquem modum, vel aliquam ſpecialem obſeruãtiam, & illa vocatur cęremonia. Et quia Gentiles etiã Deos ſuos colentes cęremonias, quaſdam tenebant, vt patet de modis immolandi & turpitudinibus, quæ exercebantur in ſacrificijs Priapi, & conſequenter de omnibus alijs. Et quia illæ cæremoniæ quas custodiebat Abraham in colendo Deo non erant abominabiles, vt cæremoniæ Gentilium, ſed valde amabiles Deo, ideo vocantur cæremoniæ Dei. Idem est de iudicijs, quæ vocantur hic leges. Sunt enim iſta præcepta ad directionem communicationis hominum inter ſe. Inter Gentiles autem erant aliquę leges poſiti uæ, vel conſuetudines iniquæ. Abraham autem conuerſabatur cum omnibus, cum quibus viuebat, valde rationabiliter, & dulciter, ideo leges communicationis eius vocantur leges Dei, vel iudicia Dei. *Manſit itaque Iſaac in Geraris*. Quia licet vltra intenderet ire: quia tamen à Deo admonitus fuit non deſcendit vltra. Hebræi dicunt quòd ratio, quare Iſaac non iuit in Aegyptum, fuit quia erat Domiuo conſecratus, vt patet ſupra 22. quando immolari voluit, ideo nõ erat ei licitum exire terram promiſſionis. Gerara autem in terra Chanaam erat, quę est terra promiſſionis, immo Gerara ponitur vnus terminus terræ Chanaam à meridie, vt patet ſupra 10. cap. vbi dicitur facti ſunt termini Chanaam veniẽtibus à Sidone Geraram vſque, Gazam, donec ingrediaris Sodomam. Sed hoc nihil est, quia ſi Iſaac propter eſſe Domino conſecratum nõ debebat egredi de terra Chanaam, hoc eſſet, quia terræ aliæ prophanæ erant: & terra Chanaam ſacra, vel bona. Sed falſum eſt, quia terra Chanaam Idolis, & abominationibus repleta erat ſicut aliæ terræ, immo magis, quia Chananęorum populi propter peccata ſua de terra expulſi ſunt, vt patet Leui. 18. cap. & iniqitates eorum graues erant, quod non dicitur de alijs populis, ideo non magis vetari debebat exire ad alias gentes quàm exire ad aliquam partem terræ Chanaam, vel manere in ea. Item quia Iſaac non fuit magis conſecratus Domino quàm Nazareus, qui ſpecialiter multa faciebat, de quibus 6. cap. Num. ſed inter omnia vota Nazareorum non ponitur, quòd nõ poſſent exire de terra ſua: vt patet cap. ſupradicto: ergo nec debuit ad hoc Iſaac ex oblatione ſpontanea patris ſui, & ſua obligari: dicendum ergo, quòd Deus mandauit ei non exire de terra Chanaam nõ propter cauſam cõſecrationis ſuæ, vel immolationis: ſed quia ipſe præuidebat aliqua mala futura, ſi deſcenderet in Aegyptum. *Qui cum interrogaretur*. Hic ponitur aduerſitas Iſaac propter metum de vxore. *A viris loci illius*. Ex quo patet quod Gerara nõ est nomen prouinciæ, ſed nomen ciuitatis, est tamen Metropolis in Regno Abimelech regis Palæſtinorum. Aliquando tamen accipitur pro illa ciuitate cum territorio: & viculis ei adiacentibus, & tunc accipitur in plurali, cum dicitur manſit in Geraris, ideſt in Gerara, vel in territorio eius. *Super vxore ſua*. Ideſt de vxore ſua. Cum ponitur ſuper pro de, deſeruit ablatiuo. Sic habetur in Doctrinali in regimine ablatiui.

Cum ſuper eſt pro de, ſexto decet hanc ſociare.

Vnde Virgilius:

Multa ſuper Priamo rogitans ſuper Hectore multa.

Reſpondit ſoror mea eſt. De modo autem excuſationis huius mendacij require ſupra 12. cap. Et fortè dici poſſet, quòd licet hic non fuit peccatum mortale, q̃a mendaciũ iſtud non fuerit pernicioſum, ſed valde officioſum, fuit tamen veniale, à quo Patriarchas excuſare non eſt neceſſe, cum & ipſi Apoſtoli non excuſentur, & alij viri ſanctiores. *Timuit enim confiteri*. Iſta eſt cauſa, quare dixit eſſe ſororem ſuam, licet eam potuerit vocare ſororem ſecundum modum loquendi communem Hebraicum, quo illi qui ad eandem cognationem pertinent, fratres, & ſorores vocantur. Et ſic dixit Abraham de Sara, alias verè ſoror mea eſt filia patris mei, & non matris meæ, vt patet ſupra 20. cap. *Reputans ne fortè occiderent eum propter illius pulchritudinem*. Sciebat enim Iſaac, quòd in terra illa, & in terra Aegypti facinus magnum reputabatur adulteriũ, & morte plectendum: ideo leuius reputabant virum occidere, & deinde vxorem eius accipere, quàm viuẽte viro, cum eius vxore coire. *Cumque pertranſiſſent dies plurimi*. In quibus, vt dicunt quidam, Iſaac continuerat ab vxore, vt non iudicaretur eſſe ſua vxor, ſed ſoror, deinde cum vidit, quòd non erat periculum vocare eam vxorem, redijt ad actum coniugalem. Hoc fortè verum eſt, ſed probatio nulla, quia fundat ſe ſuper hoc, ſcilicet, quòd quandocunque accedere debuiſſet ad vxorem, quòd videretur, & quia tunc ab Abimelech viſus eſt, tunc dicunt primo ad eam acceſſiſſe in terra illa, ſed iſta ſatis apparent leuia, & irrationabilia. *Proſpiciens Abimelech*. Hoc videtur fuiſſe in die, quando Abimelech ludos coniugales videre potuerat. *Rex Palæſtinorum*. Ideſt Philiſthinorum, Philiſthini vocantur Palæſthini ſecundum conſuetudinem ſermonis Hebraici, quia licet apud Hebræos ſit litera F, numquam tamen apud eos ponitur F in principio alicuius dictionis, ſed vbicunque poni debet F, ponunt P, & dicunt. *Peleſtin*. Sua lingua pro Filiſtini. *Per feneſtram*. Ex quo videtur, quòd domus in qua morabatur Iſaac, erat apud domũ regiam, quia potuit videre Rex ex atrio ſuo per aliquã feneſtram ſuam, & per feneſtram domus Iſaac, quòd ipſi ſic luderent. *Iocantem cum Rebecca*. In Hebræo ponitur. *Metzaheq*. Quod ſignat ridentem, vel ludẽtem, ſed transfertur ad multa, vt diximus ſupra 21. cap. & accipitur hic iocus pro ipſa carnali copula, ſed ſcriptura ſacra volens eam honeſtius nominare appellatione ioci eam nuncupauit. Vel accipitur ludus pro quodã ludo præcedente inter virum, & vxorem, qui eſt q. infiſtulatione præludium, & ſic eſt ſignum petitionis debiti. *Et accerſito*. Ideſt vocato ad probandum, quòd mentitus fuerat. *Perſpicuum eſt*. Ideſt clarum, vel notũ eſt. dicitur perſpicuum à perſpiciendo, quod valde ꝑſpici, ſiue videri poteſt. *Quòd vxor tua*. Quia talia ioca non faceret cum ſorore ſua. Erat enim abominabile nimis talia facere cum ſorore. Et quia Abimelech credebat eſſe Iſaac virum bonũ, non potuit ſuſpicari, quòd cũ ſorore coiret, ſed potius eſſet eius vxor, licet ipſe negaſſet. *Cur mentitus es*. Ideſt dixiſti contra mentem tuam, quia tu ſciebas, quòd erat vxor tua, & non ſoror, & volebat eum Rex conuincere de iſto mendacio, quia fuerat iſtud mendacium valde contumelioſum regi, primo, quia dictum fuerat regi illã eſſe ſororem, & non coniugem, regi enim & hoc modo mentiri nefas eſt: ſecundo quia valde periculoſum erat hoc mẽdacium regi, & toti populo, quia potuiſſet aliquis coire cum illa putans eſſe ſororem Iſaac, & fuiſſet

Attẽde de adulterio.

F. Litera nunquam in principio dictionis ponẽ apud Hebræos.

& fuisset magnum peccatum, & fortè magna punitio in toto populo. *Timui ne morerer propter illam.* Sicut dixerat supra Abraham 12.cap.te autem viuificabunt me occident, scilicet ne viuente viro cum vxore eius coeant, sed magis viro mortuo. *Dixitque Abimelech.* Adhuc non contentus responsione Isaac ad modum hominum aliqualiter commotorum ab ira replicat eandem rationem, donec motus iræ cesset, & videat veritatem rationis, quæ ei dicitur. *Quare imposuisti nobis.* Idest quare decipisti nos dicendo esse sororem tuam? vel. *Quare nobis imposuisti?* Scilicet, tam graue periculum, quia vt infra sequitur. *Potuit quispiam de populo coire cum illa.* Scilicet, vel inducendo eam ad coitum, vel vi opprimendo eam, quia putabat esse sororem tuã. *Et induxeras super nos peccatum grande.* Idest fueras occasio, vt veniret magnum peccatũ inter nos, quia adulterium maximum peccatũ esse credebãt durius homicidio. Vel dicitur peccatum grande grandis punitio, quæ licet esset propter vnius peccatum, tamen toti populo infligi poterat, vt patet supra 20.cap. quãdo Abimelech accepit Saram, quia conclusit Dominus omnem vuluam domus suæ, ne parere possent. *Qui tetigerit huius hominis vxorem, morte moriatur.* Ante istud edictum quilibet poterat impune coire cum Rebecca, nisi fortè eam vi opprimeret. Nũc autem cognito quòd esset vxor, nulli licebat quouis modo cum ea coire, siue ea consentiente, siue repugnante. *Seminauit autem Isaac.* Hic ponitur probatio in tempore prosperitatis consurgente in eum malorum inuidia. *Et inuenit in ipso anno.* Scilicet in quo iam sterilitas cessabat. *Centuplum.* Scilicet pluſquam seminauerat, quòd valde mirabile est. *Vel centuplum.* Scilicet pluſquam habere debuisset, vt si deberet totaliter habere ex his, quæ seminaui, tquinquaginta, collegit quinque millia. Et hoc adhuc mirabilius est quàm primum, quia prouentus terrarum seminatarum ad valde magis multotiens esse debet, quam seminatum fuerit secũdum naturam seminis, & terræ, in qua seritur. *Benedixitque ei Deus.* Satis apparet, quòd tantus prouentus in frugibus à Deo fuit, quia naturaliter fieri insolitum erat maximè, quia nulli de seminantibus in terra illa hoc contingat. *Et locupletatus est homo.* Idest repletus fuit diuitijs, quia non solum Deus multiplicabat eum in frugibus, sed etiam in gregibus, vel armentis, & in omni alio genere possessionis, vt patet infra. Vel fortè, quia multum collegit de frugibus Isaac illo anno, & vendidit, & quia anno præterito fuerat sterilitas, valebant fruges multas pecunias, & sic ditatus fuit quẽadmodum nunc sæpe contingit. *Et ibat proficiens.* Quia bona eius non diminuebãtur, sed magis continue augebantur. *Atque succrescens.* Idest subiectus, vel latentur crescens, scilicet Isaac crescebat in bonis ipso non vidente hoc totaliter, quod est signum diuinæ liberalitatis super eum, quia sine eius magna diligentia, nec eo attendente Deus multiplicabat bona eius, quasi cura multiplicandi bona eius principaliter pertineret ad Deum. *Donec vehementer magnus effectus.* Ita, quòd poterat dici excellenter, vel antonomaticè magnus, quia excesserat magnitudinem diuitiarum habitantium in Gerara. Et non vnius magni solum, sed & multorum simul, vt patet infra, quia timentes eius magnitudinem, dixerunt ei, recede à nobis, quia potẽtior nobis effectus es. *Habuitque possessionem ouium, & armentorum.* Per oues intelliguntur pecudes, vt caprę, & alia animalia parua, quæ gregem faciunt, per armenta intelliguntur congregationes omnium pecorum magnorũ, vt boum, vaccarum, & camelorum, & asinarum, equarumque, quia in his omnibus Isaac abundabat. *Ob hoc inuidentes ei.* Magnitudo enim causat inuidiam de se, quia parui magnis inuident secundum quodcunque genus magnitudinis, siue propter sapiẽtiam, siue propter potentiam, siue propter diuitias, honores, & alia bona quæcunque extollunt hominẽ ad aliquem gradum magnitudinis super alios. De paruis autem, & miseris nullus inuidet, quia vt communiter dicitur: sola miseria caret inuidia. Contra magnitudinem autem inuidi tristantur, vt ait Ouidius Meta. lib. 20.

Nusquam recta acies, liuent rubigine dentes.
Pectora felle virent, lingua est suffusa veneno.
Risus abest, nisi quem visi fecere dolores.
Nec fruitur somno vigilantibus excita curis.
Sed videt ingratos incalescitque videndo.
Successus hominum carpitque, & carpitur vna.
Quacunque ingreditur florentia proterit arua.
Exuritque herbas, & summa papauera carpit.

Omnes puteos quos foderant serui Abrahæ patris sui obstruxerunt. Idest cooperuerunt. *Implentes humo.* Idest terra ne manarent: iste est effectus inuidiæ nocere illi, cui inuidetur, & in hoc valde gaudent inuidi. Sed vbi erant illi putei, quia dicuntur serui Abrahæ fodisse eos, fortè aliquis dicet istos puteos fuisse in Bersabee, vbi prius habitauerat Abraham, & fecerat puteos, super quibus iurauit Abimelech cum Abraham, & cõstituit ei Abraham septem agnas, & ex hoc vocatus est puteus ille Bersabee, idest puteus septimus, vt patet supra 21.cap. sed hoc nõ est verum, quia Bersabee distabat à Gerara, vt patet supra 21.cap. vbi dicitur, Ꝙ quando Abimelech Rex Gerarę voluit inire fœdus cum Abrahã, venit ad eum de Gerara: deinde facto fœdere dicitur, surrexit Abimelech, & reuersus est in terram Philisthinorum, ergo terra, in qua habitabat Abimelech, distabat à Bersabee, sed isti putei de quibus hic mentio fit, erant apud Geraram, & patet quia nondum recesserat Isaac à Gerara, quando isti putei obstructi sunt, quia post impletionem puteorum subdit vltra, recede à nobis, quia potentior nobis factus es, & recessit Isaac ad torrentem Geraræ. Dicendum ergo, quòd isti putei erant apud Geraram, & foderant eos serui Abrahæ, quãdo Abraham morabatur in Gerara, de quo supra 20.cap. manserunt autem ibi illi putei quousque redijt Isaac ad eandem terram, & vtebatur eis, accipiens aquam sicut fecerat pater eius, sed postquam Philisthini viderũt eum multiplicatum, obstruxerũt puteos. *In tantum.* Scilicet, creuit eorum inuidia. *Vt Abimelech diceret.* Non solum iam minores inuidebant, sed etiam Rex. *Recede à nobis.* Nõ poterat videre Abimelech rectis oculis tantam tamque subitaneam Isaac multiplicationem. Ideoque ne ex eius bono magis cruciaretur, quæ est conditio inuidorum, dixit ei, quòd recederet, insinuans causam fictam, scilicet, quòd timebant, quia potens effectus fuerat. Vel fortè ex inuidia eorum sequebatur timor, quia inuidus bonum alterius maius existimat esse, quàm sit, vt ait Ouidius in lib. 1. de Arte amandi loquens de verbis inuidorum.

Fertilior seges alienis semper in agris,
Vicinique pecus grandius vber habet.

Poterat ergo esse, quia isti existimabant bona Isaac maiora esse, quàm erant, & quòd timor sequeretur, scilicet, ne ipse rebellaret contra eos, quia potentior eorum effectus fuerat. Vel ne coniungeretur hostibus suis, & deleret eos, vel hostibus venientibus traderet ciuitatem. Sic dixerunt Aegyptij quando voluerunt opprimere Hebræos duris laboribus, vt patet Exod. 1. cap. scilicet ecce populus iste multus, & fortior nobis est. Venite sapiẽter opprimamus eum, ne fortè multiplicetur. Et si fortè ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de terra. *Et ille discedens.* Obediuit Isaac mandato

Sola miseria caret inuidia.

Determinatio.

mandato Regis, & recessit inde. *Venit ad torrentem Gerarę.* Vt ait Iosephus, iste est locus, qui dicitur vallis Pharan. Et transit per vallem torrens, quia Gerara aliqualiter distat. Et in hoc satisfaciebat Regi Geraræ, quia Rex non mandabat ei exire de toto territorio Geraræ, sed de ciuitate Gerarę, quia cum ibi existeret, timebant ne in potentia sua confidens traderet ciuitatem hostibus, vel intra existens oppugnaret eos, cũ autem extra maneret non poterat obsidere ciuitatem licet aliqualiter ipse magnus esset. *Rursum fodit alios puteos, quos foderant serui patris sui Abraham.* Istos etiam puteos fodit Abraham, cum peregrinaretur in terra Geraræ, & enim terra illa aqua deficit, quia est terra meridiana contra deserta Arabiæ, & terra illa valde sicca est, & generaliter omnis terra multum meridiana multum sicca est, quia calor magnus terrę illius desiccat capita fontalia, quia hoc pertinet ad terram aqualiter frigidam, vt fiat conuersio vaporum in aquam in fontali origine. *Quos illo mortuo olim obstruxerant Philisthini.* Fortè dum viueret Abraham non ausi sunt obstruere eos, quia cõfœderatus fuerat Regi, vt patet supra 21.cap. & ideo ipsi in magnam pœnã incurrerent. Sed quæritur quare magis fodit Isaac puteos, quos pater foderat, quàm in alio loco. Respondetur, quòd propter multa. Primò, quia cum ibi iam putei fuissent tempore Abrahæ, certum est, quòd ibi venæ aquarum erumperent. Secundò, quia terra illorum puteorum, quia olim defossa fuerat, tenerior esset, & facilior ad fodiendum quàm si in loco alio nouo foderent: in quo etiam incertum esset vtrum aquarum venas essent inuenturi. Tertiò, quia illi putei olim ad Abraham patrem suum pertinuerant: iõ nunc ad eum iure veniebant. Nec erant litigiosi quẽadmodum, si nouum opus fecisset, quia potuissent tunc Philistini contendere, licet adhuc hoc non obstãte contenderunt eum illo, & tulerunt puteos illos. *Appellauitque eos eisdem nominibus, quibus pater appellauerat.* Vt videretur hæreditatem antiquam patris sui tenere, & non opus nouum fecisse. *Foderunt in torrente.* Torrens enim est aqua collecta ex pluuijs, vel ex niuibus resolutis, & fluit ad tẽpus, scilicet in hyeme, non autem in æstate, vel quia fortè ille torrens à paruis fontibus originem habet, qui toto tempore aquas suas extra deriuare non possunt. Et istum puteum fecerunt serui Isaac, vt quando aliqua pluuia caderet aqua fluens per torrentem in ipso puteo colligeretur. Vel fortè puteus iste factus fuit non in ipso alueo torrentis, sed iuxta, ita quòd aqua torrẽtis leuiter defluere posset in puteum, & quia aqua tunc modica fortè fluebat ex qua pecora adaquari non poterant, si autẽ pauliſper colligẽtur in puteum ibi adaquari possent. Et iste puteus non videtur esse de puteis, quos olim fecerat Abraham, sed quia aquarum cogebat inopia fecerit, & illum in torrente. *Et inuenerunt aquam viuam.* Idest magnum caput fontis abundantis magis quàm aqua putealis. Vel vocatur aqua viua quæ libet vena putealis, siue fontalis, & distinguitur contra aquam mortuam, idest aquam, quæ non habet in loco illo principium suæ originis, sicut sunt aquæ lacuales, siue stagnales, quia ibi non oriuntur, sed aliunde confluũt, vt ex pluuijs, vel alijs. Et ita intẽdebant serui Isaac fodere puteum, non in quo inuenirent aquam viuam, sed in quo reciperentur aquæ pluuiales fluentes per torrentem. *Sed & iurgium fuit ibi pastorum Geraræ.* Vidẽtes pastores Geraræ, quòd pastores Isaac inuenerant aquam viuam, inuiderunt eis, & ideo laborauerũt, vt eis eam aufferrent. *Dicentium nostra est aqua.* Idest ad nos pertinet. Fodistis enim in solo alieno, ideo solo cedit, quia radices egit cum sit puteus ipsa origo fontalis, vel ipsa terra disposita ad recipiendum, & contendum aquas. *Quamobrem.* Idest, propter iurgium. *Vocauit nomen putei, ex eo, quòd acciderat calumniam.* Idest quia pastores Gerarę calumniati fuerant pastoribus Isaac dicentes nostra est aqua, vocauit puteum calumniam, sed & dimisit eum nolens contendere cũ Philisthinis. *Foderunt alium.* Quia dimiserant priorem, & non habebant sufficienter vnde adaquarent pecora. *Pro illo quoque rixati sunt.* Quia dixerunt Palæsthini nostra est aqua. *Appellauitque nomen illius inimicitias.* Inimicitiæ maius malum sunt quam calumnia. Et quia videbat Isaac odium, & malitiam Geraritarum continua susc ipere incrementa, ideo imposuit nomen à maiori malo vocans puteum inimicitias, sed & hunc dimisit eis, ne contendendi occasio tribueretur, quia ista est intentio inuidorum contendendi originem inuenire, vt opprimant iniustè innocentem, cui inuident quodam quæsito colore sequendi in eum. *Profectusque inde.* Videbat Isaac, quòd pastores Geraræ calumniabantur pro illis puteis dicentes, quòd essent in suo territorio, ideo hæc calumnia locum non haberet. *Profectus fuit inde.* Scilicet ad locum aliqualiter distantem, in quo dicere non possent pastores Geraræ, iste locus est noster. *Pro quo non contenderunt.* Quia ille locus distans erat à Pastoribus Geraræ, nec illuc consueuerant accedere, ideo non curauerunt vltra contẽdere. *Itaque vocauit nomen latitudo.* Causa autem huius nominis subditur. *Nunc dilatauit nos Deus.* Quia antea quotiescũque puteum fodissent pastores eius, alij Geraritæ excludebant eos inde. Et sic quasi capi non poterat cum alijs præ locorum angustia. Nunc autem quia nullus eum coangustabat, videbatur esse in latitudine. *Et crescere fecit super terram.* Scilicet, vt bonum habere possimus ĩ multiplicatione rerũ nostrarũ. Ante enim si incipiebat multiplicari, peribat fructus impedientibus Geraritis profectum eius: nunc autẽ nullo impediente secure proficere posset, & crescere in rebus suis. *Ascendit autem ex illo loco.* Scilicet, in quo foderat puteos, pro quibus non contenderant. *In Bersabee.* In qua ante habitauerat Abraham, & ipse Isaac antequam descenderet in Geraram, & iam Isaac videns tempus sterilitatis transijsse desiderabat redire in terram, de qua venerat. *Vbi apparuit ei Dominus in ipsa nocte.* Idest in prima nocte, qua accessit ad locum illum, fuit enim facta ista reuelatio Dei in somnijs visione imaginaria, quia sic vt communiter istis accidebat. *Ego sum Deus Abraham.* Idest non intelligas me esse demonem fallentem in somnijs, vel aliquam phantasticam visionem, sed sum verus Deus. Vocatur autem Deus Abrahę, idest Deus, quem Abraham speciali cultu colebat, & Deus, qui Abrahæ specialia beneficia promiserat, & tribuebat. In hoc autem Deus, qui est Deus omnium populorum, & gentium secundum naturã efficitur Deus alicuius gentis, scilicet, vt illa gens eum specialiter colat. Sic patet infra 28.cap. de Iacob, qui cum esset in Bethel, & per noctem vidisset scalam, dixit si fuerit Deus mecum, & custodierit me in via, per quam ambulo, & dederit mihi panem ad vescendũ, & vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prosperè ad domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei. Et postea subiungit, quid esset illud, in quo acciperet Dominum in Deum dicens: De cũctis quæ mihi dederis, decimas asseram tibi. Et iste modus faciendi Deum in aliqua gente fuit etiã apud Gentiles. Nam ideo variæ gentes varios Deos ex hominibus assumpserunt, quia apud illas illi homines multa beneficia tribuerunt. Et sic aliqui colunt Cererem, aliqui Bacchum, aliqui Saturnum, alij Mineruã, alij Iouem secundum diuersa beneficia, quæ ab eis dum viuerent receperunt, de quibus Arist. circa finẽ.

3. Poli-

Inuidi intẽtio quę

Deus Abrahę quare.

3. Politicorum,& Augu. de ciuitate Dei,lib. 18.c.8.& Lactãtius de natura Deorum lib.1.ex isto modo euenit,vt cum omnes populi naturaliter sint populi Dei, quia eos creauit,& continuè fouet,aliqui tamen dicũtur specialiter populi Dei, quia eis specialia beneficia agit. Et sic vocauit Deus Hebræos populum peculiarem sibi de cunctis populis terrę,vt patet Exod.19.& Deut.cap.7.causa fuit,quia vt Deut.cap.4.Numquam Deus fecit tantum pro aliqua gente sicut pro Hebræis,cum dicitur si facta est aliquando huiusce modi res,aut vnquam cognitum est,vt audiret populus vocem Dei loquentis de medio ignis,sicut tu audisti,& vidisti,scilicet fecit Deus, vt ingrederetur,& tolleret sibi gentem de medio nationum per tentationes,& signa, atque portenta, per pugnam, atque robustam manum iuxta omnia, quę fecit pro nobis Dominus Deus vester in Aegypto videntibus oculis tuis. *Noli timere.* Idest licet aduersitates tibi eueniant,nõ timeas quia in omnibus ego te defendam. *Quia tecum sum.* Scilicet te custodiendo. Et dum ego te custodiero non potest formidari aliquod malum,quia si Deus pro nobis,quis contra nos,vt patet ad Rom.9.cap. *Benedicam te.* Idest te in persona tua augebo in gratia,& honore,& bonis temporalibus. *Et multiplicabo semen tuum.* Quia multi de Esau,& multi de Iacob prodierunt. *Propter seruum meum Abraham.* In quo magnitudo meriti Abrahæ demonstratur,quia licet Isaac sanctus vir esset,promissiones tamen non fuerunt completæ in eo,& in semine suo ,pter se,sed ex meritis Abrahæ. Erãt enim merita obediẽtię apud Deum potiora meritis totius seminis sui. *Itaque ædificauit ibi altare Domino.* Ad reddendum gratias super illud de consolatione facta,& beneficijs,promissis. *Et inuocato nomine Domini.* Scilicet in laudẽ,& gratiarum actionem. *Extendit Tabernaculum.* Patet magna affectio Isaac ad Deum, quia primo ædificauit altare Deo,quàm sibi extenderet habitaculum. Erat enim istud Tabernaculum tentorium magnum factum de lino forti retorto,& incerato,vel de canabo,& illud extendebatur super palos,& ligabatur funibus,& paxillis,ita quòd in via portari posset, & deinde figererur vbicunque vellent. *Præcepitque seruis suis,vt foderent puteum.* Quia aqua erat necessaria ad adaquanda pecora. *Ad quem locum cum venissent de Geraris Abimelech,& Ochozath.* Statim vt ascẽdit Isaac in Bersabee,ascenderunt post eum Abimelech,& alij cum eo. Et hoc fuit, quia viderunt, quòd Deus multiplicabat eum manifestè. Et postquam ipsi expulerant eum de vrbe,timebant,quòd multiplicaretur nimis,& adiutus à Deo irrueret super eos. Voluerunt ergo reintegrare amicitias pristinas. Et satis notatur in hoc mansuetudo Isaac,quia licet isti essent eius inimici:ramen habuit se ad eos benignè. Ponitur hic Ochozath tamquam nomen proprium cũ secũdum Hebræos significet turbam amicorum Regis,& patet hoc,quia dicitur. *Ochozath amici illius.* Istud relatiuum illius non potest referri ad Isaac, scilicet, quòd Abimelech,& Ochozath essent amici Isaac,quia immediatè dixit Isaac, quid venistis ad me hominem, quem odistis,& expulistis à vobis? Et etiam ipsi demonstrauerunt se non ex amore, sed ex timore hoc fecisse,scilicet quia viderunt Deum esse cum illo, nec potest dici quòd hoc,quod dicitur amici illius refera tur ad Abimelech,ita quòd Ochozath, & Phicol essent amici Abimelech,quia dicitur in litera:ad quem cum venissent Abimelech,& Ochozath amici illius, & Phicol Dux militum. Ex quo apparet quòd amici illius refertur ad nomen,Ochozath, quod significat pluraliter,scilicet turbam: & est sententia. *Ad quem cum venisset Abimelech,& Ochozath.* Idest turba: vel societas. *Amici illius* Idest turba,vel societas illorum,qui erat amici Regis,scilicet, quòd quando Abimelech iuit ad Isaac adduxit secum Phicol principem exercitus,& turbam quorundam amicorum suorum. *Quid venistis ad me?* Quando ista dixit eis Isaac iam cognouerat eorum intentionem,& non dicebat ista,vt amicitias facere recusaret,sed vt eorum respõsionem experiretur, vt videret quo animo circa eum se habebant. *Hominem,quem odistis.* Idest cui inuidebatis,vt supradictum fuit:ex inuidia autem odium nascitur. *Et expulistis à vobis.* Quia Abimelech videns eum multum ditatum,& inuidens eius prosperitati dixit:recede à nobis,quia potentior nobis effectus es. *Vidimus tecum esse Deum.* Idest experti sumus sensibiliter, quòd Deus erat tecum, quia tantum multiplicabaris,& tã subito,quòd nullus homo prudentia,& diligentia humana tantum potuisset tam subito multiplicari,ne cessario conijciebatur, quòd ibi esset diuina potentia supernaturaliter operans. *Et ideo nunc diximus.* Idest consilium inter nos fecimus,vt veniremus ad te. *Sit iuramentum inter nos.* Ordo prępostерus est,quia prius ponitur fędus,quàm confirmetur iuramento. *Et iuremus fędus.* Idest faciamus pactum, vel componamus amicitias. *Vt non facias nobis quicquam mali.* Scilicet per te ipsum nos lædendo, vel hostes nostros contra nos concitando,vel eis ad impugnandum nos te coniungendo. Eodem modo nos nihil mali faciamus tibi. *Sicut nos nihil tuorum attigimus.* Quasi dicat licet fuisses inter nos,vt peregrinus,& potuissemus tollere de rebus tuis,& nocere tibi in multis, tamen numquam aliquid horum fecimus. Et hoc verum erat, quia licet inuiderent ei, nunquam tamen aliquod damnum intulerant,quia Deus non permittebat eos eum ledere. *Sed cum pace dimisimus.* Non inferentes tibi bellum,vel prædam facientes in exitu. *Auctum benedictione.* Idest multiplicatum in benedictione omnium rerum,quia Isaac quando de Gerara exiuit valde diues erat. *Fecit ergo eis conuiuium.* In die,qua accesserunt ad eum reciendo curialiter. *Et post cibum,& potum mane surgentes.* Idest postquam in die, qua venerunt ad Isaac recepe-runt ab eo conuiuium in cibis, & potibus, & deinde dormierunt,alia die mane surrexerunt, & tunc fecerunt iuramentum. *Mane surgentes iurauerunt sibi mutuo.* Idest,quòd Isaac iurauit nullo modo nocere Abimelech,& regno eius,& hoc nec directè, nec indirectè. Et Abimelech,& sui milites iurauerunt nullo modo nocere Isaac. Et hoc iuramentum factum fuit de mane,vt iurarent ex consilio maturo, & non ex impetu hilaritatis cibi,vel ex ebrietate.Et hoc propter reuerentiam iuramenti.Et ab hoc videtur sumptum.cap.placuit.extra de testibus.vbi dicitur.Placuit, quòd nullus testimonium dicat nisi ieiunus, & hoc tenet ex honestate,vt notat ibi glo. *Et dimisit eos Isaac.* Idest expediuit eos à se. *Pacifice in locum suum.* Idest, vt irent in pace in ciuitatem Gerarã. *Ecce autem serui Isaac venerunt in ipso die.* Ex hoc patet, quòd modicum moratus fuit Abimelech ire ad Isaac postquam ascendit in Bersabee, quia immediatè,vt ascendit Isaac in Bersabee,mandauit seruis suis,vt foderent puteum,sed in ipso die,quo initum fuit fędus, venerunt nunciantes se inuenisse aquam in puteo.& dicitur. *Venerunt in ipso die.* Quia vt videtur puteus,quem fodiebant, non erat cõiunctus loco,in quo Isaac fixerat Tabernaculum in Bersabee, sed erat in loco remoto in pascuis pecorum: si enim fuisset propinquus locus ille loco, in quo fixum erat Tabernaculum,non diceretur, quòd venerunt serui eius ad annunciandum quasi de propinquo staret puteus,sed de longinquo,in quo Isaac non cognosceret quid fiebat,nisi ei annunciaret. *Inuenimus aquam.* Quasi pro magno gaudio hoc retulerunt cũ terra illa aquarum inops sit. Tota autem pecorum alimentatio pręcipuè

præcipuè in aqua est. *Vnde appellauit eum abundantiam.* Idest, quòd habito illo puteo iam haberet abundantiam in aquis. *Et nomen vrbi impositum est Bersabee vsque in præsentem diem.* Ille locus,in quo tenderat Tabernaculum suum Isaac,erat apud quandam vrbem, in qua antiquum nomen erat, quod in litera non monstratur,sed post mutauit Isaac nomen ciuitatis Bersabee ex accidenti, idest propter abundantiam aquarum. Quæritur vtrum Bersabee signet eundem locum hic,& supra 21.cap. vbi dictum fuit, quòd Abraham vocauit nomen loci illius Bersabee; fortè aliquis dicet, quòd non, quia supra non nominauit Bersabee esse vrbem, hic autem dicit esse vrbem. Item quia hic nomen fuit impositum pro puteo quem foderunt serui Isaac,puteus autem, super quem iurauerãt Abraham, & Abimelech, iam fuerat ab antiquo defossus.Item quia ante imposuit Isaac nomen vrbi illi Bersabee. Si tamen ante existens locus esset idem cũ isto,non poneretur ei iterum nomen Bersabee. Respondetur, quòd idem locus est iste, & in quo ante habitauerat Abraham: & patet quia alias scriptura æquiuocaret, & non demonstraret differentiam de vno loco dicto Bersabee ad alium. Item quia Isaac ascẽdit ad illum locum, quia in eo pater suus vixerat. Valde enim desiderabat viuere in locis,in quibus pater suus vixerat,& ideo quando iterum mutauit Tabernaculum suum,mutauit illud ad conuallem Mãbre apud Hebron,in qua habitauerat Abraham, vt patet infra 36.cap. Ad argumentum primum respondetur quando dicitur, quòd Bersabee, in qua moratus fuit Abraham non erat vrbs,& Bersabee, de qua hic dicitur erat vrbs:falsum est,quia supra 21.cap.dicitur: & vocauit nomen loci illius Bersabee, licet enim locus nominauerit satis intelligi potest ciuitas,quia locus nomen generale est ad vrbem,& ad alia loca,quę non sunt vrbes. Ad secundum respondetur, quòd licet puteum, quem nunc vocauit abundantiam, siue Bersabee,nunc foderint serui Isaac,tamen iam defossus fuerat tempore Abrahæ. Philisthini tamen operuerunt terra,sicut fecerunt alijs puteis, de quibus dictum fuit supra. Et ideo serui Isaac rursus foderunt illum,& inuenerunt aquam. Ad tertium dico, quòd licet ante locus ille vocaretur Bersabee, tamen iterum confirmatum fuit illud nomen ex aliquo accidenti: primo enim vocatus fuit Bersabee,idest puteus septimus, quia septem agnas dedit ibi Abraham Abimelech. Vel quia ibi iurauit vterque: interpretatur enim Bersabee puteus septimus,vel puteus iuramenti,vt patet supra 21.cap. Nunc autem vocatus fuit Bersabee iterum,idest puteus abundantiæ ex eo,quòd inuenissent ibi aquam. Non enim est inconueniens, quòd idem nomen imponatur bis eidem rei ex diuersis accidentibus,quia sic est de alijs rebus. Multotiens enim Deus idem Abrahę promisit,vt patet de promissione terræ Chanaam,vt patet supra 13.cap. vbi eam semel promisit.Iterum autem eam promisit, vt patet supra 15.cap.Sic etiam patet de promissione multiplicationis in semine,quia primo promissa fuit,vt patet supra 12.cap.& supra 15.& 16.& 21.22.& in isto cap. Et ista multiplicatio fuit ex diuersis accidentibus facta in promissione, quod patet respicienti in singulis illis locis rationem motiuã apparitionis, & promissionis. Clarius autem patet de impositione eiusdem nominis bis in Iacob,quia primo cum ipse vocaretur Iacob apparuit ei Angelus,qui luctabatur cum eo, & dixit nõ vocaberis vltra Iacob,sed Israel, vt patet infra 32.cap. Iterum cum ascenderet in Bethel, apparuit ei Deus, & dixit non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum,vt patet infra 35.cap. Causæ autem duplicis mutationis huius nominis tangẽtur in eo.35.ca.

Esau autem quadragenarius. Hic ponitur secundũ principale,scilicet tentatio,vel afflictio à domesticis,scilicet à filio suo,qui contra voluntatem suam duxit vxorẽ. Et hoc ponitur,vt quoddam præambulum ad ea,quę dicuntur sequenti cap.in quo agitur quomodo Iacob subripuit benedictionem Esau. Et ponitur hic causa quare non immerito priuari debuit benedictione. *Esau quadragenarius.* Hoc fuit cũ esset Isaac annorum centum,patet, quia quando Isaac genuit Esau, & Iacob,erat sexagenarius,ergo quando filius eius ageret annũ quadragesimũ ipse ageret annum cẽtesimũ. Et isto anno mortuus fuit Melchisedech Rex Salem, qui fuit Sem filius Noe,quia vt probauimus supra 11. cap.vixit vsque ad annum quartum, vitæ Iacob, qui erat coætaneus Esau,vt puta eadem hora nati. *Iudith filiam Beeri Hethæi.* Habitabant Hethæi circa Hebron, vt patuit supra 23.cap. *Filiam Elon eiusdem loci.* Idest de loco,in quo morabatur Isaac, scilicet de ciuitate Bersabee. *Quæ ambæ offenderunt animum Isaac,et Rebeccæ.* Hoc potest intelligi dupliciter,vno modo, quòd vterque offendit animum Isaac,& Rebecæ,idest,quòd matrimonium,cõtractum cum qualibet earum fuit offensiuum Isaac,& Rebeccæ,quia noluerant, quòd acciperet vxorem de terra illa,sed de cognatione sua, scilicet de filiabus Ismahelis, vel aliorum filiorum Cetur æ,vel de cognatione Rebeccę: Vel dicuntur offendisse animum Isaac,& Rebeccæ, quia quælibet earũ erat ita male instructa in moribus, quòd offendebat eos cum quibus viuebat. Vel fortè quia vtraque secũdum consuetudinem gẽtis suæ Idolatriæ dedita erat. Et ad hoc animum Esau inclinabat,quod magna affiliẽtio patri,& matri erat.

Pro Esau benedicitur Iacob: mater monet fugere Iacob: deinde loqui patri, & fuit deceptus in sensibus, excepto auditu.

Cap. XXVII.

SENVIT autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat: vocauitque Esau filium Hebr.11. suum maiorem, & dixit ei: Fili mi? Qui respondit: Adsum. Cui pater: Vides,inquit, quòd senuerim, & ignorem diem mortis meę. Sume arma tua, Pharetram, & arcum, & egredere foras: cumque venatu aliquid appræhenderis, fac mihi inde pulmentum sicut velle me nosti, & affer, vt comedam: & benedicat tibi anima mea antequã moriar. Quod cum audisset Rebecca, & ille abijsset in agrum, vt iussionem patris impleret, dixit filio suo Iacob: Audiui patrẽ tuũ loquẽtem cum Esau fratre tuo, & dicẽtem ei: Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coram Domino antequam moriar. Nunc ergo fili mi, acquiesce consilijs meis, & pergens ad gregem, affer mihi duos hędos optimos, vt faciam ex eis escam patri tuo, quibus libenter

Universidad de Deusto Biblioteca

ter vescitur: quas cum intuleris, & comederit, benedicat tibi priusquam moriatur. F
Cui ille respondit: Nosti quòd Esau frater meus homo pilosus sit, & ego lenis: si attrectauerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducam super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater: In me sit, ait, ista maledictio, fili mi: tantum audi vocem meã, & pergens affer quæ dixi. Abijt & attulit, deditque matri. Parauit illa cibos sicut velle G nouerat patrem illius. Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum; pelliculasque hædorum circundedit manibus, & colli nuda protexit. Deditque pulmentum & panes, quos coxerat, tradidit. Quibus illatis, dixit: Pater mi? At ille respondit: audio. Quis es tu fili mi? Dixitque Iacob: Ego sum primogenitus tuus Esau: feci tibi sicut præcepisti mihi: surge, sede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. Rursumque Isaac ad H filium suum: Quomodo, inquit, tam cito inuenire potuisti, fili mi? Qui respondit: Voluntas Dei fuit, vt cito occurreret mihi quod volebam. Dixitque Isaac: Accede huc, vt tangam te fili mi, & probem vtrum tu sis filius meus Esau: an non. Accessit ille ad patrem, & palpato eo, dixit Isaac: Vox quidem, vox Iacob est: sed manus, manus sunt Esau. Et non cognouit eum, quia pilosæ manus similitudinem maioris expresserant. Benedicens ergo illi, ait: Tu es filius meus Esau? Respondit, ego sum. At ille: Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua, fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum. Quo hausto, dixit ad eum: Accede Hebr.11. ad me, & da mihi osculum fili mi. Accessit, & osculatus est eum. Statimque vt sensit vestimentorum eius fragrantiam, benedicens illi, ait: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui bñdixit Dominus. Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguitudine terræ abũdantiam frumenti, & vini. Et seruiant tibi populi, & adorent te Tribus: esto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuę. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus: & qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Vix Isaac sermonem impleuerat: & egresso Iacob foras, venit Esau, coctosque de venatione cibos intulit patri, dicens: Surge pater mi, & comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua. Dixitque illi Isaac: quis enim es tu? Qui respondit: Ego sum filius tuus primogenitus Esau. Expauit Isaac stupore vehementi, & vltra quàm credi potest, admirans, ait: Quis igitur ille est qui dudum captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus priusquam tu venires? Benedixique ei, & erit benedictus? Auditis Esau sermonibus patris, & irrugijt clamore magno; & consternatus, ait: Benedic etiam & mihi pater mi. Qui ait: Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit: iuste vocatum est nomẽ eius Iacob: supplantauit enim me en altera vice: primogenita mea ante tulit, & nunc secundò surripuit benedictionem meam. Rursumque ad patrem, nunquid non reseruasti, ait, & mihi benedictionem? Respondit Isaac: Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugaui: frumento, & vino stabiliui eum, & tibi post hæc, fili mi, vltra quid faciam? Cui Hebr.12. Esau: Num vnam, inquit, tantum benedictionem habes, pater? Mihi quoque obsecro, vt benedicas. Cumque eiulatu magno fleret, motus Isaac, dixit ad eum: In pinguedine terræ, & in rore cœli desuper erit be- I nedictio tua. Viues in gladio, & fratri tuo Abdi.1. seruies: tempusque veniet, cum excutias, & soluas iugũ eius de ceruicibus tuis. Oderat ergo semper Esau Iacob pro benedictione, qua benedixerat ei pater: dixitque in corde suo: Venient dies luctus patris mei, & occidã Iacob fratrẽ meũ. Nũciata sunt hæc Rebeccæ: quæ timẽs, & vocãs Iacob filiũ suũ, dixit ad eum: Ecce Esau frater tuus minatur, vt occidat te: Nunc ergo fili mi, audi vocem meam, & consurgens fuge ad Laban fratrem K meũ in Harã: habitabisq; cũ eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui, & cesset indignatio eius, obliuiscaturq; eorũ, quę fecisti in eũ: postea mittã, & adducam te inde huc. Cur vtroque orbabor filio in vno die? Dixitq; Rebecca ad Isaac: Tędet me vitę meæ propter filias Heth: si acceperit Iacob vxorẽ de stirpe huius terræ, nolo viuere.

SENVIT

SENVIT autem. Descripta tolerantia Isaac tẽpore aduersitatis, hic consequẽter describitur ordinatio suę posteritatis, & hoc fuit per benedictionem, & quãtum ad hoc duo agit: primo præponitur quædam ad benedictionem dispositio: secundo subiungitur ipsa benedictio, ibi. *Statimque vt sensit.* Dispositio autem illa in tribus consistit: primo in patris præceptione: secundo in matris reuelatione, ibi. *Quod cum audisset Rebecca.* Tertio in filij apparatione, ibi. *Abijt, & attulit.*

Quæst. 1. Vtrum ea, quæ hic dicuntur, sint per inspirationem dicta.

Ad primum cum dicitur. *Senuit Isaac.* Dicet aliquis quòd ista ponuntur hic per recapitulationem, quia primo accidit istud quàm contractus matrimonij Esau, quòd ponitur præcedenti cap. Et patet, quia Isaac mandauit Esau filio suo, quòd afferret ei de venatione sua: ergo videtur, quòd tunc Esau in domo patris sui morabatur nondum emancipatus: postquam autem vxores sumpsit non moraretur in domo patris. Respondetur q̃ hoc nihil est, quia ista facta sunt secundum ordinem qui in textu recitatur, scilicet, q̃ primo acceperit vxores Esau quàm fuerit hic factũ. Et patet, quia quando ista facta sunt, erat Isaac senex valde, vnde ipse dixit filio suo Esau: vides quòd senuerim, & ignorem diem mortis meæ. Sed quando Esau accepit vxores, non erat multum senex, quia solum erat centum annorum, vt patuit supra. Nec in tali ætate erat Isaac tam senex, quòd diceret vides, quòd senuerim, & ignorem diem mortis meæ, quia hoc non dicitur nisi de aliquo, qui se sentit proximum morti: quale non poterat esse in Isaac ante centum annos, quia tunc erat quasi medietas ætatis cum ipse Isaac vixerit annis 180. vt patet infra 35. cap. Item patet in fine cap. quando ista facta sunt, Esau minatus fuit, quòd occideret fratrem suum. Et tunc audiens Rebecca, misit Iacob in Mesopotamiam propter iram fratris sui, & propter vxorem accipiendam. Et subiunxit causam: tędet me vitæ meæ propter filias Heth: & si acceperit Iacob vxorem de stirpe terræ huius, nolo viuere. Ex quo patet, quòd quando ista facta sunt iã Esau acceperat vxores duas Hethæas, de quibus angustiabatur Rebecca, quia eas Esau susceperisset; & ideo mãdauit Iacob filio suo, quòd non acciperet vxorem de terra illa, sed de terra Mesopotamiæ. Et si dicas quòd missio Iacob in Mesopotamiam non fuit immediatè D postquam surripuit benedictionem, sed multo tempore post: respondetur quòd falsum est, quia dicitur infra, quòd Rebecca dixit Iacob fuge ad Laban fratrem meum, & habitabis cum eo, donec requiescat furor fratris tui, & cesset indignatio eius postea mittam, & adducam te inde. Ex quo apparet, quòd quando missus fuit Iacob in Mesopotamiam nouus erat furor Esau contra eum: & mittebatur illuc donec requiesceret. Dicendum, ergo quòd ista facta sunt post quam accepit Esau vxores per 20. & 30. annos ita, q̃ Iacob esset tunc 60. vel 70. annorum. Et si velimus ponere tempus præcisum dicendum est, quòd ista, quæ ponuntur in hoc cap. acciderunt anno. 137. vitæ Isaac. Et patet quia ista acciderunt anno. 77. vitæ Iacob, qui est annus 137. Isaac. Nam Isaac genuit Esau, E & Iacob quando erat annorum 60. vt patet cap. præcedenti. Addendo ergo istis annos 77. erunt 137. quòd autem acciderint anno. 77. vitæ Iacob patet, quia in anno in quo facta sunt ista, quæ dicuntur hic de subreptione benedictionis Iacob fuit in Mesopotamiam. Quod patet, quia Rebecca misit Iacob in Mesopotamiam donec cessaret furor fratris sui Esau cõceptus de subreptione benedictionis: ergo ista itineratio in Mesopotamiam fuit immediatè post ista, quæ hic dicuntur. Sed itineratio Iacob in Mesopotamiam fuit anno. 77. vitæ suæ, ergo anno. 77. vitæ Iacob ista cõti-

gerunt. Antecedens patet, quia Iacob erat. 130. annorum, quando descendit in Aegyptum, & stetit coram Pharaone, sed tunc erat filius suus 39. annorum, ergo oportet, quòd Ioseph genitus fuerit anno 91. vitæ Iacob. Patet consequentia subtrahendo 39. à 130. Quòd autem Ioseph esset 39. annorum quando Iacob erat 130. patet, quia Iacob erat 130. annorum, quando stetit coram Pharaone, vt patet infra 47. cap. Et Ioseph quando stetit ad soluendum somnia coram Pharaone, erat annorum 30. vt patet infra 41. Sed inter tempus illud, quo stetit Ioseph coram Pharaone, & descendit Iacob in Aegyptum transierunt anni nouem, scilicet septem anni fertilitatis, & duo anni sterilitatis. Nam in secundo anno sterilitatis descendit Iacob in B Aegyptum, vt colligitur infra 45. cum dixit Ioseph fratribus suis, quos hortabatur, vt ducerent patrem suum in Aegyptum, Adhuc quinque anni residui sunt famis, ne tu, & domus tua pereas. Hoc dato arguitur, si Iacob erat annorum 91. quãdo genuit Ioseph, & ante natiuitatem Ioseph steterat annis 14. in Mesopotamia, sequitur, quòd quando iuit primo in Mesopotamiam erat annorum 77. Patet consequentia subtrahendo 14. à 61. Antecedens patet, quia Iacob stetit 20. annis in Mesopotamia cum Laban, vt patet infra 31. cap. sed post natiuitatem Ioseph stetit sex annis. De istis ergo ante illam fluxerant 14. anni, quibus manserat in Mesopotamia. Antecedens patet Infra 30. vbi nato Ioseph voluit reuerti Iacob in terrã suã: sed tamen postea conuentum est inter eum, & Laban, & seruiit annis 6. pro gregibus, vt patet infra 31. cap. Concluditur ergo ex ijs, quòd anno. 77. vitæ suæ descendit Iacob in Mesopotamiam, vel potius ascendit, sed eodem anno quo iuit in Mesopotamiam subripuit benedictionem, & facta sunt ista, quæ hic continentur, vt supra declaratum fuit, ergo anno. 77. Iacob, & anno. 137. Isaac, 37. postquam Esau accepit vxores, facta sunt ista. *Senuit Isaac.* Ideſt infirmatus fuit: licet enim non esset multum senex, tamen doloribus, & infirmitatibus obsessus senex videbatur. Et non habebat liberum motum corporis, sicut euenit in senibus iam impotentibus. *Et caligauerunt oculi eius.* Ex senectute, & infirmitatibus visum amiserat, vt ait Aug. 16. de ciui. Dei, cap. 40. *Et videre non poterat.* Non erat ista totaliter cęcitas, sed quia valde modicum videbat deficientibus oculis eius ex infirmitate. *Vocauitque Esau filium suum.* Ideſt fortè misit ad vocandum ad domum suam, quia manebat cum vxoribus suis. Vel forte ipse frequenter veniebat ad visitandum patrẽ suũ, quia erat infirmitate, & senectute grauatus, & tunc vocauit eum ad mandandum ista. *Filium suum maiorẽ.* Vocat Esau filium maiorem, non quòd plurium annorum esset quàm Iacob, quia in eadem hora vterq; fuit natus: immo cum contenderet quis prior de vtero egrederetur, & contigisset exire Esau', Iacob tenuit plantas eius ne exiret, vt patet supra 25. cap. sed vocatur maior, quia ei videbantur competere primo genituræ iura, cum prior de vtero natus fuisset. *Fili mi.* vocando eum. Est modus cęcorum qui præsentes sibi vocant nescientes esse præsentes, ne in vanum verba proponant. *Adsum.* Quia stabat coram patre, licet pater eum non videret. *Vides quòd senuerim.* Intẽdebat Isaac persuadere Esau, vt duceret aliquid de venatione ei ad comedendum, vt comederet, & benediceret ei, & quia ista benedictio solebat dari primogenitis in morte parentum, vel quando parentes putabant se cito morituros: ideo ponit quomodo mortem suã opinabatur propinquã, & ideo tempus erat benedicendi ei. *Vides quòd senuerim.* Ideſt tu vides quòd senectus mea iam magna sit, ideo tu deberes me incitare, vt te benedicerem. Sed potuisset dicere Esau etiam si

Isaac doloribus, & infirmitatibus senex videbatur.

Modus cæcorum.

senex

senex sis, potest tamen adhuc magno tempore viuere, ideo respondit Isaac. *Et ignorem diem mortis meæ.* Id est tanta senectus, & debilitas mihi inest, quòd ego ignoro diem mortis meæ, id est timeo eam breuiter futuram, nec vult dicere. *Ignoro diem mortis meæ.* Id est nescio diem determinatam eius, quia isto modo quilibet quantumcumque iuuenis potest dicere ista. Sed ista verba secundum communem locutionem conueniunt illi, qui morti propinquus existens eam quotidie, & timet, & expectat. Rationabiliter autem hoc dicere poterat Isaac, quia ipse erat tũc annorum 137. vt supra probatum fuit: licet ergo Abrahã pater suus vixerit annis 175. quia tamen ipse ęgritudinibus circũdatus erat, non credebat se tandiu victurum, & sic timebat se moriturum in breui, cum tanta eum mala premerent. Erat enim sanctorum patrum consuetudo filios suos, vel commendatos apud mortem suam benedicere, & admonere, vt patet de Iacob infra 49. cap. Patet etiam de Moyse quando apud mortem suã totum populum admonuit, & omnibus Tribubus benedixit, vt patet Deutero. 31. & 32. & 33. cap. Sic etiã patet de Samuele admonente totum Israel, vt patet 1. Reg. 12. cap. Voluit ergo sic Isaac suo primogenito benedicere. *Sume arma tua.* In Hebræo dicit vasa tua, quia omnia supellectilia, qualiacunque sint, vasa vocãtur nomine generali, vt declarauimus supra 24. cap. declarat autem, quæ sint ista arma, cum subdit. *Pharetram, & arcum.* Ista sunt arma venatoria arcus ad sagittas iacendum, pharetra ad continendum, vel conseruandum eas. *Cumque venatu.* Id est venando. Ponitur hic supinum vltimum pro medio gerũdio iuxta grãmaticam antiquam. *Fac mihi pulmentum.* Id est cibum paratum, & signat pulmentum generaliter omnem cibum præter panem, sic dicitur Ioan. 21. pueri habetis pulmentarium, id est, aliquem cibum. *Sicut velle meo nosti.* Id est sicut tu scis, quòd ego volo paratum. Multis enim vicibus Esau parabat cibos de venatione sua, & dabat patri, quibus valde delectabatur pater. Sic. n. dicitur supra 25. cap. Isaac diligebat Esau eo, quòd de venationibus eius vesceretur. Et dicit Augustinus 16. de ciui. Dei, cap. 40. quòd ista non sunt imputanda Isaac ad gulam, quia nõ propter carnis illecebras, sed propter senectutis, & infirmitatum angustias istis delicatis cibis vtebatur. *Affer, vt comedam.* Postquam praueneris. *Vt benedicat tibi anima mea.* Id est vt benedicam tibi ex corde meo. *Antequam moriar.* Se enim in breui moriturum sperabat. Per ista autem verba Isaac, ad quæ Deus mouebat eum, fuit data occasio, vt benedicere tur Iacob pro Esau, quia per verbum promissionis Isaac fuit mota Rebecca, vt cõsuleret filio suo Isaac, vt subriperet benedictionem fratris sui. Per hoc, q̃ Esau ad venandum missus est, data fuit opportunitas, vt Rebecca cum Iacob quod facere intendebant, perpetraret.

Consuetudo sanctorum patrũ.

Supellectilia omnia Hebræorũ vocabulo generali vasa dicũtur.

Pulmentũ quid.

Quæst 2. Cur Isaac prius quęsiuit cibũ quàm daret benedictionem.

Sed quæritur quare prius Isaac quæsiuit à filio cibum quàm benedictionem ei impenderet. Videtur enim quòd ante cibum dari debuisset, quia in benedictione illa conferebatur, vel ad minus confirmabatur ius primogenituræ, in quo erat potestas offerendi sacrificia, quod ieiunis conuenit, ergo dari debuisset ante cibum. Item quia magna irreuerentia est circa sacramentum vel dare illud, vel sumere post cibum. Sic repræhẽdit Apostolus Corinthios, qui in die qua cõmunicaturi erant, vnusquisque portabat prandium suum ad Ecclesiam, & ibi epulabatur solemniter, & deinde sumebant Eucharistiam. Dicit enim Apostolus, fratres non est iam tempus Dominicam cęnam manducare: vnusquisque enim cęnã suã præsumit ad manducandum, vnus quidem esurit, alius autem ebrius est. Item videtur, quòd nõ requirebatur ista benedictio, quia Abraham antequam moreretur dedit filio suo omnia quæ possidebat pro iure primogenituræ nõ addens aliqua alia verba benedictionis. Respondetur, quòd sicut dicit gl. ord. Exod. 6. c. super verbum, & nomen meum Adonai non indicaui eis. Per tẽporum successionem Dei cognitio in sanctis patribus similiter, & Dei cultus augmentata sunt. Hinc est, quòd ius primogenituræ, quod ratione sacerdotij annexi pertinebat ad cultum diuinum, Abraham tradidit filio suo in datione bonorum suorũ sine aliqua verborum solennitate, Isaac autem dedit primogenituram cum maiori verborum solennitate, vt patet in isto ca. sed non adhibita omnimoda honestate, quia post cibum, Iacob autem adhibita omnimoda solennitate verborum, & reuerentia cõuocauit filios suos, & dedit eis benedictiones. Vel fortè dicendum, quòd tanta erat in Isaac naturæ debilitas, q̃ istam verborum solennitatẽ peragere non potuisset, nisi prius comedisset. Sed istud secundum non multum valet, quia licèt Isaac caligauisset oculis, non tamen erat tã senex, q̃ sine cibo loqui non posset, quia post duravit adhuc multis temporibus vsque ad 180. annos, vt patet infra 35. c. *Quod cum audisset Rebecca.* Hic ponitur dispositio ad benedictionem per matris reuelationem. Diligebat enim Rebecca magis Iacob quàm Esau, Deo mouente ad hoc, vt compleretur quod ipse disposuerat, vt patet supra 25. ca. ideo consuluit filio suo Iacob, vt surriperet benedictionem fratris sui Esau.

Ratio ad quæstionis quæstionis

Sed quæritur, vtrum Rebecca peccauerit, inducẽdo Iacob ad surripiendum benedictionem Esau. Et arguitur q̃ sic, quia cõsulens alteri, vt furetur peccat, sed Rebecca consuluit Iacob, q̃ furaretur benedictionem, ergo peccauit. Patet, quia sicut furari malũ est, ita consulere furari, & consentire furanti peccatum est, vt patet ad Rom. 1. tàm qui agunt, quàm qui consentiunt agentibus morte digni sunt. Item quãto magis est furtum, tanto grauius est peccatum in agente, & in consulente, sed furari ius primogenituræ, quod cõcedebatur in illa benedictione, erat maximum furtum, f. furari duplices partes hæreditatis, & potestatẽ dominatiuam, & potestatem sacerdotij, & alia beneficia, quæ sunt impreciabilia, vt patet supra 25. c. vbi declarauimus iura primogenituræ, ergo valde magnum peccatum erat talia furari, & consulere hæc, & furari. Itẽ sicut est de patre, ita est de matre: sed sic est de patre, q̃ si vult transferre iura primogenituræ ab illo, cui debentur, ad alterum, peccat grauiter, ita ergo erit de matre conante hoc facere. Antecedens patet Deuter. 21. c. vbi dicitur, q̃ si aliquis homo duas vxores habuerit vnam dilectam, & aliam odiosam, & voluerit transferre ius primogenituræ a filio odiosæ, si primogenitus fuerit, ad filium dilectæ, magnum peccatum erit, nec poterit hoc facere, f. quia ius non permittit. Respondetur, q̃ Rebecca non peccauit in faciendo aliquid horum, quia licèt esset Esau primogenitus secũdum carnem, clara stabat ei dispositio quantũ ad Rebeccam matrem, quia ipsa sciebat, quomodo Deus mutauerat ius primogenituræ ab Esau in Iacob, quia reuelatum fuerat ei, quando consuluit Dominum in illis verbis: Duæ gentes in vtero tuo sunt, & duo populi ex ventre tuo diuidentur, maior minori seruiet: poterat ergo Rebecca quouis modo procurare, q̃ benedictio, & ius primogenituræ transirent ad Iacob. Ad argumenta respondetur.

Ad primum, quando dicis, quòd Rebecca consuluit Iacob, vt furaretur benedictionem, dico quòd falsum est, quia furari est rem alienam contrectare domino inuito, Iacob autem non accepit rem alienam, sed rem suam, quia constabat Rebeccæ secundum diuinum oraculũ, quòd ius primogenituræ pertinebat ad

Solutio argumentum.

Ad primũ rationem.

ad Iacob, non ergo dedit consilium ad furandum, sed dedit industriam ad liberandum ius suum de manu alicuius iniusti detentoris. Maximè, quia Esau purè vendiderat Iacob primogenita sua, ideo accipiendo non furabatur, sed iure suo vtebatur, licet hoc fortè teneret quantum ad Esau, qui putauerat se posse vendere primogenituræ iura, ideo merebatur perdere ea, sed quantum ad Iacob non tenebat, quia dato, q̃ Iacob emisset ea non pp hoc transibant ad illum. Nam in rebus venalibus dñium transferẽ per venditionẽ. in rebus aũt non venalibus nihil efficit venditio, cum nullius virtutis sit aut efficacię, ideo nihil magis est, q̃ vendant q̃ non vendantur. Si ergo Iacob fortè intẽderet per emptionẽ illam acquisiuisse aliquod ius primogenituræ, committebat simoniam, quia ista iura spiritualia sunt. Ad aliud q̃ dicis, q̃ quanto maius est furtum, tanto grauius peccatũ est in faciente, & in cõsulente, sed hoc erat valde magnum furtum. Rñdeẽ, q̃ hic non erat aliquod furtum, vt dictũ fuit supra, sed si fortè Iacob illicitè primogenita Esau accepisset, maximum furtum commisisset, & Rebecca ei consulẽs grauissimè peccasset, tollens Esau maximum bonum ei debitum, sed quia Iacob iure suo vsus est, ideo Rebecca ei consulens non peccauit, docens eum vti iure suo. Maximè, quia ad hoc Deus eam monebat, vt sic Iacob adiutus cõsequeretur paternam benedictionem. Ad aliud argumentum dico, q̃ illa litera Deut. loquitur q̃cunq, pater, vel mater ex sola voluntate humana, quia magis vnum diligunt, transferunt, vel dant fauorem transferẽdi ius primogenituræ vni debitum ad alterum, sed hic nõ fuit voluntas humana, sed voluntas diuina, quę tribuere primogenita Iacob destinauerat, ideo Rebecca mater iustè conformauit voluntatem suam diuinæ voluntati cognitę, vt transferretur primogenituræ ius ad eum, cui Deus dare volebat. *Et ille.* Id est Esau. *Abiisset in agrum ad venandum.* Noluit aliqd Rebecca reuelare Iacob pñte Esau, sed permisit eum primo ire in agrum. *Vt iussionem patris expleret.* Id est mandatũ. f. vt duceret de venatione, & faceret pulmentum. *Dixit filio suo Iacob.* Specialiter erat filius Iacob, quia magis eum diligebat, vt patet supra 25. cap. *Audiui patrem tuum.* Hic intendit persuadere Iacob, quod subripiat benedictionem, quia Iacob non sciebat aliquid de mandato patris facto ad Esau, & ideo nõ curasset, & Esau veniens si Iacob istã calliditatem non habuisset, bñdictus fuisset à patre, & sic maneret securus in iure primogenituræ. *Et benedicam tibi coram Domino.* Id est imprecer tibi bona corã Deo. Dicuntur corã Deo fieri quæ benè fiunt, quæ aũt male fiunt abscõdita iudicant, vt patet Psal. 16. De abscõditis tuis impletus est venter eorum. Dicebat ergo Isaac bñdicturũ se Esau corã Dño, quia putabat se in hoc iustè agere tanquã iura primogenituræ deberentur Esau. Non. n. fuerat ei reuelatũ id, quod Rebeccæ reuelatum, q̃ maior seruiret minori. Et ẽt fortè non constabat ei, q̃ Esau primogenita vendiderat. *Antequam moriar.* Quia paulo ante mortẽ consuetum erat dare benedictionem filijs qñ patres sciebant sibi mortem imminere. *Nunc ergo fili mi acquiesce.* Id est cõsentij consilijs meis, quia istud, quod dictura erat Rebecca, aliqualiter videbatur durum Iacob: ideo ipsa volebat consulendo persuadere, quia posito q̃ Iacob audiuisset, q̃ pater volebat dare Esau benedictionem debitam primogenito, non ausus fuisset aggredi, quæ mater ei mandauit, quia timebat incurrere maledictionẽ pro benedictione. *Et pergens ad gregem.* Non misit Rebecca aliquẽ alium de seruitoribus suis ad ferendũ hœdos, sed ipse Iacob iuit, vt factum hoc cautius, & secretius fieret. *Duos hædos.* Non misit pro hædis magnis, quia carnes eorum duræ sunt, & fœtidę, & mali sapo-

Alph. Tost. super Gen.

Ad tertiã rationem.

Rõsio ad quæstionis quæstionis

An Rebecca peccauerit inducendo Iacob ad furripiendum benedictionem.

Solutio argumentum.

Ad primũ rationem.

ris, nec conueniunt aliquo modo senibus, sed misit pro hædulis, qui quando parui, & teneri sunt, dulcissimi saporis sunt, vt ait Isido. 11. Ety. *Quibus libenter vescitur.* Sciebat enim Rebecca quibus cibis Isaac libenter veseeretur, & qualiter paratis. *Quos cum intuleris.* Id est postquam ei escas dederis. *Benedicat tibi.* Putans esse Esau, quem ad parandum cibos miserat. *Nosti quòd frater meus.* Iacob auditis verbis matris, timuit ne si ista aggrederetur, deprehenderetur à patre mẽdax, & maledíceretur. *Homo pilosus sit.* Scilicet excessiuè super alios homines: quia videbatur pellis animalis brutis: vnde nominatus est Seir, vt patet supra 25. c. *Et ego lęuis.* Id est carnes molles habens carẽtes pilis, ex quo patet, q̃ faciliter poterat deprehẽdi fraus. Dixit ista Iacob, quia pater non videbat, & consuetudo cęcorum est id quod oculis experiri non possunt, manibus experiri: credidit ergo q̃ pater attrectaturus eum esset, & fraus deprehenderetur. *Si attrectauerit.* Id est si tetigerit me manibus ad experiendum quis sum. *Et senserit.* Quod in promptu stabat, quia Esau pilosus valde. Iacob autem lęuis. *Timeo ne putet me sibi illudere voluisse.* Quasi dicat si pater meus veritatem huius rei sciret, scilicet qualiter Deus vult trãsferre ad me primogenita, qualiter etiam Esau illa mihi vẽdiderit, etiam si attrectaret me, & cognosceret esse Iacob, licet me vocauissem Esau, non putaret me velle illudere sibi, quia videret iustam causam, sed quia nescit hoc, timeo ne maledicat mihi. *Inducat super me maledictionem.* Dignum enim est, quòd filius, qui patri suo illudere vult ab eo maledicatur. *Pro benedictione.* Id est loco benedictionis, quam ego postulo, inuenirem maledictionem quam ipse daret. *In me sit ista maledictio fili mi.* Mater certificata fuerat diuino oraculo, quòd promissiones complendæ erant in Iacob: ideo confidenter exponebat filium tali periculo, non dubitans quin Deus dirigeret actum eius: quia ei promiserat primogenituram. *Tantum audi vocem meam.* Id est solum audi vocem meam, quasi dicat licet tibi durum videatur non cures tamen de aliquibus argumentis, sed solum fac quod dico, quia ego certus sum, quod bene tibi erit: inde. *Abijt, & attulit.* Hic ponitur tertia dispositio ad benedictionem, quæ est in matris apparatione. *Et attulit.* Scilicet duos hædulos.

Consuetudo cęcorũ

Sed quare duo hæduli portati fuerunt cum vnus sufficeret, & minus quàm vnus? Respondetur, quòd quia Isaac erat senex indigebat cibis multum confortatiuis: & ad hoc sunt in hædulo certè particulę multum conferentes. Et quia in vno hædulo fortè non potuissent tot particulæ de illis reperiri, mandauit afferri duos, nec hoc multum erat: quia Isaac diues erat abundans in gregibus. Maximè, quia nihil de hoc superfluebat, q̃a quod Isaac nõ comederet, p̃ familia remaneret. *Parauitque illa cibos.* Quanto celerius potuit, ne veniens Esau deprehenderet eos facientes hoc. *Sicut nouerat velle patrem illius.* Quia consueta erat ei parare cibos: ideo sciebat in quo delectaretur. *Et uestibus Esau ualde bonis.* Induit Rebecca Iacob honorificè dans ei uestes Esau. Istæ vestes erant preciosæ plenæ odoramentis aromatum: vt patet infra quia dixit Isaac postquam sensit vestium fragrantiam, ecce odor filij mei, sicut odori agri pleni. Et istis vestibus vtebantur primogeniti in magnis festiuitatibus quando immolaturi erant hostias Deo, vel facturi alia solennia. Et quia istę vestes erant insigne primogenitorum dedit eas Rebecca Iacob eunti ad benedictionem accipiendam, quæ debebatur primogenitis, sicut Magistri, vel Doctores quando facturi sunt aliquem actum magistralem, vel doctoralem induuntur habitum, & insignia magistralia, vel doctoralia, vt habitus conueniat rei, quę fit.

Quæst. 4. Cur portati fuerunt duo hædu li, cũ vnus sufficeret.

Opinio Ra. Salomo. de veste Adæ.

Ra.Sa.dicit ꝙ iste vestes pretiosæ erant, quas de pelli F
bus fecit Deus Adæ qñ eum expulit de Paradiso,& di
cit istas venisse per successiones venatorum.s.ꝙ eas
habuit Lamech:deinde alij vsque ad diluuium: post
diluuium aũt habuit eas Nemrod,qui erat robustus
venator: deinde aliquo interposito habuit eas Esau,
qui eriam venator erat. Sed hoc est valde fabulosum
sicut multa alia, quæ Ra.Sa.commentauit. Et falsitas
huius tñ apparet ꝙ non oportet contra eam instare:
ordo enim successionis, quem ponit in vestibus de-
monstrat hoc manifestum mendaciũ maximè, quia
ille vestes,licet Deus eas fecisset, non erant incorru-
ptibiles:ideo tanto tpe non durauissent. *Quas apud se*
Attende Rebecca caliditatẽ. *habebat domi.* Quia istis vestibus raro vtebatur Esau nõ
duxit eas ad domum suam,in qua manebat cum vxo G
ribus suis,sed manebant in custodia Rebeccæ matris
suæ. *Pelliculas hædorum circunduxit manibus.* Dum cibi
parabantur Rebecca consuit pelliculas in modum
chirothecarum, vt aptarẽtur digitis, quia aliter fraus
nuda patuisset. Ex quo videtur, quòd valde pilosus
erat Esau,qui tñ pilosus erat,vt pelles hædorũ,ei simi
larent,& pr̃ post iudicauit manus esse Esau.Et in hoc
cõueniebant pelles hædorũ,& nõ pelles agnorũ q̃ la-
nam magnam habent,& conglobatam in vellus.Nul
lus autem vir quantumcunque pilosus tales pilos vn-
quam habuit,quia pili virorum sunt hispidi, & erecti
non conglobati in vellus. Huiusmodi aũt sunt pili
hædorum.s.parui, & hispidi non facientes vellus, vel
pendentes.Si aũt positæ fuissent pelles agnorum ma
nifesta patuisset fraus.Decuit ergo poni pelles hædo- H
rum. Et adhuc in pellibus hædorum poterat patere
fraus,quia manus virorum licet à parte exteriori pilo
sæ sint,tamen interius in palma pilos nullos habent.
Si autem Isaac tractasset manus Iacob opertas pelli-
bus hædorũ reperijsset pilos intus,& extra, sed Deus
direxit manum Isaac,vt solum respiceret ea,quæ ex-
tra manus,& non intra manus.Etiam quia ipse Iacob
clausit fortè manus, vt fraus non pateret, & hoc ex
industria. *Et colli nuda protexit.* Ista dua loca operuit
pellibus, quia ista duo attrectaret pater. Vultum autẽ
non operuit, quia vultus in omnibus viris barbatus
erat tunc,quia nondum attondebant barbas viri. Et
sic quantum ad vultum nulla discretio inter Esau,& I
Iacob erat. Etiam quia cæci non solent tentare vul-
tum,sed collum,& manus. *Et panes quos coxerat.* Quia
forte fecit subcinericios panes,vt breuiter parari pos-
sent. Et si dicas, quòd ante illos panes coxerat, &
non ad hoc. Dico,quòd hoc non stat, quia tunc su-
perfluum esset dicere,& panes,quia manifestum est,
quòd aliquo tempore illi panes cocti fuerant, & hoc
nihil speciale erat. Scriptura autem ponit hic istud
pro quodam speciali sicut parationem pulmenti.
Quibus illatis. Ideſt postquam cibos,& panes attulit
An Iacob mendaciũ protulerit quod esset pecc. mortale. ad patrem. *Pater mi.* Licet Iacob apud Isaac esset,
quia tamen non videbat vocabat eum, vt absentem,
vt cognosceret aliquem astare sibi. *Ego sum primogeni*
tus tuus. Ra.Sa.volens excusare Iacob à mendacio
istam literam sic punctat. *Ego sum.* Scilicet,qui por-
to tibi cibum. *Esau primogenitus tuus.* Ideſt, & Esau,
Opinio Ra. Salomo. primogenitus tuus. Sed ista locutio valde est absur- K
da propter duo. Primo, quia quacunque arte verbo-
rum quis iuret,Deus solum respicit intẽtionem eius,
cui fit iuramentum. Sic est dicendum quando verba
simpliciter proferuntur sine iuramento,non ergo ex-
cusabatur Iacob quocunq; mõ diceret,quia ista nõ sic
signabant.In istis tñ vel debet reduci verbũ ad intelle-
ctũ audientis,vel ad cõem intelligentiam.Itẽ qa dicit
ꝙ Iacob intendebat signare p istã,ppositionẽ.*Ego sum.*
Scilicet q porto cibos. *Esau primogenitus tuus.* Ideſt, &
Esau est primogenitus tuus,sed hoc falsum est, qa Ia-
cob p ista verba intẽdebat signare patri,ꝙ eẽt Esau,vt
benediceretur ab eo. Sed dicendum est, ꝙ Iacob vo-
luit se nominare Esau primogenitum. Quia intentio
Isaac erat benedicere filio suo primogenito:sed hunc
putabat esse Esau. Iacob autem dicens se esse Esau pri
mogenitum non rñdit patri suo, quantum ad verba,
sed quantum ad intentionem, quæ erat ad primoge-
nitum:ideo bene se poterat vocare Esau, licẽt non es-
set,quia iste primogenitus erat.ꝙ Isaac attribuebat E-
sau. Erat ergo Iacob,Esau non secundum substantiã,
sed fm dignitatẽ, quia dignitas primogenituræ, quæ
putabatur competere Esau,competebat ei.Et isto mo
do loquendi vsus fuit Christus Matth.ca. 11.loquens
de Ioanne, ipse est Elias, quod intelligendo in perso-
na falsum erat,sed debet intelligi de dignitate prophe
tica,quia erat propheta,& plusq̃ propheta. Sed ad-
huc hæc rñsio fortè non multum valet,quia qñcunq;
propositiones sic trãsumuntur, vt veræ sint,patet de
intentione dicentis, ꝙ sit dicere de dignitate, & non
de persona.Et tunc oẽs audientes intelligunt illam p-
positionem esse veram,vt patet de propositione Chri
sti dicta de Ioanne.s.ipse est Elias. Christus.n.intentio
nem habebat dicendi, ꝙ ipse Ioãnes dignitatem Eliæ
habebat. Et hoc alijs volebat innuere, & non ꝙ esset
Ioannes Elias fm substantiam. Et alij fm modum lo-
quendi Christi,& fm materiam, in qua loquebatur,s.
de dignitate Ioannis intelligebant manifeste. Hic aũt
nullo modo sic erat, quia licet Iacob sciret se non esse
Esau in persona, sed in dignitate, tamen ipse volebat,
ꝙ ista propositio faceret talem sensum, s. ꝙ ipse erat
Esau fm dignitatem, quia sic nihil habuisset de intẽ-
to,sed volebat,ꝙ per illam propositionem Isaac eum
intelligeret esse Esau fm substantiam, & ei benedice-
ret.Et patet hoc manifestissimè, quia ad exprimendũ
se esse Esau fm dignitatem primogenituræ, non erat
necesse circundare collo, & manibus pelles hædorũ,
sed hoc fiebat ad signandum se esse Esau fm substan-
tiã.Et patet hoc magis, quia qñ Iacob timuit hoc age-
re, respõdit matri suæ Rebeccæ: Esau frater meus hõ
pilosus est.Homo autem nomen substantiæ est,& nõ
dignitatis.Et mater addidit modum, per quem Iacob
assimilaretur homini illi:ergo vr̃,ꝙ volebat signare se
esse Esau fm substantiam, ergo mentitus est, quia,p-
positio transumpta in tali sensu, nunq̃ est vera. Item
quia sicut Iacob dixit se esse Esau,ita si postulatus fuis-
set,vt iuraret se esse Esau, iurasset, sed si iurasset,mani
feste mentitus fuisset:quia Deus non respicit quacun
que verborum arte iuretur,nisi intentionem eius,cui
iuratur.Rñdebit fortè aliquis,ꝙ licèt ista mendacia es-
sent,& peccata:quia tñ Deus mandabat illa dici, non
erant peccata,quia si Deus mãdaret alicui occidere al-
terum,nullomodo peccaret in occidendo, sed magis
mereretur. Peccaret tñ grauiter si sine Dei mandato
ageret,nisi fortè iudicandi potestatẽ hñs cognita cau-
sa hoc efficeret,sic de quolibet alio scelere. Dicẽdum
ergo videbitur alicui conformiter, ꝙ ita fuerit hic, s.
ꝙ ista verba,quæ dixit Iacob de se mendacium,& pec
catũ graue erant,nisi Deus ea dici mandasset,sed quia
mandauit, non imputabantur ad malum. Quod autẽ
mandauerit patet,quia ante natiuitatem istorum pue
rorum Deus reuelauerat, ꝙ minor maiorem superа-
ret,& maior minori seruiret. Etiam quia dicũt sancti
Doctores, ꝙ ista faciebat Rebecca a Spiritu sancto
mota, qui autem spiritu Dei aguntur,non sunt sub le-
ge,vt patet ad Gal.5.c.Sed adhuc dico, ꝙ hoc non po-
test stare,qa non fuerat mandatum, vel reuelatum Re
beccę, vel Iacob a Deo,ꝙ isto modo se haberet in ac-
quirendo benedictionem paternã: & quando dicis,ꝙ
reuelatũ fuit Rebeccæ,ꝙ maior minori seruiret. Rñ-
deo, ꝙ solum fuit reuelatum ei in vli, ꝙ iura primo-
genituræ

Homo dr̃ nomẽ substantiæ, & non dignitatis

Quæres s. an sancti viri dicẽdo ve. mendacia peccent mortaliter

genituræ ad minorem filium transferenda erant: & A
ꝙ minor dñaturus esset maiori. Modus tñ quo iura
primogenituræ,vel benedictio filio minori danda es-
sent,non fuit declaratus. Quod aũt determinarent se
Rebecca,& Iacob ad talem, vel talem modũ nõ erat
à Deo reuelatum,sed erat à iudicio ipsorũ. Et hic pa-
tet in litera,cum dr̃ acquiesce cõsilijs meis.s.ꝙ ista nõ
erant mandata Dei, sed consilia Rebeccæ. Et qa iste
modus, ad quem se determinauerunt,non erat valde
honestus,ideo non vr̃ quare non sit ibi peccatum. Et
ad aliud qñ dr̃ ꝙ Rebecca faciebat hæc mota à Spiri-
tu sancto,dico ꝙ nõ sufficiebat ad excusationẽ pecca-
ti,ꝙ ipsa hæc ageret mota à Spũ Sãcto,sed ꝙ sciret se
noueri à Spiritu Sãcto.Hoc aũt nõ fuit in ea, qa ipsa
Determi- natio. non dixit ista filio tanquã à Deo in hoc edocta,sed tã B
quã ei rectè consulens ex suo sensu,cũ dixit acquiesce
consilijs meis. Saluo ergo meliori iudicio vr̃ dicẽdũ,
ꝙ non est magna necessitas excusare antiquos patres
veteris testamenti, & ante legem datã à peccato ve-
niali,quale fuit hic, qa illud erat mẽdaciũ officiosum,
qđ nulli nocebat,& alicui pficiebat. Sed fortè dices,
ꝙ nõ fuit officiosum,sed pniciosum, qa nocuit Esau
cũ per istud mẽdaciũ fuerit ei ablatum ius primoge-
nituræ,& pr̃na benedictio. Et si non fuisset confictũ
istud mendacium,non obtinuisset bñdictionẽ Iacob.
Rñdeẽ,ꝙ non nocuit illud mendacium Esau, qa tũc
alicui nocemus qñ iuri eius aliquid detrahimus,sed p
istud mendacium non tollebat aliquod ius Esau, qa
ad eum non pertinebat primogenituræ ius.ergo non C
nocuit,sed iure suo vsus est sibi debitam primogeni-
turam per mendacium acquirendo,sicut si nos p mẽ
dacium haberemus cãm inueniendi furẽ, & tollendi
ei,q̃ portabat,non nocebamus ei, quia illa non perti-
nebant ad ius suum.Mendaciũ aũt officiosum, & alia
peccata venialia non debent negari fuisse in antiquis
patribus,qa ẽt in patribus legis nouę.s.in Apostolis,&
alijs viris perfectis ista fuerunt,vt ait Ioan.1.Cano.c.1.
Si dixerimus ꝙ peccatum non habemus nos ipsos se
ducimus,& veritas in nobis non est.In omnibus ergo
purè hominibus post beatissimam Virginem nullũ
à veniali culpa corporaliter liberum reor,vt ait Aug.
in lib.de natura,& gratia, quanto magis patres antiq
qui imperfectiores fuerũt: cum multi eorum grauia
mortalia peccata commiserint. Vt patet de Dauid, D
qui accẽpit alienam vxorem, & virum eius occidi fe-
cit,vt patet 2.Reg.11.cap.Filij etiam Iacob,qui Patriar
chæ erant, ex graui odio vendiderunt fratrem suum
Ioseph. Etiam alia crimina faciebant enormia, quia
dicitur infra 37. ꝙ Ioseph accusauit eos apud patrem
suum de crimine pessimo.Dicendum ergo est quòd
Iacob mentitus est vocando se Esau: peccauit tamen
solum venialiter,quia illud mendacium officiosum.
Feci sicut præcipisti mihi. Ducendo de venatione mea ci
bum tibi. *Surge, & comede.* Patet enim quia debilis
erat,& non videns accubabat, ad comedendum au-
tem se erigere debebat. *De uenatione mea.* Etiam
hoc est mendacium,quia Iacob nihil venatus, sed so-
lum ducebat hædulos de grege. Sed omnia ista men E
dacia redeunt ad mendacium officiosum. *Quomodo,*
inquit, tam cito venire potuisti. Mirabatur autem quia
cito venerat de venatione,quia ad veniendum de ve
natione oportebat magis tardare. Primo ire ad ne-
morosa loca,vbi erant aues,vel alia quadrupedia,quæ
fortè aliqualiter distabant, & deinde in accipiendo
venationem morari necesse erat, quare valde cito vi-
sum est ei venire. Iacob autem,vt non deprehendere
tur à patre non esse Esau, noluerat valde cito venire.
Sed quia si moratus fuisset interdum veniret Esau,
qui impediuisset eum,vel si eũ inuenisset fortè vsque
ad mortem litigassent:ideo voluit cito venire. *Volun-*

tas Dei fuit. Verum dixit, quia Deus dispõserat Iacob
ad talem locum iturum, vbi sine labore cito sibi oc-
curreret,quod petebat,scilicet ad gregem. Sed Iacob
dicebat ista ad aliam intentionem, scilicet, quia ego
obediui voci tuæ Deus direxit me,vt cito occurreret
quod petebam. Sed tamen hoc falsum erat, quia Ia-
cob non obediuerat voci Isaac,cum nihil ei mandas-
set: nam mandauerat filio suo Esau ire ad venationẽ,
sed non Iacob. *Accede huc, vt tangam te.* Isaac dubita-
bat vtrum esset ille filius eius Esau: ex vna parte cre-
debat eum esse Esau, quia præceptum de ducendo
venationem non fuerat datum alteri quàm Esau, &
nullus alius erat ibi, qui eum audiret ista dicentem.
Ex alia parte dubitabat, quia valde cito venerat, &
quia vox eius aliqualiter dissimilis erat voci Esau. In
dubio ergo voluit experiri, & quia sensus in homini-
bus certior est tactus, in quo homo excedit omnia
animalia,vt patet 2.de anima: Voluit ergo in tactu ex
periri. *Et probem vtrum tu sis filius meus Esau.* Quasi dicat
licet auris mihi demonstret te non esse Esau, magis
certè tamen in tactu experiar. *Et palpato eo.* In mani-
bus,& in collo,quia istæ duæ partes solum discoope
tæ erant. In facie autem propter lanuginum magni-
tudinem nulla inter vtrum que discretio poterat re pe
riri. *Vox quidem vox Iacob est, manus autem manus Esau.*
Vterque sensus bene iudicauit circa suum obiectum,
nec vnus propter alterum deceptus est. Credidit ta-
men magis tactui,quia certior est,& errauit non per
se,quia tales manus erant tunc manus Iacob, quales
manus Esau. Sed error per accidens ex similitudine,
quæ est mater erroris. *Et non cognouit eum.* Quia iudi-
cauit secundum tactum, qui deceptus fuit per acci-
dens,& subiungit occasionem erroris, scilicet. *Quia*
pilosa manus. Scilicet,cooperte pellibus hædorum. *Ex-*
presserant maioris similitudinem. Scilicet Esau, qui erat
maior non secundum ætatem, quia ambo eadem ho
ra nati sunt: immo vnus alterum egredi volentẽ per
plantam tenebat, vt non egrederetur, vt patet supra
25.cap.sed dicitur maior quantum ad iura primogeni
turæ,quia secundum existimationem oĩum,qui secre
tum Dei nõ nouerãt,iura primogenituræ ad Esau p-
tinebant. *Benedicens ergo illi a't.* certificatus falso mõ p
tactum de Esau incœpit eum benedicere. *Tu es filius*
meus Esau. Exprimitur hic causa bñdictionis.s.ꝙ iste
bñdicebatur inquantum erat Esau.i.inquãtum primo
genitus,quẽ putabat Isaac esse Esau,& ista verba non
ponuntur hic interrogatiuè.s.ꝙ quæreret Isaac à Ia-
cob, vtrum esset Esau filius eius,sed dixit affirmatiuè,
scilicet,tu es filius meus Esau.

Sed dicet aliquis,cũ Isaac esset Propheta, quomo- Quæst.5. Cum Isaac esset Pro pheta, cur nõ cogno uit venien tem ad eũ
do non cognouit quis esset, qui veniret ad eum? Re-
spondetur quòd spiritus prophetiæ non est gratia cõ
tinua:sed gratia ad tempus,secundum ꝙ Deus varijs
temporibus tangit corda prophetarũ: quando Deus
actualiter non tangit eos, non magis sciũt quàm alij
homines:vt patet de Eliseo 4.Reg.4.cap.qui cum ve-
nisset,& iacuisset mulier quædam ad pedes eius, non
cognouit ad quem venerat,& dixit ad Giezi; Dimitte
eam, quia anima eius in amaritudine est,& Dñs cela-
uit à me, nec indicauit mihi. Et ideo cum iterum
Eliseus quæreretur, vt prophetaret, & nesciret quid
diceret,mandauit adduci cantorem, & cum cecinis-
set, facta est manus Domini super eum,ideſt spiritus
prophetiæ,& prophetauit, vt patet 4. Reg.3.cap. Sic
etiam de Nathan propheta, qui cum quadam die sta
ret cum Dauid, & diceret Dauid, quod vellet con-
struere templum Domino,respondit Nathan: Om-
ne quod est in corde tuo vade,& fac, quia Dominus
tecum est. In eadem nocte locutus fuit Dominus ad
Nathan,vt loqueretur ad Dauid, quod nõ ædificaret

ipse domum Dño, sed filius, qui nasceretur ex eo, vt pater 2. Reg. 7. cap. Nunc aũt actualiter aĩa Isaac nõ tãgebat ſpiritũ prophetico, iõ non cognouit quis venit ad eum, & hoc fecit Deus, vt crederet ſe Iſaac bñdicere Eſau, ne impediretur benedictio Iacob. Sed dices ẽt potuiſſet Deus reuelare Iſaac quòd ille erat Iacob, & dare ei in mentẽ, vt eũ bñdiceret. Fateor hoc poſſibile eſſe. Sed q̃cunq; Deus põt facere aliquid pluribus modis, & non vr̃ maior ratio quare ſic faciat q̃ ſic non eſt perendum rõnem voluntatis eius. *Reſpondit ego ſum.* Non rñdit quaſi ad interrogationem: ſed rñdit quaſi confirmans Iſaac aſſertionem, quia volebat dicere Iſaac certè tu es filius meus Eſau, tunc confirmauit Iacob dicens: ego ſum. *Affer mihi, inquit, cibos de venatione.* Qñ nũc primo venit Iacob ad prẽm ſuũ, non tulit cibos, ſed venit, vt videret vtrum dormiret, vel quid ageret, vel ſi comedere vellet. Nunc aũt habita collocutione mãdauit pr̃ q̃ afferret cibos venationis. *Quos cum oblatos.* Ideſt apportatos ad pñtiam Iſaac comediſſet, obtulit ei & vinum. non eſt intelligendũ, q̃ prius deguſtaſſet oẽs cibos, & deinde vinum aſſum pſiſſet: ſed, q̃ ſm morem aliorum epulãtium comedebat, & bibebat miſcens vtrunq;, vt ſibi decens eſſe videbat. *Quo hauſto.* Ideſt, bibito. haurire ſignat plura. ſ. audire, videre, euacuare, percutere, bibere, vel aquam, ſiue vinum de aliquo loco educere: vnde verſus.

Haurire plura figurat.

Haurit aquas fontis, haurit qui vulnerat hoſtem.
Auribus haurimus, oculis haurire mouemur.

Et Ebrardus ait.

Haurit conſumit, videt, euacuat ferit, audit.

Et da mihi oſculum. Iſta ſolennitas fuit ad dandũ primogenit̃æ iura, quæ dant̃ cum quibuſdã inſignijs, de q̃ bus ſupra 25. cap. inter quæ ponit̃ hic eſſe oſculũ. Et ſic inoleuit, vt qñ aliquis ad magiſtratum, vel doctoratum extollit, inter alia inſignia oſculum quoque ei tribuatur. *Statimque vt ſenſit.* Hic ponit ſm principale ſ. ipſa bñdictio, & diuidit in quinq; particulas, quia primo ponit bñdictionis prolatio: ſecundo bñdictionis confirmatio, ibi. *Vix Iſaac ſermonem.* Tertio Eſau conqueſtio, ibi. *Auditis Eſau ſermonibus.* Quarto facta ꝰ Iacob mortis machinatio, ibi. *Oderat ergo.* Sed matris obuiatio, ibi. *Nunciata ſunt hęc.* Circa primũ. *Statimque vt ſenſit veſtimentorum fragrantiam.* Ideſt odorem: ante non ſenſerat odores eorum Iſaac, quia nõ accedebat Iacob ad Iſaac, nũc aũt quia acceſſit ad oſculandum eum, ſenſit odorẽ. Fragrãtia veſtimentorũ erat, quia illæ veſtes erant precioſiſſimæ, quibus vtebant̃ primogeniti, & erant plenę aromaticis odoramentis. dr̃ fragrãtia cũ R, in prima ſyllaba odor ſicut hic: dr̃ flagrãtia per cõtrarium cum L, in prima ſyllaba ardor. *Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni.* Ideſt ita eſt bonus odor, quem emittunt veſtes filij mei, ſicut odor agri pleni. Sciendum, q̃ odor agri pleni de ſe non eſt ſuauis, vt in agris plenis frugibus, vel vuis, quia iſta odorem modi cum emittunt, qui odoratui gratus non eſt, ſed odor aromatum, vel roſarũ, & ſimilium ſubtilium, & bene digeſtorum eſt gratus odoratui: ſed vocat̃ odor agri pleni delectabilis per accidens, quia ager plenus magnam abundantiam ſubminiſtrat. Et ſimilis modus loquendi hr̃ Pſal. 41. Vbi ſonus, quem faciunt comedentes vocatur delectabilis. ſ. in voce exultationis ſonus epulantis, ideſt ſonus epulantis eſt vox exultationis: non eſt intelligendum hoc per ſe, quia ſonus delectabilis eſt, qui eſt à corpore bene ſonabili cum quadam vocum armonia, qualis non eſt in epulantibus: quia ibi non eſt niſi ſonus maſticationis inter dentes, & oſſium fractio, & murmurantium verborum imperfectorum, vocatur tamen delectabilis per accidẽs, quia ille ſonus eſt cõiunctus delectationi guſtus, quã vulgares homines vnam de maximis eſſe putãt. Iſto modo loquitur Ariſto. 3. Ethi. ſcilicet de temperantia quam conſtituit circa delectationes tactus, & guſtus: circa delectationes autem odoris, & vocis non niſi per accidens, inquantum iſta referũtur ad delectationem guſtus. Vnde dicit q̃ illi, qui gaudent in odoroſarum, thymiamatum, & malorum non dicuntur intemperati, ſed magis illi, qui vnguentorum, & pulmentorum odoribus gaudent: quia per hęc rememorant fit eis concupiſcibilium. Aliqui etiam quando eſuriunt gaudent ciborum odoribus: non quidem quia odores ſunt, ſed quia demonſtrant ſuauem ſaporem ibi latere. Etiam dicit, quòd in alijs animalibus non eſt delectatio in alijs ſenſibus, quàm in duobus. ſ. in guſtu, & tactu niſi valde ſecundum accidens, vnde canes non gaudent odoribus leporum, ſed comeſtione, vt Leo non gaudet in voce Bouis, ſed quia comedet, & videns Ceruum vel Capream non delectatur in viſu eorum, vel auditu ſecũdum ſe, ſed quia per viſum, & auditum inueniet Ceruum, & Capream. *Cui benedixit Dominus.* Ideſt quem multiplicauit Deus, qua ſi dicat, valde bonus odor, & gaudiũ habetur ex agro pleno quando Deus eum valde multiplicauit. *Det tibi dominus de rore cęli.* Hic ponuntur ea, in quibus cõſiſtit iſta benedictio. Et in hac primo ponitur abundantia rerum neceſſariarum ad vitam, quæ ſunt fructus terræ. Iſtæ enim ſunt fundamentum totius vitæ. Ideo à Philoſopho cõſtituente politiam neceſſitas iſtorum ponitur prima cauſa talis communicationis: vt patet 1. & 3. & 7. Poli. & cum Philoſophus diffiniret iuſtum ſimpliciter, ſcilicet iuſtum politicum, per quod homines regulantur in vita, primo poſuit in eius diffinitione reſpectum ad bona neceſſaria vitæ vnde dixit in 5. Ethi. iuſtum ſimpliciter eſt communicatiuum totius vitæ ad per ſe ſufficientiam in liberis, & æqualibus ſecundum proportionem, vel numerum, hoc autem licet quantum ad intentionem fundantis ciuitatem ſit primum, & totius vitæ fundamentum, tamen poſtquam ciuitas facta eſt, ita neceſſarius eſt iudex ſicut cibus, & potus. Sic enim dicit Philoſ. in 3. Poli. quòd in politia diſtributiuum iuſtitię ita neceſſarium eſt ſicut panis. Iſti autem fructus terræ in duobus conſiſtunt, in terræ diſpoſitione, & in cœleſti influxu ſuper hæc ꝓpt. inferiora: quia tota virtus inferiorum cauſatur à ſuperioribus per motum, & continuationem: vt patet in 1. Meteo. idem quantum ad primum, ſcilicet terrę diſpoſitionem dixit. *De pinguedine terræ.* Vocatur pinguedo terræ quædam craſſitudo eius, quæ eſt fundamentum ubertatis. Sunt enim quædam terræ valde macræ, quæ ad ſterilitatem declinant: aliud vocatur, ſcilicet influentia cœli cum dicitur. *De rore cęli.* Cœli enim per ſuum motum cauſant pluuiam, & rorem, & omnes meteoricas impreſſiones diſponendo iſta inferiora, & maximè eſt hoc in pluuia, & rore, qui ter Plinio, & ram fœcundant, ſegetes, & omnes fructus generant, & poſtea genitos augent, nutriunt, & conſeruant, vt patet Iſa. 55. vbi dicitur quomodo deſcendit imber & nix de Cœlo, & illuc vltra non reuertitur, ſed inebriat terram, & infundit, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti, ſic &c. *Abundantia frumenti, vini, & olei.* Nominauit iſtos tres fructus, & ſub iſtis intelligit alios: ponuntur tamen iſti, vt principales, q̃ a in ijs tota vita cõſiſtit humana. Et ſciẽdũ, q̃ licet iſta bona ei ad literã ꝓmittant; alia tñ maiora bona ẽt ad literã p iſta intelligunt, ſed moueмur ad cœleſtia, q̃ neſcimus p terreſtria, quæ ſentimus, de quibus latius ſupra 15. cap. *Seruiant tibi populi.* conſiſtit iſta benedictio ſecundaria in honore quodam, & dominio, & fama temporali. Et licet bona temporalia comparata ad veritatem bonorum quaſi vnitoce bona dici non poſſint, ſecundum ſtatum tamen

Hinc inoleuit, vt oſculum ad magiſtratũ & doctoratũ inſignia nunc præbeatur.

Sonus epulantis qualis ſit.

tamen præſentis vitæ bona dicuntur, & Deus dans illa, bona nobis dare dr̃. Sic. n. dr̃ 2. Reg. 7. cap. de Dauid, faciam tibi nomen grande iuxta nomen magnorum, qui ſunt in terra: & ſic dixit ſupra 12. cap. Abrahę magnificabo nomen tuum: Idem patet ſcpiſſime de bonis alijs. Si aũt iſta bona inter ſe comparentur, honor melior eſt quàm fructus terræ, & oẽs abundãtiæ diuitiarum. Et patet, quia cum virtus bonum ſuperexcellens dicatur reſpectu iſtorum bonorum temporalium, primum eius ponitur honor, & non aliquod bonum de alijs. Sic. n. diffinit̃, q̃ honor reuerentiæ exhibitio eſt in teſtimonium virtutis; vt colligitur ex rõnibus Philoſ. in 1. Ethi. Item, quia cum de fęlicitate ſectas aliquas enarraſſet, dicit, q̃ excellentes viri, & operatiui honorem fęlicitatem ponunt, quia totius vitæ ciuilis honor finis vr̃. Et in 5. Ethi. cum determinaſſet conditionem boni regentis, dixit q̃ pro præmio bonis honor, & gloria dari debeat, tamquam nihil melius ciuitas habeat, quod eis dare poſſit. Qui autem ijs non contentus ſuperinquirit alia, Tyrannus eſt. Maius ergo bonũ honor oĩbus diuitijs eſt, qa habet quãdam ſimilitudinem cum bonis honeſtis. i. cum virtutibus cũ ponatur præmium illarũ. Poſuit tñ hic Iſaac primo diuitias q̃ honorem non ꝓp earum dignitatẽ, ſed ꝓp earum neceſſitatem. Et fortè pp opinionem vulgarem, quę magis attendens delectabilia, quæ in tactu, & guſtu ſunt, quàm delectabilia ſpiritualia vt honor, magis eligit diuitias, que ſenſum guſt⁹, & tactus immediatè ſeruiunt. *Seruiant tibi populi.* Ideſt Reges habeas de ſemine tuo, quibus alij Reges ſeruiant. Et patet hoc tpe Dauid, & Salomonis, qui Reges multos de propinquis tributarios habebat: vt patet diſcurrenti hiſtorias librorum Regum, & Paralipo. præcipuè 2. Paralipo. 8. cap. *Et adorent te Tribus.* Ideſt inclinẽtur ante te, quod eſt adorare: Tribus aũt aliqua vna cognatio eſt, & eſt minus q̃ populus. *Eſto Dominus fratrũ tuorum.* Solum vnũ fratrẽ habebat Iacob. ſ. Eſau, nec ille pot̃ vocari fratres in plurali, ſed vocant̃ hic fratres oẽs, qui ſunt de eadẽ cognatione ſecũdũ modũ loquẽdi Hebraicũ, quo vocant̃ Abrahã, & Loth fratres, vt patet ſupra 13. ca. cũ tñ Abrahã eſſet auũculus Loth: vt patet ſupra 11. cap. Sed adhuc magis vr̃, q̃ accipiãt hic fratres ꝓ verè fratribus. ſ. ab eodẽ patre, vel matre immediatè. Sed vocant̃ fratres pluraliter licet vnus ſit ſolus, eo mõ quo dicimus de vno hñte vnicũ filiũ, q̃ habet filios: & patet, qa cũ idẽ replicaret ſub alijs verbis mõ Rhetorico dixit. *Et incuruentur ante te ſi ij matris tuæ.* Quod idẽ eſt, & hoc eſt humiliando ſe coram eo in ſignũ debitæ reuerẽtiæ, & honoris. Iſtud de incuruatione fratris ſui ante eũ nõ fuit impletũ tpe Iſaac, & Iacob, quia dũ Iacob vixit ſemper fuit minor fratre ſuo. Et patet, quia timore eius receſſit in Meſopotamiã: vt patet ſequẽ. cap. Et deinde cũ venit in reditu exiuit ei obuiã Eſau cũ quadringentis viris, & timuit Iacob valde putans, q̃ vellet eum diſperdere, & humiliatus fuit coram eo multotiens vſq; ad terram vocans eũ Dñm, vt patet infra 32. & 33. cap. & mortuo vtroque adhuc ſemen Eſau perſequebatur ſemen Iacob, donec tpe Dauid facti ſunt Idumæi tributarij: vt patet 2. Reg. 8. cap. vel intelliguntur iſta de Chriſto ad literã, quia iſtę promiſſiones principaliter de eo fiũt, vt vult Apoſtol. ad Galat. 3. cap. *Qui maledixerit tibi.* Tertium in quo fundatur iſta benedictio eſt in bona fama ad extraneos, ex qua ſequitur benedictio. Et dicũtur iſta prophetice, & non imprecatiue, ſcilicet. *Qui benedixerit tibi ſit benedictus.* Ideſt erit benedictus, quia Deus multiplicabit eum pp iſtud bonum opus. Nam ſi aliquis ex charitate imprecaret̃ bona Iacob, & laudaret Deũ, quia eum benedixerat, per iſtum actum merebatur vitam æternam, quia oẽs actus in charitate meritorij ſunt vitæ æternę, & nõ ſolũ vitę æternę, ſed ẽt aliquorum bonorum temporalium, quia Deus interdũ bene agẽtes temporaliter prę̃miat. Sicut patet de obſtetricibus Hebræorum Sephora, & Phua, quibus Deus ædificauit domos, quia timuerunt Deũ, vt patet Exo. 1. c. *Qui maledixerit tibi ſit maledictus.* i. ſic erit, q̃ ille, qui de te malum dixerit, maledictus a Deo erit, non antẽ imprecatur Iſaac malum alicui, quia dr̃ ad Ro. 12. benedicite, & nolite maledicere, quia nec diabolo maledictionem imprecari debemus, qa Michael Archangelus contendens cum diabolo ſuper corpore beati Moyſi, nõ auſus fuit ei maledictionis iudicium inferre: ſed dixit imperet Deus in te Sathan, vt patet in epiſtola Iudæ. c. vnico. *Vix Iſaac.* Hic ponitur ſecundum, ſ. benedictionis confirmatio. *Vix ſermonem Iſaac impleuerat.* i. valdè modicum erat, quod Iſaac cõpleuerat ſermonem, i. verba benedictionis ad Iacob. *Egreſſo Iacob foras.* Si. n. inueniſſet intus Eſau Iacob contendiſſent, & quia Eſau erat vir robuſtus oppreſſiſſet Iacob, niſi Deus liberaſſet. *Surge pater mi, & comede.* Diligenter. n. ſe habebat Eſau, licèt vir maturæ ætatis iam eſſet, & vxores habens in obſequẽdo patri, vt ei benediceret, quia illa benedictio magni ponderis exiſtimabatur apud antiquos. *Quis. n. es tu?* Non quæſiuit hoc Iſaac, quaſi non cognoſceret, quia audita voce cognouit eũ immediatè, q̃ eſſet verè Eſau filius eius, ſed turbatus ex præcedente illuſione ſic locutus eſt. *Ego ſum primogenitus filius tuus Eſau.* Reſpondens Eſau patrem eſſe turbatum præſumpſit, q̃ fortè illuſiſſet eũ Iacob, & quaſi innuens, q̃ licèt alius benedictus eſſet, q̃ illa benedictio non ualebat, quia fuerat per errorem data ei cui dari non debebat, ideo expreſſit dicẽs. *Ego ſum primogenitus.* Quaſi dicat, ſi fortè alium benedixiſti pater non turberis, quia ego ſum primogenitus verè. *Expauit Iſaac ſtupore vehementi.* Dicunt Iudæi, q̃ cum Iſaac verè cognouit, q̃ illuſus fuerat a filio ſuo Iacob, voluit ei maledicere, ſed tunc aperta fuit gehena ei in viſione imaginaria ſi eum maledixeret, vel ſi datam benedictionem retractaret, & ad hanc viſionem conterritus fuit pauore vehementi. Vel dicendum ſecundum Hieronym. & alios doctores Sanctos, q̃ quando audiuit Iſaac verba Eſau, ne fortè turbatus malediceret Iacob raptus fuit in ecſtaſim: & cognouit, quòd benedictio data Iacob proceſſerat de voluntate diuina, nec retractari debebat. Expauit autem ad cognitionem tãtorum ſecretorum, quę eum ante latuerant, & diuinę voluntati obediens datam benedictionem confirmauit. *Et vltra quam credi poteſt admirans.* Quia rapti in ecſtaſi ad aliquod ſupernaturale intelligibile, vel ſenſibile rapiuntur, quare admiratio, & ſtupor in eis maior cauſatur, quàm in alijs hominibus communiter cauſari conſueuerit. *Quis ergo ille eſt.* Conuerſus ad ſe, vt conſolaretur triſtitiam filij ſui Eſau locutus fuit iſta. *Qui dudum captam venationem.*

Quomodo dicitur hic, quod dudum erat, quòd venatio ei adducta fuerat, cum ſupra dixerit, quòd vix compleuerat ſermones ſuos Iſaac egreſſo Iacob, cum intrauit Eſau?

Reſpondetur, quòd quando intrauit Eſau tunc Iacob exiuit, ſed dudum erat, quòd duxerat cibos: quia poſt ductionem ciborum, & locutionem ad patrem in comeſtione, & deinde in benedictione Iſaac, qui ſenex erat, & tardus in comedendo, & loquendo, ſatis moratus fuerat ita, vt poſſet dici, quòd dudum erat quo venatio adducta fuerat. *Benedixique ei, & erit benedictus.* Licèt Iſaac ſecundum illuſionem, quam videbatur feciſſe de eo Iacob, debuiſſet eum rationabiliter maledicere: nunc tamen verſa vice non ſolum non maledixit, ſed & datam benedictionẽ confirmauit, & hoc quia in ecſtaſi viderat. vnde ad

Honor quid.

Cur præpoſuit diuitias honori.

Qui dicuntur intemperati.

Opus actus in caritate nõ ſolum vitę æternæ, ſed tẽporalium bonorum eſt meritorius.

Nec diabolo male dicere debemus.

Opinio ſuadorum.

Queſt. 6. Quo dicit dudum captam venationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

faciendum hocadmonitus fuerat: *Auditis Esau sermonibus.* Hic ponitur tertium, scilicet Esau conquestio: non enim conquerebatur Esau, ꝙ Isaac benedixisset Iacob per errorem, sed ꝙ eius bñdictionem cõfirmasset. Putabat. n. Esau, ꝙ quia Isaac videbat se illusum à Iacob, ꝙ eum malediceret, sed non sic factum est. *Iis sermonibus.* Scilicet sermonibus de cõfirmatione bñdictionis. *Rugijt clamore magno.* Verò dolore vulneratus, quia se totũ bonũ perdidisse videbat ingenti furore efferatus est, quasi Leo rugiens *Benedic etiam & mihi pater mi.* Quasi dicat, licet illi bñdixeris, mihi tñ potes ad huc bñdicere. Intelligebat. n. Esau, ꝙ si aliquo mõ pater eius bñdictionẽ, quæ primogenitis cõcedi solet ei dedisset, ꝙ bñdictio Iacob totaliter irritaret, quia sibi debebat ex iure, cũ primogenitus esset, ignorans diui nam dispõnem, per quam hæc oĩa gerebant. *Et consternatus.* Idest deficiens aĩo. *Venit germanus tuus fraudulenter.* Scilicet vocans se Esau, & portans pelliculas. Hebræi dicunt. *Prudenter.* Vbi nos dicimus fraudulẽter, quia illa dictio est æquiuoca ad prudentiã, & astutiam. Pertinet. n. ad oẽm actum demoticæ virtutis, q̃ est vis naturalis intellectus practici, in qua fundat̃ prudentia, vt ait Philosm in fine 6. Ethi. & magis proprie vocat̃ prudenter q̃ fraudulenter, quia Deus mouebat cũ ad ista, ergo non erat fraus, cum vteret suo iure. Põt ẽt satis bene dici fraudulenter habita consideratione ad superiora. s. quia intendebat fallere patrem suũ faciendo credere, ꝙ erat Esau. *Et accepit benedictionem tuam.* Idest quam ad te pertinere putabas, sed nõ pertinebat, quia Deus ad alium transtulerat. Non tñ declarauit hic Isaac filio suo Esau, ꝙ benedictio mutata fuisset ad alium dispõne diuina, quia fortè indignus erat talia scire. Vel quia talia ei non decebant, quia fortè ijs cognitis peior effectus fuisset magis ingratus ꝰ Deum, qui ei tollebat quod à natura ei videbat̃ pertinere fm veritatẽ: tñ licet Deus mutasset iura primogenituræ ab Esau in Iacob, & Esau esset maior quãtũ ad quandã anteces̃sionem originis, nõ debuisset indignari Esau, quia si ipse nõ egressus fuisset prior nullo mõ ista competerent sibi secundũ rẽ, vel apparentiã. Quia ergo ipse egressus fuerit primus à Deo fuit, cũ ambo simul cõcepti essent, & alius tenuisset plantam eius. Quod ergo Deus tulerit quod añ dedisset cum ipse sciat cãm quare tollit, non est aliquo mõ iniustũ, vel alicui persone grauamẽ. Sic. n. dicebet beatus Iob. Si bona suscepimus de manu Dñi, cur mala non sustinemus? Dñs dedit, Dñs abstulit, sicut Dño placuit sic factum est, vt patet Iob 1. & 2. cap. Esau tñ erat vir malus, & ista non considerarat. Ideo non decuit talia reuelari. *At ille.* Idest Esau. *Subiunxit.* Idest adiunxit ad verba patris sui. *Iuste vocatum est nomen eius Iacob.* Idest licet tu imposueris ei istud nomen ante ista rectissime tñ conuenit ei. *Supplantauit me altera vice.* Scilicet qñ emit primogenita. Et ista est nominis applicatio, quia Iacob interpretatur in Hebræo supplantator. *Primogenita mea autem tulit.* Mentitur Esau in duobus. Primo quia dicit Iacob abstulisse primogenita sua, tñ non erant sua, sed Iacob, cum Deus transtulisset illa ad Iacob. Secundo, quia dixit quòd Iacob abstulit, sed falsum est, quia non abstulit, sed ipse gratis vendidit: Iacob autem ius suum redemit. Et ista supplãtatio pia fuit sicut dolus, quem fecit Michol, quãdo posuit statuam super lectum Dauid, vt simularet esse Dauid, ne ipse caperetur, si post eum iret, & occideretur, de quo 1. Reg. 19. cap. est autem aliquis dolus malus, de quo dicitur Prouerb. 13. filio doloso nihil erit boni, & in eodem lib. 12. cap. non inueniet fraudulentus lucrum. *Et nunc secundo surripuit benedictionem meam.* Idest quæ mihi debebatur. *Nunquid non reseruasti mihi benedictionem.* Quasi dicat, licet ipsi dares, posses tamen ad-

Iacob interpretat̃ supplantator.

Mentitur Esau i duobus.

huc mihi dare, vel licet ipsum benediceres, non dares ei omnes benedictiones, & ideo maneret aliqua ꝙ me. Et quia Isaac intelligebat quam benedictionem vellet Esau, respondit ei iam datam fuisse, scilicet. *Dominum tuum illum constitui.* Vbi dixit supra esto Dominus fratrum tuorum, & incuruentur coram te filij matris tuæ. *Et omnes fratres eius.* Si quos postea habiturus esset. Vel accipiuntur fratres, vt supra dictum fuit pro omnibus cognatis suis, qui more Hebraico fratres dicuntur. *Frumento, & vino stabiliui eum.* Idest confirmaui eum in pane, & vino rogans Deum quòd daret ei abundantiam frumenti vini, & olei. Ista tria sepe simul nominantur, quia generalia sunt, vt patet Psal. 4. scilicet fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt. Et nõ tenet̃ hic idem ordo in benedictionibus, qui ante tenebatur, quia ante præponebantur fructus terræ, nunc autem præponitur honor: hic præponuntur ea, quæ sunt meliora simpliciter, & quæ magis appreciantur magni viri. *Et post hæc fili mi tibi ultra quid faciam.* Quasi dicat, ego bene possem dare tibi de istis benedictionibus aliquam, quæ non derogaret benedictionbus Iacob: sed vltra istas nihil manet, quod tibi specialiter dare possem.

Sed circa supra dicta est dubium, vtrum quando primo Isaac benedixit Iacob, illa benedictio tenuerit. Et videtur quòd non: quia Isaac non benedixit nisi illi, quem benedicere intendebat, patet quia in talibus requiritur intentio cum tota virtus huius benedictionis consistat in deprecationibus, quæ non proficiunt nisi illi, pro quo fiunt, sed Isaac in prima benedictione solum intendebat benedicere Esau, & non Iacob, ideo videtur quòd non tenuit. Item sic est in istis benedictionibus sicut est in matrimonio. Si autem aliquis in contrahendo matrimonium erret in persona, matrimonium non tenet: vt si putauit se cõtrahere cum Berta, & ei fuit præsentata Teberga. Sic ergo cum hic voluerit Isaac benedicere Esau, & ei præsentatus fuerit Iacob, erratum fuit in persona: ergo non tenuit. Dicendum, quòd benedictio prima tenuit, vt patet in litera supra, scilicet benedixi, & erit benedictus. Et sciendum quòd secundum morem antiquum Isaac primogenitum suum benedicere intendebat, quia ei benedictio debebatur, sed quia certissimè credebat Esau esse primogenitum, ideo determinabat se ad benedicendum Esau in persona. Si enim dicamus, quod Isaac intenderet benedicere primogenitum suum in generali, & illum, qui ei astabat non benediceret inquantum erat ille prius, sed inquantum erat primogenitus, tunc quicũque prior benedictionem prius accepisset siue Esau, siue Iacob, non referebat: quia verè primogenitus erat Iacob, ad quem ista iura primogenituræ ex diuina dispositione transierant. Sed quia Isaac credebat certissimè Esau esse, primogenitum suum, ideo determinabat se ad benedicendum personam illius, & sic benedictio facta super Iacob nihil quantum ad eum valuisset, nisi aliud intercidisset, scilicet, quòd Isaac decepti tactu Iacob credidit illum esse certissimè Esau, ideo determinauit se ad istam personam præsentem, quia eam esse Esau credebat. Sic ergo benedictio ad istum facta tenebat. Ad argumenta ad primum respondetur, quòd licet Isaac intendens benedicere primogenito suo volebat benedicere Esau, quia eum suum primogenitum certissimè credebat: ira quando venit ad eum Iacob intendebat benedicere Esau, sed quia certissimè credidit hunc esse Esau, ideo ad benedicendum istum præsentem se determinauit. Et ad formam argumenti dico, ꝙ peccat p fallaciã accidentis, qñ dr Esau non benedixit nisi illum, quem benedicere intendebat, sed non intendebat benedicere

Quæst. 7. Vtrum benedictio Isaac ad Iacob fuerit valida.

Primum argumentũ.

Secundum argumentũ.

Respondeo ad quæstiõ.

Vtile effectus orationis nostræ fruitur.

Boris secundũ ficta.

Solutio argumentorũ.

Error personæ est duplex.

dicere Iacob, ergo non benedixit Iacob. Dico quòd intentio Isaac non erat benedicere Iacob inquantum erat Iacob, sed erat benedicere istum qui astabat ei, cui accidebat inquantum erat præsens esse Iacob; vel esse Esau. Benedixit ergo per se istum qui ante se erat, quia eum benedicere intendebat. Benedixit autem per accidens Iacob, quia eum non intendebat, sed accidit esse hunc quem intendebat. Non valebat ergo consequentia, sicut non valet ista ponendo quòd aliquis videat Petrum de longe venientem, & nesciat esse Petrum, & arguatur sic, iste non videt, nisi quem scit se videre, sed non scit se videre Petrum, ergo non videt Petrum. Ad secundum argumentum de matrimonio, quòd non valet quando erratur in persona. Quidam Doctor respondet, quod secus est in matrimonio, secus in alijs spiritualibus: quia in matrimonio requiritur determinatus consensus, qui sine certa persona non fit: in alijs spiritualibus non requiritur determinatio tanta personę, quia dato quòd aliquis vellet baptizare Platonem, & apponatur ei Socrates, nihilominus baptismus tenet. Sic etiam in ordinibus conferendis intedebat promouere Episcopus Petrum, & non Fernandum: appositus fuit autem Fernandus, manifestè tenet ordo, & recipit caracterem. Sic ergo dicit fuisse de benedictione data Iacob, quæ tenuit etiam si fuerit error personæ. Sed salua reuerentia huius doctoris, dicendum est, quòd actus interdum habet efficaciam suam ex materia, vel forma, interdum autem ex sola intentione agentis. Quando autem actus vigorem habet ex materia, vel forma, quod est aliquid intrinsecum in natura actus, tunc non requiritur personæ determinatio, quam intendebat agens, quia ipse actus de se, validatur. Et hoc est in omnibus sacramentis, vbi materia habet aliquam virtutem, vel forma verborum: vt in sacramento baptismi, quia ex natura sacramenti, scilicet, aquæ cum verbis confertur character baptizato, & gratia, nisi obex adsit: ira & in ordinibus ex natura verborum cum materia consecrata confertur ordo, si non omittat de essentialibus facere aliquid ipse minister. Etiam si baptizans vellet, quòd baptizatus nõ susciperet gratiam, nec characterem. Nõ est autem sic in oratione, quia totus effectus orationis est ab intentione nostra, ideo si aliquis oret pro alio, & nolit, quòd illa oratio ei prosit nullomodo proderit. Patet etiam magis, quia si aliquis coactus baptizet alium, vel Episcopus coactus conferat ordines, & verè baptismus confertur, & etiam ordines. Si tamen aliquis inuitus cogatur pro alio orare, nihil ei oratio prodest: idem est de matrimonio, quia matrimonium cum violentia contrahi non potest, alia autem sacramenta sic. Dicendum ergo necessario, quòd oratio, & matrimonium quantum ad validitatem actus similia sunt, quia habent robur ex voluntate, & non est in oratione sicut in spiritualibus, quæ sunt sacramẽta conferentia characterem, sed est sicut in matrimonio. Et cum benedictio facta ab Isaac prolata fuerit in modum orationis, & illa de natura sua non habeat aliquam virtutem, sed solum à bonitate dicentis, quem Deus acceptat, ideo non proficit nisi illi, quem benedicens intendebat benedicere. Respõdeo ergo ad argumentum, quòd eodem modo se habet in ista benedictione, & in matrimonio, quia vtrobique error personæ excludit validitatem actus, sed error personæ est duplex, vt patet extra, de sponsa. in ca. tua nos s. error in noĩe, & error in substãria psonę. Qñcunq; putat se aliquis cõtrahere cũ aliqua, q̃ Maria vocat, & adducit ei aliqua, quę vocat Teberga, tũc ipse si cum illa p verba de pñti cõtrahat, stabit duplici ter ad validitatẽ mr̃imonij, quia aut iste determinatè consensit in istã psonã, quæ pñs est, & putat eam esse Mariam de Tauro, & tunc licet ipsa sit Teberga de Toleto, quia primo, & per se in personã cõsensus fuit tenebit contractus, sed si intẽtio istius fuit contrahere cum Maria de Tauro, & putauit eã, quæ sibi adducebatur esse Mariã de Tauro, si fuerit Teberga de Toleto, non tenet cõtractus, quia per se, & primo fuit cõsensus in Mariam de Tauro. Secundario autem, & p accidens in istam quæ pñs erat, quã putabat esse Mariam de Tauro, sed non erat. Sic ergo dicendum est de benedictione Isaac: si. n. Isaac intendens bñdicere totaliter Esau, benedixisset Iacob pñtem ei, nõ quia erat pñs, sed quia putabat eum esse Esau, tunc cum p se intendat Esau, per accidens aũt iste prius, qui putat esse Esau, benedictio non tenuisset: si aũt Isaac intẽdebat benedicere istũ pñtem, quẽ credebat esse Esau: tñ nõ erat, cum intenderit per se istum, per accidens aũt Esau, tenuit bñdictio. Sic ergo fuit in pñti: quia a principio intendebat Isaac bñdicere Esau: quia tñ credidit certissimè esse Esau determinauit se principaliter ad bñdictionem pñtem, qui tñ erat Iacob, ideo talis error non exclusit validitatem actus, sicut nec matrimonium excluderet in tali casu.

Sed dubitatur adhuc circa prædicta, cùm dicũ sit. *Venit frater tuus fraudulenter, & tulit benedictionem tuam.* Fraus peccatum est, sed Iacob commisit fraudem, ergo peccauit. Rñdetur, ꝙ ista fraus põt considerari dupliciter: vno modo quantum ad illum, cui fit fraus qa dãnum ei irrogatur, cum subtrahat̃ aliquid iuri eius: aut quantum ad ipsum, qui cõmittit illam fraudẽ, qui aliter se habet q̃ res sit, & aliter iudicat. Quantũ ad primum non est dicenda fraus, sed prudens industria, q̃ habita fuit à Iacob in accipiendo bñdictionem, quia iure suo vsus extorquendo qũo potuit ius suũ de manu iniusti possessoris. Aut considerat̃ quantũ ad secũdum. s. quantum ad ipsum facientem talem fraudem, qui aliter demonstrat q̃ sit. Et tunc dico, ꝙ aut illa demonstratio est in verbis, aut in factis. Si aũt in verbis peccatum est, vt si aliquis mentiat, vt extrahat rẽ suã de manu iniusti detentoris, & sic dictum fuit supra, ꝙ Iacob peccauit venialiter dicendo mendacia officiosa. Quantum aũt ad facta. s. cum aliquis facit aliqua, q̃ videntur esse ad vnum finem, & sunt ad alium, in quibus decipiuntur alij. Dicendum ꝙ tripliciter contingere põt talis fraus. Quædam est fraus eruditionis, quãdo aliquis aliquem latenter, vel distorte facit ad fallẽdum alium, non vt noceat, sed vt eruditat, vel cautiorem faciat: & ista non est peccatum. Sic Ioseph fraudem commisit contra fratres suos, & præcipuè contra Beniamin mittens scyphum in os sacci, vt eruditet eum magis conseruare se à fraudibus, vt patet infra 44. cap. Et isto modo Magistri interdum fraudant discipulos facientes contra eos sophistica argumenta, vt eos ad cauendum talia ab alijs proposita cautiores, & vigilantiores reddant. Alia est fraus diuinæ spirationis sicut cum Iudæi à Deo inspirati mandato accepto receperunt ab Aegyptijs pecunias, & vasa aurea, & argentea, & vestes tamquam commodatas, sed rapuerunt illas portantes secum, & ea intentione rapiebant. De hoc sæpe dictum fuit, & dicetur infra Exod. 3. cap. Alia est fraus noxiæ deceptionis, vt est in hypocritis, qui demonstrant se bona agere, & mala agunt, & ista sola tertia fraus in crimine est. Fraus autem quam commisit Iacob fuit diuinæ inspirationis, quia Rebecca mota à Spiritu Sancto cõsuluit Iacob facere hoc, ideo licet dicere se esse Esau peccatum veniale esset, ponere tamen pelliculas hędorum manibus circumligatas non fuit aliquod peccatũ, nec mortale, nec veniale. Sed adhuc ꝰ, qa Iacob talẽ fraudẽ cõmisit qualẽ cõmittunt hypocritæ, ergo

Quæst. 8. Nunquid Iacob peccauit, cùm dixit fraudulenter?

Fraus est duplex. Primo modo. Secundo modo.

Tripliciter põt contingere fraus.

Quam fraudem commisit Iacob.

Obiectio remouet.

peccauit sicut peccant hypocritæ, patet quia hypocritæ peccant, quia venientes in pellibus ouium, longè aliud sunt quàm designant, vt patet Matth. 7. cap. sic enim venit Iacob coopertus pellibus, vt se alium indicaret esse quàm erat. Respondetur redeundo ad primum, quòd simulatio hypocritarum est noxię deceptionis, & est cum damno alterius. Simulatio autẽ Iacob fuit diuinæ inspirationis, & non fuit alicui nociua. Et si obijcias, quòd nocuit Esau, quia per hoc ablata fuerunt ei primogenita, iam responsum fuit supra in isto cap. Sed adhuc obijcitur sicut mentiri verbo est semper peccatũ vel mortale, vel veniale, pro quacũque causa fiat, ergo mentiri in facto etiam erit peccatum semper. Eodem. n. mõ accipitur mendacium in facto, qñ per habitum, vel operationem aliud quã in mente est indicatur: sicut cum quis verbo suo aliter quam intelligit explicat. Et iõ Arist. in 2. & 4. Ethi. tractãs de veridicis, & mendacibus dicit, veridicos, & mẽdaces esse in sermonibus, & in operationibus. Respondetur q̃ aliqñ in falsa significatione exteriori peccatum est, vt cum quis in habitu mentitur vel in operatione, vt noceat, quia ibi intentio mala est, quæ sola sufficiens est culpam mortalem inducere. Sed nõ est peccatum quotiens actus exterior, & habitus discordant interiori conceptui, & dispositioni, & ratio est, quia licet vtrũq; significet interiorẽ habitudinẽ, vnũ tñ per se. s. vox cum sit data ad exprimendum conceptũ mentis, vt patet in principio Periherme. Sunt ea quæ sunt in voce earum, quæ in anima passionum notę. Et intellectus vtitur voce formans eam in sua ui interpretatiua ad seipsum declarandũ. Factum autem si aliquo mõ signat interiorẽ dispõnem est tñ magis p accidens: iõ non semp causat in eo mendaciũ quod sit peccatum nisi ex ordine ad finẽ illicitum. s. in quãtum aliquis intendit alteri nocere, vel intendit aliqd sibi vsurpare, vt hypocritæ, qui licet non intendat alicui quibus nocere, intendunt tñ honorem adipisci iniustè. Quia honor nisi pro actibus verè bonis dari nõ debet. In mẽdacio aũt verbali quãtocunq; aliquis ad bonum finem agat, semper vitium est. Vel ẽt quia vox est signum multum particulare, & determinatũ rei, quia per istam vocem, hõ necessario hõ intelligitur, præsuppositа impositione termini ad signandum: in facto aũt non est sic, quia factum vel exterior habitus si aliqualiter interiorem dispõnem signant, nõ tñ determinatè, sed valde in vniuersali: ideo non contingit in eo mendacium proprie reperiri secundum rõnem suam, sed secundum ordinationem finis. In verbali autem reperitur mendacium secundum propriã rõnẽ.

Vnam benedictionem intelligitur dupliciter.

Num. Idest nũquid. *Vnam benedictionem tantum habes pater.* Põt intelligi dupliciter, vno mõ nũquid. *Vnam benedictionem solam.* Nũquid pro vno solo habes benedictionem. q. d. ẽt si ei oẽs benedictiones dederis, tñ adhuc mihi de eis dare potes, & ad istum sensum vr̃ rñdisse ei Isaac dans ei vnam de bñdictionibus, quas dederat Iacob. Alio mõ intelligitur. *Nunquid tantum vnã benedictionem.* Nunquid istas benedictiones superiores solum habes. q. d. istę bñdictiones. q. vna sint in cõparatione oĩum, quas dare potes. *Mihi quoque, obsecro, vt benedicas.* Multum desiderabat paternã bñdictionem, vt patet, quia multum, vt eã obtineret, instabat.

Eiulatus quid.

Cumq; eiulatu magno fleret. Eiulatus dr̃ fletus tristitiæ in altã vocem prorũpens, in quo magnitudo doloris notat̃, qa cum Esau vir esset ad quem fletus nõ pertinebat maximè, quia vir magnæ authoritatis erat, & in satis magna ætate, quia erat iam 50. vel 60. annorũ, vt probaui mus in princip. huius cap. vt aliqui voluerũt, secũdum veritatem tñ erat 77. annorum, quia de Iacob probatũ fuit, q̃ erat nunc 77. annorum, sed ipse erat coætaneus Iacob, probatur, quia eadem hora nati sunt, fiere nõ potuisset nec debuisset, sed eum doloris vehementia impulit, quia tantum dolorem tolerare non potuit. *Motus Isaac.* Scilicet pietate, quia tñ eum dolere cernebat benedixit. Sed contra, quia habeẽ ad Hebræ. 12. cap. q̃ postquã Esau vendidit primogenita cupiuit bñ dictionem, sed pęnitentiæ locum non inuenit q̃q̃ cũ lachrimis veniam quæsiuisset, nec benedictionem inuenit. Respondeẽ, q̃ non loquit̃ ibi Apostolus de qualicunq; bñdictione, sed de benedictione magna, quæ dabat hæreditariè pertinens ad ius primogenitur̃, ad quam pertinebant repromissiones, & hanc nõ inuenit Esau: quia confirmata fuit in Iacob, vt patet supra in textu: & sic declarat Apostolus in eadem authoritate ad Hebr. dicens: scitote q̃m iste cupiens hęreditare bñdictionem reprobatus est. Data aũt fuit quędã alia parua, & vulgaris bñdictio. s. in pinguedine terræ, quã Apostolus non negat. *In pinguedine terræ, & in rore cęli desuper erit benedictio tua.* Idest in terræ nascẽtibus multiplicaberis, & hoc verum fuit. Signantur ista p̃ terræ pinguedinem, & rorem, quia ista duo causant fructũ vbertatem. s. terra pinguis recipiendo, & ros desuper influendo, & disponendo. *Viues gladio.* Istud fuit datũ specialiter Esau: & posteritati eius, quia fuerunt bellicosi valde, & expulerũt Horrẽos de terra sua. s. de mõte Seir, & habitauerunt ibi in terra, quę nunc dr̃ Idumæa, vt patet Deuter. 2. cap. *Et fratri tuo seruies.* Non fuit impletum tpe Esau, & Iacob, quia potius seruiuit Iacob fratri suo Esau: sed fuit impletum tpe posteritatis eius, vt declarauimus supra 25. & in isto cap. *Tempusque veniet cum excutias, & exoluas iugum eius de ceruicibus tuis.* Idest tps veniet, in quo tua posteritas liberabitur à seruitute stirpis Iacob, & hoc fuit cum Idumæi, qui Iudæis tributa soluebant rebellauerunt sub Ioram Rege Iuda, vt patet 4. Reg. 8. cap. nolentes soluere imposita tributa. *Oderat ergo.* Hic ponitur quarta Esau in mortem Iacob machinatio. *Oderat ergo semper Esau Iacob.* Istud odium latens erat, quia non audebat publicè contra Iacob insurgere ne patrem contristaret, vt patet infra, scilicet. *Venient dies luctus, &c. Dixitque in corde suo.* Idest proposuit, vel quia fortè istud non multum publicè dicebat. *Venient dies luctus patris mei.* In breui existimabat Esau patrem suum morturum, & se vindicaturum, sed non sic fuit, quia post vixit Isaac per multa tempora vsque 180. annos postquam reddit Iacob de Mesopotamia, vt patet infra 35. cap. dilatabat autem vsque ad diem planctus patris sui, ne si patre viuente eum occideret patrem contristaret, & malediceret eum, & non dixit, quòd volebat expectare diem luctus matris suę, causa est: quia etiamsi viuente matre occideret fratrem, tamen non timebat maledictionẽ maternam: licet dicat Eccle. 3. cap. benedictio patris firmabit domus filiorum. Maledictio autem matris eradicat fundamenta, sed quia patres consueuerant tunc benedicere, & non mãtres non curauit de benedictione, vel maledictione matris. Vel etiam, quia Esau nolebat contristare patrem, qui semper eum dilexerat, vt patet supra 25. cap. sed matrem bene volebat contristare: quia eam in hac parte suspectam habebat ramquam huius rei motricem, cum ipsa magis diligeret Iacob, vt patet supra 25. cap. *Nunciata sunt hæc verba Rebeccæ.* Quia Esau non totaliter tacuerat, sed aliquibus amicis suis reuelauerat, vnde peruenit ad aures Rebeccæ. *Quæ mittens, & vocans filium suum Iacob.* Licet Iacob nondum accepisset vxorem, tamen non manebat tunc in domo paterna fortè ad aliquid expediendum ad aliquem locum secesserat, vbi tunc manebat. *Ecce Esau frater tuus.* Persuadere vult Rebecca Iacob, vt det locum iræ fratris sui: & recedat ad prædens de terra illa. *Minatur.* Non publicè, sed apud amicos

cos suos. *Vt occidat te, audi vocem meam.* Idest obedias ei, quia nihil audire prodest nisi obediatur voci. *Vade ad Laban fratrem meum.* Nominauit hic Laban fratrem suum, quia pater suus Bathuel ex multis annis iã mortuus fuerat. *In Aran.* Quæ est ciuitas Mesopotamiæ, vel Mesopotamia dicta. *Donec requiescat furor fratris tui.* ira tempore consumitur, maximè quando aduersarius abest, & hoc verum est in duabus speciebus iracundorum, s. in acrocholis, qui acuti dicuntur, & in amaris. Soluuntur enim tempore, & requiescũt difficiles autem quantumcunque iram teneant non soluuntur nisi retribuerint, vt patet 4. Ethi. cap. de mãsuetudine. *Et cesset indignatio eius.* Idem est vtrunque, sed duplicatur eadem sententia multis verbis, vt fit in Rhetо. compositionibus, vel potest dici, q̃ furor est magis, quàm indignatio. Quia furor est ex interiori dolore, & mẽtis efferatione, corporis in exteriori parte quædam turbulenta habitudo, & motus terribilis, qui interdum vocatur fremere, vel stridere. Indignatio autem solam animi iram, vel odium designat, & in ijs primo cessat furor, quàm indignatio, quia furor fit ex excedenti dolore, & ira: cum autem mollescit ira, furor desinit adhuc remanente indignatione: iõ in textu primo ponitur furorem requiescere, quã indignationem cessare. *Cur vtroque orbabor filio vna die.* Hebræi dicunt, q̃ locuta fuit hęc Rebecca prophetcè, s. quia eadem die orbata fuit vtroque filio, s. q̃ eadẽ die mortuus fuit Iacob, & Esau, vnde dicunt, q̃ cum mortuus esset in Aegypto Iacob, & conditus aromatibus portatus fuit in terram Chanaan trans Iordanẽ ad aream Achad, in qua factus fuit magnus planctus pro ipso, vt patet infra 50. cap. dicunt, q̃ cum vellent, tunc Iudæi portare Iacob ad locum sepulchri occurrit eis Esau, qui nõ consensit eis, q̃ inferrent cadauer illud in spelũcam duplicem, quæ erat apud Hebrẽos, in qua erat sepultus Abraham, vt patet supra 25. cap. dixit enim Esau, q̃ nõ permitteret sepeliri ibi Iacob, nisi demonstraret mãdatum Iacob, q̃ ibi sepeliretur. Ioseph autem respondit, quòd mandatum manserat in Aegypto, & quia non permittebat eum alias sepeliri Esau, mãdauit Ioseph, q̃ rediret Neptalin, qui erat velox in cursu in Aegyptũ, vt patet infra 49. vbi Neptalin vocatur ceruus emissus, tunc autem Vsin filius Dan, vt patet infra 46. c. commotus ira percussit Esau qui mortuus est, & tunc Iacob, & Esau simul sepulti sunt. Sed ista ridiculosa fabula est, & non veritas rei gestæ, quod pater, quia falsum est etiam secũdum istam fabulam, q̃ eadem die Iacob, & Esau mortui fuerint, quia secundum hoc Esau mortuus fuit, quando cadatier Iacob delatum fuit in Aegyptum. Item quia non dicitur orbari mater, nisi quando ipsa viuente moriũtur filij. Sed manifestum est, q̃ mortua erat iam Rebecca, quando mortuus fuit Iacob, ergo non dicebat orbari eo. Item quia non agit hoc ad propositum, q̃ ista dicebat Rebecca inducere volens, quòd fugere deberet Iacob in Mesopotamiam, sed nihil intererat ad hoc vtrum eadem die, vel nõ isti ambo postea morerentur. Est ergo dicendum, q̃ Rebecca intendebat, q̃ si maneret Iacob in terra illa Esau irato, contingeret aliqua die ambos rixari, & vnum alterum occidere, vel vtrunque simul mutuis concidere vulneribus, & sic vna die perderet Rebecca vtrunque filium: melius ergo erat, q̃ Iacob inde recederet. *Postea mittam, & adducam te inde.* Intendebat Rebecca, quòd erat bonum, quòd maneret aliquo tempore ibi, & postquã ipsa videret pacatum aĩum Esau mitteret pro Iacob. Sed quæritur, vtrum miserit pro eo? Respondetur, q̃ non misit postea Rebecca pro eo illuc, quia ipsa intendebat mittere pro eo cum videret paccatum Esau, & quia non vidit tempus opportunum, nõ misit, sed mansit ibi per multos annos, vt communiter tenetur. Licèt quidam Iudæi dicere velint, q̃ Rebecca misit ad eum in Mesopotamiam Delboram nutricem suã, quæ venerat cũ eo de Mesopotamia, & sciebat iter, licèt de hoc non fiat mentio in scriptura, & propter hoc dicit, q̃ infra 35. capit. vbi agitur de Iacob, qualiter mutaret loca habitationis, dicitur eo tẽpore mortua est Delbora nutrix Rebeccæ. Dicunt enim, quòd propter nihil aliud fuit ibi facta mentio, nisi quia Delbora ambulabat cum Iacob, quia venerat cum ipso de Mesopotamia. *Tędet me vitæ męę.* Persuaserat supra Rebecca Iacob, q̃ ire deberet in Mesopotamiam, hic persuader idem Isaac. Et nota q̃ illa superior ratio de furore, vel indignatione Esau non fuit proposita Isaac, ne ipse tristaretur de discordia filiorum, vel ne propter hoc Isaac odio haberet Esau, & quia non poterat recedere Iacob in Mesopotamiam, quin patri constaret, ideo quæsiuit consensum eius, & induxit aliam rationem persuasiuam ad patrem eius, s. q̃ multum tristabatur Rebecca, quia acceperat Esau vxorẽ de filiabus terræ illius, s. de Hetheis, & ideo quia iam tempus aduenerat, vt acciperet Iacob uxorem, bonũ esset, quòd mitteretur in aliam terram, s. in Mesopotamiam, ubi acciperet uxorem dicens. *Tędet me vitæ męę propter filias Heth.* Idest tantum doleo, q̃ Esau accepit vxorem de filiabus Heth, idest de filiabus Hethæorũ, q̃ tędet me vitæ meæ, i. q̃ nollem viuere. *Et si acceperit Iacob uxorem de stirpe terrę huius.* Idest de filiabus Hethæorum, & Chananæorum. *Nolo uiuere.* Quia illę mulieres erant vilissimæ, & offenderant animum Iacob, & Rebeccæ: & ideo dicit si vxorem ceperit in terra ista immediatè moriar. Iõ si diligis vitam meã, mitte Iacob in Mesopotamiam ad Laban.

Iacob mittitur ad Laban, videt scalam, vouet votum. Cap. XXVIII.

VOCAVIT, itaque Isaac Iacob, & benedixit eum, præcepitq̃ue ei, dicens: Noli accipere coniugem de genere Chanaan, sed vade, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ, ad domum Bathuel patris matris tuę, & accipe tibi inde vxorem de filiabus Laban auunculi tui. Deus autem omnipotens benedicat tibi, & crescere te faciat, atque multiplicet: vt sis in turbas populorum. Et det tibi benedictiones Abrahę, & semini tuo post te, vt possideas terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus est auo tuo. Cumque dimisisset eum Isaac, profectus venit in Mesopotamiam Syriæ ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccæ matris suæ. Videns autem Esau, quòd benedixisset pater suus Iacob, & misisset eum in Mesopotamiam Syriæ, vt inde vxorem duceret, & quod post benedictionem præcepisset ei, dicens: Non accipies vxorem de filiabus Chanaan, quodque obediens Iacob parentibus suis isset in Syriam: probans quoque, quòd non libenter aspiceret filias

Chanaan

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chanaan pater suus: iuit ad Ismahel, & duxit vxorem absque his, quas prius habebat Maheleth filiam Ismahel, filij Abraham sororem Nabaioth. Igitur egressus Iacob de Bersabee, pergebat Haran. Cumque venisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus, qui iacebant, & supponens capiti suo, dormiuit in eodem loco. Viditque in somnis scalam stantem super terram, & cacumen illius tangens cœlum: Angelos quoque Dei ascendentes, & descendentes per eam, & Dominum innixum scalæ dicentem sibi: Ego sum dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac: terram, in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo. Eritq; semen tuum quasi puluis terræ: dilataberis ad Occidentem & Orientem, & Septentrionem, & Meridiem, & benedicentur in te & in semine tuo, cunctæ tribus terræ. Et ero custos tuus quocunque perrexeris, & reducam te in terram hanc: nec dimittam, nisi compleuero vniuersa, quæ dixi. Cumque euigilasset Iacob de somno, ait: Verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam. Pauensque quàm terribilis est, inquit, locus iste: non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cœli. Surgens ergo Iacob mane, tulit lapidem, quem suposuerat capiti suo, & erexit in titulum fundens oleum desuper. Appellauitque nomen vrbis Bethel, quæ prius Luza vocabatur. Vouit etiam votum dicens: Si fuerit Dominus mecum, & custodierit me in via, per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum, & vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prosperè ad domum patris mei: erit mihi dominus in Deũ, & lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei: cunctorumque, quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

Sap. 10. Act 2. Infra. 13.

VOCAVIT. Descripta linea populi Dei per duos stipites in tertia ętate, s. per Abraham, & Isaac hic describitur descensus, vel linea per tertium, s. per Iacob, & diuiditur in tres partes: quia primo ponitur Iacob, vt incipiens. Secundo, vt proficiens infra 31. ca. Tertio, vt perfectus infra 35. prima in 3. primo in mandati paterni executione. Secundo in prolis multiplicatione infra 29. Tertio in possessionum acquisitione infra, quasi in medio 30. c. ibi. *Nato autem Ioseph*. Prima in tres ponitur, qualiter impleuerit patris præceptum. Secũdo subiungitur diuinum oraculum ibi. *Igitur egressus Iacob*. Tertio ponitur diuinum obsequium ibi. *Surgens ergo mane*, Circa

Diuisio huius libri.

primum. *Vocauit itaq; Isaac Iacob*. s. postquam persuasus fuerat a Rebecca, antequã mitteret eũ in Mesopotamiam, & licèt Rebecca ante vocauerit ad se Iacob, & persuaserit ei debere ire in Mesopotamiam, vt patet c. præced. quando tñ Rebecca iuit ad persuadendũ Isaac non stabat ibidem Iacob: ideo Isaac ad hoc persuasus fecit vocari Iacob. *Et benedixit*. Cõfirmans prio res benedictiones, & eas repetens ad augmentum gratiæ, vt ait Aug. *Præcepitq; ei dicens, noli accipere vxorem*. Quo accipitur hic Chanaã. Patet, qualiter in persuasionem Rebeccę consenserat. *De genere Chanaan*. Ideſt de filiabus Chananæorum, & accipitur hic Chanaan non pro vno populo, qui vocabatur specialiter Chananæus iter alios populos, sed Chananęus, vt est nomen generale omnium illorum populorum descendentium de Chanaan, & patet, qa hoc dicebat Isaac ad suasionem Rebeccæ dicentis si acceperit Iacob vxorem de filiabus terræ huius, nolo viuere, & illud: tędet me vitæ meæ ꝓpter filias Heth. Ergo de Hetheis non erat accepturus vxorem, & hoc comprehenditur sub generali præcepto patris dicẽtis, ꝙ non accipiat vxorem de filiabus Chanaan. *Et profitere in Mesopotamiam*. Quare non mandauit ei accipere vxorem de filiabus Ismahel, vel de filiabus filiorũ Ceturæ? Dico, ꝙ hoc mandauit Isaac persuasus a Rebecca, quæ nõ solum volebat, ꝙ iret in Mesopotamiã ad accipiendam vxorem, sed principaliter ad euadendam iram fratris sui, quod nõ putabat bene esse apud Ismahelem, cum immediatè contraxerit fędera Esau cum filiabus Ismahelis, vt patet infra, etiam quia filiæ Ismahelis, vel de stirpe Ceturæ non erant ita honestę, nec bene instructæ, vt mulieres de filiabus Nachor in cognatione Rebeccæ. *In Mesopotamiam Syrię*. Quia modica illa terra pertinens ad Mesopotamiam est in Syria, non in Syria Damasci, quæ est ad meridiem terræ Chanaã, sed ad Syriam superiorem, quæ est Septẽtrionalis terræ Chanaan, & aliqualiter Orientalis iacata inter Tigrim, & Euphratem magna flumina, vt ait Solinus in Polistor. in c. de Euphrate. *Ad domum Bathuel patris matris tuę*. Iam mortuus fuerat Bathuel, sed adhuc manebat domus eius in posteritate eius. i. Laban, qui erat filius eius: ideo nõ dixit ad Bathuel, quasi viueret, sed ad domũ Bathuel, quasi esset mortuus. *Et accipe inde vxorem de filiabus Laban*. Credebat. n. Isaac, ꝙ Laban daret Iacob aliquã de filiabus suis, quia antiqui magis volebãt dare filias suas cognatis suis, quã extraneis a cognatione. *De filiabus Laban auunculi tui*. Quia erat frater Rebeccæ matris. *Deus autem omnipotens benedicat tibi*. Hic ponuntur benedictiones, quas dedit Isaac Iacob, & sic mandabat Deus in nomine eius benedictionem fieri, vt patet Num. 6. c. ponite nomen meum super eos, & ego benedicam eis. *Benedicat tibi*. s. in persona tua dando tibi gratiam. *Et crescere te faciat*. Scilicet in multitudinem prolis: desiderabant antiqui patres filiorum multitudinem ad cultũ Dei, maximè, quia repromissio facta Abrahæ, & semini eius erat in multitudine ꝓlis & dilatatione populorũ. *Vt sis in turbas populorum*. Ideſt, vt nascantur de te turbæ, q̃ faciant populos. *Et det tibi benedictionem Abraham*. Hoc non erat modicum, quia benedictio Abrahæ, quæ in semen extendebatur, erat conditionalis, s. ꝙ si semen eius custodiret vias Domini euenirent omnia prospera, sinautem, omnia auersissima. Rogando ergo dari sibi benedictionem Abrahæ erat rogare, vt Deus eum talem semper faceret, vt mereretur benedictionem illam Abrahæ sibi euenire. *Et semini tuo post te*. Hoc erat rogare pro bonitate filiorum futurorum sine qua benedictionem Abrahæ consequi non poterant. *Vt possideas terram peregrinationis tuæ*. Ideſt terram Chanaan, in qua nunc peregrinaris. Ista erat terra promissa in hæreditatem, sed nondum erat data, quare

Situs Mesopotamię

Antiquis filiæ potius cognatis, quàm extraneis dabantur.

non habitabat in illa terra Iacob vt accola, vel indigena, sed vt peregrinus, & patet, ꝙ non mansit firmus, quia tunc descendit in Mesopotamiam, & mansit ibi 20. annis seruiens pro vxoribus, & gregibus, vt patet infra 30. c. deinde conuersus in terra Chanaam habitauit ibi aliquanto tempore quousq; descẽdit in Aegyptum, vbi mortuus est, vt patet infra 50. c. *Quam pollicitus est auo tuo*. Ideſt Abrahæ. optabat ergo hoc Isaac, ꝓ filio suo, quia pertinebat ad repromissionem factam. Polliceri promittere est. *Cumque dimisisset eum Isaac*. Ideſt dedisset ei licentiam eundi, & expediuisset a se. *Profectus venit in Mesopotamiam Syriæ*. Non est intelligẽdum, ꝙ sic sine labore iuerit, sicut scriptura nullã mẽtionem laboris facit, quia distabat Mesopotamia a terra, in qua morabatur tunc Isaac, quasi per nouem, vel decem dietas, vt declarauimus supra 24. c. & terra illa dura itinera habet: scriptura tamen sacra solum curat de substantialibus narrationis omittẽs alia, quia nihil in ea superfluũ reperiri debet, quod tamen esset si omnia incidentia, aut continuationes historiarum enarraret. Nec tamen ex hoc culpare debemus sacrã scripturam, si in quibusdam locis videatur incidentia q̃dam tangere, quia cum tota sacra Scriptura, Spiritu sancto dictante scripta fuerit, vt patet 2. Petri. 1. ca. nos arguere nihil possumus, qa vbi nos fortè arbitramur superfluum esse, fuit necessarium, sicut Spiritui sancto dictanti bene visum est. *Ad Laban filium Bathuel*. Quia ad istum direxerat eum sua mater, vt cum eo ad tempus habitaret, donec cessaret furor Esau, vt patet præced. cap. *Bathuel Syri*. Vocatur Bathuel Syrus, quia in Mesopotamia genitus fuit, & ibidem vsque ad mortẽ habitauit, quæ ad Syriam Oriẽtalem pertinet de qua supra 24. c. Et notandum, ꝙ ista dicuntur per anticipationem. Quia primo acciderunt Iacob ea, quæ infra narrantur de visione scalæ. Etiam primo accidit ei videre, & osculari Rebeccam in Pascuis, vt patet seq. ca. vel dico, ꝙ intelligatur litera ista non per anticipationẽ, sed fm modũ cõmunem loquendi. s. *Profectus est in Mesopotamiam*. Ideſt incepit proficisci in Mesopotamiam. Sic enim cõiter loquimur. Si enim quæratur de aliquo vbi est, respondemus, iuit Romam, etiam si non illuc accesserit, sed hodie iter inceperit, & tũc verum est, ꝙ profectus fuit Iacob in Mesopotamiam ad Laban. i. incepit proficisci antequam quicquam eorũ quæ infra dicuntur contingerẽt. *Fratrem Rebeccæ matris suæ*. i. ad Laban fratrem matris, vt patet supra 24. c. *Videns autem Esau*. Hic ponitur incidentalis pars, s. qualiter Esau super vxores, quas habebat aliam induxit vxorem. *Quod benedixisset pater suus Iacob*. Sciuit enim postea Esau, quomodo Isaac benedixit iterũ Iacob. Non debet hoc intelligi de prima benedictione, quando Iacob tulit cibos ad Isaac, ꝙa hoc cognoscebat satis clarè Esau, quia pater suus Isaac dixerat ei, nec de hoc diceret specialiter scriptura, ꝙ cognoscebat Esau, Isaac benedixisse Iacob, sed loquitur de secũda benedictione quæ fuit confirmatio prioris, quando Isaac monitu Rebeccæ confirmauit benedictionem datam, & misit eum in Mesopotamiam, & hoc patet ex eo, quod subiungitur in textu. ꝙ & misisset eum in Mesopotamiam: quando enim eum illuc misit specialiter bene dixit admonens ducere vxorẽ de cognatione matris suæ, & hoc fuit magna tribulatio Esau, & intellexit, ꝙ de voluntate patris erat, ꝙ Iacob acciperet vxorem de Mesoporamia, & ex hoc fuit ipse incitatus ad ducẽdũ vxorem de filiabus Ismahel, quæ erant de cognatione sua. *Et misisset eum in Mesopotamiam Syriæ, vt inde duceret vxorem*. Licèt cognouerit Esau, ꝙ Iacob recesserit in Mesopotamiam, nõ sciuit tamen, ꝙ principalis causa erat ꝓp tumorem indignationis eius, sed solũ propter vxorem sumendam, & hoc fuit, quia causa de furore

A Esau non fuit expressa Isaac, sed sola mater dixit cum Iacob, ideo mansit apud eam occultata. *Et post benedictionem præcepisset ei*. Tanquam aliquid singulariter recõmendatum. *Non accipies vxorem de filiabus Chanaan*. Hoc valde notauit Esau, quia vidit ī hoc se offensum habere patrem, & matrẽ, quia vxores de filiabus Chanaan acceperat, & credebat fortè hanc esse cãm odij in eũ. *Probans*. Ideſt ex hoc mandato patris conijciẽs. *Quod non libenter aspiceret pater suus filias Chanaan*. Nunc nouiter hoc Esau iudicabat: ante enim hoc perfectè nõ intenderat, vel fortè ante hoc videbat Esau, ꝙ Isaac pater suus non libenter aspiceret filias Chananæorum: sed non intendebat multum ad hoc, nec cognoscebat radicem huius. Quando autem mandauit filio suo Iacob accipere vxorem de Mesopotamia, & nullomodo de terra Chanaan, euidenter cognouit, ꝙ pater non libenter respiceret mulieres terræ illius: offendebãt enim animum eius. *Et iuit ad Ismahelem*. Voluit enim patri complacere: putauit enim, ꝙ sic complaceret si de filiabus Ismahelis nouam vxorem superinduceret, iuit autem ad Ismahelem, qui fortè tunc viuebat. Mortuus enim fuit Ismahel ann. 123. ætatis Isaac, & patet, quia Ismahel vixit 137. annos, vt patet supra 25. c. Isaac autem vixit annis 180. vt patet infra 35. cap. detrahantur ergo anni 14. quibus natus fuit Ismahel ante Isaac, quia Ismahel genitus fuit anno. 86. vitæ Abrahæ, & Isaac fuit genitus anno cẽtesimo vitæ Abrahæ, vt pater supra 21. c. De Ismahele patet supra 16. ca. ergo, quando Ismahel haberet. 137. annos Isaac haberet 123. detrahendo inde 14. Sed tota vita Ismahelis fuit 137. annis, ergo fuit mortuus ann. 123. Isaac, & iste annus erat tunc, vel erat satis ꝓpinquus, vt tetigimus supra ca. præced. secundum quorundam positionem, sed secundum veritatem Ismahel mortuus fuerat per 14. annos, antequam ista fierent, quia ista facta sunt anno. 137. vitæ Isaac: sed qñ Isaac erat 123. annorũ mortuus fuit Ismahel, vt probatum fuit hoc, ergo 14. anni, qui sunt a 123. vsque ad 137. fluxerant post mortem Ismahelis. Antecedens patet, quia Isaac erat 60. annorum, quando genuit Esau, & Iacob, vt patet supra 25. c. Sed quando Iacob iuit in Mesopotamiam, erat annorum 77. vt probatũ fuit supra 27. c. ergo si coniungantur isti anni, facient 137. quos necessario haberet Isaac, quando ista facta sunt, sed anno. 123. vitæ Isaac mortuus est Ismahel, ergo iam fluxerant 14. anni post mortem Ismahelis. ideo si sic dicamus, ꝙ erat mortuus dicetur iuisse ad Ismahelem, i. ad cognationem, & lineam Ismahelis. *Et duxit vxorem*. s. de filiabus eius. *Absque ijs, quas prius habebat*. Ideſt nec propter hoc expulit aliquã de alijs duabus vxoribus filiabus Hethæorum. *Sororem Nabaioth*. Vocatur fortè ista soror Nabaioth, quia Nabaioth q̃ erat primogenitus dilexit magis istam sororẽ, quàm alias. Vel quia fortè erat soror ex patre, & matre ipsius Nabaioth, & non alijs fratribus filijs Ismahelis. *Igitur egressus*. Hic ponitur secundum, s. qualiter in via recepit diuinum oraculũ. *Cumque uenisset ad quendam locum*. Vt vult Iosephus cum iter ageret Iacob in Mesopotamiam per Chananęam, nõ manebat in locis populatis, apud aliquem de incolis terræ illius, quia oderant eum, cum omnes gratiati fuissent bellis ab Isaac patre suo, iõ diuertebat ad manendum nocte in campis. Quis autẽ locus iste fuerit, dicunt doctores Hebræi, & aliqui Catholici, & in hoc tenet Nicolaus, ꝙ iste fuit mons Moria, in quo Abraham immolare voluit Isaac, & dicunt, ꝙ ideo declinauit illuc, vt ibi aliquam consolationẽ reciperet a Deo. Sed ista non possunt stare, quia mons Moria est, vbi tẽplum Salomonis postea constructum est, vt est 2. Paralip. cap. 3. & hoc intra Hierusalem, vt patet ibidem. Nomen autem loci, in quo tunc mansit Iacob, fuit voca-

Opin. Hebræorum.

tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum Bethel, vt patet infra, & infra 35.cap. Sed Bethel F distat a Ierusalem, ergo non iuit Iacob per montem Moria: ꝙ autem ista non sint vnus locus patet, qa Bethel distat vno milliario, i. dimidia leuca a Sichen, distat autem Ierusalem a Sichē. 20. milliaribus, i. decem leucis, vt patet in libro de diuisione Terræ sanctę. Itē patet hic, quia Mesopotamia est aliqualiter Orientalis terræ Chanaan, & multum Septentrionalis, sed Ierusalem siue mons Moria est multum ad occidētem terræ Chanaan cōtra mare Mediterraneum: ergo vadens de Bersabee, in qua manebat tunc Isaac, vel de Hebron a fortiori si ibi maneret, cōtra Mesopotamiā non habebat iter per teram montis Moria: quia hoc erat multum retro redire. Sic dicitur supra 22.c. quomodo vadens Abraham ad immolandū Isaac ad mōtem Moria vidit eum procul in secūdo die: ergo multum retrocederet Iacob si per locum iret talem. Videt ergo, ꝙ non fuerit ibi Bethel, sed Bethel q̄ est ad Oriē tem terrę Chanaan contra Hiericho, collateralis existens monti Garizin, & ab Oriente ad montē Hebal, vt patet aliqualiter Iosue 8. ca. vbi ponitur ciuitas Hai, & Bethel coniunctę. Etiam iste locus propius erat ad transeundum per eum in Mesopotamiam, quia erat aliqualiter Orientalis, & aliqualiter Septēntrionalis respectu Bersabee, vt colligitur ex eo, ꝙ habetur sup. 12. c. Item patet hoc, quia quādo Abraham venit de Mesopotamia in terram Chanaā, primo venit in Bethel, vt patet supra 12. cap. apud ciuitatem Hai, & deinde venit in Hebron, & post in Bersabee descendens magis ad meridiem, & Occidentem. Cum ergo Iacob redi- H ret in Mesopotamiam, per locum illum redire debebat, & non per montem Moria. Item non sunt idē ista duo, quia vt patet 3. Reg. 12. c. qñ Ieroboan fuit factus rex Israel putans, ꝙ si populus ascēderet in Ierusalem ad solennitates legales, ibi conuerterentur ad dominum suum regem Iuda: ideo posuit vnum vitulū in Bethel, alterum autem in Dan, ergo Bethel erat aliqs locus in terra decem Tribuum, vbi debebant adorare vitulum, & non erat Ierusalem, qa ipse ponebat ibi vitulum, vt non ascenderent ad immolandum in Ierusalē. Item paret hoc, quia dicitur infra, verè Dominus est in loco isto, & ego nesciebam, sed non potest hoc dici de monte Moria, quia ibi factum fuerat altare ad immolādum patrem suum Isaac præcepto Dei, ideo non poterat ignorare, quin ibi esset Deus. Multę aliæ rationes ad hoc fieri possunt, de quibus supra 12. c. Nec tamen aliquis debet turbari, quia dicimus Bethel, de qua fit hic mentio, non esse Ierusalem, cum Ierusalem. etiam dicatur Bethel, vt declarabitur infra 35. c. dicendum, ergo est, ꝙ licèt Ierusalem dicatur Bethel, tamen non est illa Bethel, de qua hic fit mentio, sed alia: nam sic fuit supra probatum, ꝙ alius locus sit Bethel, & alius Ierusalem. Quod autem intelligat de Bethel, quæ non est Ierusalem, etiam patet ex superioribus, quia non conueniunt ei dispositiones supra assignatę Iacob peregrinanti. *Et vellet in eo requiescere.* i. manere, vel dormire. *Post solis occubitum.* Quia tunc itinerandi congruum tempus non est. *Tulit de lapidibus, qui iacebant, & supponens capiti suo.* In campo manēs non habebat, vbi congruenter cubaret, posuit ergo lapides sub capite, non confictos capiti, sed aliquod intermedium, ne lapidum frigiditas capiti noceret. Sed qūo dicitur hic, ꝙ posuit de lapidibus sub capite ponens, cum infra, dicat tulit lapidem, quem capiti supposuerat? Quidam Hebræi rēspondent, ꝙ tulit Iacob multos ad ponendum sub capite, & tūc illi lapides pp sanctitatem Iacob, certantes quis capiti eius directè supponeretur, in vnum lapidem redierunt, & in aurora vnus lapis apparuit. Alij autem Iudæi dicunt, ꝙ tres lapides posuit sub capite, & illi vnus lapis facti sunt. Et

Opin. Hebræorum.

Alia Hebræorum opinio.

dicunt hoc signare, ꝙ Deus vniretur Iacob in itinere eius eum dirigendo in oībus. Possumus autē nos melius interpretari si sic fuit. s. ꝙ signat trinitatem personarum intra vnam singularem essentiam, vel signat tres naturas in Christo in vnitate suppositi, vel ꝑprius tres substantias, quia licèt corpus, & anima sint duæ substantiæ realiter distinctę, tamen non sunt duę naturæ, sed ambæ sunt vna natura humana, vel perficiunt vnam naturam, cum nullum istorum habeat perfectā rationem speciei, sed ambæ sunt partes speciei, vt materia, & forma: ab vtraq; ergo earum alteri vnita completur ratio speciei, quia in compositis accipitur esse a materia, & forma, vt ait sanctus Tho. in lib. de Ente, & essentia. loquendo ergo propriè possumus, & debemus in Christo vnam personam, vel suppositum assignātes ponere duas naturas. s. diuinam, & humanam, & istarum duarum naturarum tres substantias. s. diuinam, corpoream, & spiritum, vel animam: loquendo tamen largè poterunt cōcedi in Christo tres naturę, si conuertamus substātiam, & naturam: communius tamen accipitur natura pro specie, quia ſm Philosophum in 2. Phys. dr̄ natura de materia, & forma, & cō posito, & substantia accipitur pro quolibet suppposito, vel indiuiduo substantiali, in Christo autem licet solū vnum suppositum substantiale sit, siue persona. s. suppositum diuinum, tamen sunt tria indiuidua substantiæ. s. diuina substantia, & substantia indiuidua corporis, & indiuiduum, quod est anima. Ecce. n. Iudæi pulchrè dicunt, sed non respiciunt. Mouet Deus linguā eorum, ipsi vero auerterunt oculos, ne videant veritatem se ad fabulas ridiculas conuertentes. Hoc Iudeorum dictum, licèt rationabile esse posset ad confirmādum saltem reuelationem, quā accepit Iacob in somnijs, tamen non credo aliquid tale factum fuisse, quia tanta rei magnitudo est, quam scriptura nō tacuisset, cum tantum aut maius forte sit, quantum ipsa reuelatio facta in somnijs. Non obstat litera ponēdo, ꝙ vnū lapidem solum posuerit sub capite suo, & qñ dr̄ tulit de lapidibus loci. Rndetur, ꝙ tulit de lapidibus, non q dem, ꝙ plures lapides acceperit, sed ꝙ inter alios lapides eiusdem loci accepit vnum ex eis. *Dormiuit q;.* i. in agro non audens declinare in oppidis. *Viditque in somnijs scalam stantem.* i. erectam. *Super terram.* Rabbi Aben Ezra, dicit, ꝙ ista scala designat gubernationem diuinam, quantum ad oēs creaturas. Et pōt applicari ſm hoc tota visio. s. ꝙ Deus erat super cacumen scalæ, qa tota rerum gubernatio ab ipso originariè incipit. Angeli ascendunt, & descendunt per eam ad signādum, ꝙ Angeli subministratores, & executores voluntatis diuinæ sunt, quantum ad istam rerum gubernationē, ꝙ scala teneat pedem in terra, & caput in cęlo signat vniuersitatē gubernabilium. Quia vltra cęlū nihil est, & infra terram nihil attigit, ergo scala oīa ista, quia totum diuina gubernatio est ad res quas condidit, non entia autē non gubernantur. Varij gradus scalę denotāt diuersos modos, & gradus communicationis bonitatis diuinæ in inferioribus, quia in quibusdam ſm imaginem, & in quibusdam ſm vestigium, & adhuc hoc multum diuidit: ſm enim, ꝙ ſpecies per gradus essentiales excedunt se, vt numeri, ita cōtio bonitatis influxa rebus per generalem earum gubernationē differt gradualiter. Ista satis bene assignata sunt. Sed adhuc ſm conuenientiam personę, cui facta fuit reuelatio, & ſm ea, q̄ imaginariè audiuit Iacob in somnijs, magis conuenit dici, ꝙ ista fuerit reuelatio de incarnatione Christi. Et patet, quia hic firmatę fuerunt promissiones Iacob de dilatatione seminis sui in populos, & terras, & qa ista benedictio, & dilatatio seminis intelligebatur præcipue de Christo, vt patet ad Gala. 3. ca, iō posita fuit hic figuratio de eius incarnatione in

prædi-

Quid scala, & gradus significent, & la tera.

Anima & corp' sunt partes ſpēi.

Capit. 5. tex. 21.

Opin. Rab. Abē Ezra.

Deus est in cęlo huius scalæ.

prædicta scala, ad cōfirmationes autem promissionū A factarum patribus Iacob de dilatatione seminis, & terræ Chanaan, quæ ad Iacob sic applicatur. Ista tota scala designat lineam generationis saluatoris nostri: diuersi gradus in ea signant diuersas personas positas in linea generationis Christi. Et isti gradus incipientes a terra perueniūt vsque ad cęlum ad Domini innixum scalæ, quia istæ generationes cōtrouersæ sicut eas beatus Lucas enarrat, incipiunt à Maria, & Ioseph, qui pōnūtur ꝙ vna persona, licet nihil attineat Ioseph ad istā generationem, cum virgo sine virili semine concepit, & licet fœminæ non computentur per se in linea, ponuntur ipsa, & Ioseph pro vna persona, deinde peruenit contextio lineę retrograda vsque ad Adam, B deinde ad Deum, vt patet Luc. 3. c. Computatio autē genealogiæ saluatoris posita à Matthæo nihil attinet ad istam scalam, quia illa incipit in Abraham, & perducit vsque ad virginem, nec reducit in Deum. Duo latera scalę sunt duo genera personarum, s. mali, & boni, ex quibus Christus ſm carnē descendit, & ad quos saluandos venit, & ad signandum ista latera scalæ ponuntur in linea Christi multi de peccatoribus, vt patet de multis regibus Iuda, vt de Achaz, & Manasse, & Amon, & Salomone: immo quasi omnes reges Iuda positi in linea Christi mali fuerunt, vt patet Eccl. c. 49. præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam. Cum dicitur præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt. Nam reliquerunt legem potētes reges Iuda, & contempserunt timorem dñi: dederunt enim regnum suum alijs, & gloriam suā alienigenæ C genti. Et sicut fuit in viris positis in Genealogia Christi, quia quidam fuerūt sancti, & quidam nequissimi, ita & fœminæ positæ in eadem Genealogia quædam fuerunt sanctæ, vt beatissima virgo, quę extrema ponitur in illa linea: aliæ peccatrices, vt patet de Thamar nuru Iudæ, quæ ab ipso cognita est, vt patet infra 28. c. & ibi ponitur, sic etiam de Bersabee accepta in vxorē a Dauid: aliæ duæ, s. Raab, & Ruth positæ in eadem linea, licèt fuerint filiæ Moabitarum, & Chananæorū, idolatrarum conuersæ ad populum Dei, multum laudantur, vt patet de Raab Iosue 2. & 6. c. de Ruth, patet Ruth 1. c. & per totum libellum. Quod scala tangeret terram signat, ꝙ ista generatio fundata fuit super beatam Virginem, a qua Christus in generatione ista sub D stantiam corpulentam. i. veram carnem humanam accepit. Deus dr̄ innixus huic scalę, quia Deus. s. verbum in diuinis carnem nostram de beata Virgine sumpsit per istam lineam. dr̄ scala tangere cęlum, quia per istā lineam generationis summa infimis coniuncta sunt, s. deitas humanitati, vel vt honestius dicamus Deus sibi naturā nostram assumpsit. Iste ergo sic genitus vtrunque tangit, s. cœlum, & terram. Cęlum enim, qa Deus est, terrā autem, quia verus homo est. Angeli descendentes, & ascendentes signant, ꝙ tam altum misteriū per Angelos reuelatum, & procuratum est. Angeli. n. ista annunciauerunt Abrahæ, Isaac, & Iacob, deinde prophetis, qui hoc prædixerunt. Vltimo per eos fuit procuratum cum Gabriel Angelus salutauit dominā nostram, & accipiendo ab ea consensum de concipiē- E do filium Dei eundem concepit, vt patet Luc. 1. c. vel per descendentes, & ascendentes Angelos designantur orationes sanctorum ad Deū, & desideria de Christo mittendo, sicut est illud Isa. 64. c. Vtinam disrumpes cœlos, & venires, a facie tua montes fluerent. Et hoc verisimile est, quia Angeli dicuntur deferre orationes nostras, & præsentare corā Deo, vt patet Tob. 12. c. quando plorabas cū lachrimis, & sepeliebas mortuos, ego obtuli memoriā orationis tuæ coram Domino: fuit autem ista reuelatio facta ſm cōditionem status, s. aliqualiter obscura, clarius autē fuit facta prophetis, quousque Isaias dixit, ecce virgo concipiet &c. Isa. 7. c. In statu autem primo, s. Patriarcharum reuelationes fuerunt obscuriores, vt patet Exod. 6. c. & Nomen meum magnū Adonai non indicaui eis; De quo magis dicetur infra 49. c. & Exo. 6. *Cacumen illius tangens cęlum.* Quia a beata Virgine vsque ad Deum extenditē generatio. *Angelos quoq; ascendentes.* Ad nunciandum, & procurandum ista mysteria. *Et dominum innixum scalę.* Ideſt cubantem super scalam, quia super humanitatem deitas se inclinauit. *Ego sum dominus Deus Abraham.* Deus repromissiones faciens declarat se, quis sit, vt ei credi debeat. *Deus Abraham, & Isaac.* Vocat Deus istorum, quia promissiones suas istis duobus fecit, & non alijs gentibus, vel quia ab istis duobus specialiter cultus fuit. Vocatur omnipotens, vt Iacob audiēs magnalia, quæ Deus promittit, non desperet ipsum posse complere. Et hoc valde consonat: nam licèt in Deo omnia attributa signantia perfectionem reperiantur, vt bonus, iustus, sapiens, misericors, & sic de cęteris, & quia Deus est operatiuus perfectissimè alicuius rei, ſm perfectionem istam signatam per attributa, quando aliquis actus dicitur de Deo debet poni, nō quodlibet attributum, sed illud ſm ꝙ talis operationis operatiuus est, vt si aliquis petat a Deo veniam de errore non attinet vocare Deum sapiētem, vel fortem, quia attributa ista nihil agunt ad remissionem culparum, sed debet vocare eum misericordem, pium, aut clementissimum, quia ſm ista promptè dimittit facinora. Si autem aliquis vult, ꝙ Deus destruat hostes suos, non oportet ad hoc vocare Deum sapientem, sed vocare fortem, aut omnipotentem, & sic in cæteris actibus conuenit nominare cætera attributa. Hic autem, quia agebatur de magnitudine promissionum, quas nullus hoīum, aut Deorum gētiliū posset dare, Deus se oīpotentē ad complendū ista nominauit, nec aliud attributum magis huic conueniebat. *Terram, in qua dormis tibi dabo.* Quia ista terra, scilicet terra apud Bethel erat in terra Chanaan, quę data fuit postea filijs Iacob, patet Iosue 8. c. vbi ponitur Iosue pugnauisse contra viros vrbis Hai, & contra viros Bethel, qa ista duo oppida iuncta erant apud montes Heban, & Garizin post Iericho contra occidentem. *Et semini tuo.* Ista terra non fuit data Iacob in possessionem, sed fuit in ea peregrinus, vt patet supra, sed dr̄ ei data, quia data fuit sibi nō in se, sed in semine suo. Quia pater aliquo modo est in filijs, & saluat se in eis, & propter hoc est tantum desiderium naturaliter generandi, illo ergo modo, quo pater manet in filijs, eorum bonum, vel malū recipere dr̄. Et non solum pater manere dr̄ in filijs immediatis, sed etiam in mediatis, vt in nepotibus, & pronepotibus. Bona ergo filiorum, nepotum, & pronepotum redundant in patres, & mala ēt. Vnde patres ex eufortunijs filiorum, nepotū, & pronepotum felicio- res efficiuntur, cum felices ante fuerint, & ex malis eorum infeliciores reddūtur, cum infelices fuerint. Vel si felices fuerint, felicitas eorum quodammodo denigratur, & concutitur: & non solum viuentes patres recipiunt ista ab infortunijs, vel eufortunijs filiorum nepotum, & pronepotū: sed etiam si patres mortui fuerint, & filijs accidant ista, patres defuncti videntur con- turbari, vel in fœlicitate augmentari: vt declarat Aris. Cap. 11. 1. Ethi. c. pronepotum aūt fortunas. Sic ergo bona futura semini Iacob, quæ nondum erant in actu, erāt ipsi causa fœlicitatis, sicut bona filiorum suorum actualiter existentia ipso non viuente ad suam fœlicitatem adiuuabant, vt patet ex dictis Aristot. Vel dicitur dari patri & filijs, quia licèt non sic datum patri fuit, tñ datum filijs meritis patris. Sed tunc dices hoc esse super fluum, quia sufficiebat dicere. *Semini tuo.* Et non dicere. *Tibi et semini tuo.* Dico, quòd ponitur. *Semini tuo.* Ad

signan-

signādum promissionem completam in semine eius non habito respectu ad eum. Sed ponitur. *Tibi.* Ad signādum modum completionis alterum, quem tu recipies eo modo, quo manebis in filijs post mortē tuā. *Erit semen tuum quasi pulvis terræ.* Quasi dicat, nullus poterit dinumerare illud præ multitudine, sicut nullus dinumerare potest pulverem terræ. Sic declarat text. supra 15.c. *Dilataberis ad occidentem.* Ne putaret Iacob, q̄ solum danda erat sibi terra, in qua dormiebat, quæ satis angusta erat subiunxit Dominus, quasi dicat nō solum dabo istam terram, sed dilatabo te ad occidentis positionem. Apud istum locum, s. inter Bethel, & Hai ciuitatem. Deus dixerat hæc eadem verba Abrahæ, s. leua oculos, & vide a loco, in quo tu es ad Aquilonem, ad Meridiem, ad Orientem, & ad Occidētem omnem terram, quam conspicis tibi dabo, & semini tuo post te. *Et benedicentur in te.* De hoc diximus supra 12.ca. vbi ad Christum istam benedictionem reduximus, in quo omnes gentes redemptionis benedictionem acceperunt.

Quæst. 1. Cur dr, In te, & in semine tuo.

Sed quare dicitur hic: In te, & in semine tuo. Dico, q̄ propria benedictio omnibus ī Christo aduenit. Sed omnes a quibus aliquo modo Christus venit, fuerunt nobis causa huius tātæ benedictionis, & sic aliquo modo in Abraham omnes gentes benedictæ fuerunt, & in Isaac, quia isti capita huius Genealogiæ fuerunt. Et isto modo loquēdi vtimur cōmuniter. Sic patet Luc. 11.c. vbi quædam mulier laudans Christum dixit; Beatus venter, qui te portauit, & vbera quo suxisti; & hoc approbauit Christus. Et licèt beata Virgo in se benedicta esset, quia virtutibus plena, tñ vbera eius beata nō erant, nec venter, nisi s̄m communicationem, & approximationem, quam habebant ad Christum, s. quia venter portauit eum, & vbera lactauerunt eum. Sic ergo omnes patres beatæ Virginis in linea recta benedicti vocantur aliquo modo, inquantum nobis tanti boni causam præstiterunt. Differentia tñ est in hoc quantum ad duo. Primo quantum ad hoc, quod est aliquid esse magis sanctum, vel minus sanctū. Secundo quantum ad hoc, quod est esse magis propinquum. Quantum ad primum illi, qui magis sancti fuerunt in linea saluatoris sunt magis causa nostræ benedictionis, quia ipsi promeruerunt magis Christum in illa linea nasci, quàm in alia, & quantum ad hoc nullus est in tota genealogia Saluatoris, in quo magis totus mundus benedictus fuerit, quàm in Abrahā, quia benedictio est hic s̄m q̄ Messias descendit ab ista, vel ab illa linea, q̄a tunc illi de illa linea, magis sunt causa nostræ saluationis quàm alij homines. Istius autem promissionis Abraham fuit promeritoria causa, non quidem, q̄ promeruerit, vt Deus determinauerit in linea Abrahæ Messiam nasciturum, quia hoc cum esset ante sæcula, nullus poterat promereri. Promeruit tñ Abraham, q̄ secundum illam determinationem, quam Deus ab ęterno sine meritis fecerat, Messias temporaliter nasceretur in linea sua: sic dicitur Gen. 22.c. per me metipsum iuraui, dixit dominus, quia fecisti rem hāc, & nō pepercisti filio tuo vnigenito, multiplicabo semē tuū sicut stellas cęli, & sicut Arenam, quę est in littore maris: possidebit q̄ semen tuum portas inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gētes terræ, & non solum meruit Abraham pro se, vt impleretur ista benedictio in semine suo: sed etiam meruit loco suæ posteritatis, s. id quod illi merituri erant, vt impleretur in eis ista promissio, & sic patet supra 18.c. cū dicitur scio, q̄ præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se, vt custodiant viam Domini, & faciant iustitiā, & iudicium, vt adducat Dominus, propter Abraham omnia, quæ locutus est ad eum: idem patet supra 26. c. cum dr tibi, & semini tuo dabo vniuersas regiones has: complens iuramentum, quod spopondi Abrahā patri tuo. Secundum in quo erat differentia est, quantum ad esse magis propinquum: & est dicendum, q̄ s̄m, q̄ in generationibus naturalibus illud, quod est magis immediatum genito determinat sibi genitum quantum ad speciem, s. q̄ licèt sol, & homo generent hominem, tñ homo vniuocat sibi genitum, quia est causa particularis, & immediata. Dum. n. aliqua causa magis vniuersalis, & magis remota est, magis equiuocè assimilat genitum. Nam causa vniuersalior est cōmunior, ideo minus assimilatur cuilibet causatorū, q̄ minus vniuersalis. Deus prima cā, & vniuersalis est, qa ad omnia tam spiritualia, quam corporalia influit, nunus tñ communicat in vniuocatione essentiæ, cū qua liber rerum quàm aliæ causæ, & causata inter se. Dein de intelligentiæ influunt in nobis, & in omnia corporea per motus orbium, minus tñ assimilantur intelligentiæ nobis, quàm corpora cęlestia: deinde subordinatæ causæ vniuersales sunt corpora cęlestia sup omnia inferiora ad generationem cuiuslibet rei, sed minus vniuocantur illa cum genitis quàm elemēta, quæ sunt causæ vniuersales. Deinde elementa, & elementabiles qualitates causæ sunt vltimæ in genere vniuersalium, post quas sequitur ipsa causa particularis, quæ solum est ad vnam, s. ipse homo generās, & ille appropriat sibi genitum gignens sibi similem in spē. Sic ergo in ordine lineæ Genealogiæ Saluatoris conformiter se habet ad istam ordinationem naturalem cālitatis, quantū ad aliquid, s. q̄ illi, qui sunt posteriores magis connexi sunt ipsi Christo genito: ió illi magis cau sam Natiuitatis Christi, & tantæ benedictionis præstiterunt. Et quantum ad hoc beatissima Virgo, quæ immediatissima fuit Christo, vtpote de cuius substantia corpulenta natus, & quæ ei totam causam materialē præstitit, quia non fuit ibi admixtio virilis seminis, cū fęmina circundederit virum suum, vt ait Ieremias, p̄stitit nobis magis, quàm cæteri causam tantæ benedictionis, & ideo iustè non solum ipsa, sed & vbera eius, & venter benedicta sunt. Alij autem qui fuerunt patres, & aui beatæ Virginis, consequenter s̄m gradum magis, & minus tribuerūt, & sic Ioachin, & Anna, qa fuerunt parentes virginis, magis ad istam benedictionem pertinent, quàm cæteri. *Et ero custos tuus quocunq; perrexeris.* Te ab aduersitatibus itinerum, & locorum protegendo. Hoc fuit ad magnam consolationem Iacob, quia valde timebat pericula illius itineris, & propter hoc non audebat in nocte declinare ad loca habitata: sed manebat in agris. Et sciendum, q̄ ista litera potnitur hic ordine mutato, quia prius pertinebat ad Iacob, q̄ eum custodiret, quam q̄ aliæ promissiones cōplerētur in eo, vel semine suo. Nam nisi eum Dominus custodisset in periculis ijs, sed reliquisset perire in itinere, non cōplerētur promissiones in semine eius, cum tunc nullum semen haberet, sed postea habuit. *Et reducam te in terram hanc.* Ex hoc accepit Iacob securitatem, q̄ non possent occidere eum aliqui hostes, vel maliuoli in Mesopotamia, & pp hoc non absorbebatur tristitia, cum se solum videret in terra longinqua, & Laban persequeretur eum mutās mercedem eius multotiens, vt patet inf. 31. & postea persequens eum ad mortem, pp hoc etiam non timuit supra modum cū sciuit Esau fratrem suum cum tanto equitatu ad se venire, vt patet inf. 32. & 33.c. *Nec dimittam, nisi complevero uniuersa, quæ dixi.* Ideſt donec compleam vniuersa. Sed adhuc nō ponitur taxatiuum tpis hæc dictio. *Donec.* s. quousq; ad tempus completionis conseruabit, & postea non, quia sp Deus eum cōseruabit, quia ista completio est in vita æterna, sed ponitur hic, donec, negatiue solū, & non includens aliquam affirmationem, s. q̄ non dimitteret eum vsquequo cōplerat

uerat oīa, quæ promiserat ei, sed non dicit, q̄ postea dimitteret, vel non dimitteret eum. Sic dr Matth. 1.c. Ioseph aūt non cognouit Mariam, donec peperit ei primogenitum, non q̄ Ioseph cognouit Mariam post cōceptum primogeniti. s. Christi, cum semper intacta permanserit. *Cumq; euigilaret a somno.* Quia ista non fuerunt oculis corporeis visa, sed sola imaginaria apprehensione. *Verè Dominus est in loco isto.* Ideſt talia hic mihi apparuerunt, q̄ concludere possum Deum esse verè in loco isto. s. specialiori modo quàm in alijs, quia de generali præsentia oībus locis præsens est. *Et ego nesciebam.* Quia Iacob nunq̄ steterat in monte Bethel, sic non cognoscebat, q̄ Deus ibi speciali modo esset. q.d. si ego sciuissem vsq; nunc Deum tali modo hic stare, ego sæpe venissem huc. Quia iste mōs vr distare a Bersabee per vnam dietam, vel quasi, & fortè hoc contingit ei in prima dieta, q̄n in nocte accubuit. *Pauēsque; quàm terribilis est, inquit, locus iste.* Ideſt Iacob pauens. *Inquit.* Ideſt dixit, q̄ terribilis est locus iste. Vocatur locus iste terribilis nō in malam signationem, prout importat magnitudinem nocumēti, sed prout significat aliquid honorabile. Erat. n. locus terribilis, ideo q̄ non indifferenter sicut ad alia loca, & indeuotè accedēdum erat ad eum, sed cum magna reuerentia, & timore ne indigni habeamur accedere ad tam sanctum locum, & hanc terribilitatem, i. reuerentiam signauit ipse infra 35.c. cū dixit omnibus in domo sua, abijcite Deos alienos qui sunt in medio vestri, & mūdamini, & mutate vestimenta vestra, surgite & ascēdamus in Bethel. *Non est aliud hic, quàm domus Dei.* Aliqui volunt hoc intelligi de Bethlehem ciuitate, in qua natus fuit Christus, quæ potest vocari Bethel, i. domus Dei, quia verus Deus æternus ex tempore ibi natus fuit carnis nostræ veritatem assumens. Hoc vult Blesensis. Nicol. dicit, q̄ loquebatur propheticè de domo templi Salomonis ibi ædificāda, quæ vocabatur domus Dei. Erat enim ædificanda in monte Moria, vt patet 2. Paral. 3. c. Sed ista duo nō possunt stare, quia vtrunque posuit montem Moria, & Bethel esse idem: & ideo Blesen. dixit Bethlehē prope esse, quia duabus leucis a Bethlehem est Ierusalem in parte montis Moria. Et Nicolaus ibidem ædificatum ibi templū dixit. Vnus enim sumpsit ab alio. s. Nicolaus a Blesen. vt patet si videanī Blesen. & Nicol. in multis locis. Sed falsa sunt ista, qa vt supra probatum est, mons Moria, in quo est Ierusalem non est idem cum Bethel, sed distat per milliaria plura quàm 20. vt patet in lib. de diuisione Terræ sanctæ. Dicendum, ergo q̄ vocatur domus Dei, quia scala in qua Deus innixus erat, tenebat summitatem vnā in mōte illo: ideo videbatur ibi habitare, vel quia Angeli descendentes per scalam ad illum montē descendebant, & ibi videbantur manere, & Angeli ascendentes ab illo loco ascendebant, quasi ibidem stetissent. *Et porta cœli.* dicit Nicolaus hoc esse, quia ibi Christus passus est per cuius mortē nobis porta cęli ante clausa aperta est. Sed nō potest stare, quia supponit Bethel fuisse montem Moria, quia Christus passus fuit extra Ierusalem non multum longè a monte Moria, sed vt diximus falsum supponit, quia differūt Bethel, & mōs Moria, in quo Ierusalem, sed dicitur esse porta cęli, qa in summitate scalæ ibidem stantis videbantur esse q̄dam portæ quibus intrabāt Angeli in cęlum. *Surgens ergo mane.* Hic ponitur secundum, s. qualiter Iacob exhibuit Deo deuotum obsequium. *Surgens autem mane.* ad continuandum iter suum. Et sciendum, q̄ ante eui gilauit Iacob a visione somnij, quàm surgeret ad ambulandum. Quia ipsa visio fuit per noctem, & postquā euigilauit à somno mansit cogitans in Dei laudibus, & beneficijs vsq; mane: deinde surgens ambulauit. *Tulit lapidem, quem suppoſuerat capiti suo.* Quia vnū solū posuerat sub capite. Vel s̄m Iudæos, licèt plures lapides posuisset, oēs tñ in vnum miraculosè redierant. *Et erexit in titulum.* i. in memoriale, q̄ Deus ibi apparuisset ei, & vt in futurum locum sacrum ibi constitueret. Hoc autem fuit, q̄n post ipse cum tota domo sua ascēdit in Bethel, & ędificauit ibi altare, & soluit decimas oīum rerum suarum, vt patet ī. 35.c. *Fundens oleum desuper.* In signū consecrationis, qa res consecratę oleo vngunt.

Quæst. 2. An bene fecerit Iacob erigere titulū.

Sed dicet aliquis, videtur, q̄ hic fecerit Iacob malum, quia dr Leuit. 26.ca. non erigetis titulos, nec insignem lapidē ponetis in terra vestra. Rndetur ad hoc, quia fortè non fuit culpabilis Iacob, cum ista prohibitio, postea facta fuerit, & leges non extenduntur ad p̄terita, sed ad futura, vt patet extra, de constit. c. cognoscentes, & in c. vlti. Vel dicendum melius, q̄ ibi prohibetur poni aliquis titulus in memoriam alicuius idoli ad adorandum. Sic. n. dicit litera Leui. Vt adoretis eū. Iacob autem non ponebat hoc ad idolatriam, sed ad memoriam diuinæ reuelationis, & in signum loci sancti. Etiam quia dicitur ibi: nec lapidem insignem, vocatur lapis insignis, lapis pulcher, vt qa valde bene dolatus est, & artificialiter reductus ad aliquam certam imaginem. Lapis autem, quem erexit Iacob erat lapis rudis de illis, quos Iacob in agro inuenerat: ideo non incitabat ad adorationem idolatriæ. *Appellauitque nomen vrbis Bethel.* Scilicet nomen vrbis propinquę, quia non ausus fuit Iacob intrare in illam ad manēdum in illa per noctem, sed mansit in agro iuxta vrbem. *Quæ prius vocabatur Luza.* Signat amigdalum, quia iuxta ciuitatem illam abundant amigdali. Et sciendum, q̄ nō vocata fuit illa ciuitas Bethel immediatè, vt ista visio apparuit Iacob, quia indigenę terræ illius vocauerunt eam Luzam, vt ante: sed Iacob apud se proposuit, vt vocaret Bethel, ideſt domum Dei, & sic vocauit eam post, quando ascendit ad construendum altare ibi, apud lapidem oleo litum.

Quæst. 3. Vñ Iacob habuit oleum.

Sed quæres vnde Iacob habuit oleum ad fundēdū super lapidem, quia non portabat secū in itinere. Rndetur, q̄ in mane surgens intrauit ciuitatem Bethel, apud quam dormierat, & ibi habuit oleum, & post fudit super lapidem. Nam licèt per noctem formidaret manere in ijs locis, quia nox est scelerū mater: haberēt enim accolæ terræ opportunitatem occidendi ipsum per noctem, per diem aūt non formidabat, quia nō auderent ex communi verecundia aliquid in ipsum cōmittere. Nicol. & Blesensis & q. omnes alij doctores moderni (qui non tantum de locorum situ, & dispositione cognouerunt) dicunt fuisse istam ciuitatem Ierusalem, & habet multa nomina, scilicet quæ notantur ijs versibus.

Ierusalem hēt multa nomina.

Solima, Luza, Bethel, Ieroſolyma, Iebus
Helia vrbs ſacra Ieruſalem dicitur, atq; Salem.

Ista ciuitas fundata fuit per Sem, qui vocatus fuit Melchisedech, & vocauit eam Salem, quod Hebraicè pax siue pacifica interpretatur, & ideo ipse Melchisedech vocabatur rex Salem, vt patet sup. 14.ca. deinde mortuo Melchisedech Iebusæi habitantes in ea eam Iebus a suo noīe vocauerunt, & istud nomen mansit vsque ad tempora Dauid, vt patet 2. Reg. 5.c. & 1. Paralip. 11. c. Deinde vocata fuit Ieroſolyma componēdo Iebus, & Solima corrupto primo nomine, s. mutādo b, in r, vt dicatur Ierusalem, pro Iebusalem. Hoc aūt est verū componendo Iebus, & Salem, quæ sunt duo nomina priora. Si aūt componatur de Iebus, & Solima p corruptionem efficietur Iebusolyma. Iudæi autem dicūt vocari eam Ierusalem de Iere, quod est videre, & Salē. Iere dr, quia ista ciuitas ædificata fuit in monte Moria, in quo cum immolare voluisset Abraham Isaac, & post Angelus clamans liberauerit eum, vt patet supra 22.c. vocauit mōtem illum Deus videt: vnde vulgariter

Opinio fu dæorum.

gariter dr, in monte dns videbit. Salem dr, quia eã sic F
vocauit Melchisedech. Vocata fuit etiã Luza. i. amigdalus, quia tales arbores ibi multum abundant. Deinde dicunt eam vocatam Bethel, i. domum Dei ab isto tali qui tãgitur in litera. Deinde tempore Salomonis dicta fuit Solima. q. Solomonia corrupto, & diminuto nomine. Et hoc fuit, quia Salomon eam nobilitauit, & ampliauit. Deinde etiam componẽdo istud nomen cum Iere, vel Ieru, dicimus Ieroſolymam, & ista nomina permiscentur, quia interdum vocabatur Ierosolyma interdum Ierusalẽ, sed sæpius Ierusalẽ. Deinde post Christi passionem Helius Adrianus eam a Vespasiano, & Tito destructam reædificauit, & mutauit aliqualiter locum, quantum ad quandam partem: vnde factum est, ꝙ sepulchrum Dñi, quod ante erat extra ciuitatem aliqualiter distans, vt satis patet ex litera omnium Euangelistarum, maximè Marci, & Lucæ, & Ioannis, esset intra ambitum ciuitatis, & sic est vsq, in hodiernum diem. Iste autem Helius Adrianus ex noīe suo eam Heliam nominauit. Ista ñ superiora dicta Nicolai, & quorundam aliorum doctorum non sunt totaliter vera, quia ipsi attribuunt oīa ista noīa Ierusalem, sed falsum, quia hic ponuntur octo noīa, sed sex solum conueniunt ei: duo. n. s. Luza, & Bethel non conueniunt ei, non sunt. n. idẽ Ierusalem, & Bethel, vt supra patuit. Et hoc verum est quantum ad istam Bethel, de qua hic fit mentio, ꝙ non sit idem cum Ierusalem, hoc tamen non obstante Bethel est vocata Ierusalem, vt declaratur infra 35. c. & sic sunt duo loca dicta Bethel. Quòd autem ista Bethel, & Ierusalem non sint idem, patet ex rationibus supradictis. Et præter illas rationes, adhuc est alia, quia Iudi. 1. c. vbi agitur de locis, & gentibus, quas quæq; tribus deleuit, dr ꝙ filij Iuda occiderunt regem Adombezech, & occiderunt oēs, qui in ciuitate Ierusalem erant gladio, & combusserunt eam igni, & deinde interpositis quibusdam, dr ꝙ domus Ioseph, quę erat alia tribus ascendit in Bethel, & cepit ciuitatem quodam viro ciuitatis demonstrante loca, per quę capi posset, & dr, ꝙ non occiderunt oēs, quia euasit progenies illius viri, qui demonstrauit modum capiendi ciuitatem. Sed fortè rñdebit aliquis, ꝙ ille locus, de quo ibi agitur vocabat Bethel, sed erat alius locus eiusdem noīs, sed hoc non obstante vocetur Ierusalem Bethel. Sed ista rñsio falsa est, qa ille locus, de quo agitur ibi, & de quo agitur hic, idem sunt, pater, quia ille vocatur Luza, vt patet ibidem, & iste Bethel locus, de quo hic, ẽt ante vocabat Bethel, necessario ergo dicendum, ꝙ idem Bethel accipitur hic, & ibi: nec sunt plura loca vocata Bethel, & licet vocentur, vt diximus, ñ idem locus vocat hic Bethel, & ibidem, nec accipi potest pro Ierusalem. Sed isti doctores errant ignorantes distinctiones situum locorũ pp quasdam similitudines, & sicut errant in isto noīe Bethel applicantes illud Ierusalem: quia hic dr, ꝙ Luza idẽ est, ꝙ Bethel. *Vouit etiam votum.* Quia hic Deus eum consolatus fuerat, & repromissiones patrũ suorum confirmauerat, ipse Iacob gratias tãto beneficio reddens vouit dare hic decimas omnium suorũ, & facere alia spiritualia. *Si fuerit Deus mecum.* Dirigendo negotia, & statum meũ. *Et custodierit me.* i. auferendo omne malum. *In via, in q ambulo.* Vocat viam nõ solum viam de Bersabee vsq; ad Mesopotamiam, sed etiã totam peregrinationem in Mesopotamiã, licèt specialiter vocet viam, qñ nondum accesserat ad Mesopotamiam. Et in hac magis timebat, quàm si staret in Mesopotamia, quia viarum ignarus erat, & pericula multa erant. *Et dederit mihi panem ad uescendum.* Per quẽ cõseruatur homo in esse naturali individuali per intrinseca. *Et uestimentum ad induendum.* Hoc est ad conseruationem indiuidui per exteriora, scilicet nociua expellendo, & ideo sicut cibus ponitur principium vitæ humanæ, ita vestimentum, siue domus, quod ad idem redeunt. vt patet Ecclesiast. 29. c. initium vitę hominis panis, & aqua, & vestimentũ, & domus protegens turpitudinẽ. *Reuersusque fuero prosperè ad domum patris mei.* Quia non intendebat manere in Mesopotamia, sed redire. vt dixerat ei mater sua Rebecca. *Erit mihi dominus in Deum.* Idest iste dominus, qui mihi apparuit hic, & qui excellentissimè dominus, & Deus est. *Erit mihi in Deum.* Idest ego colam eum, vt Deum. Sed obijcitur, quia sicut fit in alijs promissionibus conditionalitur, quia sicut fit in alijs promissionibus conditionalibus. (Expectat enim promissio actus ex euentu conditionis) si non fuerit completa conditio, non erit obligatio ad actum: sed hic dixit Iacob si Deus direxerit me &c. erit mihi Deus. Si ergo non steterisset condi-
tio, scilicet, quòd Deus non dedisset ei vestitum sufficienter, vel victum, vel permisisset eum in manibus hostium, videtur, quòd non tenebatur colere Deum illum, qui verus erat. Sed hoc falsum est, quia quocunque modo nobis res eueniant, nihilominus tenemur Deum colere.

Item quia votum, cùm sit spontanea promissio, nõ potest esse de his, ad quæ coacti tenemur, sed omnes tenemur naturaliter ad colendum Deum, quia est præceptum Decalogi, ergo non poterit de hoc votum fieri.

Respondetur, quòd Iacob non vouit accipere dominum in Deum, vel tenere eum pro Deo: sed vouit, quòd ei specialem cultum exhiberet, ad quem non tenebatur. Omnes enim homines Deum naturaliter cognoscentes, vt ponit Apostolus ad Rom. 1. tenentur ei maximum honorem exhibere, cum eũ cognoscant vt summum Deum, & tunc summum bonum, & summam cautam, & iste honor principaliter consistit in anima, cum se ei totã offert, vt ait beatus Ioan nes 4. cap. Deus spiritus est & eos, qui eum adorant, oportet in spiritu adorare. Sed quia iste honor, nõdum perfectus est, quousque in exteriori opere demonstretur, quod ad maiorem Dei laudem pertinet, scilicet, vt vno bene agente reliqui ad bene agendum inciten tur, ideo tenetur homo Deum naturaliter colere in quadam exhibitione reuerentiæ in actu exteriori, sed quòd illud obsequium exterius tale, vel tale, tantum, aut tantum sit a pura voluntate, & legis positione diuina, vel humana est. Quia ergo reddere decimas est quidam cultus specialis Dei, non tenebatur ad hunc cultum Iacob, licet Abraham ante decimas dederat, vt patet supra 14. c. Poterat ergo vouere quantum ad hoc Iacob, quòd dominus esset Deus eius. i. quod ipse coleret eum quodam cultu speciali, scilicet reddendo decimas. *Et lapis iste, quem erexi.* Satis credẽdum puto quòd ipse lapis erectus immobilisq; permanet vsq; ad reditum Iacob, quia licet aliqui accederent ad istum locum Deus dabat eis in mentem ne lapidem illum mouerent, vt reperiret Iacob memoriale suum ad faciendum altare Domino, vel forte si aliquo casu caderet, Deus erigebat illum, sicut est de orbitarũ vestigijs, quæ fecerunt currus pharaonis, apud mare rubrum. Nam vsq; hodie permanent extra aquã, & intra aquam, & ab omnibus transeuntibus videnť. *Erexi in titulum.* Idest in signum, vel memoriale visionis diuinę ibidem factę. *Vocabitur domus Dei.* Idest in isto loco iste lapis vocabitur domus Dei, & hoc fuit, quia fecerat vocari domus Dei, & hoc fuit, quia fabricauit ibi altare Iacob, quod vocatur domus Dei, vel quia fecit ibi aliquod coopertorium, vel circuitum vt locus altaris remotior esset a locis prophanis; & illud vocabatur domus, de hoc infra 35. c. Cunctorum, quæ dederis mihi decimas offeram, vt patet infra 35. c. & ibi magis declarabitur.

Cibus est vitæ humanæ principium.

Obiectio tollitur.

Cõfutatio opinionis Nicolai de noībus Ierusalem.

Aliquorũ rñsio.

Cõfutatio

I

K

Venit

Venit Iacob primo ad puteum, & ad Laban, & seruit pro Rachel: supponitur Lia, & iterum seruit pro Rachel: Lia quatuor filios peperit Rachele sterili.

A

Cap. XXIX.

B

REFECTVS Ergo Iacob venit in terram Orientalem. Et vidit puteum in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum: nam ex illo adaquabantur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur, moriſque erat, vt cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem, & refectis gregibus, rursum super os putei ponerent. Dixitque ad pastores: Fratres, vnde estis? Qui responderunt De Aran. Quos interrogans. Nunquid, C
ait, nostis Laban filium Nachor? Dixerunt: Nouimus. Sanus ne est? inquit: valet inquiunt: Et ecce Rachel filia eius venit cum grege suo. Dixitque Iacob: Adhuc multum diei super est, nec est tempus, vt reducantur ad caulas greges: date ante potum ouibus, & sic eas ad pastum reducite. Qui responderunt: Non possumus, donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem de ore putei, vt adaque- D
mus greges. Adhuc loquebantur, & ecce Rachel veniebat cum ouibus patris sui: nam gregem ipsa pascebat. Quam cum vidisset Iacob, & sciret consobrinam suam, oueſque Laban auunculi sui; amouit lapidem quo puteus claudebatur. Et adaquato grege, osculatus est eam: & eleuata voce fleuit. Et indicauit ei, quòd frater esset patris sui, & filius Rebeccæ: at illa festinans nunciauit patri suo. Qui cum audisset venisse Iacob filium sororis suæ, cucurrit obuiam E
ei: complexuſque eum, & in oscula ruens, duxit in domum suam. Auditis autem causis itineris, respondit: Os meum es, & caro mea. Et postquàm impleti sunt dies mensis vnius, dixit ei: Num, quia frater meus es, gratis seruies mihi? Dic quid mercedis accipias. Habebat verò duas filias, nomen maioris Lia: minor verò appellabatur Rachel. Sed Lia lippis erat oculis, Rachel decora facie, & venusto aspectu. Quam diligens Iacob ait: Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore septem annis. Respondit Laban: Melius est, vt tibi eandem, quàm alteri viro, mane apud me. Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septem annis, & videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine. Dixitque ad Laban: Da mihi vxorem meam, quia iam tempus impletum est, vt ingrediar ad illam. Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias. Et vespere Liam filiam suam introduxit ad eum, Dans ancillam filiæ Zelpham nomine. Ad quam cum ex more Iacob fuisset ingressus, facto mane vidit Liam, & dixit ad socerum suum: Quid est quod facere voluisti? Nonne pro Rachel seruiui tibi? Quare imposuisti mihi? Respondit Laban: Non est in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias: impleb hebdomadam dierum huius copulæ, & hanc quoque dabo tibi pro opere, quo seruiturus es mihi septem annis alijs. Acquieuit placito: & hebdomada transacta, Rachel duxit vxorem. Cui pater seruam Balam tradiderat. Tandemque potitus optatis nuptijs amorem sequentis priori prætulit, seruiens apud eum septem annis alijs. Videns autem Dominus, quòd despiceret Liam, aperuit vulvam eius, sorore sterili permanente. Quæ conceptum genuit filium, vocauitque nomen eius Ruben, dicens: Vidit Dominus humilitatem meam, nunc amabit me vir meus. Rursumque concepit, & peperit filium, & ait: Quoniam vidit me dominus haberi contemptui, dedit etiam istum mihi. Vocauitque nomen eius Si- 1. Paral. 2.
meon. Concepitque tertio, & genuit alium filium, dixitque: Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eò quòd pepererim ei tres filios, & idcirco appellauit men eius Leui. quarto concepit, & peperit filium, & ait: Modo confitebor Domino. Et ob hoc vocauit eum Iudam; Cessauitque parere.

Iacta 43.

PROFECTVS. Descripta Iacob posteritate in diuina reuelatione, hic consequenter describitur in actuali multiplicatione, & quia istam prolem consecutus fuit per coniugium, coniuginm autem per obsequium, quod fuit post itineris terminum, ideo & hic ponuntur quatuor. Primo exprimit scriptura laboriosæ viæ terminum: secundo laboriosum obsequium, ibi: *Et postquam*. Tertio laboris præmium, scilicet coniugium, ibi. *Dixitque ad Laban*. Quarto coniugij fructum. ibi. *Videns autem dominus*. Circa primum. *Profectus ergo Iacob*. Ideſt ambulans per dietas suas. *Venit in terram Orientalem*. Ista terra Orientalis est quędam terra, in qua pascebantur greges iuxta ciuitatem Aran, in qua morabatur Laban, & vocatur Orientalis, quia Mesopotamia Orientalis est respectu totius terræ Chanaan, maximè respectu Bersabee, de qua exierat. Et hoc patet, quia venientes de Mesopotamia in terra Chanaan intrabant per partem Orientalem eius, scilicet per Bethel apud Iericho, quæ in fronte Orientis terræ promissionis est, vt in multis locis declaratum est. Etiam non solum terra Mesopotamiæ est Orientalis respectu terræ Moab: terra tamen Moab est Orientalior terra Chanaan, cum coniungatur extremitas eius fronti Orientali terræ Chanaan, scilicet apud mare mortuum, vt patet in libro de Diuisione terræ Sanctæ. Mare autem mortuum est in Oriente terræ Chanaan, vt patet Numeri trigesimoquarto cap. Antecedens patet, scilicet, quòd Mesopotamia sit magis Orientalis quàm terra Moab, quia cum Balaam staret in terra Moab duxit de Aran Balac Rex Moabitarum de montibus Orientis. Et sciendum, quòd Mesopotamia non est totaliter Orientalis respectu terræ Chanaan, sed etiam aliquo modo est Septentrionalis, quia iacet inter duo magna flumina, scilicet Tigrim à Septentrione, & Euphratem à meridie. Terra autem Chanaan à Septentrione habet Euphratem, vt declaratum fuit latè supra vigesimoquarto capit. nullæ enim terræ sic se habent, quòd vna sit totaliter, & directè Orientalis ad aliam, nisi sint ambæ sub eodem gradu eleuationis poli, vel latitudinis ab æquinoctiali. Sed si vna habeat latitudinem. 41. graduum quemadmodum ciuitas ista Salamantica, & alia latitudinem. 32. graduum, vt est Ierusalem, non dicemus, ꝙ vnus locus sit totaliter Orientalis ad alterum, ideo sequitur ꝙ nulla duo loca duorũ climatum sunt inter se directè Orientalia magis, vel minus, unus respectu alterius, ratio quia duobus climatibus nunquam est eadem poli eleuatio, vel ab æquinoctiali latitudo. *Vidit puteum in agro*. In quo adaquabantur greges, quia terra illa non multum abundat in aquis, licèt magna flumina in circuitu habeat. *Tresque greges ouium*. Scilicet trium dominorum. *Accubantes*. Scilicet post pastum. *Iuxta eum*. Ideſt puteũ expectando, vt alia pecora venirent, & ablato lapide de ore putei biberent simul iuxta consuetudinem terræ illius. *Nam ex illo*. Istud est redditiuum rationis superioris dicti, scilicet quare accubabant greges circa puteum. Reddit causam, quia ibi adaquabantur. *Et os eius grandi lapide claudebatur*. Ne quilibet pastor veniens singulariter quandocunque veniret adaquaret pecora sua, est enim preciosa aqua in terra illa propter raritatem in locis pascuorum. *Deuolueretur lapis*. Scilicet ab omnibus pastoribus, iste mos introductus fuerat propter paucitatem aquæ ne frustra consumetur, & si fortè aliqui pastores sine alijs, qui ibi solebant pascere gregem, puteum aperirent, pœnam incurrerẽt. *Et refectis gregibus*. Ideſt satiatis potu. *Rursum super os*

Quæ terra sit ista Orientalis.

putei ponceretur. Ne aqua inordinatè hauriretur, & pẽcora potu carerent. *Fratres vnde estis*. Fratres vocauit pastores, vt familiaritatem captaret, quia frater nomen amoris, familiaritatis, & æqualitatis est. *Vnde estis*? Nesciebat eos esse de Aran, ex quo patet, quòd ciuitas non erat multum propinqua, quia si prope ciuitatem fuissent satis constabat eos esse de pastoribus ciuitatis: distabat autem ciuitas ita, quòd existimari poterat eos de alijs locis esse. *Nostis Laban*. De hoc interrogauit, quia ad hunc principaliter mittebatur, vt maneret apud eum. *Filium Nachor*. Quare non nominauit eum filium Bathuelis, cum Bathuel fuerit pater eius immediatè, & non Nachor, qui auus erat?

Quare ipse petiuit eos fratres.

Quæst. 4. Cur non nominauit filium Bathuelis.

Respondetur, quòd secundum communem regulam denominatio à digniori fit, & quia Nachor nobilior, & dignior erat Bathuele, ideo nominauit Nachor, vel melius, quia Nachor erat caput generis in loco illo, ideo nominauit filium Nachor, ideſt de stirpe Nachor, & hoc patet supra 24. capit. vbi dicitur, quòd Eliezer seruus Abrahæ iuit in vrbem Nachor, ideſt in ciuitatem, quam fortè ipse condiderat, vel in qua ipse caput principalioris generis erat. *Sanus ne est, inquit*. Supple Iacob. *Inquit*. Ideſt dixit. *Nesne est, inquit*. Supple l

quando loquitur contra Babylonios, vel Assyrios, vel contra Syriam, & Israel, & alias gentes inuadentes Iudam. Sic etiam cum Deus consolaretur Iudam de malo sterilitatis, quod acciderat, ait Ioel. 3. cap. & descendere faciet ad vos hymbrem matutinum, atque serotinum in principio, & implebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino, & oleo, & reddam vobis annos, quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & erucа. Hic autem non consolatur Deus Iacob de aliquo malo maximè de illo, quod valde recens esset, quia in eadem die factū, ergo videtur, q̄ nihil tale contigit. Item quia. infra 33. c. cum Iacob rediret de Mesopotamia, Esau exiuit in occursum eius ad recipiendum eum honorificè, quod non fecisset si talia in eū commisisset: non. n. tantum amorem mōstrasset, nec etiā Iacob tanti amoris verba ei diceret, quia viderentur adulatoria. s. sic vidi vultum tuum, quasi viderem vultum angeli. infra 33. cap. Dicendum ergo videtur, quòd Iacob solus de patria sua recessit pecunias nullas portans, nisi quæ viæ impensis abundarent, q̄ autē fleuerit rationes superiores eum induxerunt, scilicet mentis teneritudo, & amor, quia cognatus erat, vel fortè, quia non habuit quid daret, non tamen dolens aliqua sibi ablata. *Et indicauit ei.* Ideſt Racheli. *Quòd frater patris eius esset.* Vocat se Iacob fratrem Laban patris Rachel, non q̄ frater sit, sed more Hebræi sermonis, in quo omnes de eadem cognatione fratres vocātur, siue sint æquales, siue maiores, dum tū non sint per lineam rectam, quia illi non vocantur à minoribus fratres, sed patres, vel maiores, licet ipsi maiores aliquando filios, vel alios minores fratres vocent, vt patet infra 31. cap. vbi Laban & Iacob vocauerunt filios suos fratres suos. Non est iste ordo rei gestæ, qui hic ponitur, quia primo cognouit Iacob, q̄ Rachel cōsobrina eius esset antequam vellet eam osculari. Quia cū vir sanctus, & honestus esset, nō desiderasset puellam decoram, cui nihil attinebat, osculari, quia inhonestum valde esset, & nō solum hoc. immo ēt ipsa Rachel puella verecunda, & in moribus valde instructa non suscepisset osculum, nisi prius cognosceret, an cognatus ille esset, cuius honestè oscula recipere posset. *At illa festinans nunciauit patri suo.* Quia fortè pater suus manebat ibidem in pascuis, quod innuitur, cum dicitur infra q̄ Laban amplexus Iacob duxit eum in domum suam. q.d. q̄ quādo osculatus fuit eum non erat in ciuitate in domo sua, sed manebat in pascuis, & hæc fortè erat potissima causa, quare Rachel honestè ambulabat in pascuis apud alios pastores, quia existente ibi patre suo sine aliqua criminis suspitione maneret. *Cucurrit ei obuiam.* Ex magna lætitia, gaudebat enim videre semen fororis suæ, cui sic imprecatus fuerat ipse, & omnes alij cognati. supra 24. cap. dicentes soror nostra es, crescas in millia. *Et in oscula ruens,* Ruere in oscula est cum impetu osculari, quod pertinet ad diligentes se, qui a magnis temporibus se mutuo non uiderunt, quia ibi impetus amoris, & gaudij excedentis osculari leuiter non sinit quemadmodum in illis, qui sæpius ex vrbano amore se leuiter, & delicate osculantur, quod indicat ibi passionem non intercidere amoris. *Duxit eum in domum suam.* Quia tunc erant in pascuis, sed ut festum faceret lætitiæ de aduētu Iacob, ideo duxit eum in ciuitatem ad domū suā. *Auditis causis itineris.* Quæ duæ erant principaliter, scilicet odium fratris, & secunda, vt acciperet vxorem de filiabus Laban. *Os meum, & caro mea es.* Secundum illos, qui ponunt fuisse Iacob in via expoliatum, quod supra improbauimus, est sensus, licèt venias vacuus mihi nullā utilitatem apportans, quia tamen os meū, & caro mea es, ideſt quia es meus consanguineus, & sicut ambo de eodem sanguine, & carne, scilicet descendentes à carne, & sanguine Thare, in quo prima istorum identitas, & immediatior erat. Recipiam te libentèt. Vel aliter, quia Iacob exponens suī itineris causas dixit se ad accipiendum vxorem de filiabus Laban venire. Respondit Laban. *O. meum & caro es.* Ideſt, quia es meus consanguineus magis volo tibi dare aliquam de filiabus meis, quàm alteri viro, quia homines tunc libentius dabant filias suas viris de cognatione sua quàm alteris. Hic ponitur secundum, scilicet laboriosum obsequium. *Et postquam expleti sunt dies mensis vnius.* In isto mense seruiuit Iacob Laban, & nihil de precio conuentum fuit, quia in illo mense probauit Laban conuersationem Iacob, & diligentiam in opere commisso sibi, cum autem cognouit eum virum industrium in cura pastorali, voluit conuenire, ut non recederet ab eo, & ut libentius ipsi Laban seruiret. *Nunquid, quia frater meus es gratis seruies mihi?* Quasi dicat non est rationabile, quod etiam si sis de cognatione mea, propter hoc seruias mihi gratis, ideſt sine retributione, vel precio. *Dic quid mercedis accipies.* Volebat Laban complacere Iacob, vt diligens esset circa rerum suarum custodiam, & meliorationem, ideo dedit ei electionem in mercede. *Quid mercedis accipies?* Ideſt quam mercedem vis accipere? non debet legi per modum interrogāris de eo, quod postea contingeret, quia nesciebat Iacob quid in futurum acceptarus esset, cum nondum conuentum esset, nec aliquis eum de hoc interrogaret, sed Labā inquirebat de voluntate eius, scilicet quid vellet accipere, & hoc quærebat, quia volebat ei complacere. *Habebat uero filias duas.* Hoc ponit, quia Iacob petiit vnam de istis pro mercede ei dari. *Sed Lia lippis erat oculis.* Ideſt lippositis, & est lippis ablatiui casus, sicut dicimus homo pulcher pedibus, ex vi proprietatis in Hebræo dicitur. *Quòd Lia oculos teneros habebat.* Scilicet, q̄ oculi eius ex teneritudine eorum multum plorabant, & sic videbatur lipposa esse. Multi enim homines sunt, qui oculos ita teneros habent, q̄ à coloribus fortibus, vt a magna albedine pati non possunt, & si aliquandiu patiantur effundunt lachrymas, & ideo isti videntur semper lugentes, quod valde causat deformitatem maximè in mulieribus, ideo ponitur ista macula ad notandum quare Iacob magis elegerit Rachel quàm Liā, cum maior esset Lia, & cæteris paribus debuisset eam accipere, quia maiores filiæ primo maritari deberēt, & hoc fuit, quo se defendit Laban à Iacob, quando in nocte nuptiarum tradidit ei clam Liam pro Rachele. *Rachel decora facie.* Quia vultum elegantem habebat, viuido, & suaui colore, optimisque lineamentis dispositum, & venusto aspectu, ideſt pulchro, quasi dicat non solum in facie decora erat, in qua principaliter consistit pulchritudo, sed etiam in toto corpore habens omnia membra, & staturam proportionatam iuxta mensuram formæ muliebris. De Lia autem dicunt Iudæi, quòd ipsa teneros oculos habebat ex continuo fletu, quia timebat, quòd Esau filio Rebeccæ traderetur in uxorem, ideo semper plorabat, & motiuum est, quia Laban, & Rebecca erant fratres, & Rebecca habebat duos filios, & Laban duas filias. videbatur, ergo rationabiliter, quòd maior filius Rebeccę maiori filiæ Laban, & minor filius minori filiæ matrimonialiter copulari debebant, scilicet Esau Liæ, & Iacob, Rachel. Sed ista fraudula, & ridicula sunt, quia Lia non cognoscebat Esau, nec fortè eum vnquam nominari audiuerat: maximè, quia dato, quod eum audisset nominari multi anni erant, à quibus contraxerat matrimonium Esau, quia erant anni quasi quadraginta, cum Iacob esset annorū quasi 80. cum accepit in uxorem Rachel, de quo infra dicetur fm ueritatem Iacob erat annorū 84. q̄n accepit uxorē: nam

Respōsio Doctoris.

Ruere in oscula quid.

Tempore Iacob libērius homines filias dabāt affinibus quàm alteri.

nam vxorem accepit ad consumandum matrimonium septem annis postquā venit in Mesopotamiā, vt patet hic, sed in Mesopotamiam venit quando erat annorum. 77. vt declarauimus supra 27. cap. ergo 84. annorum erat, quando accepit vxorem. Videtur ergo ex hoc, q̄ ante natiuitatem Liæ, vel quasi acceperit Esau vxorem, quia non esset tunc Lia annorum. 40. in tam magna. n. ætate non mansisset immaritata. Dicēdum, ergo q̄ lippitudo Liæ naturalis ei erat, & non ex fletu. *Quam diligens Iacob.* s. Rachelem. Sed fortè dicetur, q̄ Iacob peccauit in hoc, quia propter pulchritudinem ꝯxit, qui. n. contrahit pp pulchritudinē non prolem intendit, sed explendam libidinē, velle aūt explere libidinem vitium est. Rūdetur, q̄ Iacob licitè de siderauit pulchritudinē, est. n. pulchritudo donū Dei quoddam naturaliter datum, quo aliquo modo vti bene possumus, frui aūt non. Ideo rūdent aliqui, q̄ dicere Iacob accepisse cōiugem pp pulchritudinē intelligitur dupliciter, vel vt particula pp, denominet causam finalē, vel motiuam. Si aūt nominet causam finalem, illicitum valde est, quia tunc non intenditur proles, sed pulchritudo, quæ est paruum bonum ad fruēdum ea libidinosè, & cum hic cōuertat fruitio ad bonum creatum, magna abusio, & peruersio ordinis est, ideo peccatum. Si aūt dicat causam motiuā, siue impulsiuam, quæ reducitur ad efficientē, non dicūt esse malum. Sed non videtur mihi sic dicendū, quia quocunque modo ipsum matrimoniū fiat, nisi pp prolē procreandam, vel vt cohibeatur immoderata libido terminata regulis matrimonialibus, ne hō sine vxore existens intra se vratur, & ad illicitam libidinē occasio detur, de quo Apostolus 1. ad Cor. 7. c. Melius est nubere quam vri. Et ibidem: Vnusquisq; vxorem suam habeat propter fornicationē. s. euitandam: illicitè fit, licèt magis illicitè, quando causa illicita est finalis, quàm reducta ad efficientem.

Videtur ergo dicendum, q̄ aliud est cōtrahere matrimonium propter pulchritudinem, vel ꝯhere cum ista, vel ista muliere propter pulchritudinem. Nullus enim honestè ad contrahendū matrimonium mouetur nisi pōt, nisi dupliciter. s. vel vt prolem habeat, vel vt se à malo cohibeat. s. ne in vetitas libidines incidat, cum licitam non habuerit. Aliæ aūt causæ ꝯhendi vel finales, vel motiuæ illicitæ sunt. Sed q̄ aliquis determinet se ad istam, vel ad illam mulierem, vt cum illa contrahat matrimonium, nullum illicitum importat, verbi gratia ponatur, q̄ aliquis nunc deliberet quem statum vitæ assumet, & fortè tunc dicit volo matrimonium contrahere, quia potero habere pulchram vxorem, & delectabor cum ea: iste valde illicitus finis est, vel si dicat volo contrahere matrimoniū, & gignam prolē, & etiam delectabor carnaliter, ita q̄ proles sit ibi causa potior, delectatio autem sit causa secundaria, & nō finalis, sed motiua, etiam illicitum est. Si tū ille inquirens de conditione status dixit se velle cōtrahere matrimonium, vt prolē gigneret: deinde inquirens vxorem determinauit se magis ad hanc quàm ad illam, quia pulchrior erat, hoc non est illicitum: causa aūt diuersitatis est, quia in superiori q̄n in mr̄imonio q̄ritur pulchritudo intenditur malum, vel primo, vel secundario, q̄n aūt secundo vult istam, vel illam vxorem pp pulchritudinem non intenditur delectatio per se primario, nec secundario, sed per accidens. s. vt excutiens à malo, quia iste accipit vxorem pulchram, nō vt magis delectetur, sed vt habens eam magis cōtentus sit, & incitetur ad quærendum concubitum non adulterinum. Iacob autem sic egit, quia non iunxit matrimonium pp pulchritudinē, quia iam intendebat ꝯtrahere matrimoniū solum propter prolem, scilicet vt cōplerentur in eo promissiones, scilicet q̄ in semine suo

Alph. Tost. super Gen.

benedicerentur omnes gentes. Ex iis aūt patet leuiter solutio ad obiecta. *Seruiam tibi pro Rachele filia tua septem annis.* Dixit ista Iacob, quia viris accipientibus vxores consuetudo erat dare donationem propter nuptias, & quia Iacob in terra illa nihil habebat, quod daret posito, q̄ sciret ad se bonorum paternorum medietatem spectare, noluit dare ista loco donationis propter nuptias, sed non solum accipiendo vxorem Iacob ipsam vxorem nudam accipere debebat, sed etiam vxorem cum dote. Sed in hoc grauauit Laban Iacob, quia cū debuisset ei dare Rachelem, vel Liam non solum eas dare debebat, sed etiam dotes earum, sed nihil dedit coegitque magis pro aliquali substātia ad sustentāda onera matrimonij maiori vltra tempore seruire, scilicet septem annis prēter annos, quibus finierat pro filiabus infra seq. cap. & in hoc ēt Laban grauauit filias suas præter grauamē Iacob, quia pater tradens nuptui filiam suam debet ei dare dotem ad sustentanda onera matrimonij, si habet vnde: Laban autē diues valde nihil dedit filiabus suis pro dote, sed vendidit eas Iacob pro seruitio. 14. annorum, & ideo filiæ Laban cō querebantur de patre suo propter hoc, vt patet infra 31. c. dicentes, nunquid habemus residui quicquam in facultatibus, & hæreditate domus patris nostri? nōne quasi alienas reputauit nos, & vendidit comeditque precium nostrum? Sed Deus tulit opes patris nostri, & nobis eas tradidit, & liberis nostris. *Melius est, vt dem eā tibi quàm alteri viro.* Quia tu es de cognatione mea, extraneis autem non libenter filias suas dabant, quia non erat tantus amor vicissim, & affligebantur vxores. Et hoc patet, quia q̄n Laban, & Iacob inierunt iuramentum, & pactum in terra Galaad Laban coniurauit Iacob, ne vnquam affligeret filias eius, nec induceret super eas alias uxores, ut patet infra 31. cap. *Mane apud me.* Seruiendo in opere pastorali, quia enim in hoc Iacob industrius vir erat, rogabat eum Laban persuadendo, vt maneret cum eo. *Et uidebantur illi pauci dies præ amoris magnitudine.* Iste amor fuit castus non excedens metas matrimonij, nec vt frueretur pulchritudine, sed quia pulchritudo incitauerat eum, & boni mores ad accipiendum Rachelem magis quàm Liā, & multum contentus erat eam habens. Sed dicet aliquis, quòd iste amor fuit inordinatus, quia ita ardens erat, quod videbantur tanti dies pauci præ amoris magnitudine, & communiter dicunt sancti Doctores, quòd vehemens amator vxoris in propria vxore adulter est. Respondetur, quòd nimietas amoris, siue magnus ardor stat dupliciter, quia aut amator nimius vxoris præponit illam Deo, scilicet intendens frui delectatione vxoria, & ad hoc totus tendit, & tunc verū est, quòd nimius amator vxoris in propria vxore adulter est, quia peruertit ordinem diligendi fruendo vtibili, & utendo fruibili, quæ mutatio sine crimine nunquam est. Nam diligere uxorem licitum ualde est, quia sic mandauit Apostolus ad Ephe. 5. cap. scilicet viri diligite vxores uestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam, & post hoc viri diligite vxores uestras, sicut corpora vestra: diligere etiam parentes, & filios est de bonis, & pulchris, atque eligibilibus secundum naturam, ut dicit Aristot. 7. Ethi. & in hoc, q̄ aliquis amat ista non peccat, sed in quibusdam superabundantijs. Nam aliquis potest illicitè amare filios, scilicet ut tantum amet, quòd præponat amorem cōrum amori Dei, & conqueratur de Deo propter aliqua mala inflicta illis, ut ponit Philosophus exemplū dum Niobe, uel si aliquis tantum amet patrem, quòd excedat volens ei in omnibus complacere, sicut dicit ibi Philosophus de quodam uiro, qui dicebatur Satyrus ab amore patris cognominatus Philopater, tantū.

Cap. 4.

Universidad de Deusto Biblioteca

n.mabat, q̄ videbatur dissipere. Si ergo isti moraliter videntur excedere quanto magis in comparatione ad illud summum bonum fruibile, respectu cuius stat dirigere amorem, vel peruertere in hoc, q̄ eum magis aut minus amamus, quam alias res. Nam cum sit in maximo gradu bonorum ex natura sua est maximè diligibile. Si autem aliquis amèt aliquam rem magis quàm debet, peruertit ordinem naturalem bonorum, q̄ est vti fruendo, & frui vtibili, in quo omnis peccati radix consistit. Sic ergo si vir præponat amorē vxoris amori Dei. Si tamen vir diligat ardenter vxorē. infra tamen metas matrimonij, scilicet, q̄ non præponat amorem eius amori Dei, scilicet, q̄ si ipsa non esset vxor eius, etiam si esset ita pulchra sicut est, ipse nō eligeret cognoscere eam carnaliter, talis amor, ēt si sit ardēs, nō est peccatū mortale, quia nō variat ordo, sed est quoddam veniale peccatum, quod Aug. cōputat inter illa, quæ Apostolus nominat, scilicet lignum fœnum, & stipula, vt patet per magistrum Senten. lib. 4. distin. 24. quia Apostolus in ijs dat indulgētiam, vt patet primo ad Corin. 7. cap. & ideo dicit Aug. q̄ peccatum quod alias esset mortale, efficitur veniale, ppter bonum coniugale, vt patet per magistrum Sententiarum lib. 4. dist. 27.

Quæst. 2. Quo dicitur hic, q̄ videbatur dies isti pauci præ amoris magnitudine.

Sed quæritur quō dicit hic, q̄ videbantur dies isti pauci præ amoris magnitudine, immo deberent multi dies videri, quia spes, quę differtur affligit animam, vt patet Prouerb. 13. cap. amanti. n. nulla mora parua est, quia cum amor sit vinculum vnitiuum iungens amantem amato, & quælibet mora eos inuitos, renitentesque distrahat, omnis mora eis odiosa erit. Patet enim in amantibus, si enim aliquis amore ęstuauerit, si cupita forma caruerit paulisper desiccabitur, & potentes infirmitates in eo inducentur, vt dicunt medici de quadā passione, quæ vocatur amor hęreos causata ex apprehensione cerræ formæ, cuius remedia vide p

Responsio ad quæstū q̄stionis. cos, & per Ouid. in lib. de remedio amoris. Rndet magister in historia scholastica, q̄ hic non dr, q̄ videbantur illi parui dies, sed pauci, quia desideranti animo ēt ipsa velocitas tarda est. Sed dr pauci, quia videbatur ei q̄ rem tam amabilem pauco precio emisset, pluribus enim annis seruiuisset pro ea, prius quàm ea caruisset,

Responsio doctoris. vel vt vult Hieronymus accipiūtur dies pro labore ipsorum dierum, quia licèt dies multi viderentur, tñ labor, quem tolerare debebat, paucus labor videbatur. Vel dicendum clarius, & in radice, q̄ istos dies expectare Iacob satis durum erat, sed tamen adhuc nō existimabat hunc laborem tanto bono æqualem esse, qa etiam si dictum fuisset Iacob, quòd seruiret annis. 15. pro Rachel seruiret etiam amplius, tanto amore (honesto tamen) tenebatur. Nullus enim labor magnus videtur amanti, ignes non timet, niues spernit, gladijs se opponit, & omnia pericula sibi grata reputat, dum tamen consequatur amatum, vt ponit Seneca tragędia. 4. quæ dicitur Hippolytus, cum Phedra flagrans amore Hippolytum verbis teneris loquitur ad eum dicens in carmine quinto.

Me vel sororem hippolyte, vel famulam voca.
Famulaque potius omne seruitium feram:
Non me per altas ire, si iubeas niues
Tigeat, gelatis ingredi pindi iugis.
Non si per ignes ire, & infesta agmina.
Cuncter paratis ensibus pectus dare.
Mandata recipe sceptra, me famulam accipe.
Te imperia regere, me decet iussa exequi.
Muliebre non est regna tutari patris.
Tu qui iuuentæ flore prim tuo uiges.
Ciues paterno fortis imperio rege.
Sinu receptam supplicem, ac seruam rege
Miserere uidua.

Est amor ad omnia audax, vt ait Ouid. Met. lib. 4. tractans de Pyramo, & Tisbe. Est enim amor fortis, vt habetur canticorum. 8. c. Fortis est, ut mors dilectio, & dura, ut infernus æmulatio: lampades eius lāpades ignis, aquæ multæ non poterunt extinguere eam. Iō Orpheus, qui omnia superans deos cantibus uicerat, amorem vincere non potuit, ut patet prima tragedia Senecæ, quæ dicit Hercules furens carmine septimo:

Immites potuit flectere cantibus
Vmbrarum dominos, & uoce supplici.

De hoc etiam Boetius de consola. lib. 3. Metro Felix, qui potuit. Tanta. n. amoris viuacitas, & vulnerādi potestas est, vt ab antiquis sagittas, & faculas habere diceretur, de quo Seneca tragędia quarta quæ dicitur Hippolytus ait carmine tertio.

Diua non mitti generata ponto
Quam uocat matrem geminus cupido.
Nulla pax isti puero: per orbem
Spergit effusas agilis sagittas:
Tela quæ certo iaculatur arcu.
Non habet latam data plaga frontem
Mouit hos æstus iuuenum feroces.
Concitat flammas, fenibus que fossis.

Dixitque ad Laban. *Da mihi uxorem meam.* Hoc, dixit Iacob pertransitis septem annis, quibus ex pacto pro Rachel seruierat: *Quia iam tempus est expletum.* Scilicet quod tecum pepigi. *Vt ingrediar ad eam.* Scilicet ad consumandum matrimonium carnaliter ad prolem procreandam.

Sed in hoc dubium est vtrum Iacob contraxisset à principio illorum septem annorum cum Rachel per verba de præsenti, vel si manebat contractus futurus post seruitium. Et dicet aliquis fortè, q̄ non fuerit matrimoniū factum per verba de pñti vsq; ad completū seruitium, & videtur rō, quia si immediatè p̄xistent p verba de p̄senti, cū per hoc efficeretur Rachel vxor Iacob q̄cunq; vellet petere ab ea debitū teneret dare, & cognosceret eam carnaliter, sed hoc erat p̄ intentionē Laban, quia nolebat, q̄ accederet ad eā carnaliter, vsquequo cōplerentur septē anni, vt solicitè laboraret ex spectans tñ bonū. Antecedēs patet, q̄ vir nō habet ptātem corporis sui, sed mulier, & mulier non habet ptātem corporis sui, sed vir, vt patet 1. ad Cor. 7. c. Rndetur, q̄ à principio cōuentionis seruitij fuit p̄ctum matrimoniū per verba de pñti, sed suspensa fuit cōsumatio per carnalē copulam ex voluntate Laban, vsq; ad annos septē, in quibus maneret Rachel sub potestate Labā, & nihil posset ei p̄cipere Iacob, nec quātum ad coniugalē copulā, nec quantū ad alia obsęqa, donec ei traderet à patre post septē annos, & hoc fecit Labā, vt diligētius se hrēt circa res suas expectādo tñ bonum, qđ nō fecisset si immediatè potitus fuisset bono desiderato. Et patet hoc, qa dr in litera, q̄ Iacob dixit ad Labā cōpletis annis septē, da mihi vxorē meā, sed vxor nunq̄ est aliqua, nec vocat, nisi quæ matrimonio ducta est per verba de pñti, ideo Rachel iam erat ducta per verba de pñti. Nō poterat tñ accedere ad eā Iacob vsquequo cōplerent septē anni, quia sic cōuenerat fuerat. Ad argm rndetur, q̄ licèt per consensum mrimonialē effecta fuisset Rachel vxor Iacob, tñ non poterat accedere ad eā, quia ipse sibi illud interdixerat ex pacto, pōt. n. quilibet iuri suo sponte abrenunciare, nec valet si arguas, q̄ Iacob hēbat ius in Rachel, & potestatem, ergo poterat cognoscere eā carnaliter quandocunque vellet. Quia licèt Iacob haberet ius, vel potestatem, istud tamen ius vel potestas ligata erant, ideo non habebat executionem eius, & si fortè Iacob cognouisset Rachelem illo tempore intermedio, peccauisset mortaliter, quia non habebat potestatem in exercitio cognoscendi eam, licèt haberet potestatem quantum ad habitum. Sicut sacerdos, qui recipit claues ligandi, & soluendi in ordinatione sua quantum ad habitum siue potestatem, sed nō quantum ad exercitium, quia non distribuitur ei materia, in quam exercere possit, si audiat confessionem absolueret in casu, tamen peccat mortaliter in faciendo, quia se intromittit in vetitum. Si autem non intercessisset istud pactū quocunque tempore post contractum matrimonij per verba de p̄senti posset exigere debitum, & non peccaret cognoscendo eam carnaliter, sed q̄ vxor teneatur soluere debitum viro petenti magnam differentiam habet, quia si tale pactum intercedat de non commiscendo carnaliter vsque ad tantum tempus; ēt viro petendo debitum non tenetur ipsa reddere, quia non petit debitum, cum in illo tempore potestas petendi debitum sit ligata siue suspensa, & sic mulier non debet reddere tanquā debitum cum nullomō debeatur. Si autem matrimonium sit contractum per verba de præsenti viro petente debitum quocunque tpe petat, potest sine peccato reddere, non tñ tenetur sub præcepto reddere, donec Ecclesiæ solennitas sit cōpleta, s. benedictiones, & publicę nuptiæ, vt teneantur, vt vir, & vxor, & non vt concubinarij. Si aūt tota solennitas Ecclesiæ completa sit, & nuptiæ, viro petente debitum fœmina tenetur reddere q̄cunque petat, & econtrario si fœmina petat à viro, nec est ibi peccatum aliquod inquantum hmōi. Sed ponamus, q̄ Iacob stante pacto, & nondum cōpleto seruitio cognouisset Rachelem, licèt mortaliter peccasset, tñ filij inde geniti legitimi iudicarentur, quia verum matrimonium interceserat, quia non solum hoc immo si aliquis concubinam habuerit, ex qua suscepit filios, illi sunt illegitimi. Si tñ contrahat matrimonium cum illa concubina sua, filij, qui ante illegitimi erant, virtute matrimonij legitimi efficiuntur, vt patet extra qui filij sunt legitimi c. tanta est vis. *Quia tempus est.* Hebræi aliter introducunt istam literam. s. q̄ Iacob petebat vxorem suam, quia tps erat i. quia tps ad generandum aptum inerat ei, & si modicū spectasset, effectus fuisset senex, & impotens ad gignendum. Et hoc, quia sciebat Iacob repromissiones factas Abrahæ de multiplicitate prolis in semine suo complendas. Sic. n. fuerat ei reuelatum, vt patet præce. c. & quia hoc futurū erat per generationē Iacob: ipse autem videbat, q̄ tps erat gignendi paulisper transibat super eum, & deserebat, & hoc quia erat. 84. annorum, ideo tempus erat, vt daretur ei vxor, ne si fortè daretur ei vxor post modicū iam gignere non posset. Ista ratio Iudæorum, licèt vera cuncta supponat, ipsa tñ inepta est, & impertinens, quia dato q̄ Iacob efficeretur senex, & recederet ab eo tps gignendi, si tñ pactum de seruiendo completū non fuisset, nullo modo ista ratio induceret Laban, vt daret ei vxorem suam, ideo superior expositio, quam litera ponit verior, & pertinentior est. Quod tñ dicitur q̄ Iacob. 84. annorum erat, qñ petiuit vxorem à Labā verum est, quod sic patet, quia qñ Iacob descendit in Aegyptū requisitus à Pharaone quot annorum esset rndit se esse. 130. annorum, vt patet infra 47. cap. quando aūt petiuit vxorem à Laban vsque ad tps, quo natus fuit Ioseph transierunt anni septem. Quia Ioseph fuit natus in fine secundi septēnarij, qñ seruiuit Iacob pro vxoribus suis, & voluit recedere, ut patet infra 31. cap. sed postea detentus fuit adhuc. 6. annis, quibus seruiuit pro gregibus. Ioseph aūt erat annorum. 30. quando stetit in conspectu Pharaonis, ut patet infra 41. cap. ab eo autem tpe usquequo descendit Iacob in Aegyptum fluxerunt anni nouem. s. anni. 7. fertilitatis, quorum primus incepit, qñ stetit Ioseph coram Pharaone, & duo anni sterilitatis, ut patet infra 45. cap. colligitur, & in alijs. Si ergo coniungantur isti anni. s. septē

& 30. & 9. facient. 46. qui fluxerunt à tpe, quo Iacob petiuit sibi dari vxorem suam Rachelem usquequo descendit in Aegyptum, qui si subtrahant à 130. quos habuit in descensu in Aegyptum, manebunt anni 84. quos habebat, qñ petiuit Rachelem sibi dari, & data fuit Lia. Satis autem nota est ista consequentia subtrahendo annos istos, qui computātur à tota summa annorum Iacob. *Qui vocatis.* Ponitur consensus Laban videns enim q̄ iustum peteret, nec habebat colorem ad repugnandum, concessit quod petebat, sed voluit fraudare eum, & ad hoc libentius assensit, & immediatè, ne primis verbis eius non cōsentiens Iacob, aliquā fraudem postea machinari posset. *Vocatis multis amicorum turbis.* Quia Laban potens erat, & multos amicos, & familiares habebat. *Ad conuiuium.* Scilicet ad solennizandum nuptias, vt publicè traderetur filia sua viro ne quasi concubina reputaretur, & quantum ad hoc, licet de substantia matrimonij non sit solennitas nuptialis, magna tamen honestas est, & vtilitas rei publicæ, ne filij reputentur degeneres, sed cognoscantur legitimi ab adulterinis. *Et vespere.* Scilicet tempore quo tradi solet noua sponsa in cubiculum sponsi, vbi iam matrimonium consumandum est. *Introduxit ad eum.* s. per tenebras ad vitandum verecundiam sponsorum, quia primo nubentes adhuc verecundantur. In quo conditionis nostræ miseria designatur, quia ipsum quod naturaliter maximè concupiscimus erubescimus: vnde Tullius lib. 2. de natura deorum ait omnia rectè facta in lucem collocari volunt, hoc autem rectè factum, idest actus coniugalis, de quo ibi loquitur, cum sciri velit, videri non vult. Si enim clara luce Lia fuisset introducta, Iacob vidisset quęnam erat, & non recepisset eam, non tñ cognouit eam vsq; mane.

Quæst. 4. Quo consensit Lia introduci ad Iacob, cum non esset vxor.

Sed dicas quomodo Lia consensit introduci ad Iacob, cum ipsa non fuisset matrimonialiter copulata ipsi? Respondetur, q̄ valde videtur Lia hic obediens patri exponens totum bonum suum periculo. Maximum. n. bonum puellarum ſm hoīum existimationē est virgines esse, sed Lia hoc ponebat in periculo, qa Lia cognita à Iacob perderet virginitatem, & quia ipsa nō erat ei tradita per consensum matrimonialē, iō poterat post Iacob rationabiliter eam non recipere, & sic mā fisset ipsa delusa. s. virginitate pdita, & innupta: oīa ista subibat Lia obediens mandato patris, vel fortè confisa fuit se accipiendam, quia in terra illa erat consuetudo nunquam filias minores tradi maritis, donec tradantur maiores, ut postea dixit Laban genero suo Iacob. Fecit aūt hoc Laban non ut impleret consuetudinem terræ, licet illa se consuetudine defenderet, sed ut detineret Iacob cogendo eum iterum seruire pro Rachele, cum anni elapsi computarētur iam ipsi Liæ, & in hoc ualde multiplicabatur domus Laban, ut patet infra 31. cap. ubi dixit Iacob ad Laban, benedixit tibi dominus ad introitum meum.

Quæst. 5. Nunquid peccauit Laban introducendo Liam pro Rachele?

Sed quæritur nunquid peccauerit Laban introducendo Liam pro Rachele. Dicet aliquis fortè q̄ non, quia quod lege fit, iuste fit, consuetudo aūt legis locū obtinet, & optima legum interpres dicitur cum lex deficit, ut patet extra de consue. in cap. cum dilectus. Cum ergo consuetudo esset in terra illa, q̄ primo maritarentur maiores q̄ minores, ideo potuit fultus hac consuetudine introducere Liam loco Rachelis. Rndetur q̄ Labā peccauit faciendo hoc. Et primo, quia dato q̄ aliquid ualuisset ista consuetudo, quæ nihil valet, ut infra dicetur, tñ non excusabatur Laban, quia finis, q̄ est potissima circumstantia in moralibus, magis variat speciem actus, & bonitatem, uel malitiam, quā aliæ, ita q̄ à diuersis finibus necesse est esse diuersitatem specierum actus, sed iste Laban introduxit Liam non prætextu consuetudinis, sed ut desig-

ret Iacob, vt supra dictum fuit, ergo peccabat, quia malus finis erat. Sed adhuc dicet aliquis, quòd Laban non dicebat verum allegans talem consuetudinem, sed ipse faciebat hoc, vt responderet conqõi Iacob. Rñdetur, ꝙ falsum est, quia in terra illa talis consuetudo erat, quia alias non ausus fuisset Laban publicè se taliter defendere, quia mendacij immediatè redargueretur publicè. Item peccauit Laban, quia coegit filiam suam adulterari: adulterium aũt vitium magnum est. Fuerũt. n. hic multæ grauitates huius actus. Primo enim fuit stuprum, quia virginem tradidit illicitè deflorandam. Secundo fuit adulterium nõ quantum ad ipsam Liam, quæ nulli tradita fuerat, sed quantum ad Iacob, qui si voluntariè eam cognouisset adulter fuisset, & sic Laban adulterij occasionem inquirebat sic dans filiam. Item fuit crimen pellicatus, quia fecit Laban Liã esse pellicem sororis suæ Rachelis, quę verè coniux erat Iacob. Fuit etiam incestus, quia filiã suam coegit carnaliter cognosci ab illo, cui attinebat in primo affinitatis gradu. s. quia Iacob Rachelem sororem Liæ in vxorem acceperat. Hæc oĩa patent, quia omnis concubitus, qui sine matrimonij fœdere fit, illicitus est, sed iste actus sic fuit, quia inter Iacob, & Liã nullum matrimonium, vel desponsatio per verba de præsenti, vel de futuro interfuerat, necesse ergo fuit actum istum illicitum fuisse. Ad argumentum de cõsuetudine, rñdetur, ꝙ nõ poterat se tueri Laban a peccato prætextu consuetudinis, quia talis non est dicenda consuetudo, sed potius corruptela; nulla enim consuetudo introduci potest contra ius naturale, vt patet in decretis dist. 9. quia contra ius naturale non præscribitur. Sed non fornicari, vel nõ coire sine fœdere matrimoniali est de iure naturali, cũ sit in præceptis Decalogi, quæ sunt de iure naturali, ergo contra hoc prę scribi non poterat. Et ista consuetudo magni temporis peccatum non tolleret, sed augmentaret: sic enim dicitur, ꝙ diuturnitas tẽporis peccatum non minuit, sed augmentat, quia tanto sunt grauiora peccata quanto diutius infœlicem animam detinent alligatam, vt patet extra de consuetudine. c. cum tanto. Item licèt esset ista consuetudo, quam allegat Laban, non tamẽ erat eodem modo, quo ipse volebat ea vti, & eam applicare, quia verum est, ꝙ in terra illius prius dabantur maiores nuptui quàm minores. s. ꝙ primo desponsabantur, & deinde viris tradebantur. Sed non erat consuetudo, ꝙ si aliqñ minor ante maiorem matrimoniũ contraheret, ꝙ introduceretur major ante minorem, & hoc voluit Laban agere, & hoc patet, quia si cõsuetudo fuisset eo modo, quo Laban dicebat, non introduxisset ad Iacob Liam latenter, sed publicè videntę Iacob, & dato ꝙ ipse nollet, compelleretur per consuetudinem terræ illius, sed non fuit confisus in hoc Laban, sed magis in fraude sua, ergo non erat taliter consuetudo posita. Item peccauit valde Laban in hoc, ꝙ priuabat Iacob iure suo, & in hoc ꝙ deludebat eum dans vxorem non suam, & in hoc ꝙ quantum in ipso erat inducebat Iacob ad fornicationem, immo verũ adulterium, & omnes alias criminis grauitates supra enarratas, quia sicut ad eas inducebat Laban Liam, ita inducebat Iacob.

a. Ratio.

Ad primã rationem.

Ad secundam rationem.

Quæst. 6. Nunquid Lia in hoc peccauit mortaliter.

Sed quæritur nunquid peccauit mortaliter in hoc? fortè aliquis dicet, ꝙ non, quia fecit hoc obediens patri, hoc totaliter fieri imperanti, nec ipsa iudicauit vtrũ malũ, vel bonum esset, cũ pater mandauisset. Respondetur, ꝙ Lia mortaliter peccauit consentiendo introire ad Iacob, quia sciebat se voluntariè stuprum pati, & pellicem sororis fieri, & dare Iacob causam adulterij: hæc omnia sciebat Lia magna scelera esse. Nec sufficiebat patris iussio, quia quando actus est totaliter illicitus, qui nullo modo obediendo licitus fieri potest obediendum non est, quicunque sit mandans. Nam cum obedientia paterna sit ex duobus, aut ex debito, quo obligamur, aut ex amore, quo ei alligamur, nullũ eorum hic interuenire potuit. Nam cum pater aliqd contra Deum mandet, præceptum suum non est obligatorium, cum maioris potestatis sit Deus, qui contrarium mandat: non etiam debemus hoc facere ex amore, quia in amore patris ad filios, aut filiorum ad patrem cõtingit esse superabundantiam, si filius propter patrem repugnet Deo, aut pater propter filium, vt ait Philosophus. in 7. Ethic. Si quis propter filios repugnet ad Deos quemadmodum Niobe, sic etiam si filij propter patres transgrediantur præcepta Dei veri. Et dato quòd voluisset pater Liam fustigare, nisi ad Iacob introiret, debuit ipsa magis omnia mala pati quàm malo consentire, vt patet in decretis. 32. quæst. 5. cap. ita ne: & extra quod vi, aut metus causa. in cap. sacris: Nec est inconueniens dicere Liam mortaliter peccauisse, quia adhuc nullum gradum perfectionis vitæ attigerat, & licèt non potest tolli totaliter, qn ipsa mortaliter peccauerit, minorabatur tamen culpa ex mandato patris, quia fortè Lia credebat in omni casu patri esse obediendum: etiam desiderium concipiendi à sancto viro, quia ipsa sciebat Iacob virum sanctum: ideo desiderabat valde fieri eius vxorem, & maximè, quia expectabat promissiones factas ad Abraham complendas in semine Iacob, ideo desiderauit ei iungi, vt pariter in suo semine complerentur. *Dans ancillam filiæ nomine Zelpham.* Istam dabat Laban in famulam filiæ suę, ne domina sine ancilla esset, & non dedit eam in vxorem Iacob, quia magnum præiudicium fecisset filię inducendo super eam aliam vxorẽ, quod Laban valde abhorrebat. Et ex hoc soluitur ratio quorundam dicentium, quòd valde iustam causam habuerit Rachel dando ancillam suam Balaam in vxorem Iacob, quia prius dedit Liam. Sed falsum est, quia Lia accepit Zelpham in ancillam, tamen non dedit eam in vxorem Iacob donec Rachel dedit Balam: non ergo dedit Laban Zelpham in vxorem Iacob, sed in ancillam Liæ, & ideo coniurauit Iacob dicens, quòd nunquam affligeret filias suas, vel alias vxores superinduceret, vt patet infra 31. cap. Sed postea Iacob accepit istam ancillam in vxorem ad petitionem uxoris suæ, ut patet infra seq. cap.

Quæst. 7. Cur Iacob acceperit tot uxores.

Sed quæritur quare Iacob tot vxores accepit, cum pater eius solam Rebeccam accepit. Respondetur, de Isaac quare vnicam accepit vxorem dictum fuit supra 25. cap. quòd autem Iacob plures vxores acceperit, quidam culpãt dicentes eum fecisse contra ius naturale, quia à principio cum Deus matrimonium instituit, vnicam vnico tradidit, & non plures vni. Augustꝰ. respondet spiritus sancti instinctu hoc fuisse factum, vnde quod de se illicitum erat, spiritus sancti dictamine, & dispensatione licitum efficiebatur: vnde dicit Augustꝰ. disputans pro ingenti crimine obijcitur Iacob quatuor vxores, sed quod mos erat, crimen non erat. Nunc autem, quia mos non est, crimen est. Et probat, quia omne peccatum aut fit contra naturam, aut contra morem, aut contra legem, non fuit contra naturam, quia non accepit plures vxores desiderio lasciuiendi, sed desiderio prolem gignendi, quã vberius ex multis quàm ex vna susciperet. Nec contra morem, quia tunc temporis sic fiebat. Nec contra præceptum, quia tunc nulla lege hoc prohibebatur. Nunc autem legibus, & moribus hoc non licet, quę duo si quis contempserit, etiam si tantummodo causa prolis gignendę vtatur pluribus fœminis peccat, & humanam violat societatem transgrediendo legem, & mores, qui propter humanam societatem conseruandam inuenti sunt.

Peccatum communiter tuplicitur.

Sed

Quæst. 8. Vtrum, si nunc quis ducat plures vxores desiderio gignendi plures filios, peccaret contra naturã.

Sed quæres si aliquis nunc duceret plures vxores solo desiderio gignendi plures filios, vtrum peccaret contra naturam. Respondetur quòd peccare contra naturam stat tripliciter: vnomodo vocatur peccatum contra naturam, idest contra speciem, vel intentionẽ naturæ, & hoc modo sodomiticum vitium vocatur contra naturam, quia est contra intentionem naturæ, cum natura solum introduxerit coitum ad generationem, sed in mutatione sodomitica impossibile est gignere, quia vasa virilia repugnant. Etiam quia natura fecit virum de specie agentis, fœminam autem de specie patientis, quòd autem mutetur hoc contra naturam est. Secundo modo dicitur contra naturam, idest contra ordinem naturæ, quando non conformamur ordini, & intentioni naturæ: natura enim nõ ingenerauit coitum ad delectari, sed ad gignere. Si ergo aliquis, cum qua non debet fornicetur, vt delectetur, & non vt gignat, aliquo modo contra naturam est. Tertio modo est ꝺ naturam, idest contra modum naturæ, est autem modus naturæ, vt vnica sit vnius. De istis tribus modis duo sunt indispẽsabiles, quia semper mali sunt, tertius autem dispensabilis est, quia rectum finem compatitur secum, ideo in sanctis Patriarchis ex dispensatione licuit. Et licèt hæc sint vera secundùm Augustꝰ. adhuc tamen aliter potest responderi ex alia radice, & dicendum est, quòd Iacob vnicam vxorem intendebat accipere, & hanc solam per verba de præsenti desponsauit. s. solam Rachel, deinde autem fraudulenter, & præter eius intentionem subintroducta fuit Lia, quam carnaliter cognouit putans esse Rachel. Et deinde postquàm clara luce cognouit eam esse Liam, licet non esset vxor eius, quia tamen abstulerat virginitatem eius, reputans esse iniustum sic eam illusam abijcere, accepit in vxorem: nec aliam accepisset, nisi quia fidem dederat Racheli, & eam per verba de præsenti desponsauerat, cogebatur ergo sic duas habere vxores, vnam ad quam compellebat matrimonialis contractus necessitas, aliam quam suadebat pietas. Deinde cum Lia parere desijsset adhuc desiderio prolis stimulata rogauit Iacob, vt ancillam eius in vxorẽ acciperet, vt Lia ex ipsa filios susciperet, & hoc rursus Iacob acceptauit, vt vxorem molestam non redderet. Fecit enim hoc exemplo Abrahæ, qui ad preces Saræ, Agar ancillam Saræ accepit vxorem, vt patet supra 16. cap. Sed si bigamia aliquid culpæ de se habęret, minus culpabilis Abraham esset, quàm Iacob, & minus Sara quàm Lia, quia Sara iuste ancillam suam Abrahæ in vxorem tradidit, cum ipsa concipere non posset, & Abraham licite suscepit, vt ex ea prolem gigneret, quam ex Sara gignere non poterat. Iacob autem, & Lia iam quatuor filios susceperant, quare causam ita licitam non habebant. Sed quia bigamia patriarchis licebat desiderio multiplicandi populum Dei non peccauerunt Iacob, & Lia superinducendo Zelpham. Deinde aduenit Rachel, quæ propria vxor erat ex necessitate matrimonialis cõtractus, quæ cum concipere non posset voluit ex ancilla Balam conceptum accipere, vt patet sequen. cap. Hæc enim iustiorem causam habuit quam soror sua. Primò quia soror primò tradidit ancillam in vxorem: poterat ergo ipsa tradere aliam ancillam in vxorem, vt quidam volũt sed falsum est, quia Rachel primo tradidit, vt patet cap. seq. Decipiuntur autem isti, quia pater primo dedit ancillam Liæ, quam Racheli: causa autem sequens vera est, & sufficit probare intentum. Item quia Lia liberos genuerat quatuor, cum dedit ancillam in vxorem viro suo, sed Rachel nullos adhuc genuerat. Iacob ergo vnam noluit, sed quatuor accepit, omnibus temperate vsus est, nullam immoderate dilexit. Non intelligas istum fuisse ordinem in accipiẽdo, quia primo Liam accepit clam, deinde post septem dies accepit Rachelem, vt pater infra cum dicitur imple hebdomadam huius copulæ, postea cum Rachel videret parere sororem suam, & se non, dedit viro suo ancillam suam Balam, quam Iacob accepit, vt non molestam redderet eam, post hoc cum Lia desijsset parere post quatuor filios genitos, dedit imitatione sororis suæ ancillam suam Zelpham in vxorem viro suo, quam & accipere debuit, & accepit: iste ordo magis infra declarabitur. *Ad quam.* Scilicet Liam. *Cum ex more fuisset ingressus.* Idest eo modo quo sponsi solent accedere ad sponsas suas. Et in hoc innuitur, quòd Iacob nullam fraudem suspicatus est, sed putauit ad se introductam Rachelem. *Facto mane vidit Liam.* Quia in nocte per tenebras videre non potuit, & ideo si cum ea, quæ non erat vxor sua coiuit, nõ peccauit, quia verisimiliter eam credidit esse vxorem suam, quia non poterat suspicari fraudem.

Quæst. 9. Qũo possibile fuit, ꝙ Iacob non cognosceret hãc esse Liam.

Sed quæritur quomodo Iacob non cognouit esse Liam eam, quæ ad eum introducta fuit, quia aut in voce, aut in tactu, aut alias cognoscere potuerit, cum septem annis habitauit cum eis, & poterat satis distinguere inter vnam, & aliam. Respondetur quòd secundùm Iosephum illa nocte Iacob ebrius erat, quia forte ex solemnitate nuptiarum gaudens multum de vino assumpserat, & sic non cognouit, quæ nam esset, quæ ad eum introducta est, sicut Loth per ebrietatem filias defloravit, quarũ tamen nullam quæ esset, agnouit. Sed hoc non videtur conuenienter dictum, quia omnes doctores conantur excusare Iacob ab omni culpa huius actus. Sed si dicamus, quòd ebrius erat, non erit totaliter excusabilis, cum per ebrietatem ipse sibi occasionem tribueret non agnoscendi, sicut diximus de Loth supra 19. cap. quòd à quadã parte culpæ excusatur non tamen totaliter. Alij volunt, quòd in illa nocte non tetigit eam Iacob, in quo magna laus eius ostenditur, quia volebat, vt sanctus vir prius orationibus vacare, vt legitur de Tobia iuniore, quòd cũ accepisset Saram filiam Raguelis in vxorem, non accessit ad eam, donec tres noctes transirent, vt patet Tobia 8. cap. dixit enim Tobias ad Saram. Surge deprecemur Deũ in his tribus noctibus: filij enim sanctorum sumus, nec possumus ita iungi sicut gentes, quæ ignorant Deum. Ex quo innuitur quòd viri sancti nõ accedebant ad vxores suas prima nocte, & sic non cognouit eam tactu, aliàs enim cognouisset eam. Sed hoc falsum est, quia Iacob non cognouisset eam carnaliter, nisi fuisset deceptus, nec habuisset occasionẽ reclamandi contra Laban, sicut sequenti die reclamauit, re integra existente. Item quia cum Iacob non contraxisset matrimoniũ cum Lia per verba de præsenti, nec etiam sponsalia per verba de futuro, & tunc non cognouisset eam, quia non erat aliqua causa, quare eam acciperet in vxorem, cum iam aliam haberet, & maximè quia Iacob non diligebat Liam, quia lippis oculis erat, vt patet supra: solum ergo suscepit eam ex pietate, ne ipsa delusa maneret virginitate perdita, & innupta, & quia hoc aliqualiter crudele videbatur, Iacob accepit eam in vxorem post. Et quando arguis de Tobia, quòd filij sanctorum non accederent prima nocte ad vxores. Respondetur quòd hoc non erat cõsuetum ante, nec aliquis vir bonus fecerat, & patet, quia cum Tobias iunior filius viri iusti esset, ex cõsuetudine ista non accessisset ad vxorem primis tribus noctibus, etiam si nullus eum monuisset; sed falsum est: non enim fecit hoc ex consuetudine sanctorum, sed ex speciali mãdato angeli comitãtis, vt patet Tob. 6. cap. & ideo quando Tobiæ prima nocte Sara tradita est, non accessit ad ipsam, quia vt dicitur ibi in litera recordatus fuit verborum angeli, vt pater Tob 8. cap.

& hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

& hoc fuit specialiter factum in Tobia, ne si ipse prima nocte ad Saram accederet, forte eius pulchritudine stimulatus magis proprer delectationem, quam propter prolem tangeret, & sic dęmon qui alios viros Saræ occideraţ, eum occideret, vt patet Tob.6.cap. & quando dixit Tobias Saræ filij sanctorum sumus, nec possumus ita coniungi sicut gẽtes, quę ignorant Deũ, ition dicit hoc, quia viri sancti hoc facerent, sed quia viris sanctis conueniens hoc erat, vt distinguerentur à gentibus ignorantibus Deum: in alijs autem viris sanctis ante Tobiam iuniorem, licèt non esset differentia in tempore cognoscendi vxores: erat tamen differentia in affectu, quo cognoscebant eas, quia non ad libidinem, sed ad prolem, gentes autem ad libidinem. Dicendum ergo, quòd Iacob cognouit Liam illa nocte, sed non agnouit eam in voce, vel tactu. Non in voce, quia puellæ verecundæ, quæ moribus instructæ sunt, præ verecundia loqui non audent accedentes ad hominem incognitum, maximè fuit hoc in Lia, quæ monita fuerat non loqui ne agnosceretur: etiam non cognouit eã in tactu, in quo maximè laudatur Iacob, quia non quæsiuit in vxore sua blanditias meretricias ad prouocandam maiorem delectationem, in quibus erat tota cura Gentilium, de quibus Ouidius in fine 3. lib. de arte amãdi vilissima multa recitauit, sed solum vsus fuit tactibus honestis sufficientibus ad prolem, & non ad causandam libidinem.

Quæst. 10. Cur Lia mane non fugit ne cognosceretur.

Sed quæritur quare facto mane Lia non recessit ne agnosceretur, cum per totam noctem agnita nõ fuerit. Respondetur, quòd licet Lia noluerit agnosci per noctem, ne antequàm carnaliter cognosceretur a Iacob, expelleretur tanquàm non vxor, voluit tamẽ mane facto agnosci quòd Lia esset, ideo non fugit per tenebras, sed expectauit lucem, quia si recessisset per tenebras non habuisset intentum, quia Iacob non vidẽs quam cognouisset, putauisset se cognoscere Rachel vxorem suã, & post licet diceret Laban Liam cognitam à Iacob debere eius vxorem fieri, negaret Iacob, & maneret Lia corrupta, & innupta. Nunc autem quia vidit in mane Iacob Liam esse, quam cognouerat, licet primò doluit de fraude facta, tamen post pietate commotus eam accepit vxorem, ne Lia delusa maneret. Et si dicas peccauit in hoc Iacob, quia non adhibuit diligentiam, quã debuit quęrendo vtrum cũ suа vxore coiret. Rñdetur ꝙ non peccauit, quia non tenebatur hic aliquam diligẽtiam facere, nec poterat, quia casus iste inopinabilis erat, & in talibus nõ requiritur magna perscrutatio.

Quæst. 11. Vtrum per talem cognitionẽ carnalem Lia sit facta vxor Iacob.

Sed adhuc quæritur vtrum per istam cognitionem carnalem Lia facta fuerit vxor Iacob. Respondetur quòd non, quia solus consensus mutuus est, qui causat matrimonium. Copula autem carnalis sine consensu, & cum cæteris solemnitatibus de matrimonio nihil causat, vt patet extra de sponsalibus in cap. tua nos, & in cap. cum locum eod. tit. & in decretis 27. dist. 2. cap. sufficiat. Cum autem in ista copula non habuerit Iacob aliquem consensum in eam, quia putabat cognoscere vxorem suam Rachel, non potuit facere ista copula eos virum, & vxorem. Etiam dato quòd Iacob aliquẽ præsumpsisset, vel fortè Liam esse agnouisset, & voluisset eam, vt vxorem cognoscere, non tamen propter hoc vxor eius erat, quia requirebatur consensus vtriusque: Lia autem non accedebat ad Iacob tanquam ad virum suum, quia sciebat nulla matrimonialia federa inter eos fuisse, & sic non cognoscebatur, vt à viro, sed spectabat aliquem euentum fraudis suæ. Et dato amplius quòd Iacob cõsentiret in eam vt in vxorem, & Lia in Iacob vt in virum, non tamen efficiebat per hoc matrimonium. Quia matrimonium non solum requirit duarum personarum legitimarum consensum, sed etiam mutuum. Consensus mutuus dicitur quando vni constat, quòd alius cõsentit in eum, & è contra alteri constat aliam consentire in eum. Hoc nõ erat in Iacob, & Lia: de hoc autem iura sunt vulgaria. extra de sponsalibus per totum, & ibi in cap. cum Ioannes in cap. tua nos. Potuisset autem esse matrimonium, saltem interpretatiuum fictione iuris, si Iacob desponsasset Liam per verba de futuro dicens; ego te accipiam in vxorem, & post eam carnaliter cognouisset. Sed nec talia sponsalia inter Iacob, & Liam interceſſerant cum eam Iacob non diligeret. Dicendum ergo, quòd postquàm Iacob cognouit eam carnaliter misertus illius, ne sic delusa maneret, accepit eam in vxorem, & ibi fuit mutuus consensus amborum. *Quid est hoc quod facere voluisti?* Idest quam fraudem vel nocumentum voluisti mihi facere? *Quare imposuisti mihi?* Idest quare fraudasti me introducendo Liam pro Rachel. Imponere est falsa crimina alicui apponere, vel eum decipere. *Non est in loco nostro consuetudinis.* Idest non est de consuetudine. *Vt minores ante tradamus ad nuptias.* Quia in hoc videtur maiorbus quoddam præiudicium fieri. Et licèt Laban istam consuetudinem ad defensionem suam allegaret, non faciebat, vt consuetudinem impleret, sed vt Iacob in suo seruitio detineret cogendo eum alijs septem annis seruire pro alia, vel forte quia Lia erat lippis oculis, nec faciliter inueniret aliquem virum bonum, qui eã vellet sibi coniugio copulare. Et sciendum quòd licèt talis cõsuetudo esset in terra illa de copulando primo maiores quam minores, non tamen per illum modum, scilicet vt nesciẽte viro introduceretur alia, quæ matrimonialiter non fuerat accepta, & tolleretur illa, quæ ex matrimonio debebatur, ideo quia Laban eã, quæ non fuerat matrimonialiter data, nec falrem per verba de futuro desponsata, non causabatur aliquod ius ei dato, quòd staret consuetudo, quam allegabat. Nam illa non poterat tollere ius naturale, secundum quod est matrimonium, vt patet ff. de iustitia, & iure. l. primа, & instituta de iure naturali, & ciuili, & gentium. §. primo. Contra ius autem naturale præscribi non potest, vt patet in decretis. distin. 9. per totam dist. Ista ergo consuetudo non poterat tollere ius naturale. Sed Lia non erat vxor Iacob, quia non intercesserat consensus, qui secundum naturam requiritur ad causandum matrimonium, nec poterat tollere eam, quæ erat legitima vxor, scilicet Rachelem, quia fuerat ei matrimonialiter copulata, licet nondum carnaliter cognita. Item licèt consuetudo staret, non poterat Laban se iuuare de ea, quia egerat contra eam in tradendo filiam suam minorem Rachelem in vxorem Iacob immediate vt venit, scilicet post vnum mẽsem, cum nondum sciret leges speciales patriæ: maximè quia vir pastoralis erat habitans in agris, & modicum in ciuitate conuersans, vt posset scire tales leges. Rustici autem excusantur ab ignorantia iuris, vt patet C. de iuris, & facti ignorantia. l. 2. & l. cum quis. Laban autem tenebatur egerat contra hanc consuetudinẽ, quæ erat quasi lex in patria illa, licet non esset scripta, nam multæ gentes habent ius non scriptum, vt patet Institута de iure naturali, & ciuili, & gentium. §. & non inelegãter, nam Lacedemonij, vt ibi dicitur, leges non habebant, sed in sola memoria retinebant: qui autem contra legem agit non debet per eam iuuari, quia frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem, vt patet extra de immunitate ecclesiarum, & cimiteriorum. cimiteratem. Nihil ergo militabat ista consuetudo terræ illius contra Iacob, nec per eam factum Laban defendi poterat. Allegauit tamen eam Laban tanq̃ quendam colorem, ne totaliter videretur iniuriè fecisse introducendo ad eum Liam. *Imple hebdomadam dierum*

dierum huius copulæ. Hebdomada dierum dicitur septẽ dierum spacium aut tempus, & ponitur hebdomada dierum ad differentiam hebdomadarum annorum, quia sæpe sacra scriptura hebdomadas annorum vocat, vt patet Leuit. 25. cap. vbi ponuntur septem hebdomadæ annorum facientes annos. 49. qui sufficiebãt ad iubileum vno addito, & Daniel 9. cap. ponuntur 70. hebdomadæ annorum. Et ideo dicit Hieronymus, quòd errant illi, qui dicũnt post hebdomadam annorum Rachel copulatam fuisse Iacob, scilicet, quòd primo seruiret Iacob alios septem annos, & in fine illorum daretur ei Rachel, quod quidam renuerunt, sed litera eos reprehendit, & patet ex hoc, quia Iacob seruiuit Laban annis 20. vt patet infra 31. cap. 14. annis ꝓ filiabus & 6. pro gregibus. sed in fine 14 annorũ, quibus seruierat pro vxoribus voluit reuerti ad terram suam, & tunc natus erat Ioseph filius Rachel, & Dan, & Neptalin filij Balæ ancillæ Rachelis, vt patet sequẽ. cap. quia nato Ioseph voluit redire Iacob: ergo videtur, quòd ante finem secundi septennij accepit Iacob Rachelem, scilicet in principio. Et si dicas, quòd tempus, in quo genitus fuit Ioseph filius Rachel, & Dan, & Neptalin filij Balæ cõputatur in tempore, quo seruiuit Iacob pro gregibus, scilicet in 6. annis, & sic manebit, quòd Iacob accepit Rachelẽ post 2. annos 28. scilicet post hebdomadam annorum. Sed falsum est, quia vt haberur cap. seq. cum finiuisset Iacob seruitiũ suum pro vxoribus nato Ioseph voluit reuerti, & post ad preces Laban derentus fuit, & fecerunt pactum, ꝙ seruiret ei pro gregibus, & seruiuit ei 6. annis, dixit autem Laban, quòd cõsumaret hebdomadam dierum in hac copula, quia volebat facere nuptias completas filiæ suæ Liæ. Compleræ autem nuptiæ secundum illud tempus erant, vt compleretur hebdomada, & ab hoc inoleuit consuetudo inter Hebræos, quòd nuptię celebrentur septem diebus, & sic habetur Iud. 14. de nuptijs Sansonis, quòd durauerunt septem diebus. *Acquieuit pacto.* Idest Iacob consensit isti pacto, vel conditioni. *Et transacta hebdomada.* In qua celebrabantur nuptiæ Liæ. Rachel *Duxit vxorem.* Scilicet consumando matrimonium per copulam, quia iam Rachel ab ipso per verba de præsenti fuerat in vxorem accepta, vt supra declarauimus. *Seruam Balam dederat.* quia cum istę essent fœminæ diuites, & potentes, non erat honestum eas solas manere, ideo decuit eis ancillas dari, & cuilibet earum vna ancilla data est, quia Lia habuit Zelpham, & Rachel habuit Balam ancillam, vt patet *Tandemque potitus optatis nuptijs.* Quia valde desiderauerat Iacob nuptias Rachelis, amorem tamen intra limites matrimonij semper ordinando ad prolem. *Amorem sequentis.* Scilicet Rachel. *Priori prætulit.* Idest Liæ, quia licet Liam post contractum matrimonium dilexerit in illa hebdomada nuptiarum, tamen postq̃ potitus fuit Rachele despexit Liam, vt patet immediatè. *Seruiens apud eum alijs septem annis.* Pro qualibet filiarum Laban seruiuit Iacob septem annis, & quantum ad hoc fuerunt æquales illæ duæ filiæ quantum ad laborem Iacob, non tamen quantum ad amorem, quia seruiuisset Iacob 20. annis, vt non careret Rachele, & non seruiuisset pro Lia tribus annis, nisi ex pacto, & fraude primo sic fieri decuisset. Patet quia dicitur supra, quod videbantur dies illi pauci quibus seruiuit pro Rachel præ amoris magnitudine. *Videns autem Dominus.* Hic exprimit scriptura quartum, scilicet fructum coniugij, idest prolem. Et ponuntur duo. Primo fructus ex Lia. Secundo fructus ex Rachel cap. sequenti. *Videns autem Deus.* Respicit enim Deus miseros: erat enim Lia boni animi fœmina, in cuius semine Deus voluit complere promissiones, & non in semine Rachel, quod patet, quia Christus fuit de semine Iuda secundum carnem, vt patet Matth. 1. cap. Iudas tamen filius fuit Liæ, vt patet infra in litera: despiciebatur tñ, quia soror eius pulchrior erat, ex quo Lia angustiabatur intra se, sed libenter tolerabat. Patet enim quòd magnæ virtutis indicium erat, quòd Lia quæ maior erat, & magis honorari debebat, haberet eundem virum cum sorore sua, & magis diligeretur soror à viro, & ipsa sine contentionibus, & clamoribus tolerarer, quia videtur, quòd secũdum consuetudinem aliarum fœminarum multum debuisset esse molesta sorori suæ, sed non erat. Deus ergo videns humilitatem, & afflictionem eius dedit ei quatuor filios, quia quatuor ignominias patiebatur, scilicet, quia à Deo abiecta videbatur, ab omnibus neglecta, à sorore contempta, à viro suo extranea. *Quòd despiceret Liam.* Quantum ad honores, quia magis honorabat Iacob Rachelem, & fortè quantum ad redditionem debiti, quia raro accedebat ad Liam, sed magis ad Rachel, & forte de hoc potest intelligi id, quod dixit Lia Racheli infra 30. cap. nonne tibi parum est, quòd præripueris virum meum, nisi & mandragoras filij mei abstuleris? Nam licet Iacob ordinauerit inter vxores suas tempora reddendi debitum cuilibet, tamen forte in principio nuptiarum magis commorabatur Racheli, quàm alijs. de hoc infra sequen. cap. *Aperuit vuluam eius.* Idest dedit matrici eius dispositionem ad gignendum. Non autem loquitur de apertione claustrorum, quia claustra virginalia iam aperta fuerant, cùm à Iacob sæpe cognita fuisset, sed quia nihil talis apertio prodest, nisi prolis effectus sequatur, nunquam aperta vulua dicitur quousque in matrice dispositio sit ad gignendum. *Sorore sterili permanente.* Vt Lia æquaretur Racheli, scilicet, quòd illud quo excedebat Rachel Liam in pulchritudine, excederet Lia Rachelem in fœcunditate. Si autem Rachel tam fęcunda fuisset, sicut Lia, semper Lia fuisset despecta, cum totum bonum in Rachele simul reperiretur. *Quæ conceptum genuit filium.* Idest, quæ concepit, & genuit filium. *Et voca it nomen eius Ruben.* Dicitur Ruben in Hebræo quasi Reuben, idest filius visionis, quia vt infra sequitur, vidit Deus afflictionem meam. *Vidit Deus humilitatem meam.* Idest quomodo humiliata fueram à viro meo, & sorore mea. Potest hic humilitas duo signare: Primum quod humilitas sit virtus, secundùm quam aliquis se ipsum subijcit, & despicit; & hoc satis fuit in Lia, quia cum ipsa esset maior, deberet præesse sorori suæ, sed subiecta tacebat, & tunc erit sensus, quia Dominus vidit, quòd bono corde me humiliaui, Dominus mihi dedit filium, & in hoc me exaltauit. Alio modo accipitur humilitas, idest despectio passiua, cum quis alium subijcit, & despicit, & tunc est sensus, quòd quia Deus vidit, quòd vir suus, & soror sua humiliauerunt eam despiciendo eam, dedit ei filium ne semper ab eis despiceretur. *Nunc amabit me vir meus.* Ante conceptum Liæ non videbatur reperiri aliquod bonum in ea, ideo despiciebat eam vir suus. Nunc autem, quia concepit, sciebat, quòd vir suus diligeret eam. Ratio quia totum desiderium, & finis viri sui erat proles, in qua compleretur diuina repromissio. Et ideo, quia ista proles reperiebatur in Lia necesse erat, quòd diligeretur à viro suo. Quia audiuit Deus quomodo omnes me contemnebant dicentes esse miserabilem, & turpem. *Dedit etiam.* Idest insuper. *Iſtum mihi.* Idest istum secundum filium, vt iam non contemnar, sed propter fœcunditatem ab omnibus fœlix reputer. *Vocauitque nomen eius Simeon.* Idest exauditio, scilicet, quia audiuit Dominus haberi me contemptui. *Concepit tertio.* Scilicet cõtra tertia miseriam, scilicet, quia à viro suo aliena reputabatur. *Nunc copulabitur mihi vir meus.*

Obiectio.

Responsio.

Notandum.

Rubẽ Hebraicè q̃d.

Humilitas dupliciter

Simeon quid.

Quia

Quia ante magis amās Rachelem, Liæ copulari Iacob nolebat. *Eo quòd peperierim ei tres filios.* Quasi dicat fœmina, quæ peperit tres filios digna est, vt copuletur ei vir suus. *Iccirco appellauit nomen eius Leui.* Quia Leui in Hebræo idem est, quòd coniunctio, vel applicatio; & descendit de *Ilane*. Idest coniungetur. Sicut hic in Hebræo ponitur. *Quarto concepit.* Contra quartam afflictionem, scilicet, quia à sorore sua despecta erat. *Nunc confitebor Domino.* Idest licet ante confiteri debebam Domino, sed nunc magis quam ante. Quia nunc omnem meam afflictionem abstulit. *Et vocauit eum Iudam.* Quod interpretatur confessio, siue laus. *Cessauitque parere.* Non quòd totaliter cessauerit parere, quia postea genuit duos filios, scilicet, Isachar, & Zabulon, vt patet seq. cap.

Leui quid.

Sed dicitur cessare parere, quia isti quatuor filij fuerunt continui, scilicet, quòd quolibet anno pariebat, & post hos quatuor aliquanto tempore cessauit parere quousque duæ ancillæ, scilicet Zelpha, & Bala quatuor filios conceperunt.

Rachel ancillam dat marito, post hoc Lia facit similiter, Lia mandragoras accipit, Rachel Ioseph parit, Iacob reditum parat, merces ei promittitur, pactum statuunt. Cap. XXX.

GErnens autem Rachel, quòd infœcunda esset, inuidit sorori suæ, & ait marito suo: Da mihi liberos, alioquin moriar. Cui iratus respondit Iacob. Num pro Deo ego sum, qui priuauit te fructu ventris tui? At illa: Habeo, inquit, famulam Balam; ingredere ad illam, vt pariat super genua mea, & habeam ex illa filios. Deditque illi Balam in coniugium: quæ, ingresso ad se viro, concepit, & peperit filium. Dixitque Rachel: Iudicauit mihi Dominus, & exaudiuit vocem meam, dans mihi filium. Et idcirco appellauit nomen eius Dan. Rursumque Bala cõcipiens, peperit alterum, pro quo ait Rachel: Comparauit me Deus cum sorore mea, & inualui: vocauitque eum, Nephthalim. Sentiens Lia quòd parere desisset Zelpham ancillam suam marito tradidit. Qua post conceptum edente filium, dixit: Feliciter. Et idcirco vocauit nomẽ eius, Gad. Peperit quoque Zelpha alterum. Dixitque Lia: Hoc pro beatitudine mea: Beatã quippe me dicent mulieres. Propterea appellauit eum, Aser. Egressus autem Ruben tempore messis triticeæ in agrum, reperit mandragoras, quas matri Liæ detulit: dixitque Rachel: Da mihi partem de mandragoris filij tui. Illa respondit: Parum ne tibi videtur, quòd præripueris maritum mihi, nisi etiam mandragoras filij mei tuleris? Ait Rachel: Dormiat tecum hac nocte pro mãdragoris filij tui. Redeuntique ad vesperam Iacob de agro, egressa est in occursum eius Lia, & ad me, inquit, intrabis, quia mercede conduxi te pro mandragoris filij mei. Dormiuitque cum ea nocte illa. Et exaudiuit Deus preces eius: concepitque & peperit filium quintum, & ait: Dedit Deus mercedem mihi, quia dedi ancillam meam viro meo. Appellauitque nomen eius Isachar. Rursum Lia concipiens peperit sextum filium, & ait: Dotauit me Deus dote bona: etiam hac vice mecum erit maritus meus, eò quòd genuerim ei sex filios: & idcirco appellauit nomen eius, Zabulon. Post quem peperit filiam, nomine Dinam. Recordatusque Dominus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius. Quæ concepit & peperit filium, dicẽs: Abstulit Deus opprobrium meum. Et vocauit nomen eius Ioseph, dicens: Addat mihi Dominus filium alterum. Nato autem Ioseph, dixit Iacob socero suo: Dimitte me, vt reuertar in patriam meã, & ad terrã meam. Da mihi vxores, & liberos meos, pro quibus seruiui tibi, vt abeam: tu vero nosti seruitutem, qua seruiui tibi. Ait illi Laban: Inueniam gratiam in conspectu tuo: experimento didici, quia benedixerit mihi Deus propter te; cõstitue mercedem tuam, quam dem tibi. At ille respondit: Tu nosti quomodo seruierim tibi, & quãta in manibus meis fuerit possessio; modicum habuisti antequam venirem ad te, & nunc dives effectus es: benedixitque Dominus tibi, ad introitum meum. Iustum est igitur, vt aliquando prouideam etiam domui meæ. Dixitque Laban: Quid tibi dabo? At ille ait: Nihil volo, sed si feceris quod postulo, iterum pascam, & custodiã pecora tua. Gyra omnes greges tuos, & separa cũctas oues varias, & sparso vellere: & quodcunque furuum, & maculosum, variumque fuerit, tam in ouibus, quam in capris, erit merces mea. Respondebitque mihi cras iustitia mea, quando placiti tempus aduenerit coram te; & omnia, quæ non fuerint varia, & maculosa, & furua tam in ouibus, quam in capris, furti me arguent. Dixitque Laban: Gratum habeo quod petisti. Et separauit in die illa capras, & oues, & hircos, & arietes varios, atque maculosos: cunctum autem gregem vnicolorem, ideſt albi, & nigri velleris, tradidit in manu filiorum suorum. Et posuit spacium itineris trium dierum inter se, & generum, qui pascebat reliquos greges eius. Tollens ergo Iacob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis ex parte decorticauit eas: detractisque corticibus, in his quæ spoliata fuerant, candor apparuit: illa vero, quæ integra fuerant, viridia permãserunt: atque in hunc modum color effectus est varius. Posuitque eas in canalibus, vbi effundebatur aqua, vt cum venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aspectu earum cõciperent. Factumque est vt in ipso calore coitus, oues intuerentur virgas, & parerent maculosa, & varia, & diuerso colore respersa. Diuisitque gregem Iacob, & posuit virgas in canalibus ante oculos arietum: erant autem alba, & nigra quæque Laban: cætera vero Iacob, separatis inter se gregibus. Igitur quando primo tempore ascendebantur oues, ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum, & ouiũ, vt in earum contemplatione conciperent. Quando vero serotina admissura erat, & cõceptus extremus, non ponebat eas. Factaque sunt ea, quæ erant serotina Laban, & quæ primi tẽporis Iacob. Ditatusq; est homo vltra modum, & habuit greges multos, ancillas, & seruos, camelos & asinos.

3. Reg. 4.

GErnens. Dicto de Liæ multiplicatione, hic agitur de Rachelis fructificatione, & hoc dupliciter: primo de fructu in persona subdita, scilicet in ancilla, secundo, de fructu in se ipsa, ibi. *Recordatus quoque.* Circa primum. *Cernens autem Rachel quòd infecunda esset.* Ante enim sororem suam despexerat, quia ipsa pulchrior erat, & magis amabatur à viro. Nunc autem vice versa, quia Lia fœcunda facta est multum amabilis erat, quia totum bonum, & finis habendi vxorem consistebat in prole: Rachel autem quia nõ pariebat, videbat se opprobrio haberi, ideo angustiabatur. Ecce quanta diuinæ sapientiæ in rebus ordinatio. Rachel quæ ante sibi ipsi felix videbatur, vt sororem despiceret, per sterilitatem depressa est, vt se miseram recognosceret. Et Lia, quę ante omnibus contemptibilis videbatur ex fecunditatis abundantia, sibi felix postea visa est. Sed quia si sic successus procederet, Lia in superbiam efferretur, & de Rachel vindictam caperet eam totaliter infelicem reputans, cessauit, Lia parere ne inflaretur, & Rachel filium habuit ne totaliter depressa omnium contemptui haberetur. *Inuidit sorori suæ.* Videtur ex hoc, quòd Rachel peccauerit, quia inuidia vnum de vicijs capitalibus reputatur. Et sic dicit Aristoteles secundo Ethic. quòd quædam mox nominata malitia sunt conuoluta, vt gaudium de malo in verecundia, & inuidia. Respondetur quòd inuidia dicitur dupliciter. Vno modo inuidia, vt importat dolorem de bono alieno, vel gaudium de aduersitate aliena, & isto modo detestabile valde vitium est. Nec fuit sic inuidia in Rachele, quia non dolebat Rachel, quòd soror sua pareret, nec gauderet de morte filiorum ipsius. Alio modo accipitur inuidia, ideſt zelus importans dolorem de defectu proprio in comparatione ad aliquem habentem id, quo iste caret: & isto modo inuidebat Rachel dicens Domine Deus sorori meæ dedisti prolem: mihi autem non. *Da mihi liberos alioquin mor ar.* Ideſt si non facis quòd concipiam, moriar præ dolore. Et hoc erat, quia tam fœcunda erat soror eius, ipsa autem tam sterilis, vel quia superfluum matrimonium esse putabat, si proles inde non sequeretur.

Responsio ad quæstũ quęstionis

Paret enim in hoc honestas matrimonij, quia non desiderio libidinis, sed amore prolis ista faciebat, maximè quia Rachel si intendisset delectationem veneream, nõ dedisset viro suo ancillam suam in vxorem, quia quãto vir suus in plures diuideretur, minor esset ad singulas. Dicunt quidam Iudæi, quòd non petebat Rachel à Iacob liberos, scilicet, quòd ipse daret ei, quia videbat ipsa, quòd Iacob hoc facere non poterat, quia quantum in se erat, scilicet dare operam generationi faciebat Iacob, sed nec sic volebat, sed petiuit ab eo, quòd daret ei liberos, ideſt cur non rogabat pro ipsa, vt haberet liberos sicut Isaac pater suus rogauerat pro Rebecca, vt conciperet, & concepit, vt patet supra 25. cap. Sed hoc non est verum, quia si ista petiuisset Rachel iustum peteret, & aliquid possibile Iacob, scilicet rogare vt conciperet Rachel, & tunc sequerẽtur duo inconuenientia. Primum quòd Iacob iniustè irascebatur, quia petenti iustè non est irascendum, sed valde iratus fuit Iacob Racheli. Item secũdum quòd responsio Iacob erat multum impertinẽs, scilicet nun quid pro Deo ego sum quasi priuaui te fructu ventris tui? Quia si Rachel peteret solum vt oraret pro ea, nõ perebat quòd daret ei id, quòd pertinebat ad Deum, scilicet habere liberos, vel non, sed ipse respondit tanquam ipsa peteret ab ipso liberos dicens, quòd ipse non priuauerat eam fructu ventris sui: ergo multum esset sic impertinens responsio Iacob ad Rachelem. Nisi forte velimus excusare Rachelem, & accusare Iacob qđ est rationi dissonum. Dices ergo quomodo Rachel, tam stulte petijt à Iacob id, quod solius Dei concedere erat. Respondetur quòd Rachel amaritudine magna cordis sui stimulata erat, amari autem, & irati, & generaliter omnes passionati irrationabilia petunt, quia sicut ira, ita & quælibet alia passio impedit animum ne possit cernere verum, ideo male iudicãt, & male petunt. *Cui respondit iratus Iacob.* Licèt enim Iacob nimio amore Rachelem diligeret, quia tamen vidit eam iniusta petentem iratus fuit ei quadam ira, quæ non est ad odium, sed est subitus motus, qui cito recedit qui rationem complete non habet, cum non maneat, vt sunt acuti siue achrocoli, vt patet quarto Ethic. cap. de mansuetudine. *Num pro Deo ego sum, qui priuaui te fructu uentris tui?* Quasi dicat iniustè de me conquereris, quia solus Deus potest dare, vel tollere fructum ventris: ego autem non habeo locum Dei, qui possim claudere, vel aperire ventrem tuum. *At illa habeo, inquit, famulam.* Videns Rachel quòd Iacob iustè responderat ipsa iniustè petente redargutionem factã patienter tolerauit semper desiderio prolis ardens, maximè quia audierat promissiones factas Abrahæ complendas in semine Iacob, quod ergo in se habere non poterat, in famula sua habere laborauit. *Habeo, inquit, famulam.* Scilicet, quæ non est ita sterilis, sicut ego. *Ingredere ad illam.* Ideſt cognoscas eam carnaliter. *Vt pariat super genua mea.* Ideſt, vt pariat filium, quem

Opinio Hebræorũ

Quæst. 2. Qũo Rachel stultè petit a Iacob quod est solius Dei.

Responsio ad q̃situm quæstionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quem mihi imputem, & gestem ego, & nutriam super genua mea, & gaudeam de ipso, sicut si esset meꝰ, & ego postea eum adoptem in filium. *Deditque illi Balam in coniugium*. Ideſt fecit Rachel consentire Iacob in ancillam suam, vt in coniugem, & sic celebratum fuit perfectè matrimonium. Aliter enim Iacob ancillam, nec aliam mulierem non accepisset, quia omnis coitus sine matrimonij fœdere illicitus est: Iacob autē non desiderabat accipere aliam vxorem, quia satis se reputabat contentum habendo duas vxores, sed ne vxori molestus valde esset, accepit & aliam vxorē: sciebat enim Rachel tristari vsque ad mortem, quia sterilis erat, vt supra dixit. Si ergo non consensisset ei dans spem prolis ei saltem ex ancilla præ mœrore, & tædio contabesceret, quod tristabile valde erat Iacob, cum eam tenero amore diligeret, nec eius poterat tristitias sustinere. Ista autem coniugum pluralitas pro tempore licita erat, quia nondum fuerat prohibita, maximè quia hic suberat legitima causa, & debitus finis: erat enim intentio eorum multiplicare populum Dei, quia videbat Iacob quòd ipse solus erat, in quo remanebat populus Dei, quia Esau non pertinebat ad repromissiones. Si autē vnam vxorem accepisset non posset sufficienter Dei populus multiplicari, ideo licebat valde plures vxores accipere. Item quia si Iacob fuisset tunc valde iuuenis posset ex vna vxore in multo tempore multos filios gignere, quia non cessaret in eo potentia generatiua. Nunc autem non suberat hoc, quia erat Iacob declinans ad senectutem, & modico tempore duratura erat in eo virtus generandi. Patet enim quia cum primo accepit Liam cognoscendo eam carnaliter, erat annorum 84. vt probatum fuit supra 29. cap. & sic modicum tempus restabat ad gignendum. Debebat ergo ad multiplicandum cito Dei populum multas vxores simul accipere: nullum ergo fuit peccatum in pluralitate vxorum. Etiam causa legitima erat, vt si forte non complerentur repromissiones in filijs vnius vxoris complerentur in filijs alterius. Vt si solum Iacob accepisset vxorem Rachelem, sicut ipse accipere intendebat, cum in ipsa nō complendæ essent repromissiones, sed in filijs Liæ, scilicet in Iuda, sequeretur magnum incōueniens. Prouidit ergo Deus, vt non sic fieret, sed vt alteram vxorem acciperet, & ideo non solum erat promissum, & licitum hoc illo tempore, sed etiam erat meritorium valde, stante ista causa & fine.

Sed quæritur cum licuerit aliquo tempore, & pro aliquo fine eundem hominem simul plures vxores habere, nunquid licuerit aliquando eandem mulierē simul plures viros habere, quia poterat stare eadem ratio, & finis, scilicet, quòd vna mulier non posset gignere ex vno viro, quia frigidus, vel maleficiatus perpetuo est: posset autem gignere ex alio. Ad hoc respondetur secundum Augustinum in libro de bono coniugali, quòd nō est idem de viro, & vxore propter quatuor causas. Prima est dignitas sexus, quia vir est caput mulieris, & non è conuerso, vt patet prima ad Corinth. 11. cap. ideo quædam permittere oportet viris, quæ non vxoribus, siue mulieribus, vt proprius dicamus. Secunda causa est pax in communicatione œconomica, quia non solum accipiuntur vir, & vxor ad communicationem naturalem, quæ est propter gignere, quod est principale, sed ad communicationē etiam œconomicam, quæ pertinet ad conseruationē individui, sicut communicatio naturalis ad conseruationem speciei, vt patet per Philosophum primo Politicorum cap. 1. & 2. pax autem œconomica consistit in bona habitudine rectoris œconomici ad subditos. Rector autem est vir, subditi sunt vxor, & filij, & serui. Si autem plures viri eidem mulieri essent, multi rectores eiusdem domus æquales essent, & tales, quod ratio nec natura non patitur, quia omnis alia potestas impatiens consortis erit, vt ait Lucanus libro primo in principio de bello Iulij Cæsaris, & Pompeij. Etiam quia isti cum diuersa capita habeant, necesse erat esse diuersitatem animorum, ideo diuersa immo contraria interdum præciperent, & tunc necessaria erat lis, & disturbatio communicationis œconomicæ, & consequenter totius ciuitatis. Etiam patet hoc ex parte subiectorum, quia si illi viri mandarent vxori, vel familiæ contraria, vel disparata non posset pro eodem tempore vtrique domino a familia deseruiri, & sequeretur illud, quod ait Saluator Matth. 6. cap. nemo potest duobus dominis seruire, aut vnum odio habebit, & alium diliget, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Item quia sic non procuraretur bona domestica vno mandante oppositum alteri. Non enim decet sic esse, sed quòd ordo œconomicus imitetur ordinem naturæ, qui optimus est, vt patet 12. Metaph. quia ergo mala est pluralitas principū, bonus est vnus princeps, vt ibidem in fi. 12. metaph. Ista autem inconuenientia nō stant in vxoribus pluribus respectu vnius viri, quia mulier non dominatur, sed vir, cum vir caput sit mulieris, & non è conuerso: prima ad Corint. 11. licet ergo dentur plures vxores non dabuntur plures rectores, vel domini plures, sed plures subiectæ, ad quarum pluralitatem nō sequitur turbatio, sed ad pluralitatem rectorū, quia datis pluribus rectoribus, dantur plura principia agendi, & monēdi, quæ dissonant. Datis autem pluribus subditis, nō dantur diuersa principia agendi, vel mouendi, quia subditus nō habet inquantum huiusmodi in se principium sui motus, sed mouetur ab extrinseco, scilicet à rectore. Tertia ratio, & potissima, quia repugnat pluralitas virorum ad eandem vxorem intentioni naturæ ingeniantis coitū, & rationi humanæ determinati matrimonium. Ideo enim natura coitum adinuenit, & ratio humana, & diuina institutio matrimonium ordinauit, vt proles inde ad continuationem specificam in Dei laudem sequeretur. Sed si eadem mulier plures viros haberet impediretur hoc, quia nunquàm gignere posset. Mulier enim quæ in eodem tempore vicino cum pluribus coit ex nullo gignere potest, sicut accidit meretricibus, quæ concipere nullo modo possunt. Si autem duo viri cum eadem vxore coirent in temporibus aliqualiter differentibus, gignere posset, vt si postquàm concepisset ex vno ab alio cognosceretur, sed hoc nō contingeret semper. Si autem idem vir plures vxores habeat, non sequetur huiusmodi inconueniens, quia vnus vir bene potest ex pluribus vxoribus plures filios gignere in tempore satis vicino, sicut Loth, qui vna nocte impregnauit filiam suam maiorem, & sequenti nocte filiam minorem, vt patet supra 19. cap. Ratio autem diuersitatis est, quia vir est emittens, femina autem recipiens: immo satis vtile esset aliquando eundem virum plures habere vxores, quia si forte non posset gignere in vna, tamen gigneret in altera, & hoc siue impedimentum gignēdi ab ipsa femina proueniat, siue ab ipso viro. Si autem impedimentum eueniat à fœmina, si illam solam haberet, nunquàm gigneret, accipiendo autem alteram, posset gignere. Sic enim accidit Abrahæ, nam factæ fuerant ei repromissiones de multiplicatione seminis, ideo ne ipse occasionem tribueret non implendi repromissionem, & per hoc reus videretur, dabat operam generationi honestè quantum poterat, sed nec sic quicquàm fuit, nam vxor sua Sara sterilis erat, cūque esset Abraham 85. annorum tenderetque ad senium videns Sara, q̃ tempus generādi diminuebatur in eo, & propter sterilitatem eius impediebatur rogauit eum, vt accipe-

Nec ratio nec natura patit plures viros eidem mulieri esse maritos.

Ois coitus sine matrimonij fœdere illicitus ē.

Iacob erat annos 84. natus q̃n accepit Liā cognoscendo eā carnaliter.

Quæst 3. An licuerit vnquā plures viros vnam vxorē habere.

Ratio de uerisimili.

ret ancillam suam Agar, ingredereturque ad eam, atque cognosceret affectu matrimoniali, quod Abrahā vxoris precibus egit, & in sequenti anno, scilicet 86. genuit filium nomine Ismahel. De ijs supra 16. cap. Si autem impedimentum veniat ex parte viri, vtpote quia incipit iam deficere potentia generandi, vel quia semen eius ineptum est ad generationem, non poterit ex qualibet muliere cōcipere, sed ex illa solum cuius seminis bonitate contemperetur semen viri iam debito calore deficiens, & hoc solum reperitur in iuuenculis, quia semen earum est bonæ complexionis contemperans ineptum semen viri reducendo ad debitam dispositionem, ita vt sit cōuenienter actiuum, & hoc accidit Abrahæ. nam Abraham cum iam esset annorum 140. vt probatum fuit supra 24. & 25. cap. ita quòd ad gignendum semen suum ineptum erat, & si accepisset aliquā fœminam grandęuam aut maturæ ætatis, etiam si non esset sterilis, gignere non potuisset: accepit autem Ceturam, quæ iuuencula erat, ex cuius bonitate seminis senile iamque pene frigidū semen Abrahæ reparatum est, & genuit sex filios, vt patet supra 25. cap. Quarta ratio secundum Augustinum est ratio sacramenti; est enim matrimonium in Christo, & Ecclesia, vt ait Apostolus ad Ephes. 6. cap. Sed sic est quòd Christus, qui sponsus vnicus est: Ecclesia autem licet in se tota vna sit, aliquo tamen modo est plures, ideo satis conuenit sacramento pluralitas vxorum, sed non pluralitas virorum. Dicit enim Augustinus quadruplicem esse Ecclesiam, scilicet Ecclesiam cōtemplatiuorum signatam per Rachel, Ecclesiam actiuorum signatam per Liam, Ecclesiam cōtemplatiuorum mercenariorum signatam per Balam ancillam Rachelis, Ecclesiam actiuorum mercenariorum signatam per Zelpham ancillam Liæ. Nūc autem vnam solam vxorem habere licet, quia alia significatio reperitur in matrimonio, prout est sacramentum legis nouæ, de qua extra de bigamis in cap. debitum in textu, & in glo. Præter istas rationes Augustini adhuc possunt dari aliæ. Prima quòd pluralitas virorum eidem vxori repugnat intentioni naturæ, & rectitudini finis destinati à ratione: natura enim & recta ratio humana solum volunt matrimonium ad prolem, sed vna vxor ex vno viro sufficienter gignere potest, alius autem non poneretur ad gignendum, sed ad deturpandum. Satis enim euidens esset, quòd si vna fœmina plures viros simul vellet, quòd non ad gignendum, sed ad libidinem faceret explendam. Iste autem deordinatus finis est, & malè præstitutus: eundem autem virum habere plures vxores bene stat nō ad libidinem, sed ad prolem, quia ad libidinē vna sufficit: ad prolem autem non, quia postquàm vna mulier cōcepit vsque ad nouē, vel decem menses, iterum concipere non potest. Potest autem idem vir in vno anno multos filios ex multis vxoribus gignere, sicut refert Franciscus Petrarcha in libro de prospera fortuna, & aduersa de rege, qui sexcentos filios genuit. Necesse enim erat, quòd ille quolibet anno viginti vel triginta filios gigneret. Item secundo, quia ista pluralitas virorum repugnat paci politicæ, & œconomicæ, quia si plures viri eidem mulieri essent, contingeret vtrūque simul ab vxore debitum petere, sed quia non posset vtrique simul reddere, sequeretur magna dissensio. Sic enim videmus in tauris, & in alijs brutis contendentibus super eadem fœmella. Sed dices, quòd idem inconueniens sequeretur dando plures vxores eidem viro, quia cum vir, & vxor quantum ad actum matrimonialem ad paria iudicentur testante Apostolo prima ad Corinth. 7. vir non habet potestatem corporis sui, sed mulier, & mulier non habet potestatem corporis sui, sed vir, & sic nō poterit esse pax, cum vir non sufficiat pro eodem tempore vtrisque debitum reddere. Respondetur, quòd non est idem in viro, & vxore multiplicatio, quia si plures viri simul peterent debitum ab eadem muliere, cum ipsa non posset reddere, viri qui ferociores sunt mulieribus in hoc contenderent vsque ad mortem, & nullus eos moderari posset, quia vterque dominus esset: in fœmina autem non est sic, quia licet plures fœminæ essent simul petentes debitum, quia tamen vir esset rector, & moderator earum, posset eis dare regulam, quomodo sibi non obuiarent mutuo, ideo nulla contentio sequeretur. Item tertio sequeretur magna abominatio, cum vnus vir sciret, quod alius coisset cū eadem vxore, cum qua ipse, quia cum iste actus sit turpis, & fœdatiuus, valde abhorreret quilibet vir à se fœdaram ab alio defœdari, & hoc eos induceret ad non accedendum ad vxores. Patet hoc, nam non solum aliquis abhorret eam, quæ ab alio fœdata est, sed interdum eam, quam ipse fœdauit, & ex hoc sequitur id, quod cōmuniter videtur in amatoribus carnis: nam amant intensissimè aliquàm fœminam antequam eā adepti sint, & carnaliter cognouerint: postquàm autem cognouerint turpitudinem eius experiētes cum ea carnalia, non ita eam appreciantur, sed aliam magis desiderant quam ante hoc nullo modo desiderabant, & non solum non ita diligunt, sed interdum nimium ante cognitionē carnalē & post cognitionem summo odio persequuntur, ita vt maior sit posterior abominatio, quam fuerit præcedens dilectio. Hoc autem inter ardentissimos amatores visum est, vt patet de Amon filio Dauid amante sororem suam Tamar, ita vt deperiret in amorem eius, & viribus opprimens eam, concubuit cum ea, & factum est, vt maius esset odium, quo oderat eam postquàm cognouit quàm amor, quo eam ardentissimè dilexerat antequam cognosceret, vt patet secundo Regum 13. cap. Item quarto, quia sequeretur incertitudo prolis, quòd. ualde repugnat honestati politicæ, & nobilitati generis, & toti virtuti, & probitati. Vt enim supra diximus mulier, quæ à pluribus cognoscitur, generare non potest, sed si aliquando contingat eam generare ex vno illorum, non patebit distinctio prolis, quia vterque vir ignorabit ad se pertinere, nisi magna paterna effigies manifestaretur in prole: hoc autem valde inhonestū erat, quia tollebat omnem statum politicum, qui est in varietate personarum differentium nobilitate, & statu: nobilitas autem prolis est à nobilitate paterna. Ignorato ergo patre, nūquā pateret in posteris distinctio generis, & nobilitatis: hoc autem omni virtuti viam præcludit, quia homines, qui se à nobilibus ortos cognoscunt à generis nobilitate coguntur, vt magna, & conuenientia nobilitati suæ faciant, ne vilissimi reputentur. De hoc ait Boetius de consola. lib. 3. prosa. 5. Sic inquiens, quod si quidem in nobilitate bonum id arbitror esse solum, vt imposita nobilibus necessitudo uideatur, ne à maiorum uirtute degenerent. Idem patet, scilicet, quòd deuiare a bonitate faciat aliquem ignobilem, & degenerem per eundem Boetium lib. 3. de de consola. metro. sexto. Sic ait

Si primordia vestra
Authoremque Deum expectes
Nullus degener extat,
Nisi vitijs peiora fouens,
Proprium deserat ortum:

Cum autem talis nobilitas ignoratur, torpet pigra uirtus, & ocio contabescit. Hoc autem est totum bonum, & honorem publicum eneruare. Non sequitur autem hoc datis multis uxoribus eidem uiro, quia licèt de qualibet generet, patebit distinctio generis, cum sit certus pater, & certa genitrix. Item quinto se-

Rationes Augustini.

Nobilitas prolis est a nobilitate paterna

to sequeretur paruus amor patrum, & filiorum, quia F
incognita non diligimus: cum ergo sic non pateret
distinctio prolis nec cognosceret filius patrem, nec pa-
ter filium: non ergo diligerent se. Et in hoc funda-
tur ratio Aristotelis octauo Ethic. quare magis dili-
gunt parentes filios, quàm filij parentes: dicit enim
quòd pater, & mater magis cognoscũt, & maiori tem
pore filios suos, quia cognoscũt eos à principio, quàm
filij parentes, quia cognoscunt eos multo tempore
postquàm geniti sunt. Etiam dicit quòd propter hoc,
quia cognoscit magis mater filium, quam pater, ma-
gis diligit eum, deinde quia non potest dubitare ma-
ter, quis sit filius eius: pater autem dubitat multum.
Non est autem istud inconueniens in multis vxori-
bus eiusdem viri, quia quilibet pater, & mater perfe- G
ctè cognoscentes filium suum diligent eum, & dili-
gentur ab eo. Et si forte dicas: licèt non cognoscat
filius certum patrem datis multis viris eidem mulie-
ri, tamen amabit omnes, vt patres, quia quilibet æqua-
liter est indifferens, vt sit pater eius, & istam rationem
assignabant Socrates, & Plato ponentes debere esse
communitatem vxorum, & possessionum in politia,
vt recitat Aristoteles secũdo Politicorum primo cap.
scilicet, quòd quilibet genitus in ciuitate diligeret om
nes homines ciuitatis, vt patres qui maiores essent, ita
quòd eum gignere potuissent: sic enim amor totus
ciuitatis esset, vt amor patris ad filium, & fratris ad fra-
trem. Sed istam rationem potius conuertit ad oppo-
situm Aristoteles dicens, quòd cum quilibet genitus
nullum patrem cognosceret, nullum vt patrem dili- H
geret, etiam dato quòd natus quilibet omnes consi-
deraret, vt potentes esse patres suos, cum iste amor
paternus sit quædam dulcedo cognationis, si ad om-
nes extenderetur iam modica, vel nulla esset. Sicut
modicum dulce sparsum in multam aquam nihil dul-
ce facit, vt si modicum mellis mittatur in magnum
flumen. Talẽ ergo positionem tanquam multum ir-
rationabilem nunquam aliqua politia suscepit, quia
taliter genitos viles reputabat: ideo Lacedęmonij,
quidam ciues in Græcia, qui & Spartani dicuntur, in-
ter alias gentes vilissimi reputabantur, quia ab incer-
tis patribus nati erant, nam vt refert quidam histori-
cus tractans de dea, quæ dicitur Venus armata, cum
semel Lacedęmonij contra hostes suos ciuitatem suã I
longe conflicturi inuasissent manentibus mulieribus
ad tutellam ciuitatis, & cum facto bello armati Lace-
dęmonij in ciuitatem suam redirent, mulieres La-
cedęmonum eos à longe respicientes hostes esse pu-
tauerunt: armato ergo fœminarum exercitu viris
obuiam exeuntes bellum inferre parabant: cum au-
tem cominus viderunt viri cognoscentes vxores suas
esse iudicauerunt in eas impetum esse faciendum, vt
singuli singulis fœminis obuiantes sicut indifferen-
ter eueniret eis, in gaudium euentus bellici miseren-
tur, quo facto proles incertæ, & mixtæ Lacedemonũ
prouenerunt, cum de nullo tunc genito certus consta-
ret pater, ex quo facto ab alijs gentibus vilissimi repu-
tati in opprobrium Spartani dicti sunt. Idem dicit de
Garamantibus Solinus primo cap. de Aethiopia in li- K
bro qui dicitur Polistor: hoc autem de Lacedęmo-
nijs quidam historici sic narrant. Paulus Orosius ta-
men in primo de Ormesta mundi aliter dicit, scilicet,
quòd anno 20. ante vrbem conditam, qui fuit annus
septingentesimus sexagesimus primus Messenij vir-
gines Lacedemoniorum ad solemnitatem eorum vi-
dendam euntes oppresserunt, ex quo permoti Lace-
demonij per 20. annos contra Messenios bellum ges-
serunt, qui in principio bellorum magnis se execratio-
nibus deuouerunt, nunquàm, scilicet in patriam redi-
turos, nisi Messenia expugnata. Cumque per decem
annos pugnassent, nec obsidionis suæ fructum vide-
rent recipientes vxorum suarum querelas de longa
viduitate considerantes, etiam quòd si tunc à gignen
do se cohiberent, senes ipsi, & vxores eorum efficie-
rentur, & post cum gignere vellent non possent: vn-
de maius eis damnum insurgeret perdita spe succes-
sionis quàm hostibus suis, etiam si eos vincerent, qui
post tales execrationes, & iuramenta ad supplemen-
tum exercitus veniant ad gignendum in Lacedęmo-
niam miserunt permisso omnium fœminarum con-
cubitu, vt sic spe prolis non prorsus carerent: fuit au-
tem ista licentia vtilis satis Lacedęmoniæ, quæ alitet
peritura erat, infamis tamen valdè, ita vt cæteris gen-
tibus abiectiores iudicentur.

Quare magis diligũt parẽtes filios, quam filij parentes.

Quæ ingresso ad se viro. Ideſt cum Bala carnaliter fuit
cognita à Iacob nouiter in virum accepto. *Dixitque
Rachel.* Tota lætitia de natiuitate huius prolis attribue-
batur Racheli, quia ipsa famulante ancilla sua viro suo
coniuncta fuit. Vnde sic lætatur Rachel, ac si ipsa cõ-
cepisset, & peperisset. *Iudicauit mihi Dominus.* Ideſt iu-
dicium fecit mecum, scilicet se habendo iuste. Dicit
hoc, quia ante quando Rachel sterilis manebat, & pe-
tente ipsa prolem non exaudiebatur, videbatur Deus
crudelis esse erga eam. Nunc autem, quia dedit pro-
lem, dicitur iudicauisse, ideſt iustè se habuisse conde-
scendendo iustis precibus Rachelis, & ideo subdit.

Et exaudiuit vocem meam. Qua quotidie deprecabar,
vt daret mihi prolem, *Dans mihi filium.* Quia reputa-
bat hunc filium ancillæ esse suum, quia intendebat eũ
adoptare, si ipsa non pareret.

Dan quid.

Et idcirco appellauit nomen eius Dan. Dan interpreta-
tur iudicium, & venit ex hoc, quia ipsa dixit iudicauit
mihi Dominus, vel alio modo potest introduci ista li-
tera; cum Rachel videret sororem suam quatuor fi-
lios peperisse, timuit, quia ipsa sterilis erat, quòd a viro
suo contemneretur: nunc ergo intendit dicere Ra-
chel contentio erat inter me, & sororem meam, quæ
alteri in amore viri præponi deberet, & mihi videba-
tur, quòd Deus vellet sententiare pro sorore mea,
quia ei quatuor filios dederat me sterili remanente.
Sed nunc video, quòd iudicauit mihi, ideſt, quòd pro
me tulit sententiam dans mihi filium.

Comparauit me Dominus cum sorore mea. Ideſt fecit me
æqualem sorori meæ, quia sicut soror mea concepit
plures filios, ita ego ex ancilla mea genui plures. *Et
inualui.* Facta sum in maiori statu, quam ipsa: ante
enim quam Rachel ex ancilla sua susciperet aliquem
filium, timebat se inferiorem sorore sua fieri: quan-
do autem peperit ancilla primum, iudicatum est
pro Rachel, quia tunc nõ timuit fieri minor, & quãtũ
ad hoc comparata fuit sorori suæ, ideſt facta æqualis
ad minus: quando autem suscepit secundum filium
ex ancilla, dicit se inualuisse contra sororem, quia iam
maioris reputationis haberetur apud virum, quam
soror sua.

Quæst. 4. Quo Ra-chel inua-luit contra sororem suam.

Sed quæritur quomodo dicit se inualuisse contra
sororem suam, cum soror sua quatuor genuisset: ipsa
autem duos, & soror sua genuisset a se, ipsa autem de
ancilla? Respondetur quòd comparando amorem
nimium quem gerebat Iacob ad Rachel, & modicũ
amorem ad Liam, & cõferendo pulchritudinem Ra-
chel turpitudini Liæ maioris reputationis habebãtur
duo filij Rachelis, quam quatuor filij Liæ, ideo sem-
per ipsa inualescebat: in Hebræo habetur. *Orationes
Dei oraui, & potui cum sorore mea.* In quo notatur, quòd
istos duos filios Rachel a Deo precibus extorserit:
quia de primo dicebatur supra, iudicauit mihi Domi-
nus, & exaudiuit vocem meam. De isto secundo dicit
orationes Dei oraui, potuit autẽ cum sorore, quia ad
minus nõ præponeret ei soror, qa duos ipsa genuisset.

Voca-

Vocauitque nomen eius Nephthalim. Quod signat oratũ,
ideſt oratione acquisitum, vel signat extortum, & indi-
rectè habitum, quia Rachel extorsit hunc filiũ a Deo
precibus, & non directè, quia quem ipsa de se concipe-
re non potuit, de famula sua concepit. *Sentiens autem
Lia.* Positis filijs adoptiuis Rachel, ponuntur filij ado-
ptiui Liæ, & primo in duas, quia primo agitur de ado-
ptiuis, secundo de proprijs, ibi. *Egressus est autem Ruben.*
Circa primum. *Sentiens autem Lia, quòd parere desisset.*
Hoc sensit Lia, quia quãdo parere incepit in quatuor
annis quatuor filios genuit, nunc autem duo anni ela-
psi erant quasi, quia non erant totaliter elapsi, & vide-
bat se non fecundari, ideo dedit ancillam suam viro
suo, vt ex ea conciperet. Non est autem putandum, qꝙ
Lia ĩ quatuor annis pepererit quatuor filios, ita qꝙ qua-
tuor anni transierint a tempore, quo ipsa fuit assum-
pta, & cognita carnaliter a Iacob vsq; ad tempus, quo
iam peperisset quatuor filios, qa si quatuor annos te-
nuisset in pariẽdo quatuor filios, non mansisset postea
tempus, in quo ancilla sua peperisset duos, & post illã
ipsa concepisset tres successiuè, s. duos filios, & vnam
maxime, quia non cõcepit Lia in fine septennij istius,
quia Rachel concepit Ioseph in fine huius septennij,
& ante hoc alij concepti, & geniti erant, & patet, qa dr̃
in litera, qꝙ nato Ioseph voluit Iacob reuerti in terram
suam, & hoc erat in fine vigesimiprimi septennij: nam
solũ stetit viginti annis Iacob in Mesoporamia, s. qua-
tuordecim, ꝙ vxoribus, & sex pro gregibus, sed qñ na-
tus fuit Ioseph nondũ seruierat qcquã pro ouibus, sed
postea conuenit, vt patet in lr̃a, ergo Ioseph natus fuit
in vigesimiprimi septẽnij, & nato illo voluit Iacob re-
uerti in terrã suã, sed non dr̃ qꝙ nato aliquo de aliis, vo-
luit reuerti, ergo vr̃, qꝙ alij nati sunt ante finẽ illius se-
ptẽnij. Dicẽdũ ergo, qꝙ Lia peperit illos quatuor filios,
quasi in tribus annis, qa de nouẽ in nouẽ menses pare-
re poterat. Deinde cũ ancilla sua cõceperit duos, & ip-
sa tres, manebãt quatuor anni, in quibus isti nasci pos-
sent, quia dato, qꝙ isti nascerentur successiuè, s. qꝙ nunq̃
cõcepissẽt Lia aliquẽ de tribus vltimis, donec Zelpha
peperisset duos, possent isti nasci in pauciori tempore,
quam in quatuor annis, quod patet dãdo cuilibet no-
uem menses. Et adhuc supererant tres menses de qua-
tuor annis, maximè quia credendum est, qꝙ non fuerit
successiuè, sed postquàm genuit Zelpha ancilla vnũ,
redierit Lia ad concipiendum tres, quos postea con-
cepit, quando dicitur qꝙ Lia sentiens, qꝙ parere desis-
set, dedit ancillam suam viro suo, non est intelligendũ
qꝙ hoc senserit videns, qꝙ duobus annis non peperisset,
quia tunc non maneret tempus, in quo Zelpha, & Lia
parerent filios, qui ponuntur in litera, ideo satis est, qꝙ
Lia hoc intellexerit, qꝙ illo anno non concepit, sicut
alijs annis, cum post nouem menses consueuisset con
cipere. *Zelpham ancillam suam.* Ideſt, quæ ei a patre in an-
cillã data fuerat. *Marito suo tradidit.* Scilicet in vxorem,
qa alias nullo modo eã accepisset Iacob, qa adulteriũ
esset, & graue peccatum. Istam autem quartam vxorẽ
Iacob non desiderabat, nec petebat, nec etiã ad preces
Liæ suscepisset, qa iam Lia conceperat filios quatuor,
nec erat ei necesse concipere ex ancilla, sed suscepit eã
ne odij, & dissensionis materia oriretur, quia diceret
Lia, ego sum infelix, ego despecta, quia ad preces so-
roris meæ suscepit vir meus ancillam in vxorem, ad
preces autem meas suscipere noluit.

Iacob ha-buit vi-gesi-mũ an-nũ solũ in Mesopota-mia.

Quæst. 5. Vtrum dicere tradi-dit viro suo ancil-lam suam Zelpham.

Sed dices quare dicitur in litera. *Tradidit viro suo an-
cillam suam Zelpham.* Respondetur qꝙ causa est, quia sine
consensu eius vir ancillam in vxorem accipere nõ
poterat. Sed videtur hoc falsum, quia eodem modo
contrahit vir cum vxore secunda, sicut cum prima, sed
ad contrahendum cum prima non requirebatur con-
sensus alicuius alterius, ita nec ad consentiendum in

Alph. Tost. super Gen.

A secundam. Respondetur, qꝙ non est simile, quia anteq̃
vir accipiat aliquam vxorẽ ab omni lege matrimonij
est absolutus, potẽs facere quodcunq; placuerit, postq̃
vero ꝓxit, transijt in ius alterius, quia vir nõ hẽt potesta-
tem corporis sui, sed mulier, & mulier nõ habet pote-
statem corporis sui, sed vir, prima ad Corinth. 7. cap. si
aũt vir habẽs vnã vxorẽ, superinduceret aliam primæ
vxori iniuriã faceret, tollendo ei ius suũ. Quia cum vir
duas vxores habuerit, non poterit cuilibet earũ ita cõ-
plete reddere debitũ, sicut si vnã solam haberet. Quod Obiectio.
autẽ in iniuriã vergit vxoris sine illius consensu intro-
duci non põt. Et quia qꝙ Iacob susciperet Zelpham in
vxorem vergebat in iniuriam Liæ, & Rachelis, sine
earum consensu accipi non poterat in vxorem: de Lia
B aũt solũ fit hic mentio, quia cum Rachel ante dedisset
ancillam suam viro suo in vxorem, non erat difficile,
quin consentiret, ne traderet etiam Iacob suam ancil-
lam. Item non poterat fieri sine consensu Lię, quia pa- Respõsio.
rabatur ei magnum præiudiciũ, cum tolleretur ancil-
la, quãtum ad seruitutem. Nam anteq̃ assumeretur in
vxorem a Iacob, poterat Lia imperare ei, quodcunque
vellet, & quãdocũq; vellet, cum aũt efficeretur vxor
Iacob, qñ Iacob peteret ab ea debitũ, vel alia obsequia
ad quæ vxor tenetur viro, impediretur, ne ageret id
quod mandabat ei domina sua, iõ serui sine domino-
rũ consensu ꝓhere non debent: si tamẽ ꝓxerint eccle-
sia approbat matrimonium, & cogit seruum, vt om-
nia seruitia, quæ ante domino dare consueuerat po-
C stea det, vt patet extra, de coniugio seruorum, cap. 1.

Quæst. 6. Quomo-do Iacob poterat sa tisfacere tot vxori-bus.

Sed quæritur qũo Iacob poterat tot vxoribus debi-
tum soluere, cũ vnus homo vix vni mulieri sufficiat,
immo nec semiplene sufficit. Respondetur, qꝙ Iacob
sufficiens erat ad reddendum debitum omnibus ijs
vxoribus, & hoc ex duabus causis. Prima quia Iacob
potens vir erat valde, in actu matrimoniali. Et ratio
est, quia vsque ad tempus, quo accepit vxorem conti-
nenter vixit, nullam vnq̃ mulierem cognoscens, quia
vir sanctæ conuersationis erat. Est autem, qꝙ quando
homines in parua ætate mulieribus commiscẽtur, ro-
tum eorũ robur eneruatur, nec postea potentes multũ
sunt. Cum autem homines abstinent in parua ætate a
coitibus, manet in eis natura potens, & integra, & ef-
ficiuntur robustiores corpore, & in abundantia poten
tiæ generatiuæ abundantiores. Vnus enim talis tribus
qui in tenera ætate eneruati fuerint, potentior est,
& semen illud conuenientius ad generandum, quia
potens valde est satis in calore contemperatum contẽ
perare valens sufficiẽter semen mulieris. Sic enim no-
stro tempore visum est de quodam, qui vsque ad tri-
ginta annos quasi ab omni coitu abstinuit. Deinde in
ætate illa vxorem accipiens ita corpore, & potẽtia ge-
neratiua abundantissimus fuit, qꝙ vxor sustinere non
poterat eius improbam libidinẽ, inęstimabiliter enim
super multos hoĩes abũdabat. Expedientissimũ enim
est ad bonũ statum politicum ista considerare. Vnde
Aristot. in 7. Politicorum, cap. 15. Magnã inquisitionẽ
facit circa hæc, s. quibus tẽporibus, & in qua ætate cõ-
mixtio fieri debeat, vt proles optime sequat̃: dicit. n.
E qꝙ in viris tps generandi est vsq; annos septuaginta, in
mulieribus autem vsque ad quinquaginta. Sed hoc iã Mala est generatio, quæ fit in senectute.
nõ ita plenũ est, qa a tpe suo vsq; nunc sunt ferè mille,
& octingenti anni, in quibus satis magna in rebus mu
tatio fit, dicit ẽt qꝙ non debent spectare viri, vt gignant
in extremo tẽpore, quo gignere possunt, qa tunc ante
morientur patres, q̃ filij sint adulti sufficientes paren-
tum educationi. Optimum autem tps generandi est,
cum sic gignitur, qꝙ filij geniti ante ad ætatem robustiã
deueniant, q̃ parentes viribus deficiant, vt nõ interci-
dat aliquod tps robur patrũ, & filiorũ, in quo nec pres
filijs, vel sibi viribus deficiẽtibus procurare necessaria

Sf non

Universidad de Buenos Aires Biblioteca

non possint,& filij patribus propter defectum virium F
nondum aduenientium: mala ergo est generatio, quę
in senectute fit solum, quia tunc filij patribus, nec pa-
tres filijs subuenire possunt, hi quidē propter paruos
esse, illi autem propter valde senes. Dicit etiam Philo-
sophus, ꝙ mala est generatio facta in tenera ætate, vt
vir coeat in decimooctauo, vel vigesimo anno, ꝓpter
duo, primo quia pueri nati, quando ad aliqualē cogni-
tionem deueniunt videtes patres suos valde iuuenes
esse, non reuerentur eos multū, qualiter reuereri opor
tet, quia illos coętaneos existimant, secūdo quia si pa-
ruæ ætate hoīes vxores accipiant propter inexperientiā
ętatis ad dispōnē rei familiaris conuenientes nō sunt,
& sic interdū magnæ facultates disperduntur. Est aūt,
& potissima rō ꝓp habitudinē filiorū, quia qui in te- G
nera ætate cōmiscētur mulieribus, paruos corpore fi-
lios generant, & deficiētes viribus. Generale est in om
nibus aīalibus, ꝙ fętus nouorū aīaliū imperfecti sunt,
& inducit signū, ꝙa si aliquæ ciuitates sunt, in quibus
permittuntur iuuenes, & iuuenculæ coniugari oēs ho
mines, vt cōiter corpore parui sunt. Masculis enim ge
nerantibus in parua ætate coire valde nocet, nō solum
futuræ proli, sed & genito, qui viribus caret, & augmē-
to, & membrorum magnitudine, & debita proportio-
ne priuatur, indisponitur etiam ad vitam, quia per coi
tum intempestiue excitatur calor innaturalis, desic-
cans corpora tenera. Mulieribus etiam nociuum val-
de est ante debitam ætatem coire, quia periclitari, &
mori contingit in partu, magis quam quando in ætate
perfecta sunt propter paruitatem membrorum, & te- H
neram ætātem tantum non potentem tolerare dolo-
rem: secundo, quia fętus imperfecti sunt: tertio, quia ꝓ
in tempestiuos coitus disponuntur, ne postea genera-
re queant, ideo sæpe videmus, ꝙ aliquę puellæ, quæ in
valde tenera ætate viros cognouerunt, postea concipe-
re nullo modo possunt: quarto, quia iuuenculæ cito
coitibus assuefactæ ardentiores fiunt, & intemperatę,
quæ nec multiplicatis coitibus satientur. Aetas autem
conuenientissima ad commixtionē, vt decens sequa-
tur proles, vt ibidem ait Philosophus in fœminis, con-
tingit circa decimumoctauum, vel vigesimum annū,
in viris autē in triceſimoseptimo, vel modicum infra,
siue supra. Et ista ætas valde conuenit proli genitæ, &
patri generāti ad bonam corporum habitudinem, & I
ordinatam communicationem ęconomicā, quia filij
geniti in trigesimoseptimo anno erunt perfecti ad ge-
nerandum, quando pater deuenerit ad annum septua-
gesimū, in quo deficit potentia generatiua, & filij erūt
tunc fortes, vt possint patribus iam senio deficiētibus
in necessitatibus ꝓuidere, & licet vsq; ad septuaginta
annos potentia generatiua, vt in plurimū in viris con-
tinuetur, nō est tamen bonum vsque ad illud tempus
gignere, quia proles iuuenum, & senū, sicut in corpo-
ribus impfectę, ita in intellectu deficientes valde sunt.
Ratio est, quia perfectio intellectus nostri attēditur se-
cundum perfectionem phantasiæ, & organorum co-
gnitiuorum, non ꝙ illis alligatus sit, vt potentię mate-
riales, sed quia operationem istorum præsupponit ad
Cap. 14. suam intellectionem, iō dr̄ in primo Posteriorum, ꝙ K
necesse est illa scientia carere, de cuius obiecto poten-
tia sensitiua caremus. Dicit ergo, ꝙ cōueniens genera-
tio, fm determinationē Philosophorū, & Poetarū fit
vsque ad annū quinquagesimū, vel quinquagesimū-
quartū. Si aūt alijs tpibus ad sanitatem, vel bonam cor
poris habitudinē coire licet, nō est hoc intēdendū fm
Philosophū, ꝙa illud non pertinet ad bonitatē prolis.
De tpibus aūt, & dispōnibus generantiū in eodē cap.
inquit Aristoteles, ꝙ locū ad gignendū eligi oportet,
magis frigidū, q̄ calidū, vel saltē medio modo se habē-
tem, iō hoīes nati in terris frigidis robustiores sunt, &
maiora, & pulchriora habent corpora hoībus genitis
in terra calida, & ad bellū, & cętera opera fortiora aīo-
siores sunt, vt idē Aristoteles eodē lib. 5. cap. Rō, ꝙa fri-
giditas loci, spiritus seminis constringendo detinet, ne
exhalent, in quibus tota vis prolis futuræ est. Caliditas
aūt loci disgregando, & aperiendo subtiliat, & spiritus
seminis exhalare cogit. Oportet ēt loci positionem, & Temporū qualitates loci positiones apte ad generationem.
tpis qualitatē inquirere, nō est enim cōgrua gnatio in
locis sitis p̄ Austrū, s. ꝙ sunt inclinati a parte Australi,
& eleuati ab Aqlonari. Et dēt fieri gnatio vigēte vēto
Aqlonari, ꝙ frigiditate sua circūstante spiritus seminis
detinet, ne exhalēt, & subtilitate, & siccitate sua defic-
cet humiditates viscosas, & innaturales. Venti Austra-
les è cōuerso calidi sunt, & humidi, iō inflāt, & hume- C
faciunt, qualiter Auster, & collaterales eius vēti pessi-
mi ad tps gnationis sunt, ventus aūt Fauonius, ꝙ Oc-
cidentalis est, & Subsolanus, ꝙ Oriētalis est, & collate-
rales eorum meliores, & saniores sunt: collaterales aūt
istorū, meliores sunt declinātes ad Boreā, q̄ ad Austrū.
Tēpus aūt gnationis hyems, ꝓprie est ex causis dictis,
s. pp frigiditatem: proles aūt in maxima ætate genitæ
deficientes valde sunt, & intellectu, & corpore, & viri-
bus, est aūt remediū ad contēperandū qualitates tēpo-
rū, & locorū, ꝙ hoīes habitātes in valde frigidis regio-
nibus coeant incipiēte vere, vel in ętate, si terra excess-
siuè frigida est, ꝙa si magno hyemis frigore coirēt, ꝓ-
les quidem sequerētur valde animosæ, & robustæ, sed
nō perfecte in intellectu, immo impetuosę fm irā, &
alias passiones, & animosę valde, vt ait Philosophus in
eodē lib. cap. 4. Si aūt vt diximus coeant proles medio
modo tēperabūtur, ꝙa aliqualis frigiditas loci adiua-
bit ad seminis dispōnē, vt sint corpora magna, & ro-
busta, & aliqualis tpis caliditas semen digeret humidi-
tates supfluas, & innaturales consumēdo, illi autē q̄ in
terra calida morantur in magna hieme, in frigoris ve-
hementia coeant, non quidē cum Auster incubuit, &
aquarū multarū copia est, ꝙa tunc inflatur fętus, & fit
humiditas innaturalis, & indigesta, sed q̄n magnæ gla-
cies, & pruinæ sunt ingentes, Borea restringēte, & de-
siccante. Oportet ēt generare volētes, quantū ad labo-
res, & officia bene se hēre, ita ꝙ viri sint aliqbus labo-
ribus dediti. Sed nō magnis ex quo sequtur, ꝙ homines
valde otiosi nulli labori, nec curæ dediti filios tumi-
dos, & infirmos, & indispositi intellectus, & tardos ad
motum generent, quorum corpora ad omnem cor-
ruptionem, & infirmitatem prompta valde sint. Ra-
tio est seminis indigestio, & superflua humiditas in-
flatiua, carnes mollificās quadam mollitie muliebri.
Non oportet etiam volentes gignere, vacare magnis
laboribus violentibus, & frangentibus totas corpo-
ris vires. Sicut sunt hastiluſio, & omnia certamina
exercitatiua, vel quotidiana conuersatio in armis, vt
in illis, qui sunt in bellis, & in agricolis, qui supra mo-
dum se affligunt. Ratio est, quia nimius labor, &
motus fortis causant ardorem excessiuum, & innatu-
ralem, qui nō solum digerat, sed seminis spiritus exha-
lare faciat, & eius humiditatē naturalē. Ex quo sequtur,
ꝙ filij hoīum valde studiosorum, vt cōiter parui cor-
pore sunt, & viribus debiles, nec multum abundantes
in intellectu, immo aliqualiter de stultitia suspecti. Rō
quia vehemens studiorū cura hoīem desiccat, & exu-
rit, & semen eius est exustus carens debita humidita-
te, fm quā possit fieri augmentum, & organa phanta-
stica desiccata in quadam stultitiæ, & admirationis spe
ciem efferunt. Et simile est, quod cōiter videmus in
colericis aduſtis, qui ad amentiam proni sunt, nisi ma-
gno regimine defensentur: Homines autem qui me-
diocribus laboribus occupantur, nec valde magnis
curis proles perfectas faciunt, & secundum corpo-
ris habitudinem, & secundum intellectum cæteris su-
perioribus

perioribus concurrentibus. Ex quo sequitur quod
cōmuniter videmus, quòd filij pastorum corpora pul-
chra, magna, & robusta habent, quia nō magnis labo-
ribus occupantur frangentibus, nec rursus totaliter
quiescunt, quia mouentur conuenienti motu, & fa-
ciunt quædam alia, quæ sunt sufficientes labores ad se-
minis congruentem digestionem. Ex hoc etiam vide-
mus, quòd filij agricolarum, qui magnis laboribus oc-
cupantur, parui nascuntur, & vires paucas habent: fœ-
minæ autem quando prægnantes sunt, etiam disponi
debent secundum corpus, quia non debent intendere
magnis laboribus, quia possent pati abortum. Etiam
quia semen nōdum formatum, vel si iam formari in-
cipit, ardore innaturali consurgente ex labore, patitur
eadem inconuenientia, quæ supra de patre diximus, B
scilicet desiccationem humiditatis debitæ, & indispo-
sitionem ad augmentum, ad robur, & malam intelle-
ctus habitudinem consequentem organa phantasiæ.
De his enim omnibus, de quibusdam expresse, de qui-
busdam in radice loquitur Aristot. in 7. Polit. cap. 15.
Hęc autem omnia conueniunt rectitudini status poli-
tici, sed de quibusdam eorum, scilicet de tempore, vel
ætate coeundi, in qua ætate matrimonium iungēdum
sit, vt proles optimè dispositę sequantur, non multum
curauerunt iura humana, maximè ecclesiastica con-
cedentia uiro contrahere matrimonium in principio
pubertatis, scilicet in quartodecimo anno, & fœmi-
næ in duodecimo. Et ratio est, quia iura Ecclesiastica
sequuntur, inquātum possunt ius diuinum, ius autem C
diuinum magis intendit deuiare hoīes a peccato, vt p-
ficiantur in vita æterna, quam cōsentiendo peccatum
deducere hoīes ad temporaneam perfectionē. Hoīes
aūt, qñ deueniunt ad tpa pubertatis, incipiūt ad libidi-
nē inclinari. Si ergo statim nō permitterentur habere
vxores, daretur eis occasio ad adulteria, incestus, stu-
pra, fornicationes, & quædam alia infanda genera ma-
lorum, magis aūt talia mala vitanda sunt, quam eis exi-
stētibus inducatur in hominibus perfectio fm corpus,
& iō Aplus vxorē ad fornicationis vitandæ remedium
accipere cōsulit, & indulget, vt patet 1. Corinth. 7. cap.
dicens, Vnusquisq; vxorē suā habeat ꝓp fornicationē,
s. vitandam. Melius est enim nubere, q̄ vri. Si aūt proles
imperfectæ sequantur, non tñ ius diuinū curat, vt ista
vitia extirpentur attendens, ꝙ pfectio nostra nō est in D
ista politia, sed in alia, ad quam subordinamur, s. ad po-
litiam ciuitatis cęlestis. Sic enim ait Aplus ad Hebr. vlti.
cap. Non habemus hic ciuitatē manentē, sed futuram
inquirimus. Reuertendo aūt ad propositū, ꝙa licet ali-
qualiter disgressio longa quidē fuit, sed non inutiliter.
Est secunda rō, quare Iacob poterat debitum reddere
quatuor vxoribus, bona instructio, & honestus finis
vxorum. Si mulieri ad satietatē sufficere deberet vir in
actu coniugali ante desiccaretur, nec vnus, immo nec
multi vni mulieri sufficerent, quia & ipse frequēs coi-
tus calorē innaturalē ascendit, fm quem dum magis
fœmina huic actui intēdit, magis desiderat, nisi per ac-
cidens fiat fatigatio, & fractio organorum, sicut est in
videndo, vel audiendo, quia oculus non satiatur visu, E
nec auris auditu, vt patet Eccles. cap. 5. & tñ constat, ꝙ
organa fatigantur, & requiescere dicimur, qñ ab omni
actu sensationis cessamus, quemadmodum est in som
no. Sic declarat Arist. in 7. Ethic. circa finem, ꝙ in ex-
perientia quarundam delectationū tristitia est, sed to-
leramus ꝓp assuetos esse, sicut dicit in videndo, & au-
diendo quosdam labores esse, delectant tamē in vidē-
do. Sūt enim delectationes quædam, vt medicinæ tri-
stitiarum, vt delectationes iuueniles, & seniles, nam
natura iuuenilis est in continuis motibus, & magnis,
qui sunt tristes, & si non acciperet delectabilia valde
dolorosa, & laboriosa ætas esset illa. Vt ergo non ve-

hementer tristentur, accipiunt illa delectabilia, vt me-
dicinas dolorum. Medicinæ autem non accipiuntur,
tanquàm delectabiles, sed vt expulsiuæ morborum,
& si non essent expulsiuæ morborum, non acciperе-
mus illas, quia non accipimus illas fruentes, sed vten-
tes illis, sic etiam quædam delectabilia sunt, quæ non
accipimus, vt fruētes, sed quia remedia sunt dolorum,
& sic sunt omnes molles, vt patet 7. Ethic. qui perse-
quuntur delectabilia non quidem, quia per se feruntur in delectabile, sed quia tristitias passionum tolera-
re non possunt, & quia ab istis laboribus liberantur
accipientes delectationem oppositam, ideo prosequū-
tur illas, sicut in prosequentibus actum venereum,
aliqui enim prosequuntur, quia delectabilis sibi pro-
ponitur, & vult frui illo, & isti vocantur incontinen- B
tes, alij prosequuntur actum venereum, quia sustinent
fortissimas passiones, & licet iste actus esset eis valde
delectabilis, non prosequerentur si in sustinendo pas-
sionem durus labor non esset, ideo vt effugiant istum
cruciatum, delectabile in actu committunt, non
quòd illud velint per se, sed per accidens: isti autem
vocantur molles. Sunt ergo istis delectabilia, non
delectabilia, sed medicina laborum. Sed adhuc hoc
manifestius patet in alijs delectabilibus secundum ta-
ctum, quemadmodum est scalpere carnes, quod est
quoddam delectabile, sed non est delectabile propter
se, sed ad tollendum passionem, vel laborem pruri-
ginis, & dum illa tollitur, non sentitur scalpere esse
triste, sed ablata illa sentitur, quia carnes diuiduntur, C
& violenter rumpuntur interdum vsque adeo, vt
cruor emittatur, & patet hoc si aliquis scalpat partem,
in qua non est prurigo, quia illud laboriosum, atque
dolorosum est. Sic ergo frequentius ipsa delectabi-
lia sibi ipsis pœna sunt, quia dolorem secum impor-
tant, vt patet in actu venereo fractis, aut lassatis or-
ganis, & nondum expleta libidine: patet hoc maxi-
me in puellis, cum primo cognoscuntur, & in ho-
minibus cum primo fœminas corrumpunt, quia in
puellis est fractio clausſtrorum virginalium, quæ est
quædam violentia facta naturæ, ideo licet in eis pas-
sio stimulet ad actum venereum, satis prima delecta-
tio coniuncto dolore compensatur. Talis enim clau-
strorum apertio, satis dolorosa est, licet dolor eius
per totum non pateat ex admixtione delectationis ve- D
nereæ, in viris autem qui nouiter coeundo genitalia
vasa sua corrumpunt, dolor quidam est, licet non
tantus quantus in puellis nouiter defloratis. Horum
autem veritas cuilibet speculanti ex effectu patet, sci-
licet quòd ex corruptione viri sequatur, & quòd ex
corruptione fœminæ. Nec tamen, dico propter hoc
patere ex effectu, ideſt per experientiam, cum nullus
sit qui vtrumq; experiatur, nisi fuerit fictitius ille Ti-
resias, de quo Ouidius Metam. lib. 3. ponit quomodo
vtramque Venerem expertus fuerit, nūc vir, nunc fœ-
mina factus. Pater autē hoc ex effectu, i. sola speculati-
ua consideratione speculando, quòd ex vtroq; sequa-
tur. Patet ergo, ꝙ volebamus delectationes multas cō
iunctos habere dolores, esse tamē aliorum medicinas
dolorum. Fatigantur ergo fœminæ, sed non satiantur.
Nō pōt aūt homo cupiditatē mulieris explere, ꝙa po-
tentiæ passiuę receptiuæ ad actiuam non est in hoc, ꝓ-
portio, quia potentia passiua non est fatigabilis, potен-
tia autē actiua fatigatur, qualis est in viro. Si aūt fœmi-
na honestis moribus imbuta sit ita vt coitū diligat sō-
lū ad generandū, vel aliqñ ad mitigandum aliquas in-
surgentes passiones, & hoc nō sæpe, facile est posse de-
bitum reddere mulieri. Sic aūt erat in quatuor vxori-
bus Iacob, ꝙ ipsæ erant honestæ, desiderantes coitum
solum ad generandum, vt satis patet ex superioribus.
Quia alias Lia, & Rachel non dedissent Iacob famu-

las suas in vxores, quia magis possent vacare libidini F
ambæ, quam si quatuor essent ad vnũ virum, & quantum ad hoc sufficiẽs erat Iacob quatuor vxoribus, immo multo plnribus sufficisset, postquàm enim fœcundabat vnam relicta illa conuertebat se ad aliam, & sic vsque ad alias. Quando autem nulla fœcunda erat certo tempore inter se, & eas statuto accedebat ad vnam, & certo tempore accedebat ad aliam, vt patet infra qñ Rachel vẽdidit ius suum, s. quod habebat in Iacob pro vna nocte, vt dormiret cum ea pro mandragoris. *Filij Liæ.* Scilicet Ruben. *Qua post conceptum edente.* Ideſt, pariente Zelpha filiũ. Edo signat plurã, vt patet in versu.

Edo, compono, pario, formo, manifesto.

Istorum edo significata gerit. *Dixit fœliciter.* Ideſt, Lia dixit fœliciter mihi accidit, & istud aduerbium fœliciter G
non debet sic præsentari, quòd determinet istud verbum dixit. Sed ponitur per se, & determinat verbum subintellectũ, scilicet accidit. In Hebræo habetur, Bagad, fm quandã præsentationẽ, & signat id quod venit fortuna, vel prosperitas, siue cœli bonam dispositionẽ, vnde dicit Aben Ezra, quòd tunc regnabat Iuppiter, qui est planeta beniuolus, & adiuuit eam ad concipiendum. *Appellauit nomen eius Gad.* Ideſt, a fortuna, vel fatalem. Sed litera nostra magis Catholicè exprimit, fœliciter. *Hoc pro benedictione.* Ideſt, iste filius erit causa, vt omnes benedicant mihi, tanquàm abundantem in filijs, & declarauit continuo, scilicet. *Beatam me dicent mulieres.* Admirantes vbertatem meam in filijs. *Ideo vocauit nomen eius Asser.* Ideſt, beatus. Ex hoc patet q̃ non proprie transtulit litera nostra dicens fœliciter supra, vbi ponitur Gad, quia fœlix, & beatus idem totaliter, quia tũc non imposuisset idem nomen Lia, vtrique filio suo. Dicendum ergo, quòd Asser signat fœlicitatem, siue beatitudinem, quæ a nobis constituitur maximum esse bonorum. Gad autem non signat fœlicitatem, sed fortunam, vel casum, scilicet quòd natuitas Gad videbatur venisse ex casu, quia cœlestis dispositio, quæ tunc accidit, adiuuit ad illam conceptionem, & istud volebat dicere Lia, & idem Aben Ezra. Sed Hieronym. transtulit Catho. magis nolens fatum, quod ponunt hæretici radicem habere, quia hoc sacra fides abhorret. *Egressus autem Ruben.* Hic agitur rursum de fructu Liæ in filijs proprijs: desiderabat ardenter Lia prolem ex Iacob, & propter hoc dederat ei suam ancillam Zelpham, cum ipsa concipere desijsset, & ob hoc Deus respiciens eius rectam intentionẽ, dedit ei adhuc filios ex se ipsa. *Egressus Ruben.* Licet Ruben egrederetur in agrum, non erat magnæ ætatis, quia nondum compleuerat sex annos, immo nec quinque, & modicum vltra quatuor annos habebat. Patet, quia omnes filij Iacob præter Beniamin, qui nati sunt ei in Mesopotamia, nati fuerunt in septem annis. Patet, quia quatuordecim annis solum seruiuit Iacob pro vxoribus, vt patet infra sequen. cap. & deinde sex annis pro gregibus, ante tamen quam seruiret pro gregibus natus fuit Ioseph, qui fuit vltimus natorum in Mesopotamia, & nato illo volebat redire Iacob, ergo omnes isti filij nati fuerunt intra tempus, quo seruiuit Iacob pro vxoribus, scilicet intra quatuordecim K
annos, sed nulla vxor fuit data Iacob ante septem annos primos seruitij, præ Rachel trãsactos, vt patet præced. cap. Ergo in septem annis sequentibus fuerunt geniti omnes filij Iacob. Sed cum adhuc postquam exiuit Ruben in agrum, peperit Lia bis, vt patet in litera, scilicet Zabulon, & Isachar, quod non poterat fieri, nisi ad minus in anno, & dimidio, relinquitur, quòd Ruben non erat tunc sex annorum completorũ, sed valde minus, quia non solum concepit bis Lia post istam egressionem Ruben in agrũ, sed ter, quia peperit Isachar, & Zabulon, & Dinam: & isti nõ poterant concipi, nisi in duobus annis, & quasi dimidio, dando cuilibet nouem menses, auferãtur etiam nouem menses, qui transierunt de illo secundo septennio, antequàm nasceretur Ruben, facient tres annos perfectos, maxime, quia non immediate, vt pariebat Lia vnum, concipiebat alterum, quia aliquot dies purgationis intercidebant, manebunt ergo quatuor anni, & nondum completi ipsius Ruben. Sed dicendum, quòd Ruben erat puer paruulus, qui ludẽdo cum alijs pueruliis exiuit in agrum, & ibi inuenit mandragoras, & quia pulchrę ei visæ sunt, detulit eas ad matrem suam. *Tempore messis triticeæ.* Dicitur hoc ad differentiam messis ordeaceæ: primo.n. est messis ordeacea, deinde triticea: sic dicitur Exo. 9. quando agitur de lapidibus, & grandinibus, qui ceciderunt in terra Aegypti, serotina non sunt læsa, & post dicitur triticum aũt, & far, non sunt læsa, quia serotina erant. *Reperit mandragoras.* Ruben cũ paruulus esset nõ cognouit qd essent mandragoræ, sed solum fuit motus propter pulchritudinem, quia figurã maris, & fœminę expresserant. Mandragoræ poma sunt, quæ sic vocantur. Radix autẽ humanã similitudinem hẽt, s. vna similitudinem maris exprimit. Alia radix fœmellę similitudinẽ, & sunt ista poma odorifera, & pulchra, & rara valde. *Quas matri Liæ detulit.* Puerilitèr lætatus putans aliquod magnum bonum esse. Dixitque Rachel da mihi partẽ de mandragoris filij tui,

Quare autem Rachel mandragoras tantum desiderauit, vt virum suum illa nocte pro mandragoris conduceret? Dicunt aliqui ex hoc, quòd mandragoræ vim habent adiuuandi ad conceptum, & quia ipsa sterilis erat, desiderauit valde. Augustinus tamen dicit, quòd rationẽ huius differentiæ quæsiuit diligenter in libris Philosophorum, de natura mandragoræ, sed nihil tale reperit. Dicit ergo se nescire aliam causam, quare Rachel illas desiderauerit, nisi propter pulchritudinem, & odorem, & suauitatem illorum pomorum. Sed Auicenna libro secundo, capit. de labro, quam mandragoram vocat, dicit quòd mandragora, siue labro habet virtutem purgandi matricem, & sic adiuuat ad conceptum. *Parum ne tibi videtur, quòd præripueris maritum mihi.* Conqueritur illa de Rachele, dicens. Quomodo audes petere mandragoras? Rapuisti enim violenter a me virum meum, & insuper non contentaris, sed vis rapere mandragoras. *Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui.* Quasi dicat, ista nocte mecum dormire debebat, sed da mihi mandragoras, & dormiat tecum.

Sed quæritur, cum Iacob plures vxores haberet, quomodo se habebat ad eas in reddendo debitum, quia cum Iacob diligeret Rachelem super alias, videtur quòd ei magis debitum redderet, quam alijs, & in hoc alias grauaret, quia cuilibet petenti reddere tenebatur. Item cum vir potestatem corporis sui non habeat, sed mulier, petenti mulieri reddere tenetur. Sed contingere poterat omnes illas simul petere: qualiter ergo se habere deberet? Respondetur, quòd in pluralitate vxorum attendendus erat ordo inter vxorem principalem, & minus principales. Dicitur autem principalis vxor illa, cum qua primo contractum est matrimonium, quia cæteris paribus in petitione debiti præferenda est prima. Et ratio est, quia de consensu eius introductæ sunt reliquæ, quia aliàs iuste non introducerentur cum vxoris primæ præiudicium pararetur in redditione debiti. Ipsa ergo cæteris præferenda est, quæ cæteris locum dedit, & quantum ad hoc cum contractus matrimonij primus, & totaliter voluntarius fuerit Iacob, cum Rachele, ipsa cæteris præferri debebat. Attendendum etiam est, quòd differt inter vxores liberas, & ancillas, quia magis tenebatur debitũ reddere liberis, q̃ ancillis.

Asser, & Gad quid.

Mãdragoræ quid.

Quæst. 7. Cur Rachel desiderauit mãdragoras.

Mãdragoræ vesse Auicẽna ad quid sit vtilis.

Quæst. 8. Quomodo Iacob reddebat debitum vxoribus.

lis. Ratio est, quia ancillæ acceptæ fuerunt in vxores ad petitionem, & consensum liberarum, & quantum ad hoc magis tenebatur reddere debitum Rachel, & Liæ, quàm Balæ, & Zelphæ. Attendendum etiam est, quæ prima debitum reddi petierit, quia primo petens fœcundo petẽti præponitur: est enim vir obligatus reddere debitum vxoribus suis pro tempore, quo petierit data possibilitate in viro. Quæcunque ergo primo petiuisset, primo obligasset. Si enim petiuisset primò Bala, & deinde petiuisset Rachel, licet Rachel domina esset, prius tamen reddi debebat debitum Balæ. Si autem simul peterent Rachel & Bala, Rachel præponi debebat, quia domina erat, & libera; idem si simul peterent Lia, & Bala, siue Zelpha: Lia enim præponeretur. Si autem contingeret omnes simul petere Rachel omnibus præponeretur: ancillis enim præponetur, quia ipsa libera erat, Liæ autem præponebatur, quia Rachel principalis vxor erat. Et licet iste ordo esset, quantum ad id, ad quod Iacob tenebatur, tamẽ nõ est credendum, quòd in isto solo ordine permansisset. Sequerẽtur enim tunc inconuenientia multa, s. dissensio inter vxores, quando simul peterent, & vexatio Iacob in reddendo, etiam quia per istum modum acuerentur ad magis petendum, & frequẽtius, quàm aliàs essent petituræ. Dicendum ergo videtur, quòd Iacob posuerat quendam ordinem inter vxores, dando cuilibet determinatum tempus, in quo apud illam manere debebat, & sic per circulum anni, & sic nulla dissensio oriebatur, dato cuilibet, quod ei ex communi determinatione pertinebat. Et in illa certa parte temporis ita efficiebatur iuris illius vxoris, apud quam manere debebat, quòd etiam si ipse vellet ad aliam illo tempore declinare non posset, & si illa vellet eum tradere alteri de vxoribus poterat. Sic enim fecit Rachel, quæ dedit Iacob virum suum sibi pro illo tempore Liæ sorori suæ pro mandragoris. Sed in hoc fortè erat differentia dignitatis, scilicet Racheli, quia erat principalis vxor, maius tempus assignatum erat, & deinde maius Liæ, quàm ancillis, & deinde maius Balæ, quàm Zelphæ, quia Bala primo in vxorem assumpta est. Et de hoc forte conquerebatur Lia, quòd Rachel rapuisset ei virum suum, scilicet quòd maiori tempore eum teneret, quam ipsa. Sed magis videtur dicendum, quòd istud tempus, in quo nunc manebat Iacob apud Rachelem erat debitum Liæ. Sed ipsa Rachel incitauit Iacobꝫ, vt mutaret tempus, & veniret post ad Liam, & est proprie præripere, ideſt ante rapere, scilicet q̃ antequàm ad te de iure veniret, rapuisti eum mihi, & cum istud tempus mutatum transierit in ius suum potuit vẽdere illud. *Redeuntique ad vesperam de agro.* Iacob enim exibat ad labores suos, siue ad custodiam gregũ, siue vt præesset messoribus, quia tempus messis triticeæ erat. *Egressa est in occursum.* Istę vxores Iacob habitabant in diuersis domibus, vel in diuersis tabernaculis, habebat enim quælibet suum tabernaculum, vt patet infra sequenti cap. vbi dicitur tabernaculum Liæ, & tabernaculum ancillarum scrutatus fuit Laban, & deinde scrutatus fuit tabernaculum Rachelis. Et erat ista cõsuetudo Iacob, q̃ eo tempore quo apud aliquã de illis manebat ad reddendum debitum, quando de agro veniret iret ad domum eius, & cum illo tempore maneret Iacob apud Rachelem declinare volebat in domum eius. Exiuit ergo Lia in occursum Iacob, ne declinaret semel in domum Rachelis, & postea nõ posset inde abducere. *Ad me inquit intrabis.* Ideſt, ad domum meam, quia in diuersis domibus manebant omnes, licet quantum ad obsequia ancillæ ibant ad seruiẽdum dominabus suis. *Quia mercede conduxi te pro mandragoris filij mei.* Quia totum ius Iacob illo tempore erat penes Rachelem, potuit illud vendere pro aliqua

Bona redditio.

re conuenienti sibi maxime, quia Iacob nolebat ei displicere. *Pro mandragoris filij mei.* Ideſt, pro mandragoris, quas attulit filius meus Ruben, & dedi partem earum Racheli. *Et exaudiuit preces eius Deus.* Bono animo ista fecit Lia desiderans prolem, & pro ea Deum rogauit, ideo Deus dedit ei filium. *Et peperit filium quintum.* Quia autem quatuor filios pepererat continuatè, anteq̃ parere desijsset. *Dedit Deus mihi mercedem, quia dedi ancillam meam viro meo.* i. Deus vidit, quòd ego bono desiderio dedi ancillam meam viro meo, scilicet vt ex illa filios conciperem, quia ex me iam concipere desieram, & pro mercede boni vnius dedit mihi hunc filium. *Appellauitque nomen eius Isachar.* Ideſt, conductus siue merces, quia pro mercede, siue conductione B
susceperat virum illa nocte. *Rursumque Lia.* Scilicet, immediatè, postquàm istum peperit, & a sua immunditia mundata est. *Ditauit me Dominus dote bona.* Dicit hoc Lia congratulans, quia nulla melior dos est, quam filiorum multitudo, maxime in tempore illo, quia multum desiderabantur. Et patet, quia nullum bonum maius est eo, quo efficimur fœlices, cum fœlicitas constituatur summum bonum, & finis architectonicę omnium operabilium humanorum, vt patet in primo, & in 10. Ethic. Sed Lia per multitudinem filiorum putabat sibi aduenire fœlicitatem, ergo multitudinem filiorum maximum bonum constituebat. Antecedens patet, quia quando ancilla sua Zelpha peperit secundum filium, scilicet Asser vocauit eum Asser, ideſt beatum, vel fœlicem dicens, pro benedictione mea, beatam me dicent mulieres. Communis ergo illius tẽporis opinio erat, quòd beatitudo alicuius mulieris erat multitudo filiorum. Sic dicit Oseæ 9. cap. de tribu Ephraim, quę totum bonum suum constituebat in multitudine filiorum dicens, gloria eorum a conceptu, & a partu, & ab vtero, & non solum erat beatitudo Liæ, quia filios multos conceperat, sed quia de semine viri illius iusti, in cuius semine expectabant, promissiones complendas. *Etiam hac vice habitabit mecum vir meus.* Ideſt, non fastidiet iam habitare mecum vir meus, quia sciet, quòd cohabitatio mea non est inutilis cum ei filios multos generauerim, in hoc enim timebat Lia, ne amor magnus, quem Iacob gerebat sin gulariter ad Rachelem, remoueret eam ab ipso, sed D
quia iam tanta filiorum copia abundabat, credidit q̃ nullo modo posset eam despicere vir suus, sed habitaret cum ea. *Iccirco appellauit nomen eius Zabulon.* Ideſt, cohabitatio, quia cum ipsa vir suus cohabitaret. *Recordatus quoque Dominus.* Hic agitur de fructificatione Rachelis in se. *Recordatus quoque.* Deus enim proprie loquẽdo nullius recordatur, quia nullius obliuiscitur, sed oĩa sunt semper nuda ante oculos eius, vt patet ad Hebr. 4. cap. Sed dr̃ more humano, homines enim, qñ amicos in miserijs adiuuant, corũ recordari dicuntur. Si autẽ non adiuuant non dicũtur recordari. Deus autem, quia aliquãdo nos vr̃ deserere, licet non deserat, qñ rursum nos adiuuat, nostri recordari dr̃. Sic.n. fuit, quia ante Rachel petebat prolem a Deo, & Deus non E
dabat: iõ oblitus eius videbatur; nunc autẽ, qa ei dedit prolẽ, visus fuit recordari eius. *Et exaudiuit eam.* Continuè petentẽ a Deo prolẽ. *Et aperuit vuluam eius.* Ideſt, matricem eius disposuit ad conceptũ, quia vulua, quæ est os matricis nihil ad hoc agit: nã accipiẽdo vuluam pro ore matricis, vt loquuntur vulgariter dicẽtes, non aperta fuit de nouo, qa cũ primo accessit ad eã Iacob, aperta fuerunt claustra eius virginalia, quæ dicũtur os matricis, sed iã erat quasi septẽ anni, q̃ hoc cõtigisset, iõ nõ dicebatur nunc aperiri vulua. Item dato, q̃ vulua, q̃ os matricis est aperiri deberet, non oportebat ad hoc inuocari Deũ, vel Deũ talia agere, qa faceret hoc Iacob, sicut quilibet alius vir, & verecũdia fuisset ad ta-

Nulla melior dos, q̃ filiorum multitudo

Cap. 1.

Beatitudinem alicuius mulieris in multitudine filiorũ tuisse.

Deus quo modo recordari dicitur.

lia inuocare Deum, & ob hoc redarguit Augustinus F
6. de Ciuitate Dei, cap. 8. Marcum Varronem, & alios
Gentiles, qui ponebāt pluralitatem Deorum ad com-
plendum istum infirmum actum, quem concupiscen-
tia carnis, & sanguinis complere deberet. Ponebant
namq; Deam Virginensem, & Deū patrem Subigū,
& Deam Præuiam, & Deam Pertundā: turpissimi aūt
inter istos, Dea Præuia, & Pertunda sunt, quorū actus
præ uerecūdia nō explico, sed quære in Augustino vbi
supra. Itē dr, q; Deus exaudiuit p̄ces Rachel, & aperuit
vuluā eius, ergo vr q; hoc erat tale, q; nullo modo na-
turaliter fieri poterat, erat ergo quædā dispositio ma-
tricis, sm quā fit conceptus, & illa non poterat induci
naturaliter cū Rachel naturaliter esset indisposita, sed
Deus ex misericordia induxit. Itē apertio matricis in G
ore nihil prodest, quia dato q; multoties aperiatur, nō
ex hoc sequitur cōceptus, quia tunc mulieres publicè
prostitutæ maxime conciperent, quod tñ nunq; fit, sed
Deus per istā apertionē dedit ei cōceptū, ergo nō in-
telligebatur de ore matricis, sed de ipsa matrice, vt s.
dictū est. *Abstulit Dominus opprobrium*. Pro magno op-
probrio hēbatur, q; mulier cōiugata non cōciperet, &
erat quasi segregata a cętu aliarū mulierū pariētium.
Timebat ēt ne pp hoc vir eius perderet amorē spālē,
quē gerebat ad eam. *Et vocauit nomen eius Ioseph*. Idest,
additus, siue additio, qa dixit vt ȳ. sequtur addat mihi al-
terū filiū. Magnū patet in hoc desiderium prolis, quia
noīauit primū ex desiderio habendi secundum. *Nato*
autem Ioseph. Dicto de multiplicatione Iacob in prole,
hic agitur de multiplicatione eiusdem in possessione. H
Nato autem Ioseph. Iste fuit vltimus filius Iacob, qui na-
tus fuit in Mesopotamia, & eo nato completi sunt an-
ni quatuordecim, quibus pro duabus vxoribus seruire
Laban decreuerat. Volebat ergo redire in terram suā,
iō petijt licentiā, & vxores suas a Laban, vt rediret cū
eis. Et sciēdum q; Iacob genuit hic duodecim, s. vnde-
cim filios, & vnam filiā in septem annis, vel in paucio-
ri tpe, quia oēs erant geniti, qñ compleuit tempus ser-
uitij pro mulieribus, iō nō pōt dici, q; isti filij succes-
siuè nati fuerint, s. q; postq̄ mater vnius pareret, alia im-
pregnaretur, quia sic maiori tempore indiguisset, ita
enim peperit septem, filiam vnam, & sex filios, & hoc
in septem annis. Ideo dicēdū, q; in tribus annis primis,
vel in paulo maiori tpe peperit Lia quatuor primos fi- I
lios, & deinde, vt dicit textus, cessauit parere. Deinde
dedit ancillā suā Zelpham viro suo, quæ peperit duos
filios continuatè, s. in anno, & dimidio, vel paulo ma-
gis, & hoc esset vsq; ad annum quartum, & dimidiū,
vel quasi, manebant deinde anni duo, & dimidius, in
quibus ter peperit Lia, s. duos masculos, & vnam femi-
nam. Ita oportet necessario ordinari filios Liæ, & Zel-
phæ, nec possunt cōmisceri filij Zelphę tpibus, quibus
pariebat Lia, quia vt vult textus, ideo dedit Lia ancillā
suā viro suo, quia iam ipsa non concipiebat, & ipsa nō
concipiente concepit, & peperit ancilla duos filios, &
deinde concepit Lia vltimos filios. Sed non est incon-
ueniens, vt supra declarauimus, q; tps Liæ, & Zelphæ
mixtum fuerit, s. q; postq̄ cessauit parere Lia, dedit an-
cillam suā viro suo, & peperit Zelpha primum, s. Gad, K
anteq̄ pepererit postea Lia, & deinde cōcipiente Zel-
pha secundū, s. Asser, concepit Lia alium, s. Isachar pro
mandragoris filij sui conducendo virum suum, & sic
pariente ancilla pareret ipsa, & esset tps mixtum saltē,
quantū ad vnum filium Liæ, & vnum filium Zelphæ.
Hoc tamen non obstante, posset poni, q; fuerunt nati
successiuè isti filij, s. q; Zelpha genuerit duos filios, post
q̄ desijt parere Lia, & ante ipsa peperit duos, q̄ rursus
Lia cōciperet aliquem de tribus, quos postea genuit,
quia adhuc manet satis de tempore, s. duo anni, & di-
midius, in quibus potuisset gignere tres, qui postea di-

Ioseph fuit vltimus filius Iacob, natus in Mesopotamia.

cuntur. Melius tamen ponitur, q; filij Zelphæ, & Liæ
coincidant saltem, quātum ad vnum, quia aliàs neces-
se fuisset vltimum filium Liæ genitū in fine secūdi se-
ptennij, quod non vr verum, quia hoc de solo Ioseph
conceditur, vt supra declaratū est. Ioseph autem filius
Rachelis, natus fuit in fine istorum septem annorum,
vt patet ex textu, quia tunc voluit redire Iacob in ter-
ram suam completo seruitio, filij autem Balæ ancillæ
Rachelis nati sunt, anteq̄ genuisset Lia omnes qua-
tuor primos filios, & anteq̄ conciperet Zelpha. *Dixit*
Iacob socero. Idest Laban. *Dimitte, vt reuertar*. Idest, da
mihi licentiam, vt reuertar in terram meam, quia iam
impletum est tempus seruitij. *Ad patriam meam, & ad* Patria qd.
terram meam. Patria dicitur locus natalis a patre dictus,
quia ille conseruatiuus est, & effectiuus ad generatio-
nem, vt pater per influētiam receptam in eo a cęlesti-
bus corporibus, & ideo vocatur genus patria, sicut pa- Cap. de Genere.
ter, vt ait Porphirius in Isagogis suis. *Et terram meam*.
Terra denominatur regnum, vel prouincia, in qua est Obiectio tollitur.
locus natiuitatis. *Da mihi vxores meas*. Dicet forte aliqs
ex hoc loco probari, q; nondū acceperat Iacob in vxo
res filias Laban, licet ex eis genuisset, quia si iam ei tra-
ditæ fuissent, non petiuisset eas iterum a Laban soce-
ro suo. Sed falsum est, quia si Rachel, & Lia nondum
fuissent factę vxores Iacob, non coiuisset cum eis, quia
tunc stuprum, & fornicationem committeret, quod
non est dicendum maxime, quia Laban non permit-
teret eum ad eas, si nō essent vxores eius, accedere. Itē
quia supra vocabantur semper vxores, nō solum ipsæ,
sed etiam earum ancillæ. Sed hic dicitur. *Da mihi vxo-*
res meas. Quia licet iam eas p verba de præsenti despō-
sasset, & post sæpius carnaliter cognouisset, tamen erat
obligatus Laban seruire quatuordecim annis pro eis,
& ideo quousque finirētur isti quatuordecim anni, po
terat detinere Laban vxores, & liberos Iacob; nunc au
tem quia seruitium expletū erat, petit ne amplius de- Liberos so
tineat liberos, & vxores illius. *Pro quibus seruiui*. Scili- lus Deus
cet solum pro vxoribus, non autem pro liberis, quia li- dat.
beros solus Deus dat. *Vt abeam*. Idest recedam ad pa-
triam meam. *Tu nosti seruitutem, qua seruiui tibi*. Idest,
Tu scis, q; ego feci tibi valde bonum seruitium, & in
hoc respōdet tacitæ quæstioni, quam agere posset La-
ban, s. verum est, q; seruiuisti mihi toto tempore pro-
misso, sed in isto tempore non bene seruiuisti, quia ali-
qua damna fecisti, ideo nunc iustum est, q; mancas ser-
uiendo, donec pro damnis datis, & negligentijs satisfa-
facias, ad quod respondet Iacob dicens; tu scis quale
fuit seruitium meum. q. d. tu scis, q; tale fuit in quo nul
lum damnum, nec negligentiæ interciderunt, & si in-
terciderunt iam solutæ sunt, vt patet seq. cap. *Inueniam*
gratiam in conspectu tuo. Hic ponitur inter Iacob, & La-
ban pro gregibus facta pactio. *Inueniam gratiam in con-*
spectu tuo. Idest, rogo q; non de pic as vultum meum,
sed facias q; rogo. *Experimento didici quòd benedixit mihi*
Dominus pro te. Idest, quòd multiplicauerit bona mea
meritis tuis, & industria. Videbat autem hoc Laban,
quia anteq̄ veniret Iacob ad eū, paucas greges habuit
post aduentū vero Iacob abundauit nimis, & hoc idē
confirmauit Iacob infra, vt patet in litera, s. modicum
habuisti, anteq̄ venirem. Nunc autem dies effectus
es. *Constitue mercedem tuam, quam dem tibi*. Videbatur hic
Laban velle dare aliquam Iacob p̄ bono seruitio, q̄d
egerat ei ne totaliter videretur filias vendidisse, & eas
indotatas relinquere, & propter hoc dicebat quòd Ia-
cob constitueret mercedem, idest assignaret, quam
recipere vellet. *Tu nosti quomodo seruiuerim tibi*. Volens
Iacob cum Laban pacisci pro mercede, demonstrat
quomodo ei gratiam magnam faciat, scilicet quia ei
valde bene seruiuit, & nūc non vult pro labore præte-
rito aliqd recipere remittens ei oīa, sed p̄ futuro labore.

Et

Et quanta in manibus meis fuerit possessio. Idest, quantum A
fuerit multiplicata possessio tua in manibus meis. *Mo-*
dicum habuisti antequàm venirem. Scilicet, modicos gre-
ges, & armenta, in quibus tota substantia Laban erat,
& ex istis diuitias auri, & argenti habebat. *Benedixit ti-*
bi Dominus. Idest, multiplicauit te. *Ad introitum meum*:
Idest, postquàm ego ingressus fui domum tuam ad
seruiendum tibi. *Iustum est igitur vt prouideam aliquan-*
do domui meæ. q. d. vsque nunc laboraui, procurans bo-
na tibi. Nunc autem tempus est, vt procurem bona
domui meæ, quia iam filios habeo, & vxores: ista ergo
bona, quæ fecerat Iacob ad Laban, ponebat solum, vt
persuaderet ei dare sibi licentiam ad redeundum. *Quid*
dabo tibi. Idest, ex quo recedere vis, quid dabo pro la-
bore tuo? nihil volo, scilicet pro labore præterito. *Si* B
feceris quod postulo. Scilicet, istud pactum de fętibus
ouium, quod videbatur esse satis leue, & gratum La-
ban. *Iterum pascam, & custodiam pecoratua*. Scilicet,
pro mercede, quam ex isto pacto habere potero. Qui- Quorum opinio.
dam autem volunt, quòd Laban dicebat Iacob, quod
peteret mercedem pro labore futuro. Sed falsum est,
nihil enim ad propositum, quòd Iacob peteret licen-
tiam redeundi, & quòd Laban ei diceret, quòd mer-
cedem peteret pro labore futuro, cum videret Laban
quòd nullo modo intenderet laborare vlterius Iacob
in bonis eius, sed procurare domui suæ. Item patet ex
litera, in qua dicitur quòd Laban dixit Iacob, quid da-
bo tibi. Respondit Iacob, mihil volo: manifestum est,
q; non intelligitur de mercede futura, qa de hoc im- C
mediate subiūxit, q; volebat oues, & fętus varios oēs.
sed Iacob rñdebat ad intentionē q̄nis Laban: ergo il-
le dicebat de mercede pro labore pterito, & non pro
futuro. *Gyra omnes greges*. Hic ponitur pactū inter La-
ban, & Iacob de mercede eius, & litera ista aliqualiter
obscura est, sensus tñ eius iste est in summa, qui postea
applicabitur ad literam, s. q; Iacob petijt a Laban, q; in-
quireret per omnes greges masculos, & femellas ma-
culosos, vel varij coloris, vel coloris subnigri, qui non
erat perfectè niger, & ista animalia daret in manu suo-
rum pastorum, & quòd cætera, quę erant totaliter pu-
rè alba, vel purè nigra, darentur sub custodia Iacob, &
poneretur spatium inter istos greges, ne de vno grege
aliqua animalia transirent ad alium gregem, deinde D
quicunque fętus purè albi, vel purè nigri nascerentur
de animalibus purè albis, & purè nigris, quæ custodie-
bat Iacob, pertinerent ad Laban, & quicunque fętus
maculosi, varij, vel subruffi nascerentur, pertinerent ad
Iacob, quod libenter acceptauit Laban, tanquam eui-
dens lucrum. *Gyra omnes greges tuos*. Idest, volue eos
sæpe, vt inquiras ne mancat ibi aliquod pecus maculo-
sum, aut varium, sed omnia talia trade filijs tuis. *Se-*
para cunctas oues. Tam masculos, quàm feminas, quia
eadem causa, & maior adhuc est, quòd color paternus
sit in prole, quam maternus, cum semen patris sit for-
tius, & vis actiua formatiua fętus, vel transformatiua
ad omnem figuram, vel colorem in paterno semine
deriuetur. Semen autem muliebre magis se habet E
per modum bene passi, & contemperati a semine vi-
rili. *Varias*. Dicuntur variæ quæcunque quasdam vir-
gulas albi coloris habent, & alias virgulas magnas ni-
gri coloris, ita quòd istæ virgulæ totū corpus, vel qua-
si circundarent, & vocantur vulgariter ista pecora cin-
chados. & *Sparso vellere*. Idest, maculosas. Dicun-
tur maculosa animalia, quæcunque habent paruas
maculas rotundas, vel quasi diuersorum colorum,
& dicuntur. *Sparso vellere*. Idest, pleno vellere ma-
culis paruis, & distinguntur contra varias, quia variæ
habent colores varios linealiter, & in transuersum
circundantes corpus, licet aliquando accipitur va-
rium pro maculoso, vt patet Ieremiæ 13. cap. Si po-

Alph. Tost. super Gen.

teſt mutare Aethiops pellem ſuam, & Pardus varie-
tates ſuas, habet enim Pardus quaſi omnia genera
colorum paruis maculis diſtinctorum, vel poſſunt di-
ſtingui varia, & ſparſa in vellere, quia varia dicuntur
quæcunque paucas maculas habent, & magnas, vt
mediam partem albam, & mediam nigram, vel qua-
ſi, vel vnam maculam albam, & totum nigrum, vel
è conuerſo. Dicuntur autem ſparſa in vellere, ſiue
maculoſa, quæcunque multas maculas, & paruas ha-
bent qualitercunque diſpoſitæ ſint maculæ, ſiue cir-
cundantes, ſiue non circundantes. Vtrumque autem
bene dicitur, ſed primus modus melior eſt. *Et quod-*
cunque fuluum. Hic ponit tres diuerſitates, ſupra autem
ponebat duas, fuluum autem non dicit varietatem
diuerſorum colorum, ſed vnum colorem ſimplicem,
ſed ille non eſt perfecte albus, nec perfecte niger, ſed
ſubniger, ſiue ſubruffus aliqualiter declinans ad al-
borem quendam, & pecora huius coloris dabantur etiam filijs Laban, vt magis appareret iuſtitia,
& meritum Iacob, quia quòd ex coloribus medijs,
qui ſunt ſibi vicini fiat ad inuicem tranſitus propter
propinquitatem non eſt mirandum valde, ſed de pu-
re candidis, vel purè nigris fiat medius color, vel va-
rius, ſiue maculoſus mirabile eſt, & quia fuluum erat
medius color, faciliter potēs declinare ad varietatem,
vel maculas omnia talia tradita ſunt filijs Laban. *Ma-*
culoſum. Idem eſt, quòd ſparſo vellere, ſ. habens paruas
maculas diuerſi coloris rotundas. *Varium*. Supra de- Quare Iacob, boues, & camelos nō cuſtodiebat, ſed ſolum oues, & capras.
claratum eſt. *In ouibus, aut in capris*. Solum videtur,
quòd cuſtodiebat Iacob oues, & capras, & non bo-
ues, & vaccas, vel equas, & camelos. Et ratio eſt,
quia album, & nigrum, quæ conueniebant huic
experimento pacti, non ita leuiter reperiuntur in bo-
bus, & vaccis, quemadmodum in ouibus, & capris. Et
ſi arguas, quomodo ergo Iacob quando receſſit de
Meſopotamia, detulit ſecum oues, boues, & camelos
infra 32. cap. Reſpondetur, q; quando Iacob habebat
multos fętus in illis ſex annis de his, qui ſibi prouenie-
bant ex pacto, uendebat, & emebat boues, & camelos,
& non ſolum hoc, ſed etiam ſeruos, & ancillas, & ſu-
pellectilem magnam, & omnia neceſſaria ad uitam, &
multam ſubſtantiam, quam tulit de Meſopotamia.
Conſtat tamen, q; Iacob non uacauit alteri officio in
Meſopotamia, niſi cuſtodiæ gregum, & armentorum,
ut ſatis patet ex ſupradictis, quia in quatuordecim an-
nis primis nihil lucratus fuit Iacob pro ſe, ſeruiens cō-
tinuè pro duabus vxoribus. In ſex autem ſequentibus
ſemper cuſtodiuit greges ſm pactum ſupra tactum.
Erit merces mea. Idest quęcunque animalia uaria naſcē-
tur de purè albis, uel purè nigris pertineant ad mer-
dem laboris mei, & quæ naſcentur totaliter alba, uel
nigra pertineant ad te. *Reſpondebitque mihi cras iuſtitia*
mea. Idest iuſtitia, quam ego habeo in ſeruitio ad te.
Reſpondebit mihi. Idest apparebit ad utilitatem meam.
Dicitur cras non quòd ſequenti die hoc apparere de-
beret, ſed in futurum: ideo ad declarationem huius.
Subiungitur, *Quando placiti tempus aduenerit*. Idest quan-
do uenerit tempus natiuitatis nouorum fętuum,
de quibus pactum fecimus dicitur iuſtitia mea, quaſi
dicat, hoc quod fiet nō erit per naturam, ſed per iuſti-
tiā, quia naturale eſt, quòd ex purè albis alba, & ex pu-
rè nigris nigra naſcantur, ſed quòd ex purè albis, uel
pure nigris uaria, & maculoſa naſcantur contra cōmu
nem naturę cōſuetudinem eſt: ideo ex ſolis meis me-
ritis eſt. Nec eſt intelligendum, quòd in hoc laudet ſe
Iacob, quia nō dixit ſe apud Deum multa mereri, ſed
innuit, q; apud Laban valde iuſtè ſe habuit: ideo Deus
reſpiciens bonam eius voluntatem, & rectitudinē, da-
bit ei manifeſte mercedem contra conſuetum mo-
dum naturæ.

Sſ 4 Videtur

Quæst. 9. De qua iustitia loquatur Iacob.

Videtur esse aliqualiter dubium, cum dicit hic: Respondebit mihi cras iustitia mea, vtrum loquatur de iustitia, quam habuit in seruiendo rectè, primo cum seruiuit pro vxoribus, an pro rectitudine, quam postea habuit in seruiendo, cū seruiuit pro gregibus. Respondetur, quòd Iacob propheticè locutus est, & euenit vt ipse dixit, sed non loquebatur ipse totaliter ad illam intentionem, ad quam factum est a Deo: nam Iacob intendebat, quòd licet ipse accepisset pactum, per quod secundum consuetum modum naturæ, nihil lucraturus erat, tamen quia ipse bene seruiebat, custodiendo greges, Deus daret ei quicquid merebatur, & hoc erat respondere ei iustitiam suā, & non intelligebat Iacob, q aliquid ei dandum esset pro seruitio præterito quatuordecim annorum, quia in illis ex conuentione seruiuit pro solis vxoribus, & ipse nihil voluit recipere ꝓ illo tēpore, cum diceret ei Laban, q constitueret mercedē quam vellet, ipse dixit, nihil volo, si feceris quod postulo, iterum pascam pecora tua. Sed solum intēdebat, q pro iusto seruitio quod faceret in istis temporibus, responderet ei merces debita, Deus autem q. mouebat Iacob ad loquēdum ista, conuertit istos sermones ad aliam intentionem, s. q merces, q̄ nunc iustè reciperet Iacob de bonis Laban, non solum esset pro eo q merebatur accipere, seruiēdo istis sex annis, sed pro toto quod merebatur recipere a Laban omni tempore, quo apud eum mānsit. Nam q Laban fecisset Iacob seruire quatuordecim annis, pro duabus filiabus suis, licet ex cōditione sic fuisset, tamē iniustum valde erat maxime, quantum ad secundam, quia quātum ad primam, s. q Rachel tanti existimabat eam, q non solum seruiuisset pro ea septem annis, sed etiam multis alijs, & sic dicitur præced. cap. q videbātur sibi pauci dies illi præ amoris magnitudine, pro Lia tamē ipse non libēter seruiuisset duobus annis, ideo fraus ei facta fuit, & iniustitia magna, pro quo Deus satisfacere debebat Iacob. Item quia Laban dederat filias suas Iacob in vxores nudas, quia nullam dotem eis dederat, & erat valde iniustū, quia pater tenetur dare filiæ suæ dotem, cū eam nuptui tradit, si habet vnde, sed Laban erat dives, ideo dare debebat dotē. Cum ergo non dederit, sed filias tradiderit Iacob pro seruitio, videbatur eas vendidisse, ideo Deus dedit nunc de bonis Laban tantū Iacob, quantum rationabiliter recipere debuisset in dotibus duarum vxorum, & sic dixerunt istæ duæ vxores Iacob, Lia, & Rachel: Nunquid non habemus residui aliquid in facultatibus patris nostri? Nonne tanq̄ alienas reputauit nos, & vendidit, & comedit precium nostrum? sed Deus tulit opes patris nostri, & tradidit nobis, & filijs nostris, etiā istæ in hoc loquebātur prophetice, quia sicut ipsę dicebant, ita Deus fecerat, s. quia pater intendebat grauare eas, & Iacob, non dando dotes. Dabātur ipsæ dotes per alium modum, tanq̄ prouenirent ex pacto seruitij pro pecoribus, & non solum istas dotes reddidit ei Deus in ista mercede, quam ei faciebat prouenire, sed etiam iustam mercedem omnium laborum, quos habuit Iacob apud Laban. Nam in sex annis non poterat Iacob tantum mereri, nec dimidiū, ideo videbantur aliqualiter iustè conqueri filij Laban dicentes, vt patet seq. cap. Tulit Iacob omnia, quæ fuerunt patris nostri, & de illius facultate ditatus est, & factus est inclitus. Referendo enim istam querelam ad solum seruitium sex annorū, secundum quod ipsi referebant, iusta erat: referēdo tamen ad omnia, q̄ merebatur Iacob apud Laban, non erat iusta, & sic Deus nō solum tribuit ei mercedem horum sex annorum, sed totius seruitij, quod egerat a principio, quod mercedē non recepit in habendo vxores. *Coram te.* Non determinat hoc illud verbū, venerit, sed illud verbū, respōdebit, & est sensus. *Iustitia mea.* Ideſt merces debita pro iustitia mea. *Respondebit mihi.* Ideſt contiertettur ad me, secundū quod ego meritus sum, vel. *Iustitia mea.* Ideſt rectitudo, quam ego habui in seruiendo tibi. *Respondebit mihi.* Ideſt apparebit ad vtilitatem meam in mercede, quam ego habebo. *Coram te.* Ideſt te clare vidente, ita q tu manifeste videas, q Deus retribuit mihi secundum iustitiam meam, & nō possit dicere, quòd aliqua fraus intercidit. *Omnia, quæ non fuerint varia.* Ista litera vsque ibi. *Furti me argue.* Imperfecta est, nec causat aliquam sententiā, nisi suppleatur, s. Si aliqua de non fuluis, vel maculosis, siue varijs inueniātur apud me. *Furti me argue.* Ideſt dicas, q sum fur accipiens res tuas, hoc intelligitur post diuisionem Laban, & Iacob de pecoribus factam. Erat enim sic, q quando veniebat tempus natiuitatis fętuum, considerabat diligenter qualem colorem fętus nati haberent, & pascebantur cum matribus fętus, donec ablactarentur, & post veniebat Laban, & accipiebat fętus, quorum color erat ei pertinens ex pacto. Nunc autem non intelligebat Iacob, quòd si aliqua, quæ non essent fulua, aut maculosa, aut varia reperirentur apud eum, quòd furti argueretur, s. ante diuisionem pecorum, quæ fiebat quolibet anno inter eum, & Laban, quia tūc necesse erat habere eum pecora alba, & nigra, vel varia, sicut nascerētur. Sed intelligitur post diuisionem factam, s. postq̄ transibat tps ablactationis, veniebat Laban, & omnia, quæ reperiebat ad se pertinere, portabat ad gregem, quem sui filij pascebant, vel dimittebat apud Iacob, quia in manu eius magis multiplicari credebat. Et tunc Iacob separabat in alterum gregem fętus, qui pertinebant ad eū, vt non miscerentur cū pecoribus Laban, quæ ipse custodiebat. Et de illis dicit, q si inter illos fętus reperiatur aliquis, qui nō sit varius, maculosus, aut fuluus furti argueretur, tanquam accepisset de his, quæ pertinebant ad Laban. *Gratum habeo, quod petis.* Quia intendebat Laban, q Iacob nihil, aut modicum in hac parte lucraretur, quia secundum cursum naturæ ex purè albis, & purè nigris, purè alba, aut purè nigra nascuntur, non autem varia, aut maculosa. *Et separauit in die illo.* Hic ponitur pacti executio. *In die illo.* Quia tantum lætabatur Laban, intendens lucrari ex isto pacto, quòd noluit dilatare huiusmodi rem vsque ad alterum diē. *Capras, & oues, hyrcos, & arietes varios, atque maculosos.* Et dedit istos in manu pastorum suorum. *Cunctum gregem vni colorem.* Ideſt, qui totaliter albus, aut totaliter niger, sine varietate, aut macula. *Tradidit in manus filiorum suorum.* Videtur innuere ista litera, quod Laban dedit in manu filiorum suorum, gregem totaliter album, & totaliter nigrum. Sed fallum est, quia supra contrarium dictum est, scilicet q greges purè albi, aut purè nigri, darentur Iacob, maculosi, & varij etiam fului darentur pastoribus Laban. Dicit enim Hieronymus, q iste passus vsque ad tempora sua fuit intricatus, sed adhuc magis intricatus nunc videtur, vt patet in litera Hebraica, quæ melius declarauit. Aliqui autem ad saluandum istam literam, vt iacet, exponunt eam duobus modis: vno modo sic. *Tradidit in manus filiorum suorum.* Ideſt, in manu filiorum Iacob, qui sub patre suo pastores erant. Et hoc non potest stare, quia illud relatiuum. *Suorum.* Contradicit, cum enim loquatur ibi de Laban, & ipse diuiserit gregem, necesse est referre ad filios suos. Ideo alij alio modo dicunt, q accipiuntur hic filij, i. nepotes, s. m consuetudinē scripturæ. Et vocantur filij Laban nepotes Laban. Isti aūt erant filij Iacob, qui erant nepotes Laban, quia erant filij filiarum eius. Sed adhuc non pōt hoc stare, quia primogenitus Iacob nondū erat septem annorū, q̄a Ruben, q primogenitus eius erat ex Lia, natus fuerat in primo anno secūdi septēnij, s. in mēse nono, vel decimo. Sed nunc erat principiū primi anni post istud

Textus ex posit.

Respōsio Hieronymi.

Prima expositio.

Secūda expositio.

secundum

1. Exposi.

secundum septenniū, ergo nondum habuerat ad plus nisi sex annos, & tres menses. Alij autem filij erāt minores, quomodo ergo poterant isti custodire gregē? secundo modo exponunt hoc alij de filijs Laban, sed intelligūt per anticipationem, scilicet, quòd tenuit Iacob pecora Laban, sic ex pacto, deinde adueniente tēpore partus gregum recepit Laban cunctum gregē; qui natus fuit inde, habens vnum colorem solum, aut album totum, aut nigrum totum. Sed ista expositio multum videtur extranea, & extorta, quia immediatè sequitur, quomodo diuisum fuit spatiū inter greges filiorum Laban, & inter greges Iacob, & etiam sequitur de Industria, quam fecit Iacob ponendo virgas decorticatas. Hæc omnia præcesserūt antequam Laban acciperet aliquem gregem de his, qui nati fuerant. Dicēdum ergo, q perturbatio est in litera nostra, quia translator non transtulit, secundum q verè habetur in Hebræo, vel quia alij post scriptores corruperunt literam. Et deficit litera ista in duobus, primo in punctuatione, quia non pūctuatur sic hic, quemadmodum in Hebræo. secundo, quia non est eadem litera. Primò enim, quia in Hebræo ab illa parte. *Et separauit.* Vsq; ad illam partem. *Et tradidit.* Totum ponitur sub vno versu, nec assignatur aliquis punctus distinguens sentētias. In nostra autem litera fiunt duo versus, quia ab illa parte. *Et separauit.* Vsque ad illam partē. Cunctum autem gregem fit vnus versus, deinde fit alius; & ideo secūdum literam Hebraicam leuius est ista dicta vno contextu includerē, quàm secundum nostram facere duas sententias. Item quia litera nostra, non sic habet sicut Hebræa: dicitur in Hebræo. *Omne quod habebat album in se ipso, & ruffum, vel fuluum in arietibus.* Ideſt oē pecus, quod licet esset nigrum, habebat tamen aliquā particulam albi, & sic efficiebatur varium, vel maculosum, hoc tradidit filijs suis Labā. Et sic facilis erat mutatio dicendo. *Illud quod erat totum album dedit Laban filijs suis* Vel dicere. *Totum quod habebat albū dedit Laban filijs suis.* Primum sensum sequitur litera nostra, ideo valde turbata est. Secundum aūt tenet veritas Hebraica. *Et posuit spatium itineris inter se.* Hoc fecit ne aliqua fraus interuenire posset, si prope starent greges, quoniam aliqui masculi varij, vel maculosi transirētad gregem, quem pascebat Iacob, & gignerētur inde fœtus uarij. *Inter se, & socerum suum.* Quia Laban pascebat ex vna parte cum filijs suis, & ex alia Iacob, q erat gener Laban. *Dierum trium.* Ideſt trium dietarum, & sic nō poterat faciliter trāsire de vno grege ad alterum. *Tollens ergo Iacob virgas populeas.* Hic ponitur cautela prudētis Iacob contra Laban de positione virgarum, quia Laban fraudabat mercedem eius; ideo q tenebatur ei dare, sic ab eo ignorante cō extorquebat. Si enim sciuisset Laban, q Iacob isto modo oues faciebat parere fętus varios, tulisset ei violenter omnia, quæ possidebat, vel fortè occidisset eum, & ista cautela, vt quidam volunt, fuit per sapiētiam Iacob, quia circa naturalia peritus erat, & forte didicit hoc dū staret in schola Melchisedech, de quo diximus supra 25. cap. Aliqui aūt dicunt, q hoc fecit monitione angeli in struentis eum in somnijs, & ad hoc videtur applicari litera infra sequen. cap. Et sic disposuit Deus, q per istam artem virgarum non solum haberet Iacob, quod merebatur pro labore illorū sex annorum, sed etiam omnia, quæ merebatur pro labore temporū præteritorum in quatuordecim annis, siue dotes filiarum, quia vxores sine dotibus dari nō debebāt. Erat. n. cautela, q acciperent virgæ uirides arborū, & ex parte decorticarētur, & ex parte manerēt integræ, & ponebantur in canalibus, in quibus bibebāt pecora, & ibi ascēdebant mares super fœmellas: videtes aūt fœmellę colorē variū illarū virgarū, & ipsi mares imprimebāt talem colorē fętibus, ita vt uarij nascerentur. *Virgas populeas.* Ideſt de arbore, quæ populus dicitur, & vulgariter vocatur olmo. *Virides.* Vt appareret varietas coloris albi, & uiridis. Si autem fuissent aridę, idem color, quasi esset in cortice, & in ligno, s. subniger. *Et amygdalinas.* Ideſt de amygdalo arbore. *Et platanos.* Dicitur platanus arbor magna apud aquas communiter nascens, vt dicitur Ecclesiast. 24. cap. Quasi platanus exaltata sum iuxta aquas, & dicitur platanus, quia folia ualde lata, & plana habeat, platos enim Græcè planum, vel amplum dicitur: Et folia eius sunt similia foliis viris: alioui habēt, & dicūt, vbi nos dicimus. *Ex platanis, ex nucibus, vel virgas storaceas.* Secundum interpretantes 70. storacea dicitur, & vocatur uirga storacea, quæ guttam habet, quæ storax dicitur, vel galbanus. *Et ex parte decorticauit eas.* Vt uideretur aliquid uiride, & aliquid candidum, quod nō cōtingeret existente tota uirga uiridi. Dicunt autem aliqui, q tres virgæ fuerunt, quia ponuntur hic tres spēcies arborum. Sed hoc nullam habet apparentiam, qa in litera dicit uirgas populeas, ergo plures erant populeę, & plures plataninę, & amygdalinæ. *Detractlisq; corticibus.* Ideſt remotis corticibus, quantum ad quandam partem. *In his, quæ spoliata fuerant.* Ideſt in partibus spoliatis. *Candor apparuit.* Ideſt albedo. *Illa verò, quæ integra erant.* Ideſt illæ partes, quæ nō erant decorticatę. *Atque in hunc modum.* Ideſt per istum modum, scilicet quædam decorticādo, & alias partes non. *Color effectus est varius.* Scilicet ex albo uiridi. *Posuit eas in canalibus.* Loca sunt, in quibus detinebatur aqua artificialiter facta, uel de lignis, siue de lapidibus, uel lateribus, & calce. *Vbi effundebatur aqua.* Ponebat enim uirgas in canalibus magis, quam in alijs locis, quia mares magis ascendebāt super fœmellas, quando ipsæ bibebant, quā alias, uel ut quidam uolunt, quia ista conceptio fętuū maculosorū, & uariorum fiebat secundum apprehensionem, quam fœmellę habebāt de formis masculorū, & quia forma masculi ascendentis super fœmellā non poterat apprehendi a fœmella per radiū directū, oportebat, q apprehenderetur per reflexum. Reflexio autem non fit, nisi in corpore speculari, quale est aqua. Ponebantur ergo uirgę in canalibus immediatè sub aqua, ita q clarè uideri posset color earum, & species uisibilis maris ascendentis super fœmellam multiplicabatur usque ad aquam, quæ est perspicuum terminatum. Et deinde fiebat reflexio eiusdem formę maris ad oculos fœmellę, super quam ascēdebat, & qa simul uidebat speciem arietis reflexam, & speciem uirgarū uariarum directam, utrunque faciebat eandem quasi visionem, cum formę uisibiles arietum recipiebātur super loca virgarum; ideo simul utrunque uisui præsentabatur, & sic fœmella figurabat apud se formā maris uariati, uel maculosi ex candido, & uiridi. Sed quia color uiridis tali materię taliter digestę naturaliter nō conuenit, s. pilis, uel carnibus pecorum, quia uiride est ex quadam indigestione, non reperitur autem talis gradus digestionis in pecoribus, iccireo loco uiridis coloris subnigrum pingebatur in fętibus, q fuluum uocatur. *Et in aspectu earum conciperent.* Fit enim cōceptio in ipsa decisione seminis uirilis, & fœminini si inter se conueniant; & ideo antequàm masculus perfecisset coitum cōceptio facta erat. *Factumque est.* Ideſt sic accidebat. *Quòd in ipso calore coitus.* Ideſt quando fœmella erat in maxima delectatione, scilicet in ipsa seminis decisione. *Et parerent maculosa.* Quia in illo pūcto animā uigorem magnum habet. Hæc enim omnia fundantur super potestatem animæ. Quia ut ait Isidorus 11. Ety. anima huius conditionis est, q in extremo feruore libidinis posita formas uisas attrahat, & fętui imprimit. Ideo dicit, q in thalamis cōiugum aliquæ pulchræ columbæ, vel personæ decoræ pingendæ sunt, ut

Platanus quid sit.

Quorundā opinio. Confuta.

uisis

nisis illis, fetus simili imagine informẽtur, & hoc prodest siue coitus fiat in visione, ita ꝙ fœmina videat in ipso feruore libidinis tales figuras, vel si fortè nõ videat cum actualiter in ipsa libidine de illa figura recogitet. Dicit tamen Arist. 7. Ethi. cap. vlt. in omni venerea delectatione nihil intelligere posse. Si tamen contingat aliquid intelligere, prodest sicut si videret. Et sic ait Hiero. ꝙ Quintilianus orator defendit quandam matronam, quæ filium nigrum, vt Aethiopem peperit, quia in cubiculo similis pictura fuisset. Hoc etiam in libris Hippocratis reperitur, qui aliam mulierem puniendam defenderit, quæ vtrique parenti prolem valde dissimilem peperit, quia in eius cubiculo talis pictura fuisset inuenta. *Diuisitque gregem Iacob*. Scilicet a Laban. *Et posuit virgas ante oculos arietum*. Ita proficiebat visio arietis, sicut visio fœmellę. qa semper masculus magnam potestatem habet in semine: fiebat autẽ visio virgarum ab arietibus per radium directũ: visio autem formarum arietum cum ipsis virgis fiebat à fœmellis per radium reflexum, vel fractum, vt declaratum fuit supra.

Quæst. 10. An hoc factum fuerit naturaliter, uel miraculosè, ꝙ scilicet nascerentur varia.

Sed quæritur an istud miraculosè factum, vel naturaliter fuerit. Videtur ꝙ supernaturaliter, quia sequẽti cap. dicit quomodo apparuit angelus Iacob dicens: Leua oculos tuos, & vide vniuersos masculos ascendentes super fœminas varios, & respersos, & ex hoc habuit originem illud factum, ergo miraculosè, quia angelo reuelante. In cõtrariam arguitur ex omnibus exemplis supra positis, ſ. Isidori, Quintiliani, & Hippocratis. Respondetur, ꝙ hoc fuit factum naturaliter, quia causa ad hoc sufficienter efficiendum est in ipsa natura, sed ars ista nõ fuit cognita naturaliter à Iacob, sed angelus docuit eum; vt infra patet, quia non solũ instruũt nos de supernaturalibus, sed etiam de aliquibus naturalibus, quæ per nos cognosci non possunt: nihil enim quantum ad nos differt, ꝙ naturale, vel supernaturale sit, dum sit nobis equaliter incognitum: anima enim, quæ corpori iuncta est principiũ omniũ actuum compositi ipsius est, ut patet in secũdo de Anima, & est principium superius dirigens corpus secundum suam naturam. Nam vt ait idem Philosophus in tertio de Anima vnitur anima corpori, vt forma, vt finis, & motor. In quantum autem est motor corporis mouet, & dirigit corpus assimilando illud naturæ suæ quãtum põt, & habet se ad illud, sicut artifex ad opus: artifex enim per formam exemplaris retenti in mẽte, imprimit similitudinem formæ rei fabricatę. Sic anima sensitiua imaginem sensibilem, quam concipit in vltimo æstu, & ardore libidinis, fœtui imprimit, quia tunc conceptio fit, non ꝙ tunc actualiter talis forma semini imprimatur, quia color, uel crispitudo capillorum, quæ interdum fœtibus euenit (quia matres dum concipiunt tales formas intuentur) non potest immediatè formari in semine, cum ibi nõ sit crispitudo, aut aliqua figura capillorum, qui non sunt, aut color in talibus, aut talibus partibus corporis, quæ nondum formatæ sunt, sed anima, quæ decidendi in semine quandam virtutem formatiuam principium est, etiam decidit quandam virtutem in semine, secundum quam in fœtu perfecto talis color, uel forma inducitur. Sic enim dicit Augustinus tertio de Trinitate, ꝙ multotiens adhibentur forinsecus causæ, quæ & si non sint naturales, tamen secundum naturam adhibẽtur, ut ea, quæ in secreto sinu naturæ abdita continentur erumpant quodammodo, & foras cernãtur quodammodo explicando mensuras, & numeros suos, & pondera, quæ in occulto acceperunt ab illo, qui omnia in mensura, & ordine, & numero disposuit. *Erant autem alba quæque*, Idest, quæ totaliter erant alba, & ea, quæ totaliter nigra ipsius Laban. *Separatis inter se gregibus*. Idest quando separabant greges fœtuum natorũ varios dando Iacob, & vnicolores Laban. *Igitur quando primo tempore*. Hic ponitur qualiter visus fuit moderatè Iacob cautela sua, scilicet nõ ponendo semper virgas, ne omnes varij nascerẽtur, & nihil pertineret ad Laban, quia sic intellexisset Laban aliquam latere fraudem, & fortè Iacob occidisset inuidens, velut bona eius diriperet: *Quando primo tempore ascendebantur oues*. Idest in principio veris ponebat virgas, quia illo tẽpore fœtus nascuntur fortiores, & pulchriores corpore. In secundo tempore, scilicet serotino, quando fœtus erant minores, nõ ponebat uirgas, & non est intelligendum, ꝙ ad conceptus omnes primi temporis poneret Iacob uirgas, qa tunc omnes essent uarij, & pertineret ad Iacob, & nullus ad Laban, & sic pateret fraus. *Vt in earum contemplatione conciperent*. Idest, quòd cõciperent dum contemplarentur, siue respicerent istas virgas, quia conceptio fit in ipso maxime feruore libidinis, & dũ semen commiscetur aliqualiter temperari debet. *Quando vero serotina admissura erat*. Idest qñ fiebat serotina admixtio, scilicet quando pecora admissura erant, idest se admittere debebant in commixtione coitus. *Serotina*. Idest in tempore Serotino, vel in fine veris, uel in autumno. *Et conceptus extremus*. Idest quando fiebat vltima generatio, quæ erat in toto anno ante hyemem. *Non ponebat eas*. Scilicet uirgas, quia in illo tempore cõcepti fœtus debiliores, & minores erant primis fœtibus, & ne fraus pateret, si omnes fœtus ad Iacob pertinerent. *Facta sunt, quæ primi temporis Iacob*. Idest fœtus geniti in principio veris pertinebant ad Iacob non totaliter, sed pro maiori parte, ut supra diximus. *Ditatusque est homo*. Idest Iacob. *Vltra modum*. Idest ultra mensuram, uel quantitatem aliorum hominum, quia in terra illa non erant aliqui diuites, sicut ipse, & hoc quia multiplicabatur in gregibus, qui nascebãtur varij de ouibus Laban. Et deinde quando separabat gregem suum, quẽ habebat de ouibus Laban ab ipso grege Laban multiplicabatur ualde ille grex. *Et habuit greges multos*. Scilicet ouium, & hircorum, quia ista duo denominat grex, sed hic accipitur large etiam pro armentis, quia Iacob habuit armenta multa, ut patet infra 32. cap. sed hic nominat oẽm substãtiam eius ergo oportet intelligere armenta sub gregibus. *Ancillas, & seruos*. Ista omnia emebat Iacob uendendo oues, arietes, capras, & hircos, quos in parte sua recipiebat, quia ipse non custodiebat al quid aliud. *Camelos*. Qui abundant in terra illa. *Et asinos*. Ista animalia erant ad ferenda onera.

Oues, & hirci denominatur grex.

Fugit Iacob cum suis: Laban insequitur, Rachel abscondit Idola: Iacob, & Laban fœdus ineunt. Cap. XXXI.

POSTQVAM autem audiuit verba filiorum Laban dicentium: tulit Iacob omnia, quæ fuerunt patris nostri, & de illius facultate ditatus, factus est inclytus: animaduertit quoque faciem Laban, quòd non esset erga se, sicut heri, & nudiustertius, maximè dicente sibi Domino; reuertere in terram patrum tuorum, & ad generationem tuam, eroque tecum. Misit, & vocauit Rachel, & Lyam in agrum, vbi pascebat greges, dixitque eis: Video faciem patris vestri, quòd non sit erga me sicut heri, & nudiustertius: Deus autem patris mei fuit mecum: & ipsi nostis, ꝙ totis viribus meis seruierim patri vestro. Sed & pater vester circũuenit me, & mutauit mercedem meam decẽ vicibus, & tamen non dimisit eum Deus, vt noceret mihi. Si quando dixit: variæ erunt mercedes tuæ: pariebant omnes oues varios fœtus. Quando verò è contrario ait, alba quęque accipies pro mercede, omnes greges alba pepererunt. Tulitque Deus substantiam patris vestri, & dedit mihi. Postquam enim conceptus ouium tempus aduenerat, Leuaui oculos meos, & vidi in somnis ascendentes mares super fœminas varios, & maculosos, & diuersorum colorum. Dixitque angelus Domini ad me in somnis: Iacob? Et ego respondi: adsum. Qui ait: Leua oculos tuos, & vide vniuersos masculos ascendentes super fœminas, varios, maculosos, atque respersos. Vidi enim omnia, quæ facit tibi Laban. Ego sum Deus Bethel, vbi vnxisti lapidem, & votum vouisti mihi. Nũc ergo surge, & egredere de terra hac, reuertens in terram natiuitatis tuæ. Respõderuntq; Rachel, & Lya: Nũquid habemus residui quicquam in facultatibus, & hæreditate domus patris nostri? Nonne quasi alienas reputauit nos, & vendidit, comeditque precium nostrum? Sed Deus tulit opes patris nostri, & eas tradidit nobis, ac filijs nostris, vnde omnia, quę præcepit tibi Dominus, fac. Surrexit autem Iabob, & impositis liberis, ac coniugibus suis super camelos, abijt. Tulitque omnem substãtiam suam, & greges, & quicquid in Mesopotamia acquisierat, pergens ad Isaac patrem suum in terrã Chanaan. Eo tempore ierat Laban ad tondendas oues, & Rachel furata est Idola patris sui. Noluitq; Iacob cõfiteri socero suo, quòd fugeret. Cumque abijsset tam ipse, quam omnia, quæ iuris sui erant, & amne transmisso pergeret contra montem Galaad, nunciatum est Laban die tertio, quòd fugeret Iacob. Qui assumptis fratribus suis, persecutus est eũ diebus septem; & comprehendit eum in monte Galaad. Viditque in somnis dicentem sibi Deum. Caue ne quicquã aspere loquaris contra Iacob. Iamque Iacob extenderat in monte tabernaculum: cũque ille consecutus fuisset eum cum fratribus suis, in eodem monte Galaad fixit tentoriũ. Et dixit ad Iacob: Quare ita egisti, vt clam me abigeres filias meas, quasi captiuas gladio? Cur ignorãte me fugere voluisti, nec indicare mihi, vt prosequerer te cum gaudio, & cãticis, & tympanis, & cytharis? Nõ es passus, vt osculares filios meos, & filias: stulte operatus es, & nunc quidẽ valet manus mea reddere tibi malum, sed Deus patris tui heri dixit mihi: Caue ne loquaris contra Iacob quidquam duriùs. Esto ad tuos ire cupiebas, & desiderio erat tibi domus patris tui: cur furatus es Deos meos? Respondit Iacob, quòd inscio te profectus sum, timui ne violenter auferres filias tuas, quòd autem furti me arguis, apud quemcunque inueneris Deos tuos, necetur coram fratribus nostris. Scrutare quidquid tuorum apud me inueneris, & aufer. Hæc dicẽs ignorabat, quòd Rachel furata esset idola. Ingressus itaque Laban tabernaculum Iacob, & Liæ, & vtriusque famulæ non inuenit. Cumque intrasset tentorium Rachelis, illa festinans abscondit idola subter stramenta cameli, & sedit desuper, scrutantique omne tentorium, & nihil inueniẽti, ait: Ne irascatur Dominus meus, quòd coram te assurgere nequeo: Quia iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi. Sic delusa sollicitudo quęrẽtis est. Tumensque Iacob, cum iurgio ait: Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meũ sic exarsisti post me, & scrutatus es omnẽ supellectilem meam? Quid inueneris de cuncta substãtia domus tuæ? Pone hic coram fratribus meis, & fratribus tuis, & iudicent inter me, & te. Idcirco vigintis annis fui tecum; oues tuę, & capræ steriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi; nec captum à bestia ostẽdi tibi, ego damnũ omne reddebam: Quicquid furto peribat, à me exigebas: die noctuque æstu vrebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis. Sicque per viginti annos in domo tua seruiui tibi quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis: immutasti quoque mercedem meam decem vicibus. Nisi Deus patris mei Abrahã, & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modo nudum me dimisisses: afflictionem meam, & laborem manuum mearum respexit Dominus, & arguit te heri. Respondit ei Laban: Filiæ meę, & filij, & greges tui, & omnia, quæ cernis mea sunt:

1. Reg. 13. Paral. 16.

Supra 29.

sunt: quid possum facere filijs, & nepotibus meis? Veni ergo, & ineamus fœdus, vt sit in testimonium inter me, & te. Tulit itaque Iacob lapidem, & erexit illum in titulum: dixitque fratribus suis: Afferte lapides. Qui cõgregantes fecerunt tumulum, comederuntq; super eum: quem vocauit Laban tumulum testis, & Iacob aceruum testimonij, vterque iuxta proprietatem linguę suæ. Dixitque Laban: Tumulus iste testis erit inter me, & te hodie, & iccirco appellatũ est nomẽ eius Galaad, ideſt tumulus testis. Intueatur, & iudicet Dominus inter nos, quando recesserimus à nobis, si afflixeris filias meas, & si introduxeris alias vxores super eas: nullus sermonis nostri testis est absque Deo, qui presens respicit. Dixitq; rursus ad Iacob: En tumulus hic & lapis, quem erexi inter me, & te testis erit: tumulus, inquam, iste & lapis sint in testimonium, si aut ego trãsiero illum pergens ad te, aut tu prætereris malum mihi cogitãs. Deus Abrahã, & Deus Nachor iudicet inter nos, Deus patris eorum. Iurauit ergo Iacob per timorem patris sui Isaac: immolatisque victimis in monte, vocauit fratres suos, vt ederent panẽ. Qui cum comedissent, manserunt ibi. Laban verò de nocte consurgens, osculatus est filios, & filias suas, & benedixit illis: reuersusque est in locum suum.

POSTQVAM AVTEM. Supra descriptũ fuit de Iacob incipiente, hic scribitur de eodẽ proficiente. Maxime autem patet profectus virtutis in tolerantia aduersitatum, vt patet 2. ad Cor. cap. 11. virtus in infirmitate perficitur. Et diuiditur in tria. Primo describitur quid passus à Laban suo socero. Secundo ab Esau fratre suo infra 32. tertio ab Hemor filio Sichem sibi aduerso infra 34. cap. Prima in duas. Primo ponitur Iacob recedens, secundo Laban eum persequens, ibi. *Cumque abijsset*. Prima in duas, primo ponitur recedendi causa, secundo ponitur recedendi forma, ibi: Misit, & vocauit. Circa primum. *Postquàm audiuit verba*. Ponũtur tria motiua Iacob ad recedẽdum de Mesopotamia, primum erat verba irata filiorum Laban. Quando enim a principio factum fuit pactum inter Iacob, & Laban putauit Labã, quòd nihil lucraretur Iacob, sed omnia ad eum deuenirent, sed cõtrarie factum est; ideo indignari incipiebat Laban, & filij eius maxime circa finem sex annorũ, quando Iacob ditatus erat iam valde. *Tulit Iacob omnia, quæ fuerunt patris nostri*. Quia videbant eum plus habere, quàm Laban pater eorum. Et hæc omnia originem habuerũt ab illis gregibus, quos ipse habuit de fœtibus Laban. Sed isti filij Laban mentiebantur, quia nihil tulerat Iacob de bonis Laban, nisi secundum pactum, quod interuenerat, & fuerat valde gratum ipsi Laban, vt patuit præcedenti cap. *Et de illius facultate ditatus est*. Scilicet accipiens ea, quæ ad Laban pertinebant, vt ipsi uolebant signare, sed falsum est. *Et factus est inclytus*, ideſt famosus, scilicet in diuitijs, quia nõ inueniebatur in terra illa aliquis similis ei in diuitijs, vt dicitur præcedenti cap. ditatusque est homo vltra modum. *Animaduertit quoque*. Istud fuit secũdum motiuum ad recedendum, scilicet, quia facies Laban mutata erat contra eum, scilicet tristior solito effecta. *Animaduertit quoque*. Ideſt considerauit, vel respexit. *Quòd non esset erga eum*. Scilicet hilaris. *Sicut heri, & nudiustertius*. Ideſt sicut tempore præterito. Ista duo aduerbia significãt, heri, & pridie, siue antè heri, sed hic ponuntur solum pro tẽpore præterito. *Maxime dicente sibi Domino*. Istud fuit tertiũ motiuũ recedẽdi, s. ꝙ apparuit ei angelus in persona Dei dicens, ꝙ rediret in terram suam. *Maximeque dicente Deo*. Ideſt licet propter alias causas motus fuerit Iacob ab recedendum, maximè tamen fuit motus propter diuinum mandatum. *In terram patrum tuorum*. Scilicet, in qua morantur patres tui, s. Isaac, & vbi moratus fuit Abraham. *Et ad generationem tuam*. Scilicet ad videndum cognatos tuos, & ad genus tuũ. *Eroque tecum*. Scilicet te adiuuans in redeũdo, & post in stando. Dicit hoc, quia fortè Iacob non auderet venire timens Laban, ne acciperet omnia bona eius, ut patet infra, nisi fuisset Deus patris mei Abraham, & timor Isaac forsitan nunc nudum me dimisisses. Ideo Deus corroborans eum ad recedendum dicit. *Eroque tecum*. Scilicet defendendo in redeundo. *Misit, & vocauit*. Hic ponitur recedendi forma. *Misit, & vocauit*. Erat Iacob in agro pascens pecora, & misit per aliquẽ de familiaribus suis ad vocandum vxores suas, vel fortè per Ruben, qui iam erat annorum ferè tredecim, & patet, quia natus fuit Ruben in primo anno secũdi septennij, & nunc transierat totum illud septennium, & sex anni insuper, quibus seruiuerat Iacob pro gregibus, vt patet infra in litera cum dixit Iacob ad Laban viginti annis fui tecum, s. quatuordecim pro vxoribus, & sex pro gregibus, esset ergo Rubẽ duodecim annorum, & trium mensium; quia natus fuit mense nono primi anni secundi septennij, & transierat istud secundum septennium, & postea sex anni. *Rachelem, & Liã*. Preponit Rachel, quia magis dilecta erat, & quia vxor principalis erat. *In agrum*. Vt ibi secretius loqueretur cum eis, quàm si stetisset in ciuitate. *Video faciem*. Licet tria motiua ad recedẽdum fuerint, duo solũ enarrat hic Iacob vxoribus suis, quia de primo eorum, scilicet de verbis filiorum Laban non faciebat magnã mentionem. *Deus autem patris mei*. Demonstrat hic, quòd Laban voluisset nocere aliquãdo Iacob, sed nõ potuisset Deo prohibẽte. *Deus patris mei*. Ideſt Deus quem colit pater meus Isaac, qui est Deus verus. *Fuit mecum*. Scilicet dirigens omnia, quæ ego faciebam. *Ipsæ nostis*. Ideſt vos ipsæ vidistis. *Quòd totis viribus seruierim ei*. Quandocũque ei seruiui, sed pater vester. *Circumuenit me*. Ideſt fraudauit me, scilicet mutãdo pactum, in quo uidebatur mihi magnum detrimentum euenire. Circumuentio dicitur esse fraus occulta in verbis, siue ergo dicatur fraus, siue dolus, siue circumuentio semper est quãdo ille, qui agit ita occulte agit, quòd non intelligat is, cui fit. Sed Iacob bene videbat hoc, ergo non erat fraus, sed erat quasi uiolentia, quia qualitercunque uoluisset Laban non poterat resistere Iacob; ideo violentia quædam erat, licet Iacob cõsentiret, quia non pure consentiebat. *Et mutauit mercedem meam*. Scilicet, quam ex pacto habere debebam pro custodia gregis. *Decem vicibus*.

Sed dices cum Iacob seruierit sex annis Laban ex pacto, quomodo potuit in tam pauco tempore decies mutare mercedem cum pacti merces semel in anno complebatur, scilicet in partu ouium, & caprarum? Respondetur, quòd ponitur numerus certus pro incerto, scilicet, *Decem vicibus*. Ideſt multis vicibus, scilicet tribus, vel quatuor, vel pluribus, vel vt vult Hiero. propriè ponitur decem vicibus, quia totiens mutauit mercedem, & satis potuit hoc fieri cum greges terræ illius bis in anno quolibet pariant, & sic nõ solum decem vicibus, immo ẽt pluribus mutare potuit, & hoc innuitur supra, cum dicitur, ꝙ quando erant primi fœtus gregum Iacob ponebat virgas, qñ autem erant ſerotini non ponebat, ergo bis in anno pariebãt greges. *Et tamen non dimisit eum Dominus, vt noceret mihi*. Ideſt, ꝙ Laban videns Iacob tñ multiplicatũ inuidit ei, & volebat ei nocere accipiẽdo ea, quæ possidebat, sed Deus non permisit eum, sicut patet infra, quòd non permisit, cũ persequeretur eum, vt noceret ei, vel rebus suis. *Si quando dixit*. Ideſt si aliquando componebat mecum, vt varię essent mercedes meę, ideſt, vt ego acciperẽ fœtus varios pro mercede. *Periebant omnes oues varios fœtus*. Quia Iacob ponebat virgas in canalibus, vt supra dictum fuit, & dicuntur. *Omnes oues*. Ideſt plures eatum, quia nõ omnes, vt dictum fuit, ne fraus latere videretur. *Quando verò è conuerso*. Scilicet dicebat. *Alba quoque accipies*. Videns Laban, ꝙ vna vice omnes fœtus ferè erant varij, perebat, vt sequenti vice Iacob acciperet fœtus albos, & sic mutabat qualibet vice, quando bene futurum sibi esse putabat. *omnes greges alba pepererunt*. Quia tunc non ponebat virgas, & fiebat conceptus secundũ naturam, scilicet ex pure albo albũ, & ex pure nigro nigrum. *Tulit Deus substantiam patris vestri, & dedit mihi*. Non ꝙ aliquid de eo, ꝙ erat propriũ Laban tolleretur ei, & daretur Iacob, sed ꝙ fœtus gregum, qui nascituri erant, & pertinere debebant ad Laban secundum istud pactum, fecerat docẽte eum angelo in persona Dei, nõ dicebatur Deus tollere. *Postquàm autem conceptus ouium tempus aduenit*. Videtur, ꝙ ista reuelatio, de qua hic agitur, fuit facta in tempore conceptus proximo antequàm Iacob poneret istud pactum cum Laban, quia alias nõ auderet Iacob tale pactum agere, quia nesciret, vel si sciret non auderet putans fortè non sic euenturum, vel ꝙ maximum est, quia istud pactum fraudem magnã inducebat contra Laban, & non auderet talia aggredi Iacob, nisi mandante Deo, sicut Hebræi non ausi fuissent furari bona Aegyptiorum, nisi Deus mandasset, vt patet Exo. 4. & 12. cap. *Leua oculos meos, & vidi in somnijs*. Nõ fuit istud in vigilia, sed in visione imaginaria, s. in somnijs, ideo non erat ibi eleuatio oculorum, vt dicit textus. Sed est sensus, ꝙ quando Iacob erat in somnijs per species causatas à Deo in sua phantasia videbatur sibi, ꝙ ipse ambulabat in agro tempore, quo ascenduntur oues, & ꝙ eleuabat oculos in sublime, & vidit angelũ, & vidit mares ascendentes super fœmellas. *Varios, & maculosos, atque diuersorum colorum*. Hic demonstrabat angelus, vt videret Iacob, quomodo se erga Laban habere deberet, vel vt alij volunt ista apparitio fuit facta, postquàm Iacob posuerat sepius virgas, & nascebãtur varij fœtus, & hoc erat, quia licet Iacob hoc fecerit arte naturali, tamen ignorabat, vtrum Deus illud, vt licitũ approbasset, & per istum apparitionẽ visum est approbare cum Deus per similia ei approbasset, vt patet cũ ipse demonstraret masculos uarios, & maculosos, & diuersorum colorum ascẽdere super oues, & qualiter ista causarentur. Sed melius est, vt supra diximus, s. ꝙ si reuelatio facta antequam pactum iniret Iacob cum Laban, quia alias nesciret, nec auderet. *Leua oculos tuos*. Est modus loquendi, vt quando alicui non respicienti dñ respicias. *Vniuersos masculos ascendentes super fœminas varios respersos*. Ideſt respicias, qũo oẽs isti masculi sunt maculosi, & uarij, sic tu debes in pacto tuo, cum Labã petere omnes fœtus maculosos. *Vidi enim quæ fecit tibi Laban*. Ideſt ego vidi qũo grauauit te; ideo do tibi istũ modum, quo vtaris contra ipsum, & habeas oĩa tua, vel aliter. *Vniuersos masculos ascendentes super fœminas varios respersos*. Videas qũo omnes isti masculi sũt varij & maculosi: ita enim tu debes facere. Et hoc fuit, quia fortè demonstrauit ei virgas decorticatas coram arietibus, & ouibus, in quarũ aspectu omnes fœtus formabantur maculosi, & uarij, uel fului. *Ego sum Deus Bethel*. Ideſt non intelligas, ꝙ ista reuelatio est aliqua dęmonum delusio, vel perturbatę phantasiæ commotio, qa ego sum Deus, qui reuelo tibi hæc. *Deus Bethel*. Ideſt Deus qui apparui tibi qñ veniebas huc in loco, quem tu vocasti postea Bethel, ideſt domum Dei, quia ibi vidit angelos ascendentes, & descendentes per scalam, & Dñm innixum super eacumen scalę. *Vbi unxisti lapidem*. Quem posuit in signum, & memoriam, vt ibi postea esset domus Dei, uel locus sacer, & fuit ille lapis perfusus oleo. *Et vouisti votum*. Scilicet soluere decimas, ut patet de his omnibus supra 28. cap. *Nunc ergo surge*. Secundum illos, qui ponunt istam reuelationẽ fuisse ante pactum cũ Laban, debent dici esse hic duæ reuelationes, nec contexitur tota ista litera ad eundem sensum, & est ab illo loco. *Postquàm enim conceptus ouiũ tempus*. Vsque ad istam partem. *Nunc ergo surge*. Vna reuelatio de modo faciendi cõtra Laban ponẽdo uirgas, & faciendo fœtus uarios, & ab isto loco est alia reuelatio, quæ non fuit facta simul, sed post in fine sexti anni, ut rediret Iacob in terram Chanaan: licet enim ista coniungi uideantur, tamen non coniunguntur, & patet hoc supra in tertio moriuo recedendi, ubi dixit Iacob uxoribus suis maxime dicẽte sibi Dño: Reuertere in terram patrũ tuorum. Ibi enim solum ponitur monitio ad reuertendum, & non aliquid aliud tanq; ipsa solitarie facta fuerit. Secundum illos, qui dicunt istam reuelationem fuisse quandam approbationem eorũ, quę fecerat Iacob contra Laban: Dicendũ est, ꝙ fuit una reuelatio tota similis facta Iacob in fine sexti anni, quo seruiebat Laban. Tenẽdo primũ est sensus. *Nunc ergo surge, & egredere de terra hac*. Ideſt nunc para te ad recedendum de terra ista. *Reuertens in terram nativitatis tuæ*. Scilicet in terram Chanaan in Bersabee: ibi enim natus fuit. *Responderunt Rachel, & Lia*. Consentiẽtes eis, quæ a Iacob dicebãtur, sed conquerebantur, ꝙ pater nõ dotaret eas tanq; filias, sed uẽderet tanquã ancillas. *Nunquid habemus residui quicquam in facultatibus, & hæreditate patris nostri?* Quasi dicat, aliqd deberet nobis remanere de hereditate patris nostri. *Nonne*. Ideſt nunquid. *Alienas reputauit nos?* Scilicet tradendo nos uiro sine dote. *Et vendidit, & comedit precium nostrum*. Ideſt illud, quod habuit de seruitio tuo, pro quo recepisti nos ipse comedit nihil nobis dans. Tria grauamina faciebat hic Laban filiabus suis. Primum, ꝙ reputauit eas tanquã alienas nihil dãdo eis de possessionibus suis saltem pro dote: pater enim filiam uiro tradẽs eã dotare tenetur, maxime cum filia habeat naturaliter partẽ in bonis patris, nec põt eã exhæredare, nisi in certis casibus, de quibus nullus hic erat. Secundum grauamen, quia uendidit eas: dato enim, ꝙ pater nõ dedisset dorẽ filiabus suis saltem dedisset eas libere alicui uiro, sed nõ fecit, quia pro certo precio dedit eas, & in hoc grauauit eas nimis, qa apud uirũ suum nõ essent, ut uxores, sed ut ancillę emptitiæ. Nam dato, ꝙ quęlibet earum uellet se in aliquo iuuare contra uirum, ut uxor ex iure, quod competit uxori contra uirum, non posset, quia obijceret Iacob, ꝙ esset ancilla cum pure eam emisset, s. pro seruitio certi tẽporis, licet hoc, non tñ concludit, ut uũ, quia si Iacob emerit quãlibet earũ pro seruitio certi temporis non seruiuit pro eis, ut ei darent simpliciter, sed ut ei darent in uxores: emere aũt aliquam in uxorẽ non est emere simpliciter, & sic emit Iacob: semper tñ restabat grauamẽ, quia licet eas non vendidisset simpliciter, sed ut in uxores uendebat tamen

Tria motiua ponuntur Iacob ad recedẽdũ de Mesopotamia.

Primum.

Quæst. Quo decies mutauit mercedem.

Opinio Hieronymi.

Secundũ.

Tertium.

Quæ reuelatio facta fuit Iacob.

Tria grauamina faciebat Iacob filiabus suis.

tamen sine dote. Tertio grauauit eas, qa preciũ illud, pro quo eas vendidit nullo modo peruenit ad eas. Saltem enim ſm conditionẽ legum humanarũ, qñ aliqs maior viginti annis permittit ſe vendi, nõ põt fieri iſta venditio, niſi venditus recipiebat partẽ iſtius precij, p ſe, vt patet Inſtituta. de ſtatu perſonarũ. circa fin. Hæ aũt non participauerit preciũ: ſaltem enim debuiſſet pater dare id, quod recipiebat de ſeruitio Iacob filiabus ſuis in dotem. *Sed Deus tulit opes patris noſtri.* Per iſtud pactũ tollendo ei, qđ ipſe lucrari debebat, & tradendo tibi pro nobis, & filijs noſtris. *Unde omnia, quæ præcipit tibi.* Scilicet Deus. *Fac.* Quia iuſtum eſt talia facere. *Surrexit itaque.* Iacob obſeruauit tps congruũ ad recedendũ, ſ.qñ Laban iuerat ad tondendũ greges, vt non videret eum recedentem: timebat, ꝙ quia tãtas fraudes in eum commiſerat, ſi eum videret recedentẽ omnibus bonis expoliaret eum. *Surrexit itaque Iacob.* Ideſt parauit ſe ad ambulandũ, quia antea cum ſtaret, quaſi iacere, vel dormire videbatur. *Et impoſitis liberis.* Ideſt filijs, qui adhuc parui erant: nam maior inter filios ſuos erat annorũ duodecim, & trium menſiũ, & minor erat ſex annorũ, ſed inter duodecim, & ſex annos adhuc non ſunt pueri apti ad itinerandũ, qa valde teneri ſunt, & cito fatigabiles. Antecedens patet, quia Ruben, qui genitus fuit ex Lia, erat maior, & iſte fuit genitus in principio ſecundi ſeptennij demptis nouẽ menſibus, & tunc tranſijt illud totũ ſeptenniũ, & ſex anni, in quibus ſeruiuit pro gregibus, & iſti erãt tredecim anni. Dẽptis ergo nouẽ menſibus primi anni ſecũ di ſeptẽnij, in quo anno genitus fuit Ruben, manebũt duodecim anni, & tres mẽſes: minor aũt inter filios Iacob fuit Ioſeph filius Rachelis, & iſte fuit genitus poſt oẽs filios Lię in fine ſcđi ſeptennij, vt patet præce. cap. nam iſto genito voluit reuerti Iacob in terrã ſuam, qđ nõ dr̃ de natiuitate alicuius aliorum, ſed poſt finitum ſm ſeptennium ſolum ſtetit Iacob ſex annis in Meſopotamia, vt concluditur ex his, quæ infra dicunt, ſ. ſeruiendo pro gregibus, ergo Ioſeph ſolũ erat ſex annorũ, ergo filij Iacob oẽs erant inter duodecim, & inter ſex annos, oportebat eos, ergo imponi camelis, vel alijs iumentis ad itinerandũ. Ideo dicit: *Impoſi is liberis, ac coniugibus ſuis ſuper camelos.* Sunt.n. iſta animalia valde conuenientia ad ferendũ onus, quia fortia ſunt. *Tulit omnem ſubſtãtiam ſuam.* Ideſt poſſeſſionem. *Et quicquid in Meſopotamia acquiſiuit.* In Meſopotamia ſolũ acquiſiuit greges caprarum, & ouium ſeruiendo Laban, ſed poſt vendendo de gregibus emebat armenta bouum, & camelorũ, aſinos quoque ſeruos, & ancillas, & oẽ genus ſupellectilis. *Pergens ad Iſaac.* Ideſt incipiens pergere, ſed nõ perrexit immediate: quia primo manſit in Sichem, & in Bethel aliquo tẽpore, deinde iuit ad Iſaac. Fuit aũt iſta manſio in itinerãdo nouem, vel decẽ annorum, ut patet ex his, quæ dicẽtur infra 34. & 35. cap. nam Simeon, & Leui erãt quaſi vndecim annorũ, qñ de Meſopotamia receſſit Iacob, ut patet, quia Ruben erat duodecim annorũ, & triũ menſiũ, & tñ poſt Ruben natus fuit Simeon, & poſt Simeonẽ, Leui, vt patet præce. ca. ſed iſti duo cũ eſſet Iacob in Sichẽ, quę eſt in via anteq̃ veniret ad patrem ſuum Iſaac, occiderũt oẽs Sichimitas arreptis gladijs, vt patet infra 24.c. ergo iã erant viri adminus 19. vel 20. annorũ. Item quia qñ venit Iacob ad patrẽ ſuum venditus fuit Ioſeph Iſmahelitis, & portauerunt eum in Aegyptũ, vt inducit infra 35. & 37. cap. Sed qñ venditus fuit Ioſeph erat annorũ 16. vt ait litera noſtra, vel 17. vt ait litera Hebraica (ſed iſta contrarietas ibi concordabitur) ſed qñ exiuit de Meſopotamia erat ſolum ſex annorũ, vt ſupra inductũ eſt: ergo quęcunque litera accipiatur ſiue noſtra, ſiue Hebraica manſit Iacob in itinere Meſopotamię annis decem, vel vndecim, & tñ totũ vocatur iter, ut patet ĵ. 48. cap. cum dr̃ mihi aũt mortua eſt Rachel, cum venirem de Meſopotamia in itinere, & ibi declarabitur, quare totum hoc uocetur iter. *Eo tempore.* Scilicet qñ receſſit Iacob. *Iuerat Laban ad tondendos greges.* Hoc non fuit à caſu, ſed à propoſito, quia obſeruabat Iacob, ut recederet neſciente Laban, ne impediretur ab eo, uel ne tolleret ei uxores, & filios, & uniuerſa, quæ ſui iuris erant. *Et Rachel furata fuit idola patris ſui.* Iſti de cognatione Nachor idolatrę fuerunt: declinauerunt enim cum patre ſuo Nachor, de quo Ioſue 24. cap. vbi dicit; Transfluuium habitauerunt patres veſtri, Thare pater Abraham, & Nachor ſeruierũt dijs alienis: potuit aũt Rachel furari idola, qa ipſa familiariter intrabat in domum patris, qñcunque uolebat, ſicut ſolita erat anteq̃ traderetur Iacob. Et dicit Ioſephus, ꝙ nõ accepit Rachel iſta idola ad colendũ, ſed ut ſi pater inſequeretur eos proſtrati corã illis idolis ueniam conſequerenť, qa pater nimis colebat illos Deos: ipſa aũt edocta à Iacob idola non colebat; uel fecit, ut patrem ſuum ab idolatria reuocaret tollendo Deos, & ſic fuit factum bono zelo; uel forte fecit, quia illa idola erant aurea, & argẽtea, ut de illa materia aliqua uaſa preciosa fabricarent, uel ꝙ magis credẽdum eſt, quia Rachel uiderat ſæpe Laban cũ aliquid inciperet agere quærentem reſpõſa ab illis idolis de exitu rei, & utrũ facere poſſet, uel nõ, & de rebus latẽtibus certitudinem inquirebat: timuit ergo Rachel, ꝙ pater peteret reſpõſum ab idolis de uia, per quã ibant, ut comprehendere poſſet eos, & ſic inciteretur ad perſequendũ; & ſic ur̃, ꝙ qñ Laban pſequi uoluit Iacob iuit ad inquirendum rñſa ab idolis, ſed non inuenit; ideo quæſiuit ea poſt in facultate, & ſupellectibus Iacob. Et iſtud dictũ ualde rõnabile eſt, quia cum Laban eſſet ualde diues, nõ ſolum habebat illos Deos precioſos, ſed ẽt multa alia. Qñ autẽ uoluit perſequi Iacob, incepit perſequi multum feſtinanter, non eſt ergo ueriſimile, ꝙ qñ uocatus fuit à loco, in quo tondebat greges, qui diſtabat tribus dietis à ciuitate apud quam Iacob cuſtodiebat greges, ꝙ uenerit in domum ſuã, & inquiſiuerit in omnibus rebus ſuis utrum aliquid deficeret, quia tunc oportebat eũ multum morari, qđ non cõueniebat alicui feſtinanter uolenti perſequi fugientes, qualis erat Laban, ſed ipſe inquiſiuit Deos ſuos, & nõ inuenit, ut patet, quia poſtea dixit Iacob: Quare furatus fuiſti Deos meos? ergo ur̃ ꝙ Deos illos ſpecialiter inquiſiuit, ſed non inquiſiuit pp ualorem, quia alias res maioris ualoris habebat Laban, ergo ur̃, ꝙ inquiſiuit eos ad quærendum ab eis, utrum id, quod incipiebat, finem debitum haberet, ſicut in alijs rebus faciebat ſemper inquirens reſpõſa ab illis dijs. Et quia nõ inuenit, intulit illam perſecutionẽ Iacob ſic incõſultus à dijs, ex qua nihil euenit proſperum, ſed fuit ad maius beneficiũ Dei monſtrandũ in Iacob, qui eũ eruit à Laban, & ibi conuenerũt ambo, & iurauerunt ne Laban tranſiret illos terminos ad inferendum malũ ipſi Iacob; inſuper Iacob iurauit ne affligeret filias Laban, ne ſuperinduceret alias uxores, ut patet infra in litera. Sciendum, ꝙ ubi nos dicimus idola Hebræi dicunt, teraphin, ideſt figuras, vel imagines. Et ſm aliquos ſunt quędam capita metallina facta in certo tempore, & aſpectibus, & cõiunctionibus planetarũ, ut deriuetur aliqua uirtus à cęlo in caput, i. ad rñdendũ interrogationibus. Tale autem caput fit per Aſtrologiam, & partim per Necromantiã. Fecit hmõi caput Frater Albertus Magnus Theutonicus de Ordine Prędicatorũ, qđ diſcipulus eius Sanctus Thomas eiuſdem ordinis quadã die cõfregit, de ueritate horũ dictum fuit late Num. 21. cap. & ibi uideas. Hebręi aũt dicunt, ꝙ fiunt Theraphin accipiendo caput alicuius pueri primogeniti interfecti, & ſacrificati in honorẽ dęmonis, & iſtud caput abſciſſum ſale cõditur, & aromatibus,

Camelí ſunt animalia multũ apta ad onera ſegenda.

Opinio Ioſeph.

Quorundã opinio.

matibus, vt à putredine illęſum diu remaneat, & incõſumptum, & ſuper linguã eius lamina aurea ponit dęmonis cuiuſdã nomine inſignita, & dat reſponſa petẽti. In cuius autẽ virtute iſta rñſa dentur Nume. 21. cap. dictum eſt. *Noluit Iacob confiteri ſocero ſuo.* Scilicet Laban, ꝙ recederet. Quia timebat impedimentum, vel ſpoliationem. *Quam omnia, quæ iuris eius erat.* Ideſt, quæ ad eum pertinebant. *Et amne tranſmiſſo.* Ideſt pertrãſito fluuio: forte erat iſte fluuius Eufrates, qui tãgit terminos terrę Chanaan, quæ promiſſa fuerat Abrahę, vt dr̃ ſupra 15. cap. ſemini tuo dabo terrã hanc à fluuio Aegypti vſque ad flumẽ magnum Eufratem, & vocatur hic amnis per excellentiã, quia nullum maius flumen in terra illa eſt. *Pergeret contra montem Galaad.* Quia forte ibi intẽdebat manere aliquibus diebus, quod patet, quia qñ venit Laban inuenit eũ fixiſſe tentoria in mõte Galaad, vt patet infra, & accipitur iſtud nomen p anticipationẽ, quia ante nõ vocabat mons Galaad, ſed ab iſto euentu ſic vocatus eſt, vt infra patet. *Nunciatum eſt Laban die tertio, ꝙ fugeret Iacob.* Quia oues ad quas tondendas iuerat Laban, diſtabant itinere dierum trium à ciuitate Aran, apud quam Iacob paſcebat gregem. Sic enim dr̃ prędc. c. qđ poſuit ſpatium itineris dierum trium inter ſe, & generum ſuum. *Qui aſſumptis ſecũ fratribus ſuis.* Ideſt illis, qui de cognatione ſua erant, q fratres vocari conſueuerunt. *Perſecutus eſt eum ſeptem diebus.* Computando à loco, in quo nunciatum eſt ei, ꝙ fugeret Iacob, ſ. à loco paſcuę gregũ. Vel põt cõputari à ciuitate Arã, quia ibi aſſumpſit ſecũ cognatos ſuos. Sed magis vr̃ dicendum, ꝙ iſti ſeptem dies cõputẽtur à tpe, quo receſſit de Aran primo, quia accipiendo, ꝙ computentur a die, qua nũciatum fuit ſibi, cũ diſtaret tribus diebus a ciuitate Aran, & ab illo loco, in quo tõdebat greges, fuerunt ſeptem dietę vſque ad montem Galaad, qui eſt circa Iordanem, fuerũt ſolum quatuor dietę, quod vr̃ inconueniens, quia tunc modicũ diſtarent iſtæ terræ, quod falſum eſt. Item quia dr̃, ꝙ Labã aſſumptis fratribus ſuis, i. cõſanguineis perſecutus fuit ſeptẽ diebus Iacob: ergo primo accepit cõſanguineos, vel fratres, q̃ inciperet perſequi Iacob, ſed iſtos accepit in ciuitate Aran: nã in loco tonſionis gregum nõ erãt iſti diſpoſiti ad perſequendũ Iacob, donec venirent in Aran, vel fortè non erant in loco tonſionis gregũ, qđ magis vr̃, ergo cõputanr̃ iſti dies a die, quo receſſit de Aran acceptis ibi fratribus, ſiue conſanguineis, donec cõprehendit Iacob in monte Galaad. *Comprehenditque eum in monte Galaad.* Quia ibi manebat Iacob fixis tẽtorijs ſuis, & intendebat manere aliquibus diebus nõ ſuſpicans Laban ſe perſecuturum. *Viditque in ſomnis.* Scilicet Laban. *Dicentem ſibi Dominum.* Ideſt Angelũ Dñi, ſ. ꝙ apparebat ei ſe videre angelum, vel ipſum Deum dicentem ſibi iſta. Sola tñ motio phantaſię erat p ſpecies ibi a Deo cauſatas, vel ordinatas. Nam ex eo, ꝙ in ſomnijs erat non poterat aliquid audire, vel videre, qa ſomnus eſt quies virtutum animaliũ, i. ſenſitiuarũ cũ intenſione naturalium, ſicut late declaratum fuit ſupra 20. c. dr̃ ergo in ſomnijs audiuiſſe angelum, qa illę ſpecies impreſſę in phantaſia, ſm quas iudicabat ſe audire vocem angeli, cauſatę fuerant ab angelo. *Caue ne quicquam aſperè loquaris contra Iacob.* Quia fortè intendebat Laban expoliare Iacob omnibus bonis, & percutere eũ gladio. *Iamque Iacob extenderat in monte tabernaculum ſuum.* Scilicet ad manendum aliquot diebus, qa fortè locũ optimum ad paſcendum ibi vidit, vel quia volebat, vt requieſcerent pecora, quæ labore itineris nimis grauata erant. *Cumque ille.* Ideſt Laban. *Conſecutus eum fuiſſet.* i. attegiſſet eũ. *Cũ fratribus ſuis.* i. cognatis. *In eodẽ monte fixit tentoria.* Ex hoc patet, ꝙ iã Labã nõ erat ferus, vt ante fuerat cum incępit perſequi Iacob, quia nõ irruit ſuper eum ſubito, vt hoſtis, ſed fixit caſtra in eodẽ monte, vt pacificè loqueretur, & pactũ inirent. *Vt clam me.* Ideſt ignorãte me. Clam præpoſitio eſt ſignans id, quod occulte. *Abigeres filias meas.* Ideſt remoueres. Pertinet iſtud verbum ad aues, ut patet ſupra 15. c. vbi dr̃, ꝙ Abraham abigebat volucres a cadaueribus. Et pertinet ad greges, & inde venit crimen abigeatus, qđ eſt de furto pecorum, ut patet in legibus humanis. *Quaſi captiuas gladio.* Ideſt nõ duxiſti eas pacificè, & me ſciente, vt uxores, ſed raptas, & fugiendo quaſi captas in bello vi armorum. Sed mẽtitur in hoc Laban, quia ducebat eas iure matrimonij, quo vellet, & non furtiuè, nec violenter. *Vt proſequerer cum gaudio, & canticis.* Ideſt, vt uenirem ſequẽdo cum gaudio. Sic enim erat conſuetudo, ꝙ quando aliqui recedebant de terra ſua, & non ſperabant cito redire, amici eorum ibant cum eis per aliquem tractum ultra portas ciuitatis comitantes cum gaudio, & canticis imprecando proſpera. *Tympanis.* Dicũtur tympana a tinniẽdo, quia tinnitum reddunt cum percutiuntur. Sunt enim puellaria organa quadrata, vel rotunda de ligno facta, & concaua corio deſuper extento coperta quibuſdam interius pẽdentibus tintinabulis ad concinendum facta, & vocãtur vulgariter, pandero, vel aduſle. *Et citharis.* Cithara antiquum inſtrumentũ eſt, & aliqñ generaliter ſumit pro quolibet muſico organo. Reſonat autem a parte inferiori: Laban aũt dicens iſta mentitur, quia nõ intendebat eũ cũ lętitia a ſe expedire, ſed magis totaliter expoliare: loquitur tamen iſta, ut congratularet Iacob tremefactus a Deo. *Non es paſſus.* Ideſt non permiſiſti. *Vt oſcularer filios meos, & filias meas.* Filios ſuos uocat nepotes ſuos, ſ. filios Iacob, filias ſuas uocat Liam, & Rachelem vxores Iacob, ſic erat cõſuetudo, vt cognati ſe oſcularentur, quando recedunt ad terram lõginquam. *Et nunc quidem valet manus mea reddere tibi malum.* Ideſt ego poſſem tibi nocumentũ inferre, quia ueniebat Laban comitatus uiris paratis ad bellũ: Iacob autem ſolis paſtoribus. *Sed Deus patris tui.* Iſta dicit Labã compulſus a Deo, quia ipſe libenter non daret gloriã Deo Abrahæ quẽ non colebat, ſed mouebatur ab eo inuitus, ſicut patet de Balaam. Nume. 23. & 24. cap. q conabatur maledicere Iudęis, ſed compellebat a Deo, & benedicebat. *Deus patris tui.* Patet hic mala uolũtas Laban, quia licet uidiſſet Deum minãtem ſibi, & mouentem eum ad loquendum, tamen eum, ut Deũ recipere noluit, nec colere, nec uocauit eum Deum abſolutè, nec Deum uerũ. *Sed Deus patris tui.* Quaſi dicat, non Deus meus. *Eſto ſi ad tuos ire cupiebas.* Ideſt dato, ꝙ uelles uenire in patriã tuam, tñ Deos meos furari non debuiſſes, & ponitur. *Eſto.* Quod eſt tertia pſona futuri imperatiui deſum, es, fui, & ſignat. *Eſto.* Ideſt ſit, uel detur, & eſt uerbum ad ponendum caſum; & ideo eo frequenter utimur. *Et deſiderio erat tibi domus patris tui.* Ideſt ad deſiderium, quia multo tempore extra moratus fuerat, iam ratio expoſcebat, ut patrẽ reuiſere uellet. *Cur furatus fuiſti Deos meos?* Stultè loqueris ò Labã. Si enim dij erant, ſubtrahi furtiuè non potuiſſent, implicas enim contradictoria. Dij enim qui furto ſubtrahi poſſunt, & alios non cuſtodiunt, ſed è conuerſo ipſi humana cuſtodia indigẽt, aut ignibus examinãdi ſunt vtrum dij ſint, aut ſub fęcibus latrinarum tanquam in honoratiſſimo, decentiſſimoque eis loco colẽdi ſunt. *Reſpõdit Iacob.* Poſita irrõnabili obiurgatione hic agit de rationabili reſponſione. *Quòd inſcio te profectus ſum.* Excuſat ſe Iacob de duobus, quæ ei oppoſita fuerant, ſcilicet, de tacito receſſu, & de idolorum furto. *Quòd inſcio te profectus ſum.* Eſt imperfecta locutio, & intelligitur. *Quòd inſcio te profectus ſum.* Ideſt non debeo redargui, quòd receſſerim te neſciente, & ſubditur cauſa. *Timui ne violenter auferres filias tuas.* Quaſi dicat, rationabiliter non poteras auferre eas, qa uxores meæ erant,

Tympana quid.

erant, sed solum violenter. Timuit etiam Iacob ablationem totius facultatis suæ, sed non expressit, quia in maiori intelligit minus: maius enim erat tollere vxores, quam tollere pecunias, & substantiam totam. Alia autem videtur ratio porior, quare non expresserit de ablatione substantiæ, licet de illa magis timuerit, quia Iacob aliquo modo loquebatur amicabiliter cum Laban, i. per verba pacifica aliqualiter eum reducēdo ad amicitiam; ideo voluit de eo exprimere id, quod pessimum erat, & verecundosum ipsi Laban; q̄ aūt Labā tolleret violenter filias suas Iacob pertinebat ad iracūdiam, quæ non est vituperbilis valde, immo ualde mo dicum, vt declarat Arist. 7. Ethi. tollere autem diuitias pertinet ad cōcupiscentiam pecuniarum, quæ vituperabilior est, quàm iracūdia, cum dicatur esse de minoribus rebus, & magis verecundātur homines circa pecuniam, & indebitam cupiditatem, quam circa iram, quæ quodāmodo generosa est. Licet ergo Iacob opposuerit Labā, q̄ timuerit ne ei auferret filias, q̄ erant vxores eius, non tamen opposuit, q̄ timuit, ne eū spoliaret, quia hoc videbatur esse turpius. Et si obijciatur, quod postea dī, nisi Deus Abrahæ patris mei, & timor Isaac affuisset mihi forsitan me nudum dimisisses, qa ista dicebat Iacob processisse ex magna ira Laban, qui in eum magna ira exasperat; & ideo dixit, quā ob culpam meam, & ob quod peccatum sic exarsisti in me, & scrutatus es omnem supellectilem meam. Dicere autem, q̄ Laban ex aliqua magna ira concepta contra Iacob voluit eum omnibus bonis spoliare non est dicere, q̄ faciebat ex cupiditate, quæ est vituperabilis secundum opinionem hominum, quia est de paruis rebus, sed quod faciebat ex iracundia, quæ non est uituperabilis, sicut concupiscentia pecuniarum. *Quòd autē furti me arguis.* Idest de eo, de quo tu me arguis furti, non sum culpabilis. *Apud quemcunque inueneris necetur.* Idest occidatur. Hoc dicebat Iacob ex magna cōfidentia ignorantiæ suę, & suorum, quia de se bene sciebat, q̄ non furatus fuerat Idola Laban: de suis aūt idē credebat: nam accipere aliqua idola pertinet ad idolatrā, s. q̄ aliquis accipiat ea, ut colat ea, sed credebat, q̄ nullus de suis colebat idola, & sic erat, putabat ergo, quòd nullo modo acciperet, & quodāmodo bñ arguebat, s. si idola semper accipiantur ad colendum. Aliqñ enim accipiūtur ad alios vsus. Sic patet hic, quia Rachel accepit illos Deos, sed nō ad colendū, vt patet supra exponendo literā: Iacob autem non audiuerat à Rachel, q̄ acceperat illa idola, nec cognouit in mōte Galaad, quia ibi non iuit ad Laban; ideo putauit se liberatum Iacob verissime: Rachel tamē, quæ huius criminis rea erat, tacuit, nec cognouit vnquā Iacob, q̄ ipsa furata fuisset illa idola, vsque ad exitum de Sichem, qñ iuerūt in Bethel, vt patet infra 35. cap. multū ergo cōfidebat Iacob in familia sua credens in nullo potuisse tale peccatum euenire. Si autem Iacob sciuisset istud furtum deorum Laban perpetratum ab aliquo de sua familia, & ipse talia proponeret, s. q̄ apud quemcunque inueniret occideretur, peccabat, quia sine charitate loquebatur. Nam sciēdo illud delictum fuisse cōmissum ab aliquo de suis, vel credendo saltē, non debuisset se obligare ad tale, sed alio mō pacificare Laban verbis dulcibus. Nam si fieret inquisitio, & inuēta fuissent idola apud aliquem, sicut Iacob credidisset esse, necesse esset illum ex pacto occidi, nisi Laban misericorditer moueret, in quo erat satis difficultas. *Coram fratribus nostris.* vocātur hic fratres Iacob, f̄m q̄ communiter dīr filij eius, quia ipse nullos alios fratres, vel cognatos ibi habebat. Potest quidem hoc stare, sed litera tamē magis vult dicere hic fratres eos, qui veniebat cum Labā, qa si Iacob dicere uellet de filijs, non diceret coram fratribus nostris, sed coram fratribus meis. Item quia dī, q̄ ille, apud quem inuenirētur idola, necaret corā fratribus nostris: isti fratres debebant esse, quasi considerātes veritatem, & coram ipsis tanquā coram iudicibus mors infligi debebat ei, qui reus esset, sed manifestum est, q̄ filij Iacob tales erant, q̄ nihil horū intelligebant: maior enim eorum erat ferè tredecim annorum, alij autem minores: etiam quia isti, qui ponebantur, vt iudices, non debebant esse, ut pars, contra quā ageretur, sed Iacob, & filij sui, & tota familia erant illi, qui ponebantur suspecti de crimine, & apud quos idola inquiri debebant, ergo essent ipsi iudices. Dicendum ergo, q̄ intelligitur de cognatis Laban, qui uenerunt cum eo contra Iacob, isti uocantur etiam cognati Iacob, siue fratres, quia cognati erant Laban: ideo affines erāt Iacob. Vocantur ergo hic fratres, uel cognati pp affinitatem, & isti ponebantur, vt iudices, Laban, vt actor, Iacob cum tota sua familia, ut reus. *Scrutare.* Idest quęras Deos tuos. *Et quicquid apud me.* Idest inter res meas. *Tuorum.* Idest de rebus tuis. *Inueneris aufer.* Semper exi stente pœna, sed ista pęna non ponebatur, nisi, p furto idolorum. Dato ergo, q̄ aliquid aliud de rebus Labā inueniretur inter res Iacob, non occideret, ppter hoc. *Hæc dicens ignorabat, quòd Rachel furata esset.* Si enim sciuisset non posuisset talem pœnam, uel antea in aliquo loco occultasset. *Ingressus itaque Laban.* Ingrebat enim idola sua, quia valde diligebat illa, cum essent preciosa de auro, & de argento, & quia responsa ab eis recipiebat, uel quia fortè reperire cupiebat, vt nocumentum aliquod inferendi Iacob occasionem inueniret. *Tabernaculum Iacob.* Quod erat maius, tabernaculum. *Et Liæ.* Quia Lia aliud tabernaculum habebat. Et si uis dicere, quòd Iacob, & tota sua familia habebant vnum tentorium; & ideo ponuntur simul, non quasi quilibet unum tentorium habēs, sed quasi omnes sub eodem tentorio collecti. Dico, quòd non potest stare, quia dicitur, quòd postquam scrutatus fuit Laban tentorium Iacob, & Liæ, iuit ad scrutandum tentorium Rachelis. Videtur etiam, quòd Lia aliud tabernaculum haberet distinctū a tabernaculo Iacob, in quo ipsa moraretur cum filijs suis. *Et vtriusque famulæ.* Fortè enim ambæ famulæ habebant vnum tentorium, ut quantum ad hoc minoris dignitatis viderentur, quàm liberę. Sed melius dicendum est, quòd quælibet earum habebat per se tētorium, & est ratio, quia ista diuersitas tentoriorum est propter communicationem singularem Iacob cum ipsis, quia aliquo tempore manebat Iacob cum una reddens ei debitū aliquando cum alia. Verecundum ergo erat, q̄ in eadem domo, siue tentorio interdum commisceretur Iacob vni famulæ interdum alteri, qa uideret una saltem in præludijs, & in alijs solacijs. Et hoc vult dicere tex. cum dicit, vtriusque, quod est copulatiuū nomen, idest unius, & alterius, scilicet, quòd vna habebat tentorium, & etiam alia habebat tentorium. Si enim uoluisset ambabus unum tentorium dare, non ꝓprie dixisset tentorium utriusque ancillæ, sed tentorium ancillarum, vel ambarum ancillarum. *Cum intrasset tentorium Rachelis.* Vltimo intrauit tentorium Rachelis, uel quia de ipsa minorem suspitionem habebat, vel qa ei maiorem honorem dabat, quia forte magis eam diligebat. *Illa festinans abscondit.* Antequàm pater veniret in tabernaculum Rachelis nesciebat Rachel, ad quid intrabat pater, quia ista sententia fuerat secreto concordata inter Laban, & Iacob coram cognatis Laban, & nesciuit hoc aliqua de uxoribus, ut incautis ipsis inquirerentur in tabernacula ipsarum. Si enim sciuisset, illa quę haberet absconderet. *Subter stramenta cameli.* Idest sub clitella, uel sella cameli. Dicuntur autē stramenta a sternendo, idest a parando iumenta. *Et sedit desuper.* Ne pater inquireret in illo loco. *Ne irascatur Dominus*

Dominus meus, quia coram te assurgere nequeo. Petit enim licentiam a patre, ne faciat eam surgere, quia aliàs ex reuerentia filiali ad patrem ad hoc tenebatur. Et non solum tenebatur speciali obligatione, quia erat pater, sed etiam generali, quia erat senex: coram senibus enim assurgendum est. Sic patet Leuit. 19. cap. cum dicitur: Coram capite cano consurge, & honora personam senis. *Quia iuxta consuetudinem fœminarum mihi accidit.* Consuetudo feminarum est, quòd certis temporibus eis menstrua fluant, & hoc fit in quolibet mē se: ideo dicuntur menstrua a mense. Hæc finxit Rachel sibi accidisse, sed menrita est metu mortis, & verecundia patris. *Sic delusa est.* Idest defraudata. *Solicitudo quærentis.* Dicitur illusus, quia cum ibi laterent reperire non potuit. *Tumens quoque Iacob.* Scilicet præ iræ magnitudine, quia scrutatus fuerat omnem facultatem eius, quòd magna iniuria est, quia quòd de aliquo suspitio mali habeatur, maximè de furto, quòd valde infamatorium reputatur, malum, & iniustum est, sed in hoc, quòd Laban inquirebat omnem facultatem Iacob, iudicabat se habere de eo suspitionem, quòd furatus fuisset Deos suos, erat ergo iniuria magna Iacob. *Cum iurgio ait.* Idest verbis iurgiosis, siue iratis locutus est. Ista est cōditio eorū, qui euadunt aliquod crimen impositum, quia antequam pateret veritas criminis tacebant, deinde cum reperiuntur non esse culpabiles cōtra impositores criminis ira magna, & verbis grandiloquis intumescunt. *Quam ob culpam.* Idest propter quam culpam. *Et quod ob peccatum.* Replicatio eiusdem sententiæ est, & pertinet ad iratos, q̄ sæpe eadem iterāt. *Sic exarsisti in me.* Idest ita magnam iram habuisti contra me: dicit hoc, quia inquisitio talis qualem fecit Laban in supellectilibus Iacob, non fit sine magna ira. *Quid inuenisti.* Dicit hoc Iacob conquerens postquam vidit, quòd nihil inuenerat Labā, putauit enim Iacob familiam suam verè innocentem esse, vt supra dictum est: nesciebat enim, quòd Rachel furata fuisset idola patris sui, nec sciuit vsque ad multum tempus post, quando infodit ea subter terebintum Sichen. *Pone hic coram fratribus meis, & fratribus tuis.* Idest ponas coram istis qui venerunt tecum de Mesopotamia, vt sint iudices inter me, & te, & isti vocabantur fratres Laban & Iacob, quia erant cognati Laban, & affines Iacob. *Vt iudicent inter me, & te.* Scilicet, an tu agis iustè contra me. Ex quo manifestè, patet quòd non loquitur hic Iacob de filijs suis vocans eos fratres, quia non erant filij sui tales, qui iudicare possent, cum maior eorum solum duodecim annos compleuerat, vt patet ex supradictis. Natus fuit enim Ruben in primo anno secundi septenarij, & deinde vixerat toto illo septenario, & sex annis sequentibus, quibus seruiuerat Iacob Laban pro gregibus, qui sunt anni duodecim, & ad plus duo, vel tres menses, quæ ætas valde imperfecta est ad iudicandum. Alij autem consequenter minores erant vsque ad Ioseph, qui erat minimus complens, tunc sex annos. *Iccirco viginti annis fui tecum.* Ly, Iccirco, non potest teneri causaliter, ita quòd dicat causam finalem, nisi legatur ironicè, quasi dicat, ad hoc stabam ego tecum viginti annis seruiens tibi, ita bene sicut in litera exprimitur scilicet, vt nunc inquireres oēm supellectilem meam. Vel aliter. *Iccirco viginti annis fui tecum.* Idest, quasi dicat, hoc merebatur seruitium, quod ego feci stans tecum 20. annis? quasi dicat, non. *Oues tuas.* Hic declarat, quomodo illud seruitium fuit valde vtile Laban. *Et capræ steriles non fuerunt.* Demonstrat Iacob, quòd se habuit valde bene, circa substantiam Laban, quia non solum meliorata fuit substantia Laban, quantum poterat meliorari diligēti cura humana, sed etiam Deus specialiter pp bonitatem Iacob, multiplicabat substā-

tiam Laban. Quod enim oues, & capræ non sint steriles, non potest haberi humana industria, sed solum diuina voluntate. *Arietes gregis tui non comedi.* Quod potuisset facere, & alias occasiones allegare, sed sola fidelitas ab his retrahebat, & verus amor ad Laban. *Nec captum a bestia ostendi tibi.* Quandocunque bestiæ deuorant aliquod pecus, si pastor mōstret domino suo partem eius liberat a soluendo, & in hoc aliquando fraudes intercidunt. Hoc autem nunquam fecit Iacob, sed si aliqd peribat de grege Iacob soluebat, vt dicitur immediatè, Scilicet. *Ego damnum omne.* s. eueniens in gregibus tuis, soluebam. *Quicquid furto peribat a me exigebas.* Idest violenter extorquebas, vel postulabas, quamuis aliquādo aliquid perijsset sine culpa Iacob. *Die, noctuque.* Idest, & nocte. *Vrebar gelu, & æstu.* Per diem æstu vrebatur, per noctem autem gelu, & vtrunque siue æstus, siue gelu vrebat. sed diuersimodè, quia æstus resoluebat, & aperiebat, faciebatque exhalare humiditates subtiles de locis porosis. Frigus autem indurabat condensando, & humiditatem indurando, & desiccando: idem ergo effectus erat hic a duabus causis oppositis, sed non per eandem actionem. Patet enim, quia calor lutum indurat, & desiccat, & idem facit frigus, & hoc accidebat in Iacob, quia manebat per noctem in campo cum gregibus secundum consuetudinem pastorum. Sic dicitur Luc. 1. ca. Pastores erant in regione illa custodiētes vigilias noctis super gregem suum. Satis in hoc manifestatur labor continuus, & grauis Iacob, quia panem ociosus non comedebat. *Fugiebat somnus ab oculis meis.* Respiciens ne ferè irruentes depopularentur gregem. *Sic per viginti annos seruiui tibi.* Quasi dicat, iste labor non fuit solum in vno anno determinate, vel in vno tempore, sed in toto tēpore isto viginti annorum: sic fuit quatuordecim pro filiabus pro qualibet septem annis, & sex pro gregibus ex pacto posito præcedenti cap. *Immutasti mercedem meam decem vicibus.* Supra expositum fuit in principio cap. quia quando videbat Laban, quòd nati fuerant fœtus varij petebat pro se varios, & cum postea videret nasci fœtus totaliter albos, aut totaliter nigros petebat albos, & nigros, & sic variabat continuè. *Nisi Deus patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi.* Hic declarat Iacob malam voluntatem Laban, scilicet, quòd Laban voluisset tollere bona Iacob, tamen non permittebat eum Deus, & in hoc humiliat se Iacob, quia licet ipse vir sanctus esset non attribuebat hoc meritis suis, sed meritis patrum suorum Abrahæ, & Isaac, & hoc non solum obseruauit Iacob, sed etiam obseruabat Deus, quia quando aliquis erat viuens, nunquam attribuebat ei aliqua merita, sed prioribus mortuis. Vnde Iacob attribuebat hic huius rei merita ad Abraham, & Isaac, quia Isaac absens erat, licèt non mortuus, & Abraham mortuus, quando tamen Deus confirmauit promissiones ad Isaac, non nominauit aliquo modo merita eius, sed solum merita Abrahç, qui iam mortuus erat, vt patet supra vigesimo sexto cap. cum dicitur: Tibi, & semini tuo dabo vniuersas regiones has complens iuramentum, quod spopondi Abrahæ patri tuo. *Nisi Deus patris mei Abraham.* Idest, nisi audiuisset me Deus, quem colebat Abraham meritis ipsius Abrahæ. *Et timor Isaac.* Aliqui Iudæi dicunt. *Et timor Isaac.* idest, timor quem habuit Isaac, quando extendit Abraham manum suam super eum ad iugulandum eum. Sed hoc nihil est, quia Iacob volebat dicere, quòd meritis Isaac, & Abrahæ non permisisset Deus Labā ad eum accedere. Sed manifestum est, q̄ timor ille, quem habuit tunc Isaac non fuit meritorius, nec demeritorius, cum fuerit purè naturalis: nec. n. ratione deliberante est talis timor. Quædam. n. sunt ita magna, & manifesta,

Mala volū tas Labā.

sta,in quibus necesse est timere, nisi insensibilitas sit, nullum autem maius,q̃ gladium super se videre cum ipse ligatus manibus,& pedibus staret, sed dicitur hic timor Isaac,i.timor sanctus,quem habebat ad Deum, timor reuerentialis,siue filialis,qui valde meritorius est. *Forsitan modo me nudum dimisisses*. Sic enim fuisset, nisi Deus apparuisset in somnis Laban, & comminatus fuisset ei,ne loqueretur contra Iacob aspere. *Afflictionem meam*. Scilicet interiorem,quantum ad curas. *Et laborem manuum mearum*. Quia fideliter laborabam. *Et arguit te heri*. Quando apparuit tibi in somnis mandans,ne contra me aliquid mali committeres. *Respondit ei Laban*. Postquam rationabiliter redarguit Iacob Laban,ipse blãde captat ab eo beneuolentiam,vt mutuo pactum firment. *Filij,& filiæ, greges, & omnia, quæ cernis*. Scilicet in tua potestate. *Mea sunt*. Ideſt de rebus meis originem assumpserunt,& in isto sensu loquitur Laban: alioquin falsum diceret dicendo,q̃ filij Iacob erant filij sui. Sed vocabantur filij sui,quia genuerat eos Iacob ex filiabus Laban.Greges Iacob erãt greges Laban,quia de ouibus Laban nati fuerant saltem multi eorum in principio pacti. *Quid possum facere filijs, & nepotibus meis*. Quasi dicat, dato quod vellem facere quod malum possem facere, ideſt deberẽ facere filiabus meis,& filijs tuis,qui sũt nepotes mei? quasi dicat,nullum,quia amor consanguinitatis inclinat ad oppositum. *Veni ergo*. Postquam descripta est persecutio describitur hic vtriusque confœderatio. *Et ineamus fœdus*. Ideſt faciamus pactum. *Vt sit testimonium*. Ideſt & sit testimonium:non enim volebat dicere Laban, q̃ fœdus deberet esse testimonium alicuius rei, immo aliquid aliquod deberet poni ad signãdum id, sed est sensus faciamus pactum iter nos, & ponamus testimonium,ideſt aliquod signum,quòd testificetur fuisse inter nos tale pactum, & hoc demonstrat satis litera sequens. *Tulit itaque Iacob lapidem*. Scilicet magnum. *Et erexit illum in titulum*. Ideſt in signum rememoratiuum pacti,sicut erexerat titulum in Bethel, vt patet supra 28.cap. *Dixitque fratribus suis*. Hoc posset dici pro filijs, quia eis licitè mandaret Iacob. Sed melius videtur, q̃ dicantur fratres Iacob, vt supra affines eius, vel aliquo modo cognati affines ex parte vxorũ, & cognati ex parte matris suæ Rebeccæ: isto modo Laban erat cognatus Iacob,s. auũculus eius frater Rebeccæ matris Iacob, & ex alia parte erat ei affinis, scilicet socer eius,quia dederat ei filias suas in vxores, & eodem modo erat de alijs; & isti erant qui venerunt cum Laban de Mesopotamia, & patet, quia mandabat hic Iacob duci magnos lapides ad erigendum aliquem titulum rememoratiuum: ad hoc autem non sufficerent filij eius,qui valde teneri adhuc erant. *Fecerunt tumulum*. Magnum satis longum, & latũ, & non rotundum in altum,sicut fiunt alij cumuli. Patet,quia comederunt super illum tanquam super mensam. *Quam vocauit Laban tumulus testis*. Potest stare hæc particula testis, in recto, Tumulus testis,ideſt tumulus, q̃ est testis pacti facti inter nos; vel in obliquo, & tunc idem signat testis, quod testimonium,sed ponitur cõcretum pro abstracto, iuxta proprietatem linguæ Syriacæ. *Iacob*. Scilicet vocauit illum. *Aceruum testimonij*. Ideſt aceruum positum pro testimonio, vel ad testificandum. *Vterque iuxta proprietatem linguæ suæ*. Hoc dicit propter duo, vel quia non posuerunt ambo idem nomen secundum vocem, sed secundum signatum, quia Iacob vocauit montem,siue cumulum illum Galaad,quod Hebraicè signat aceruum testimonij, quia Galaad aceruus dicitur testimonij. Nomen autem, quod imposuit Laban non habetur in Biblijs nostris, in Biblijs autem Hebraicis ponitur. *Scilicet igarsebaduca*. Quod est nomen Syriacum secundum morem Mesopotamiæ. *Igar*. Signat aceruum. *Sebaduca*. Signat testem. Vel dicitur secundum proprietatem linguæ suæ, quia non solum differebant in nominibus,sed in modo vocandi, quia vnum idioma vocauit per nomen concretum, aliud per nomen abstractum.Hebræa lingua vocauit per nomẽ abstractum, dicens aceruum testimonij, & in hoc proprior est q̃ Syriaca lingua,quæ posuit concretum pro abstracto: multæ enim linguæ sunt quasi Barbaræ incongruè, verba sui idiomatis ordinantes,vt patet exemplariter. *Inter me,& te hodie*. Ideſt iste cumulus lapidum reddet testimonium ex hodie, & vltra inter me, & te, quomodo tale pactum inter nos factum fuerit. *Iccirco appellatum est nomen loci illius Galaad*. Scilicet nomen illius montis, quod ante alio nomine vocabatur, est autem iste mons Galaad ad Orientem terræ, promissionis ante Iordanem in sorte duarum tribuum, & dimidiæ. Nam media pars montis Galaad, cum vrbibus eius pertinet ad tribũ Ruben,& Gad. Alia medietas montis pertinet ad dimidiam tribum Manasse, vt patet Deuteron.3.cap. *Intueatur dominus*. Ideſt rogo Deum quòd respiciat ad istud contractum pactum. *Et iudicet inter nos*. Ideſt iudicet quis nostrum bene custodierit pactum,alterum autem puniat,quando recesserimus a nobis,ideſt quando diuisi fuerimus, quasi dicat,cum nos simul fuerimus vnus induceret alium ad seruandum pactum, sed postquam ab inuicem recesserimus,non est qui cogat nos obseruare pactum, nisi Deus puniendo pacti violatorem. Dicebat hoc Laban, quia timebãt, quòd recedente ipso Iacob accipere alias vxores super filias Laban, & quòd affligeret eas. *Si afflixeris filias meas*. Iniustè eas grauando magna seruitute, vel verberibus. *Et si introduxeris vxores alias super eas*. Ideſt vltra eas, quia hoc multum redundaret ad iniuriam Rachelis,& Liæ: nõ enim posset debitum soluere.Etiam quia si alias nouiter introduceret,illas magis diligeret,& faceret dominari prioribus vxoribus,quod erat valde iniustum. *Nullus sermonis nostri testis est absque Deo*. Ista dicebat Laban ad incutiendum timorem, vt diligentius custodiret,quasi dicat, ex quo nullus videbat illud pactum,nisi Deus qui vocabatur in testem,ipse acrius puniret delinquẽtem, quam si aliqui testes ibi essent, quibus committeretur istius negotij cura. Sed dices contra, quia non erant Laban,& Iacob soli, cum ibi essent alij, qui venerant ex Mesopotamia cum Laban, & pastores Iacob, & filij eius. Nam de his omnibus dicebat supra, quòd erant fratres sui, & illos volebat fieri iudices, cum inquireretur tota supellex Iacob, vt videretur si esset ibi aliquid de bonis Laban, vel dij sui.

Ad hoc potest responderi dupliciter.Vno modo q̃ quando Laban istud pactum inijt cum Iacob, segregauerunt se ambo a cæteris, & dixit Laban, omnia verba pacti huius,& tunc verum erat, quòd nullus esset præsens,quia ipsi soli erant. Alio modo, quòd illi qui venerãt ex Mesopotamia, & tota familia Iacob præsens erat, sed quia istud pactum fiebat ad multa tempora, & quocunque tempore poterat frangi,sed isti testes non erant duraturi ad multa tempora, quia vel morerentur, aut dispergerentur in alias terras, & sic videbantur testes inutiles, & quia nihil, & inutile æquiparantur secundum iura, istis assistentibus, qui testes inutiles erant, dicebatur nullus assistere, sed solus Deus, qui rectus & perpetuus testis est. *Qui prospicit*. Ideſt de omnibus præsens est, & omnia vbique intuetur, vt patet ad Hebræ. quarto cap. omnia nuda sunt oculis eius. Sed miser & miserabilis est iste Laban; Deum confitetur omnia intuentem omnibus vbique præsentem, & malefactoribus, & pacti transgressoribus pœnas debitas infligentem,sed eum

Situs Galaad montis.

Ritus duplex.

Quo Deũ in testẽ vocauerunt, cum essent diuerse religionis.

eum vt Deum colere non vult euanescendo in cogitationibus suis, & nec potest dici,q̃ Deum suum hic nominat, quia non poterat esse Deus ille vbique præsens, quem sublatum perditumque quærebat. Nec poterat Deus ille transgressores punire,pro quo sublato transgressores puniendi requirebantur. Logtur ergo de Deo vero,& viuente, quem ponit rerum humanarum prouidentiã,& regimẽ habere, qa eum malorum asserit punitorem,& per ꝛriorum regulam bonorum intelligit remuneratorẽ. Miror ergo qũo tãam fidei veritatem cõfessus, in suis operationibus a vero iudicio,tantum poterat aberrare. *En*. Ideſt ecce. *Tumulus hic & lapis,quem erexi*. Erat eñ vnus lapis magnus in tumulo illo eleuatus super alios minores lapides,& illum posuit Iacob in titulum,vt supr. patet in litera, & alium similem posuit Laban in alia parte tumuli,quia tumulus iste magnus erat, & longus, qa super eum comederunt,vt supra patet,& in vna extremitate illius tumuli respiciente ꝛ Mesopotamiam posuit Laban lapidem suum magnum. Et in alia extremitate respiciente contra terram Chanaan posuit Iacob lapidem suum magnum,& sic manebat spacium medium,ad quod nullus eorum accedere poterat veniens cõtra alium. *Tumulus inquam iste*. Replicatio eiusdem sententię ad maiorem expressionem affirmationis. *Et lapis quem erexi*. Ex quo patet, q̃ ille lapis non erat vnus de lapidibus acerui, sed erat in extremitate acerui eleuatus sup omnes alios. *Si ego præteriero illum pergens ad te*. Scilicet ad occidendum, vel faciendũ tibi aliquod malum,quia aliàs bene poterat transire,& patet per id quod subditur. *Aut tu præterieris cogitans mihi mala*. Ideſt cogitans facere mihi mala. *Deus Abraham,& Deus Nachor iudicet inter nos*. i.det pœnam transgressori pacti huius. Quis est iste Deus, quem hic nominauit Laban? Si enim dicas, q̃ sit Deus verus non apparet verum,quia non erat idẽ Deus ad Abrahã, & Nachor,quia Nachor colebat idola,vt patet Iosue vlt. c. Abraham aũt Deum verum colebat. Fortè ergo dicet aliquis, q̃ non loquit hic Laban de vno solo Deo, sed de duobus dijs,s. de Deo vero, quẽ colebat Abraham,& de Deo,quem colebat Nachor, & quantum ad istum sensum innuitur,q̃ ponerentur isti duo dij, vt quilibet puniret suum subditum si transgrederetur pactum,s.q̃ Deus Abrahã puniret Iacob transgrediẽtem,& Deus Nachor puniret Laban. Et licèt istud aliqualiter videatur consonare literæ tñ stare nõ põt, qa Laban facit sermonem semper de eodem Deo,sed vt ante diximus,non poterat intelligi litera superior,nisi de Deo uero,quia dicebat ibi Laban,q̃ Deus præsens erat,& videbat illa, q̃ fiebant, quod non põt intelligi de Deo Laban,vel Nachor:quia vterq; est idem. Etiã litera ista sibi repugnaret,quia dixit Labã. *Deus Abraham, & Deus Nachor iudicet*. Scilicet puniendo,quia videbat Laban,q̃ Deus Nachor nullo modo punire poterat,quia Deus lapideus aut metallinus erat, siue ipse ignis,quem Caldæi colebant. Dicendum, ergo q̃ intelligit de Deo vero,qui punire potest,& priuare vt ipse Laban confessus est. Et qñ dicis quare ergo nominauit Deum Abraham, & Deum Nachor cũ non esset idem Deus apud vtrunq;. Dico, q̃ apud Abrahã, & Nachor nõ erat idem Deus ſm specialem cultum, quia non colebat eundem Nachor,quem colebat Abraham,cũ Nachor fuerit idolatra: sed erat idẽ Deus, apud vtrunq; per creationem,vel saltem ſm gubernationem,vt Laban confessus est, & isto modo vocauit eundem Deum,non aũt primo modo. *Et Deus patris eorum*. Ideſt Deus Thare:habuit n. Thare eundẽ Deũ, quem isti quantum ad prouidentiã, & quãtum ad cultum aliquo tpe,sed post declinauit ad idolum. *Iurauit Iacob per timorem patris sui Isaac*. Istud iurm magis familiare erat Iacob q̃ alia iuramenta,& in hoc valde honorabat patrem suum iurando per timorem, quem ipse habebat ad Deum. *Immolatisq; victimis*. Scilicet ad honorem Dei viui:aliàs enim non permisisset eas immolari Iacob. *Vocauit fratres suos,ut ederent panem*. Iacob parauit conuiuiũ pro Laban,& omnibus, qui veniebant cum eo, & postquam vocasset eos ad conuiuium,immolauit victimas ad honorem Dei veri,qui direxerat eum,& sic fecerat concordem cum Laban,& deinde comederunt. Et dr̃,vt comederent panem, per quod intelliguntur oẽs cibi,vt patet 4.Reg.6.ca. vbi petitus fuit panis,& nomine panis apposita fuit magna ciborum præparatio. *Manserunt ibi*. Scilicet tota illa die. *Laban uero de nocte consurgens*. Volebat enim cito redire in terram suam. *Osculatus est filios, & filias suas*. Filios vocat nepotes, scilicet filios Iacob. *Et benedixit illis*. Scilicet imprecando bona,sicut iste Laban, & alij cognati benedixerant Rebeccæ recedenti ab eis, scilicet soror nostra es, crescas in millia &c. vt patet supra 24. cap. *Reuersusq; est in locum suum*. Scilicet in Haram Mesopotamiæ, de qua exierat.

Obiectio soluitur.

Descriptio tumuli.

Quis erat Deus iste quẽ Laban iurauit.

Iacob Angelos obuiam videt, ad Esau nuncios mittit, & cum Angelo luctatur.
Cap. XXXII.

IACOB quoque abijt in itinere, quo cœperat: fueruntque ei obuiam Angeli Dei. Quos cum vidisset, ait: Castra Dei sunt hæc. Et appellauit nomen loci illius Mahanaim, id- est, castra. Misit autem & nuncios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir, in regione Edom: præcepitque eis, dicens: sic loquimini Domino meo Esau: Hæc dicit frater tuus Iacob: Apud Laban peregrinatus sum, & fui vsque in præsentem diem. Habeo boues, & asinos, & oues, & seruos, & ancillas: mittoq; nunc legationem ad Dñm meum,vt inueniam gratiam in conspectu tuo. Reuersique sunt nuncij ad Iacob, dicentes: Venimus ad Esau fratrem tuum, & ecce properat tibi in occursum cum quadringentis viris: Timuit Iacob valde, & perterritus diuisit populum,qui secum erat,greges quoq;,& oues, & boues,& camelos in duas turmas, dicens: Si venerit Esau ad vnam turmam, & percusserit eam, alia turma, quæ reliqua est,saluabitur. Dixitque Iacob: Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac: Domine qui dixisti mihi: reuertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuę, & benefaciam tibi: minor sum cunctis miserationibus tuis,& veritate tua,quam expleuisti seruo tuo. In baculo meo transiui Iordanem istum; & nunc cũ duabus turmis regredior. Erue me de manu

Sup. 13.

fratris mei Esau, quia valde eum timeo, ne forte veniens percutiat matrem cum filijs. Tu locutus es, quòd benefaceres mihi, & dilatares semen meum sicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non potest. Cūq; dormisset ibi nocte illa, separauit de his, quæ habebat munera, Esau fratri suo, capras ducentas, hircos viginti, oues ducentas, & arietes viginti, camelos fętas cum pullis suis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, asinas viginti, & pullos earum decem. Et misit per manus seruorum suorum singulos seorsum greges, dixitque pueris suis: Antecedite me, & sit spacium inter gregem, & gregem. Et præcepit priori, dicens: Si obuium habueris fratrem meum Esau, & interrogauerit te, cuius es? aut, quo vadis? aut, cuius sunt ista, quæ sequeris? respondebis: Serui tui Iacob, munera misit Domino suo Esau, ipse quoq; post nos venit. Similiter dedit mandata secūdo, & tertio, & cunctis qui sequebantur greges, dicens: ijsdem verbis loquimini ad Esau, cum inueneritis eum. Et addetis: ipse quoq; seruus tuus Iacob iter nostrum insequitur.

Osee 2.

Infra 35.

Dixit enim, Placabo illum muneribus, quæ præcedunt, & postea videbo illum, forsitan propitiabitur mihi. Præcesserunt itaq; munera ante eum, ipse verò mansit nocte illa in castris. Cumque mature surrexisset, tulit duas vxores suas, & totidem famulas cum vndecim filijs, & transiuit vadum Iaboc. Traductisq; omnibus, quæ ad se pertinebant, mansit solus: & ecce vir luctabatur cum eo vsque mane. Qui cum videret, quòd eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit. Dixitque ad eum: Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Respondit non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Ait ergo: Quod est nomen tibi? respondit: Iacob. At ille: Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prævalebis? Interrogauit eū Iacob; dic mihi, quo appellaris nomine? Rñdit: Cur q̄ris nomen meū qđ est mirabile? Et benedixit ei in eodem loco. Vocauitq; Iacob nomen loci illius Phanuel, dicens: Vidi Deum facie ad faciem, & salua facta est anima mea. Ortusque est ei statim sol, postquā transgressus est Phanuel. Ipse vero claudicabat pede. Quam ob

Iudit 13.

causam non comedunt neruum filij Israel, qui emarcuit in fœmore Iacob, vsque in præsentem diem; eo quòd tetigerit neruum fœmoris eius, & obstupuerit.

Iacob autem. Descripto in superioribus qualiter sustinuit Iacob psecutionem a Laban suo socero, hic agitur qualiter afflictus fuit ab Esau fratre suo, & primo agit qualiter afflictus fuit ex solo auditu: secundo qualiter in fratris visu infra seq. c. prima diuidit in tres partes, primo ponit superueniēs diuina consolatio: scdo superueniens humana trepidatio, ibi. *Misit autem nuncios ante se.* Imminens ꝺ̄ pericu-
lum diuina cōfortatio ibi. *Ecce vir.* Ad primum. *Iacob quoq; abijt.* i. etiam Iacob recessit. Sicut.n. Laban retro
re tendens. *Itinere quo cęperat.* Iacob cęperat venire in terram Chanaā ad locum, in quo habitabat pater eius Isaac, vt patet præced.c. & in hoc differebat a Laban, qa Laban non pergebat itinere, quo cęperat: nā cepit venire de Mesopotamia vsq; ad montem Galaad tendens versus terram Chanaā psequendo Iacob, sed postea inuento illo, non cōtinuauit iter, sed magis redijt in terram suā; Iacob aūt cęperat venire de Mesopotamia contra terrā Chanaā, & ita continuauit. *Fueruntq; ei obuiam Angeli Dei.* i. apparuerunt ei ecōtra Angeli Dei. s. q̄ isti Angeli non veniebant post eū, sed stabant contra faciem suam ad partē illā, ꝺ̄ quam iturus erat, vel q̄ isti Angeli videbantur venientes ex opposito, sicut viatores sibi obuiātes in via. Dicūtur Angeli Dei, vt non intelligantur esse Angeli mali, qui interdū apparent in montibus, vel in agris in magna multitudine, & videntur facere ædificia maxima, & fingunt magnos exercitus, & alia terribilia, & interdum relinquūtur eorum vestigia, vt ponit Augusſt. de ciuitate Dei, li. 3. & vocant a Gentilibus, Fauni, & Satyri, vt ait Ebradus, & patet p Ouidium in libris Fastorū. Isti aūt Angeli aliquod signum spāle præferebant, in quo iudicaret eos Iacob certissimè esse Angelos Dei. Dicunt autē Hebræi, q̄ isti Angeli erāt custodes prouincię Chanaan. Hēt.n. quælibet prouincia Angelū magnum de ordine superiori, & sub illo sunt multi de inferiori ordine ad custodiendū aliquam gentem, sicut dat vnus ad custodiam cuiuslibet singularis psonæ. De hoc patet deputatus Daniel 10. vbi ponit vnus Angelus princeps Persarū, q̄ restitit Gabrieli. 21. diebus, & eiusdē. c. 12. ponit Michael princeps Iudæorum, in quo ēt patet, q̄ cuilibet genti non solū dat vnus Angelus princeps, sed multi, vt in eodē 10. c. vbi dr, q̄ Michael erat vnus de principibus primis gētis Iudęorū, in quo vr plures esse principes. Sic enim Psalm. 46. Principes populorum congregati sunt cum Deo Abrahā, vbi de Angelis manifestē loquitur scriptura, q̄ autem isti essent principes regni Chanaan, satis patet, quia istud erat in descensu montis Galaad, in quo erat regnum Og, & pars regni Sehon, regis Hesebon, q̄ erāt de regibus Amorrhęis, & Chananæis, vt patet Deut. 2. & 3. c. Etiam qa illi Angeli apparuerunt ei venientes obuiā, quasi occurrētes alicui volenti intrare in regnum eis commissum; & hoc erat, quia Iacob erat vir sanctus ex Dei mandato commendatus custodiæ Angelorum. Et quia Angeli regionis Syriacæ. duxerant eum vsque ad terminos terræ Chanaan, Angeli qui custodiebant illam terram occurrerunt ei, vt ipsi præpararent ei in terra illa saluum conductum. Doctores autem Catholici, dicunt, q̄ isti Angeli venerunt ad confortandum eū, ne timeret fratrem suū, & satis vtraq; expositio cōsonat si respiciatur. *Quos cum vidisset.* Quia cognouisset certissimè illos esse bonos Angelos. *Ait castra Dei sunt Castra q̄ hæc.*

Quare dicitur Angeli Dei.

Angeli ad custodia hominū, & ciuitatum.

hæc. Idest militia Dei. Dicuntur autem castra multitudo militum armatorum ad bellum: Angeli autem qui mittuntur, & in his inferioribus ei ministrant, castra dicuntur, i. turbæ militum. Angeli autem milites eius sunt, & sic dicitur ad Iob. 25. c. Nunquid nosti numerum militum eius? ideſt Angelorum. Et appellauit nomen loci illius, in quo apparuit multitudo illa Angelorum ab illo euentu. *Manayn.* In Hebræo dicitur. *Mahanayn.* Quia raro nomina Hebræa scriptis Latinis literis, scribuntur eodem modo, quo apud Hebræos, vt signat hoc nomē castra: est enim. *Mahanayn.* Plurale. *Misit autem nuncios.* Hic ponitur secundum, i. superueniens humana trepidatio. Dicit.n. Nicolaus, q̄ etiam volunt Hebræi, q̄ Iacob transiturus erat per terram Esau, & quia offenderat eum, timebat: ideo misit munera. Sed hoc primum non est verum, quia Iacob non erat intraturus per terrā Esau, quia Iacob veniens de Mesopotamia intendebat ire directè ad patrē suū Isaac, vt patet præced. ca. sed ad huc multum valde declinaret eundo per terram Esau. s. Idumęam, vel Seir. Patet, quia Mesopotamia est ad Septentrionem terræ Chanaan, & partim ad Orientem post flumē Euphratem, vt patet Iosue vltimo, & declaratum fuit supr. 24. c. Introitus autem eius erat per Orientalem partē terræ promissionis, s. p Bethel, in quo steterat, q̄si ibat in Mesopotamiam: & patet hoc, qa per mōtem Galaad veniebat, & per Iordanem, ista autem ad Orientē terræ Chanaan sunt: Idumæa autem est ad Meridiem extra terrā Chanaan, vt satis patet in multis locis Bibliæ, maximè Nume. 20. & Deut. 2. c. vbi dr, q̄ Hebræi venientes de Aegypto volebant intrare per Idumæam, tanquam per iter rectum, sed Aegyptus est Meridiana terræ Chanaan, vt Numeri. 13. ca. ergo Idumæa est Meridiana respectu terræ Chanaā, maximè patet hoc Num. 34. c. vbi ponuntur termini terræ Chanaan, & dr q̄ pars Meridiana incipit a solitudine Sin, quæ est iuxta Edom. Item patet, quia caput Idumææ est Damascus, vt patet in lib. de diuisione Terræ sanctæ. Sed Damascus est ad partem Meridianam terrę Chanaan, vt colligitur supra 14. c. & clarius in lib. de diuisione Terræ sanctæ. Clarè ergo patet, q̄ multum deuium distoqueret Iacob, si per Idumæam transitū faceret, volens ire in Bersabee. Item patet idē, quia q̄n Esau locutus fuit Iacob, vt patet seq. c. dixit ei, q̄ iret secum in Seir, rndit Iacob, q̄ sequeretur eum lēto gressu in Seir, sed postea reuerso Esau in Seir, non iuit Iacob in Seir, sed mansit in Socoth, deinde in Sichen, deinde in Bethel & prius in varijs locis: ergo vr, q̄ non erat via sua per Seir, siue Idumæam, in qua erat Esau. Dicendū, ergo q̄ Iacob audierat, q̄ frater eius Esau veniebat in occursum eius, & timuit valde ne opprimeret eum, vt infra patet, ideo misit munera, vt placaret eum: timebat.n. quia offenderat eum emendo primogenita, & surripiendo benedictionem eius, vt patet supra 27. c.

Opin. Nicolai Lyrani imp. tur.

Determinatio.

Si autem dicas, quomodo timuit Iacob fratrē suū? quia iam fuerat confortatus in Bethel, quando ibat in Mesopotamiam, vt patet supra 28. c. & ibi dixit dominus, q̄ non dimitteret eum donec compleret omnia, quæ promiserat ei, sed nondum completa erant: ergo certum erat, q̄ erat eum liberaturus, & post in Mesopotamia antequam recederet, vt patet præceden. cap. & deinde in Angelorum apparitione, de qua hic. Respondet Nicolaus, & quidam, q̄ Iacob non diffidebat de prioribus consolationibus, sed quia sciebat, q̄ promissiones Dei sunt conditionales, & mutātur ad mutationem eius, ad quem fiunt, si non maneat idem status, f̄m quem promissiones factę sunt. Et quia steterat in domo Laban Idolatræ, timuit aliqua delicta ibi commisisse propter quæ fortè timeret, ne impediret impletio, p̄missionis, & sic prævaleret frater suus ad-

Quæst. 1. Ego Iacob time. bo fratrē, & fuerat ꝺ̄ turus ei Bethel.

Error Damasci.

Nico. Nicolai, & secunda.

Cap. 3. Tres regulæ Arist. 7. Ethic.

Cōsideratio moralis est de agibili.

Ethi. q̄ signū generati habitus est delectationem fieri in operibus,habere ergo habitum,& non posse operari secundum illum est,quasi cōtra naturam habitus: ideo qui sic habet dicitur, quasi non habere; qui autē habet sic,vt possit operari, dicitur habere, sicut patet, circa habitus speculatiuos, nam illi qui habēt habitus speculatiuos, ſ. Geometricum,vel Theoricum habitum,si sunt vigilantes,& sobrij,operantur secundum illos qualiter volunt,si autem sint ebrij,aut dormiētes sic habēt habitum,vt nullo modo possint vti illo, nā habens habitum Geometricum,si dormiens sit, non potest cōsiderare Geometriam. Idem de eo q ebrius est,licèt ille, qui ebrius est dicere potest ea, quæ nouit ex habitu,sed non intelligit,quando dicit. Sic ait Philosophus in 7. Ethic. q̄ vinolentus verba dicit Empedoclis,quę difficilia erant,sed supple non intelligit. Ita est de incontinente, quia licèt habeat cognitionem, & habitudinem particularis,tamen quia habitus est ligatus in eo, tanquam in vinolento, quando passionē habet,ideo non bene iudicat: temperati autem habēt habitum solutum,vt sobrij,& vigilantes,ideo semper bene iudicant. *Ad fratrem suum in terra Seir.* Idest in terram Idumeæ,quia nō erat iter eius per terram illam, vt supra probatum est,& satis patet infra, in litera, qa transito Iordane erat Iacob in terra promissionis,& satis propriè terram, in qua habitabat Isaac: non ergo oportebat declinare in Seir. Coniungitur autem Idumæa,siue Seir terræ Chanaan in latere Meridiano extendens se aliqualiter contra Occidentem versus Damascum,& ad Orientem circa latus Austri, & Orientis terræ promissionis,vbi cōiungitur Arabię in finibus Berhoro superioris, qui est locus terræ promissionis. Misit tamen ista Iacob in terram Seir,quia sciebat fratrem suum contra se venturum,& volebat eum ad pietatem inclinare, quod magis faceret mittendo ei munera, quàm si ei subito venienti in itinere daret, quia mittendo in Seir magnam reuerētiam,& honorem Esau exhibebat. dando autem in itinere ex timore se facere demonstrabat. *Regionis Edom.* Licèt aliqui velint totaliter conuerti Seir, & Edom, quod falsum est,quia Seir ponitur hic esse intra Edom. Dicendum ergo,q̄ Edom,siue Idumęa est tota terra occupata ab Esau,& posteris eius ad habitandum in illa terra: Seir autem mons est in terra Edom magnus valde, in quo sunt aliquæ ciuitates,& oppida,vt patet in lib. de diuisione Terræ sanctæ,& etiam Deut. 2. c. dicitur circuistis montem Seir multo tempore, & idem vocatur mons Esau in Abdia. ca. vnico. *Sic loquimini domino meo Esau.* Timor eum valde Vrbanum reddebat. Ipse. n. fratrem suum dominum vocabat,cuius dñm eum pater suus esse constituerat,vt patet supra 27. c. *Hæc dicit frater tuus Iacob.* Idest scias, q̄ in nomine eius hæc tibi dicimus. *Apud Laban peregrinatus sum.* Idest moratus sum, intendebat Iacob mouere fratrem suum ad pietatem dicens, se peregrinum multo tpe fuisse, & nūc desiderio natalis terræ redijsse: ideo non debere impediri a completione naturalis,& honesti desiderij. *Vsq; in præsentem diem.* Quasi dicat, non discurri per alias gētes prouocando ad amorem meum contra te. *Habeo asinos,& boues.* Ne intelligeret Esau Iacob ad eum mittere, vt aliquid ab eo reciperet, sed vt in gratiam eius reuocaretur. *Mitto legationem ad Dominum meum.* i. mitto tibi ad dicēdū, quomodo venio, & hoc erat, ne Esau crederet se vilipensum si Iacob veniret, & non mitteret ei ad dicendū. Et non fuit in ista legatione missio munerum,sed isti nuncij redierunt ad Iacob, deinde ipse elegit munera ex his,quæ possidebat. *Vt inueniam gratiam in conspectu tuo.* Vt libēter me videas,& diligas: cum ego tibi reuerentiam faciam,mittendo ad te nūcios. *Reuersi sunt nuncij.* Fortè inuenerunt in via Esau venientē contra Iacob, sed ipsi citius reuersi sunt nunciantes Iacob,antequam veniret Esau. Et patet hoc, quia si non vidissent eum in via venientem, nescirent vtrum cum quadringentis, an paucioribus, vel pluribus militibus veniret,& tamen ipsi sciebant,quia immediatè dixerunt venimus ad Esau fratrē tuum,& ecce properat in occursum tuum cum quadringentis viris. Necesse est ergo, q̄ ipsi vidissent Esau venientem cum quadringentis viris. Et magis vī dicendum, q̄ ipsi nuncij inuenissent Esau in terra Seir, sed immediatè, vt ipsi iuerunt, & nunciauerent Esau venire fratrē suum Iacob manentibus apud eum ipsis nuncijs destinatis a Iacob, congregauit quadringentos equites, qui cito congregari poterant ab eo, quia habebat magnum populum, & ipsi nuncij cum redierūt ad Iacob viderunt illos 400. viros paratos ad veniendum cum Esau,ideo dixerunt Iacob ecce properat in occursum tuum cum quadringentis. Vel fortè ipsi nuncij Iacob viderunt illos quadringentos viros cū Esau, & postea omnes simul incęperunt iter, ita q̄ viderunt eos properare, sed quia Esau, & sui equites manebant in aliquibus locis itineris ad quiescendum,& ipsi nuncij velociter mouebantur, vt perferrent verbum ad Iacob, prius accesserunt ad eum quā veniret Esau,& sequenti die transito Iordane, Iacob obuiauit fratri suo Esau. Non tamen potest conuenienter dici, q̄ nūcij qui destinati fuerant a Iacob inuenerunt Esau venientem in itinere ad recipiendum Iacob cum quadringentis viris, quia non posset Esau ire obuiam Iacob, nisi eum venire prænoscseret. Scire autem non poterat, nisi aliquis prænunciaret, cum Iacob moraretur extra terram Chanaan per annos 20. & Esau non suspicaretur cum tunc venturum. Dicendum ergo, q̄ Iacob præmisit nuncios, qui inuenerunt Esau in Seir,& nunciauerunt ei verba Iacob,& tunc ipse parauit se, vt supra dictum est. *Venimus ad Esau fratrem tuum.* Cui,ſ. in itinere obuiauimus, vt aliqui voluerunt. Sed nō conuenit hoc propter rationem supradictam, quia cum tūc staret Iacob extra terram Chanann,nō posset scire Esau eum aduenire,nisi quisquam nunciasset: ergo videtur q̄ illi nuncij primo ei declarauerūt, ex quibus motus fuit ad exeundum obuiam ei cum toto populo. *Ecce properat in occursum tuum cum quadringentis viris.*

Quæst. 2. Cur Esau venit contra Iacob cum tanta multitudine.

Quare,cum tanta multitudine venit Esau ꝯ Iacob? Respondetur, vt aliqui volunt,quòd volebat eum delere de terra,& accipere omnia, quæ iuris eius erant.

Sed hoc non bene dicitur,quia Esau valde libenter osculatus fuit fratrem suum Iacob, & fleuit ex amore, vt patet sequenti cap.

Item quia Esau non intendebat occidere Iacob viuente patre suo Isaac, ne incurreret maledictionem eius. Sic enim dixerat supra 27. capit. venient dies luctus patris mei, & interficiam fratrem meum Iacob.

Alij autem dicunt,quòd ideo multam gentem adduxit, vt plura dona timore commotus ei Iacob mitteret.

Sed hoc non videtur,quia infra dicitur, quòd Esau satis se excusauit,ne acciperet munera, dicens satis in his abundare, & post vix compellente Iacob susceptit illa munera.

Dicendum, ergo quòd tātam multitudinem Esau adduxerat, vt suam potentiam fratri ostentaret, & in hoc fratrem honorabat. Si enim cum pauca turba venisset, quia Iacob veniebat cum multitudine gregū, & pastorum, ancillarum, & seruorum, videretur esse minoris potentię Esau, quàm Iacob, quod valde Esau euitarè laborabat. *Timuit Iacob valde.* Timore humano, qualis timor solet insurgere, quando quis sibi terribilia videt ingruere. *Et perterritus diuisit populum, qui secum erat.* Vocat hic populū turbam vxorū, filiorum, ancillarum, seruorum, & pastorū. Ista diuisio fuit humana cautela facta ꝓpter duo: primo, quia si Esau peteret vnam turmam, reliqua turma fugiēdo saluaret. Secundo, quia si Esau vnam turmā deleuisset, ibi fortè expleret iram suam,& cum veniret ad aliam saciatus cede, parceret ei. *Greges quoque.* Ouium & caprarū. *Boues, & camelos.* & etiam asinos, quia multos secū ducebat. *In duas turmas.* Cum qualibet istarum ibāt multi de seruis eius, & sic ordinauerat Iacob turmas, vt quæcunq; minus chara, & minoris valoris in conspectu eius erant, hæc præcederent. Hoc autem apparet, quia Rachel, & Ioseph in vltimo agmine sequebantur, vt tardius eis posset quæcunque irruere afflictio. *Alia turma quæ reliqua est.* Idest, quæ relicta est. *Saluabitur.* 1. saluari poterit fugiendo. *Dixitq; Iacob.* Dispositio, quātum poterunt. Iacob per humanam industriā hic conuertit se ad diuinam clementiam. *Deus patris mei Isaac.* Nominat patres suos, quia meritis eorum expectabat sibi bona multa a Deo prouētura. *Qui dixisti mihi reuertere in terram tuam.* Quasi dicat, ex quo tu mihi mandasti, da mihi securitatem, & prosperitatem in itinere meo,& ex hoc certificatus erat Iacob, qa sciebat Deū fidelem esse,& verbum eius manere in æternum, sed sciebat, q̄ Deus sic bona bonis promittit, vt illa precibus suis, vel aliorum assequantur, vt viderat ipse de patre suo, cui promissa fuerat seminis multitudo, cum vxor sterilis ei data est quousq; per annos 20. cōtinuo precans filios obtinuit, de quo supra 25. c. credebat ergo se Iacob per preces impetraturum quæ a Deo ei ꝓmissa fuerant, quia sub tali modo promissa esse putabat. *Ad locum natiuitatis tuę.* Scilicet in Bersabee, vbi natus fuisti. *Et benefaciam tibi.* In omnibus te prosperādo. *Minor sum omnibus miserationibus tuis.* Hic valde persuadet Iacob Deo (si persuasio dici potest,) vt loqui consueuimus, s. ego sum minor, quàm misericordiæ tuę, q.d. Domine ego non sum dignus alicuius misericordiæ tuæ, nec vnius solius, quia maior est parua misecordiarum tuarū omnibus meritis meis. Sic enim loqui oportet ad magnanimos: delectantur. n. magnanimi cum beneficia ab eis impensa eis ad memoriam reducuntur, & sic libentissimè ad maiora conferenda mouentur. vt patet 4. Eth. c. de magnanimitate, vbi ponit Philosophus exemplum de Theri aquarum Dea a Ioue aliquid magnum sub ista forma petente, & de Laconibus petentibus ab Athenien sibus. Magnanimus autem audiens beneficia sibi impensa nō gaudet, sed magis aliqualiter videtur cadere a perfecta lætitia: iō volens magnanimum ad faciendū aliqua magna opera permouere, nō narret ei beneficia, quæ recepit, sed ea quæ magnificè dedit. In hoc autem multum laudatur Dei liberalitas cum nos indignos saltem minoris beneficij eius iudicamus. Multum ergo attendere debent orantes, q̄ magis orationes suas per modum humiliationis meritorum suorum, quàm per modum cuiusdam iustificationis,& ꝑpassi concipiant. Melius enim sic oratio concipitur Dñe Deus meus, licet omnium beneficiorum indignus sim, quia & pane quo vescor carere merebar, nec in hoc aere saluberrimo flatus vitales attrahere, tua tñ immensa innataq; benignitate, qua nos caducos,& misera biles redemisti, mihi indigno talia, vel talia concede: quàm si sic conciatur. Nosti tu dñe Deus meus, q̄ dilexerim re in toto corde meo,& in puritate manuum mearū ambulauerim, faciens quod rectum erat in conspectu tuo, iō miseratus mei talia, vel talia tribue. Vtraq; tamen orationis conceptio bona est ad aliud,& ad aliud sumpta debet tamen orans duo semper attendere, scilicet quibus verbis, magis humilietur, & quibus in amorē crucifixi pauperis inflammetur, vtrunque enim expedit. Omnibus enim humiliari congruit, & ardere: status tamen conditionem sequendo incipientibus, magis humiliari conuenit, quàm ardere, quia viride lignum ardori igneo indispositum, magis in fumum quàm in flammam euaporat: proficientibus autem ardere cōgruentissimum, & inebriari in torrentibus ubertatis parentium vulnerum pauperis crucifixi; laboret ergo passionalia, & affectuosa quædam verba proferre ad amorem tenerrimum prouocantia, donec desiderio ardens dicat cum sponsa, fulcite me floribus, constipate me malis, quoniam amore langueo. Sed in his nihil me nosse confiteor. Quia hoc non commune, sed rarum est, quod abscondit Deus diligentibus se dans eis in præsenti quadā particula dulcedinis suæ in amando frui. Hic autem amor,& ardor mentem a terrenorum desideriorū tumultibus eleuans & firmans ratione cohærētem indissolubiliter suo alligat creatori, ita q̄ nec tribulatio, nec angustia, nec persecutio, nec fames, nec nuditas, nec periculū, nec gladius, nec mors, nec vita, nec Angeli, nec principatus, nec virtutes, nec instantia, nec futura, nec fortitudo, nec altitudo, nec profundum, nec creatura aliqua potest illos viros altissimos separare a charitate, quæ est ī Christo, iuxta doctrinam Apostoli ad Ro. 8. *Et veritate, quam expleſti seruo tuo.* Veritas Dei dicitur fidelitas eius, quia impermutabiliter complet, quod promittit, iuxta illud Luc. 21. ca. Cælum,& terra transibunt, verba autem mea non transibūt, & hoc est verum cum Dei verba absolutè dicuntur, cum dicuntur conditionaliter permanent manente conditione. Si aūt conditio auferatur, Deus non complebit quod promiserat, quia sic sub conditione promiserat: nam frangenti fidem fides frangat eidem, vt patet extra. de iureiur. c. peruenit, in 2. Reddebat ergo Iacob gratias, quia multa de his, quæ Deus ei promiserat, iam verè completa erant,& quæ deerāt certissimè danda esse putabat,& non minus Deo gratiarum actiones referendum est, si aliquid nobis ex ꝓmissione dederit, quasi sit obligatus, quàm daret sine promissione, immo magis gratias referre debemus, quando aliqua dat ex promissione, quia ibi æqualis libertas sua est.

Et insuper magna bonitatis suæ dignatio, vt nobis miseris aliqualiter specialiter promittere velit, qa hoc specialissimi amoris indicium est. *In baculo meo transiui Iordanem.* Probat hic, quod dixerat, scilicet, quòd Iacob erat minor omnibus miserationibus Dei, quia quando Iacob ibat in Mesopotamiam, nihil secum portabat cum transiret Iordanem: nunc autem redijt comitatus duabus turmis. *In baculo.* Idest cum baculo meo, quasi dicat, solus cum baculo meo transiui Iordanem istum.

Quæst. 3.

Quomodo dicit Iordanem istum, quasi stās apud ipsum,& cum baculo demonstrans, cum nondum accessisset ad eum, quia sequenti die transiuit eum transiuadato prius torrente Iaboc, & facta mansione in Phamuel, quod ante Iordanem est ab Oriente venientibus de Mesopotamia, vt satis patet considerando textum hic, & in lib. Deuteron. & in libro de diuisione Terræ sanctæ. Est autem torrens Iaboc non directè ad Orientalem plagam Iordanis, sed ad latus Septentrionale aliquo modo, licèt semper sit magis Orientalis, quàm Iordanis, nam Iordanis est terminus terræ Chanaan.

Iaboc autem est vltra terras Chanaan in terra duorum regum Amorrhæorum; & patet, quòd sit ad partem Septentrionalem aliqualiter, nam Iaboc veniens de Mesopotamia, quæ est Septentrionalis terræ Chanaan, transiuit per torrentem Iaboc: ergo torrens Iaboch erat Septentrionalis aliquo modo. Adhuc patet hoc magis, quia torrēs Iaboc est circa cōfinia Amō, vt patet Deut. 3. c. cū dr: non fuit vicus, vel ciuitas, q̄ nostras

Determinatio.

Oratio ex humana fragilitate.

Oratio ex humana fragilitate.

Oratio ex humana fragilitate.

stras effugeret manus, oēs tradidit dominus Deus noster nobis, absque terra filiorum Amon, ad quam accedere voluimus, & cunctis, quæ adiacent torrenti Iaboc. Sed terra filiorum Amon erat Septentrionalis, vt declarabitur Deuteron. 2. c. ergo torrens Iaboc Septentrionalis illius terræ. Respōdetur, q̄ Iacob adhuc distabat a loco, per quem transiturus erat Iordanem, tamen descendens de aliqua altitudine, videre poterat quasi prope se Iordanem, & ideo loquebatur quasi demonstratis eū, maximè quia flumina, vt cōiter in terra non plana curuis meatibus flexuosa sunt: ideo poterat stare Iacob propinquissimus alicui parti Iordanis, sed non erat transiturus per illum locum, quia ibi nō esset Iordanis vadabilis, sed per alium locum satis distantem. *Nunc cum duabus turmis regredior.* Ideſt cū multitudine pecorum, & seruorū, quæ facit duas turmas. *Et quando.* Aliqui dicunt, q̄ Rachel, & Ioseph positi in vltimo loco faciebant vnam turmam. Hoc nihil est, quia turma magnam multitudinem signat. *Erue me de manu fratris mei, quia eum offensum a se sciebat.* Quia valde timeo. Ratio, quia veniebat Esau cum quadringentis equitibus: Iacob autem solam gentem pastoriam, inermemq; secum ducebat. *Ne fortè veniens.* s. hostiliter super me. *Percutiat matrem cum filijs.* Ideſt omnes nos simul nullum vitæ derelinquens. Et sumitur ista locutio a communi modo loquendi, q̄n accipiuntur fœtus auium latentes in nido, quia tunc totum capitur, quādo mater cum filijs comprehenditur. Et timebat hoc Iacob, quia fortè Esau vellet, q̄ benedictiones cōplerentur in semine eius, ideo omnes de stirpe Iacob occideret, ne quisquam maneret in quo repromissio impleri posset, & sic crederet benedictionē, necessario in prolem eius transituram. *Tu locutus es.* Ideſt promisisti. *Quod mihi benefaceres.* Prosperando me in habenda multitudine rerum temporalium. *Et dilatares semen meum sicut arenam maris.* s. q̄ ita esset innumerabile hominibus, sicut arena maris. Istud fuit p̄missum Iacob, quando dormiuit in Bethel eundo Mesopotamiam, vt habetur supra 28. c. Et Abrahæ, vt supra 15, & 22. & Isaac, vt supra 26. c. q. d. ex quo tu Deus meus ista promisisti comple ea defendendo me a fratre meo, quia si permittis fratrem meum lædere me, nunc destruet omnes nos simul, & non poterit compleri promissio tua in semine meo. *Cumque dormiuisset ibi.* s. in Manain, vbi apparuerant Angeli. *Nocte illa.* Quieuerat. n. ibi p̄cedenti die, vt expectaret nuntios, quos miserat ad Esau, & vt distingueret, & pararet munera, quæ ad Esau destinaret. *Separauit de ijs, quæ habebat.* s. de pretiosioribus rebus suis, vt magis acceptarētur. Ex quo notandum, q̄ licitum est sanctis dare de rebus suis aliquibus hominibus malis, qui eos vexant, vt eos tranquillè viuere permittant, quia in hoc suam vexationē redimunt. Nunquam tñ debent consentire malis aliquid, quod bonis culpabile sit: ante enim mortē subire debent. Perditio enim rerum temporalium non est malum simpliciter, quia ipsæ diuitiæ non sunt bonæ simpliciter, nam bonū simpliciter est, quod in se ipso nullo alio considerato, bonum est; diuitiæ autē non sunt bonæ de se, quia non habent aliquam bonitatem, nisi in comparatione ad id, quod pro eis dat, & si nihil daretur non magis proficiebat habere diuitias multas, q̄ habere lutum platearum, vel lapides rudes. Item quia id q̄d est vtile, solum est bonum, s̄m q̄ comparatur ad vsum, sed bonum, s̄m se nulli comparatur, si absolutè est tale: non sunt ergo diuitiæ simpliciter bonæ, nec earum perditio mala: maximè quia ille, qui sic violenter dat magis pertinet ad iniustum pati, q̄ ad iniustum agere, vt patet per Aristotelem in fine, 6. Ethi. Si autē mali dimitterentur vexare bonos, vt permittere eos rapere bona pauperum, vel priuilegia reipublicæ, vel violare sacras virgines malum esset. In hoc nulla pax cum impijs habenda est, vt ait Boetius de consolatione prosa. 3. lib. 1. Tota. n. bonorum intentio est malorum studijs displicere, cum dicit. Itaque nihil est, quod admirere, si in hoc vitæ salo circunflantibus procellis coagitemur, quibus propositū est pessimis displicere. & li. 3. Prosa. 4. nunquam. n. tiñ cogi potuisti cum decorato gereres magistratum, cum dr, Tu quoq; num tandem tot periculis adduci potuisti, vt cum decorato gereres magistratum putares, cum in eo mentē nequissimi scurræ, delatorisque respiceres? Et in libro 1. Prosa. 4. Nunquam. n. quicquam me ab iure ad iniuriam detraxit. Ex hoc etiam patet, q̄ prælati Ecclesiarum si sunt in terra malorum hominum vexantium eos, & Ecclesias suas, si de eis nullo modo iustitiā habere possunt, vt puta quia habitant inter infideles, licitè possunt dare de suis redditibus, & de proprijs redditibus Ecclesiæ, ne Ecclesias totaliter vexātes destruāt, vel possunt dare tyrannis, vt eos, & Ecclesias suas defendant. Si tñ illi tyranni vellent omnia bona, & iura Ecclesiæ vendicare, nullo modo consentire debent, sed magis se morti exponere, si quid resistendo agere possunt, & Deum orare, vt defendat Ecclesiam suam, quando humana diligentia custoditi non potest. Sicut habetur 2. Mach. c. 3. de Onia sacerdote sancto, qui defendit quantum potuit, Deum orans, & corporaliter, & mentaliter se opponens pecunias cōmendatas in sanctuario templi a quibusdam, vt custodirent ibidem mandāte Apollonio rege Cælesiriæ illas tolli inde per nuncium suum potentem Heliodorum. Si autem nunc sic facere posset, prælatus custodiens bona Ecclesiæ si tales res essent, quæ distribui faciliter possent sine apparitione magna, & distractatione, posset eas dare pauperibus se totaliter ad mortem ponens, sicut beatus Laurentius, qui requisitus a Datiano, vt daret ei thesauros Ecclesiæ, nullo modo videns locum posse euadere dispersit eos pauperibus se ad martyrij palmam disponens. Sed in hoc magna prudentia habenda est, quia iste fuit casus satis specialis. *Capras ducentas, hircos viginti.* Dedit ista, quasi ad constituendum gregem, ideoque sic ordinauit, quia vnus hircus decem capris fœmellis sufficit ad gignendum oues ducentas: eadem ratio est in arietibus, & ouibus. s. vnus aries pro decem ouibus. *Camelos fætas.* Ideſt quæ iam pepererant. *Cum pullis suis.* Ideſt cum filijs suis paruulis, quos pepererant. Pullus nomen generale est ad fœtus paruos ouium omnium, & bestiarum. Sic vocamus pullum asinæ. infra 29. c. & Matth. 21. cap.

Quare non posuit de hircis, & arietibus pullos, sicut de camelis. Respondetur, quia pulli ouū valde teneri non erant dispositi ad ambulandū, sicut pulli camelorum, & patet, q̄a fortè tunc erant noui pulli arietum, quia erat tps vernum, in quo nati erāt, & nō erāt duri ad ambulandum. Sic. n. dr j. eq. c. nosti dñe, q̄ paruulos, teneros, & boues atq; oues fætas mecū habeā, quos si plus debito in ambulando fecero laborare morient vna die cuncti greges. Et si dicas, quare nō misit de camelis masculos, sicut de arietibus, & hircis. Respondetur, q̄ pulli camelorum erant loco masculorum, quia illi vsque ad modicum tempus possent fortè gignere, vel quia camelli erant animalia magni valoris, & erat valde multū rot dare. *Et vaccas quadraginta, & tauros viginti.* Licet vnus taurus decē vaccas sufficiat, ponit tamen vnum taurum ad duas vaccas propter taurorum dignitatem, & pulchritudinem. *Et misit per manus seruorum suorum.* Non enim voluit ire Iacob ad videndum, antequam munera præcederent, vt placaretur ei frater suus, qui erat offensus. *Greges seorsum.* Ideſt isti greges camelorum, asinorum, ouium, & caprarum, & bouum, quos mittebat

bat Iacob ad Esau erant distincti, ratio fuit, vt plures apparerent, & pulchriores irent, quia ordo multum delectat in rebus, in quo magna sapientia, & pulchritudo notatur, vt patet 3. Regum, 10. cap. & 20. Paralip. 9. cap. de Regina Saba, quæ laudauit nimis sapientiam Salomonis, quia vidit ordinem omnium, quæ in domo sua gerebantur. Et sciendum quòd isti quinque greges non computantur in duabus turmis, quas supra dixit Iacob, quia duæ turmæ sunt duæ multitudines. Isti autem quinque greges seorsum ibant facientes quinque turmas, nam potest dici, quòd isti quinq; greges comprehenderentur sub vna de duabus turmis, quia illæ duæ turmæ pertinebant ad Iacob: iste autem iam vertebantur ad Esau: ideo non faciebat de eis mētionem Iacob, sicut de rebus suis, quia licet male, vel bene ei eueniret, illa non pertinebant ad eum. Si enim malè accideret, quia illa mittebantur in principio, irrueret statim super ea Esau. Si autem bene accideret nullo modo redirent ad Iacob, quia Esau acciperet ea pro munere, sicut factum est. *Si Esau fratrem meū obuium habueris.* Bene sciebat Iacob, quòd Esau veniret in occursum eius, sed nesciebat an per illud iter veniret, vel forte si in aliquo loco expectaret Iacob venientem. *Et cuius sunt ista, quæ sequeris.* Ideſt cuius sunt ista pecora, quæ ante te ducis: dicitur pastor sequi gregem, quia grex præcedit, pastor autem sequitur post, ne aliquod pecus maneat retro aut deuiet. *Serui tui Iacob.* Sic docuerat Iacob omnes suos seruos respondere, quia verbum molle frangit iram. vt patet Prouerb. 15. cap. seruiebat enim hic Iacob de vento, quia aliquando iicitum est sic seruire malis ne noceant. *Et cunctis qui sequebantur gregem.* In isto ordine ibant oēs greges tā illi, q̄ dandi erant p̄ munere Esau, q̄ alij, sed erat q̄dā dria, q̄a greges, q̄ dādi erāt Esau p̄cedebant omnes alios quodam magno spatio, quia die vno ante Iacob recesserāt, deinde sequebātur greges primæ turmæ, & in hac erat ordo, quia erat distinctio gregum per diuersos pastores. Isti tamen diuersi ordines, sed ipsæ turmæ non tantū inter se distabant, quòd diuersas turmas facere viderentur, deinde interiecto aliquali magno spatio veniebat secunda turma similibus ordinibus distincta. *Ipse seruus tuus Iacob iter nostrum sequitur.* Hæc addebat, vt non intelligeret Esau, quòd fortè Iacob per aliam viam iret comparere non audens coram Esau. *Dixitque placabo eum muneribus, quæ præcedunt,* Ista etiam mandabat Iacob, vt dicerēt Esau, vt videret Esau, quòd Iacob humiliter petebat veniam si aliquid peccauerat, vel incurrerat indignationem eius. *Forsitan propitiabitur mihi.*

Fortè alicui non videretur prudenter fuisse hoc factum, quia non debuisset Iacob voluntatem suam sic pandere, quia se suspectum redderet. Respondetur, quòd quando aliquis timet ex aliqua causa non coguita hosti suo, & vult ei reconciliari, non debet notificare causam, quia sic aduersarium minus promptū inueniet, statumque suum dehonestat. Si tamen aduersarius potens valde esset, qui euadi non posset, ei reconciliationis causa constanter verbo declaranda erat, quia generosi animi fractis citius parcunt secundum doctrinam Virgilij Aeneidos lib. 6.

Tu regere imperio populos Romane memento.
Hæ tibi erunt artes, pacique imponere morem.
Parcere subiectis, & debellare superbos.

Ipse mansit nocte illa in castris. Expectans, vt præcederent munera. Castra vocat locum, in quo apparuerunt Angeli, & vocauit locum illum Manayn, ideſt, castra. *Cumque mature.* Ideſt velociter surrexisset. *Tulit duas vxores.* Non credas, quòd Iacob acceperit super humeros suos vxores ad transeundum flumen, quia cameli erant, in quibus transirent, in quibus ante uenerant, ut pater præceden. cap. *Cum undecim filijs.* Habuit enim Iacob 12. filios, & omnes iam geniti fuerāt præter Beniamin, qui post natus est morīēte Rachel, vt patet infra 35. cap. Dina filia Liæ, de qua supra 30. cap. intelligitur cum matre, nec computatur in numero filiorum, vel quia ipsa erat fœmina, & non constituebat genus sicut viri, quia semper fuit iste mos, vt viri denominarēt genus fœminæ quocunque modo permisceri poterant, nec denominabant genus, quia denominatio fit in posteris: posteri tamen, qui filij sunt non denominantur à fœmina, sed à viro cum vir sit principium generationis, quia in eo est principium formatiuum, tamen quantum ad honores filius sequitur conditionem matris, secundum quòd vulgatum est in iuribus, scilicet quòd partus sequitur ventrem. *Transiuit uadum Iacob.* Dicit historia Scholastica, quòd iste vadus Iacob est vadus Iordanis, sed vocatica, quòd iste vadus Iacob est vadus Iordanis, sed vocatur sic corruptè vitio scriptorum, qui transferre debentes Iacob, Iaboc transtulerunt, sed hoc falsum est, quia quidam torrēs est, qui sic vocatur. Dicitur in lib. de diuisione terræ Sanctæ, quòd Iaboc est torrens distans vna leuca, siue duobus miliaribus à Iordane. Etiā Deuter. 2. cap. in fine fit mentio de ciuitatibus adhærō tibus torrenti Iaboc, cum dicitur non fuit ciuitas, quæ nostras effugeret manus, omnes tradidit Dominus Deus noster nobis absque terra filiorum Amon, ad quam accedere voluimus, & cunctis, quæ adiacēt torrenti Iaboc. Transiuit ergo Iacob istum vadum deinde transiuit vada Iordanis. *Transductisque omnibus, quæ ad se pertinebant.* Ideſt omnia quæ sua erāt, scilicet greges, & omnia alia. *Ipse mansit solus.* Propter duo: primo, vt videret, si de rebus suis aliud manebat retro negligentia, vel errore aberrans: secundo, vt solitarius, magis orationi vacaret, vt Deus eum liberaret à periculo ingruenti. Et ecce vir luctabatur. Hic ponitur tertium, scilicet imminens diuina consolatio, scilicet, q̄a Angelus fuit ad eum missus, qui cōsolaretur eum. *Et dixit vir.* Quidam dicūt quòd iste fuit Angelus Gabriel, quia ille consueuit vocari vir, vt patet Daniel. 10. Ecce vir Gabriel. Sed hoc non constat an Gabriel, vel alius Angelus fuerit. Non tamen probatur aliquid ex hoc. Quia ille Angelus vocat vir, q̄a in specie viri apparuit. Sic aliquando alij Angeli vocantur viri, vt patet supra 18. cap. de tribus Angelis apparētibus Abrahæ, qui vocantur ibi viri tres, sed post vocantur Angeli, vt patet in princip. 19. cap. Non potest dici, quod iste Angelus fuerit malus, quia si malus fuisset, non rogasset eum Iacob, vt beneditceret sibi, cum Iacob cognosceret quis erat ille, cum quo pugnauerat. Item quia iste Angelus mutauit nomen Iacob vocans eum Israel. Si tamen malus Angelus fecisset hoc non mansisset nomen eius, quia Deus non consentiret talia, ne fraudarentur gentes omnes putantes istud nomen à bono Angelo positum. Item mali Angeli numquam veniunt ad consolandum, sed potius ad desolandum, & inducendum hominem in desperationem, sed iste venit ad consolandum contra timorem, quem conceperat de Esau, cum dixit: si aduersum Deum fortis fuisti quanto magis contra homines prævalebis? & p hoc confortatus fuit Iacob ad resistendum timori, quem conceperat de Esau. Item quia Iacob uidens istum Angelum ita gauisus est, ut si uidisset Deum ue rum, & ex hoc imposuit nomen loco illi, quo viderat dicens: Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea: & uocauit nomen loci illius Phanuel, ideſt, facies Domini, vel apparitio Domini. Dicunt autem plures Hebræorum, quòd iste fuit Angelus bonus Esau, qui volebat impedire Iacob ne intraret terram promissionis, & vt non complerentur in eo benedictiones, sed in semine Esau. Ideoque luctabatur

cum

Diuitiæ nō sunt bonæ simpliciter.

Quid contra tyrannos Ecclesiarū prælati facere debeāt.

Quæst. 4. Cur nō posuit pullos ex hircis, & arietibus.

Quæst. 5. An Iacob prudenter egerit manifestando voluntatē suam.

Vir est generationis principiū.

Quis fuerit Angelus, qui cū Iacob luctabatur

Opinio Hebræorum.

cum eo putans prævalere aduersus eum: sed ad vltimun non potens prevalere tetigit neruum femoris, & fecit eum claudum, & hoc vt euaderet manum Iacob fortiter tenentis, sed sic nec euadere potuit quousque benedixit Iacob. Et sic exponunt Hebræi id, quod habetur Oseæ 12.cap. sed in fortitudine sua directus est cum Angelo, & inualuit ad Angelum cōfortatus est, fleuit, & rogauit eum, scilicet, ex quo Angelus non potuit aduersum Iacob prævalere, doluit, & fleuit. Vel dicunt etiam, quòd ille Angelus plorabat, quia Esau, quem ipse custodiebat, perdebat benedictiones. Et sic habetur Isa. 33. cap. Angeli pacis amare flebunt. Etiam satis rationabile est, quòd Angelus Esau pugnaret, quia sicut vnus Angelus bonus vnius prouincię pugnat cōtra alterum bonum alterius prouinciæ, vt patet Daniel. 10. cap. de Angelo, qui erat princeps Persarum, & pugnauit 21. diebus contra Gabrielem, qui defendebat causam Iudæorum. ita videtur quòd Angelus bonus vnius hominis pugnabit contra Angelum alterius hominis, vel contra ipsum hominem. Et si dicas quòd non est verisimile vnum Angelum bonum pugnare contra alterum, quando vnus bonam causam fouet quod de Angelis malis dubitandum non esset, quia illi mala volunt, & mala dicunt. Sed hoc nihil est, quia ecce vnus Angelus bonus pugnat contra Angelum bonum fouentem bonam causam, quando determinatio Dei adhuc non patet. Sic patet de Angelo Persarum, qui bonus erat, restitit tamen 21. diebus Gabrieli petenti quòd Iudei de captiuitate Babylonica liberarentur, quod satis bonum, & iustum erat: donec Deus determinauit quòd Iudæi soluerent de captiuitate Babylonica. Sed ista expositio, quòd iste Angelus fuerit ipsius Esau non multum consonat veritati. Dicunt enim, quòd Iacob denicit Angelum illum. Sed hoc non videtur posse fieri, quia si potestas dæmonis tanta est, quòd non possit ei aliqua terrena æquari, vt patet Iob 40. cap. non est potestas sub Cœlo, quæ comparetur ei: quanto magis ptās Angelorum bonorum, quæ maior vī ex naturalibus, & gratuitis? nisi fortè dicas, quòd Deus pro tunc vires Angeli naturales suspenderit, sicut virtutē ignis in camino in Babylone super tres pueros. hoc autem satis est dubium, quia Deus numquam res conditas proprijs priuat virtutibus. Item secundo præsupponunt, quòd iste Angelus noluerit resistere determinationi diuinæ cognitę. Patet quia Deus determinauerat primogenita Esau transmutare ad Iacob. Et si dicas, quòd ille Angelus non cognoscebat istam determinationem Dei, sequitur maius inconueniens, scilicet, quòd aliud reuelatum fuerit hominibus adhuc mortalibus, quod non fuit Angelis. Sed hoc non videtur conueniens, quia Deus per se ipsum non reuelat aliqua, sed mediantibus Angelis tamquam ministris, quia administratorij spiritus sunt ad eos, qui hæreditatem salutis capere debent, vt patet ad Hebræ. 1. ca. Item sequitur tertio, quòd ista mutatio primogenituræ fuerit multis hominibus reuelata, & non Angelo bono Esau. Patet quia Isaac cognouit eam in ecsta si: ideo benedictionem datam cōfirmauit, vt patet supra 20. cap. Item Rebeccæ reuelata fuit, vt patet supra 26. cap. cum dicitur duæ gentes in vtero tuo sunt, & duo populi ex ventre tuo diuidētur, & populus populum superabit, & maior minori seruiet. Sed sciebat satis ipsa Rebecca esse Esau maiorem, quia primo de ventre exierat. ergo cognoscebat eū seruiturū minori. s. Iacob, sed hoc fieri nō poterat sine muratione iurium primogenituręs: ergo sciebat iura primogenituræ ad Iacob transferenda: ēt hoc manifestat satis. §. 27. c. cū ipsa instruit Iacob, vt p̄occuparet bñdictionē fratris sui, in qua dabat ius primogenituręs. Si tñ ipsa non cognouisset mutanda iura primogenituræ ad Iacob, nunquam talia ausa fuisset præcipuè cum Iacob timens faceret, quod mater ei suadebat, dixitque: nosti q̄ frater meus Esau hō pilosus sit, & ego lęuis, si attrectauerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducat super me maledictionem, pro benedictione: tunc mater ait: in me sit ista maledictio fili mi, tantum audi vocem meam. Manifestum est autem, q̄ cum Rebecca diligeret valde Iacob, q̄ non poneret eū in tanto periculo, quod verè periculum erat, vt Iacob timebat, nisi cognouisset euentum rei, s. futuram mutationem iurium primogenituręs, ergo necessario dicendū est, q̄ hoc sciebat Rebecca. Reuelatum fuit etiam, & ipsimet Iacob, vt supra 28. cap. cum dicitur: Ego sum dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Isaac, terram, in qua dormis, tibi dabo, & semini tuo, eritq; semen tuum, sicut puluis terræ, dilataberis ad Orientem, & ad Occidentem, & ad Septentrionem, & Meridiē, & benedicētur in te, & in semine tuo omnes tribus terræ, & ero custos tuus quocunque perrexeris, & reducam te in terram hanc, nec dimittā donec cōpleuero omnia, quæ dixi. Hoc autem valde inconueniens est. Item sunt alia inconueniētia ad istam expositionem fundata in litera Oseæ 12. c. quæ eodem modo, quo ista litera exponi debet, de quibus dicetur ibidem Deo dante, cum ibi fuerimus. Item quia dicitur infra, quòd iste Angelus benedixit Iacob, sed si fuisset Angelus Esau nullo modo benedixisset Iacob, quia i hoc diminuebat statum Esau. Doctores autē Catholici exponunt hoc de Angelo Iacob, qui venit ad consolandum eum, vt non timeret fratrem suum. Sed in hoc diuersitas est, quia quidam dicunt Iacob spiritualiter solum cum Angelo fuisse luctantem, quia Angelus incorporeus est, incorporea autem tangi non possunt, & fundatur hoc in Gl. ordinaria, quæ est dictum Hieronymi, & habetur Esa. 49. vbi dicitur cum Angelo Iacob oratione non manibus luctabatur. Sed non concordat hoc literæ in qua dicitur, quòd vir ille tangens neruum femoris Iacob fecit eum emarcere, & claudicauit Iacob: hoc autem non fit ex sola spirituali lucta. Dicendum ergo, & melius, quòd ibi fuit lucta corporalis, temporalis, & spiritualis. Et assignat eam sic Nicolaus, & quidam alij, quòd Angelus apparuerat Iacob in Mesopotamia mandans ei venire, & promittens eum liberare, vt patet præced. cap. deinde apparuerunt alij Angeli Iacob, quos ipse vocauit castra, & isti consolati sunt eum. Sed postquam Iacob audiuit fratrem suum contra se venientem timuit supra modum aliqualiter diffidens promissioni diuinæ, & consolationi Angelicę; ideo quando applicuit Iacob ad torrentem Iaboc, Angelus, qui custos eius erat apparuit ei, quasi volens dimittere eum, & recedere, q̄a diffidens aliqualiter fuerat. Sic Dominus noster apparens post resurrectionem suam duobus discipulis eun tibus in Emmaus finxit se longius ire, vt patet Lucæ 24. cap. Sed in hoc nullum mendacium vel fictio proprie dicta erat, quia talis erat apparitio exterior, qualis erat habitus interior eorum, quibus apparebat: Iacob autem videns eum, quasi recedere volentem feruida oratione eum rogabat, ne eum in tali tempore deserere dignaretur, sed a fratre suo custodiret, & ista vocabatur lucta spiritualis. Et post cum videret Angelum, quasi semper velle recedere, ex familiaritate accepit eum tenens manibus, ne recederet. Sic beata Maria Magdalena Christo resurgente, & cognito voluit ex consuetudine tenere, & osculari pedes eius, vt patet, Ioannes 20. cap. Tenuit autem Iacob Angelum illum, donec ei benediceret faciens securum de fratre suo; & isto modo potest applicari litera,

Alia opinio Hebræorum.

Cur Rebecca sua serit Iacob benedictionem Esau surripere.

Opin. Catholicorū.

Expositio Nicolai de pugna Angeli cum Iacob.

Oseæ 12. cap. quòd Iacob inualuit ad Angelum, scilicet potuit magis quàm ipse recipiens ab ipso benedictionem quam ipse velle dare non videbatur, & fleuit, scilicet, vt reciperet benedictionem, & rogauit, scilicet Angelum, vt benediceret ei. Satis congruit ista expositio, sed quædam minus principalia continet, quæ contra supradicta à nobis, & contra improbata videntur, scilicet quòd in hac Nicolai expositione ponitur, quòd ideo facta fuerit ista visio Angelica, & ista lucta sic, quia Iacob aliqualiter diffisus fuerat diuinæ promissioni videns contra se hæc mala insurgere, quæ erant opposita benedictionibus supra factis, sed hoc non conuenit, tamen tunc multum culpandus esset perdens fidem promissionum diuinarum: tota tamen scriptura laudat hunc, cū Isaac, & Abrahā de fide promissionum, licet multis laboribus tentarētur, de quo Iudi. 6. & ad Hebrę. 9. cap. Dicendum ergo quòd Iacob perfectè confidebat diuinæ reuelationi, & Angelicæ consolationi, sed tamen humano timore, qui superioribus se cōpatitur Esau valde timebat. Ad confortationem ergo pleniorem apparuit ei Angelus suus in custodiam datus, & incepit luctari cum illo: & licet potuisset Angelus in puncto quasi Iacob ad nihilum redigere, tamen noluit, sed solum permit tebat se vinci quasi nihil vltra potens, vt daretur audacia Iacob ad non timendum fratrem suum, & ideo dixit postea Angelus, si contra Deum fortis fuisti, quāto magis contra homines prævalebis? Ex hoc autem confortatus fuit multum contra fratrem suum. Et quia ad vltimum cum corporaliter luctarentur, adhuc videbatur Angelus velle recedere, fleuit Iacob, & rogauit ne recederet antequam eum benediceret, & sic factum est. Et nunc potest applicari leuiter litera, & primo applicabo secundum primum sensum quem faciunt Hebræi: deinde secundum nos. *Et ecce vir.* Ideſt Angelus Esau, qui volebat detinere Iacob, ne transiret in terram promissionis, ne complerentur in eo repromissiones de possidendo terram illam, ad quam transibat, scilicet terram Chanaam. *Luctabatur cum eo vsque mane.* Ideſt vsque ad horam matutinā, quia cito surrexerat Iacob. *Qui cum videret quòd non superare posset.* Ideſt quòd iste Angelus voluit superare Iacob, ne transiret, sed Deus dedit tantam fortitudinem, vt vinceret Angelum. *Tetigit neruum femoris eius.* Vt saltem Iacob per dolorem dimitteret Angelum, sed nec sic potuit. *Dimitte me, quia iam ascendit aurora.* Ideſt quia iam tempus est, vt redeam ad cantandum laudes cum alijs coram Deo, qui vocantur astra matutina, vt patet Iob. 38. cap. Vbi eras cum me laudabant astra matutina, & iubilabant omnes filij Dei? *Non dimittam te nisi benedicas mihi.* Ideſt donec confitearis, q̄ benedictiones, quas pro Esau requiris, mihi debitæ sunt. *Ait ergo.* Ideſt quia resistere non potuit compulsus est benedicere. *Non, inquit, appellabitur Iacob nomen tuum.* Ideſt supplantator, vel deceptor, quasi benedictiones ex fraude obtineret. *Sed vocabitur Israel.* Interpretatur Israel sicut nostris literis scribitur vir videns Deum, sed in Hebræo non sic scribitur, sed *Zrael.* Quod interpretatur fortis cum Deo, siue princeps cū Deo, vel fortis ad Deū, quasi dicat iam nunc patet, q̄ benedictionē, quam tu assecutus fuisti, non habuisti per fraudem, sed voluntate Dei: ideo vocaberis princeps cum eo, ideſt princeps ex parte sua siue per volūtatem suam, vel proprissime vocatur fortis cū Deo, ideſt fortis pugnando cum Angelo, qui vocat Deus, & hoc declarat nominis ratio sequens, Si aduersum Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines p̄valebis? *Quoniam si contra Deum.* Agit consequentiam à maiori ad minus affirmatiuè. Si prævaluisti contra Angelum, qui valde potens, quanto magis cōtra homines, ideſt contra Esau, & omnes adiutores eius? *Dic mihi quo appelleris nomine.* Quærebat hoc Iacob, vt sciret quis erat Angelus, qui benedixerat ei, & cū quo luctatus fuerat. *Cur quæris nomen meum.* Quasi dicat ad quid vis? quia non potes habere illud. Nomina Angelorum non sunt nomina indiuiduarum substantiarū naturalium, quia nomen imponitur ad notificandā rem, quando accidit aliqua dubitatio, vel æquiuocatio, sed in Angelis certissima cognitio est, quia sunt indiuidua substantialia inter se numero, & specie differentia. Quando ergo imponuntur nomina Angelis non sunt secundum naturam, sed secundum officiū, & quia contingit eundem Angelum diuersis temporibus diuersis officijs vti, ideo diuersa nomina ei inerunt. Quando ergo aliquis sciuerit vnum nomen cū ista nomina eis fixa, nec stabilia sint, mutabit ad aliud, & non cognoscetur. *Quod est admirabile.* Cum imponatur Angelis nomina ex officijs, illud nomē erit admirabile, quod ponitur propter officium admirabile. Aliquod autem ministerium erat magnum istius Angeli. Multæ tamen Bibliæ non habent istam literam, scilicet. *Quod est admirabile. & benedixit ei in eodem loco.* Ideſt antequam recederet ab eo confessus est benedictiones, quas petebat pro Esau, debitas esse Iacob, & ad hoc conatus fuit, quia victus fuerat ab eo. *Vocauitque Iacob nomen loci illius Phanuel.* Quod sonat apparitio Dei. Sed in Hebræo dicitur. *Piniel.* Ideſt facies Dei. *Dicens vidi Dominum facie ad faciem.* Ideſt illum Angelum, quem vocabat Deum. *Facie ad faciem.* Ideſt clare, quia viderat eum in forma corporea assumpta. *Et salua facta est anima mea.* Ideſt non propter hoc mortuus sum, sed prævalui aduersus eum. Nam Hebræi, & omnes homines existimabant Deum tamquam aliquid maximum, & Angelum eius: ideo putabant, quòd nullo modo humana mortalitas posset videre, vel audire Deum, vel eius Angelum quin morerētur, & sic patet Iudi. 13. cap. cum pater Samsonis Manue, & eius mater viderunt Angelum Dei, & ob hoc putauerunt se confestim morituros: ideo dixerunt vt patet ibidem moriemur, quia vidimus Angelum Domini. Sic etiam patet Deuter. 5. cum Iudæi audierunt Deum loquentem, & viderunt ignem magnum, putauerunt se morituros confestim, & quia non mortui sunt admirati valde dicentes: Ecce ostendit nobis Dominus Deus noster maiestatem, & magnitudinem suam, vocem eius audiuimus, de medio ignis, & probauimus hodie, quòd loquente Deo cum homine vixerit homo: cur ergo moriemur, & deuorabit nos ignis iste maximus? Si enim audierimus vltra vocem Domini Dei nostri, moriemur. Quid est omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis, qui de medio ignis loquitur, & possit viuere sicut nos audiuimus? Mirabatur ergo Iacob, quòd saluatus fuisset videns Angelum, & non solum videns Angelū, sed principaliter, quia luctatus fuerat cū Angelo ex quo verisimiliter magnum damnum euenire debebat Iacob, & quia non euenit lætatus valde quasi pro magno beneficio dixit, & salua facta est anima mea, ideſt denunciauit mihi salutem animæ dicens, quòd non succumberē fratri meo, cum intulit si aduersus Deum fortis fuisti quantomagis contra homines prævalebis? Nunc autem, quia vt diximus fundamentum Hebręorum est, quòd iste Angelus fuerit Angelus Esau quod improbatum est, ideo oportet tenere aliam expositionem. *Et ecce vir.* Scilicet Angelus ipsius Iacob veniens ad confortandum eum. *Luctabatur cum eo.* Corporaliter, & spiritualiter, vt supra expositum fuit. *Vsque mane.* Quia surrexerat diluculo valde Iacob, & magno spatio temporis luctatus est, quod fuit, vel quia Angelus semper videbatur velle recedere, & Iacob nitebatur cum

Confutatio aliquorum quæ dicuntur à Nicolao.

Angelorū indiuidua sunt numero, & specie differentia.

Opinio Hebræorū.

Textus duplex expositio.

cum retinere, vel melius, quia Angelus volebat dare maguam confidentiam Iacob, quę non pateret, si modico spacio luctatus fuisset cum Deo: ideo magno tẽpore luctatus est, quod magni roboris ad tam diuturnam compugnationem, & perseuerantiam signum est. *Quod cum superare non posset.* Scilicet Angelus: fingebat se Angelus non posse superare Iacob, sed poterat quidem eum breuissimè redigere in puluerem. Sed sic se ostendebat, vt audacia magna daretur ei tãquã potenti resistere Angelo Dei. *Tetigit neruum fœmoris eius.* Iste est neruus inter duas concas fœmoris latens, in parte enim superiori, vbi crura terminãtur, & sunt cooperta multa carnositate crurum, & natium, sunt duo ossa magna se connectentia, & vnum est concauum, aliud autem conuexum, caputque vnius rotundum intra concauitatem alterius recipitur, & ei connectitur, in quibus tota corporis moles innititur. Et quia non potest alligari os ossi cum dura sint, nisi mediante retinaculo, innascitur inter ea de substantia cartilaginosa vtriusque quidam neruus vtrumque os connectens, & cõtinens, & qa in illa cõcauitate vnius ossis est ille neruus, inuisibilis est, donec animal laniatim lacerẽt, vel discerpatur: & ideo in Hebræo vocatur iste neruus. *Guidhanasc.* Idest neruus obliuioni traditus, cum non videatur, licet aliqui Iudęi deficientes à veritate dixerint. *Guidhanasin.* Pro. *Guidhanasc.* Interpretatur. *Guidhanasin.* Neruus mulierum, & iste neruus est membrum virile. Dicunt enim, quòd in isto fuit percussus Iacob ab Angelo. Sed falsum est, quia dicitur in litera, quòd Iacob factus est claudus, sed manifestum est, quòd non efficeretur aliquis claudus ex percussione facta in vase genitali, sed in illo neruo, q est compages totius motus corporis. Et percussit Angelus Iacob, vt eius maiorem faceret audaciam, scilicet quòd quamuis percuteretur, non propter hoc dimitteret hostem, nec fugeret, vel faciebat hoc fingẽs velle euadere ab eo, vt experiretur si Iacob percussus dimitteret eum, quòd inconstantis viri esset, vel fortè hoc erat, vt demonstraret Angelus se iam contra Iacob pugnare non posse: ideo sicut consueuerunt facere impotentes, qui lædunt quomodocunque possunt, ita ipse Angelus, vt confortaret magis Iacob demonstrando se non posse contra eum pugnare, sed quomodocunque euadere. *Et statim emarcuit.* Emarceri, putrefieri, vel siccari est. Sed neutrum horum est in litera Hebraica. *Sed statim dissolutus est.* Idest dissolutus est, quia ante tenebantur firmiter illa duo ossa per illum neruum, postea ex percussione extẽsus fuit neruus, & aliqualiter discontinuata fuerũt ossa, ita quòd non posset Iacob bene moueri. *Dimitte me.* Idest non lucteris, vt teneas me. *Iam enim ascendit aurora.* Dicitur aurora quędam lux aliqualiter rosea, & lutea, quæ ascẽdere dicitur, quia emergit de sub Orizonte, in noctẽ enim aer obscurus erat recedente Sole à nobis, deinde cum appropinquare videtur ad Orizontem Orientis in mane quasi per horam, & dimidiam, scilicet per 22. gradus æquinoctiales, incipit apparere quædam parua lux, quæ primo lutea est, deinde in roseam coloratur, ad vltimum in albentem vertitur Sole apparente, & illa vocatur aurora, & ob hoc Ouidius in 7. Metamorphoseos, & cęteri Poetæ vocãt auroram luteã. Et quia ista causatur per hoc, quòd Sol ad emergendum de Orizõte appropinquat, ita ista lux de sub Orizonte emergit, quare proprijssimè ascendere dicitur. Dixit hic Angelus, quia etiam si per noctem luctati fuissent nõ nocebat hoc, quia Angelus tũc a nullo alio videri poterat quàm a Iacob, sed in aurora alij eum videre possent, quia in corpore assumpto apparuerat, nolebat autẽ Angelus ab alijs videri, quia forsitan non erant alij digni videre eum sub illa effigie.

Opinio Iudæorum.

Quid aurora.

Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Quia videbatur Iacob, quòd ille Angelus recedere volebat non benedicendo eum: tantum enim fuerat confortatus Iacob in his, quæ faciebat Angelus, quòd putabat se posse tenere Angelum inuitum. *Quòd nomen est tibi?* Exponatur, vt supra. *Et benedixit ei in eodem loco.* Scilicet antequam recederet, fuit autem benedictio nominis mutatio per quam certificabatur, quòd benedictiones in eo complendæ essent, & quòd frater suus non posset nocere ei, vt supra expositum est. *Et salua facta est anima mea.* Quia per istam visionem intellexi me esse saluandum à timore, & periculo fratris mei. *Ortusque est Sol postquam transgressus est Phanuel.* Idest postquam transiuit locum illũ, cui ipse nomen imposuit Phanuel, id-est facies Dei, scilicet quia Angelus recessit à Iacob in aurora ante ortum Solis, ne ab aliquo videretur, & tunc Iacob ambulauit recto itinere contra Iordanẽ: & cum aliquantum ambulasset pertransiens locum Phanuel, in quo luctatus fuerat cum Angelo, ortus est Sol. *Ipse vero claudicabat pede.* Quia nondum sanatus fuerat, sed post fuit sanatus, licet scriptura de hoc non faciat expressam mentionem, & hoc fuit satis cito post ortum Solis, quia quando venit Iacob ad Esau in eadem die non erat claudus, sed rectissimè ambulans, ne ex hoc haberet Esau occasionem negligendi fratrem suum Iacob, vel interrogandi eum de modo, quo acciderit, ipse tamen indignus erat sibi talia reuelari. *Quam ob causam non comedunt filij Israel neruum.* Ista sunt verba Moysi scriptoris, scilicet, quòd postquam Iacob percussus fuit in fœmore, licet non esset data lex, filij eius custodierunt hoc tamquam quoddã cæremoniale, & post data lege seruatum fuit, & vsq; hodie obseruatur. Putant autem aliqui quòd Hiero. transferens Bibliam de Hebræo in Latinum, interposuit ista verba. Sed falsum est, quia Hiero. nihil vnquam addere, vel diminuere ausus est, ne diminueretur auctoritas scripturæ. Sic enim dicitur Deutero. 4. cap. Non addetis verbum ad id, quod vobis loquor: nec auferetis ex eo. Quandocunque ergo in aliquo libro sacræ Scripturæ reperiatur aliquid tale. *Scilicet vsque in præsentem diem.* Vel similia, quæ non continuantur narrationibus historicis de quibus ibidem agitur, intelligatur, quòd ipse, qui primo librum illum Deo dictãte conscripsit illud posuit: nullus autem postea, nisi hæreticus esset, aliquid apponere, vel detrahere ausus est. Quid autem addere liceat scripturæ, vel qd non, latè dicetur Deuter. 4. cap. & ibi vide. *Eo quòd tetigerit neruum fœmoris eius.* Non quòd tetigerit Angelus illum neruum, cum ille lateat in concauitate ossis vnius, sed tetigit Angelus super iuncturam ossium, & fecit laxari neruum latentem. *Et obstupuit.* Obstupere est ex timore, vel admiratione immobilem fieri, & quia ille neruus per Angeli percussionem factus fuit ineptus ad motum, ideo dicebatur stupere. Solum autem hunc neruum non comedunt filij Israel, cæteros autem neruos comedunt. Ista autem obseruatio non fuit ex aliquo voto emisso, sed voluntariè à Iacob, & à filijs suis custoditũ est in memoriam illius luctæ cũ Angelo benedicente ei.

Quorũdã opinio.

Obstupere quid.

Esau ad Iacob peruenit, osculatur, munera vix accipit: ipse coactus à Iacob procedit domum, & sic tandem diuiduntur. *Cap. XXXIII.*

LEVANS autem Iacob oculos suos vidit venientem Esau, & cum eo quadringentos viros: diuisitque filios Lyæ, & Rachel, ambarumque famularum,

rum, & posuit vtramque ancillam, & liberos earum in principio: Lyam verò & filios eius in secundo loco: Rachel autem, & Ioseph nouissimos. Et ipse progrediens adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius. Currens itaque Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum: strinxitque collum eius, & osculans fleuit. Leuatisque oculis vidit mulieres, & paruulos earum, & ait. Quid sibi volunt isti? Et si ad te pertineant? Respondit: Paruuli sunt, quos donauit mihi Deus seruo tuo. Et appropinquantes ancillæ, & filij earũ, incuruati sunt. Accessit quoque Lya cum pueris suis: & cũ similiter adorasset, extremi Ioseph, & Rachel adorauerunt. Dixitque Esau: Quæ nã sunt istæ turmæ, quas obuiam habui? Respondit: Vt inuenirem gratiam coram Domino meo. At ille ait: Habeo plurima, frater mi, sint tua tibi. Dixitque Iacob: Noli ita obsecro: sed si inueni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis: sic enim vidi facié tuam, quasi viderim vultum Dei: esto mihi propitius, & suscipe benedictionem, quam attuli tibi, & quam donauit mihi Deus tribuens omnia. Vix fratre compellente, suscipiens, ait: gradiamur simul, eroque socius itineris tui. Dixitque Iacob: Nosti Domine mi, quòd paruulos habeam teneros, & oues, & boues fętas mecum; quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. Præcedat Dominus meus ante seruum suum, & ego sequar paulatim vestigia eius, sicut videro paruulos meos posse, donec veniam ad Dominum meum in Seir. Respondit Esau: Oro te, vt de populo, qui mecum est, saltem socij remaneant viæ tuæ. Non est, inquit, necesse: hoc vno tantum indigeo, vt inueniam gratiam in conspectu tuo Domine mi. Reuersus est itaque illo die Esau itinere, quo venerat in Seir. Et Iacob venit in Socoth vbi ædificata domo, & fixis tentorijs appellauit nomen loci illius Socoth, idest tabernacula. Transiuitque in Salem vrbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaam, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ; & habitauit iuxta oppidum. Emitque partem agri, in qua fixerat Tabernacula à filijs Hemor patris Sichem centum agnis. Et ereto ibi altari, inuocauit super illud fortissimum Deum Israel.

Gen. 19. Iud. 15. 16.

EVANS. Descripto timore, quem habuit Iacob in fratris aduẽtu, hic describitur timor, quem passus est in eius intuitu, & diuiditur in tres partes: primò in ordinando ante fratris aduentum totam familiam: secundò in declinando fratris sui comitiuam, ibi. *Dixitque Iacob.* Tertiò in recogitando diuinam gratiam, secundum quam à fratre liberatus fuerat ibi. *Et Iacob venit.* Circa primum. *Eleuans oculos suos Iacob.* Scilicet à longe ex aliquo loco alto. *Vidit venientem Esau, & quadringentos viros.* Nõ poterat videre Iacob quot erant, qui veniebant cum Esau ex loco, in quo stabat, sed iam sciebat a nunciis, qui ei prædixerant. Diuisitque filios Lyæ. Ecce qualiter Iacob caute se habuit secundum humanam prudentiam ordinando familiam nihil relinquens de eo, quod per humanam prudentiam poterat expleri: cætera autem dispositioni diuinæ cõmittens, de qua certus erat ex diuina promissione, & Angelica reuelatione, licet aliqualiter timeret humano timore. Sic. nos admonemur, vt in periculis, vel angustijs constituti quantum prudentia nostra sufficit ad euadẽdum agere debemus, dum peccati culpa non intercidat, qa quod sine peccato fieri non potest, in nullo casu audẽdum est. Deinde cętera committentes diuinæ prouidentiæ eum non tentabimus. Aliàs autem si quis petens aliquid humano agere consilio Deum expectat, vt per miraculum illud agat, Dei tentator est, & culpam non effugit. *Et posuit vtranque ancillam, & filios earum.* Scilicet, Asser, & Gad, & Nephtalin, & Dan: nã Asser, & Gad erãt filij Zelphæ ancillę Lyæ, & Nephtalin, & Dan erant filij Balæ ancillæ Rachelis, vt patet supra 30. cap. *In principio.* Scilicet ad maiorem impetum pugnæ si eueniret. Isti autem licet diligerentur à Iacob, quia filij sui erant, & vxores suæ, minus tamẽ diligebantur, quàm filij dominarum. *Lyam, & liberos suos.* Scilicet, Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Zabulon, Issachar, vt patet supra 30. cap. & 29. *Rachel autem, & Ioseph nouissimos.* Ponuntur solum Rachel, & Ioseph, quia nondum pepererat Rachel, nisi Ioseph: Beniamin autem natus fuit moriente Rachel in partu præ dolore, vt infra 35. cap. Vel fortè iste ordo fiebat sic propter dignitatem, vt monstraretur Esau prudentia Iacob ponentis in principio ea, quæ minus honoranda videbantur, deinde secundum gradum dignitatis vsque ad Rachelem, & Ioseph, qui digniores reputabãtur à Iacob. Sic enim fit in processionibus, vel alijs actibus, in quibus est aliquis ordo in ambulãdo, quia ibi digniores in fine, & alij secũdum ordinem, donec in principio sint illi, qui minores omnibus in dignitate sunt. *Et ipse progrediens.* Idest ante gradiens, scilicet, quòd Iacob ambulauit ante vxores suas, & filios inter vxores, & greges, & patet infra, quia Iacob veniens ad fratrem suum humiliatus fuit ante fratrem suum, & suscepit ab eo osculum: deinde accesserunt per ordinem ancillæ cum filijs vsque ad Rachelem, & Ioseph: ex hoc patet, quòd Iacob posuerit istos ordines in vxoribus, & filijs non principaliter, vt quæ cariora erant magis euaderent periculum, sed vt demonstraretur prudentia eius Esau fratri suo, quia si egisset, vt cariora magis reseruarentur, cum homo nihil magis diligat in rebus mortalibus, quàm vitam suam, vt ait Boetius de consola. lib. 2. Prosa 4. scilicet, cum igitur præcipua sit mortalibus cura vitæ retinendę, &c. ergo Iacob se posuisset in vltimo post Rachelẽ, & Ioseph cum magis se ipsum diligeret quàm Rachelem, & Ioseph, sed ipse præcedebat eos, vt patet hic: ergo nõ faciebat,

Diuisio capituli.

Quare nõ ponuntur nisi Rachel, & Ioseph.

Homo nihil magis diligit q̃ vitam suã.

ac i ebat,vt conseruarentur cariora,sed ad demonstrã F
dam prudentiam. Si tamen oppositum tenere volue-
ris non multum in hoc insisto. *Adorauit pronus.* In ter
ram humilians se vsque ad terram. Ista tamen adora-
tio non erat talis qualis hominibus dari consueuerat,
scilicet dulia,& licet hoc fieret ex timore, vt placare-
tur Esau tamẽ aliqualẽ colorem habebat, quia Esau
erat primogenitus secundum carnem licet ex dispo-
sitione diuina transierant primogenita ad Iacob. *Sep-
ties donec appropinquaret frater eius.* Magna humiliatio
erat ista,& non fiebat in eodem loco. Sed incuruauit
Humilia- se semel Iacob vsque ad terram,deinde modicum,p-
tio Iacob cedens iterum se inclinauit, & sic vsque ad septies.
ad Esau. *Currens itaque Esau.* Quia non patiebatur fratrem suum
totiens inclinari ad terram, quia non erat honestum
vni fratri,quòd alterum tantum permitteret humilia
ri, cum frater pietatis, amoris, & æqualitatis nomen G
sit. *Amplexatus est eum.* Signum generale amoris est.
Stringensque collum eius. Istud est signum specialis amo-
ris. *Osculatus flenit.* Fletus autem ex teneritudine amo
ris est,quando animus ad teneras prouocatur passio-
nes. In quo patet quòd Esau tunc tenere diligebat Ia-
cob, siue hoc fuerit specialiter à Deo factum, siue
quia iracundia Esau per temporis longitudinem de-
perierat,maximè quia generosi cordis est parcere hu
milibus,& eosdem diligere. Esau autem viderat Ia-
cob tantum inclinatum,quòd irrationabilis valde es-
set si non misereretur. In Hebræo super istam dictio-
nem,osculatus,ponuntur quædam puncta in omni-
bus Biblijs,quæ nihil agunt ad intellectum literæ. Et
Dictum dicit Rabi Salo. quòd ponuntur in signum,quòd quã H
Rab.Salo. do Esau osculatus fuit Iacob voluit eum mordere.
Sed hoc valde ridiculum est,& valde contra literam,
quæ demonstrat Esau susc episse libentissimè fratrem
suum Iacob. *Leuatisque oculis.* Scilicet Esau. *Vidit mulie
res & paruulos eorum.* Scilicet aliqua iter distantes. *Quid
sibi uolunt isti?* Idest quid est,quòd isti sic veniunt ordi
nati, vel qui sunt? *Et si ad te pertinent.* Idest nunquid
sunt tui? *Respondit paruuli sunt, quos donauit mihi Deus.*
Bene dixit, quia nullo modo est in potestate nostra
gignere filios, sed in voluntate Dei dantis hoc maxi-
mè,quia istos filios orationibus impetrauerat ipse, &
vxores eius,vt patet supra 29.& 30.cap.& hoc satis pa
tet ex verbis Iacob supra 30.c.nam cum Rachel irata
dixisset Iacob: da mihi liberos alioquin moriar: re- I
spondit Iacob: num pro Deo ego sum, qui priuaui
te fructu ventris tui? *Incuruati sunt.* Quia Iacob mãda-
uerat hoc omnibus suis vxoribus, & filijs vt incurua-
rentur ante Esau. *Extremi Ioseph,& Rachel adorauerunt.*
Quia isti veniebant in vltimo loco, & iste ordo pla-
cuit valde Esau. *Quæ sunt turmæ,quas obuiam habui?* Idest
quibus obuiaui: erant enim turmæ duæ,quæ supra di
stinctæ fuerant a Iacob,vt patet præced. cap. vt effuge
rent leuius, si aliquod sinistrum accideret, vel fortè
ex ista causa,quam assignauimus,scilicet, vt iste ordo
signaret prudentiam Iacob, & valde placeret Esau.
Vt inuenirem gratiam coram Domino meo. Sententia decur
tata est: est sensus ista mea sunt, sed ego misi co- K
ram me ad te,vt tu susciperes de illis,& sic inuenirem
gratiam in conspectu tuo. *Et ille.* Idest & Esau respon
dit. *Sint tua tibi.* Idest teneas tua pro te,quia ego in his
abundo. *Noli ita obsecro.* Scilicet respuere,quæ tibi li-
benter do. *Sed si inueni gratiam in oculis tuis, accipe munu-*
Quare vo *sculum.* Idest si tu diligis me,& gaudes de meo aspectu
cat hoc accipias hoc paruum donum. Vocat enim hoc mu-
munuscu- nusculum,sed satis est magnum munus, & solenne si
lum. consideretur in superiori cap. est tamen modus humi
liantis se, & non reputantis facta sua, & sic gratiosa
magis sunt munera ipsis recipientibus, q̃ si dates iacta-
rent laudando munera sua,quia tacitè extollitur sic,
vel deprimitur persona illa, cui datur munus: nam si
est munus magnum,& dicimus illud esse paruum si-
gnatur esse persona recipientis magna, cum illud mu
nus magnum in compararione eius paruum sit: è cõ
uerso autem si dicimus munus esse magnum,quia
significamus personam recipientem esse paruæ digni
tatis,de quo magis diximus supra 18. cap. de Angelis
Abrahæ hospitibus. *Sic enim uidi faciem tuam, ac si uide-
rem uultum Dei.* Potest stare ista litera per modum cu-
iusdam adulationis licitæ,scilicet, quia Iacob valde ti-
mebat Esau, vt eum placaret dixit se gauisum fuisse
in visione eius,quasi si videret Angelum Dei de cu-
ius visu valde consolaretur,vel potest intelligi, quòd
Iacob dixerit totaliter sicut corde tenebat, quia verũ
erat,quòd Iacob videns Esau fratrem suum,quem ni
mis timebat cum eum cerneret ita pacatum,& beni- G
uolum,vt fleret cum eo,valde lætatus est reputans se
esse à morte liberatum. Et non est sensus, quòd Ia-
cob desiderauit videre vultũ Esau quasi vultum An-
geli,immo valde refugiebat,sed necesse erat, qa Esau
veniebat ei obuius,sed cum ipse Iacob vidit Esau ve-
rum est,quòd lætatus est quasi videns Angelum,quia
iam pace perfecta fruer etur. *Esto mihi propitius, & suscipe
benedictionem.* Idest ex quo ego valde lætatus sum vi-
dendo vultum fratris mei rogo te,vt facias tantã mi-
sericordiam mecum,vt recipias munus meum. Ma-
gnam misericordiam sibi fieri reputabat Iacob si re-
ciperetur munus eius,quia receptio muneris demon
strabat,quòd Esau eum diligeret,vt dixit supra, Si in-
ueni gratiam in oculis tuis suscipe benedictionem de
manibus meis. Sed magnũ aliquid reputabat Iacob,q̃
Esau diligeret eum: ergo magna misericordia erat,q̃
eius munus reciperetur. *Benedictionem, quam attuli tibi.*
Idest munus de benedictione mea, scilicet de multi-
plicatione,quam Deus mihi dedit. *Vix fratre compellen
te suscipiens.* Idest, quòd Esau non intendebat recipe-
re,quia multa ei erant,sed fratre compellente per pre
ces recepit, & fortè licet Esau desideraret id munus
dissimulabat tamen,se velle recipere, vt non putaret
Iacob,quòd ideo exierit Esau in occursum eius,vt re
ciperet ab eo munera. *Gradiamur simul.* Euntes in ter-
ram meam Seir. *Dixitque Iacob.* Hic ponitur secundũ,
scilicet prudẽtia Iacob in fugiendo fratris sui comitiu-
uam, & licet Iacob non intenderet ire in Seir ad ha-
bitandum cum Esau,tamen noluit ei clarè dicere,ne
indignaretur. *Nosti Domine,quòd paruulos habeam.* Iacob
intendebat excusare se de societate Esau in nimere: &
ex hoc occasionaliter excusaret se de eius cohabita-
tione,& ideo allegauit pro se causam horum,scilicet,
quòd Iacob habebat pueros teneros, & fœtus ouiũ,
qui laborem itineris ferre non possunt,& si cogeren-
tur velocius moueri quàm decebat morerẽtur simul.
Esau autem,& qui cum eo erant venerant equitãtes;
multum ergo morarentur,si Iacob familiam expecta
rent. Recusabat autem Iacob morari cum fratre
suo in Seir, quia licet tunc benignè susc episset eum
timebat, quòd postea recordatus iniuriarum factarũ
in eum,scilicet,emptionis primogenitorum,& furto
surreptæ benedictionis moueretur contra eum in
malum. Vel fortè aliquis inordinatè zelans pro Esau
noceret Iacob,& rebus suis. *Morientur una die cuncti gre-
ges.* Idest multi de gregibus. hyperbole est,quia pro-
pter laborem immoderatum vnius diei non more-
rentur omnes greges simul. *Et ego sequar uestigia eius.*
Eundo per viam, per quam ipse iuerat. *Donec veniam
ad Dominum meum in Seyr.* Idest ad montem Seir ter-
ram Idumææ,in qua morabatur Esau.
Quæst. I. An Iacob mentitus hic fuerit.
Sed videtur, quòd Iacob mentitus fuerit hic, quia
promisit se iturum in Seir,sed non iuit, quia declina-
uit in Socoth; & in Sichem. Respondent aliqui, q̃ non

non est mentitus, quia quando Iacob ista dixit sic fa- A
cere intendebat,sed postea cõsilio habito reperit ma-
lum esse,& iudicauit non esse illuc eundũ, & sic licèt
falsum dixerit,mentitus tamen non est,quod requiri-
tur ad peccatum. Sic dicunt de Paulo, qui promisit se
venturum in Hispaniam, vt habetur ad Rom. 15. sed
Solutio postea nõ venit,quia ipse ante venire disposuerat, sed
Doctoris. Deus impediuit. Quod autem dicitur de Iacob satis
concedo, sed id quod supponunt de Paulo,q̃ non ve-
nit in Hispanias,nõ teneo licèt hoc asserat Gratianus,
vt patet in Decretis.22.q.2.c.beatus, quia maiores no-
stri chronotistæ oppositum tenent, quibus magis cre
dẽdum est,q̃ Gratiano. Hoc.n.ponit Isidorus: hoc idẽ
Lucas Rudẽ.in Chronicis. Hoc idem Ioãnes Aegidij
Zamoren. in lib.suo de laudibus Hispaniæ, & vr esse B
argumẽtum fortius pro parte ista,q̃ pro opposita. Lo-
cus.n.ab auctoritate negatiuè,nec est verus, nec verisi
milis,quid.n.valet: Nõ legit, q̃ venit beatus Paulus in
Hispanias,ergo non venit: magis.n.valet argumẽtum
3ria parte, Beatus Paulus promisit se venturum in Hi
spaniam: ergo credendum est, q̃ venerit, nisi oppositum
aliquo modo ostendatur,quod in nullo loco au-
tentico potest reperiri, quin reperiatur alius magis au
tenticus, qui affirmatiuè teneat. De Iacob autẽ fortè
melius dicetur,q̃ ipse nunq̃ intendit ire in Seir,nec ẽt
q̃ istud promisit,& sic mentitus est: fuit tñ istud mẽ
dacium officiosum, quod non est negandum fuisse in
Patriarchis, quia non fuerunt viri valde perfecti, quia
aliqui eorum mortalia peccata,& satis grauia cõmise
rũt. *Oro te vt de populo qui mecum est.* In hoc fuit satis Vr- C
banus Esau volens dimittere socios equites, qui co-
mitarentur fratrem suũ,vt sic eum saltem honoraret.
Non est inquit necesse. Videbat Iacob,q̃ idẽ impedimẽ-
tum esset ei si manerent cum eo aliqui de viris Esau,
quia illi adducerent eum in Seir, nec posset ab eis ho-
nestè immediatè declinare. *Hoc uno indigeo, vt inueniam
gratiam in oculis.* Idest ò frater mi satis est mihi, q̃ tu di
ligas me, nec indigeo,vt aliquam aliam rem mihi tri-
buas. *Reuersus est illa die.* Idest, q̃ illa die incepit reuerti
Esau in Seyr,licèt non eadem die accesserit illuc. Vel
fortè dicendum,q̃ eadem die accessit illuc, quia erãt
in principio diei, q̃ obuiauit Esau Iacob,& immedia
tè reuersus est, & quia sui comites equitando venerãt D
illa die, multum ambulare poterãt,maximè quia Idu
mæa prope erat,cum ista obuiatio facta esset apud Ior
danem, declinando autem inde ad latus australe mo-
dico spacio coniuncta erat Idumæa apud Bethoron
superius,vt patet in lib. de diuisione Terræ sanctæ,q̃
Socoth est in sorte Ephraim,circa Orientem terræ promissio
nis,vt patet Iosue 16.c.& patet, quia ascendentibus fi-
lijs Israel de Aegypto cum peruenissent in cades bar-
ne per terram Edon transitus erat, vt patet Numeri
20. cap. noluit tamen rex Edon consentire,sed Aegy
ptus est australis respectu terræ promissionis. Etiam
Idumæa est australis,cum sit inter Aegyptum, & ter-
ram promissionis. *Et Iacob venit.* Hic ponitur tertium,
scilicet Iacob bonitas in recogitando diuinam gratiã,
& hoc fuit,quia Deus eũ in omnibus direxerat, a La- E
ban eripuerat, & fratri suo reconciliauerat. *Venit in So
coth.* Nomen cuiusdam campi est,apud quendam lo-
cum habitatum, & non vocabatur ille locus ante So-
coth, sed ipse eum sic nominat, quia ibi fixit tentoria
sua, Socoth autem Hebraicè tabernacula signat. *Ae-
dificata domo.* Quia habuit intentionem manendi ibi,
& mansit ibi aliquanto tempore, & fortè per annos
decem, quia quando facta sunt ea, quæ narrantur ca-
pit. sequent. Iacob nouiter venisse videbatur apud Si-
chimitas, vt videtur ibi ex litera, in qua rex Sichimo-
rum persuadebat Sichimitas ad cõicationem cum Ia
cob,& filijs eius quasi nouiter venientibus, sed ipsi tũc
occiderunt Sichimitas: ergo magni erant, & p̃r aliquanto tpe manserat in Socoth. Hoc aũt infertur, qa q̃n ista, quæ j. seq. cap. narrant facta sunt, erant viri forte 22. vel ad minus 20. annorum Leui,& Simeon, q̃n occiderunt Sichimitas, sed q̃n ipsi recesserunt de terra Mesopotamiæ nondum erant annorum vndecim, vt patet supra 31. cap. & in seq. cap. dicetur. *Transiuitque in Salem vrbem Sichimorum.* Aliqui de Doctoribus nris volunt,q̃ ista vrbs Salem est, quæ vocatur Salin. Io. 3. cap. in qua baptizabat beatus Ioannes, sed non multũ apparet, quia Ioannes baptizabat in Iordane, vt Luc. 1. cap. Sed illa ciuitas non vr esse ibi, sed esse Sichẽ, vel apud Sichẽ. Constat tñ, q̃ Sichẽ non est apud Iordanem. Non põt etiam dici, q̃ sit ista Salem ciuitas, quę dr Ierusalem, in qua ante regnauerat Melchisedech, qui dicebatur Rex Salẽ, quia Ierusalem est ad partem Occidentalem terrę promissionis. Salẽ aũt de qua hic dr, erat in principio terræ promissionis post Iordanẽ, quia post istã venit in Sichen, & post in Bethel: ista autem loca sunt Orientalia respectu Ierusalem, quia distant ab ea per miliaria 20. i. decem leucas, vt patet in lib. de diuisione terræ Sanctæ. Dicunt aũt Hebręi, q̃ istud nomen Sale non est nomen propriũ ciuitatis, sed est nomẽ cõe signans pacem, dr. n. Salẽ, vel Salõ, pax: & est sensus q̃ venit Iacob in pace in vrbem Sichimorũ. s. in Sichẽ. Et hoc est, quia in itinere nullũ dãnũ, vel iniuria ei accidit. Et satis est hoc bene dictũ, sed in hac parte magis credendũ est Hieronymo, quã Iudæis, quia Iudæi locorũ ignari sũt. Hiero. aũt totã illam terrã, & loca, quæ narrant in libris sacrę Scripturæ cum sapientissimis Iudæis ambulauit: nec aliter Bibliæ locorũ variam pluralitatem trãsferre de Hebræo ausus est, q̃ loca illa proprio visu notaret, vt ipse ait in quoda̅ plogo super libros Paralipo. qui incipit Eusebius. Vr mihi dicendũ q̃ ista ciuitas, Salẽ est ciuitas Sichẽ, quæ binomia erat, sicut patet de multis alijs locis in sacra Scriptura; vt Bethel, qui vocat Luza, & inter dum Bethel, vt patet supra 28. cap. & Segor, quæ aliq̃n vocat Segor, aliq̃n Bala, vt patet supra 14. & 19. cap. Et non intrauit Iacob ciuitatẽ, sed mansit in cãpo, vt infra patet. *Vrbem Sichimorum.* Idest, q̃ Salẽ erat vrbs Sichimorũ. i. in qua habitabant Sichimitæ, & ponit hic Salẽ, & vrbem, vt exponens, & expositũ, quæ est terra Chanaã. i. iste locus erat primus, in quo moratus fuit Iacob, qui pertineret ad terram Chanaã: ex quo patet q̃ Socoth non erat in terra Chanaã, sed erat extra vltra Iordanem circa ipsum Iordanem, terra aũt Chanaam accipiendo eã propriè solum est illa, quæ est citra Iordanem ab Oriẽte, vt patet Num. 34. cap. vbi ponũt termini terrę promissionis, quia non trãsiuit Iordanem, vt patet Deute. 3. cap. accipiẽdo tñ largius terram Chanaã vbicunq; habitabãt Chananæi ẽt aliquæ terræ sitæ trans Iordanẽ ad Orientem eius dicuntur terræ Chanaã. s. terra in qua habitauit Rex Og, & terra in qua habitauit Rex Seon, quia isti duo erant reges Amorrhæi, & per ꝺ̃ns Chananæi. Habitabant tñ vltra Iordanẽ in terra quam possederunt post duæ tribus, & dimidia, vt patet Num. 32. & Deut. 3. cap. *Postquam reuersus est de Mesopotamia.* Aliqui libri hñt hic assignatum principium cap. sed non debet esse. Sciendum q̃ Mesopotamia accipitur dupliciter. Vno modo pro quadam ciuitate, quæ vocatur Harã, quę est inter duo flumina Tigrim, & Euphratem: vel pro quadam terra existente ibi cuius caput sit Haram ciuitas. Alio modo accipitur Mesopotamia, p ipsa terra Chaldæorũ, quæ magis distat à terra Chanaam quàm Haram ciuitas, siue Mesopotamia primo modo dicta. Hoc primo modo. s. pro ciuitate Haram siue Charra, quod idẽ est, accipitur cõiter in tota sacra Scriptura. Secundo modo tñ reperitur Iudit. 5. c. in narratione Achior cum

Salem ciuitas, quæ & vbi sit.

Iudæorũ opinio.

Hieronymi opinio

Doctoris opinio.

Situs terræ Chanaam.

cum dicitur: Populus iste de progenie Chaldæorum est, hic primum in Mesopotamia habitauit, quoniam noluerunt Deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum. Deserentes itaque cæremonias patrũ suorum, quæ in multitudine Deorum erant, vnũ Deũ coluerunt, qui & præcepit eis, vt exirent inde, & habitarẽt in Charam. vocatur autem ibi Charam id quod Harã, quod Hebræi vocant Mesopotamiam, seu Naran Naharain. Sed ibi videtur q̃ venerunt de Mesopotamia in Naran siue Charam, ergo non erãt ijdem. Et sic Mesopotamia non accipitur ibi pro Harã. sed pro terra Chaldæorum. Nam sicut supra 11.cap. in fine dicitur q̃ Thare cum Abraham, & Sara, & Loth, venit de Vr Chaldæorum in Haram ita Iudith. 5. cap. dicitur q̃ venerunt de Mesopotamia in Haram siue Charam, ergo Mesopotamia aliquando accipitur pro Vr Chaldæorum. Hic autem accipitur Mesopotamia pro Harã ciuitate, vt colligitur supra 29. & 31.c. *Et habitauit iuxta oppidum.* Idest iuxta oppidum Sichẽ. Ex hoc etiam patet, quòd illa ciuitas Salem erat Sichem, quia iuxta illam habitauit Iacob. Et vocat eam oppidum non determinando, quod oppidum fuerit, quia paulo ante illam ciuitatem nominauerit: & dicit hic, quòd Iacob habitans ibi emit partem agri à Rege Emor, qui erat Rex Sichẽ: ergo apud Sichem erat. Erunt ergo idem Salẽ, & Sichem. *Emitque partem agri, in quo fixerat Tabernacula.* Scilicet ad manendum. *A filijs Emor.* Emor erat Rex, vt patet seq. ca. & hic. vocantur autem filj eius non filij quos ipse genuit, sed subditi eius, q̃a maiores, & Dñi pr̃es dici p̃nt, q̃a subditorũ curã gerere dẽnt. Sic vocabanẽ Senatores Romani pr̃es ꝓscripti; de quo Boet. de ꝓsol. li. 1. ps̃a 4. sed nõ idẽ de pr̃ib⁹ merebamur, i. de Senatorib⁹, & l. 2. Met. 6.

Nouimus quantas dederit ruinas
Vrbe flammata, patribusque cæsis.

Idest Senatoribus. Et sic locutus fuit Ephron Hethæus cum vendiderit speluncam duplicem Abrahæ, vt patet supra 23.cap. cum dicitur agrum trado tibi, & speluncam, quæ est in eo præsentibus filijs populi mei. *Patris Sichem.* Nomen viri est hic Sichem, & nominatur hic, quia Dinam filiam Iacob oppressit, vt patet seq. cap. *Centum agnis.* Satis erat paruus ager, q̃ solum centum agnos valebat, sed credo, q̃ magnus erat, quia tali indigebat Iacob pro pascuis suorum pecorum. Dicendum ergo q̃ quia tunc terra nondum multum habitata erat, possessiones paruo precio vendebantur. *Et erecto ibi altari.* Ad gratias referẽdas Deo immolando victimas, quia ad solam inuocationem diuini nominis non erat necessarium altare. *Et inuocauit super illud.* Faciendo holocausta, & preces fundendo. *Fortissimum Deum.* Deus enim omnem perfectionem continet eminentem, sed interdum nominamus eum à quadam re, interdum ab alia, secundum effectus quos sentimus, & quia Iacob senserat Dei fortitudinem eripiendo eum à Laban, & mollificando cor fratris eius Esau: ideo eum fortissimum nominauit. *Fortissimum Israel.* Idest Deũ suum, qui erat Israel. Iacob enim vocabatur Israel, & non Iacob, vt patet præce. cap. & dicendo Deum Israel dicebat Deũ suũ.

Determinatio.

Dina ad videndum mulieres egreditur, & opprimitur: Sichimitæ circunciduntur: pro quorum occisione Iacob arguit filios. Cap. XXXIIII.

2.Reg.13. EGRESSA est autem Dina filia Lyæ, vt videret mulieres regionis illius. Quã cũ vidisset Sichẽ filius Hemor Heuei princeps terr̃ illius, adamauit eam, & rapuit, & dormiuit cum illa, vi opprimens virginem. Et conglutinata est anima eius cum ea, tristemque deliniuit blandijs. Et pergens ad Hemor patrem suum, accipe, inquit, mihi puellam hanc coniugem. Quod cum audisset Iacob, absentibus filijs, & in pastu pecorum occupatis, siluit donec redirent. Egresso autem Hemor patre Sichẽ, vt loqueretur ad Iacob, ecce filij eius veniebãt de agro; auditoq̃ quod acciderat, irati sunt valde, eò quòd fedam rem operatus esset in Israel, & violata filia Iacob, rem illici tam perpetrasset. Locutus est itaque Hemor ad eos: Sichẽ filij mei adhæsit anima filię vestræ. Date eam illi vxorem; & iungamus vicissim connubia: filias vestras tradite nobis, & filias nostras accipite, & habitate nobiscũ: terra in potestate vestra est, exercete, negociamini, & possidete eam. Sed & Sichẽ ad patrem, & ad fratres eius ait: inueniam gratiam coram vobis; & quæcunque statueritis, dabo: Augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis; tãtum date mihi puellam hanc vxorem. Responderunt filij Iacob Sichẽ, & patri eius in dolo, sæuientes ob stuprum sororis: non possumus facere quod petitis, nec dare sororem nostrã homini incircunciso, quod illicitũ, & nefarium est apud nos: sed in hoc valebimus fœderari, si volueritis esse similes nostri, & circuncidatur in vobis omne masculini sexus. Tunc dabimus, & accipiemus mutuo filias vestras, ac nostras: & habitabimus vobiscum, erimusq̃ vnus populus: si autem circuncidi nolueritis, tollemus filias nostras, & recedemus. Placuit oblatio eorum Hemor, & Sichem filio eius: nec distulit adolescens, quin statim, quod petebatur, expleret: amabat enim puellam valde, & erat inclytus in omni domo patris sui. Ingressique portam vrbis locuti sunt ad populum: viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscum; negocientur in terra, & exerceant eam, quæ spaciosa, & lata cultoribus indiget: filias eorum accipiemus vxores, & nostras illis dabimus. Vnum est quo differtur tantum bonum: si circuncidamus masculos nostros, ritum gentis imitantes, & substantia eorum, & pecora, & cuncta; quæ possident, nostra erunt, tantum in hoc acquiescamus, & habitantes simul, vnum efficiamus populum. Assensiq̃ sunt omnes, circuncisis cunctis maribus. Et ecce die tertio, quando grauissimus vulnerum dolor est: arreptis duo filij Iacob Simeon, & Leui fratres Dinæ gladijs, ingressi sunt vrbem confidenter: interfectisq̃ omnibus masculis Hemor, & Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam: quibus egressis irruerunt super occisos cæteri filij Iacob, & depopulati sunt vrbem in vltionem stupri. Oues eorum, & armenta, & asinos, cunctaq̃ vastantes, quæ in domibus, & in agris erant, paruulos quoque eorum, & vxores duxerunt captiuas. Quibus patratis audacter, Iacob dixit ad Simeon, & Leui: Turbastis me, & odiosum fecistis me Chananæis, & Pherezæis habitatoribus terræ huius. Nos pauci sumus: illi congregati percutient me, & delebor ego, & domus mea. Responderunt: Nunquid vt scorto abuti debuere sorore nostra?

Quatuor in hoc capitulo agantur.

EGRESSA. Descripta tribulatione Iacob illata à cognatis hic describitur, eius afflictio illata à vicinis, scilicet à Sichem filio Hemor opprimente filiam suam Dinam, & tanguntur quatuor. Primo ponitur zelus, & dolor pro Dinæ violatione: secundo dolus in mutua collocutione, ibi. *Locutus itaque est Hemor.* Tertio scelus, & iniquitas in Sichimitarum occisione, ibi. *Et ecce die tertio.* Quarto metus ex vicinorum congregatione, ibi. *Quibus patratis.* Ad primum. *Egressa est autem Dina.* Scilicet de domo paterna: mulieres enim propter sexus verecundiam non vagari, sed in domo manere debent maxime virgines. In hoc ergo culpa notatur Dinæ, quia *Dicitur egressa est.* Erat autem domus Iacob in agro extra ciuitatem Sichem, ibi enim fixerat tabernaculum, vt patet præced. cap. quia ciuitatem intrare nolebat, ne cum idolatris habitaret. Iuit etiam Dina incomitata viro, vel muliere, quòd nõ decebat puellam virginem. Fecit autem forte hoc, quia quasi furtim de domo patris egressa fuerat, quia nesciebat mater, quæ forte eam in ciuitatem ire non permisisset, & hoc timens Dina nulli indicauit, quo iret putans se cito redituram. *Filia Liæ.* Hãc enim peperit in fine omnium filiorum suorum, vt patet supra 30.cap. *Vt videret mulieres regionis illius.* Fuit enim curiosa in videndo, quia voluit videre ornatum terræ illius, & festa, quæ faciebant. Dicit enim Iosephus, quòd illa die erat festum, & congregabantur mulieres regionis illius, & fiebãt festa magna, & gaudia, Dina autem desiderauit forte emere ornatum mulierum terræ illius, vel quia ipsa nutrita fuerat in locis pastoralibus extra ciuitates, desiderauit illa die videre festa ciuitatis maximè in ornatibus mulierum, & hoc satis demonstrat textus cum dicit. *Mulieres regionis illius.* Idest non solum volebat videre mulieres ciuitatis illius, sed etiam mulieres totius regionis. Hoc autem est, quia tunc congregatę in eodem loco ad aliqua festa erant. *Quam cum vidisset Sichem filius Hemor.* Ab isto Sichem forte vocata fuit ista ciuitas Sichem, & hoc quia aliquando domini nominãt loca sua à nominibus filiorum suorum, vt patet de Cain qui nominauit ciuitatem primam, quam fecit ante diluuium à nomine filij sui Henoch, vt patet supra quarto cap. cum dicitur cognouit autem Cain vxorem suam, quæ concepit, & peperit Henoch, ædificauitq̃ ciuitatem, & vocauit nomen eius ex nomine filij sui Henoch. Sic ergo foret de Sichem. Et satis concordat, quia supra vocabatur Salem. Quia iste Sichem erat filius regis, & primogenitus eius, tanquã regi licebat facere quicquid volebat vnde faciliter potuit Dinam comprehendere, & opprimere. *Heuæi principis terræ.* Erant enim isti de genere Heuæorum. Est enim Heuæus vnus de septem populis habitãtibus in terra promissionis, de quibus multotiens in istis quinque libris Moysi. *Terr̃ illius Hemor.* Princeps erat ciuitatis Sichem, & non solum istius ciuitatis, sed etiam quarundam villarum, & viculorum, & totius territorij. *Adamauit eam.* Idest valde amauit eam. Quia forte vidit eam pulchriorem mulieribus terræ illius, quia illa nata fuerat in Mesopotamia, quæ est septentrionaliter, ideo frigidior & consequẽter mulieres terræ illius albiores, & speciosiores. Terra autem Chanaan satis calida est, quia est satis australis, cum Ierusalem, quæ est aliqualiter septentrionalis in terra illa habeat solum eleuationem Poli 32. gradus, & per consequens magnam propinquitatem versus æquinoctialem, quòd autem mulieres de Mesopotamia essent pulchrę, patet quia mulieres istorum trium Patriarcharum, quæ fuerunt de terra illa, erant ita pulchræ, quod ipsi erant in periculo propter eas. De Sara patet supra duodecimo & vigesimo cap. De Rebecca supra vigesimo. Rachel etiam pulchra erat, vt patet supra vigesimonono cap. *Et rapuit.* Raptus est quando puella virgo inuoluntariè de domo paterna educitur, vt cognoscatur secundum quod loquuntur iura humana, vt patet extra de raptoribus per totum. Non fuit autem sic factum Dinæ, quia ipsa de domo paterna egressa est, sed quia violenter cognita est, vocatur raptus. Sichem enim cum adamauit eam accessit ad eam amatorijs verbis demulcens plura dare pollicitus, cum autem nec sic Dina consentiret, quia in hoc pudica erat, Sichem amoris violentiam ferre non valens pro verbis viribus vsus est. *Dormiuit cum ea.* Cognoscendo eam carnaliter. *Vi opprimens Virginem.*

Chanaam est terra multum calida.

Quæst. 1. Quo dicit prius dormiuit Sichem cum Dina dein de oppssit eam?

Quomodo dicitur hic, quòd prius dormiuit Sichẽ cum Dina, deinde quòd oppressit eam, quia cum oppressio sit violatio virginis non sic dicitur post dormitionem ipsam cum virgine. Dico quòd ista non sunt diuersa, sed idem totaliter, & ponitur hic participium loco gerundij secundi, scilicet. *Vi opprimens virginem.* Idest dormiuit cum ea opprimendo eam, ita quòd ipsa oppressio, & dormitio cum ipsa idem fuerint. *Et conglutinata est anima eius cum ea.* Idest totaliter adhæsit anima eius animæ Dinæ eam ardentissimo amore, & inordinato amando, taliter enim incidit forma Dinæ in apprehensionem Sichem, quòd incurrit amorem fortissimum, qui dicitur amor hereos; est enim passio fortis, de qua multa medici, in qua etiam si amãs careat amato ad insaniam verti potest, nisi cito congruentia remedia adhibeãtur. Conglutinatio autem Sichem cum Dina satis apparet ex ijs, quæ fecit, vt infra habetur. Hoc autem raro accidit, quia vt communiter viri postquàm cognouerunt fœminas, quas nimio desiderio cupiebant, non ita ardenter feruntur in illas, sed contemnunt. Vnde accidit interdum quòd ille, qui nimio amore exarserat, nimio odio contra amatam post coitum exacerbetur, vt patet de Amon filio Dauid amante

Amor hereos quid.

Vu arden-

ardentissimè sororem suam Thamar, ita vt deperiret in amorem eius, sed postq̃ eā vi oppressit, maius fuit odiū, quo eam exosam habuit, q̃ amor, quo eam prius dilexerat, vt patet secūdo Reg. 13. De his autem latius dicetur Deuter. 9. cap. latissimè aūt de viribus, & cōditione amoris Deo dante dicetur 2. Reg. 13. cap. & ibi vide. Hæc autem superiora vera sunt, nisi fortè postea redeunte passione, qua existente nulla respuitur fœmina. *Triste*mque *blanditijs deliniuit*. Ideſt Dina tristata fuit, & Sichem consolatus fuit eam, quibusdam blanditijs amatorum. Fuit Dina tristata valde, quia maius bonum, quod mulierem preciosam facit, perdiderat, & inciderat magnam ignominiam, quia culpa sua hoc ei euenerat. Timebat etiam valde patrem, & matrē, quia sine eorum mandato & cognitione, sola venerat in ciuitatem. Sichem autem quia supra modum diligebat eam quasi animam suam cōsolabatur eam blan

Blanditiæ quid. ditijs. Dicuntur autem blanditiæ verba blanda amatorum, quia, s. promittebat ei Sichem eam accipere in vxorem, & facere maiorē dñam, quā pater eius, & fratres facere possent, & in hoc verum dicebat. Puella au tem licet non perfectè, aliqualiter tamen cōsolata est, quia putauit q̃ pater suus libenter daret eam in vxorē Sichem filio regis Hemor. Et non reuersa fuit Dina tunc in domū patris sui, sed mansit in domo Sichem, quia ipse nō permisit eam redire, & ipsa forte ausa nō fuisset. Et mirum valde est, q̃ cum Sichem tenuerit Dinam in domo sua, & ad libitum posset frui eius cōcubitu oībus istis diebus, quibus tractabantur fœdera, donec populus totus consensit circūcidi qualiter iam abundans sibi ipsi nō relinqueret eam, vt non subiret tantum dolorem ipse, & pater eius rex, & omnes viri ciuitatis. Quòd autem manserit apud Sichem puella, patet infra in litera, vbi dicitur, quòd cum filij Iacob occiderunt omnes Sichimitas, rapuerūt sororem suā de domo Sichem. *Accipe inquit puellam hanc in coniugem.* Nimius amor erat. Si enim anteq̃ eius frueretur concubitu pulchritudine eius illectus eam peteret in vxorem, mirandū nō esset, sed postq̃ eam forte multotiēs cognouerat tanto desiderio eam in coniugem postulare magnum satis videtur, inciderat enim in cū passio illa durissima, quæ dicitur amor hæreos. *Quod cum audisset Iacob.* Scilicet filiam suam fuisse raptam, & violatam. *In pastu pecorum occupatis.* Erant enim oēs viri pastores, & distabāt pascua à tabernaculo, nec aliquid horum audierunt. *Siluit.* Dissimulando factum, quia non poterat immediate remedium adhiberi. *Donec redirent filij.* Scilicet ad cibos sumendos, vel ad manendum forte in domo relictis gregibus apud alios pastores. *Egresso autem Hemor patre Sichem.* Patet hic qualiter multum instabat Sichem patri suo Hemor vt iret ad petendum illā puellam sibi in vxorem, quia eadē die, qua dictū fuit hoc Iacob, fortè in die, quo cōtingit raptus Dinæ, Hemor iuit ad Iacob, vt peteret eā in vxorem pro filio suo Sichem anteq̃ venirent filij Iacob de agro adhuc ipsis nihil huius rei cognoscentibus. *Ecce filij eius veniebant de agro.* In eadem die antequam aliquid de hac re cognouissent, & sic accidit vtrosque simul ad Iacob venire. *Irati sunt valde.* Quia magna iniuria erat in persona valde coniuncta, & magis adhuc dolebant de iniuria patris, quàm de iniuria sua, ideo sequitur. *Quia fœdam rem operatus sit in Israel.* Ideſt quia Sichem filius Hemor commisit aliquid valde turpe contra Iacob. Vocatur res fœda violenta virginis defloratio. Maximè, quia violator Gentilis incircūcisus erat, virgo autem violata Hebræa. *In Israel.* Scilicet contra Israel. s. Iacob, qui vocabatur Israel, vt patet cap. præced. & nominatur Iacob, quia cum esset pater puellæ defloratæ ad eum magis iniuria pertinebat. *Et violata filia Iacob.* Ideſt in violando filiam Iacob. *Rem illicitam perpetrasset.* Scilicet aliquid q̃ non licebat s̃m ius naturale, nec s̃m iura humana. *Locutus est itaque.* Hic ponitur secundum. s. dolus in collocutione. *Locutus est Hemor ad eos.* Ideſt ad Iacob, & filios eius. *Sichem filij mei anima adhæsit sorori vestræ.* Eam ardenter amando, & dicitur adhærere, quia amor transformat amantem in amatum, cum sit vinculum vnitiuū, & anima verius est vbi amat, quàm vbi animat. *Sorori vestræ.* Loquebatur Hemor ad Iacob, cuius erat filia Dina, & ad fratres Dinæ. Sed hic vocauit omnes illos fratres Dinę faciens denominationem à plurib⁹, quia fratres erant multi. Vel quia fratres videbantur magis dolere in aperto de ista defloratione quàm pater. Et Hemor præponens istud negocium valde cautus fuit, quia defloratione, quæ iniuriosa videbatur subticuit, ne in ipso verborum exordio eos ad irā prouocans totum negocium perturbaret. Sed proposuit ea, quæ bona erant, & satis suauiter audiri poterant. s. q̃ Sichem filius suus. s. filius regis adamauerat nimis Dinam, ideo rogabat, vt eam ei concederent in vxorē. *Et iungamus vicissim.* Ideſt mutuo vel in alterutrū. *Connubia.* Secundum modum, qui sequitur, s. q̃ filij Iacob acciperent vxores de Sichimitis, & Sichimitę acciperēt vxores de filiabus Iacob, & filiorum eius imposterum. Et sic persuadēdi modus erat iste, quia per istud connubium introducerentur omnia alia. *Filias vestras tradite nobis.* Loquebatur Hemor pro futuro, quia tūc nullam aliā filiam habebat Iacob, nec filij eius. *Et filias nostras accipite.* Loquebatur Hemor in persona totius populi Sichimitarum, & regionis illius, quia cum esset rex eorum continebat totum populum eminēter in virtute, & putabat se Hemor multū in hoc suadere filijs Iacob, quia illi erant iam viri, & nō habebant vnde acciperent vxores, nisi de Sichimitis, & innuebat Hemor q̃ si illi non consentirent in hoc coniugio nō permitterentur accipere vxores de terra illa. *Habitate nobiscum.* Ideſt inter nos in terra ista. *Terra in potestate vestra est.* Ideſt erit ad habitandum vbicunque volueritis, si duntaxat hoc faciatis, & loquebatur per modum præsentis de eo, quòd futurum erat. Nam non erat adhuc terra illa in potestate filiorum Iacob, vt habitarent vbicunque vellent, nec volebat hoc Hemor rex Sichimitarum concedere eis, donec consentirent in illud matrimonium. Sed quia si concederent illud fieri, certissimè ipse daturus erat omnia, quę dicebat. Licet futura essent loquebatur de eis per modum præsentis, quia præsens notat aliquid certū. *Exercete eam.* Ideſt excolite plantando vobis vineas, & hortos, & agros limitādo. *Et negociamini.* Ideſt etiam si volueritis habeatis officium negociatorū, ideſt mercatorum. *Et possidete eam.* Ideſt sit in potestate vestra ad faciendum de ea quicquid libuerit. *Sed & Sichem.* Videns autem Sichem filius Hemor quòd loquente patre suo taceret Iacob, & filij eius, putauit eos aliqualiter fore suasos ad hoc, ideo etiam ipse addidit alia verba allicitiua promittendo magnam dotem. *Ad patrem, & fratres eius ait.* Non ponitur hoc ad patrem specialiter quasi ante Hemor nō locutus fuisset ad patrem Iacob, quia non erat verisimile quòd præsente Iacob loqueretur ad filios, & nō ad patrem. Sed ponitur hic ad patrem, quia nunc incipiebat loqui Sichem filius Hemor, vt videretur cui loquebatur. *Inueniam gratiam in oculis vestris.* Ideſt rogo quòd faciatis hoc, quod dico. *Et quæcunque statueritis dabo.* Scilicet de puella dotanda: nō enim esset in hoc aliqua cōtentio, quia Sichē ditissimus erat cū esset filius regis, potterat ergo dare quicquid peterent. *Augete dotem.* Ideſt petatis quantū volueritis pro dote. Dicit augete quia augmētū est q̃ aliud crescit supra debitū, & æquale. Sic ergo dicebat Sichē. *Augete dotē.* i. nō solum dabo dotem

dotem æqualem vel rationalem si petatis, sed etiam si petatis supra iustum dabo. Sciendum quòd dos est illud quod datur viro ab vxore sua, quando contrahūt matrimonium ad sustentanda onera matrimonij. Donatio propter nuptias dicitur, quod vir donat vxori quando contrahunt matrimoniū ad eandem causam, vt pater extra de dote post diuortiū restituenda. c. nuper in §. vltimo. Sic patet. C. de donationibus ante nuptias. l. 1. & l. vltima. Hic tamen dicitur. *Augete dotem.* Et accipitur pro ipso quod Sichem daturus erat, & nō pro eo, quod daturus esset Iacob cum filia sua Dina, quia Sichem filius regis Hemor nihil petebat cum ea, sed solam eam habere volebat. Ideo dici pōt dupl⁹, vno modo quòd dos accipitur pro donatione propter nuptias, quæ se tenet ex parte viri, ita quòd accipiatur dictio ista impropriè sicut sepe in scriptura mutantur multæ dictiones à suo significato cōi, cum etiam ipsa iura interdum corrumpant proprietatem ipsorum vocabulorum, & sic solum stabit dos pro donatione pp nuptias, quæ se tenet ex parte viri. Alio modo, & verius atque congruentius literæ potest stare, q̃ accipiat dos proprie. s. pro ipsa pecunia, quam dant puellæ, q̃si nuptui tradunt, & est pecunia illa ad sustentādā onera matrimonij, & est ipsius puellæ, & si cōtingat quauis occasione matrimonium seiungi, quòd dos reuertit ad puellam, cum sua sit. Sichem autem offerebat se ad dandum istam dotem. s. quòd non solum daret donationē propter nuptias, quæ se tenebat ex parte sponsi, quam dāt omnes viri, sed etiam quòd ipse daret dotem puellæ. s. quòd sicut Iacob erat daturus certū quid ipsi Sichem cū filia sua Dina loco dotis ad onera matrimonij sustinenda, & quòd illa pecunia esset puellæ tradita in matrimonium, ita ipse Sichem cōstituebat pecuniam quantamcunque ipsi vellent quam acciperet puella pro se loco dotis, quam dare debebat ei pater suus. Et quòd proprietas illius dotis ad puellam pertineret, & ad hoc plura possunt mouere. Primum quia iste Sichem violenter puellam oppresserat: erat autem lex tempore Hebræorum, vt patet Exod. 22. c. & nunc est, vt patet extra de adulterijs, & stupro. cap. 1. quòd si quis seduxisset puellam, dormiuisseque cum ea, dotaret eam, ideſt daret ei dotem, quam ipsa, & pater eius daturus erat, & acciperet eā in vxorem. Si autem pater eius dare voluisset, dabat corruptor dotem puellæ, secundum quòd accipere consueuerant virgines. Poterat ergo ista lex tunc esse, & satis verisimile est, ideo cum Sichem violasset puellā, volebat subire istam legem, & dare non solum donationem propter nuptias, quam aliàs daturus erat, sed etiā dotem puellæ, quæ esset pro ipsa puella. Item patet, quia dicit hic Sichem, augete dotem, quasi quòd in hoc aliquam gratiam faceret cognatis puellæ. Si tamen intelligeretur de donatione propter nuptias, nulla gratia esset, quia proprietas huius manet penes virum, ergo intelligitur de dote danda puellæ. Item quia cum ipse esset filius regis, nullus dubitabat, quin ex parte sua daret quicquid possidebat ad sustentationem matrimonij. Sed dubitabatur si vellet dare aliquid loco puellæ, ideo de hoc dicitur hic. *Munera postulate.* Ideſt non solum petatis dotem pro sorore vestra, sed etiam petatis pro vobis dona, quia quicquid postulaueritis dabo. Erat enim consuetudo quod sponsus daret munera cognatis sponsę, vt patet supra 24 cap. de Eliazer, qui dedit munera cognatis Rebeccæ, quando eam accepit in sponsam pro Isaac. *Libens tribuam quod petieritis.* Non enim erit in hoc aliqua mora si eam mihi concedatis. *Tantum.* Ideſt solum. *Date mihi puellam in vxorem.* Non petebat cum ea dotem, quia ipse diues valde erat, maximè quia ipse dicebat se dotaturū puellam s̃m petitionem oīum cognatorum, cū dixit

Dos q̃d sit

In duplici acci-pitur.

augete dotem, munera postulate. *Responderunt filij Iacob.* Licet Iacob præsens esset huic collocutioni, vt paret supra, tamen nō respondit, sed filios respondere permisit. *In dolo.* Quia ponebant conditionem cum Sichimitis, qua stante darent sororem suam, & nō intendebant eam dare, sed Sichimitas per hanc cōditionem fallere, Iacob autem non consensit in hoc dolo, nec conscius fuit, vt paret infra 49. cap. s. in cōsilio eorum non fuit anima mea, quando loquitur cōtra Simeon, & Leui. Et videtur quod postq̃ proposuerūt Hemor, & Sichem intentionem suam, non statim responderunt eis fratres Dinæ, quia non videbatur honestum, q̃ in negocio ita arduo sic præcipitanter, & sine præhabito consilio responderent, ideo recedentes ad modicum spacium inter se consilio habito istā fraudem machinati sunt; & patet hoc, quia aliter non poterant omnes fratres Dinæ sic respondere nisi cōsiliū ante fecissent, quia licet vnus hoc imaginaretur non imaginarentur cæteri: & dato q̃ cæteri simul in hanc fraudem inciderint imaginādo, tamen non constaret alicui eorum, q̃ omnes sic imaginabātur, ideo nullus eorum sic auderet pro omnibus respondere. Et si dicas quòd antequàm veniret Hemor consiliati fuerāt, hoc non potest stare, quia non poterant consiliari de eo, quod nullo modo præsumebant. Item patet hoc infra 49. cap. vbi dicit Iacob contra Leui, & Simeon in consilio eorum non fuit anima mea: ergo consilium de hoc inierunt. *Sæuientes ob stuprum sororis.* Dolor magnus & rabies mouebat eos ad istam fraudem, cū aliter se vindicare non possent. Dicitur stuprum virginis defloratio, siue voluntaria, siue inuoluntaria; ista tamen adhuc addebat super stuprum, quia inuoluntarie facta est, ideo maior erat iniuria. *Non possumus facere.* Scilicet de iure. Id enim possumus quod de iure possumus, ideſt non est nobis honestum hoc facere, nisi sequenti conditione. *Sororem nostram dare homini incircunciſto.* Erat enim Sichem incircuncisus, quia Gentilis erat. Et dolus erat in hoc, quia isti non proponebant circumcisionem quasi zelatores eius, ita q̃ vellent attrahere Sichimitas ad Dei cultum, sed vt eos sic occiderent, vt infra patet: grauiter ergo peccauerunt, ideo grauiter increpati fuerunt a Iacob post ea, vt infra 49. cap. *Quod illicitum est.* Ideſt contra ius, & consuetudinem nostram, & in hoc verum dicebant, quia Deus fecerat eos peculiarem populum sibi per circumcisionem, vt patet supra 7. cap. ideo non erat licitum quòd semen sanctum coniungeretur idolatris: sed isti proponebant bonum ad malam intentionem, ideo nihil merebantur, sed potius demerebātur, cum de hoc grauiter admoniti sunt, & increpati, vt patet infra 49 cap. melius ergo fuisset bonum non dicere, q̃ ad finem mali dicere. *Et nefarium.* Ideſt abominabile: aliqua enim sunt illicita, quæ non sunt nefaria, vt fornicari, & diuitias, & honores indignos cupere, sed non sunt sic omnia, quia quædam sunt alia vitia, quæ mala & nefaria sunt, vt cōcubitus sodomiticus, vel cū pecoribus: dare aūt Hebræam mulierem homini incircunciſo non solum malum erat, sed etiam abominabile, quasi ꝺ naturā, & eorū cōem legē, quæ præcipuè à Deo data fuerat, ideo frangere eā existimabant esse valde magnum peccatū, sicut facere idolatriam, vel similia, quę sunt multum ꝺ nostrā opinionē. *Si in hoc valebimus fœderari.* Ideſt ista conditione appositā poterimus vobiscū cōiungere fœdera cōiugiorū. *Si volueritis nostri esse similes.* Ideſt vt sius circuncisi, sicut nos. *Vt circūcidatur in vobis omne masculini sexus.* Sic n. data fuerat eis à Deo cōstitutio, vt patet ſ. 17. c. & in oīb⁹ his iustū petebāt filij Iacob, sed malo aīo, ideo demerebant. *Erimusq̃; vnus populus.* Rectè dicebāt, quia vt ait Philosto. 3. Polit. ad hoc q̃ aliqs sit ciuis, requrit q̃ participet legis

Quædam sunt illicita, quæ nō sunt nefaria.

Stuprum quid.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus ciuitatis, & principatu saltem concionatiuo, idest quòd possit dare vocē suam in concione, idest in concilio, quando aliquid agitur de statu communitatis. Eodē modo requiritur ꝙ ad hoc, ꝙ aliqui sint ijdem ciues inter se, ꝙ participent eisdem legibus, & eodem genere principatus. Quia ergo Iudei quasdam leges speciales habebant, non possent esse perfecte vnus populus, donec Sichimitæ tenerent easdem leges, quas Hebræi. de circūcisione, & sicut laborauerat Hemor, & Sichem, vt illi ad dandum sororem suam in vxorē Sichem consentirent, ita ipsi laborauerunt, vt suaderēt Sichimitis, vt sic de eis vindictam sumere possent. *Tollemus sororem nostram.* Non viribus, quia impares se esse putabant, sed talem, qualis est, accipiemus eā, quia vos nobis eam dabitis nolentes nos magis grauare. *Et recedemus.* Scilicet à terra ista ad habitandum in aliam regionem. *Placuit oblatio eorum Hemor.* Idest oblatio sororis in coniugem cum illa conditione. *Nec distulit adolescens.* Scilicet Sichem, quia immediate circuncisus est, & subditur causa. *Amabat enim puellam valde.* Idest licet circuncidi dolorosum esset maxime viris perfectis, & magnis, tamen quia diligebat, satis facile ei visum est; amanti enim nihil difficile est. Sic enim habetur Cant. 8. cap. fortis est vt mors dilectio; immo morte fortior, quia verè amantes magis volunt mortem, quàm amoris pati dispendia. Sic probat Seneca Tragedia quarta, quæ dicit Hippolytus, & supra etiā 29. cap. sic dicebatur, quòd cum seruiret Iacob pro Rachel septem annis videbantur ei esse dies pauci prę amoris magnitudine. *Et ipse erat inclitus.* Idest honestior, vel famosior. *In omni domo patris sui.* Quia ipse primogenitus erat, & regi patri suo iure hæreditario succesturus in regnum. Et ponitur hoc ad indicādū qualiter potuerit persuaderi Sichimitis, ꝙ hoc facerēt se circuncidentes. s. quia iste erat futurus rex eorū post mortem patris rebus recte se habentibus, ideo ei tanq̄ iam regnanti obedire volebāt, maximè quia rogabat, & si forte aliquis de Sichimitis ei precanti restitisset postq̄ rex foret alia quæsita occasione eū delere posset, pręcipuè cum Hemor pater eius, qui tunc regnabat, hoc idem Sichimitas exorabat. *Ingressi portam vrbis.* Scilicet Sichem & Hemor, qui iam veniebant gaudentes habita responsione filiorum Iacob. *Locuti sunt populo.* Congregantes totius ciuitatis concilium, & dicitur *Ingressi portam ciuitatis.* Quia concilium ciuitatis ad portam vocauerunt. Sic enim erat consuetudo illius temporis, vt iudicia, & congregationes fierent in portis, vt diximus supra 23. cap. *Viri isti pacifici sunt.* Idest non veniunt ad explorandum patriam nostram, vel insidiandum nobis. Principiū autem persuasionis ad aliquam ciuitatē hoc est. s. esse pacificos viros, quia communis regula est, quòd ea, quæ obuiāt statui politico repellantur: maximum autem bonum politicū est pax ciuitatis, in qua quilibet rerū suarum Dominus est, & omnes iocundantur, & magis abundare diuitijs, & delectationibus possunt quàm alias. Sicut dicitur de tempore Salomonis regis, qui imperauit in diebus pacis, vt patet Ecclesias. 47. cap. & 3. Reg. 4. cap. quia omnes gentes terræ illius ei subiectæ erant, & regnabat confidenter nullo perturbante, ideo sequitur in eodem cap. Habitabat Iudas, & Israel confidēter vnusquisque sub vite sua, & sub ficu sua absque vllo timore, vt patet eod. cap. Quod ergo repugnat paci politicæ tanquàm summum malum totis viribus propulsandum est. Primo ergo remouit Hemor istud primum inconueniens, & maximum dicens. *Viri pacifici sunt.* Scilicet de quibus nihil mali, aut suspicari, aut formidare possitis. *Et volunt habitare nobiscum.* De quo proueniet nobis magna vtilitas, vt patet per ea, q̄ sequuntur. *Negotientur in terra.* Idest bonum est, ꝙ negocientur. Non dicebat hoc Hemor præcipiendo, sed suadendo & consulēdo, vt ad aliquid eos traheret. *Quia spacioſa eſt, & cultoribus indiget.* Ista erat vtilitas, qa terra illa melior, & vberior fieret cum tota coleretur multiplicatis habitatoribus, q̄ si partim inculta maneret, vt tunc erat. Etiam quia magis contra hostes terram defendere possent si multiplicarētur quàm aliàs. *Vnum eſt, quo differtur tantum bonum.* Idest vna sola conditio est, quæ impedit ne tantū bonum fiat, vel differt, idest prolongat, ne fiat donec ipsa compleatur. *Si circuncidatis tantum.* Idest solum. *Masculos veſtros.* Idest vos, & filios vestros. q.d. hæc res sola est, & parua, quæ nos à tāto bono prolongat. *Ritum gentis imitantes.* Idest ꝙ nos efficiamur imitatores eorum, quantum ad istū ritum specialem, quem gens ista obseruat. *Tantum in hoc acquieſcamus.* Idest non petunt aliquid, nisi hoc qđ satis paruum est ad tantum bonū, quod inde sequitur ideo acquiescere debemus. *Subſtantia eorum.* Idest tota supellex. *Et pecora eorum.* In quibus maiores diuitiæ erant. *Et cuncta, quæ poſſident.* Ad comprehendendum generaliter. *Noſtra erunt.* Idest communicando cum eis bona sua transferentur ad nos, & bona nostra ad illos, quia talis est natura cōicationis, maximè quia amici nostri erunt, & amicorum bona cōia esse eis videntur, cum & ipsi amici inter se idem sint, vt habetur per Arist. 9. Ethic. s. amicus est alter ipse. Et Tullius in lib. de vera amicitia ait: Vera amicitia est idem velle, & idem nolle in rebus licitis, & honestis. Nec intelligēdum ꝙ Hemor, & Sichem dixerunt, ꝙ bona iudæorum deuolui debent ex pacto ad Sichimitas, qa hoc nullo modo crederent Sichimitæ, quia nec stultissimi virorum hoc facerent. Quidam autem Iudæorum volentes excusare filios Iacob aliter exponūt ista literam inducentes eā ita, ꝙ filij Iacob non commisissent dolum, nec aliquo modo peccassent. Et quando arguitur contra eos de hoc, quod dictum fuit supra. s. responderunt in dolo, dicunt ꝙ dictio hebraica hic posita, aliquando signat fraudem, aliquando cautelam, vel prudentiam. Et sic est sensus, ꝙ isti responderunt in prudentia. s. volentes per istum modum occasione inuenta reducere Sichimitas ad circūcisionem, vt colerent vnum Deum, quod valde bonum erat: quādo autem arguitur cōtra eos; quare ergo occiderunt Sichimitas, cum hoc non liceret? Dicunt ꝙ filij Iacob a principio verè intēdebant dare sororē suam in vxorem Sichem obseruata conditione circuncisionis, sed quia post viderunt Hemor, & Sichem fecisse dolum contra eos, quia dixerūt Sichimitis, ꝙ omnia bona filiorum Iacob deuoluerentur ad eos, quia supra dicebatur. *Cuncta, quæ poſſident, noſtra erunt.* Exponunt enim vt diximus. s. ꝙ Hemor, & Sichem dixerant, ꝙ pactum fuerat bona Iacob, & filiorum eius deuolui ad Sichimitas, & per hūc modum reduceretur in seruitutem Iacob, & filij eius, quòd intelligētes filij Iacob cernentes, ꝙ fides pacti eius infringeretur, ipsi quoque nō custodierūt pactum, quia frangenti fidem fides frangenda est, vt naturalis ratio dictat, & iura humana decernunt extra de iure iur. c. peruenit secundo. Sed ista positio Iudæorum nulla est, cum repugnet textui. Quantum ad primum qñ dicunt ꝙ non cōmiserūt dolum, sed fecerunt prudenter intendentes ducere Sichimitas ad circūcisionem, falsum est, quia immediate subditur. *Sæuientes propter ſororis ſtuprum.* Idest quòd isti committebāt istum dolum, quia valde irati, & sęuientes erant propter stuprum commissum in sororē suā, & quia clarè, & per vires non poterāt vlcisci, per dolū parabant. Si autem dicant ꝙ filij Iacob locuti sunt prudenter. s. vt reducerent Sichimitas ad circūcisionem, qūo poterunt applicare id, quod subditur. s. sęuientes ob stuprū sororis suæ? Quia dolor de stupro commisso in

Expoſitio Iudæorū.

An Simeō & Leui eo ſum malū commiſerint cōtra Sichimitas.

Quare dr ingreſſi portam ciuitatis.

soo in sororē nō erat cā quare filij Iacob zelarēt cultū Dei intēdētes deducere Sichimitas ad circūcisionē. Ad aliud qñ dñr ꝙ a principio nō intēdebāt filij Iacob occidere Sichimitas, nō oporteret multū argui, qa satis vr falsum: nā si filij Iacob dolosē fecerūt loquentes ad Hemor, & Sichē sęuiētes pp stuprū sororis suę, satis patet ꝙ intēdebāt nō implere pactū, sed occasione habita p pactū occidere Sichimitas: qa aliàs si dēt, ꝙ filij Iacob nō intēdebāt a principio occidere Sichimitas, nulla alia dolositas ibi assignari potuisset. Item qa Iacob increpauit filios suos Leui, & Simeon, q fuerūt inducēres alios ad hoc, vt patet infra 49. c. dicens. Simeon, & Leui fratres vasa iniqtatis bellātia in cōsilio eorum non veniat anima mea, & in cętu eorum non sit gloria mea.

Quorundā Iudęorū obiectio.

Ad hoc autem respondent quidam Iudæi extendentes illum passum de vēditione Ioseph, & partim de occisione Sichimitarum. Sed hoc nihil est, quia in venditione Ioseph non fuerunt Leui, & Simeon principales, sed Iudas, q̄ sñauit eū esse vēdendū Ismahelitis, & tñ Iudas nullo mō vituperar̄ pp hoc, vt patet in eod. c. Isti aūt duo soli vituperantur. Et cōcordat valde huic literæ qñ infra dr arreptis Simeon, & Leui duo filij Iacob fratres Dinæ gladijs ingressi sunt vrbē cōfidēter interfectis oīb⁹ masculis Hemor. Etiā qa in cō 49. c. vocant vasa bellātia, sed solū vasa iniquitatis, de veritate tñ illi⁹ passus magis dicēt inf. 49. c. Sed adhuc nō stat rñsio illorū: qa in fine hui⁹ c. Iacob redarguit filios suos, qa occiderāt Sichimitas, qđ nō feciset Iacob si filij sui iuste occidissent Sichimitas. Volūt aūt quidā Iudęi rñdētes ad hoc, ꝙ Iacob reprehendit Simeon, & Leui de crudelitate nimia. s. qa p tam paruo pcō tātā vltionē exercuerūt, & nō reprehēdit eos de dolositate. Sed adhuc nō stat hoc: qa si fecissent filij Iacob sine dolo occidētes Sichimitas pp pacti violationē, tñ dissent se excusantes obsiciendo dolositatē, & fractionē pacti ex parte Sichimitarū: quia ista cā legitima aliqualiter videret, sed non rñderunt defendentes se quadā leui, & frīuola rōne. s. ꝙ nō debuisset Sichē abuti sororē sua, vt scorto. Paret n. ꝙ ista rō nullius vigoris erat. Si n. añ pactū mutuū cū Hemor, & Sichē fecissent istā vltionē, adhuc aliqualiter excusabiles essēt, sed post facto pacto pacis ītēr vtrosque, nō potuit nisi proditorie talis fieri occisio. Paret ergo ꝙ isti opposuerūt in sui defensionē hāc friuolā rōnē quasi nullā aliā meliorē p se habēres. Itē qa falsum est, qđ dāt exponētes literā. s. ꝙ Hemor, & Sichē dixerint oīb⁹ Sichimitis ꝙ bona Iacob, & filiorū suorū trāsferri deberēt ad ciuitatē Sichimorū. Paret falsitas, qa Hemor p suasit Sichimitas, ꝙ cūcta q̄ possidebāt Iacob, & filij eius pūnerēt ad eos siue essēt sua. Sed nulli Sichimorum suaderi potuisset, ꝙ Iacob nec filij sui talia pepigissent: qa nullus hō nisi stultissim⁹ esset, q̄ oīa bona sua alteri daret, vt fieret vnus ꝯctus cōiugij inter aliàs pśonas distinctas: qa tūc nihil maneret Iacob, & filijs ei⁹, nec ad accipiēdū vxores, vt dixerāt Sichē, & Hemor, nec ad viuēdū in terra illa. Itē dato ꝙ Hemor & Sichē dicerēt, ꝙ oīa bona Iacob, & filiorū ei⁹ trāsferrent ad ciuitatē, nō pp hoc frāgebāt pactū: qa in pacto nō fuerat positū, vt talia non dicerent: ideo licet in dicēdo ad malā intēt̄ionē male ageret, tñ nō frāgebāt ex hoc pactū: quia circa talia nihil cōuētū fuerat. Itē licet aliqua talia posita forēt inter ipsos. s. ꝙ nocerēt sibi in alterutrū, & dicerēt Hemor, & Sichē ista: qa tñ nō faciebāt, sed solū dicebāt, non erāt pacti violatores, quare ex hoc nō debuissent Hebręi insurgere ad exercēdū tātā vltionē: iō nō debuissent occidere Sichē, & Hemor. Itē dato ꝙ istud pactū in hoc violatū diceret, Sichimitæ nihil violauerāt, sed soli Hemor, & Sichē: ideo ipsi soli mori debuissent.

Determinatio.

Quæ requirantur ad ciuitatis & populi vnitatem. Cap. 5.

Alph. Tost. super Gen.

Quid aūt meruerant miseri Sichimitę? Itē litera hoc vult innuere cū infra dicit: Arreptis duo Iacob filij Leui, & Simeon fratres Dinę gladijs. Hic n. dr ꝙ isti speciali'r moti fuerūt ad exercendā interfectionē illā, qa erāt fratres Dinę: ergo vr ꝙ nō fiebat ista occisio pp pacti violationē, sed pp sororis suę stuprū, vt supra dictū est. Cōcludit ergo vt supra eos ꝓditoriè egisse, & valde peccasse. *Et habitātes simul vnū populū efficiamus.* Dicit hoc qa añ hoc Iacob, & filij eius non habitabāt intra męnia Sichē, sed in agro nō multū ab oppido distāti, vt patet prę. c. ī fi. *Vnū efficiamus populū.* Per vnitatē loci, & legū. Requirit̄ n. primū ad ciuitatis, vel populi vnitatē loci idētitas, vt patet 3. Polit. Requirit̄ secūdo vnitas legū, qa dato ꝙ duę ciuitates cōiūctę cingantur vno muro super inducto, si tñ nō sit eis legū idētitas, nunq̄ sūt vna ciuitas: vt ait Philosoph⁹ 3. Polit. c. 5. ꝙ si qs super inducat vnū murū Megaræ, & Athenis, q̄ prope sunt nō faciēt eas vnā ciuitatē, qa legib⁹, & morib⁹ distāt, & in illo c. Arist. perfecte tractauit de oībus, q̄ faciūt ad pfectā rōnē idētitatis ciuitatis. *Aſſenſi ſunt oēs.* Idest cōsenserūt: est. n. cōsentior, cōsentiris, deponēs verbū aliq̄n, & signat id, qđ assentio qñ est neutrū: & patet per Boetiū de cōsola. lib. 3. prosa 11. vbi ait, assentior, inqt. *Et circunciſis cūctis maribus.* In ciuitate Sichē, senibus, iuuenibus, & pueris cū infantibus. O amor, immo insania amātissimi Sichē, quid. n. tātus ardor cordis tui medullas exussit, vt inclytus vir filiusque regis existēs circūcisioni te subijceres Hebræorū, vt vilissimam puellam, quam tu totiens ipse fędaueras in coniugium sortireris? Quid enim tu miserande senex Hemor in senectute mala in tantam amētiam raptus es? cur ò stolidissime hominū sic tua p̄cordia ęstuarūt, vt vnius stultissimi, ac delicatissimi iuuenis volūtati cōsentięs venerādā canitiē tuā cōmaculās, regiā exueres dignitatē, ꝯ leges patrias, institutaque maiorum in decrepita ætate circūcidi patereris gētē tuā, & regnū ob inhonestā cām seruituti subijcēs Hebręorū. O inquā grauis amētia. Nec. n. mirādū fuerat Sichē delitiosum iuuenem ad vnius aspectū puellę intra prę cordia vulneratum, nisi tu quoque eius stultitiam excessisses. Quid postremo, inq̄, ò miserādi, miserabilesque Sichimitæ: immo vt verius dicā, ò stolidissimi ipsiq̄; stultitia stolidiores, quis vos fascinauit, vt propria libertate relicta Hebræorum legibus dolorosis, vobisque multum opprobriosis contra patriæ consueta ob turpissimā caudam colla subderetis? Nunquid deliciosus iuuenis libidinis impatiens, nunquid amantissimus senex. hæc enim cōtemni debuissent. Sed nescio quomodo caligastis. væ ergo terrę cuius rex stultus est, & omnes subditi eius vehementer insaniunt. miseri igitur qui pariter insanistis, in stultitia vestra pariter corruetis, summę amentię pręmium reportantes.

Et esce in die tertio. Hic ponitur cędus in Sichimorum interfectione. *Quando grauiſſimus vulnerū dolor eſt.* In plagis enim generaliter dolor maior est tertio die quàm primo, & secundo, in tantum vt vulnerati se mouere non valeant, & specialiter in hoc membro, quia magni insurgunt dolores. Nouerant filij Iacob per experiētiam, & per dicta maiorū suorū, ꝙ maior dolor die tertio circūcisionis est q̄ alijs diebus: ideo tūc inuaserunt Sichimitas tanq̄ inermes, & se nō valentes tueri. *Arreptis duo Iacob filij Simeon, & Leui gladijs.*

Quæſt. 2. Cur nō potuit primo Rubē, cum esset maior.

Quare ponuntur isti magis q̄ alij fratres cū Ruben maior ętatis, & primo poni debuisset? Rñdet ꝙ quantū ad filios ꝓcubinarū, siue ancillarū, vt veri⁹ dicat, satis apparet rō, qa nō ptinebat ad eos tñ iniuria, sicut ad Simeon, & Leui: qa Dina erat filia Lię, & isti erāt fratres eius ex matre & patre. Sed de alijs quatuor. s. Ruben, Iuda, Zabulon, & Isachar eadem rō esse videbatur,

batur, cum essent eodē mō filij Liæ, & maxime, quia Ruben primogenitus erat inter eos. Sed dico q̄ isti specialiter nominantur, quia specialiter doluerunt de stuprata Dina, & magis se dolere ostenderunt. Et nō est intelligendum quòd isti soli fecerint istam occisionem, sed alij fratres sui adiuuerunt eos, & aliqui de familia patris sui, vt aliqualiter infra innuitur.

Quæst. 3. Qūo Simeon, & Leui in tā parua ætate potuerūt facere tam terribilia.

Sed quærit qūo Simeon, & Leui in tam parua ætate potuerūt facere tā terribilia. Quia vī q̄ fuerint tunc isti duo quasi 12. vel 13. annorū. Qūo ēt Dina, quę tā parua erat potuit cognosci carnaliter, & ire sola ad ciuitatem Sichem, vt contēplaretur mulieres regionis illius: qa vix Dina vī fuisse tunc octo annorū. Patent superiora: qa Simeon fuit genitus in fine secundi anni in secūdo septennario, in cuius septennarij fine fuit cōpletū seruitiū pro vxoribus, & incepit seruitiū sex annorum pro gregibus, & vī q̄ iste annus, in quo ista occisio facta fuit ad plus fuit primus, vel secūdus annus postq̄ venit Iacob de Mesopotamia, non ergo videntur potuisse ista fieri in tam parua ætate.

Prima responsio quorūdam refellitur.

Rn̄ debit aliquis, q̄ licet scriptura non faciat mentionē, tn̄ postq̄ Iacob venit de Mesopotamia, habitauit in Socoth: & apud Sichem per ann. 15. vel plures, & tūc filia eius Dina, q̄ erat septē annorū, qn̄ recessit de Mesopotamia (vt patet ex dictis supra 30.c.) esset iā virgo magna, q̄ adamari potuisset: qa additis 15. annis, quibus nūc ponitur mansisse in Socoth, & apud Sichē ad septē, quos ante habuerat, sunt 22. ann. Et Simeon, & Leui essent tūc ann. 27. vel 28. additis 15. ad 12. vel 13. quos compleuerāt in Mesopotamia: & sic iam assent viri perfecti potētes fortiter pugnare. Sed adhuc hoc non est totaliter verum: non. n. pōt poni q̄ Simeō, & Leui habuerit plures q̄ 20. vel 21. annos, qn̄ ista fecerunt, & Dina nō poterat habere plures q̄ annos 15. qn̄ stuprū passa est, qđ apparet: quia Simeō erat maior Ioseph sex annis, & Leui erat maior Ioseph 5. annis, qđ patet quia Ioseph natus fuit in fine secundi septennij, qn̄ Iacob finiebat seruitiū, quod facturus erat pro duabus vxoribus suis, & ideo nato illo petijt à Laban licentiam redeūdi, vt patet supra 30.c. Ruben aūt genitus fuit primo anno illius septēnij, & Simeon in secūdo, Leui in tertio saltē in princ. eius, vt declarauim⁹ supra 30.c. ergo isti excedebāt Ioseph annis sex, vel 5. Et vltra ad plus Ioseph erat anno. 15. qn̄ ista facta sunt, ergo ipsi erant ad plus tunc annorū 20. vel 21. antecedens patet, quia postq̄ recessit Iacob de Sichem, & stetit in Bethel, & deinde in Ephrata in alijs locis, de quibus patet seq. c. dī de eo, q̄ erat annorū sexdecim, cū pasceret gregē cū fratribus suis, & ab eis venditus fuit, vt patet infra 37.c. Ex hoc ēt patet: quia Dina erat tunc annorū 15. ad plus, quia Dina, & Ioseph nati sunt in eodē anno: vt probatū fuit supra 30. sed Ioseph erat tūc ad plus annorū 15. ergo etiam Dina erat anno. 15. *Ingressi sunt vrbem confidenter.* Idest cum magna fiducia nihil timentes: causa erat, quia sciebant, quòd in tertio die circuncisionis tantus dolor erat in circuncisis, q̄ nullus eorum posset nec se defendere, nec mouere. *Interfectisque omnibus masculis.* Scilicet ciuitatis Sichem. *Emor, & Sichem pariterque occiderunt.* Istos autem intēdebant principaliter interficere: quia isti iniuriam intulerant. Fuit aūt sic ista occisio: quia iacentibus omnibus masculis in lectis grauatis magno dolore vulnerum circuncisionis, & nō potētibus nec se defendere, nec ipsis hostibus saltē ianuas claudere, nec quidem prioribus diebus claudere, tā pace facta nihil tale de Hebræis suspicabant, ingressi sunt per singulas domos filij Iacob cū parte familiæ patris sui, & vniuersos masculos, siue paruos siue magnos, nō tn̄ oēs paruos, vt infra patet in lecto iacētes occiderūt. *Tollentes Dinam sororem suam de domo Sichem.* Māserat aūt Dina in domo Sichem a die, q̄o eam accepit, & stuprauit Sichem: quia eam ad domū patris redire non permisit, acceperunt ergo inde eam, & tulerunt portantes in domū patris. quid autē de illa factū fuerit post in sacra scriptura, nec in aliqua auctentica historia nō reperi, licet aliqui dicāt eā matrimonio fuisse copulatā fratri suo Simeon, & genuisse ex ea filiū noīe Saul, de q̄o dī infra 46.c. Scilicet Saul filius Chananitidis. i. Dinę, q̄ vocabāt Chananitis. i. cognita à Chananęo. Sed de hoc melius dicetur infra 46. cap. *Quibus ingressis.* Scilicet Simeon, & Leui ad occidendū. *Irruerunt super occisos cæteri filij Iacob.* Isti erant filij minores, q̄ adhuc armis perfecte vti nō poterant, sed mortuis spolia rapiebant. Vel forte multi, & de eis nō cōsenserunt in mortē Sichimitarū, qa videbāt hoc esse magnū malū, sed postq̄ eos mortuos viderūt rapuerūt spolia eorū, & de populati sunt, i. destruxerūt. *Vrbem in vltionem stupri.* Oēs. n. concordes erāt, vt vindicarēt stuprū. Sed q̄ tanta punitio fieret, nō videbāt esse a cōcordia oīum. Ex hic etiā patet q̄d supra dicebamus ꝯ Iudęos, q̄ non occiderunt filij Iacob Sichimitas, qa pactū fregerāt: sed solū qa sororē suā stupraverāt: ergo in dolo locuti fuerāt añ non intendentes cōseruare pactū, sed vlcisci qualitercūq; stuprū sororis suę. *Oues eorum, & armenta.* Per oues notant oēs siue ouīū, siue caprarum greges in maribus, & fęmellis. Armēta signant cōgregationes magnas aīaliū grandiū, vt bouū, equorū, & similiū. *Cunctaque vastantes, quæ in domibus, & in agris erant.* Scilicet occidentes gladio. Noluerūt n. de his capere p̄dā, qa forte timebāt iungere ea rebus suis: vel qa valde in gregib⁹, & armentis abundabāt nec vltra habere volebāt: spolia aūt solū ceperūt de rebus, q̄ supellectilia dīr, q̄ rei domesticę vtilia sunt, vt de vestibus, & vasis: & de auro, & argento, & moneta, quā repererunt, cęterisque preciosis, q̄ satis portatilia essent. *Parvulos quoque, & vxores eorum duxerunt captivas.* Ex hoc patet, q̄ non soli Simeon, & Leui in occisione erant, sed & multi alij, quos scriptura tacet, qa vxores, & paruulos Sichimorū nō poterāt captiuos ducere duo viri. Patet etiā q̄ nō oēs circūcisi mortui sunt, qa paruuli circūcisi fuerāt, sed nō mortui sunt, quia eos captiuos duxerūt intēdētes eos cū matribus captiuatos alijs gētibus vendere. Sed in hoc nō erāt prudētes, qa cū oēs de terra Chanaan pertinerēt aliquo mō ad vnū genus, & erāt vniti affinitate patrię diligebāt se aliqualiter: fidei autē tanq̄ aduenæ, & extranei a patria, & gñe erant eis aliqualiter odiosi: ideo si ad aliq̄ ciuitatē portarēt filij Iacob hos captiuos ad vēdēdū ibi ipsi cū captiuis caperent. Quid ergo de istis captiuis factum fuerit post sacra scriptura non narrat, q̄ aūt isti acceperint istam p̄dā, & inter se diuiserint satis patet Iudith 9.c. Sed qđ postea fecerīt, vtrū possederīt illā captiuitatē, & vēderēt, p se, an dimiserīt eā ire quo vellēt, nō plenè patet: de aliquo primo patet Iudith 9.c. Cū dī Dne Deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladiū in defensionē alienigenarū, q violatores extiterāt in coinquinatione, & denudauerūt fęmur virginis. i. cōfusionē, & dedisti mulieres eorū in p̄dā, & filias eorū in captiuitatē, & oēm p̄dā eorū in diuisionē seruis tuis, q zelauerūt zelū tuū. Sed vī q̄ postq̄ Iacob cognouit factū filiorū suorū doluit, vt patet in litera: & fecit dimitti captiuos, vt ir ēt quo vellēt. Et patet qa qn̄ postea narrat seq. c. q̄ ascēderit Iacob in Bethel mādato Dei, nō dī q̄ iuerit cū eo, nisi domus sua. Vn̄ dī Iacob cōuocata oī domo sua, ait abijcite Deos alienos, nec ēt vī q̄ vēderit, qa nō auderet accedere ad aliquē populū de Chananęis, vt vēderet istos captiuos: qa timeret capi, & mori. Vn̄ ipse dicit infra filijs suis turbastis me, & odiosū fecistis Chananęis, & Pherezęis habitatoribus

Quid oues & armēta.

tatoribus terræ huius. Et dato quòd Iacob potuisset vendere securè istos captiuos, tamen nolebat, quia valde displicuit ei de facto contra Sichimitas, quia iniustè factum fuerat. Si autem nunc captiuas accipere vellet vxores, & paruulos eorum magis peccaret, cū isti nihil mali meruerint. Ideo dicendum quòd Iacob mox vt vidit filios suos accepisse captiuos paruulos, & vxores Sichimorum, fecit vt dimitterent, quia iustè possideri non poterant, quæ per bellum iniustū acquisita fuerant. *Quibus patratis.* Hic ponitur quartum, scilicet metus Iacob in vicinorum congregatione, timuit enim quòd propter scelera filiorum suorū coniungerentur omnes, & delerent eum. *Quibus patratis.* Idest perfecta interfectione Sichimitarum, & captiuatione paruulorum, & fœminarum. *Audacter.* Idest quòd ista audacter patrata fuerant, scilicet, quòd filij Iacob non timuerunt ex hoc aliquod malū eis euenturum, quia iuuenes passionem sequentes pericula non iudicant, ideo non formidant. Non enim respexerūt isti, quòd potuissent venire super eos omnes Chananæi, & Pherezæi terræ huius, & delerent eos vsque ad radicem. Considerauit autem hoc Iacob pater eorum, vt patet immediate. *Dixit Iacob ad Simeon, & Leui.* Istos duos principaliter redarguit, quia huius mali duces, & inuentores fuerunt, licèt cæteri aliquid postea fecerint, vt infra patet. *Turbastis me.* Commouentes cor meum, & dantes mihi causam timendi. *Et odiosum feciſtis Chananæis, & Pherezæis habitatoribus terræ huius.* Quia Sichimitæ erant cognati eorum, qui erant in circuitu, ideo necesse erat, vt dolerent de eorum morte, & omnes haberent Iacob, vt hostem.

Sed dices quomodo dicitur hic, quòd Chananęi, & Pherezęi erant habitatores terræ illius, quia supra dicebatur quòd Hemor rex Sichem erat Heuæus. Respondeti potest dupliciter: vno modo quòd illa terra erat Chanæorum, & Pherezæorum. Hemor, qui erat rex Sichimitarum erat de genere Heuçorum, quia ex aliquo casu rex factus fuerat. Sed consonando eis, quę supra diximus, dico quòd Sichem erat locus, in quo habitabant Heuæi, Pherezæi autem & Chananæi non habitabāt in Sichem, sed iuxta Sichem, quia fortè Sichem erat in finibus Heuæorum, & in terminis illis erant Pherezæi, & Chananæi. Et non fit mentio de Heuæis, quia de his manifestum erat, quòd essent hostes Iacob, sed fit mentio de vicinis, de quibus minus videbatur, quòd essent hostes: vel potest dici, quòd habitatores huius, scilicet in Sichem, & in territorio Sichem non erant Amorrhæi, nec Heuæi, sed habitabant Chananæi, & Phærezæi, vt hic dicitur, cum ergo dicitur quòd Hemor erat Heuæus princeps terræ, non est sensus, quòd ipse esset de genere Heuæorum habitantium terram illam, cum Heuæi non habitarēt in terra illa, sed ipse Hemor poterat esse rex Pherezæorum, & Chananæorum terræ illius, tamen esset oriundus de alia natione, scilicet de gente, scilicet de Heuæis, qui erant alia natio, sicut Balach rex Sepher filius satis vocatur rex Moab, tamen non erat rex naturalis illius terræ, sed videbatur illis, quòd efficeretur rex illorum aliquo tempore, cum nō haberent alium directum, vel quia ille vsurpabat sibi sceptra regni, cū non esset de genere regum terræ illius, & sic Hemor oriundus de populo Heuæorum veniens ad terram Sichem, & prouinciā factus fuit rex, & sic vocabatur semper princeps Heuęus. *Nos pauci sumus.* Scilicet Iacob & filij sui & aliqualis familia. *Illi congregati.* Scilicet Pherrezæi, & Iebusæi, & Chananæi. *Percutient me.* Idest me, & domum meam, quia cum esset paterfamilias loquebatur in persona omnium: tunc enim paterfamilias deletur, quando sua familia deletur. Num-

est 4. Cha næi, & Pherezæi habitatores terræ illius.

quid vt scorto. Filij Iacob, qui ex passione, & contra rationem ista fecerant, non inuenerunt aliquam excusationem legitimam, ideo apposuerunt istam friuolam, quæ videtur esse excusatio hominis irati, scilicet numquid debuit Sichem filius Hemor abuti sorore nostra, vt scorto, idest meretrice, scilicet eam inuitam sine fędere coniugij stuprare, ideo debuimus eum occidere. Ista causa valde erat friuola, quia dato quòd Sichem abusus fuisset sorore eorum, vt scorto, ipsi eum occidere non debebant, quia post illam defloratione intercenerat conditio secundum quam Sichem acceptaurus erat Dinam in vxorem, & illam iam compleuerat, ideo proditoria mors fuit. Sciendum autem quòd anno 30. vitæ Iacob annis 47. antequam iret in Mesopotamiam, qui fuit annus ante natiuitatē Christi millesimus octingētesimus duodecimus Celtisses & Cursatij bellum crudele contra Foroneum regem Argiuorum ceperunt, & post paucum à Foroneo victi rerum humanarum adhuc patria profugi se à tota humana conuersatione abstrahere putātes Rhodum insulam quæ ofuisia ante vocabatur quasi tuta possessione ceperunt. Deinde anno 60. vitæ Iacob anno 17. antequàm iret in Mesopotamiam, qui fuit annus ante Christi natiuitatem millesimus septingētesimus octogesimus secundus magnum diluuium in Achaia fuit, quòd Ogigi temporibus, qui tunc Eleusinę vrbis conditor contigit. Ideoque diluuium Ogigi nuncupatum est. De his Paulus Orosius lib. 1. de Ormesta mundi, & Augustinus de ciuitate Dei lib. 18. & Isidorus Etymolog. lib. 13. c. de diluuijs. Isto eodem ferè tempore alia notabilia gesta fuere, quæ infra in fine 39. cap. inserentur.

Gentilium historia horū temporum.

Iacob Idola infodit sub terebinthum, Rachel moritur, Iacob Israel vocatur, nascitur Beniamin, Ruben concupiscentia in lectum patris dormit, filij Iacob numerantur. *Cap. XXXV.*

INTEREA locutus est Deus ad Iacob: Surge, & ascende Bethel, & habita ibi, facque altare Deo, qui apparuit tibi, quando fugiebas Esau fratrem tuum. Iacob verò conuocata omni domo sua, ait: Abijcite Deos alienos, qui in medio vestri sunt, & mundamini, ac mutate vestimenta vestra. Surgite, & ascendamus in Bethel, vt faciamus ibi altare Deo: qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei. Dederunt ergo ei omnes Deos alienos, quos habebant, & inaures, quæ erant in auribus eorum. At ille infodit ea subter terebinthum, quæ est post vrbem Sichem. Cumque profecti essent, terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitatis, & nō sunt ausi persequi recedentes. Venit igitur Iacob Luzam, quæ est in terra Chanaan, cognomento Bethel, ipse, & omnis populus cum eo. Aedificauit ibi altare, & appellauit nomen loci illius, domus Dei: ibi enim apparuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

paruit ei Deus, cum fugeret fratrem suum.
Eodem tempore mortua est Delbora nutrix
Rebeccæ, & sepulta est ad radices Bethel
subter quercum: vocatumque est nomen lo-
ci illius, quercus fletus. Apparuit autem ite-
rum Deus Iacob postquam reuersus est de
Mesopotamia Syrię, benedixitque ei, dicens:
Sup.32. Non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit no-
men tuum. Et appellauit eum Israel, dixitq;
ei: Ego Deus omnipotens, cresce, & multi-
plicare, gētes, & populi nationum ex te erūt,
reges de lumbis tuis egredientur. Terramq;
quam dedi Abraham, & Isaac, dabo tibi, &
semini tuo post te. Et recessit ab eo. Ille ve-
ro erexit titulum lapideum in loco, quo lo-
cutus fuerat ei Deus, libans super eum liba-
mina, & effundens oleum; vocansque nomē
loci illius, Bethel. Egressus autem inde, ve-
nit verno tēpore ad terrā, quæ ducit Ephra-
tam. In qua cum parturiret Rachel ob dif-
ficultatem partus periclitari cœpit. Dixitq;
ei obstetrix: noli timere, quia & hunc habe-
bis filium. Egrediente autem anima præ
dolore, & imminente iam morte, vocauit no
men filij sui Benoni, id est filius doloris mei:
pater verò appellauit eum Beniamin, id est
filius dextrę. Mortua est ergo Rachel, & se-
pulta est in via, quæ ducit Ephratam, hæc est
Bethlehem. Erexitque Iacob titulum super
sepulchrum eius: hic est titulus monu-
menti Rachel, vsque in præsentem diem.
Egressus inde fixit tabernaculum trans Tur-
rem gregis. Cumque habitaret in illa regio-
ne, abijt Ruben, & dormiuit cum Bala con-
cubina patris sui; quod illum minimè la-
tuit. Erant autem filij Iacob duodecim. Fi-
lij Liæ primogenitus Ruben, & Simeon, &
Leui, & Iudas, & Isachar, & Zabulon. Filij
Rachel Ioseph, & Beniamin. Filij Balæ an-
cillæ Rachelis, Dan, & Nephthalim. Filij
Zelphæ ancillæ Liæ, Gad, & Asser. Hi sunt
filij Iacob, qui nati sunt ei in Mesopotamia
Syriæ. Venit etiam ad Isaac patrem suum in
Mambre, ciuitatem Arbeæ, hæc est Hebron,
in qua peregrinatus est Abraham, & Isaac.
Et completi sunt dies Isaac centum octogin-
ta annorum. Consumptusque ætate mor-
tuus est, & appositus est populo suo senex, &
plenus dierum, & sepelierunt eum Esau, &
Iacob filij sui.

F INTEREA In superioribus descripsit Moyses sta-
tum Iacob incipientis, & proficientis, hic conse-
quenter tractat de statu eius iam perfecti. Et di-
uiditur in duas partes, quia primo ponitur profe-
ctio eius in terrā Chanaan: secundo in terrā Aegypti
infra 47.cap. Prima in duas: primo profectio Iacob Diuisio capituli.
describitur: secundo ab Esau discernitur ibi cap.seq.
Describitur autem ista profectio hic in tribus. Primo
in Dei contemplatione. Secundo in aduersitatum
toleratione, ibi. *Egressus est autem*. Tertio in patris
veneratione, ibi. *Venit etiam*. Circa primum. *Interea
Locutus est dominus*. Ideſt dum ista agerentur, s. post-
quam filij Iacob Sichimitas occiderunt. *Locutus est* C
Dominus ad Iacob. vt consolaretur eum, quia vt dictū
fuit præceden.cap.timuit Iacob, quòd populi circun-
G stantes irruerent super eum, & destruerent eum cum
domo sua, ideo tunc Deus apparuit ei dicens, quòd
non timeret, & sic factum est, quia immisit Deus ti-
morem super circunstantes, & nunquàm ausi fuerūt
persequi recedentem, vt infra patet: vtrum autem ista
visio in somnijs, vel in visione diurna facta sit scriptu-
ra non manifestat. Sed satis videtur, quòd facta fue-
rit in somnijs, quia sic fiebat communiter. Sic enim
facta fuit visio Isaac, vt patet supra 26.cap. Sic etiā ipsi
Iacob eunti in Mesopotamiam cum staret in Bethel,
vt patet supra 28. cap. item cum staret in Mesopota-
mia apparuit ei dormiēti angelus, vt patet supra 31.ca.
Surge, & ascende. Non dicitur surge, quasi tunc iaceret
H Iacob, & tunc mandaret ei Deus ascendere, sed quia
surgere dicitur dispositio ad motum, & opponitur
quieti, quàm aliquis habet in aliquo loco, quando nul-
lo modo intendit recedere inde. *Ascende in Bethel*. Nicolai ac
quorundā,
opinio.
non est iste locus Ierusalem siue mons Moria, vt dicit
hic Nicolaus, & vt putant quidam alij, quia supra cap.
12. & 28. probauimus non esse idem Ierusalem, &
Bethel, licet aliqñ Bethel accipiatur pro Ierusalē, sed
rarò: nam in his, quæ probata sunt supra 12. & 28. po-
nebatur Bethel pro quadā parua ciuitate, quæ satis di-
stat à Ierusalem. Hic autem variatur aliqñ pro vna, ali-
quando pro altera, est ergo Bethel quædam parua ci- Situs Be-
thel.
uitas collateralis monti Garizim, & habēs montē He-
bal ad orientem, distat autē iste locus à Sichem media
leuca, siue vno miliario, & dicitur ascendere in Bethel,
qa Bethel est in fine mōtis Garizim. Huic autē subiacet
vallis, in qua est Sichem. *Et habita ibi*. Habitauit ēi Ia-
cob, sed non multo tempore, quia paulo post venit ad
videndum patrem suum Isaac. *Fac altare Deo*. Ante.n.
quando apparuit ibi Deus, non fecit Iacob altare, sed
solum lapidem in titulum vngens illum oleo, vt patet
supra 28.cap. *Quando fugiebas Esau fratrem tuum*. Ideſt qñ
fugiebas à facie Esau fratris tui: cā.n. principalis eūdi
in Mesopotamiā fuit ipsi Iacob timor Esau, vt patet ē.
27.cap. *Iacob vero conuocata*. Hic ponitur executio mā-
dati, quia Iacob audito mādato diuino immediatè cō-
uocat domum suam præcipiens eis, q se parent ad hu
iusmodi ascensum in Bethel. *Omni domo sua*. Scilicet fi-
lijs vxoribus, & omnibus famulis, & ancillis. *Abijcite
Deos alienos*. Maximū enim q Deus detestatur est ido-
latria, cum in hoc ei directe honor auferatur, & de-
tur creaturæ. In alijs autem peccatis licet indirectè
Deus contemnatur, in nullo tamen ita expresse, &
manifestè. *Abijcite Deos*. Dicebat hoc specialiter
Iacob propter Rachelem, quia ipsa ignorante Laban,
& etiam ipso Iacob furata fuerat Idola patris. Cum
ergo nunc deuenisset in notitiam Iacob, nouiter nūc
nouam medelam instituit mandans omnibus dimit-
tere Deos alienos. Fuit etiam hoc, quia filij sui, &
tota familia sua conuersata fuerat inter idolatras, ideo
timuit ne aliqua idola secum ferrent, & præcipue,
quia in expoliatione ciuitatis Sichem potuissent re-
perire

perire multa idola aurea, & argentea, quorum ali- A
qua, quia pulchra erant, aliqui accepissent, & occul-
tarent. *Et mutate vestimenta vestra*. Hoc dicitur pro-
pter filios, qui ex occisione Sichimitarū ea san-
Consuetu do Iudęo-
rum. guinolenta habebant, & non decebat cum talibus ve-
stibus accedere ad loca sacra. Vel quia magnum ho-
norem intendebat impendere Deo Iacob ascenden-
do Bethel, & ideo tam interius quàm exterius cupie-
bat Deum in nouitate honorare. Ex hoc autē assum-
pserunt Iudæi consuetudinem, vt in festis suis, & quā-
do vadūt ad Synagogas suas vestes precioſiores, quas
possidēt, ferant: vel intelligebatur mutatio veteris ho
minis in corde per has vestes, vt patet Ioelis.2. Scindi-
te corda vestra, sed non vestimenta. *Surgite*. Ideſt pa-
rate vos ad eundum. *Vt faciamus altare domino*. Ad
immolandum ibi sacrificia in honorē Dei. *Qui exau- B
diuit me in die tribulationis meæ*. Scilicet quando venie-
bat in occursum mihi frater meus, cum quadringen-
tis armatis equitibus, vt patet supra 33. & *Fuit socius iti-
neris mei*. Eundo in Mesopotamiam, & redeundo.
Dederunt omnes Deos alienos. Vt digne ascenderent in
Bethel. *Et inaures, quæ erant in auribus eorum*. Ideſt in
auribus illorum deorum, quia istis idolis ponebantur
ad ornatum, inaures, Armillæ, & dextralia & perisce-
lides, & alia genera ornatuum, & hoc, quia de his dijs
gentiū, quidā erant masculi, vt Iupiter, Mars, & Pria-
pus, alij erant fęminæ, vt Iuno, Minerua, Bericinthia,
Venus. Ponebant ergo dijs masculis ornatus masculi-
ni, & dijs fœminis ornatus muliebres: Aliæ autē inau- C
res, quas habuit familia Iacob, quæ idolorum cultui
non applicatæ fuerant, non infossæ sunt, sed manse-
runt ad hominum ornatum. *Infodit ea*. Scilicet ido-
la, & inaures. *Subter terebinthum* Facta enim magna
fossa, & liquefacta tota illa materia metallina infusa
fuit in fossam, & penetrauit in profundum per visce-
ra terræ, vt nullus eam inde acciperet, & noluit illud
aurum, vel argentum in aliam formam conuersum
accipere, vt quod semel fuerat dicatum cultui dęmo-
num, nunquam applicaretur ad vsus hominū. Histo-
ria tamen scholastica refert quosdam dicere istud ar-
gentum, & aurum postea à Dauid inuentum fuisse,
& in vsus templi Salomonis conuersum.

Quæst.1. Cur Iacob rotali au-ro, & argē to non cō fauit uasa in cultum Dei. Et si dicatur quare Iacob non conuertit istud aurū, D
& argentum in cultum Dei faciendo vasa aurea, & ar
gentea, quia de auro, & argento, quod furati fuerunt
ab Aegyptijs Iudæi facta fuerunt post omnia vasa ta-
bernaculi, & vtensilia, vt patet Exod.35. & 37. cap.
Respondetur, q non est simile, quia istud aurum & ar
gentum, quod Iacob infodit sub terebintho erat ma-
teria, de qua ipsa idola facta erant, & inaures eorum,
ideo non licebat conuerti ad vsus sacros, quia detesta-
bile, & immundum factum fuerat. Aurum autem, &
argentum, quod acceperunt Iudæi ab Aegyptijs, licèt
esset ipsorum Aegyptiorum, qui idola terræ erant, tñ
in vsus idolorum non seruiebat, sed in vsus humanos
ad comedendū, & bibendū in vasis illis, & ad ornatus
vestium. Ideo satis licebat facta modica transmutatio- E
Terebin-thus qd. ne, de hoc ad Dei cultum vasa fabricare. *Subter tere-
binthum*. Terebinthus arbor Arabica, de qua precio-
sissimum gumi emanat, vt ait Isidorus.16. Eti. est autē
ista arbor frondosa, & ampla, magnos ramos faciens,
& vmbras, vt patet Isa.6.c. Et erit in extensionē sicut
Terebinthus. *Quæ est post urbem sichem*. Procedendo ver
sus Bethel. *Venit ergo Iacob Luzam, quæ est in terra Chanaā
cognomento Bethel*. Ideſt quæ alio nomine vocatur Be-
thel. Ista duo nosa idem significant, vt in multis locis
dictum est. *Cognomento Bethel*. Ideſt quod nomen pro-
priū huius ciuitatis erat ante Luza. Sed postea appro-
priatè vocatus fuit locus Bethel ex eo, q accidit. s. qa
Deus apparuit ibi Iacob, de quo sup.28.c. *Ipse & omnis*

populus cum eo. Ideſt tota familia sua, quæ licet vocarē
pauca cōparata habitatoribus terræ illius congregatis
tñ satis magna erat, vt patet præced.c. & ideo populus
vocari poterat. *Et appellauit nomen loci illius domus Dei*.
Ante.n. sic appellauerat, cum iret in Mesopotamiam,
nunc autē nomen illud impositum confirmat, quia an-
te ipse solus ibat, & licèt intra se nomen illud concipe
ret, tñ non imponeret, quia nullus erat audiens, qui lo
cum illum sic nominaret. Nunc autē, quia erat cum eo
magna familia, poterat vocari, sic vrbs illa ab eis, vt no
mē illud per alios diuulgaretur. *Eodem tempore mortua
est Delbora*. De hoc sup.24. c. vbi ponit nutrix Rebec-
cę veniens cum ea de Mesopotamia, sed ibi nō ponit
tur nomen fm literam Hebraicam, & Biblias nostras
correctas. Si autē aliquæ Bibliæ de nostris hūt sumptū
fuit hinc, & positū pro glo. interlineari, deinde libra-
riorum imperitia intra textum collocatum est. *Et se-
pulta est ad radices Bethel*. Ideſt ad radicem, siue pedem
montis in quo sita est Bethel.

Quæst.2. Quomo-do Delbo ra potuit esse cum Iacob. Sed quæritur qūo potuit esse Delbora cum Iacob,
vt ipse sepeliret eam ad radices montis Bethel, quia Ia
cob recedente in Mesopotamiā, ipsa mansit, cum Re-
becca matre eius. Rūdent Iudæi, q qñ Iacob recessit
de Bersabee fugiens in Mesopotamia mandato pris,
& matris dixit ei Rebecca, q habitaret in Mesopota-
mia cum Laban, donec requiesceret furor Esau, & tūc
ipsa mitteret, & reduceret eum inde, de quo sup.27.c.
dicūt ergo q cessante furore Esau misit Rebecca nun
cios in Mesopotamiā ad reducendum eum, cum qui-
bus iuit Delbora tanq̄ dña, & quia sciebat iter, per qd
venerat. *Subter quercum*. Ideſt subter vnam magnam
quercum, vt appareret memoriale sepulchri eius. *Vo-
catumque est nomen loci illius*. Scilicet illius campi in quo
sepulta est Delbora. *Quercus fletus*. Quia sub illa quer-
cu fleuit eam tota familia Iacob cū sepeliretur. Istud
nomē impositum fuit p ipsum Iacob. *Apparuit iterum* Apparitio nes Dei ad Iacob.
Deus Iacob. Non intelligas, q ista fuit secunda appari-
tio, quam fecit, quia iam legimus quatuor apparitio-
nes factas ei à Deo sine angelorum apparitionibus.
Primo apparuit ei eunti in Mesopotamiā cum dormi
ret apud Bethel; secundo apparuit ei admonens eū de
Mesopotamia redire dicens, ego sum Deus Bethel,
vt habetur sup.31.c. Tertio apparuit ei mandando, vt
iret in Bethel: quarta fuit nūc postq̄ iuit in Bethel. De
his duabus habetur in hoc textu. Apparitiones ange-
lorum duæ leguntur vna in Manain, vbi apparuerunt
ei multi angeli, quos vocauit castra Dei, deinde ange-
lus luctans cum eo de his sup. 32. c. Alia apparitio an-
geli fuit in somnijs, cum esset in Mesopotamia, q ostē
dit ei varios; & miraculosos arietes, de qua dī. sup. 31.
cap. cum dī dixit ad me angelus dñi in somnijs Iacob,
& ego rñdi: adsum. Dī ergo hic iterū ad indicandum
differentiā inter istā apparitionē, & illam qñ mādauit
ei Deus ascendere in Bethel ne eadē esse putetur. *Be-
nedixitq; ei*. Bñdictio signat augmentū, sed istud aug-
mentum non fuit tpale, sed spirituale quantū ad gra-
tiam, & statum perfectum virtutū, & patet per cōtex-
tū literæ, quia dī. *Benedixitq; ei dicens non nō vocaberis vl-
tra Iacob*. Ex quo apparet, q solum erat benedictio in
mutatione nois exterius, & in effectu, quē Deus cau-
sabat intra Iacob, cui corrñdebat ista nois mutatio in
exteriori. Quia cū noia ponant ad notificandū rei na-
turā, & plerunq; quantū ad personā, vel substantiā, ali-
qñ tamen imponūtur ad notificandū personā, fm ali-
quam dispōnem. Sicut ergo ante vocabat iste Iacob à
quadā lucta, ita cū nunc mutaretur nomen, aliquid de
qualitate, fm quā nomen imponī, mutatū esse debe-
bat, alias irrōnabilis mutatio nois fieret, mutari vocē
non mutata re, quia esset falsam significationē imper
tinentem voci adaptare. *Non vocaberis vltra Iacob*. H c

muta-

mutatur nomen Iacob, vt vocetur Israel. *Non vocaberis vltra Iacob.* Idest luctator, q̄ pertinet ad vitam actiuam. *Sed uocaberis Israel.* Idest vir vidēs Deum, vel ſm literam hebraicam. *Zrael.* Idest fortis dñi, quod ad cōtemplatiuam vitam ptinet. Vocatur vita actiua lucta, quia eſt quoddam genus exercitationis, & militiæ iuxta illud Iob. 7. c. Militia eſt vita hoīs ſuper terram, quia in vita actiua, quæ nondum ad perfectum ſtatum deuenit, pugnatur ꝫ concupiſcentiā oculorū, & concupiſcentiā carnis, & ſuperbiā vitæ. i. gñaliter contra dēmonem, cōtra mundū, & paſſiones nras. Cum aūt ad altitudinē contemplatiuæ vitæ peruenitur pertranſitis gradibus actiuæ vitæ ceſſante tumultu rerū exteriorū in Deū tota cura cordis noſtri iactatur, & aīa fęlix cū ſponſo ſuo Chriſto tota lætatur eius viſione ſaciata, quē tñ adhuc in ęnigmate videt, quia non luteo carcere corporis ſoluta eſt, in quo manens magis ſibi ipſi amare videtur, q̄ cognoſcere. Eſt ergo ſēnſus verborū Dei ad Iacob, vſq; nunc fuiſti principaliter actiuus, licèt aliqualiter contemplatiuus. Nunc aūt principaliter cōtemplatiuus eris, ēt ſi aliqualiter actiuus, ideo nomen correſpondens erit tibi, quia nō vocaberis vltra Iacob, quod ad vitam actiuam pertinebat, ſed Iſrael, quod eſt nomen contemplantis altiſſimum Deum.

Sed quęritur qūo Deus mutauerit hoc nomē Iacob vocans eum Iſrael, quia iam mutauerat hoc nomē angelus luctans cum eo, vt patet ſup. 32. c. Rñdetur, q̄ illud nomē Iacob bis mutatū fuit, & illud nomen Iſrael bis impoſitū fuit ex diuerſis rōnibus: angelus. n. mutauit nomen Iacob in Iſrael, quia ante vocabatur Iacob, & iſtud nomen erat ei impoſitum à lucta, quā habuit cum Eſau in vtero. Et quia illud nomē ſignificat paruam dignitatē in Iacob, angelus impoſuit ei nomen magnę dignitatis. ſ. Iſrael ſiue Zrael, quod ſignat fortē Dei, vel fortē cum Deo. ſ. luctatorē, qui cum Deo. i. cū angelo fortiter luctatus eſt. Maior. n. dignitas erat cū angelo, vel cum Deo fortiter luctari, q̄ cum Eſau fratre ſuo, qui mortalis erat, ideò magis cōpetebat hoc nomen Iſrael q̄ Iacob, & iſte eſt propriſſimus ſenſus verborum ſm intentionē angeli. ſ. q̄ ex quo Iacob luctatus fuerat cum angelo, nō debebat vocari Iacob. i. luctator, vel ſupplantator à lucta, quā habuit cū Eſau, ſed à lucta, quā habuit cum angelo. Vel aliter, quia añ dicebatur, q̄ Iacob per ſupplantationē. i. per fraudē ob tinuerat bñdictiones, poſtquā aūt angelus luctatus eſt cū eo declarauit eū ex voluntate Dei obtinuiſſe bñdictiones, iō non debet iā vocari Iacob. i. ſupplātator, ſed Iſrael, vel Zrael. i. fortis Dei, quia Deus eū fortē fecit, & approbauit. Hic aūt Deus mutauit nomen eius ex aliqua alia rōne. ſ. ex natura ſtatus pfecti, qa ante fuerat Iacob vitæ ꝓficientis, & nondū perfectæ, iō conueniebat ei iſtud nomen Iacob, qđ deſignat vitā actiuā. Nunc aūt, quia erat in vita pfecta, conueniebat ei nomen altius, iō vocatus fuit Iſrael. i. videns Deū, qđ cōtemplatiuis congruit, & ſic non fuit mutatū nomen, nec bis ex eadem rōne, quia prima mutatio, quæ ab angelo fuit ex hac rōne facta eſt, q̄ Iacob vocabatur luctator, & q̄ hoc nomen ſignabat luctā factā cum homine, in qua vincere non magni ponderis, volens eū perfectiori noīe nuncupare noīauit eum à noīe luctę cum angelo factæ dicens eū Iſrael, ſiue vt hebraica lra habet Zrael. i. fortis Dei, vel fortis cū Deo, quia fortiter pugnauit luctando cū angelo, quouſque viſus fuit deuincere angelū, & dixit ei angelus, ſi ꝫ Deum fortis fuiſti, quanto magis ꝫ hoīes prævalebis? Deus autem mutauit hic nomen eius ex alia rōne. ſ. q̄ antea vocabaī Iacob, q̄ lingua hebraica dī ianhacou, & interptaī ſupplātator. i. cludens per plantā, qđ cōuenit vitæ impliciteactionibus: nam in ea quotidianis occupationibus ꝫ vitia, & paſſiones pugnamus, & tñ nos bū nos habemus, & tanq̄ per plantā pedis elidimus. Hæc vita Iacob cōuenerat in tpibus retroactis, in qbus velut nōdum perfectus circa actiones ſe ſedulū, & ſine crimine exhibuerat, cuius merito Deus volens eum nūc ad perfectiorē ſtatum erigere non vocauit Iacob. i. luctatorē in vita actiua, vt pote, quia iam domuerat paſſiones, ſed Iſrael. i. vir videns Deū, vt habet noſtra lra, qa qui circa cōtemplationes verſantur Deū vident ſaltē per quotidianā cogitationē. & intenſum amorē à curis rerū mundanarū ſeparatū, vel vt hēt litera hebraica uocantur Zrael. i. fortis cum Deo, quia fortiter permanent in contēplatione Dei nō recedentes ab ea ob aliquā curam tpalium rerum, vel carnalis affectionis.

Sed quęritur qūo dī hic. *Et non uocaberis ultra Iacob ſed Iſrael.* Quia ſæpe reperitur, infra in iſto lib. & in oībus alijs libris ſacræ ſcripturæ eum uocatum fuiſſe Iacob. Rñdetur, q̄ non fuit poſtea vocatus Iacob tanq̄ noīe principali, ſed noīe ſecundario: textus aūt intelligit, q̄ nō vocarēt poſtea Iacob noīe principali, & rō eſt, quia Iacob vitā deſignat actiuā, Iſrael aūt cōtēplatiuā. Qui aūt tranſit de actiua vita ad contēplatiuā nō ſemp verſatur circa actus contēplationis, ſed aliqñ Iacob, principalius tñ Iſrael, quia cōtemplatiuus non cōtemplat, vt agat, ſed agit, ut cōtemplet, cum contēplatio totius actionis finis vltimatus, & Architectoticus ſit. Et appellauit eum Iſrael dicens. *ò Iſrael ego ſum Deus omnipotens.* Noīatur hic oīpotentia Dei, quia ſubditur, q̄ Deꝰ vellet multiplicare Iacob, ſed cum multiplicare requirebat in Deo magnā potentiā, ideo vocatur oīpotēs. q. d. O Iſrael, quia ego ſum Deus oīpotens volens te multiplicare non dubites, quin poſſim te multiplicare. *Creſcere.* ſ. in magnitudine poſſeſſionis. *Et multiplicare.* In prole, quia licet. 11. filios haberet de quibus. ſup. cap. 30. tñ poſt genuit Beniamin. vt infra ſequitur, vel dī creſcere in prole, quia licet non habuit poſt multā prolem naturalē, habuit tñ adoptiuam, quia poſt adoptauit Manaſſem, & Ephrain, quos genuit Ioſeph, & fecit eos capita tribuum ſicut Ruben, & Simeō, vt patet infr. 48. c. Vel intelligitur hic de multiplicatione in filijs ſuis, quia aūt hic multiplicatus fuerat Iacob in ſe gignendo filios poſt multiplicari debebant filij eius. Tota aūt multiplicatio, ſiue in ſe, ſiue in filijs ad patrē pertinet. *Gentes, & populi nationum erunt ex te.* Aliqui putant hoc intelligendum ſolum quantū ad ſtirpem Beniamin, qui nondū natus erat, quia dī in literæ erunt. Sed hoc nihil eſt, quia licet filij Iacob immediati nati eſſent, tñ gētes, & populi, qui poſtea ex eis ſucceſſiue, & per ordinem temporū naſcituri erant, nondū erāt. Dicendum, ergo q̄ iſtę gentes, vel nationes dicuntur eſſe. 13. tribus filiorum Iacob ſm 13. capita, licèt excipiendo ab eis Leui, qui erat vnus de eis, qui tñ ſeparatus fuit in ſortē Dei, nec accepit hæreditatē inter fratres ſuos, vt patet Num. 18. c. & in multis alijs locis, & ſic manēt. 12. tribus, ſiue nationes. Populi dicunt eſſe congregationes ciuium in vna ciuitate, vel in villa. Et de iſtis populis erant multi in qualibet tribu, quia q̄libet hēbat multas ciuitates, & villa, oppida, & vicos, vt patet Ioſue. 15. & 16. & 18. & 19. c. *Reges de lumbis tuis egredientur.* Referunt quidam ad ſolū Beniamin de cuius gñe fuit primus rex Iſrael. ſ. Saul, & deinde filius ejus Isboſeth, de quo 1. Reg. 9. c. Sed non ſolum debet referri ad Beniamin, qui nondum natus erat, ſed etiā ad alios iam natos. ſ. ad Iudam, de cuius gñe fuerunt plures reges, q̄ de alia tribu. Quia à tpe Dauid vſq; ad Sedechiam, qui ductus fuit in Babilonē, & exoccupatus ſemper fuerunt reges de domo Iuda, & ēt poſt vſque ad Herodem partim de domo Iuda, & partim de tribu Leui: fuerunt ēt reges de tribu Ephrain à tpe diuiſionis regni, & regnauit Ieroboam filius Nabath de tribu Ephrain, deinde ſucceſſores eius, ut patet 3. Re. 12. c. &

Quæſt. 3. Quomodo Deus mutauerit nomen Iacob.

Quæſt. 4. Quomodo hic dſ, & non uocaberis ultra Iacob, ſed Iſrael.

12. c. & durauerunt vſq; quo Salmanaſar trāſtulit eos in terram Medorum, vt patet 4. Reg. 17. ca. Et patet, hic, quia ſi iſta litera loqueretur de regibus futurisimediate ab ipſo Iacob, manifeſtum eſt, q̄ nullus rex genitus fuit de Iacob immediate, ſed multo tpe poſt de filijs eius. Hoc ergo verbū. *Erunt.* Non magis referetur ad Iacob pro filijs, qui nati erant, quā pro his, qui naſcituri, quia quantum ad vtroſq; verum erat, quòd adhuc reges, qui de lumbis Iacob. i. de ſemine Iacob naſcituri erant, nondum erant nati. *Et terram, quam dedi Abrahæ, & Iſaac, dabo tibi.* Quam promiſi me daturum Abrahę, & Iſaac: nōdum. n. completa fuerat promiſſio vſq; in tpa Ioſue, qui introduxit in terram illam filios Iſrael, & occidit populos terrę illius, nec ēt in tēpore huius fuit completa, ſed multo poſt tpe. ſ. in tpe Salomonis regis, vt patet 5. c. 3. Reg. & 2. Paral. 8. c. cū dicitur, & in vniuerſa terra poteſtatis ſuæ oēm populum, quæ derelicta fuerat de Hetęis Amorrhęis Pherezęis, atque Iebuſęis, quæ non erant de ſtirpe Iſrael, & de filijs eorum, & de poſteris quos non interfecerāt filij Iſrael ſubiugauit Salomon in tributarios vſq; in diem hanc. Ante illud tps non fuerunt ſubiecti ex duabꝰ cauſis. Prima quia licet Ioſue potuiſſet eos delere, tñ Deus non permiſit, quia eos deleret pp pecca ta Iſraelitarum, vt patet Iudi. 2. c. cum dicitur: Iratuſq; eſt furor dñi in Iſrael: & ait, quia irritū fecit gens iſta pactum meum, qđ pepigi cum patribus eorum, & vocē meam audire cōtemſerunt, ego non delebo gentes, quas dimiſit Ioſue, & mortuꝰ eſt, vt in ipſis expiar Iſrael, an cuſtodiant viam dñi, & ambulēt in ea, ſicut cuſtodierunt patres eorū, tñ dimiſit: ergo dñs oēs has nationes, & cito ſubuertere noluit, nec tradidit ī manibus Ioſue. Secunda cauſa quare non traditi ſunt immediatè fuit, vt filij Iſrael hr̄ent aliquas gētes, cū quibus poſſent hr̄e exercitiū bellandi, ne totaliter virilis fortitudo ocio merſa torperet, & inutilis redderetur: ideo decebat, vt hr̄ent aliquod bellicū exercitiū. Deꝰ aūt volens iſtum populum ſtrenuū tanquā bonus legis cōditor cōſtituit eis ea, quæ eorū ſaluti conueniebāt. ſ. vt hr̄ent hoſtes, cum quibus interdū hr̄ent exercitiū bellicū, & de hoc Ioſue. 3. c. ſic dī hę ſunt gētes, quas dñs dereliquit, vt erudiret in eis Iſraelē, & oēs qui non nouerant bella Chananęorū, & poſtea diſcerent filij eorum certare cū hoſtibus, & hr̄e cōſuetudinē preliandi. Si aūt quæras quare magis tpe Salomonis ſubiectæ fuerunt oēs iſtæ nationes, quā alijs tēporibus p̄cedentibus: videas Deuter. 12. c. vbi de hoc dicetur. *Tibi dabo.* ſ. tibi in ſemine tuo, quia Iacob in patria ſua nunquā ſtetit in terra promiſſionis, vt in propria, ſed vt in aliena. *Et receſſit ab eo.* i. poſtquā Deꝰ iſta dixit Iacob diſparuit ei, quod eſt recedere ab eo per p̄ſentiā viſionis realis vel imaginarię. *Ille uero erexit titulum.* i. lapidem altum in memoriā apparitionis illius. *In loco, in quo locutus fuerat Deus.* Vt demonſtraret locū illum eſſe ſanctum. *Libans ſuper eum.* i. ſuper titulū lapideum. *Libamina.* ſ. vinum, & oleum, quę vocantur libamina, vt patet per totum Leuiticum, & Numerū. *Vocanſque nomen loci illius Bethel.*

Quæritur. An ſit iſte idē locus Bethel, & quare ſic dictus fuit Bethel. Rñderi poſſet, q̄ ſic. Et tunc ſi quęratur, quare ergo bis impoſitum fuit iſtud nomen illi loco? Rñdetur, q̄ ſic factum fuit, vt de Iacob, quia bis mutatur Iacob iſtud nomē, & vocatus fuit bis Iſrael, vt patet ſup. 32. & iſto c. & ſicut diximus fuit propter duas rōnes, quas ſupra aſſignauimus, ita conformiter dici pōt, q̄ iſte locus vocatus fuit ante Bethel à Iacob, quia ibi apparuerat ei Deus dormiēti, dum iret in meſopotamiā. Nunc aūt iterū vocatur Bethel, quia iterū apparuit ei Deus poſtquā venit de meſopotamia, vt patet in litera. Sed magis videt mihi dicendū, q̄ iſta

Quæſt. 5. Virum ſit idem loc⁹ Bethel.

Diſſio doctoris.

Bethel eſt duplex.

ſunt duo loca, qbus poſuit nomen Iacob vocans vtrūque Bethel, & videtur eſſe rō, quia q̄cunq; facit mētionē de alio Bethel vocat illud Luzā, vt patet ſup. 28. c. & ſup. in iſto c. & Iudi. 1. c. & in multis alijs locis, niſi qñ loquitur de Bethel per anticipationē ad tpa Abrahę, vt patet ſup. 12. & 13. c. In iſta aūt ſecunda noīatione Bethel non vocatur Luza, in quo eſt ſignū, q̄ alio noīe vocabatur, nec ſit idem priori. Etiā patet, quia in iſto ſecundo mō Bethel videt accipi pro Ieruſalē ſm q̄ monſtrat ex cōiecturis literæ, quia ex Bethel venit Iacob in Ephrata, vbi in via ſepeliuit Rachelē. Eſt aūt Ephrata, quę idē eſt quod Bethleē prope Ieruſalē. ſ. p duas leucas, ſiue quatuor miliaria. Bethel aūt de quo ſup. diximus magis diſtat, quia per decē vel 11. leucas. Item quia Rachel ſepulta eſt in itinere, quo venitur à Bethel in Ephratam, vt patet in lra, ſed non pōt intelligi, q̄ ſit in itinere, quo venitur de Bethel ſupra poſito ad Bethleē, quia cū Bethel illud ſit Oriētale terrę p̄miſionis, vt patet quia eſt circa Iordanē, & Ierico quæ ſunt oriens terrę promiſionis, vt hr̄ Num. 34. c. & Bethleē ſit ꝫ Meridiem, neceſſe eſt, q̄ deſcenſio illa ſit aliqualiter occidētalis magis q̄ meridiana: imò quaſi totaliter occidentalis directa, quia venire de Bethel, vel Ierico in Bethleē eſt venire de Oriente quaſi directe in occidentē. Sed non eſt talis diſpoſitio, quia ſepulchrū Rachel eſt ꝫ Bethleē deſcendentibus directe de Septentrione in auſtrū. Patet quia Ieruſalē eſt directe Septentrionalis reſpectu Bethleē, & eſt ſepulchrū Rachel quaſi leuca & dimidia diſtans a Ieruſalē ꝫ Bethleem & media leuca ante Bethleē, vbi vocat locus cabrata, ergo eſt Bethel. De his hr̄ in li. de Diui ſione terræ ſanctæ. Sed nunquid pp hoc cōcedimus, q̄ Ieruſalē eſt Bethel, ī qua dormiuit Iacob, cū iret in meſopotamiā? Abſit: quia hoc ſupra negauimus. Supra. n. 12. c. & 28. rōnibus clariſſimis, & irrefragabilibus, pbauimus, q̄ Bethel, de quo ibi dī non ſit Ieruſalem. Dicendum ergo q̄ erat duplex Bethel. Vnum qđ eſt ad Orientē terrę, p̄miſionis iter montē Ebal, & Garizim non valde longe a Ierico. Secundū eſt qđ eſt ad Septētrionē terrę huius, & eſt Ieruſalē. *Egreſſus autem inde.* i. de iſto ſecundo Bethel qđ eſt Ieruſalē, qa ibi habitauit aliqb. diebus. *Venit uerno tempore.* Hoc ponitur ad deſignandū cauſam, quare non potuit Iacob ducere vxorē ſuam Rachelē, quā ita tenere diligebat in ſepulchra ſua, & patrū ſuorū. ſ. in Hebrō in agro duplicis ſpeluncę. Iſtam. n. cām reddidit ipſe infra 49. ca. cum ipſe peteret a Ioſeph filio ſuo, vt eum duceret in terram Chanaā ad ſepeliendū in ſpelunca duplici excuſans ſe, q̄ erat tps vernum, & cito fęterēt corpora, ſic non poſſet duci illuc. Vel quia fortè erat tps partꝰ ouium, & non poterant moueri ſic, vt illuc cito irent. Coactus fuit ergo ſepelire iuxta Bethleem in via. *Ad terram quæ ducit Ephratam.* i. *Iuxta Ephratam.* Quaſi media leuca, & ſic dr̄. infra 48. c. q̄ mortua eſt Rachel, dū Iacob ingrederetur Ephratā. i. territoriū Ephratę. Iſta Ephrata eſt ciuitas, quæ alio noīe vocatur Bethlehē. Vocata fuit iſta ciuitas Ephrata ab vxore Caleb ſic dicta, vt in primo Paralip. cap. 2. Sed poſtea vocata fuit Bethlehem qđ interpretatur domus panis: quia poſt ſterilitatem, quæ accidit tpibus Elimech mariti Noemi tpe Ruth ſecuta fuit magna frugum copia in ea, & vocata fuit domus panis, quia multa cibaria ibi recondebantur. Iſtā expoſitionē ſequitur Nicolaus ſm intentionē Ra. Sal. ſed neutrū iſtorum pōt ſtare vllo modo. Primo dr̄, q̄ Ephrata fuerit vocata ſic à noīe mulieris Caleb, quæ eſt dicta Ephrata, ſed hoc falſum eſt: nam ſiue accipiatur Caleb pro filio Ephron, ſiue pro Caleb filio Iephone, nullo modo pōt ſtare: ibi tñ manifeſtum eſt, q̄ accipitur, pro Caleb filio Ephron, vt dr̄ in litera eiuſdem cap. nam accipiendo pro hoc

Ephrata quid.

Caleb

Caleb ipse nunquam intrauit in terram promissionis. Nam pater eius ẽt intrauit in Aegyptũ paruus cũ patre suo Iuda, vt patet infra 38. & 46. cap. & Caleb filius eius, qui in Aegypto natus est necessario cum nõ cõputetur in numero intrantiũ in Aegyptũ, vt patet respiciendo. c. 48. infra, & cum hoĩes illius tpis accipierent vxores, & gignerent in 20. anno. & añ. 22. vt patet infra 38. c. forte genitus fuit. 20. annis, vel quasi Caleb filius Ephron, & postea dicit 1. Paralip. 2. c. ꝙ accepit Ephratam vxorem mortuo patre suo Ephron. manifestum est, ꝙ cum iste Caleb natus fuerit annis. 20. vel quasi post ingressum in Aegyptũ, & cum à tpe, quo ingressi sunt in Aegyptum vsq; ad diem, qua exierũt, fluxerunt anni ducenti quindecim, vt declarauimus sup. 15. c. A quibus subtrahantur. 15. manebunt centum nonaginta quinque, quibus addantur. 40. anni, quibus manserunt in deserto anteq̃ intrarent in terrã Chanaan, vt patet Exo. 16. & Deuter. 8. c. erunt anni ducenti, & triginta quinque ad quos nullus hõ illius tpis accessit, sed qui plus ad centum triginta, vel sic. ergo non potuit intrare Caleb filius Ephron in terrã Chanaan, nec vxor eius Ephrata, quia eiusdem ętatis, vel quasi esset vxor, iõ non potuit denoĩari Ephrata q̃ est in terra Chanaan ab ipsa muliere Caleb. Si aũt accipiatur Caleb filius Iephone, licet textus non velit hic, nõ poterit stare. Nam verum est, ꝙ Caleb intrauit in terram Chanaan, & erat tunc 80. annorũ, vt colligit Iosue. cap. 14. & ibi postulauit a Iosue dari sibi terram Ebron q̃ calcauerat pes ei⁹, & tñ nõ potuit ab Ephrata vxore eius dato. ꝙ sic esset, denominari Ephrata, de qua hic dr, quia ille ingressus est terrã Chanaan, & impositio talis noĩs erat post mortem Moysi. Nam fuit mortuus Moyses ante ingressum terræ Chanaan, vt patet Deuter. 32. & 34. c. & sepultus in terra Moab. i. in Valle terræ Moab pertinente ad terrã Regum duorũ Amorrhęorũ: sed ipse noĩauit istum locum Ephrata, ergo tpe eius vocabatur Ephrata. Sed forte dices, ꝙ Moyses locutus fuit hic per anticipationem. s. ꝙ licet tunc nõ vocaretur Bethleẽ, siue Ephrata, tñ ipse cognouit spiritu prophetico, ꝙ sic noĩandus erat locus ille: ideo sic eum noĩauit, vt patet in alijs locis, in qbus sacra scriptura vtitur anticipatione, sicut vtitur recapitulatione, ergo hic sic noĩauit, licet nõdum tẽporalia noĩa extarẽt. Rñdetur ꝙ nõ põt hoc stare. Nã licet Moyses per propheticũ spiritũ cognouisset, q̃ futura erant, tñ quia populus, cui loquebatur ista, nõ cognouerat ea, quæ futura erant, cũ non essent oẽs prophetæ, non hẽbat ibi locum anticipatio ista, quia proprie tunc falsè signaret, aut saltẽ inintelligibiliter, cũ tale nomen imponeret loco, qđ ei nullatenus cõgrue bat. Dicendum ergo, ꝙ iste locus, q̃ vocatur Ephrata, non fuit vocatus Ephrata ab vxore Caleb qualitercũque Caleb accipiatur: sed vocabaẽ Ephrata anteq̃ in Aegyptũ descenderent Israelitæ, & ſm illud nomen Moyses locutus fuit hic, quia tunc illud nomen exsta bat. Secundum ẽt qũo vocatus fuerit locus iste Bethleem. s. a saturitate panis, q̃ fuit, qñ Noemi redijt de terra Moab cum nuru sua Ruth, non cõuenit literæ, quia tũc daretur, ꝙ ista ciuitas, vel oppidũ non fuit vocatum Bethleẽ vsque multa tpa post mortẽ Moysi. s. per annos plures, quã ducẽtos, quia ista Ruth fuit mr aui Dauid. s. Obeth, & tñ a morte Moysi vsq; ad mortem Dauid sunt anni. 440. qđ patet: quia Salomon incepit ędificare templũ dñi in Ierusalẽ post mortẽ Dauid immediate, vt apparet ex principio tertij libri Regum, sed à tpe, quo fuit egressio Israel de Aegypto vsque ad tps, qñ incepit tẽpli ędificatio fluxerunt anni. 480. vt patet 3. Reg. 6. c. ergo à morte Moysi vsq; ad mortẽ Dauid, quæ fuit cõtemporanea ædificationi tẽpli, fluxerunt anni. 440. Consequentia patet, ꝙa Moyses mortuus fuit. 40. annis post exitum de Aegypto. s. anno. 40. vt satis colligitur cõiungendo ea, quæ hñtur Deuter. 1. & 8. & 32. & 34. c. sed auus Dauid natus fuit tpe Ruth, qñ dicunt nomen illud Bethleẽ impositũ fuisse illi ciuitati, ergo ad minus fluxissent anni ducenti. 50. a morte Moysi vsq; ad illud tps. Consequentia satis nota est: quia dato ꝙ Obeth genuisset Iesse anno suo. 40. & Iesse genuisset Dauid anno. 40. essent anni. 80. quibus addãtur oẽs anni Dauid, qui forte eẽnt. 65. vel 70. Nam 40. annis durauit in regno, vt patet 3. Reg. j. c. ante regnũ verò assumptum habuisset annos ad plus. 30. quia satis iuuenis erat, & minor oĩum fratrum suorum, qñ vnctus fuit prima vice in regem in Bethleẽ, & pugnauit paulo post cũ Goliath Gethęo: & paulo post mortuus fuit Saul in mõtibus Gelboe, vt conijci põt ex his, quæ hñtur sup. 20. c. Exo. Nã valde modicum fuit tps regni eius, s. annorũ. 13. vt quidã volunt. datis ergo his erũt à tpe, quo nat⁹ fuit Obeth auus Dauid, qñ Ruth venit in Bethleẽ vsq; ad mortẽ Dauid anni. 150. ad plus, & tunc manẽt a morte Moysi vsque ad tps, quo venit Ruth in Ephrata, & impositum fuit ei hoc nomen Bethleem anni ducenti, & nonaginta, ex quo sequeretur, ꝙ tunc vocauisset Moyses nomen illud, ꝙ non fuit impositũ vsq; ad annos ducentos, & nonaginta post mortem suam, & tũc redit idem inconueniens, qđ ante erat: ideo nullo mõ põt dici, ꝙ istud nomen Bethleem impositum fuerit tpe Ruth. Aliqui ergo putant dicendum esse, ꝙ iste locus vocabatur Ephrata, & vocabatur Bethleem, & vtrunque ante natiuitatẽ Moysi, siue anteq̃ loqueretur ista. Sed dicunt, ꝙ prius vocata fuit Ephrata, & postea cessante illo nomine impositum fuit aliud. s. Bethleem, & hoc satis consonat isti literæ, quæ habetur infra, sci licet mortua est Rachel, & sepulta in via, quæ ducit Ephrata, hoc est Bethleem. i. ista licet vocaret Ephrata, nunc tamen est Bethleem. i. vocatur Bethleem. s. cessante priori nomine. Sed adhuc hoc non bene dr: ideo dicendum, ꝙ ista ciuitas fuit vocata Bethleem, & Ephrata, & vtrunq; nomen erat tunc simul, & fuerat, & qui volebat eam nominare, vno nomine nominabat, qui autẽ volebat noĩare alio noĩe nominabat, magis tñ cõmune pro tunc fuit istud nomen Bethleẽ sicut vocatur vsque in præsentem diem, ẽt si Arabes, & Ismahelitæ eam possideant cum metropoli sua Ierusalem, & patet hoc infra 38. c. vbi dr mihi. n. qñ veniebam de Mesopotamia mortua est Rachel in terra Chanaan in ipso itinere, eratque tempus vernum, & ingrediebar Ephratã, & sepeliui eam iuxta uiã Ephratę, quæ alio nomine appellatur Bethleem, ergo videtur ꝙ simul appellabatur his duobus nominibus, qñ Moyses ista dicebat, aliàs nõ diceret eam habere duo nomina simul, sicut præsupponit istud relatiuũ alius. Nam alietas, & differentia præsupponunt existentiã extremorum. *In qua.* Ideſt in via Ephratæ. *Dum parturiret Rachel.* Ideſt dum ad pariendum dolores habere incepisset. *Ob difficultatem partus.* Quia non poterat mittere fœtum. *Cœpit periclitari.* Ideſt ad mortem disponi. *Dixitque ei obstetrix.* Ad consolandum eam aliqualiter. *Noli timere, quia & hunc habebis filium.* Quando fœtus viuus nascitur minus periculum matri est, & quia videbat obstetrix in promptu natiuitatẽ Beniamin dicebat matri, ꝙ non timeret. *Quia & hunc habebis filium.* Ideſt etiam hũc habebis filium: ista verba ſident orationi, quam fecerat Rachel, qñ pepererit Ioseph dicens addat mihi dñs alterum filium. *Hunc etiam habebis filium.* s. supra eum, quẽ habes, vt ante positi, de quo supra 30. c. *Egrediente autem anima præ dolore,* Dolor de se mortem non causat, quia dolor attestatur perfectionem rei sentientis dolorem cum dolor sit sensus nocumenti. Sed per accidens dolor occidit.

Cum

De nomine Ephratæ.

Qñ, & cur locus Ephrata Bethleem appellatus fuerit.

Opinio quorundã.

Dolor est nocumenti sensus.

Cum enim dolor nocumenti sensus est, qñ magnus dolor est, signum est magnum nocumentũ adesse, & quia nocumentũ repugnat armoniæ, in qua consistit tota permanentia rei, cũ natura luctetur cũ nocumento, tandiu resistit quo vsq; vires nocumenti sint maiores viribus naturæ, & tunc deficiẽte natura à viribus, cessat armonia, & esse rei. Et hoc est aĩam egredi præ dolore. i. ꝙ tñ erat nocumentũ à quo nascebatur ille magnus dolor, ꝙ natura viribus impar fuit, ideo ipsa succumbẽte armonia destructa aĩa, quæ sine armonia alicui corpori non vnitur, recessit. *Imminente iam morte.* Quia iam modicum deerat, vt moreretur. *Vocauit nomen filij sui.* Quem iam pepererat benoni. i. *Filius doloris mei.* Quia est dictio composita. *Ben.* Signat. *Filium On.* Signat dolorem Oni. Signat dolorem meum. Expositio huius nominis non est in Hebræo, quia ibi satis apparet cum sit eiusdem linguæ. Sed ponitur in nostra lra ad signandũ causam impositionis noĩs. *Pater vero appellauit eum.* Prius mater moriens nomen imposuit, deinde mortua ea pater mutauit nomen in melius vocans Beniamin, qđ non multum distat in voce, sed distat in sensu. Quia Beniamin signat filium dextræ. i. filiũ fortitudinis. Quia ben filiũ signat. Iamin vero dexteram, in quo attenditur constantia Iacob, qui in morte dilectissimæ vxoris suæ pro qua seruiens septem annis videbantur dies pauci præ amoris magnitudine, vt patet sup. 29. c. non consternatus est aĩo, sed æquanimiter fortitudinis, & constantiæ nomen filio imposuit. *Et sepulta in via.* Non fuit ducta in Ebron ad sepulchra maiorum ex causa supra assignata *In via, quæ ducit Ephratam.* s. venientibus de Hierusalem, siue de Bethel, secũdo modo dicto in Ephratam: est aũt iter illud a septentrione descendens in austrum. *Hæc est Bethleem.* Quia vocata fuit Ephrata, & Bethleem. Causas aũt vtriusq; nominis. sup. isto c. diximus. *Erexit Iacob titulum super sepulchrum.* Erat. n. sepulchrum corporis in profunditate terræ defossum. Sed post ad indicãdum ibi corpus iacere erectus fuit titulus. i. memoriale, & fuit factum istud sepulchrum a Iacob ex. 12. lapidibus satis magnis in memoriam. 12. filiorum suorũ, & in extremitate titulus iste in piramidem acuitur q̃ a transeũtibus terram illã de peregrinis nostris adhuc videtur. De hoc aũt in lib. de Diuisione terræ sanctæ. *Hic est titulus.* Ista sunt verba Moysi scribentis ista, ꝙa vsq; in illã diẽ durauerat titulus monumenti Rachel, & durat ẽt vsq; hodie, & qñ aliqui transibant per terram illã videbant eũ. Dicit ergo Moyses. *Hic.* i. iste qui videtur a transeuntibus per terrã illam. *Est titulus monumenti Rachel.* i. ædificium factum ad memoriã, ꝙ hic est sepulta Rachel. *Vsque in præsentem diem.* i. vsq; ad illud tps, in quo ista scribebat Moyses. Nunq̃ tñ vidit Moyses istud sepulchrum, quia ipse natus fuit in Aegypto, vt patet Exo. 2. c. & postea non intrauit terrã promissionis trans Iordanẽ, ut patet Deute. 3. c. & vltimo, & dato, ꝙ dicamus Moysen vidisse sepulchrũ illud, qñ ei totam terrã vltra Iordanẽ Deus demonstrauit, tñ non vidit postq̃ scripsit, quia ea die qua ascendit ad montẽ illum Abarim in transitu verso super cacumẽ Phasga mortuus fuit, nec post ab aliquo hoĩe fuit visus, nec aliquid scripsit, ex quo innuitur, ꝙ licet ista historica essent, tñ ea propheticè scribebat, quia quæcunq; aliqui scribũt, quæ aliqua cognitione experimentali, vel ingsitiua, vel doctrinali acquisita nõ sunt, necesse est si vera sunt, vel a fama scribere, vel propheticè Deo mouẽte aĩam illustrando, vel aliàs reuelando. De tali modo prophetię quantũ ad ꝓterita loquitur super Ezechielem in principio Gregor. de quo magis diximus Numer. 12. c. *Egressus inde.* Hic ponitur alia aduersitas, quã intulit Ruben cognoscens Balã vxorem patris sui vigente eo, ꝙ valde magnũ peccatũ erat, & ignominia. *Egressus inde.* s. de loco, in quo sepeliuit Rachelẽ apud Ephratã, quia ibi mansit aliqbus diebus faciens tumulum illum magnũ de lapidibus politis & dispositis in acutiem altę Piramidis. *Fixit tabernaculum.* Habebat. n. tentoria portatilia, quæ posset vbiq; figere. his. n. vtuntur magni pastores. Et in his vixerant patres sui Abraham, & Isaac. de Abrahã patet sup. 12. & 13. c. De Isaac sup. 26. c. Sunt. n. talia tabernacula conuenientia peregrinis. *Trans turrem gregis.* Dicunt Iudæi, ꝙ turris gregis vocatur locus, in quo templũ postea ædificatũ fuit à Salomone, & vocatum fuit turris gregis quodam ꝓfigio futurorũ, quia postea sic vocauit Micheas. c. 4. Tu turris gregis, Vocabatur aũt turris, quia templũ in magnis fortalitijs ad modũ turris constructũ erat, vocaẽ gregis, quia multi greges ibi immolabãtur, & incẽdebant. Sed hoc non stat, quia licèt templũ fuerit vocatũ postea turris gregis, tñ nõ ꝓt hic de loco tẽpli dici, quia templũ fuit constructũ in monte Moria, vbi erat Ierusalem, quæ vocabatur Bethel ex secunda impositione Iacob, & de illo loco venerat Iacob in Ephratã, non est ergo verisimile, ꝙ immediatè rediisset in Bethel, quia ipse inquirebat semper noua pascua, & bona, ẽt quia si ad illum locum redijsset scriptura nominasset dicens, & idem redijt in Bethel, sed ſm modum loquendi literæ non potest induci, vt reuersus sit ad eundem locum, de quo immediatè ante recesserat. Irẽ quia si intẽdisset Iacob immediatè redire in Ierusalẽ ambulata leuca, & dimidia, nõ receĩsisset inde. Dicẽdum ergo est, vt vult beatus Hiero. ꝙ iste locus, qui dr turris gregis est apud Bethleem: erat. n. ibi aliqua turris, apud quam pastores manebant, & ibi nato Christo apparuit angelus pastoribus custodiẽtibus vigilias noctis super gregem suum, & modo fundata est ibi quędam Ecclesia, quæ uocatur angelus ad pastores. *Abijt Ruben, & dormiuit cum Bala concubina patris sui.* Rubẽ erat iam vir. 20. uel 21. anni. Bala erat uxor Iacob quæ fuerat ancilla Rachelis, ut patet sup. 30. & uocatur hic eõ cubina Bala, licèt uxor fuerit, ut patet sup. 30. c Ratio, quia non fuit uxor principalis sicut Rachel, & Lia. Sic ẽt Agar, & Cetura, quæ erant uxores Abrahæ, ut patet sup. 16. & 25. c. uocantur concubinæ. sup. 25. c. quia minus principales. Sara autem fuerat principalis. *Dormiuit cum Bala.* Cognoscendo eam carnaliter, sicut uolunt oẽs Doctores nostri, & quia hoc fuit enorme vitium, & magna contumelia illata patri à filio, fuit ipsi Iacob materia magni doloris, & cõsequenter magnę uirtutis, quia æquanimiter quantum decuit tolerauit. Doctores aũt Iudæi, ut Ra. Sa. & similes dicunt, ꝙ Ruben non cognouit carnaliter, sed solum, ꝙ transtulit lectum Balę ancillæ Rachelis, qui erat in cubiculo Rachelis tanquã ancilla in domo dñæ suę, & posuit in cubiculo Lię, ut uideret quasi esse ancilla eius. Hoc aũt ualde displicuit Iacob, quia redũdabat in contemptũ, ac si cognouisset eam carnaliter, ideo Moyses scripsit istud factum sub talibus uerbis. Sed hoc ualde fallum est, quia tunc si tales transumptiones facere scriptoribus liceret in sacra scriptura, nulla certitudo relinqueretur. Item patet hoc. infra 49. c. ubi dat Iacob filijs suis bñdictiones. Dicit. n. Rubẽ non creſcas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratũ eius. Hanc etiã positionẽ renet Rabi Abrahã Aben Ezra. *Quod Iacob minime latuit.* Immo cognouit istud factũ per aliquas coniecturas, uel quia uidit, uel quia ei ab aliquo alio, uel a Deo reuelatum est. De Bala aũt cõcubina, qđ postea factum fuerit non scribitur, si tenendũ est, ꝙ abdicauerit eam Iacob à suo cubiculo, ut nunq̃ eam amplius cognosceret, quia filius cognouisset. Videret. n. ualde inhonestum, ut rursum contaminatissima mulier à Iacob cognosceretur, sed maneret in perpetua uiduitate carnali commertio carens. Sic habetur de

decem

Opinio Iudæorũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

decem concubinis Dauid, quas cognouit Absalon. vt F
patet 2. Re. 16. c. deinde cum rediit Dauid in Ierusalē
clausit eas dans eis cibaria, & nō cognouit eas vnquā,
sed manserunt in viduitate vsque ad ips mortis suæ.
Erant autem. Hic ponitur numerus filiorū Israel, quia
iā incipit quodāmodo contexi historia per illos. *Qui nati sunt in Mesopotamia.* Non fuerunt oēs nati in Meso
potamia, quia Beniamin non fuit ibi natus, vt patet in
hoc. e. sed noīantur oēs à maiori parte, quia oēs prēter
Beniamin nati sunt in Mesopotamia, vel dr natus in
Mesopotamia, quia mater sua fuit inde oriunda. Sed
hoc valde remotū est. *Venit etiam.* Hic ponitur tertiū.
s. profectio Iacob in patris veneratione. *Venit ad Isaac.*
Iam erat senex Isaac, ideo venit, vt ei debitam reuerē
tiam, & famulatum pararet, quæ maximè in senectu- G
te debetur, cum patres deficiunt viribus indigētes ser
uitoribus, de quo Aristo. 8. Ethi. in princ. & 7. Politico-
rum. c. 15. in toto aūt tpe postquàm venit de Mesopo
tamia in terram Chanaan, in qua plures q̄ decem an-
ni fluxerāt, & amplius, non vidit Iacob patrem suum,
nec matrem: fuit. n. semper quasi in itinere. Sic. n. dici-
tur infra 48. c. q̄ cum veniret Iacob de Mesopotamia
in ipso itinere mortua fuit Rachel, & tñ plures q̄ decē
anni transierant à tpe, quo intrauit in terram Chanaā
vsque in ipsum tps. *In Mambre ciuitatem Arbeæ.* Videt
dicere textus, q̄ Mambre sit nomen ciuitatis, sed non
Mambre quid. est, vt dicebatur sup. 23. c. est aūt Mambre nomen val-
lis cuiusdam magnæ, in qua habitauit Abraham ma-
gno tpe apud Ebron ciuitatem, vt patet sup. 18. ca. no-
men aūt ciuitatis proprium est Ebron. nomen verò H
attributum est chariatharbe. i. ciuitas quatuor, quia ibi
quatuor patriarchę cum suis vxoribus iacēt tumulati,
de quo diximus sup. 23. c. Sed hoc non obstante hæc
ciuitas vocatur Mambre, quia de ea prædicatur in re-
cto Mambre, vt patet sup. 23. c. cum dr sepeliuit Abra-
ham vxorem suam in spelunca duplici, quæ respicie-
bat Mambre hæc est Ebron in terra Chanaam. Item
si Mambre non sit ciuitatis nomen non pōt satis be-
ne exponi litera ista, cum dr venit Iacob ad patrē suū
in Mambre ciuitatem Arbeæ; oporrebit nanque face
re quasdam suppletiones, quę multum sunt alienæ à
tali modo loquendi: nam debebit sic exponi: Venit Ia
cob in Mambre ciuitatē Arbeæ. i. venit Iacob in vallē
illam magnam, quę vocatur Mambre, & hoc est apud I
ciuitatem Arbeę. Cui. n. dubium est, q̄ ista expositio
distorta sit, & repugnans modo loquendi in talibus
propositionibus? Nam si sic concedatur exponi. s. vt
conuertamus p̄dicationes, quæ in recto sunt, ad quas-
dam habitudines obliquorum, tota certitudo scriptu-
ræ destruetur, quia nescietur q̄n sit p̄dicatio de essen-
do, vel de habendo. Necesse est ergo dicere, q̄ ista ciui
tas, quæ uocata fuit Ebron, & Arbea ēt vocata fuerit
Mambre, non obstante, q̄ ēt quædam vallis circa ter-
ram illam vocetur Mambre, vt patet sup. 18. c. *In qua peregrinatus fuit Abraham.* Idest in qua vixit peregre. li-
cèt enim multis annis moratus fuisset ibi, quia tñ non
tenuit terram, vt suam, sed vt cōductam, vel gratis ad
tps concessam, semper peregrinari dicebatur. Manife
stum est aūt, q̄ istud iter Iacob venientis de Mesopo- K
tamia nō erat rectum, quia Ebron est multum austra-
lis, quia est in sorte tribus Iudæ, ut patet Iosue. 15. ista
aūt sors est magis australis, q̄ cæterę, eo q̄ tangit limi-
tes meridianos terræ promissionis, vt patet Iosue. 15.
in cuius sortis mediatè sita est Ebron, vt patet Iosue.
14. & 15. Ierusalem aūt est in sorte Beniamin, ut patet
Iosue. 18. c. & est septentrionalis multū respectu sortis
Iudę. cum sors Iudę tenens terminos meridianos re-
spiciat sortem Beniamin ex parte Septentrionis: etiā
quia magis videtur distare Ierusalem versus Occiden
tem ab Oriente terræ promissionis quàm Ebron, cū
sit Ebron in medio sortis filiorū Iuda, vt patet Iosue,
14. & 19. cap. Ierusalem aūt circa Occidentem terræ
Chanaam non multum distans à mari. s. per nouem
leucas, & illud est mare Occidētale, sicut dicitur Deu
teron. 11. siue mare palesthinorum, ut dicitur Exo. 23.
& est finis siue limes Occidentalis terræ Chanaam.
Item patet, quia venit Iacob de Sichen, & Bethel pri-
mo in Ierusalem, siue s̄m Bethel, quæ est via directè,
quasi ab Oriente in Occidentem, deinde declinauit à
Ierusalem in Ephratam, siue Bethleem, quæ est via to- Determi-
taliter à Septentrione in meridiem. Dicendum, ergo natio. C
q̄ Iacob non curabat de rectitudine itineris, sed de bo-
nis pascuis, ideo diuertebat ad multa loca. *Et completi sunt dies Isaac.* in quo notatur, q̄ bonus erat, quia mali
non dimidiant dies suos, ut patet psal. 54. *Centum octo-ginta annorum.* Ista ponuntur hic ad examinationem,
quia non mortuus fuit Isaac, cum venit Iacob; patet
quia infra 35. ca. dicitur, q̄ Ioseph erat sexdecim anno-
rum, & pascebat gregem cum fratribus suis, sed nō e-
rat tunc mortuus Isaac, nec ēt multo tēpore post mor- Isaac vixit
tuus est, ergo est anticipatio. Antecedens patet, quia 180. an-
Isaac vixit annis 180. ut patet hic, & genuit filios suos nis.
Esau, & Iacob cum esset. 60 annorum, ut patet sup. 25.
cap. ergo q̄n mortuus fuit Isaac erat Iacob. 120. anno-
rum. Patet consequentia subtrahendo. 60. de 180. Sed
q̄n Iacob erat annorum. 120. erat Ioseph annorum 29.
ergo post istud ips quasi per annos 13. mortuus fuit
Isaac. Patet cōsequentia, quia nunc q̄n venit Iacob ad
videndum Isaac patrem suum erat Ioseph quasi sexde
cim annorū, ut patet inferius. cap. 37. quia ista fuerunt
quasi in eodē tpe. Antecedēs probatur, quia q̄n Iacob
petiuit uxorē suam Rachelem à Laban, erat ann. 84.
vt probauimus clarè. sup. 29. cap. sed ab illo tpe, quod
fuit principium secundi septennij vsq; ad natiuitatem
Ioseph, qui natus fuit in fine secundi septennij, ut pa-
tet sup. 30. cap. fuerunt septem anni, ergo tunc erat Ia-
cob. 91. ann. Patet addendo. 7. ad 84. Ab illo ergo anno
vsq; ad ann. 120. restant anni 29. quos hēbat Ioseph, q̄n
mortuus fuit Isaac, ex quo cōcluditur, q̄ post vēditio-
nē Ioseph in Aegyptum, quasi annis 13. mortuus fuit
Isaac. s. vno anno ante q̄ Ioseph fieret dns Aegypti. Pa-
tet infra 41. c. vbi dr, q̄ 30. ann. erat Ioseph, q̄n steriit co-
ram Pharaone, & tunc factus fuit dns Aegypti, & se-
quenti anno incępit magna fertilitas in Aegypto. Pa-
tet, quia anno 29 uitæ Ioseph mortuus fuit Isaac, vt fu-
pra diximus *Consumptusque ætate.* i. tñ vixit, q̄ defecit in
eo calor naturalis, & humiditas radicalis, ita q̄ totali-
ter deficiēs, & p̄sumptus mortuus est, & ista est mors
naturalis, q̄ opponitur morti immaturę, q̄ est in iuue
nibus, in quibus naturaliter nō deficit humiditas radi- Calor na-
calis, nec calor naturalis, sed ex aliquo extrinseco, uel turalis, &
accidenti nociuo. Sunt. n. ista duo vitæ radices, qa pro- radicalis
priè vita seruat in calido, quia tñ calidū igneū manere humiditas
non pōt, nisi in humido, q̄d est nutrimentū suū, necel sunt vitæ
sę est ad vitā tenendā non solū esse calidū, sed ēt humi radices.
dū, sicut ignis in oleo conseruat, quo deficiente perit.
Ad hoc ergo, q̄ vita aliqua aīalis in longū tendat, o-
portet ut hæc duo multum armonica sint, & non cito
p̄sumptibilia. s. vt calor naturalis nō sit cito extingui-
bilis ab humidi abundantia, & humidū nō sit cito de-
siccabile à calido agente in ipsum. *Appositus est populo suo.* i. iuit ad limbū sanctorū patrū, in quo tunc tenebā-
tur usq; ad Christi passionē. *Senex, & plenus dierum.* Ma
gis signat plenus dierum, q̄ senex, senex vocat, quicū-
que excedebat in illo tpe annū. 70. vel 80. sed non vo-
cabatur plenus dierum usq; ad annos. 150. uel plures.
Et sepelierunt eum Esau, & Iacob. Licèt multi filij inter-
fuerint sepulturæ, nominantur tamen isti, quia erant
principales, & magis attinentes Isaac, quàm omnes
alij,

Esau

Esau à fratre separatur, generationis Esau diuersi duces numerantur. *Cap. XXXVI.* A

HÆ Sunt autem generationes Esau, ipse est Edon. Esau accepit vxo-
res de filiabus Chanaan: Ada filiā
Elon Hethæi, & Oolibama filiā
Anæ filiæ Sebeon Heuæi: Basemath quoq;
filiam Ismael sororem Nabaioth. Peperit au-
tem Ada Eliphaz: Basemath genuit Rahuel.
Oolibama genuit Iehus, & Ihelon, & Core. B
Hi filij Esau, qui nati sunt ei in terra Cha-
naan. Tulit autem Esau vxores suas, & filios,
& filias, & omnem animam domus suæ, &
substantiam, & pecora, & cuncta, quæ habe-
re poterat in terra Chanaan, & abijt in alterā
regionem, recessitq́ue à fratre suo Iacob. Diui
tes. n. erant valde, & simul habitare non pote
rant; nec sustinebat eos terra peregrinationis
eorum præ multitudine gregum. Habita- C
uitq́ue Esau in monte Seir, ipse est Edon.
Hæ aut sunt generationes Esau patris Edon
in monte Seir, & hæc nomina filiorum eius.
Eliphaz filius Ada, vxoris Esau: Rahuel quo-
que filius Basemath vxoris eius. Fueruntq́ue
Eliphaz filij Theman, Omar, Sephoa, & Ga-
than, & Cenez. Erat autem Thanna concu-
bina Eliphaz filij Esau, quæ peperit ei Ama-
lech. Hi sunt filij Ada vxoris Esau. Filij autem
Rahuel, Naath, & Zara, Samma & Meza. Hi
filij Basemath vxoris Esau. Isti quoque erant D
filij Oolibama filiæ Anæ filiæ Sebeon vxo-
ris Esau, quos genuit ei Iehus, & Ihelō, & Co-
re. Hi duces filiorum Esau: filij Eliphaz pri-
mogeniti Esau: dux Theman, dux Omar, dux
Sepho, dux Cenez, dux Core, dux Gathan,
dux Amalech. Hi filij Eliphaz in terra Edon,
& hi filij Ada. Hi quoque filij Rahuel filij
Esau, dux Nahath, dux Zara, dux Samma,
dux Meza. Hi autem duces Rahuel in
terra Edon: isti filij Basemath vxoris Esau. E
Hi autem filij Oolibama vxoris Esau, dux
Iehus, dux Ihelon, dux Core. Hi duces Ooli-
bama filiæ Anæ vxoris Esau. Isti sunt filij E-
sau, & hi duces eorum: ipse est Edon. Isti sūt
filij Seir Horrei habitatoris terræ: Lothan,
& Sobal, & Sebeon, & Ana, & Dison, &
Eser, & Disan. Hi duces Horræi, filij Seir
in terra Edon. Facti sunt autem filij Lothā;
Horræi, & Heman. Erat autem soror Lo-
than, Thanna. Et isti filij Sobal, Aluan, &
Manahath, & Ebal, & Sepho, & Onan. Et
hi filij Sebeō, Acia, & Anan, Iste est Anā, qui
inuenit aquas calidas in solitudine, cū pasce
ret asinas Sebeon patris sui, habuitq́; filiū Di-
son, & filiam Oolibama. Et isti filij Dison,
Abdan, & Esebam, & Iethran, & Charā. Hi
quoque filij Eser, Balaan, & Zauā, & Acan.
Habuit autem filios Dison, Hus, & Aran.
Hi duces Horræorum, dux Lothan, dux So-
bal, dux Sebeon, dux Ana, dux Dison, dux
Eser, dux Disan: isti duces Horrēorum, qui
imperauerunt in terra Seir. Reges autem,
qui regnauerunt in terra Edon, antequam
haberēt regem filij Israel, fuerunt hi, Pela
filius Beor, nomenque vrbis eius Denaba.
Mortuus est autem Bela, & regnauit pro eo
Iobab filius Zaræ de Bosra. Cumque mor-
tuus esset Iobab regnauit pro eo Husam de
terra Themanorum. Hoc quoq; mortuo re-
gnauit pro eo Adad filius Badad, qui percus-
sit Madiā in regione Moab, & nomen vrbis
eius Auith. Cumque mortuus esset Adad,
regnauit pro eo Semla de Masreca. Hoc
quoque mortuo regnauit pro eo Saul de flu-
uio Rohoboth. Cumq́; & hic obijsset, succes-
sit in regnum Balanam filius Achobor. Isto
quoque mortuo regnauit pro eo Adar, no-
menque vrbis eius Phau. Et appellabatur
vxor eius Meetabel filia Matred filiæ Mi-
zaab. Hæc ergo nomina ducum Esau in co-
gnationibus, & locis, & vocabulis suis, dux
Thāna, dux Alua, dux Ietheth, dux Ooliba-
ma, dux Ela, dux Phinon, dux Cenez, dux
Theman, dux Mabsar, dux Magdiel, dux Hi-
ram. Hi duces Edon habitantes in terra im-
perij sui, ipse est Esau pater Idumęorum.

HAE Sunt. Descripta multiplicatione Iacob,
hic describitur multiplicatio Esau, & ponitur incidentaliter, quia supra facta fuerat
mentio, q̄ Iacob, & Esau sepelierant Isaac,
ideo merito huius venerationis p̄næ introducit scri-
ptura genealogiā Esau, & hæc fuit causa, quare supra
fecit anticipationē de morte Isaac, vt cōsequenter in
aliqua occasione poneret genealogia, & processus fi-
liorum suorū, & iste ordo multotiens obseruatur in sa
cra scriptura, quia ēt ipsa ars rhetorica ordinē artificia-
lem magis seqtur q̄ naturalē. Et diuidit in tres partes.
Primò ponitur gñatio Esau in suis filijs immediatis, se
cundo ponitur separatio eius, & Iacob sui fratris, ibi.
Tulit autem Esau. Tertio genealogia Esau in succesio-
ribus suis, ibi. *Hæ sunt generationes.* Circa primum. *Hæ sunt autem generationes Esau.* Idest isti sunt filij Etāu, scili-
cet isti qui immediatè sequuntur, qui fuerūt filij eius,

vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel potest referri ad omnia inferiora, & tũc est sensus, F
q̃ istę generationes.i. successiones gñationum, quæ se
quuntur pertinent ad Esau. *Ipse est Edon.* i. q̃ Esau vo-
cabatur Edon. Tria.n. noīa habuit Esau, vt notat Hie-
ronymus super Abdiam, in quodam prologo. Hoc ēt
habetur supra 25.c. quia vocatur Esau noīe suo, vocat̃
Seir.i. Hispidus, quia erat Hispidus sicut pellis, vocatur
ēt Edon.i. rubeus ob̃ ruborē lenticulæ, quam concu-
piuit, vt patet sup. 27.c. Vel ēr in alia causa, vt ait Hiero
ny. super Abdiam in ,plogo, qui incipit: Iacob Patriar-
cha. s. ob ruborē corporis. Et sciendum, q̃ in sacra scri-
ptura multotiens idem locus, & eadem persona diuer
sis noībus appellātur. De locis apparet, quia idē locus
vocatur Ebron, vel Arbee, vel Cariatharbee, vt patet
supra 23.c. & præce.c. & Iosue. 14. & 15. & 19. Sic etiā G
idem locus vocatur Segor, & Bala, vt patet sup. 14.c.
& 19. Sic ēt de Ierusalem, quæ pluribus noībus nuncu
patur, de quibus. supra 28.c. de personis aūt tam in no
uo, quā in veteri testō patet. In nouo testō vocatur idē
Cephas, & Bariona, & Simon, & Petrus. Vocatur Pe-
trus, & Simon, ut patet Mat. 10. & in multis alijs locis.
Vocatur Bariona, vt patet Mat. 16.c. Vocatur Cephas,
vt patet prima ad Cor. 15.c. In veteri testō eadē perso
na vocatur pluribus noībus. Sic vocatur Iacob, & Is-
rael; & Sem ēt vocatur Melchisedech, vt patet supra
14.c. Et Esau vocatur tribus noībus supradictis, ista au
tem varietas magnā intricationē facit in historijs, ita
q̃ multi coguntur errare. *Esau accepit vxores.* Qñ erat
annorum 40. accepit eas, vt patet sup. 26.c. de filiabus
Chanaā. Oēs mulieres, quæ erant de illis septem popu H
lis terræ promissionis vocantur de filiabus Chanaan,
quia illi septē populi sunt de gñe Chanaā, vt patet sup.
10.c. in speciali tñ istæ duæ mulieres erant de gñe Hetę-
orū, qui sunt vnus de illis septē populis, vt patet su
pra 26.c. & 27. vbi dixit Rebecca tædet me vitę meæ
propter filias Heth. i. filias Hetheorū vxores Esau. *Ada
filiam Elon.* Ista mulier vocatur alio noīe Basemath, vt
patet supra 26.c. *Filiam Anæ filij Sebeon.* Ista Oolibama
ēt dicitur filia Sebeon, vt patet infra in isto c. & sic vi-
detur esse eadem filia patris, & filij. Ad q̃d dicunt He-
bræi, q̃ Sebeon paganus erat, nec curabat de lege ma-
trimonij, ideo ductus libidine ꝯcubuit cum Nuru sua
vxore filij sui, & sic ista Oolibama erat verè filia Se- I
beo, licèt adulterina ex concubitu cum Nuru sua, &
erat filia putatiua Anæ, qui erat vir matris Oolibamę.
Sed hoc non est verisimile, q̃ Esau voluisset accipere
in vxorem mulierem ita turpem quantum ad natalia,
saltem propter reuerentiā patris sui Isaac tunc viuen-
tis, ut patet sup. 26.ca. quia vxorem accepit Esau, dum
esset annorum 40. vt patet supra 26.ca. & Isaac genue-
rat Esau, cum esset annorum 60. vt patet eod. c. ergo
annorum 100. erat Isaac quādo accepit vxores Esau.
Aliqui autem dicunt, q̃ ista non fuit filia Sebeon, sed
Anæ. Sed quia Sebeon erat pater Anæ adoptauit Ooli
bama filiam Anæ, & sic erat filia Anæ naturalis, & fi-
lia Sebeo adoptiua. Sic ēt adoptauit Iacob Ephraym,
& Manassem, vt patet infra 48.cap. Vel pōt dici, q̃ ista
Oolibama vocatur filia patris, & filij, quòd interdum K
aui, & proaui nepotes, & pronepotes filios vocant.
Magis tñ videtur dicendum, q̃ vterque istorum ha-
buerit filiam, quæ vocata fuerit Oolibama, sed nō fuit
eadem mulier, & dicendum, q̃ Oolibama filia Anæ
fuerit vxor Esau, & non Oolibama filia Sebeon. *Ba-
semath quoque filiam Ismael.* Ista est alia Basemath ab illa,
quam diximus superius esse vxorem Esau, & filiam
Elon, vt patet, supra 26. cap. & credo, q̃ ideo nomen
illius mutatum est, vt vocaretur Ada, quia duas vxo-
res habebat Esau, quarum vtraque vocabatur Base-
math. *Filiam Ismael.* Ista dicebatur esse supra soror Na-
baioth, vt habetur ca. 28. Ratio est quia Nabaioth est
primogenitus Ismaelis, vt habetur sup. 25. vel ex alijs
causis assignatur. supra 28.cap. Notandum, q̃ Ismael
& alia nomina Barbara, vel Hebræa aliq̃n trāseunt in
formā latinam, & tũc declinantur, aliq̃n nō transeūt,
& non declinantur, & patet in hoc noīe Abraham,
quia aliq̃n reperitur in superioribus declinatum, plu-
ries aūt indeclinabile reperitur, sicut istud nomen Ra
chel aliq̃n est indeclinabile, vt patet supra 29. cap. per
totum, aliq̃n reperitur declinatum, vt sup. 30. & 31.ca.
Ista Basemath, quæ hic noīatur filia Ismaelis noīatur.
sup. cap. 28. Malech. *Peperit autem Ada Elipha.* Iste Eli
pha fuit primogenitus Esau. Et dicunt aliqui, q̃ iste
fuit vnus de amicis Iob, quod quidē posset verū esse,
tenendo cum Hieronymo, qui voluit Hus filium Na
chor esse Iob, vt diximus sup. 22.cap. Sed non concor
dat nostrę positioni s̃m Aug. & Ambrosiū, quam ibi
aliqualibus rōnibus fulsimus, quia Iob, qui fuit Iobab
filius Zared de Bosra, de quo infra, multum fuit post
Elipha, cum primo transierunt duces idumæorū, de-
inde secuti fuerūt reges, nō ergo potuit iste esse vnus
de amicis eius, qui vocaretur Elipha Temanites. *Ooli-
bama edidit Iehus.* Secundū quosdam ēt iste vocatur Ia-
ris. *Qui nati sunt ei in terra Chanaan.* Ex quo patet, q̃ an-
tequam iret Esau in terram Edon, siue Idumæam ge-
nuit istos filios, quia Idumæa non est in terra Chanaā,
& patet, quia dicitur infra abiit Esau in alteram regio
nem portans secum oīa, quæ habere poterat. *Tulit aūt
Esau.* Hic ponitur secundū, scilicet Iacob ab Esau fra-
tre suo separatio. *Tulit Esau.* Licèt Esau potētior esset,
quam Iacob, tñ volūtate Dei motus recessit extra ter-
ram Chanaan, & mansit in ea Iacob possidens, q̃d po-
steri eius post verè possessuri erant. Quidam tñ insi-
pientes Iudæi dicunt, q̃ Iacob expulit Esau de terra il
la. Et in hoc volunt, q̃ cōpleta fuerit b̃dictio Isaac di
cētis, q̃ Iacob dñaretur Esau, vt patet sup. 27. c. Sed isti
valde errāt. Nō attendūt miseri Iudæi, q̃ Iacob veniēs
de Mesopotamia misit munera Esau fratri suo, &
qualiter eum sæpe dñm vocauit inclinans se corā eo
septies vsq; ad terram, & qualiter Iacob cum solis vi-
ris pastoralibus veniret, Esau aūt cum quadringentis
equitibus, vt patet sup. 33.c. Hoc ergo suppositō, quo
inualescere poterat Iacob, vt expelleret Esau de terra
Chanaā? Item non est hoc verisimile, q̃a non hēbat Ia
cob aliquos cognatos, uel affines, qui eū iuuarē ēt in ter
ra Chanaā ꝯ Esau, quia affines sui erant in Mesopota-
mia, vñ acceperat vxores. Esau aūt hēbat multos affi-
nes in terra Chanaā de Hethæis, & Heuchis, & Ismae-
litis, quorum filias acceperat in vxores. Fundm̃ huius Fundamē-
rōnis est, quia cū quis iuuat ab aliquib⁹ aut iuuat à po tum rōnis.
steris. s. à filijs descēdētibus de semine suo, vel à cogna
tis transuersalibus, aut ab affinibus, aut ab amicis: non.
n. sunt plures cōditiones hoīum, à quibus aliqs adiu-
uari queat. Iacob aūt à filijs, & tota sua familia modi-
cū poterat, q̃a tunc hēbat decē filios, qui erant viri. Nā
Ioseph in Aegypto tũc erat. Beniamin aūt erat valde
iuuenis, qui adiuuare nō poterat, reliqua aūt seruorū
familia satis pauca erat, quæ ꝯ Esau minime, pficeret.
Nō poterat ēr à cognatis adiuuari, quia cognatos nul-
los hēbant ipse, & Esau, cū ambo soli essent filij Isaac,
nec esset in terra illa aliquis pertinens ad eorū cogna
tionē. Nam Ismaelitæ nepotes Abrahæ, qui erāt co-
gnati Esau, & Isaac remoti inde erāt: isti tñ magis au-
xiliarentur Esau, qui erant affines eius, cū accepisset fi-
liā Ismaelis sororem Nabaioth. Non poterat etiam
iuuari Iacob à cognatis suis filijs Ceturę, quia isti se-
moti erant inde versus Orientē, vt patet supra 25. ca.
Nō poterat ēt adiuuari ab affinibus, cū in terra illa affi
nes nullos hēret, q̃a vxores ceperat de Mesopotamia,
& ibi erat eius affinitas. Nō poterat ēt multū iuuari Ia
cob ab amicis, q̃a erat Iacob ꝑegrin⁹, q̃ nō habitauerat
multo

multo tempore in terra Chanaam fixus, Esau autem A
manserat in ea, & habebat multos affines tam de He-
thæis, qui erant in terra illa, quam de Ismahelitis, qui
aliqualiter aderant: ideo faciliter poterat ipse delere
Iacob, nisi Deus immutasset cor eius.

Dicendum ergo quòd non expulit Iacob Esau, sed
ipse vltroneus recessit in Idumæam, & hoc infra de-
claratur, cum dicitur, quòd recessit Esau, quia Iacob,
& Esau ita diuites erant, quòd non poterant simul ha
bitare. *Vxores suas.* Istas tres supra nominatas. *Et filios
suos.* Istos quinque supradictos. *Et omnem animam domus
suæ.* Animam vocat rem animatam denominando to
tum à parte, & non denominat omnem rem anima-
tam, sed solum hominem, quia infra ponuntur peco- B
ra, & sic habetur infra 46.cap. quòd omnes animę do
mus Iacob, quæ ingressæ fuerunt in Aegyptum fue-
runt 70. istæ animæ dicuntur familiares Esau, qui se-
quuti sunt eum in Idumæam, & serui, & ancillæ. *Et
substantiam.* Scilicet omnia supellectilia, aliquando ta
men substantia tota possessio dicitur, siue bonorum
mobilium, siue immobilium. *Et pecora.* In istis enim
abundabat satis Esau, vt patet supra 33.cap. quando
Iacob offerebat munera Esau de pecoribus respondit
Esau se multa de istis habere. *Et abiit in alteram regio-
nem.* Idest in Idumæam, quæ est altera regio, quia est
extra terram Chanaam in latere eius meridiano, &
in confinio Orientis, vbi coniungitur Arabiæ in ter- C
minis Bethoron superioris, vt patet in lib. de diuisio-
ne terræ sanctæ, & per hanc Idumæam transire debe-
bant Hebræi, quando venerunt de Aegypto, vt patet
Numeri 20.cap. *Recessitque à fratre suo Iacob.* Quia, vt
infra seq. diuites erant valde.

Sed quæritur an iste recessus Esau a Iacob fuerit
viuente Isaac, vel mortuo eo. Si autem dicas, quòd
hoc fuit post mortem Isaac contra, quia Esau ante
mortem Isaac recessit ad habitandum in Idumæam,
& patet, quia veniente Iacob de Mesopotamia exiuit
ei obuiam Esau habitans in monte Seir, & dicitur,
q̃ eodem die quo obuiauit Iacob redijt in montem
Seir, & Iacob fingens se velle cum eo habitare dixit,
quòd sequeretur eum lento gressu in Seir, vt patet su
pra 33.cap. Si autem dicas, quòd fuit ante mortem
Isaac: non videtur verum, quia ante mortem Isaac
morabatur Iacob in Mesopotamia: ideo non pote- D
rat separari ab eo.

Item dato, quòd tempore, quo manebat Iacob in
terra Chanaam antequam recederet in Mesopota-
miā, recessisset Esau non diceretur recedere à frarre
suo Iacob, sed a patre suo Isaac, quia cum Iacob tunc
non haberet vxorem, non erat emancipatus, sed ma-
nebat in domo paterna sub prima potestate, nec pote
rat habere nomen in populo, quia computatur in ea-
dem patria cum patre, vt dicunt iura humana, & de-
clarat Philosophus in 5. Ethi. dicens, quòd filius est
quædam pars patris, donec vtique sit pelicon. idest
emancipatus.

Item quia dicitur, ℣. q̃ ista discessio facta fuit pro- E
pter magnitudinē diuitiarum: erat enim eis tanta in
gregibus abundantia, quòd terra peregrinationis eo-
rum eos capere non poterat, sed antequam morere-
tur Isaac nihil habebat Iacob, quia manebat in domo
paterna, & non habebat bona distincta à patre, ergo
non potest intelligi ante mortem Isaac.

Dicēdum ergo est, quòd ista diuisio fuit post mor-
tem Isaac, quia licet ante mortem Isaac Esau habita-
ret in terra Edon in monte Seir, vt patet supra 33.ca.
tamen ante mortem patris sui Isaac venit, & steterit ad
exequias ipse, & Iacob, vt patet supra 35.cap. tunc ha
bitauit aliquot diebus Esau in terra Channam, & tũc
mortuo patre diuisa fuerunt omnia bona inter Iacob

& Esau, quia soli erant, ex quo locupletati sunt valde
super id, quod habebāt. Et hoc notatur cum infra di-
citur, quòd tanta erat multitudo gregum suorum,
quòd terra peregrinationis eorum eos ferre non po-
terat: & cum venisset tunc Esau ad terram Chanaan
ante Isaac mortem duxit secum de terra Seir quic-
quid habebat, scilicet filios, & vxores, & pecora, quia
putauit se habitaturū in terra Chanaan. Et hoc patet,
quia supra dicitur, tulit secum Esau vxores, filios, pe-
cora, & substantiam suam, & omnia quæ habere po-
terat, & recessit in alteram regionem; non potuisset
autem tollere ista de terra Chanaan ad terrā Idumęæ
nisi adduxerit ea de Idumæa, quia prius omnia ista
habebat in Idumæa, cum antea ibi habitaret in terra
Chanann, sed videns, quòd ita diuites erant ambo fra
tres, motus fuit redire in Idumaā, & Deus mouit
Esau ad faciendum hoc specialiter propter vtilitatem
Esau, & Iacob, & primo propter Iacob, quia si Esau
mansisset in terra illa, fortè rixati fuissent ambo, & E-
sau depressisset Iacob.

Item quia cum non possent capi in terra illa pro-
pter diuitias Esau, quia potens erat expulisset inde Ia-
cob: nam accideret rixa inter pastores, ex quia moue-
rentur domini, & satis sic erat promptum esse pugnā
inter Esau, & Iacob, sicut fuit inter pastores Abra-
hæ, & pastores Loth. Nam vterque valde in pecori-
bus abundabat, sicut dicitur supra decimotertio capit.
scilicet. Erat quippe substantia eorum multa, & non
poterant habitare communiter, & sequitur: vnde fa-
cta est rixa inter pastores Abraham, & Loth, scilicet,
quia eorum pecora non poterant sufficienter capi in
terra illa. Et fuisset iurgium, si Abraham prudenti Cōtrouer-
consilio ductus non diuisisset communem habitatio sia inter pa
nem: sicut consequenter dicitur, scilicet dixit Abra- stores A-
ham ne quæso iurgium sit inter me, & te, & pastores brahę, &
meos, & pastores tuos: fratres enim sumus, ecce enim Loth.
vniuersa terra coram te est: recede a me obsecro, si ad
sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si dexteram ele
geris, ego ad sinistram pergam. Ad tollendum ergo
hoc inconueniens inter Esau, & Iacob, mouit Deus
Esau ad recedendum principaliter.

Secundo fuit propter vtilitatem Esau, & postero-
rum eius: Deus enim promiserat dare totam illam ter
ram Iacob, & semini eius secundum benedictionem
promissam Abrahę, vt patet supra 28. & 31. cap. præ-
cedenti, illa autem benedictio Abrahæ posita fuit su-
pra decimoquinto capit. vbi promittitur tota illa ter-
ra in circuitu: erant ergo expellendi ab illa terra habi
tatores eius propter peccata sua intrantibus filijs Is-
rael. Si autem mansissent ibi filij Esau, quia multum
creuerunt, magnam partem occupassent, & sic opor-
tuisset eos inde expelli venientibus filijs Iacob, & mo
ri gladio, sicut alij habitatores populorum Deus au-
tem nolebat sic perire filios Esau, quia semen Abra-
hæ erant, sed dedit eis terram Seir, in qua habitaue-
runt prius Horræi, & adiuuit eos ad expellendum
Horræos, vt patet Deuteronom. secundo capit. & li-
cèt Deus fecerit Esau, & progeniem suam recedere
de terra Chananæorum, vbi morabantur septem po-
puli sæpe nominati in scriptura, scilicet, Hetęus, He-
uæus, Ferezeus, &c. tamen non excluśit eum peni-
tus a benedictione promissa Abrahę. Nam supra de-
cimoquinto capit. promittuntur gentes decem A-
brahæ, & semini eius, de quibus solas septem acce-
perunt filij Iacob, vt sæpe patet in Exodo, & Nu-
merorum libro. atque Deuteronom. & Iosue, atque
libro Iudicum, aliæ autem tres gentes diuisæ sunt ab
ijs qui attinebant ad Abraham. Nam Esau tantum
pertinebat ad Abrahā sicut Iacob, quia ambo erāt ne-
potes eius, & filij Isaac, licèt benedictio directè venit

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Iacob. Huic ergo Esau, & posteritati eius data F
fuit terra vnius illarum decem, & aliæ duæ manentes præter septem datas filijs Iacob fuerunt datæ duobus filijs Loth, scilicet Moab, & Amon, quod magis declaratum fuit supra 14. & 15. cap. & magis Deuter. 7. cap. dicetur, & ibi vide. *Diuites enim erant valde.* Antequam morereturr Isaac filij diuites erant, vt patet de quolibet eorum supra 35. cap. deinde diuisa inter eos tota substantia paterna ditiores effecti sunt. *Et simul habitare non poterant.* Et subditur causa. *Nec capiebat eos.* Ponitur ibi nec, pro, quia, idest. *Quia non capiebat eos terra peregrinationis eorum.* Idest terra illa Chanaam, in qua mortuo patre ambo habitare volebant, & ista erat terra peregrinationis respectu amborum. De Iacob patet, qa licet in terra illa habitaturū esset postea semen suum, tamen nondum adeptus fuerat G
eam, sed peregrinus erat, quia nondum completæ erant iniquitates Amorrhæorum vsque in diem illū. De Esau etiam patet, quia terra Chanaam non erat sua: sicut nec Isaac patris sui: nec Deus ei daturus erat eam, sed terrā Seir, vt patet Deutero. 2. cap. *Habitauit Esau in monte Seir.* Mons Seir, & Idumæa idem est, vt loquitur Abdias cap. vnico, aliquando vocans eam Idumæam, aliquando montem Seir. Vel fortè potest dici, quòd Idumæa est terra magna, in qua est quædam pars, quæ vocatur mons Seir sicut dicitur supra 32. cap. misit Iacob legatos ad Esau fratrem suum ad terram Seir regionis Edon: & vocatur mōs Seir, quia illa terra montuosa est. Sic dicitur Deuteron. 2. cap. circuimus montē Seir longo tempore. *Ipse est Edon.* Hoc potest referri ad Esau, & ad montem Seir. H
Ad Esau, quòd dicatur. *Ipse est Edon.* Idest ipse Esau est Edon. Sic dixit supra in principio cap. & hoc est, quia Esau tria nomina habet; vel potest accipi pro monte, scilicet. *Ipse est Edon.* Idest ipse mons Seir, in quo habitabat Esau vocatus fuit Edon, & hoc patet supra 32. cap. vbi dicitur ad terram Seir regionis Edō, & sic vocatur regio ipsa Edon. Sic etiam dicitur infra, hæ sunt generationes Esau patris Edon, idest patris illius terræ, quæ sic vocatur. *Hæ autem sunt generationes.* Hic ponitur tertium, scilicet, multiplicatio Esau in filijs mediatis, & succedentibus, & diuiditur in quatuor partes, quia primo ponuntur filij Esau sine aliquo dignitatis statu. Secundò ponuntur in Ducatu, ibi. *Hi Duces.* Tertiò describuntur in Regio I
statu, ibi. *Reges autem.* Quartò redeunt ad Ducatum, ibi. *Hæc ergo nomina.* Circa primum repetuntur filij Esau. *Hę sunt generationes Esau.* Quæ infra ponuntur. *Patris Edon.* Vocatur hic Edon terra Idumææ, quæ etiam vocatur Seir, & dicitur pater Edon, idest pater omnium habitantium in terra illa, qui vocantur Idumæi. *Eliphaz filius Adæ.* Iste est primogenitus. Adæ nomen matris eius est, quæ alio nomine vocatur Basemath: vt supra diximus. *Rahuel filius Basebath.* Ista vocatur Basemath non filia Edon, sed filia Ismaelis, & soror Nabaioth, vt dictum fuit supra quæ alio nomine vocatur Maeleth, vt habetur supra 28. cap. *Filij Eliphaz Theman.* Ab isto denominata fuit quædam K
ciuitas Theman in terra Idumęę, quia fortè iste condidit eam, & in illa habitauit Eliphaz Themanites amicus Iob, vel fortè conditor huius ciuitatis fuit Esau, tamen nominauit eam ab Eliphaz, qui fuit primogenitus eius. Nam sic consuetum erat apud antiquos, & sic diximus supra 34. cap. quòd Rex Hemor nominauit ciuitatem suam Sichen à nomine filij sui, qui prius vocabatur Salem, siue Salin, & cepit ista consuetudo à primo viro, qui condidit primam orbis ciuitatem, scilicet à Chain primogenito Adæ. Nam ciuitatem ædificauit quam vocauit Henoch ex nomine filij sui, vt patet supra quarto cap. cum dicitur cognouit autem Chain vxorem suam, quæ cō cepit, & peperit Henoch, & ædificauit ciuitatem vocauitque nomine eius ex nomine filij sui Henoch. *Iaelan.* Iste vocatur Gatham, primo Paralipo. cap. 1. *Erat autem Thamna concubina Eliphaz.* vocatur concubina, quia fuit vxor secundaria, & minus principalis introducta de voluntate primę vxoris. Sicut vocabantur Agar, & Cetura, quæ erant vxores Abrahæ, & tamen vocabantur concubinæ, vt patet supra 25. & Bala erat vxor Iacob: vt habetur supra 30. cap. & vocatur concubina præcedenti cap. *Quæ peperit ei Amalec.* Ab isto Amalec denominantur Amalechitæ, qui habitant in Arabia circa mare rubrum, & extenduntur vsque circa terram promissionis: isti enim primo pugnauerunt cum Iudæis in deserto, vt patet Exod. 7. cap. *Hi sunt filij Adæ.* Scilicet isti supra enumerati. Ada erat vxor Esau, vt patet supra in litera, & de progenie eius descenderunt omnes, qui supra nominati sunt; licet non omnes hos ipsa pepererit, & eodem modo infra 46. cap. cum computantur omnes animæ, quæ introierunt in Aegyptum cum Iacob, ponūtur omnes esse filij quatuor vxorum Iacob, scilicet, quòd Lia habeat triginta tres filios cum solum peperit sex, vt patet supra 29. & 30. cap. & quòd Rachel habeat filios quatuordecim, cum tamen solos duos, scilicet Ioseph, & Beniamin pepererit, & eodē modo computantur filij Balę, & filij Zelphæ ancillarum Rachel, & Liæ. *Isti quoque erant filij Oolibama.* Hic non ponuntur nepotes, & successores mediati Esau, sed filij eius immediati, qa isti tres Iheus, Ihelō, & Core filij erant Esau immediatè, vt patet in principio cap. Et si arguatur, quia supradictum fuit, quòd Eliphaz fuit filius Thamna. Cum immediatè dicatur isti sunt filij Adæ referendo ad Eliphaz, & omnes coniunctos ibidem. Respondetur, quòd Eliphaz fuit verè filius Thamna naturalis, sed fuit adoptatus ab Ada, quæ erat vxor principalis, sicut Rachel vocat filios Balæ filios suos, vt patet supra 30. cap.

Hi sunt Duces. Hic ponitur secundum, & quia filij Esau habuerunt tres status, ideo sic describuntur hic. Primò enim fuerunt Duces. Secundò fuerunt Reges. Deinde reducti sunt ad Duces. Sic etiam fuit in filijs Israel, quia primo habuerunt Duces, scilicet Iudices vsque ad Samuelem, deinde Reges vsque ad Babylonicam captiuitatem, post Duces, vt Zorobabel, & Neemiam. Sed ad vltimun Reges habuerunt, quia Hircanus Ioannes filius Simonis diadema regni sibi imposuit, vt patet in historijs Iosephi, & Pauli Orosij, & aliorum Cronographorum, & post eum successerunt alij Reges, scilicet Alexander, & Aristobolus, & alij vsquequo Regnum datum fuit Herodi Ascalonitæ cuius tempore Christus natus est. *Hi sunt Duces.* Plures de istis supra nominauit sine nomine dignitatis. Hic eos describit, vt positos in dignitate Ducatus. *Dux Theman.* Iste fuit primogenitus Eliphaz, & fuit factus Dux.

Nontandum quòd non eodem modo se habebāt Duces in Idumæa sicut Reges, quia à principio erant Duces, & isti non erant successiue, ita quòd vno Duce mortuo alius succederet, sed multi Duces erant simul secundum diuersas cognationes speciales ipsorum Idumæorum: deinde quia viderunt non bene Regi eos per Duces constituerunt super se Reges, & isti erant successiui, ita quòd vnus solus in tota Idumæa esset, & deinde mortuo hoc succederet alius. Post autem videntes adhuc sic non bene Regi, ad Duces priores reuersi sunt. Et post illos rursus loquitur 4. ad Reges. Et patet, quia tempore quo Reges erant apud filios Israel, etiam Reges erāt in Idumæa, vt patet 4. Regum 8. cap. quia Idumæi qui

Multiplicatio Esau in filijs.

Responsio Tres status fuerunt filiorū Esau

qui subiecti erant Regibus inde repugnauerunt; & A
constituerunt sibi Regem, & deinde eos habuerunt. *Dux Omar, Dux Sepho, Dux Cenez.* Isti licet fratres essent, tamē simul Duces fuerūt, quomodo sub quo libet eorum erat posteritas sua satis multiplicata. *Dux Core.*

Quæres quomodo vocatur hic Core filius Eliphaz cum fuerit filius Esau, & frater Eliphaz. Aliqui autem dicunt, ꝙ vocatur hic filius eius, non ꝙ filius fuerit, sed quia ex eo, ꝙ Eliphaz erat primogenitus nutriuit Core, & quantum ad hoc vocatur filius eius. Sed non multum videtur hoc, quia eadem ratio esset de omnibus alijs filijs Esau posterioribus Eliphaz.

Dicendum videtur magis, ꝙ iste Core non est ille, qui ponebatur supra esse filius Esau sicut supra diximus de Oolibama. *Hi filij Eliphaz.* Idest isti supra noāti sunt filij Eliphaz. *In terra Edon.* Idest geniti in terra Edon, vel habitantes in terra Edon. *Hi filij Adæ.* Scilicet omnes suprapositi. Sed quia dicitur, ꝙ omnes isti erant filij Eliphaz, deinde subiūgitur, quòd erant filij Adæ, non intelligas ex hoc, ꝙ Ada esset vxor Eliphaz, quia mater eius erat, vt patet supra. Sed ponitur hic, quia verum est, ꝙ omnes isti essent filij sui, etiam ipse Eliphaz, quia cū isti sint filij Eliphaz, & Eliphaz erat filius Adæ, ergo omnes isti vocari debebant filij Adę. *Hi filij Rahuel.* Hic ponuntur descedentes Duces ab alio filio Esau, scilicet à Rahuel. *Dux Nahat, Dux Zara, Dux Semma.* Isti fratres erant, & simul Duces quilibet in cognatione sua, & in posteris suis. *Isti filij Basemath.* C
Intelligendum est, vt supra diximus de Eliphaz, & Ada, quia isti Duces erant filij Rahuel, sed quia Rahuel erat filius Basemath: ideo dicuntur esse filij Basemath. *Filij Oolibama.* Isti qui sequuntur non sunt Duces de nepotibus Esau, sed de filijs eius immediatis, quia Iehus Ihelon, & Core filij Esau sunt, vt supra patet. Ex hoc patet quod supra dicebamus, scilicet, quòd Core, qui supraponebatur esse filius Eliphaz, non erat filius Esau, sed quidam alius ab eo, quia ille ponebatur esse vnus de Ducibus Eliphaz, & matris eius Adæ. Hic autem proponitur esse vnus de Ducibus Oolibama: ergo idē poneretur esse Dux bis, & apud diuersas genealogias, quod nullo modo stat, necessario ergo dicendum est, ꝙ non est idem D
Core, de quo vtrobique dicitur. *Hi Duces Oolibama.* Idest isti superiores immediati sunt filij Oolibamæ, & Duces isti filij Esau, idest omnes isti nominati à principio ca. vsque huc sunt filij Esau licet ex diuersis vxoribus. *Et hi Duces eorum.* Idest isti nominati sunt Duces omnium filiorum Esau, quia præter istos nominatos erant valde multi, qui non nominantur quorum isti erant Duces. *Isti sunt filij Seir.* Isti qui ponuntur hic, non sunt de genere Esau, quia fuerūt ante eum in terra illa habitātes de genere Horrę orum, & isti Horrę i expulsi sunt de terra illa ab Esau, & filijs eius, vt patet Deutero. 2. cap. ponuntur tamen hic, quia Thamna, quæ fuit concubina Eliphaz, fuit soror cuiusdam Ducis terræ illius, scilicet Lothan, vt patet infra, & 1. Paralipo. 1. cap. *Isti filij Seir.* Idest isti qui infra nominantur sunt filij Seir. Non est iste Seir Esau, sicut ante dicebamus Esau tria nomina habere, Edon, Esau, & Seir. Sed istud nomen est cuiusdam viri, cuius progenies habitabat ante tempora Esau in terra illa, quæ vocata fuit Idumæa. *Lotan, & Sobal.* Isti erant filij Seir, & erāt Duces terræ illius sicut diximus de filijs Esau. *Sebeon, & Anam.* filia huius Anæ fuit Oolibama, de qua dictum fuit supra, & auus eius fuit Sebeon. *Hi Duces Horræi.* Pauci Duces fuerunt de Horræis, quia solum septem computātur hic. *Filij Seir in terra Edon.* Hoc ponitur per anticipationem, quia antequam habitaret in Pater istorum vocabatur Seir. *In terra Edon.* Hoc po-

Filij Seir.

Dux Core filius Eliphaz.

terra illa uon vocabatur Edon, cum dicta fuerit Edō ab ipso nominato Edon. *Facti sunt filij Lotan Horræi, & Theman.* Ab isto Lotan nati sunt illi, qui Horrei dicti sunt. Fuerūt autem aliqui fratres, qui hoc pro cognomine susceperunt: & cum ipsis fuit alius, qui vocatus fuit Theman, & non sortita fuit nomen Horræorum. Ex hoc autem videtur, quòd filij eius Seir ante filios Lotan non vocabantur Horræi, sed postea sic nominati sunt: & hos expulit Esau de terra illa, vt patet Deutero. 2. cap. *Erat autem soror Lotan Thamna.* Propter hanc descripti fuerunt hic Duces Horræi, cum nihil pertinerent ad Israel, vel Esau. *Hi filij Sebeon.* Iste fuit auus Oolibama vxoris Esau. Iste est Ana, iste fuit pater Oolibama. *Qui inuenit aquas calidas in solitudine.* Aquæ calidæ vocantur aquæ balnearum, quæ erumpunt de venis sulphureis, & quia sulphur est de natura ignea, ideo aqua egrediens per cauernas sulphuris necessario caliditatem contrahit, & inueniuntur istæ aquæ erumpere in solitudine, vel vt vult Isidorus. Etymolo. lib. 11. & multi alij Doctores, vocantur hic aquæ calidæ mulę, quas inuenit Ana, quia iste studuit in solitudine quomodo asini ascēderēt super equas, vel equi super asinas, & generarent mulos, & mulas, & hoc innuitur, quia dicitur. *Cum pasceret asinas patris sui.* Idest quod pascendo asinas inuenit hoc. *Et filiam Oolibama.* Ista fuit vxor Esau. *Habuit autem filios Disan.* Alius est Disan, alius Dison, & nominantur hic filij Ducum Seir in terra Horræorum, & isti filij non fuerunt, sed solum patres eorum, scilicet septem qui fuerunt nominati sunt, ratio fuit: quia antequam patres morerentur, vt filij efficerentur Duces, expulerūt eos filij Esau. *Hi Duces Horreorum.* Scilicet non isti, qui supra nominati sunt. Sed isti qui infra ponuntur, quia isti infra positi sunt septem patres prædictorū, & sunt propriè Duces, & patet etiam, quia cuilibet istorum inferiorum apponitur istud nomen Dux, & non superioribus. *Hi Duces Horreorum.* Horræi sunt solum accipiendo propriè filij Lotan, vt patet supra. Sed hic omnes filij Seir habitatoris terrę illius vocantur Horræi. *Qui imperauerunt in terra Seir.* Scilicet antequā veniret Elau, & expelleret eos, ex quo patet, quòd ante fuerunt Duces Horræorum, quam Duces, vel Reges, vel secundi Duces Idumæorum. *Reges autem.* Hic ponitur tertium, scilicet filij Esau in regio principatu. *Qui regnauerunt in terra Edon.* Scilicet in Idumęa, quę vocatur Edon. Et isti Reges fuerunt de progenie Esau, quia ante eum non fuerunt Reges in terra, etiam de gente Seir, sed solum septem Duces supra nominati. *Antequam haberent Regem filij Israel.* Hoc potest intelligi tripliciter. Vno modo, quòd quia filij Israel non habuerunt Regem ante mortem Moysi: nec post magno tempore ante mortem: ergo Moysi, in quo tpe nullum Regem Israelitæ habuerāt, fuerūt isti Reges in terra Seir, siue Edō de genere Esau: & non innuitur ex hoc, quòd quando isti Reges erant in terra Edon, nullus erat Rex in Israel, & postquam isti Reges finiti sunt, quòd immediatè incœperunt Reges in terra Israel, sed quòd quandiu isti fuerunt Reges successiuè in terra Edon, nullus fuit Rex in terra Israel, & nihil aliud significatur: & hoc verū est: quia ante Moysen nullus Rex fuit de filijs Israel. Sed iste sensus non congruit primo, quia nihil determinat. Si enim non fuerunt isti omnes Reges quos habuerunt Idumæi ante tempora Regum Israel, nihil determinatur, & tantumdem est, vt si diceretur, quòd duo Reges istorum fuerunt antequā filij Israel haberent Regem. Et hoc nihil est.

Item quia non videtur esse verum, quòd in tam paruo tempore potuisset esse tāta successio Ducum, & Regū: qa à tpe quo ista facta sunt. i. à quo ieperūt

Aquæ calidæ quid.

Horræi, priè quid.

Principat⁹ filiorum Esau.

Textus iste intelligitur dupliciter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Duces esse in terra Idumææ vsque ad tempus in quo ista scripsit Moyses fuerunt anni fere. 250. in quibus potuissent esse tres generationes, vel quatuor, & sic dixerat Deus Abrahæ quando prænunciauit ei captiuitatem seminis sui in Aegypto supra 15. cap. generatione autem quarta reuertentur huc. Sed hic sunt multæ successiones Ducum, & Regum. Sunt enim plures quam decem generationes, vt patet si computentur in litera. Alij autem voluerunt dicere, quòd isti soli Reges fuerunt de filijs Esau, antequam essent Reges in Israel. Sed dicunt, quòd primus Rex filiorum Israel fuit Moyses, & sic fuerunt ante eum isti reges Idumæi. Quòd autē fuerit vocatus Moyses Rex, probant Deuter. 33. cap. vbi dicitur erit apud rectissimum Rex congregatis principibus populi cum tribubus Israel. In Hebræo dicitur erit apud Israel Rex. Et loquitur de Moyse litera, vt satis patet inquirendo præcedentia, & subsequentia; sed non habet fundamentum. Patet enim ex argumento superiori, quia in tam pauco tempore, scilicet, à tempore filiorum Esau in tempore quo descendit Ioseph venditus in Aegyptum vsque ad tempus Moysi, non potuerunt esse tot successiones Regum, & Ducum. Item quia Moyses licet illic vocetur Rex secundum quorundam expositionem, tamen non vocatur Rex communiter in scripturis Sacris, ideo non debet de eo intelligi. Etiam quia sacra Scriptura vocat Regem nō à regendo, quia isto modo numquam fuerunt filij Israel sine Rege, cum semper habuerint aliquos Rectores, & Iudices, & Sacerdotes, & alios; quod patet ex discursu librorum sacrorum Moysi, & Iosue, & Iudicum: sed accipit Regem denominatum à regali dignitate, scilicet, qui vnctus esset in Regem, & qui iura regis acciperet, de quibus primo Reg. 8. cap. & tali modo non fuit aliquis Rex in Israel vsque ad Saul, vt patet 1. Reg. 10. licet Abimelech filius Gedeonis imposuit sibi diadema, & vocauit se Regem super quandam partem Israel, vt patet Iud. cap. 9. Et ista ratio magis cogit quàm præcedentes si respiciatur.

Determinatio.

Dicendum ergo quòd isti reges, qui hic ponuntur fuerunt in Idumæa antequam essent Reges in Israel, scilicet antequam Saul vngeretur in Regem, & vltimus horum regnabat, quando Saul vnctus fuit in Regem. Et si dicas, quomodo ergo Moyses hoc descripsit cum nondum contigisset? Respondetur, quòd Propheticè dicebat, sicut omnia alia Prophetice, & Dei Spiritu afflatus dicebat, vt satis declaratur in toto processu librorum suorum, maximè in Exodo, Leuitico, Numeris, & Deuteronomio; in quibus frequenter inducitur loquens cum Deo, & multa futura prædicens: vt patet Deuteron. 32. & 33. cap. in benedictione, & cantico super filios Israel. *Bale filius Beor.* Aliqui putant istum fuisse Balac Regem, qui conduxit Balaā ad maledicendum filijs Israel, vt patet Numeri 22. cap. Sed falsum est: primò quia ille vocabatur Balac, vt patet supradicto cap. iste autem vocatur Bale, vt patet hic. Sed non multum hic refert, quia in nomine facilis esset talis mutatio: secundò quia ille vocatur filius Zephor, vt patet prædicto cap. iste autem vocatur filius Beor: tertiò quia ille erat Rex Moabitarum, iste autem erat Rex Idumæorum.

Item patet, quia Numeri 20. cap. dicitur quomodo cum Israelitę voluerunt transire per terram Regis Idumæi, respondit eis Rex, quòd non facerent aliàs eis armatus occurreret: tunc declinauerunt cōtra Moab, & Rex Moab, qui tunc erat, scilicet, Balac filius Sephor vocauit Balaam magum ad maledicendum eis: ergo distincti reges Rex Idumæorum, & Balac Rex Moabitarum: ergo non potest referri hoc ad illum Regem Balac, qui cōduxit Balaam ariolum ad maledicendum Iudæis, vt perirent.

An Bale fuerit is, q̄ Balaam ductus est in lib. Num.

Fortè autem aliquis dicet, quòd iste fuit Balaam magus, de quo Numeri 22. cap. & est verisimilitudo, quia ille vocatur filius Beor, sicut iste. Dico quòd falsum est, vt satis conijcitur ex prædictis contra Balach; & adhuc vltra, quia Balaā magus non erat Rex, quod patet, quia tunc non venisset conductus mercede, vel pro muneribus ad Regem Balac, vt mandato eius Israelitis malediceret, vt patet Numeri 22. cap.

Item non venisset cum duobus solis pueris equitās super asinum. Item quia iste Bale erat Rex Idumæorum: Balaam autem erat de Mesopotamia, vt patet Numeri 23. cap. vbi loquitur Balaam ad Balac dicens de Haram adduxit me Balaam Rex Moabitarum de montibus Orientis: & Deutero. 23. quòd Moabitę, & Amonitę conduxerunt Balaā de Mesopotamia Syrię, vt malediceret filijs Israal. *Nomen ciuitatis eius Denaba.* Aliqui putabunt fortè ex hoc, quòd isti Reges simul regnabant in terra Idumæorum, sicut dominabātur multi Duces simul alijs temporibus ante istos Reges, & hoc quia dicitur hic nomen ciuitatis eius, ideſt nomen ciuitatis, in qua ipse dominabatur erat Denaba, & sic dicitur de alijs Regibus nomen ciuitatis eius esse hoc, vel illud, vt infra patet. Sed hoc non potest stare, quia Scriptura non facit mentionem tot Reges habuisse simul Idumæos, sed vnum solum, cum dicitur infra Numeri 20. cap. quòd filij Israel miserunt nuncios ad Regem Edon, vt permitteret eos transire per terram suam.

Donabatur sic vocetur.

Item impossibile est hoc, quia si isti Reges simul dominarentur, vel aliqui de eis simul, non potuissent durare vsque ad tempora Regis primi Israel, scilicet, vsque ad Saul, vt satis de se patet, quia erant valde magna tempora.

Item argumentum quod sumunt non est multum sufficiens, quia nō dicitur hic de quolibet istorū Regum, de qua ciuitate fuerit, vel cuius ciuitatis dominus fuerit, sed de aliquibus solum, vt patet de Semla Saule, & Balanam infra in litera. Posset, ergo fortè aliter dici, scilicet, quòd dicitur hic, quia isti Reges cō struxerunt istas ciuitates, quæ denominantur ab eis, & sic dicitur. *Nomen ciuitatis eius Denaba.* Ideſt nomen ciuitatis, quā ipse condidit. Sed adhuc nō dicitur hoc bene, quia non dicitur de quolibet nomen ciuitatis eius, sed dicitur de aliquibus, quòd fuerunt de tali, vel tali loco oriundi, vt infra dicitur Semla de Malreca, & Saul de fluuio Rohoboth. Dicendum ergo videt q̄ dicitur. *Nomen ciuitatis eius Denaba.* Ideſt ciuitas, in qua natus fuit, vocabat Denaba, & sic dicitur de alijs q̄ fuerunt de talibus, vel talibus ciuitatibus. Et si arguas q̄ non est hoc conueniēter dictum, quia cū Rex sit dñs totius regni, non denominatur ab aliquo loco specialiter, sicut natiuitas aliorum hominum; maximè quia filij Regum si denominationem acciperent hoc esset ab vno loco principali, in quo esset sedes, & summa regni, non autem q̄ quilibet Rex denominaretur ab vno loco specialiter. Rñdet q̄ isti Reges Idumæorum à principio nō fuerunt sicut alij reges, quia non erant per successionem, sed per electionem, vel per sortes, secundùm alios modos Democratici principatus, & cum vnus Rex moreretur, assumebatur in Regem alius, qui nullo modo pertineret ad genus illius, & sic erat de alia ciuitate, ideo contingebat, quòd nunquam esset vnus Rex de ciuitate, de qua erat alius, sed vn⁹ erat de Naba, alius de Auith, alius de Rohoboth, & sic de alijs, vt patet in litera. Quod aūt nō essent ibi Reges p̄ successionē, sed p̄ electionē, vel alias patet, quia immediatè dr̄, q̄ mortuo Bale regnauit p̄ eo Iobab filius Zared, ergo qui regnauit post Bale non erat filius eius. Item dicitur infra, q̄ mortuo Saul

Reges Idumæorum, vt ex Beda creabātur.

Opinio quorundā dictorū de Iob.

Saul de fluuio Rohoboth regnauit post eum Balanam filius Achobor. *Regnauit pro eo Iobab.* De isto Iobab contentio est vtrum fuerit Iob. Augustinus, & Ambrosius dicunt quod sic. Hierony. videtur aliter sentire, de quo rationes fundamentales posui supra 22. c. & in expositione Prologi primi in cap. 7. vbi agitur de lib. Iob. *De Bosra.* Iste Iobab siue Iob fuit de ciuitate Idumææ nomine Bosra. Est autem ciuitas Metropolis: vel saltem vna de maioribus ciuitatibus terræ Edon, de qua habetur Isa. 63. Quis est iste qui venit de Edon tinctis vestibus de Bosra. *Husam de terra Themanorum.* Terra Temanorum dicitur à quadam ciuitate nomine Theman in terra Idumææ, de qua erat vnus de amicis Iob, scilitet Eliphaz Themanites. Fuit autem cōstructa ista ciuitas à quodam dicto Themā filio Eliphat filij Esau, vt supra diximus. *Regnauit pro eo.* Ideſt succesſit ei: non enim dicitur vnus regnare pro altero nisi vnus esset quasi vicarius alterius, sed nō est sic, q̄a secūdus qui eligebat vel sortialiter assumebat in Regem, nihil habebat cum primo, cum non esset filius eius, ideo pro eo nullo modo regnabat. Posset autē hoc aliquo modo dici si patri succederet filius: quia tunc filius nullo modo Rex esset, nisi pater eius fuisset Rex. Sed quando fit per electionem, vel aliàs, nihil successor attinet ad prædecessorem, quia etiam non stante illo, vel si non fuisset acceptus in Regem, iste secundus potuisset assumi in Regem, cū non sit inter eos aliquis ordo naturalis, sed solum ordo voluntarius, vel fortunæ. *Qui percussit Madiam in regione Moab.* Ponitur hic factum notabile istius Regis Idumęorum, alij enim ante eum non fecerunt aliqua multum notabilia, quæ scribi deberent, iste verò sic: quia habuit conflictum durum contra Madianitas, & cum Madianitæ se tuerentur intrantes regionē Moabitarum fratrum suorum, ibi expugnauit eos, & occidit. Idumæi enim Moabitæ, & Madianitæ, & Amonitæ quasi coniuncti habitant, vt satis colligitur ex cap. 20. & 21. Numeri, & cap. 2. Deutero. & contingit Idumæos conflictum contra Madianitas habere, qui ad auxilium Moabitarum affinium suorum currentes in eorum se terminis receperunt, vbi a Moabitis non defensi per Regem Idumæorum occisi sunt. *Regnauit pro eo Saul.* Non est iste Saul, qui fuit primus Rex in Israel, quia iste fuit Idumæus, ille Israelita. Item ille fuit primus Rex, iste autem fuit sextus Rex Idumæorum. *De flumine Rohoboth.* Ideſt de flumine amplo. vel de latitudine fluminis, quia Rohoboth in Hebræo latitudines signat. Sed primo Paralip. 1. cap. habetur. Regnauit, p̄ eo Saul de Reoboth, q̄ iuxtā amnem fita est. In quo innuitur quòd Rohoboth nomen ciuitatis est, sed ista ciuitas est iuxta fluuium, & satis bene est, quia bene stat aliquod nomen appellatiuum esse, quòd imponatur alicui loco, vt proprium, quod magna assuetudine satis liquet. *Nomen vxoris eius Mezabel filia Matred filia Mizaab.* Ponitur hic nomen matris, & aniæ, & proauiæ huius Regis contra consuetudinem superiorum, quia in alijs genealogijs non computantur mulieres, causa fuit, quia istę mulieres fecerunt aliquod notabile: vel contingit circa eas ex quo nomen recipiunt, quid tamen hoc fuerit, tacetur in textu. Sic enim est de alijs mulieribus quæ ponuntur in alijs genealogijs, quæ non ponuntur nisi, quia aliquid magnum circa eas contingit, vt patet in genealogia Christi Matth. primo cap. & sic in tota sacra Scriptura. Dicit autem Nicolaus, quòd ista mulier, scilicet, Meetabel dicitur hic filia duarum mulierum, scilicet Matred, & Mizaab, & quia hoc impossibile erat, respondet quòd fuit filia naturalis vnius, & filia adoptiua alterius. Sed hoc procedit ex quadam litera, quæ habet. *Filia Matred, filia Mezaab.* Ponendo vtrumque in recto, sed aliqua Biblia habent. *Filia Matred, filiæ Mezaab.* Ita quòd vnū ponatur in recto, aliud in genitiuo. *Mezaab.* Secundum interpretationem Hebraicā interpretatur aquæ aureæ: quia Main, licet corruptum sit, aquas signat, Zaab signat aurum, & sic dicitur, quòd mater istius Matred sciebat inuenire venas, vbi aurum effoderetur, q̄ dicitur inuenire aquas aureas, vt vult Gaon. Sed Rabi Abraham Aben Ezra vult, quòd nihil horum signet. Aliqui autem volunt, quòd Matred, & Mezaab sint nomina virorum, & non mulierum, vt videtur innuere Hiero. Sed in hoc non contendo, quia idem iudicium est de patre, & matre.

Theman quid.

Ideſt priuatus Rex vel.

Ideſt nobile Regis Idumæorum.

Sententia tyranni.

Quid signifiçet Mezaab.

Opinio Rabbi Abraham.

Hæc ergo nomina Ducum. Hic ponitur quartum in quo reducuntur filij Esau ad ducatum. De istis duabus, qui hic infra nominantur, aliqui volunt, q̄ fuerit ante Reges, sed quòd hæc per recapitulationem narrentur: & quòd postquam Idumæi habuerunt Reges nunquam redierunt ad principatum Ducatus, & hoc patet, quia tempore Regum Iuda Idumæi Regem habuerunt, vt patet 4. Reg. 8. cap.

Dicendum, quòd primo Idumæi Duces habuerūt, deinde Reges, vt hic dicitur, vltimò autem post Reges Duces habuerunt, vt patet primo Paralipo. 1. ca. vbi dicitur Adad mortuo Duces pro Regibus esse cęperunt. Dicendum ergo, quòd isti Duces, qui hic nominantur fuerunt post Reges secundum ordinem literæ: quia Reges Idumæorum durauerunt vsque ad tempora, quibus incœpit regere Saul primus Rex Israel. Deinde Idumæi videntes durum iugum esse Regale, ad Duces redierunt quousque filij Israel tempore Dauid fecerunt eos tributarios, quia tunc videtur cessauisse omnis principatus de medio eorum dominantibus Israelitis, de quo 2. Reg. 8. cap. Deinde cum euaserunt iugum filiorum Iuda constituerunt super se iterum Regem, vt patet 4. Reg. 8. cap.

Dux Thana. Dicunt aliqui, quòd ista nomina Thana, & Oolibama sunt nomina mulierum, scilicet, Thana concubina Eliphath, de qua supra dictum est, & Oolibama fuit vxor Esau, sed ponuntur hic inter Duces propter animositatem, sicut Delbora ponitur inter Iudices Israel, quia valde animosa fuit, vt patet Iudi. 4. cap. Sed ista falsa sunt, quia vt dictum fuit, isti Duces, qui hic nominantur, fuerunt post Reges, Thana autem, & Oolibama fuerunt in principio primorum Ducum, vt patet supra, ergo non potuerunt vsque ad tantum tempus viuere, vt essent in secundo Ducatu.

Determinatio.

Dicendum ergo, quòd Thana, & Oolibama fuerunt duo viri Duces de Israel, quia aliqua nomina conueniunt quibusdam viris, & mulieribus maximè fm proprietatem Hebraicam. *Iti Duces Edon.* Ideſt isti sunt Duces de filijs Esau, qui vocatur Edon. *Et pater eorum ipse est Esau.* Ex hoc patet, quia accipitur hic Edon pro Esau, quia dicit ipse est pater Edon.

Ioseph fratres eius apud patrem accusat, illi inuident, Ioseph somnia videt, fratribus narrat, Ismahelitis venditur.

Cap. XXXVII.

HABITAVIT autem Iacob in terra Chanaam, in qua pater suus peregrinatus est. Et hæ sunt generationes eius, Ioseph cum sedecim esset annorum: pascebat gregem cum

fratribus suis adhuc puer: & erat cum filijs F
Balæ, & Zelphæ vxorũ patris sui: accusauitq;
fratres suos apud patrem crimine pessimo.
Israel autem diligebat Ioseph super omnes
filios suos eò, quòd in senectute genuisset
eum: fecitque ei tunicam polymitam. Videntes autem fratres eius, quòd à patre plus cunctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. Accidit quoque vt visum somnium referret fratribus
suis: quæ causa maioris odij seminariũ fuit. G
Dixitque ad eos: Audite somnium meum,
quod vidi: putabã nos ligare manipulos in
agro, & quasi consurgere manipulum meũ,
& stare, vestrosque manipulos circunstãtes
adorare manipulum meum. Responderunt
fratres eius: nunquid Rex noster eris? aut
subijciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa
somniorum atque sermonum, inuidiæ, &
odij fomitem ministrauit. Aliud quoque vi-
dit somnium, quod narrans fratribus, ait: H
Vidi per somnium, quasi Solem, & Lunam,
& Stellas vndecim adorare me. Quod cum
patri suo, & fratribus retulisset, increpauit
eum pater suus, & dixit: Quid sibi vult hoc
somnium, quod vidisti? Num ego, & ma-
ter tua, & fratres tui adorabimus te super
2.Reg.3. terram? Inuidebant ei igitur fratres sui: pa-
ter verò rem tacitus considerabat. Cumque
fratres illius in pascẽdis gregibus patris mo-
rarentur in Sichem, dixit ad eum Israel: Fra-
tres tui pascunt oues in Sichimis: veni mit-
tam te ad eos. Quo respondente, præsto sum,
ait: Vade, & vide si cuncta prospera sint er-
ga fratres tuos, & pecora; & renuncia mihi
quid agatur. Missus de valle Hebron, venit
in Sichem: inuenitque eum vir errantem
in agro, & interrogauit quid quæreret. At
ille Respondit: Fratres meos quæro, indica
mihi vbi pascant greges. Dixitque ei vir: Re-
cesserunt de loco isto: audiui autem eos di-
centes: Eamus in Dothain. Perrexit ergo Io-
seph post fratres suos, & inuenit eos in Do-
Matt.21. thain. Qui cum vidissent eum procul, ante-
quam accederet ad eos, cogitauerunt illum
occidere: & mutuo loquebantur: Ecce som
Mar.12. niator venit: venite, occidamus eum, & mit
tamus in cisternam veterem: dicemusque:
fera pessima deuorauit eum: & tunc appare-
Luc.20. bit quid illi prosint somnia sua. Audiens
autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum
de manibus eorum, & dicebat: Non inter-
ficiatis animam eius, nec effundatis sangui-
nem, sed proijcite eum in cisternam hanc,
quæ est in solitudine, manusque vestras ser-
uate innoxias: hoc autem dicebat volens eri
pere eum de manibus eorum, & reddere pa
tri suo. Confestim igitur, vt peruenit ad fra-
tres suos, nudauerunt eum tunica talari,
& polymita: miseruntque eum in cisternam
veterem, quæ non habebat aquam. Et se-
dentes, vt comederent panem, viderunt Is-
mahelitas viatores venire de Galaad, & Ca-
melos eorum portantes aromata, & resinã,
& stactem in Aegyptum. Dixit ergo Iudas
fratribus suis: Quid nobis prodest si occide-
rimus fratrem nostrum, & celauerimus san-
guinem ipsius? Melius est, vt venundetur
Ismahelitis, & manus nostræ non polluan-
tur: frater enim & caro nostra est. Acquie-
uerunt fratres sermonibus illius. Et præter-
euntibus Madianitis negociatoribus extra-
hentes eum de cisterna vendiderunt eum Is-
mahelitis viginti argenteis: qui duxerunt
eum in Aegyptum. Reuersusque Ruben ad
cisternam, non inuenit puerum: & scissis
vestibus pergens ad fratres suos, ait: Puer
non comparet, & ego quo ibo? Tulerunt
autem tunicam eius, & in sanguine hæ-
di, quem occiderant, tinxerunt: mittentes
I qui ferrent ad patrem, & dicerent: Hanc in-
uenimus: vide vtrum tunica filij tui sit, an
non? Quam cum agnouisset pater, ait: Tu-
nica filij mei est, fera pessima comedit eum,
bestia deuorauit Ioseph. Scissisque vestibus,
indutus est cilicio, lugens filium suum mul-
to tempore. Congregatis autem cunctis li-
beris eius, vt lenirent dolorem patris, no-
luit consolationem accipere, sed ait: Descẽ-
dam ad filium meum lugens in infernum.
Et illo perseuerante in fletu Madianitæ ven-
diderunt Ioseph in Aegypto Putiphari Eu-
K nucho Pharaonis magistro militum.

HABITAVIT autem. Dicto supra de sta-
tu Iacob in terra Chanaam, hic agitur de
eius descensu in terram Aegypti, & diuidi
tur in tres partes. Quia enim pater idem
computatur cum filijs, ideo in descensu filiorum dici
tur descendere pater. Ponitur ergo primo descen- Diuisio.
sus Iacob in filio suo Ioseph. Secundo in cæteris fi-
lijs infra 42. ca. Tertio ipsius Iacob cum oĩbus rebus
suis j. 46. ca. Et diuidit prima in duas. Primo tangitur
Ioseph

Ioseph venditio: secundò eius in dominum promotio infra 41. cap. Prima in duas: primò ponitur pars principalis: secundò incidentalis cap. sequenti. Prima in quatuor: primò ponitur venditionis occasio: secundò venditionis conditio, ibi. *Cumque fratres illius*. Tertiò venditionis ordo, ibi. *Qui cum vidissent*. Quartò venditionis celatio, ibi. *Tulerunt autem*. Ad primum Ioseph fuit venditus à fratribus suis, quia videretur eis contrarius: primo eos accusando, secundò eos ad inuidiam per maiorem amorem paternum prouocãdo, ibi. *Israel autem*. Tertiò futura præuidendo, ibi. *Accidit quoque*. Quo ad primum dicitur. *Habitauit autem Iacob*. Hoc pertinet ad intentionem principalem, qua demõstrabat legislator esse separatum Esau à Iacob. *In terra Chanaam*. Quia recedente Esau in Idumæam, mansit securus Iacob in loco, in quo fugit diuertens à fratre suo credens, quòd nunquam ad impugnãdum eũ veniret in posterũ Esau, & sic fuit, quia nullam postea ab eo molestiam passus est. *In terra, in qua peregrinatus est pater suus*. Scilicet Isaac, qui mansit magno tempore in conualle Mambre apud Hebron: deinde in Bersabee, vt patet supra 26. cap. & supra 25. *Et hæ sunt generationes eius*. Generatio accipitur dupliciter, vno modo pro successione generationis: alio modo pro re ipsa genita: & neutro modo accipitur hic propriè, quia non computantur hic filij Iacob, cum supra computati fuerint, nec deriuatio ipsa genitorũ, sed accipitur generatio pro nouo euentu, qui fit. Et sic dicimus: Nescis quid dies superuentura pariet. Idest nescis qd accidet in die futura. Et isto modo narrantur generationes Iacob, idest euentus eius, quia seq. cap. dicitur quomodo accidit ei tribulatio de venditione Ioseph, & consequenter de multis alijs vsque ad finem Genesis, quia iam omnia pertinent ad Iacob, & filios eius. *Ioseph cum sexdecim esset annorum*. Si autem arguas, quia in Hebræo dicitur decem septem annorum. Respondetur, quòd anni computantur secundum literam Hebraicam tam incepti, quàm completi, in litera autem nostra computantur hic solum anni completi. Et sic verum est, quòd Ioseph erat tunc sexdecim annorum completorum, & incipiebat decimum septimum annum. *Et pascebat gregem cum fratribus suis*. Erat enim officium filiorum Iacob pascere greges, quia tota eorum substantia in gregibus erat. Et sic dixerunt Pharaoni quando steterunt coram eo, viri pastores sumus, vt habetur infra 47. cap. *Adhuc puer*. Quia in anno. 16. satis erat puer, vel quia nullus inter eos minor erat eo. Beniamin autem paruulus erat nondum ablactatus, quia paulo ante mortua fuerat Rachel cum pareret eum, vt habetur supra 35. cap. Non tamen est intelligendum ex hoc, quòd alij fratres Ioseph essent multo maiores ætate ipso Ioseph, quia maior eorum, scilicet Ruben excedebat eum annis 6. solum, vt patet supra 30. cap. alij autem minus excedebant, scilicet quidam excedebant annis tribus, alij quatuor, alij quinque, alij duobus, & sic varie secundum, quòd fuerunt varij ortus eorum, qui colliguntur supra 30. cap. *Et erat cum filijs Zelphæ, & Balæ*. Hoc erat ex magna vrbanitate Ioseph, qui videns, quòd filij Liæ despicerent filios ancillarum, iungebat se cum eis, vt eos consolaretur, vel fortè, quia filij Balæ, & Lyæ erant distincti, & filij Zelphæ. Ioseph autem qui pertinebat ad filios Rachelis, quæ non viuebat, adiunxit se filijs Balæ, quæ erat ancilla Rachelis viuentis. *Vxorum patris sui*. Istæ dnæ, scilicet Zelpha, & Bala, licet ancillæ essent Rachelis, & Lyæ, tamen à Iacob in vxores assumptæ fuerant, aliàs enim non accessisset ad eas, quia peccatum graue erat, quamtuis Bala vocatur concubina Iacob, vt patet supra 35. cap. quia non erat principalis vxor. *Accusauit fratres*

Occasio venditionis

Sumitur duobus modis generatio.

Officium filiorum Iacob.

A *suos apud patrem*. videbat Ioseph, qui valde modestus erat, fratres suos malè se habere, & eos aliquando increpuit: Sed quia minor erat omnibus, & solus, non fuit recepta monitio eius. Quia ergo sic non profecit, denunciauit patri suo, qui poterat remedium adhibere. Quidam autem Iudæi dicunt, quòd peccauit Ioseph, quia fratres suos accusauit: sed falsum est, quia velle corrigere malè agentem valde opus pium est, magis quàm cibum parare egeno. Ratio est, quia sicut, qui esurienti cibum parat, liberat a morte vitam eius, ita qui peccantem corrigit, liberat a morte æterna animam eius. Quanto autem id quod liberatur est melius, tanto liberatio est maior, sed melior est anima, quam vita, ergo correctio est melior, quàm cibatio esurientis, & quanto est maius periculum id, B a quo quisquam eripitur, tãto est maior liberatio, sed cum quis alicui esurienti cibum parat, liberat eum ab instantanea morte, cum autem quispiam peccatorem corrigit, liberat eum a morte æterna, ergo valde magis est peccantem corrigere, quàm fame pereuntem saluare. Hoc autem est de natura operationis, per accidens autem potest esse maius bonum pascere egenum, quam corrigere peccatorem. Sed de his quæ sunt per accidens, nec est regula, nec ars; sic fuit de Ioseph corrigente fratres. Videbat autem Ioseph fratres suos malè agere, rectè poterat ergo accusare, & cum iste actus sit bonus in suo genere, & ex bono fine, solum potest esse malus, si erretur in modo: cum autem Ioseph non errauerit in modo, quia prius eos admouit, deinde admonitos, & non castigatos denunciauit, rectus ordo fuit: magis autem peccasset si videns eos peecare non admouuisset, nec denunciasset. *De crimine pessimo*. Volunt autem aliqui Iudæi, quòd Ioseph solum Ruben accusauerit apud patrem, quòd concubuisset cum Bala, vt patet supra 35. capit. Sed nõ videtur verum, quia litera dicit accusauit fratres suos, tanquam omnes, aut multos eorum accusasset.

Opinio Iudæorum.

De ijs quæ sunt per accidẽs, nec est scientia, nec ars.

An Ioseph oẽs fratres accusauerit.

Posset fortè ad hoc responderi, quòd loquitur scriptura de vno, tãquam de omnibus, quia iste est frequenter mos scripturæ. Sic enim habetur Matth. 26. cap. vbi dicitur de vnguento effuso super caput Christi discumbentis, scilicet indignati sunt discipuli dicentes, vt quid perditio hæc? Solus tamen Iudas scariothis indignatus est, quia ipse aliquid de hoc perdebat, vt patet Io. 12. cap. & hoc quia fur erat, & loculos habebat. Sed hoc non est verisimile, quia cum omnes fratres molirentur occidere Ioseph, solus Ruben exposuit se, vt liberaret eum, vt patet infra: etiam, quia si solum Ruben accusassent, non debuissent alij contra eum moui ad odium, sed omnes eum oderant, ergo ex alio motiuo factum est, scilicet, quia omnes accusabat.

D

De quo accusauit Ioseph fratres.

Aliqui Hebræi dicunt, quòd accusabat Ioseph fratres suos, quia comedebant partes, quas auferebant de carnibus viuorum animalium castrando ea. Hoc autem peccatum erat, quia prohibitum fuerat supra E nono cap. cum dixit Deus, Noè exeunti de Archa: Tanquam olera virentia tradidi vobis cuncta præter hoc, quòd carnem cum sanguine non comedatis, id-est partem animalis viuentis, vt ibi expositum fuit. Denunciabat ergo Ioseph hoc apud patrem suum, vt corrigeret eos.

Sed hoc non bene dicitur, quia dato, quòd comedere carnem abscissam esset peccatũ, quia Deus istud prohibuerat, tamen non erat pessimum peccatum.

Quidam autem dicunt, quòd istud peccatum pessimum est peccatum bestialitatis, vt cum vir coit cum pecore, & vocatur pessimum peccatum, quia horribile, & detestabile, & infandissimum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Peccatum enim Sodomiticum, quia vile valde est, & F
ꝺ naturæ intentionē, & repugnās maximè honestati humanę, pctm ꝺ naturam dī, sed pctm bestialitatis deterius est, quia magis deuiat à specie modo, & ordine, quæ perficiunt actum quam alij modi coitus. Quia in alijs est aliqua similitudo ad finem naturæ maior q̄ in hoc, & est istud vitium pastorale. Causa autem huius satis cuilibet apparet, nec oportet explicare; & cum filij Iacob pastores essent, non videbatur multum distare ab eis valde hmōi scelus, non tñ assero aliquid tale fecisse, cum ita turpe sit, sed nec nego si aliquis dicat. Occasio autem satis patet. Quidam aūt volentes excusare istos filios Iacob, dicunt ꝙ non fuit coitus cū pecoribus, sed odium inter se, & rixa, & despectio, ista aūt satis grauia delicta inter fratres sunt. Et motiuum ad hoc est, quia dī in litera, ꝙ Ioseph erat cum filijs ancillarum, quasi alij negligerent eos, & ex hoc innasceretur rancor fraternus, & rixa, de quo Ioseph accusaret eos, vt à patre concordarentur. Hoc aūt satis concordat, & vnum bonum habet ꝙ tanta in Patriarchis celat turpitudinem. Primum aūt tāquā rationabilius tenerē, nisi tātam in eis turpitudinem erubescerē. Et non valet ratio aduersantium, & dicētium talem turpitudinem non debere dici de Patriarchis. Modica. n. isti respiciunt, quia ista, & maiora de eis dici pñt, fuerunt. n. isti homines filij Iacob satis imperfecti viri maxime in iuuentute sua, in qua passionibus maximè libidinosis iuuenes ad infandissima adducuntur. Nunquid. n. satis licitus fuit coitus Ruben cum Bala vxore patris sui ipso viuente? licet. n. fortè maius peccatum sit coitus cum brutis, maiorem tñ verecundiam dicit coitus cum vxore patris sui ipso viuente, & minus odibilis hominibus erit aliquis cū bruto coīēs, q̄ cū vxore patris sui, & minus formidaret quilibet coire cum bruto quàm cum vxore patris. Fuerunt ēt alij filij Iacob satis peccatores sicut Iudas, qui cum Nuru sua Thamar tamquam cum meretrice coiuit, vt patet seq. ca. Et filij sui nequissimi fuerunt Her, & Ouā, qui semen fundebant in terram, ideoq; à Dño interfecti sunt, vt patet infra seq. cap. fuit etiam pessimus totus fratrum cętus, quia oēs volebant ipsum occidere eumq; vendiderunt. Quid. n. huic malitiæ comparari queat ad mala. n. quæ delectabilia sunt, maximè quæ in præiudicium proximorū non vergunt, facilè hoīes inclinant. Cum aūt talis libido satis faciliter ppetrari I
possit cum sola Dei offensa, citius in hanc aliquis maximè iuuenis quales erant oēs filij Iacob, quam in fratris rancorem ad mortē, & in venditionis facinus incurrerent. Satis ergo quod dictum est concedi pōt, ēt si verecundia obstet, quia pro veritate oportet ēt familiaria destruere, vt patet 1. Ethi. ca. de vniuersali Platonico. *Israel autem.* Hic pōnitur secunda causa venditionis Ioseph, & fuit amor pñus. ſq̄ hunc pater præ-
ceteris diligeret. *Israel autem.* Ideſt Iacob, quia sic fuerat mutatum nomen eius, vt patet supra 32. & 35. cap. *Super omnes filios suos.* Quod satis demonstrabat in veste polimita, quam fecit ei, & ꝙ q̄ñ veniret obuiam Esau posuerit extremos totius agminis Ioseph, & Rachelem, vt hī supra 33. cap. *Eo quod in senectute genuisset eum.* Istum filium genuit Iacob post omnes alios, vt patet supra 30. cap. præter Beniamin, qui tunc nouiter natus erat nec dum ablactatus, qui ita forti amori adhuc amari non poterat, quia non poterant in eo adhuc patere vlla probitatis indicia sicut in Ioseph, quia erat pulcher valde, & perspicacis ingenij, affabilis, atque mansuetus, & in omnibus vitam compositam tenens se irreprehēsibilem exhibebat. vt iam tanta pueri probitas lenibus æquiparanda foret: diligebat etiam Iacob Ioseph, quia erat filius Rachelis cum magis Rachelem diligeret omnibus alijs vxoribus;

Secunda causa venditionis Ioseph.

Pulchritudo Ioseph.

vt patet supra 29. cap. *Eo quòd in senectute.* Magis solent diligere patres filios, quos in senectute gignūt quàm quos in iuuentute, quia magis in eis paterna potentiam demonstratur secundum illam ætatem. In Hebræo dicitur. *Israel diligebat Ioseph super alios, quia erat ei filius senectutum.* Quod ipsi referunt ad duos sensus: vno modo, vt prædictum est, scilicet, quòd pater eum in senectute genuerat. Qualiter autem genuerit Iacob ipsum Ioseph in senectute, patet sic, quia Iacob erat annorum 91. cum natus fuit Ioseph, ætas autem posterior non dicetur multum apta ad gigendum, & licet postea genuisset Beniamin, tamen non erat talis ætatis, aut dispositionis, vt in amore alijs præponi debuisset pro tunc, licet postea vendito Ioseph in hunc totū amorē conuerterit Iacob ita tenero amore diligens, vt anima Iacob ex anima Beniamin pendere videretur, sicut dixit frater eius Iudas, vt patet infra 44. cap. cum dicitur, igitur si intrauero ad seruū tuum patrem nostrum, & puer defuerit, cum anima illius ex huius anima pendeat, videritque eum non esse nobiscum, morietur, deducentque famuli tui canos eius cum dolore ad inferos, quòd autem Iacob esset annorum 91. quando genuit Ioseph, patet supra 35. cap. ibi enim declarauimus, & licet hic dicatur, quòd Iacob genuerit Ioseph in senectute, tamen nō est putandum, quòd alios multo ante tempore genuerit, quia Iacob genuit filios 11. in septem annis, & in fine illius septenij genuit Ioseph, vt patet ex dictis supra 30. cap. quia tamen illo genito non habuit aliquem alium filium quasi vsque ad 15. annos post, quā H
do natus est Beniamin, tenebatur Ioseph vt filius senectutis, ideſt genitus post omnes alios.

Textū istū Hebræi dupliciter exponunt.

Aljo modo, quòd esset filius senectutum, ideſt loquens senectutes, scilicet astutias, quæ pertinent ad senes, & hoc est, quia Ioseph in principio ætatis suæ fuit prudens, & industrius valde, & hoc satis patet ex ijs, quæ postea egit: vt infra patet 39. & 41. ca. vel si dicamus, quòd illa solo Deo faciente perfecta sunt, satis patet prudentia, & industria eius in accusando fratres, & differendo somnia visa, quia hoc qui libet aliorum nescisset ita deserte proponere. Inducit autem hoc patres ad magis diligendum filios, quia alios solum, vt filios amant, hunc autem, vt filium, & vt Sapientem. Necesse est autem id, in quo plures rationes amabilitatis reperiuntur, plus amari. Sic dicitur Prouerb. cap. 10. Lætitia patris filius sapiens, & filius stultus mestitia est matris suæ. Satis ergo poterat amari Ioseph à patre suo propter prudentiam, sed primus sensus verior est, & literæ consonantior. *Fecitque ei tunicam polymitam.* In Hebræo dicitur. *Tunicam de petijs.* Sicut nunc fiunt aliquæ tunicæ de multis partibus panni, vt melius, & subtilius corpori coaptētur, & concordat satis literæ nostræ, quæ dicit tunicam polymitam. Dicitur enim polymita quasi plurium colorum à polis, quòd est pluralitas, & mithos, quòd est gutta, quasi de pluribus guttis, vel coloribus. Et hoc satis consonat, quia illa vestis secūdum literam Hebraicam esset de varijs pannis: & illi varij panni essent diuersorum colorum ad magnum ornatum.

Causa amoris patrum erga filios.

Quid sit polimita vestis.

Symmachus trāslator dixit. *Tunicam manicatam.* Ideſt manicas habentem. Aquila ponticus interpres dixit *Tunicam talarem.* Ideſt accedentem ad talos, quia longa erat. Dicunt autem aliqui Hebræi, vt Aben Ezra, & Rabi Salo. quòd ista vestis erat interior, scilicet camisia pulchra. Sed hoc non est verisimile, quia Iacob faciebat istam tunicam ad ostentationem filij sui Ioseph, nulla autem ostentatio, & gloriatio est in ijs, quæ intra. Ideo dicendū melius esse quādā tuni cā superiorē ad alia vestimēta. *Videntes autem fratres eius.*

Saus

Satis conspicere poterant alij fratres amorem maiorem, quem gerebat magis ad Ioseph, quàm ad alios, vt patet in superioribus. *Quòd plus a patre cunctis diligere tur.* Quia illi alteri, nec omnibus simul faciebat ea, quę faciebat pro Ioseph in uestibus, & in alijs amoris insignijs. *Oderant eum.* Ista maior dilectio patris prębuit filijs occasionem inuidēdi, quia inuidia a magno bono conspecto, & existimato nascitur. Inuidia autem præcedens magni odij fomes fuit: odium autem cādens ardentem iram peperit in tantum, quòd non poterāt ei iam quicquam fratres pacificè loqui, & tantus inuidiæ liuor tantusque odij rancor fuit, vt ipsi filij ancillarum, quibus paulo ante Ioseph contra cæteros fratres suos præsidium fecerat, & familiaris extiterat mortē eius desiderarent. Pater ergo, vel dominus, siue prælatus, qui a domo sua inuidiam propulsare desiderat, etiam si aliquem specialius, & obnixius diligat, nulli tamen specialis amoris demonstret insignia, nisi cum rei, temporis, & loci necessitas expoposcerit. Cum autem res expostulet moderatè ijs vtendum est ita, vt videatur causa in persona magis diligi, quàm persona. *Nec poterant ei quicquam pacificè loqui.* Ira aūt, & odium vultu valde manifestantur. Cum enim ira incandet, aut odium feruet, oculi turbati sunt, & instabiles, nec rectè quem detestamur, intuemur, lingua autem ad verba inepta est ita, vt in verbo venenum prauę prodeat voluntatis.

Vnde oriatur inuidia.

Quid obuiandum prælatis.

Aliqui autem Iudæi laudant filios Iacob, quia non absconderūt iram suam, sed eam verbis indicauerūt. O Iudæorum vecors insania, quod sceleri augmentū magnum præbet, ipsi in excusationis conuertunt remedia. Cum enim ira parua, aut odium paucum est, & rectè intueri, & pacificè loqui valemus: cum autē ira nimis incanduit, cum iam nostri compotes non simus, nec rectè loqui, nec in directum oculos torque re valemus. Quomodo ergo miseri a totius boni notitia caligantes detestabile laudant, & nimis vituperabile veneranē? Et si arguas contra, quia dicitur Leui. 19. c. non oderis frarrem tuum in corde tuo, sed publicè argue, ne habeas super illum peccatum: ibi ergo laudatur irę manifestatio, & vituperatur occultatio. Respondetur, quòd si aliquis iratus fuit iustè de proximo suo, quia fortè ab eo offensus est, non debet seruare odium in corde suo, sed manifestare, vt alius sciat causam ab eo, vel, vt alius satisfaciat ei de offensa. S. tamē aliquis iniustè odium, aut iram de alio cōceperit, nec ipsa conceptio iræ licita est, nec publicatio, sed magis ex opposito ipsa ira irrationabilis est, manifestatio autem irrationabilior, quia irę, aut odij manifestatio quędam de eo, cui irascimur, aut oderimus cōquestio est, qui cum innocens sit, meritò magis rei iudicabimur, quàm si tacuissemus, & hoc satis cōcluditur ex textu Leuitici, vbi supra. Non oderis frattrem tuum in corde tuo, sed publicè argue. Publicè arguere est, cum iratus de eo, cui irascitur querimoniam publicè proponit pe tens sibi satisfieri, aut cum ipsi, de quo iram concepit, publicè dicit, quomodo ei iratus est, quia ab eo offensus est, & vtrunque horum est vtile valde, quia ꝙ hæc cessat ira, quia per primum causa discutitur, an iratus iustè petat sibi de iniuria satisfieri. Et tunc si verè iniuria susceptа est subsequetur punitio, & satisfactio, & sic cessat ira. Quia generale est in qualibet spē iracundorum, quòd ad minus quiescant cum retribuerint, vt patet 4. Ethic. cap. de mansuetudine. Secundum ēt prodest, quia per solam propositionē offensæ, adhuc non considerata dulci responsione, quæ sequi potest, ex qua ira mitigabitur, vt patet Prouerb. 15. ca. sermo dulcis mitigat furorem: cessant vires iracundiæ euaporando in verba. Sicut cessat manifestè ira, quando lachrimamur ex ira, quia vires eius ibi effunduntur, vt

Quid fit ꝙ hæc cessat ira.

nos quotidie experimur. Et hoc satis apparet in acrocolis, siue acutis, qui veloces sunt ad iram, sed cito requiescunt, vt per Arist. patet vbi supra. Patet hoc etiā, quia dicitur vltra in textu illo: Ne habeas super illum peccatum, quasi dicat, ira inducit homines ad peccandum, scilicet ad occidendum, vel vulnerādum illum, ad quem ira, vel odium est. Si ergo aliquis vult nō incurrere istud peccatum publicet iram, & sic minuet, vel ab aliquo corrigetur, vel ab hoste satisfiet. Non est autem tale in isto casu, quia fratres Ioseph valde irrationabiliter ei irascebantur, ideo irrationabilius ei irā manifestarent. Consilium tamen est, ꝙ quando aliqs iram, vel odium, vel aliquam passionem etiam iniustè concepit, licèt non reuelare debeat ei, contra quem talem concepit passionem, reuelare tamen amico suo fideli debet. Salubre est enim valde, vt sic saltem verecundia sceleris, quod proponit ipsa passio decrescat, vt quotidie expimur, vel vt ipse amicus ab hoc dissuadeat, vł vt alias remedia salutaria adhibeat, & hoc maximè salubre est, cum quis illicitè amat, & cæco ardore consumitur, quia tales passiones tacendo crescunt, quasi ignis absconditus; cum autem manifestentur morbosus vigor decrescit, vt ait Ouidius in 2. de remedio Amoris. Et Seneca tragedia quarta, quæ vocatur Hippolytus: *Accidit quoque.* Hic ponitur, tertia occasio venditionis Ioseph, & odij fratrum in eum. Et ratio fuit, quia in ijs somnijs videbatur præfigurari Ioseph futurum dominum fratrum suorum. *Visum somnium referret.* Somnus dicitur ipsa dormitio. Somniū autem est id, quod per somnium videmus, & sic referebat hic Ioseph somnium visum, ideſt visionem q̄ in dormiendo viderat. *Quæ causa maioris odij seminarium fuit.* Ideſt ista reuelatio visionis somnij fuit fomes, vel origo maioris, adhuc odij in eum. *Quæ causa.* Ideſt illa relatio somnij. *Maioris odij seminarium fuit.* Vocatur seminarium principium seminale, vel origo, vnde aliquid prodijt. *Putabam vos ligare manipulos.* Dicit putabam, quia visio, quæ erat in somno non erat visio verè rei existentis, sed imago phantatisca rei imaginatæ, quod tamen verum signabat, nec enim fratres sui verè manipulos colligebant, sed talis ei imago apparebat. *Meum manipulum surgere, & stare, vestros autem manipulos circunstantes adorare manipulum meum.* Istud significabat adoraturos eū fratres eius omnes in Aegypto, vt postea completum est infra 43. cap. *Nunquid rex noster eris?* Loquebantur valde iracunde fratres contra Ioseph dicentes, quasi eū mentiri, & confingere somnia, quia somnium illud videbatur signare, ꝙ fratres Ioseph essent eum adoraturi, quod ipsi reputabant impossibile, quia talis adoratio nō fiebat, nisi regibus, vel valde magnis viris. Non ergo posset adorari ab eis Ioseph secundum eorum existimationem, nisi rex eorū fieret, quod ipsi credere non poterant, quia ista potestas regnatiua, aut veniret pacificè Ioseph, aut ipse violenter rex efficeretur: sed neutrum putabant possibile, ideo dicebant. *Nunquid rex noster eris?* Ideſt nunquid nos assumemus te voluntariè in regem? *Aut subijciemur ditioni tuæ?* Ideſt, aut fortè violenter subijcies nos tibi? *Aliud quoque vidit somnium.* Istud secundum somnium ad idem pertinet, ad quod primum, vt patet ex interpretatione, sed duplicatur somnium ad signandam maiorem certitudinem futuri euētus, & vt notetur cito futurum, vt patet infra 41. cap. cum enim responderet Ioseph Pharaoni interpretādo somnia eius duo, dixit vtrunque ad idem pertinere, & firmitatis iudicium esse, & quòd fiat sermo Dei, & velociter compleatur. *Quasi Solem, & Lunam, & Stellas undecim adorare me.* Signabat, quòd in Aegypto eum fratres adoraturi essent, & aliqualiter pater videns eum in tanta dignitate constitutum, & mater sua, quæ eū

Tertia occasio vēditionis.

Somnium quid.

vel

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel in se, vel in quo eum adorauit. *Increpuit eum pater.* Nō quòd inuideret futuræ eius prosperitati, sicut fratres, quia vt infra dicitur pater tacitus rem hanc considerabat. Sed quia volebat tollere fomitem odij eum reprimendo, ne ista sic coram fratribus diceret, ne ad iram, & odium irritarentur. Et vt pater, quasi fauens alijs fratribus in hac parte tolleret iram, vel mitigaret, quasi demonstrans ea, quę dicebantur per Ioseph esse falsa, vel impossibilia, vt immediatè subditur. *Quid sibi vult hoc somnium, quod vidisti?* Idest, qd signat istud somnium tuum? *Nunquid ego, mater tua, & fratres tui adorabimus te?* Quasi dicat, hoc videtur signare. Sed satis patet in hoc insania tua, quia nunquam aliquid tale erit. *Nunquid ego, & mater tua.* Aliqui Iudæi volunt ex hoc, ꝙ tunc viueret Rachel mater Ioseph, quia in hoc somnio innuebatur, ꝙ mater eū esset adoratura: sed falsum est, quia supra fit mentio de morte Rachelis. 35. cap. Sed ad hoc respondent dicentes, ꝙ est anticipatio, quia non omnia eodem ordine narrātur, quo euenerunt, vt patet de morte Isaac, q̄ supra posita fuit, tamen fuit post venditionem Ioseph per annos trede cim, vt supra probatum fuit 35. cap. Et tunc arguit sic, Ioseph vēditus fuit tredecim annis ante mortē Isaac, sed Isaac mortuus fuit ante Rachelem, ergo Rachel viuebat, dum venditus fuit Ioseph. Antecedens patet quia Isaac vixit annis 180. vt patet supra 35. cap. & genuit Iacob, & Esau, cum esset annorum sexaginta, vt patet supra 25. ergo, quādo mortuus fuit Isaac, erat Iacob annorum 120. patet consequentia, subtrahendo 60. de 180. qui sunt tota vita Isaac, sed quando Iacob erat annorum 120. erat Ioseph 29. ergo post tempus vēditionis Ioseph, quasi per annos tredecim fuit mortuus Isaac. Patet consequentia, quia nunc quando vēditus fuit Ioseph erat annorum 16. vt patet in litera. Antecedens, patet quia Iacob erat annorum 84. quando petiuit vxorem suam sibi dari a Laban, vt ꝓbauimus supra 29. cap. sed ab illo tempore, quod fuit principium secundi septennij, vsque ad finem eiusdē secundi septennij, quando natus fuit Ioseph, fluxerūt anni septem, vt patet supra 30. c. Erat ergo, tunc Iacob annorum 91. Patet consequentia, addendo 7. annos prioribus 84. Ab illo, ergo anno vsque annum 120. Iacob fluxerunt anni 29. quos habebat Ioseph, quando mortuus fuit Isaac. Fuit autem Ioseph venditus anno suo decimosexto completo, & inchoato 17. vt dictū fuit in principio. cap. ergo, quasi annis 13. post venditionem Ioseph mortuus fuit Isaac. Minorem probāt, s. ꝙ prius mortuus fuerit Isaac quàm Rachel, quia dicunt, ꝙ mortuus fuit Isaac, dum veniret Iacob de Mesopotamia, ipsa autem Rachel in terra Chanaan. Sed ista falsa sunt, quantum ad minorem. Quia prius mortua fuit Rachel, quàm Isaac; & falsum est, cum dicūt, ꝙ Iacob veniēte in via de Mesopotamia mortuus fuit Isaac, quia supra 35. ca. dicitur, quòd Iacob, & Esau steterunt ad mortem Isaac. Item quia Ioseph fuit venditus ante mortem Isaac, vt probatum est, & hoc ipsi confitentur. Sed dum venditus fuit Ioseph, stabat Iacob cum patre suo Isaac in Hebron. Patet, quia dicit infra, ꝙ Iacob misit de Hebron Ioseph ad visitandos fratres manentes in pascuis: ergo non fuit mortua in via, dum veniret Iacob de Mesopotamia. Item dato, quòd mortuus fuisset Isaac, dū esset Iacob in via Mesopotamię, non ex hoc sequitur, quòd sit mortuus ante Rachelem, quia etiam ipsa Rachel mortua est, dū esset Iacob in itinere Mesopotamiæ, vt patet infra 48. capit. vbi dicebat Iacob ad Ioseph, mortua est Rachel verno tempore, dum venirem de Mesopotamia in ipso itinere. Item patet Rachelem fuisse mortuam ante Isaac, quia Isaac mortuus fuit post venditionē Ioseph, vt patet supra. Rachel autem fuit mortua ante venditionem Ioseph, quod patet, quia quando factum fuit istud somnium, erat natus Beniamin, sed Rachel mortua fuit in partu Beniamin, vt patet supra 35. ca. Ergo mortua fuit ante venditionem Ioseph. Antecedēs patet, quia in isto somnio fit mentio de Beniamin, cum dicatur, ꝙ Stellæ vndecim eum adoraturæ essent, ꝙ intelligebat de fratribus suis vndecim, sine Beniamin decem solum erant. Et si dicas, ꝙ licèt tunc non esset natus Beniamin, posset in somnio illo reuelari ei, vt nasciturus, sicut reuelabantur alia, quę futura erant de sua sublimatione. Respondetur, ꝙ adhuc non potest hoc stare, quia licèt Ioseph sic intelligeret, quia fortè ei esset reuelatum, tamen pater eius, & fratres, q̄ istud somnium auscultabant, non intelligerent, nisi Beniamin natus esset. Sic enim dixit pater, nunquid ego, & mater tua, & fratres tui adorabimus te? ergo tot fratres, tunc erant ipsius Ioseph, quot Stellæ in somnio videbantur eum adorare; nam si ipse diceret, ꝙ videbat Stellas vndecim adorantes eum, & non essent, tūc ei, nisi decem fratres, nō posset intelligere pater eius, & fratres de adoratione eius a fratribus, quia non concordaret numerus Stellarum cum numero fratrum, sed ipse pater intellexit de adoratione eius a fratribus, & fratres de hoc intelligebant, licèt non crederent esse possibile, ergo tunc vndecim fratres Ioseph nati erant, ex quo sequitur natum esse Beniamin, qui vndecimus inter fratres Ioseph erat. Patet autem hoc, quia fratres, & pater non intelligebant hoc, quia nesciērūt futuram sublimationem Ioseph in Aegyto, vt patet infra 45. cap. Etiam, quia tunc non tantum luxisset Iacob pro Ioseph. Sed adhuc concessis omnibus, quę dicunt Iudæi, nihil sequitur. Quia Rachel si poneretur viuens tempore venditionis Ioseph, hoc esset, vt compleretur prophetia somnij in ea, s. ꝙ ipsa cum patre adorarent Ioseph, sed nō potuit esse, quia ipsa mortua fuit in terra Chanaan ad radices viæ venientis de Bethel in Ephrata, vt patet supra 35. cap. Prophetia somnij de adoratione Ioseph in Aegypto completa fuit, vt infra satis patet 43. c. Dicendum ergo, ꝙ ista venditio fuit facta mortua Rachele, & viuēte iam eius filio Beniamin, & fortè fuit ista vēditio in anno mortis Rachel, vel paulo post, vt satis patet ex parua ætate, quam tunc habebat Ioseph. Quando ergo dicit litera. *Nunquid ego, & mater tua?* Intendebat Iacob mitigare furorē filiorum suorum contra Ioseph, & eum increpare, ne ista sic publicaret, ideo demonstrabat somnia ista esse friuola, & impossibilia, quia in eis significabatur, ꝙ pater, & mater Ioseph essent eū adoraturi, sed mater iam erat mortua: ergo impossibile erat, quod adoraret. Quare ergo somniatio esset falsa, satis fortiter concludebat:

Dub. de morte Rachelis.

Determinatio authoris.

Quō somnium Ioseph verificatum fuerit cū iā mater eius Rachel obijsset.

Sed dices, quomodo ergo istud somnium complebatur fuerit cum esset a Deo, & mater iam esset mortua? Ad hoc respondent quidam, ꝙ licèt non adoraret Rachel in se, adorauit tamē in filio suo Beniamin, qui descendit in Aegyptum, vt patet infra 43. cap. Sed hoc nihil est, quia tunc Beniamin haberet locum duarum personarū superfluè, ergo poneretur in somnio eius vna Stella de vndecim pro Beniamin, & rursus Luna pro matre. Videtur autem magis dicendum, ꝙ vocatur hic mater Ioseph ipsa Bala ancilla Rachelis, quæ nutriuit Ioseph lactando eum, & tales matres vocari solent, etiam in modo vulgari. *Adorabimus te super terram.* Idest adorabimus te, dum vixerimus. Dicebat hoc propter Rachelem, de qua non poterat verificari, quòd adoraret Ioseph super terram, quia iā mortua erat. *Inuidebant igitur ei fratres sui.* Quia videbatur in hoc eis velle præesse. *Pater autem rem tacitus considerabat.* Idest pater mirabatur de hoc, maximè, quia duo somnia fuerunt, quæ certitudinē exprimere videbantur.

tur. Etiam, quia coniiciebat hoc dictum de se, & matre, & filijs conuenienter, cum pater rationabiliter attribuatur Soli, qui dicitur pater Deorū, & virorum, vt patet 2. de Anima. Vel quia sicut pater communicat filijs esse per generationem, ita Sol dat lucem omnibus Stellis, & ex eodem fundamento filij congruenter vocantur Stellæ, quia communicatur eis lux sua ꝓ Solem, sicut filio communicatur esse per patrem. Mater autem Luna nominatur, quia sicut Luna corpus opacum existens à Sole lumen recipit, ita mater in generatione principium passiuum, & receptiuum est. Non est autem præsumendū, ꝙ Iacob spiritu prophetico istud somnium intelligeret, quia tunc cognouisset sublimationem Ioseph i Aegypto, sed falsum est, quia miratus est, quando dictum fuit ei, ꝙ Ioseph dominaretur in Aegypto, vt patet infra 45. cap. Item non doluisset pro eo, tanquam pro mortuo cum venditus fuisset, quia præcognouisset eius venditionem, sed falsum est, quia infra habetur, ꝙ ipse putauit eum deuoratum ab aliqua fera pessima. *Cumque fratres illius.* Hic ponitur secundum, s. conditio venditionis. *Fratres eius in pascendis gregibus patris morarentur.* Etiam Ioseph gregem pascebat cum fratribus suis, & erat cum filijs ancillarum, vt patet in principio huius cap. sed quia minor omnū erat, & tenerrime diligebatur a patre, manebat magis in domo quàm alij, ad consolationē paternam, & aliquando mittebatur a patre ad fratres ad videndum quæ agerentur sicut nunc. *Morarentur in Sichen.* Non in ciuitate Sichen, quia non conueniebat hoc pastoribus, sed morabantur in territorio Sichen. Et hoc notatur infra, in litera, cum dicitur infra in Sichimis, i. in terra Sichen. Est autem Sichen ciuitas in qua moratus fuerat Iacob, in qua filij sui occiderunt regem cum omnibus habitatoribus, vt patet supr. 34. c. & ibi pascebant gregem, quia erat terra illius pascualis valde, & ibi emerat Iacob agrum ab Hemor centū agnis, vt patet supra 34. cap. Est autem Sichen nō multum longè ab Hebron, & est Hebron australis respectu Sichen, quia est in sorte tribus Iudæ in latere Meridiano, quasi in terminis terræ promissionis, vt patet Iosue 15. cap. Sichen autem magis est Septētrionalis. Patet etiam, quia quando Abraham morabatur in Bethel, quod distaret media leuca a Sichē, vt patet in lib. de diuisione Terræ sanctæ, & descendit in Hebron, dicebatur irę contra Meridiem, vt patet supra 13. c. Etiā est Hebron aliqualiter occidentalis respectu Sichen, quia Sichen est apud Iordanem, circa Orientem terræ promissionis. Hebron autem declinat ad occasum, quia est in medio sortis Iudæ, vt patet Iosue 15. ca. *Et vide si cuncta sunt prospera apud fratres tuos.* Idest vtrum bona pascua habeant, & vtrum greges crescant, vel vtrum in pace sint, & sic de cæteris malis, quæ eis, vel gregibus suis accidere poterant. *Et renuncia mihi quid agitur.* Idest non maneas cum eis pascendo greges, sed reuertere ad me. *Missus est de valle Hebron.* Ista est vallis Mambrę dicta a quodam viro nomine Mambre, vt diximus supra 14. cap. erat autem ista vallis coniuncta Hebron, & in hac moratus fuit Iacob, postquam venit de Mesopotamia, quia ibi habitabat Isaac, vt patet supra 35. cap. *Inuenit eum vir.* Rab. Salomo. dicit, ꝙ iste fuit Angelus Gabriel, & hoc dicit, quia Dan. 9. c. dicitur: Et ecce vir Gabriel. Sed hoc non est multum probabile, licèt verum sit, ꝙ aliquando Angelus Domini dirigit homines in via, vt patet Tob. 5. c. de quo magis late diximus supra 32. & dicetur Exod. 23. cap. circa finem. Dicendum, ergo est, ꝙ erat aliquis alius vir, qui quæsiuit ab eo de loco, ad quem ibat, & demōstrauit ei, ꝙ erraret in via, quia in hoc homines etiam si nunquam cognouerint alios, multum inclinātur ad diriendum errantes in via; & sic Aristo. quando probat in 8. Ethi. in principio, ꝙ inter homines sit amor naturalis, probat per errores viarum, quia quilibet homo inclinatur ad dirigendum errantem in via, etiā si non cognouerit eum qualiscunque conditionis sit. *Errantē in agro.* Non ꝙ Ioseph erraret in agro ignorans viam qua ire deberet in Sichen, quia bene nouerat, & sic dicitur infra. *Recesserunt de loco isto.* Ex quo innuitur, ꝙ iam Ioseph iuerat in Sichen, & quia non inueniebat eos ibi, errabat per agros inquirens eos, & tunc inuenit eum vir errantem in agro, & demonstrauit ei locum. *Interrogauitq; eum, quid quæreret.* Vidit eū per deuia agrorum ambulantem, ideo credidit errantem: iō motus amore naturali, de quo diximus, quæsiuit ab eo, vt eum ad rectam viam reduceret. *Fratres meos quæro.* Ex hoc apparet, ꝙ aliquando ille vir erat notus Ioseph, & fratribus eius, quia sciebat illos, qui ibi ante pascebant gregem esse fratres Ioseph. *Recesserunt de loco isto.* Ex hoc apparet, ꝙ ille vir erat fortè aliquis pastor, vel agricola, qui ibi manebat, quia steterat ibi ante existentibus fratribus Ioseph, & audiuerat eos loquētes, & nunc etiam ibidem manebat. *Eamus in Dothayn.* Nomen istud Dothayn est signās quoddam territorium pascuale apud Sichē. *Qui cum vidissent eum.* Hic ponitur tertium, s. vēditionis forma, & ordo, in quo primo in mortem eius molichātur: deinde eum vēdendum esse determinauerūt. *Antequam accederet ad eos.* Cognouerunt enim eum ex habitu, & apparatu. *Cogitauerunt occidere eum.* Ne compleretur somnia sua, ita ꝙ fratres eius subijcerentur ei. *Ecce somniator venit.* Satis apparet iste modus loquendi mordax, & hostilis esse, quia eū non fratrem, quod naturæ, & amoris nomen erat, sed somniatorem, tāquam criminosum aliquid hoc esset, vocabant. *Et mittamus in cisternam veterem.* Ne appareat corpus eius, & post crimen nostrum cognoscatur. *Et dicamus fera pessima deuorauit eum.* Satis erat ista colorata excusatio, quia in terra illa sunt leones, & vrsi, & alia animalia ferocia in pascuis, vt patet 1. Reg. 17. c. vbi dixit Dauid, ꝙ aliquādo cum pasceret gregem patris sui, veniebāt ad eum leones, vel vrsi, & ipse pugnabat aduersus eos frangens maxillas, & tollens de ore eorum prędam. Sic etiam patet 4. Reg. 2. c. de duobus vrsis, qui lacerauerunt 22. pueros ad maledictionem Heliseī. *Quid proderūt ei somnia sua.* Quasi dicat, nihil, quia ipse somniabat, ꝙ futurus esset dominus noster, sed non poterit, quia nos occidemus eum. *Audiens hoc Ruben.* Qui erat vir mansueti cordis, & benignus. *Nitebatur liberare eum de manibus eorum.* Licèt enim Ruben a principio doleret, ꝙ Ioseph significaretur esse dominus omnium fratrum, quando tamen vidit, ꝙ alij fratres eum malè tractare volebant, commota sunt viscera eius super fratre suo, & volebat eum a morte eripere. *Et reddere patri suo.* Faciendo ne eum amplius ad fratres mitteret, ne fortè accēsus furor fraternus in eum deleret illū de terra. *Nudauerunt eum tunica talari.* Hoc fuit, quia conceperant, vt eum occiderent, & nolebāt vt non commacularetur tunica illa pretiosa in sanguine: licèt postea ipsi tinxerunt eam in sanguine pecoris ad indicandum patri, vt infra patet. *Tunica talari, & polymita.* Nicolaus vult, quòd fuerūt duę tunicæ, s. vna talaris q̄ vsq; ad pedes pertingebat, alia polymita, quæ diuersos colores, & diuersorum pannorum partes cōtineret. Sed magis videt, ꝙ fuerit vna tunica, quia ista duo nomina, s. talaris, & polymita signant idem subiectum in diuersis qualitatibus, quia sunt adiectiua: vocatur enim tunica illa talaris, quia vsq; ad talos accedebat: vocatur polymita, quia eadem ex diuersis coloribus tincta erat. Et hoc magis patet, quia Aquila interpres istam quam nos supra polymitā vocauimus, ibi talarem vocauit. *Miseruntque in cisternam.* Quia aliqui' eorum immediatè horruerūt eum occidere: ideo dū delibe-

Patris ſigna Soli.

Quare Luna mater appellat.

Venditionis forma.

Opi. Nic. de tunica Ioſeph.

deliberarent, quid agendum esset, posuerunt eum in cisternam. *Quæ non habebat aquam.* Sed erant in ea serpentes, & scorpiones, vt dicit Rab. Sal. *Et sedentes, vt comederent panem.* Nomine panis omnes cibi intelliguntur, vt patet 4. Reg. 6. c. vbi petito pane data fuit sub nomine panis magna ciborum præparatio. *Viderunt venientes Ismahelitas de Galaad.* Non morabantur Ismahelitæ in Galaad, quia Galaad est terra, in qua habitauerunt Amorrhæi antequam intrarent Israhelitæ terrā promissionis: vt patet Deuter. 3. cap. vbi dicitur, ꝙ illa terra Galaad, & alia vicinia fuit ablata de manibus duorum regum Amorrhæorum, s. Og, & Seon: deinde morati sunt Israelitæ. Item quia dicitur supra 25. c. ꝙ habitatio posteritatis Ismahelis fuit ab Heuila vsq; ad Sur, quæ respicit Aegyptum extenta contra Orientem, & est magis Meridiana quā terra promissionis. Est namque desertum Sur coniunctum mari rubro p illam partem, qua transierunt Israhelitæ mare rubrū exeuntes de Aegypto, vt patet Exo. c. 15. cum dicitur: Tulit autem Moyses filios Israel de mari rubro, & egressi sunt in desertum Sur, ambulaueruntque tribus diebus per solitudinem, & non inueniebant aquam, & venerunt in Marath. Et istud desertum Sur vocat alio nomine desertū, vel solitudo Ethan, vt patet Numeri 33. ca. in catalogo mansionum. Incipit autē ista terra filiorum Ismahelis ab illo deserto Sur, & tendit in Orientem, vsque Heuila, vt patet supra 25. capit. & sic pars Occidentalis eius est desertum Sur, & pars Orientalis Heuila. Ex quo sequitur, ꝙ sit magis Oriētalis terra Ismahelitarum, quàm terra Israelitarū, quæ est terra Chananæorum, quia Occidēs terræ Ismahelitarū est æqualiter Orientalis, sicut Oriens terræ Chanaan, cum sit suus Occidens in deserto Sur, quod quasi est æquale Orienti terræ Chanaan, in qua habitant Israelitæ, & habitauerunt antea Chananæi, & Abraham, & Isaac, & deinde tenditur ista terra in Orientē per lōgitudinem Arabicarum solitudinum, ita quòd tota ista terra Ismahelitarum est Arabica, & hæc est rō quare vocamus Saracenos Arabes, & Idioma suū dicimus Arabicum, quia sunt de genere Ismahelitarum. Nam Machometus Arabicus fuit. Ex hoc etiā, quod dictum est, patet ꝙ dicitur supra 25. cap. s. quòd Abraham, dum adhuc viueret, separauit filios concubinarum a filio suo Isaac contra Orientem. Vocantur autem filij concubinarum filij Agar, & Cetur, sed Ismahel fuit filius Agar: ergo iste habitauit ad Orientē respectu terræ Chanaan, in qua morabatur Isaac, scilicet in Hebron, vt patet supra 25. c. Sic enim poteris cognoscere terram habitationis Ismahelitarū, qui Arabes dicuntur. Sed isti Ismahelite erant mercatores, & ibant in Galaad ad accipiendum ibi Resinam, & Stacten, vt venderent in Aegypto. Erat autem iter eorū per Dothayn, vbi manebant in pascuis filij Iacob. Erat enim Dothayn aliqualiter contra Meridiem terrę, promissionis: Galaad autem ad Orientem: Aegyptus vero ad Meridiem, ideo transitus Ismahelitarum conuenies erat de Galaad in Aegyptum per agros Dothayn. Paret antecedens, quia Galaad est ad Orientem terræ promissionis vltra Iordanem, vt habetur Numeri 32. c. quia cū ibi tribus Ruben, & tribus Gad, & dimidia pars Manasse petiuissent, & accepissent terram illam in sortem possessionis, dixerunt: confitemur nos accepisse sortem nostram ad Oriētem terræ promissionis fratrum nostrorum. Aegyptus autem ad Meridiē terræ promissionis est, vt patet Numeri 13. cap. & supra duodecim, vbi Abraham descendens in Aegyptū dicebat se descendere ad Meridiem. *Et camellos eorum portantes aromata, resinam, & stacten.* Quidam Iudæi dicūt ista tria, quæ sunt apud eos nomina obscura, signare ceram, & theriacam, & glandes; vocant glandes vbi litera nostra habet stacten. Sed non potest stare, quia Exod. 30. c. dicitur, quòd accipiebatur stacten, & contūdebatur in puluerem tenuissimum, & fiebat inde thymiama suauissimi odoris, sed nō potest hoc fieri de glandibus, vt cuilibet est notum, quia non sunt suauis odoris, ergo non signat stacten glandes. Sed nō est hoc verisimile, ꝙ aliqua ita vilia portarentur ad vēdendum per terram ad lōgas regiones. Item quia ista sunt aliqua, quæ nascuntur per se, vel fiunt in terra illa, in qua habentur solum illa, ex quibus cōficiuntur: theriaca autem vbique confici potest, non portaretur ergo sic in terram longinquam. Dicendum, ergo quòd aromata sunt quædam confectiones ex speciebus redolentibus, & quia magis habebāt de humido quàm de sicco erant in modum vnguenti, & cum hoc vngebatur tabernaculum & vasa eius, vt patet Exod. 30. ca. Et quia ista, ex quibus conficiebantur aromata, magis abundabant in Galaad, quàm in alia terra propinqua, de illa transportabāt in Aegyptum. *Resinam.* Ista est quidam succus fluens ab arboribus quibusdam, quæ vocantur ferulæ, & ipse succus vocatur Galbanum, licet aliquando accipiatur generaliter pro omni succo cuiuslibet arboris. Ista autem resina valde prodest vulneribus, & est in magna copia in terra Galaad, vt patet Iere. 8. c. in fine. Nunquid non est resina in Galaad? aut medicus ibi? quare igitur non est obducta cicatrix filię populi mei? Quasi dicat, ꝙ resina haberet virtutē consolidandi, & claudendi, & corium inducendi in percussura. *Et stacten.* Succus arboris est, & vocatur myrrha. *Dixit Iudas.* Temperauit hic iram fratrum suorū Iudas, qui volebant eum occidere, excepto Ruben, qui non erat ibi, dum ista fierent. *Quid nobis proderit si occiderimus fratrem nostrum?* Volebant enim vitare fratres Ioseph somnia eius, ne ipse dominaretur super eos, & quia hoc ita poterat esse, si Ioseph adduceretur in terras longinquas, de quibus nūquam rediret in terram Chanaā, vel quia labore itineris, & inedia, cæterisque vitæ incommodis puer, adhuc tener mori posset, ac si ipsi eum occiderent, hoc minus culpabile ipsis erat: poterant enim timere, ꝙ in duriorem seruitutem inciderent, si Ioseph occidissent, quam si non occiderent, etiam quia occidentes eum nullam vtilitatē cōsequebantur. Si autem venderent, aliquam inde pretij quantitatem haberent. *Et celauerimus sanguinem eius.* q.d. si occiderent fratrem suum cōueniebat eis occultare sanguinē eius, i. mortē eius, ꝙa si manifestarent, ꝙ eum occidissent, pater eorum maledixisset eos. Delectatio autem, quam ipsi consequi volebant de morte fratris sui, erat, vt possent publicè dicere, nos occidimus illum pessimum somniatorem. Sed hoc non licebat eis, vt diximus, ideo nullum fructum consequi videbantur de occisione fratris sui. *Et celauerimus sanguinem eius.* Quasi dicat, si nobis liceret occidere fratrem nostrum, & publicare sine pena, vel damno, gauderemus quidem accipiētes vindictam de eo, sed ꝙa non licèt nobis illum occidere, & publicare; ideo nulla vtilitas est nobis eum occidere. *Melius est vt vendatur Ismahelitis.* Idest non est tantum malum, vel est maior vtilitas, quia recipiemus ab eis pecunias. *Et non polluantur manus nostræ.* Per homicidium, quia in hoc attenuabatur culpa. *Frater enim, & caro nostra est.* Hic persuadebat esse aliqualem humanitatem cum eo, ꝙa erat caro ipsorum, cum esset ab eodem patre, & sic aliquo tempore fuerant omnes idem secundum materiam in patre, quia illa particula substantialis, ex qua geniti sunt isti filij, fuit eadem in patre, & post decisa, vt declarat Philosophus. 8. Ethicorum. *Acquieuerunt fratres.* Scilicet octo fratres, quia ipsi in vniuerso erāt duodecim, ab his autem deficiebat ipse Ioseph, qui in hac causa reus erat: deficiebat Beniamin, qui nōdum abla-

Galaad quid.

Quare vocamus Saracenos Arabes.

Iudæorū opinio de stacte.

Determinatio.

Quid sit Resina.

Quot erāt fratres Ioseph.

ctatus erat, deficiebat Ruben, qui quando venit ad fratres suos, iam puer venditus erat. deficiebat Iudas, qui verba ista dicebat. Quatuor ergo de fratribus deficientibus solum octo ad consentiendum erant. *Extrahentes eum de cisterna.* In qua eum tenebant ad custodiam, donec de illo deliberarent quid esset agendum. Erat autē illa cisterna, vt puteus altus, ita ꝙ nullus sine scala, aut funibus intrare poterat, aut exire, vt Ioseph exire non posset, quia aliàs exiuisset Ioseph, & recessisset ad patrem. *Viginti argenteis.* Aliqui libri habent triginta, sed falsa litera est: non enim fuit hic similitudo ad Christum, quia non decebat, vt seruus æqualiter cum domino venderetur. Et patet hoc, quia in litera Hebraica ponuntur viginti argentei. *Qui duxerunt eum in Aegyptum.* Ideſt cum alijs mercibus suis portauerunt eum ad vendendum lucri causa, quia pulcher valde erat, & ætate tener. *Reuersusque Ruben ad cisternam.* Ex hoc patet, quòd non stetterat Ruben cum fratribus suis, quando venditus fuit Ioseph. nihil ergo culpę Ruben habuit in venditione Ioseph. Egit enim quantum potuit, & scelus eo ignorante commissum est. Magna ergo esset excellentia Ruben, si ita fuisset immunis a facinore Balæ, sicut liber a facinore Ioseph. *Et scissis vestibus.* In signum magni doloris. *Puer non comparet.* Putauit Ruben puerum ab aliqua bestia fuisse laceratum, cōquerebatur ergo valde. *Et ego quo ibo?* Quasi dicat, iste puer peteretur, quia ego maior omnibus sum; cum ergo non possim eum reddere vę mihi est, nec possum coram patre meo comparere. Nā tunc magis, adhuc pater contra eum angustiaretur, quam in coitu cum Bala, & reuiuiscere tille dolor notuo concitatus dolore. *Tulerunt autem tunicam eius.* Scilicet tunicam talarem, quam ante ab eo acceperant, cum eum viderunt. *Et tinxerunt in sanguine hædi, quem occiderunt.* Ista tinctio vestis fuit facta vidente, & consentiente Ruben, quia alij fratres nō indicauerunt ipsi, quomodo Ioseph vendiderant, & hoc fuit propter duo: primum, quia viderant alij fratres, quòd Ruben nitebatur liberare Ioseph: ideoque si cognouisset reuelaret patri suo esse venditum, & eos apud patrem infamaret.

Item quia voluerunt, ꝙ Ruben partem reciperet de denarijs, pro quibus venditus fuit Ioseph. Sed quia Ruben non videbat, quomodo se posset excusare de negligentia apud Iacob patrem suum, si confiteretur puerum apud se stetisse: ideo ipse de voluntate aliorū finxit, quòd puer nunquam ad eos venerat, sed tingentes tunicam in sanguine hędi, & fortè eam aliqualiter lacerātes, vt verisimiliter videretur a bestia captus, miserunt eam ad Iacob dicentes, quòd eam inuenerant in quodam agro, quòd videret, an esset tunica filij sui. Non sciuit autem Ruben de venditione Ioseph, tunc vsque post magnum tempus, vt sic crederet Iacob esse Ioseph a bestia deuoratum, sed post cum in Aegypto descenderunt filij decem Iacob, bene videtur Ruben cognouisse hanc venditionem, quia omnes de communi loquebantur dicentes: Merito hæc patinur, quia peccauimus in fratrem nostrum videntes angustiam animæ eius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus eum, vt patet infra 42. cap. *Mittentes qui ferrent ad patrem.* Ideſt miserunt aliquos de illis pastoribus, qui secum erant, vt vestem illam patri indicarēt. *Hanc inuenimus.* Ideſt non credas, quòd Ioseph accessit ad nos, sed nos ambulantes per agrum inuenimus illam vestem, & putauimus eam esse Ioseph, & ideo ad te remisimus, vt cognoscas vtrum ad te pertineat. *Fera pessima deuorauit eum.* Non suspicatus fuit Iacob, quòd fratres eum occiderent, vel venderent, quia nūquam fortè tale audierat, aut viderat, ideo putauit eū verisimiliter a bestia laceratum, quia in regione illa mul-

tæ feræ erant, vt supra ostendimus: licèt enim Iacob viderat, quòd fratres Ioseph eum odiosum habebant propter somnia, & ideo ipse Iacob increpuerat aliquo modo Ioseph, vt taceret inducendo quodammodo somnia sua falsa, aut ficta esse, vt alij fratres contentarentur: ipse tamen rem tacitus considerabat, vt supra patet: non tamen potuit vllo modo tantam imaginari nequitiam, nec credidit posse fieri, vt pro tam leui re suum carissimum fratrem venderent: ideo nullatenus hoc suspicatus est, quia filios suos meliores esse credidit. *Scissisque vestibus.* Quibus induebatur ad lętitiam. *Indutus est cilicio.* Scilicet veste aspera in signū veri doloris consolationem recipere nolens, quia perdiderat carissimum lumen oculorum suorum, & baculum senectutis sue Ioseph. *Lugens filium suum multo tempore.* Ideſt vigintitribus annis quasi, quia duauit planctus Iacob a tempore, quo allata fuit ad eum tunica, vsquequo dictum fuit ei, quòd viueret filius suus Ioseph, & dominaretur in Aegypto, de quo infra quadragesimoquinto c. Fuit autem istud totum tempus vigintitrium annorum, quia Ioseph venditus fuit cum compleſſet decimum sextum annum, & incepisset decimum septimum, & post cognouit pater suus eum esse viuum anno illius trigesimonono, ergo vigintitres anni, quasi interciderunt inter tempus, quo incepit Iacob planctum, vsquequo finiuit. Antecedēs patet, quia Ioseph cum stetit coram Pharaone erat triginta annorum, vt patet infra, 41. cap. & iste annus fuit principium septem annorum fertilitatis: & deinde transierunt duo anni sequentes magnæ sterilitatis, in fine quorum venit Iacob in Aegyptum. vt patet infra 46. capit. colligitur etiam magis ex eo, quod habetur infra 43. & 44. cap. scilicet, quòd in secundo anno sterilitatis venerit Iacob in Aegyptum. Erit ergo iste annus trigesimusnonus vitæ Ioseph, a quibus subtrahendo 16. annos, quos habebat Ioseph, quando venditus fuit, & aliquid magis, manebunt vigintitres anni, in quibus fleuit Iacob filium suum Ioseph. *Congregatis autem cunctis liberis eius.* Videbant enim filij Iacob, ꝙ pater eorum præ tristitia deficeret. Scientes, quòd peior erat iam patris desolatio, quàm Ioseph, voluerunt eum consolari aliquibus persuasionibus. *Noluit consolationem recipere.* Quia dolor inextimabilis erat, & modus verę consolationis nullus.

Sed quæritur, cum Iacob fuerit vir Propheta, quia dominus monstrauit ei se ipsum sæpe, & reuelauit ei multa, quomodo non cognouit spiritu prophetico, qualiter venditus foret Ioseph?

Respondent quidam Iudæi, quòd cum fratres Ioseph nouem vellent eum vendere (nam solum erant ibi nouem cum deficerēt tres, scilicet Beniamin, qui nondum erat ablactatus, & Ruben, qui non uidit uendi, & ipse Ioseph, qui vendebatur) posuerunt inter se herem, ideſt excommunicationem, ut nullus reuelaret illud factum, & quia herem, siue excommunicatio secundum constituta Hebræorum non potest poni, nisi ad minus inter decem, & ibi solum erant nouē aduocauerūt Deum ad illam excommunicationem, scilicet dicentes, ut ipse excommunicatus esset si reuelaret illud factum: ideo Deus ne esset excommunicatus, nō reuelauit in toto illo tempore, quòd Ioseph esset uenditus, & quia prophetiæ spiritus est secūdum motum Dei, nō potuit Iacob in toto illo tempore cognoscere hoc spiritu prophetico.

O insensati Iudæi quis vestram insaniā non uideat? nam & ipsi lapides, si eis loquendi licentia traderetur, uestram uesaniam prędicarent. Quomodo. n. Deus miserorum hominum legibus, alligatus teneri potest? aut quomodo Patriarchas uestros, tam fatuos arbitrammi, vt ipsi quoque hanc insaniam conciperent posse

Tępus plāctꝰ Iacob.

Quæst. r. Cur Iacob cum esset Propheta nō cognouit Ioseph fuisse venditum.

Insanię Iudæorū cō futatio.

posse Deum ab ipsis excommunicari? Sunt ergo ista multum friuola. F

Quidam autem dicunt, quòd Iacob non potuit toto isto tempore cognoscere per spiritum Propheticum, qa spiritus propheticus non tangit mentes tristium, sicut patet de Eliseo, qui cũ a rege Iorã rogaretur, vt prophetaret, & intelligeret se non posse prophetare, quia erat in tristitia, fecit adduci coram se cãtatricem, vt sic lætaretur, & prophetaret dicens, adducite mihi Psaltem, idest cantatricem, cumque caneret, facta est manus Domini super eum.

Doctoris respõsio. Dicendum, tamen est melius, quòd ideo non habuit cognitionem propheticam, quia Deus noluit reuelare illo tempore, nam fortè si fuisset reuelatum disturbatum fuisset bonũ, quod postea secutum est descendente Iacob in Aegyptum. *Descendam ad filium lugens in infernum*. Idest, tandiu lugebo donec descendam ad infernum mortuus, & videam filium meum, quasi dicat, nunquam fletus recedet a me, donec moriar. Ista erat respõsio ad filios rogantes, vt consolaretur, & hoc redundabat in angustiam filiorum, quia propriè videbant ipsi, quòd pater eorum affligeretur vsque ad mortem ex eorum culpa, & hoc erat eis magni causa doloris, & in partem pœnæ pro tanta eorum culpa, quòd eis persuadentibus pater consolationem recipere nollet. *Ad infernum*. Dicit hoc, quia animæ omnium descendebãt in infernum ante Christi mortem, licèt magna sit differentia, quia quædam in loco pœnali: Alię autem in loco sinus Abrahæ, & in nulla pœna sensus. In hoc autem inferno bonorum putabat se Iacob inuenturum filium suum Ioseph, quia eum in sua innocentia mortuum esse putabat. Vel dicitur. *Ad infernum*. Idest ad sepulchrum, scilicet, q̃ non cessaret pater a planctu, donec descenderet in fossam, vel in sepulchrum, sicut erat filius suus Ioseph.

Ad infernũ exponitur dupliciter.

Et illo perseuerante in fletu. Idest perseuerante Iacob, & non manente aliqua consolatione in fletu. In Hebræo dicitur. *Et fleuit eum pater suus*. Referunt hanc sententiam ad Isaac nimis flentem. Cum enim esset pater Iacob Isaac, & vidit eum pro filio irremediabiliter flere, dolebat, quoque tãtum dilatari planctum, & hoc verisimile satis est, quòd Isaac, qui tunc viuebat, & vixit post venditionem Ioseph annis tredecim, I vt probauimus supra trigesimoquinto cap. & hic in isto, fieuerit pro eo, tanquam pro dilecto nepote suo.

Ioseph ter fuit venditus fm Iudęos. *Madianitæ vendiderunt Ioseph*. Ex hoc inferunt Iudæi, quod Ioseph fuit ter venditus: primo a fratribus suis mercatoribus Ismahelitis: deinde Ismahelitæ vendiderunt Madianitis, qui erant socij sui: tertio Madianitæ vendiderunt eum Putiphari. pretium primæ venditionis fuit viginti argentę, secundæ autem, vel tertię venditionis non determinat pretium, sed credendum est, quòd semper fuit augmentatum, quia semper sic ementes, & post vendentes carius vendunt. Sed non oportet, ponere tantam circulationem ex textu. Dicendum magis, quòd solum fuit vna venditio facta a fratribus: alia ab Ismahelitis mercatoribus, & isti immediatè vendiderunt Putiphari, vt patet infra 39. capitu. vbi dicitur emit eum Putiphar de manibus Ismahelitarum, a quibus perductus fuerat, & sic K non interceſſit alia media venditio, nec obstat, quòd hic nominentur Ismahelitæ, & Madianitæ, quia hic accipiuntur pro eodem populo, vel gente: nec propter hoc est consentiendum Historiæ scholasticæ dicẽti ex hoc apparere veritatem opinionis Hebraicę, quæ dicebat Ceturam, & Agar esse idem, & est suum fundamentum, vt Madianitæ, & Ismahelitæ sint eędẽ gentes: si enim eędem sunt, cum Madianitæ sint filij Ceturæ, vt patet supra vigesimoquinto cap. Etiam Ismahelitæ erũt filij eiusdem. istam autem positionem

Cõfutatio Historiæ scholasticæ in parte ista.

satis improbauimus supra vigesimoquinto cap.

Dicendum, ergo quòd Agar, & Cetura fuerunt diuersæ mulieres, & Ismahelitæ, & Madianitæ diuersi populi sunt, sed vel redierunt ad vnitatem, vt quidam volunt; vel vt magis credo propter quandam habitationis vicinitatem interdum Madianitæ vocantur Ismahelitæ, & Ismahelitæ vocantur Madianitæ: sed adhuc concessa illa positione scholasticæ Historiæ, non sequitur intentum, quia cum Ismahel non fuerit id, quod Madian etiam si fuerint filij eiusdem matris, nõ ex hoc facerent vnam gentem, quia Esau, & Iacob ab eodem patre, & matre fuerunt, constituerunt tamen duas gentes, scilicet Idumęos, & Israelitas. *Putiphari eunucho Pharaonis*. Eunuchus autem dicitur triplici- G ter, vt declarauimus supra in Prologo primo, cap. 5. eiusdem, scilicet Eunuchus, qui a natiuitate impotens est, & castus necessario est quantum ad actum. Alij sunt Eunuchi, qui propter impatientiam libidinis se castrauerunt, vel quia positi fuerunt custodes aliquarum dominarum: ideo castrati fuerunt. Tertio dicitur aliquis Eunuchus, quãlibet potens sit, & habens virilia: tamen voluntariè propter Deum resistit suis desiderijs carnis. Hic autem non accipitur pro Eunucho, quia natura impotens est, quia isti generare non possunt. Putiphar autem genuit filiam Aseneth, quæ fuit postea vxor Ioseph, vt patet infra 41. ca. Non fuit etiam Eunuchus, qui se castrauerit, quia eodem modo gignere non posset, maximè quia iste non tantum diligebat castitatem, vt propter illam se castrauerit, H quia Aegyptij erant valde fornicatores, vt habetur Ezechie. cap. 23. Et carnes eorum, vt carnes asinorum, & sicut fluxus equorum fluxus eorum, idest in semine abũdant, & genitalia eorum magna. Nec vocatur tertio modo Eunuchus, scilicet, quòd esset potens, & motus a passione, tamen libidinem domabat, quia vt volunt Iudæi iste Putiphar, ideo emit Ioseph, quia vidit eum pulchrum, & tenerę ętatis, intendebatq; abuti eo, sed Deus infrigidauit eum, ita quòd nullo modo appeteret, nec posset taliter accedere ad Ioseph, vocatur ergo hic Eunuchus, idest minister, vel seruus regis: quia generaliter omnes ministri dominorum Eunuchi vocari possunt, & sic vocantur pincerna regis Pharaonis, & pistor duo Eunuchi, vt patet infra 40. cap. *Magistro militum*. Si habetur infra 39. c. quòd fuerit princeps exercitus. Aliqui vocant eum principem iustitiæ, vel principem occidentium, siue carnifi cum propter æquiuocationem nominis Hebraici. Hieronymus autẽ transtulit, quod melius videbatur.

Eunuchus tribus modis dicit.

Iudas vxorem accipit: ex Thamar nuru sua Phares, & Zara genuit. Cap. XXXVIII.

IEODEM tempore descendens Iudas a fratribus suis, diuertit ad virum Odolamitem, nomine Hiran. Viditque ibi filiam hominis Chananæi, vocabulo Sue: & accepta vxore, ingressus est ad eam. Quæ concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Her. Rursumque concepto fœtu, natum filium vocauit Onan. Tertium quoque peperit, quem appellauit Sela. Quo nato, parere vltra cessauit. Dedit autem Iudas vxorem primogenito suo Her, nomine Thamar. Fuit quoque

que Her primogenitus Iudæ, nequam in conspectu dñi: & ideo ab eo occisus est. Dixit ergo Iudas ad Onan filium suum: ingredere ad vxorem fratris tui, & sociare illi, vt suscites semen fratri tuo. Ille sciens non sibi nasci filios, introiens ad vxorem fratris sui, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur. Et idcirco percussit eum Dominus, quòd rem detestabilem fecerat. Quam obrem dixit Iudas Thamar nurui suæ: Esto B vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus: timebat enim ne, & ipse moreretur sicut fratres eius. Quæ abijt, & habitauit in domo patris sui. Euolutis aũt multis annis mortua est filia Sue vxor Iudæ: quin post luctum consolatione suscepta, ascendebat ad tonsores ouium suarum ipse, & Hiras opilio gregis Odolamites in Thannas. Nunciatumque est Thamar, quòd Socer illius ascenderet in Thannas ad tondendas oues. Quæ depositis viduitatis vestibus, C assumpsit teristrum, & mutato habitu, sedit in biuio itineris, quod ducit Thãnam: eo quòd creuisset Sela, & non eum accepisset maritũ. Quam cum vidisset Iudas, suspicatus est esse meretricem: operuerat enim vultum, ne agnosceretur. Ingrediensque ad eam ait: Dimitte me, vt coeam tecum: nesciebat enim quòd nurus sua esset. Qua respondente, quid dabis mihi, vt fruaris concubitu meo? Dixit: Mittam tibi hædum de gregibus. Rursumque illa dicente: patiar quod vis si dedeD ris mihi Arabonem, donec mittas, quod polliceris. Ait Iudas: Quid tibi vis pro arabone dari? Respondit: Annulum tuum, & armillam, & baculum, quem manu tenes. Ad vnum igitur coitum mulier concepit, & surgens abijt: depositoque habitu, quem sumpserat, induta est viduitatis vestibus. Misit autem Iudas hædum per pastorem suum Odolamitem, vt reciperet pignus, quod deE derat mulieri: qui cum non inuenisset eam, interrogauit homines loci illius: Vbi est mulier, quæ sedebat in biuio? Respondentibus cunctis, non fuit in loco isto meretrix: reuersus est ad Iudam, & dixit ei: Non inueni eam: sed & homines loci illius dixerunt mihi, nunquam sedisse ibi scortum. Ait Iudas: Habeat sibi, certè mendacij arguere nos non potest. Ego misi hædum, quem proA miseram, & tu non inuenisti eam. Ecce autem post tres menses nunciauerunt Iudæ dicentes: Fornicata est Thamar nurus tua, & videtur vterus illius intumescere. Dixitq; Iudas: Producite eam, vt comburatur. Quæ cum duceretur ad pœnam, misit ad socerum suum, dicens: de viro, cuius hæc sunt, concepi: cognosce cuius sit annulus, & armilla, & baculus. Qui, agnitis muneribus, ait: Iustior me est, quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen vltra non cognouit eam. Instante autem partu, apparuerunt gemini in vtero; atque in ipsa effusione infantium vnus protulit manum, in qua obstetrix ligauit coccinum, dicens: Iste egredietur prior. Illo vero retrahente manum, egressus est alter: Dixitque mulier: Quare diuisa est propter te maceria? Et ob hanc causam vocauit nomen eius Phares. Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum, quem appellauit Zaran.

EODEM. Supra posuit Moyses partem principalem pertinentem ad historiam Ioseph; hic subiungit partem incidentalem, in qua agitur de Iuda vxorem ducente: & interponitur hic, vt volunt Doctores Latini, & Hebræi, quia dicũt, quòd Ioseph vendito, & Iacob persistẽte in fletu quotidiano inconsolabiliter dolente omnes fratres mole sti erant Iudæ dicentes, quòd ipse impulerat eos ad vendendum Ioseph, & si ipse non dixisset, nunquam vendidissent; immo si mandasset, quòd nullum malum ei irrogaretur, nullum fuerat irrogatum, quia ei tanquam digniori omnes assentiebant. Iudas autẽ nõ potẽs sustinere quotidianas molestias recessit ab alijs fratribus, & declinauit ad accipiendum vxorem. Sed Rabbi Abraham, Aben Ezra dicit, quòd istud factum Iudæ contigit ante venditionem Ioseph per duos, vel tres annos. Ratio sua est, quia a tempore venditionis Ioseph, vsque descensum Iacob in Aegyptũ fuerunt vigintitres anni, non bene completi. In ijs autem non poterant perfectè fieri ea, quæ narrantur in litera, scilicet, quòd genuerit Iudas tres filios, scilicet Her, Onã, & Sela, & quòd primus accedens ad pubertatem accepit Thamar in vxorem: deinde eo mortuo accepit eam secundus frater, scilicet Onam, & hoc mortuo accepit eam Iudas modo fornicario coiens cum ea, & quòd inter mortem secundi filij Iudæ, & ipsam fornicationem Iudæ cũ ipsa, expectauerit ipsa aliquanto tempore in viduitate, vt patet infra in litera, vbi dixit Iudas: Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus, hoc autem pluribus annis indigebãt. Sed hoc non valet, quia ordo textus est in cõtrarium cum primo enarretur Ioseph venditio, deinde Iudæ declinatio a fratribus. Et si fortè dicas, quòd est hic recapitulatio huius vel alterius historiæ anticipatio. Sed hoc non potest stare, quia textus dicit oppositum in principio sui, scilicet. *Eodem tempore descendens Iudas.* Istud relatiuum eodem refert præcedentia, s. historiã venditionis Ioseph: necesse est ergo, quòd illa præcesserit siue modico, siue magno tempore. Tales autem connotationes temporales tollunt anticipationem, & re-

Cõnexio.

Rab. Abr. Abẽ Ezra de Iuda.

Iudas habuit tres filios.

Cõfutatio. Rñsio.

Cõfutatio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rō prima dicti. & recapitulationem. Item non est hæc aliqua probabilitas, vt ficret recapitulatio, vel ordinis mutatio, quia cōmuniter anticipationes, vel recapitulationes secundum regulam sacræ Scripturæ fiunt, quādo aliqua eodem tempore facta sunt, sed vnum eorū aliquid magnum est, quod intendit principaliter narrare scriptura, tūc ne id, quod minus principale est, interrumpat narrationē principaliter facti, si interponatur, aliquando præponitur tempori suo. Sicut supra. 35. ca. descripta fuit mors Isaac ante venditionem Ioseph, cum tamen venditio Ioseph fuerit per annos 13. ante obitū Isaac. vt eodem c. 35. & 37. probatum est. Fuit tamen causa mutationis, quia intēdebat Sacra scriptura principaliter historiam Ioseph, quæ satis magna erat, & si interponeretur de morte Isaac, interrumperetur: iō anticipata fuit mortis descriptio. Si ergo hoc, s. declinatio Iudę a fratribus suis, & acceptio vxoris fuisset ante venditionem Iacob, & totam suam historiam, cum historia Iacob esset principalis, non deberet interrumpi inutiliter: sed poneretur ante venditionem Ioseph, & tunc concordarent sibi inuicem ordo naturalis, & artificialis. Nunc autem si esset, vt dicit ille Aben Ezra esset corruptus vterque ordo & naturalis, & artificialis. Fuisset enim aliquid valde inutile, & irrōnabile, sine aliqua necessitate, aut vtilitate ordinem naturalem scriptorum mutare, confundendo intellectū scripturæ. Argumentum autem Ra. Aben Ezra non militat, sed potius adducetur pro parte oppositа, quod sic patet, quia quando erat Ioseph 16. annorum vendi tus fuit, vt patet præcedenti. c. ergo si ante istam venditionem tribus annis accepit Iudas vxorem, sequetur quòd erat annorum 16. vel 17. quando accepit vxorē, & sic incidet necessario Aben Ezra in laqueum, quē deuitare conatur: consequentia patet, quia Iudas excedebat Ioseph in tribus annis, & dimidio, vel quasi, vt patet supra cap. 30. quia Iudas fuit quartus filius Lyæ, quem peperit ad plus in medio quarti anni postquam accepit eam in vxorem, sed in fine eiusdem Septenarij, annorum natus fuit Ioseph, vt patet in prædicto cap. & ibi latè declaratū: ergo tribus annis & dimidio, vel paulominus excedebat ætas Iudæ ætatem Ioseph, ergo quando Ioseph erat 16. annorum cum venditus est esset Iudas 19. annorum & dimidij, vel paulo plus.

Solutio tōnis Aben Ezra.

Determinatio. Si ergo tribus annis ante venditionem Ioseph contigit istud, sequitur, quòd Iudas tunc, cum accepit vxorem, erat annorum 16. & dimidij, vel paulo plus. Intēdens ergo Aben Ezra, & scholastica Historia istam calumniam paruitatis temporis deuitare, magis poterāt deuitare ponendo istud contigisse immediatè post vēditionem Ioseph, sicut ait tex. *Eodem tempore.* Idest eodem mense, vel senecute, & tunc poterit poni, quòd quilibet istorum filiorum Iudæ acciperet vxorem anno. 18. complero, & quòd maneat congruens tempus pro omnibus, quæ in litera ponūtur, & hoc magis est, quàm id quod sequebatur expositionem Aben Ezra, scilicet accepisse Iudam vxorem anno. 16. vel paulo plus. Et paret sic, inter venditionem Ioseph, & descensum Iacob in Aegyptum fuerunt anni 23. vt sępe probatum est: Cum ergo Iudas declinauerit immediatè post venditionem Ioseph a fratribus suis, & accepit vxorem, potuit in eodem anno in fine habere filium primogenitum Her, & deinde vsque ad vnum annum, vel ante genitum secundum habere, scilicet Onam: & deinde circa finem tertij anni, scilicet in secundo, & dimidio, poterat habere filium tertium, scilicet Selam. Quando ergo de illis 23. annis transijssent 19. Her primogenitus Iudæ esset annorum 18. completorum, quia in fine primi anni illorum natus fuit, & tunc accipere poterat Thamar in vxorem in principio 19. anni sui, qui erat annus 20. temporis totius; & quia pessimus erat fundens semen in terrā cito a Deo occisus fuit, fortè post duos, vel tres menses, quod patet, quia septem viri, qui appetitu libidinoso accedebant ad Saram, vt eam carnaliter cognoscerent etiam si in vxorem acceptа esset, a dęmone prima nocte ante aliquem carnalem contactum a dęmone occidebā tur, vt patet Tob. capit. 3. Secundus filius Iudæ, scilicet Onam, qui natus fuit ei in secundo anno, quasi in medio, vel paulo vltra compleret annum 18. in fine anni 20. de illis 23. annis, & accipere poterat Thamar, quæ fuerat vxor fratris sui in vxorem paulo post mortem fratris sui, & quia iste similiter malus erat effundens semē super terram, cito a Domino mortuus est, sicut frater eius: fortè in principio 21. anni illius totius temporis, & tunc sicut ait litera poterat manere Thamar vidua diebus multis, s. quasi duobus annis vsque ad finem 22. anni eiusdem temporis, vel quasi. Et rursus ip sa videns non dari sibi Selam filium Iudæ, qui iam esset quasi annorum 20. eo, quòd Iudas genuit eum in principio tertij anni istorum 23. annorum fecit hanc astutiam in fine 22. anni, per quam concepit de Iuda, & post peperit vltra medium 23. anni completo autē 23. anno descendit Iacob in Aegyptum, & sic potuerunt illuc descendere duo paruuli Iudæ, s. Zaram, & Phares cum eo.

Determinatio. Dicendum, ergo cuòd istud incidēs fuit immediatè post venditionem Ioseph, vt litera vult, scilicet, ꝙ fit factum eodem tempore, scilicet in superiorem sententiam communem.

Quæst. t. Cur potuit mentio de gignatione Iudæ. Sed dices, quare fuit positum istud incidens de generatione Iudæ, cū non ponatur sic de alijs fratribus, cum tamen constet omnes habuisse vxores, & filios cum descenderunt in Aegyptum, vt paret infra 46. c. vbi numerantur filij omnium istorum in ipso descensu ad Aegyptum.

Rńsio ad qństū qō nis. Respōdetur, quòd Deus mouit Moysem ad describendum specialius generationem Iudæ quàm aliorum, quia de tribu Iuda Messias nasciturus erat. volebat ergo genealogiam suam cūctis esse manifestam, maximè quia in hac natiuitate Phares, & Zara, quædā miracula ostenduntur, & in morte filiorū Iudę Her, & Onam magna Dei iudicantis seueritas iudicialis, & nostra correctio demonstratur.

Desponsatio Iudæ. Diuiditur autem in duas partes principales: primo ponitur Iudæ cum vxore sua desponsatio: secūdo subditur nurus eius ab ipso facta impręgnatio ibi. *Euoluitis autem multis diebus.* Ad primum. *Eodem tempore.* s. immediatè, vt Ioseph venditus fuit, quia tunc non potens sustinere fratrum molestias declinauit ab eis, vt acciperet vxorem. Si autem aliqui doctores contrarium dicant, vt August. videtur contrariū sentire, non tamen fortè multum est insistendum ad hoc, cum rationabilior pars ista sit. non tamen nego potuisse fieri cōtrario modo. Sed tūc Iudas 16. anno, vel quasi genuisset, quod nō est impossibile. *Descendens Iudas.* Dicitur descendere, quia illa terra, ad quam iuit est inferior terra illa, in qua manebāt fratres sui, scilicet Odollam, quæ est in sorte Iudæ, vt infra declarabo. Sors autem Iudæ est inferior omni terra promissionis, quia est in latere australi totius terræ illius: alię autem terre sunt magis Septentrionales. Partes autem Septentrionales eleuatiores sunt partibus Meridianis generaliter. Locus autem, in quo manebant fratres Iudę pascentes, erat magis Septentrionalis, quia fortè erat apud Sichē, vel in Dothayn, quod vergit magis in Boream, vt supra patuit: conuenienter ergo Iudas descendere diceretur. *A fratribus suis.* Idest recedens ab eis, vbi pascebant greges. *Diuertit ad virum.* Diuertere est, cū quis recto tramite currens dimittit uiam declinando ad unam partem, uel aliam. Sic fecit Iudas, quia cū recessisset a fratribus

Pars Septentrionalis ad tior. Meridionalis.

Quid sit diuertere. tribus suis declinauit ad manendū cū isto viro. *Virum Odolamitam.* Vocat Odolamita, quia habitabat in Odolam. Est aūt Odolam quædā terra saltuosa versus meridiem terræ ꝓmissionis, in qua latuit Dauid, vt patet 1. Reg. 22. c. & demonstrat hoc, quia dr in textu, ꝙ parentes Dauid descenderunt ad eum in Odolā. Parētes aūt sui habitabāt in Bethlehem, quę est in terra Iudæ. Ergo nō poterant descendere in aliquā alterā terrā in prouincia terrę promissionis, quę esset inferior sorte Iudę, quæ tangebat limites meridianos terræ illius. Ex hoc ēt patet, quod supra dicebatur. s. ꝙ locus, ad quem descendit Iudas diuertens a fratribus suis erat inferior, q̄ locus, in quo sui fratres manebāt. Nam fratres manebant in Sichen, vel Dothain, qđ est circa Sichen, ga paulo ante, qñ vendiderunt Ioseph, ibi manebant, vt patet præcedenti cap. Sichen aūt, & Dothain sunt in sorte Ephrain. De Sichen aūt patet Iosue vlt. ca. vbi dr: Ossa Ioseph fuisse sepulta in agro Sichen, qui erat in possessione filiorum Ioseph. s. Ephraitarum. De Dothain eodē modo patet, quia Dothain parum distat à Sichen, sed Odolam, ad quam diuertit Iudas, est in sorte Iudæ, quæ est magis meridiana, quàm oēs sortes, ut patet Iosue 15. & non solū est in sorte Iudæ, sed etiam versus finem sortis Iudę p̄ meridiem, vt declaratū fuit hic. Ergo erat satis infra locum, in quo manebāt fratres pascentes pecora, & sic proprie descendisse a fratribus dicebatur. *Nomine Hiram.* Iste Hiras vr esse, de quo infra dr, ꝙ erat opilio Iudæ, qui ascēdit cum eo ad tondendos greges, qñ accessit ad Thamar. *Viditque ibi filiam hominis.* Idest vidit illam, & complacuit in oculis eius, quia videre solum nihil aliud hoc erat. Etiā quia non solum istā vidit, uerumetiā multas alias puellas. *Hominis Chananæi.* Potest vocari iste hō Chananęus, ga forte erat de quodam populo illorum septē, qui vocat Chananęus, vel vt volunt Hebræi dr, Chananęus mercator. Quia ista dictio Hebraica hic posita equiuocat ad signandum mercatorem, & aliquem descendentē de illo genere, & istum sensum sequit trāslatio nostra Prouer. 31. cap. dicens de muliere forti, cingulum tradidit Chananęo. i. mercatori. *Vocabulo Suæ.* Aliqui putauerunt istud esse nomen patris, sed falsum est, quia est nomen vxoris, & patet hoc in Hebræo, vbi magna est distinctio in hoc, quia si diceret nomen eius ꝑ masculo, diceret in Hebræo. *Vsmo.* Pro fœmina autē, ubi nos dicimus nomē eius, dicūt Hebræi. *Vsma.* Et sic hr hic in Hebræo. Et sic licet lingua Latina in pfectione sua dempta auctoritate Hebraicæ linguæ, inquantum Deus istam dedit populo suo, perfectior est, q̄ lingua Hebraica: tamen lingua Hebraica quantum ad quędā certior est, quā lingua Latina, vt infra declarabitur. Est tñ simpliciter perfectior lingua Latina, & rō ista maioris perfectionis sumitur ex natura finis, sicut in omnibus artificiatis. Est enim sermo quoddā artificium ad exprimendum conceptus, vt ait Arist. in principio lib. de Interpret. Sunt ea, quæ sunt in voce earum, quæ sunt in anima passionum notę. Erit ergo illa lingua pfectior, per quam perfectius, & consonantius ad rei naturā eius proprietas designatur, sed ita est, qđ nulla lingua, in hoc æqualis est linguæ Latinæ, ergo est perfectior. Patet quia maior perfectio, vel minor attendit in sermone, s̄m ꝙ de se est magis certificatiuus eius, quod per ipsum volumus exprimere. Hoc aūt est magis in Latino, quàm in Hebręo. Quia in Hebręo multę equiuocationes in terminis, multæ amphibologiæ in orationibus, multæ quoque sententiarum detrūcationes, & incompletiones, quæ nō ita sępe reperiunt in Latino, vt experiētibus patet. Antecedens patet, ga qñ aliqua res est vtilis. s. ordinata ad aliquem finem pfectionis quantitatis in ea accipitur, s̄m ꝙ illi frui proportionatur, quia esse suū est ad alterum, sicut in relatiuis, & in personis uerborū magis explicat genus. Nā in pſonis uerborū, apud nos nō patet vtrum loquens masculus, aut fœmina sit, nisi verbo suppositum adiunctū sit, ibi aūt quantūcunq; suppositum, & appositū sñiarum, vel dictionū interpositione distent cognoscit, vtrū masculus, an fœmina loquat. Vñ si ponamus istā personam tertiam verbi, s. & dixit, apud nos nō patet vtrū vir, vel fœmina dicat. Sed apud Hebręos differunt, ga pro viro ponit. *Vayomer.* Pro fœmina ponit. *Vatomer.* Sic si dicamus, & vocauit, apud nos masculo, & fœminæ conuenit, sed apud eos pro viro. *Vaycra.* Dicitur: pro fœmina autem. *Vatcra.* Et sic in oībus alijs profertur. Patet ēt qđ dictū est, quia infra dr: Mortua est Sua vxor Iudæ. Non est ergo nomen patris, sed filiæ. *Et uxore accepta.* Per cōsensum de pñti, qui solus causat perfectū matrimoniū inter personas legitimas, ut paret in decretis. 27. q. 2. sufficiat, & extra de sponsalibus, per totum. *Ingressus est ad eam.* Carnaliter. *Rursumque concepto fœtu.* Concipi fœtus dr; Quia per cōceptionem fœtus efficitur. Est. n. fœtus ipse embrio, ut est in continua trāsmutatione formarum, donec acquirat formam specificā completiuā, ad quā erat in potētia semen s̄m virtutē decisum a genērāte. *Quo nato parere vltra cessauit.* In Hebræo dicitur. *Fuit partus eius in quaitur.* Aben Ezra dicit, quaitur, potest esse nomen loci, in quo peperit vxor Iudæ Selam, qñ destitit parere, uel melius, qualiter, signat proprie mēdacium, & est sensus, ꝙ nato tertio filio partus huius mulieris fuit in mendacio. i. ꝙ non peperit vltra, sicut videbat esse apta ad pariendū, & hoc est mentiri. i. deficere. Sic dicimus fontes, qui interdun aquis abundāt, interdū totaliter carēt eis, mētiri. Et in hoc valde attēdit B. Hieron. sensum dictionis Hebraicę. *Dedit autem Iudas vxorem primogenito suo.* Secundum positionē, quā

Alphabetum.

Obiectio.

Solecismus.

In qd Hebraica Latina.

Fœtus qd.

sequutus sum in principio huius cap. non poterat esse maior primogenitus Iudæ, qñ accepit vxorem anno. 18. Minor autem poterat esse, quantumcunque vsque ad tempus, in quo gignere posset. s. 15. vel 14. annorũ secundum positionem aduersam, poterat esse aliqualiter maior, sed cogebamur ponere Iudã valde paruũ, cum accepit vxorem. *Nomine Thamar.* Ista est vna de mulieribus, quæ in Christi genealogia computãtur, ut patet Matth. 1. ca. *Fuit Her primogenitus Iudę nequissimus.* Vocatur nequissimus, quia istud peccatũ, quod operabatur valde turpissimum, & sceleratissimũ erat. Quæ autem fuerit hæc nequitia, textus nõ loquitur. Sed dicunt Hebrei, ꝙ eodem vitio laborabat, quo frater suus Onam, qui semen fundebat in terrã, vt patet infra. Sed non eadem intentione vterque faciebat, quia Her uidebat Thamar esse decorã valde, & venusto aspectu, sciebatque, ꝙ si ipsa impregnaretur, ꝙ pulchritudinẽ perderet, & cito sic senesceret, sicut accidit in alijs mulieribus, & quia iste carni deditus eius in perpetuũ desiderabat frui amplexibus, & coitibus, a quibus saltem ad tempus priuari necesse erat, dum partui aliqualiter vicina esset, & in temporibus purgationis, & mẽstruorum. Et maxime quia pulchritudinẽ Thamar si pareret, & conciperet necesse erat perdi deficiente humore subcutaneo, & lenitudine vultus, atque coloris uiuacitate, exurentibus angoribus partus, & conceptus, atque gestationis infantis in vtero lassitudinẽ tenerã violenter excutiunt, atque marcescere cogunt, in qua totius suæ beatitudinis sedem, velut maximus Epicurus, & ut aliter Sardanapalus locauerat; ideo cũ coiret semen fundebat in terram, vt omnium istorũ occasio tolleretur. Onam autem, vt infra patet nõ attendebat hoc, sed fraterno nomini inuidens (quia sciebat nõ sibi, sed fratri suo gignere filios) ne quicquã nasceretur semen fundebat in terram. Quod autem talia fiant, & facta fuerint dubitandum non est, quia sacræ scripturę astruit auctoritas, & licet de talibus disputandũ non sit tamen, qualiter quisquam talia facere potuerit, satis miror. O miser, ac miserabilis Her, qui ut uxoris tuæ illibatam pulchritudinem conseruares, summam turpitudinem exercebas, & nisi mẽtem meam humana verecundia premens ori silentium imperaret, clarissime tuam stultitiam in Deum, & in te ipsum, atq; miseram Thamar verbo tenus explicarẽ. Satis enim iste impudens naturaliter redargui posset non solum malus, sed etiam ineptissimus idiota, qui eo quod intendebat, se per imperitiam reddebat priuatũ, sed satis est, quia quilibet intelligit. Satis verissime iste poterat nequissimus appellari. Primo, quia valde errabat in fine, non quidem ex passione, vt incontinentes, sed ex studio, & industria, & vt ita dicam, ut intemperatissimus ex mera electione constituens sibi fœlicitatem in fruitione pulchritudinis ad actus venereos. Hoc. n. valde intemperatissimũ est, duci enim aliqñ ab impetu passionum, licet mali rõnem habeat, aliqualiter tñ indulgeatur humanę fragilitati, totam tñ beatitudinis sedẽ electione firmata in venereis actibus cõstituere bestiarum proprijssimum est, quarũ ad explendam corporis lasciuiã tota desudat intentio, ut ait Boetius de cõsola. lib. 3. prosa. 6. Fuit aũt secundo ẽt ista maxima neqtia, quia dato ꝙ coitibus nõ uti, sed frui uolebat, ꝑmittere tñ debebat actum a Deo intentum, siue a natura ingeniatũ, vt Philosophi aiũt. s. generationẽ, sed iste turpissimus, & infelix semen, qđ ad cõseruationẽ speciei natura concreauerat, inutiliter in tetrã fundebat, in quo solo ꝺm suum finẽ indirectissimum considerato, quãtum scelus sit dignè considerari nõ põt. *Corã Domino.* ideſt, in abscõdito, s. ꝙ ista nequitia sua nõ patebat populis sicut aliæ malitiæ, sed Deus solus hoc cernebat; iõ Deus occulto mõ occidit eum. s. non coram oĩbus, tñ tali plaga, quę satis indicaret mortẽ non fuisse naturaliter contingentẽ. Sciebat aũt hoc misera illa, atque ſm infortuniũ miserãda Thamar vxor sua, quæ hoc in se experiebat, in quo facto satis magna ei fiebat iniuria, iõ mirandũ est, qualiter nõ cõquerebat, uel suis cognatis non pãdebat, sed fortè bonç cõditionis mulier magis suã iniuriã tolerare, q̃ viri propalare nequitiam eligebat. Sed cũ hoc pertulisset in primo viro Her, mirandũ est, qũo in scõ tolerare voluit. Erat aũt iniuria in duobus. Primo, ꝙa si ipsa de coniugio suo prolẽ expectabat, ꝑp quam mulieres honestissime nubũt, maxime inde grauabat, ꝙa per talẽ coitũ impossibile erat gignere effuso semine extra matricẽ. Secundo, ꝙa dato, ꝙ vt mulier impudica relicta honestate nuptiarũ, & nõ curans de spe liberorum, solis venereis delectamentis intẽderet, tñ per talẽ coitũ eius delectatio nõdũ semiplena erat, virilis aũt sic. Nec enim hoc pudet dicere, ꝙa naturale valde est, & Augu. satis enucleat, ꝓponens abs̃que ęnigmatum velamẽtis 14. de ciui. Dei. Delectatio coitus quantũ ad virũ in duobus est: in fęmina aut̃ in reliquis duobus, quorum ambo habent vnum cõe: In secundo aũt differunt. vir aũt delectatur primo in tactu carniũ mollissimarũ. Rõ est, quia delectatio, vt vult Arist. 10. Ethi. est quędã passio cõsequẽs operationem perfectã, est aũt operatio perfecta, vt in eodẽ li. patet, actus potẽtia circa obiectũ suũ optime dispositũ existẽte potẽtia optimè disposita, & ꝙa potẽtia tactiua in mẽbris genitalibus intẽsius uiget, q̃ in cęteris corporis particulis, vt naturales ꝓfitent, & cũ molle sit obiectũ optime dispositũ tactui: iõ necesse est ꝓ talẽ applicationẽ causari delectationẽ. Scdo delectatio in viro est non quidẽ in seminis emissione, vt quidam dixerunt, quia qñ effundit nihil ad effundentẽ ptinet, sed in ipsa decisione, & ut paulo apertius loquamur in ipsa totius corporis insensibili cõcussione, q̃ sancti Doctores, & sacra scriptura feruorem extremũ coitus uocat, ut patet s. 30. c. Ista aũt scda in immensum primã excedit, de quo licet sint manifestissimę ꝓbationes satis ꝓcedẽtes à fundamẽto naturæ, tñ in talibus, ut prędixi non oĩa dicere expedit. Vtrãque aũt experiebat ille uilissimus, atque impudentissimus Her primogenitus Iudæ, & negssimus Onã frater eius, ut satis põt inducere qlibet ꝙsiderãs modũ coitus eiꝰ cũ Thamar uxore ex ꝑdictis. In fęmina aũt duplex oblectamẽtum est: primũ ut in uiro dictũ applicatio cõuenientis sensibilis. s. mollissimi ad potentiã satis dispositam, in qua applicatione necesse est fieri delectationẽ, ẽt si inuolũtariè fiat. Vñ dato, ꝙ aliqua mulier renitens, & veraciter dolẽs cognoscat, necesse est tñ in applicatione sentire delectationẽ, ẽt si dũ actualiter sentit, sentire non dolet, vt si quis in ignẽ inuolũtarius ponat, necessariũ tñ est ipsum dolere, & cõburi. Vtrobiq; aũt par est, s. tactus sensatio: mulier ergo sic totaliter inuitè cognita, licet in applicatione delectet peccatũ nõ contrahit, qa scit Deus pulchrè, quid animus noster velit, & qđ impfecta natura nostra patiat. Sicut è ꝺrio si qs in opportunitate se pro Christo morti offerẽs sponteneus in ipsa mortis tolerãtia doleat, non ex hoc minorat meritũ eius, qa aliud est, qđ volũtariè agimus, aliud aũt qđ naturaliter, & necessario patimur. Et de hoc dicebat B. Lucia si me inuitã ad Lupanar duci feceris, corruptio mihi duplicabitur ad coronam. Thamar aũt istam primam delectationem experiebatur, quæ consistebat in applicatione obiecti ad potentiã. Est aũt scda delectatio in fœmina intensissima, & ab hac immensurabiliter distans. s. delectatio in irrigatione matricis feruentis semine uirili contemperante eius ardorem, & ista est potissima, quæ sola fœminas ad desiderium coitus allicit, quia prima delectatio, quæ est in applicatione eodem modo esset in paruulis puellis, & in magnis adultis

Hebræorũ opinio.

Her negs. simus appellatur.

Prima causa.

Secunda causa.

Iniuria erat in duo bus. Primo.

Secundo.

Duplex in viro delectatio.

In fęmina etiam duplex.

Dictum B. Lucię.

adultis iam cum vtrobique reperiatur obiectũ dispositũ, & potentia susceptiua. Sed in fœminis nondum adultis, vel aliquo mõ venientibus ad pubertatẽ, nulla talis inclinatio, vel desideriũ est, quia in eis nõ est ardor matricis, & dũ maior ardor matricis est, maius desideriũ coitus in eis sequitur, qđ satis apparet in diuisione tẽporum anni, s. ꝙ plus quodam tpe mulieres ad coitũ inclinanť, q̃ alio maxime incipiente calore veris, finito hyemis frigore, incipiente ardere matrice. Est autẽ in prima delectatione applicatio conuenientis obiecti ad potentiam tactiuã, vt sensitiuã molliciei. In secũda delectatione est applicatio obiecti ad potentiam in rõne frigidi, & humidi contẽperãtis calidum, & siccum in matrice. Hãc aũt delectationem Thamar experiri nõ poterat, quia non infundebatur semen matrici, sed effundebatur in terrã. Quomodocunque ergo Thamar se haberet, siue vt pudica, siue vt libidinosa, satis habere videbatur, vnde iustissime conqueri posset. *Et ab eo occisus est.* Ideſt Deus occidit eum dando aliquam terribilem plagam, ita vt liqueret non eum naturaliter, sed a Deo fuisse sublatum in pęnam iniquitatum suarum. *Dixit autem Iudas ad Onam filium suum.* Postquã vidit mortuum primogenitum filium suum Her. *Ingredere ad vxorem fratis tui.* accipiendo eam in vxorem, & cognoscendo carnaliter.

Sed quomodo mandauit Iudas filio suo accipere Thamar in vxorem, cũ vidisset sic mortuum primogenitum suum? Respõderi põt, ꝙ licet Iudas vidisset mortuum filium suum plaga illata à Deo, tñ non putauit eum ex tali causa fuisse mortuum; ideo nihil attinebat mors primi ad secundũ. Vel forte dato, quòd pater cognouisset filium mortuũ propter malitiã illã, tamen mandaret filio suo Onam non facere talia, & secure accipere Thamar, & dato ꝙ non promoueret, non magis referebat quantum ad hoc, ꝙ Onã accipere in vxorem Thamar, quã aliam quamlibet, quia ita habendo quamlibet aliam vxorem poterat effundere semen in terram, & occidi a Domino. Ad hoc enim nullam causalitatem patrabat ipsa Thamar.

Et si arguatur, quare noluit dare ei Selam minorẽ mortuo Onam? Respondetur, ꝙ qñ Iudas vidit mortuum Her primogenitum suũ, licet aliqualiter cognouerit eum à Deo fuisse occisum, non tñ putauit aliqd illius occisionis pertinere ad Thamar vxorem. Ideo libenter dedit ei filium secundum, s. Onam, vt patet s. cum aũt hunc secundum cito cum ipsa Thamar mortuum conspexit, sicut priorem filium, licet Thamar in hoc nihil peccasset, tñ incępit Iudas dubitare aliquid putans, aut saltem timens, ꝙ aliqđ infortuniũ, vel peccatum Thamar erat occasio mortis virorum, vel saltẽ ipsa præstabat occasionẽ. Sic patet infra, cum dr, quãobrem dixit Iudas Thamar nurui suę, esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus: timebat enim ne ipse moreretur, sicut frater eius. Non intendebat ergo dare ei hunc in virum. *Vt suscites semen fratri tuo.* Ideſt, vt gignas filiũ de vxore fratris tui mortui, qui vocetur nomine fratris tui, qa ille nõ reliquit semen. Ex hoc patet, ꝙ aliquæ de legibus iudicialibus datis in lege Moysi obseruabanť ante tempus Moysi, sed quia ante non habebant vim obligãdi, vt quædã leges Dei, sed vt quædã consuetudines; iõ in lege cõfirmatũ est. De ista suscitatione seminis habetur Deute. 25. cap. & pœnæ nolentis suscitare semen. Et Ruth. vlt. cap. *Ille autem sciens non sibi nasci filios.* Ecce quanta inuidiæ iniqtas, vt filios in nomine fratris non gigneret, rem tã detestabilem exercebat. Profecto magna inuidia erat sibi nocere, vt alteri non prodesset. Si enim sic faciens Onam filios sibi gignere potuisset, adhuc quidẽ excusandi color quidam saltem leuissimus erat, sed sic nec sibi, nec fratri suo filios gignebat semen inutiliter effundens. Sed adhuc iste miserabilior erat, quia se filijs priuabat, vt fratrem suum mortuum primogenitum priuaret: non enim erat lex, vt frater minor accipiens vxorem fratris sui mortui sine filijs, omnes filios pro fratre gigneret, sed vt primogenitum nomine fratris mortui vocaret, qui ad familiam, & cognationẽ mortui pertinebat. Omnes autẽ alij post geniti quotquot essent, ad familiã, & domum, & hæreditatẽ ipsius gignentis ptinerent, & sic poterat facere iste gignens post primogenitum quem fratri mortuo tribuebat, alium sequentẽ, qui primogenitus esset, apud familiã denominandam à se: solam ergo primogenituram dare inuidit Onam fratri suo Her mortuo. *Semen fundebat in terram.* Iste adhuc peior erat fratre suo mortuo: maxime si cognouerat fratrem suum mortuum fuisse ꝑp hoc, & satis est credendum, ꝙ Thamar reuelaret hoc uiro suo Onam fuisse istam causam mortis Her prioris viri sui. O rude illud seculum, & miserandũ, in quo homines omni bonitatis carentes ingenio, tantis sceleribus abundant. *Ne liberi fratris nomine nascerentur.* Scilicet primus filius, ut patet Deute. 25. cap. quia ille uocari debebat nomine fratris mortui: Alij autẽ quomodocunque gignens vellet. *Et idcirco percussit eum Deus.* Infligendo aliquam pœnam duram, & terribilẽ, sicut fecerat fratri eius Her. *Eo quòd rem detestabilem faceret.* Vocatur hoc detestabile, quia non solum malum, sed & cuicunque homini abominandum. *Quam obrem.* Ideſt, quia mortuus fuit etiam secũdus filius Iudæ. s. Onam, Iudas qui secundum legem de suscitãdo semine Selam filium tertium Thamar in virum dare debebat, timebatque, quòd ille sicut cæteri moreretur; ideo eum dare timebat, & finxit se eum daturum in futurum, cum nullo modo dare intenderet. *Esto vidua.* Si enim omnes filij Iudæ iã mortui fuissent, potuisset Thamar libere accipere virum, quẽ vellet, sed quia viuebat adhuc Sela, quem accipere posset in uirũ cogebatur per legem illius tẽporis expectare, quousque esset Sela adultus, & in perfecta pubertate, & isto tempore medio manere debebat ut uidua, expectans uirum in habitu lugubri, & sic mãsit quousque exuit se, cum uoluit fallere socerum suum Iudam, quia tũc exuris pãnis vetustatis vidualis induit se teristro, vt infra patet. Iste miser Onam, de quo diximus, qui semẽ effundebat nolens effundere in matricẽ Thamar, ut non gigneret filios pro fratre suo mortuo, ualde iniustè faciebat, & contra Deum, & contra fratrem suũ: frater suus tamen Her iustissimè hoc patiebatur, quia talis vilissimus successore indignus erat, & fortè Deus permisit hoc fieri, ne nasceretur de stirpe illius nequissimi. Si enim Onam genuisset primogenitum de Thamar pro fratre suo Her, non haberet Thamar occasionem accedendi ad Iudã, & non concepisset ex eo, sed texeretur eius linea per primogenitum Iudæ Her, & ab eo genealogia Saluatoris descenderet, qđ satis erat horribile. *Euolutis autem.* Hic ponitur secundum principale, scilicet, Thamar per Iudam socerum suum facta impregnatio, & diuiditur in tres partes, primo ponitur impregnatio, secundo Thamar pręgnantis condemnatio, tertio paruulorum de uẽtre emissio: secunda ibi. *Ecce autem.* Tertia ibi. *Instante autem.*

Ad primum. *Euolutis autem multis diebus.* Ista est causa, quare Thamar fuit mota ad fallendum Iudam illo modo, quo infra dicitur, scilicet, quia ꝓmiserat Iudas dare Selam filium suum ei in virum, cum esset adolescens, nunc autem expectatis duobus annis, uel fortè pluribus, cum esset Sela adultus, & nõ daretur in virũ ipsi Thamar, habuit illa iustam causam aliquid cõmittendi contra Iudam, sed nec ꝑp hoc iustificatur actus iste, quem egit, quia ſm se malus est. *Mortua est fua vxor Iudæ.* Hoc fuit post mortẽ Her, & Onã aliquot diebus, & tunc

Lex quædã Iudæorum.

Ponit impregnatio Thamar.

& tunc incepit Thamar habere occasionem fallendi Iudā, quia qñ vxorem habebat, non diuertebat ad aliā. Nunc aūt, quia nullam habebat erat sat's dispositus ad aliam si promptam inueniret. *Qui post luctum cōsolatione fuscepta.* Nō decet virum magna tristitia. Pias enim lachrymas ad funera amicorum, & ceterorum effundere ad quemlibet probum virum pertinet. Sed magno tpe in luctu permanere virilem maiestatem nō decet, quia pusillanimitatis indiciū est. De hoc inducit multas rōnes exēplares Seneca in lib. de consol. ad Hesbiā matrē suā. *Ascendebat ad tonsores ouium suarum.* Vt gauderet cum eis, quia illa die magnum festū, & solennes epulæ fieri solebant tonsoribus, & pastoribus, vt primo Reg. 25. c. de Nabal carmelo viro stulto, qui fecit magnum conuiuium die illo. Patet etiam 2. Reg. 13. c. de Absalone, qui in die detonsionis, s. qñ pastores sui tondebant greges suos, fecit conuiuium magnum, quasi conuiuium regis, & inuitato rege, & nolēte illucire, iuerunt oēs filij regis, & ibi interfectus fuit Amnon filius Dauid, quia violauerat Thamar sororē Absalonis, & hoc intendebat facere Absalon in illo conuiuio, ut patet ex insidijs, quas iā parauerat, vt hr eodē cap. *Ipse, & Hiras opilio.* Iste Hiras erat vir, apud quē declinauit, cū venit nouiter in terrā illā, quia cū ante nouerat, & erat opilio gregis Iudæ, s. dux, vel magister aliorū pastorum. *Odolamita.* Quia de illa regione Odolam oriūdus erat. *In Thānas.* Quidā locus est Thānas in sorte Iudæ, & si arguatur, qūo posset esse, quod hic dr, s. q ascenderit Iudas in Thanas, quia Iudi. 14. c. dicitur descendit Sānson in Thanatha. Respōdēt aliqui, q Thanas, siue Thanatha est taliter sita, q est in descensu mōtis, & in parte superiori est Saraa, in qua habitabat Sanson, vt patet Iudi. 14. ca. ex parte inferiori montis est locus, in quo morabat Iudas, & sic de loco Sāson ad Thanatha erat descēsus, & a loco Iudę versus Thanatha erat ascē sus, sed non vr esse idem locus Thanatas, in quem descēdit Sanson, & in quē ascēdit Iudas, sicut nec Saraa, & Estahol, de quibus descēdebat Sanson: est enim Saraa, & Estahol in sorte Dan, vt patet Iudic. 19. & in isto Saraa morabatur Sāson, qui erat de tribu Dan. ut patet Iudi. 14. c. & de isto descendit in Thamath, vt ibidē dr. Est autē Estahol, & Saraa in sorte Iudæ, vt patet Iosue 15. cap. & ista loca satis distant ab alijs duobus in sorte Dan. Sic ēt dicendum Thānas, ad quam iuit Iudas in terra Iudæ esse, q postea tribui sue sorte accidit, & tūc argumentum non procedit, quia non est idem locus Thānas vtrobiq;. *Nunciatum est Thamar.* Forte ipsa intendens ante socerū suū sic illudere, posuerat aliquos, qui occulte scirent, qñ Iudas ascenderet ad tondendas oues, qa ibi erat locus aptus ei, quod intēdebat facere. *Quòd socer illius.* Scilicet, Iudas cuius filij acceperāt Thamar in uxorem. *Quæ depositis viduitatis vestibus.* Quia dixerat Iudas Thamar, esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus, ipsa sic steterat in veste lugubri. Nunc autē, vt fallere posset, mutauit habitum. *Assumpsit teristrum.* Dr teristrum. vestis de candido lino facta, qua pp colorem, & leuitatē vtuntur mulieres in çstate, & dr a terendo, quia teritur, & cōplicatur in rugas. *Sedit in biuio itineris.* In loco vbi diuidunt uiæ dicit biuium via bifurcata, vel conuentus viarū, & illic fixit secrete tabernaculum, siue tētorium suum Thamar; & non fecit hoc ponens in biuio, quasi nesciret certā viam; & ideo maneret ibi, ne erraret perdendo iter, qa Iudas per vnum, vel aliud iter ascenderet, quia ipsa bn nouerat iter: sed ideo se collocauit in biuio, vt factum suum magis occultaretur, vt putaretur esse meretrix. Meretrices enim consueuerant sedere in biuijs, vel via rum conuentibus, vt ibi ab oībus, a quacunque parte venientibus videri possent. Erat aūt istud biuium non apud locū, vel villam, in qua morabātur Iudas, & Thamar, sed vltra quendam alium locū, qui erat in itinere, per qđ Iudas ascensurus erat in Thānas, & hoc vt non faciliter Thamar cognosci posset. Et patet, quia cū j. dr, q cum Hiras opilio sedit in biuio ad inquirendum Thamar, & dandū ei promissum, & non inuenit eam quæsiuit ab hoībus loci illius, apud quem erat biuiū, q meretrice illa, & ipsi respōderunt nunq̄ sedisse ibi meretricem. Manifestū est aūt, q non erat hoc in loco, in quo morabat Iudas, & Hiras opilio suus, quia de hoc nō oportebat, q qreret Hiras ab alijs, quū ipse sciret. In Hebræo dr. *Sedit in peca enaym.* Qđ signat tria. s. portas fontiū, vel aperturā oculorū, vel portas colorū, qa istud nomen en: & pluraliter enaym in Hebręo plura signat. s. fontē, oculum, colorem, & iuxta primum signatū satis poterat esse, q Thamar sederet in via, apud aliquē fontē, qui esset satis pulcher, & structus fornice, vel testudine in parte superiori, & intraret ad eū, quasi per quędā ostia, sicut est in multis magnis, & pciosis fontibus. In illo aūt loco, pprie considerat, qa viatores fessi declinār, vt refocillent bibendo de fontibus, & sic esset locus conueniens lucro meretricio. Vel pōt dici in scdo significato, s. q sedit Thamar in apertione oculorū, s. orans ad Deum, vt ei daret prolē eleuando in eū oculos suos cū magno desiderio. Et sic videt, q licet Deus non incitauerit Thamar ad istū actū, qa malus erat fm se, permisit tn eam peccantē, quia aliqua rōne mouebatur cōtra Iudā non fuisse punitā. Magno etenim periculo se exposuit Thamar, quia si Iudas, p fruitione coitus dedisset ei immediate pecuniā, vel hędū de capris, ita q nō manerēt aliqua insignia certissima Iudæ apud eā, combusta fuisset cū reperiret pręgnans, sicut patet j. quia mādabat eā Iudas comburi, nisi demonstrasset insignia. Deus ergo videns intentionem eius, & bonū, qđ inde in futurū sequi debebat, uel potius, qđ ex ipso malo ipse sequi ordinauerat. s. Messias descendens per lineā illam, exaudiuit eam saltē, ne iudicio adulterę punireť. Sed licet hoc cōcorder aliquātulū, non tn plenè, quia litera vult. *Peca enaym.* Esse locam: quia dr j. q quæsiuit Hiras, vbi erat mulier, quæ sedebat in biuio, & rnderunt hoīes loci illius, nunquā sedisse ibi meretricē. Sed manifestum est, q isti de aliquo loco loquebant, & nō de eleuatione oculorū Thamar in Deū, quia hoc eis ignotū erat: ēt quia nullus federe poterat in apertione oculorū, vel pt vocari locus ille apertura oculorū, i. aliquis locus altus extra villā, vel oppidū in via, q vndiq; videri possit, & ibi cōgrue sederet meretrix, vt oēs eā intuerent, & scirēt ibi esse, vel pōt esse. *Peca enaym.* Nomen alicuius oppidi parui, per qđ transiturus erat Iudas ad tondēdas oues, & hoc patet per rnsum accolarū loci illius, qui rnderunt nō fuit in loco isto meretrix, & sic videbant loqui de ipso oppido, in quo, vel in cuius exitu posuit tētoriū suum Thamar, quasi meretrix. *Eo q creuisset Sela, & non accepisset eum maritum.* Ponit hic cā aliqualiter rōnabilis, & si non simpliciter saltē quantū ad Iudā, qui deludi merebat, quia promittens dare Selam filiū suum in uirū non dedisset eum cū iā adultus esset, in quo magna fiebat iniuria Thamar, qa priuabat prole. *Suspicatus est esse meretricem.* Quia vidit eā in habitu meretricio. Quilibet enim ex habitu suo iudicatur, donec contrarium probetur: ideo idiotę bene uestiti sapientes esse uidētur. Sic quidam uerificator ait.

Vir bene vestitus pro vestibus esse peritus.
Creditur à mille, quamuis idiota sit ille.

Ne cognosceretur. Si enim cognouisset eam Iudas, antequā ad eam carnaliter accessisset, fecisset eam comburi, tanquam adulteram, maximè quia eū deludere uolebat. Dato enim q non accessisset adhuc carnaliter ad aliquē uirū, quia tn existens obligata uiro ponēdo publice tabernaculū meretrricis merebat cōburi.

Ingredienſ-

Ingrediensque ad eam. Idest in tentorium eius. non accipitur ingredi ad eam, i. cognoscere eā carnaliter, sicut accipitur in multis locis s. s. 16. & 29. cap. & alibi, sed accipitur solū pro intrare in tabernaculum eius: nam si acciperetur pro cognoscere carnaliter non dicetur, q ingressus est ad eā: & dixit, dimitte me, vt coeā tecum, quia eo q ingrederet ad eā, cognoscebat eā carnaliter, cum ista idem sint ex præsuppositio illo. *Dimitte, vt coeā tecum.* Noluit cum ea inuita coire. *Nesciebat enim, quòd esset nurus sua.* In hoc sacra scriptura aliqualiter excusabiliorem reddit Iudam, quia licet fornicatio simplex, quæ committitur cum meretrice, vitium capitale sit, distat tn valde fm quantitatem grauitatis ab incestu, q committitur cum consanguinea, vel affini, qualis erat nurus. Si ergo cognouisset Iudas Thamar esse illam, quæ sedebat in biuio, nullo modo accessisset ad eam. *Qua respondente.* Videtur, q Thamar non solum mutauit habitum, sed etiam vocem, ne cognosceretur, qđ facile est in fœminis varias voces formare. *Vt fruaris concubitu meo.* Propria locutio est, quia omnis, qui cum meretrice coit fruitur concubitu: qui aūt cum vxore coit potest vti concubitu. Ratio est in euidenti, quia frui aliqua delectatione est, quādocūque dimisso ipso Creatore qui finis est, conuertimur totaliter ad ipsam creaturam, vt in ea delectemur. Et hoc necessario est in meretrice, qa nullus coiens cum meretrice potest rectam intentionem habere directam in Deum. Fit ergo mutatio ordinis, in quo cōsistit ratio peccati, s. q de fruibili fit vtibile, & vice versa de vtibili fruibile. Cū vxore autem potest esse concubitus, qui sit vsus, & nō fruitio, vt cum quis propter honestū finem nuptiarū accedit ad vxorem suam, quia ipsum matrimoniū dese in Deum ordinatū est, necesse est actum taliter intendentem esse in Deum ordinatum; ideo vsum esse, & non fruitionem. In omni actu peccati vniuersaliter necesse est frui creatura, in quo stat tota deordinatio nostra. *Mittam tibi hędum de gregibus.* Satis appreciabatur concubitum illius. *Patiar quod vis.* Scilicet concubitū tuum. *Si dederis mihi arrabonem.* Idest pignus pro hędo, quem promittis: dr arrabo, quasi arrha bona, i. bonum Pignus, vel vadium. Et dr aliquādo arrha id, qđ datur vltra precium rei. Sic enim aliqui ludentes, qui æqualitatem nolunt arrhas petunt in vulgari nostro, *Anulum tuum.* Thamar petebat ista pignora, quia erāt certa insignia maxime anulus, quia cum illo sigillabat literas, & in hoc erat figura distans ab alijs anulis: & sic dicitur in Hebræo. *Sigillum tuum.* Idest anulum, quo literas sigillas; erat enim apud antiquos mos literas anulis sigillare, sicut & nunc multi faciūt. De hoc Hester. 8. cap. *Et armillam.* Dicitur armilla ornamentum armi. i. lateris, quia in latere gestabatur. Hebræi tamen dicūt, q erat sudarium, quia dictio hic posita, scilicet *Petil.* signat aliquid factum de panno. *Et baculum, quem manu tenes.* Erat forte baculus, qualē pastores gestare solent, quo minant greges. *Ad vnum igitur coitum concepit mulier.* Tunc enim nouiter receptum fuit semen in matrice eius, quia duo viri sui priores effundebant semen in terram. Erat ergo satis dispositа Thamar, & ipse Iudas, quia Iudas erat abstinens a coitu per multos dies post mortem vxoris; ideo coitus erat in naturali virtute fortior, & ad gignēdum aptior, quia purum semē erat. Concepit ergo ad primum coitum gemellos, ut infra patet, scilicet, Zaram, & Phares, & fortè hoc factum fuit dispositione diuina ad hoc specialiter adiuuante. Licet enim Deus non stimulauerit Iudam, vel Thamar ad talem coitum, quia uitiosus erat: adiuuabat tamen ad conceptum, in quo vitium nullum erat, & hoc fuit, vt nō fuisset coitus inutilis, ut daretur occasio, vt iterum Thamar cognosceretur a Iuda, qm ipsa prolē desiderabat valde, qa ergo ipsa sensit se immediate concepisse non curauit vltrius. *Depositaque habitum, quem assumpserat.* Scilicet teristrum, & alia meretricia ornamenta. *Et induta est viduitatis vestibus.* Reuertens ad domum patris sui, quasi nihil fecisset. Per *pastorem suum.* Odolamitam, qui vocabatur Hyras, ut supra dictum est, & infra habetur. *Vt reciperet pignus.* Scilicet, anulum, armillam, & baculum. Sed dicet aliquis quō tot pignora dedit Iudas, p paruo precio? nūquid non sufficiebat anulus, & superabundabat? quòd argenteus esset, & non paruæ quantitatis, quia ipso sigillabat literas. Respondetur, quòd Iudas tanto calore libidinis tenebatur, maxime in præsentia ipsius obiecti delectabilis post determinationem intellectus, & voluntatis vbi iam tota nostra operatio est peculiaris, quòd non solum dedisset illa, sed etiam vestes, si ipsa postulasset. *Qui cum non inueniſſet eam.* Quia immediate recessit mutato habitu, vt a nemine cognosceretur, quæ esset. Iam enim habuerat quod intendebat. *Interrogauit homines loci illius.* Idest, illius oppidi, vel viculi, qui erat apud biuium, in quo sederat Thamar. *Non fuit in isto loco meretrix.* Idest, nunquàm consueuit esse, nullus enim eorum viderat eam nec aliam. Ex quo patet, quòd hoc valde velociter, & latenter factum fuit. Sed & homines, idest etiam. *Nunquàm sedisse ibi scortum.* Idest, meretricem. Sic habetur Deuteron. 23. cap. Non erit meretrix. aut scortator de filiabus Israel, aut de filijs. *Habeat sibi.* Idest, retineat pro se. *Certe mendacij arguere nos non poterit.* Idest, si ipsa recessit de loco ante rempus, non sumus in culpa. Patet in hoc quòd Iudas non curabat etiam si abstulisset sibi anulum, & armillam, quæ aliquanti valoris essent. In Hebræo dicitur. *Habeat sibi ne despectui simus.* Idest, retineat pro se, nec quærere eam multum cures, ne factum sciatur, & infamemur. *Ecce autem post tres menses.* Hic ponitur secundum, scilicet Thamar condemnatio. *Ecce post tres menses.* Post istud tempus fętu iam crescente intra matris vterum, intumescit aluus, & mulier prægnans indicatur. Hoc vsque ad illam partem inferiorem de pęna, quæ imponebatur Thamar, habetur in Decretis. 56. dist. cap. Domine. & de cōsec. dist. 4. cap. aquam. in glo. *Fornicata est Thamar nurus tua.*

Sed quomodo poterat sciri, q fornicata esset, quia potuit esse q concepisset de viro suo paulo antequàm moreretur. Respondetur, quòd mortuus erat vir Thamar a multis retro diebus, quia forte erant duo anni, vel plures, ideo leuiter cognosci poterat, quòd non de viro concepisset, sed adulterata fuisset. Sic patet ex superioribus, quia multis diebus expectauit Thamar, vt vidua in domo patris sui, donec crescret Sela, & non fuit ei datus in virum. *Videtur vterus eius intumescere.* Hoc erat signum fornicationis. *Dixit Iudas.* Iudas mandauit hic dari pœnam, quia forte ipse iudex, & maior erat in loco illo, vel quia ad eum pertinebat iniuria de fornicatione Thamar, & fortè lex dabat ei potestatem, vt combureret adulteram, sicut nunc per leges regni castellæ vir accipiens vxorem, & aliquem cum ea fornicantem, potest vtrumq; occidere, vel si postea probatum fuerit, traduntur in potestate eius, vt iugulet eos, vel faciat quod voluerit. *Producite eam vt comburatur.* Volunt Hebræi ex hoc, quod Thamar erat filia sacerdotis, s. Melchisedech, qa aliæ mulieres non comburebantur pro fornicatione simplici, immo nec imponunt leges aliquam pœnam alijs mulieribus pro fornicatione. De pœna aūt filiarū sacerdotū habetur Leuit. 21. cap. vbi dr, q si filia sacerdotis ēt nondū copulata viro, vel tradita in mrimoniū si in domo patris sui stuprū cōmiserit, qđ est fornicatio simplex, morte moriatur, & exuratr flāmis. Volunt autem, q iste sacerdos fuerit Melchisedech, quia tunc nullus alius erat sacerdos, vel saltem non sit mētio de

co in scriptura. Et si forte alij sacerdotes erāt idolorū, tamen illa lex non esset apud eos. Sed ista falsa sunt. Primo, qa dixit supra Iudas Thamar: esto vidua in domo patris tui, ergo pater tunc viuebat: sed Melchisedech mortuus fuerat ante hoc, quasi per annos 90. qa vixit Melchisedech vsque ad annum quadragintą vitę Iacob, vt probauimus supra 11. cap. sed Iacob tūc erat quasi annorū 130. quia in sequenti anno, uel quasi descenderūt in Aegyptum, vt patet ex numeratione facta in principio huius cap. ergo nō erat viuus Melchisedech. Antecedēs patet, quia Iacob ante erat annorū 130. qñ descēdit in Aegyptū, ut patet j. 47. c. ergo non erat filia Melchisedech, nec etiam alicuius alterius sacerdotis, quia pœna combustionis non dabat filiabus sacerdotū quorumcunque, sed summi sacerdotis, nō erat aūt talis ordinatio summi sacerdotis ante tēpora Moysi inter Hebræos. Item quia dato, ꝙ intelligatur illa lex de filia cuiuscunque sacerdotis: nunquā tamē obligauit, nec fuit antequā daretur in deserto Sinai cū alijs legibus, ergo non debebat per eā puniri Thamar, tanquā filia sacerdotis de simplici fornicatione pœna combustionis. Dicendum ergo, ꝙ Thamar non condemnabatur ad ignē pp simplicem fornicationē, sed pp adulterium, quia sicut mulier, postquā accepta est in matrimoniū, & cognita a viro suo, si alteri commisceatur, plectitur capite, ita si solum sit desponsata per verba de præsenti, & non cognita a viro suo, si ab alio cognoscatur plectenda capite est: Thamar aūt despōsata erat Selę filio Iudæ, & licet non per verba: erat tñ p̄mandatum legis de suscitatione seminis, per quā nō poterat uxor defuncti sine filijs contrahere cū altero, donec frater mortui resp̄ueret eā, & pateretur pœnā legis, s. ꝙ spueretur in faciem eius, & ꝙ discalciaretur, vt patet infra Deute. 25. & Ruth. 4. cap. & quia nōdum eam resp̄uerat Sela, ideo ei obligata, & peccans tanquàm adultera puniri debebat.

Quæst. 5. Quare Thamar nō lapidabatur propter adulterium.

Sed dices, quare non lapidabat, qa lex mādat adulteros lapidari Deute. 22. cap. Respondetur, ꝙ lex illa, tunc data non erat; ideo puniebantur adulteri p leges municipales terræ illius mandantes cōburi adulteros, & licet Thamar aliquo modo videret excusari a quadam parte culpæ, quia non dederat ei Iudas filiū suum Selam, tñ non totaliter excusabatur, & magis peccauerat Thamar coiens cum Iuda, quàm cum alio uiro, qa ibi adulterium erat, cū ipsa esset obligata viro. Erat ēt incestus, quia Iudas erat socer eius, Iudas aūt non merebatur s̄m leges humanas pœnam aliquā, qa inuenit eam in habitu meretricio, & in loco publico. *Quæ cum educeretur ad pœnam.* Non oportebat hic fieri multas iudiciarias inquisitiones, quia cōstabat euidētissime esse eam prægnātem, ex quo necessario inferebatur fuisse fornicatam, sicut supra inducebatur. *Misit ad socerum suum.* Nō erat prius Iudas in loco vbi dari debebat supplicium, quia licet eam accusaret de reatu, dolebat tñ de eius cruciatu, uel forte ista insignia misit Thamar, cū esset in domo sua, antequā educeretur ad torturā, Iudas aūt fortè apud locū supplicij erat. *De viro, cuius hæc sunt cōcepi.* Mittebat hęc insignia Thamar, vt Iudas cognosceret ea corā toto populo, & alij quoque, qui cognouerant anulum, & armillam Iudę, in causa hac uiderent qd rectū esset. Satis enim credebat Thamar, ꝙ Iudas cognoscens ista insignia absolueret eam: hoc proficiebat ipsi Thamar ad duo, s. mittere ad locū publicū, primo qa si Iudas recepisset illa insignia in secreto, dato ꝙ cognosceret illa esse sua, & p hoc argueret Thamar eē ab eo impregnatā, tñ forte ne ipse aliqualiter infamaret, quia cognosceret coiuisse cū nuru sua, ēt si nesciens, & p hoc inuoluntarius, tñ vulgus, qui res ipsas, & non causas rerū respicit, eum aliqualiter contemptibilem ex hoc haberet, & pp hoc Iudas, si vellet

Primus p̄fectus ueniens ipsi Thamar ex donis factis corā populo,

præuaricari in Thamar occultaret insignia illa, & ipsa non haberet locū defensionis, faceretq; eā Iudas cōburi, vt ipse non infamaret saltē leuiter. Vel forte occultaret illa insignia, si exosam haberet ipsā Thamar, vt sic posset eam excruciare, quorum neutrū fieri poterat si paterent publicè illa insignia, quia scirent oēs, qui aderāt illum anulū ad Iudā pertinere, & cętera, & iudicassent eum coiuisse cū Thamar, & sic nō posset eam cōburere ipse, dato ꝙ vellet. Quia cū duo eiusdē criminis participes sunt, vnus aliū accusare nō pōt, qa se ipsum sic accusat. Et si forte Iudas allegaret, ꝙ cognouit eam existentem in habitu meretricio, quā non putauit esse nurū suam Thamar, & sic ꝙ posset eā accusare, negaret Thamar, vnq̄ in habitu fedisse meretricio, aut in biuio collocasse mansionē, & tunc Iudas nō posset probare oppositum, quia dato, ꝙ Hiras Oppilio Iudæ testificaret, ꝙ Iudas dedisset illum anulū, & baculum, & armillam cuidam meretrici, erat singularis in suo dicto; iō ei standum non erat, maxime in causa criminali. Secundū, ad quod proficiebat manifesta demonstratio illorum insigniū Iudę presente populo erat, qa dato ꝙ Iudas in occulto illa insignia recipiens remitteret ei illam iniuriam adulterij cognito, ꝙ ipse eam carnaliter cognouisset: tamen populus nō cognoscēs hęc putaret ipsam Thamar recepisse veniam à Iuda ex alia causa, & maneret semper de ipsa infamia, ꝙ cognita fuisset ab aliquo extraneo uiro: cum aūt illa insignia publicè oblata sunt uidētę populo, & dictum fuit de uiro, cuius hæc sunt cōcepi, cognoscebat populus manifestę, ꝙ Iudas coiuisset cum ea, & sic non tñ ipsa esset infamata, quia videretur habuisse aliqualiter rōnabile motiuū in eo, ꝙ egisset cōtra Iudam frangētem ei promissum, s. quia promisserat dare ei Selam filium suū in uirum cum adultus esset, & nō dederat, qđ Iudas illico expressit uocans Thamar iustiorem se. *Cognosce, cuius sit armilla.* Ista ēt verba misit ei dici Thamar per nuncium, ut cognosceret Iudas, ꝙ Thamar sciebat se cum eo coiuisse. *Qui agnitis muneribus.* Quia erant satis cognoscibilia maxime anulus, qui erat infigura distinctus ab alijs anulis. Etiam quia modicum tēpus erat, quo ista pignora dederat, s. tres mēses, ideo satis cognoscibilia erant maxime sciens modum, quo eum meretrix deluserat. *Iustior me est.* Ideſt maiorem causam habuit ad mouēdum se, ut faceret hoc cōtra me, q̄ ego ut facerem istam punitionē in ipsam. Non est intelligendum, ꝙ magis peccauit Iudas in cōitu illo, q̄ Thamar, quia Iudas solam simplicem fornicationem commisit, quia putabat uerisimiliter illā esse meretricem, nec poterat aliquo mō putare esse nurū suā, quia talia exercere nō solebat. Thamar aūt commisit adulterium, cōmisit ēt incestum, ut supra, pbauimus, quę satis magna crimina erant. Est ergo sensus, ꝙ Thamar satis fuit rōnabiliter mota ꝺ Iudā, eo ꝙ non dederat ei Selā filiū suū, quē dare tenebat postquā adultus erat, & cogebat eā manere uiduā sine prole. Iudas aūt nō fuit motus iustè ꝺ ipsam, eo ꝙ ipse dedit ei incentiuū ad ista, quę egit. Si autē contendissent coram alio iudice magis ualde Thamar, q̄ Iudas accusabilis erat. Sed quia Iudas in hac parte iudex erat, & ipse aliqualiter huic culpæ occasionē dederat, non seueriter iudicauit. Erat aūt vtriusque factum capite plectendū, sed unum per ignorantiā, alterum p iniuriā excusatū est.

Quando duo eiusdem criminis participes sūt vnus alterū accusare nō potest.

Quæst. Nunquid Iudas punire iniuriā.

Sed dices vr, ꝙ fuit Iudas in hac parte iniustus, cum non puniuerit eam tantorū criminū. Respondetur, ꝙ punitio horum criminum, erat pp iniuriam Iudæ, & filij eius Selæ, quibus inferebatur ignominia quędā in hoc adulterio, ipsis aūt nō cōquerētibus nulla punitio Thamar infligenda erat. Potuit ergo Iudas, inquantū erat quædā persona singularis iuri suo renūciare, ita ꝙ remitteret iniuriā Thamar, licet si esset iudex solū nō

posset

posset remittere hāc iniuriam in præiudicium partis, cui damnum, vel iniuria erat illata, quia tunc peccaret contra iustitiam distribuentem, quia non distribuebat loco cōitatis pœnas, & honores, qualiter distribuere debebat. De quo Arist. in 5. Ethi. Sed quia adhuc ista iniuria illata fuerat Selæ filio Iudæ, cui Thamar alligata erat s̄m legem, vt efficeretur vxor eius, nō poterat remitti ista pœna Thamar, nisi consentiente, & remittēte Sela, sed credendum est, ꝙ ipse remiserit ad petitionem patris sui maxime, quia sciebat, ꝙ iam nō erat decens eam fieri vxorem suam, cum pater eius eā carnaliter cognouisset. *Attamen vltra non cognouit eam.* Quia valde magnum crimen erat, ꝙ pater, & filius eandem cognoscerent fœminam: cognouerāt autem hāc fœminam Thamar duo filij Iudæ, s. Her, & Onam, rumpendo claustra virginitatis eius, & continue in coitu aperiendo, ita ꝙ ipsa virgo non erat, cum virgo dicat quandam integritatem claustrorum, nullus tñ semen infuderat matrici eius de illis duobus. Sed tunc primo suscepit semen virile cum a Iuda in biuio, vt meretrix cognita est. *Instante autem.* Hic ponitur tertiū, s. paruulorum de ventre effusio. *Instante partu.* Completis mē sibus nouem. *Apparuerunt gemini in vtero eius.* Ideſt apparuit, qđ erant duo paruuli in vtero. Ista apparentia fuit per hoc, ꝙ contendebant exire in hora partus, & erat inter eos quędam similitudo luctę, quæ fuerat inter Iacob, & Esau. Aliqs forte dicet, ꝙ apparuerūt duo paruuli esse in vtero, non qñ ambo exiuerunt ventrē apparuit esse duos, sed hoc non consonat literę dicēti. *Apparuerunt gemini in vtero.* Scdm hoc necessariū est, ꝙ in vtero existentes apparerent duo antequam exirēt. Dicet aliquis, ꝙ apparuerunt gemini per hoc, ꝙ existētibus ipsis intra vterum vnus produxit manum, in qua fuit ligatum coccineum filum. Deinde retrahēte isto produxit alius, in quo manifestabātur duo. Sed ad huc non ualet hoc, quia antequā aliquis eorum mōstraret manum, cognouit obstetrix esse duos, & patet p literā sequentem, s. ꝙ qñ infantes de vtero effundi debebāt vnus monstrauit manū primo, in qua fuit alligatū coccineum, & de illo dixit obstetrix iste egrediet prior, & nondū alius aliquo mō manū ostenderat. Sed illa locutio monstrat duos ante manus ostensionem cognitos esse, qa alias non diceret, iste ad specialē demōstrationem, &, prior, ad relationē adminus inter duos. Dicendum ergo, ꝙ isti duo paruuli apparuerūt in vtero, vt ante diximus, qa cōtendebant, quis prior egrederet anteq̄ quisquā eorum egrederet in totū, vel in partē, & hoc sensit obstetrix per motū ipsorū interius applicando manus ad vterū, quia sentiebat quendā accedere ad ostiū uentris, & eodē recedēte alterū pmanere, & rursus vice versa hoc manēte, q uenerat sēsibiliter, alius fugiebat pugna satis notabiliter inter utrūq; mota, in vno aūt pugna nō est; & satis hic apparet, quia si ante demonstrationē istorū paruulorū extra nō ppenderetur eos duos esse, sine cā obstetrix alligasset coccinia manui pueri primo apparētis ad distinctionē cōceptuū, ut uideret qs primogenitus esset. Et de hoc nullo mō dubitādum est. Laborauit aūt obstetrix facere istam distinctionē, qa ille, qui primo aliquā partem sui extra aluū ostēderet primogenitus iudicabat: nō enim modicū erat preciū primogenitæ, ut patet ſ. 21. c. vbi satis de hoc diximus. *Atque in ipsa effusione infantū.* Ideſt cū deberēt infantes effundi ex utero, siue exire. *Vnus protulit manum.* Ideſt demōstrauit eā foris, & iste vocatus fuit Zarā, vt j. patet. *In qua obstetrix ligauit coccinum.* Ideſt filum rubeum valde: coccus enim nomē serici est, qđ postea ad ruborē, uel ad nigredinē ualde tingit, ita ꝙ ille color non facile delebilis sit, ideo Deus quasi pro miraculo dixit Isa. 1. ca. si peccata uestra fuerint, ut coccinum, quasi nix dealbabuntur, i. si fuerint peccata uestra ita nigra ut coccus bis tinctus, dealbabuntur, ut nix, & pater, ꝙ ibi accipiatur pro nigro, qa immediate subditur ibidē, & si fuerint rubra, ut uermiculus erūt, quasi lana alba. *Dicens iste egredietur prior.* Ideſt licet in utero pugnent, iste primo egredietur, & erit primogenitus. *Illo verò retrahente manum.* Quia alius interior impellebat, ut prior egrederetur, egressus est alter, qui manebat posterior, & iste uocatus fuit Phares, vt patet infra, & nō fuit factum hoc, vt in Esau, & Iacob, qa ibi licet Iacob tenuerit plantam Esau, tñ prior egressus est Esau. Hic autem licet Zarā prius manum ostēderit præcessit eum egrediendo Phares, & hoc a Deo, factum est, quia Messias de semine Phares nasciturus erat, ut patet Matt. 1. cap. *Et dixit mulier.* Ideſt obstetrix, quæ ligauerat coccinium, & sciebat quis erat prior. *Quare propter te diuisa est maceria.* Vocatur maceria proprie lapideus paries sine calce, aut luto, & hæc vocatur pellis, siue membranula, qua inuoluitur infans in utero intra matricē, & est sensus. *Quare propter te diuisa est maceria.* Ideſt quare tu diuisisti pelliculam secundinā, in qua inuolutus erat alius egredi uolēs: necesse enim erat, ꝙ ex quo Zara aperuerat clausuram, in qua erat in matrice perueniens vsque ad hostiū ventris, ꝙ alius, s. Phares, cū exiret rūperet, uel diuideret partē mēbranulę Zarā ex cōpressione vtriusq;, & ista miracula sūt. Vel est sensus, ꝙ loqueretur obstetrix ad Phares, quasi obiurgando. *Quare.* Ideſt quare tu existi prior pp te diuisa est maceria, quasi dicat alius, q prior manum demonstrauit, & in hoc rupit maceriam, non fecit ut tu exires prior: malum ergo fecisti alteri surripiendo primogenituram. Sed prior sensus melior est, qa ista ruptura macerię s̄m literā attribuitur primo, & ob hoc uocatū est nomen eius Phares, s. ꝙ ipse diuiserit matricē, vel pelliculā. In scdo aūt sensu ruptio macerię attribuit Zarę, & non Phares. *Et ob hanc causam vocauit nomē Phares.* Quia Phares interpretat diuisio, ut patet Dan. c. 5. vbi ponitur: Mane, Techel, Phares, i. numerauit, appēdit, diuisit. Qđ refertur ibi ad regnum Balthasar. *In cuius manu erat coccinum.* Ideſt filum de serico nigro, qđ appenderat colligans obstetrix, quē appellauit Zaram, qui interpretatur Oriens, quia prius oriri uoluit manum proferens ante fratrē suū, uel interpretat refulgens pp serici refulgentiā ex magna nigredine. Et notandum, ꝙ qñ dr hic. *Vocauit nomen eius.* Et supra de alio fratre, non refert ab obstetricē, sed ad Iudam, qui imposuit nomina filijs suis, & licet hoc non pateat in nostro idiomate Latino, quia ut supra diximus apud nos personę uerborū non determinant genera suppositorum, s. an masculinum, vel femininū sit: in Hebręo tñ determinatur, quia vbi nos dicimus hoc. *Et vocauit.* Iudæi habent. *Vaicra.* Qđ nullo modo de fœmina dr, sed pro fœmina dicunt. *Vaticra.* Vt supra declarauimus. Chronica aūt horum temporū incidētia fuerūt, in quo ab orbe condito secundum translationem Hebraicā, quæ certior est, anni bis mille trecenti triginta ferè fluxerant, licet s̄m translationem septuaginta interpretum fuerunt, quasi tres mille quingenti. Fuit Prometheus terræ Atlātis, qui dictus est fecisse homines de luto, & intinxisse in aquam accipiēdo quandā partē materię cęlestis pro anima, vt vult Ouidius Metamor. lib. primo in prin. sic inquiens.

Terra feras cepit aues agitabilis aer.
Sanctius his animal, mentisque capacius altæ.
Deerat adhuc, & quòd dominari in cętera posset.
Natus homo est; siue hunc diuino semine fecit.
Ille opifex rerum mundi melioris origo;
Siue recens tellus seductaq; nuper ab alto
Ethere, cognati retinebat semina cœli:
Quam satus Iapeta mixtam fluuialibus vndis.
Finxit in effigiem. moderantum cuncta deorum.

Aristotelis sententia.

Paruulorum de vētre effusio.

Obiectio.

Solutio.

Obiectio.

Doctoris responsio.

Approba.

Coccus quid sit.

Quare Phares p̄cessit zarā in partu.

Quid sit maceria.

1. Exposi. 2. Exposi. 1. Expo. melior.

Phares quid.

Notādum circa dicta

Pronaque cum spectent animalia cætera terram.
Os homini sublime dedit, cœlumque videre
Iussit, & erectos ad sydera tollere vultus.
Sic modo, quæ fuerat rudis, & sine imagine tellus
Induit ignotas hominum conuersa figuras.

Primus sensus.

Hoc autē est, quia per artem suam de hominibus rudibus doctos efficiebat, quod est quasi hominem gignere. Vel quia fecit quasdā imagines, quas spiritu quodam artificiosè immisso ambulare faciebat. Eodem modo refert Arist. 1. Politicorum de carpētatore subtilissimo Dedalo. Dicunt etiam de isto Prometheo. q̄ quia de cœlesti igne furatus est a dijs, apud montē Caucasum religatus est, vbi torquet̄ religatus saxis ab aquilis eum discerpentibus, & cōtinuū eruorem effundētibus, de quo Seneca in septima tragœdia, quę vocatur Medea in carmine septimo, q̄d inchoat. *Pauet animus.*

Secundus sensus dictorum.

Inuentor anuli Prometheus.

Iste primus fecit anulum ferreum, & in quadam cauatura eius gemmam inclusit, quem vngulam vocauit, quia gemma ferro, sicut vnguis carni, incorporata est, hunc in quarto digito posuit ad dignitatem, & ornatum, quia ab eo quędam vena extenditur usque ad cor, a quo sumit originem. De hoc Iosephus in libris Antiquitatum. Eo tempore Triptolemus seruus Reginæ Cereris cōmorantis in Sicilia mandato eius fruges in Græciam tulit, in qua ante glandibus homines vescebant̄, & quia istę fruges in ratibus insignitis imagine draconū allatæ sunt, super dracones per aera volitasse a Poetis Triptolemus cōfictus est. De quo Ouidius Metamor. lib. 5. inquiens.

Ouidius de Triptolemo.

Hac Arethusa tenus geminos Dea fertilis angues.
Curribus admouit, frenisque coercuit ora,
Et medium cœli terręque per aera vecta est.
Atque leuem currum Tritonida misit in vrbem.
Triptolemo, partimque rudi data semina iussit
Spargere humo, partim post tempora longa recultę.

Tunc etiam regina Ceres artem agriculturę dilatauit, quia præter instrumenta arandi iamdudum in Sicilia inuenta, mēsuras segetum excogitauit, cum ante fruges in Archonijs ponerentur, & triticum per aceruos numerabatur: vnde propter hoc Dimetra, idest mensurans Ceres dicta est. De his tāgit aliquid Petrus Comestor, & Lucas Tuden. in primo chronicorū suorū.

Ceres dilatator artis agriculturæ.

Eo tempore Atlas vir in astris peritissimus fuit, vnde cœlum humeris sustentare dicebatur, & fuit hoc tractum ab Atlante monte altissimo in confinio Oceani in fine Africæ, vbi coniungitur Europæ vltra fines Hispaniæ, apud quem facta quædam ruptura æstus Oceani terris immittitur faciens mare Mediterraneum, q̄d mare Tyrrenum vocatur. Hoc autem mons, quia propter altitudinem nebulosam uix cacumen demōstrat cœlum contingere dicitur, & sustinere, quasi cœli liquidi sint, terra autem solida. De hoc Solinus in Polistor. ca. 25. De Libya, & monte Atlante, & hortis Hesperidum. De hoc etiam licet paucū Paulus Orosius primo de Ormesta mūdi. Hic Atlas de uxore sua Pleione septem filias genuit, quę omnes immortalibus dijs copulatæ feruntur præter vnam, quæ mortali uiro iuncta est, ideo quando omnes hæ stellificatæ sunt, & cōuersæ in constellationem, quam Hispani vulgariter septem capellas vocant ex numero deorum sex illæ, quæ dijs coniunctæ fuerunt, vultus claro lumine detegunt, quasi honorabiles ex connubio deorum fuerint, & famosę. Septima earum, quę viro mortali cōiuncta est inter cęteras sorores, quasi facti sui conscia, quasi a cæterarum sororum degenerauerit dignitate, ore pudibundo vultus suos mundo pandere ausa non est. De hoc Ouidius in libris Fastorum: Fundamentum autem huius Poeticę fictionis fuit, quia sicut stellæ septem, quas vulgariter septē capellas nominamus, quæ in signo Tauri sunt, habent numerum septennarium,

Notā de Atlante.

Ouid. sint capellæ. stellæ.

F ita filiæ Atlantis, & Pleiones fuerunt septem, & quia sex illarum stellarum lucent, septima autem, quę inter alias est modicum valde lucet, ita ut aliquando videatur, & aliquando non, immo nunquàm uideatur, nisi subtiliter speculantibus, & filiæ Atlantis, ex Pleione sex iunctę fuerūt illis viris, quos Gentilis fatuitas Deos immortales nominauit, & vna earum iūcta fuit viro, qui etiam secundūm Gentiles Deus non vocatur, & propter hoc inter cæteras sorores minoris dignitatis est, habuerunt motiuum Poetæ, vt septem filiæ Atlātis in septem stellas vnius constellationis emersę dicātur, quæ sorores videntur propter simul esse, & illæ, quæ dijs immortalibus coniunctæ sunt, appareāt tanquàm non verecundantes actum suum, vel tanquàm recipientes munere deorum lumen, septima autē pudore confusa se manifestare non audet; ideo radios nō emittit, vel quia fortè dij ei non concesserunt lumen, cum nulli deorum iuncta fuerit. Istę autem septē capellæ aliquādo vocantur Pleiades, aliquando vocātur Atlantides; Pleiades uocantur a matre, quæ dicebatur Pleione, & isto modo vocantur communiter, scilicet septem Pleiades. Et sic loquitur Ouidius in libro Metamor. & in libris Fastorum sæpe, & in lib. 1. de Ponto. Vbi dicit.

Quid sint Pleiades, & Atlantides.

Quattuor autumnos Pleias orta facit.

Vocantur autem aliquando Atlantides ab Atlantide patre, & sic accipit Virg. in lib. Georgicorum, cū dicit

Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur, &c.

Mercurius nepos Atlātis subtiliora in astrologia repe H riens, post mortē inter Deos transl̄atus est. Tempora aūt intermedia historiam nullam continent, aut quid relatu dignum vsque ad tempora Asenech, quod fuit tempus annorum 15. aut 16. cum eam accepit Ioseph in uxorem, de quo infra 41. cap. dicetur.

Ioseph interpellatur ab vxore Putipharis, quam renuens accusatur, & in carcerem conjcitur. Cap. XXXIX.

I IGITVR Ioseph ductus est in Ægyptum, emitque eum Putiphar, eunuchus Pharaonis, princeps exercitus, vir Ægyptius de manu Ismaelitarum, a quibus perductus erat. Fuitque Dominus cum eo, & erat vir in cunctis prospere agens: habitauitque in domo Domini sui, qui optimè nouerat Dominum esse cum eo, & omnia, quæ gereret ab eo dirigi in manu illius: inuenitque Ioseph gratiam coram Domino suo, & ministrabat ei, a quo præpositus omnibus gubernabat creditam sibi domum, & vniuersa, quæ ei tradita fuerant: benedixitq; Dominus domui Ægyptij propter Ioseph, & multiplicauit tam in ædibus, quàm in agris, cunctam eius substantiam: nec quidquam aliud nouerat, nisi panem, quo vescebatur. Erat autem Ioseph pulchra facie, & decorus aspectu. Post multos itaque dies iniecit domina sua oculos suos in Ioseph, & ait: Dormi mecum. Qui nequa-

quam

quam acquiescens operi nephario, dixit ad eam; Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo sua, nec quicquam est, quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi præter te, quæ

2. Reg. 16. infra eod.

vxor eius es: quomodo ergo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum? Huiuscemodi verbis per singulos dies loquebantur, & mulier molesta erat adolescenti, & ille recusabat stuprum. Accidit autem quadam die, vt intraret Ioseph domum, & B operis quippiam, absque arbitris faceret, & illa apprehensa lacinia vestimenti eius, diceret: Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio fugit, & egressus est foras. Cumque vidisset mulier vestem in manibus suis, & se esse contemptam, vocauit ad se homines domus suæ, & ait ad eos: En introduxit virum Hebræum, vt illuderet nobis: ingressus est ad me, vt coiret mecum: cumque ego succlamassem, & audisset vocem meam, C reliquit pallium, quod tenebam, & fugit foras. In argumentum ergo fidei retentum pallium, ostendit marito reuertenti domum, & ait: Ingressus est ad me seruus Hebræus, quem adduxisti, vt illuderet mihi: cumque audisset me clamare, reliquit pallium, quod tenebam, & fugit foras. His auditis Dominus, & nimium credulus verbis coniugis, iratus est valde: tradiditque Ioseph in carcerem, vbi vincti Regis custodiebantur, & erat ibi clausus. Fuit autem Dominus cum Ioseph, & misertus est illius, & dedit ei gratiam in conspectu principis carceris. Qui tradidit in manu illius vniuersos vinctos, qui in custodia tenebantur, & quidquid fiebat, sub ipso erat: Nec nouerat aliquid, cunctis ei creditis: Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.

D

IGITVR. Descripserat supra Moyses partem incidentalem, hic nunc reuertitur ad historiā principalem, & ista narratio est tota de Ioseph, & diuiditur in duas partes, secundum quòd Ioseph duas habuit mansiones vnam in domo Putipharis: secundā in domo Pharaonis. De secunda infra cap. 41. prima in duas. Primo ponitur Ioseph in domo Putipharis exaltatio: secundo eius indigna incarceratio, infra 40. cap. & circa finem huius cap. scilicet, ibi *Cumque vidisset*. Prima iterum in duas, primo describitur Ioseph fidelitas: secundo eius laudabiliter castitas, ibi. *Erat autem*. Ad primum. *Igitur Ioseph ductus est in Aegyptum*. Continuatur eis, quæ dicta sunt supra 37. cap. scilicet, quòd venditus fuit Ioseph Ismaelitis, & deinde ductus in Aegyptum. Sed adhuc

E

A sacra scriptura vtitur hic recapitulatione, quia supra in fine 37. cap. dictum est, quòd fuit ductus Ioseph in Aegyptum, & venditus Putiphari. Hic autem vt videatur historiam a quodam veluti capite intermissam inchoare repetit eius vēditionem in Aegypto, & hoc valde vtile est, quia cum hic recitentur ea, quæ dicta sunt supra 37. cap. in fine, & deinde prosequatur historiam, apparet nihil de ea intermissum esse. Si autem nō repetereret, fortè putaremus aliquid esse dimissum. *Ductus est in Aegyptum.* Per Ismahelitas, qui eum emerant a fratribus suis. *Emitque eum Putiphar.* Quia vidit eum pulchrum, & bonæ indolis, & vt ei videbatur, erat industrius, quod patet, quia præposuit eum toti domui suæ. *Eunuchus Pharaonis.* Idest, minister Pharaonis. De eunuchis autem, quot sint species, & quare sic vocentur, supra 37. cap. in fine diximus: & satis patet, quòd vocetur hic eunuchus, idest minister, quia non fuit vocatus eunuchus simpliciter, sed eunuchus Pharaonis. *Princeps exercitus.* Aliqui vocant eum principem carnificum, alij principem coquorum: Hebræi autem vocant principem iustitiæ, quia fortè erat maior prætor, aut malefactorum inquisitor, & causarum diffinitor. *De manu Ismahelitarum.* Ex hoc clare elicitur falsa quorundam Iudæorum opinio asserentium, ter fuisse Ioseph venditum, primo Ismahelitis a suis fratribus, deinde Madianitis ab Ismahelitis: tertio Putiphari a Madianitis. Sed hic dicitur, quòd Ismahelitæ vendiderunt eum Putiphari, ideo clarè innuit ex hoc textus, quòd Ismahelitæ, & Madianitæ eædem gētes aliquando vocantur. *A quibus perductus fuerat.* Adhuc confirmatur hic magis ratio superior, quia poterant cauillare Iudæi dicentes, quòd Ismahelitæ vendiderunt Ioseph Madianitis, & deinde Madianitæ eum portantes vendiderunt eum rursus Ismahelitis, qui eum Putiphari tradiderunt. Sed hoc non stat, quia in litera dicitur, quòd Ismahelitæ perduxerunt eum in Aegyptum, & non Madianitæ. Item quia tunc non tres tantum, sed quatuor venditiones factæ fuissent, quod ipsi nolunt. *Fuitque Dominus cum eo.* Faciendo eum gratum in conspectu Domini sui, & omnium domesticorum, ita vt cūcta negotia domestica ei committerētur, q̄ autem seruitor in oculis Domini sui gratiam habeat, gratia gratis data est a Deo, vt patet Tob. 1. cap. vbi dicitur de Tobia, quòd quia memor fuit Dei in toto corde suo, dedit ei Deus gratiam in conspectu Salmanasar Regis, & dedit ei potestatem quocunque ire vellet. *Et erat vir in cunctis prospere agens.* Idest, quòd omnia negotia, & dispositio rei familiaris, quam tractabat, prosperum euentum habebant. Et ob hoc diligebat eum valde Dominus suus. *Habitabatque in domo Domini sui.* Idest, continue manebat in domo Domini sui disponens omnia, nec mittebat eum Dominus ad tractandum aliquas negotiationes, sed domesticæ curæ semper instabat, nec vnquàm diuagabatur per loca. *Qui optime nouerat esse Dominum cum eo.* Videbat iste Aegyptius in effectu, quòd tanta prosperitas, & bonus euentus inerat rebus, quas disponebat Ioseph, vt nulla humana industria hoc haberi posset. Arguebat ergo necessario Putiphar aliquam causam superiorem dirigentem esse, & hanc Deum esse dicebat. Et hoc vocant Philosophi esse bonam fortunam, vt patet per Aristot. in lib. de fortuna bona. Est enim bona fortuna, quidam instinctus in mentibus humanis a causa superiore prospere dirigente, absque aliqua ratione, vel iudicio intellectus nostri, vt quando cor dat nobis, vt faciamus aliquid, & nescimus aliquam rationem, quare magis illud, quàm oppositum facere debeamus, & post feliciter nobis euenit, bona fortuna vocatur. Hęc autem aliqua directio est a causa non errante, scilicet a Deo

De triplici vēditione Ioseph.

Quid sit bona fortuna.

sine

sine nostro iudicio, huiusmodi autem ponebat esse F
Putiphar in Ioseph. Vel videbat Deum esse cum illo,
quia quando Putiphar voluit cognoscere sodomiticè
Ioseph, ad quod eum emerat, quia pulcher erat, vt Iu-
dæi aiunt, Deus infrigidauit eum in tantum, vt nec po-
stea ad eum, vel ad aliquam fœminam, aut virum de-
siderium, vel potentiam accedendi habuerit. Et ob
hanc infrigidationem dicunt eum factum sacerdo-
tem Heliopoleos, de quo magis infra 41. cap. Quòd
autem aliquis vir potens coire, & nimis ad coeundum
inclinatus non videtur posse fieri a natura (cum natu-
ra nunquàm agat subito) ꝙ ipse subito infrigidetur, vt
amplius nec fœminam, nec virum ad actum venereũ
concupiscere potuerit. Cum ergo ipse in se hanc su-
Iudeorum opinio. bitaneam infrigidationem expertus fuerit, vt Iudæi G
quodammodo dicunt, necesse est vt cognosceret ali-
quam causam superiorem operantem, atque adiuuan-
tem Ioseph, vt eum cognoscere nullo modo carnali-
ter potuerit, immo nec vlterius in eum exarserit, si-
cut consueuerat, nec etiam in aliquam fœminam fla-
graret, quod iusto Dei iudicio factum est, vt ille, qui
contra naturam aliquid desiderauerat, eis etiam quæ
naturalia erant, careret. Hanc autem causam supra
operantem Deum vocauit Putiphar, quia nihil me-
lius excogitari potest. *Et omnia, quæ faceret dirigi in ma-
nu illius.* Idest, nulla res per eum gerebatur, quæ non
haberet prosperum euentum. *Inuenit Ioseph gratiam
coram Domino.* Idest, quòd omnia, quæ faciebat place-
bant Domino suo. Et ista est gratia, quam desiderant
serui apud dominos. Vocatur autem ista gratia apud H
Quid gra- Deum gratia gratum faciens, quia eos, & opera sua
tia gratum faciens. Deo gratos efficit. Gratia gratis data est quodlibet
aliud beneficium datum homini a Deo, per quod nõ
necessario Deo gratus efficitur, vt scientia, robur, pul-
chritudo, velocitas, sanitas, prophetia, & similia. Ha-
bens enim ista in peccato mortali, & Dei odio stare
potest apud Dominos temporales. Genus huius gra-
tiæ est, quòd Domini dent famulis aliqua dona, quæ
interdum dant Domini illis, quos verè non diligunt,
nunquàm tamen potest stare, quòd alicui Domino
complaceat in omnibus factis aliquis seruitor suus,
& quòd non diligat eum. *Et ministrabat ei.* Tanquàm
specialis seruitor, aut camerarius eius, quia Putiphar
valde vir potens erat. *A quo præpositus omnibus.* Idest, I
quòd Putiphar videns Ioseph in cunctis ita prospere
agere præcepit, vt quicquid ipse mandaret, in domo
sua fieret: omnes ergo seruitores domus Putipharis
per manum Ioseph disponebantur. *Gubernabat credi-
tam sibi domum.* Idest, domum sibi commendatam,
scilicet, quòd non mandabat Putiphar Ioseph facias
hoc, vel illud, sicut alii domini faciunt. Sed dixit Io-
seph, quòd reciperet totam domum in cura sua, &
quicquid vellet, faceret. *Et vniuersa, quæ ei tradita fue-
rant.* Scilicet, specialiter, quia licet Putiphar totam
domum ei generaliter commendasset, specialiter ta-
men quædam negotia magis commendauit. *Benedi-
xit Dominus domui Aegyptij.* Idest, multiplicauit, vel
augmentauit Deus domum Putipharis. Quia bene-
Benedi- dictio semper importat augmentum. *Propter Ioseph.* K
ctio impor tat augmẽ tum. Scilicet, vt videretur qualiter Deus erat cum Ioseph.
Tam in ædibus, quàm in agris. Quod potest dupliciter in-
telligi, vno modo, quòd Deus multiplicauit Putipha-
rem in ædibus, & agris, idest dando ei ædes, & agros
multos, quos emebat ex multitudine pecuniæ rerum,
quæ crescebant disponente Ioseph: vel aliter multipli-
cauit eum. *In ædibus.* Idest, in omnibus rebus, quæ
sunt in ædibus, scilicet in filijs, & supellectilibus, &
omnibus rebus domesticis. *Et in agris.* Idest, in om-
nibus rebus stantibus in agris, vt in pecoribus, & in vi-
no, & frugibus multis. Sed prior sententia melior est,
quia secundum istum sensum posteriorem non de-
beret dici in ædibus, sed in æde, quia vna erat familia
Putipharis, etiam si multa habitacula, vel mansiones
haberet. *Et non nouerat nisi panem. quo vescebatur.* Hoc
potest referri ad Ioseph, vel ad Putipharem. Si refe-
ratur ad Putipharem, secundum Rabbi Sa. est sensus,
quòd Putiphar nihil sciebat de domo sua committẽs
omnia Ioseph, nisi panem, idest nisi vxorem suam,
quam non commendauerat Ioseph, nec erat vlli com
mendanda, & hoc videtur, quia infra dicitur cum Io-
seph responderet dominæ solicitanti eum ad coitum.
Ecce omnibus mihi traditis Dominus meus ignorat,
quid sit in domo sua, nec est aliquid quod non sit in
mea potestate, vel mihi non tradiderit præter te, quæ
vxor eius es: & istum modum loquendi accipit Rab-
bi Sa. ab eo, quod habetur Prouerbiorũ 9. cap. Aquæ
furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior.
Ecce vocatur hic panis, vt vult Rabbi Sa. vxor aliena,
quam aliquis occultè cognoscit. Alio modo potest
intelligi, vt vult Rabbi Abraham Aben Ezra referen-
do ad Putipharem, quòd Putiphar de domo sua nihil
cognoscebat, dimittens omnia negotia Ioseph, nisi
panem, quia mandauerat Putiphar Ioseph, quòd non
accederet ad cibos, quos ipse commesturus erat, &
hoc quia vt infra habetur cap. 43. Illicitum est Aegy-
ptijs comedere cum Hebræis, & prophanum putant
huiusmodi conuiuium. Alio modo potest intelligi,
quòd Putiphar confidens de fidelitate, & industria Io-
seph, commisit ei omnia negotia, nec curabat de ali-
quo qualiter disponeretur, nisi de pane, quo vesceba-
tur, & cæteris cibarijs. Hæc enim videbat, sed alia ne-
gotia, nec videbat fieri, nec de ijs rationem petebat.
Alius sensus est referendo ad Ioseph, scilicet quòd li-
cet Ioseph omnia prosperè gubernaret, & posset inde
multa sibi accipere Domino ignorante, tamen nihil
accipiebat, nisi panem, idest cibum sufficientem tem-
peratè ad vitam: alia autem Domino suo tradebat. Et Laus Io-
in hoc nimis laudanda est Ioseph fidelitas: pauci enim seph.
tales dispensatores sunt. Ideo dixit Apostolus, quæri-
tur inter dispensatores, quis fidelis inueniatur, vt patet
prima ad Corinth. 4. cap. Omnes isti sensus satis con-
uenientes sunt, sed tertius horum melior est, sic enim
infra dicitur, Dominus meus cunctis mihi traditis
ignorat, quid habeat in domo. *Erat autem Ioseph.* Hic Castitas
ponitur secundum, scilicet Ioseph castitas, quæ pro- Ioseph.
cul dubio magna fuit. *Erat autem pulchra facie.* Idest,
habens pulchram faciem, scilicet bene formatam, &
toti corpori in quantitate, & figura proportionatam:
& insuper colore viuido, & suaui superfusa. Et in hoc
similabatur matri suæ Rachel, quæ pulchra valde fue- Triplex cã
rat, vt patet supra 29. cap. Hæc pulchritudo illiciebat inclinatio
valde dominam suam, quia viri Aegyptij aliqualiter nis.
deformes sunt, & declinantes ad nigredinem propter
terræ calorem meridianum, quia multum declinat ad
æquinoctialem, & Aethiopica deserta. Grata etiam
iuuentus inclinabat valde dominam. Poterat etiam
valde inclinari Ioseph ex ijs, nisi Deus custodiuisset
eum, quia pulchritudo superbiam gignit, superbia in-
considerationem sui, & in agendis negligentiam, ne-
gligentia autem cadendi facilitatem. Vnde Ouidius
in lib. de Arte amandi.

Regnat & in tenera magna superbia forma.

Et decorus aspectu. Differunt pulchritudo, & decorus
aspectus, quia pulchritudo est conformitas membro-
rum, cum suauitate coloris, & licet sit in conformita-
te omnium membrorum inter se, & ad vnum, præci-
pue tamen attenditur in facie. Decor aspectus di- Differẽtia
citur conuenientia staturæ, scilicet, quòd sit tantæ al- inter decor
titudinis quantæ oportet, & tantæ latitudinis, & vtrũ- rem, & pul
que erat in Ioseph, quia erat proportionatus mem- chritudi-
bris nem.

bris cum suaui colore, & insuper erat conuenientis sta
turæ. *Post multos itaque dies.* Scilicet, postquam rece-
ptus fuerat Ioseph in domo Putipharis. Satis erant
multi dies, quia quando venditus fuit Ioseph Putipha-
ri, nondum compleuerat decem & septem annos, vt
patet supra 37. cap. vbi dicitur, quòd Ioseph erat sexde-
Quãdo Io cim annorum, quando pascebat gregem cum fratri-
seph vẽdi- bus suis, & quando venditus fuit, & immediatè fuit
tus fuit, portatus ab Ismahelitis in Aegyptum, & venditus ipsi
erat annos Putiphari per manus eorum, vt patet in principio hu-
decim 17. ius cap. Et postquàm domina sua eum concupiuit,
& tenere voluit, in carcerem immediatè missus fuit,
& deinde stetit ibi aliquot diebus, & extractus fuit de
mandato Pharaonis ad interpretandum somnium, &
quando stetit coram Pharaone ad interpretandum, B
erat annorum triginta, vt patet infra 41. cap. Fortè er-
go fuerunt decem anni, vel plures a tempore aduen-
tus sui, quando domina iniecit oculos in eum ad per-
petrandum opus nepharium. *Iniecit domina oculos suos*
Modus a- *in Ioseph.* Idest, respexit eum oculo libidinoso ad con-
mantium. cupiscendum eum, quia ante placebat ei, vt verus
seruiens, nunc autem placebat vt amans, si esse vellet.
Dicitur autem oculos inijcere in alio iacere, vel pone-
re, & pertinet ad amantes. Iniecerat enim domina
oculos in Ioseph, quia eum solum aspiciebat, eum so-
lum videre delectabat, cum iam tota vita sua pende-
ret ex Ioseph, nihil enim sibi ipsi, quod placeret, reli-
querat, totum constituens in amato, quia anima ve-
rius est vbi amat, quàm vbi animat, qualitercunque C
amet, dum tamen intensè amet. *Et ait, Dormi mecum.*
Valde impudica fuit ista domina, quia amorem suum
talibus verbis expressit. Potuerat enim verbis com-
positis, & tenerioribus allectiuis passionis suum affe-
ctum exprimere, quemadmodum Phedra pronoca-
bat Hippolytum, quem totis viribus amabat, immo
amando furiebat, vt patet in quarta Tragœdia, quę vo-
catur Hippolytus, in carmine sexto, quod incipit:

Quis me dolori.

Et incipiunt verba Phedrę ad Hippolytum.

Non me per altas ire si iubeas, niues
Pigeat, gelatis ingredi Pindi iugis,
Non si per ignes ire, & infesta agmina.
Cunctis paratis ensibus pectus dare.
Mandata recipe sceptra me famulam accipe: D
Te imperia regere, me decet iussa exsequi.
Muliebre non est regna tutari patris,
Tu, qui iuuentæ flore primæuo viges.
Ciues paternos forti imperio reges.
Sinu receptam supplicem, ac seruam rege Miserere viduæ.

Ecce quàm pulchre, & tenere concluſit nihil in hone-
stum verbis proferens, cum ad infandissimum faci-
nus totis præcordijs hortaretur. Ista autem omnibus
omissis rusticano modo, & inuerecundè turpe fa-
ctum prolocuta est. Fortè ante ipsa cogitauerat in-
tra se aliquas teneritudines amantium, quas diceret,
sed vt assolet amantibus in amoris principio euenire,
vt cum loqui velint quæcunque conceperant pertur-
batione perdantur, vt patet ex verbis Philodoxij loqui
volentis ad Doxiam in Comœdia dicta Philodoxeos. E
Qui nequaquam acquiescens operi nephario. Vocatur opus
Quid ne- nepharium, idest quod indignum est proferri, scilicet
fandum seruum coire cum domina sua. Ioseph valde laudan-
opus. dus, atque celebrandus vir est, qui cum potuisset sine
mortis periculo agere, potuisset etiam per hoc domi-
næ suæ gratiam promereri. Contrarium autem faciẽs
timebat sibi imminere mortis periculum, maximam-
que nominis delationem, & infamiam, ijs tamen mo-
ueri non potuit, volens magis temporale supplicium
perpeti innocenter, quàm peccãdo in manus incidere
Dei viuentis. *Ecce Dominus meus.* Hic laborabat Io-

A seph dissuadendo dominæ suæ illum amorem turpis-
simũ, si quo modo velleret, prorsus tamen nõ valuit,
quia ardor increuerat omnem rationem extinguens.
Omnibus mihi traditis. Demonstrat Ioseph, quòd valde
nepharium sibi esset talia committere. Esset enim
multum ingratus Domino suo, qui omnia corde be-
niuolo subdiderat eius potestati, nihil vlterius in hoc
inquirens. *Ignorat quid habeat in domo sua.* Omnia mi-
hi confidens. *Nec quicquam est, quod in mea potestate non*
sit. Quia vt supra dictum fuit, Dominus suus præpo-
suerat eum omnibus domesticis suis, vt omnes sub
eius regerentur imperio, & omnia negotia domesti-
ca ad sui libitum temperaret. Quanto ergo maior fuit
Domini confidentia in Ioseph, tanto maior esset Io-
B seph ingratitudo, talia pro talibus retribuens. *Præter*
te, quæ eius vxor es. Et nulli honestè commendari po-
terat. *Quomodo ergo possum hoc malum facere.* Quasi di-
cat, nullo modo debeo talia cõtra Dominum meum
committere, considerando beneficia, & beniuolen-
tiam eius. *Et peccare in Deum meum.* Dupliciter in isto
actu peccabatur, primo contra Deum, qui instituit
dando intellectui nostro naturaliter legem, per quam
viueremus, vt patet ad Rom. 2. cap. in qua cauetur, ne
quis accipiat vxorem alterius; secundo peccabatur cõ-
tra Dominum suum Putipharem dehonorãtem eum
cognoscendo vxorem eius, maxime receptis ab eo
tantis bonis, & licet maior esset offensa Dei, quàm
iniuria, quæ fieret Putiphari primo, tamen ponitur in-
iuria, & ingratitudo contra Putipharem cum dicitur.
Quomodo ergo possum. Secundum, scilicet Dei iniuria
C tangitur, cum dicitur. *Et peccare in Deum meum.* Et
hoc fecit, quia Aegyptia si moueri potuisset, magis
fuisset mota per iniuriam, quæ inferebatur Putiphari,
quàm per offensam, quæ inferebatur Deo Ioseph,
quem minimè cognoscebat. Sed per neutrum mu-
tari potuit, quia obduruerat cor suum super petram
declinans oculos, ne videret cœlum, nec intelligeret
iudicia iustorum verborum. *Huiuscemodi verbis.* Sci-
licet dicendo, Dormi mecum, vt ante dixerat, vel pro-
terendo verba huiuscemodi, idest similia pertinentia
ad idem. *Mulier per singulos dies.* Idest, quandocun
que habebat opportunitatem loquendi cum Iosep-
solitaria, vt nullus arbiter interesset, sed Ioseph videns
D malitiam dominæ, quantum poterat fugiebat, ne ei
occasionem mali daret. O virum laudabilem. In pri- Laus Io-
ma acie verbis amatorijs restitisse laudabile quidem, seph.
& valde virile fuit, sed quotidianis iaculis venenatis
non succumbere iuuenem pulchrum, & elegantis
formæ, quibus fortissimi quique succumbunt, diui-
nissimum fuisse fateamur. Quis in iuuentute positus
amantis, & obsecrantis quotidianam instantiam sub-
terfugisset? *Molesta erat adolescenti.* Postquàm enim
domina illa ad primam petitionem pudicam verecun
diam perdidit, maiori ardore succensa ex repulsa, ma-
ius desiderium nascebatur, quia fœmina est prona rei,
quæ prohibetur ei. Ex hoc autem quotidiana mole-
stia in Ioseph insurgebat. *Et ille recusabat.* Non duris
verbis eam spernens, quia domina sua erat. Sed per-
suasionibus mollibus, & rationabilibus, quantũ Deus
ei largiebatur secundum ea verba, quæ supra posita
sunt. *Recusabat stuprum.* Propriè stuprum est defloratio virginis sine federe matrimonij, & dicitur stu-
prum quasi studium primum, quia tunc incipit fœmi-
na vacare libidini. Domina autem Ioseph non erat Quid sit
virgo, quia defloratа erat cum virum haberet, sed vo- stuprũ, &
catur hic stuprum, prout signat adulterium, & non vnde.
solum adulterium, sed etiam quandam conditionem
aggrauantẽ, scilicet cognoscere dominam suam con-
iugatam, grauius quippe valde erat in Ioseph dominæ
suæ commiscerі, quam si alteri mulieri coniugatæ
commi-

commiscereturꝰ Ratio autem est, quia maior ingratitudo esset contra Dominum suum Putipharem, qui tanta bona ei indulserat, quàm si vxorem aliquam alterius personæ priuatæ cognosceret, a qua nulla beneficia recepisset. *Accidit autem vt quadam die.* Vt ait Iosephus ista dies erat valde solennis in tota Aegypto, quia forte erat dies, qua semel per quemlibet annum Apis bos, Deus magnus Aegyptiorum colitur insequentibus eum Aegyptijs vsque in ciuitatem Memphim, de quo magis dicetur Exo. 2. cap. Et vxor Putipharis per aliquot dies ante finxit se esse infirmam, vt haberet occasionem manendi in domo, & quia Ioseph erat Hebræus, colens Deum cœli conuenientibus omnibus Aegyptijs ad fana idolorum suorum, sciebat domina Ioseph in domo mansurum, & quasi remotis omnibus arbitris posset cum Ioseph securius, & promptius loqui, vt quouis modo eum ad suam libidinem traheret. *Vt intraret Ioseph domum.* Scilicet in qua manebat domina, aliàs superflue diceretur si intelligatur de tota domo domini sui, sed dicitur de domo, in qua manebat domina, & hoc valde erat accidentale, vel casuale, cum Ioseph nõ consuesceret intrare domum dominæ suæ. Sed tunc a casu, vt aliquid faceret intrauit: nam non solum ipse non desiderabat intrare ad locum, vbi domina manebat, sed valde exhorrebat, ne sustineret quotidianam molestiam in solicitatione dominæ suæ. *Vt quippiam operis faceret.* In hoc excusat scriptura Ioseph, quia diceret aliquis, quare intrauit Ioseph domum, in qua manebat domina sua? ipse ergo dedit ei occasionem solicitandi eum ad opus nepharium. Litera respondet, quòd non intrauit Ioseph, vt dominam solicitaret, nec vt curiosius inquisitor visurus cameram, vel domum, dominæ suæ, sed ex necessitate suscepti officij coactus est illuc intrare, quia aliquid necessario intra domum illam expediturus erat. *Absque arbitris.* Idest, absque iudicibus, vel socijs, scilicet quòd quando intrauit Ioseph domum dominæ suæ nullus intrauit cum eo, qui iudicare posset quid Ioseph faceret. *At illa apprehensa lacinia vestimenti eius.* Dicitur lacinia extremitas, vel fimbria vestimenti, & quòd hanc apprehendit domina. In Hebræo dicitur. *Apprehensa veste.* Sed quia rationabilius dicebatur, & in eadem sententia, quòd apprehensio fieret per extremitatẽ vestimenti, quàm per ipsum totum vestimentum, congrue transtulit Hieronymus. *Apprehensa lacinia.* Et non fecit hic domina Ioseph, sicut alias facere solita erat, scilicet vt verbis eum exoraret, sed apprehendit primo extremitatem vestimenti Ioseph incauto, nec quicquam præmeditato. Hoc autem fecit domina, quia alias quando rogabat, solebat Ioseph eam relinquere, nunc tenuit eum, vt saltem sic non euaderet prò verbis viribus vsa, sicut faciunt impetuosi amantes, recusato quod petunt. *Qui relicto in manu eius pallio.* Non curauit hic Ioseph respondere, sicut alijs vicibus consueuerat, quia si in respondendo moraretur sic, domina taliter eum tractaret, quòd forte eum incitaret, vt forte apprehẽdens eum per virilia, vel saltem aliquid inhonestum fieret. Potuerat autem Ioseph pallium de manu dominæ suæ violenter attrahere, vt indutus recederet: Sed quia domina sua erat, noluit in eam manus inijcere, tangendo violenter ad extorquendum clamidem de manibus eius, & in hoc fuit vrbanus valde, & deuotus seruiens Ioseph, quia dato quòd domina sua impudica, atque vilis existeret, & ei nimis molesta, nunquàm tamen erga eam irreuerenter se gessit quicquàm dure respondens, aut dure agens, obseruans reuerentiam dominatiuam, licet ipsa huius indigna foret. *Fugit, & egressus est foras.* Scilicet extra domum dominæ suæ, non autem extra totam domum

Quid sit lacinia.

Vrbanitas Ioseph.

Domini sui Putipharis. Cautè enim fecit Ioseph fugiendo, quia expectando se ipsum vreret, & dominam acrius stimularet, habet enim aliquid speciale libido contra cætera vitia. Cætera enim superando superantur. Sola etiam libido fugiendo superatur, vt ait Alanus in lib. de complanctu naturæ, metro. 5.

Si Venerem vitare velis loca tempora vita.
Et locus & tempus pabula donat ei.

De hoc Ouidius in 2. de remedio Amoris ait:

Et loca sæpe nocent fugito loca conscia vestri.

Ioseph incarceratio

Cumque vidisset mulier. Hic incipit sequens historia, scilicet Ioseph incarceratio. Fuit autem ista incarceratio licet iniusta, quantum ad facientem, fuit tamen valde vtilis, quantum ad Ioseph patientem, quia sicut ante bene se habuerat in prosperis, ita nunc eruditur bene se habere in aduersis. Vel etiam, quia illa incarceratio fuit occasio sublimationis Ioseph. *Cumque vidisset.* Ponitur autem prius tribulatio, deinde subditur diuina consolatio, ibi. *Fuit autem Dominus.* Circa primum domina Ioseph videns, quòd Ioseph fugisset, timuit ne eam accusaret apud virum suum, & sic rea, & infamis haberetur. Molita est ergo ipsa accusationes suas præmittere, & clamare, quasi fuisset iniuriam passa. Sic etiam fecit Phedra contra Hippolytum, cum ei consentire noluit, aduoluta fuit genibus eius, & rursus in amplexus Hippolyti ruit. Cumque Hippolytus euaginasset ensem, & contorquens manum ad capillos Phedræ, voluisset eam iugulare, ipsa dixit ad eum, hoc est quod ego valde desidero Hippolyte manibus tuis mori saluo pudore. Tunc indignatus Hippolytus, gladium quem contra fœminam euaginauerat, a se abiecit fugiens, vt deuitaret importunitatem eius, ipsaque tunc clamauit, quasi vim sibi factam conuocando Athenienses. De quo Seneca in Tragœdia quarta, quæ vocatur Hippolytus in metro, vel carmine 6. quod incipit,

Tribulatio.

Seneca de Hippolyto ad dictat.

Quis me dolori.

Et se esse contemptam. Satis contempta erat cum toties petẽdo repulsa est, & nunc tandem ab eius manibus, quem diligebat euasit. *Vocauit homines domus suæ.* Immediatè vt hoc videretur facere, quia vere iniuriam passa fuisset. *En introduxit virum Hebræum.* Scilicet vir meus Putiphar. Aggrauabat enim in hoc iniuriam, quia Ioseph Hebræus erat, & isti erant odiosi Aegyptijs. Item quia Ioseph erat seruilis conditionis, & ad dominam suam accedere volebat. *Vt illuderet nobis.* Idest qui illuderet nobis, non tenetur hic, vt, dicens causam finalem: nõ volebat domina dicere, quòd Putiphar introduxisset Ioseph ad illudendum eis. Sed quòd ex eo, quòd eũ introduxerat, sequebatur, quòd ipse illudere posset cum vellet, vt ipsa clamabat. *Ingressus est ad me, vt coiret mecum.* In hoc declarat iniuriam, vel illusionem, quam facere dicebat velle Ioseph, quæ satis erat magna, si sic, vt supra ipse dixerat persuadendo dominæ suæ ad oppositum, vt patet in litera. *Cumque ego succlamassem.* Idest incepissem modicum clamare, quia, sub, diminuit, sicut subrideo, idest paucum rideo, vel non perfecte. Reddit domina factum suum probabile, scilicet quòd ipsa clamante fugerit Ioseph, & reliquerit præ timore palliũ in manibus eius. *Reliquit pallium, quod tenebam.* Idest, quòd quando ipse conatus fuit ad me accedere, ego tenui pallium, & ad clamorem meum reliquit pallium, & recessit. *In argumentum ergo fidei.* Idest, ad certitudinem credulitatis. *Pallium ostendit marito reuertenti.* Aliqualiter videbatur indicare pallium retentum, maxime Ioseph fugiente, quia non videbatur esse modus, per quem domina sic pallium tenuisset. *Ingressus est ad me seruus Hebræus.* Videbatur valde conqueri de hoc, quòd cum ille Hebræus esset, qui ex hoc apud Aegyptios

Prima ratio aggrauationis.

Secunda ratio.

Dictio, sub, diminuit.

Quare Ioseph tacebat.

ptios vilis, & odiosus reputatur, etiam quia seruus eius fuisset ausus dominam sic illudere. Sed in ijs omnibus Ioseph tacebat, primo quia iustitiam suam ponebat in Deo, in quo vere confidebat, sciens se in hac parte penitus innocentem. Item quia videbat, quòd domina sua aliqualia iudicia facti prætendebat. Item quia nolebat contra dominam suam verbis discrepare contradicendo ei. *Vt illuderet mihi.* Non ponitur hic illudere, vt ante, sed dicendo consecutionem, sed dicit hic causam finalem, quia non determinat hic istud verbũ, adduxisti, sed istud verbum, ingressus est. *Iis auditis Dominus nimium credulus verbis vxoris.* Nõ enim debuisset immediatè assentire verbis vxoris, sed inquirere veritatem, maxime quia sciebat fœminas fallaces esse. *Iratus est valde.* Satis enim habebat irascendi causam, immo mirum est, q̃ tãtum dolorem tolerare potuit, & nõ occidit immediate ipsum Ioseph. Dicendũ q̃ Putiphar eũ occidisset, nisi Deus, qui eripiebat Ioseph de omni angustia, eum hic eruisset. *Traditiq̃ue in carcerem.* Fortè posuit eum ibi vsque ad facti examinationem pleniorem, vel vt ibi moreretur, quia postea stetit in carcere Ioseph plus duobus annis, vt infra patet, & non tractabatur in isto tẽpore aliquid de causa eius, ex quo signum est, q̃ Dominus suus posuerat eum ibi, vt ibidem moreretur nolẽs eum per se occidere, quia forte aliqualiter cõpatiebatur ei, quia fideliter seruierat. *Vbi vincti regis custodiebantur.* Erat enim carcer publicus. *Et erat ibi clausus.* Quia non dabatur ei licentia foras exeundi. *Fuit autem Dominus.* Hic ponitur secundũ, s. diuina consolatio, quia Deus non derelinquit aliquem sperantem in se. *Fuit autem Dominus cum Ioseph.* Scilicet dando ei gratiã cum principe carceris, valde magna gratia erat ista, vt vbicũque maneret gratiã inueniret, quia omnibus placens, & acceptabilis erat. *Et misertus est illius.* Consolando in angustia. *Et dedit ei gratiam in conspectu principis carceris.* Vt valde gratus ei esset, & tractaret bene Ioseph non includendo eum compedibus, vel fortibus carthenis, sicut alij pmebantur, sed maiorem ei licẽtiam tribuebat, licet nõ exiret de domo carceris. *Qui tradidit in manu eius vniuersos vinctos.* Vt curam fideliter de ipsis gereret soluẽdo, vt opus esset, vel ligando, & cibos eis dando. *Et quicquid fiebat.* De ligatione, vel solutione vinctorum. *Nec nouerat aliquid cunctis ei traditis.* Sic enim factum fuerat in domo Putipharis, vt patet supra. *Et omnia eius opera dirigebat.* Quia cuncta, quæ etiam in carcere Ioseph faciebat, prosperum exitum habebant.

Ioseph stetit in carcere duobus annis.

Somnia eunuchorum Ioseph interpretatur.
Cap. XL.

His ita gestis, accidit vt peccarent duo eunuchi, pincerna Regis Ægypti, & pistor, domino suo. Iratusque contra eos Pharao, nam alter pincernis præerat, alter pistoribus, misit eos in carcerem principis militum, in quo erat vinctus & Ioseph. At custos carceris tradidit eos Ioseph, qui & ministrabat eis: aliquantulum temporis fluxerat, & illi in custodia tenebantur. Videruntque ambo somnium nocte vna iuxta interpretationem congruam sibi. Ad quos cum introisset Ioseph mane, & vidisset eos tristes, sciscitatus est eos, dicens: Cur tristior est hodie solito facies vestra? Qui responderunt: Somnium vidimus, & non est qui interpretetur nobis. Dixitque ad eos Ioseph: Nunquid non Dei est interpretatio? Referte mihi quod videritis. Narrauit prior, præpositus pincernarum, somnium suum; videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, & post flores vuas maturescere, calicemque Pharaonis in manu mea: tuli ergo vuas, & expressi in calicem, quem tenebam, & tradidi poculum Pharaoni. Respondit Ioseph: Hæc est interpretatio somnij: Tres propagines, tres adhuc dies sunt, post quos recordabitur Pharao ministerij tui, & restituet te in gradum pristinum: dabisq; ei calicem iuxta officium tuũ, sicut ante facere consueueras. Tantum memento mei, cum bene tibi fuerit, & facies mecum misericordiam, vt suggeras Pharaoni, vt educat me de isto carcere, quia furto sublatus sum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum missus sum. Videns pistorum magister, quòd prudenter somnium dissoluisset, ait: Et ego vidi somnium, quòd tria canistra farinæ haberem super caput meũ, & in vno canistro, quod erat excelsius portare me omnes cibos, qui fiunt arte pistoria, auesque comedere ex eo. Respondit Ioseph: Hæc est interpretatio somnij: Tria canistra, tres adhuc dies sunt; post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande conuiuium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum, & pistorum principis. Restituitque alterum in locum suum, vt porrigeret ei poculum, alterum suspendit in patibulo, vt cõiectoris veritas probaretur. Et tamen succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

Divisio.

His ita. Descripta consolatione Ioseph in pœnæ mitigatione, hic subditur consolatio in mentis suæ illustratione, scilicet, quia spiritus interpretandi somnia a Deo ei datus est, & diuiditur in tres partes, primo ponitur somniantium incarceratio: secundo somnij narratio, & interpretatio infra. *Ad quos cum introisset Ioseph.* Tertio interpretationis impletio ibi, exinde dies tertius. Ad primum. *His ita gestis.* Idest, facta accusatione Ioseph, & incarcerato eo. Quia ista de eunuchis paulo post cõtigerunt. *Accidit, vt peccarent duo eunuchi.* Ecce qualiter vocat hic eunuchos non ipsos castratos, quia pincerna,

Universidad de Deusto

cerna,& pistor non erant castrati, sed vocantur eunuchi,idest ministri. *Pincerna Regis Aegypti.* Idest, ille, q̃ præerat seruientibus regi de vino. Et dicit Rabbi Sa. Opinio Rabbi Salomonis. quòd peccatum istorum fuit, quia pistor negligenter dimisit vnum lapillum in pane, in quo rex forte dentes offendit: Et pincerna peccauit, quia in vino regis cecidit musca, & propter vtrumque iratus est rex, sed propriè,& magis propter lapidem repertum in pane, quia iudicatum fuit, q̃ non posset cadere lapis in panẽ sine negligẽtia pistoris, musca autem posset cadere in vinum sine culpa ipsius dapiferi, s. dum propinabatur vinum.Sed ista ridicula sunt,non enim sufficiunt tales causæ ad mortem etiam in crudelissimo viro. Videtur autem magis dicendum, q̃ isti,vel fuerunt accusati de infidelitate, vel ipse rex in ratiocinijs eorum reperit eos aliqualiter culpabiles,sicut solet esse communiter in dispensatoribus, quia vt ait Apostolus, quæritur inter dispensatores, quis fidelis inueniatur, vt patet prima ad Corinth.4.cap. Responsio Doctoris. *Misit eos in carcerem.* Vt eisdem ibi existentibus iudicaretur vtrum bene,an malè in officijs meruissent. *Principis militum.* Supra vocatus fuit Putiphar princeps exercitus,& quia princeps militiæ, & exercitus idem esse videtur, ideo dicet quisquam forte hunc principem carceris esse Putipharem. Sed non videtur esse idem,quia præced.cap. dicitur de Ioseph, quòd traditus fuit per Dominum suũ Putipharẽ in carcerem,& Deus dedit ei gratiam in cõspectu principis carceris; sed non potest hoc intelligi de Putipharе,quia iam videbatur exosus a Putiphare,qui eũ ibidẽ posuerat. Dico q̃ ad hoc responderi potest dupliciter: vno modo dicendo, q̃ Putiphar non erat princeps carceris.Et quando arguitur, q̃ princeps exercitus,& militiæ sunt idem, sed Putiphar erat princeps exercitus: ergo princeps militiæ,& ex consequenti princeps carceris. Negatur q̃ princeps exercitus, & princeps militiæ sunt idem: quia exercitus nunquam vocatur, nisi Quid exercitus. coniuncti milites ad pugnandum contra hostes.Poterat ergo esse aliquis dux, vel princeps militum in pace,,alius in bello.In bello enim illi,qui vocantur comites stabiles, sunt duces, quia ad eos spectat bellantes ordinare,dum sunt hostes aggressuri,vel expectaturi. Alius autem potest esse princeps militiæ, scilicet, qui milites regit in pace, quia cum pax diutina sit,nisi milites continuo armorum exercitio polleant, fortitudo consenescit per dissuetudinem, vnde ineptiores post, & timidiores ad bella fiunt. necesse est ergo aliquem esse ductorem, qui pacis tempore dirigat milites, & nouos tyrones in armis exerceat,vt ad bella promptissimi fiant, & iste vocabitur princeps militum, prout milites distinguuntur contra exercitum. Alio modo potest dici, q̃ Putiphar fuerit princeps exercitus, & princeps militum, & q̃ ista duo idem sint, & tamen non fuerit Putiphar princeps carceris. Quia cum iste princeps militum esset vir potentissimus habens multa officia,& dignitates, nõ poterat per se exequi quodlibet istorum,ideo tradebat alteri exequenda ista, licet auctoritas, & dignitas principalis apud eum remaneret. Et tunc cum Putiphar esset princeps exercitus, siue militum,quod idem est,erat etiam princeps carceris,quia tamen hoc erat paruum officium,nõ exequebatur per se Putiphar, sed tradebat alteri, & ille vocabatur princeps carceris, coram illo autem habuit gratiam Ioseph,vt patet præcedenti cap. & sic non obstãt supradicta. *In carcere in quo erat vinctus Ioseph.* Idest,ligatus. Non est intelligendum, quòd Ioseph esset vinculatus cathenis, quia vt dictum fuit præcedenti cap. Ioseph inuenit gratiam coram principe carceris, scilicet vt non teneret eum in vinculis, sicut cæteros, sed permitteret eum habere cæteros in custodia, & faceret de ipsis quicquid placeret.Item quia vt dicitur hic Ioseph ministrabat illis duobus eunuchis regis. Sed manifestum est, q̃ non posset ministrare, si cathenis vinculatus esset. Dicitur ergo vinctus non, quòd cathenas haberet, sed quòd detineretur in carcere, ne ad alium locum foras prodiret. *At custos carceris tradidit eos.* Idest,istos duos eunuchos regis,quia isti erant honorabiliores recommendauit eos ei speciali modo. *Et ministrabat eis.* Licet isti tenerentur vincti,quia tamen erant magni viri, exhibebant eis magna obsequia, quemadmodum consueuerant, antequàm ponerentur in carcere. Et quia Ioseph erat valde circa omnia prouidus,& in agendis industrius, datus est eis in seruitorem. *Aliquantum temporis fluxerat, & illi in custodia tenebantur.* Ex hoc apparet,quòd ad minus stetit Ioseph in carcere,quasi per tres annos, quod sic,pTépus carceris. batur, quia per duos annos postquàm Ioseph declarauit ista somnia,eductus fuit de carcere, vt declararet somnium Pharaonis, vt patet seq. cap. Item quia aliquanto tempore ante peccatum, & incarcerationem istorum eunuchorum steterat Ioseph multis diebus in carcere, licet hic pauci vocentur ex modo loquendi. Dicitur etiam,quòd isti eunuchi detenti sunt aliquanto tempore in carcere, & isto toto tempore fuit detentus Ioseph, scilicet ante,& tunc, & post. *Viderunt que ambo somnium nocte vna.* Idest,quilibet eorum somniauit se videre aliquid,& hoc fuit in eadem nocte. Somnium propriè est ipsa nocturna,& imaginaria apparitio, & dicuntur isti videre somnium, non q̃ isti viderent apparitionem imaginariam, quia visio Quid somnium. non est aliquid visibile, sed quo videmus. Sed dicitur videre per istam nocturnam apparitionẽ aliquid. Et sciendum, quòd ista somnia fuerunt a Deo immissa istis duobus eunuchis, vt ex ijs manifestaretur Ioseph, & exaltaretur. Sed licet ista somnia non haberent specialem causalitatem in Deo, sed vel in natura, vel in ipsa rerum quadam phantasiatione, & contingentia, tamen Deus ita in eis cognoscendi regulam ostendere poterat in his, sicut in omnibus alijs, quia nihil Deo per accidens,atque incausatum est. *Iuxta interpretationem congruam sibi.* Idest, q̃ ista duo somnia ita significauerunt,sicut Ioseph ea interpretatus est,q̃ est conuenire interpretationem. *Ad quos cum introisset Ioseph mane.* Hic ponitur secundum,s.somnij narratio,& Narratio somnij Ioseph. interpretatio. *Ad quos cum introisset.* Manebant isti duo eunuchi in aliqua domo secretiori carcerationis, & hoc vt etiam grauius inter cæteros laterent, vt securius custodirentur, vel quia forte erant viri singulares, tradiderat eis princeps carcerationis viros, qui seruirent eis, & loca secretiora, vt nullam ibi perturbationem haberent in vicinia aliorum constituti: quocũq; modo esset, sufficit q̃ postq̃ Ioseph ministrabat eis in sero,recedebat ab eis dormiẽtibus ipsis,& deinde redibat in mane, vt rursum ministraret eis surgentibus, & sic faciebat per singulos dies. *Et vidisset eos tristes.* Quia Affectiones causantur a rebus exterioribus. non consueuerat videre eos tristes,vt infra dicitur, scilicet cur solito tristior est facies vestra? Cum enim affectiones nostræ causentur a rebus exterioribus, necesse est mutatis illis, mutari somnia, & facere mutari suas cuilibet affectiones. Quia ergo somnia,quæ videbantur esse tristia, istis euenerant, facies eorum ex expectatione mali futuri tristiores factæ fuerant. *Somnium vidimus.* Scilicet, visio nocturna nobis apparuit propter quam suspecti, & timidi sumus. *Et non est qui interpretetur nobis.* Hoc ipsum timidiores, eos efficiebat, consueuerant enim antiqui superstitionibus somniorum fidem tribuere, & per hoc vitam ducere, ideo mox vt quisquam aliquid somniasset, interpretem requirebat, tanquàm aliquid necessarium ad viuere. Nunc autem per legem diuinam ista superstitio abolita est, vt nihil de somnijs moneamur.

Nunquid

Nunquid non est Dei interpretatio? Quasi dicat, quo modo poteratis interpretationem ab hominibus cognoscere,cum illa pertineat ad Deum? vel cur inquirebatis ab istis maleficis incantatoribus, & diuinis, quia dæmones quos ipsi colunt, non nouerunt ista? sed Deus solus. Non tamen tollitur quin aliqua somnia interpretationem recipiant ab hominibus, quoniam aliqua sunt somnia,quæ naturalem causam habent,& sunt homini cognita, & sicut homini sunt naturaliter cognita quædam alia, ita quoque & ista. Sed hic Ioseph loquitur principaliter de somnijs, quæ a Deo immittuntur, quoniam ista a solo Deo interpretationem recipere debent,quia in nobis non sunt naturaliter aliquæ viæ cognitiuę supernaturalis veritatis in speciali, licet bene quantum ad quædam generalissima Dei,de quibus Apostolus ad Rom.1.cap.De ijs autem nihil ad somniorum attinet coniectores. *Referte mihi quid videritis.* In hoc demonstrabat Ioseph se esse Prophetam, quia ipse supra dixerat somniorum interpretationem non ad homines, sed ad Deum pertinere, sed ipse dicebat eis,vt narrarẽt, ergo vel dicebat se esse Deum,quod nullo modo concedendum est, aut talẽ virum,cui Deus dignaretur ista reuelare, isti autẽ Prophetę vocantur, & hoc verum est, s.Ioseph Prophetã ẽ, quia oĩs cognitio nobis communicata a Deo sine aliquo lumine naturali, perductiuo aliquo modo ad talẽ cognitionẽ,est supernaturalis.& prophetica. Huiusmodi aũt erat in Ioseph. *Narrauit prior præpositus pincernarum.* Quia iste honorabilior erat,alter dedit ei honorem in loquendo. *Videbam coram me.* Scilicet visione imaginaria nocturna,qualis pertinet ad somnium. *Item.* Quilibet somniabat s̃m officium suum, s.pincerna circa vinum,& pistor circa panẽ. Sic quippe euenire solet mentibus occupatis,vt circa ea,quæ in die tractauerint,nocturna cogitatione laborẽt. Sed non propter hoc est intelligẽdum,quòd ista somnia euenerint ex eorum occupationibus circa officia, quia talia nihil signant, vt infra dicam. Sed ista somnia fuerunt eis immissa specialiter a Deo, vt in horum expositione, & interpretatione euidenter Ioseph sapientia monstraretur. *In qua erant tres propagines.* Dicuntur propagines rami vitium,& dicuntur a propagando,i.extendendo,quia se extendunt,& multiplicantur.Quare autem sint tres propagines dicere non attinet, quia infra in litera textus exponuntur per Ioseph. *Crescere paulatim gemmas.* Vocantur gemmæ illa, quæ primo arbor emittit, cum incipit quolibet anno fructificare, & iste gemmæ sunt principia, sine florum, siue frondium, siue fructuum. *Et post flores vuas matures cere.* Idest, quòd primo illa vitis, secundum processum naturæ,quem tenet,gemmas de palmitibus teneris,& crescentibus emittebat,deinde illę gemmę formabantur in frondes,& vuas imperfectas,scilicet acidas,& ad vltimum maturitas vuis inesse videbatur. *Et post flores vuas.* Non accipiuntur hic propriè flores, quia vites non producunt flores, sed vocantur flores ipsæ frondes, & patet ex ordine, quia hic ponuntur tria, scilicet gemmas crescere,flores nasci,& vuas matures cere, & ista tria satis apparent in vite, q̃a primo gemmas emittit, deinde ex gemmis formantur frondes, & rursus formantur vuæ, nec reperiuntur aliqua alia in vite. Quod autem vitis flores non habeat, sicut multæ arbores habent, causa est quia flores gignuntur ex humido aqueo subtili valde, & tenero bene passo ab humido aereo. In vite autem est humiditas grossa, & non passa ab humido aereo,ideo non facit flores. Signum huius est, quia vuæ tardius matures cunt,quàm alij fructus,& quòd folia vitis tardius cadunt, & quòd in paucioribus terris gignuntur, quàm aliæ arbores communes, maxime in terris frigidis valde, in quibus nullum vinum,aut valde paucum habetur. Fundamentum horum est, quia vitis habens grossum humorem, & fortem indiget forti decoctione per calorem Solis, quæ non contingit in terris frigidis. Vel possunt vocari hic,flores,ipsæ vuæ dum nouiter nascũtur, donec aliqualiter formentur, & tunc vua, & flos idem sunt,sed differunt quantum ad aliquid perfectũ, & imperfectum.& hoc satis potest haberi ex litera, q̃s dicitur. *Et post flores vuas matures cere.* Idest,quòd postq̃ flores, idest ipsę vuæ adhuc valde imperfectę nascebantur,paulatim maturabantur,& non dixit. *Post flores vuas gigni.* Quasi volẽs distinguere inter flores,& vuas s̃m substantiam, sed dixit. *Post flores vuas matures cere.* Vuæ matures centes prę̃supponunt vuas genitas,& sic intelligentur vuæ natæ per flores, & deinde matures cunt. Vtraque satis bona expositio est, sed prima aliqualiter consonantior literæ est. *Calicemque Pharaonis in manu mea.* Idest, videbam calicem Pharaonis in manu mea: erat autem iste aliquis calix valde preciosus, & specialis, in quo soli Pharaoni potus dabatur. *Tuli igitur vuas, & expressi in calice.* Idest, videbatur mihi, q̃ tollebam de illis vuis, & premebam super calicem vinum eliciens. *Et tradidi poculum Pharaoni.* Idest, videbatur mihi, q̃ tradebam poculum Pharaoni. *Hæc est interpretatio.* Scilicet,quæ sequitur. *Tres propagines, tres adhuc dies sunt.* Idest, tres propagines signant tres dies futuros immediatè. In hoc valde apparuit certitudo interpretationis,quia determinatum fuit ibi tempus valde propinquum,ideo leuissimè cognosci poterat,vtrum mentiretur. *Post quos recordabitur Pharao ministerij tui.* Idest, recordabitur Pharao officij tui,quia in die natali regis (vt infra dicitur) solebat rex mutare officiales,vel confirmare priores,s̃m ratiocinia sua, & tunc recordatus fuit officialis sui, scilicet magistri pincernarum,& fecit illum vocari ad ratiocinia.Tandem finitis ratiocinijs, vel quia dignus officio inuentus est, vel quia placuit in oculis regis,restituit eum, & ad pristinos honores reduxit. In Hebræo dicitur:Numerabit,vel,Eleuabat Pharao caput tuum. Et patet,quia ea dem dictio, secundum Hebræos habetur hic, & infra vbi dicitur de principe pistorum. *Auferet Pharao caput tuum.* Et est sensus, q̃ in illa die natalis regis ipse Pharao inter alios milites, & officiales numeraret personam principis pincernarum, quod est caput numerare. Quia quælibet persona vnum caput dicitur.Sic ẽt transferimus ad pecudes, & pecora dicentes, tot capita habere aliquem possidentem. Vel dicitur. *Eleuabit caput tuum.* Restituendo te ad priorem dignitatem, vel forte magis de honore dando, & ista eleuatio capitis opponitur diminutioni,quę est pœna secundum leges,& fit tripliciter. De quo in Instituta.De capitis diminutione. *Dabisque ei calicem iuxta officium tuum.* Sic enim somnium signabat in expressione vuarum,& p̃sentatione coram Pharaone.*Tantum memento mei.* Tantum est hic dictio exclusiua, idest solum, & non nomen adiectiuum signans quantitatem. Est sensus, q̃ Ioseph diceret magistro pincernarum, licet ego interpretatus fuerim tibi illud somniũ prosperè, & sic immediatè fiet,tamen non peto aliquid a te pro hoc,nisi vt solum recorderis mei,quando bene tibi fuerit,idest quando fueris restitutus ad prosperitatem gradus tui pristini. *Et facies mecum misericordiam.* Idest,compatiaris laboribus meis, suggerendo Pharaoni, vt educat mę de carcere isto. Et licet hoc esset misericordia, quantum ad Ioseph,quia satis misereretur ei,qui Pharaoni suggereret, vt de carcere eum educeret, tamen quantum ad magistrum pincernarum erat iustitia cõmutatiua, secundum quam tenemur benefactoribus ad antidora,idest ad dandum è contrario non quidem mala pro bonis,quia hoc malũ contra passum est, sed Cõsuetudo quædã regis.

sicut

sicut nos ante recipimus, & ipsi dabant, ita post nos demus, & ipsi recipiant quod est antidorum, i. contrapassum, non solum tenemur tantum de beneficio retribuere amicis, quantum recepimus, sed etiam plus, vt late determinat Philosophus in 9. Ethic. De æquatione per analogiam etiã tenemur insuper eos famulari, vt patet 5. Ethic. Magnum enim beneficium fuit magistro pincernarum a tanta eum tristitia absoluere quanta tenebatur, cum somnij significationem aduersam formidaret, nemine declarante. Etiam quia tantum bonum ei, quasi subito, & insperato affuturum esse certissimè prædixerat. Pro ijs autem ad satis magna magister pincernarum Ioseph obsequi tenebatur. *Et suggeras Pharaoni.* Ideſt tacite roges Pharaonẽ, vt me hinc educat, denunciando qualiter hic iniustè detineor vinculatus, vel saltem non permittor liber esse. Suggerere propriè denunciare est, & pertinet ad minores, & sic conueniebat isti respectu Pharaonis. Aliquando accipitur pro cõsilio, siue persuasione. Et sic dicimus, ꝙ aliquis malum facit diabolica suggestione, aliquando tñ reperitur ad maiores pertinere. Sic habetur Ioã. cap. 14. Paraclitus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret quæcunque dixero vobis. *Quia furtim sublatus sum de terra Hebræorum.* Hoc refertur non ad Ismahelitas, qui eũ emerunt, & post in Aegypto vendiderunt, quia isti emerunt pro precio conuento cum fratribus eius, quos fortè putabant eum posse vendere. Fratres autem vendentes iniustè fecerunt, & dicũtur rapuisse eum, quia hic quoddam furtum factum fuit, licet enim furtum propriè dictum sit cõtrectatio rei alienæ inuito domino, animo lucrãdi facta, & hoc non possit esse, nisi in rebus possessis, quæ propriè dominum habent, quia dicitur in diffinitione ista inuito domino, tamen aliquis dicitur furari hominẽ ad vendendum, quando eum latenter accipit sine consensu illius, ad quem cura illius hominis pertinet. Vel etiam si accipiatur homo, qui sub nullius cura sit. Hũc enim modum loquendi sequitur scriptura Exo. cap. 21. qui furatus fuerit hominem, & vendiderit illũ, conuictus morte moriatur. Sic ergo quilibet, qui venderet hominem aliquem inuitum, nisi eum in bello accepisset ita ꝙ seruus esset, vel nisi sententia iudicum hoc statueretur, dicebatur eum furari. Sed adhuc magis propriè potest dici Ioseph furtim sublatus, quia quando Ioseph fuit venditus, erat puer sexdecim annorum, vt patet supra 37. cap. & manebat in domo paterna nondum emancipatus, quia nondum acceperat vxorem. Erat ergo tunc quasi aliqua res, vel pars patris, & tollẽdo eum tollebatur aliquid pertinens ad Iacob. Sic nãque dicit Arist. 5. Ethic. quòd filius est pars patris, donec vtique sit pelicon, ideſt emancipatus. Sed dices ad quid referebat ista dicta Ioseph, cũ essent multũ impertinentia, non enim ex hoc merebatur solui de carcere Ioseph magis, quia furtim de terra Hebræorũ sublatus est, q̃ si nunq̃ fuisset sublatus furtiuè: impertinẽtia aũt proponi non debent: nã in iudicio nõ admittitur aliqs ad probandũ id, quod probatũ nihil prodest. Respõdetur, ꝙ hoc impertinens erat quantũ ad iustã, vel iniustã detentionẽ. Erat tñ quidã sermo passionalis prouocans ad misericordiã sui, vel amorẽ: ijs aũt debẽt vti persuadere volentes, quia in hoc magna vis est, maximè apud quasdã personas. De hoc Tullius in 1. lib. Rhetoricæ nouæ. Isti autẽ sermones passionales, licet fm Arist. in princ. primi Rheto. in iudicijs permitti nõ debeãt, ꝙa perturbãt rectũ iudiciũ, totumq̃ ordinẽ iuris eneruant, cũ ibi prouocẽtur audiẽtes ad irã, vel amorẽ misericordiã, odiũ, & alias passiones: iste aũt impediuit actẽ intellꝰ, ne valeat verũ lucidè intueri, vt ait Cato.

Impedit ira animum, ne possit cernere verum.

Debent tamẽ isti sermones inseri in alijs persuasionibus extraiudicialibus: in iudicio aũt sola ea, q̃ cãm iustificãt, proponẽda sunt. Cũ autẽ Ioseph eẽt hic extra iudiciũ in priuata psuasione, licitè vtebãt ijs sermonibus passionalibus, immo q̃cũq; oramus si aliqd sapimus sermonibus passionalibus ad Deũ vti debemus, iuxta ea, q̃ tradimus ſ. 32. cap. Et patet hoc manifestè in oronibus insertis in canone sacræ scripturæ, quarũ nulla est, q̃ passionalis non sit. Vtebatur autem Ioseph istis verbis, quia valde inclinat ad misericordiam tanta status calamitas, vt aliquis dicat se de natali solo furtiuè, violenterq̃; deductum, & vẽditum in terra aliena. Et per hoc persuadebat duobus: primo persuadebat magistro pincernarum inclinando eum, vt ista Pharaoni referret, & negotium hoc diligenter tractaret: secundo persuadebat Pharaoni, quia Pharao audiens hoc a magistro pincernarum flecteretur magis ad pietatem, & causam eius libentius audire vellet. *Et hic innocens in lacum missus sum.* Iste non erat sermo passionalis, sed pertinens ad iustificationem causæ suæ, scilicet iniuste fuisse incarceratum. *Et hic.* Ideſt, in terra ista, & non dicas hic, ideſt in carcere, & est sensus, quòd Ioseph volebat demonstrare vbique se fuisse iniusta passum, scilicet quòd patria sua fuerat furto sublatus, nũc aũt hic, ideſt in ista terra aliena fuerat iniustè carceri mancipatus. *Innocens in lacum missus sum.* Putiphar dñs suus posuerat eum in carcerem ad querelam vxoris suæ, quæ conqesta fuit Ioseph voluisse, & tentauisse coire cum ea. Sed in hac parte innocens erat, quia magis è contrario Ioseph dissuadebat dominæ volenti ab ipso cognosci, ne talia vnquàm fierent, vt patet cap. præcedenti. Vocatur hic carcer lacus, quia carcer solet esse in locis profundis, ad quæ concurrunt, & defluunt aquæ pluuiales facientes lacum, sicut sunt nunc multi carceres asperrimi. Vel dicebat se esse in lacum, quia fortè quando nouiter intrauit carcerem posuit eum princeps carceris per noctem in aliquo loco valde profundo, & clauso, qui videbatur esse quasi lacus, vel puteus, vt ibidem securius custodiretur. *Videns pistorum magister.* Hic ponitur interpretatio secundi somnij, scilicet magistri pistorum, soluto somnio magistri pincernarum. *Videns autem.* Ideſt, quia vidit magister pistorum, quòd Ioseph soluebat somnium magistri pincernarum, satis rationabiliter consonando partibus somnij per partes interpretationis. Et quia prædixit ei euentum prosperum, motus fuit etiam ipse, vt interpretaretur ei somnium suum. *Quòd prudenter somnium dissoluisset.* Hebræi quidam dicunt, vt Aben Ezra, quòd quilibet de istis duobus præpositis vidit somnium suum, & interpretationem somnij alterius, sed non vidit interpretationem somnij sui, ideo cum magister pistorum secundum istam positionem vidisset in somnijs interpretationem somnij magistri pincernarum: & iuxta suam visionem aspiceret interpretationem Ioseph, iudicauit eum prudenter interpretari, & eodem modo videtur secundum ipsos, quòd magister pincernarum vidit in somnijs interpretationem somnij magistri pistorum. Sed hoc non multum videtur, quia tunc dixissent sibi in alterutrum interpretationes somniorũ, & non essent tristes expectando alios interpretes. Nec. n. poterat esse verisimile, ꝙ homines tantum cõicantes celarent sibi inuicem somnia sua, maximè cum vnus postea coram altero præsente Ioseph recitauerit somnium suũ. Et si dicas, ꝙ licet sibi inuicem reuelassent somnia, tamẽ nõ voluit princeps pincernarum declarare somniũ principi pistorũ, quia durũ erat, & nolebat eum mestũ reddere de expectatione mali futuri. Sed hoc nihil valet, quia tũc saltem magister pistorũ, qui præuidisset bonã, & felicem interpretationẽ socij sui

Ioseph persuadebat duobus.

Interpretatio somnij

Quorundam Hebræorum opinio refellitur.

sui magistri pincernarũ interpretatus fuisset etiam tacente ipso magistro pincernarum.

Ideo Ioseph somnium prudenter dissoluit.

Ideo dicendum est, quòd quilibet eorum somniauit id, quod ad eum pertinebat, sed non somnium, quod pertinebat ad alterum, nec interpretationem eius, & quando in textu dicitur. *Videns magister pistorum, quod prudenter somnium dissoluisset.* Intelligitur non, quòd ipse ante somniauerit illam interpretationem, sed quia satis concordare videbãtur sibi ea, quæ dicebantur a Ioseph, ipsis verbis somnij.

Dicitur autem, quòd Ioseph prudenter interpretabatur. Non est intelligendum, quòd accipiendum sit hoc prudenter propriè, quia prudentia est habitus cum recta ratione actiuus, vt patet in sexto Ethicorũ. Aliquis autem prudenter agit, quando bene dirigit actiones suas in vltimum finem rectè iudicando, & ad intellectum practicum hoc pertinet. Interpretatio autem somniorum pertinet ad intellectum speculatiuum, quia ibi attenditur veritas absolutè, scilicet vtrum res sic sit, vel aliter, & non quæritur veritas conformiter se habens appetitui recto. i. quantum ad viam directiuam electionum, quod pertinet ad prudentiam, & illud est opus intellectus speculatiui, sine bonum suum, vt patet sexto Ethicorum, & secundo Metaphys.

Dicitur ergo hic prudenter. i. sapienter, vel scienter, s. subtiliter per habitum intellectus speculatiui. *Ait ego vidi somnium.* Quia vidit prosperam, & consonantem interpretationem datam primo somnio, posuit suũ putans similem interpretationem dandam in suo somnio, cum videretur habere eundem modum. Si autem ipse vidisset datam fuisse infælicem interpretationem somnio socij sui, tacuisset ipse, ne saltem expectatione mali diutius torqueretur. *Quòd haberem tria canistra farinæ super caput meum.* Ista canistra erant parua vasa facta de viminibus contextis, & complicitis, in quibus portabatur farina, & talibus nunc nos vtimur, in quibus portamus panem. Erant autem satis parua, quia vnus homo faciliter portabat tria, super caput, erantque taliter disposita, vt vnum locari posset conuenienter super alterum, & non caderent. Sed dices quare portabantur tria canistra superposita, quia periculosum erat sic ea portare, poterant enim leuiter cadere. Melius enim quicquid in tribus portabatur, in vno magno deferretur.

Quid sint canistra.

Respondetur, quòd tria erant ad portandum in eis diuersitatem farinæ, vt in vno portaretur delicatissima, in alio minus delicata, in tertio autem ea, quę grossior erat. proficiebant etiam ista tria canistra ad portandum coram Pharaone, & seruis eius diuersos modos panis. Quia non eodem pane rex, & milites, & alij minores vescebantur. Congruè ergo tria canistra erant.

Intelligendum autem, quòd licèt hic dicatur ista tria canistra esse plena farina, non debet accipi propriè farina, scilicet, pro vt nondum est conuersa in pastam per aspersionem, vel in panes per decoctionem, quia sic ferre farinam ad Pharaonem, nihil vtile erat.

Item ꝙa dicitur ſ. ꝙ in canistro, quod erat excelsius portabat oẽs cibos factos arte pistoria, ideo panes iam coctos, vel in sartagine frixos intelligi volebat, & nõ farinam propriè accipiendo. *Et in vno canistro, quod erat excelsius.* Satis patet ex hoc, ꝙ ista tria canistra non habebant eundem modum cibi, ideo non inutiliter portabantur tria. Dicit autem, ꝙ in excelsiori portabat panes factos arte pistoria in multis modis. In alijs vero aliquid aliud portabat.

Dicit enim Iosephus, quòd portabat duo canistra inferiora plena panibus, scilicet panibus communibus. In tertio autem portabat obsonium. Vocatur obsonium cibus solemnis pertinens ad inuitatos, vel ad magnos dominos, & iste erat cibus qui ferebatur ad regem. Et hoc modo accipit Terentius in Andria dicẽs, de Chremete, quòd obsonatus est, ideſt parauit obsonium, qui erat cibus delicatus pro cõuiuijs. Erat enim valde delicatus. Augustinus autem dicit, quòd in superiori erant panes delicati: in alijs erant panes communes. Et hoc est verum. Sed adhuc respicere oportet, quia non portabantur panes eiusdem modi in canistro superiori, & inferiori de duobus infimis, quia tunc non oporteret portare canistra tria, sed duo.

Obsonium quid.

Videtur ergo dicendum, secundum quòd textus innuit, quòd in superiori canistro afferebantur panes delicatissimi pro rege, & isti erant fabricati secùndum omnem artem pistoriam, quia aliqui erant cocti in clibano, & in istis erat magna differentia. Quia in istis quidam erant habentes aliquam compositionem, quos artocreas, vel artopitia vocamus, ideſt panes cum carnibus, vel panes cum piscibus. Alij erant simplices, & ij adhuc differebant. Erant autem alij facti in sartagine, alij in craticula secundum distinctionem positam Leuitic. primo cap. in litera in canistro: secundo erant alij panes minus delicati, & tamen pertinebant ad milites, & magnos viros. In tertio canistro ferebantur panes communes, & non habetur in litera nostra, sicut in Hebræo. *Tria canistra forata farinę.* Hebræi enim dicunt, quòd ista canistra dicuntur forata, quia erant facta de viminibus, & quia non poterant sibi totaliter complicari, manet necessario apertura inter vimina, & ista vocatur foratio, vel apertio. Sed non videtur hoc verum, quia si in aliqno istorum portabatur farina, vt litera videtur velle, non posset contineri, quia decideret per illas aperturas, & si dicas contra, quia nos diximus supra, quòd ista erant de vimine.

Respondetur, quòd essent fortè de vimine complicito, & vituminato, vt non flueret farina. Et dato adhuc quòd diceremus ista canistra esse ad portandos panes, & sic esse ex viminibus complicita, vt ipsi dicunt, tamen non est ista intentio literæ, quia nihil ad literam, quòd illa canistra sic, vel sic fabricata essent.

Sed dicendum, quòd ista canistra vocantur aperta, ideſt in parte superiori perforata, & hoc valde est de intentione literæ, quia dicitur in textu, quòd aues cœli comedebant ex isto pane. Sed hoc non poterat esse, si ista canistra essent clausa vndique, vel cooperta, ideo vocauit ea forata, ideſt non habentia tegimen in parte superiori, ita quòd aues liberè comedere possent. *Auesque comedere ex eo.* Ex superiori canistro dixit aues comedisse, quia de alijs comedere non poterant, quia inferiora duo canistra erãt clausa, quia cum vnum esset super aliud, fundum eius erat super aperturam alterius, & claudebat illam. Manebat ergo isto modo os canistri superioris apertum, de quo solum comedere poterant aues. Et hoc valde consonabat significationi, scilicet, vt intelligeretur, quòd caput pistoris altissimè in patibulo eleuari debebat. *Hæc est interpretatio somnij.* Magis voluisset Ioseph interpretari somnium, in quo prospera promittentur quam istud, quod ita erat durum, ideo vt ait Iosephus credendum est, quòd ipse dixerit in principio huius interpretationis se magis velle esse bonorum interpretem, quàm aduersorum. Sed nunc non posse facere, nisi ꝙ Deus ei daret. Sic enim dixit Daniel Nabuchodonosor regi, cum ei declarare vellet somnium de arbore magna, quòd mala ventura super eum designabat, vt patet Danielis, quarto capit.

domine mi rex somnium tuum ijs, qui te oderunt, & interpretatio eius hostibus tuis sit. Multum tamen fuit hoc conueniens ad iudicandum sapiẽtiam Ioseph, quia si vtrumque somnium prosperum esset, cum vtrumq; quasi esset simile in verbis, nõ videretur aliquid magnum vtrumq; declarare. Sed quia vtrumque erat quasi idem, inter ea tantam adnotare dignatus est, vt vnum ad totalem prosperitatẽ, aliud ad omnimodam miseriam, sad vltimum terribilium, i. mortem esset, valde difficile erat. *Auferet Pharao caput tuũ.* In Hebræo eadem dictio habetur hic, quæ supra, s. *Elevabit caput tuum.* s. ponendo in patibulo, vel si ponatur. *Numerabit caput tuum.* Verum est, s. quòd Pharao in die natalis sui, quando ratiocinia omnium officialium assumebat fecit mẽtionem de pistorũ magistro, & fecit eum vocari, sed postea, vel non contentus de ratiocinijs, vel ex qualibet altera causa leui mãdauit eum suspendi. *Et lacerabunt volucres carnes tuas.* Quia dimittebantur suspensi inhumati in patibulis ad aliorũ emendationem, & ibi volucres lacerabant eos, & vorabant carnes. *Exinde dies tertius.* Hic ponitur tertium, s. iterpretationum impletio. Prædixerat. n. Ioseph, q̃ post tres dies ista implenda essent in vtroq;. *Exinde dies tertius.* Idest tribus diebus postquã ista interpretata sunt a Ioseph, fuit dies Natalis regis, in quo ista impleri debebant. *Dies natalis regis erat.* Secundum literam nostram solum potest intelligi, q̃ post tres dies erat, in qua natus fuerat rex, & in illo die faciebat magnam festiuitatem suis, & prouidebat de officijs confirmãdo ea habentibus, vel dando alteris succedentibus. Sic. n. quantum ad aliquid faciunt reges nostri temporis celebrantes festiuitates mirabiles cum militibus suis, & in totis regnis suis. Sic habetur Matth. 14. c. de Herode, qui fecit festiuitatem in die Natalis sui, & tunc saltauit coram eo puella filia Herodiadis, & petiuit caput Ioannis Baptistæ in disco. Secundum literam Hebraicam potest ista litera dupliciter intelligi. Vno modo, q̃ in illa die natus fuerat rex, sicut expoſuimus. Alio modo, quòd in illa die natus fuit aliquis filius regi, & propter istum fecit magnas solennitates, & istum sensum sequitur Aben Ezra.

Quomodo potuit scire Ioseph, q̃ in die illo nasci deberet filius regis? Aben Ezra asseruit, q̃ Ioseph sciebat reginam esse fecundam, & propinquissimam partui, cum ergo diceretur in somnio, q̃ illa erant fienda ad tres dies, intellexit per coniecturam de tribus diebus, & non de tribus annis, vel mensibus. Sed valde erat iste pessimus vir, si attendatur, quia non attribuit hoc diuinæ sapientiæ, & reuelationi propheticæ, sed cuidam arti illicitę. Repugnat autem hic literæ supra positæ, s. quando dixit Ioseph, q̃ interpretatio somniorum pertinet ad Deum, & non ad hominem. Si ergo reuelauit Deus ei ista somnia, nunquid non reuelaret tempus, in quo contingere deberẽt? Et si dicas, quòd Deus reuelauit res ipsas, quę fieri debebant, tñ non debebat, vel non erat necessarium reuelari tempus, quo finiri debebant. Sic. n. patet in prophetis, qui res gerendas descripserunt, sed non descripserunt tempora, quibus compleri deberent. Respondetur ad hoc, q̃ quando in somnijs nulla pars est, quæ ponatur ad determinandum tempus euentus eius, satis potest declarari pfectè somnium, non determinata temporis certitudine. Sed si in somnio ponitur aliqua pars, quæ determinet tempus, in quo compleri debet somnium, nõ potest pfectè declarari somnium, nisi tempus quoque complẽdi somnij declaretur, & quia in quolibet istorum ponitur numerus ternarius, qui ad impletionẽ rei refertur, necesse erat, vt cum Deus perfectè declarauerit istud somnium per Ioseph, tempus quoq;, de quo ibi agebatur, declararet. Item quia adhuc ijs non stantibus manifestum est, quòd ea, quæ specialiter a Deo fiunt, perfectiori modo fiunt quàm ea, quę fiunt mediante natura. Valde ergo magnus defectus erat, q̃ aliquis effectus causaretur supernaturaliter a Deo, & ille esset imperfectus, indigens adhuc adiutorio alicuius rei naturaliter agentis, vel in cognitionem deducentis. Nunquam enim legimus aliquid fecisse Christum supernaturaliter, vel sui discipuli in quãtum fuerunt instrumenta Dei agentis supernaturaliter, vel potius aliquid promeritorium operationis illius diuinæ secundum ordinationem diuinæ bonitatis, quin illi effectus essent perfectiores quam illi, qui purè naturaliter causabantur. Satis ergo patet intentio istius, scilicet, quòd Ioseph declarauerit somnia ista per quandam artem prohibitam secundum quasdam regulas, & quia ista ars est multum vniuersalis nesciens tamẽ declarare in particulari, oportet, q̃ ipsi habentes eam in particularibus non sequantur artem, sed iudicent coniectando, & in hoc errant multotiens. Secundum ergo istam artem nõ poterat aliquis determinare de tribus propaginibus, vel palmitibus tam in particulari s. vtrum signarent tres dies, vel tres annos, vel menses. Volebat ergo Aben Ezra, quòd coniectauerit Ioseph illud esse post tres dies, quia Regina propinquissima partui videbatur post duos, vel tres dies paritura, & quia in tali die magnę festiuitates fieri debebant pro filio regis, satis potuit conijcere, q̃ post tres dies complenda essent hæc. Sed valde errat iste miserabilis, qa non solum rem gestam, sed etiam tempus rei gestæ a Deo declaratum fuit ipsi Ioseph, vt apparet ex litera. *Qui faciens grande conuiuium pueris suis.* Idest suis seruitoribus, siue alijs minoribus. Sic enim Assuerus rex faciẽs conuiuium grande inuitauit omnem populum, qui inuentus est in ciuitate Susis, vt patet Esther 1. ca. *Recordatus est inter epulas.* Potest intelligi duobus modis, vno modo, q̃ Pharao inter epulas, idest dum epularetur, recordatus est istorum duorum officialiũ, & quia dies erat magnæ lætitiæ mandauit eos educi de carcere, & magistrum pincernarum absoluit, & magistrũ pistorum cõdemnauit. Sed dices si mandauit Pharao illos educi de carcere propter magnam festiuitatem, quare ipsa die magistrum pistorum suspendit? Dicetur fortè, q̃ non fuit illa die suspensus magister pistorum, sed illo die fuit eductus de carcere, & post transeunte solennitate Pharaonis suspẽsus est. Sed hoc falsum est, quia eadem die Natalis Pharaonis suspensus fuit; quia sic interpretatus fuerat Ioseph dicens, tres dies sunt post quos Pharao auferet caput tuum, & suspendet te. Dicendum, ergo quòd Pharao intẽdebat illis facere gratiam extrahendo illos de carcere illo die: Sed quia post princeps pistorum nimis reus inuẽtus fuit eadem die suspendi iussus est. Vel aliter & melius dicendum, quòd Pharao non suspendisset illa die magistrum pistorum, sed Deus mouit illum ad faciẽdum hoc, vt probaretur veritas interpretationum Ioseph, & sic dicitur infra, in litera, quòd vnum restituit in officium suum, alterũ suspendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur. Alio modo potest intelligi illud superius, s. cum dicitur. *Recordatus est Pharao inter epulas.* Idest, q̃ Pharao illa die omnes officiales domus suæ, vel nouiter instituebat, vel institutos confirmabat, & cum disposuisset de multis officijs, venit tãdem ad officia pertinentia ad epulas, s. ad pistores, coquos, piscatores, & similes, & inter istos recordatus fuit de magistro pistorum, & de magistro pincernarum, & hoc est recordari inter epulas, idest dum tractaret de epularum officialibus recordatus fuit istorũ. *Restituitque alterum.* Idest vnum. *Vt coniectoris veritas probaretur.* Idest, ideo Pharao immediatè pistorem suspẽdit, & alium restituit, quia Deus mouit eum ad faciendum,

Interpretationũ impletio.

Quæst. 1. Quo Ioseph potuit scire, qñ nasci debat filius regis.

Determinatio.

Recordatus est inter epulas pot intelligi duplicit.

ciendum, tunc vt probaretur esse verum dictum Ioseph. Si autem distulisset Pharao pœnam principis pistoris vsque ad alium diem post diem natalis sui, fuisset falsa interpretatio Ioseph. Potest alio modo intelligi, ita quòd particula, vt, teneatur non pro causa finali, sed vt dicat consecutionem, scilicet, vt coniectoris veritas probaretur, ideſt ista facta sunt in tertio die, sicut prædixerat Ioseph conijciendo somniorum interpretationem, & sic veritas quam ipse habuit in conijciendo, vel interpretando apparuit, cum in executione positum est, quod ipse prædixerat, & eo tempore, quo ipse prædixerat. Et sic multotiẽs in Sacra scriptura tenetur, vt, signando causam consecutionis, & non finem. prima tamẽ expositio fuit verior, quia ista duo somnia ijs duobus Eunuchis regis, ideo a Deo infixa fuerunt somniantibus, vt solum Ioseph interpretaretur ea, & sic haberet magnum honorẽ apud Pharaonem: & si somnia propter eum solum immissa sunt, quanto magis somniorum interpretatio pro ipso solum foret, vt eius veritas appareret? *Et tamen succedentibus prosperis.* Prosperitas enim facit homines obliuisci amicorum, quia qui in prosperitate est soli sibi intendit: facit enim prosperitas fortunæ inertem, & inconsideratum, & penè sui ipsius oblitum: aduersitas autem nos cautos, & vigilantes reddit, ideo concludit Boetius de consola. libro 3. Prosa 8. quòd magis tenemur referre gratias aduersæ fortunæ, quam prosperæ. Multa enim alia bona facit, quia amicos falsos a veris secernit, quòd nulli in prosperitate euenit. *Oblitus est interpretis sui.* Idest Ioseph qui interpretatus fuerat somnium eius.

De somniorum interpretatione hic, & c. sequenti. tangitur, ideo ad euidentiam huius considerandum, vtrum licitè interpretari quisquam valeat somnia.

Et videtur, quòd non, quia dicitur Deuteron. 18. c. non inueniatur in te, qui obseruet somnia. In contrarium videtur, q̃ sit licitũ, quia iudicare aliquid per veritatem diuinam, quæ certissima est, non est illicitum, sed in somnijs declarantur veritates diuinæ: ergo nõ est illicitum somnia interpretari. Maior nota est, minor probatur, quia habetur Iob. c. 33. per somnium in visione nocturna, qñ irruit sopor super homines, & dormiunt in lecto, tunc aperit Deus aures eorum, & erudiẽs eos instruit disciplina. Item credere cognitioni propheticæ, vel interpretari per eam non est illicitum, sed Prophetæ cognoscũt veritates suas per somnia, ergo non est illicitum interpretari per illa, vel credere: minor probatur Nume. 12. c. vbi dicitur, si quis fuerit inter vos Propheta Domini in visione apparebo ei, aut in somnio loquar ad illum. Item sancti viri quorum facta Sacra scriptura approbat, & cõmendat fuerunt somniorũ interpretatores, vt Ioseph, de quo hic, & sequenti cap. Et Daniel coram Nabuchodonosor bis interpretatus fuit, & semel coram Balthasar, vt patet Daniel 2. c. & 4. & 5.

Ad istam quæstionem respondetur, quòd ad hoc, q̃ nos interpretemur aliqua somnia, oportet quòd illa habeant aliquam significationem, & significatio illa habeat aliquam certitudinem. Si enim ista duo non insint, non est licitum interpretari somnia: immo valde stultum est. Prima pars patet, quia in interpretatione somniorum nos inquirimus, quid illa somnia futurum demonstrent. Si ergo nihil futurũ signarent, stultum est velle ea interpretari: talia autem sunt quædã somnia, quæ ita sunt aliquid causatum, q̃ non sunt signum, ideo carent omni significatione, sicut cum aliquis patiens defectum in phantasia ex capitis quadam exinanitione, quemadmodum contingit in multũ ieiunantibus, vel ex similibus causis solum perturbantibus phantasticam dispositionem, sequuntur somnia,

Compara ho expositionem.

Prosperitates facit homines obliuisci amicorum.

Quæst. 2. vtrum licitum interpretari somnia.

A q̃ non sunt ab aliqua causa ad aliquid ordinante, sed solum a causa deordinata, & tunc ista somnia nihil significant. Alia autem somnia sunt, quæ aliquid signãt, vt immissa a Deo, vel naturaliter. Sed dices qũo cognoscetur, qñ somnia sunt aliquid significantia, vel non? Rñdetur, q̃ ad hoc est inspicienda causa somniorum. Si. n. aliquis somnium habet, quod vltra somniũ illud per se aliquid efficere possit, somnium significationẽ habet. Si autem somniũ sit a causa, quæ præter ipsum somnium, nihil aliquid causare potest, nõ hẽt somniũ aliquam significationem. Et ratio est, quia qñ somniũ signat aliquid, est aliquid futurum: oportet, ergo illud ab aliqua causa fieri, quia nihil est, quod fiat a se ipso. Nam nihil se ipsum aggenerat licet cõseruet, vt patet per Arist. 2. de Anima. & isto modo necesse erit illam causam, a qua est somnium, posse efficere aliquid vltra somnium, s. ipsum quod signatur, vel expectatur p somnium. Si aũt illa causa, quæ somniũ causauit non haberet aliquam potẽtiam vltra somnium, nihil post somnium effici posset, & sic nihil significaretur. Vel si aliqd signaretur, illud esset falsum. Patet consequentia, quia ab eo, quod res est, vel non est, oratio vera, vel falsa dr, vt ait Arist. in 1. Periherm. Ad hoc ergo, q̃ aliquid verum significaret, oportebat, vt sic esset in re, & quia res non sunt sine causalitate præcedenti, oportet vt si aliqua res signatur esse sic, vel sic, q̃ sit aliqua causa, quæ eam efficiat sic, vel sic. Si autem diceret, q̃ aliqua causa naturalis significaret aliquid, quod non posset efficere, esset illa falsa significatio, quia nõ sic se habet in rebus causantibus, & causatis sicut in ipso significante, quod impossibile est, quia natura fallum non efficit, sed solũ intellectus noster illud confingit. Et si dicas hoc non est necessarium, qa poterit somniũ causari ab vno agente, quod aliquid vltra non possit facere, & tñ significabit id, quod per aliam causam potentiorem effici potest, & tunc non stabit ista distinctio. Rñdetur hoc esse falsum, quia si essent istæ duæ causæ distinctæ, & vna significaret id, quod p aliam effici debebat, quæritur an illæ causæ essent distinctę, & cõnexæ, & subordinatę, aut non essent subordinatę. Si aũt causæ istæ non essent subordinatę & connexę, possibile erat vnam earum significare, qđ per alteram effici debebat, immo includit ꝺdictionem, quia significare fundatur super esse. Necesse est ergo, q̃ si vna hẽt cũ altera ꝓnexionem in signando, quod ẽt habeat in effi ciendo. Si aũt istæ duę causæ distinctę sic habent se, q̃ vna est connexa alteri, & subordinata ei, necesse est, q̃ quicquid p vnam efficitur, per alteram efficiatur, cum sic se habeat ordo causarum, q̃ magis vles influant in effectum vltimatum, & in cãs inferiores minus vles; & deinde alię minus vniuersales, & ꝛmediatę influunt in effectum, & in causas minus vniuersales, & sic ꝓcedendo, donec deueniatur ad infimam causam, q̃ solũ influit in effectum, qui sibi immediatus est, & non in aliquã aliam causam. Et ista est ratio, quare in generationibus vniuocis, vel actionibus, causa vltima assimilet sibi passum, vel effectum f̃m speciem, vt in generatione hominis, licèt oẽs causæ superiores influant ad eius generationem, & licèt magis agant q̃ ipse homo f̃m primam regulam libri de causis, s. omnis causa prima, magis influit in suum effectum q̃ causa secundaria. Tñ homo particularis causa existens assimilat sibi genitum, & nõ aliqua de causis superioribus. Quod autem sit talis subordinatio causarum, & q̃ quicquid agit vna, agat alia, satis patet p Philosophũ in 2. Phys. scilicet Sol, & homo generant hominem, & in 7. Phys. de hoc latius habetur Exod. 23. capit. & ibi vide. Necesse est ergo, quòd si detur causa imprimens somnium, subordinata causę, quæ efficere debet id, quod per somnium significatur, vtramque concausare ad

Qũo cognoscant somnia aliquid signi ficantia.

Cap. 7.

Tex. 36.

effectum significatum per somnium. vnde datur regula vniuersaliter, quòd nulla res naturalis est, quæ signet aliquid, quod ipsa, vel totaliter, vel secundum partem efficere non possit.

Dicetur ergo, vt supra incepimus, quòd si res causans somnium, nihil vltra somnium efficere potest, non est danda aliqua signatio somnij, sicut perturbatio phantasię non potest habere aliam actionem realem, nisi ipsam inuolutionem specierum, in quibus causatur somnium. Ergo si causetur somnium ex perturbatione phantasiæ exinanitæ, vel alias, non potest illud somnium aliquid significare; & ista talia somnia vocantur vana propriè, quia vanum est, quod finem non habet, vel finem non assequetur, & de ijs propriè loquebatur Salomon Eccles. c. 5. Vbi plurima somnia, ibi plurimæ vanitates. Sic etiam si aliquis in vigilia valde quid timuit, in somnijs continget circa talia cum versari, scilicet, quòd somniet se mori, vel iugulari, vel alias in magna pericula incidere, & quia ille timor præcedens directè non habebat alium effectum, nisi turbationem phantasiæ, talia somnia significare nihil possunt, & stultum valde esset in talibus quærere interpretem, & communiter talia sunt omnia, in quibus communiter versamur. Si autem somnia sint ab aliqua causa potente aliqd efficere præter ipsum somnium, tunc ibi significatio aliqua est, & istud significabit somnium, quod res, a qua causatū est, efficere potest. & ideo quando somnia sunt a Deo, vel a rebus naturaliter agentibus, vt a corporibus cœlestibus (quia ista agẽtia aliquid præter somnium efficere possunt) ista somnia habebunt aliquam significationem.

Quo cognoscẽtur somnia qñ sũt a Deo, & qñ a natura, vel ab alijs causis.

Sed adhuc dices, quomodo cognoscetur vtrũ somnia nobis aduenientia sint a Deo, vel natura, vel alias. Non potest certissima regula dari, quia contingit eadẽ somnia esse a Deo, & ab alijs causis, quia maior causa potest semper idem quod minor. Recurrẽdum est ergo ad ipsius somniantis rectum iudicium, qui bene suam nouerit habitudinem, scilicet, vtrum in eo præcessisset ebrietas, vel timor, aut aliqua occupatio, vel affectio, circa res somniatas, quia tunc istud somnium poterat ab ipsis exterioribus rebus euenire, prout retinentur in phantasia, & tunc talia somnia, nihil signat, cum species retentæ in phantasia solam habent actionem spiritualem, scilicet immutare per somnia, & inclinare hominem ad diuersos affectus, exterius autem nullam realem actionem habent. Et sic est in amatoribus, qui propter nimias affectiones, & species amabilium eis fortiter immanentes, per noctem sola phãtasiatione versantur circa ea, quę per diem concupiscebant, ideo somnia amantium nulla sunt, cum nihil signare possint, & ob hoc Virgilius in Bucolicis, Eclo ga octaua, vocat somnia amatorum fictiones, dicens:

Credimus, an qui amant ipsi sibi somnia fingunt.

Et sic potest considerare homo de alijs dispositionibus, quas habebat antequam iret dormitum, & somniaret. Nam per hęc potest verisimiliter conijcere, vn de sibi somnia insurgant, licèt in quibusdam somnijs satis pateat, quòd non sunt a Deo, quia in se ipsis vilescunt. Secundum autem, quod supra diximus ad hoc quòd alicuius somnij interpretatio quæri deberet, oportet, quòd habeat aliquam certitudinẽ. Licèt enim somnium aliquid significet, si tamen causa effectiua significati non habet magnam determinationẽ ad suũ effectum, sed vt frequenter, vel quasi ad vtrumlibet, tunc non oportet, inquirere determinationem somniorum in talibus. Patet autem, quia quædam causæ naturales sunt, quæ non multam habent determinationem ad suum effectum. Est autem circa hoc aduertendum, quòd licèt Aristoteles dicat in fine primi Ethicorum, factis autem paulisper trãsmutationibus meliora fiunt phantasmata studiosi, idest, quòd somnia virorum bonorum sunt meliora somnijs vitiosorum, & stultorum, tũ somnia stultorum, & insipiẽtiũ maiorem certitudinem, & significationem habent q̃ somnia virorum sapientium, & sensatorũ. Sicut enim dicit Philosophus in libro 1. De bona fortuna, vbi multus intellectus pauca fortuna, vbi autem paucus intellectus, ibi multa fortuna. Conformiter ait in 3. lib. de somno, in quo tractat de diuinatione, quæ fit in somnijs, dicit, quòd sapientes proprium motum habent, idest motum secundum sapientiam, idest paucos motus extrinsecos percipiunt. Stulti autem & insipiẽtes, quia proprios motus non habent, cum deserta sit eorum phãtasia, & intelligentes multos motus extrinsecos recipiunt, s. a rebus naturalibus. Quandocunq; ergo mouetur phantasia sapientis per somnum, mouẽtur, quæ in ipsa reuinentur, s. cogitando per somnum de ijs circa quæ in die versatus est. Et quia cogitatio p̃cedens in vigilia, non habet aliquam causalitatem, nisi ad motum phantasiæ: ideo somnia sapientum sunt aliquid pure causatum, & nõ sunt signa. Stulti autem vel insipientes habentes vacuam phantasiã, recipiunt species, vel mutantur in eis fm influentiam rerum naturalium, & quia res naturales sunt causatiuæ alicuius effectus vltra ipsum somnium, ideo illa insipientum somnia significationem habent, & aliquam certitudinem. Sic etiam patet, quia licèt homines præcellant omnia animalia quantum ad tactum, vt patet in 2. de Anima, tamen quædam animalia, vt cornices sentiũt fm tactum temporum mutationes quantum ad pluuias, quia ante pluuiam clamãt, vt ait Isidorus 12. Etymolog. homines autem non sentiunt aliquid horum, maximè in vigilia, in qua nullum somnium contingere potest propter occupationem phãtasiæ circa actus ratiocinatiuos. Et ideo licet corpora cęlestia illo tẽpore vigiliæ, magis influant in nos quàm in cornices, vel alia animalia, tamen nõ percipimus, vt ait Arist. 3. De somnio & vigilia. Ad maiorem autem euidentiam, adhuc considerandum est, q̃ somnia illa interpretari licet, quæ habent aliquam causam, ad quam habent necessariam, vel quasi necessariam connexionem naturalem, vel voluntariam potentem res ad esse, vel nõ esse necessitare, quę connexio aliquo modo possit esse nobis nota. Si aũt aliqua somnia sint, quę sic non habeant, nec interpretari, nec assentire eis licet. Et scien dum pro hoc, q̃ causa somniorum in generali est duplex, quędam extrinseca, quædam intrinseca. Intrinsęca aũt est duplex, quædam est casualis motus phantasmatum sic, vel sic, & ex hoc motu causatur quædã cõplexio, quasi propositio signans aliquid sic esse, vel cõtrario modo. Et sic communiter aliqui somniant ea, circa quæ per diem versati sunt, & ista non sunt signa, sed signata, nisi valde per accidens. In istis autem pdicere, vel iudicare aliquid valde est vanũ & illicitum, quia talia non signant quicquam, & si cõtingeret forte aliquid significare, non oporteret ad illud attẽdere, quia causa per accidens non facit certum iudiciũ. Et de ijs dr̃ in Catone. Somnia ne cures. alia cã intrinseca somniorũ est corporis dispositio, qula phãtasmata fortmantur interdum fm conuenientiam cplexionis, vel actualis dispõnis. Sicut illi qui sunt phlegmatici, siue cplexionis frigidæ, somniant se interdum per niuem, aũt aquam, vel glaciem portari. Sic ẽt de colericis, & sanguineis conformiter ad suas complexiones. Melãcolici sunt qui frequentius somniãt, & certissimè causa est, quia sunt propter mordacitatem complexionis ad interiorem motum veloces, vt ait Philosophus 3. de Somno & vigilia. Et iõ dicit Philosophus in eodẽ lib. q̃ gratiosi Medicorum dicunt ad somnia oportere attendere, quia ista multũ in patiente demonstrãt.

Sic

Sic enim ait Commentator, quòd quidam laborãs in egritudine somniauit sibi infundi in gutturę multam picem, & sequenti die euomuit coleram nigrã in magna quantitate. In istis autem, quia causa naturalis est effectus sequitur naturaliter: ideo non est illicitum iudicare, licèt aliquando sequatur error, quia etiam natura errat aliquando in valde particularibus, licèt raro. Sic enim ait Philosophus lib. 1. de Histor. Animalium, c. 15. quòd natura vult semper facere sinistram debiliorẽ dextra, sed aliquãdo cõtingit ambi dextros fieri, idest, quod ambæ manus sint æqualiter valentes, & æqualiter agiles, & hoc consulebat Plato inducere per exercitationem, scilicet, q̃ efficerentur homines ambidextri, vt patet in fine secundi Politico. Causa extrinseca somniorum est duplex quædam est corporalis, quædam spiritualis: corporalis est cęlum, & elemẽtaris natura, quæ in nos continuè influunt secũdum suam conditionem, & sic influunt in omnia entia naturalia corporalia, vt in plantas. In mineralia, & in animalia bruta. Sic etiam influunt in phantasiam nostrã, quia licèt virtus phantastica non sit corpus, nec pars corporis, est tamẽ aliqua virtus in corpore alligata specialiter alicui organo corporis, & quia illud organum est pars corporis habens certam complexionem, quã ipsa virtus phãtastica, quæ ibi est imitatur, necesse est, phantasiam moueri a naturalibus agentibus in ea aliquid imprimentibus. Causant ergo naturalia agentia in phantasiam nostram aliqua phantasmata conformia temporis qualitati, & secundum hoc possunt fieri diuersa somnia in diuersis temporibus, secundum diuersas temporis qualitates. Ista tamen operatio corporum cœlestium in phantasia non percipitur in vigilia propter motus frequentes virtutis ratiocinatiuę, q̃bus intenta est virtus phantastica. In somnio aũt cum sit quies virtutum animalium, & rationalium, & intẽdantur naturales, magis ista percipimus, vt ait Philosophus in secundo de Somno & vigilia. Super intellectum vero ista naturalia agentia potestatem non habẽt, quia intellectus nec est corpus, nec pars corporis, nec virtus alligata determinatę parti corporis, immo nec toti corpori, licèt in corpore sit, licèt ipsa anima rationalis, cuius pars est ipsa voluntas, & memoria, vnita sit corpori realiter. Quia corpus vegetat, & viuificat, & intra ipsum corpus intelligit, tamen quantum ad ipsam vim intellectiuam nullam habet specialem colligationem. ex qua veritate commentator Auerroys habuit occasionem errãdi, dicens non esse tot intellectus, quot sunt homines, sed vnum & eundem numero intellectum esse in omnibus hominibus, qui eis vnitur secundum phantasiam. Causa autem extrinseca somniorum spiritualis est duplex. s. Deus, aut dæmon. Deus enim interdum per se, interdum per Angelos bonos mutat phantasiam nostram imprimẽdo ei nouas rerum species ad concipiendũ aliqua noua, vel species antiquas aliter ordinando, vt aliquid significarent, q̃ ante nullo modo significabant. Sed vt cõmuniter ista somnia fiunt per Angelos sibi ministrãtes ad salutem istorum inferiorum, vt patet ad Hebr. 1. c. q̃ autẽ Deus per se ipsum in ijs inferioribus operaretur esset mutare, quasi naturam, sicut si Deus faceret, q̃ ignis non combureret combustibilia, sed ipse Deus per se sine igne adiuncto combureret. Istę autẽ mutationes rarissimè fiunt etiam in corporalibus, & tunc propter aliquam causam valde specialem, vt nos instruamur, & Dei potentiam admiremur. In spiritualibus autem dato, q̃ mutaretur ille ordo, s. q̃ Deus p se ipsum operaretur, nos non cognoscemus, & sic inutiliter fieret talis mutatio, q̃ non est concedendum, quia Deus, & natura nihil faciunt frustra, vt colligitur ex 1. c. primi Politic. Exemplum huius habetur supra 31. c. vbi dicitur de somnio Iacob, quando vidit ascendentes arietes varios, & maculosos super oues, quia dicitur ibi, q̃ Angelus demonstrauit ei hoc. Et iste modus somniorum contingit dupliciter, quia aliquando vni mittitur ipsum somnium, & non datur intelligentia. Sicuti fuit in Pharaone, & in Eunuchis suis, s. pincerna, & pistore, quia licet isti habuerint a Deo somnium non tamen inrerpretationem, vt patet hic, & c. sequ. Alij solum datur interpretatio somnij, & nõ ipsum somniũ, & sic fuit de Ioseph, q̃ ista nõ somniauit, sed interpretatus est. Sic etiam est de Daniele, & Nabuchodonosor, & Balthasar. Quia Nabuchodonosor somniauit, & non intellexit: vt patet Daniel. 2. & 4. c. Daniel autem interpretatus est. Et Balthasar vidit visionem, & non intellexit, sed Daniel; licet factum Balthasar nõ ad somnium, sed ad vigiliam pertineat. Est tamen aliquo mõ simile huic. Isti vero, qui somniant, & non intelligunt, licèt talia somnia a Deo mittãtur non sunt Prophetæ, sed illi sunt Prophetæ, qui ea interpretantur, quia intelligentia opus est in visione, vt patet Daniel. 10. c. id est necessaria est intelligentia rei visę in somnijs ad hoc, q̃ videns dicatur Propheta. In istis autem somnijs licitum est interpretari, quia talia somnia inuariabilem virtutem habent cum ex Deo sint. Sed non est hoc licitum cuilibet interpretari, sed solum illis quibus a Deo datum est. Et isti qui talia interpretantur Prophetæ sunt, quia sine naturali cognitione non fit. Et sic dicitur Num. 12. c. Si quis fuerit inter vos Propheta in visione apparebo ei, aut per somnium loquar ad illum. Causa extrinseca spiritualis est dęmon, q̃ etiã somnia in nobis causat, quæ vocantur dęmonum illusiones, vt ait Gregorius. 4. Dialogorũ. Et isti etiam per nocturnam visionem a dæmonibus immutantur in phantasia, sicut patet de adorantibus Phœbum in Delpho insula vna de Cicladibus, vbi maximum eius templum est, quia ibi virgo, quæ erat sacerdos Phębi, cum intraret in antrũ Phębi replebatur a Phębo, deinde dormiebat, & post somnia dicebat, vel cũ repleretur a Phębo furebat, & sic nihil intelligens veritates alijs declarabat. Alij autem assumebant folia lauri, quæ tripodes vocantur, & reperiũtur in illa insula specialiter, & illas apponebant sub capitibus, & tunc in somnijs responsum eorum, quæ volebant accipiebant. De ijs tangit Lucanus in tertio de bello Iulij Cæsaris, & Pompei, & aliqualiter in fine primi. In ijs autem somnijs superuacuum est prænosticare, sed solę artes dæmonum, quas malefici nouerunt hoc prænosticant ex pactis occultis, vel manifestis, quæ cum dæmonibus habent. Hæc autem licèt plena veritate constent nimis vniuersaliter dicta sunt. Iudicare autem quæ somnia eueniant ex casuali motu phantasmatum, quæ ex corporis complexionali dispositione, quæ ex Deo, vel dæmonibus, nimius labor est, nec credo in ijs perfectam posse dari regulam, quia contingit ea infinitis modis verti.

Mod⁹ iste somniorũ dupliciter contingit.

Cã extrinseca somniorum duplex.

Cã extrinseca spiritualis.

Caute ergo vtendum est somniorum interpretatione, vt non nisi a deuotissimis hominibus talium interpretationes quæramus, ab ijs etiam nimium abstinendo, ne magnus error intercidat iudicanti. Vnde licèt quibusdam, vt supradictum est assentire possimus, & interpretationem quærere, ad pericula deuitanda securius esset, nullius somnij interpretationem requirere.

Nunc ad argumentum, quod supra fiebat, scilicet, quòd nemo sit, qui obseruet somnia. Respondetur, quòd obseruare somnia aliquo modo licitum est, aliquo modo illicitum, vt supra determinatum est. illic autem solum prohibemur obseruare somnia superstitiosa, vel somnijs etiam naturalibus in suis interpretationibus magnam fidem adhibere.

Ioseph postquam interpretatus est Pharaonis somnia de bobus, & spicis, Aegypto toti præficitur; deinde accepta vxore Aseneth filios duos suscipit.

Cap. XLI.

POST duos annos vidit Pharao somnium. Putabat se stare super fluuium, de quo ascendebant septem boues pulchræ, & crassæ nimis, & pascebantur in locis paluſtribus. Aliæ quoque septem emergebant de flumine, fœdæ confectæque macie, & pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virentibus, deouraueruntque eas, quarum mira species, & habitudo corporum erat. Expergefactus Pharao, rursum dormiuit, & vidit alterum somnium: septem spicæ pullulabant in culmo vno plenæ, atque formosæ: aliæ quoque totidem spicæ tenues, & percussę vredine oriebantur, deuorantes omnem priorum pulchritudinem. Euigilans Pharao post quietem, & facto mane, pauore perterritus, misit ad omnes coniectores Aegypti, cunctosque sapientes, & accersitis narrauit somnium, nec erat, qui interpretaretur. Tunc demum reminiscens magister pincernarum, ait: Confiteor peccatum meum. iratus rex seruis suis, me & magistrum pistorum retrudi iussit in carcere principis militum, vbi vna nocte vterque vidimus somnium præsagium futurorum. Erat ibi puer Hebræus, eiusdem ducis militum famulus: cui narrantes somnia, audiuimus quidquid postea rei probauit euentus. Ego enim redditus sum officio meo; & ille suspensus est in cruce. Protinus ad regis imperium eductum de carcere Ioseph totonderunt: ac veste mutata, obtulerunt ei. Cui ille ait: Vidi somnia, nec est qui edisserat; audiuique te sapientissimè conijcere. Respondit Ioseph: Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni. Narrauit ergo Pharao quod viderat: Putabam me stare super ripam fluminis, & septem boues de amne conscendere, pulchras nimis, & obesis carnibus, quæ in pastu paludis uireta carpebant. Et ecce has sequebantur aliæ septem boues intantum deformes, & macilentæ, vt nunquam tales in terra Aegypti viderim: quæ deuoratis & consumptis prioribus, nullum saturitatis dedere vestigium: sed simili macie, & squallore torpebant. Euigilans rursus sopore depressus, vidi somnium: Septem spicæ pullulabant in culmo vno plenę atque pulcherrimæ. Aliæ quoque septem tenues, & percussæ vredine, oriebantur è stipula, quæ priorum pulchritudinem deuorauerunt. Narraui coniectoribus somnium, & nemo est qui ediſſerat. Respondit Ioseph: Somnium regis vnum est: quæ facturus est Deus, ostendit Pharaoni. Septem boues pulchrę, & septem spicę plenę, septem vbertatis anni sunt: eandemque vim somnij comprehendunt. Septem quoque boues tenues, atque macilentæ, quæ ascenderunt post eas, & septem spicæ tenues, & vento vrente percussę, septem anni venturę sunt famis, qui hoc ordine complebuntur: Ecce septem anni venient fertilitatis magnę in vniuersa terra Aegypti, quos sequentur septem anni alij tantæ sterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia: consumptura est enim fames omnem terram, & vbertatis magnitudinem perditura est inopię magnitudo. Quod autem vidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est, eo quòd fiat sermo Dei, & velocius impleatur. Nunc ergo prouideat rex virum sapientem, & industrium, & præficiat eum terræ Aegypti, qui constituat præpositos per cunctas regiones, & quintam partem fructuum, per septem annos fertilitatis, qui iam nunc futuri sunt, congreget in horrea, & omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur, seruetur que in vrbibus, & præparetur futuræ septem annorum fami, quæ oppressura est Ægyptum, & non consumetur terra inopia. Placuit Pharaoni consilium, & cunctis ministris eius. Locutusque est ad eos: Num inuenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Ioseph: Quia ostendit tibi Deus omnia, quæ locutus es, nunquid sapientiorem, & consimilem tui inuenire potero? Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperiū cunctus populus obediet: vno tantum regni solio te præcedam. Dixitque rursus Pharao ad Ioseph: Ecce, constitui te super vniuersam terram Aegypti. Tulitq; annulum de manu sua, & dedit eū in manu eius, vestiuitq; eum stola byssina,

byssina, & collo torquem auream circumposuit: fecit eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, vt omnes coram eo genuflecterent, & præpositum esse scirent vniuersæ terræ Aegypti. Dixit quoq; rex Aegypti ad Ioseph: Ego sum Pharao: absque tuo imperio non mouebit quisquā manum, aut pedem in omni terra Aegypti. Vertitque nomen eius, & vocauit eum lingua Aegyptiaca saluatorem mundi: Deditque illi vxorem Aseneth filiam Putipharis sacerdotis Heliopoleos. Egressus est, itaq; Ioseph ad terram Aegypti, triginta annorum erat, quando steterit in conspectu regis Pharaonis, & circumiuit omnes regiones Aegypti. Venitque fertilitas septem annorum, & in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Aegypti. Omnis etiam frugum abundantia in singulis vrbibus condita est. Tantaque fuit abundantia tritici, ut arenę maris coæquaretur, & copia mensuram excederet. Nati sunt autem Ioseph filij duo antequam veniret fames: quos peperit ei Aseneth filia Putipharis sacerdotis Heliopoleos. Vocauitque nomen primogeniti Manasses dicens: Obliuisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei. Nomen quoque secundi appellauit Ephraim, dicens: Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. Igitur transactis septem vbertatis annis, qui fuerant in Aegypto, cęperunt venire septem anni inopiæ, quos prædixerat Ioseph, & in vniuerso orbe fames præualuit, in cuncta autem terra Aegypti panis erat. Qua esuriente clamauit populus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille respondit: Ite ad Ioseph, & quicquid ipse vobis dixerit, facite. Crescebat autem quotidie fames in omni terra, aperuitque Ioseph vniuersa horrea, & vendebat Aegyptijs: nam & illos oppresserat fames. Omnesque prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent escas, & malum inopiæ temperarent.

POST *duos*. Descripta Ioseph diuturna incarceratione, hic agitur de eius nimia exaltatione: & hoc fuit, quia apparuit valde sapiens in somniorum declaratione: & diuiditur in tres partes, quia primo ponitur eius sapientiæ declaratio: secundo ipsius exaltatio, ibi. *Placuit Pharaoni*. Tertio interpretationis suæ impletio ibi. *Venitque fertilitas*. Sapientia autem duplex demonstratur hic vna quę ad speculatiuum intellectum pertinet in cognitione veritatum futurarum, quantum ad interpretationē somniorum: alia in ordinatione rerum gerendarum, quia sapientis est ordinare, & ista pertinet ad intellectum practicum, scilicet ad prudentiam de ista, ibi. *Nunc ergo*. Circa primum. *Post duos annos*. Isti duo anni cōputantur a tempore immediato superiori, scilicet a restitutione magistri pincernarum, & suspensione pistoris. Moratus fuit tāto tempore Ioseph in carcere post restitutionem magistri pincernarum, quia vt dicunt Iudæi, Ioseph nimis confidit in humano adiutorio, iō Deus permisit eum ad tempus pati. *Vidit Pharao somnium*. Ideſt vidit per somnium aliquas visiones, vel phantasmata. *Putabat se stare super fluuium*. Rectè loquitur, quia non stabat realiter super fluuium, sed secundum apparentiam visionis in somnio apparebat esse super fluuium, nec intelligas, q̄ Pharao per somnium putaret se esse super fluuium, ideſt super aquā: sed putabat se stare super fluuium, ideſt in aliquo colle eminente ipsi fluuio, vel in aliquo palatio, cuius situs esset altus, & in littore fluminis, sicut sunt multa palatia dominorum, & isto modo loquitur scriptura, cum dicit Psalm. 23. quòd terra est fundata super maria, & super flumina, scilicet quantum ad partes eminētes. Iste fluuius, de quo hic dicitur est Nilus vnus de quatuor fluminibus paradisi, & irrigat planiora Aegypti, de quo multa diximus supra 26. ca. & supra 2. cap. *De quo ascendebant*. Ideſt videbantur ascendere, & dicitur, quòd ascendebant, quia flumen semper est in locis humilioribus terrę cum aqua semper labatur ad prona. *Pulchræ*. Quantum ad apparentiam, & figuram &. *Crassę nimis*. Quantum ad corpulentiam. Quid autem ista significent infra habetur, scilicet septem annos fertilitatis magnæ. *Et pascebantur in locis paluſtribus*. Ideſt in locis aquaticis, vbi sunt paludes, quia ibi sunt magnæ herbæ, & multæ aquæ, quibus indigent pecora. *Aliæ quoque septem*. Post istas. *Emergebant de flumine*. Emergere proprie de flumine est de aqua emergere, sed istę non emergebāt de ipsa aqua, sed magis de aliquibus frutetis, vel locis humilibus circa aquam, ita quòd viderentur exire de aqua. *Fœdæ*. Quantum ad figuram, & incessum, quia tarde mouebantur ex debilitate. *Et confectæ macie*. Ideſt debilitatę per macredinem. *Et pascebantur in ipsa amnis ripa*. Ideſt in ripa flumins, & non dicitur sic de alijs, scilicet, quòd pascerentur in ripa fluminis. Et notanter sic dicitur, quia in septem annis, quibus sterilitas durauit, non erāt pascua, nisi circa fluuium. In alijs autem annis erant in tota Aegypto. Et ratio est, quia vt declarauimus latius supra 26. c. in Aegypto, nunquam potest esse sterilitas, nisi ex defectu Nili, quando modicum crescit, quia in illa terra non sunt pluuiæ nutrientes segetes, vt patet Deuteronom. 11. sed per duas inundationes, quas facit Nilus tota terra humectatur, & segetes vsque ad maturitatem deducit. Quādo ergo Nilus multum exundat impediūtur agricolæ, ne possint terram colere, & sic per accidens sequitur sterilitas. Etiā quando modicum inūdat, sequitur fames necessario, cum nullus imber in terra illa sit, & secundum minorem inundationem terra magis sterilis est; quando autem medio modo exundat terra fertilis est, quia nec humiditas deficit, nec tempora debita colendi impedit. Est autem maior inundatio in Nilo 22. cubitorum, mediocris vero est 16. deinde quantumcunque minoratur, nociuum valde est. Et quia ista sterilitas septē annorum fuit propter defectum inundationis Nili, ideo aqua eius cum modicum, vel nihil exūdaret, solū erat herba apud ripam fluminis, & ibi pascebantur animalia, quæ conseruari poterant. Tpe aūt fertilitatis, quod signat per septem vaccas pingues, nō dicebantur vaccæ pasci in ripa fluminis, sed in locis paluſtribus, quasi

Duplex sapientia.

Sapientiæ Ioſephi declaratio.

Emergere quid.

Vnde in Aegypto oriatur sterilitas.

vbique essent paludes ex congruenti inundatione nili. *In locis virentibus.* Quia adhuc tempore magnæ sterilitatis loca, quæ erant coniuncta aquæ, scilicet in ripa fluminis, virentia erant. *Devoraverunt que eas, quarum mira species, & habitudo corporis erat.* Ideſt videbatur, q̃ septem vaccæ macilentæ deuorabant septem, quæ erant pingues, quia anni septem sterilitatis deuorauerunt totam priorem fertilitatem. *Quarum mira species.* Ideſt figura, quantum ad pulchritudinem. *Et habitudo corporis.* Scilicet crassedo corporis erat. *Expergefactus Pharao.* Hoc fuit propter duo. Primo, vt non viderentur ambo illa somnia ex indispositione phantasiæ processisse, quia post quam experrectus fuisset, si aliqua mutatio phantasiæ erat, periret. Et sic licèt fortè vellemus dicere vnum esse ex phantasia fortè sic indisposita, tamen non poterat, idem dici de secundo.

Item vt Pharao recordaretur somnij sui, quando euigilaret, & non obliuisceretur prioris per secũdum aduenientis. *Rursum dormiuit.* Cõmendato memoriæ primo somnio. *Et vidit alterum somnium.* Quod erat alterum quantum ad tempus, & apparitionem. Sed nõ quantum ad significationem, quia eadem significatio erat in vtroque, vt supra dixit Ioseph ipsi Pharaoni. *Septem spicæ pullulabant.* Ideſt nascebantur. *In culmo vno.* Ideſt in vno calamo, siue cãna, & hoc signum magnæ fertilitatis erat, quòd septem spicæ nascerentur, quia communiter non nascitur in vno culmo, nisi vna spica. *Plenę.* Scilicet, quòd ipsę spicę & folliculi erant repleti substantia panis. *Atque formosæ.* Quia aspectus erat eorum valde gratus. *Alię quoque totidem spicę tenues.* Istę etiam signant septem annos vbertatis, & sterilitatis, & licèt causa duplicationis huius somnij infra ponatur, scilicet ad maiorem certitudinem, & velocitatem implerionis, tamen adhuc ponebantur ista duo somnia, scilicet vnum in vaccis, & aliud in spicis, quia in septem annis vbertatis, non solum fuit vbertas in frugibus, sed etiam in fœtibus pecorum, & in septem annis sterilitatis non solum fuit sterilitas in frugibus, sed etiam in fœtibus animalium, licèt de animalibus non erat tanta cura, tunc Aegyptijs. Quia Aegyptij in illo tempore, & post per magnum tempus non comedebant carnes, sed adorabant ipsa animalia. De primo patet infra 46.cap. in fine. scilicet detestantur Aegyptij omnes pastores ouium. Si autem ipsi comederent oues, non detestarentur pastores earum: habebat tamen Pharao aliquos pastores, vt patet infra 47.capit. vbi dixit Pharao Ioseph. Si videris inter fratres tuos viros industrios, constitue eos magistros pecorum meorum. Ista tamen pecora non erant ad esum carnium, sed ad vsum lanarum, & pellium, & lacticinij, quod non modicam partem vitæ monstrauit. De secundo, scilicet, quòd Aegyptij colerent ista pecora, vt Deos, patet Exod. 8. cap. vbi dicebat Moyses Pharaoni, vt permitteret eos sacrificare in desertũ itinere dierum trium, cui respondit Pharao: sacrificate domino Deo vestro in terra hac. Ad quem Moyses inquit: non potest ita fieri. Nunquid abominationes Aegyptiorum sacrificabimus domino Deo nostro? quòd si mactauerimus animalia, quæ colunt Aegyptij, coram ipsis lapidibus nos obruent. *Totidem spicæ.* Quia tot erant anni sterilitatis, sicut fertilitatis. *Percussę vredine.* Ideſt vento vrente. Vrebantur in principio germinationis spicæ, & rore noxio perfundebantur. Et sic licet postea folliculi, & spicę crescerent, tamen ipsa grana continentia mollissimam substantiam panis vrebantur, ita quòd nullo modo crescerẽt. *Devorantes omnem pulchritudinem priorum.* Ideſt, quòd considerata sterilitate istarum septem spicarum percussarum, nihil videbatur pulchritudo priorum spicarum pulchrarum, & plenarum. *Evigilans Pharao post quietem.* Non dicitur quies, ita quòd Pharao tunc multum quiesceret, quia vt immediatè subiungitur perterritus erat, sed vocatur quies ipse somnus. Sic enim distinguunt Philosophi: Somnus est quies virtutum animalium cum intensione naturalium, vt patet in secundo de somno, & vigilia. Et sic euigilauit Pharao post quietem, ideſt post somnium. *Et facto mane.* Licèt de nocte euigilauerit post secundum somnium, tamen non fecit vocari immediatè cõiectores vsque ad diẽ. *Pauore perterritus.* Quia putauit illud somnium alicuius magni mali superuenturi regno suo signum esse. *Misit ad coniectores, qui erant in tota Aegypto.* Dicuntur cõiectores somniorum interpretatores, & vocantur coniectores propriè a coniciendo, ideſt iudicando per coniecturas, quia isti, qui somnia interpretantur, non sequuntur aliquam certitudinẽ, sed quasdam præsumptiones leues, nisi fortè a Deo interpretationem habeant, & tunc illi non vocantur propriè coniectores, sed Prophetæ. *Cunctosque sapientes.* Ideſt etiam ad omnes alios, qui erant sapientes in naturalibus, vel in Astrologicis siue Geometricis, licet coniectores non essent, vt ab omnibus somnia melius interpretarentur. Erant autem tunc multi sapientes in Aegypto, quia Abraham docuerat eos in Astrologia, cũ descenderat in Aegyptum, vt patet supra 12.cap. Aristot. autem dicit primo Metaphys. quòd propter nimium admirari sacerdotes in Aegypto incęperũt prophetari. Et idem vult Seneca in libris de naturalibus Quæstionibus. Quomodocunque sit satis patet, quòd ibi fuit, quasi principium omnium scientiarum, maximè Astrologiæ, & Geometriæ. Astrologię quidem, quia cum terra illa fit carẽs Metheorologicis impressionibus turbantibus aerem, claro lumine cursus sideros contemplabantur. Maximè quia sacerdotes Aegypti, qui valde abstinentes erant, omni negotio carentes soli contemplationi Astrologicæ, & naturali vacabant. Etiam Geometriæ, quia vt ait Isidorus Etymolog. libro 3. nam semel Nilo vltra soliti cursus alueum profluente confusisque limitibus prædiorum agrum ab agro prius per lineas diuiserunt, inde principium ad alia Geometrica datum est. In hac terra primum studium generale vniuersi, scilicet, Memphis ciuitas fuit, in qua sapientissimi sacerdotes Aegypti manebant. Ideo Pythagoras volens famosam Aegyptiorum addiscere disciplinam, adijt Memphiticos vates, vt dicit Hieronymus in epistola ad Paulinum, capit. 1. & ibidem diximus multa de eo secundum Valerium, & alios.

Plato etiam famosus vir, vt Geometriam, & Astrologiam perfectè comprehenderet, Aegyptum peragrauit, vt ait Hieronymus, vbi supra. Durauit autem studium Memphiticũ per valde multos annos. Quia adhuc tempore Alexandri Macedonis durabat. Fuit namque in adiutorium Darij contra ipsum Zoroas Memphiticus, qui in Astrologia, & Geometria, tunc temporis opinatissimus habebatur. De quo Gualterus Alexandreidis libro 3.

Post studia Aegypti multiplicata ad Athenienſ. in Græcia, in Achaia prouincia sapientia dilatata fuit, deinde per totum orbem successiuè. *Et accersitis.* Ideſt vocatis. *Narravit somnium.* Homines temporis illius dediti idolatriæ omnibus superstitionibus studebant, vnde somniorum interpretationem, tanquam aliud sacramentum habebant. *Nec erat qui interpretaretur.* ſ. satisfaciendo voluntati regis. Nam vt Hebræi dicunt dabant multas interpretationes friuolas, ſ. q̃ rex de propinquo septem de filiabus suis sepeliret. Et aliæ septem ei nascerentur. Sed ista nõ vibebantur cohærere directè, nec poterat aliquo mõ cõtentari Pharao, & hoc mõ faciebat Deus, vt Ioseph vocaretur ad interpretandum. *Tunc demum.* Hic ponitur per quem fuit introductus Ioseph ad interpretandum somnia Pharaonis. *Tunc demum.* Ideſt finaliter. *Reminiscens Pincernarum magister.* Hactenus non fuerat memor veniẽtibus prosperis, vt patet præced. cap. Sed quia nunc vidit esse necessitatem interpretum recogitans intra se recordatus fuit interpretis sui Ioseph. *Confiteor peccatum meum.* Satis erat graue peccatum, & dura species ingratitudinis, vt vult Seneca tanti beneficij accepti obliuisci, & præposuit istud præambulum princeps Pincernarum propter duo, primo, vt seipsum accusando excusaret, quia si ipse non se accusasset de illa ingratitudine, & retulisset tantum beneficium interpretationis quantum receperat à Ioseph, alij eum ingratitudinis accusarent, vt ergo alij non accusarent ipse seipsum accusauit: secundo quia volebat Princeps Pincernarum introducere Ioseph ad interpretandum somnia Regis, & quia tenebatur in carcere, necesse erat ad educendum eum inde enarrare gesta somniorum in carcere, & modum incarcerationis Ioseph. *Iratus Rex seruis suis.* Licet loqueretur Princeps Pincernarum directè ad Pharaonem, tamen non loquebatur in secunda persona, quæ est propria eius, ad quem loquimur, sed in secunda, quia maior vrbanitas, & reuerentia est. Sic enim nunc loquimur regibus, & magnis viris dicentes, vestra dominatio mandauit hoc fieri; & non dicimus: vos mandauistis hoc fieri. *Iratus Rex seruis suis.* Scilicet mihi magistro Pincernarum, & magistro Pistorum. *Me & magistrum Pistorum.* Patet litera vsque ibi. *Præsagium futurorum.* Ideſt illa somnia, quę nos vidimus non erant vana, quia sic rei probauit euentus. Sed vocabantur præsagia futurorum, ideſt demonstrantia aliquid futurum. Præsagium dicitur diuinatio, vel significatio futurorum. *Erat ibi puer Hebræus.* Scilicet Ioseph, qui cognoscebatur ab omnibus esse Hebræus, vel quia fortè iste magister Pincernarum solus cognouit, cum Ioseph dixit ei se furtim ablatum de terra Hebræorũ, & vocatur puer non ætate, quia quando declarauit illa somnia Pistoris, & Pincernæ in carcere, erat annorum 28. quod patet, quia quando fuit Ioseph adductus ad interpretandum somnia Pharaonis erat annorum 30. vt patet infra in litera, sed hoc fuit duobus annis post interpretationem somniorum in carcere, ergo erat tunc annorum 28. Vocatur ergo puer. i. seruiens, quia ministrabat eis, vt patet præce. cap. & patet etiam quia immediatè dicitur. *Eiusdem ducis militum famulus.* Ideſt, q̃ ille puer Aegyptius erat famulus Principis carceris. Vel satis potest vocari puer ętate, quia licet simpliciter nõ esset puer, erat tñ puer respectu ipsorum Eunuchorũ, ſ. magistri Pincernarum, & magistri Pistorum, qui iã erant magni viri. *Audiuimus quicquid postea rei probauit euentus.* Satis pulcher modus abbreuiãdi cum omnia satis clarè dicat nihil de eis explicat. *Protinus ad Regis imperium.* Cum audiuit Pharao ita sapienter interpretari Ioseph mandauit, vt immediatè educeretur de carcere, & præsentaretur coram eo. *Eductum totonderunt.* Erat enim in carcere in habitu neglecto, & cesarie dilatata, capillis vndique crescentibus. Et si dicas q̃, quia Ioseph placuit in oculis Principis carceris, & regebãtur cuncta per manum eius, ignorante Principe carceris quid fieret, tñ confidebat in recta dispositione Ioseph. Rñdetur, q̃ licet Ioseph fuerit releuatus à vinculis speciali gratia, & quædam alia ei specialiter fierent tñ habitum incarcerati, & modum non mutauit, qa adhuc ibi ministrabat Principi carceris, & alijs incarceratis nobilibus, vt ſ. patet. *Veste mutata.* Quia nõ decebat aliquem coram Rege in habitu sordido apparere. Sic patet Esther 4. cap. quia Mardocheus non intrabat aulam regiam, cum esset indutus vestibus pertinentibus ad lamentum. *Nec est qui ediſſerat.* Ideſt perfectè declaret. *Audiui te prudentissimè coniecere.* Ideſt audiui, q̃ tu sapientissimè iudicabis de somnijs. Ecce adhuc errabat Pharao, quia Ioseph vocauit coniectorem. i. iudicantẽ per coniecturas sicut iudicabant alij sapientes humanitus, sed non erat sic, quia Ioseph Prophera erat, cũ Deus ei ista reuelaret, sicut alijs Prophetis alia reuelabat: aliter enim nõ potuisset tam certo iudicio futuros euentus comprehendere, & istum errorem habuerunt antiqui Gentilium historici, qui aliquid de hoc dixerunt. Vnde Trogus Pompeius Chronographorum omniũ maximus, & rerum gestarũ indagator curiosissimus, qui libros istoricos 40. fecit, & historiam suam à Nino Rege Assiriorum capite antiquissimo inchoauit, vt ait Augu. de ciui. Dei lib. 4. cap. 6. & Iustinus eius abbreuiator dixerunt, q̃ ante annos vrbis conditæ, ideſt antequam Roma fieret annis mille, & octo, qui sunt ante natiuitatẽ Christi anni mille septingenti quinquaginta octo, fuit apud Aegyptum insolita, & fastidiẽs rerum vbertas. Deinde dura & intolerabilis sterilitas, cui Ioseph vir sapiens diuina prouisione subuenit, de quo subdũt quòd cum iste Ioseph inter fratres suos minimus esset, quia alios ingenio, & industria excellebat, fratres timentes sibi in posterum eum mercatoribus vendiderũt, à quibus deportatus in Aegyptum cum magicam artem ibi didicisset, & soleriti ingenio eam percepisset, breui tpe Regi Aegypti valde carus fuit. Nam prodigiorum sagacissimus erat, & somniorũ primus intelligentiam condidit, ideſt artem dedit ad somnia interpretãda, nihilque ei diuinarum rerum, & humanarum incognitum fuit à Deo, vt agrorum sterilitatẽ ante multos annos, p̃spiciẽs fruges cõgregasset tãtaq; experimenta eius fuerunt, vt non ab homine, sed à Deo viderentur. In his autem isti historici Gentium licet ingenio acutissimè, & rerum gestarum solertissimi sacrarum tñ literarum ignari à veritate deuiauerunt: cuilibet enim satis patet intuenti sacras literas. Ioseph namque non arte magica, sed diuina sapientia ad quæsita rñdebat. Nam artem addiscere nefas esse putabat, quia in ea quædam dæmonum pacta fiunt, q̃ odit verissimus Dei cultor. Occasio errandi istis historicis Gentium fuit falsitas antiquorum scriptorum, à quibus ipsi rerum exordia scribere moliti sunt. Sacerdotes quippe Aegypti inuidentes laudibus veri Dei, & famæ Ioseph, & timentes cultum Idolorum suorũ aut minui, aut aboleri si planam veritatem conscriberent, in qua demonstraretur laudãdus Deus Hebrçorum, qui tanta prodigia super Pharaonem, & seruos eius, & Deos Aegyptiorum oñdit, vt patet per principia Exo. vsque ad 14. cap. Et famosus videretur Moyses, per cuius manum tanta fuissent facta mirabilia, q̃bus non immerito dijs Aegyptiorum præponendus erat; longè sanè aliter q̃ res se haberent, narrauerũt, vt infra magis disseremus. De ijs Paulus Orosius li. 1. de Ormesta mundi ab hoc loco vsq; circa finẽ huius cap. vbi tangitur historia, Aseneth, quæ fuit vno anno post ea, q̃ dicũtur hic de Ioseph, qñ stetit coram Pharaone. *Absque me respondit Deus prospera Pharaoni.* Prudentissimè rñdit hic Ioseph retellẽdo, & aliquo modo emendando dictum, & intentionem Pharaonis. Dixerat. n. supra Pharao Ioseph esse prudentissimum coniectorem. i. prudẽtissimè iudicantem per quasdã coniecturas, & regulas traditas humanitus; Ioseph autem negans hoc dixit. *Absque me respondit Deus.* Ideſt non intelligas ò Rex, q̃ ego rñdeo tibi in hac parte, quia Deus rñdebit absque me, ideſt Deus per suam sapientiam sine me, ideſt sine aliqua mea sapientia humanitus acquisita coniectandi, qualem tu putas, respondebit tibi. Et hoc erat quod Deus daret reuelationem

Diffinitio somnij.

Quid sint cõiectores somniorũ.

Cap. 1.

Cap. 16.

Aegyptij non comedebant carnes.

Quia introducit Ioseph ad interpretandum somnia Pharaonis.

Quòd Ioseph declaret somnia Pincernæ erat annos natus 28.

Primus q̃ interpretãdi somnia dedit artẽ.

Occasio errandi historicis.

Universidad de Deusto

tionem Prophetiam Ioseph, per quã declararet somnia Regis; ea enim quæ Prophetæ dicunt, quia Deo inspirante dicunt, Deus dicere videtur: immo verissimè ipse dicit, quia actio secundum veritatem, & doctrinam Philosophorum denominatur à principio agendi, primo, & non ab instrumento, vt patet p Aristo. in 5. Ethi. circa finem, vbi quærit an iniustum pati sit voluntarium. Cùm ergo Deus sit principium supernaturaliter mouens, & eleuans intellectum Prophetæ, & ipse Propheta est, vt aliquid motum, & instrumentum non propriè dicetur, Isaias, vel talis Propheta dixit: sed Deus per Isaiam, & istum modum loquendi seruauit Hieronymus in Epistola ad Paulinũ, cap. 4. dicẽs Malachias Propheta, immo Dominus p Malachiam interrogauit Sacerdotes. *Prospera Pharaoni.* Ex hoc apparet q̃ Ioseph cognouit antequam præsentaret Pharaoni. aliàs non potuisset asserere coram Rege Dñi responsurum prospera, quia timeret si nondũ cognouisset quòd venirent aduersa. Ex quo dicendum q̃ antequam veniret ad Pharaonem Deus indicauerat ei somnia eius, & somniorum interpretationem, vt minus formidaret se ei præsentare. *Super ripam fluminis.* Hic proprius loquitur Scriptura q̃ supra, quia supra dixerat, q̃ putabat se stare super fluuiũ. Sed quomodocunque dicatur intelligitur q̃ putabat esse Pharao in aliquo Palatio magno pendente super ripam fluminis, vel in aliquo colle. Et sic dr supra 24. ca. vbi dixit Eliezer seruꝰ Abrahæ: ego sto hodie sup fontem. i. in terra eminente super aquam fontis. Sic etiã dr Psalm. 136. super flumina Babylonis illic sedimus. Manifestum est, q̃ isti non sedebant super aquam fluminis, sed super ripam fluminis, sicut dicitur Ezechi. 1. ca. q̃ ipse cum concaptiuis suis apud fluuium Chobar, & iste est fluuius Babylonis, apud quẽ erãt captiui Indæi, qui dicebant hæc verba, s. super flumina Babylonis. *Septem boues.* Supra dixerat vaccas, sed indere cẽ, quia bos comprehendit vtrumque genus. *De amne conscendere.* Ideſt ascendere de aqua fluminis. *Et obesis carnibus.* Ideſt pinguibus carnibus, vel circundatis. s. quia in circuitu rotundæ erant carnibus. *Quæ in pastu paludis.* In loco paschuali apud paludes. *Vireta carpebant.* Ideſt comedebant herbas viridis. *Has septem sequebantur aliæ.* Septem ponuntur istæ vaccæ siue pingues, siue macræ simul, quia omnes anni fertilitatis cõtinuo sibi succedentes fuerunt, & eodem modo omnes anni sterilitatis. *Vt numquam tales in terra Aegypti viderim.* Quia numquam fuit talis sterilitas in tota Aegypto à die, quo inhabitari cœpit. *Quæ deuoratis, & consumptis prioribus.* Quantum ad apparentiam, non quãtum ad rem, nec etiam vult dicere, q̃ videbatur Pharaoni, q̃ septem vaccæ deuorarent alias septem, quia hoc non capit intellectus, nec imaginatio, cum vaccæ non sint animalia comedentia carnes. Sed est metaphora. s. q̃ tanta esse videbatur macredo posteriorum septem, q̃ priores pingues iam videbantur deuoratæ. & cõsumptæ, & hoc innuitur infra cum dicitur. *Nullum saturitatis dedere vestigium.* Ideſt tanta sterilitas pp septem posteriores secuta fuit, q̃ nullum signum prioris vbertatis mansit. *Sed simili macie.* Ideſt macredine, & squalore. Ideſt duritie, vel asperitate. *Torpebant.* Torpere est turpem apparere, vel deformatum. Hoc erat in vacis, quia præ macredine figuræ earum turpes erant, & squalidæ, ideſt duræ, quia tanta macredo nihil præter ossa, & cutem reliquerat, quę duritiẽ & macredinem causant. Et hoc dicitur de pinguibus. Et patet quia dicitur. *Simili macie.* Ideſt sicut posteriores erant macræ ita videbantur iam priores, quæ præcedebant, & hoc quia isti septem anni sterilitatis ita fuerunt duri, vt crederent homines omnes annos priores similes fuisse. *Euigilans rursum sopore depressus.* Ideſt licet euigilauerim post primum somnium, & non debuissem dormire formidans rem ità grauẽ, tamen sopor oppressit me. Sic dicitur de discipulis tribus Christi Matth. 26. cap. quos Christus monuerat, vt vigilarent cum ipso imminente captione; tamen dormierunt ter, & subiungitur causa, quia oculi eorum tenebantur grauati, & fortè iste sopor fuit faciente Deo, vt aliud somnium videret. *Alię septem oriebantur è stipula.* De alijs dixit, q̃ pullulabant de culmo vno, de istis dicit, quòd oriebãtur de stipula, quia stipula siccitatem dicit, quæ connexit sterilitati. *Quę priorum pulchritudinem deuorauerunt.* Ideſt pulchritudo priorum visa est nihil esse præ deformitate istarum septem. *Respondit Ioseph.* Hic ponitur Ioseph responsio. *Somnium Regis vnum est.* Non in se ipso, quia variè imagines erant, scilicet spicarum, & vaccarum, & in diuersis temporibus visa sunt, quia somnium de vaccis primo, deinde somnium spicarum, vt patet supra. Sed vocatur vnum vnitate rei signatæ, quia idem totaliter vtrumque signabat. *Quæ facturus est Deus ostendit Pharaoni.* Ideſt quòd Deus ostendit Pharaoni in somniis fertilitatem, & sterilitatem, quam facturus erat. Dicuntur ista à Deo fieri, quia fiunt secundum motum Cœli, Cœlum autem à Deo regitur. Fuerunt autem ista ostensa magis Pharaoni, quàm alteri de Aegypto, quia prouidentia diuina, secundum quam gubernantur omnia inferiora, directius intendit Principes quàm alios, quia isti continẽt totum populum in virtute. Vel fortè Deus immisit istud somnium, vt fieret conseruatio frugum ad annos steriles, & quia nullus ita poterat hoc facere sicut Pharao: ideo ei congruè reuelata sunt, vel quia Deus volebat exaltare Ioseph in Aegypto per viam sapiẽtalem in somniorum interpretationem, & quia nullus est, qui eum ad honores promouere posset, nisi Rex: ideo Regi reuelata sunt, & magis talia somnia immisit quàm alia, quia nullum somnium erat per cuius interpretationem magis gratus Pharaoni, & toti populo esse poterat quàm per istud, cum hic declararet eis modus, per quem conseruari potuissent, & nisi istud fuisset, oportebat eos funditus perire, vel Aegyptiacas sedes relinquere, alias inquirentes regiones. *Septem boues pulchræ, & septem spicæ plenæ, septem vbertatis anni sunt.* Duplicatum fuit istud somnium propter causam infra positam, vel quia vbertas, & sterilitas erant in duobus, scilicet in frugibus, & in pecoribus. De vtroque autem sterilitas, & abundantia nota est. *Eandemque vim somnij comprehendunt.* Ideſt idem signant boues, quod spicæ. *Septem spicę tenues.* Quia granis non repletis spicæ nullam corpulentiam faciebant. *Et vento vrente percussæ.* Hoc declarat quod supra dixerat, scilicet. *Et vredine percussæ.* Iste est ventus caliduus, & nociuus consumens naturalem humiditatem granorum, ita quòd nutriri post, aut augmentari nõ possint. Item potest assignari ratio conuenientiæ qua re per hæc intelligatur fertilitas, & sterilitas. Duplex enim est causa fertilitatis, scilicet bona terræ cultura, & bona seminatio. Primum signatur per vaccas fortes, & pingues, quia vaccæ, vel boues pingues terram fortiter colunt. Secundum signatur per spicas, quia quando grana multa, & pinguia sunt, fruges inde in abundantia nascuntur. Econtrario sunt duæ causæ sterilitatis, scilicet mala cultura agrorum, & mala seminatio: mala cultura innuitur per macilentas vaccas, q̃ debiliter, & paucum colunt. Et per spicas percussas vento vrente signatur mala seminatio, quia in granis istarum pauca, vel nulla vis est ad pullulãdum spicas. Et hoc notatur infra 45. cap. cum dixit Ioseph quinq; anni adhuc restãt, quibus nec arari, nec meti poterit. Et ista vult Nicolaus, & satis stare pñt. Sed non multũ concordat sterilitati Aegyptiacæ, quia illa, vt supra declara-

Determinatio.

Ioseph responsio.

Quare dicuntur hęc à Deo fieri

Duplex causa fertilitatis.

Duplex causa sterilitatis.

Cõfutatio opinionis Nicolai.

declarauimus accidit ex defectu Nili. Quia tũc modicum, aut nihil inundabat. Si aũt fuit defectus agricolturæ, aut seminationis, hoc non fuit per se, sed p accidens. s. quia deficiente aqua Nili exundare in terras p ariditate terra arari non poterat, nec p̃r seri, vel meti. Magis ergo vr quod s. diximus. s. q̃ per fruges signatur vbertas, vel sterilitas in frugibus, per boues significat sterilitas, vel fertilitas in carnibus. Circa supradicta põt quæri de interpretatione somniorũ, cũ dicamus Ioseph valuisse in somniorũ interpretatione, & Danielem, Ioseph aũt circa Pharaonem, & Danielem apud Nabuchodonosor.

Determinatio.

Quæst. r. Cur Daniel vltra interpretationem retulit etiam ad memoriam somnium oblitũ, Ioseph autem tantum interpretatur vt somnem.

Quare Daniel non solũ interpretatus fuit somniũ, sed ẽt retulit ad memoriã somniũ regi oblito, Ioseph aũt solũ interpretatus fuit visionẽ? Rñdeẽ quod Deus dedit istis duobus gram interpretandi somnia, vt exaltaret eos apud Reges ofendo eorũ sapientiã. Sed in Daniele non poterat demonstrari sapiẽtia solũ interpretando somniũ, qa euentus somnij quod tũc interpretatus fuit Daniel, erat ad multa tpa post, quia erat de statua aurea, & argentea significante oĩa regna futura. Siue ergo in hoc malè, vel bñ interpretaret Daniel non posset citò examinari, quia dependebat ex futuro multũ distãte. Non ergo iudicaret ex hoc sapiẽs multũ. Sed q̃ ipse reduceret Regi ad memoriã sõniũ quod solus Rex viderat, nulliq; reuelauerat, necessario ad Deũ pertinebat: iõ cõgruebat, q̃ nõ solũ somniũ interpretaret, sed ẽt referret illud iam elapsum a memoria Regis. In Ioseph aũt nõ apparuit eadẽ rõ, qa somniũ Pharaonis ĩmediatè implendũ erat: iõ dato q̃ nõ referret Ioseph somniũ obliuioni traditũ, satis patebat eius sapientia, quia ipsa, q̃ dixit, Rex oculis suis paulo post cõtẽplatus est. Anni. n. fertilitatis, de quibus interpretatus fuit somniũ Ioseph, inceperũt in ipso anno, in quo ista declarata sunt. Et patet p ea, q̃ ponunt. s. *Nunc autem prouideat Rex.* scilicet virũ industriũ q̃ possit procurare qualiter in tpe sterilitatis terra non pereat. Aliter rñdet, & valde bñ. s. q̃ vtriq; dedit Deus gram interpretandi somnia, & sciendi quid somniatũ esset anteq̃ ipse, q̃ somniauerat, enũciasset; tñ non vsus fuit Ioseph gra sua quãtũ ad reuelationẽ rerũ somniatarũ ipsi somnianti, sed solum quantũ ad somniorũ interpretationẽ, & hoc q dẽ solũ, qa nõ fuit necessariũ Ioseph, q̃ annunciaret Regi somnium, qa Rex recordabat eius, si tũ non recordatus fuisset, Ioseph potuisset ei indicare, sicut indicauit Daniel Regi Nabuchodonosor. Et si fortè Rex Nabuchodonosor non oblitus fuisset somniũ suũ, nõ recitasset illud Daniel. Fuit ergo data ista gra æqualis vtriq;, & patet, qa Ioseph bñ cognouit somniũ Pharaonis, cũ dixit supra Pharaoni, absq; me rñdebit Deꝰ pspera Pharaoni, & hoc antequã Pharao aliqd de suo somnio recitasset, quã tñ rñsionẽ non dedisset Ioseph, nisi precognouisset somniũ Pharaonis: aliàs. n. timeret, q̃ fortè aliqd incõueniẽs, vel malũ Pharao somniasset, sed Ioseph firmiter atque intrepide asseruit, quòd Deus responderet prospera Pharaoni: ergo cognouerat somnium Pharaonis: non tamen annunciauit somnium Pharaoni, quia ipse Pharao per se annunciauit: in Daniele autem idem dicendum est, scilicet, quòd accepit gratiam cognoscendi quid interpretandum esset, de quolibet somnio. Et præter ea cognoscebat quid est quod quilibet somniabat. Quando autem Nabuchodonosor somniauit, si sciuisset somnium suum referre, non enunciasset illud Daniel, sed eius interpretationem. Quia tamen oblitus fuerat Rex somnium, vsus fuit Daniel gratia vtraque, scilicet cognoscendo quid somniatum fuerat, & quid significabat ipsum somnium. Cum tamen iterum somniauit Nabuchodonosor de magna arbore, & auibus

atque reliquis commorantibus sub ea, quia ipse sciuit referre somnium suum, non retulit illud Daniel, vt patet Danielis. cap. 4. *Qui hoc ordine complebuntur.* Hic ponitur ordo in completione interpretationis somnij, & licèt aliqualiter de se demonstraretur, scilicet, quòd septem vaccæ pingues præcedebant, & deinde interposito spatio a longe sequebantur eas aliæ macilentæ. Sed tamen non erat certificatus Pharao de isto ordine: Nesciebat enim vtrum prius anni fertilitatis, an sterilitatis venirent, deinde nesciebat vtrum continuè, vel interpolatim isti anni complerentur. *Ecce anni septem venient fertilitatis.* Scilicet immediatè. *Quos sequentur alij septem tantæ sterilitatis.* Non interponendo aliquos annos mediocres. *Vt obliuioni tradatur cuncta retro abundantia.* Homines magis aduertunt ad ea, quæ præsentia sunt, quàm ad præterita, quia quæ nunc sunt, magis mouent, maximè quando ea, quæ nunc sunt, maiora sunt quàm ea, quæ transierunt, q̃ actualiter erant. Quia ergo ista sterilitas fuit ita afflictiua, omne bonum præteritum abijt in obliuionem. *Consumptura est fames omnem terram.* Loquitur de terra Aegypti, & de alijs vicinis, quia non est intelligẽdum, quòd non fuerit locus in toto orbe, in quo non esset fames. Sed dato, quod in Asia tota nunc esset magna frugum vbertas, & hic magna sterilitas, quid ad nos attinebat? quia nullo modo inde poteramus sustentari, ita procul moti, nisi sedes mutaremus. *Et vbertatis magnitudinem perditura inopię magnitudo.* Ideſt licet fuerit magna vbertas, tamen nihil de ea relinqueretur, quia totum consumet sequens sterilitas, nec abundabit. *Quod autem vidisti secundo ad eandem rem pertinẽs somnium.* Ideſt somnium secundum, scilicet de spicis, quod pertinet ad eandem rem, ideſt signat idem, quod primũ. *Firmitatis indicium est.* In eis enim quæ Deus promittit si simpliciter promittit non est maior firmitas sic, quã sic, siue iuramento firmetur promissio, siue non. Est tamen firmitatis indicium quantum ad nos. Quia sicut inter homines magis creditur quibusdam verbis quàm alteris, & magis iuramento, quàm simplici bus verbis, & duplici promissioni quàm vni: Ita apud Deum nos accipimus maiorem firmitatẽ esse in duabus promissionibus, quàm in vna, licet non sic sit secundum veritatem. Deus tamen cognoscens conditionem nostram, quando nos certiores reddere vult, aut bis promittit, aut iuramento promissa firmat. Cũ autem non tãtum curat certos reddere, aut semel promittit, aut sine iuramento: cum non tamen nihil magis firmitatis sic, quàm aliter sit, sed solum vt compleat. *Eo quod fiat sermo Dei.* Istud est, quòd declarat duplicatio somnij, s. fieri, quod ibi intelligitur, & velociter fieri. *Eo quòd fiat sermo Dei.* Ideſt, vt scias certissimè, quòd fit sermo Dei, quia aliquãdo Deus promittit aliqua mala, siue bona, quæ intelliguntur cõditionaliter, s. si fuerit idem status, qui est, cum talia publicantur. Si autem non manserit etiam promissum mutatur. Sic habetur Hiere. 18. ca. Repente loquar aduersum gentem, & aduersum regnum, vt eradicem, destruam, & disperdam illud. Si pœnitentiam egerit gens illa a malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam ego pœnitẽtiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei, & subito loquar de gente, & regno, vt ędificem, & plantem illud. Si malum fecerit in oculis meis, vt non audiat vocem meam, pœnitentiam agam super bono, quod loquutus sum, vt facerẽ ei. Et similia ponit Ezechiel. Volebat ergo hic dicere Ioseph, q̃ per istam duplicationem somnij significabatur, q̃ verbũ Dei erat certissimum, s. q̃ ex nulla conditione mutaret. *Et velocius impleatur.* i. ẽt ista duplicatio somnij signat, q̃ velocius implebũtur ea, quæ signata sunt, & hoc satis apparet, quia in anno interpretationis incepit totum hoc com-

Ordo in completione interpretationis sõnij.

Homes magis aduertunt ad ea, q̃ pśentia sunt quã ad pterita.

Quidsignificabatur p duplicationẽ somnij.

compleri. Fuit namque tunc primus annus vbertatis. F
Et hoc consonat nostro modo loquendi, quia vocamus aliquem hominem bis, quando eum velociter venire volumus. Si autem semel vocamus, non signatur tanta instantia animæ. *Nunc ergo prouideat.* Hic demonstratur sapiētia Ioseph in dispositione rerum agendarum. *Nunc ergo prouideat Rex.* Declarauerat sapientiam suam Ioseph in reuelatione veritatum oc cultarum pertinentium ad intellectum speculatiuū, nunc demonstrat prudentiam suam prouidendo de remedio huic tanto periculo, quantum prouideri poterat modo humano, & dicit, quia visum est qualiter magna fertilitas euentura est, deinde durissima fames, supereſt vt Rex in hoc prouideat ponendo virum, qui colligat fruges, ne desit cibus in tempore fa G
mis. *Virum sapientem.* Sapiens propriè dicitur, qui considerat causas altissimas, vt patet in 6. Ethicorum, cap. de sapientia. Et solum vocatur sapientia Theologia, quæ cōsiderat de causa altissima, scilicet de Deo, & secundum Philosophum sola Meta. est sapientia, quia tractatur in 12. lib. eius de prima intelligentia, & de octo proprietatibus eius, & consequenter de alijs intelligentijs, & ista sunt maxima entia, vel maximè causæ. Hoc modo nulla prudentia potest vocari sapientia, quia considerat causas inferiores immo agibilia humana, quæ sunt vltima causata. Et tunc accipitur hic vir sapiens, idest vir prudens. Alio modo sapientia assignatur in artibus certissimis, ideſt quòd illi, qui sunt certissimi in aliqua arte, vocentur sapientes. Sic enim dicit Philosophus in 6. Ethi. in princip. H
cap. de sapientia. Sapientiam autem in artibus certissimis assignamus, puta Phidiam Latomum Sapientem, & Policletum statuificum. Hic quidem igitur nihil aliud signante sapientia quàm quòd virtus artis est, isto modo illi, qui excellentes in prudentia sunt, quia inter prudentes certissimi sunt, sapientes vocantur, & sic satis bene dicitur hic, q̄ deberet eligi vir sapiens. *Industrium.* Dicitur industrius vir bene actionibus applicatus, & contrariatur inepto, qui ad nihil vtilis est. Vel dicitur industrius, qui diuersos modos inuenit ad aliquid agendum. *Et præficiat eum terræ Ægypti.* Non quantum ad omnia negocia, quia tunc modicum differret à Rege, sed solum quantum ad istam I
procurationem frugum. Valde bene ordinabat hic Ioseph faciens Monarchiam, vt scilicet vnus esset capitaneus omnium in isto negocio, & deinde ponerentur per singulas vrbes alij minores sub illo, & isti secūdum mandatum superioris colligerent fruges in illa ciuitate. Si enim plures simul ponerentur non subordinati non concordarent ad vnum, quia quot capita, tot sensus, & sic negocium imperfectum maneret. Quando autem reducuntur omnia in vnum, ille quodammodo mouet omnes, quia est principium imperans, & quia ille vnus est, in se discordare non potest. Quantum ad hoc ergo optimam politiam elegit Ioseph, scilicet Monarchicam. Et ista est sententia Philosophi in 3. Polit. scilicet esse Monarchicum principatum simpliciter omnibus meliorem, licet sit per accidens periculosus, quia difficilè est committere omnia vni: vt patet ibidem circa finem tertij Politi. Quando tamen securitas est de bonitate Principis, magis K
valeret Monarchiam constituere quam Aristocraticos plures facere, aut Oligarchicos, aut Timocratiā, vel Democratiam. Monarchiam autem tirannidem nullus voluntariè constituit, sed Principes violenter efficiunt. Et hoc patet, quia in natura non est principatus aliquis, nisi Monarchicus, qui demonstratur esse optimus eo, quòd ordo naturæ est optimus, vt patet in fine 12. Metaphy. scilicet entia nolunt male ordinari, mala est pluralitas Principum: bonus est ergo vnus Princeps. Hoc etiam manifestatur ex euentibus, quia in ciuitate Romana quando erant duo consules, qui totam rem publicam administrabant si ad bellum procedere deberent, sequebatur interdum magna discordia, & vincebantur Romani: vt patuit in maximo bello Romanorum cōtra Annibalem apud lacum Trasimenum, vbi discordantibus duobus consulibus, scilicet Paulo Aemilio, & Terentio Varrone volente Paulo Aemilio bellū ad diem alterum dilatare, quia Romanæ copiæ non satis promptæ ad bellum essent, Varrone Terentio contradicente bellum ea die satis discorditer, & infœliciter gestum est, ita C
vt caderent gladio quadraginta duo milla Romanorum, vt dicit Titus Liuius lib. 3. de secundo bello punico: & Romuleon lib. 4. Et hoc multotiens factum est. Vnde Romani meliori consilio ducti, cum bellū agere deberent dictatorem faciebant, qui solis quinque mensibus durabat, & in fine illorum veniebat Romam ad deponenda insignia dictaturæ, etiam si tunc bellum instaret. Et si vir probus fuisset rursus eligebatur, iste autem omnem potestatem in bellis absolutè habebat super consules, & omnes magistratus ac dignitates Romanas, & quia tanta potentia erat, tam pauco tempore permanebat. Quando tamen dictator creabat bella prospere agebantur. Si autem consules, duo bella mouerent contra hostes infausta videbantur. Vnde hostes Romanorum istam acceperant sentētiam, quòd cum Romani nō creassent dictatorem, audacter aggrediebantur Romanas acies, quasi victas reputantes; cum autem dictatorem creatum esse cognoscerent, congredi formidabant. Aristoteles tamen magis securum quàm simpliciter bonum sequi volens, dixit in 3. Polit. principatum Democraticum, ideſt popularem ciuitati valde conuenire, quia sine inuidia, & contentione est, cum tamē populares insipientes, & sine virtute sint, & secundum se iste principatus bonus non sit. *Et quintam partem fructuum.* Tanta erat fertilitas illorum septem annorū, quòd dempta quinta parte frugum cęteræ relictæ sustentationi sufficiebant, & superabundabant. Sed quę ritur cum tantum debuit durare tempus sterilitatis sicut fertilitatis, vt supra patuit, & in isto tempore steri litatis nihil frugum colligeretur de terra, vt patet infra 45. cap. vbi dixit Ioseph fratribus suis quinque adhuc anni restant, quibus arari non poterit, nec meti.

Mala est pluralitas Principū.

Hostes Romanorum quam sententiam acceperant.

Quæst. 2. Cur nō fuerunt fruges medietas frugum, ut præd. fuit sterilitate.

Quare non fuit seruata medietas frugū? Ad quod respondetur quòd non erat necessaria, quia vt quidā volunt in temporibus sterilitatis aliquid serebatur, & metebatur. Et hoc satis verisimile est, quòd apud ripas Nili ad aliquam saltem distantiam, vbi sufficiebat parua inundatio, poterat arari, & meti. Sed quia hoc valde paucum erat, pro nihilo reputabatur. Nihil. n. & inutile æquiparantur. Etiam quia tempore fertilitatis aliqui diuites reseruauerant cibaria pro tempore sterilitatis, & ex illis multi sustentabantur. Vel melius quia homines tempore famis strictius vitam ducūt, quàm tempore vbertatis, & paucioribus contentantur. *Per septem annos fertilitatis.* Sed dices quomodo poterant tanto tempore conseruari frumenta, scilicet à primo anno vbertatis vsque ad vltimum annum sterilitatis, in quo tempore erant anni 14? Rñdetur q̄ vt quidam volunt non accipiebantur frumenta iam triturata, & expurgata à paleis, sed accipiebantur fasciculi spicarum cum suis stipulis, & sic diutius conseruabantur, quia ille erat locus naturalis, & hoc infra patet in litera. Etiam potest dici insuper quòd erat distinctio inter ista frumenta, quia ea quæ in primo anno vbertatis collecta sunt, distincta, & p primo anno sterilitatis conseruata sunt, & ea quæ in secūdo anno fertilitatis distincta fuerunt, pro secundo anno sterili-

Responsio secunda.

Obiectio.

Responsio prima.

Responsio secunda.

sterilitatis. Et sic de alijs annis ita quòd nulla frumenta vltra septem annos durarent, & sic satis conseruari possent. *Qui iam nunc futuri sunt.* Ideſt nūc incipient, scilicet, quòd illo anno, in quo Ioseph interpretatus fuit inceperant, scilicet in prima semination e, & messione. *Congreget in horrea.* Ideſt faciat congregari in horrea per alios præpositos vrbium sibi subiectos. *Omne frumentum sub Regis potestate condatur.* Loquitur quantū ad quintam partem frugum, de reliquis autem partibus viuerent, & sererent agricolæ Aegypti: non enim posset intelligi, quòd Rex acciperet omne frumentum, quia tunc nihil maneret populis ad cibum, & dicebat hoc Ioseph, ne permitterentur agricolæ in illis septem annis fertilibus aliquid vendere alienigenis, quod ipsi valde volebant, quia nō egebant tantis frugibus, & egebant pecunijs ad cęteras rerum commutationes. Sed Rex mandabat, vt quinta pars daretur ei pro conuenienti pretio secundum tempus vbertatis, & cogerentur ad vendendum etiam si nollent, ipsi tamen valde volebant, quia reliquæ partes eis abundabant. Deinde si quispiam vellet de residuis partibus aliquid vendere, emebat illud præpositus Regis, ita q̄ nullum frumentum vendebatur extraneis, & sic condebatur, ideſt custodiebatur in potestate Regis. s. oē frumentū vendibile. *Seruetur que in vrbibus.* In locis, in quibus metebatur ibidem custodiebatur dispositis magnis horreis, & videtur debere fuisse ista loca incredibilis magnitudinis, in quibus tanta frugum copia in spicis conseruaretur, & fasciculis. *Et non consumetur terra inopia.* Scilicet morientibus hominibus præ ciborū C
inopia. Satis. n. verisimile est, q̄ in tanta rerum sterilitate aliqui saltem extra Aegyptum fame mortui fuerint. *Placuit Pharaoni consilium.* Hic ponitur secundum principale. s. ipsius Ioseph promotio. s. q̄ per istā somniorum interpretationem, & prudentem dispositionem fuit exaltatus ad magnos honores. *Placuit Pharaoni consilium.* Quia vidit q̄ per istum modum poterat ip se, & oēs alij effugere periculum sterilitatis. *Et cunctis ministris eius.* Quia ista interpretatio somnij, & consiliū fuerunt exposita coram Rege, & militibus suis. *Locutusq; est ad eos.* Scilicet Pharao omnibus ministris suis. *Num.* Ideſt nunquid. *Inuenire poterimus.* Quasi dicat, non. *Qui Spiritu Dei plenus sit.* Vocat spiritum Dei virtutem interpretandi somnia certissimè, qui vī pro D
sui excellentia esse à Deo: sic habetur Daniel 5. cap. vbi dixit Regina ad Balthasar: Est vir in regno tuo, q̄ spiritum Deorum sanctorum habet in se: & in diebus patris tui scientia, & sapientia in eo inuētę sunt. Quod autem intelligatur illud de somniorum interpretatione, patet per ea, quæ sequuntur in Daniele, pater tuus, inquam, ô Rex, quia spiritus amplior, & prudentia intelligentia, & interpretatio somniorum, & ostensio secretorum, & solutio ligatorum inuentæ sunt in eo, hoc est in Daniele, cui Rex imposuit nomen Balthasar. Et non credebant isti, q̄ haberet Ioseph Spiritum Dei, q̄ spiritus eius moueretur ad intelligēda ista per reuelationem Dei, quia non credebant aliquam communicationem esse hominum cum dijs, vt patet Dani. 2. cap. vbi dr: Nemo est, qui sermonem istum reue- E
lare possit exceptis dijs, quorum cum hominibus nō est communicatio. Et hoc voluit Aristoteles 8. Ethic. dicens q̄ inter Deos, & homines non est amicitia tāquam non sit ibi communicatio pp inæqualitatem. Quidam tñ Gentilium contra aliorum opinionem dixerunt Deos sibi loqui, vt Numa Pompilius, qui volens dare Romanis adhuc genti indomitę leges, vt libenter reciperent, cum dijs se loqui fingebat. dicebat enim sibi Nympham Egeriam hæc sibi declarare: vnde, & frequentia sacrificia instituebat. De quo multa Ouidius 3. Fastorum: & Augu. de ciuit. Dei lib. 3. cap. 30. Et Lycurgus Lacedęmonijs leges tradens finxit se ex auctoritate Phœbi ista recipere, vt ait Augu. de ciuita. Dei, lib. 6. cap. 8. Sed volebant dicere, q̄ habebat spiritum Deorū. i. q̄ ita intelligebat secreta, sicut dijs licet posset reduci ad aliam partem secundum modū loquendi Trogi Pompeij, & Iustini, de quo supra diximus. Et patet iste modus ex sequenti litera, scilicet. *Quia ostendit tibi Deus omnia, quæ locutus es.* Ideſt quia Deus tibi reuelauit, licet iste verum diceret, quia mo uebatur à Deo ad sic dicēdum, tñ ignorabat eum habere spiritum propheticum. Et erat ista opinio contra sapientes Gentilium, qui volebant Deos loqui hominibus. *Nunquid sapientiorem.* Scilicet in disponendo ista, quæ facere oportet congregando frumenta. *Et similem tui.* Ideſt nec maiorem re in sapiētia, nec æqualem tibi inuenire potero. *Tu eris super domum meam.* Præpositus omnium famulorum meorum. *Et ad tui oris imperium cunctus populus obediet.* Ideſt non solum mandabis quantum ad ea, quæ pertinent ad domum meam, sed etiam ad omnes de regno. *Vno tantum.* Ideſt vna re præcedam te. Ponitur hic, vno, in neutra terminatione sine subiecto, & cum additur. *Regni solio.* Exponens superioris est. s. q̄ Pharao volebat Ioseph esse ei æqualem in potestate præter hoc, q̄ non vocaretur Rex, nec sederet in solio Regis, in quo nullus vnquā sedebat, nisi Rex. *Ecce constitui te super vniuersam terram Aegypti.* Hoc satis intelligebatur in supradictis, quia si Pharao in solo regni solio præcedere debebat Ioseph, cum Pharao dominaretur toti Aegypto, necesse erat, vt Ioseph dominaretur Aegypto. *Tulit anulum de manu sua, & dedit in manu eius.* Scilicet in manu Ioseph. In hoc concedebatur tota potestas Ioseph, quia anulus Regis erat ad sigillandum literas, qui aūt pōt sigillare anulo Regis literas, potest ibi mandare quicquid voluerit. *Et vestiuit eum stolla byssina.* Ideſt veste facta de lino candidissimo, & delicatissimo. *Et collo torquem auream circumposuit.* Torques erat magnum ornamentum colli in modum circuli, & circundabatur collo in signum magni honoris, quia non omnes ducebant talem ornatum, sed solum viri magni, & nobiles. Sic innuitur Dani. 5. cap. vbi dixit Balthasar Danieli si vales scripturam legere, & eius interpretationē dicere, purpura indueris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius princeps in regno meo eris. Et sic etiam innuitur in facto Manlij Torquati nobilis Romani, qui cum iret in bellum contra Gallos sub Tito Quintio quēdam nobilem Gallum prouocantem eum ad singulare certamen, inuasit, & occidit, & torquę aurea, quam circa collum habebat spoliauit eam sibi apponens, a qua Manlius Torquatus in memoriam victoriæ dictus est, vt ait Titus liuius 6. ab vrbe condita: & Romuleon lib. 3. *Fecitque ascendere super currum suum secundum.* In ostentationem glorię, & honoris currum ascendit, & vocabatur ille currus secūdus, quia habebat Rex duos currus precio sos vnum, super quem solus ipse sedebat, alium super quem ascenderet ille, quem sibi ascendere placeret: & esset secundus ab eo in regno. Assuerus autem volens honorare Mardocheum non fecit eum ascendere super currum, sed super equum ad sententiā Amā, vt patet Esther cap. 4. Causa est, quia tpe Ioseph magis vtebantur Reges curribus, quàm equis currilibus vel sellatis, tpe aūt Assueri magis erat vsus simpliciter equorum sellatorum sine curru. *Clamante coram eo præcone.* Ad mādatum Regis. *Vt omnes genua flecterent adorando Ioseph.* Sic mādauit Assuerus fieri Mardocheo, vt patet Esther 4. cap. In Hebræo non dicitur, quòd clamaret præco adorationem vel genuflexionem coram Ioseph, sed dicebat. *Aureq.* Quod interpretatur pater tener. *Abu.* Dicitur pater. *Raqua.* Dicitur tener,

Sapientia Ioseph in dispositione rerum agendarū.

Sapiēs pro priè quid. Cap. 7.

Sapientia dupliciter.

Cap. 7.

Quid sit industrius.

Ratio dicti

Exultatio Ioseph.

Opinio quorūdam Gentilium.

Opinio q̄ volebat Deos cum hominib⁹ loqui.

Torques quid.

Vnde dict⁹ sit torquatus.

& ista

Aut raqua quid.

& ista conueniebant Ioseph, quia erat pater Pharao nis,& totius domus suę per cōsilium:& p dispositionem vocabatur tener,quia adhuc erat iuuenis ętate, scilicet annorum 30.vt infra patet.Et sic volebat dicere præco: ecce videatis, quia iste licet iuuenis est pater Pharaonis.Et licet nō dicat litera Hebraica, quòd clamabat præco genuflexionem,tamen satis intelligitur in ea,quia vocando eum patrē tenerum Pharaonis innuebat ei genuflexionem fieri debere, sicut fiebat Pharaoni. *Et præpositum esse scirent terræ Aegypti.* Hoc manifestabatur, vt quando postea Ioseph mandaret aliquid,obediretur ipsi sicut Regi. *Ego sum Pharao.* Ideſt sum Pharao, qui possum te exaltare quantum voluero,dicit hoc,quia volebat Rex exaltare Ioseph:ideo declarat id secūdum quòd poterat,scilicet, quia erat Pharao,ideſt Rex, ideo erat omnipotens in terra Aegypti secundum potentiam dominij humani. *Absque tuo imperio non mouebit quisquam pedem,aut manum in tota terra Aegypti.* Hyperbole est, quia non est sensus quòd uerissimè nullus moueret pedē,aut manum, quia hoc inopinabile est, & impossibile, quia tunc omnes essent immobiles in Aegypto,nisi vbi p̄sens esset Ioseph mandans mouere pedem, aut manum.Sed inteligitur quòd nullus faceret aliquod magnum,vel rem notabilem sine mandato Ioseph. *Vertitque nomen ēius.* Scilicet vt nō vocaretur Ioseph,quod erat nomen Hebraicum. *Et vocauit eum lingua Aegyptiaca Saluatorem mundi.* Non ponuntur hic nomina Aegyptiaca,quibus vocauit eum Pharao.Sed in litera Hebraica ponuntur,& sunt. *Zaphanat phanac.* Et dicunt Hebrei quòd hoc signat reuelatorem occultorum,& satis videtur conuenire Ioseph,qui reuelauit somnia,quę nemo differere poterat,vt patet cap.præcendente.Sed non est ista intentio textus, quia nomina ibi posita sunt Aegyptiaca,& non Hebræa,& cum voces diuersarum linguarum aliquando consonent in literis,licet non in signato,cōtingit, quòd aliquod nomen esset commune linguę Aegyptiacæ, & Hebręę, quod satis apparet ī lingua Caldaica,& Hebręa; sed quia textus ponit ista nomina prout signant in Aegyptio sermone, & in Hebræo,non debet interpretari secretorum reuelator secundum Hebræos, sed id quod importatur secūdum Aegyptios, scilicet Saluator mundi.Sed dices vnde patet, quòd ista nomina significēt in sermone Aegyptiaco Saluatorem mundi? Quia litera Hebraica non declarat. Rñdetur, q̄ beatus Hiero.hoc posuit qa nouerat linguā Aegyptiacam; habitauit.n.in Aegypto, & perambulauit omnes habitationes Heremiticas mōnachorū p̄ magnas solitudines Aegypti, vt ipse refert in vita beati Ioannis Thebei in vitis patrum,quas pro magna parte composuit.Potuit ergo sic Aegyptiacam linguam satis cognoscere maximè quantum ad ista, quæ parua erant,vel ab aliquo Aegyptio scisciari.Vocatur autē Saluator mundi,quia per interpretationem somniorum,& dispositionem collectarum saluauit Aegyptū totam à morte per famem,& multas prouincias,quę tempore famis alimenta suscipiebant de Aegypto. *Deditque illi vxorem Aseneth filiam Putipharis.* In Hebræo dicitur. *Sacerdotis on.* Hebræi putant on.esse nomen alicuius idoli. Sed est nomen ciuitatis, quæ secundum Græcam interpretationem vocatur Heliopoleos, ideſt ciuitas Solis. Elion, Sol est, polis verò ciuitatem signat. In hac ciuitate manebat Putiphar:ideo vocabatur Sacerdos Heliopoleos: sicut vocabatur Iethro Sacerdos Madian, quia morabatur in terra Madian: vt patet Exod.2.cap. de ista ciuitate habetur Isa.19.cap. vbi dicitur ciuitas Solis erit vna, scilicet de quinque ciuitatibus Aegypti loquentibus lingua terræ Chanaam.

Quare Pharao dixit ego sum Pharao.

Obiectio.

Responsio

Quare Ioseph Saluator mundi appellatur

Quid sit Heliopolis.

De isto Putiphare, cuius filiam accepit Ioseph dubitatur an fuerit ille,qui emit eum. Quidam autem volunt,quòd non, & dant causam. Primo, quia in Hebræo non eisdem literis scribuntur; quia superior vocatur Putiphar. Iste autem vocatur Putiphara apponitur ibi, Ain, litera Hebraica in fine dictionis, & punctus loco vocalis, secundum morem scripturæ Hebraicæ.

Nunquid Putiphar fuerit, qui emit Ioseph.

Item quia alius Putiphar vocabatur princeps militum.Iste vero vocatur sacerdos Heliopoleos, & hoc satis est verisimile,quia non est aliquid cogens ad contrarium. Melius tamen videtur dicendum, quòd iste fuit Putiphar,qui fuit dominus Ioseph, donec in carcerem missus est, & hoc tenet Hieronymus in lib. de Hebraicis quæstionibus,& Rabbi Salom.

Rñsio ad quęsitum qōnis.

Ad rationes in contrarium potest responderi. Ad primum quando dicitur, quòd non sunt eædem literæ in isto Putiphar,& in alio,dicit Rabbi Salom.quòd istud nomen corruptè profertur hic vocādo eum Putiphera, quia ipse Putiphar libidine improba corruptus fuit,vt infra dicetur. Vel potest dici melius, q̄ in omnibus Hebraicis faciliter additur, vel subtrahitur litera vna. Sicut patet in isto nomine Ephron, quod aliquando scribitur cum, vau, litera Hebraica,vt patet supra 23.cap.Aliquando sine ea,vt ibidem,& infra 49. cap.Non est ergo mirum si hic addatur vna litera, scilicet, Ayn.

Ad secundum, quod dicitur iste Putiphar ante erat princeps militum,& post effectus fuit sacerdos. Quia vt vult Hierony.& alij iste videns Ioseph, quando vendebatur, esse iuuenem decorum vultu, emit eum ad abutendum eo,sed Deus infrigidauit eum,vt nunquā amplius coiret,nec etiam cum vxore,nec vllo modo appeteret coitum, & quia nullus accipi debebat in sacerdotem Heliopoleos,nisi totaliter continens esset, scilicet, vel castratus, vel totaliter infrigidatus, cognito,quòd esset infrigidatus datum fuit ei sacerdotium Heliopoleos totaliter,quod magni honoris erat, & dimisit militiæ principatum,quia ille principatus sacerdotum ei conueniebat iam, & non militaris, ante tamen quàm esset infrigidatus, tenuit filiam nomine Aseneth, quæ fuit tradita Ioseph in vxorem. De ista Aseneth qualiter fuerit susceptа in vxorem,aliqua ex quibusdam historijs accepta, quæ narrat Vincentius, 1.libro Speculi historialis, saltem causa solatij dicam, quæ non ab authenticissimis, sed aliqualiter Apocryphis dicta videntur.Sunt enim de libro qui dicitur iusti Henoch,quem sacra Ecclesia inter Apocrypha nominat,non recipiens in numero sacrorum librorum, quorum fides, & auctoritas approbatissima est, vt ait Augustinus, de ciuitate Dei, libro 15.c.13.De hoc tamen mentionem facit Iudas in Epistola sua allegans, vt aliquid sanctum.Fuit ergo Aseneth filia Putipharis sacerdotis puella pulcherrima inter omnes puellas Aegypti, quæ puellis Chananæorum, & Mesoporamiorum,de quibus Ioseph originem duxerat, similis valde erat. Hæc enim omnes viros exosa nullum vnquam eorum viderat præter patrē suum custodita in altissima turri ciuitatis Heliopoleos, iuxta palatiū Putipharis. in superiori autem parte turris, vbi Aseneth morabatur tres fenestræ erant principales, vna ad Orientem,reliqua ad Boream,alia ad austrum. Erant etiam ibi decem cameræ pulchræ: vna in qua erat lectus pretiosissimus Aseneth, in quem nullus vnquā virorum ascenderat, & in qua erant iocalia auri, & argenti Aseneth, & cætera similia. Tertia in qua recondebat Aseneth de cunctis bonis terræ Aegypti. In alijs septem erant septem virgines seruientes Aseneth.Describitur autem Aseneth, ita magna, vt Sara, ita speciosa,vt Rebecca,ita decora, vt Rachel sedēs in alta

Historia de vxore Aseneth.

Cuius fuerit filia Aseneth.

Locus vbi habitabat Pulchritudo Aseneth describitur.

alta turri ad cuius pedem Palatium pulchrum erat clausum quatuor portis ferreis, quas 18.iuuenes viri fortissimi armati die,noctuque custodiebant. Contigit autem vt cum in primo anno fertilitatis Ioseph discurreret per vniuersam terram Aegypti ad cōgregandas fruges in horrea visitando Præfectos ciuitatū declinaret in ciuitatē Heliopoleos in domum Putipharis, qui ante aduentum Ioseph dixit filiæ suæ,ecce Ioseph ad nos declinabit hodie,cui te volo tradere in vxorem,ad quem Aseneth, ego non homini captiuo,& seruo nubere volo,sed filio Regis.Cum autem ista inter se loquerentur ingressō Ioseph domū, Aseneth videns fugit in partem superiorem domus, Ioseph autem putauit illam esse aliquam fœminam venientem ad solicitādum eum ad coitum, sicut plerę- que solicitabant eum mittentes ei munera,dixitque Putipharī;abijce illam à domo.Cui Putiphar:domine filia mea est, quæ hominem numquam vidit nisi me præter nunc, quia vidit te, & est exosa oēs viros sicut tu omnes fœminas,nec te aliquo modo pertubabit.Quod audiens Ioseph vehementer quieuit.Cū autem intrasset Ioseph domum, & vidisset eum Aseneth turbata in sermone,quem dixerat,ait: ecce Sol venit de Cœlo ad nos in curru suo, nesciebam q̄ Ioseph filius Dei erat.Quis hominum potuit tantā pro creare pulchritudinem? aut quis venter mulieris tantum portare lumen? Dixit autem Putiphar ad Ioseph,Domine vis vt veniat filia mea,& salutet te? Cogitans autem Ioseph quòd ipsa oderat viros ait,si virgo est filia vestra diligo eam, vt sororem.Et ascendit mater,vt duceret eam,& præsentaret Ioseph, ad quā ait pater:filia mea saluta fratrem tuum Ioseph, q̄ odit omnes fœminas alienigenas sicut tu omnes viros.Et ait Aseneth benedicte tu à Deo excelso,ad quam Ioseph benedicat te Deus,qui viuificat omnia, & dixit Putiphar filiæ suæ vt osculareturIoseph, quod cum ipsa facere pararet, apposuit Ioseph manum pectori eius tenens eam, nec ad se permittens accedere, & subiunxit: non debet vitum colētem Deum viuum, & comedētem panem sanctum osculari mulier Idola colens,& de eorum pane comedens,& vino bibēs, eaque manibus contrectans,quia illicitum est huiusmodi osculum. Quibus auditis Aseneth vehemēter tristata plorauit, cui misertus est Ioseph,& b̄n dixit eā ponens manum super caput eius, lætata est autē Aseneth,posuitque se super lectum suum infirmata gaudio,& timore agens pœnitentiam a dijs, quos coluerat. Ioseph autem sumpto cibo recessit de domo Putipharis laborantis eum ibidem aliquibus retinere, promissione tamen facta se vsque ad octauum diem ad ipsam domum reuersurum. Aseneth verò sumpta tunica nigra in signum lamenti, quam induerat in morte fratris sui minoris, clauso ostio, fleuit amarè proiecitque omnia idola sua per fenestram,quę respiciebat septemtrionem. Cenam autem sibi delicate paratam dedit canibus ponens se super pauimentum consperso capite cineribus.Perseuerauit autem septē diebus flens super pauimentum.Octauo aūt die diluculo cantauerunt galli, & canes latrauerunt: eleuato autem capite Aseneth,prospexit per fenestram, quæ respicit Orientem,& vidit Luciferum stellam,visaq; est lux magna. Ad quam visam Aseneth inclinauit caput suum super cineres. Mox venit super caput eius quidam vir de Cœlo vocans ex nomine suo,quę timore concussa non respondit. ad quam iterum Angelus Aseneth,Aseneth.Cui respondit, Domine adsum,quis es? annuncia mihi. ad quam Angelus; ego sum princeps domus Dei,& exercitus Dei,surge, & sta super pedes tuos. Tunc leuauit caput Aseneth,viditque iuuenem per omnia similem Ioseph,& videſ

Pulchritudo Ioseph

Accessio Ioseph ad Aseneth.

Locutio Angeli.

Aseneth cecidit in faciem suam,quam Angelus confortans, ait; exue de lumbis tuis cilicium,& cinirem de capite:ablue faciem tuā, & indue te vestibus tuis, & loquar ad te. Quod cum fecisset,ait Angelus:confortare Aseneth, quia nomen tuum scriptum est ab hodierno die in libro viuentium, & non delebitur in æternum:viuificata eis,& renouata. Bibes vinum incorruptionis, & comedes panem benedictionis, & non vocabitur vltra nomen tuum Aseneth, sed multi refugij. Pœnitentia enim quæ est virgo filia altissimi semper ridens,atque modesta orauit pro te. Et ecce sponsa eris Ioseph.

Cumq; Aseneth quæreret ab Angelo de nomine eius,respondit: nomen meum digito in libro altissimi scriptum est,vbi quæ scripta sunt,ineffabilia sunt. Tunc Aseneth tenēs Angelum per summitatem pallij,ait; si inueni gratiā in oculis tuis sede hic modicū super lectum istum,super quem virorum nullus vnquam ascendit,& parabo tibi mensam: qui respondit affer citò. Illa autem attulit panem,& vinum suaue, & mensam nouam. Et ait Angelus; affer mihi fauū mellis.Cum autem illa contristata staret coram eo, quia fauum mellis non haberet, ait Angelus, intra in cubiculum cellarij tui,& inuenies fauum super mensam tuam. Intrans verò Aseneth inuenit fauum candidum sicut niuem,& mel odoratissimum, & suauissimum,dixitque: Domine non habebam fauum,sed dixisti ore tuo,& factum est.Subrisit autem Angelus gaudens super intelligentiam Aseneth, & tetigit caput eius dicēs, beata es tu, quæ abiecisti omnia idola tua:& credidisti in vnum Deum viuum: & beati venientes ad Deum per pœnitentiā comedent de hoc fauo, quem faciunt apes Paradisi, & quicunque comederit ex eo non morietur in æternum.Sumpsit autem modicum de eo Angelus,totumque residuum dedit in os Aseneth dicens. Ecce comedisti panem vitę,& vncta es Chrismate sancto, ex hinc erit iuuēt⁹ tua indeficiens non transiens in senectutem, & pulchritudo tua permanens, & renouabuntur omnia ossa tua. Tunc Angelus tetigit fauum, & factus est integer sicut ante. Et extendens digitum tetigit fauum in parte respiciente Orientem, & retraxit super fauum contra Occidentem, & via digiti versa est in sanguinem. Et secundo tangens fauum ab extremitate Septentrionali traxit fauum ꝺ illam, quæ respicit meridiē, & via digiti versa est in sanguinem; tūc Angelus ad Aseneth; aspice fauum,& exierunt de fauo apes candidę sicut nix: & aliæ purpureæ sicut herba iacintus circūeuntes Aseneth,faciebantque fauos super manus eius. Ad quas dixit Angelus ite in locum vestrum;quę perrexerunt per fenestram Orientalem in Paradisum. Tunc ait Angelus, sic erunt omnia verba quæ locutus sum hodie tecum, tetigit autem tertio Angelus fauum super mensam, & exiens de ipso ignis vorauit eum mensam penitus illęsam relinquens,cuius fumus directe in cœlum tendebat.Tunc ait Aseneth ad Angelum; Domine sunt septem virgines mecum nutritæ mecum ab infantia mea, quæ in eadem nocte genitæ fuerunt, in qua ego. Rogo, vt benedicas eas sicut me, cui Angelus, voca eas. Ad quas vocatas Angelus ait: Benedicat vos Deus altissimus,& sitis columnæ septem ciuitatis refugij: cumque hoc facto Aseneth mēsam seponere vellet, Angelus disparuit ab oculis eius per viam Orientis sup currum quatuor equorum. Cumque orare vellet, vt indulgeret ei quòd tam audaćter locuta fuisset ad illum, ecce quidam familiaris Putipharis dixit ad eā: ecce Ioseph venit, qa nūcius eius ad portam est,quæ descendens salutauit Ioseph, & ab eo ex mandato Pharaonis in vxorē ducta est: & datæ sunt ei duæ co-

Interrogatio Aseneth facta ad Angelū

Responsio Angeli.

Nota mirabilia facta per Angelum.

Responsio Aseneth ad Angelū

Angelus benedixit virgines q̄ erant cum Aseneth.

ronę

ronæ aureę, factæque sunt nuptiæ honorabiles per septem dies, in quibus quieuit totus populus insistens gaudijs, & lætitiæ. Nulla ab hoc loco vsque ad principium Exodi vlla temporum notatur historia, quod fuit spacium quasi annorum 80. *Egressus itaque Ioseph ad terram Aegypti.* Prius videtur, quòd accepit Ioseph vxorem, quam iret ad disponendum aliquid de ijs, quæ facere debebat per totam Aegyptũ. Vidit enim Pharao, quòd Ioseph erat iam vir magnus, & tempus erat habendi vxorem, dedit ergo ei Aseneth: deinde. *Egressus est Ioseph ad terram Aegypti.* Non est intelligendum q̃ ante nõ stetisset Ioseph in Aegypto, qa semper stetit in ea postquã ductus fuit de terra sua, & hoc, vel in domo Domini sui, vel in carcere, vel domo Regis. Sed quia Ioseph numquam ambulauerat per Aegyptum manens semper in ciuitate illa regia, cum nunc incœpit ambulare per terram Aegypti dicebatur egredi ad terram Aegypti tamquam ad aliquid, in quo numquam steterit. *Tringinta annorum erat Ioseph, quando stetit coram Rege Pharaone.* Hoc ponitur ad sciendum quantum tempus fuit inter venditionem Ioseph & exaltationem suam. Quia sunt 13. anni, & paucum plus: erat enim 16. annorũ Ioseph quãdo venditus est, vt patet supra 37. & incęperat iam 17. annus, nunc autem erant 30. anni vitæ eius. Fuerunt ergo 13. anni eius in seruitio, & carcere. Cęteri autem in lætitia magna vsquequo mortuus fuit annorum centum, & decem, vt patet infra 50. cap. *Circuiit omnes regiones Aegypti.* Vt cognosceret eum omnis Aegyptus, quibus Præpositus fuerat, vel vt poneret Præpositos in singulis ciuitatibus ad colligendas fruges, & vt consideraret, quæ erant temperatiora, & aptiora loca ad conseruationem frugum maiori tempore. *Venitque fertilitas.* Hic ponitur tertium, scilicet interpretationis somnij impletio. *Venit fertilitas.* Hoc fuit in anno, in quo Ioseph interpretatus est: veruntamen interpretatio Ioseph præcessit nouitatem frugũ, ita vt videretur perfectè, quòd iudicium interpretationis Ioseph non fuit ex aliquo apparenti, sed per solam Dei sapientiam occultam. *Et in manipulos redactæ sunt fruges.* Scilicet manentibus granis intra loca sua spicarum, vt sic diutius conseruarentur, tanquam in loco magis naturali. *Et congregatæ sunt in horrea.* Ideſt in loca ad conseruandum disposita. Aliqua enim de ædificijs, in quibus istę fruges conseruabantur, vsque hodie permanent in Aegypto, vt quidam videntes referũt, quæ incredibilis magnitudinis sunt; & talia namque decebãt, quia ibi tanta frugum copia recludenda erat. *Omnis enim frugum abundantia.* Ideſt quinta pars frugum, quæ in qualibet ciuitate assumebatur, quia abundabat ex necessitate hominum, & cętera, quæ ipsi sponte vendebant. *In singulis ciuitatibus condita sunt.* Ideſt in qualibet ciuitate ponebatur quinta pars, quæ ibi colligebatur cum alijs volũtariè venditis.

Sed quæritur de ista quinta parte frugum quomodo accipiebatur, vtrum computabantur omnes fruges totius populi, & deinde facta summa detrahebatur quinta pars, vel accipiebatur à quolibet quinta pars.

Respondetur, quòd à quolibet quinta pars assumebatur: quia quantum ad summam prouenientem nihil differt sic, vel sic. quolibet enim modo istorum quinta pars segetum haberetur, & erat modus iste leuior quàm si omnes fruges in vnam summam coniungerentur: deinde subtraheretur quinta pars omniũ. *Vt arenæ maris coęquaretur.* Hiperbole est ad exprimendam multitudinem tritici: Tamen secundum rem non non poterat æquari arenæ maris. *Et copia mensuram excedere.* Posset intelligi dupliciter vno modo, quòd copia excedebat mensuram, ideſt, quòd tanta erat copia tritici, quòd non mensurabatur, sed dabatur sine mensura ad existimationem, sed hoc nõ est valde conuenienter dictũ, quia si non esset mensura, nesciretur, quæ esset quinta, quæ assumi debebat.

Alio modo intelligitur, quòd excedebat copia mẽsuram, scilicet aliorum annorum, quia dato quòd alij anni præcedentes fuissent fertiles: tamen nunquam tanta fuit abundantia. *Natique sunt Ioseph filij duo.* Licet Ioseph multo tempore vixerit, nunquam legitur genuisse, nisi hos duos filios, vnde quando mortuus fuit Iacob pater suus, non habebat nisi hos duos, vt patet infra 48. Vbi dixit Iacob: Effraim, & Manasse quasi Ruben, & Simeon reputabuntur, cęteri autem quos genueris reputabuntur tibi. *Antequam veniret fames.* Quasi dicat, quòd in tempore famis non vacabat multiplicationi posteritatis, quia in tempore communis tribulationis omnes à gignendo abstinere debent. Sic factum fuit, dum staret Noe in Arca, quia nullum animal ibi genuit, eò quòd esset mundi vniuersalis tribulatio, vt diximus supra 7. cap. sic in tempore famis tribulatio vniuersalis erat. *Quos peperit Aseneth filia Putipharis.*

Aliquis quæret quomodo Ioseph, qui erat vir iustus, & incontaminatus accepit vxorem de stirpe gentium extranearum. Posset ad hoc responderi, quòd si recitata à nobis supra historia Aseneth verum continet, Ioseph excusatus est, quia mandato Dei fecit, postquam Aseneth renunciauit idolis suis, & fleuit faciens magnam pœnitentiam. Benedictaque fuit ab Angelo, & Ioseph in sponsam tradita. Si autem huic inniti nolumus, dicemus eandem esse noxam omnium fratrum suorum si noxa est, quia ipsi videntur accepisse vxores de stirpe Chanaam, cum non haberent aliquas in stirpe sua, & sic impossibilitas eos excusabat. Sed quia de alijs fratribus Ioseph fortè aliter dicetur infra 46. cap. vī dicendum aliter de Ioseph. Quidam ergo dicunt q̃ Ioseph non accepit vxorem alienigenã, quia Aseneth ad stirpẽ suam pertinebat. Et dicunt ad fulcimentum huius, quòd Dina filia Iacob, & Lyæ postquam educta fuit de vrbe Sichem accepta fuit in vxorem à Iob, & ipse genuit Putipharẽ ex Dina. Ex quo sequebatur Aseneth esse neptem Dinæ, & cognatam Ioseph, sed hoc valde rationi absonum est, quomodocunque ponatur fuisse Iob, quia vt diximus supra 36. cap. quidam volunt eum fuisse filium Nachor: Alij volunt eũ esse Regẽ Idumææ de semine Esau. Si autem ponatur secundum primum modum non cõuenit, quia Nachor citò ita genuit filios suos, sicut Abraam, Isaac, immo citius, quia Abraham genuit in senectute magna. scũ esset centum annorum, vt patet supra 21. cap. Esset ergo ad minus totidẽ annorum Iob, quot erat Isaac, sed Isaac erat 180. annorum, cũ mortuus fuit, & tunc Dina nõ esset adhuc magna puella, vt patet ex dictis supra ca. 36. & 37. Ergo hõ tot annorũ non acciperet vxorem, maximè puellam, quia rarissimi ad tantam senectutẽ accedebant. Nec põt hoc astrui ponendo Iob fuisse de stirpe Esau, quia Iobab qui vocatur apud nos Iob fuit secundus Rex de stirpe Esau post mortem oĩum Ducum, post quos successerunt Reges, vt patet supra 36. Nondum ergo aliquis de Regibus stirpis Esau natus esset, quãdo ista facta sunt: maximè quia Aseneth ponitur esse neptis isto modo Iob, quod impossibile est, scilicet tot generationes decurrere in linea Esau, dum nõ decurrisset adhuc vna per lineã Iacob. Patet, quia Esau, & Iacob coætanei erant cum eadem hora nati fuissent, ergo tot generationes debuisset vnus habere, quot habebat alius, vel quasi tot. Sed Iacob solam habebat vnam cum genita fuit Dina, quia

Dina

Interuallũ quod fuit inter venditionem Ioseph, & exaltationem eius.

Anni carceris Ioseph.

Impletio interpretationis somnij.

Quæst. 4. Quomodo accipiebatur quinta pars frugum.

Copia mẽsuram excedebat dupliciter intelligit.

Quæst. 5. Quo Ioseph accepit vxorẽ extraneã. Quorundam filio.

Iob fuit secundus Rex de stirpe Esau.

Opiniones de patre Iob.

Dina filia erat Iacob, vt patet supra 30. cap. Quando tamen secundus rex in Idumæa erat nomine Iobab multæ generationes transierant in terra Seir per lineã Esau, scilicet omnes duces priores, qui ponuntur sup. 36. cap. & duo reges, ergo non fuit Iob in tali tempore, vt posset habere in vxorem ipsam Dinam filiam Iacob. Item repugnat hoc ex parte Dinæ, quia Dina & Ioseph nati sunt eodem anno, vt declarauimus sup. 30. cap. Quia Dina fuit vltima filia Liæ genita in fine secundi septennarij, cuius natus fuit Ioseph: impossibile erat ergo, q̃ Dina in anno. 30. vitæ suæ haberet neptem iam aptam matrimonio, sed necesse erat Dinam esse. 30. annorum solum, q̃n Ioseph accepit vxorem; quia vt diximus supra, Ioseph, & Dina coętanei erãt, sed Ioseph erat 30. annorum quãdo accepit vxorem, vt patet hic, s. in anno quo stetit coram Pharaone antequam ambularet per terram Aegypti, ergo impossibile simpliciter est Aseneth fuisse de stirpe Iob, aut Dinæ. Videtur ergo dicendum, quòd Aseneth fuit de stirpe Gentilium. Sed quia erat honesta puella, quæ idola abiecerat, & ipse non poterat habere tunc conuenienter aliam de stirpe sua, accepit illã. *Vocauit nomen primogeniti Manasse.* Ista nomina filiorum Ioseph nõ fuerunt imposita secundum linguã Aegyptiacam, sed secundum Hebræam, vt patet ex interpretationibus eorum, & causis nominum positis in litera, quæ conueniunt literæ Hebraicę. *Dicens obliuisci me fecit.* Manasse interpretatur obliuio, quia quando eum genuit Ioseph, oblitus erat omnium malorũ, quæ ei acciderant. *Me fecit Deus omnium laborum meorum.* Dicebat hoc, quia deductus fuerat ad magnam prosperitatem, in qua nihil molestum sentiebat secundum experientiam, etiam si recordaretur secundum memoriam, ideo oblitus dicitur. Isti vero labores fuerunt venditio sua à fratribus, & seruitium in domo Putipharis, & incarceratio. *Et domus patris mei,* Ideſt etiam oblitus sum domus patris mei, quia tanta bona mihi dedit Deus, quòd non indigeo domo patris mei. *Nomen secundi appellauit Efraim.* Quod interpretatur crescens vel fructificans, & subditur ratio, scilicet. *Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.* Terra paupertatis Ioseph vocatur Aegyptus, in qua ipse pauper erat cum venditus fuit, & in carcere detentus, sed postea creuit, quia factus fuit Dominus terræ Aegypti, ut patet hic. Et hoc fecit Deus, quia non fuit acquisita ista dominatio industria, vel labore humano, sed sola gratia Dei, qui dedit ei gratiam interpretandi somnia, & prudentiam disponendi res, & mouit voluntatem Pharaonis, vt eum exaltaret. *Igitur transactis.* Completa interpretatione Ioseph quantum ad vnam partem, scilicet ad tempus fertilitatis, ponitur hic completio quantum ad aliam partem, in qua prædicebatur sterilitas. *Et in uniuerso orbe fames prævaluit.* Scilicet in magna parte terrarum adiacentium Aegypto. Non est intelligendum quòd non fuerit locus in orbe, in quo fames non prævaleret. Quia tunc cum omnis terra non poterat gubernari de alimentis Aegypti, necesse erat multos populos fame mori, immo maiorem partem generis humani, quia tunc etiam deficerent fructus arborum, & gramina præ ariditate terræ.

In cuncta autem terra Aegypti defecerat panis. Hoc verum est vniuersaliter, quia non erat locus in Aegypto, in quo non esset sterilitas, & panis inopia. Hoc autem erat in fine primi anni sterilitatis, quia iam incipiebat ibi deficere panis anni præcedentis, in quo finita fuerat vbertas. *Qua esuriente clamauit populus ad Pharaonem.* Quia sciebant, quòd rex congiderat multas fruges in horrea, ex quibus poterant sustentari. Aliàs stulta fuisset conclamatio. *Ite ad*

Alph. Tost. super Gen.

Aliæ rationes solutionis.

Ideſt per Manassem reprehensa.

Ideſt per Effraim reprehensa.

Ioseph, & quicquid uobis dixerit facite. Omnia negocia regni commendauit Pharao in manu Ioseph, & maximè istud negocium, de frugibus colligendis, ideo remittebat Aegyptios ad ipsum. *Crescebat autem quotidie fames.* Quia magis deficiebant populis frumenta. *Aperuit Ioseph vniuersa horrea.* Scilicet in qualibet ciuitate aperiebat horrea, ut non cogerentur omnes ire ad vnum locum, & sicut posuerat Ioseph præpositos ad colligendas fruges, ita eosdem posuit ad vendendas data eis regula quantum vendere deberent, & pro quanto precio. *Omnesque Prouinciæ ueniebant in Aegyptum.* Scilicet prouinciæ propinquæ, vt de terra Chanaan, & de alijs circunstantibus, non autem omnes, quia nec in omnibus fames erat, nec dato, quòd fames esset ubique, non poterant omnes ire illuc, quia Indi, & Arathusij, Hispani, & Anglici non bene irent in Aegyptum, & si omnes iuissent, non sufficeret eis triticum pro medio anno. *Et malum inopiæ temperarent.* Temperantia diminutionem notat, quia in tempore illo non emebant gentes frumentum ad abundantiam, sed solum ad ciborum necessitatem inquantum vita defensari posset, & hoc quia cibaria ualde cara erant, nec tantas pecunias habere poterant. Et dato, quòd ad abundantiam emere vellent, tamen Ioseph non vendebat eis quantum volebant, sed quantum posset necessitati sufficere considerata quantitate frugũ reconditarum, & temporis sterilis quantitate.

Fratres Ioseph in Aegyptum mittuntur: Simeone in carcere à Ioseph detento, reuertentes pecuniam in saccis inueniunt.

Cap. XLII.

AVdiens autem Iacob, quòd alimẽta venderentur in Aegypto, dixit filijs suis: Quare negligitis? Audiui quòd triticum venundetur in Aegypto: descendite, & emite nobis necessaria, vt possimus viuere, & non consumamur inopia. Descendentes igitur fratres Ioseph decem, vt emerent frumenta in Aegypto, Beniamin domi retento a Iacob, qui dixerat fratribus eius: ne forte in itinere quicquam patiatur mali: ingressi sunt terram Aegypti, cũ alijs, qui pergebãt ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaan. Et Ioseph erat princeps in terra Aegypti, atque ad eius nutũ frumenta populis vendebantur. Cumque adorassent eum fratres sui, & agnouisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur interrogans eos: Vnde venistis? Qui responderũt: de terra Chanaan, vt emamus victui necessaria. Et tamen fratres ipse cognoscens, non est cognitus ab eis. Recordatusq; somniorum, quæ aliquando viderat, ait ad eos. Explorato res estis, vt videatis infirmiora terræ, venistis. Qui dixerunt: Non est ita domine, sed serui

tui venerunt, vt emerent cibos. Omnes filij vnius viri sumus: pacifici venimus, nec quicquam famuli tui machinantur mali. Quibus ille respondit: Aliter est: immunita terræ huius considerare venistis. At illi dixerunt, duodecim, inquiunt, fratres serui tui sumus, filij viri vnius in terra Chanaan. Minimus cum patre nostro est, alius non est super. Hoc est, ait, quod locutus sum: exploratores estis. Iam nunc experimentum vestri capiam. Per salutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus. Mittite ex vobis vnum, & adducat eum: vos autem eritis in vinculis, donec probentur, quæ dixistis verum vera, an falsa sint: alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis. Tradidit ergo illos custodiæ tribus diebus. Die autem tertio eductis de carcere, ait: facite quæ dixi, & viuetis. Deum enim timeo. Si pacifici estis, frater vester vnus ligetur in carcere, vos autem abite, & ferte frumenta, quæ emistis in domos vestras, & fratrem vestrum minimum ad me adducite, vt possitis vestros probare sermones, & non moriamini. Fecerunt, vt dixerat, & locuti sunt adinuicem: Merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum videntes angustiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audiuimus; iccirco
Infra 43. venit super nos ista tribulatio. Et quibus vnus Ruben, ait: Nunquid non dixi vobis: nolite peccare in puerum: & non audistis me? En sanguis eius exquiritur. Nesciebant enim quòd intelligeret Ioseph, eò quòd per interpretem loqueretur ad eos. Auertitque se parumper, & fleuit, & reuersus locutus est ad eos. Tollensque Simeon, & ligans illis præsentibus iussit ministris, vt implerent eorum saccos tritico, & reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis supra cibarijs in via: qui fecerunt ita. At illi portantes frumenta in asinis suis, profecti sunt. Apertoque unus sacco, ut daret iumento pabulum in diuersorio: contemplatus pecuniam in ore sacculi, dixit fratribus suis: Reddita est mihi pecunia, en habetur in sacco. Et obstupefacti, turbatique mutuo dixerunt: Quid nam est hoc, quod fecit nobis Deus? Veneruntque ad Iacob patrem suum in terra Chanaan, & narrauerunt ei omnia, quæ
Sup. eod. accidissent sibi, dicentes: Locutus est nobis dominus terræ durè, & putauit nos exploratores esse prouinciæ. Cui respondimus: Pacifici sumus, nec vllas molimur insidias. Duodecim fratres vno patre geniti sumus: unus non est super: minimus cum patre nostro est in terra Chanaan. Qui ait nobis: Sic probabo, quòd pacifici sitis. Fratrem uestrum unum dimittite apud me, & cibaria domibus uestris necessaria sumite, & abite, fratremque uestrum minimum adducite ad me, ut sciam, quòd non sitis exploratores, & istum, qui tenetur in uinculis recipere possitis, ac deinceps quæ vultis emendi habeatis licentiam. His dictis cum frumenta effunderent, singuli repererunt in ore saccorum ligatas pecunias: exterritisque simul omnibus dixit pater Iacob. Absque liberis me esse fecistis, Ioseph nō est super, Simeon tenetur in uinculis, & Beniamin auferetis: in me hæc omnia mala reciderunt. Cui respondit Ruben: duos filios meos interfice, si non reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego eum tibi restituam. At ille. Non descendet, inquit, filius meus uobiscum: frater eius mortuus est, & ipse solus remansit: si quid ei aduersitatis acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos, cum dolore ad inferos.

AVDIENS. Descripto descensu Iacob in Aegyptum in filio suo Ioseph, qui Dei ordinatione missus, vt disponeret alijs locum pro tempore famis, hic consequenter describitur descensus Iacob in cæteris filijs, & diuiditur in duas partes, quia primo agitur de descensu decem fratrum maiorum, secundo de descensu eorundem, & iunioris ipsorum; scilicet Beniamin infra 43. cap. Prima in tres, primo ponitur eorum descensus in Aegyptum, secundo tribulatio descendentium, ibi. *Cumque adorassent*. Tertio regressus ad patrem suum ibi. *At illi portantes*. Circa primum. *Audiens autem Iacob, quòd alimenta uenderentur in Aegypto*. Audiuit hoc ab alijs adducentibus inde alimenta. In Hebræo dicitur. *Vidit autem Iacob*. Non est accipiendum, quòd Iacob vidisset oculis suis constitutus in terra Chanaan, cum tantum distet terra Aegypti maximè interpositis alpibus, & collibus deserti. Sed vt dicunt quidam Hebræi vidit oculis spiritualibus, scilicet intellectu, quia sæpe transferimus actum potentiæ visiuæ organo, ad intellectum, sic uolunt, quòd spiritu prophetico cognouerit ista Iacob. Sed magis videtur, quòd ponatur videre pro audire, quia actus oculorum, qui est communior alijs sensationibus transfertur sæpe ad alias sensationes signandas. Et hoc modo loquendi vtitur sæpe scriptura sacra, ut patet Exod. 19. capit. ubi dicitur cunctus populus videbat voces, ideſt audiebat: vox enim audiri potest, sed videri minime, quia excedit

Descensus fratrum in Aegyptū.

Videre quo accipiatur.

cedit obiectum formale potentiæ visiuę. *Quare negligitis*. Ideſt quare negligitis descendere in Aegyptū ad emenda alimenta, ne moriamur nos, & paruuli nostri? Dictio autem Hebraica hic posita signat duo. s. iurgari, vel ostentare. Et est sensus, quia filij Iacob volebant descēdere in Agyptum pro alimentis, sed iurgabantur inter se dicentes: descendas tu, aut descendat ille. Et tunc Iacob mandauit eis descendite in Aegyptum. Si autem accipiatur pro ostentare est sensus, ꝙ filij Iacob nolebant descendere in Aegyptum pro alimentis, quasi ostentantes se omnia necessaria habere, nec opus est descendere in Aegyptum, quos pater increpat dicens, quare demonstratis vos habere alimenta, cum nihil habeatis? Descendite in Aegyptum. Aliqui autem ad pauca respicientes dicūt, ꝙ Ioseph cognoscens, ꝙ in terra Chanaan fames esset, misit paleas minutas per quendam fluuium, qui fluebat de Aegypto in terram Chanaan transeuntem apud locum, in quo morabatur Iacob, & ex illis stipulis cognouit Iacob panem esse in Aegypto, de qua fluuius ille descendebat. Hoc autem dicunt sequentes quendam libellum vulgariter conscriptum, qui Genesis vsurpato nomine apud eos vocatur, in quo multa mendacia continentur. Falsitas autem, & impossibilitas huius patet, quia aquæ non fluunt ab Occidente contra Orientem, sed potius ab Oriente contra Occidentem: cum terra Chanaan, in qua morabatur Iacob sit aliqualiter magis Orientalis quā Aegyptus, ut supra sæpe probatum est. cap. 12. & 26. necesse est magis aquas à terra Chanaā labi cōtra Aegyptum, quàm ab Aegypto contra terram Chanaan. Item dato, ꝙ aqua aliqn flueret ab Occidente versus Orientem, cum aqua non sit bene terminabilis termino proprio, sed termino alieno, semper petit loca inferiora, nec potest ascendere naturaliter, nisi ad æquilibram originis, sed terra Chanaā est altior terra Aegypti, cum sit septentrionalis respectu eius, vt patet Numeri 13. c. & sæpe probauimus, mundus autem altior est quantum ad partem terræ ex parte septentrionis q̄ ex meridie, ideo necesse est aquas fluere à septentrionali parte in meridiē. sà terra Chanaan in Aegyptū, & non è cōtrio. Itē quia à terra Chanaan versus Aegyptum est descensus, vt patet hic. s. Descendite, & emite vobis necessaria ab Aegypto: contrà terra Chanaā est ascensus, vt patet Exo. 12. c. s. vulgus promiscuum ascendit cum eis, & Nume. 11. c. dicitur vulgus quod ascenderat cum eis, & loquitur semper de Aegypto ad terram promissionis. Cum aūt aquæ non possint ascendere, sed descēdere, impossibile erat fluere aquas fluminis ab Aegypto in terram Chanaā. *Descendite, & emite nobis necessaria*. Loquebatur Iacob ad oēs filios suos, vt emerent necessaria pro ipso, & familia sua. Et ēt quilibet pro domo sua, quia oēs erant iam habētes vxores. *Vt possimus uiuere, & non consumamur inopia*. Cū enim tanta fames terram Chanaā pressisset, necesse erat eos, vel in Aegyptum pro alimentis descendere, vel fame mori. *Descendentes igitur*. Quia Aegyptus est inferior terra Chanaā, cum sit magis australis, vt dictum est supra. *Fratres Ioseph decem*. Dicunt Hebræi, ꝙ vocātur hic fratres Ioseph, quia pœnitebat eos de venditione Ioseph, & eo animo descendebant in Aegyptum, vt si ibi inuenirent Ioseph, redimerent eum, & reducerent ad patrem suum. *Beniamin domi retento à Iacob*. Ideſt quòd Beniamin mansit apud patrem ne videretur orbatus omnibus filijs, & vt sic aliquo modo consolaretur. *Qui dixerat fratribus suis*. Istud dictum refertur ad Iacob, & nō Beniamin, quod patet ex modo locutionis, quia si Beniamin locutus fuisset de seipso, non dixisset. *Ne forte aliquid mali patiatur*. Sed dicet. *Ne forte aliquid mali patiar*. Sed hoc dixit Iacob excusando Beniamin, ne illuc descenderet. *Fratribus suis*. Istud relatiuum. *Suis*. Non refert loquentem, sed Beniamin, cuius fratres erant isti decem, ad quos loquebatur Iacob, & est sensus. *Qui*. Ideſt Iacob. *Dixerat fratribus suis*. Ideſt fratribus Beniamin. *Ne fortè aliquid mali patiatur*. Ideſt nolo eum mittere in Aegyptum vobiscum, ne cōtingat eum pati aliquid mali, quia tūc cum ego eum tenerrimè diligam, moriar. De alijs autem non tantum dolebat pater. Nicolaus dicit, quòd noluit mittere eum cum ipsis, quia valde iuuenis erat, & non posset tolerare laborem itineris. Sed hoc non videtur valde bene dictum, quia Beniamin admi nus haberet tunc annos. 25. in qua ætate iuuenis robustus est, & fortior, & leuior ad motum, quàm postea procedente ætate. Patet autem hoc, quia sequenti anno, scilicet in secundo anno sterilitatis descendit Iacob in Aegyptum, cum omni prole sua, ut pater infra 46. & computantur omnes, qui descenderunt cū Iacob, inter quos computantur decem filij Beniamin, qui tamen gignere nō posset, vel non daretur ei vxor ante annos. 15. ergo dato, quòd gigneret quolibet anno, esset quasi 25. annorum. Prima ergo positio est vera. *Cum alijs, qui pergebant ad emendum*. Quia multi de tota terra Chanaan, & de Arabia, & Moabitis, & Amonitis, & Idumæis, Ismaelitis & Amalechitis, qui omnes erant vicini Aegypto, & terræ Chanaan, ibāt in Aegyptum. *Erat autem fames in terra Chanaan*. Hic exponit superiora quando dicebatur. *Cum alijs, qui pergebant ad emendum*. Quasi dicat non pergebāt soli de terra Chanaan filij Iacob, sed multi alij, quia fames erat in terra Chanaan vniuersaliter. *Et Ioseph princeps Aegypti*. Hic ponitur ad introductionem eorum, quæ infra dicuntur, quomodo filij Iacob adorauerint Ioseph. *Et ad illius nutum frumenta populis uendebantur*. Ideſt, quòd nihil vendebatur sine mandato eius, & ob hoc compulsi sunt ire ad eum, & adorare eum. Licèt enim supra præcedenti cap. dictum fuerit, quòd horrea per singulas ciuitates ad vēdendum aperta sunt, tamen non vendebatur ibi aliquid cuiquam sine hoc, quòd prius iret ad Ioseph, & sciret Ioseph de qua terra erat, & quantum emere veller. Tunc ipse taxabat quantum ei dari deberet, & accipiens ab eo pecuniam, dabat ei frumenta in ciuitate, in qua tunc stabat, vel dabat ei literam ad aliquem præpositum alicuius ciuitatis roboratam nomine suo vt daret ei tot mensuras tritici quas iam soluisset. Et isto modo inerunt filij Iacob ad Ioseph, vt peterent ab eo licentiam emendi frumenta. *Cumque adorassent eum*. Hic ponitur secundum, scilicet tribulatio descendentium. Et primo ponitur simulata austeritas, secundo uero ipsius charitas, ibi. *Auertit se parumper, & fleuit*. Circa primum considerandum, ꝙ hic cōpletum fuit somnium Ioseph pro parte, scilicet ꝙ fratres sui adoraturi essent eum. *Cumque adorassent eum*. Vt. n. viderunt filij Iacob Ioseph, quem non cognouerunt, vt Ioseph, sed vt dominum Aegypti, adorauerunt eū inclinātes se coram eo, sicut solet fieri coram magnis viris, quia ipse erat præpositus totius Aegypti. *Et agnouisset eos*. Et non fuisset agnitus ab eis, vt infra patet, & causa huius est, quia Ioseph, quando venditus fuit à fratribus suis erat annorum. 16. vt patet supra 37. & sic nōdum erat barbatus: postquam aūt barbatus fuit immutata fuit facies eius aliqualiter, ita ꝙ eū cognoscere non possent. Fratres aūt sui erant barbati qñ ipse recessit ab eis, & ideo non fuerat facies eorū multū mutata, ita ꝙ cognosci satis possent, maximè, qa vidit eos simul: si. n. quēlibet eorū p se vidisset fortè nō cognouisset eos, sed qa oēs simul apparuerūt corā eo p vnū poterat cognoscere alios. Itē qa Ioseph vidit fres suos in habitu, in quo erāt in terra Chanaā. s. vt viros simpli-

Opinio Nicolai de missione Beniamin.

Populi, ꝙ erāt uicini Aegypto, & Chanaan.

Tribulatio descendentium.

simplices, & sic cognouit eos. Ioseph autem habebat habitum quasi regis, ideo non cognouerunt eum fratres sui, quia non poterant suspicari, ꝙ puer qui in seruitutem venditus fuerat, esset tantus dominus. *Quasi ad alienos durius loquebatur.* Ideſt nō loquebatur eis cōsolubiliter, & amorosè, sicut decebat loqui fratribus cognitis, sed dure loquebatur, vt veritatem ab eis scire posset. Vnde sciendum, ꝙ cum Ioseph vidit omnes fratres suos simul, & non videns Beniamin, timuit forte, ꝙ cæteri fratres inuidentes ei, sicut sibi inuiderant propter singularem amorem patris ad eum, vt patet supra 37. cap. occidissent eum, vel vendidissent. Vt ergo sciret veritatem huius rei, inquisiuit ab eis de cognatione, de patre, & matre, & fratribus, si qui erant, & de omnibus alijs circunstantijs secundum ordinē. Sic dicitur infra cap. sequenti. Interrogauit nos homo per ordinem nostram progeniem, & infra 44. ca. Interrogasti prius seruos tuos: habetis patrem? Secundo multa alia: & propter hoc imposuit eis crimen explorationis, vt ipsi etiam sine interrogatione confiterentur totum suum statum. Nec enim Ioseph ab isto rigore laxatus est, donec sciret probabiliter fratrē suum Beniamin saluum esse. *Vnde uenistis?* Ista fuit prima interrogatio, & non erat ista specialis ad fratres suos, quia omnes ad se venientes isto modo interrogabat.

Quæst. 1. Prima interrogatio, quæ fuerit an de patre, & matre.

Sed prima interrogatio specialis, quam fecit ad eos vtrum patrem haberent, & quomodo dicitur infra 44. cap. interrogasti prius seruos tuos: habetis patrem, & matrem. Hic autem dicitur, quod immediatè, vt venerunt quæsiuit ab eis, vnde essent, & hoc verisimilius est. Respondetur, quòd ista interrogatio fuit prima simpliciter in ordine omnium interrogationum, sed interrogatio de patre, & matre, fuit prima inter speciales interrogationes. *De terra Chanaan.* Licèt illa terra esset promissa Hebræis, quia tamen nondum receperant eam in possessionem, non vocabant eam terram Hebræorum. *Vt emamus victui necessaria.* Ideſt alimenta necessaria ad viuendum. *Recordatusque somniorum, quæ aliquando uiderat.* Ista fuerunt somnia de inclinatione manipulorum fratrum suorum corā manipulo suo, & somniatio de sole, & luna, & stellis vndecim adorantibus ipsum. Et dicit hoc hic, quia ista somnia pro parte implebantur, scilicet somnium de manipulis. Somnium autem de stellis, sole, & luna implebatur quantum ad aliquam partē, scilicet quantum ad decem stellas, ideſt decem fratres adorantes eum tunc. De his somnijs habetur supra 37. cap. *Exploratores estis.* Hoc dicebat eis, vt per istam verborum duritiem veritatem de statu Beniamin cognosceret ab eis. Et si arguatur, quòd Ioseph mentitus fuit hic, ergo peccauit, fortè aliquis rīdebit, ꝙ nō mētitus fuit Ioseph, quia mentiri est contra mentē ire. Ioseph autem non iuit contra mentem, quia ignorabat, an essent exploratores, an non. Sed hoc nihil est, quia Ioseph bene cognoscebat eos, quia vt supra dicitur cognouit fratres suos, & non fuit ab eis agnitus. Sed dices adhuc bene poterat eos cognoscere esse fratres suos, sed dubitaret adhuc, vtrum essent exploratores. Respondetur, quòd non, quia exploratores dicuntur homines missi ad inquirendū vias, & status terræ alicuius, vt postea inuadant eam, vt patet de exploratoribus missis à filijs Israel ad videndum vtrum terra Chanaan esset murata, an sine muris; plana an montuosa, & sic de alijs, ut patet Numeri 13. & Deuteron. 1. capit. isti autem, vt bene nouerat Ioseph, erant filij vnius patris, de cuius progenie nulli alij exstabant quomodo ergo poterant insidiari alicui terræ ad inuadendum eam? Alij autem dicunt, quòd Ioseph non mentitus est, quia noluit vocare eos exploratores, ideſt inquirentes de statu terræ, sed uocauit exploratores, ideſt inquisitores viæ bonæ, per quam uenirent in Aegyptum, & hoc verum erat. Hoc tenet Ra. Sa. Sed valde friuolum est, & falsum, & patet cōtrarium in litera, scilicet, quòd Ioseph vocabat eos exploratores, ideſt inquirentes loca opportuna ad inuadendum terram, & sic patet, quia immediatè dicitur: immunita terrę considerare uenistis. Item quia Ioseph intendebat eos affligere ijs verbis duris, sed si vocaret eos exploratores, ideſt explorantes uiam bonam, per quam uenirent, nullo modo ex hoc affligerentur, ergo non intendebat hoc. Si fortè dicas, quòd iste intelligebat intra se, quòd erant exploratores uiæ bonæ, & eis declarare nolebat, sed ꝙ erant exploratores in malum, adhuc nihil ualet, quia tunc repugnat illa litera: Immunita terræ considerare uenistis, quæ non potest intelligi aliquo modo in bona significatione? Item quia dato hoc non excusatur mendacium, quia quacunque arte quis iuret, Deus nō respicit fraudem iurantis, aut dicentis, sed intentionem audientis, aut modum communem loquendi, & sensum quem solent facere illa uerba. Dicēdum ergo, quòd Ioseph dixit hic mendacium officiosum, & ideo non fuit peccatum, quia erat ad inquirendam veritatem de statu Beniamin, uel an pēniterent, quia vendiderant eum, nec oportet laborare excusando Ioseph, & alios patriarchas à mendacio, & etiam à quibusdam satis grauibus sceleribus, ut diximus sup. 37. cap. maximè, quia mēdacio officioso, & uenialibus peccatis nō excusantur magni uiri, nec etiam ipsi Apostoli, ut patet Ioan. 1. cap. 1. si dixerimus, quòd peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis non est. Et satis credo esse licitum, si iudex crederet certissimè aliquem esse malefactorem, per mendacia ornata officiosa inducere eum ad confitendum ueritatem facti sui. Quando autem non est suspicio, non sunt talia mendacia licita, immo sunt peccata mortalia, quia aliquis poterit innocentem isto modo deducere ad confitendum facinus, quod non egit, quod ualde periculosum, & malum est, cum secundum etiam iura humana melius sit nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem iniustè punire. *Vt uideatis infirmiora terræ uenistis.* Istud est officium exploratorum considerare, quæ loca infirma, aut immunita sint, vt per hæc ualeant urbes, aut oppida impugnare. *Qui dixerunt non est ita domine.* In hoc nullam iniuriam inferebant Ioseph, qui non asserebat eos esse exploratores, sed inquirebat de hoc. Et quantum ad talia cuicunque magnæ personæ inquirenti de statu alicuius rei, licèt negare quod dicit, nec hoc est propriè repugnatio, quia orationes inquirentium, licèt videantur indicatiuæ, imperatiuæ tamen sunt, oratio autem nulla uera, aut falsa est præter indicatiuam, ideo istæ non sunt veræ, uel falsæ, quare orationes indicatiuæ negatiuæ, uel affirmatiuæ non repugnant illis. *Omnes filij vnius viri sumus.* Ista est excusatio eorum, quia Ioseph vocando eos exploratores innuebat se credere eos esse de diuersis gentibus uenientes ad uidendum infirmiora Aegypti, ut postea uidentes renunciarent hoc multis gentibus, & inducerent magnum exercitum contra Aegyptum. Ad hoc respondebant se non esse de diuersis gentibus congregatos, sed omnes unius patris filios. Et innuebant etiam, quòd non esset verisimile eos esse exploratores, quia unus homo, cuius ipsi omnes erant filij, non posset pugnare contra aliquam gentem. Superfluum, ergo erat mittere eos, ut exploratores. *Pacifici uenimus.* Ideſt non ad pugnandum. *Nec quicquam famuli tui machinantur malum.* Ideſt non cogitant uidere loca terræ ad inferendum

Opinio Ra. Salomonis cōfutatur.

Determinatio.

Officium exploratorum.

Excusatio fratrum Ioseph.

dum post bellum, vt tu imponis. *Aliter est.* Licèt sciret Ioseph sic esse, tñ dicebat aliter esse, vt induceret eos ad declarandum magis de statu suo. *Immunita terræ huius considerare uenistis.* Ideſt intentio vestra fuit videre loca, quæ non habent muros, vel quæ habent debiles, vt per illa inducatis exercitum contra Aegyptū. Et quantum ad hoc arguebat contra eos coloratè Ioseph, quia illi decem fratres intrātes ciuitatem discurrebant per vicos, & plateas, & loca secreta, vt si fortè viderent Ioseph, & adducerent eum ad patrem suum. Mouebantur autem ad hoc, quia vendiderant eum mercatoribus venientibus in Aegyptum, & quia illa ciuitas, in qua erat tunc Ioseph cum rege, erat famosior in regno, ideo putabant eum ibi manere. Ioseph autem arguebat ex hoc dicens: Vos non venitis emere panem, quia mercatores non inquirunt vicos, & plateas, & muros, & omnes partes ciuitatum, sed hoc ad exploratores pertinet: Vos autem tota die in hac discurritis, ergo veri exploratores estis. *Duodecim serui tui.* Hic excusant se de crimine impositio explorationis, & non respondent ad istam argumentationē supra proximam de discursu per ciuitatem, quia ad hoc nulla responsio bona esset, nisi dicerent se quærere fratrem suum venditum, in quo suum crimen confiterentur, ideo euadentes rationem quantum poterant, respondebant ad superius argumentum, scilicet, quòd non essent ipsi exploratores, dicentes, quòd omnes erant filij vnius patris, & declarant magis, scilicet, quòd erant 12. & vnus eorum nō superest, alius autem manebat cum patre. Ponunt istas circunstantias, quia ex ijs solet veritas, aut falsitas conijci. *Filij viri vnius.* Ideſt qui est vir simplex, nec est aliquis princeps, vel rex, vt nos mitteret ad explorandum terram ad inuadendum eam post. *In terra Chanaan.* Ideſt ista terra prope est si vis inquirere veritatem, cito mittere poteris illuc. Vel dicitur de terra Chanaan ad magis excusandum se de crimine explorationis. q.d. homines terræ Chanaan, ita miserrimi sunt, quòd non auderent venire ad ponendum insidias, vel pugnandum contra Aegyptum, sed magis Aegyptij contra eos, quia Chananæi maledicti erant inter omnes gentes, quia maledixerat eos a principio post diluuium Noe, vt patet supra 9. cap. Sed primus sensus melior est. *Minimus cum patre nostro est.* Scilicet Beniamin. *Et alius non superest.* Ideſt non viuit, sed non dixerunt ei modum mortis eius, vel defectus. Vel fortè accipitur. *Non superest.* Scilicet, nec apud patrem est, nec apud nos, ita quòd nullo modo cognoscimus, quid de eo factum sit? Ioseph dixit tunc visa eorum responsione. *Hoc est quod locutus sum.* Ideſt nunc verificatur, vel confirmatur verbum meum, scilicet, ꝙ estis exploratores. Ista consequentia potest dupliciter introduci, vno modo vt dicatur, quòd quia ipsi dicebant se esse duodecim fratres, & vnum apud patrem, & alium non superesse, videbatur ista esse quædam verborum coloratio ad dissimulandum, ꝙ non essent exploratores, & sic dicebat Ioseph, hoc est, quod locutus sum, ideſt quia vos verba multiplicatis fingendo vos habere alios duos, vnum apud patrem, & alium, de quo nescitis, satis videtur verum esse verbum meum, scilicet, ꝙ sitis exploratores. Non est ista ratio necessaria, sed qualiscunq; rō est, quia impossibile est falsum necessarijs rōnibus probari. Quod aūt Ioseph conabatur inducere falsum erat. s. eos esse exploratores. Non est ergo mirum si rōnes suæ leues sunt magis procedentes ex opinione, & auctoritate dandi quam ex vero fundamēto, vel illatione. Nicolaus aliter introducit istud dictum. s. addendo aliquid quod fratres Ioseph dixerint. s. *Alius non superest.* Ideſt nescimus vtrum viuat, an nō, & quia credimus, ꝙ ductus fuerit in Aegyptū,

Ratio Ioseph.

Excusatio fratrum.

ideo circuimus ciuitatem ad videndum vtrum in ea sit, tunc dicit Ioseph quasi clamans contra eos, & dicens. *Hoc est quod locutus sum.* Ideſt nunc apparet verū verbum meum, quia vos non quæritis aliquem fratrē vestrum per ciuitatem, sed verissimè estis exploratores. Sed prima expositio verior est, quia nō videtur verum, ꝙ ipsi cōfiterentur se credere fratrem suum ductum in Aegyptum, sed magis esse mortuum. Item quia per verba inferiora, demonstratur aliqualiter, ꝙ Ioseph dixerit eos falsum dicere, cum dixerunt se hīe alium fratrem, quia ista erat eius intentio, vt demonstraretur si viueret Beniamin, & cum ipsi dixerūt aliū esse apud patrem, immediatè Ioseph firmauit super illum punctum dicēs eos falsum dicere, vt cogeret eos ducere ad se Beniamin, & sic non dicebat Ioseph eos falsum dicere, eò ꝙ ipsi dixissent inquirere aliquē fratrem suum in ciuitate illa, sed quia dixerant, ꝙ alius frater eorū manebat apud patrē eorum. *Iam nunc experimentum uestri capiam.* Ideſt nunc videbo vtrum verum dixeritis in hoc, ꝙ aliū fratrem habeatis, vel vtrū fingatis, vt dissimuletis vos esse exploratores. *Per salutem Pharaonis.* Hic iurat Ioseph modo Gentilium per salutem regum suorum, cum iuramentum fieri deberet per Deum, vt patet Iere. 4. c. Iurabitis viuit dñs in iudicio, iustitia, & veritate. Si tñ Ioseph iurasset per Deū viuum daretur occasio, vt cognosceretur à fratribus, quia nulli homines taliter iurabant, nisi Hebræi, ꝙ Dei veri cultores erant. Ioseph autem laborabat, vt non cognosceretur à fratribus. Quidam verò Iudæi dicunt, quòd quia Ioseph falsa iuraturus erat, noluit per Deum iurare, sed per creaturam, & probant, quia iurauit, quòd non exirent inde, donec veniret frater eorum, tamen exierunt, quia redierunt ad patrem cum omnibus suis. Videtur aūt melius dicendum, ꝙ Ioseph bene iurauit iurans per salutem Pharaonis, ꝙ non iurauit per salutē, quæ est creatura, sed per ipsum Deum, qui est salus Pharaonis, & omnium regum terræ. In quo sumus, viuimus, & mouemur, vt habetur Actu. 17. cap. Nec iurauit falsum, quia dixit, quòd non exirent inde, donec veniret frater minimus, & hoc verum fuit, quia non omnes exierunt: fuit enim detentus Simeon loco omnium, in cuius detentione omnes detineri videbantur. *Donec ueniat frater uester minimus.* Scilicet Beniamin, & hoc faciebat Ioseph, vt sciret vtrum aliquod malum fecissent contra Beniamin, sicut contra ipsum. Præcipiebat tamen ipsis, quòd volebat uidere Beniamin, vt probaret, vtrum vera dicerent, & per hoc conijceret, an exploratores essent. *Mittite è uobis vnum, ut adducat eum, vt vos liberemini: vos autem eritis in vinculis, donec probentur quæ dixistis, vtrum uera, an falsa sint.* Licet sic diceret Ioseph cōminando pœnam, tamē istam temperare intendebat, vt postea fecit. *Alioquin.* Ideſt si non adducitis fratrē vestrum minimū. Vel si falsum est vos habere fratrem minimum. *Per salutem Pharaonis exploratores estis.* i. si non reducitis ad me fratrem vestrum, ego intelligā uos esse exploratores, & est sensus, ego iuro per salutē Pharaonis, ꝙ si in hoc falsum dicitis asserentes uos fratrē hre, & non hētis, satis sequetur, ꝙ ita mentiemini hic, & ꝙ ueri exploratores estis. In ijs oībus non cognoscebant isti decem fratres Ioseph. Et dices qūo non cognoscebant saltem in nomine? Quia non est ueri simile, ꝙ illi non inquirerēt qualiter uocabatur ille dñs, qui mandabat uendi cibaria, cōperto ergo noīe satis possent uenire in cognitionē eius. Respondetur, ꝙ satis ueri simile est, ꝙ fratres inquirerent pro noīe illius dñi, sed non potuerunt in hoc aliquid cognoscere, quia nomē eius fuerat iam mutatū, q̄ ut dr c. 42. Pharao uertit nomen eius, & uocauit eū lingua Aegyptiaca Taphanat Phanac. i. Saluatorē mundi.

Iusiurandum more Gentilium.

Opin. Iudæorū de iuramento Ioseph.

Expositio secunda.

Obiectio remouet.

Pharao mutauit nomen Ioseph.

mundi. In toto etiam isto tempore non cognouit Iacob quicquam de Ioseph. Sed dices cum Iacob vir ꝓpheta esset, cui Deus frequẽter apparebat, vt patet sup. 28. & 31. & 32. & 35. cap. Quomodo propheticè nõ cognoscebat vbi esset? Quidam Hebræi respondent causam esse, quia Iacob multum tristis erat tunc dicens: Descẽdam ad infernum lugens, vt patet sup. 37. c. spiritus aũt propheticus non tãgit hoies tristitia mersos, & declarant de Eliseo, cum prophetare vellet coram regibus duobus Iosaphat, & Achab, dixit, vt adduceretur coram eo psaltes. i. pulsans in vasis musicis, vt sic lætificatus reciperet spiritum prophetiæ. Sed Ra. Sa. dat quandam aliam rationem, scilicet, ꝙ qñ venditus fuit Ioseph, nouem fratres vendiderunt eum, quia Ruben non aderat, vt patet supra 37. & posuerunt inter se excommunicationẽ, vel maledictionem ne quisq; eorum declararet hoc alicui homini, & quia ſm morem Hebraicum non potest fieri excommunicatio, vel coniuratio, nisi decem sint inter quos fiat, & quia ibi vnus deficiebat, vocauerunt Deum inter se, quasi vnum de ipsis, & posuerunt super eum excõicationẽ, ne hoc declararet, iõ Deus, nec in somnijs, vel signis, vel alio modo, vel spiritu prophetico declarabat, & sic Deus qui dilectus erat Iacob nõ dabat ei reuelationes de hoc facto. Sed quanta stultitia istius progrediatur, immo, vt verius dicam, insania, satis patet, quia ponit Deum posse ad illorum excommunicationem ligari, qui viri pessimi erãt, & dilecto suo Iacob ob hoc nñ dere non posse. Cessent ergo in sacra scriptura tanta ridicula, & vera proferantur? Dicendum ergo, ꝙ Iacob non cognouit in ijs tẽporibus aliquid de statu Ioseph spiritu prophetico, quia spiritus prophetiæ non datur cuilibet qñ vult, sed qñ Deus gratis cõicare vult, ut patet secunda Petri cap. 1. vbi dicitur: Non enim aliqñ voluntate humana allata est prophetia, sed spiritu dictãte locuti sunt sancti Dei homines. Item quia lumẽ propheticum super naturale est tangens mentẽ prophetæ, & non est, vt aliquid habitualiter manens, sed vt quædam impressio luminosa cito transiens. Dũ autem manet illa impressio, propheta intelligit multa futura, & prædicit illa, cessatq; spiritus prophetiæ, qui est illa illuminatio transiens, & non potest ulterius ꝓphetare, etiam si per vocem humanam conetur intelligere, nihil tñ intelliget, sicut cum aliquis homo vertit intellectum suum circa aliquod altissimum, difficil limumque obiectum, nõ potest quicq; intelligere, ẽt si conetur. Intelligibile aũt nullum difficilius est quã propheticum, cum sit purè diuinum, ideo propheta desertus ab illa illuminatione diuina, intelligere nihil potest. Sic patet de Nathan propheta qui conatus fuit Dauid prædicere voluntatem Dei circa id, quod Dauid volebat facere, quia tñ non mouebatur actualiter à Deo, non potuit verum diuinum cognoscere saltem per accidens, sed errauit, & post modicũ rediit ad reuocandum dictum suum asserens oppositum motus à Deo, ut patet Reg. 2. cap. 7. Et eod. modo Eliseus propheta existens coram Ioram rege Iuda, & Achab rege Israel, cum vellet prophetare, mandauit adduci coram se psaltem. i. cantatricem, & nõ potuit quicq; dicere, donec Deus dedit ei spiritum propheticum, cum dicitur: Et facta est manus Domini super eum. Hoc tamen vnum habent prophetæ, ꝙ licèt cognitio illa fuerit per modum luminis transeuntis, tamen facit in memoria ipsius prophetæ talem impressionem, vt non deleatur, donec ipsum quod diuinitus assecutus fuerit, eis, quibus nunciandum fuerit annunciet. Sic patet de Ieremia, cuius librum cum ministri regis, & ipse rex principaliter combussissent Ieremia iterum scriplit. Nec valet si dicas, quòd Deus ei dedit iterum spiritum propheticum, quia solum dicitur, quòd mandauit ei rescribere librum, ut patet Iere. 36. cap. Si autem prophetia, vt dicebamus, esset aliquid impressum per modum habitus, quãdocunque propheta vellet posset prophetare, quia habitus est, per quem faciliter, & delectabiliter operamur, cum volumus habentes illum. Sed non potest propheta quandocunque voluerit talem cognitionem habere, ergo non est prophetia, vt habitus. Item non conueniebat, quia Ioseph in isto tempore intermedio erat in prosperitate. Si ante istam prosperitatem Iacob spiritu prophetico cognouisset, non haberet vnde tristaretur, & quia Deus volebat Iacob pati tristitias, siue ad experimentum virtutis suæ, siue ad aliquid aliud, vt declarat latissimè Boet. de consol. lib. 4. prosa. sexta, ideo nõ reuelabat ei p propheticum spiritum statum filij sui Ioseph. Item sciẽdum est in ista parte, quòd ista fames, quæ accidit in terra Chanaan, non erat totaliter dura, sicut fuerant aliæ. Quia alio tempore quando fuit fames stante Abraham in terra illa, non solum erat defectus in frugibus ad usum humanum, immo etiam in Hebræis ad pascua pecorum. Vnde coactus fuit Abraham descendere in Aegyptum tunc, vt patet supra 12. cap. & quando contigit alia fames tempore Isaac, coactus fuit ipse cum omnibus rebus suis descendere in Geraram terram Palæstinorum, ut patet sup. 26. c. Nunc autem licèt esset frugum penuria tamen herbæ non totaliter deficiebant, ita ut pecora conseruari possent, ideo mittebat filios pro alimentis, & non descendebat ipse illuc cum tota domo sua, sicut fecerat Abraham. *Tradidit eos.* Scilicet omnes decem fratres. *Custodiæ.* Idest in carcerem, ut detinerentur. *Tribus diebus.* Volebat aliquam pœnam dare hic Ioseph fratribus suis pro malo quod fecerãt, & quia pœnæ, quando iustè dantur, debent correspõdere culpę, pro qua dantur, cùm sint quædam medelæ ipsorum uitiorum, ut sæpe declarat philosophus in libro Ethi. ideo sicut tria mala commiserũt fratres Ioseph contra ipsum, ita detenti sunt ab ipso tribus diebus. Mala autem fuerunt mortis machinatio, & in cisterna positio, & mercatoribus facta uenditio. Sed dices videtur, quòd ista punitio fuit iniusta, quia Ruben nullo modo in hoc peccauerat, tamẽ ibidem detentus est. Respondetur quòd Ruben nihil peccauit, quia laborabat eripere Ioseph de manibus fratrũ suorum, & tradere illum patri suo, ut patet supra 37. cap. nec sciuit Ruben quicquã de uenditione Ioseph, ideo quando non inuenit eum in cisterna, in qua reliquerat nesciens quid de eo factum esset, uehementer anxiabatur, licèt ergo in hoc non peccauerit, quia tamen erat in societate omnium aliorum fratrum, qui peccauerant, puniuit eum Ioseph detinendo cum cæteris, ne si hunc fortè dimitteret, uel aliquam ei gratiam faceret, daret viam, ut cognoscerent eum, quod ipse nolebat. Si autem contigisset Ruben solum uenire, nullo modo puniuisset eum detinendo, puniuisset tamen quemlibet de alijs solum uenientem, quia omnes alij peccauerant.

Sed adhuc quæres quomodo Ioseph, qui erat uir ita sanctus, & perfectæ uitæ, & ita duleis in uerbis, & conuersatione sua, ut ex superioribus declaratur, ita afflixit fratres suos non se eis ostendendo, sed detinendo in carcere, & uerbis duris exasperando? Quia debuisset potius iniuriam in se commissam immediatè remittere.

Respondetur, quod in iniurijs omnes recipientes eas tenentur parcere facientibus eas quantum ad odium, & rancorem, scilicet, ut non habeant eos odio, nec nocere uellent eis data opportunitate nocendi. Quantum autem ad damnum receptum, uel quantũ ad pœnam debitam pro peccato, est distingnendũ, quia aut

Cur cũ Iacob esset Propheta ignorabat Ioseph ista tum.

Respõsio Doctoris,

An Prophetia insit per modum habitus.

Quæst. 2. Quo Ioseph tam sanctus afflixit fratres suos.

aut recipiens est persona singularis, aut publica. Si autem singularis, dico, ꝙ non tenetur de iure, vel necessitate præcepti remittere executionem iuris, vel damni recepti recompensationem sufficientem. est tamẽ magna perfectio remittere uolentibus, ad quod nos hortatur Christus in consilijs positis Mat. 5. c. & in tolerantia alapæ, quæ ei illata fuit à seruo summi sacerdotis, vt patet Mat. 26. de alapis multis, & Luc. 23. de alapa serui sacerdotis patèr Ioan. 18. cap. Cum omnis Christi actio nostra instructio sit. Sciendum tamen, quòd si damnum factum fuit in rebus, vt furtum, vel rapina, vel quælibet alia rerum deperditio, omni modo recompensatio licitè peti potest. Si autem sit sola iniuria personalis, pro qua debeatur pœna à lege, potest iniuriatus accusare licitè iniuriantem ad iuris executionem, scilicet pœnam determinatam à lege, sed hoc non est licitum, nisi cum petitur ista punitio propter meliorationem ipsius, qui peccauit. Quia sæpe multi peccantes peiores efficiuntur, quia pœna debita non coercentur, vt ait Gregor. & habetur extra de vita, & honest. clericor. in c. vt mares, scilicet ne facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi. & Eccl. 8. cap. scilicet, quia cito contra malos non profertur sententia, filij hoĩum perpetrant mala. Si ergo aliquis iniuriatus videns, ꝙ iniurians, si non punitur supbiet, & mouebitur ad faciendum deteriora, si aũt punitur coercebitur à malis, non solum licitum est eum accusare ad pœnam iuris, immo valde meritorium est, vt si aliquis ęgrotum ad medicũ deportaret, vt ægritudinis radices resecaret, vt declarat Boetius de cõso. lib. 4. prosa. quarta. Si tamen aliquis petat aliquem iniuriantem puniri pœna à iure determinata, non intendens, vt ipse corrigatur, vel vt alij exemplum accipiãt, sed sola intentione vindicãdi se in supplicijs alterius, illicitum petit, quia vindicta appetenda non est, vt patet Deutero. 32. cap. scilicet, Mihi vindictam & ego retribuam. Si autem iniuria facta fuit alicui cõitati, non debet aliquo modo remitti sine congrua satisfactione, & punitione. Vnde si aliquis esset iudex positus à communitate, & coram eo ventilaretur causa de iniuria facta communitati, vel peteretur ab eo, vt ipse remitteret, non deberet remittere, quia esset iniustitia distributiua, cum iste in præiudicium communitatis alicui parcat, & dato ꝙ iniuria non esset directè facta communitati, sed alicui personæ, illa tñ persona est cõmunis, ideo licèt illa posset remittere quantum ad se iniuriam totaliter, tñ remittere non potest, imò valde magnum vitium esset velle remittere totaliter, vt si alicui iudici qui est persona publica esset facta iniuria, licèt ille, inquantum est persona priuata, possit remittere iniuriam. s. vt ille agere non possit ꝺ iniuriantẽ, non potest tñ remittere, nec debet iniuriam factã prout tangit cõitatem. & propter hoc qñ aliquis clericus patitur, non põt remittere totaliter iniuriam, quia non solũ fit ei iniuria, sed ẽt toti ordini clericali, ideo dato, ꝙ clericus remittat iniuriã, adhuc episcopus suus põt agere contra iniuriantem. Nunc aũt Ioseph considerari põt dupliciter, aut inquãtum persona priuata, aut inquantum persona publica. Erat. n. persona publica inquãtum erat quidam iudex fratrum suorum datus ex auctoritate Dei, vt patet ex somnijs suis, in quibus declarabatur, ꝙ fratres sui deberent eum adorare. Quantum ad hoc tamen non fiebat ei iniuria, vt persona publicæ, quia non erat ipse iudex alicuius cõmunitatis, cui inferretur iniuria eam inferendo Ioseph, quia tamen erat iudex, licèt non pertineret ad eũ iniuria, vt ad personam publicam, quia tñ isti fratres iniuriam fecerant alteri. s. Iacob furtim rapientes filium eius, & facientes eum angustiari, & dolere tanto tempore. s. 23. annis, vt declaramus. sup. 37. c. licitum valde erat, vt Ioseph, qui iudex erat, puniret iniuriã factã Iacob patri suo. Fuit tñ in hoc moderatio, quia nõ puniuit Ioseph fratres suos tanquam inferens pœnã cõdignam illi crimini, sed solum vt reducens eis ad memoriam maleficia sua. Patet quia si crimina fratrum Ioseph condigna pœna iuris punirentur valde maiora cruciamina eis irrogarentur. Nunquid pro fratris venditione non merebantur capitalem subire sententiam? Merebantur quidem, quia pro quolibet alio homine si eum furarentur, & venderent, capitalis pœna debebatur, vt patet Exo. 21. cap. Quanto magis pro iniuria facta patri suo in tam diutino dolore, quẽ propter eorum malitiam patiebatur? Pius ergo in hoc facto dicendus est Ioseph. magis q̃ durus, & in hoc nullo modo peccasse, sed magis virtutis, & iusti doloris spontaneæque pœnitentiæ fratribus materiam tradidisse. *Die autem tertio eductis de carcere.* Cum iam misereretur eorum sciens, ꝙ caro eius erant, nolensq; eos punire vlterius. *Facite quod dixi.* Scilicet, vt mittatis vnum de vobis, vt adducat fratrem vestrum minorẽ, vt videam eum ad probandum vtrum falsa, an vera dixeritis, & maneãt apud me alij nouem. *Et viuetis.* idest tunc demonstrato fratre vestro minore libere ibitis portantes cibaria, alioquin tenebo vos in vinculis, & eritis quasi mortui, nunquam inde exeuntes. *Deum n. timeo.* Hic demonstrat Ioseph se mitigare furorẽ suũ dicens. *Deum timeo.* Idest nisi timerem Deum, ego vos detinerem simul in vinculis, & punirem. & hoc iustè, quia satis apparet vos esse exploratores, sed quia Deum timeo misereor vestri. *Si pacifici estis.* Idest nõ venientes ad explorandum terrã, vt vos dicitis. *Ligetur frater vester unus, uos autem abite.* Quasi dicat, si vos nõ estis noxij in crimine explorationis, satis conueniens modus est ad experiendam veritatem. s. vt vnus liget, & cæteri recedant portare onera sua, & onus quod ptinebat ad eum, qui ligatus manebat. Si aũt Ioseph mandauisset, vt ante volebat. s. vt manerent nouem, & recederet vnus ad portandum fratrem suum minorem. erat tũc eis magnum damnum, quia nõ possent ferre alimenta necessaria domibus suis, & periclitarentur famę familiæ eorum, & ipsi pecunias suas inutiliter consumerent. Nunc autem nullum damnum erat, quia onera, quæ deportaturi erant decem viri, deportarent nouem. Dixit ergo eis. *Si pacifici estis.* Idest si vos pacifici estis, non recusabitis istam conditionem, nec vidébitur vobis grauis. Si autem exploratores erant loquentes falsa, videretur eis valde grauis conditio, quia non possent demonstrare fratrem si non habuissent, & falsa locuti fuissent. In recipiendo ergo istam conditionem aliqualiter videretur vtrum essent exploratores, vel non. *Frumenta quę emistis in domos uestras.* Prius permisit eos emere alimẽta quàm aliquid istorum diceret eis, vt facilius inclinaret eos ad ducendũ fratrem suũ Beniamin si viueret, cum vellent alimenta in domos suas reducere. *Vt possim uestros probare sermones.* Scilicet vtrum verum dixeritis dicentes vos habere alium fratrem minorem vobis, qa per hoc potero, ego cognoscere, an verum sit vos esse exploratores, an non. *Et non moriamini.* Scilicet detenti hic simul in carcere si non assentitis isti conditioni. *Fecerunt ut dixerat.* Scilicet dantes ei fidem de reducendo fratrem suum minorem, & dimittentes vnum de seipsis obsidem, quem voluit Ioseph, scilicet Simeonem, & locuti sunt adinuicem, scilicet lingua Hebraica putantes se à nemine intelligi, cum tamen Ioseph perfectè intelligeret eos. *Merito hoc patimur.* Vt ait Isaias: Vexatio dat intellectum, ideo isti quando viderunt se vexari, cõfessi sunt intra se peccatũ suum. *Quia peccauimus in fratrem nostrũ.* Videntes eũ, non putabant isti filij Iacob ab illo dominio

Hic Ioseph mitigat in fratres furorem suũ.

Rõ dicti.

mino Aegypti, quem ipsi non existimabant esse Ioseph pati pro peccato venditionis fratris sui, quia non putabant ipsi hoc esse cognitum apud illum dominū, sed putabant, q̄ Deus, qui omnia videbat, & sciebat permitteret eos puniri propter illud facinus. *Videntes angustiam animæ eius dum deprecaretur, & non audiuimus.*

Querela Ioseph erga fratres.

Quando vidit Ioseph, qui puer erat tener. 16. annorū, quod fratres sui eum iugulare vellent, vehementer timuit deprecans eos, cum lachrymis per frarernam pietatem, vt miserentur eius. Deinde cum ad vltimum vidit se Ismaelitis vendi recogitans, q̄ nunquā amplius reuersurus in patriam suam, nec visurus carissimum patrem suum, & inter alienigenas, multa incō moda seruilia tolleraturus clamabat cum lachrymis, & dolore valido dicens. Omnia nunc miseremini mei, dulcissimi fratres mei. Miseremini patris nostri, qui tanta me teneritudine diligit, vt iam ex nunc vita eius cum gemitibus agenda sit, & cum vehementi fletu ad inferos eius canicies descensura. Miseremini ergo mei, nec hoc peccatum habeatis super me, dulcissimi fratris mei. Sed ad hoc & plurima alia, quæ deplorabat ille Ioseph puer tenerrimus, cui Deus naturalē tradiderat eloquentiam ipsi leonibus frementibus sæuiores Hircanis tigribus, ferociores surdis aspidibus, truculentiores, & asperiores vrsa raptis catulis, nullatenus flexi sunt. Non fraterna corda, sed hostilia adamantino lapide duriora gestantes, declinauerant oculos suos ne viderent cœlum, nec recordarentur iudiciorum iustorum. O infelicissimi, quomodo inuidiæ tantum facula incanduit, vt cognatissimi sanguinis amor, & patris miseri defienda senectus, fratrisque rogantis verba tam dulcia, cui saltem sæuissimus parceret hostis à male cœptis non retraxerunt, quos saltē ipsa tenerrimi Ioseph præcantis imago efficacissimè mouere debuerat. *Idcirco venit super nos ista tribulatio.*

Tribulationis. Prima eā.

Satis coniectare poterant istam aduersitatem de meritis illius præuaricationis accidisse, quia nullam aliam maiorem se fecisse cognouerant. Item quia simili pœna afficiebantur, scilicet vt pro fratris venditione minorem fratrem suum cum multis laboribus, & angustijs ad eum reportarent. *è quibus vnus Ruben ait.*

Secunda causa.

Iste inter alios loqui potuit, quia in venditione Ioseph innocens fuerat, cum laborasset obnixius, vt reduceretur frater suus patri suo, vt patet supra 37. capit. *Nunquid non dixi vobis.* Quasi dicat non recordamini, quòd ego dixerim vobis, ne peccaremus in fratrē nostrum, quia certissimè nobis eueniret propter eū afflictio. *Nolite peccare in puerum.* Inferendo ei aliquid mali, quia quocunque malo illato peccatum erat cum ipse eorum nemini nocuisset. *En sanguis eius exquiritur.* Ideſt Deus requirit à nobis vltionem pro sanguine fratris nostri. Vltio sanguinis propriè pertinet si quis iniustè occisus sit; putabant autem ipsi verisimiliter, quòd Ioseph mortuus esset, quia puer tam tener patris, & patriæ amore simul & dolore tabescens, & duritiarum seruilium iugo depressus, cito mori potuisset, vel dicebant eum mortuum ciuili morte, quæ est amissio libertatis, quæ æquiparatur morti naturali, immo homines nobilissimi corporis mortem quàm seruitutem pati præeligunt. *Nesciebant autem, quòd intelligeret Ioseph.* Scilicet ille vir, qui erat Ioseph, & ipsi non putabant eum esse Ioseph, ideo loquebantur coram eo cuncta idiomate Hebræo. *Eo quòd per interpretem loqueretur ad eos.*

Quis fuerit interpres Iosephi.

Ista fuit causa deceptionis. Putabant enim, quòd si ipse linguam hebraicam nosset, non loqueretur per interpretem ad Hebræos. Dicendum etiam, q̄ quando ista ipsi loquerentur interpres non aderat. Nam si affuisset posset nunciare Ioseph verba eorum, & quia ipsi negabant se exploratores si ipsi putarent, quod Ioseph, ideſt ille vir, q̄ erat Ioseph, quem tamen ipsi nō putabant Ioseph, satis timere debebant, q̄ ex hoc eorum mendacium in aliquo deprehēdere posset, aut saltem connicere, & eos in vinculis detinere, vel subijcere in seruitutem. Ideo nullo modo hebraicè talia loquerentur etiam coram ipso interprete. Hebræi dicūt, q̄ iste interpres fuit Manasses primogenitus Ioseph, qui linguam Aegyptiā à matre didicerat, siue à nutrice, Hebræam verò a Ioseph. Sed videtur hoc esse difficile, quia Manasses, ita erat paruus, quòd vix vnam linguam perfectè cognoscere, aut intelligere posset, quanto magis duas, ita diuersas, & hoc quia Manasses nondum compleuerat octo annos, quæ satis parua ætas est ad intelligendum duas linguas, & patet hoc, quia Ioseph accepit vxorē in primo anno fertilitatis in principio, & deinde vsq; ad secundum annum sterilitatis, in quo venit Iacob in Aegyptum, vt patet infra 45. c. transierunt anni nouē. scilicet duo anni sterilitatis, & septē anni fertilitatis. Ab istis aūt nouē annis oportet detrahere tempus, q̄d fluxit à tempore, quo Ioseph accepit vxorem vsque ad nativitatem Manasses, qui ad minus fuit nouem mensiū. Oportet etiam subtrahi tempus, quod intercidit inter reditum istorum nouem fratrum de Aegypto usque ad descensum Iacob, quod fortè fuit unius anni, uel plus, quia ut patet sequen. cap. Iudas dixit ad Iacob patrem, quòd si non detinuissent eos uolens ei tradere Beniamin, iam bis redijssent. Item quia post uenerunt portantes Beniamin in Aegypto, & tunc in tertia uice descendit Iacob, cum tota domo sua. vt patet infra 46. cap. Satis ergo apparet ex ijs, quòd nondum Manasses impleuerat octo annos. Respondetur, q̄ non est aliqua necessitas dicēdi magis Manassem fuisse interpretem quàm aliquem alium, & sic non obligamur respondere isti brevitati animorum, uel paucitati. Si tamen uoluerimus dicere hunc fuisse Manassem dicetur, q̄ Manasses fuit capacis ingenij, & sollicitudo patris & matris, circa eum fuit magna in docendo utranque linguam, ut saltem communiora uerba idiomatis hebraici, quæ ad usum frequentem eueniūt intelligeret. Ioseph autem cauens, ne cognosceretur loqui in lingua Hebraica nolebat, quia expediebat magis cognitio mutua post, & maioris lætitiæ & uirtutis, diuinæque laudis materia foret, si serò q̄ si immediatè fuisset, quia tunc non fuisset eis datus locus ex afflictione uerè pœnitendi. *Auertit se parumper.* Posita autem seueritate simulata in fratres suos hic ponitur pietas uera ad ipsos, cum dicitur. *Auertit se parumper.* Ideſt modicum. Ioseph enim qui uir mitis, & tractabilis erat gerēs fraterna præcordia, cum uidit fratres suos uerè inter se anxiari, verè condolens, quia commota erant pietatis uiscera super eos lachrymas continere nō potuit, & iam in eorum amplexus ruisset, nisi quia sanioris consilio cognitionem suam adhuc differebat, ne ergo inspectis lachrymis à fratribus cognosceret auertit se parumper, & tandiu lachrymatus est, quamdiu teneritudinis ille motus lachrymas cessaret emittere, ut rursus coram eis loqui sine lachrymis posset, tunc ergo lota facie, ut lachrymarum signum deprehendi nequiret, ut patet cap. seq. reuersus est ad eos. O piè, ò dulcis, ò amantissimè Ioseph nulla laus quantacunq; sit tuis meritis æquabitur, qui cum ferocissimos non fratres, sed hostes tuos affligi conspiceres interna benignitatis affluentia ad lachrymas compulsus es, potuisti enim iustè nocentes affligere, & non afflixisti, potuisti nequissimos fratres condigna ultione punire, & non puniuisti, ideo laus tua nullis seculorum terminis coarctabitur. Sic enim decet maximos uiros, quos facta magnifica super astra uehunt. *Et reuersus locutus est ad eos.* Cum iam lachrymas potuit continere. *Tollensque Simeon, & ligans illic*

Ostendit pietas Ioseph erga fratres.

Cur Simeon & non alius detentus fuerit à carcere tur.

illis præsentibus. Non dimisit in eorum arbitrio, quem eorum dimittere vellent in vinculis propter duo, primo quia non videbatur iustum, nec fraterno amori conuenire, vt ipsi de seipsis determinarent vnum magis, quàm aliam vinculandum, sed magis quilibet eorum se pro alijs offerre deberet. Item quia cum ista esset quædam punitio, vel saltem apparentia punitionis, debuit ad arbitrium iudicis illi infligi, qui magis peccasset in hoc. Vt enim dicunt Hebræi Simeon plus quàm aliquis de alijs ligatus est, quia plus deliquerat: vnde referunt eum dixisse, ecce somniator venit, venite & occidamus eum. Item dicunt, quòd iste posuit eum in cisternam veterem, de quibus supra 37. cap. *Ligans illis præsentibus.* Scilicet, vt ipsi viderent quomodo illum puniebat, & laborarent, vt cito reducerent Beniamin. Illis tamen abeuntibus solui fecit eum, & ei de cibo cōuenienti prouidere, in quo pietas fraterna demonstrabatur: tenebat tamen solutus in loco securo, de quo fugere non posset, donec reduceretur Beniamin, propter quem ista fiebant.

Quare pecuniam in sacris reponi fecerit Ioseph.

Iussit ministris, vt implerent saccos tritico. Licet ipsi emissent iam triticum, & dedissent pecunias, vt patet supra vbi dicitur, vos autem abite, & ferte alimēta, quæ emistis in domos vestras. Etiam patet, quia mandauit eis poni pecunias in sacculis suis, quod non posset fieri, nisi iam recepisset eas ab eis. tamen adhuc facta venditione, & receptis eorum pecunijs nondum dederat eis alimenta. Postea vero mandauit impleri saccos eorum, ipsis non videntibus sine aliqua mensura, & patet quia si ipsi præsentes essent cum sacci implerentur, non possent poni pecuniæ in sacculis singulorum quin ipsi viderent: Sed non viderunt, vt patet infra. *Datis supra cibarijs in via, ideſt ad viam.* Ista cibaria se demonstrabant dare ministri Ioseph, non tanquàm cognosceret eos in fratres, sed vt citius irent, & reducerent Beniamin, & hoc faciebat Ioseph, ne quid de pecunijs suis cogerentur expendere. Pecunia autem in ore saccorum posita est, vt ad patrem suum Iacob rediret, & non depauperaretur erogatione tantarum pecuniarum. Item vt fratres sui pecuniam inuenientes anxiarentur aliqualiter, & esset maior materia virtutis, & doloris de malo commisso, cum cogerentur redire ad ipsum pro Simeone, quem vinculis alligatum in carceris custodia reliquerant. Si autem non manifisset aliquis de eis apud Ioseph detentus, & ipsi reperirent pecuniam in saccis suis, fortè ex timore non auderēt vltra redire ad Ioseph, nisi magna famis vrgente necessitate, si non possent aliunde cibos habere. *Qui fecerunt ita.* Scilicet redierunt in terram suam intentione deportandi secum in regressu Beniamin, vt soluerent fratrem suum Simeonem à vinculis, vt aliqui volunt referentes hoc ad fratres Ioseph. Sed falsum est, quia istud relatiuum, qui, refertur ad immediatos, scilicet ad seruos Ioseph, quibus mandauit vt implerent saccos tritico, & ponerent pecunias per ora saccorum, qui fecerunt vt dominus imperauerat. Et patet ista falsitas per ea, quæ sequuntur, scilicet. *At illi portantes frumenta.* Quod necessario refertur ad fratres Ioseph, & coniunctio copulatiua nunquam consueuit copulare eosdem, sed diuersos. Hic autem dicitur. *At illi.* Ideſt & illi. Si ergo illud superius intelligeretur de fratribus Ioseph non poneretur hic cōiunctio copulatiua referens se ad eosdem. *Apertoque vnus sacco.* Aliquæ literæ habent. *Vnius sacco.* Tanquam incongrua locutio sit præcedens, sed non est, quia est talis ordo. Vnus contemplatus pecuniam in ore sacculi, aperto sacco, vt daret pabulum iumento in diuersorio, ista autem satis congrua locutio est. *Apertoque vnus.* Hebræi dicunt quòd iste vnus fuit Leui. Et vocatur vnus, ideſt solitarius, quia cum decem filij Iacob

Hebræorum opinio.

descēdissent nūc in Aegyptū ibāt combinati, & inter hos Simeon, & Leui erant socij, quia isti magis inuicē familiares erāt inter se, vt patet supra 34. cap. ex destructione ciuitatis Sichem, vbi dicitur, quòd Simeon, & Leui fratres arripuerunt gladios. Nunc ergo detento Simeone in vinculis solitarius redibat Leui, scilicet sine speciali socio, licet inter omnes alios fratres veniret, ideoque vocatur vnus, ideſt solus. Andreas dicit quòd sicut iste vnus quisquis fuerit aperuit saccum, & inuenit pecuniam, ita & singuli fecerunt: vocatur tamen ille vnus, quia quisquis ille fuerit vnus fuit, qui ante cæteros aperiret, & pecuniam inueniret, & hoc satis apparet, quia sicut ille primus inconueniens à casu inuenit aperiens saccum, vt daret pabulum asino, ita cum cæteri dare deberent pabula iumentis suis necesse erat eos aperire ora saccorum, & inuenire pecunias, quæ in ore cuiuslibet sacci conditæ erant. Item dato quòd non esset necessitas aperiendi saccos pro pabulo iumentorum, tamen cum vnus sic inueniret, omnes alij mouerentur ad inquirendum vtrū sic contigisset in saccis eorū. Apparet etiam hoc ex eo quod infra dicitur, scilicet, cum venissemus ad diuersorium aperuimus sacculos nostros, & inuenimus pecuniam in ore saccorum. *Vt daret iumento pabulum.* Ex quo videtur quòd etiam portabāt annonam siue ordeum, quia triticum non est cibus iumentorum cum sit inflatiuum: maximè quia hoc maiori vigebat caristia quàm ordeum, quòd ad iumenta pertinebat. Et si arguas, quia supra dicebatur impleuit sacculos eorū tritico. Respondetur quòd verum est, quia ipsi portabant multos asinos, & saccos, & omnes impleuerūt tritico, præter aliquem saccū satis paruum quē cuilibet darent cū ordeo: & in hoc positæ fuerunt pecuniæ, vt cito ipsi inuenirent eas cū vellēt dare cibos iumentis suis. Et si forte dicas quòd totum quod portabant, erat triticum, tamen iumenta in tempore necessitatis comedebant triticum. Respondetur quòd hoc non est multum verisimile: sciebat enim Ioseph quòd iumenta fratrum suorum indigebāt annona ad cibum: cum ergo ipse in omnibus ijs abundantiam haberet, non est verisimile, quòd non daret eis de ea sicut mandauit eis dari cibaria ad viam, vt patet supra. *In diuersorio.* Diuersorium dicitur à diuertendo, ideſt declinando a via, & sunt quædam domus circa ipsas vias publicas, ad quas declinant viatores per diem, aut noctem, vt dormiant, vt quiescant, & vt cibos sumant. *Contemplatus pecuniam.* Quæ inuoluta erat in aliquo loculo. *Reddita est mihi pecunia mea.* Omnes fratres per se emerant, & per se soluerant, nec dederunt de communi pecunias pro omnibus oneribus tritici, sed quilibet distinctè, & ita cuilibet distinctè reddita fuit, ideo iste primus cum inuenit pecuniam admiratus dixit. *Reddita est mihi pecunia mea.* Quia videbat esse tantę quantitatis quantę pecunia, quam dederat, sed nesciuit an errore famulorum Ioseph, an ex industria factum sit. *En habetur in sacco.* Ideſt ecce videte eam, quia in sacco meo est. *Obstupefacti.* Ex nimia admiratione nescientes quomodo factum esset, aut quis fecisset. *Et turbati.* Nimio timore, quòd si forte posuisset eam ex industria ille, qui eis triticum dederat, posuisset vt in reditu ad eum teneret eos captos, & subijceret in seruitutem quasi fures. *Quidnam hoc est, quod fecit nobis Deus.* Admirabantur valde, quia hoc aliquid insolitum erat, nec sciebant certe vtrum Deus posuisset ibi illas pecunias meritis Iacob patris eorum, qui erat vir iustus, aut si posuissent serui Ioseph: sciebant enim quòd Deus fecisset, vel ipse ponendo vel impellendo, vel permittendo seruos Ioseph, vt ponerent, exitum autem huius rei ignorabāt. an prosper, vel infaustus, ideo ancipiti timore, & expectatione pendebant. *Me-*

Quantum distat Aegyptus à terra Chanaan.

Andreæ opinio.

nerunt que

Quantum distat Aegyptus à terra Chanaan.

neruntque ad Iacob in terra Chanaan. Quia Aegyptus non multum distat à terminis terræ Chanaan per viã terræ Philistijm. distat enim vt quidã volunt qui ambulauerunt quasi per leucas septuaginta, aut octoginta. *Et nunciauerunt ei omnia, quæ accidissent*. Scilicet ista quæ supradicta sunt, & hic etiam recitantur. *Loquutus est nobis dominus terræ*. Idest dominus Aegypti, scilicet Ioseph, qui erat præpositus toti Aegypto, quẽ ipsi ignorabant esse Ioseph. *Dura*. Quæ autem fuerunt ista dura? Dicendum quòd fuerunt ista superiora verba, quibus afflixerat animos eorum vocando eos exploratores, & sic dicitur supra, quòd cum Ioseph fratres suos cognouisset, quasi ad alienos durius loquebatur. Rabbi Sa. dicit quòd quæsiuit ab eis, quot fratres erant, & ipsi respondérunt se fuisse duodecim, sed vnum eorũ perisse, nec scire eos quicquam de ipso. Tunc dixit Ioseph forte vos occidistis eum, aut vendidistis, aut aliquid impiũ contra eum egistis. Quibus respondentibus nihil tale factũ fuisse, dixit Ioseph certe vos exploratores estis, quia ego audiui, quòd duo de vobis proditorie destruxerunt vnam ciuitatem in terra Chanaan: nunc autem sic venitis, vt videatis infirmiora terræ huius, & post renuncietis alijs complicibus vestris, vt veniẽtes obsideatis, & destruatis terram istam. *Et putauit nos exploratores prouinciæ*. Idest putauit quòd nos ibamus ad explorandum, vel considerandum infirmiora terræ Aegypti, vt postea obsideremus. & nõ erat sic, quia Ioseph non putabat eos esse exploratores cũ sciret eos esse fratres suos, sed finxit se putare eos esse exploratores, vt haberet occasionem detinendi aliquem ipsorum conferendo verba, & sic eos induceret ad indicandum ei certissimè statum Beniamin fratris sui. *Pacifici sumus*. Idest non intendentes facere bellum, vel obsidionem. *Nec vllas molimur*. Idest machinamur vel cogitamus. *Insidias*. Scilicet, quòd non venimus, vt exploremus terram istam. *Duodecim fratres*. Omnia ista præter quædam pauca supra declarata sunt. *Vno patre geniti*. De matre subticuérunt, quia non erat eis vna mater, sed quatuor, vt patet supra 30. cap. scilicet Lia, Rachel, Zelpha, Bala. *Minimus cum patre nostro versatur*. Idest manet, vel conuersatur ad consolationem eius. *Sic probabo quòd pacifici estis*. Idest isto modo patebit veritas. s. an sitis exploratores vel non. s. q̃ dimitterent apud eum vnum fratrem, & recederent ipsi cum cibarijs suis, & reducerent minorem fratrem ad eum. Vis huius probationis est in hoc, scilicet, quia ipsi dixerãt se habere alium fratrem, & Ioseph dicebat eos falsa confingere, vt euaderent crimen explorationis, ideo quòd si ipse sciret quomodo ipsi dicebant veritatem de fratre minori, quem dicebant se habere. cognosceret vtrum veritatem dicebant negando se esse exploratores, & sic intendit dicere, quòd si ipse cognosceret eos dicere vnam veritatem crederet alia, quæ dicebant esse veritates, & si reperiret eos hic mentitos, crederet in omnibus fuisse mentitos. Sed manifestum est, quòd ista probatio, vel experientia, qua volebat Ioseph experiri fratres suos, erat multum deficiens. Quia bene stat, quòd ipsi dicerent veritatem vnam, & dicerent multa mendacia: immo sic agit, qui mendacia sua probabilia reddere vult, non omnia mendacia in vnum globum colligit, vt omnia simul enuncíet, quia sic satis conspiceretur falsitas, sed vnum mendacium pluribus veritatibus coniungit, vt ex eis saltem fructum veritatis trahat, dicebant autem fratres Ioseph se esse filios vnius viri, & habere alium minorem fratrẽ cum patre suo, & hoc verum erat, sed cum hoc bene stabat quòd ipsi essent explòratores. Sed dices quare ergo tam debilem probationem accepit Ioseph? Respondetur q̃ intentio Ioseph non erat experiri eos esse exploratores, quia bene nouerat non esse exploratores, sed intendebat scire statum fratris sui Beniamin. Ad hanc autem certificationem satis erat, quòd ipsi demonstrarent ei fratrem suum Beniamin, sed istam intentionẽ occultabat, & colorabat sub prætextu criminis impositi. s. quòd essent exploratores, fuit ergo satis cautus Ioseph. Fratres autem in hoc non cognouerũt, quia eum Ioseph esse nesciebant. *Ac deinceps emendi quæ vultis habeatis licentiam*, Idest si semel vos demonstraueritis non esse exploratores ducendo fratrem vestrũ minorem ad me, recipiemini securè, vt viri pacifici, & poteritis educere de terra quicquid volueritis. *Iis dictis cum frumenta effunderent inuenerunt pecunias in ore saccorum*. Ex hoc videtur quòd solus vnus inuenit pecuniam ante, quando erant in diuersorio, alij autem nõ. Sed ex rationibus supra positis videtur quòd omnes simul inuenerint. s. eadem die. Oportet ergo dicere, quòd sit ordo permutatus. s. vel per modum anticipationis, vel recapitulationis. Si autem velimus dicere, quòd omnes inuenerunt in diuersorio, hoc ponetur hic per recapitulationem. Si autem velimus dicere, quòd illud primum de vno inueniente pecuniam in ore sacci, dicitur per anticipationem, scriptura non patitur, quia ibi in litera refertur ordo rei, scilicet, quòd in diuersorio ille inuenerit pecuniam suam. Si autem velimus mutare ordinem, scilicet, vt non in diuersorio, sed coram Iacob patre suo pecunias inuenerint, mendacem textum faciemus. Si autem velimus dicere factum per recapitulationem. s. vt in diuersorio pecuniæ inuentæ fuerint, & nunc narretur, videbitur textus iste falsus, qui dicit quòd dictis corã Iacob istis aperientes singuli saccos suos inuenerunt pecunias in ore saccorum. Si autem velimus dicere, quòd vnus inuenit pecunias in diuersorio, vt ante dicebatur, & inuenerunt omnes alij postea coram patre suo, vt istæ rationes fortes positæ in litera videntur sonare: negabimus argumenta fortia satis, quibus supra concludebamus, vtrumque in eodem tempore debuisse contingere. Videtur ergo iste passus satis difficilis quantum ad literam, sed textus, qui ponitur sequenti cap. declarat hunc, quòd debeat intelligi per recapitulationem, cum dicitur cum venissemus in diuersorium aperuimus sacculos nostros, & inuenimus in ore saccorum pecuniã, quod ad omnes simul refertur, & satis patet, quia ista litera non continuatur ad inferiorem immediate, sed interpositis quibusdam. s. ad illud, quod dicitur. *Absque liberis me esse fecistis*. Idest quòd cum Iacob audiuit ea, quæ eis contigerant, & quomodo promiserant reducere illuc Beniamin, dixit. *Absque liberis me esse fecistis*. Si autem ponatur immediate id, qđ dicitur de pecunijs, nulla sententia erit, quia non respondet aliquo modo carentia liberorum ad inuẽtionem pecuniarum. Cum dicitur ergo: iis dictis, non debet iungi immediate. *Cum frumenta effunderent singuli*. Quia hoc fuit quoddam interpositum per recapitulationem cum secundum veritatem ante acciderit, sed refertur ad ea, quæ infra dicuntur, scilicet. *Dixit Iacob absque liberis me esse fecistis*. Hoc ergo quod intermedium est, nulli debet continuari, sed poni dissolutum ordine. *Cum frumenta effunderent singuli*. Scilicet in diuersorio postquàm vnus eorum inuenit pecuniam. *Et reperirent in ore saccorum ligatas pecunias*. Erãt enim istæ pecuniæ secundum, quod distinctæ fuerant datæ ita distinctæ cuilibet suæ pecuniæ redditæ sunt ligatæ in aliquibus loculis, ne spargerentur inter frumentum, & perderentur, vel extra exire contingeret facta modica apertione, vel ligaturæ hiatibus. *Territis simul omnibus*. Quia omnes simul inuenerũt. Quare autem territi fuerint supradictum est. *Dixit pater Iacob*. Hoc refertur ad superiora cũ dicitur. *Iis dictis*. Et se-

Responsio

An vnus tantum an omnes in diuersorio pecuniam inuenit.

Obiectio

De filijs conquerẽtes Iacob.

Et sequitur. *Absque liberis me esse fecistis*. Conquerit hic Iacob de filijs, quia confessi sunt se habere alium fratrem minorem, & quia eum illuc ducere promisissent. Satis apparet quòd ista propositio sit alicuius dolentis, quia dolentes pro modico faciunt propositiones vniuersales. Vnde si paucum malum ei adsit dicunt sibi omnia mala adesse: si autem pauca bona deficiant, dicunt omnia bona deficere. Sic ergo Iacob cum solum tres filios sibi abesse computer, sine liberis se esse pronunciat, cum tamen supersint ei nouem adhuc istis ablatis, qui tamen nondum deficiebant. *Ioseph non superest*. Licet Ioseph viueret, tamen non putauit Iacob eum viuere, sed magis quòd fera pessima deuorasset eum, vt patet supra 37. cap. Sic enim dicebat fera pessima deuorauit filium meum Ioseph. *Simeon tenetur in vinculis*. A Ioseph donec ducereturad eum Beniamin: ideo hunc putabat sibi iam Iacob ablatum, licet securus satis esset. Est enim conditio amãtis semper timere, vt declarat Ouid. in lib. Epistolarum, epistola prima, quæ est Penelopes ad Vlissem. Declarat etiam Alanus de complanctu naturæ metro 5. *Beniamin auferetis*. Idest & vultis auferre Beniamin à me. *In me mala hæc omnia redundabunt*. Idest quicunque sit, qui malum patitur de filijs meis, redundare facit in me malum vniuersaliter. Et hoc dicebat, quia amor paternus extentus est per omnes filios, ideo omnes amat, omnibus compatitur. Sicut dicebat Paul. secunda Corinth. 11. cap. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? quia omnes, quos erudiebat, vt filios reputabat, dicens: filioli mei, quos ego iterum parturio donec formetur in vobis Christus. *Cui respondit Ruben*. Quia maior erat, & sibi Beniamin commendandum esse putabat, sed non fuit sic, quia non placebat in oculis Iacob cũ vxorem eius Bala ancillam Rachelis cognouisset inferendo magnum dedecus patri. *Duos filios meos interfice*. Non dixit Ruben patri suo Iacob, quòd occideret duos filios suos pro Beniamin, si non reduceret eum quasi non haberet nisi duos filios, quia quatuor filios habuisse in descẽsu Iacob in Aegyptum scriptura narrat infra 46. cap. Et si dicas, quòd illos duos genuit, postquàm dixerat ista patri suo antequam descenderet tota domus Iacob in Aegyptum, nõ potest stare, quia inter tempus istius dicti, & descensum Iacob in Aegyptum non intercidit magnum tempus, quod patet, quia cum isti peterent à patre suo, vt daret eis Beniamin, & sic descenderent, quia aliter descendere nõ poterãt, detinuit eos aliqualiter Iacob volens dare Beniamin in tantum, quòd in illis diebus quibus detinuit eos Iacob, potuissent iterum descendisse, & redijsse de Aegypto. Deinde dedit eis Beniamin, & descenderunt, & in reditu ad terram Chanaan fecerunt secum descendere patrem suum. Fuit ergo ista mora temporis trium, vel quatuor mensium: non poterat ergo in tam pauco tẽpore gignere Ruben duos filios. Dicendum ergo quòd non ideo dixit quòd occideret duos filios suos, quasi alios non haberet, sed vt satisfaceret patri suo Iacob, qui tantum reputabat filiũ suum Beniamin sicut duos filios de alijs, & hoc satis erat occidi duos homines pro vno. Ruben locutus fuit ista valde inconuenienter, & cum passione, quia ista pactio erat valde illicita vtrique. s. ipsi Ruben, & ipsi Iacob. Primo quidem quantum ad Ruben, quia ipse pro nulla causa poterat obligare filios suos ad mortem, cum mors infligi solũ debeat pro tribus magnis: pater autem potestatem non habet quantum ad hoc super filios suos, immo nec super seruos suos. Itẽ ista pactio erat inconueniens ex parte Iacob. Primo quia sine culpa non poterat occidi vnus homo innocens pro quacunque causa. Iacob autem recipere nolebat nisi licitam conditionem. Secundo quia dato quòd Iacob istam conditionem reciperet posset sine peccato; esset tamen sibi nimis dolorosa, & magis nociua, quia duo filij Ruben erant nepotes Iacob, qui sepissime in sacra scriptura filij nuncupantur: quòd ergo Iacob pro amissione vnius filij occideret duos nepotes, esset triplicare in quantitate dolorem, quia perderet quasi tres filios. Tanquam ergo irrationabilem prorsus pactionem Ruben eiecit Iacob a se. *Trade tu eum in manu mea*. Idest da illum in cura mea, vel potestate, quia ego reducam ad te. *Non descendet vobiscum filius meus*. Non mentitus fuit Iacob, quia sicut nunc dicebat, ita intendebat, sed post cogente famis inopia, coactus fuit eum dare illis. *Filius meus*. Vocauit Beniamin filium suum non quòd alij non essent filij sui, sed quia Beniamin erat specialiter dilectus inter alios sicut Ioseph, & hoc erat, quia fuit iste filius Rachelis, quam Iacob tenerrime diligebat, & eam specialiter vocabat vxorem, dicens: duos peperit mihi vxor mea, scilicet Rachel, egressus est vnus, & dixistis bestia comedit eum, vt patet infra 44. cap. *Frater eius*. Scilicet Ioseph. *Mortuus est*. Sic enim existimabat Iacob dicentibus filijs; consolabatur ergo in dolore suo cum filio suo Beniamin. Si autem hunc tollerent, & contingeret ei aliquod sinistrum, moreretur Iacob. *Ipse solus remansit*. Scilicet de vxore mea Rachele. *In terra ad quam pergitis*. Idest ad quam pergere vultis. Nondum enim pergebant. *Deducetis canos meos cum dolore ad inferos*. Cani vocantur capilli albi in senectute. Est sensus si aliquod malũ euenit Beniamin, vita mea erit cum dolore vsque ad mortem. Vel aliter & melius, quia dicitur. *Deducetis canos meos*. Idest vos facietis me mori ante tempus meum præ dolore. *Ad inferos*. Idest facietis me descendere ad inferos per mortem, quia omnes tunc morientes infernum intrabant, siue boni, siue mali, sed mali diuersis locis pœnarum recipiebantur à loco bonorũ, qui habitantes in sinu Abrahę penalitatis nihil habebant. Vel vocantur inferi sepulchra. Sic enim signat dictio Hebraica hic posita, scilicet, seol, interdum enim infernum, interdum sepulchrum notat.

Conditio mentis.

Responsio

Obiectio.

Quid cani

Inferi qd.

D *Reuertuntur iterum fratres Ioseph cum muneribus in Aegyptum, secum ducentes Beniamin: atq; cum Ioseph simul epulantur. Cap. XLIII.*

INterim fames omnẽ terram vehementer premebat. Consumptisq; cibis, quos ex Ægypto detulerant, dixit Iacob ad filios suos. Reuertimini, & emite nobis pauxillum escarum. Respondit Iudas: Denunciauit nobis vir ille sub attestatione iurisiurandi, dicens: Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum. Si ergo vis eum mittere nobiscum, pergemus pariter, & ememus tibi necessaria: si autem non vis, non ibimus. Vir enim vt sæpe diximus, denunciauit nobis, dicens: Non videbitis faciem meam absque fratre vestro minimo. Dixit eis Israel: in meam hoc feciſtis miseriam, vt indicaretis ei, & alium habere vos fratrem.

Infra 44.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

fratrem. At illi responderunt: Interrogauit F
nos homo per ordinem nostrã progeniem:
si pater viueret: si haberemus fratrem: & nos
respondimus ei consequenter iuxta id, quod
fuerat scisciatus: nunquid scire poteramus,
quòd dicturus esset, adducite fratrẽ vestrum
Extra 42. vobiscum? Iudas quoque dixit patri suo:
Mitte puerum mecum, vt proficiscamur, &
possimus viuere: ne moriamur nos, & par-
uuli nostri. Ecce suscipio puerum: de ma-
nu mea require illum: Nisi reduxero, & red- G
didero eum tibi, ero peccati reus in te omni
tempore. Si non intercessisset dilatio, iam
vice altera venissemus. Igitur Israel pater eo-
rum dixit ad eos: Si sic necesse est, facite quod
vultis: sumite de optimis terræ frugibus in
vasis vestris, & deferte viro munera, modicũ
resinæ, & mellis, & storacis, stactes, & terebin
thi, & amygdalarum. Pecuniamque dupli-
cem ferte vobiscum: & illam, quam inue-
nistis in sacculis, reportate, ne forte errore fa- H
ctum sit. Sed & fratrem vestrum tollite, &
ite ad virum. Deus autem meus omnipo-
tens faciat vobis eum placabilem: & remittat
vobiscum fratrem vestrum, quem tenet, &
hunc Beniamin: Ego autem quasi orbatus
absque liberis ero. Tulerunt ergo viri mu-
nera, & pecuniam duplicem, & Beniamin,
descenderuntque in Aegyptum, & steterunt
coram Ioseph. Quos cum ille vidisset, &
Beniamin simul, præcepit dispensatori do-
mus suæ dicens: Introduc viros domum, & I
occide victimas, & instrue conuiuium: quo-
niam mecum sunt comesturi meridie. Fecit
ille quod sibi fuerat imperatum, & introdu-
xit viros domum. Ibique exterriti dixerunt
mutuo: Propter pecuniam, quam retulimus
prius in saccis nostris, introducti sumus, vt
deuoluat in nos calumniam, & violenter su-
biiciat seruituti & nos, & asinos nostros.
Quamobrem in ipsis foribus accedentes ad
Supra 42. dispensatorem domus locuti sunt: Oramus K
domine, vt audias nos. Iam ante descendi-
mus, vt emeremus escas, quibus emptis, cum
venissemus ad diuersorium, aperuimus sac-
cos nostros, & inuenimus pecuniam in ore
saccorum: quam nũc eodem pondere repor-
tauimus. Sed & aliud attulimus argentum,
vt emamus quæ nobis necessaria sunt: nõ est
nostra conscientia quis posuerit eam in mar-

supijs nostris. At ille respondit: pax vobis-
cum, nolite timere: Deus vester, & Deus pa-
tris vestri dedit vobis thesauros in saccis ve-
stris: nam pecuniam, quã dedistis mihi, pro-
batam ego habeo. Eduxitque ad eos Simeon.
Et introductis domum attulit aquam, & la-
uerunt pedes suos, deditque pabula asinis eo-
rum. Illi vero parabant munera, donec in-
grederetur Ioseph meridie: audierant enim C
quòd ibi comesturi essent panem. Igitur in-
gressus est Ioseph domũ suam, obtuleruntq;
munera, tenentes in manibus suis, & ado-
rauerunt proni in terram. At ille clementer
resalutatis eis, interrogauit eos dicens: Sanus
ne est pater vester senex, de quo dixeratis mi-
hi, Adhuc viuit? Qui respõderunt: Sospes
est seruus tuus pater noster, adhuc viuit. Et
incuruati, adorauerunt eum. Attollens au-
tem Ioseph oculos, vidit Beniamin fratrem
suum vterinum, & ait: Iste est frater vester Supra 29.
paruulus, de quo dixeratis mihi? Et rursum:
Deus, inquit, misereatur tui, fili mi. Festina-
uitque, quia commota fuerant viscera eius su
per fratre suo, & erumpebãt lachrimæ, & in-
troiens cubiculum fleuit. Rursumque lota
facie egressus, continuit se, & ait. Ponite pa-
nes. Quibus appositis, seorsum Ioseph, & Supra 42.
& infra 44
seorsum fratribus, Aegyptijs quoque, qui ve-
scebantur simul, seorsum (Illicitum est enim
Aegyptijs comedere cũ Hebræis, & propha-
num putant huiusce modi conuiuium) sede-
runt coram eo, primogenitus iuxta primo-
genita sua, & minimus iuxta ætatem suam.
Et mirabãtur nimis, sumptis partibus, quas
ab eo acceperant: maiorque pars venit Be-
niamin, ita vt quinque partibus excederet.
Biberuntque, & inebriati sunt cum eo.

Connexio

INTERIM. Descripto descensu decem fratrum in Aegyptum, hic consequenter describitur de-
scensus Beniamin, & diuiditur in duo. Primò
ponitur aduentus prosperitatis: deinde quæ-
dam suboritur aduersitas infra 44. cap. Prima diuidi-
tur in tres partes. Primò ponitur itineris ordina- Diuisio.
tio: secundò timoris quædam occasio ibi. *Quos cum vidisset.* Tertiò sequens consolatio, ibi. *At ille respon-
dit.* Prima in duas: primò inducitur pater cum filiis
disceptans: secundò ponitur eis assentiens, ibi. *Igitur
Israel.* Circa primum. *Interim.* Fames terram pre-
mebat, scilicet in secundo anno sterilitatis, in quo ipsi
descenderunt cum Beniamin, quia Ioseph dixit eis, vt
patet infra 45. cap. adhuc quinque anni restant, quibus
nec arari, nec meti poterit. *Et interim.* Ideſt dum Ia-
cob disceptaret cum filijs suis vtrum daret eis Benia-
min, aut non, & ista pressura famis vrgentissima fuit
ei causa

ei causa dandi Beniamin alijs fratribus: alias enim non A
descẽdisset cum eis, vt dixerat supra præced. cap. Iacob
scilicet, Non descendet vobiscum filius meus. Dum
autẽ magis tardaret Iacob permittere Beniamin, ma-
gis inualescebat fames. *Consumptisque cibis, quos ex Aegy-*
Mandauit Iacob pau lum do cis afferri propter duo. *pto detulerant.* Non est intelligendum, quòd essent to-
taliter consumpti, quia tunc nihil maneret ad alimen-
tum domui Iacob, & filiorum eius, dum ipsi descen-
derent in Aegyptum. Dicuntur ergo consumpti cibi,
quia iam modicum de eis restabat. *Reuertimini, & emi-
te vobis pauxillum escarum.* Mandauit Iacob pauxillum
de escis afferri propter duo: primo quia in tempore
tantæ famis cibaria erant valde cara, & homines stri-
ctius viuũt: secundo quia Iacob credebat, quòd Deus
citò misereretur populo suo dãdo remedium conue-
niens, ideo pauci cibi sufficiebãt. *Respondit Iudas.* Scie- B
bant omnes fratres, quia non poterãt vtiliter in Aegy
ptum ire, nisi portarent Beniamin secum, & quia Ru-
ben locutus fuerat in hoc patri suo, & repulerat pre-
ces, & pactionem eius tãquàm irrationabilem; Iudas
qui inter cæteros dignior erat, & facundior, audacior,
& eloquentior, patri dixit, q̃ daret eis Beniamin. *De-
nunciauit vir ille.* Scilicet præpositus Aegypti, qui vẽ-
didit nobis frumenta. *Sub testificatione iurandi.* Ideſt
sub iuramento. *Non videbitis faciem meam.* Ideſt non
permittam vos accedere coram me, nec quicquam lo
qui aut emere in tota Aegypto, nisi duxeritis fratrem
minorem. Nec intelligitur q̃ Ioseph iuraret, q̃ ipsi
nunquam viderent faciem suam, sic simpliciter intel-
ligendo, quia non erat in potestate sua, quia cum ipse
prodiret in publicum etiam eo inuito à fratribus vide-
ri posset. *Et ememus tibi necessaria.* Licet isti filij Iacob
irent ad emendum pro domibus suis, quia omnes ha-
bebant vxores, & filios, & domos, tamen fecerunt so-
lum de patre tanquam de honorabiliori mẽtionem.
Sinautem non vis, non ibimus. Quia iter nostrum esset in-
utile, & forte eueniret nobis aliquod malum, quia ira-
sceretur nobis dominus Aegypti tanquàm non com
plentibus iussa eius. *Absque fratre nostro minimo.* Ideſt
minore nobis. non tamen erat minimus, ideſt valde
paruus, quia ad minus erat 24. aut 25. annorum, & ha-
bebat iam decem filios, vt supra probauimus præced.
cap. Etiam, quia quando Ioseph venditus fuit, iam erat D
natus Beniamin, vt patet supra 35. cap. vbi moriẽte Ra
chel, natus est Beniamin: post autem venditus fuit Io
seph, vt patet 37. cap. Tunc autem quando venditus
fuit Ioseph erat annorum 16. vt patet eod. cap. Nunc
autem erat 39. annorũ, ergo ad minus erat Beniamin
annorum quasi 24. dato q̃ natus fuisset anno, quo ven
ditus fuit Ioseph, quia ab anno 16. Ioseph, in quo ven-
ditus fuit vsque ad annum 39. in quo tunc erat, fluxe-
rant anni 23. Quanto magis, quia non fuit idem annus
natiuitatis Beniamin, & venditionis Ioseph? Antece
dens patet, quia quando stetit Ioseph ad interpretan-
dum somnia coram Pharaone, erat annorum 30. vt pa
tet supra 41. cap. & post transierunt septem anni ferti-
litatis, & duo anni sterilitatis, vt patet infra 45. cap. er- E
go erant 39. anni. *Dixitque eis Israel.* Ideſt Iacob cuius
nomen mutatum est, vt vocaretur Israel. Sic patet su
pra 32. & 35. cap. *In miseriam hoc feciſtis meam.* Loquitur
hic Iacob ad modum alicuius passionati, & dolentis,
qui contra manifestam loquitur veritatem. Satis. n.
apparet quòd filij sui non dicerent aliquid de Benia-
min, vt molestarent patrem suum scienter, & à propo
sito, tamen ita ipse loquitur contra eos tanquam si ipsi
à proposito voluissent eum molestare. *Vt indicaretis
ei alterum vos habere fratrem.* Quasi dicat nulla necessi-
tas erat, vt diceretis vos alterum habere fratrem. Satis
ergo apparet quòd ad faciendum mihi miseriam hoc
reuelastis. *Interrogauit nos homo.* Hic excusat se Iudas,

& alios, quòd non ex malitia eorum, vel negligentia
fuit declaratum eos habere alterum fratrem, sed ex
ordine interrogationum factarum. *Per ordinem no-
stram progeniem.* Primo quæsiuit ab eis vnde essent, vt
paret præced. cap. deinde obijciens eis, quòd essent ex-
ploratores scisciatabatur de cognatione eorum, vt vi-
deretur, quòd ipse nõ multum desiderabat videre, aut
cognoscere eorum progeniem, sed solum an explo-
ratores essent, & ppter hoc quæsiuit de cognatione
eorum, quasi per hoc se certificaret de dubio. Ordo Ordo in inquirẽdo de proge-nie q̃s fuit.
autem in quærẽdo de progenie, fuit iste, qui sequitur.
Primo si pater viueret. Ex hoc apparet quod supra di-
cebamus, scilicet, quòd prius obiecit eis crimen explo
rationis antequam quicquam horum interrogaret.
Deinde ipsis volentibus se purgare, vel saltem aliquo
modo excusare de illo crimine dicebant se esse filios
vnius patris, & tunc Ioseph incepit quærere ista, quæ
ipsi dicunt hic. *Et si haberemus fratrem.* Ipsi volunt di-
cere, quòd Ioseph interrogauit eos vtrum haberent
fratrem. Sed supra videtur quòd ipsi purgando se de
crimine, dixerunt sine aliqua interrogatione se habe-
re fratrem. Si tamen hoc sit, excusatio eorum non vi-
detur habere vigorem, quia ipsi se excusant dicentes,
quòd ipsi non dixerunt, sed vir ille præpositus Aegy-
pti quæsiuit ab eis. Hæc autem responsio eorum adi-
uatur per illud quod habetur infra seq. cap. quando lo
quitur Iudas ad Ioseph, dicens: interrogasti prius ser-
uos tuos: Habetis patrem aut fratrem? Et sic videtur
fuisse ista prima interrogatio antequàm ipsi aliquid
dicerent. Ad hoc ergo quid dicendum? Respondeta- C De mẽda-cio filiorũ Iacob.
tur quòd posset dici filios Iacob mentitos fuisse patri,
vt excusarẽt se, scilicet quòd primo ipsi dixerint alium
se habere fratrem ad excusandum se nunc coram Io-
seph. Nunc autem dicunt eos prius fuisse interroga-
tos de hoc quàm aliquid tale dixisse, vt excusent se co
ram patre suo Iacob, nec est inconueniens, quòd isti
mentiantur, quia alia deteriora fecerunt. Et si dicas
contra, quia litera cap. sequentis quam supra allegaui-
mus, scilicet Interrogasti prius seruos tuos: habetis pa
trem, aut fratrem, adiuuat illos. Respondetur quòd in
illa litera illi non poterant mentiri, quia ea, quæ conti-
nentur cap. seq. dicebãt ipsi coram Ioseph, coram quo
ante ista facta fuerant: patri autem suo satis mentiri
poterant, quia aliquid istorum nesciebat. Sed adhuc
illa litera non tollit, quin mentiri potuissent patri suo
in hoc: quia verum est quòd postquàm incepit cum
eis ventilare pactum Ioseph, vt reducerent Beniamin
ad eũ prius quæsiuit de patre; deinde de fratre, si quẽ
haberent, tamen antequam aliquid quæreret de Ia-
cob patre suo, aut de Beniamin, dixerat eos Ioseph es-
se exploratores, & ad hoc ipsi dixerunt se esse filios
vnius patris, & habere alium fratrem, & tunc quæsi-
uit rursus Ioseph, vt magis informaretur. Satis tamen
potest vtrumque stare in veritate, ita quòd non men-
tiantur filij Iacob patri suo, & licet verum sit, quòd
primo ipsi dixerunt se esse fratres duodecim, & habe-
re patrem, tamen hoc fuit aliqualiter vniuersaliter di-
ctum, ita quòd ille dominus Aegypti non multum ex
hoc cognouisset, nisi postea ipse per ordinem quæsi-
uisset eorum progeniem. Et declaratur hoc aliquali-
ter ex eorum confessione: quia dicitur hic quòd in-
terrogauit eos dominus Aegypti, vtrum pater eorum
viueret: ad hoc consequitur quòd ipsi ante confessi
fuissent se esse fratres, quia aliàs stultum esset quære-
re vtrum viueret pater eorum, si nondum sciretur q̃
vnum patrem haberent: ergo confessi erant se vnum
patrem habere: hoc autem fuit, cum dixit eos esse
exploratores. Idem demonstratur ex alia parte quæ-
stionis Ioseph, scilicet vtrum fratrem haberent, quia
non potuisset Ioseph quærere ab eis, vtrum fratrem
haberent,

haberent, nisi scirent eos fratres esse. *Et nos respondimus ei consequenter.* Ideſt ſecundum interrogationes, & ordinem earum. *Iuxta id quod fuerat scisciatus.* Ideſt ſecundum illud quod interrogabat, ſcilicet, quando quærebat de patre, reſpondebamus de patre: quando autem de fratre, reſpondebamus de fratre. *Non scire poteramus quod dicturus esset.* Quaſi dicat non poteramus nos diuinare quòd ipſe dicturus eſſet. *Ducite ad me fratrem vestrum.* Quaſi dicat ſi nos cognouiſſemus, quòd hoc ducturus eſſet, non dixiſſemus ei de fratre noſtro minori. *Mitte puerum mecum.* Licet non conſenſerit Iacob precibus Ruben, tamen Iudas videns famis neceſſitatem petiuit fratrem ſuum Beniamin à patre: & iſtam petitionem Iudæ ſuſcepit Iacob, & non petitionem Ruben propter tria. Primo, quia Iudas non erat ita odioſus patri, ſicut Ruben, qui coierat cum ſui patris vxore Bala. Secundum, quia Iudas rationabilius petebat quàm Ruben, qui conditionem iniquam appoſuit, ſcilicet, quòd occiderentur duo filij ſui, ſi non reduceret Beniamin: Iudas autem nihil tale dixit, vt infra patet. Tertium, quia Iudas rogauit patrẽ, quãdo in maiori famis neceſſitate, quàm quando rogauit Ruben, & iſta eſt cauſa potiſſima. *Vt proficiſcamur.* Ideſt vt poſſimus proficiſci, quia alio modo non poterant videre faciem domini Aegypti, ſcilicet Ioſeph, vt ſupra dictum eſt. *Et possimus viuere.* Habentes alimenta. *Et non moriamur nos, & paruuli nostri.* Arguit rationabiliter Iudas dicens ſi non mittis nobiſcum Beniamin, vt adducamus de Aegypto cibaria, neceſſe eſt te, & nos, & filios noſtros, & ipſum Beniamin mori fame. Melius eſt ergo mittere eum nobiſcum, & ſubijcere eum cuicumque periculo forſan tuito, quàm permittere eum mori certa fame. *Ego ſuscipio puerum.* Scilicet Beniamin. Vocatur puer, quia minor erat omnibus alijs, ſed non erat multum puer, vt ſupra probatum eſt, quia iam habebat decem filios. *De manu mea require illum.* Quia ego ſuſcipio eum in cura mea, & cuſtodia. *Nisi reduxero.* Ad terram iſtam & tradidero tibi: ponens in tua poteſtate ſicut à te accepi. *Ero peccati reus omni tempore.* Ideſt ero obligatus tibi omni tempore vitæ meæ ad quamcunque pœnam pro peccato, quod in te commiſerim. *Si non interceſſiſſet dilatio.* Ideſt niſi fuiſſet iſta mora magna, quam tu contrahere nos feciſti non dando nobis Beniamin. *Iam vice altera veniſſemus.* Scilicet in ſecunda vice, quia ſemel ſolum iuerant in Aegyptum, & potuiſſent iterũ iuiſſe, & rediiſſe, niſi propter iſtam moram. *Igitur Iſrael.* Hic ponitur Iacob filijs aſſentiens tradens eis Beniamin. *Igitur Iſrael.* Ideſt Iacob pater eorum, ideſt iſtorum decẽ, qui deſcenderant in Aegyptum pro cibarijs. *Sic nec eſſe eſt.* Ideſt ſi non poteſtis aliter videre faciem dómini Aegypti, nec emere alimenta, niſi ducatis vobiſcum Beniamin. *Facite quod vultis.* Ideſt accipiatis eum ſicut petiſtis. *Sumite de optimis terræ fructibus.* Præmonuit eos Iacob aliqua munera deferre illi viro vt placabilis illis eſſet. Nouerat enim Iacob quanta vis ſit in muneribus, quia animos iratos conciliant, & amorem cauſant, vt patet quando ipſe miſit munera Eſau fratri ſuo, quem valde timebat, cum veniret de Meſopotamia, vt patet ſupra 32. & 33. cap. Hoc enim humana prudẽtia fieri poteſt, Deus autem cætera vt voluerit, diſponet. *De optimis terræ fructibus.* Quia quãdo munera mittũtur aliquid ſpeciale mitti debet. Iſti ergo fructus, qui miſſi ſunt erãt optimi in terra Chanaan, de quibus pauci, vel nõ ita boni erant in Aegypto. *Et deferte viro munera.* Scilicet illi viro, qui eſt dominus Aegypti, & debet vobis fratrem veſtrum Simeonẽ dare. *Modicum reſinæ.* Quidam Hebræi dicunt reſinam eſſe tyriacam. Sed non videtur verum, quia Ierem. 8. cap. dicitur nunquid nõ eſt reſina in Galaad, aut medicus ibi: quare igitur non eſt obducta cicatrix populi mei? In quo innuitur q̃ reſina eſt aliquid quod naſcitur, & ideo magis eſt in vna terra, quàm in alia: tyriaca autem, quæ conficitur & non naſcitur, vbique poteſt abundare. Dicendum ergo quòd reſina eſt quidam ſuccus fluens ab arboribus quibuſdam, quæ vocantur ferulæ, & ipſe ſuccus vocatur Galbanũ, licet aliquãdo accipiatur generaliter pro ſucco fluente à qualibet arbore; & iſta reſina valde prodeſt vulneribus, quia eſt conſolidatiua, & inductiua corij, vt dicit Ierem. in litera ſupra allegata, ſcilicet nũquid non eſt reſina in Galaad &c. *Mellis.* Quia mel valde precioſum eſt in terra promiſſionis, quoniam ibi ſunt flores ſalubres valde, & odoriferi. *Et floracis.* Storax parua arbor eſt, & eſt arabica, cuius fumus ſaluberrimus ſubuenit morbis, quos gignit fumus arboris ligni myrrhæ, quo plurimũ vtuntur Arabes, & fructus huius vocatur hic ſtorax, de hoc Iſidorus etymo. 17. *Stactes.* Eſt ſuccus arboris, quæ vocatur myrrha. Iudæi dicunt has eſſe glandes, ſed nihil eſt. *Terebinthi.* Terebinthus eſt arbor Arabica, vt ait Iſido. Etymo. cuius gumi precioſiſſimum eſt, & eſt iſta arbor valde frondoſa, & extẽſa, vt patet Iſa. 6. cap. & erit in extenſionem ſicut terebinthus. Hic autem accipitur terebinthus pro fructu eius, vel ſucco. *Et amygdalarum.* Sunt enim optimæ amygdalæ in terra Chanaan. *Et duplicem pecuniam.* Quia putabat, quòd fame inualeſcente cibaria in duplum cariora venderentur. *Et illam quam inueniſtis in ſacculis.* Quia omnes inuenerunt pecunias ſuas in ore ſaccorum. *Ne forte errore factum ſit.* Eſt ſenſus; ſi illa pecunia ideo fuiſſet poſita ibi, non oportebat eam reduci in terram Aegypti; vel ſi forte dominus Aegypti à quo emiſtis frumenta mandauit ibi poni ex induſtria nihil volens a nobis accipere. Sed ſi forte factum ſit per errorem, ſcilicet vt famuli per inaduertentiam ligauerint pecunias in ore ſaccorum veſtrorum, putantes ſe alibi poſuiſſe, & poſtea quærent, & non inuenient. Poterat autem eſſe, quòd illa pecunia ex induſtria a miniſtris Ioſeph poſita fuerit, vt poſſent accuſari de furto fratres eius, & etiã ad hoc proficiebat iſta reductio, quia cum ipſi libẽter reducerent pecuniam ad Ioſeph non interrogati de ea, ſatis apparet, quòd ipſi non fuiſſent furati. *Deus autem meus.* Ideſt quem ego ſpecialiter colo, & non Gentes, quæ ad vana ſimulacra cõuertuntur, vel Deus meus, ſcilicet, qui ſpecialia mihi beneficia præſtitit, & vlteriora promiſit. *Omnipotens.* Vocat Deum hic omnipotentem. Deus enim omnem perfectionem, quam nos poſſumus imaginari, & adhuc vlteriorem habet, quia infinitæ perfectionis pelagus eſt, ſed eum denominat ſcriptura, & nos quoque ab illo effectu, quẽ eum facere precamur, vel feciſſe teſtamur, vt cum a Deo peccatorũ veniam flagitamus non vocamus eum fortem, ſed miſericordem, & benignum. Cum autem hoſtium ſuperationem petimus, non vocamus eum ſapientem, ſed fortem, vel potentem. Cum autem nunc Iacob peteret a Deo, quòd ille dominus Aegypti redderetur placabilis ſuis filijs, quibus ante durus apparuerat, vocat eum omnipotentem, quia reddere aliquem, qui erat iratus vel in odio, vt ſit placatus, & diligat, eſt mutatio voluntatis, & intellectus, & quia iſtæ duæ potentiæ excedunt corpus, & appenditia corporis, nulla vis naturalis rerum elementarium, vel corporum cœleſtium, vel etiam ipſorum angelorum poteſt influere ſuper iſtas potentias, ſed ad ſolam infinitam poreſtatem pertinet, quæ eſt diuina, & quantum ad hoc diſtinguitur a potentijs rerum conditarum inquantum ipſa eſt omnipotẽtia. Aliæ autem non. Rectè ergo vocauit Deum omnipotentem, cum nullus poſſit alium placatum facere mutando, ſcilicet eius intellectum, & voluntatem, niſi qui omnipotens eſt. *Et remittat vobiſcum fratrem veſtrũ, quem tenet in vinculis.* Scilicet Simeonem. Si enim placaretur, remitteret eum ſicut promiſerat. *Et hunc Beniamin.* Timebat enim Iacob quòd Beniamin detineretur forte ab illo domino Aegypti. *Ego autem quaſi orbatus abſque liberis ero.* Ideſt dum vos itis, & reditis ego manebo orbatus, quia nullus filius manet mecũ. In alia vice licet vos receſſiſtis, manſit mecum Beniamin: nunc autem nullus manet, & hoc eſt eſſe abſq; liberis. Dicitur quaſi orbatus q.d. non vere orbatus, cum filios haberet, ſed quia non habebat aliquem eorum ſecum, qui eius conſolaretur ſenectutẽ, quaſi orbatus erat. Vel vt aliqui volunt dicitur quaſi orbatus ſi Beniamin moreretur in itinere, vel contingeret eũ ibi detineri, quia ſolum Beniamin filium ſuum ſpecialiter reputabat: ſed primus ſenſus conſonat intentioni literæ: iſte autem aliqualiter deuiat. *Tulerunt ergo viri.* Ideſt filij Iacob qui viri perfecti erant omnes vltra annos 40. præter Beniamin, qui vocatur adhuc puer tanquam in 24. vel 25. anno. *Quos cum vidiſſet.* Scilicet Ioſeph coram quo ſteterunt, vt hic dicitur, ſed modicum ſteterunt tunc coram eo, quia non locutus fuit cum eis, nec potuerunt ei dare munera, nec narratur, quòd tunc adorauerint eum. Videtur enim q̃ tunc quòd tunc adorauerint eum. Videtur enim q̃ tunc cum ipſi appropinquaſſent ad domum Ioſeph, egrediebatur Ioſeph de domo ſua fortè, vt iret in domum regis ad expedienda negocia, & quia multæ gentes circumſtabant, non valuerunt accedere ad eum, nec loqui ei, ipſe tamen videns eos vocauit tacitè diſpenſatorem ſuum mandans, quòd introduceret eos in domum, donec ipſe rediret, & tũc ipſo redeunte ſterẽrũt coram eo adorantes eum, & offerentes munera. *Et Beniamin ſimul.* Fit mentio hic de Beniamin, quòd cũ viderit, quia Ioſeph ad illum ſpecialiter reſpiciebat, cũ eſſet frater ſuus vterinus. Etiam quia mãdauerat, quòd non apparerent coram eo, niſi ducerent Beniamin. Si non apparerent coram eo, niſi ducerent Beniamin. Si ergo videns cæteros fratres Beniamin non vidiſſet, nõ mandaſſet eos lætè recipi, ſed magis tanquam inobedientes verbo eius duro carceri mancipari. *Præcepit diſpenſatori domus ſuæ.* Quia tũc non locutus fuit cũ fratribus ſuis ex cauſis iam dictis. *Introduc viros domum.* Vt ibi quieſcant. Lætabatur enim iam Ioſeph in fratribus ſuis, quia cognouerat eos non nocuiſſe Beniamin fratri ſuo, ideo iam eis opera fraternæ hoſpitalitatis iucundiùs quàm ante exhiberi mandabat. *Occide victimas.* Occiſio victimarum non ſolum pertinet ad ſacrificia Deo oblata, ſed etiam ad quãlibet occaſionem animalium ad cibos, & ſic habetur ſupra 31. cap. quando Iacob iniuit Laban in monte Galaad, immolatis victimis vocauit fratres ſuos, vt ederent panem; & dicuntur iſta animalia occiſa victimæ, quanquam mactantur cum magna ſolemnitate, ſicut mactantur in ſacrificijs Dei. *Et inſtrue.* Ideſt para conuiuium Scilicet adducendo omnia neceſſaria ad ſolemnes cibos. *Quia mecum comeſuri ſunt meridie.* Ibat enim Ioſeph ad negocia domus regiæ, & veniebat ſemper meridie ad prandium, in quo ſatis patet quòd non multum ociоſus erat intentus tantis curis totius domus regiæ, & in hoc cõmẽdandus erat, quia principes non debẽt comedere mane, ſicut patet Eccleſ. 10. cap. cum dicitur: Væ tibi terra, cuius rex eſt puer, & principes eius mane comedunt. Beata terra cuius rex eſt nobilis, & principes eius veſcuntur tempore non ad luxuriam, ſed ad ſobrietatem. Et iſte labor erat, quia magni homines magnis oneribus alligantur, ideo puſillanimes magnos ſtatus nõ ſufferunt, quia quantumlibet onus ferre recuſant. In hoc autem diligenter aduertendum eſt, quòd quidam circa honorum fugam valde falluntur, quia non eos fugiunt, vt dominari fugiant; ſed vt dignitatum onera non ſuſtineant. Hi autem non virtuoſi, ſed miſeri ſunt animi viribus carentes. Vnde aliqui virtuoſius honores ſuſcipiunt, quàm aliqui eos fugiant. Solus enim ille virtuosè fugit honores, qui cum onera non recuſet, ſolos honores, & laudes recuſat, vt in ipſis proſperis non exaltetur, ſed magis cum Chriſto paupere infimam vitam gerat, honores tamen & poteſtates non condemnans, quia omnia iſta à Deo ſunt: Quæ autem à Deo ſunt ordinata ſunt, vt declarat Apoſtolus ad Romanos 13. cap. Mali autem homines merito deteſtandi ſunt, qui voluntate ſua praua dignitatibus, & honoribus abutuntur. *Fecit ille ſicut fuerat imperatum.* Scilicet diſpenſator introducens viros in domum. *Illique exterriti.* Ecce quantum habet humana opinio, quod enim ad quietem & conſolationem iſtis factum eſt, ipſi ad miſeriam reputabant, & non immerito, quia habebant radicem ſuſpicandi aduerſa, vt infra dicitur. *Dixeruntque mutuo.* Loquentes linqua hebrea, ne intelligeret diſpenſator. *Propter pecuniam, quam retulimus prius.* Ideſt alia vice quando reuerſi fuimus in terram noſtram. *Introducti ſumus.* Scilicet, quia intra domum magis potens eſt ſuper nos. *Vt deuoluat ſuper nos calumniam.* Putabant enim quòd Ioſeph vellet per calumniã ſubijcere eos ſeruituti imponẽdo eis, quod furati fuiſſent pecuniã, ſed longe aliud erat, vt rei indicauit euentus. *Nos, & aſinos noſtros.* Ipſi viri poterant ſubijci in ſeruitutem, quia liberi ante erant: ſed aſini quidem rolli, aut violenter eripi poterant, ſubijci autem in ſeruitute nequaquam, quia ſeruitus eſt quædam pœnalitas, vel iugum inductum de iure gentium, vel à lege ſuper illum qui erat naturaliter liber. Aſini autem vel animalia bruta nullo modo communicant libertate, cum careant voluntate, & intellectu, in quibus radicatur, & cõſummatur libertas, animalia vero bruta à primæua rerum conditione neceſſitati, & voluntati humanæ ſubiecta ſunt, vt patet ſupra primo cap. & in multis locis tam ſecundum ſententiam ſacræ ſcripturæ quàm ſecundum iudicium Philoſophorum, vt patet aliqualiter in ſecundo Phyſicorum, & Seneca multotiens idem dicit. *Quamobrem in ipſis foribus accedentes ad diſpenſatorem.* Timentes enim filij Iacob incarcerari renuebant intrare domum, ſed in foribus domus antequam intrarent, acceſſerunt ad diſpenſatorem ſe excuſando de pecunia propter quam ſe capi exiſtimabant. *Oramus Domine vt audias.* Ideſt antequã nos introducas in domum rogamus te vt audias, quę dicere volumus. *Iam ante deſcendimus.* Incipiunt hic narrationem ſuam à principio, ſcilicet qualiter venerunt prima vice ad emendos cibos. *Cum venerimus in diuerſorium.* Ideſt in quandam domum, quæ erat apud iter, ad quam conſueuerant diuertere, ſiue declinare viatores. *Aperuimus ſacculos noſtros, & inuenimus pecuniam.* Ex hoc patet quod iſti omnes inuenerunt in itinere in quodam hoſpicio pecunias ſuas, & non quando venerunt ad Iacob, vt videbatur ſonare litera ſupra præceden. cap. vbi hoc determinatum eſt tanquam rationabilius. *Quam nunc eodem pondere reportamus.* Ex hoc patet q̃ iſta moneta erat aurea, vel argentea, & non de minoribus metallis, quia moneta aurea pondere menſuratur, & argentea: moneta autem ex alijs metallis ſola figura, & qualitate metalli inſpicitur, & non pondere. Et ratio eſt, quia quando monetæ, vel materiæ monetæ modicus valor eſt, non refert vtrum modicum minus vel plus de materia ſit. *Sed & aliud attulimus argentum, vt emamus neceſſaria.* Et quia aliquis poſſet obijcere dicens, quòd ipſi non portabãt pecuniam, quam tulerant in ſaccis, ſed modo dicebant ſe afferre, quia afferebant pecuniam, quæ eſſet ad emendum cibos. Reſpondent quòd nõ ſolum portant pecuniam, quæ eſt

Ratio cur Iacob cõceſſit Beniamin Iudæ, & non Ruben.

Quare Beniamin vocatur puer

Hic pater Iacob filijs aſſentiens tradit eis Beniamin.

Munerib⁹ homines placare poſſumus.

Quid reſina.

Quid ſtorax.

Quid ſtactes.

Quid terebinthus.

Cur Deum varijs nominib⁹ appellamus.

Animalia bruta carent volũtate & intellectu.

Obiectio.

Reſponſio

est ad emendum cibos: verum etiam pecuniam, quæ F
sit ad soluendum pro eo quòd in saccis repererunt,
quod nondum solutum esset. *Non est in nostra conscientia.* Idest nos nullo modo scimus quis posuit eam in saccis nostris: & in hoc verum dicebant, quia ministri Ioseph ignorantibus eis posuerant. *In marsupijs nostris.* Dices quomodo hoc stabit, quia antea dicebatur inuenta in ore saccorum, nunc dicitur inuenta in marsupijs? Respondetur quòd vtrunque simul verum est, quia ipsa pecunia fuit inuenta in ore saccorum, & in ore ipsorum saccorum erant marsupia quædam, in quibus pecuniæ erant colligatæ ne perderetur moneta mixta tritico. *At ille respondit.* Scilicet dispensator domus Ioseph. *Pax vobis nolite timere.* Vidit ille dispensator domus Ioseph qualiter timuerant valde illi G
viri, ideo consolatus fuit eos dicens habete pacem inter vos, nec quicquam timeatis, quasi dicat non introducti fuistis huc, vt aliquod malum vobis fieret. *Deus vester.* Idest Deus, quem vos colitis. *Et Deus patris vestri.* Idest quem colit pater vester. *Dedit vobis thesauros in sacculis vestris.* Ex hoc apparet quòd iste dispensator fuit vnus de illis, qui posuerunt pecunias in ore saccorum, vel quòd ipse fuit conscius qualiter illud factum fuisset de mandato Ioseph. Et satis patet, quia aliter cum iste dispensator audiret, quòd pecunia duceretur ad dominum suum, gauderet, vel ad minus miraretur, & non diceret quòd Deus eorum dederat eis illas pecunias. Item non diceret, vt infra sequitur, quòd pecunia quam ipsi dederant, ipse tenebat apud se probatam, & reconditam. Impossibile est enim H
quòd pecunia, quam alij tollebant in itinere, maneret apud eum. Et dato quòd apud eum mansisset si ipse non fuisset præuisus, vt sic responderet, saltem dubitasset audito tali euentu, & creuisset ei pecuniæ desiderium, quam ipsi sponte offerebant.

Determinatio. Dicendum ergo quòd erat edoctus à Ioseph, vt sic responderet si de talibus quæreretur. *Nam pecuniam, quam dedistis mihi.* Ista est alia ratio potissima, ex qua patet quòd iste dispensator erat huius facti conscius, quia hic confitetur se recepisse pecuniam ab eis, & hoc verum erat, aliàs nullo modo diceret coram illis, qui optime nouerant, cui dederant pecuniam suam. Si ergo iste recepit pecuniam, quam illi dederũt, non poterat redire ad eos, ita quòd poneretur in saccis eo- I
rum, nisi iste sciret, scilicet, quòd daret eam ponentibus, vel ipse per se ipsum poneret. *Eduxitque ad eos Simeon.* Qui tenebatur custoditus in aliquo loco abscondito, ne fugeret, & hoc loqueretur cum eis, & sic

Consuetudo antiquorum. lætarentur simul. *Et introductis domum attulit aquam.* Ista fuit consuetudo antiquorum, quòd quando aliquem hospitaliter recipere volebant amorosè primo exhibebant aquam ad lauandum pedes, vt patet supra 18.cap. de angelis tribus quibus susceptis Abraham in hospicium dedit aquam ad lauandum pedes. Idem patet supra 19.cap. de Loth, qui suscipiens duos angelos in figura virorum, obtulit aquam pedibus eorum. & hoc est quia aqua multum refrigerat, & itineris laborem quietat. *Deditque pabula asinis eorum.* Vt plene hospitalitatis officium exhiberet. *Illi vero* K
parabant munera. Portabant munera colligata in vasis suis: nunc autem quando dare volebant ea, apparabãt ea honestiori modo, vt gratiora apparerent. *Donec ingrederetur Ioseph.* Scilicet domum suam veniens de domo regis liberans negocia. *Meridie.* Sciebant iam fratres sui quòd vsque ad illam horam non esset venturus, ideo interim disponendo munera sua occupabantur. *Audierant enim quòd ibi essent comesturi.* Istud est expositiuum, & redditiuum rationis superioris. Dicebatur superius quòd isti vndecim fratres expectabant Ioseph, quousque veniret in meridie de domo regis. Hoc autem fuit, quia vt hic dicitur, sciebant se ibi comesturos panem. Si enim ibi comedere non deberent ante meridiem, ipsi parauissent cibos ad comedendum pro se. *Igitur ingressus est.* Posita consolatione à dispensatore Ioseph, hic subiungitur consolatio ab ipso Ioseph. *Ingressus est Ioseph domum suam.* Scilicet veniens de domo regis expeditis negocijs.

Mos munera offerentis. *Et obtulerunt ei munera.* Quæ portabant, de quibus supra dicitur. *Tenentes manibus.* Idest isti præsentauerunt ista munera eleuantes ea in manibus, quia sic erat mos, vel vt munera cum maiori reuerentia data acceptabiliora essent saltem ex deuotione offerentis quæ apud generosos animos recipientium magis valere solet, quàm ipsa munera, vt patet Genes. quarto C
cap. Scilicet respexit Deus ad Abel, & munera eius, ad Cain autem, & munera eius non respexit. Primo enim ponitur persona, ad quam Deus respicit quàm munera eius, quia munera propter personam accepta sunt: persona autem ex meritis muneris non acceptatur, sed ex munere suo inferiori, scilicet ex animi motu. *Et adorauerunt proni in terram.* Ad promerendum eius misericordiam. Hic completum fuit totaliter somnium Iacob quantum ad stellas vndecim, quia hic etiam Beniamin, qui vndecimus erat, cum alijs adorauit Ioseph. *At ille.* Scilicet Ioseph. *Clementer resalutatis eis.* Non enim loquebatur hic durè ad eos sicut ante fecerat, vt patet præceden. cap. & hoc quia ante non cognouerat aliquid de statu Beniamin, & suspicabatur ei aliquid mali à fratribus illatum. Nunc autem videbat statum prosperum Beniamin, quem præ oculis cernebat sospitate gaudentem. *Saluus ne est pater vester senex?* Senex enim esse debuerat, qui filios quadragintaquinque annorum habebat, & vltra, quia tunc Ruben quadragintasex annorum erat, quia natus fuit quasi septem annis ante Ioseph. Tunc autem Ioseph erat annorum trigintanouem, vt supra sæpe dictum est. *De quo dixeratis mihi.* In hoc fingit se Ioseph nihil de hoc scire, quasi ipse nesciret quòd pater eorum viuus erat, & quòd senex erat, qui tunc annos centum triginta complebat, vt patet infra quadragesimosexto cap. *Adhuc viuit.* Idest nunquid viuit adhuc. Antequam Ioseph cognouisset statum fratris sui Beniamin magis instabat, vt sciret statum fratris quàm patris, & hoc quia sciebat Ioseph, quòd fratres sui non molirentur aliquid contra patrem suum, sed de fratre suo valde dubitabat, quia timebat, quòd inuiderent ei sicut sibi inuiderant. Nunc autem clare cognito statu Beniamin insistebat obnixius circa statum patris cognoscendum. *Sospes est senuus tuus pater noster.* Idest sanus est. valde enim vrbane loquebantur, quia timor eos lepidos valde reddebat. *Et incuruati adorauerunt eum.* Hoc fuit iterum. Hoc bene didicerant a patre suo Iacob, qui Notandũ.
septies incuruatus adorauit antequam accederet ad Esau fratrem suum, donec ille rueret in oscula, & amplexus est, vt patet supra trigesimotertio cap. *Attollens autem.* Idest eleuans. *Oculos suos.* Scilicet contra Beniamin cum ante non respiceret versus eum. *Vidit Beniamin.* Non est intelligendum, quòd ante eum non viderit, quia supra dictum fuit, quòd Ioseph vidit fratres suos, simulque & Beniamin. Sed dicitur quod ante ad eum singulariter non respiciebat, nec loquebatur, vt nunc ad eum loquitur. *Fratrem suum vterinum.* Idest qui de eodem vtero natus fuerat, de quo Ioseph, quia ambo fuerunt filij Rachelis, & in hoc differebat ab alijs, quia nullus de eis erat vterinus Ioseph. quidam enim erant filij Liæ, quidam Balæ, quidam Zelphæ. Ioseph autem, & Beniamin erant filij Rachelis. In hoc cautus fuit Ioseph ne cognosceretur. Si enim Ioseph secutus fuisset amorem suũ, quem

quem ad Beniamin gerebat, immediatè ruisset in oscula, vt vidit Beniamin, tanto in eum fraterno ardebat amore. Nunc autem vt non cognoscerent amorem suum, dissimulauit fingens se nihil curare de Beniamin. *Iste est frater vester minimus.* Idest, nunquid iste est frater vester minimus. Ecce multum fingit, vt non cognoscatur: cum enim bene cognoscat Beniamin, tamen se non cognoscere monstrat. *Et rursum.* Ista additio fundatur super responsionem datam, scilicet quòd fratres responderint illum esse Beniamin, & tunc Ioseph quasi certus quis esset incepit imprecari ei bona. *Deus inquit misereatur tui, fili mi.* Faciendo tibi bonum, & aduersa tollendo. *Festinauitque in domum.* Idest festinauit ad loca secreta domus, quia iam intra domum erat, vt patet supra vbi dicitur, Ingressus est domum. *Quia commota sunt viscera eius.* Scilicet, ad quandam amoris teneritudinem, ex qua sequitur eruptio lachrymarum. *Super fratre suo.* Scilicet Beniamin, commotus enim fuit ad hunc, quia iste erat specialiter frater eius, cum esset vterinus ei, scilicet filius Rachel, sicut & Ioseph. *Et erumpebant lachrymæ.* Ex amoris teneritudine. Ecce enim duo simul miracula, dum aliquis amor tenerior est, fortior, & durior est.

Quare Amor tener dicitur. Non enim amor tener dicitur, quia in se tener sit, sed quia omnia robore suo tenera facit, est enim fortis vt mors dilectio, vt patet Canti. 8. cap. Iste tamen amor fortior amori mulierum, qui tenerior est, comparatur. Sic enim habetur 2. Regum 1. cap. dum Dauid C
lugeret Ionatham filium Saulis, quem maxime diligebat. Ait, doleo super te frater mi Ionatha decore nimis, & amabilis super amorem mulierum, sicut mater vnicum filium amat, ita te diligebam. *Et introiens cubiculum fleuit.* Noluit videri plorans, coram fratribus suis, ne ab eis cognosceretur, quia adhuc cognitionem suam differebat in posterum, vt fieret congruentiori modo. Rabbi Salomon dicit, quòd non fleuit Ioseph, nec commota sunt tantum viscera eius ex sola visione Beniamin. Sed vult, quòd Ioseph vocauit Beniamin, & quæsiuit ab eo vtrum haberet filios, aut vxorem, qui respondit se habere decem filios. Rursus Ioseph quæsiuit quibus nominibus vocarẽtur: ũdit q; Beniamin Bela, Bechor, & Asbel, Naaman, Echi, &c. vt patet infra 46. cap. dixitque Ioseph, quare sic vocaret eos, quia pater suus Iacob, nec auus, scilicet Isaac, D
nec proauus, scilicet Abraham non vocabantur sic. Cui inquit Beniamin hęc nomina sic imposui ad memoriam illius fratris mei, quem perdidi. Vnde vocatur primus Belam, idest deuoratus, vel destructus, quia dictum est de eo, quòd bestia pessima deuorasset eum. Gera interpretatur peregrinus, quia peregrinatur in terra non sua, sed mortuus non est. Vocabatur Naaman, idest pulcher, quia valde pulcher erat, vt dicitur. Vocatur Echi, idest frater meus, quia istum proprie existimabam fratrem, alios autem non. Vocabatur Ros, idest caput, quia ipse erat caput meum, & sic patet de applicatione interpretationis omnium nominum filiorum Benianim, de quibus magis dicetur infra 46. cap. Tunc ergo videns Ioseph tantum amorem E
fratris sui Beniamin ad se ita, quòd imposuerat omnia nomina filijs suis ad memoriam fratris sui perditi, commotus dilectione magna incepit lachrymari. Sed ista videntur esse conficta a Rabbi Salomon, sicut plurima alia confinxit: maximè, quia fundat se in hoc, quòd non potuerat super Beniamin moueri Ioseph, nisi talia ei dixisset, sed falsum est, quia amor consanguineorum tenerrimus, paruo incentiuo mouetur. Satis ergo moueretur Ioseph viso Beniamin, quia tantum dilectus eius erat etiam recedentibus cæteris partibus. *Rursumque lota facie.* Vt non cognosceretur si fleuerat. *Continuit se.* Idest, cessauit a lachry-

Rabbi Salomon opinio. Quid significet nomina filiorũ Beniamin.

A mis, & nixus est, vt non erumperent amplius, & ho facile erat destructo, vel pertransito impetu primo teneritudinis: cæteri enim debiliores sunt cum a minoribus viribus procedant. Primus enim impetus agit secundum totas vires. In secundo autem impetu aliquid de viribus exhaustum est. *Ponite panes.* Nomine panis omnis cibus quantuncunque solennis intelligitur, vt patet 4. Regum 6. vbi mandante Eliseo, vt poneretur panis coram venientibus de Syria, sequitur in textu, quòd posita fuit magna ciborum præparatio, & hoc etiam patet ex superioribus vbi dixit Ioseph, occide victimas, & instrue conuiuium. Victimæ autem occisæ multa genera auium, vel pecorũ sunt. *Quibus appositis.* Idest panibus, siue diuersis ci- B
barijs. *Seorsum Ioseph, & seorsum fratribus suis.* Fuerunt positæ ad minus tres mensæ, vna, in qua comedebat Ioseph tanquàm Dominus, & alia in qua comedebãt vndecim fratres sui coram eo, tertia in qua comedebant alii Aegyptii: nõ enim comedebat Ioseph cum fratribus suis, quia nolebat se Ioseph fratribus suis ostẽdere Aegyptium esse, & quia illicitum erat Aegyptiis manducare cum Hebræis, vt patet infra, ideo non comedit cum eis, ne eum cognoscerent.

Panis nomine quid significet.

Illicitum erat Aegyptijs manducare cũ Hebræis. Aliqui autem putant, quòd Ioseph cum fratribus suis comederit seorsum ab Aegyptiis, & sic solum oporteret esse mensas duas. Sed hoc falsum est, & irrationabile. Patet, quia si Ioseph vellet comedere cum fratribus suis, cũ ipse sciret eos esse Hebræos, & sciebant oẽs domestici. & ipsi frẽs sciebant, q; Ioseph hoc sciret, quia confessi fuerant se esse de terra Chanaan, & quia erat illicitum Iudæis comedere cũ Aegyptiis, manifestaret se in hoc Ioseph fratribus suis, quod nondum intendebat facere. Itẽ hoc est ꝑ textũ in quo ponitur separatio triũ mensarũ, cum dr̃ ter seorsum, cum dr̃ seorsum Ioseph, & seorsum fratribus suis, & Aegyptiis, q; simul comedebant seorsum. Oportet ergo ponere has tres mensas. *Seorsum Ioseph.* Idest, solus in vna mensa tanq̃ Dominus. *Et seorsum fratribus.* In alia mensa coram eo, vt videret Ioseph fratres suos comedentes, & lætaretur. *Et Aegyptijs quoque qui simul vescebantur.* Idest, q; alii Aegyptii, vt sciuriferi, & viri magni, qui erant in domo Ioseph, comedebant simul, Scilicet in alia mensa, vel in multis, sed non in mensa Ioseph, nec in mensa fratrum suorum, vel dicitur: Qui simul comedebant, idest qui tunc comedebant, quando comedebat Ioseph, & fratres eius. Et hoc ponitur ad differentiam, quia in domo Ioseph erant multi seruitores Aegyptii, quorum quidam erant magni viri, & honorati, qui comedebant eo tempore, quando Dominus suus. Alii erant mensarum seruitores, qui postea comedebant. Dicitur ergo qui simul comedebant, idest tunc comedente Domino suo Ioseph. *Seorsum.* Idest etiam isti Aegyptii comedebant separati in aliis mensis. *Illicitum est enim Aegyptijs comedere cum Hebræis.* Ista ratio refertur ad omnes tres diuisiones mensarum, scilicet quòd non comedebat Ioseph cum fratribus suis, quia ostendebat se esse Aegyptium. Aegyptiis autem illicitum est comedere cum Hebræis, etiam ex eadem causa non comedebant alii milites Aegyptii cum fratribus Ioseph. Causa autem quare Aegyptii cum Hebræis comedere abhorrebant, erat ciborũ diuersitas: Aegyptii enim carnes non comedebant, saltem carnes pecorum: Hebræi autem pecora comedebant, ideo Aegyptii detestabãtur pastores ouium, vt patet infra 46. cap. in fine. hoc est, quia oues, vel alia pecora ad comedendum ea, pascunt. Etiam quia Aegyptii ista pecora, vt Deos colebant. Hebræi autem ad honorem Dei sui illa occidebãt, vt patet infra Exo. 8. cap. vbi dicente Pharaone ad Moysem, & Aaron, vt sacrificarent Deo suo in

Quare Aegyptij cũ Hebræis comedere abhorrebant, eraṅq; pastoribus infensi.

terra Aegypti,& non irent in desertum. Respondit Moyses: nō potest ita fieri, abominationes enim Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro, ꝙ si mactauerimus animalia, quæ Aegyptij colunt,coram eis lapidibus nos obruent. *Et prophanum putant huiusmodi conuiuium.* Propriè vocatur cōuiuium istud prophanum, i. procula phano, vel sanctitate Aegyptiorum. Nihil enim est magis cōtra religionem,& diuinas obseruationes Aegyptiorum,quàm ꝙ Hebrei occiderēt Deos,quos Aegyptij colebant. *Et sederunt coram eo.* Scilicet fratres Ioseph corā eo, vt ipse videret eos comedentes,sed nō in eadem mensa,vt dictum fuit. *Primomogenitus iuxta primogenita sua.* Fecit enim Ioseph,ꝙ sic sederent primo mandans, ꝙ sederet Ruben, deinde Simeon,post Leui, & deinde vsque ad Beniamin, qui erat vltimus in ætate,& sedit postremus. Sic enim sedere cōsueuerant in domo patris sui. *Primogenitus iuxta primogenita sua.* Idest primogenitus sedit in loco,quē requirebant primogenita,siue iura primogenituræ, s. in primo loco. Octo autem iura primogenituræ enumerauimus supra 25. & 27. cap. inter quæ erat vnum, ꝙ primogenitus sedeat in altiori loco fratrum suorū in mensa. *Et minimus iuxta ætatem suam.* Idest,minimus sedit in vltimo loco,secundum ꝙ ætas sua requirebat. *Et mirabantur nimis.* Scilicet quare homo extraneus sciret eos ordinare, sic vt in domo paterna ordinati esse consueuerant.

Quæst.1. Quomodo fratres Ioseph nō cognouerunt.

Sed dices, quomodo ergo fratres Ioseph non cognouerunt eum, vel saltem aliquam suspitionem habuerunt per talia signa: sicut discipuli Christi duo cognouerunt eum in fractione panis? quod erat signum speciale eius,vt patet Luc.vlti.cap.Respondent Iudei, ꝙ Ioseph fingebat se facere hoc per artem augurandi, aut mittendi sortes. Vnde habebat coram se Ioseph quendam scyphum, quem primo percutiēs dixit, hic est primogenitus, deinde percutiens iterum dixit, ille est secundus, & sic vsque ad vltimum, & satis erat difficile cognitu,quia omnes isti erant eiusdem quasi ętatis, quia omnes fratres præter Beniamin in septem annis nati sunt, vt patet supra 30. cap. & hoc patet ex eo quod habetur infra cap. seq. cum loqueretur dispensator Ioseph ad fratres eius obiurgans, quare furati fuissent scyphum Domini sui. dicens ipse, in quo Dominus meus bibit,& in quo augurari solet. *Sumptis partibus, quas ab eo acceperant.* Quilibet istorū fratrum per se comedebat in vno disco,licet omnes in eadem mēsa sumerent cibum,& de mandato Ioseph apponebātur eis cibaria, scilicet vt tanta, vel tanta pars cuilibet daretur, & in hoc videtur quòd Ioseph seruauerit ordinem primogenituræ, vt aliqualiter magis dederit Ruben, quàm alijs, præterquàm Beniamin, quem licet in ordine sedendi non præposuit, vt rectum ordinem teneret,tamen in cibo cæteris præposuit. *Ita vt quinque partibus excederet.* Potest esse,vt de quolibet cibo daretur in quincuplum Beniamin super alios, sed cum cuilibet aliorum ad sufficiētiam, & ad residuum daretur, valde videbatur superfluum tātum dari Beniamin, quantum quinque, vel sex hominibus sufficeret,vt superabundaret. Fortè secundum aliquos possit dici, ꝙ non datum fuit de quolibet cibo quincuplū Beniamin super alios, sed quòd ei quinque cibi dati sunt,alijs autem vnus cibus tantum. Sed adhuc minus videtur hoc quòd tot cibaria apponerētur Beniamin, alijs autem vnū solum. maxime, quia solennitas facta alicui personæ magis videtur in multiplicitate ciborū, etiam si de quolibet modicum detur, quàm si ei de vno cibo magna quantitas apponatur. Ioseph autem temperatius loquitur; ita ꝙ non videretur honor tam excessiuus tribui Beniamin, tamen aliquis honor videretur attributus, & hoc est quòd quinque cibi apositi fuerint cuilibet illorum fratrum Ioseph, sed de quolibet cibo duplum acceperit,& quia quinque cibi erant,superabat Beniamin alios quinque partibus. Et notandum est, quòd non vocantur hic quinque partes quincuplum, quod signat geometricam proportionem,quia tunc si datæ fuerunt quinque partes cuilibet de fratribus Ioseph in quinque cibarijs, necesse erat dari vigintiquinque Beniamin,quia hoc est suum quincuplum,sed vocantur quinq; partes, idest quinq; medietates comparando non ad totum simul, sed ad quamlibet partē per se, s. ꝙ in primo cibario id, quod dabatur Beniamin,erat duplū ad id quod dabatur cuilibet aliorum, & sic excedebat vna parte,s.medietate. In secundo cibario eodem modo, & in tertio vsq; in quinto,in quo excedebant cibaria Beniamin ad cibaria cuiuslibet aliorum quinque partibus. Si tamen cōpararetur totū ad totum, solum erunt cibaria Beniamin dupla ad cibaria cuiuslibet aliorū, sic in qualibet vice duplū ei dabat̄,& iste est modus valde cōueniens.

Quæst.2. Cur Ioseph dedit maiorem partē Beniamin,quā cuilibet aliorum.

Quare autem dedit Ioseph maiorem partem Beniamin, quàm cuilibet aliorum? Quidam dicunt,quòd faciebat ad videndum vtrum alij fratres inuiderent Beniamin, sicut ei inuiderant, quia plus cæteris a patre diligebatur,& hoc satis potest dici. Potest dari alia causa, scilicet quòd hoc faciebat Ioseph, quia plus Beniamin cæteris diligebat: & licet ratio prior stare possit:ista tamen secunda magis stat, quod patet quare infra 45.cap.postquàm cogniti sunt fratres a Ioseph dedit Ioseph singulis fratribus binas stolas, Beniamin aūt dedit stolas quinq;,& argenteos trecentos, sed tūc non dabatur ad cognoscendum vtrū fratres inuiderēt Beniamin, quia viuente Ioseph non erat locus cæteris agendi contra Beniamin. *Biberuntque, & inebriati sunt cum eo.* Rabbi Salomon dicit,quòd inebriati sunt etiā si modicum vinū bibissent ex dissuetudine vini. Quia vt ipse vult postquàm vendiderunt fratres illi Ioseph pœnitentia ducti nunquàm vinum biberunt vsque ad diem illam,ideoq; leuiter inebriati sunt faciliter. Sed valde vē fabulosum, sicut consueuit multa alia confingere Rabbi Salo. Non.n.tm̄ videtur tristari fratres Ioseph de eo,ꝙ vinum non gustarent,maximè qa si ista ebrietas accidisset in istis fratribus ex hac cā, qūo potuit contingere in Ioseph, quia vino non abstinuerat.

Opin. Rabbi Salom.

Sed de eo dē,ꝙ ēt inebriatus est, s.ꝙ oēs alij fratres inebriati sunt cum eo. Dicendum ergo est, ꝙ inebriatio non accipitur hic pro carentia actus rōnis,& variatione verborū veniente ex immoderata vini sumptione, cum cæteris organis,vt cōiter noīare solemus, sed accipitur pro potu sufficienti inductiuo lætitiæ, & non carente sensationis rectę,& vsus rationis. Est enim iste ordo in potu,ꝙ existente vino quasi oportet ad sanitatem,& conuenientem saporem,s.ꝙ primo bibens satiatur,deinde lætatur,deinde sensu,& actu rationis priuatur. Est autem ratio,quia potentia receptiua perficitur per id quod recipit,quando aūt contingat potentiā receptiuā tm̄ recipere, quantū sufficiat,completur potentialitas, vel vacuitas potentiæ, ad quod in rebus sentientibus sequitur delectatio,vel exhilaratio. Si aūt vlterius de vino assumatur, vires vini perturbant phantasiam, & totum caput, & quia a capite deriuatur sensus, & motus in omnes partes corporis,perturbata ipsa phantasia cum toto cerebro, necesse est mouendi principium inde fluēs vacillare,& sensum. Et quia intellectus noster,licet non alligetur organo,requirit tm̄ & præsupponit organa ad suum iudicium,quia carentibus nobis aliquo organo potētiæ apprehēsiue,necesse est carere scientia de illo obiecto,vt ait Aristot.in 1. Posteriorum. Oportet ergo, ꝙ indispositis organis sequatur distortum iudicium intellectus,& sic necessario cessabit iudicium in ebrijs.

Cap.14

Abscon-

Absconditur scyphus in sacco Beniamin: de furto redarguuntur: Iudas pro liberatione Beniamin se in seruitutem offert. Cap. XLIIII.

PRAECEPIT autem Ioseph dispensatori domus suæ, dicens: Imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere, & pone pecuniam singulorum in summitate sacci. Scyphum autem meum argenteum, & pretium, quod dedit tritici, pone in ore sacci iunioris. Factum est ita. Et orto mane,dimissi sunt cum asinis suis. Iamque vrbem exierant, & processerant paululum: tunc Ioseph accersito dispensatore domus. Surge,inquit,& persequere viros;& apprehensis dicito: Quare reddidistis malum pro bono? Scyphus,quem furati estis, ipse est, in quo bibit Dominus meus,& in quo augurari solet. Pessimam rem fecistis. Fecit ille vt iusserat. Et apprehensis per ordinē locutus est. Qui responderunt: Quare sic loquitur Dominus noster, vt serui tui tantum flagitij commiserint? Pecuniam, quam inuenimus in summitate saccorum, reportauimus ad te de terra Chanaā: & quomodo consequens est, vt furati simus de domo Domini tui aurum,vel argentum? Apud quemcunq; fuerit inuentum seruorum tuorum quod quęris,moriatur, & nos erimus serui Domini nostri. Qui dixit eis: Fiat iuxta vestram sententiam: apud quemcunque fuerit inuētum,ipse sit seruus meus,vos autem eritis innoxij. Itaq; festinato deponentes in terrā saccos,aperuerunt singuli. Quos scrutatus incipiens a maiore vsq; ad minimum, inuenit scyphum in sacco Beniamin. At illi,scissis vestibus,oneratisq; rursum asinis reuersi sunt in oppidum. Primusq; Iudas cum fratribus ingressus est ad Ioseph. (Necdum enim de loco abierat.)Omnesq; ante eum pariter in terram corruerunt. Quibus ille ait:Cur sic agere voluistis? An ignoratis,quòd nō sit similis mei in augurandi scientia? Cui Iudas:Quid respō debimus,inquit, Dño meo? Vel quid loquamur? Aut iustè poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorū: en oēs serui sumus Dñi mei, & nos, & apud quē inuentus est scyphus. Rndit Ioseph: Absit a me, vt sic agam: qui furatus est scyphū ipse sit seruus meus,vos aūt abite liberi ad patrē vestrū. Accedens aūt propius Iudas, confidenter ait:

Alph. Tost. super Gen.

A Oro Dñe mi, loquatur seruus tuus verbū in auribus tuis, & ne irascaris famulo tuo: tu es enim post Pharaonem Dominus meus. Interrogasti prius seruos tuos: habetis patrem, aut frarrem? Et nos rndimus tibi Dño meo: Est nobis pater senex,& puer paruulus,qui in senectute illius natus est, cuius vterinus frater mortuus est, & ipsum solum habet mater sua,pater verò tenere diligit eum. Dixistiq; seruis tuis: Adducite eum ad me,vt ponam oculos meos super illum: suggessimus tibi Dño meo, non pōt puer relinquere patrem suum: si enim illum dimiserit,morietur. Et dixisti seruis tuis: Nisi venerit frater vester minimus vobiscum,nō videbitis amplius faciem meā. Cum ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum,narrauimus ei omnia, quæ locutus est Dñs meus. Et dixit pater noster: Reuertimini, & emite nobis parum tritici. Cui diximus: Ire non possumus. Si frater noster minimus descenderit nobiscum,proficiscemur simul,alioquin illo absente non audemus videre faciem viri. Ad quę ille rndit: Vos scitis quòd duos genuerit mihi vxor mea. Egressus est vnus,& dixistis: bestia deuorauit eum,& hucusque non cōparet. Si tuleritis,& istum,& aliquid ei in via cōtigerit,deduceris canos meos cum mœrore ad inferos. Igitur si intrauero ad seruum tuum patrem nostrum, & puer defuerit (cum anima illius ex huius anima dependeat)videritq; eum non esse nobiscum,morietur,& deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos. Ego propriè seruus tuus sim, qui in meam hunc recepi fidem,& spopondi,dicens: Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore. Manebo itaque seruus tuus pro puero in ministerio Domini mei, & puer ascendat cum fratribus suis. Non enim possum redire ad patrem meum absente puero, ne calamitatis, quæ oppressura est patrem meum, testis assistam.

Supra 43.

Supra 37.

Supra 43.

PRAECEPIT. Descripta Beniamin in Aegyptum descēsione. Hic agitur de orta propter eū tribulatione, & diuiditur principaliter in duas partes: primo ponitur Beniamin, & fratrum suorum comprehensio: secundo confusibilis,& despecta reductio,ibi. *At illi vestibus sciissis.* Circa primum. *Præcepit autem Ioseph.* Istud quod hic Ioseph fieri præcepit contra fratres suos quædam fraus erat, sed quia ad inquisitionem veritatis erat,& non in præiudiciū, nec ad punitionē fratrū, satis licitè potuit Ioseph

Diuisio.

seph facere, maxime, quia ex malis, quæ gesserant fratres Ioseph, satis merebantur affligi. Volebat autem Ioseph intentionem fratrum suorum ad plenum cognoscere, & qualia viscera pietatis erga eum, & fratrẽ suum Beniamin gestarent, & quia prudens valde erat, & negotiorum particulariũ optimus coniectatiaus: cognito quòd fratres sui de venditione sua pœnitebant, vt probauerat aliqualibus argumentis: cognito etiam quòd contra fratrem suum vterinum Beniamin nullum malum machinati fuissent, nec ei ex prospero euentu, & honore excellẽti apud ipsum Ioseph inuidiæ signa ostendebant, voluit vlterius experiri vtrum adhuc amorem firmum erga Beniamin haberent, pro eo in periculo constituto fortiter se exponendo. Ordinauit ergo sic Ioseph, vt Beniamin in furto manifesto comprehenderetur, vt sic eum tenere posset quasi ad mortem, vel seruitutem, & tunc clarissimè pateret in opere, quali eum affectione diligerent. Quia vt ait Gregorius in quadam Homilia super Ioan. cap. 13. scilicet, Manifestatio charitatis exhibitio est operis. Huiusmodi autem probatio procedebat, quia nondum totaliter Ioseph fratribus suis confidebat, cum in se tantam eorum nequitiam expertus fuisset. Non erat autem dignum, vt se eis ante fratrem ostenderet, quàm eorum corda talia paterent, vt amore fraterno diligerent. Et signum huius est, quia factis istis experientijs ad plenum non se potuit continere Ioseph, quin se suis fratribus demonstraret, vt patet seq. cap. *Præcepit dispensatori domus suæ.* Præcipiebat Ioseph dispensatori suo hæc facere, quia vir industrius erat efficere ista subtiliter potens, & fidelis valde, quod patet, quia ipse taliter hoc fecit, vt fratres Ioseph nihil de hoc suspicarentur, & ad eorum aduentum eis prudenter valde locutus est celans factum Domini sui. Erat etiam satis fidelis, quia mandante Ioseph poni pecunias in saccis eorum, poterat iste dispensator accipere eas, vel magnam partem earum nescientibus fratribus Ioseph, & nesciente ipso Ioseph. *Imple saccos eorum frumento, quantum possint capere.* Non dabat eis triticum ad mensuram, sicut alijs, quibus vendebat, quia ab istis pecunias nullas acceptaurus erat. Ista repletio saccorum fiebat absentibus ipsis fratribus Ioseph, quia aliàs non posset poni pecunia in ore saccorum, quin ipsi viderent, quod nullo modo decebat, quia tunc nulla fraus intercidere posset, & in hoc aliquo modo tolerabant angustiam, & suspitionem fratres Ioseph, quia nesciebant vtrum tantum in saccis eorum poneretur, quantum poni debebat, sed in hoc non erat magna difficultas, quia quicquid faceret Ioseph, tolerarent timentes eum valde cum non agnoscerent. *Et pone pecuniam singulorum.* Non dabant omnes pecuniam de communi pro toto onere frumenti quod portabant, sed quilibet pro se dabat, forte hoc erat, quia cum quilibet eorum haberet vxorem, & filios, portabat frumẽtum pro familia sua, & de hoc dabant patri suo. Fuit ergo posita pecunia cuiuslibet in sacco suo. *In ore saccorum.* Vel vt habet alia litera. *In summitate sacci.*

Quæst. 1. Quomodo potuit poni pecunia in ore saccorum.

Sed dices, quomodo potuit poni pecunia in ore saccorum? quia tunc cum aperirentur sacci ad inquirendum scyphum Ioseph, inuenirentur pecuniæ. Sed non fuit mentio, q̃ fuerint inuentę, immo non fuerunt inuentæ, quia tunc etiam comprehensi fuissent alij fratres, tanquàm furãtes pecunias, & si forte dicas, quòd inuentæ sunt, cum non fuerunt detenti, quia patebat q̃ ministri Ioseph posuissent eas in saccis. Ita dicetur, q̃ Beniamin non debuisset comprehẽdi, quia eodem modo pateret scyphum ibi per industriam fuisse impositum. Sed contrarium confessus fuit Iudas, vt patet infra in litera, cum dixit quid respondere poterimus, quia Deus inuenit iniquitatẽ seruorum tuorum? Fortè dicet aliquis, q̃ licet ponerẽtur pecuniæ singulorũ in summitate saccorum, tamen quia inuẽtus fuit scyphus immediate apud Beniamin, nõ oportuit inquiri apud alios. Sed hoc falsum est, quia vt infra habetur, primo fuit quæsitum in sacco maioris, deinde consequẽter vsque ad Beniamin, in cuius sacco scyphus inuentus est.

Poterit aliquis vlterius respondere, quòd vt supra diximus quilibet istorum portabat plures saccos, & in vno eorum inquireretur, vel in pluribus, sed non in omnibus, & quia dispẽsator Ioseph sciebat saccum cuiuslibet, in quo pecunias posuerunt, ideo illũ relinquebat non quęsitum. Sed hoc non est rationabile, qa si saccos aliquos inquireret dispẽsator, & alios non, satis pateret illam inquisitionem nihil valere. Dicẽdum ergo est, q̃ in oĩbus saccis cuiuslibet plena fiebat inq̃sitio. Sed tunc dices, quõ ergo factum est? Rũdetur, q̃ pecuniæ erant in summitate saccorum, sed non ita in summitate q̃n coopertæ essent frumento, ita vt nõ viderentur, tunc mittebat brachiũ dispẽsator Ioseph, & inquirebat scyphum, & dato q̃ intra pecunias scyphũ reperirẽt, non curabat de eis nihil iudicans se inuenisse, quia ipse posuerat eas, cum aũt venit ad saccũ Beniamin, quia scyphus erat positus in summitate sacci sine magna inquisitione inuenit eum: pecuniæ autem eius erant positæ in parte magis absconditа, ideo non curauit de eis. Posset adhuc aliter dici, & satis conformiter ad literam, q̃ pecuniæ istorum erant positæ in summitate saccorum, & cum inquireret saccos dispẽsator inuenit eas, sed non curauit de eis fingens non esse illas, quas ipsi dederant pro frumẽto, sed q̃ ipsi portabant ibi thesaurum suum in marsupijs suis. Simile habetur præcedẽ. cap. cum dixissent fratres Ioseph se inuenisse pecunias, quas dederãt in saccis suis. Respõdit dispẽsator, q̃ ipse habebat pecuniam, quam receperat ab eis, sed Deus suus dederat eis illas, & quia ipse non veniebat, vt quæreret pecunias, finxit pecunias nullas sibi deficere, sed solum vas, ideo illum inuenire curabat. *Scyphum autem meum.* Ideſt, in quo ego bibo. *Et pretium quod dedit tritici.* Duo mandauit Ioseph poni in sacco Beniamin, scilicet scyphum argẽteum, & pretium tritici. Fuit autem hoc additum, vt intelligeret dispẽsator. Poterat enim intelligere, quòd sicut mandabat cuilibet poni pretium in sacco, ita mandabat in sacco Beniamin poni scyphum loco pretij. Voluit ergo vtrumque declarare. *In ore sacci iunioris.* Non nominauit eum hic Ioseph suo nomine, quia fratres non expresserant nomen eius, quia Ioseph de nomine non inquirebat, ne aliqualis suspitio cognitionis a fratribus haberetur. *Factũmque est ita.* Scilicet impleti sacci frumento, & pecunia imposita in saccis, & scyphus in sacco Beniamin. *Et orto mane.* Die enim præcedente venerant ante portas Ioseph, & eadem die comederũt cum eo post Meridiem, & quieuerunt vsq; in sequentem diem, tunc autem recesserunt. *Tunc dimissi sunt cum asinis suis.* Ideſt, tunc expedierunt se a Ioseph, data omnibus illis licentia redeundi. *Iamque vrbe.* Ideſt, ab vrbe exierant. *Tunc Ioseph accersito.* Ideſt, vocato. *Dispensatore domus.* Hunc ponebat, vt ministrum omnium istorum, quia vir industrius erat, & fidelis, & quia ad eius officium pertinebat, res huiusmodi custodire, cum totius domus curam gereret principalem. *Surge inquit,* ideſt velociter para te. *Et persequere viros.* Ideſt, curre post eos. *Et comprehensis dicito.* Ideſt postq̃ comprehenderis eos dicas eis. *Quare reddidistis malum pro bono?* Scilicet, Dominus meus inuitauit vos, & vos furati fuistis scyphũ eius, in quo satis redderetur malũ pro bono. *Scyphus quem furati estis.* Iste est cautus modus loquendi ad compre-

comprehendendum furtum, quia non quæsiuit ab eis vtrum furati fuissent, vel non, sed asseruit eos furatos fuisse, tanquàm furtum eorum notum esset, vt in nullo spem celandi haberent. Sed in hoc verum erat, q̃ licet fratres Ioseph nihil furati fuissent, tamen scyphũ quem dispensator petebat, ipsi portabant, & sciebat dispensator ipsos portare, quia ipse posuerat in sacco iunioris. *Ipse est, in quo Dominus meus bibit.* Et propter hoc cum maiori diligentia mandat eum inquiri, & maiorem pœnam patiemini. *Et in quo augurari solet.* Hoc etiam aggrauat culpam. Quia adhuc si solum in illo vase biberet Ioseph, remediabile esset, quia poterat in aliquo alio bibere, sed si in hoc augurabatur non posset in alio ita augurari. Est enim augurari, ideſt auguria inquirere, vel sortes mittere ad inuenienda aliquas veritates, & hoc falsum est, quia Ioseph verus Dei cultor sciebat auguria illicita esse, cum ibi tribuatur dæmonibus quidam diuinus honor. Ideo nullo modo exercebat ea, sed fingebat se exercere ad integumentum veritatis ad tempus. Si tamen sic verum esset, quòd auguraretur in scypho illo, magnum damnum fiebat Ioseph auferendo ei tale vas, quia forte ad talem inquisitionem esset factum in certis temporibus correspondentibus motibus cœli, & figurationibus, siue aspectibus planetarum, quemadmodum dixi de capite facto de ferro, quod ad inquisita respondet, de quo Numeri 21. satis latè. Maiorem ergo pœnam merebatur furando hũc scyphum, quàm quemlibet alium, quia secundum Gentiliũ opinionem talis scyphus reputaretur, vt aliquid sacrum pertinens ad responsa Deorum. *Pessimam rem feciſtis.* Non vocatum fuit istud peccatum malum, sed pessimum, quia aggrauabatur valde ex circunstãtijs, scilicet ingratitudo fuerat reddendo malum pro bono. Item quia furati fuerant id, quod specialissimum erat in reputatione Ioseph, scilicet scyphum in quo ipse bibebat, & in quo augurabatur. Hæc omnia vera essent si dispensator fundasset se super verum, scilicet q̃ furati fuissent verè vas illud fratres Ioseph, sed hoc a veritate lõginquum erat. *Fecit ille.* Ideſt, dispensator. *Vt insserat.* Scilicet Ioseph persequendo illos cum hominibus armatis, ne possent resistere, & comprehendendo eos. *Et apprehensis per ordinem loquutus est.* Scilicet iuxta ordinem supradictorum, vt Dominus imperauerat. *Qui responderunt.* Admirantes de eis, quæ contra ipsos proponebantur. *Quare sic loquitur Dominus noster?* Quasi dicat, non deberet Dominus noster talia contra nos dicere, cum nos talia nunquàm fecerimus, nec sit verisimile nos feciſſe. *Vt serui tui tantum flagitium commiserint.* Ideſt asserendo ita efficaciter, q̃ nos qui sumus serui tui tantum peccatum, siue flagitium, quod magnum peccatum notat, commiserimus, cum nihil tale egerimus. *Pecuniam, quam inuenimus in ore saccorum reportauimus.* Hic arguunt satis fortiter dicendo, q̃ nullo modo possit contra ipsos præsumi, q̃ scyphum furati fuerint, quia ipsi existentes extra Aegyptum inuenerũt pecuniã religatam in saccis suis, & ibi nullo modo timebant aliquem Aegyptium, sed ex bonitate sola conscientiæ deportauerunt pecunias ipsi Ioseph. Quomodo ergo præsumi posset q̃ in domo Ioseph furari vellent, vbi maius peccatum erat? Item quia ibi si furarentur time re deberent Ioseph, tanq̃ potentem eos ibi punire, & occidere. *Reportauimus ad te.* Quia quando venerunt coram dispensatore domus Ioseph in secunda vice, an tequàm introducerentur in domum, dixerunt ei, quo modo inuenerant pecunias in ore saccorum, & quia ipse dixit habere apud se reconditam pecuniam, quam ipsi dederant, non curauerũt instare vlterius, nec proposuerunt coram Ioseph. Ideo dicunt. *Reportauimus ad te.* Quasi dicat, non ad Ioseph dominum tuum. *De terra Chanaam.* Non q̃ ipsi inuenerint eam in terra Chanaam: quia in Aegypto eam inuenerunt, sed dicuntur portare eã de terra Chanaam, qa eã in Aegypto inuenerunt, deinde tulerunt eã secũ in terrã Chanaam, tandem de terra Chanaam reduxerunt eã in Aegyptũ in domũ Ioseph ad dispẽsatorẽ eius. *Et quomodo consequens est.* Ideſt, qũo verisimile est ꝯsideratis prioribus. *Vt nos furati fuerimus de domo Domini nostri?* Scilicet Ioseph. *Aurum vel argentum.* Ideſt scyphũ aureũ, vel argenteum, vt tu nobis opponis. *Apud quemcunque fuerit inuentum.* Fratres Ioseph scientes se ab hoc crimine esse immunes, nec putantes aliq̃d fraudis latere, vt magis contẽtarẽt dispensatorẽ Ioseph, ne ipse locũ hẽret aliq̃d ꝯ eos suspicandi, posuerũt ꝯ se ita durã snĩam. *Seruorum tuorum.* Ideſt de nobis, q̃ sumus serui tui. *Quod quæris.* Scilicet scyphus. *Moriatur.* Tanq̃ fur. *Nos autem serui erimus Domini nostri.* Ideſt insuper nos efficiemur serui Ioseph, sed hoc erat superfluum, quia dato q̃ vnus eorũ furatus fuisset cæteris nescientibus, ille solus puniri deberet. Ad alios autẽ nullo modo pœna spectabat, sed obligabant se ad impertinens, tanq̃ securi de innocentia sua. Iste est enim modus omnium innocentiũ, vel eorum, qui se existimant innocentes, vt fortissimis rebus pro paruo obligent. *Qui.* Scilicet dispensator dixit. *Fiat secundum sententiam vestram.* Ideſt secundum q̃ vos iudicatis. Approbat enim hic sententiam eorum, sed non in totũ, sed solũ quantũ ad primã partẽ. Dixerant enim duo filij Iacob: primũ vt ille q̃ vas teneret, occideretur: secundo vt oẽs alij serui efficerentur. Quantũ ad primã partẽ approbauit dictũ eorũ, sed non quantũ ad secundã, vt patet in litera. Et adhuc istam primã partẽ non recepit, vt ipsi dixerunt, sed vt hũs scyphũ morereꝰ, sed vt in seruitutẽ redigeretur. *Vos autem eritis innoxij.* Ideſt licet apud aliquẽ vestrum scyphus inueniatur ille solus efficietur seruus, vos autem manebitis quasi inculpabiles, & consequenter sine pœna. Innoxius signat duo, scilicet sine culpa, vel sine obligatione ad pœnam. Primo modo dicitur innoxius de, in, &, noxa, ideſt culpa, quasi sine culpa: secundo modo innoxius, vt signat aliquẽ carẽtẽ obłone a pena, dr̃ de, in, &, nexus, ideſt obligatio, ideſt carens obligatione ad tolerandã pœnã, & sic vocantur aliqui obnoxij. i. obligati ad aliquid: & in vtroque sensu accipi põt, quia potest intelligi, q̃ illi, apud quos non esset scyphus, essent innoxij, ideſt reputarentur non culpabiles, vel innoxij essent. i. non obligati ad aliquid faciendum, vel patiendum, vel subeundum. *Itaque festinato.* Ideſt cum festinatione. ista est conditio innocentum, q̃ non dubitant permittere se inquiri. Ipsi enim se innocentes reputabant, & sic erat secundum veritatem, sed fraus ibi intercidit, quia ministri Ioseph ex mandato eius scyphum in sac eo Beniamin posuerunt, vt patet sup. vt videretur culpabilis. Sed nec in hoc peccauit Ioseph, quia non intẽdebat aliquem punire, & intendebat inquirere veritatem de affectu fratrum ad Beniamin. *Deponẽtes saccos.* Scilicet de asinis. *Aperuerunt singuli.* Tantum confidebant in sua innocentia, & volebant cito illã fieri inquisitionem, quòd singuli saccos suos aperuerũt, nec expectauerunt, vt aperiret dispensator Ioseph, sed non aperuerunt isti saccos suos seorsum, quia tunc ille, qui inueniret in sacco suo scyphum, tolleret inde, ne post eum videret dispensator Ioseph, sed quilibet aperuit saccum suum astante sibi dispensatore illo, & inquirente in sacco. *Quibus scrutatis incipiens à maiore.* Ideſt quòd in scrutando saccos istorum incepit à maiore vsque ad minorem. Et debet iste ablatiuus absolutus conuerti in gerundium, vel exponi per dum. *Quibus scrutatis.* Ideſt dum scrutaretur illos, nec debẽt per postquam exponi, quia esset litera falsa. Esset enim sensus, quòd postquam scrutatus fuit saccos illorum

Modus innocentiũ.

Innoxius duas hẽt significationes.

Conditio innocentũ

illorum incepit a maiore, sed hoc falsum est, quia in F
scrutando incepit a maiore. *Incipiens a maiore.* Bene no
uerat dispensator scyphum esse in sacco Beniamin, qa
ipse posuerat, sed ne aliqua suspitio fraudis haberetur,
incepit a maiore vsq; in finem dilatans venire ad Beni-
amin, & satis rationabilis processus erat iste, quia mai-
or malitia præsumitur in maioribus, quàm in minori-
bus, vel vt secundum ordinem natiuitatis, ita esset or-
do inquisitionis. *Vsque ad minimum.* Forte quæret aliqs,
quo iste dispensator sciebat quis eorum esset maior,
vel minor, & dato q̄ posset scire Beniamin esse mino-
rem, quia quilibet aliorum habebat super eum ad mi-
nus annos 16. vel 17. vt patet quando modicum post
natiuitatem Beniamin venditus fuit Ioseph, qui tunc
erat annorum 16. vt patet supra 37. iste tamen erat mi-
nor aliorum, ergo alij excedent Beniamin in annis vi- G
ginti, vel quasi. Sed de alijs omnibus, qui quasi eius-
dem ætatis esse videbantur, quia omnes decem in spa-
tio sex annorum nati sunt, vt patuit supra 30. cap. quo-
modo poterat distingui quis maior, aut minor erat,
aut succedens? Fortè dicet aliquis, q̄ iste dispēsator nō
cognouit quis erat maior, aut minor quantum ad om
nes, sed a fortuna hoc fecit. Contigit enim sic fieri: sed
non videtur hoc rationabiliter dictum, q̄ a fortuna sic
cognouisset, vel sine errore omnes ordinatè inquisiuis-
set. Dicendum ergo, q̄ iste dispēsator sciebat quis erat
maior, aut minor, ideo dixit ei Dominus suus Ioseph,
q̄ poneret scyphū in sacco iunioris, quasi ipse cogno-
sceret quis esset iunior. Sed dices, vnde ergo hoc scire
potuit? Respondetur, q̄ sciuit quando Dominus suus H
fecit eos sedere ad mensam seriatim, s. primogenitus
in principio, deinde secundo vsq; ad vltimū, vt in fine
præced. cap. & hoc fingebat se cognoscere Ioseph per
artē augurandi, cū tangeret percutiendo scyphum se-
mel, & diceret ille est primogenitus, & tangeret secun
do, & diceret ille est secundus. Hæc ergo audiēs dispē-
sator satis cognoscere potuit ordinē natiuitatis eorū.
Ioseph fra trum redu ctio. *At illi sciſſis veſtibus.* Hic ponitur secundum, s. eorum
confusibilis, & descripta reductio. Hæc in duas: primo
ponitur reductio, secūdo Iudę ad Ioseph ad misericor-
diam persuasio, ibi. *Cui Iudas.* Ad primum. *At illi sciſſis veſtibus.* Comperta apparenti iniquitate, quam tanq̄
innocentes ante negauerant, vehemēter confusi sunt,
& turbati doluerunt, & qa apud antiquos tristitiæ ma-
gnæ signum erat vestium scissio, vt patet Ioel. 2. vbi di-
citur, tristati multum de peccato, scindite corda ve-
stra, & non vestimenta vestra. Et Matth. 26. habetur,
quòd Caiphas audito verbo Christi, quod ipse reputa-
bat apparētem blasphemiam, quasi multum tristatus,
scidit vestimēta sua. Sciderunt isti vestes suas, quia ve-
rissimè dolebant, quòd tantum peccatum in eis inuē-
tum fuisset, & quòd Beniamin in seruitutem redigi
deberet, & quòd maxime augebat, quia pater eorum
Iacob præ amore, & dolore Beniamin moreretur, vt
infra declarat Iudas inclinans Ioseph ad misericordiā.
Oneratisque rursum asinis. Ad redeundum in ciuitatem,
vt viderent quid de eis Ioseph facere vellet, pecunias
tamen in saccis suis singuli retinuerunt non repetente
eas dispensatore, secundum modum supra declara- K
tum. *Reuersi sunt in oppidum.* Hic vocat oppidum locū,
quem ante ciuitatem vocauerat, de qua exierant frēs
Oppidum dupliciter accipitur. Ioseph. Et signat oppidum duo: vno modo accipitur
propriè pro villa, & isto modo vocantur oppidani, i.
villani, vt distinguuntur contra ciues. Alio modo, &
largè accipitur oppidum pro quolibet loco murato,
siue villa, siue ciuitate, & dicitur oppidū quasi opem
dans, quia muri sunt adiutorium manentibus intra
eos. *Primusq; Iudas.* Inter omnes fratres Iudas primus
institit valde, & primo vt Beniamin liberaret propter
duo: primo quia pro ipso erat fideiussor apud patrem:

& eū in sua custodia receperat dicens, vt patet præced.
cap. nisi reduxero, & tradidero eum tibi, ero peccati
reus oī tpe: secundo quia Iudas constantior erat inter
oēs, nec erubescebat, vel formidabat loq ante magnos
viros. Etiā qa cæteris eloquentior, & rōnabilior erat.
Cum fratribus suis. Et qa oēs pariter misericordiā implo
rabant, confitentes peccatū suū, qa ipsi putabāt Beniā
min peccasse, ex quo sic vas Ioseph apud eū inuētum
est. Nec poterant putare de vase isto, sicut de pecunijs
tūc, & ante inuētis, qa poterat eē q̄ Deus posuisset in
saccis eorū, alias totidem pecunias, quot dederant di-
spensatori Ioseph, nec poterāt ipsi cognoscere, an eę-
dem pecuniæ, essent illæ illis, quas ipsi attulerant, quia
forte fuerunt eis datæ aliæ pecuniæ totidem, & nō eę-
dem in numero, & dato q̄ essent eædem nō possent
cognosci, qa oīs moneta eiusdē speciei eiusdē figuræ,
& quantitatis est: de vase aūt satis cognosci poterat, q̄
erat ille scyphus, in quo bibebat Ioseph. Item tunc qa
satis credebant ipsi, q̄ Deus non tolleret rem vnius ad
dandū alteri. Itē qa dispensator Ioseph non erat psecu
tus eos ipsa vice, nec alia pro moneta, q̄ aliqd perdidis-
set, immo dicebat, q̄ totā illā apud se integre retine-
bat, pro vase aūt nō sic fecit, sed eos immediate perse-
cutus est, hęc oīa monebant frēs Ioseph ad credendū,
q̄ Beniamin hoc fecisset, ipse aūt verecūdus, & stupe-
factus, qa tm̄ malum apud eum inuentum fuisset, q̄
negare nullo modo poterat, nihil pro se rndebat. Rab Rabbi Sa-
bi Salo. dicit hic, q̄ frēs isti videntes, q̄ in sacco Beniā- lom. opin.
min scyphus inuentus fuisset, quasi in vindictam tan-
ti sceleris, & quia eos dehonestauerat, eum colaphis
cedebant, & caput depilabant, dicebantq̄; iste filius
matris latronæ, scilicet Rachelis, q̄ furata fuerat idola
patris sui, vt patet supra 31. cap. ita furatus fuit, sicut ma Cōfutatio.
ter sua. Sed hoc non est verisimile, quia fratres Beniā-
min videntes scyphū in sacco Beniamin exterriti sunt,
& quasi examinati. Ad tales autem percutere nō per-
tinet, quia quasi immobiles, præ stupore facti sunt, sed
ad illos, qui ex ira tāquàm certam iniuriam vindicare
volunt, maximè quia si ipsi puniuissent Beniamin, cō-
fiterētur in hoc se credere, q̄ Beniamin illud fecisset,
& sic causam suam deteriorarent, sed hoc ipsi non in-
tendebant, quia licet apud se ipsos crederēt Beniamin
fecisse illud, tamen extra demonstrabant se aliqd du-
I bitare. Item quia si fratres percussissent Beniamin, de
hoc multum tristatus fuisset Ioseph, quia tenerrimè
eum diligebat, & propter eum omnia ista faciebat: sed
non fit mentio, q̄ ipse aliquid tristatus fuisset, ergo ni-
hil tale interuenit. Item quia dispensator Ioseph scie-
bat istam fraudem, & intētionem; ideo dato q̄ fratres
vellent percutere Beniamin, nō permitteret ipse. Tñ Opin. Rab
Rabbi Salomon dicit, q̄ fratres Beniamin satis depi- bi Salom.
lauerūt eum, & cum improperio dicētes ei, ecce sicut
mater tua fuit latrona cum furata fuerit Deos patris
sui, vt patet supra 31. cap. ita tu furatus fuisti scyphum
argenteum. Sed vt dictum est quædam ficta sunt ista.
Necdum. Idest nondum. *De loco abierat.* Scilicet, de
loco, in quo stabat qñ iuit dispensator ad persequendū,
& reducendum fratres suos, & hoc erat, quia tā vehe-
menter volebat se eis ostendere cognita eorum affe-
ctione ad Beniamin, nec volebat eos amplius affligere
vlterius cognitionem mutuam differendo. Dr autē
stare in eodē loco, quia vt diximus cap. præcedēti cō-
sueuerat quolibet die in mane ire ad domū Pharaonis
ad expedienda negotia regni, & deinde veniebat me-
ridie ad prandendum in domo sua. Illa autem die di-
stulit ire in domum regis, donec fratres redirent, vt se
mutuo cognoscerent. *Omnesque ante eum in terram pa-*
riter corruerunt. Ad petendum suppliciter misericor-
diam eius, quia ad magnanimos viros pertinet suppli-
cibus parcere, vt ait Virgil. in sexto Aeneidos, scilicet,

Parcere

Parcere subiectis, & debellare superbos.
Cur sic agere volu stis. Idest, quare fecistis tantum malū
reddentes iniuriam, & damnum pro beneficio, quæ
causa mouit vos vt sic ageretis? *An ignoratis quòd non sit*
Errat iste duplicit intelligit. *similis mei in augurandi scientia?* Potest dupliciter intelli-
gi: vno modo, q̄ ipse notet in hoc magnam ingratitu-
dinem cum abstulerit ei id, quod maximè diligebat, s.
vas in quo solebat augurari. Cum ergo ipse esset ma-
ximus in augurandi sciētia maxime indigebat vase, in
quo augurabatur. Tollere ergo eum sibi magnū dam
num erat, & magna ingratitudo in eis, quibus bonum
fecerat. Alio modo pōt intelligi, q̄ diceret eis Ioseph:
Quare voluistis hoc facere? Quia dato, q̄ velletis malū
facere, sciebatis q̄ ego per artem augurandi scirē quis
fecisset, & non potuisset ullo modo euadere; & ista
est melior sn̄ia. *An ignoratis.* q.d. nō poteratis vos igno
rare, q̄ scirem artē augurandi, qa vidistis me augurari,
cum feci vos sedere coram me, secundum ordinē na-
tiuitatis vestræ percutiendo vas. *Quòd non sit similis mei in*
augurandi scientia. Hoc fingebat Ioseph, & hoc demon-
strabat ex opinione Aegyptiorū, qui dicebāt nullum
talem coniectorem somniorum esse, & ipsi putabant
hoc esse ex arte augurandi, vel Necromantia, vt decla-
rauimus s̄m Gentilū Chronographos, s̄. 41. cap. Qua-
lem ergo Aegyptij putabāt, talem se eis nunc demō-
strabat, licet apud Pharaonem, qñ somnia interpretari
debuit, dixit q̄ Deus rnderet sine ipso prospera Pha-
raoni, & cū rnderet ad dicta eunuchorū incarceratо-
rū somniātiū dixit interpretationē somniorū ad Deū C
solū pertinere. Et si dicas, quo Ioseph mentitus est, di-
cēs se esse augurē, cū nō esset, sed ea q̄ interpretabatur
diuino spiritu interpretatur? Ioannes Galen. rndet q̄
ista oratio non causat mendaciū, nec est vera, nec fal-
sa, cū sit interrogatiua: interrogatiuę autē oīones non
sunt affirmatiuę, vel negatiuę. Rndet, q̄ salua reueren
tia sua hoc nihil est, qa licet oīones interrogatiuę non
sint verę, nec falsę ex toto, sunt tñ pro parte sua, i. p eo,
q̄ p̄supponūt, vt si dicamus: Nūqd nescitis quo Chr̄s
mortuus est, & surrexit? ista est interrogatiua, & licet
s̄m se totā affirmatiua, vel negatiua nō est, tñ s̄m aliqd
quod supponit affirmatiua est, qa clarissimè ista ora-
tio dicit Christū mortuum fuisse, & surrexisse. Sic to-
ta ista oratio prolata a Ioseph non erat negatiua, vel af-
firmatiua, tñ s̄m partē asserebat Ioseph esse peritissi- D
mū in scientia augurandi, & licet hoc non teneret Io-
seph, volebat tñ hoc facere credere fratres suos, & in
hoc est proprium mēdaciū. Alias si sic non intelligat,
non procedet aliquo modo ratio sua contra fratres
suos. Alio modo rndet, q̄ intelligatur p istā proposi- Qualis au
tionē, q̄ nullus augur in Aegypto, vel ī tota terra erat, gur erat Io
sicut Ioseph, quia alij erant augures inquirendo rn̄a seph.
dæmonū, ipse autē erat augur accipiens oīa per diuinā
reuelationē. Sed adhuc hoc nihil valet, quia ista verba
debebant proferri a Ioseph in illo modo, in quo a fra-
tribus suis intelligerētur, alias nihil prodessent, sed fra-
tres sui, nec aliqs alius nō intelligeret ista verba ad istū
sensum, ideo nō protulit Ioseph ad hūc sensum. Dicē-
dū ergo q̄ Ioseph intendebat ostendere se sapientē in
augurijs, & quia hoc falsum erat, mentiebatur Ioseph,
sed istud mēdaciū erat aliqualiter officiosum, qa ad in-
ueniendā quādā veritatē, & nō ad puniendū aliquē, iō
licet peccatū fuit, erat tñ veniale solū, a quo nō est ne-
cesse eū excusare, & ista est intētio Beati Augustini. *In*
Augurium accipit du pliciter. *augurandi scientia.* Augurium accipitur dupl̄r, s. largè, &
strictè. Cū enim strictè accipitur signat solā inq̄sitio-
nē futurorū in auiū volatibus, vel garritibus: largè ac-
cipitur auguriū, p oī arte diuinādi. Et hoc modo acci-
pitur hic, qa nō dicebat Ioseph se esse peritū in cōtem
plando garritus auiū, qa hoc nihil ad propositum. *Cui*
Iudas. Hic ponitur secū dū, s. ad misericordiā persuasio.

A *Cui Iudas.* Scilicet dixit, vel rndit. Quare aūt iste rnderit,
& non alij cā supra assignata est. *Quid respondebimus Do-*
mino meo? Quasi dicat, Nihil possumus rationabiliter
rndere. Iste modus loquendi est valde cautus ad captā-
dū misericordiā, s. arguere ꝺ se, sicut aduersarius argue
re deberet, & tūc tota r cognito peccato, absq; vlla rō
ne defendente opposita solā misericordiā suppliciter
postulare. Et iste modus tenēdus est ad viros generosi
animi, q̄ in pęnis aliorum non delectantur, sed solum
desiderant eos subiectos esse. Si autē sint aliqui miseri
vilis conditionis, non oportet sic cōfiteri, quia magis
ad puniendum exacerbarentur. Quia autē ipsi sciebant
Ioseph mitem, & benignum esse, suppliciter suum er-
rorem confitentes veniam petierunt. *Quid loquimur.*
B Multiplicat verba idem significantia, & iste est modus Modus
rhetoricorum, s. multiplicare eandem sententiam per rhetoricorum.
verba varia ad causandum vberiorem persuasionē, qa
verba multiplicata intensiorem effectū designant gau-
dij, vel iræ, vel cuiuslibet affectionis, & magis ipse au-
dientium animus variis verbis, quàm simplicibus tāgi
tur. Hoc autē ptinet ad rhetoricos colores. Signū autē
huius est, quia oēs passionati verba multiplicāt, vt s̄m
animi affectionem rem exaggerent. *Aut quid iuſte po-*
torimus obtendere. Idest, in ꝺrium rndere. q.d. nihil. Quia
factum est ita notorium, q̄ non possumus negare, vel
dissimilare. *Deus inuenit iniquitatem seruorum tuorum.* Idest
Deus fecit, vt inueniretur peccatum nostrum, quod
occultum erat. Aliqui volunt dicere, q̄ ipsi volebāt di-
cere, q̄ Deus demonstrauerat nunc aliquid, per quod
punirentur de malis suis occultis. Sed hoc falsum est,
quia isti non volebant dicere, q̄ Ioseph cognosceret
aliquod peccatū eorum, nisi hoc q̄ notū erat. Non est
sensus nos fecimus istud peccatum occultum, quia, vt
declarauimus supra, putabant, q̄ Beniamin fecisset, &
existimabant, q̄ nullus sciret, sed Deus declarauit pec-
catum istud, & cum istud peccatum esset vnius, vt ipsi
putabant, vocauerunt tamen illud esse iniquitatē ser-
uorum suorum, qa vt s̄. patuit oēs se obligauerant ad
seruitutem, si aliquid tale ꝺ eos inueniretur, & hoc ēt
patet, quia ꝺ. subditur. *En omnes serui sumus Domini mei.*
Scilicet, s̄m conditionē, quā posuimus. *Et nos, & apud*
quem inuentus est scyphus. Idest, siue nos q̄ nihil peccaui-
mus, siue ille, q̄ scyphū accepit serui tui sumus, quia ta-
lem sententiam super nos posuimus. *Absit a me, vt sic* D
agam. Idest, nolo tm̄ vos premere, qa iniustum est. Li-
cet enim istā sn̄iam ponerent ipsi super se, tamen pro-
curator, siue dispensator Ioseph nō recepit eam, vt pa-
tet s̄. de Ioseph. Ideo non debebat sic punire, maximè,
qa s̄m ius, q̄ furatur solū puniri dēt: alii autē nihil pec-
cauerant, qa nō poterat ꝺ eos ꝓbari q̄ huic facto con-
sentirent, ēt qa Ioseph non intendebat oēs illos detи-
nere, sed solum Beniamin, vt eorum amorem erga
Beniamin experiretur. *Qui furatus fuit scyphum ipse sit ser-*
uus meus. Licet mereretur mortem, tm̄ tamen in arbi-
trio eius, contra quem furtum factum est, erat, vtrū eū
morte naturali, aut ciuili puniret, s. seruitute, q̄ mors ci
uilis dr. *Vos autem abite ad patrem vestrum.* Quia nihil pec
castis. Hoc dicebat Ioseph vt experiretur vtrū rece- E
dere vellent dimisso Beniamin in seruitute. *Accedens au-*
tem Iudas. Postquàm Iudas contra se, & fratres suos
confessit prædictam iniquitatem, hic implorat sup-
pliciter Ioseph pietatem, & iste modus valde rhetori-
cus est, & suasiuus, quia valde passionalis, sed solū per-
tinet ad aliquem, qui se miserum, calamitosum q̄; de-
monstrat viro generosi animi. Ad eos autem qui vi-
lis animi sunt, & vindicatiui, tali suasione vti non de-
cet, quia potius oppositum suadentes inferemus.
Accedens autem Iudas propius. Volebat Iudas sup-
plicare, & loqui multa ad Ioseph, & quia ipsi quan-
do inclinati fuerant coram ipso usque ad terram,

erant aliqualiter distantes nō audentes prope accedere, quasi indigni, Iudas qui nunc volebat loqui, accessit propius, i. propinquius, vt cōgruentius audiretur. *Confidenter ait.* Hęc fuit vna de causis, quare magis Iudas loquutus est, q̄ aliquis de alijs. *Oro Domine mi, loquatur seruus tuus in manibus tuis.* Idest, precor te Domine mi, vt permittas me seruum tuum loqui, & audias quę dico. *Ne irascaris famulo tuo.* Idest, licet peccauerimus, tamen rogo, vt me audias. *Tu es post Pharaonem Dominus meus.* Hic captat beneuolentiam exaltando eum. In Hebræo dicitur. *Tu es similis Pharaoni.* Quod aliqui Iudæi declarant, i. sicut Pharao est fraudulentus, & calumniator, ita & tu. Hoc aūt procedit p modū obiurgationis. Vnde Anquelos in translatione Chaldaica continente istos quinque libros multa dixit in isto loco, quę satis a veritate discordāt, s. q̄ Iudas iratus, quia Ioseph volebat detinere Beniamin, accessit cum impetu ad Ioseph, & apprehenso ense per manubriū attrahere voluit, quasi inuasurus Ioseph, & dixit. Quare nos quotidie affligis; ecce prima vice calumniatus es nobis, q̄ eramus exploratores: postea dixisti, q̄ duceremus ad te puerū Beniamin, vt poneres oculos tuos super eū, nūc aūt calumniatus es ponens scyphū in sacco pueri, vt eū detineres, & subijceres in seruitutē. Tu es calumniator, sicut dñs tuus Pharao. Nūquid nescis, q̄ duo fratres mei Symeon, & Leui destruxerint vnā ciuitatem terræ Chanaan? Si ergo nunc insurgat furor meus, & indignatio mea dura, oēs Aegyptios transfodiā gladio incipiens in te, & finiens in Pharaone. Multa quoq; alia ridicula ista trāslatio, & alij Hebrei in ista parte fabulātur, quæ ita friuola, & incompacta sunt, q̄ nec recitare dignū duxi. Quantū autē a veritate literæ ista discordēt satis apparet, s. q̄ Iudas qui paulo ante genibus aduolutus, & in terrā prostratus cū cæteris fratribus suis iacuerat, in tantā insaniā, & totalem dementiā erumperet, vt Ioseph dñm Aegypti corā famulis suis vi opprimere, aut gladio trāsuerberare vellet, nisi eos liberos permitteret. Discordat etiam ab inferiori narratione, in qua modo rhetorico Iudas, satis pulchrè procedit, qui autem viribus vtitur, nulla indiget persuasione. Est ergo sensus verus secundum literam nostram, quæ dicit. *Tu es dominus meus post Pharaonem.* Idest Pharao est rex Aegypti, & illi valde obedire teneor, sed post illum tu es Dominus meus, idest nullus: est maior te post illum in tota Aegypto. Et sic constituerat eum Pharao secūdum post se, vt patet s. 41. cap. Est sensus, sicut obedire teneor Pharaoni, ita immediate post eum omnibus postpositis tibi soli obedire debeo, & ad istum sensum reducitur litera Hebraica in isto loco, s. tu es similis Pharaoni, i. sicut Pharao magnus dominus est, ita tu es magnus vir in tota Aegypto. Litera tamen nostra adhuc magis distertè, atq; facundè locuta est: nam licet aliquo modo Ioseph similis esset Pharaoni, tamen non erat ei æqualis, quia non erat tantæ potestatis, sicut Pharao, vel tantæ dignitatis. similitudo tamē in modo locutionis vulgaris, & in sacra scriptura, vt plurimum æqualitatem importat, qa scripturæ sacra modis loquendi vulgaribus adaptatur, vt ab ipsis vulgaribus perpēdatur, ideo litera nostra licet ad plenū transferat sensum literæ Hebraicæ in hac parte, & in cæteris; verba tamen eius, quia rusticano more prolata erant, imitari non valuit. Sic enim qui rhetoricos flores nouerunt, licet in aliorum dictis trāferendis, aut recitandis mediam ipsam veritatis radicē fideliter teneant, verba tamen non tenent in disertiorem longe, atque facundiorem stilum conuertentes. Quia ergo supra 41. cap. dictum fuerat, q̄ Ioseph esset secundus post Pharaonem, s. immediatus ei, litera nostra non dixit, tu es similis Pharaoni, quasi eundē potestatis, atq; dignitatis obtineret gradum, sed tu es post Pharaonem. Dominus meus, i. in Aegypto primus dominus meus est Pharao, post eum aūr nullum habeo dñm, nisi te saltē immediate. *Interrogasti prius.* Hic intendit Iudas persuadere, vt Beniamin dimittatur liber redire ad patrē cū alijs fratribus, & ipse teneatur in vinculis, vel subiiciat in seruitutē loco Beniamin. In qua rōne sic p̄cedit, q̄ innocēs nō dēt puniri, sed Iacob p̄ eorū in hac cā est innocens, ergo nō dēt puniri. Sed si teneretur Beniamin, puniretur Iacob, qa cū aīa Iacob colligata sit aīæ Beniamin, quasi dependens ab illa, si Beniamin maneret, vel q̄cq̄ mali pateret, necesse erat Iacob mori p̄ dolore de malo Beniamin. Minorē, s. q̄ Iacob innocens fuerit, p̄bat, qa nō fuit conscius huius furti, cū nō viderit, nec præsens fuerit, nec ēt aliq̄d tale fieri mādauerit, quod patet qa pecuniā portatā in saccis in terram Chanaam reduci iussit, & aliā duplicē superaddidit. Nō aūt satis latè inducit, & cōcludit q̄ cū Iacob pater eorum nihil peccauerit, non debet puniri, sed manente Beniamin valde puniretur, immo moreretur, ideo magis deberet manere pro eo Iudas. *Interrogasti prius seruos tuos.* Non est intelligendum, q̄ prima interrogatio facta eis fuerit ista, quia contrarium probauimus, s. 43. cap. & patet ēt 42. cap. vbi primo q̄siuit Ioseph ab eis, de qua terra oriundi essent. Et hoc rōnabile videbatur, qa f m naturam inter hoīes incognitos prior interrogatio est ista: Vnde estis? q̄ ista, habetis patrē, aut fratrē? sed ponūt istā interrogationem fuisse priorē, quantū ad inquisitionem progeniei suæ. Fuerūt aūt factæ interrogationes istæ de p̄genie, post q̄ vocauit eos Ioseph exploratores, & ipsi hoc inficiantes dixerūt se eē filios vnius viri. Habuit Ioseph ex istis dictis occasionē inquirēdi magis particulariter de eorū progenie. *Et nos respondimus tibi, secundum istas interrogationes.* Post q̄ supra ipsi sponte, nec quæsiti ista in generali magis confessi fuerant. *Est nobis pater senex.* Qui complebat annos centum vigintinouē tūc, quod patet, qa seq. anno descēdit in Aegyptū corā Pharaone, & interrogatus de ætate sua, rīdit se hēre annos centū triginta, vt patet infra 47. cap. *Et puer parvulus.* Ex hoc patet, q̄ nō fuit ista prima interrogatio, vel collocutio inter eos, qa s. dixerant ipsi se oēs decē esse filios vnius viri. Non cōfessi sunt ergo aliq̄d tūc de Beniamin, necessario ergo duę fuerunt interrogationes, vel vna fuit spōtanea confessio, alia aūt ad interrogationē. Et si dicas tūc q̄ ista rīsio fuit prior, q̄ alia cōfessio. Non stat, qa ista cōtinet aliā, iō data ista rīsione non erat necessaria alia cōfessio, cū ista tīn, & amplius contineat, sed facta illa priore adhuc erat ista necessaria, cū magis ista explicet. *Qui in senectute ei natus est.* Quia genuit eū cum esset annorum plurium, q̄ centum, & quinque, & patet qa in isto anno, quo descendit Iacob in Aegyptū, cōplebat annos centū triginta, vt patet ī. 47. cap. Beniamin aūt cōplebat annos vigintiquatuor, vel vigintiquinque, vt probauimus s. 42. cap. *Cuius vterinus frater mortuus est.* Ioseph erat vterinus frater Beniamin, quia ambo erant filij Rachel. Hunc autem mortuum dicebant, quia sic pater eorum putabat, & ipsi nesciebant vtrū viueret, an non. *Et ipsum solum habet mater sua.* Scilicet, solum Beniamin. Mater aūt eius Rachel nō viuebat, qa pariēs mortua fuit in via Ephrata, vt patet s. 35. & ī. 48. cap. Sed volebant dicere, q̄ ipsum solū hēt mr̄ sua, i. ille solus māsit ex illa matre moriēte alio. Vel forte ipsi volebant dicere, q̄ mater sua viueret, & illū solū hēret, & si mendaciū dicāt non est mirum, quia ipsi non multū de hoc curabant, cum putarent hmōi mēdaciū nō posse comprehēdi, sed prima expositio melior est, vt teneatur ipsos veritatem dicere voluisse, maximè vbi veritas nullum eis præiudicium inferebat. *Pater vero tenere diligit eum.* Amor tenēr est talis, qualis est amor matrum, qui in quibusdam

Cōfutatio translationum quorundā Hebræorum.

Quid intē dat Iudas.

Rachel pariens obijt in via Ephrata.

Qualis est amor tener.

dam blanditijs patet, eò q̄ libentius cum illo, quā cum alio delectetur, & ei confabuletur. Signum huius est, quia Iacob nolebat permittere venire Beniamin cum eis, ne careret interim consolatore, & ne ei aliquid sinistri eueniret, ex quo mors immineret Iacob. *Dixisti quę seruis tuis.* Idest nobis, qui sumus serui tui. *Et ponam oculos meos super eum.* Idest videbo eum, quasi dicat, quòd Ioseph innuerat solummodo velle videre eum. *Suggessimus.* Idest diximus, vel precati sumus. *Domino meo.* Idest tibi, qui es Dominus meus. *Non potest puer relinquere patrem.* Poterat quidem Beniamin relinquere patrem simpliciter, sicut post reliquit. Sed dicitur, q̄ non poterat, s. sine magna tribulatione patris sui, q̄ hunc solum habet cōsolatorem, & declarat hoc cum subiungit. *Si enim dimiserit eum morietur.* Quia tota vita patris pendet a vita pueri. Non potest ergo cōmodè illum relinquere. *Nisi venerit frater vester minimus.* Hoc dicebat Ioseph, quādo isti fratres eius venerunt prima vice. *Non videbitis amplius faciem meam.* Idest non permittā vos vltra accedere ad me, vel colloqui mihi, vel emere aliquid in Aegypto. *Cum ergo ascendissemus.* Sciendum quòd Iudas inducit in tota ista lirera ab illo loco, vbi dicitur. *Interrogasti prius seruos tuos.* Vsque in finem cap. quomodo Iacob tantum diligit Beniamin, q̄ si manet morietur Iacob, vt hoc inferat in fine cap. se debere manere, p Beniamin, ne manente Beniamin torqueretur vsque ad amaram mortem ille, atque calamitosus senex Iacob, qui verissimè moreretur, si Beniamin seruituti mancipatus in vinculis teneretur. Iudas ergo teneri debebat, quo retento non sequeretur hoc inconueniens. Sciendum tīn q̄ ista suasio non est iuridica, sed rhetorica, & passionalis, quia dato quòd Iacob diligeret Beniamin tenerrimè velut animam suam, & eo detento, vel mortuo certissimè præ angustia moreretur, tamen si Beniamin peccasset furando, vel similia faciendo, quæ morte plectenda sunt, secundum legem mori debebat, nec magis à morte euaderet, quàm si eum nullus diligeret; ideo Arist. in primo Rheto. cap. 1. vetat huiusmodi sermones passionales in iudicio proponendos, quia tales merita causę potiora non reddūt, sed animum iudicis a iuris æquitate disforquent. Iudas tamen ista argumenta Rhetorica faciebat, quia non in iudicio litigabat, sed ab ipso, qui iniuriam, vel damnum potius susceperat, suppliciter exposcebat, ut etiam a iuris rigore ad misericordiam flecteretur. Et licet ad facienda potiora merita causę sermones passionales non valeant, ad affectus tamen partium prouocandos nihil efficacius, quàm verba passionalia sunt. *Cum ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum.* Dicitur hoc, quia euntibus de Aegypto in terram Chanaan ascendere est, quia terra Aegypti australior est, & generaliter pars australis est decliuior parte Septentrionali. *Ad famulum tuum patrem nostrum.* Ecce quàm Rhetoricè, & quàm vrbanè persuadet Iudas, quia cum Iacob esset pater eorū, & seruus Ioseph secundum existimationem Iudæ, & modum loquēdi vrbanitatis humanæ, tamen præposuit id, quod pertinebat ad Ioseph, s. Iacob esse famulum eius, & post intulit, quod attinebat ad ipsum Iudam, & alios, s. Iacob esse patrem eorum, quod nō modicam notat vrbanitatem, s. quia in primo notatur honor Ioseph, quia vocatur Iacob famulus eius, & hoc tanquā magis bonū ipsi Ioseph Iudas præposuit. In secundo notatur id, qđ est bonū Iudæ, & principaliter ipsi Iacob, s. vt maneat Iudas obligatus pro Beniamin, & hoc postposuit. Ex hoc ergo scire poterimus, q̄ nisi verba ista vrbanitatis humanæ ad adulationem, vel malum finē conuertantur de se licita sunt cuilibet homini, quantumcunque perfecto, quia sic magis suadere poterimus ad bonū, quod intendimus, & Deus sibi sic vult suaderi quantū ad ea, quæ facere disposuit. *Omnia quæ loquutus est Dominus meus.* Idest, tu qui es Dominus meus. Ecce hic alia vrbanitas, quæ non parum in seculo attenditur, quòd dominis loquamur, non quasi dirigētes ad eos verba, sed ad aliquem alterum separatum, & cū eis loquimur de eis aliquid dicentes, non loquimur de eis, vt de secunda persona, sed ut de quadam tertia separata, vt nō dicamus: Vos mandauistis mihi hoc facere, sed: Dominus meus mandauit mihi hoc facere. Et non dicamus: Prouideatis in hoc; sed: Dominus meus prouideat in hoc. Istud enim quandam magnitudinem notat, si attēdatur radix huius locutionis. Quia cum sic ad Dominos terrenos loquimur, statuimus, vel fingimus illum, ad quem loquimur, esse aliquid magni, cui nos communicare, vel colloqui non debeamus, nec mereamur. Communicatio autem fit per directionē verborum, uel locutionis ad ipsum, cui loquimur, quod fit semper per secundam personam. Volentes ergo ei loqui, & non uideri loqui ei, loquimur de eo in tertia persona, quasi de quodā bono separato excedente naturam nostram. Cum autē homines pauliſper humiliore stilo uti uolunt, non loquuntur totaliter per tertiam personam, sed mixtim ponētes substantiā nominum tertiarum psonarum, & adiectiua possessiua denotantia secundas personas, ut cum uolentes dicere: Vos mandauistis dicimus: Dominatio vestra mandauit, & sic de alijs. Prior autem modus maiorem notat excellentiam, & illo usus fuit Iudas. Rectè ergo inter fratres suos ipse solus loquutus est, q̄ ita eloquēs erat, & satis mirandum est, qualiter rude illud seculum tātam eloquentiam habuerit. Sciendum, q̄ tali verborum facundia ad temporales Dominos, vti licet etiam ipsis uiris sanctis, dum tamen non ad adulationem ista cōuertant, & hoc potissimè, cum uiri boni aliquid bonum a principibus huius seculi adipisci desiderant, qđ aliter se adepturos satis sciunt se non posse. Nam eloquentia quoddam est de bonis gratuitis, quod uel naturaliter uenit, ut corporis robur, uel a Deo specialiter tributum est. Licitum est ergo illud in bonum finem conuertere, sicut bonum est ipsum corporis robur in Deum conferuare. *Sicut dicebat Dauid: Fortitudinē* meam ad te custodiam. Et hoc patet exemplo Pauli. Cum quidem in uinculis teneretur, coram Felice Romanorum præsule in prouincia Syriæ, in qua est Ierusalem, & coram successore suo Festo tanta in defensione sui eloquētiæ grauitate, & facūdiæ flore vigebat, vt rex Agrippa ad uidēdum eum loquentem admirās veniret. Vnde & in tantum ipse Festus præsul facundam sapiētiam Pauli admiratus est, nihil ei potens respōdere, vt diceret, insanis Paule multę te literę faciūt insanire. Cui Paulus eloquentiæ sui testimoniū perhibens, ait: non insanio, inquit, optime Feste, sed sobrietatis, & ueritatis uerba loquor. De ijs patet Actuum 25. & magis 26. cap. licet etiā vti hac facunda eloquentia ad Dominos temporales, quia eis secundum mandatum Apostoli, ēt ipsos uiros bonos, & pfectos subditos esse oportet, ut patet prima Petri cap. 2. cuŋ dr: Subditi estote omni creaturę propter me, siue regi, tāquàm præexcellenti, siue ducibus, tanquā à Deo missis, & in eo cap. ait: Deum timete, regem honorificatè. sed honor est, in quadam reuerentia exteriori, & ista præcipuè patet in uerbis, quæ magis, quā cætera qualitatem animi attestantur, ergo licet talibus facundis verbis vti. Non tamen debet hoc fieri semper, nec ex omni causa, ne ad adulationem fieri uideantur, uel ne ad quasdam, quasi carnales delitias talium uerborum sonus melodicus, & proportio referat, sicut est in omni stylo rhetorico. Et ob hoc ut caueretur adulatio, & seculi honor despicabilis esse monstraretur, B. Anto. dum existens in eremo multas à Christianis regibus, atque

Quomodo liceat dicere: dominatio vestra loquendo in tertia persona.

Eloquētia quoddam est de bonis gratuitis, & est in duplici differētia.

Honor est in reuerētia quasi exteriori.

atque Imperatore destinatas epistolas suscepisset, in nulla vnq̃ eis responderet, quasi paru' penderet honorē illum, qui erat a regibus cognosci, & ab eis scripta directa susciperet. Dejjs in vita Beati Antonij in Vitis Patrū, quā scripsit Euagrius. *Et dixit pater noster.* Ista litera satis patet, & c. declarata fuit præced. cap. *Alioquin illo absente.* Ideſt, non descendente nobiscum. *Non audemus videre faciem viri.* Quia ipse dixerat non videbitis faciem. Quod imperatiue legendum est, s. mando vobis, ne veniatis ad me, nec videatis faciem, si non adduxeritis illum. *Ad quæ.* Ideſt, ad rationes istas, quæ videbantur cogere. *Ille respondit.* Scilicet, Iacob pater noster. *Vos scitis.* Ista sunt verba Iacob loquentis ad filios suos. *Quòd duos genuerit mihi vxor mea.* Quomodo dicit hoc Iacob, quia non solum duos, sed duodecim filij ei erant, & non solum vna vxor, quam specialiter nominare posset suam, sed quatuor vxores Lia, Rachel, Bala, Zelpha. Respondetur q̃ loquitur hic Iacob de illa, quæ specialiter vxor eius erat, s. de Rachele. Hæc. n. pp duo spālius erat vxor eius, q̃ cæteræ: primò, qa hāc solā absolutè accepit, & totaliter spontaneus, nec aliā intendens accipere. Liam aūt postea fraudulenter introductā, & ignorāter defloratā ex misericordia accepit, ne delusa videretur, ancillas aūt in vxores accepit monitu, & p̄cibus vxorum, ne eas tedio afficeret si p̄cibus repugnaret: secundo ista erat specialior, quia eam solā plus alijs oībus simul diligebat, quod patet supra 29. c. Sicut ergo ista erat verior, & magis dilecta vxor, ita filij habiti ex ista erant magis ad eum pertinentes. Et magis patet supra 33. cap. vbi cū veniret obuiam ei Esau, quē timebat valde, ne omnia vno impetu deleret, aut laceraret, posuit Rachelem, & Ioseph extremos in tota turba, vt tardius ad eos malum posset peruenire, & supra 37. cap. dicitur, q̃ Iacob diligebat tenerrimè Ioseph. *Duos genuerit.* Scilicet Ioseph, & Beniamin. *Vxor mea.* Scilicet Rachel. *Egressus est vnus.* Scilicet, primus eorum, ideſt Ioseph, qui erat primogenitus ex illa vxore. *Et dixistis, bestia deuorauit eum.* In hoc poterat Ioseph deducere aliquam suspitionem contra Iudam, & frēs eius, quia supra dixerant, q̃ non supererat: nō enim clare dicebant, q̃ mortuus erat, sed dicebant se de eo nescire. Nunc aūt dicunt hic, qūo ipsi dixerant patri suo, q̃ bestia pessima deuorauerat eum. Ista ergo erat contrarietas in dictis, ex qua præsumptio mali oriebatur, secundum illos, qui dicunt q̃ fratres Ioseph respōderunt ipsi, q̃ñ ꝯ eos dixit, q̃ explorabāt immunita, & infirma loca terræ, non esse exploratores, sed inquirere fratrem suum per diuersa loca ciuitatis. Potest dici, q̃ Iudas erat in vera contradictione, cū dixisset patri suo, q̃ Ioseph fuerat deuoratus a bestia, postea vero dicebat se illum inquirere in ciuitate. Nicolaus vero dicit, q̃ non sequitur contradictio in dictis Iudæ, quia dato q̃ Ioseph vellet arguere cōtra Iudam, ipse poterat immediate respōdere, q̃ ista verba, s. Fera pessima deuorauit eum, non dixerunt patri suo, anteq̃ descenderēt in Aegyptum, sed postq̃ descenderunt, & inquirentes per ciuitatem non inuenerunt eum, putauerunt eum esse mortuum, ideo in reditu de Aegypto in terram Chanaam dixerunt patri suo: Ioseph esse deuoratum a bestia. Ante vero, q̃ redirent in terram Chanaam dixerunt Ioseph, q̃ frater suus non supererat inter eos, ideo inquirebant eum. Sed ista falsa sunt, nec potest Nicolaus, nec aliquis hominum euitare, quin hic sit vera contradictio, quia quādo Ioseph missus fuit a patre suo ad videndum fratres in agro paschuorum, & venditus fuit ab eis, ipsi intinxerunt vestem eius sanguine innuentes eum fuisse a bestia deuoratum, vt patet supra 37. cap. Ergo ex illo tempore eum mortuum nunciauerunt: nunc demum inquirebant eum, ergo vera contradictio erat in dictis eorum, quia tunc tanq̃ viuentem inquirebant eum, quem multis annis ante mortuum, deuoratumq̃; esse innuerant. Licet tamen ista esset vera contradictio, non poterat Ioseph cōcludere contra Iudam esse istam contradictionē, quia Iudas mentiretur dicens id, quod prius dictū est esse posterius dictum. Sed adhuc non stat, quia ex ijs verbis satis poterat demonstrari contradictio, nullo alio considerato, & paret quia ipsi referunt hic, q̃ pater eorum dixerat. *Egressus est vnus, & dixistis; bestia deuorauit eum.* Ista egressio, & eorum assertio de deuoratione a bestia ad idem tempus referuntur, vt patet ex modo cōtextus literæ inspicienti, sed Ioseph dicitur egressus, quando iuit ad quærendum eos in paschuis, & inde non redijt, ergo necesse est, q̃ ipsi tunc dixerint: bestia deuorauit eum. Et si dicas dato, q̃ sic esset, tamen Ioseph quasi ipsi alium fore putabant, non cognosceret illum ordinem gestorum, s. vtrum ista egressio Ioseph facta fuisset, anteq̃ ipsi venirent prima vice in Aegyptum, vel in reditu, ideo q̃ non posset concludere cōtradictionem ex dictis Iudæ. Dicendum, q̃ Ioseph, & quilibet alius clare ex ijs verbis cognoscere poterat, quia ipsi immediate, vt prima vice venerunt in Aegyptum, dixerunt, q̃ ille minor eis nō supererat, sed erat perditus, ergo satis probatur in hoc, q̃ anteq̃ in Aegyptum venirent, fuit factus iste egressus, & tunc fuit dictum, q̃ bestia deuorauerat eum. Item quia in ista relatione dictorum patris eorum, quam ipsi nunc faciebant corā Ioseph, non dicitur, dicitis, sed dixistis, quasi istud dictum fuerit alijs temporibus ante, & non in ipso regressu de Aegypto. Sed dices, quare ergo non inducebat Ioseph eos ad contradictionē, per hæc suprādicta, cum posset subtilius arguere? Respondetur, q̃ ista inductio ad contradictionem non pertinebat, nisi ad inquirendum statum Ioseph, & quia ipse erat Ioseph, & cognoscebat statum suum, non curabat instare. Instabat autem magis ad cognoscendum statum Beniamin, & affectionem fratrum erga eum. *Et huc vsque non comparet.* Transpositio rhetorica, vel exoneratiua est, quia deberet dici vsque huc, ideſt vsque nūc non comparet, cum nihil de eo sciamus. *Si tuleritis istum.* Ideſt, Beniamin. *Et aliquid ei in via contigerit.* In via enim solent pericula plura accidere, quàm in ciuitate, vel domo ex fame, ex siti, ex bestijs agri, ex latronibus, & multiplicitate hominum, cum quibus conuersari oportet, postremo ex labore itineris, ex discordantia terræ, in qua fit itineratio ad eum, qui iter agit. Sic ponit Apostolus secunda ad Corinth. 11. cap. vbi ponit esse pericula in itineribus, & solitudine. *Deducetis canos meos cum dolore ad inferos.* Ideſt, facietis me canum, & miserum præ dolore mori, siue descendere in sepulchrum, quod nomine Hebræo vocatur eodem nomine, quo infernus. *Igitur si intrauero.* Ecce tenera ratio est ista, & passionalis valde commouens viscera humanæ pietatis, in qua Iudas suam affectionem in Beniamin ad reuerentiam, & amorem in patrem suum Iacob ostendit, & hæc fuit, quæ potenter transfixit animum Ioseph, & mouebātur viscera eius amoris teneri intra eū motu magno, ita quòd se amplius continere non posset, vt patet in principio sequentis cap. sed cum magno fletu clamare compulsus est. *Si intrauero ad seruum tuum.* Semper Iudas facundiam loquendi vsque in finem orationis tenuit facta penitus suasione prius commemorans Iacob esse seruum Ioseph, quod ad Ioseph pertinebat, quàm esse patrem suum, quod ad eos attinebat. *Et puer defuerit.* Ideſt, nō portauerim mecum puerum Beniamin, qui dicebatur puer ex causis supra assignatis. 42. cap. *Cum anima illius.* Ideſt, vita Iacob. *Ex huius anima.* Ideſt, ex vita Beniamin. *Tendeat.* Ideſt, quòd Iacob non poterit viuere non viuente Beniamin, quia ipse est pars vitæ

Quare sola Rachel vocetur sola vxor Iacob.

Opin. Nicolai confutatur.

pericula itineris.

Anima vnius est vbi amat, quæ vbi animat.

vitæ eius, quia anima verius est vbi amat, q̃ vbi animat: amans enim quota pars animæ vocatur alterius amātis. Sic enim ait Ouidius Metamor. lib. 8. vbi inducit Theseum, & Pirithoum, qui concordia maximi erāt. Quorum Theseus Pirithoum à certamine aprijs arcere desiderās eum animæ suæ quotam partem vocauit se ipso sibi cariorem. *Morietur.* Præ dolore. *Et deducent famuli tui.* Scilicet nos famuli tui. *Canos eius cum dolore ad inferos.* Ideſt nos erimus occasio, vt ipse præ dolore ante tps suum moriat, q̃d magnum scelus est. *Ego proprie seruus tuus.* Hic addit Iudas aliam rōnem explicando, q̃ ipse teneri debeat, & Beniamin dimitti. Et hoc arguit ex rōne fideiussionis. Sic inducens: aliquis debet manere in seruum tibi, Dñe mi, quia tm̄ scelus p̄ te commisimus, sed non est iustum manere Beniamin, quia illo manente moreretur pater noster, qui nihil peccauit, quod nephas est. Iustū est ergo me manere in seruitute, qui pro ipso fidē dedi de reducēdo eū ad patrē suum. *Ego proprie.* Ideſt valde rōnabiliter. *Seruus tuus sum.* Quasi dicat, iustius est, q̃ ego maneā tibi in seruū, quā q̃ maneat Beniamin. *Quia in meam hunc fidem recepi.* Ideſt, quia ego recepi eū à patre meo sub fidelitate reducendi eum illuc. Quia ergo hoc malum euenit, manebo ego, vt ipse recedat. *Et spopondi.* Ideſt prom si. *Nisi reduxero eum, peccati reus ero omni tempore.* Vt ergo peccati reus nō arguar, nec patri meo mortis occasio sim, manebo pro eo. *Manebo itaque.* Ponitur tertia rō, in qua persuadet Iudas quantū ad partem vtilitatis, vel damni ipsius Ioseph. Pro facinore enim q̃ in Ioseph perpetratū fuerat, debebat ei manere vnus seruus, sed Iudas aptior erat ad seruiendum, q̃ Beniamin, qa Iudas fortior erat inter fratres suos, Beniamin aūt iunior, iō tenerior, & ad seruiendum minus aptus. *Manebo itaque seruus tuus.* Ecce quia oēs istę rōnes viscerosę sunt, nec mentes teneræ, & humanæ possent talia sine compassione audire. *Manebo itaque seruus tuus.* Si tibi placuerit Dñe mi. *Pro puero.* Ideſt loco Beniamin. *In ministerio Domini mei.* Ideſt ad seruiendum in omnibus mandatis tuis, quia ad hoc aptior sum ego, quàm Beniamin. *Et puer ascendat cum fratribus suis.* Ideſt, & Beniamin ascendat in terram Chanaan cum alijs fratribus ad patrem suū. Iudas aūt in hoc rectè mouebat, sed si sic fuisset, vt ascendente Beniamin Iudas mansisset factus seruus maior calamitas oppressisset Iacob scientem, qualiter Iudas pro peccato Beniamin mansisset, ne pater tristaretur. At enim Iacob cōsiderans scelus filij sui Beniamin, pp q̃d Iudas seruus effectus fuisset, & amorem nimium Iudæ erga patrem, in Beniamin nō consolaret, sed vice versa in diuersa distractus dolore, amore, & mœrore tabesceret. *Non enim possum redire.* Hic fundat quarta rō ex patris anxietate, quam Iudas tolerare non posset. *Non enim possum redire.* Ideſt nullo mō cor meū ad hoc induci posset quacunque pœna, vel cōditionis, aut status grauitate, etiam si millesies occidas: libētius enim hæc omnia tolerabo, quā vt miserandam patris mei calamitatem prius ipse cōspiciam. *Ne calamitatis.* Ideſt miseriæ. Dr calamitas miseria, fm quam aliquis cadit de statu prospero in infelicem. Vnde calamitas, quasi cadamitas à cadendo dr. Vt ait Isido. 10. etymologiarum. *Quæ oppressura est patrem meum testis assistam.* Ideſt non videā miseriam, quæ euenret patri meo, q̃n nō viderit Beniamin cum alijs fratribus, & est locut o ista metaphorica, sicut testis videre debet ea quæ testificatur, ita ego si ascenderem cum fratribus meis relicto Beniamin, essem testis miseriæ patris mei, qa prius illam viderem. Certe valde laudabilis est Iudas, qui cū corde virili teneram, & humanam affectionem gestabat, animum virilem habuit, quia cum certissime putaret se, aut Beniamin in seruitutē manere debere, nullam conditionem, aut statum durum reputauit ad oīa viriliter, & animo integro, & impauido se opponens: habuit autem humanam, & piam affectionem, qa tm̄ viscera sua pietate paterna moueri potuerint, ut oīa dura æquo animo, immo lętissimo sustineret, ne patris miseriā cernere cogeretur, & recte quidem, qa inter fratres suos nullus ei ęqualis in probitate fuit, ideoque Iacob pater eum in maiori parte benedictionis reliqt successorem, s. vt reges de eius femore nascerētur, eūque præcęteris firmius dilexit, vnde in morte sua filiū eum vocauit, vt patet ī. 49. cap. quod de alijs nō legit.

Calamitas quid, & miseria differunt.

Ioseph fratribus se manifestat, illisque munera donat. Cap. XLV.

NON se poterat vltra cohibere Ioseph multis coram astantibus: vn de præcepit, vt egrederentur cūcti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. Eleuauitq̃; vocem cum fletu, quam audierunt Aegyptij, omnisque domus Pharaonis. Et dixit fratribus suis: Ego sum Ioseph: adhuc pater meus viuit? Nō poterant respondere fratres nimio terrore perterriti. Ad quos ille clemēter: accedite, inquit, ad me. Et cū accessissent propè, ego sum, ait, Ioseph frater vester, quem vendidistis in Ægyptum. Nolite pauere, neque vobis durum esse videatur, quòd vēdidistis me in his regionibus: Pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Aegyptum. Biennium est enim quòd cępit fames esse in terra, & adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit, nec meti. Prę̄misitque me Deus, vt reseruemini super terram, & escas ad viuendum habere possitis. Non vestro consilio, sed Dei volūtate huc missus sum, qui fecit me, quasi patrē Pharaonis, & Dominum vniuersę domus eius, ac principem in omni terra Aegypti. Festinate, & ascendite ad patrem meum, & dicetis ei: Hæc mandat filius tuus Ioseph. Deus fecit me Dominum vniuersę terræ Aegypti: Descende ad me, ne moriaris, & habitabis in terra Gessen: erisq; iuxta me tu, & filij tui, & filij filiorum tuorum, oues tuæ, & armenta tua, & vniuersa quæ possides. Ibiq; te pascam. (Adhuc enim quinque anni residui sunt famis) ne & tu pereas, & domus tua, & omnia, quæ possides. En oculi vestri, & oculi fratris mei Beniamin vidēt, quòd os meum loquatur ad vos. Nunciate patri meo vniuersam gloriam meā, & cuncta, quæ vidistis in Aegypto: festinate, & adducite eū ad me. Cumque amplexatus recidisset in collū Beniamin fratris sui,

Supra 42. & 43.

Infra 50.

fleuit:

fleuit: illo quoque similiter flente super collũ eius. Osculatusque est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos: post quæ ausi sunt loqui ad eum. Auditumq; est, & celebri sermone vulgatum in aula regis, venerũt fratres Ioseph: & gauisus est Pharao, atque omnis familia eius. Dixitq, ad Ioseph, vt imperaret fratribus suis, dicens: Onerantes iumenta, ite in terram Chanaan, & tollite inde patrem vestrum, & cognationem, & venite ad me, & ego dabo vobis omnia bona Aegypti, vt comedatis medullam terræ. Præcipe etiam vt tollant plaustra de terra Aegypti, ad subuectionem paruulorum suorum ac coniugum: & dicito: Tollite patrem vestrum, & properate quanto citius venientes. Nec dimittatis quidquam de supellectili vestra, quia omnes opes Aegypti vestræ erunt. Feceruntque filij Israel, vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra secundum Pharaonis imperium, & cibaria in itinere. Singulis quoque proferri iussit binas stolas: Beniamin verò dedit trecentos argenteos, cum quinque stolis optimis: tantundem pecuniæ, & vestiũ mittens patri suo addens ei asinos decẽ, qui subueherent ex omnibus diuitijs Aegypti, & totidem asinas, triticum in itinere, panesq; portantes. Dimisit ergo fratres suos, & proficiscẽtibus ait: Ne irascamini in via. Qui ascendẽtes ex Aegypto, venerunt in terram Chanaan ad patrem suum Iacob. Et nunciauerunt ei, dicentes: Ioseph filius tuus viuit, & ipse dominatur in omni terra Aegypti. Quo audito Iacob, quasi de graui somno euigilans, tamen non credebat eis. Illi è contra referebant omnem ordinẽ rei. Cumque vidisset plaustra, & vniuersa, quæ miserat, reuixit spiritus eius, & ait: Sufficit mihi, si adhuc Ioseph filius meus viuit: vadam, & videbo illũ antequã moriar.

F

I

K

Diuisio.

NON *se poterat vltra*. Posita filiorum Iacob ꝑ Beniamin tribulatione, hic agitur de Ioseph manifestatione, & diuidit in duas partes. Primo ponitur manifestationis modus. Secundo subiungitur manifestationis fructus ibi. *Auditumque est*. Prima diuiditur in quatuor partes. Primo ponit teneritudo nimia dilectionis. Secundo benignitas remissionis ibi. *Ad quos ille*. Tertio magna gratia promissionis ibi. *Festinate*. Quarto instantia cõsolationis, ibi. *En oculi vestri*. Ad primum. *Non se poterat vltra continere*. Potest habere ista litera duos sensus, vno mõ ꝙ Ioseph nullo modo se poterat cõtinere, quin fleret, vel quin se eis demonstraretur, ẽt si vellet, sicut aliqñ passiones, & motus naturales non subijciũtur arbitrio voluntatis, vt aliqñ apprehensa aliqua re ridemus, etiã si nollemus. Iudicamus enim risum continendũ esse, quia verecundia, vel damnum nobis erit, fortassis si rideamus, continere tñ non possumus. Idẽ iudicium est de fletu, qui causat ex cõmotione viscerum, ꝑ quandã teneritudinẽ affectionis facientem fluere lachrymas. Sic patet ſ. 43. c. qñ vidit Ioseph fratrẽ suũ Beniamin, quia cõmota sunt viscera eius, & fleuit abscondens se à fratribus suis. Sic nunc cum tanta, & tam eloquẽter de verbis viscerosis Iudas protulisset pertinentibus ad paternã pietatem, & affectionem Beniamin, ita medullitus fuit ex totis ꝓcordijs Ioseph commotus, vt iam ꝑ fletum eluctari nõ posset: clamauit ergo voce magna, vt ĵ. patet. Alio modo põt intelligi. *Non poterat*. Idest non debebat, quasi dicat, Ioseph cognouerat presentiã fratrum suorum de venditione eius. Et statũ prosperũ Beniamin, & affectionẽ teneram, & firmam qualẽ fratres habere decebat. Iniustũ ergo erat si amplius eos affligere vellet differendo cognitionem suam ab eis. *Multis coram astantibus*. Idest qñ ista vertebãtur inter Ioseph, & Iudam, & cæteros fratres eius, multi de Aegyptijs, qui erant ministri Ioseph aderant, & si illi nõ astitissent Ioseph immediatè in eorum amplexus ruisset. *Vnde præcepit, vt egrederentur cuncti foras*. Scilicet, extra domum illã, in qua ista collocutio præcesserat. *Et nullus interesset alienus*. Idest, q non esset de cognatione eorum. *Agnitioni mutuq*. Idest agnitioni eorum inter se. Vocatur agnitio mutua. i. reciproca, uel relatiua. ſ. qñ unus cognoscit alium, & cognoscitur ab eo, & cognoscit se cognosci ab eo. Nõ excluſit Ioseph oẽs alienos à mutua agnitione, ita ꝙ nollet ab alijs cognosci illos esse fratres suos, quasi dedignaretur, quia ipse postea publicauit, sed qa volebat eis aliqua secreta dicere, de quibus confunderentur fortè si Aegyptij audirent, & eos uiros uilissimos despectarent, & contẽnerent. Iosephus dicit, ꝙ Ioseph dixit fratribus suis verba hæc. Virtutem & fauorem vestrum circa fratrem uestrum ualde collaudo, & meliores, quã sperabã ex ijs, quæ in me cogitastis, inuenio. Hæc oĩa feci volens experiri amorem fraternitatis vestrę. Naturaliter autem nec malignos uos arbitror ꝺ me extitisse, sed Dei uoluntate factum est, quo & nunc bonorum adeptio, & in futuro si propitius Deus vobis fuerit, conferẽda sit. *Eleuauitq; vocem cum fletu*. Magna intra se viscerum cõmotio, & affectionis teneritudo impetu magno ferebãtur. Vt necesse esset eum alte vocẽ emittere, donec emitteret primus impetus teneritudinis. Ista voxquit quę. ĵ. ponitur. ſ. ego sum Ioseph. *Quam audierunt Aegyptij*. Scilicet ministri Ioseph, qui erãt in domo Ioseph excluſi ad fores domus mandato dñi sui, dum mutuo cognoscebantur. *Omnisque domus Pharaonis*. Non est intelligendum, ꝙ tota domus Pharaonis. i. oẽs de domo Pharaonis audirent, quia domus Pharaonis distabat à domo Ioseph, nec poterant, qui ſtabant in domo Pharaonis audire, sed audierunt ab alijs referentibus, quia illi qui audierunt vocem illam clamante Ioseph retulerunt in domo Pharaonis. *Et dixit fratribus suis ego sum Ioseph*. Ista fuit prima vox, quam dixit eis. *Adhuc pater meus viuit?* Non debet ista litera coniungi cum alia, sed debent poni duo comata, quia alia legitur assertiuè, ista autem interrogatiuè. ſ. *Adhuc pater meus viuit?* Idest nunquid pater meus viuit? *Nec poterant respondere fratres*. Scilicet ad istã interrogationem, vtrũ pater eorum uiueret, nec dicere aliqd aliud verbũ. Et hoc non erat, quia fortè ex respõsione ad istã qõnem caperentur in aliqua contradictione, quia ipsi confessi fuerant ſ. 43. c. ꝙ uiuebat Iacob pater eorum, sed non potuerunt respondere, quia tantus eos ex cognitione Ioseph terror, & admiratio inuaserat, vt nec quidem organorum liberum motum haberent, sic infra dicit. *Nimio terrore perterriti*. Terror facit aliquẽ immobilẽ,

Fletus causatur ex viscerum cõmotione.

C

Benignitas remiſſionis Ioſeph.

Agnitio mutua qd.

H

Opinio Ioſeph.

G

& priuat

& priuat eum executione potẽtiarũ suarum executiuarum, atq; operatiuarum. Tantus ergo timor tenuit istos, qa nouerant se mala perpetrasse in Ioseph fratrẽ suũ, ꝙ nullo modo ausi fuerunt, nec qdem potuerunt aliqd loq. Iudas aũt q paulo ante constantior extiterat virilẽ animũ gestans, nũc timore, & tremore tenebatur, nec ex hoc vituperabiliores erant, qa tanto eorũ scelere patefacto valde effrons fuisset, q nõ erubesceret, & paueret cernens Ioseph potentiam. Stupuit etiã Beniamin, q licet non timeret, qa proditorię vẽditioni Ioseph non consenserat, cum tũc nondũ ablactatus eẽt, tñ considerata re magna ita insperata, ſ. tanta prosperitate Ioseph, qui mortuus ante reputabatur, mens eius atton ita quadã admiranda suspẽsione tenebatur. *Ad quos ille clementer*. Hic ponitur secundũ, ſ. benignitas remissionis. *Ad quos ille clementer*. Cũ vidit eos Ioseph ita attonitos, & timore conterritos, volens illos consolari dixit clemẽter, ſ. vultu blando, & sereno, & verbis dulcibus ista, q̃ erant mordicatiua, vt subiungeret ea q̃ erant lenitiua. *Accedite inquit ad me*. Anteq̃ ista diceret Ioseph, licet mansissent soli cũ Ioseph: tñ quia non cognoscebant eũ ex reuerentia, non accedebant ad eũ. Nunc aũt, qa Ioseph volebat loqui eis aliqua secreta, vt non audirẽt Aegyptij voces eius, fecit eos ad se accedere. *Ego sum ait Ioseph*. Idest ipse ait, ego sum Ioseph. *Frater vester*. Non dedignatur eos vocare fratres, licet in eum tanta cõmiserint facinora. *Quem vendidistis in Aegyptum*. Ista dixit Ioseph voce submissa, ne qsquã audire, aut intelligere posset, qa aliqui erãt iam in domo q linguam Hebræã ab ipso audierãt, & didicerant. Vocẽ primã, in qua denotabat fraterna cognitio, voluit Ioseph oĩbus eẽ notam. Patet qa audierunt Aegyptij, & oĩs domus Pharaonis, sed secundã in qua notabatur fratrũ maligna vẽditio, voluit eẽ Aegyptijs occultã, ne eos Aegyptij viros contẽptibiles, & scelestos iudicarẽt. Aliquę ĩræ habẽt. *Quem vendidistis in Aegypto*. Sed non est vera ĩra, qa fratres sui non vẽdiderũt eũ ſtãtes in Aegypto, sed ſtantes in terra Chanaam in pascuis Dothain transeuntibus Ismahelitis, vt patet ſ. 37. cap. sed debet ſtare litera. *Quem vendidistis in Aegyptum*. Idest quem vendidistis, vt duceret in Aegyptũ, quia ea intentione dederunt eum fratres sui Ismahelitis, quia sciebant eos ire in Aegyptum, vt duceretur in terras longinquas, in quibus nunq̃ de eo quicquã pater audire posset, aut cognoscere. *Nolite pauere*. Scilicet timentes aliquam punitionẽ a me vobis inferendam. *Nec durum videatur, ꝙ vendidistis me*. Idest non tristemini multum, ꝙ me vendideritis, quia iam tristitia non est necessaria. *In ijs regionibus*. Idest ad has regiones. ſ. vt ducerer ad has regiones. *Pro salute enim vestra*. Hic consolatur eos attenuando eorum delictũ, & hoc põt intelligi dupliciter. Vno modo, ꝙ ipse diceret non debere eos multum tristari, quia licet factum malum fuerit, finis tñ bonus secutus est, ſ. ꝙ licet ipsi mitterẽt eum in Aegyptum, vt moreretur, vel vt in seruitutem redigeretur, tamen Deus ordinauit eum ire illuc, ut exaltaretur: & insuper vt pasceret fratres suos, & patrẽ in tempore famis. Hic aũt aduertendum, ꝙ soli diuinæ bonitati, & sapientiæ proprium est, vt ipsis quoque malis bene vtatur conuertendo ea ad rectitudinẽ alicuius ordinis: non enim possunt cõsilia humana tollere diuinam prouidentiam, quia qualitercunque hõ à Deo per malum recedat, ad eum rursus per aliũ ordinem necessario relabit, vt ait Grego. in Moralibus. Sic ẽt ait Boetius de consol. lib. 4. prosa sexta in fine. Sola est enim diuina vis, cui mala quoque bona sint, cũ eis competẽter vtendo alicuius boni elicit effectum. Ordo enim quidem cuncta complectitur; vt qđ ab assignata ordinis rõne decesserit, hoc idem in alium tamẽ ordinem relabatur, ne quid in regno prouidentiæ te-

A

B

C

D

E

Diuina ꝓuidentia fundamentum contra quod nõ impugnatur.

meritati liceat. Alio modo põt intelligi, ꝙ Ioseph excuset magis eorum vitium, quia isto superiori modo, non excusatur vitium, quia finis qui sequitur ex re, qñ est per accidens, cum non sit intentus ab ipso agente immediato, sed ab alia causa superiore ordinante, non facit quantitatem bonitatis in actu, nec quantitatẽ malitiæ; cum sit penitus causa extrinseca, & hoc uerum est, ꝙ peccatum eorum, non poterat per quemcũque euentum tolli, quin peccatum esset. Secundo mõ ponetur, ꝙ magis excusentur fratres Ioseph, & dicat non tristemini, ꝙ feceritis hoc, qa Deus disposuit, ut sic fieret, & sic aliquo modo motiua Deo fecistis, quasi non ex vobis. Et hoc magis clarè ponitur ĵ. 50. c. vbi dixit Ioseph fratribus suis: Nũquid Dei possumus renuere voluntati? Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum. De quo magis dicetur infra 50. c. qũo verum sit. *Ante vos in Aegyptum*. Quasi ad disponendum locum, in quo maneretis, ne in hac fame valida pereatis. *Biennium est, ꝙ fames cœpit esse in terra*. Isti anni computantur a rpe, quo fruges colligere deberẽt in anno sequenti post vltimum annũ vbertatis. *Quinque alij restant*. Ad complendum septennarium famis, sicut ipse prædixerat regi, vt patet supra 41. cap. *Quibus nec arari, nec meti poterit*. Nisi in paucis locis, quos scriptura nullos reputat in comparatione tanræ magnitudinis terræ, quæ nec colebatur, nec metebatur. Nihil enim & inutile æquiparantur. Aliqui aũt opinantẽ istã magnam famem accidisse ex magna inundatione Nili non permittentis terram coli, quia qñcunque ultra debitum inũdat, terra maiori rempore cooperitur, & nõ põt coli tpe, quo debet, & sic manet inculta, & nõ seminata, de quo diximus supra 26. & 41. cap. Sed non vr hoc verum, quia si Nili inundatio hoc fecisset, terra Chanaan & aliæ per quas Nilus non fluit, nec exũdat non paterent istam famem, sed falsum est, quia ista fames erat per magnam partẽ terræ. Vnde dr supra. 41. cap. oẽs prouincię veniebant in Aegyptum, vt emerẽt escas, & malum inopiæ temperarẽt. Magis aũt dicendum est, vt supra determinatum fuit, istam sterilitatẽ accidisse in Aegypto ex defectu inundationis Nili, qa non inundabat fortè illis annis, vltra tres, vel quatuor cubitos, quod quasi nihil erat, quia ad debitam copiã frugum requirebantur ad minus sexdecim cubiti crementi fluminis, vt ait Solinus in Polist. c. de Aegypto, & licet ista inundatio modica erat, in hoc tñ ferebant illi, qui poterant, & acceperant frumenta ad ferendum a Ioseph, vt patet infra 47. c. In alijs aũt terris eueniebat sterilitas ex defectu pluuię. Erat ergo vtrobique sterilitatis causa siccitas. *Præmisit me Dominus*. cognoscebat Ioseph prophetice, ꝙ Deus eum misisset, & exaltasset, vt non deficeret fame progenies sua. *Vt reseruemini super terram*. Idest, vt viuatis, quia nisi escas eis Ioseph dedisset in tanta famis inopia, necesse erat plures eorum mori fame. *Non vestro consilio, sed Dei voluntate*. Consilium fratrum fuit ad occidendum Ioseph, deinde ad perdendum eum, vt missus in Aegyptum nunquam cõpareret, nec audiret de eo quicquã Iacob, sed Deus dispositione sua æterna flectebat istum effectũ in aliũ ordinẽ, & finem, ſ. vt inde exaltatio Ioseph sequeretur. *Qui fecit me, quasi patrem Pharaonis*. Quia sicut filius facit quicquid pater mandat, ita quicquid ego dico, vel iudico esse faciendũ Pharao facit. Et sic mandauit Pharao, ꝙ clamaretur coram Ioseph, cum fecit eum ascẽdere currum secũdũ, vt patet supra 41. cap. ſ. *Abrẽque*. Idest pater tener ſm interpretationem Hebraicã, licet hoc in litera nostra nõ habeatur, de quo ibidem dictũ est. *Et dominum vniuersæ domus eius*. Quia quicquid ipse disponebat in domo Pharaonis, oẽs de domo Pharaonis faciebant illud tanquã mandasset Pharao, quia sic dr supra 41. cap. Ego sum Pharao absque tuo imperio

Causa famis exortæ in Aegypto.

non

non mouebit quispiam pedem, vel manū in tota terra Aegypti. Dixit ēt eodē cap. tu eris super domū meā, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet. *Festinate.* Hic ponitur tertium. ſ. magna gratia ꝓmiſſionis, quia promiſit dare omnibus illis abundantiam in oībus neceſſarijs. *Feſtinate, & aſcendite ad patrem meum.* Ideſt ite velociter, quia pater meus iā expectabit vos, & anguſtiabit̄ ex mora veſtra, & cito annūciate ei tm̄ gaudium. *Hæc mandat filius tuus Ioſeph.* Non accipit̄ hic mandare. i. imperare, vel præcipere, ſed promittere, qa filius non mandaret aliquid patri, & eſt ſenſus. *Hæc mādat tib filius tuus.* Ideſt hæc mittit tibi ad dicendum. *Deus me fecit dominum vniuerſæ terræ Aegypti.* Hoc dicebat, vt ſuaderet patri deſcendere in Aegyptum ad videndū tantam lętitiā, & hoc verū eſt, quia Ioſeph nō factus fuit dominus per ſuā induſtriam, ſed quia Deus dedit illi ſapientiam in interpretatione ſomniorū, placuit coram Pharaone, & exaltauit illum ſupra totā domum ſuam, & terram Aegypti. *Deſcende ad me.* Quia de terra Chanaan in Aegyptum deſcenſus eſt. *Ne moreris.* Quia periculum eſt in mora: quāto enim magis moratus fueris, tanto magis fame opprimeris, & familia, & ſubſtantia tua deperdētur. *Et habita in terra Geſſen.* Ideſt, & habitabis in terra Geſſen, quę conueniens eſt habitationi tuæ ad paſcenda pecora, vt patet ſequen. c. & j. 47. *Iuxta me tu, & filij tui.* Pōt hoc intelligi dupliciter. Vno modo habita iuxta me. i. non habites in terra Chanaan, in qua nunc manes, quia ibi valde remotus es à me, ſed deſcēde in Aegyptū in terram Geſſen, & ibi eris propinquus mihi, ita ꝙ poſſim te frequenter videre. Vel aliter. *Habita iuxta me.* Ideſt habitādo in terra Geſſen habitabis iuxta me, quia circa terrā illam erat ciuitas, in qua Ioſeph domū ſuam principalē tenebat, quia rex cōiter in ciuitate illa morabatur; iō oportebat ibi manere Ioſeph. Nicolaus dicit, ꝙ intendebat dicere Ioſeph, ꝙ qñ deſcenderet Iacob in Aegyptum non veniret immediate ad regem, ſed maneret in Geſſen, vt ibi informaret̄ ab eo, qualiter oporteret loqui corā rege, & ſic factum eſt, quia deſcēdens Iacob manſit in Geſſen, donec venit ei in occurſum Ioſeph. Sed hoc non multum vr̄, quia illud ponebat̄, vt allicitiuum ad deſcendendū in Aegyptum. ſ. habitare in terra illa, q̄ erat delectabilis, & ſic fecit poſtea mādans illis dicere, ꝙ erāt paſtores, vt habitarent in terra Geſſen, maximè quia in textu dr̄. *Et habita in terra Geſſen.* Habitare autē dicit commorationem diuturnā cum intentione manendi, qā non erat in aduētu Iacob, vt maneret ibi ad hoc ꝙ informaretur, quia immediate, vt cognouit Ioſeph veniſſe patrem ſuum exiuit ei obuiam. Itē qa dr̄. *Habita iuxta me tu, & filij tui.* Manifeſtum eſt, ꝙ non pōt intelligi de deſcenſu eius in terra Geſſen, quia ex hoc nō dicebat̄ habitare iuxta Ioſeph, cū Ioſeph veniret ei obuiam, ſed ex hoc ꝙ Iacob poſtea manſurus erat, cū tota domo ſua in terra Geſſen, & apud illam terrā erat manſio Ioſeph, dicebant̄ morari apud Ioſeph. *Et filij filiorum tuorum.* Quia iam quilibet filius Iacob habebat filios, vt patet in narratione ſequen. cap. *Et armenta tua.* Ideſt greges magnorum pecorum. ſ. bouum, vaccarū, equorum, & camelorum. Sciendum, ꝙ armenta ſm cōem ſignificationem, & vſum latinorū accipitur pro congregationibus animalium maiorū, ſicut vaccarū, bouum, camelorum, & equorum, cęterorumque in hunc modum. Greges ſunt congregationes minorū animalium, vt ouiū, caprarum, porcorum, & ſimiliū: iſta tm̄ dr̄ia non ſemper obſeruat in tranſlatione Biblię nr̄ę facta à Hieronymo, ꝙ aut̄ obſeruet̄ patet de hoc Deut. 14. c. cum dr̄ primogenita de armētis, & ouibus tuis, ibi diſtinguunt armenta contra oues, & ſunt oues animalia minora, ergo armenta ſunt animalia maiora. Quòd aūt nō obſeruet̄, patet in eo. c. cū dr̄ poſtea emes ex eadē pecunia quicqd placuerit tibi, ſiue ex armētis, ſiue ex bobus. Sunt aūt diſtincta armenta ꝺ boues, ſed boues ſunt maiora aīalia, ergo armenta accipiuntur ꝓ paruis, & ſic in 12. cap. Deuteron. non obſeruatur dr̄ia iſta, quia diſtinguuntur armenta ꝺ pecora, & pecora ſunt maiora aīalia, ergo armenta ſunt minora. Hic aūt obſeruatur dr̄ia, quia diſtinguuntur oues ꝺ armēta, & oues ſunt minora aīalia: ergo armenta ſunt maiora. *Et vniuerſa, quæ poſſides.* Hoc dicebat, vt non hēret Iacob animū redeūdi in terrā Chanaā, vel qa ſi aliqd ad eum pertinēs maneret in terra Chanaā viuere non poterat. *Quia te paſcam.* Ideſt tibi, & toti familiæ tuæ ꝓbebo alimenta. *Adhuc quinque anni reſidui ſunt famis.* Hoc dicit ad alliciendū eū, vt veniret in terrā Aegypti, qa cū Iacob ſciret terrā Chanaā eē ꝓmiſſam patribus ſuis, & ſibi, & ſemini ſuo, vſq; in ęternū, nollet deſcēdere inde, niſi ingrueret aliqua vrgēs neceſſitas, qualis erat neceſſitas famis tam diuturnæ. *Ne & tu pereas, & domus tua.* Ideſt ne moriaris fame, ſi nō deſcēderis huc. *Et domus tua.* Ideſt tota familia tua. *Et omnia, quæ poſſides.* Ideſt armenta, & greges tui, & oīa alia bona fame pereant, qa cogeris oīa vēdere famis neceſſitate, nec ſufficies tibi. *En oculi veſtri.* Hic ponitur quartū, ſ. inſtātia conſolationis. Poſtq̄ ꝓmiſit eis tāta bona dare, iterū ꝺſolatur eos certificādo magis de ſe ipſo. Quia ipſi ita erant ſtupore repleti, & admiratione ſuſpenſi, ꝙ vix credebāt illū eē Ioſeph, iō ad certificādum eos ait. *En oculi veſtri.* Et eſt ſenſus nūciate pr̄i meo, ꝙ deſcendat in Aegyptum, qa ego viuus ſum, ſicut vos videtis, & frater meus Beniamin, & poteſtis vlterius dicere, ꝙ mecū locuti eſtis clare in lingua Hebraica. *En.* Ideſt ecce. *Oculi veſtri.* Scilicet decē fratrū, q̄ erant filij Liæ, & Balæ, & Zelphæ. *Et oculi Beniamin.* Notat ſpāliter Beniamin, qa iſte erat vterinus ei, ſ. filius Rachelis, & eū ſpālius diligebat. *Vident, ꝙ os meum loquatur ad vos.* Ideſt vos clare videtis, ꝙ ego loquor vobiſcū, nec pōt eſſe vlla clarior probatio. Non eſt intelligendū, ꝙ oculi viderēt locutionē, qa vox auditus obiectū eſt, & nō viſus, ſed ponitur videre pro audire, qa cōior ſenſus eſt viſus q̄ auditus, & magis certificat, vt patet in prooemio Metaph. ideo ſacra ſcriptura ſæpe vtitur iſto modo loquēdi ponēs audire pro videre. Sic patet Exo. 20. cū dr̄, Cūctus populus videbat voces, i. audiebat. Vel pōt accipi aliter, ſ. oculi veſtri vidēt, ꝙ os meū loquatur ad vos, i. licet oculi veſtri nō videāt locutionē meā, videt̄ tū me loquentē ad vos. Vel aliter, & iſte eſt proprius ſenſus literæ, ſ. oculi veſtri vidēt ꝙ os meū loquatur ad vos, i. vos bene videtis, qūo ego ſum corā vobis, & aperio os meum, & moueo labia, & linguā, quod eſt ad locutionem, & nullus alius eſt, q̄ loco mei loquatur, ꝓ quæ ſufficientiſſima eſt notitia, ſ. per actū duarū potentiarū ſenſitiuarum, ſ. per viſum, & auditū ſimul ſumptos. Hæc aūt, q̄ hic dicuntur perceptibilia ſunt per viſum, ſ. motus labiorum, & linguę, & clauſio oris, quæ ſunt neceſſaria in loquente, iō licet oculi non percipiant directè locutionē, tanq̄ ſenſibile proprium, ſentiunt tū tanq̄ ſenſibile cōe per mōtum organorū, qa motus de ſenſibilibus cōmunibus eſt, vt patet per Philoſophum in 2. de Anima. *Os meum loquatur ad vos.* Ideſt, ego loquor vobis per me ipſum in lingua Hebraica, & non per interpretem, ſicut ante loquebar. *Nunciate patri meo vniuerſam gloriam meam.* Scilicet honorem magnum, & maximum dominatum, diuitias immenſas, & omnia proſpera ad vota ſuccedere, inſuper fauorem, & amorem omnium populorū, in quibus bonorum ſumma eſt, ſi in rebus mortalibus aliquod bonum eſſe ponamus. *Et adducite eum ad me.* Licet filius ad patrem potius, q̄ pater ad filium ire deberet, tamen filius mittebat ad patrem ſuum, vt deſcēderet ad eum: primo quia nō decebat, nec erat aliqua vtilitas Ioſeph aſcendere in terram Chanaam ad videndum

Magna gratia promiſſionis Ioſeph.

Iuxta me tu, & filij tui intelligitur dupliciter.

Armenta quæ dicātur.

Inſtantia cōſolationis Ioſeph

Tex. 63. 64. 65.

dum patrem, cū illa terra opprimeretur fame valida, & Deus è contrario fecerat Ioſeph principē Aegypti, vt faceret deſcendere patrem ſuum, & totam domum ſuam illuc, & paſceret eos, ſicut ipſe ſupradixit. Pro ſalute veſtra miſit me Dominus ante vos in Aegyptū, ideſt ipſe erat miſſurus vos omnes in Aegyptum, ſed vt diſpoſitius vos ingrederemini, miſit me ante vos, & infra dicitur, præmiſit me Dominus, vt reſeruemini ſuper terram, & eſcas ad viuendum habere poſſitis: ēt dato ꝙ in terra Chanaan non eſſet fames, quia tamen Ioſeph totum regnum Aegypti regebat, non erat rationabile, quòd omnia hic dimitteret, & iret extra regnum ad videndum patrem ſuum, quia amor dominorū eſt ad præſentes, cum ergo Ioſeph recederet tali modo poſſet rex alium recipere, quem diligeret, expediebat ergo magis patrem venire ad vidēdum filium, quàm filium ire ad videndum patrem. *Cumque amplexatus recidiſſet in collum Beniamin.* In iis omnibus ſupradictis, quia fratres eius erant attoniti, non amplexatus fuit eos Ioſeph, donec redirent ad ſe ipſos, vt perfectū gaudium acciperent, tunc ergo cum credulo eſſent, & non timentes, amplexatus fuit Ioſeph primo fratrem ſuum Beniamin, quia ille magis ad eum attinebat, quā aliquis de alijs, & oſculatus eſt eum, & hoc eſt recidere in collum eius, ideſt cadere ſuper collum eius, ſcilicet ad oſculandum, & amplexandum. *Oſculatusque eſt Ioſeph omnes fratres ſuos.* In ſignum amoris, quia verè diligebat eos. *Et plorauit ſuper ſingulos.* Ideſt cū caderet ſuper collum cuiuslibet ad amplexandum, & oſculandum eum, ex teneritudine amoris, quam ad ſingulos habebat inducente ad fletum, & hoc quia ſpecialem modum, & rationem amandi habebat ad quemlibet dimiſſo omni rancore, & odio fraterno, in quo veriſimile eſt, quòd ſuper Ruben ſpeciali modo fleuerit, qa ille nō conſentiebat in mortem eius, nec venditionē, ſed nitebatur eum eripere, & reddere patri ſuo; eodē modo ſuper Iudā, qui licet in venditione eius conſentiens fuerit, tamen poſtea viriliter ſe oppoſuit pro Beniamin, & Iacob patre ſuo volens ſe permittere eſſici ſeruum, vt pater ſuus calamitatē euitaret abſente Beniamin, quem tenere diligebat. *Poſt quæ auſi ſunt loqui ad eum.* Ideſt poſtquàm facta ſunt iſta acceperunt audaciam loquendi ad eum, quia ante timebant, quòd fortè Ioſeph vellet eos ex verbis ſuis conuincere, & punire capite; viſo tamen quòd ipſe oſculatus eſt eos, & plorauit ſup ſingulos certiſſimè crediderunt, quòd non vellet eos pœnis afficere, ſed multis bonis facere abundare. *Auditumque eſt, & celebri ſermone vulgatum.* Iſta duo idem ſignant, vel poteſt intelligi, quòd ſignēt duo, ſcilicet, quòd primum referatur ad primam auditionem horum verborum in domo Pharaonis referentibus ſeruis Ioſeph, ſecūdum refertur ad magnam diuulgationem ſeminatam ex illa relatione. *Et celebri ſermone vulgatum.* Ideſt diuulgatum eſt in tota aula Pharaonis ſermone celebri, ideſt famoſo. Inde venit celebritas nominis, ideſt fama, vel diuulgatio nominis, de qua ſæpe Boetius de conſol. lib. 3. *Venerunt fratres Ioſeph.* Hoc ponitur hic materialiter, ſcilicet, quòd iſta verba, venerunt fratres Ioſeph, audita ſunt in aula Pharaonis. *Et gauiſus eſt Pharao, atque omnis familia eius.* Iſtud gaudium potuit eſſe ex duabus cauſis: vno modo quia Pharao, & tota Aegyptus verè diligebant Ioſeph, quia tātum bonum fecerat, & continuè faciebat, nulliq̄ de tota Aegypto tędioſus erat, & quia qñ aliqs verè diligit alium gaudet in quolibet bono illius, aduenientibus ergo fratribus Ioſeph, in quibus ipſe lętebatur, lętatus eſt Pharao, & tota domus eius. Aliomodo, quia licet Pharao, & omnes de Aegypto gauderēt in Ioſeph, & diligerent eum propter tanta bona, quæ fecerat, quia tamen erat ſeruus emptitius, quē emerat

Vox eſt obiectū auditus.

In collum recidere quid.

Quo gauiſa eſt Pharao potuit eſſe duplicer. Primo modo. Secundo modo.

redire.

redire. *Quia omnes opes Aegypti vestræ erunt.* Hoc allicitiuum est ad veniẽdum in Aegyptum, & est sensus, de omnibus opibus, & rebus pretiosis Aegypti partẽ habebitis ad sufficientiam. Hebræi autem quidam volunt, quòd propheticè dixerit hoc Pharao, licet nõ intellexerit signans illam sublationem opum, quam facturi erant Hebræi de terra Aegypti, vt patet Exod. 12. cap. Simile est de Caipha, quia ipse dixit, expedit, vt vnus homo moriatur p populo, ne tota gens pereat, vt patet Ioan. 11. cap. Hoc autem (vt ait ibidem Euangelista) non dixit Caiphas à se ipso, sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit, & tunc sicut dicẽte Caipha ista verba ipse nõ intellexit, q̃ Christus moriturus esset pro humani generis redemptione, licet ad istam intentionem Spiritus Sanctus in eo formaret verba, sed solum, quòd bonum esset Christum mori pro tota gente, idest ne tota gens Iudæorum moreretur, aduenientibus Romanis contra eos propter Christi miracula, vel magis, quia se regem Iudæorum dicebat, quod Romani abhorrebant, cum Iudæi essent eis subiecti, ita Pharao intelligeret, quòd cunctę opes Aegypti essent Hebræorum, idest de omnibus haberẽt partem, cum tamen Spiritus Sanctus ista verba proferret ad signandam illam Aegyptiorum spoliationem: non tamen poterat dici Pharao propheta, licet mens eius moueretur à Spiritu Sancto ad cõcipiendum ista verba, & lingua eius ad proferendum, quia non intelligebat quid Deus intendebat per illa signare, cum intelligentia opus sit in prophetia, vt patet Daniel. 10. c. sicut nec asina Balaam Propheta vocari poterat, q̃ lingua eius ad loquendum à Deo mouebatur, quia nihil intelligebat, nec poterat vocari rationalis, quia verba rationalia proferebat. Sed adhuc non videtur, quòd Spiritus Sanctus mouerit Pharaonem ad dicendum ista in signum futurorum, quia non deberet fieri tanta distributio vniuersalis pro ita paucis particularibus. Hebræi enim habitabãt in quadam parte separata Aegypti, scilicet in terra Gessen inter Aegyptios quosdam, & ab eis solis petierunt ista dona accommodata, quæ postulantes postea secum tulerunt. Ab omnibus autẽ alijs partibus Aegypti nihil tulere. *Feceruntque filij Israel.* Idest filij Iacob, qui vocatur Israel mutato nomine, vt patet supra 33. & 35. cap. *Vt eis mandatum fuerat.* Idest sicut eis mandauerat Ioseph recipiens mandata à Pharaone.

Opin. Hebræorum.

Cõfutatio

Quibus dedit plaustra Ioseph. In terra Chanaan, sed etiam ascenderunt cum eis aliqui de Aegyptijs mandato Ioseph, quia tot plaustra, & iumenta onerata non poterant duci, & regi per uiros undecim. *Et cibaria in itinere.* Idest cibaria ad iter in eũdo, & redeũdo pro Iacob, & tota domo eius, quia in itinere nihil inuenirent, quia tota terra ibat in Aegyptum pro alimentis, vt patet supra 41. cap. *Singulisque proferri iussit stolas binas.* Scilicet vnam multum solemnem, & aliã minus solemnem ad vsum quotidianum. Stola enim nomẽ generale vestis est, & dicitur à Telon, quòd est longum, quia istę vestes longę sunt cooperientes totã hominis staturam. *Beniamin verò dedit trecentos argenteos.* Moneta facta de argento, quæ satis magni valoris esse videbatur. Hoc autem datum fuit, quia eum specialiter diligebat, cum esset frater vterinus. *Cum quinque stolis optimis.* Istæ vestes excellentiores erant, quàm vestes datæ alijs fratribus, quia de istis dicitur, quòd erant optimæ: de alijs autem non. *Tantundem pecuniæ.* Pecunia data patri, vel Beniamin non erat ad aliquam necessitatem viæ, sed ad amoris demonstrationem, vt singularis amor patri demonstraretur, qui tanto tempore pro Ioseph doluerat, & eum tenerrimè diligebat, ut patet supra 37. cap. *Addens ei asinos decem.* Idest specialiter dedit patri asinos decem supra donum, quod dedit Beniamin, quia rationabilius erat magis patrem diligere, quàm fratrem, & dato, quòd magis fratrem diligeret, tamen magis patrem honorare debebat, & reuereri eũ, cũ teneamur patribus ad maiora, quàm quibuslibet alteris hominibus, sic ait Philosophus 4. Ethicor. quia patribus, & dijs non possumus retribuere æqualia. *Qui subueherent.* Idest portarent.

Stola quid

Ex omnibus diuitijs Aegypti. Ista erant aliqua dona specialiter electa, quæ Iacob possent lætificare. *Et totidem asinas triticum in itinere panesque portantes.* Illæ asinæ portabant panes coctos pro itinere quamdiu durare possent in bona dispositione comestibili, deinde portabant triticum, vt inde panes fierent, & in eisdem reducerentur cibaria, cum plaustra seruire deberent ad subuehendum paruulos, & vxores suas. *Dimisit ergo fratres suos.* Idest expediuit à se mandans, ut recederent ad reducendum patrem. *Ne iracamini in via.* Idest non pugnetis mutuo. Timebat enim Ioseph, quòd postquam ipsi uidissent bonitatem suam pugnarent in itinere imponentes sibi in alterutrum culpam uenditionis Ioseph. *Qui ascendentes.* Hic ponitur paternum gaudium de bona annunciatione, & patet litera.

Paternum gaudiũ de bona annunciatione.

Et ipse dominatur in tota terra Aegypti. Hic in summa totam gloriam Ioseph comprehenderunt. Ioseph autem mandauerat omnia patri suo referri singulariter, vt patet supra, sed ipsi tenuerunt modum valde cautum, & rhetoricum: quando enim aliquis vult enarrare aliquam rerum gestarum historiam, quæ magnum gaudium contineat historia magna est, ne gaudium per partes assumptum minus efficiatur, totam summam gaudij in historia colligunt simul ponunt, ut gaudium sit simul plenum, deinde res gestæ per ordinem enarrentur: ita filij Iacob, vt pater eorum nimis simul delectaretur, totam dominationem, & gloriam Ioseph dicentes eum dominum totius Aegypti, quia in hoc consistebat summa honoris, & dominij eius, deinde totum hoc per ordinem narrauerunt, ut patet infra.

Quo audito Iacob. Tantum enim Iacob doluit de absentia Ioseph, quia putauit eum verè deuoratum à bestia, quòd nunc quando tantum gaudium enarratum est, sustinere non potuit, quia ut ait Philosophus secundo de anima, excellens sensibile corrumpit sensum, & si aliquando non corrumpat, tamen stupefacit. Sic fuit hic præsentato tanto delectabili potentiæ, quæ iamdudum angustijs, & quotidianis tristitijs assuefacta erat, bonum magnum ita totum subito aduenies, qualiter debuit recipi non potuit.

Tamen non credebat ei. Ista est condictio afflictorum, qui postquàm semel afflictionibus succubuerint, si aliqua eis prospera eueniant, non immediatè credunt, iam se totaliter putantes extremis miserijs derelictos: *Illi è contra.* Scilicet asserentes Ioseph viuere.

Condictio afflictorũ.

Referebant omnem ordinem rei. Vt verisimilius esset, scilicet qualiter ipsi eum vendiderunt, & qualiter in Aegyptum ductus est, & qualiter Putiphari venditus, & post incarceratus, vltimo per somniorum interpretationem sublimatus.

Cumque vidisset plaustra. Ad subuehendum paruulos, & vxores. *Et omnia, quæ miserat.* Scilicet vestes, & pecunias, & asinos oneratos diuitijs Aegyptijs.

Reuixit spiritus eius. Idest lætificatus est, & credere incepit.

Sufficit mihi si adhuc viuit filius meus. Quasi dicat, multa bona sunt, quæ mihi enarratis de Ioseph, tamen mihi sufficit si ipse uiuat, quia ego non tantũ curo de dominatione, & honore eius, quantum de vita eius. Hic

Iacob

Iacob demonstrat, quòd satis erat sibi scire filij sui vitam, & prosperitatem, dato quòd ipse non acciperet partem de bonis Ioseph, & istud est signum veri amoris, scilicet, quòd aliquis amet alterum secundum seipsum, quia in bono eius secundum se ipsum delectatur, & hoc ventilat Aristo. in 8. Ethicorum, vbi quęrit quid magis pertineat ad amicos amare, vel amari. & respondet, quòd amare est proprius actus eorum, & probat per matres, quę maximè filios amant, & tamẽ pleræque earum dant filios nutriri, & sic amant eos cognoscentes eos, & tñ non amant ipsæ ab illis, quia non cognoscunt eas. & hoc cognoscũt ipsæ matres: scilicet, quòd non amantur: & tamen de hoc nõ multum curant. Satis. n. eis est, quòd filios ament, & videant eos prosperari, etiam si non redamentur. Si tamen esset amicitia in amari vellent matres semper filios suos præsentes esse, vt amarentur ab illis, cum earum ad filios sit maximus amor. Sic fecit hic Iacob dicens sufficere sibi si Ioseph viuebat, quia hoc erat bonum Ioseph, & non curauit vtrum ex illo bono Ioseph aliquid contingeret eum. *Vadam, & videbo eum antequam moriar.* Idest saltem hanc delectationem volo, vt videam ipsum antequam moriar. Sciebat enim Iacob, quòd visurus eum esset post mortem, sed quia alterum genus delectationis est, quod post mortem sequitur, voluit eum in vita videre: ne saltẽ ista delectatione priuaretur. De ista diuersitate delectationis diximus Deutero. 3. cap. tractando de pœna inflicta Moysi: & ibi vide latè satis.

Iacob in Aegyptum proficiscitur: eique Ioseph obuiam vadit. Cap. XLVI.

PROFECTVSQVE Israel cum omnibus quæ habebat, uenit ad puteum iuramenti. Et mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac, audiuit eũ per visionem nocte vocantem se, & dicentem sibi: Iacob, Iacob, cui respondit: Ecce adsum. Ait illi Deus: Ego sum fortissimus Deus patris tui: noli timere, sed descende in Aegyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertentem: Ioseph quoq; ponet manus suas super oculos tuos. Surrexit Iacob mane à puteo iuramenti: tuleruntque eum filij cum paruulis suis, & vxoribus suis in plaustris, quæ miserat Pharao ad portandum semen, & omnia, quæ possederat in terra Chanaam. Venitque in Aegyptum cum omni semine suo, filij eius, & nepotes, filiæ, & cuncta simul progenies. Hæc sunt autem nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Aegyptum, ipse cum liberis suis. Primogenitus Ruben. Filij Ruben: Henoch, & Phallu, & Hesron, & Charim. Filij Simeon: Iamuel, & Iamin, & Ahod, & & Iachin, & Sohar, & Saul filius Chananitidis. Filij Leui: Gerson, & Caath, & Merari. Filij Iuda: Her, & Onam, & Sela, & Phares, & Zara. Mortui sunt autem Her, & Onam in terra Chanaã. Natiq; sunt filij Phares, Hesrõ, & Hamul. Filij Isachar, Thola, & Phua, & Iobab, & Semrõ. Filij Zabulõ: Sareth, & Elõ, & Iahelel. Hi filij Liæ, quos genuit in Mesopotamia Syriæ cum Dina filia sua. Omnes aĩæ filiorum eius, & filiarum trigintatres. Filij Gad: Sephion, & Aggi, & Suni, & Esebon, & Heri, & Arodi, & Areli. Filij Aser: Iamne, & Iesua, & Iesui, & Beria, Sara quoque soror eorum. Filij Beria: Heber, & Melchiel. Hi filij Zelphæ, quã dedit Labã Liæ filiæ suæ: & hos genuit Iacob sexdecim aĩas. Filij Rachel vxoris Iacob: Ioseph, & Beniamin. Natique Supra 14. sunt Ioseph filij in terra Aegypti, quos genuit ei Aseneth filia Putipharis Sacerdotis Eliopoleos: Manasses, & Ephrain. Filij Beniamin: Bela, & Bechor, & Abel, & Gera, & Naamã, & Echi, & Ros, & Mophĩ, & Ophim, & Ared. Hi filij Rachel, quos genuit Iacob omnes aĩæ quatuordecim. Filij Dan, Husim. Filij Nephthalin: Iasiel, & Guni, & Iesser, & Salem. Hi filij Balę, quam dedit Laban Racheli filię suę: & hos genuit Iacob omnes animæ septem. Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, & egressæ sunt de femore illius absque vxoribus filiorum eius, sexaginta sex. Filij autem Ioseph, qui nati sunt ei in De. 10. terra Aegypti animæ duæ. Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Aegyptum fuere septuaginta. Misit autem Iudam ante se ad Ioseph, vt nunciaret ei, & occurreret in Gessen. Quò cum peruenissent, iuncto Ioseph curru suo ascendit obuiã patri suo ad eundem locum: vidensque eum, irruit super collum eius, & inter amplexus fleuit. Dixitque pater ad Ioseph. Iam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & superstitem te relinquo. At ille locutus est ad fratres suos, & ad omnem domum patris sui: Ascendam, & nunciabo Pharaoni, dicamque ei: Fratres mei, & domus patris mei, qui erant in terram Chanaan, venerunt ad me: & sunt viri pastores ouium: curamque habent alendorum gregum: pecora sua, & armenta, & omnia, q̃ habere potuerunt adduxerunt secum. Cumque vocauerit vos, & dixerit: quòd est opus vestrũ? nũdebitis: Viri pa-

stores sumus serui tui, ab infantia nostra vsque in præsens, & nos, & patres nostri. Hæc aũt dicetis, vt habitare possitis ī terra Gesen, quia detestantur Aegyptij omnes pastores ouium.

Diuisio. PROFECTVS Descripto descensu filiorum Iacob in Aegyptum, consequenter ponitur descensus quantum ad se ipsum. Et diuiditur in tres partes: primò ponitur descendendi modus: secundò descendentium numerus, ibi. *Hęc sunt nomina.* Tertiò Ioseph occursus, ibi. *Misit autem Iudam.* Ad primum. *Profectus Israel.* Ideſt Iacob. *Cum omnibus, quę habebat.* Quia sic dixerant ei filij sui ex parte Ioseph. ipse cognoscens hoc vtile esse quantum ratione humana conjici poterat, nō dubitauit facere, licet postea in hoc Deum consuluit, vt patet infra. *Et venit ad puteum iuramenti.* In Hebræo dicitur. *Venit in Bersabee.* Est autem Bersabee in litera Hebraica æquiuocum ad puteum iuramenti, & puteum septimum, Ber enim Hebraicę puteum notat. Deinde si deriuetur de Seua, quod signat septem, vocabitur puteus septimus. Si autem deriuetur de Seuoa, quod interpretatur iuramentum, significabit puteum iuramenti. Litera autem nostra accepit alteram partem æquiuocationis, scilicet puteum iuramenti, & vocatur puteus iuramenti, quia illic iurauerunt Abraham, & Abimelech Rex Palæstinorum faciendo inter se fœdera, vt patet supra 21. cap. vocatur etiam puteus septem, vel puteus septimus: quia ibi dedit Abraham septem agnas Regi Abimelech in testimonium, quòd puteus ille suus erat, vt patet eodem capitulo. Venit autem Iacob per puteum illum in Aegyptum propter duo: primo, quia erat in recta via versus Aegyptum: est enim recta via à terra Chanaan vsque in Aegyptum, & breuis, per quam non oporteat transire mare rubrum. Dicitur via terræ Philistinorum, vt patet Exo. decimotertio capitulo, & per hanc descenderant ante filij sui ad emendum cibaria in Aegypto. Cum autem nunc Iacob habitaret in Hebron in valle Mābræ, quæ est in sorte Iudæ, vt patet Iosue 15. capitulo, & est in medio sortis Iudæ, aliqualiter tamen ad orientalem plagam, & debet descendere in Aegyptum, quæ est australis respectu terræ Chanaan, & aliqualiter occidentalis; via recta ipsi erat descendere per terram Philistinorum, in qua est Bersabee, quam vocat hic puteum iuramenti, vt patet supra vigesimotertio capitulo.

Quare vocatur puteus iuramenti.

Quare Iacob venit per illum puteum.

Secunda causa fuit, quia mutatio status in hominibus est aliquid magnum, maximè quòd aliquis recedat de terra sua ad habitandum in terra lōginqua, & aliena: cum ergo Iacob hoc facturus esset, non fuit contentus humano consilio, sed inquisiuit diuinum iudicium, quod orationibus impetratur. Et quia puteus iuramenti, scilicet ille locus, in quo est puteus iuramenti erat Sacer, & deuotus, quia ibi auus suus Abraham erexerat altare, & inuocauerat Deum, vt patet supra 21. cap. etiam pater suus Isaac ibi inuocauerat Dominum, vt patet supra vigesimosexto capitulo, voluit magis ibi quàm in alio loco Deum consulere. In magnis enim rebus auxilium diuinum inuocandum, & consilium eius, testimonio probatur eruditissimorum. Sic Plato in Thimeo, inquit, & Boetius de consola. libro tertio prosa nona: ideo etiā iste Iacob cum tenderet in Mesopotamiam quasi aliquid magni agressurus, scilicet peregrinari incipiens, Deum inuocauit in Bethel, vt patet supra 28. cap. Nunc maius aliquid instabat, scilicet mutatio sedium cum tota posteritate ad habitandum terram alienorum, magis ergo Deum inuocare debebat. *Et mactatis ibi victimis.* Ideſt facto holocausto de animalibus, quæ totaliter incendebantur ad magnum honorem Dei secundum ritum, qui habetur Leuiti. 1. cap. Et deinde ad dormiendum se ponens audiuit Dominum loquētem. *Et mactatis.* Hic ponitur antecedens, scilicet mactatio victimarum, & intelligitur consequens, scilicet earum incensio, vel totalis combustio: mactatio enim victimarum, si aliquid vlterius non sequatur, nihil prodest, quia quantum ad hoc commune est Deo aliquid cum hominibus, cum mactentur etiam victimæ ad cibos hominum, vt patet supra 43. ca. vbi dixit Ioseph dispēsatori suo, occide victimas, & instrue cōuiuium, & loquebatur de occisione earum ad cibum. Illud autem quod sequitur, scilicet incensio earum in altari ad diuinum honorem non est commune Deo, & hominibus, quia ad vtilitatem hominum, nunquā comburuntur carnes pecorū occisorum. ideo in hoc secundo delectatur Deus valde, scilicet in odore carnium, & adipis combusti ad honorem eius, & vocat istum odorem suauissimum, & gratissimū sibi. Sic patet supra c. 8. cum Noè incenderet in altari ad honorē Dei animalia masculina, quia subiungitur, & odoratus est Dominus odorem suauitatis. Sic habetur sæpe Leuit. 1. & per totum librum. Ista ergo incensio facta fuit a Iacob, licèt textus nō exprimat, ad Dei honorē. *Deo patris sui Isaac.* Expressit quis Deus esset iste, ne putaretur, quòd immolaret Deo directori viarum secūdum gentilium opinionem, s. Deo iugatiuo, qui in iugis potestatem habet: vel Deę Valloniæ, quæ vallibus præest, vel deæ Rurinæ, cui stulta Gentilitas agros, & rura, & vias planas commēdauit. De hoc Augustinus de ciuitate Dei. 4. lib. cap. 8. & ista explicatio non ponitur ad instructionem Hebræorum, qui satis credebāt Iacob nulli, nisi Deo vero immolare, sed ad Gētilium instructionem, qui putabant Iudæos talēs Deos colere. Sic patet tertio Regum, ca. 20. cum enim Benadab rex Syrię cum multitudine magna victus fuisset a paucis viris regis Achab dixerunt ei serui sui: Dij montiū sunt dij eorū. Sed melius est, vt pugnemus contra eos in campestribus. Sic enim credebant Syri Hebræos colere Deos montium, sed Deus tulit stultitiam hanc de vertice eorum, dicens per prophetam eodem cap. quia dixerunt Syri: Deus montiū est dominus, & non vallium, dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tua. De diuersitate horum latissima consideratio est in libris de ciuitate Dei, vsq; ad 10. lib. de hoc Ouid. in lib. 6. Fasto. & Ioannes Bocatio, de certaldo in lib. de Genealogia Deorū, de quo modicum tangitur. Exod. 23. sed latius 3. Reg. 20. c. & ibi vide. *Audiuit eum per visionem noctis.* Facto holocausto dormiuit ī lecto, & tunc audiuit vocem dñi. Sic. n. consueuerant patres sui audire vocem dñi per noctem. De Abraham patet supra 26. c. quando mandatum fuit ei ne descēderet in Aegyptum, sed maneret in Gerara. De Iacob ēt patet supra 28. c. quando apparuit ei Dominus in Bethel, & dormienti locutus est. Idem patet sup. 31. c. quādo Angelus monstrauit ei in somnijs arietes varios ascendētes super oues. *Vocantem se.* i. ipsum Iacob. Iste, qui vocabat Iacob Angelus erat, & non Deus, quia vt sæpe dictum est, sicut in rebus corporalibus naturalibus, licèt Deus sit causa prima simpliciter mouēs causas, & causata, tñ non agit ista naturalia p se ipsum immediatè, sed p causas subseruiētes, quia ad hoc est subordinatio cārū subseruiētiū: aliàs. n. superflua, & inutilis esset talis subordinatio. Sic ēt in natura spūali Deus hēt Angelos ministrātes, & Angelos assistētes, qa millia millia ministrabāt ei, & decies cētena millia assistebāt ei: vt patet Dani. 7. ca. iste autem ordo rectissimus est, cū ipsi ministrantes ad nos mittantur, vt patet ad Hebræ. primo cap. *Sunt administratorij spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.* Cum ergo Iacob esset vnus de prædestinatis, vt tota tenet ecclesia, ille, qui ei loquebatur, Angelus erat, aliàs ordo ille excellentissimus Hierarchiarū in assistētibus, & ministrantibus frustraretur, quod non decet. Et si arguas contra, quia iste, qui loquebatur dixit, ego sum fortissimus Deus patris tui, vt patet immediatè, quod non conuenit Angelo.

Obiectio.

Ad hoc respōdetur quòd iste qui loquebatur erat Angelus & loquebatur ista non in persona sua, sed in persona Dei, quem representabat. Sic enim patet Exo. 20. cap. in legislatione, vbi vox, quæ sonabat de medio ignis, dicebat: ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo seruitutis; nō habebis Deos alienos coram me. Iste tamen q loquebatur non erat Deus, sed Angelus, vt ait Apostolus ad Gala. 3. cap. lex ordinata per Angelos in manu mediatoris. *Iacob, Iacob.* Duplicatio nominis signum est certitudinis vocationis, & quòd illa res ad quam vocatur certa sit, & citò expleri debeat. sic enim interpretatus fuit Ioseph, quando Pharao dixit ei duo somnia, quæ ad idem pertinebāt. Respondit, quòd somnium ingeminatum fuit ad significandum, quòd sermo Dei fieri debebat, & quòd citò compleretur, vt patet supra 41. cap. Sic ista vocatio duplex significauit velocitatem in descensu illo, & quòd nullo modo Iacob in hoc dubitare deberet. *Ecce assumi.* Recta responsio, vt velociter vocans paratum habeat respondentem. *Ait illi Deus.* Ideſt Angelus, qui loquebatur loco Dei, vt supra declarauimus. *Ego sum fortissimus.* Sicut declarauimus supra 43. cap. licet omnis perfectio Deo eminenter conueniat, tamē cum quādoque secundum diuersa perfectionis attributa appellamus secundū illud, pro quo rogamus, vel quod narramus: & Deus cognoscens intima nostra, conformatur nobis in hoc modo loquēdi de se ipso. Vnde quia Iacob timebat incidere in magnas calamitates extra terram suam, ita vt nec ipse, nec semen suū amplius posset redire in terram Chanaam, Deus volebat ei promittere, quòd reduceret semen suum in terrā Chanaam, & quòd ipse sepeliretur in ea, quod pertinebat ad magnam potentiam agētis: ideo Deus ista agens se fortissimum vocauit tamquam potentem implere, quod promittebat Deus patris tui, ideſt quem coluit pater tuus, vel qui direxerim patrem tuū in omnibus vijs suis, & confirmaui illi promissiones Abrahæ. *Noli timere.* Timor Iacob erat, qui dictus est, scilicet, quia erat senex, & non putabat redire in terram Chanaam, sed quòd in Aegypto moreretur, & ibidem sepeliretur, & quòd posteritas sua deprimeretur ibi, ita quòd non possent multiplicari, & ad hoc respondet Deus dicens. *Noli timere.* Quia non euenient ista, vt tu putas. *Descende in Aegyptum.* Quia de terra Philistinorum versus Aegyptum existentem in latere Meridiano descensus est. *Quia in gentem magnam faciam te ibi.* Satis completa fuit ista promissio, quia 70. animæ de femore Iacob ingressæ sunt in Aegyptum. vt patet infra in litera, sed in exitu fuerunt sexcenta millia peditum potentium pugnare præter mulieres, & paruulos, & senes, quorum erat multitudo innumerabilis, vt patet Exo. duodecimo cap. *Ego descendam tecum illuc.* Deus, cum vbique totus sit, & totam terram, & cœlos impleat, nec adhuc comprehendi possit: quia, vt patet Ierem. cap. 23. Cœlum, & terram ego impleo. Et 3. Reg. 8. cap. nūquam ad aliquem locum ascendere poterit, nec descendere, eleuari, nec deprimi: prædicantur tamē ista de Deo secundum effectum. Deus enim dicitur cum aliquo descendere, quando descensum eius ad aliquem locum prosperum facit custodiens eum in illo. Quia ergo Deus directurus erat Iacob in descensu Aegypti, & manendo ibi, dicebatur descendere cum illo: *Et ego inde.* Ideſt, de Aegypto. *Adducam te reuertentem.* Hoc fuit impletum mortuo Iacob, quando instinctu Dei Ioseph duxit corpus eius ad tumulandum in terra Chanaam in spelunca duplici: vt patet infra 50. ca. Potest etiam intelligi de reditu filiorum suorum in terram Chanaam, quia pater in filijs redire dicitur, & tunc Deus reduxit eos, quia in prodigijs, & signis horrēdis eduxit eos de Aegypto, vt patet per totum Exodum. *Ioseph quoque.* Hoc etiam desiderabat valde Iacob, scilicet videre Ioseph, quia propter hoc principaliter descendebat in Aegyptum: ideo Deus promittit ei quòd non solum videbit Ioseph antequam moriatur, quinimmo Ioseph ponet manū suam super oculos tuos, ideſt stabit ad mortem tuam. In hoc autem magna consolatio erat ei, quòd moreretur inter dilectos suos. Et omnes homines quantumcunque boni sint, naturaliter inclinantur ad desiderandum mori in terra sua, & cum ęgrotant vellent esse in terra sua, qa viscerosior pietas est inter cognatos quàm inter extraneos, & putant homines impendi eis magis opera pietatis à suis quàm ab extraneis. Et sic dicebat Ouidius in lib. de Ponto desiderans redire de exilio in terram suam, & mori ibi.

Responsio.

Ne mea Sarmaticum contegat ossa solum.

Et post hoc mollius.

Ossa recubarunt manibus tumulata suorum.

Ponet manum suam super oculos tuos. Ideſt claudet oculos tuos cum mortuus fueris: quādo enim aliqui moriuntur, infrigidantur membra, & manent dura quasi gelida, ita vt congruè flecti nequeant. Ne ergo partes corporis valde deformes maneant immediatè, vt aliquis moritur, cum adhuc aliqua caliditas remissa in eo manet, cooperiuntur oculi eius à circunstantibus, & alia membra apte disponuntur, ne post cum cadauera infrigidata fuerint, plicari, & disponi nō possint. Erat autem apud antiquos consuetudo quòd ille qui à defuncto dum viueret magis diligebatur, morienti oculos claudat: & quia Ioseph magis diligebatur à Iacob quàm alij filij, vt patet supra 37. cap. ipse oculos Iacob morientis clausurus erat, si morti adesset. Promittendo ergo quòd Ioseph clauderet oculos eius, promittebatur quòd morti eius interesset. *Surrexit Iacob.* Scilicet sequenti die in aurora confortatus voce Angelica. *Aputeo iuramenti.* Ideſt ab illo loco, qui est iuxta puteum iuramenti: est enim ibi quædam villa, quæ ex nomine putei vocabatur Bersabee. *Tuleruntque eum filij sui.* Filij Iacob erant iuuenes, Iacob autem erat senex, scilicet annorum 130. vt patet sequenti cap. ideo ipsi disponebant plaustra, & alia iumenta ad subuehendum aliquid in via. *Cum paruulis, & vxoribus suis.* Istud relatiuum non refert Iacob, sed filios suos. Patet, quia dicitur cum paruulis, & vxoribus suis, Iacob autem nullos filios paruulos habebat. De vxoribus autem vtrum tunc vxores haberet ex textu non apparet: De Rachele autem satis constat, quòd mortua fuerit supra 35. ca. De Lya autem, Bala, & Zelpha non patet, sed volunt eas tunc viuere Doctores Latini, & Hebraici. Et si dicatur de Lya contra quia infra 49. cap. dicitur, quòd Lya sepulta fuit in spelunca duplici. Sed non fit mentio, quòd ducta fuerit in terram Chanaam ad sepeliendum ibi; ergo mortua fuit in terra Chanaam antequam descenderet Iacob in Aegyptum.

Quis timor erat Iacob.

Deus vbique & totam terrā & Cœlos implet.

An Iacob duxerit secū in Aegyptum aliquam ex vxoribus suis.

Ad hoc posset responderi fortè quòd ipsa descēdit in Aegyptum, & ibidem mortua, deinde reductum

fuit eadauer eius in terram Chanaam, licet nō fit mē- F
tio qñ reductum fuerit. Sic enim volūt multi, q̄ ossa
omnium Patriarcharum, scilicet 12. filiorum Iacob
mortuorum in Aegypto ducta fuerint in terrā Cha-
naam in exitu de Aegypto, licet de solis ossibus Io-
seph sacra scriptura cōmemoret, vt patet Exo. 13. ca.
Si ergo ossa Lyæ in terram Chanaam ducta sunt, hoc
fuit in reditu de Aegypto, quia non fuit pro ipsa facta
specialis reditio in terram Chanaam, sicut pro Iacob.
mihi autem videtur conuenientius dicendū diu mor
tuam fuisse ante descensum in Aegyptum, & sepultā
in terra Chanaam. Id quod inducitur de ossibus Pa-
triarcharum. s. 12. filiorum Iacob, non multum verisi
mile est. Et videt hoc dicere scriptura Exo. 13. ca. vbi
sit mentio de reductione ossium Ioseph. Dr̄. n. in lite G
ra tulit autem Moyses secum ossa Ioseph, eo q̄ abiu
rasset filios Israel dicens visitabit vos Dñs ferte ossa
mea hinc vobiscum. In quo textus innuit rōnem, q̄ li
cet Ioseph fuisset omnibus filijs Israel quasi pater, tñ
ossa eius inde portare durum eis erat, nisi quia eos adi-
urauerat. Cum aūt alij non legant adiurauisse, nō est
valde probabile ossa eorum inde fuisse reducta.

Item quia si ossa istorum Patriarcharum reducta
fuissent in terram Chanaam, verisimile est, q̄ quæli-
bet tribus reduceret ossa patris sui, aliàs. n. nō decebat,
nec vna tribus multum curaret ducere ossa Patriar-
chæ, qui non pertinebat ad suam Tribum filijs eius
ducere negligentibus, sed filij Ioseph non curauerunt
ducere ossa patris sui Ioseph, qui honoratissim⁹ erat, H
cum dicat textus Exo. 13. cap. q̄ Moyses ista ossa secū
tulerit: ergo aliæ Tribus nō tulerunt ossa aliorum Pa-
triarcharum. Et fortè sepulchra eorum non cogno-
scentur, vel in tanta festinatione exeundi ad hoc attē-
dere non poterant. Patet Exo. 16. ca. vbi dr̄, q̄ Pharao,
& serui eius instabant monentes Iudæos, vt citò rece
derent, vnde massas conspersas fermentare non po-
tuerunt, vt ibidem hr̄. His rationibus non obstantib⁹,
quæ satis videntur concludere: dicendum est, q̄ ossa
omnium 12. Patriarcharum filiorū Iacob ducta sunt
in terram Chanaam, vt patet Actu. 7. cap. cum dr̄. Et
descendit Iacob in Aegyptum, & defunctus est ipse,
& patres nostri, & translati sunt in Sichem, & positi
sunt in sepulchro, quod emit Abraham. Dicendum I
ergo referri ista litera ad filios Iacob. s. q̄ ipsi tulerunt
patrem suum Iacob, & vxores suas non vxores Iacob,
sed quas ipsi habebāt, & paruulos suos etiam. *In plau-
stris.* Hic dicitur per recapitulationem, quia prius filij
Iacob tulerunt eum, & omnia sua in plaustris, q̄ rece-
derent de loco, in quo morabantur, sed hic ponit pri-
mo, q̄ recesserint de terra sua, deinde q̄ portati fue-
rint in plaustris. *Quæ miserat Pharao.* Vt patet præce. ca.
Senem. Scilicet Iacob, qui erat annorum 130. vt pa-
tet seq. ca. *Et omnia, quæ possederat.* In bonis mobilibus.
Venitque in Aegyptum, cum omni genere suo. Idest cum om
nibus descendentibus ab ipso. *Filij eius, et nepotes.* Hoc
est exponens superioris, quia genus Iacob erant filij
eius, & nepotes: habebat enim quilibet de filijs Iacob
iam vxorem, & filios. *Et filiæ.* Iacob non habebat fi-
lias, sed vnam tantum filiam, scilicet Dinam, & ista K
vocatur hic pluraliter, sicut de homine vnicum filiū
habente dicimus, quod filios habet. Sic patet infra de
Dan, filio Iacob, qui vnicum filium habebat, scilicet
Vsin: & dicitur habere filios. Vel vocātur hic filię Ia-
cob filiæ filiorum suorum, quia sic est consuetudo sa
cræ scripturæ omnes superiores vocare patres, & om-
nes descendentes vocare filios, vt patet extra de ver.
signifi. cap. nam & Rex Nabuchodonosor.

Hæc autem sunt nomina. Hic ponitur secundū, scilicet
descendentium numerus. Numerat hic scriptura om
nes descendentes in Aegyptum ad demonstrandam
diuinam bonitatem, quæ ex tam paucis tantam mul
titudinem ampliauit, de qua postea Exo. 12. cap. quæ
fuit in exitu de Aegypto sexcentorum millium pedi
tum absque paruulis, senibus, & vxoribus, vocātur au
tem hic filij Israel non illi, qui immediati erant filij Ia Qui vocā-
cob, sed etiā omnes descendentes ab eo, quia filij sui tur filij Is-
immediati duodecim soli fuerunt. *Qui ingressi sunt in rael.*
Aegyptum. Aliqui computantur hic, qui non intrauer-
unt in Aegyptum, sed ibi nati sunt, vt Manasse, &
Ephraim, qui infra computantur inter filios Rache-
lis. Ad hoc dicunt aliqui, quòd isti dicuntur ingressi
in Aegyptum non in seipsis, sed in patre suo, cum fi-
lius præextiterit quædam pars patris ante generatio-
nem, & moto patre mouebatur illa pars cum eo, de
quo Aristo. 8. Eth. Sed hoc nihil est, quia tunc omnes
alij, quos isti filij Iacob intrantes in Aegyptum genue
runt in Aegypto, dicentur ingressi in Aegyptum, &
sic non solum erunt. 70. animæ de femore Iacob in-
gressę in Aegyptum, sed plures quàm mille, quod nō
congruit dici. Dicendum ergo, q̄ illi, qui erant de se-
mine Iacob, & ante descensum Iacob in Aegyptum
geniti erāt, dicuntur descendisse cum Iacob in Aegy
ptum: quia ante Manasse, & Ephraim erant geniti, qñ
descendit Iacob in Aegyptum, quia fuerunt nati ante
annos sterilitatis, vt patet supra 41. cap. dicuntur in-
gressi cum Iacob: alij autem de quibus arguitur non
erant tunc geniti, sed postea in Aegypto nati sunt.
Vnde dicendum, quòd quando descendit Iacob in
Aegyptum, nulli alij de semine suo nati erant, qui su-
perstites essent in Aegypto, vel extra Aegyptum, nisi
hi, qui hic nominātur. *Primogenitus Ruben.* Hic nume
rat secundum ordinem natiuitatis, & secundum vxo
res: ita quòd posito vno de filijs Iacob subdūtur mox
omnes filij eius, scilicet nepotes Iacob. Vt posito Ru-
ben subsequūtur filij eis, & posito Iuda sequūtur om-
nes filij eius. *Primogenitus Ruben.* Secundum priorita-
tem natiuitatis, sed non secundum iura primogenitu
ræ. Quia pars iurium primogenituræ translata fuit
ad Ioseph, scilicet duplex portio hæreditatis, & pars
ad Iudam, scilicet principiatus regnatiuus. De quibus
infra 48. & 49. cap. filij Ruben quatuor ponuntur.
Filij Simeon, Iamuel. Iste vocatur Numeri. 16. cap. Na-
muel. *Et Ahod.* Iste vel citò mortuus est, vel prolem
nullam habere potuit. Vel forte omnes filij eius mor
tui sunt in deserto in fornicatione cum mulieribus
Moabitarum, in qua punitione dicuntur fuisse om-
nes de stirpe Simeon cum Princeps, scilicet Zambri,
qui ingressus fuit ad Madianitidem fuerit Dux Tri-
bus Symeon, vt patet Numeri 25. vel per alias plā-
gas, & mortes creberrimas cōciderūt, quia in com-
putatione Tribus Simeon in ingressu terræ promis-
sionis non inuenitur aliquis de familia Ahod: nec
etiam in Paralipomenon primo libro cap. 4. vbi ista re
capitulantur. De istis duobus Sohar, & Haod fit men
tio Exo. 6. ex quo innuitur, quòd istorum progenies
fuit mortua in deserto, cum ibi numerentur post in-
gressum in Aegyptum, & non numerentur in exitu
de Aegypto, vt patet Numeri 26. cap. *Et Sohar.* De
isto nihil reperitur in computatione facta in libro Nu
merorum, nec in Paralipomenon, sed ponitur ibi
alius, qui vocatur Zare, qui fortè est idem quod iste,
sed est Binomius, de quo sæpe reperitur in scriptura,
vt declarauimus supra 36. ca. Vel fortè dicetur, quòd
filij Sohar perierunt in deserto, & iste Zara, siue Zare
sit alius filius. Ponitur etiam alius filius, qui vocatur
Iarib primo Paralipomenon cap. 4. de quo magis ibi-
dem dicetur. *Et Saul filius Chananitidis.* Idest Cha-
nanææ. Quæ autem fuerit ista Chananęa, dubita-
tur. Ra. Sal. vult quòd ista Chananæa fuerit Dina filia
Iacob, & vocat hic Chananæa, qa a Chananęo viro. s.

Sichem

Accipitur sępe plura le pro singulari.

Descēdē tium Numerus.

Opi. Rab. Ilio. Sichem filio Hemor stuprata fuit, vt patet supra 34. A
dicit. n. q̄ qñ Simeon, & Leui depopulati sunt vrbē
Sichem, & acceperūt Dinam sororē suam de domo
Sichem, vt patet supra 34. cap. ipsa videns se defloratā,
& immundam, abominabilemque factam timebat
venire cum eis in domum patris sui, ideo Simeon fra
ter suus dixit ei: Ne timeas ire, quia ego promitto ti-
bi, q̄ te ducam in vxorem. Quod vt ipse refert sic fac-
tū est. Sed hoc non videtur conuenienter dictum, q̄
frater acciperet sororem ex eodē patre, & matre in
Confuta. vxorem, cum solum licuerit hoc in statu primæ con
ditionis, cum nullæ aliæ fœminæ haberi possent. Nec
est credendum q̄ Iacob aliquid tale consenserit fieri.
Etiam, quia non est rō sufficiens, q̄ ista vocarēt Cha-
nanitidis, siue Chananæa solum, quia stuprata fuit à B
Rabbi A. ben Ezra opinio. Chananeo viro. Rabbi Aben Ezra melius vr̄ dicere. s.
q̄ ista fuerit mulier de genere Chananæorū: Ex quo
innuitur, q̄ Simeō accepit plures vxores, quarum vna
fuit Chananæa, ex qua genuit Saulem, alij aūt nō fue
runt filij Chananæarum mulierum. Ex hoc etiam vo
lunt Iudæi, q̄ nullus istorum Patriarcharum filiorum
Iacob assumpserit vxorē Chananæā p̄ter Simeonē,
sed alij acceperint vxores Moabitidas, Amonitidas,
vel Madianites, siue Idumęas, vel de gñe Ismael, qa
oēs iste deriuabantur ab Abraham, & patre eius Tha
re. Et si arguatur de Iuda, qui accepit vxorem filiam
viri Chananæi: vt patet supra 38. cap. rñderi pōt fm
Hebræos, q̄ Chananæus non signat ibi virum descen
dentem de genere Chanaam, sed mercatorem. Di- C
cunt autem q̄ ille erat de gñe Idumæorum, vel alia-
rum gentium, quæ non essent Chananææ. Sed adhuc
non multum vr̄ hoc: rōnabilius. n. diceretur quòd Iu-
das accepit vxorem de filiabus Chanaā, quia ille vir,
qui dedit Iudæ filiam suam in vxorem erat Odolami
tes, vt patet supra 38. cap. Odolam autem erat in terra
Chananæorum; patet quia postea fuit in terra, quam
acceperunt filij Israel, & cecidit in sorte Iudæ, de quo
fit mentio 1. Reg. cap. 22. filij aūt Israel nullam aliam
terram acceperunt in possessionem, nisi illam, quæ p
Responsiō Doctoris. tinebat ad populos Chananæorum; & hæc sola pro-
Prima ratio. missa est eis, vt patet supra 15. cap. de terra autem Idu
Secunda ratio. męorum, vel Moabitarum, Amonitarum, & aliarum
gentium pertinentium ad stirpem Abrahæ non acce D
Obiectio. perunt, nec passum pedis, vel vestigium, vt patet Deu
tro. 2. cap. Item patet hoc, quia nō solum socer Iudæ,
sed etiā vxor data sibi filia illius vocatur Chananęa, vt
patet 1. Paralip. 2. cap. Et si dicas, quare ergo non no-
minauit hic Iudam habuisse vxorem Chananitidem?
Dico quòd non erat necesse, quia iam supra expres-
sum fuerat cap. 38. *Filij Leui.* Isti tres filij, qui hic po-
nuntur manserunt semper, vt patet Exo. cap. 6. & Nu
meri 3. & 4. cap. & primo Paralipo. 6. cap. de istis enim
Respō sio. perierunt pauciores in deserto, quàm de alijs Tribu-
bus: quia maledictio illa, quæ data fuit Numeri 14.
cap. quòd nullus illorum virorum, qui numerati fue-
rant, & exierant de Aegypto à 20. annis supra intraret
terram promissionis præter Caleb, & Iosue non ceci-
dit super Leuitas: quia ipsi non erāt numerati inter il
los, qui erāt ad bellum numerati à 20. annis, & supra.
Filij Iuda, Her, & Onam. Isti duo non descenderunt
in Aegyptum, quia mortui sunt in terra Chanaam,
vt patet in litera, & supra. 38. cap. sed computātur hic.
alias non reperirentur 33. filij Lyæ, & Dina filia, vt pa
tet infra, nisi isti computarentur.

Quæst. 1. Quare cō putantur hic Her, & Onan filij Iudę cum mortui in terra fuis-sent. Posset dici quòd non computantur hic tamquam
descendentes in Aegyptum, sed solum quia erant fi-
lij Iuda. Sed adhuc non stat ratio, quia litera ponit 70.
animas de femore Iacob ingressas Aegyptum: tamē
si non computentur isti deficient duæ animæ, vt pa-
tet inducendo particulariter computationem.

Alph. Tost. super Gen.

Item quia ponuntur in litera esse filij Lyę 33. Sed si
non computentur isti, erunt solum 31. vt patet com-
putando in litera. Aliqui respondent, vt Magister in
scholastica Historia, quòd loco istorum duorū Onan,
& Her ponuntur duæ ancillæ Lyæ, & Rachelis, quæ
fuerunt vxores Iacob. Sed hoc valde falsum est, quia
litera dicit septuaginta animas de femore Iacob in-
gressas in Aegyptum: manifestum est autem, quòd
Bala, & Zelpha vxores Iacob non egressæ fuerant de
femore eius. etiam quia tunc pari ratione computarē-
tur vxores filiorum Iacob, & nepotū eius, & sic erunt
plures quàm nonaginta animæ.

Dicendum est ergo, q̄ non computantur hic Her,
& Onan, tanquam ingredientes in Aegyptum, sed tā-
quam filij Iudæ. Et ad rationes respondetur.

Ad primam quando dicitur, quòd 70. animæ sunt
egressæ de femore Iacob, & ingressæ in Aegyptum,
dico quòd verum est, quia etiā si tollamus istos duos
ponuntur loco eorum alij duo, scilicet Iacob ipse, qui
ingressus fuit, licèt non sit de femore suo, tamen quia
omnes alij erant de femore suo computatur ipse cum
eis. Et ponatur Iacobed filia Leui, quæ nata fuit in iti-
nere, dum venirent in Aegyptum. Veruntamē est de
ista Iacobed, id quod Exod. 2. cap. declarabitur. Vel da
to quòd non computarentur isti, & non sit numerus
completus, tamen more scripturæ sic ponitur frequē
ter, vt de paucis non curetur, dum tamen ponatur nu-
merus completus. Sed primum verius est, quòd scri-
ptura voluerit hic ponere numerum completum cer
tificatum. Et hoc innuitur infra, cum ponitur primo,
quòd animæ ingressæ cum Iacob fuerunt 66. comput-
tando solum eas, quæ descenderunt simul cū eo, dein
de dicitur, quòd fuerunt 70. animæ computando om-
nes quotquot erant, siue tunc descendentes, siue ante.
Et tunc ponuntur Ioseph, & duo filij sui, qui erant in
Aegypto, qñ veniebat Iacob, nec descenderunt cum
eo. Et ponitur ipse Iacob cū istis tribus, quia non com
putatur cū alijs præcedentibus, & sic finitur numerus
totalis. Ad aliā rōnem de 33. filijs Lyę, non ponitur ad
sciendum quot de filijs suis descenderint in Aegyptū,
sed ad sciendum quot filij erant omnes, qui nati fue-
rant de Lya vsque ad descensum in Aegyptum. Et
tunc sunt 33. filij. Alio modo potest respondere, & me
lius, q̄ isti filij Lyæ computantur ad sciēdum quot de-
scenderint in Aegyptum. Et dico, q̄ non computatis
his duobus, adhuc manent 33. filij computando Dinā
cum eis, & aliquam aliam filiam, quam habuerit aliqs
de filijs Lyæ, & hoc innuit textus, cū dicit omnes ani-
mæ filiorum eius, & filiarum 33. Oportet ergo ibi cō-
putare filias. Sed non pōt hoc stare computādo Her,
& Onan in his 33. Quia tunc non possent computari
filię, nec vna, quia computata Dina sola super oēs illos
erunt 34. animę. Concluditur ergo non esse computā
dos istos duos in hac summa descendētium in Aegy-
ptum. *Et Sela.* Istū, & alios duos priores habuit Iudas
de Sue chananitide, vt patet sup. 38. c. *Phares, & Zaram.*
Istos duos genuit vno concubitu cum Thamar nuru
sua, vt patet supra. 38. c. de tribus autem vltimis filijs Iu
da nullus defuit, quin familiā a se denominaret, vt pa-
tet Num. 26. & 1. Paralip. 2. c. *Mortui sunt Her, & Onan
in terra Chanaan.* Quia occidit eos Deus morte pessima
cum essent viri nequissimi coram domino. Quorum
nequitia tangitur supra 38. cap. & ibi diximus de hoc.
Natiq; sunt filij Phares, Hesron, & Hamul. De filijs Phares
fit hic mentio, & non de filijs Zarę, & Sela, licèt isti fi-
lios habuerint, & familias denominauerint, vt patet
Numeri 26. c. s. familiam Zareitarum, & Selaitarum.
Ratio est, qa iste habuit iura primogenituræ in tribu
Iuda, vt patet post ex descensu regum & principū, qa
Aminadab, & Naason, q̄ fuerūt principes in tribu Iu-

Quare fit mētio de filijs Pha-res, & nō de filijs Za-rę, & Sela.

da,fuerunt descendentes per lineam Phares, vt patet Matth.primo cap.& Luc.3.& primo Paralipo.2 cap. De Principatu autem Naason patet Numeri 7.cap.& Exod.6.cap.Et forte dicetur, quòd non est ista causa quare posiri sunt hic filij Phares, sed ex eo, quòd primo genuit Phares quàm Sela,vel Zaram.

Sed hoc non videtur rationabiliter dictum,quia licet de Zara concedi posset,quia Phares, & Zaram eadem die nati sunt,vt patet supra 38.ca. tamen de Sela non debet concedi,quia Sela erat iam adultus, quando Phares,& Zaram nati sunt,patet supra 38.cap. vbi dicitur, quòd Iudas promiserat dare Thamar Selam filium suum , cum esset adultus : cum autem transissent dies multi,& Sela esset adultus,videns Thamar, quòd non dabat eum sibi Iudas in virum, mutauit habitum suũ assumpto habitu meretricio, & sedens in biuio cognita fuit à Iuda , ex quo coitu peperit Phares,& Zaram:iam ergo erat adultus, & magis quàm adultus Sela,quando natus est Phares : ergo verisimiliter prius deberet gignere filios Sela quàm Phares : sed ponuntur hic filij Phares , & non Selæ ex causa supradicta.Sed adhuc quomodocunque dicatur necesse est ponere , ista dici per anticipationem, quia filij Phares non potuerunt esse nati ante descensum in Aegyptum,quia secundum quòd probauimus supra 38.cap.Phares,& Zaram nati fuerunt de Thamar anno,quo descendit Iacob in Aegyptum. Necesse erat, quòd Phares tunc haberet ad minus annos 16. vel 17. quia non poterat gignere ante annum 14. cum tunc pueri pubertatem non habeant. Et dato quòd contingeret aliquẽ puberẽ gignere ante annos 14.tñ non est verisimile,quòd ei vxor daretur, quia puer in tam tenera ætate recipiens vxorem eneruatur,& effeminatur valde,nec gignere potest , & si gignat fœtus miserrimi,& defectuosissimi sunt,vt patet per Philosophum 7. Politicorum : de quo latè diximus supra 30.ca.hoc autem nullo modo esse posset,quòd Phares 16.vel 17.annos ageret,quia per computationem satis latam quam fecimus supra 38. cap. ponebatur, quòd iste natus fuisset in anno descensus Iacob in Aegyptum . Et hoc procedebat dato quòd Iudas accepisset vxorem anno.18. & Her filius suus anno.18. & Onam eodem anno.18. sequenti secundum ordinem natiuitatis eorum , & deinde aduenienti anno. 18. Sela debebat dari Thamar in virum secundum promissa Iudæ,sed dicitur in textu supra 38.cap.quòd transierunt dies multi:& non fuit datus ei Sela in virum:hoc autem esset ad minus in anno.20. Selæ, & tunc cognita fuit Thamar à Iuda. Si ergo nos velimus detrui, care ab ista computatione annos 16. vel 17.quos haberet Phares in anno descensus in Aegyptum,detruncabuntur octo anni de annis,quos habebat Iudas , quando contraxit matrimonium , & alij octo de annis,quos habebat Her,vel Onam filij Iudę, quando contraxerunt, quia ferè eodem anno duxerunt vxores,vel vnus vno anno, alius sequenti anno. Et sic manebit quòd Iudas quando genuit primogenitum suum, erat annorum decem , vel ad maius decem,& dimidij,& eodem modo Onam filius suus,& Her,quod impossibile est, quia nullus in tali ætate gignit.

Item si diceremus, quòd Phares habebat duos filios in anno , quo descendit Iacob in Agyptum,dabitur necessariò,quòd Iudas posset habere pronepotes, & vltra in anno illo immo vltra pronepotes , qui sunt tertia generatio,quod sic patet. Her erat primogenitus Iudæ, ergo illo anno, quo duxit Her vxorem Thamar,potuisset ab ea habere filiũ, quia ipse potẽs erat, & ipta disposita erat,nisi ipse fuisset pessimus,& fudisset semen in terrã,& filius istius fuisset nepos Iudę, de inde filius alius,qui inde gignereẽ,foret pronepos Iudæ.Sed tãtum,& amplius tempus hic expensum est, quia quãdo accepit vxorem Her,qui potuisset gignere filium,qui esset nepos Iudę,non genuit,& mortuo isto.Onam frater suus accipiens eandem vxorem,cũ potuisset gignere pari modo filium , qui esset nepos Iudæ, non genuit,sed semen fundebat in terram , & mortuus est,& Iudas potens recipere tunc filiũ Thamar,qui secundum rectam lineam filiorum esset nepos,non susceptt,sed transierunt dies multi, vt patet in litera supra 38.cap.& postea fraudulenter Thamar se ei exhibuit in habitu meretricio cognoscendã , vnde concepit,& peperit Phares,& Zaram, qui poterãt esse nepotes,immo magis quàm nepotes,quia multũ tempus intercidit,in quo gignere potuissent,sed à gignendo vacauerunt. Deinde Phares genuit duos filios.Secundum istorum positionem diceretur eũ habuisse duos filios in anno descensus Iacob in Aegyptum.Tollantur ergo tempora ista,quæ manent superflua ad generationem , scilicet duo anni ad minus , vt vocentur dies multi, in quibus poterat dari Sela Thamar in virum, & nõ datus est.Et vnus in quo duo fratres Her,& Onam eandem vxorem accipientes mortui sunt.Tollatur etiam vnus annus, in quo Phares secundum filium genuisset,& faciẽt quatuor annos additos ad tres generationes. Nunc autem considerãdũ est in quãto tpe põt esse tres generationes. Et accipiatur sic, põt aliquis hõ gignere in anno 15. & habebit filium natum anno.16.deinde post alium annum 16. habebit nepotem,& sic erũt anni 32.deinde post aliũ 16.annum hẽbit pronepotẽ,& erunt anni 48.cum ergo Iudas habere poterat pronepotem si Phares duos filios genuerat,vt probatũ fuit supra, hẽret ad minus annos 48.tũc.Quibus addantur anni quatuor,in quib⁹ cum gignere potuissent à gignendo se cohibuerũt, vt supra declarauimus:manebit q⁹ si Phares in ingressu Iacob in Aegyptũ duos filios habuit , Iudas annos 52.habuit.Sed hoc impossibile est,ergo illud , ex quo sequit.s.q⁹ Phares tũc filios duos habuerit.Ais patet : quia Iudas habebat tres annos , vel ad maius quatuor super Ioseph,quod declaratum fuit supra 30.ca.Quia Iudas fuit quartus filius Lyę,& in fine illius septennij, in quo Lya gignere cępit, natus fuit Ioseph ,vt patet ibidem.Sed Ioseph erat tunc annorum 39.ergo Iudas erat ad plus annorum 43.& sic deficient ei nouẽ anni ad completionem.Ais patet,quia Ioseph compleuit annum 30.qñ stetit corã Pharaone ad interpretandũ somnium,& sequenti anno incępit fertilitas: vt patet supra 41.c.sed annus,in quo descendit Iacob in Aegyptum erat annus secundus sterilitatis:ergo transierãt nouem anni à tpe,quo stetit Ioseph corã Pharaone. Et sic erant anni Ioseph 39. & Iudas habebat ad plus annos tres super Ioseph, vel tres, & dimidium : ergo haberet ĩ anno ipso,quo ingressus fuit Iacob in Aegyptum 43.annos non completos. Concludendum est ergo ex superioribus,q⁹ Phares non habebat filios,q⁹ intrauit Aegyptum,sed fuit facta hic anticipatio de filijs eius,& computantur inter intrantes, licet non intrauerint in se ipsis,sed fit mentio de eis pp dignitatẽ primogenituræ tribus regalis.*Filij Isachar.* Hic non seruatur ordo natiuitatis , quia prius nati sunt Aser, & Gad,quàm Isachar,vt patet supra 30.cap. sed quia illi non sunt filij Lyæ,vt ponantur simul filij Lyæ intercipuntur alij duo,qui erant filij Zelphæ.Prius etiam nati sunt filij Balæ,duo.s.Dã,& Nephtalin,sed eadẽ causa reticentẽ.*Thola.*Quatuor filij Isachar ponunt hic.Nomẽ istius non mutat.*Et Iobab.* Iste vocatur Iasub Nu. 26.& 1.Paralipo.7.cap. *Et Semron.* Iste vocatur Semiron Numeri 26.cap. & vocatur Samaron 1. Paralipome.7. cap. *Filij Zabulon .* Iste fuit sextus,& vltimus filius

In quãto tempore possunt esse tres generationes.

Iudas fuit quartus Lyæ filius.

Determinatio.

filius Lyæ,vt patet supra 30.de filijs istius nullus defecit,quin faceret familiam,quia tres familiæ ab eo deriuatæ sunt iuxta numerum trium filiorum, vt patet Numeri 26.cap. *Hi filiæ Lyæ.* Satis poterant intelligi omnes superiores per istud relatiuum,hi, qa licet nõ essent immediatè filij Lyæ:erant tñ filij filiorum suorum,& sic poterant vocari filij sui. Sed solum debet referri ad sex de superioribus patres omnium aliorũ, *qui fuerunt immediati filij Lyæ, quia litera sequens* prohibet referri ad omnes cum dicitur. *Quos genuit in Mesopotamia.* Scilicet Ruben,Simeon,Leui, Iuda, Issachar,Zabulon. Hi enim geniti sunt in Mesopotamia, vt patet supra 30.cap.nullus autem de alijs supra enarratis ibi genitus fuit. Quod patet,quia primogenitus, Lyæ,& Iacob erat solum 12.annorum, quando venerunt de Mesopotamia, quia Iacob mansit annis 20.in Mesopotamia,vt patet supra 31.ca. à quibus si subtrahantur septem primi,in quibus seruiuit pro vxore, & non fuerat adhuc ei data, manent 13 . Subtrahantur etiam nouem menses,in quibus filium adhuc habere non potuit , & manebunt 12. anni:in tali autem tempore nullus potest gignere. *In Mesopotamia Siriæ.* Nõ est ista Siria ; cuius caput est Damascus , de qua Isa.7. cap. quia illa est ad austrum terræ Chanaam contra Aegyptum,& Arabiam ; alia est ad Septentrionem, scilicet in qua est Mesopotamia inter Tigrin, & Euphratem,de quo magis diximus supra 24.cap.*Cum Dina filia sua.* Dina etiam filia Lyæ,quæ in ciuitate Sichẽ à Sichem filio Regis Hemor stuprata fuerat , deinde strage ciuium facta, à fratribus recepta, Aegyptũ ingressa est,sed vtrum maritata,an non , litera subticet. licet Ra.Salo.dixerit eam accepisse in virum, Simeonem fratrem suum,sed hoc supra repulimus. *Et omnes animæ Filiorum, & filiarum eius trigintatres .* quod verum est computando solos tunc superstites . Sed si numerentur omnes nati ab ea siue viuentes,siue mortui,ita quòd ibi computentur Her,& Onam,plures erunt q̃ 33.quia ad minus erunt 34. Non sunt ergo computãdi illi quia mortui fuerant. Ideo textus hoc innuit cõ memorans , quòd mortui fuerint , quasi dicat,quòd non est computandum super eos.

*Filij Gad.*Hic ponunt̃ filiæ Zelphæ ancillę Lyę,ante istã tñ peperit Bala ancilla Rachel,vt patet supra 20. cap. ex eo autem quòd Lya vidit ancillam Rachelis pariẽtem , tradidit ancillam suam Zelpham viro suo Iacob,& peperit duos.Sed non præponuntur filij Balæ, ne filij ancillæ præponantur filijs dominæ suæ . Et si dicas, non deberent ergo filij Zelphæ præponi filijs Rachel , quia Zelpha erat ancilla Rachel autem domina . Respondetur,quòd licet Zelpha esset ancilla , tamen non erat ancilla Rachelis , ideo filij eius bene poterant præponi filijs Rachelis maximè, quia filij Zelphæ erant filij adoptiui Lyæ,ideo positis filijs naturalibus Lyæ,ponuntur adoptiui , ne intercipiantur alij.Iste ponitur habere septem filios,de quibus in litera,& nulla defectio fuit in istis,quia totidem familiæ ponuntur Numeri 26. cap. *Esebon.* Iste vocatur Ozni Numeri 26. cap. *Heri.* Iste vocatur her. Numeri 26.*Arodi.* Iste vocatur Arod Numeri 26.*Areli.* Iste vocatur Ariel Numeri 26.

Filij Aser. Iste fuit secũdus filius Zelphæ.Iste habet quatuor filios, & vnam filiã,& deficit ista vna familia. Quia Nu.26. vbi computati sunt oẽs superstites,filiorum Israel post mortes,& plagas frequentes,solę tres familiæ Aser computate sunt. *Et Iesua.* Iste vel filios non habuit,vel omnes in deserto perieret,quia in Cathalogo omnium Israelitarum nullus ponitur de stirpe Iesua,sed de stirpe Iessui,qui fuit alius filius,vt patet immediatè. *Beria .* Iste vocatur Brie Numeri 26.ca. *Soror eorum Sara .* Ista fœmina ponitur hic inter ne-

Hic ponũtur filij Iacob quos genuit in Mesopotamia.

Iacob habitauit annis 20. in Mesopotamia.

Siria est duplex.

Opi. Rab. Salo.

Obiectio.

Responsio

potes Iacob propter dignitatem nominis , quia vocata fuit eo nomine,quo vxor Abrahæ. *Filij Beria , Heber,& Melchiel .* Eisdem nominibus vocantur istę duæ familæ Numeri 26. cap. *Hi filij Zelphæ.* Istud relatiuum refert omnes supra computatos . Et verum est , quòd omnes hi sunt filij Zelphæ immediatè,vel mediatè. Et patet quòd referatur ad omnes per literam , quæ infra sequitur, scilicet, q⁹ Zelpha genuit 16.animas:totidem autem sunt omnes superiores computati . *Quam dedit Labam filiæ suæ .* Ideſt quòd Laban dedit istam in ancillam filiæ suæ,& pòst ipsa Lya tradidit eam Iacob in vxorem : vt patet supra 30. cap. *Et hos genuit.* Quosdam immediatè,scilicet Aser,& Gad, alios 14. mediatè . *Sexdecim animas .* Ideſt isti omnes sunt 16. animæ. *Filij Rachel vxoris Iacob .* Hic ponuntur filij Rachel : & primo ponuntur filij eius naturales,deinde filij adoptiui , qui erant filij naturales Balæ . *Vxoris Iacob .* Licet aliæ tres essent vxores Iacob ista tamen specialius erat vxor Iacob . Sic dixit ipse supra 44.cap.duos peperit mihi vxor mea, scilicet Rachel. Erat autem specialis in duobus ; primo , quia ipsa erat vera vxor Iacob , quam ipse intendit Iacob ducere in vxorem : Lia autem ei fraudulenter impo sita est.ancillæ verò ad instantiã dominarum suarum in vxores a Iacob susceptæ sunt , non autem ipso petente. Secundo ista fuit specialis , quia eam tenerius dilexit:ita vt hanc solam plus cęteris tribus diligeret. vt patet supra 29.cap. *Ioseph , & Beniamin .* Hos solos genuit,vt patet in superioribus,vnde ipsum Beniamin instante morte enixa est. *Nati sunt Ioseph filij in terra Aegypti .* Isti non intrauerunt in Aegyptum cum Iacob: quia in Aegypto nati sunt. *Quos genuit ei.* Ideſt concepit . *Aseneth filia Putipharis .* De Aseneth & Putiphare supra 41.cap. satis diximus , ibi quæras. *Sacerdotis Eliopoleos .* Ideſt qui erat Sacerdos in ciuitate Solis , q̃ dicitur in Græco Eliopolis ab elion, quòd est Sol , & polis quòd est pluralitas , vel ciuitas , quasi ciuitas Solis . In Hebræo dicitur . *Sacerdotis On .* Et dicunt quòd On sit nomen idoli , cui immolabat , & cultum exhibebat . *Filij Beniamin .* Isti sunt decem secundum computationem totalem filiorum Rachelis,quæ ponitur infra , sed in litera solum computantur nouem . In quo satis apparet literam nostram scriptorum ignorantia , & negligentia viciatam , quia in Hebræo decem nomina ponuntur . Vnde aliqui de Doctoribus nostris,qui literam Hebraicam non vide runt diuiserunt aliqua de istis nominibus. Vnde magister Hugo primo nomen tertium,scilicet Asbel in Asa , & Belum diuisit. Sed adhuc hoc secundum nostram literam non stat, quia infra in Cathalogo filiorum Israel , Numeri 26. vna familia Beniamin vocatur familia Asbelitarum , quod necessario arguit esse vnum nomen : quia ex duobus nominibus non deriuatur vnum possessiuum . Est ergo error in alio nomine quod Latini coniungunt, de quo infra dicetur. In filijs autem Beniamin magnus defectus fuit , quia de decem filijs solę quinque familiæ remanserunt: vt patet Numeri 26.& primo Paralipo.8.cap.Et hoc vel quia quinque de istis filijs minimè genuerũt, vel quia in deserto perierunt,quod magis videtur , de quo diximus Numeri 26.cap. *Hebi .* Iste vocatur Balæ Numeri 6.cap.& primo Paralipo.8.familia autem huius mansit,quæ vocatur familia Baleitarum. Interpretatur Bela destructus , vel deuoratus , quod dicit Rab.Salomo.retulisse Beniamin ad Ioseph , vt diximus supra 43. cap. vocauit ergo istum deuoratum , quia dixerant fratres de Ioseph bestia pessima deuorauit eum. *Bechor.* In Hebræo dicitur. *Bchor.* Ideſt primogenitus,qa iste erat primogenitus Rachelis.Familia aũt nulla ab hoc denoiatiõ nomẽ ei⁹ nõ repit ĩ li.

Quare ponitur hic Sarra.

Eliopolis quid.

Error Hugonis.

Per Be' quid interpretatur.

Universidad de Deusto Biblioteca

Numerorum,nec in lib.Paralip. *Asbel.* Qui interpretatur captiuus, quia Beniamin captiuum Ioseph credebat:quia nō comparebat.Familia autem ab isto denominatur Abelitarum. Sic enim vocatur iste, scilicet Aibel.Numeri 26.cap.sed primo Paralipo. 8. cap. vocatur Asbal. *Gera.* Hebraice vocatur. *Guera.* Quia in Hebraico nulla litera est faciens talem sonum. intrepretatur Gera peregrinus, quia Ioseph in terra aliena peregrinabatur, iste vocatur infra Numeri 26. Achiram,& ab eo deriuatur familia Achiranitarum, & vocatur primo Paralipo.8.Ahora. *Naamam.* Manent autem duæ familiæ denominatæ à duobus filijs Beniamin, quorum neuter tale nomen habet quale hoc est.sed vocātur Nupham, & Zupham, à quibus familia Nuphanitarum, & familia Zuphanitarum.1. Paralipo.8.alijs nominibus appellantur eædem personæ à quibus sunt familiæ, scilicet Nuaha, & Rapha. *Naamam.* Vnum nomen est, licet multæ Bibliæ duisum habeāt ad complēdum decem filios Beniamin: sed error est,quia Naamam interpretatur pulcher de Noemi,idest pulchra,vt patet Ruth 1.ca.& hoc quia Ioseph pulcher valde erat. *Echi.* In Hebræo dicitur, *Iehi.* Quod interpretatur frater meus, quia Ioseph solus erat frater Beniamin. *Ros & Mophim.* Istud ponitur in Bibliis latinis,vt vnum nomen,& sunt duo, scilicet.Ros est vnum,& signat caput: quia Ioseph erat caput Beniamin,Mophim signat noue nuptam: quia Ioseph pulcher erat,vt nouè nuptus. *Ophim.* Quod interpretatur coopertum, quia Ioseph erat coopertura Beniamin. *Ared.* interpretatur rosa, quia pulcher,& rubicundus erat Ioseph,vt rosa. *Hi Filij Rachelis.* Idest omnes isti superiores. *Quos genuit Iacob.* Scilicet mediatè, & immediatè,quia Beniamin,& Ioseph immediatè Iacob genuit, alios autem mediatè. *Omnes animę qua tuor decim.* Idest omnes isti simul sumpti faciunt quatuordecim animas, quia duo sunt filij Ioseph, & decem filij Beniamin,& Ioseph, & Beniamin alij duo. *Filij Dan.* Hi sunt filij adoptiui Rachelis, qui sunt naturales Balæ,scilicet Dan,& Nephtali. *Filij Dan Husim.* Dan solum filium vnum habebat dicebatur tamen habere alios sicut vulgariter dicimus de aliquo habente vnum filium, quòd filios habet. Iste autem vocatur Subam Numeri 26.cap. & ab eo familia subamitarum. *Filij Nephtali.* Iste est secundus filius Balæ habet iste quatuor filios nullusque defecit, quia totidem familias habet, vt patet Numeri 26. cap. *Iahel.* Iste vocatur Ieslihel Numeri 26. cap.alij eisdem nominibus vocantur hic, quibus ibi, Sale autem vocabi Salem. *Hi filij Balæ.* Scilicet,qui supra immediatè computati sunt. *Quam dedit Labam Rachel filię sue.* Labam cuilibet filiarum suarum, quia honorandæ dominæ erant,dedit vnam ancillam,hanc autem Rachel dedit in vxorem viro suo Iacob, vt saltem ex ipsa filios susciperet, cum ex se habere non posset, vt patet supra 30. cap. *Omnes animę septem.* Idest omnes filij Balæ mediati,& immediati sunt septem,& vocat animam ipsum hominem denominando totum à parte. *Cunctę animę, quę ingressæ sunt cum Iacob.* Venientes in Aegyptum. *Et egressæ sunt de femore eius.* Hoc dicit, vt excludat alios, qui descenderunt cum Iacob in Aegyptum, qui non erant de semine suo, vt aliqui pastores sui, & alij famuli. *Absque vxoribus filiorum.* Quia vxores filiorum Iacob non egressæ sunt de femore Iacob. Et hoc ex abundanti positum est: quia dicendo, quę egressæ sunt de femore Iacob satis innuebatur, quòd non computantur vxores filiorum eius, & per vxores filiorum intelliguntur vxores nepotum, quia fortè aliqui nepotes Iacob vxores haberent illo tempore cum legatur supra 38. cap.quòd filij Iudę, qui nepotes erant Iacob,vxores

Gerā q̄d interpretatur.

Per Naamam quid interpretetur.

accepissent.Sic ergo poterat esse de filijs aliorum fratrum Iudæ. Ex hoc loco fortè aliquis sumet occasionem errandi putans,quòd Bala, & Zelpha computentur in his 66. vel 70.animabus cum solum litera videatur excludere ab hoc numero descendentium vxores filiorum Iacob,sed non possunt computari, cum litera supra repugnet,dicens; Quæ egressæ sunt de femore Iacob; quia eodem modo argueretur de omnibus pastoribus.& famulis domus Iacob, qui descenderūt cum Iacob,quia non erat verisimile, cuòd Iacob, nec aliquis de filijs eius non haberet famulos, vel ancillas, cum ita esset Iacob vir potens,& dives. & de Iuda legimus supra 38.cap. quòd opilionem, & pastores habuerit.Isti enim non excludūtur specialiter,ergo sic computandi.Non enim valet consequētia, quia absurdum valde esset:tunc enim plures quàm centum animæ dicerentur ingressæ cum Iacob in Aegyptum.

Respondendum ergo est, vt supra diximus, q̄ hoc ponitur hic per superabundantiam, nec facit aliquam differētiam,vel exclusionem. *Sexaginta sex.* Si arguas contra,quia infra nominātur 70.animæ. Fortè aliquis respondebit,q̄ verum est sicut infra dicitur,quòd fuerunt 70.animæ ingressæ cum Iacob in Aegyptum,sed ponendo minorem numerum verum dicitur, quia si ingressæ fuerunt 70. animę ingressæ fuerunt 66. quia maior numerus includit minorem. Sed ista respōsio est valde ridicula ex tribus causis.Primo, qa sacra Scriptura non intendit facere veritates inutiles Sophistico amictu, velatas,sed intendit declarare solidam, & lucidissimam veritatem.Licèt enim verū sit, q̄ si animæ 70.ingressæ sunt,quòd 66.ingressæ fuerint,quę tñ veritatis declaratio est,quia veritas clara numeri est in præcisione. Vt si dicatur,q̄ quatuor sunt Euangelistę intelligi debet,q̄ quatuor sunt,& preter istos quatuor nulli alij sunt.Sic enim posset dici, dato q̄ illæ animæ fuerint 70. q̄ quinque animę intrauerunt cum Iacob in Aegyptum,cum includātur quinque in 70.Sed ista quæ vtilitas esset scripturæ cum nihil determinaret? Tantum enim valeret q̄ aliquid ita scriberetur quātū q̄ nihil scriberet,immo magna esset fatuitas talis inutilibus,& friuolis occupari, quod absit a dignitate sacræ Scripturæ, quæ omnem humanam dignitatē excedit,cum verba sacræ Scripturæ a Christo vocentur margaritæ Matthę.c.7.Nolite dare sanctum canibus, nec mittatis margaritas añ porcos. Si ergo sacra Scriptura dicit fuisse animas 66. vult innuere non esse plures quàm sexaginta sex. Secundo, quia semper est mos sacræ Scripturæ,cum non est magnus error ponere numerum perfectum, & integrum dato, quòd aliquid deficiat, vel aliquid crescat; sicut declarauimus supra decimoquinto capit. vbi Deus prædixit Abrahæ semē suum peregrinari debere per annos 400. Sed vt ibidem clarè probauimus fuerunt anni 405. Si ergo 70. animæ erant intrantes in Aegyptum cum Iacob cum 70. sit numerus integer, quid induxit Moysem recedere a veritate numeri,& ponere numerum imperfectum? Si enim aliquid addidisset,vel minuisset,vt formaret numerum perfectum,quia sic melius retinetur,consentiendum quidem erat. sed a veritate inutiliter recedere vanitas maxima est, quod absit a scriptoribus fidei Catholicæ, totiusque sacræ Scripturæ, quos errare impossibile fuit, quia Spiritu sancto dictante scripserunt, vt patet Petri secunda,capitu.1. quia ipse Spiritus sanctus errare non poterat. De hoc Augustinus in Epistola ad Vincentium Donatistam. Tertio, & fortius, quia id quod isti asserunt falsum est, scilicet, quòd septuaginta animæ ingressæ sint, cum Iacob in Aegyptum, quia Ioseph,& filij sui non intrauerunt cum Iacob in Aegyptum, quibus detractis non manent.70. animæ.

Sacra scriptura oēm humanam dignitatē excedit.

A veritate inutiliter recedere vanissima est.

Dicen-

Dicendum, ergo est,quòd istæ duæ literæ referuntur ad diuersa,quia illa inferiori litera, quæ ponit 70. animas de femore Iacob ingressas Aegyptum.est sensus de omnibus, qui intrauerunt in Aegyptum de semine Iacob,siue intrauerunt cum Iacob, siue sine Iacob,& isti sunt 70.vt magis infra patebit.Ista autem litera,quæ ponit 66.refertur ad illos,qui ingressi sunt simul ingrediente Ioseph, & isti fuerunt solū 66. Quod sic probat Nicolaus: omnes qui intrauerūt Aegyptū sunt 70.vt infra patet de femore Iacob. ab istis autem subtrahantur Her, & Onan, qui mortui sunt in terra Chanaan,vt patet supra in litera. Similiter excludātur Ioseph, & duo filij eius ab isto numero, quia non descenderūt cum Iacob in Aegyptum,sed antea ibi manebant,vt patet ex omnibus præcedentibus, & etiam hic in litera,cum quibus si ponatur Dina,quæ fuit exclusa a numero 33. filiorum Lyæ erunt 66. cui numero si addantur Ioseph,& duo filij eius, qui erāt in Aegypto ante ingressum Iacob,& Iocabed,quę nata fuit in itinere,vt volunt Hebræi descendēdo de terra Chanaan,habebitur numerus 70.completus.ista probatio & computatio satis conueniens est;licèt prę supponat aliquid,quod nos supra negauimus,& semper negandum esse clare probauimus,s.q̄ Her,& Onan sint cōputandi in numero 33. filiorum Lyæ. Oportet ergo, quòd nos non teneamus istam solutionem,quia tollēdo Her,& Onan,quos ponebat Nicolaus facere ad integritatem numeri filiorum Lyæ, & tollendo Ioseph cum filijs suis duobus deficient quinque personæ, & superaddendo Dinam efficientur 66.nos autem, quia non tollimus Her,& Onan de computatione 33.filiorum Lyæ, nec possumus ita diminuere, nec ita addere: probauimus enim supra,quòd præter Her, & Onā erant 33.filij Lyæ. Computandum ergo sic, quòd de numero completo 70.qui causatur ex Iacob cum omnibus posteris suis,oportet subtrahere Ioseph,& duos filios eius,& sic manebunt 67. deinde subtrahatur Iacob, qui non dicitur introisse secum, manebunt 66. deinde redeūtibus omnibus istis 4.efficietur completus numerus omnium ingredientium in Aegyptum, siue cum Iacob,siue ante Iacob, quòd autem non debeat computari Iacob inter istos de prima computatione,& debeat computari in secūdo numero patet, qa in primo dicitur cunctæ animæ de femore Iacob, quę ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum,fuere 66. Iacob autem non fuit egressus de femore suo.In secūdo numero dicitur omnes animæ domus Iacob, quę ingressæ sunt Aegyptum fuere 70.& non ponitur hic egressas fuisse de femore. Nunc ergo licet Iacob non sit egressus de femore suo, cū nihil generet se ipsum, vt ait Aristote.2.de Anima: tamen bene vocatur ipse vna de animabus domus suæ, quia ipse est œconomicus,& caput domus suæ, ideo vnus de domo dici potest.Item computatio illa Nicolai nō erat solida, quia complebat numerum 70.cum Iocabed filia Leui.Sed hoc valde est infirmum, quia nescitur an Leui talem filiam habuerit: Hebræi autem, qui istam positionem adinuenerunt,fundauerunt se super falsum, s.dicētes, quòd Iocabed vxor Amrā esset filia Leui,de quo magis dicetur Exod. cap.2. vbi manifestè oppositum inducetur. Si autem aliam filiam talis nominis habuerit non constat;ideo magis est ponendus Iacob,q̄ Aegyptū intrauit, sicut cæteri:isti omnes ingressi sunt in Aegyptum,siue cū Iacob,siue ante Iacob,qđ dico pp filios Ioseph, qui nati fuerunt in Aegypto, & duos filios Phares, de quibus supra diximus, q̄ non intrauerunt in Aegyptum, sed ibidem nati sunt,dicuntur tamen ingressi,quia patres eorum non erant de illa terra oriūdi, omnes autem qui nati sunt de stirpe Iacob postquam Iacob intrauit terram illam, excludūtur ab isto numero pter duos filios Phares,s.Hesroon, & Amul, qui per anticipationem ponuntur cū istis ex causis supra assignatis. *Egresse de femore illius.* Ex hoc aliqui occasionem errandi assumunt, dicentes animam esse ex traduce deriuatam a patre per rationem seminalē, quemamodū corpus, quibus Fides catholica obuiat, dicens; animas a Deo creari, & in ipsa creatione corporibus infundi. Philosophorum etiam repugnat auctoritas,quoniam Aristot.& cęteri Peripate. dicentes cæteras formas educi de potentia materiæ solum intellectum diuinum esse dicunt, idest non pertinentē ad conditionem materiæ, & aduenire de foris, licèt errent, quia nesciunt quomodo per creationē a Deo fit. Et ratio naturalis refragatur, quia genitum consequitur naturam generantis. Si enim anima sicut cæteræ formæ esset de potentia materiæ educta, necesse esset,quòd cōsequeretur conditionem materiæ.Sed hoc non est in intellectu, qui non intelligit materialiter,sed imaterialiter,s. rē non particulariter, sed vniuersaliter sine conditionibus materiæ. Etiam quia intellectus non est alligatus alicui parti materiali corporis, nec est de complexione corporis,quia tunc sequeretur magis cōditionem vnius generis obiecti quàm alterius. Sicut potentia visiua ex natura organi sortit proprietatem obiecti, s. vt colorem intendat, & non odorem,& sic de qualibet alia potentia.Intellectus autem nihil horum habet,quia equaliter se habet ad oē genus obiecti,maximè quia considerat aliqua, quę to taliter excedunt materiam,& imaginem,& omnia appenditia materiæ. Non est ergo dicendum animas ex traduce deriuari,vt corpora,sed a Deo creari. Hic autem dicuntur animæ egressæ de femore Iacob, quia accipitur anima pro toto homine. Et licet non dicamus animam a patre genitam, dicimus tamen hominem,qui est totum,a patre genitum,quia ille materiā tribuit,& vim formatiuam corporis. *Filij autem Ioseph, qui nati sunt ei in terra Aegypti animę due.* Hic apparet quomodo vult excludere Moyses filios Ioseph ab illa computatione prima 66.animarum,quia ibi loqueba tur de ingredientibus cum Iacob in Aegyptū, isti autem non fuerunt ingressi cum Iacob, immo nati in Aegypto,vt dicit litera.Et licet hic manifestè non excludat Ioseph,tamen eum aliquo modo excludit, qa non intrauit cum Iacob, sed ante eum multis diebus venit in Aegyptum. Amouetur etiam Iacob, vt supra declarauimus. *Omnes animæ domus Iacob.* Domus vocatur non congregatio œconomica, quæ est vnius simplicis domus,sed communicatio multorum descendentium ab eodem stipite.Sic vocatur tota congregatio Iudæorum domus Israel,vt patet Psal. 112. & 133. s.domus Israel benedicite dominum.Sic etiā in quolibet genere tota congregatio omnium descendētium vocatur vna domus,sicut si est congregatio omnium Romanorum, vocatur domus Asaraci,quia descēdit de Asaraco patre Anchisę,fratre regis Laomedontis. Sic ait Virgilius Eneidos, libro 1.

Cum domus Asaraci Phthiam, clarasque Mycenas.
Imperio reget & victis dominabitur Argis,

Loquitur ibi de Romanis, qui victuri erant Græcos, & habebant eos subijcere in seruitutem, vel facere tributarios. *Omnes animæ domus Iacob.* Idest homines venientes de stirpe Iacob. *Quæ ingressæ sunt in Aegyptum.* s.vel cum Iacob, vel ante Iacob, vel genitæ erant ante descensum Iacob præter duos filios Phares. *Fuere septuaginta.* Computatio autem harum patuit supra: in ista secunda computatione nō ponitur, quæ ingressæ sunt cum Iacob,sicut ponebatur in prima,sed quę ingressæ sunt simpliciter loquendo siue ante, siue post intrauerint.Septuaginta interpretes ponunt fuisse 75. animas ingressas cum Iacob, sed non possunt colligi

ex

Dño Doctoris.

Repugnat primo Nicolai Lyra.

Error quo quidā, q̄ sic ex traduce.

Dom' qd.

ex textu. Hieron. autem dicit hoc fuisse factum, quia F
Opin. Hieronymi.
interpretes computauerunt quinque nepotes Ioseph filios Manasse, & Ephrain. Et hoc propter honorem Ioseph, propter quem recepti fuerũt in Aegypto honorificè omnes de domo Iacob. Et hunc modum secutus fuit beatus Lucas, in Actibus Apostolorum recitans ista ca. 7. vbi posuit 75. animas intrasse in Aegyptum cum Iacob, & hoc fecit, quia scripsit in Græcia, vbi auctoritas interpretum tunc vigebat, cum nondũ esset aliqua translatio facta in latinum. Vocat autem septuaginta animas denominãs totum a meliori parte. Et sic concordat iste modus loquendi, quantum ad verba Platoni, qui voluit totam rationem speciei humanæ esse in anima, corpus autẽ esse aliquod animæ instrumentum cõiunctum, vnde diffiniuit homo est G
anima in corpore viuens. Hoc autem non tenet Aristot. nec est verum, cum vtrumque ad rationem speciei pertinere multis rationibus demonstretur. Alludit tamen huic positioni Aristot. aliqualiter in verbis
Occursus aduenientis Ioseph.
loquens moraliter in 9. Ethic. *Misit autem.* Hic ponitur tertium, s. Ioseph aduenientis occursus. *Misit Iudam ante se.* Ioseph dixerat fratribus suis, antequam recederent ab eo, antequam venirent ad patrem, vt in reditu non venirent immediatè ad ciuitatem regiam, sed expectarẽt in terra Gessen, vt occurreret eis ibi, & loqueretur eis aliqua pertinentia ad eorum instructionem, qualiter coram rege loqui deberent, ne rex tanquam incautos eos caperet in sermone. Sic ergo cum veniret Iacob præmisit Iudam, vt nunciaret eum venire.
Quare Ioseph misit Iudas, & nõ alium.
Quare autem magis misit Iudam, quàm aliquem de H
alijs ratio est, qa Iudas honorabilior erat, & facũdior, & cæteris apparentior maximè, quia tunc videbatur esse multum acceptus Ioseph, quia multum se exposuerat pro fratre eius Beniamin. *Vt nunciaret ei.* s. quòd pater veniebat. *Et occurreret in Gessen.* Hoc erat ad duo. primum propter honorem Iacob, quia decens erat, vt filius patrem honoraret: maximè, quia iste honor redundabat in Ioseph, si demonstraret se habere patrẽ honorabilem. Secundo vt colloquerẽtur ibi, antequã
Situs Gessen.
veniret ante regem. *In Gessen.* Erat quædam terra Gessen, quæ erat in introitu Aegypti venientibus de terra Chanaan, & sic antequam accederet ad ciuitatem regiam, vel multum intraret per terram Aegypti, mansit ibi expectans Ioseph occurrentem sibi in ista terra, quam post habitauerunt Hebræi filij Iacob, quod patet infra. Et hoc magna Dei prouidẽtia factum est, vt non cogerentur Iudæi transire per totam Aegyptum in reditu ad terram Chanaan. Si enim Hebræi habitauissent in extremitate Aegypti versus Meridiem, cũ terra Chanaan sit ad Septentrionalem plagam Aegypti, quando recedere deberent de terra illa in terram Chanaan, necesse erat trãsire per totam Aegyptum, & Aegyptij insurrexissent contra eos volentes eos opprimere, vel detinere, vt patet Exo. 14. ca. confestim. n. vt Pharao, & serui sui permiserunt recedere Hebræos de terra sua pœnituit eos, & armati insecuti fuerũt eos vsque ad terminos Aegypti ad mare rubrum, quanto magis feciſſent si oportuisset transire Hebræos totũ regnum Aegyptiorum? Etiam quia Hebræi, qui timidi valde erant, scientes quanta mala Aegyptij exercuerant in eos, timuissent transire per medium eorum. K

Alij dicunt in vrbem Heroum, quę est in terra Ramesse, & postea Thebaidis, vel Thebe dicta est, a qua fuit legio Thebęa gloriosa, cui Mauritius prærat, qui super flumẽ Rodanum pro Christi nomine, ne simulacra adoraret, spontanee percussorum gladio occubuit, Maximiano imperante hoc. De quo Gualterius Alexandreidis libro 2. tunc enim dicunt ex sanguine illus legionis simul fuso rapidi fluminis fluctus increuisse. Ex hac ciuitate postea Thebe dicta reges Aegypti fuerunt: tũc autem ciuitas Heroum dicta est, quia Heroes Aegypti, id est viri nobiles, & famosi eius custodiam habebant: in fine autem illius terræ, postea Hebræi cogentibus Aegyptijs vrbem tabernaculorũ condiderunt, quæ Rameſſes dicta est, licèt duæ ciuitates tabernaculorum fuerint, s. Phiton, & Rameſſes, vt patet Exo. 1. c. deinde ista ciuitas Pagus Arsenoites dicta est, quod interpretatur sine sexu, quia ĩ ea summè sine distantia, tam viri quàm fęminę regnare cœperũt. *Quo cum peruenisset.* Id est cum venisset Iacob in terram Gessen: ex quo innuitur, quòd antequàm accederet Iacob ad terram Gessen, misit Iudam prænũciaturum aduentum suum. *Iuncto Ioseph curru suo.* Iungere currum est equos in curru vnire, vel cõiungere. Vel C
vt aliqui dicunt currus vnitur, quia ante rotæ currus, & aliæ partes disiunctæ erant, vt minori loco intra domum conseruarentur minus occupãdo: sed primum melius & rationabilius est. Aliqui volũt, quòd Ioseph met iunxit currum, s. q̃ tanto gaudio repletus est audiens patrem suum venisse, quòd non expectauit, q̃
Opin. quorundam. Improbat opinio.
alius iungeret currum. Sed hoc non est verisimile, qa Ioseph post nũciata sibi verba Iudæ aliquam moram contraxit. Quia oportuit Ioseph mãdare parari viros, qui irent cum eo obuiam patri, & isti essent multi ad faciendum magnam solennitatem Ioseph, & patri eius. Et oportebat eos ire ornatos valde, & ipsum Ioseph admirabiliter, vt ibi mõstraret patri gloriam suã. Dum ergo tanta mora contrahebatur, bene iungeret aliquis de famulis currum Ioseph. Dicitur autem Ioseph iunxisse currum, sicut dicitur Salomon fecisse tẽplum, vt patet 3. Reg. 6. cap. s. non manibus, sed præcepto, & sumptibus. *Ascendit obuiam patri.* Ex duabus causis supra assignatis. *Ad eundem locum.* Scilicet terram Gessen. *Videnśque eum.* Scilicet, Ioseph videns Iacob. *Irruit super collum eius.* Ad osculandum, & amplexandum. *Et inter amplexus fleuit.* Scilicet, Ioseph ex teneritudine amoris ad patrem, quem tantum diligebat, & a quo se tenerrimè diligi nullatenus dubitabat maximè, quia iam nouisset planctum, quem tam diuturnè pro ipso pater egerat, dixitq; pater ad Ioseph. *Iam lætus moriar.* i. quandocunque iam moriar lætus ero, nec vlla me deterrebit tribulatio. *Quia vidi faciem tuam.* I
Quam tm̃ desiderabã. *Et superstitem te relinquo.* i. dimitto te viuentẽ, dum ego morior. Iacob aũt tpibus præteritis putabat Ioseph mortuũ, & sic filio mortuo, pater superstes erat, nunc autem vterque superstẽs erat. Dixit tamen Iacob, quòd ipse moriens Ioseph superstitem id est viuentem relinqueret, & hoc, quia licet tunc Iacob non moreretur, tamen certificatus erat, quòd ante ipse, quàm Ioseph, moreretur, quia dixerat ei Deus in nocte, qua steterit apud puteũ iuramenti; Ioseph quoque ponet manum suam super oculos tuos, quod de clausione oculorũ in morte intelligit, vt ibi declaratum est. *Et ille.* Id est Ioseph. *Loquutus est.* Ista, quæ sequuntur. *Ad fratres suos.* Qui erant ibi simul cum patre. *Et omnem domum patris sui.* Id est ad totã aliam familiam. *Ascendam, & nunciabo Pharaoni.* Licèt supra dixerimus, quòd eundo de terra Chanaam in Aegyptum est descendere, & p cõsequens videt, quòd eũdo magis per Aegyptũ magis sit descensus. Cum ergo terra Gessen, sit magis propinqua terræ Chanaam quàm ciuitas, in qua tunc rex manebat, videbat quòd deberet magis descẽdere de terra Gessen in ciuitatem regiam, sed hic dicitur, quòd ascendere debebat. Ex hoc videtur, quòd terra Gessen est terra plana, & humilis ex eo quòd est terra pascualis, terræ enim pascuales sunt necessario humiles ad abundantiam aquarum, & herbarum, terra autem, in qua tũc erat rex est altior, quia talia loca sunt saniora ad habitationem propter aeris temperiem, & subtiliationẽ, &

& radios solis orientis, talis autem locus congruebat A
Quæst. 1. Quare Ioseph non docet de pastore mẽtionem.
regiæ habitationi.

Fratres mei. Quare non faciat mentionem de patre, cum rationabilius ibi debuisset incipere. Rñdetur, q̃ nõ oportuit patrem noĩari, quia intelligebatur ipsum ascendisse, cum ipse Pharao mãdauisset mitti plaustra ad ducendum eum, & res suas. Vel intelligitur cum dicitur, & domus patris mei, quia domus patris tota non veniret nisi pater, qui caput erat, veniret. *Venerunt ad me.* Videtur, quòd loquebatur hic Ioseph indisciplinate, quia cum Pharao mandauisset, quòd venirẽt, & ipse alteret eos, debuisset dicere Ioseph fratres mei venerunt ad dominationem vestrã, sed dixit ad me, tanquam se dominum faceret. Respondetur, quòd bene B
locutus est, qa non intendebat dicere veneruntad me tanquam ad illum, quem principaliter intẽdebant, sed tanquam ad eum, quem magis agnitum habebant, vt suppplicarem pro eis apud dominationem vestram. *Et sunt viri pastores ouium.* Dicit hoc apud fratres suos, vt hæc eadem verba ipsi respondeant apud regem, cũ quæsiti fuerint, ne capiantur in contradictione. *Curamque habent alendorum gregum.* Id est totum suum officiũ est in alendis gregibus, & circa nihil aliud occupãtur. *Pecora sua.* Scilicet oues, & capras. *Et armenta.* Id est boues, & camelos. Pecora enim tam animalia magna quàm parua signant, sed quia hic ponuntur armenta, quæ signant armenta magna, ponuntur pecora pro paruis solum. *Adduxerunt secum.* Hæc autem loqui volebat Ioseph corã rege, vt daret eis terram Gessen, q̃ pascualis erat, vt infra declarauit. *Cumque vocauerit vos.* C
Scilicet rex. *Et dixerit, quod est opus vestrum?* Id est, quod officium habetis? vel quam vitam ducitis? Hoc dicebat Ioseph, quia sciebat, quòd rex talia quæsiturus esset. *Viri pastores sumus serui tui.* Id est nos serui tui sumus viri pastores. *Ab infantia nostra vsque in præsens.* Id est nullum aliud officium habuimus in vita nostra, nisi hoc. Et hoc dicebat Ioseph, ne rex faceret eos bellatores, & disiungeret. Quod non faceret sciendo tota vita hoc officium tenuisse, quia iudicaret eos inhabiles ad aliquid aliud. *Et nos & patres nostri.* Quasi dicat, nullus fuit in progenie nostra, qui aliud opus in officium haberet, & hoc adhuc maiorem ineptitudinem ad arma signabat. *Hæc autem dicetis.* Hic declarat Ioseph causam, quare ista dicere debeant. *Vt habitare possitis in terra Gessen.* Potest hoc dupliciter intelligi, vno D
modo, quòd ipsi habitarent in terra Gessen, quia erat terra herbida apta pastoribus: alio modo, quia terra Gessen erat terra separata in fine Aegypti, vt non habitarent inter Aegyptios, & hoc ipse rex libenter faceret, s. quia Aegyptij abominantur pastores: ideo nolent eos videre inter se, sed permitterent stare in extremitate regni. *Quia detestantur Aegyptij omnes pastores ouium.* Per pastores ouium intelligit pastores caprarũ, & vaccarum. Idẽ enim iudicium est de ouibus, quia Aegyptij colunt ista tria genera animalium, vt declarauimus in Prologo paruo super Leuiticum. Et quia pastores percutiunt ista animalia, quæ sunt dij eorum, ipsi detestantur eos, tanquam prophanos, & suæ religioni contrarios. Ipsi autem ob hoc non comedunt E
Aegyptij horum pastorũ sũt odiũ.
carnes istorum animalium, nec ad ea tangẽda quouis modo accedunt, sed colunt. Et non dixit hoc, quòd Aegyptij detestarẽtur omnes pastores simpliciter, sed omnes pastores ouium, quia pastores equarum, & camelorum, & asinorum non detestantur, cũ Aegyptij non colant ista animalia, sed vtantur eis ad labores. Et de his pecoribus dixit Pharao. cap. seq. quòd si nosset esse in illis industrios viros, cõstitueret illos magistros pecorum suorum. Nulla enim alia pecora Pharao tenebat. Licèt posset intelligi, quòd haberet Pharao pecora, nõ quidem ad esum carnium, aut lactis, sed propter lanas ad faciẽdum vestes. Sed melius dictum est primum, s. quòd nulla talia pecora habuerit, quia litera generaliter dicit Aegyptios detestari omnes pastores ouium. Et si arguas qualiter ergo Aegyptij lanas habent ad faciendas vestes? Respondetur, quòd possunt emere ab alijs gentibus, ita quòd ipsi non teneãt pecora. Vel dicendum aliquas oues esse inter Aegyptios eo modo, quo declaratur sequenti capite.

Terra Gessen Iacob ad habitandum conceditur: Aegyptij omnes præter sacerdotes præ fame coguntur vendere terras ac pecora.
Cap. XLVII.

INGRESSVS ergo Ioseph nunciauit Pharaoni, dicens: Pater meus, & fratres, oues eorum, & armenta, & cuncta, quæ possident, venerunt de terra Chanaan, & ecce consistunt in terra Gessen. Extremos quoque fratrum suorum, quinque viros constituit coram rege: quos ille interrogauit: Quid haberis operis? Responderunt: Pastores ouium sumus serui tui, & nos, & patres nostri. Ad peregrinandũ in terra tua venimus, quoniam non est herba gregibus seruorum tuorum, ingraueſcente fame in terra Chanaan: Petimusque, vt esse nos iubeas seruos tuos in terra Gessen. Dixit itaque rex ad Ioseph: Pater tuus, & fratres tui venerunt ad te. Terra Aegypti in conspectu tuo est: in optimo loco fac eos habitare, & trade eis terram Gessen. Quod si nosti in eis esse viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum. Post hæc introduxit Ioseph patrem suum ad regem, & statuit eum coram eo, qui benedicens illi, & interrogatus ab eo, quot sunt dies annorũ vitæ tuæ? Respondit: Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum sunt, parui & mali, & non peruenerunt vsque ad dies patrum meorum, quibus peregrinati sunt. Et benedicto rege egressus est foras. Ioseph vero patri, & fratribus suis dedit possessionem in Ægypto in optimo terræ loco Rameſſes, vt præceperat Pharao. Et alebat eos, omnemque domum patris sui, præbens cibaria singulis. In toto enim orbe panis deerat, & oppresserat fames terram, maximè Aegypti, & Chanaan. Et quibus omnem pecuniam congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium regis. Cumque defecisset emptoribus pretium, venit cuncta Aegyptus ad Ioseph, dicens: Da nobis panes, quare morimur

rimur coram te, deficiente pecunia? Quibus ille respondit: Adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si pecunia non habetis. Quæ cum adduxissent, dedit eis alimenta pro equis, & ouibus, & bobus, & asinis: sustentauitque eos illo anno pro commutatione pecorum. Venerunt quoque anno secundo, & dixerunt ei: Non celamus domino nostro, quòd deficiente pecunia, pecora simul defecerunt, nec clam te est, quòd absque corporibus, & terra nihil habeamus. Cur ergo morimur te vidente? Et nos & terra nostra tui erimus, eme nos in seruitutem regiam, & præbe semina, ne pereunte cultore redigatur terra in solitudine. Emit igitur Ioseph omnem terram Aegypti, vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis. Subiecitq; eam Pharaoni, & cunctos populos eius a nouissimis terminis Aegypti, vsque ad extremos fines eius, præter terram sacerdotum, quæ a rege tradita fuerat eis, quibus & statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & iccirco non sunt compulsi vendere possessiones suas. Dixit ergo Ioseph ad populos: En vt cernitis, & vos, & terram vestram Pharao possidet, accipite semina, & serite agros, vt fruges hēre possitis. Quintam partem regi dabitis: quatuor reliquas permitto vobis in sementem, & in cibum familijs, & liberis vestris: Qui responderunt: Salus nostra in manu tua est, respiciat nos tantum Dominus noster, & lęti seruiemus regi. Ex eo tempore vsque in præsentem diem in vniuersa terra Aegypti regibus quinta pars soluitur, & factum est quasi in lege, absq; terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. Habitauit ergo Israel in Aegypto, in terra Gessen, & possedit eam, auctusque est, & multiplicatus nimis, & vixit in ea decem & septem annis: Factique sunt omnes dies vitæ illius centum quadraginta septem annorum. Cum appropinquare cerneret diem mortis suæ, vocauit filium suum Ioseph, & dixit ad eum: Si inueni gratiam in conspectu tuo, pone manum tuam sub femore meo; & facies mihi misericodiam, & veritatem, vt non sepelias me in Aegypto, sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condasque in sepulchro maiorum meorum. Cui respondit Ioseph: Ego faciam quod iussisti. Et ille: Iura ergo, inquit, mihi. Quo iurante, adorauit Israel Deum conuersus ad lectuli caput.

Supra 24.

Supra 25.

Diuisio.

INGRESSVS. Dicto de Iacob in Aegyptum descensu, hic agitur de eiusdem ibi incolatu. Et diuiditur in duas partes: primo agitur de Iacob habitatione: secundo de eius consumatione ibi. *Fa cti que sunt omnes dies*. Adhuc prima in duas: primo ponitur benigna susceptio: secundo eius larga sustētatio, ibi. *Ioseph vero*. Prima in duas. Primo ponitur receptio in prole sua: secundo in persona propria, ibi. *Post hoc introduxit*. Ad primum. *Ingressus Ioseph*. Scilicet, domum Pharaonis, postquam occurrerat patri suo. *Nunciauit Pharaoni*. Ipse Ioseph in persona sua iuit ad Pharaonem, vt libentius concederet ei, quod intendebat, s. quod pater suus, & tota progenies habitaret in terra Gessen. *Pater meus, & fratres*. Non narrat hic Ioseph, sicut supra dixerat se narraturum, s. quòd fratres sui, & tota domus patris sui venerant, sed in hoc nulla est difficultas, quia in istis narrationibus, dum tamen teneatur dictorum sententia, verborum, vel ordinis aliqualis mutatio nihil agit. Ioseph autem comparens coram Pharaone, non adduxit immediatè secū patrem, & fratres, vt probaret si affectio, quam tenuerat Pharao a principio erga cognationem eius, perseueraret, ne si fortè mutata fuisset affectio, & ipsi comparerent coram Pharaone, non reciperentur honorificè. *Et fratres*. Per fratres intelligit totam aliam familiam, quia non possunt intelligi per pecora, & armenta. *Oues eorum*. Idest omnia animalia minora, vt oues, & capræ. *Et armenta*. Idest animalia magna, vt boues, & asini, & cameli. *Et cuncta quæ possident*. Tam in rebus viuentibus, quàm non viuentibus. *Et ecce consistunt in terra Gessen*. Scilicet expectantes imperium tuum, vt videant quid de eis disponas. *Extremos quoque fratrū suorum*. Extremitas signat terminum rei, siue a parte priori, siue a posteriori. Fratres fortiores, & corpulentiores, & eloquentiores faciebant vnum extremum, fratres autem debiliores, & minus eruditi faciebant alterum extremum, s. deficiens. Potest ergo litera intelligi de vtraque extremitate. Si accipiatur pro extremitate deficienti est sensus, quòd Ioseph accepit secum quinque viros de fratribus suis minoris corpulentiæ, & apparentiæ, & eloquentiæ, dimissis apud patrem in terra Gessen sex alijs, & introduxit istos coram Pharaone. Hoc autem fecit, ne si Pharao videret eos corpulentos, & aptos ad bellum, constitueret eos inter milites suos. Et hunc sensum sequuntur Hebræi. Sed magis videtur oppositum, scilicet q̄ Ioseph acceperit extremos fratrem suorū, scilicet maiores corpore, & eloquentiores, vt demonstraret nobilitatem generis sui, ita quòd putarent Aegyptij eum esse de bono genere, & libenter eum in dominum sustinerent. Ad inconueniens autem, quod intendebat vitare, scilicet ne rex constitueret eos viros bellatores, Ioseph prouiderat faciendo, q̄ dicerent se viros pastores ab adolescentia sua, nihil aliquid operis nosse. *Statuit coram rege*. Idest præsentauit. Venit hoc præteritum a fisto finis, quod signat præsentare, quando est verbū trāsitiuū, vt patet Luca. 2. c. de Christo, vbi dicitur, q̄ postquam impletum est tempus purificationis Marię, tulerunt puerum parentes eius in Ierusalem, vt sisterēt coram Domino, ideſt, vt presentarent in templo ante altare Domini. *Quos ille interrogauit. Quid habetis operis?* Istam quæstionem fecit rex propter duo: primo, vt honorificaret Ioseph, quia uolebat scire eorum officia, vt aliquos de fratribus eius sublimaret in officijs domus suæ, vel belli, sicut Ioseph sublimauerat. Secūdo,

do, quia putabat Pharao, quòd sicut Ioseph erat vir industrius nimis, ita fratres eius essent: ideo volebat eos preponere officijs suis, & interrogauit officia eorum, vt præponeret eos domui suæ, vel rebus suis in illis officijs, quæ nouerant, quia putabat eos magis vigere in officijs in quibus fuerant enutriti. Et hoc apparet ex eo, quod infra ponitur, s. q̄ cum ipsi respondissent se esse viros pastores, dixit Pharao ad Ioseph. Si cognoueris in eis esse viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum. *Quid habetis operis?* Ideſt, q̄d officium habetis? *Pastores ouium sumus*. Dixerunt se pastores ouium, & nō pastores simpliciter propter duo. primo, vt innuerent se non scire gerere curam de alijs pecoribus, vt rex non constitueret eos magistros pecorum suorum, s. equorum, asinorum, & camelorum: magistros autem ouium constituere non poterat, ga nullas oues habebat, cum Aegyptij detestentur omnes pastores ouium, vt patet præcedenti cap. Secundo vt daretur eis ad habitandum terram Gessen, quæ est satis pascualis, & separata in terminis Aegypti, ita ut non conuersarentur inter alios Aegyptios, qui detestantur pastores ouium, ne si morarentur inter Aegyptios, & viderent eos occidentes pecora, vel percutiētes ea, haberent eos exosos, & insurgerent in eos. Sic enim dixit Moyses ad Pharaonem, q̄ non poterant sacrificare Deo suo in terra illa, quia si Aegyptij viderēt eos mactantes pecora, quæ ipsi colebāt, lapidibus eos obruerent, vt patet Exod. 8. ca. & licèt Ioseph vellet, q̄ habitarent in terra Gessen, ex ista causa tamen Deus intendebat propter aliquid, quod memorauimus præceden. cap. s. q̄ essent in terminis Aegypti, vt ad exeundum de Aegypto promptiores essent, cum Deus vellet eos tollere inde. Mouebat tamen Deus Ioseph ad procurandum hoc, vt quocunque modo intenderet Dei prouidentia, fatali lege per hominum ministeria implerentur. *Ad peregrinandum in terra tua venimus*. In hoc instructi erant a Ioseph, & responderunt sic propter duo, primo vt si forte onerosum esset regi tenere illos in terra sua, dicerent se non venisse, vt totaliter in terra illa morarentur, sed vt solum peregrinarentur, i. ad tempus habitarent, dum transibat sterilitatis tēpus, & sic minus onerosos regi se esse significarent. Secundo, vt innuerent se esse inopes, & non venisse ad habitandum in perpetuum, quasi nō potentes se ipsos gubernare, vt a Ioseph eis de necessarijs prouideretur: quia sic aliqualiter contemptibiliores ipsi, & Ioseph redderētur iudicio vulgarium hominum, qui sola bona, quæ videntur, respiciunt: sed venisse eos, vt ad tempus manerent in terra illa, donec sterilitas finiretur, aliàs autem abundantes diuitijs esse, nec indigentes, vt a Ioseph alerentur. *Quoniam non est herba gregibus seruorum tuorum*. Ideſt gregibus nostris, qui sumus serui tui in terra Chanaan. Ex magna siccitate herba aruerat, nec vsquam virens quicq̄ in herbis manebat, cogebātur ergo descendere in Aegyptum ad inquirendū pascua. Sed dices quomodo poterant pascua reperiri in Aegypto, cum ibi esset tanta sterilitas, sicut in alijs terris, nisi quòd fruges consilio Ioseph reconditę fuerāt? herbę tamen non videtur, q̄ gigni possent in tanta tē poris siccitate. Ad hoc respōdet Magister in Historia scholastica, quòd Aegyptus est contra consuetudinē aliarum terrarum, quia cū sterilis est in frugibus abundabat in herbis, & cunctis graminibus. Sed non videtur verum, quia licèt fruges, & aliæ herbæ non proueniant ex eadem complexione immediata terræ, tamē proueniunt ex eodem principio remoto, s. ex humiditate terræ fecundante eam ad concipiendum, & germinandum secundum rationem seminalem, quā habet, ideo deficientibus frugibus ex humiditate, necesse erat deficere herbas ex eodem principio.

Respondet etiam alio modo, s. q̄ quando inūdatio Nili magna est, & manet multis diebus super terram, segetes putrefiunt, & ne nascantur impediuntur. Herbæ autem magis crescunt. Sed etiam hoc non potest stare, quia presupponit, q̄ ista nimia sterilitas veniebat in Aegypto ex vehementi inundatione Nili. Contrarium tamen huius claris rationibus supra ostēsum est cap. 45. & 41. Nicolaus autem dicit, quòd licèt in tota Aegypto sterilitas, & siccitas esset, tamē terra Gessen erat sic disposita, vt non esset multū sicca, & congruētia pascua haberet. Hoc autem bene dictū est, sed valde vniuersaliter, ita quòd tantum valet, ac si nihil dixisset, quia in particularibus nō oportet reddere causam vniuersalem, vt declarat Aristot. 6. Ethic. dicens, quòd si aliquis dicat patienti ad sanandum oportet accipere ea, quæ mandantur in arte medicinæ, & non dicat amplius, s. quid mandatur in arte medicinæ, inutiliter locutus est: nunquam enim sic sanabit. Vel si dicat laboranti carnes leues esse dandas, nesciat autem quæ sunt carnes leues, nihil proderit. Sic enim locutus est Nicolaus dicens, quòd illa terra Gessen erat taliter disposita, quòd non erat multum desiccata tunc, ideo pascua erant ibi. Ad euidentiam huius sciendum, vt præsupposuimus, quòd terra Gessen, in qua manebant Iudęi est humilior cæteris terris Aegypti, quia ab illa terra ad ciuitatem, in qua manebat rex in terra Aegypti, quæ rationabilior inferior, & humilior esse debebat, cum terra versus Austrum semper humiliatur, tamen dicebatur prędced. c. quòd ab illo loco ad ciuitatem, in qua manebat rex ascensus erat, terræ autē humiliores sunt humidiores: ideo maior abundantia pascuorum ibi esse poterat. Hoc autem non ex humiditate cœli stillantis, quia in terra Aegypti non pluit, sed ex irrigatione Nili inundantis, & ex irrigatione aliorum fluminum non inundantium hoc patet Deuter. 11. cap. vbi dixit Deus Iudæis, quòd terra Chanaan, ad quā tendebant, nō erat sicut terra Aegypti, in qua iacto semine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ, sed terra montuosa est, de cœlo pluuias expectans, quod necesse est referri ad terram Gessen, quia si hoc esset in terra alia Aegypti, & non in terra Gessen, non diceret ista Deus Iudæis, quia tunc ipsi assuefacti essent expectare aquas de cœlo, sicut facturi essent in terra promissionis. Nō est tamen dicendum, quòd istæ aquæ irrigantes terrā Gessen sint exundātes de Nilo flumine, quia mare rubrum excipit aquas Nili ne vltra transeat ad irrigādū. Vltra tamen mare rubrum est terra Gessen cōtra terram Chanaan. Nilus autem venit de parte Meridiana per deserta Aethiopica ad Meridiem maris rubri. In hoc autem aliqualis situs locorum intricatio est, quæ declarabitur infra, Exod. 13. cap. Ex hac ergo irriguita te terræ Gessen, & humiditate sua causabatur abundātia congruens tempori in pascuis, maximè, quia non erat illo tempore totalis sterilitas in terra Aegypti, ita quòd nihil in frugibus colligeretur, quia aliquid colligebatur, sed illud erat modicum. Poterat ergo tūc in terra temperata, qualis erat Gessen, aliqualis pascuorū vbertas haberi. *Ingrauescente fame*. Ideſt, quia fames valida est, in terra Chanaan herba nulla est. Arguunt isti quasi a conuertibilibus, s. si magna fames est, ergo magnus defectus herbarum, & è contrario, quia ista duo aduenium ex eadem radice, s. ex defectu aquarum pluuialium. *Petimusque, vt iubeas nos seruos tuos esse in terra Gessen*. Ista petitio, s. quòd permitteret, vel iuberet rex eos manere in terra Gessen, innitebatur rationi, quia tota eorum substantia erat in ouibus, & armentis, nullusque in tota terra Aegypti ad hoc conuenientior esse videbatur locus. *Dixitque rex ad Ioseph*. Respondendo ad petitionem fratrum suorum. *Pater tuus, & fratres tui venerunt ad te*. Ideſt, ex quo pater tuus, & fratres

Diuisio confutat. opinionis Nicolai.

Ortus Nili fluminis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tres tui venerunt ad te. *Terra in conspectu tuo est.* Ideſt & terra eſt in conſpectu, ſ. in poteſtate tua, ita ꝙ potes de ea ordinare qualitercunque volueris. *In optimo loco fac habitare eos.* Quòd conueniat eorum modo viuendi, i. vitę paſtorali. *Et trade eis terram Geſſen.* Quia ipſi petiuerant tanquam ſibi oportunam, & conuenientẽ, conceſſit eis gratis. *Quòd ſi noſti.* Ideſt, & ſi noſti. *In eis.* Ideſt, inter illos eſſe viros idoneos. *Conſtitue illos magiſtros pecorum meorum.* In hoc volebat exaltare Pharao fratres Ioſeph, quia omnia officia quæcunque ſint in domibus regũ magni honoris, & vtiliratis ſunt. *Pecorum meorum.* Pharao, nec aliquis de Aegypto hẽbat oues, nec capras, nec boues, quia talia Aegyptij non comedunt, ſed colunt vt Deos, licèt ad culturam terræ aliquos boues habere veriſimile erat, & in his poterant eſſe paſtores, vel in equis, & camelis, aſinis, & burdonibus, quia iſta animalia ſunt oneri portando vtilia, ideo curam de his agebant Aegyptij ſub paſtoribus. Oues autem nullo modo habebant, quia deteſtantur Aegyptij omnes paſtores ouium, vt patet præced. cap. Hoc autem intelligas quantum ad abundantiam, ſ. ꝙ non haberent Aegyptij oues, & capras, ſicut gentes alię, ꝙa maior neceſſitas horum animalium ad cibum eſt, ipſi autem non comedebant de talibus animalibus, ſed habebant ea ad delectationem, vel ad neceſſitatem lanarum, & ob hoc non oportebat eſſe tot oues, ſicut apud reliquas gentes. Et ſi arguas contra hoc, quia dicitur ſupra cap. 43. quòd Ioſeph mandauit diſpenſatori ſuo occidere victimas, & parare conuiuium. Occiſio autem victimarum ad animalia pertinet: res enim anima carentes occidi nequeunt. Aliquis fortè reſpondebit, quòd hoc intelligatur de piſcibus, ſ. ꝙ piſces mandaret Ioſeph parari ad conuiuium fratrum ſuorũ. Nã maior Aegypti ſuſtentatio præter panem videbatur, tunc temporis eſſe in piſcibus, & fructibus. Sic enim apparet ex eo, quod habetur Num. 11. c. vbi populus, qui aſcenderat de Aegyptijs cum ipſis Hebræis dicebat: Recordamur piſciũ, quos comedebamus in Aegypto gratis, ideſt ſine vllo pretio præ multitudine eorum: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porriq; cępe, & alia; anima noſtra arida eſt, nihil reſpiciunt oculi noſtri, niſi man. Sed hoc non ſtat, immo ex illa litera eiuſdem ca. probatur, quòd Aegyptij comederent carnes, quia dicitur in principio prędictę auctoritatis, quòd Aegyptij deſiderauerant carnes ad comedendum, & petiuerant eas, quod tamen non eſſet ſi nullas in Aegypto carnes comederent, vt patet ibidem, cum dicitur: Vulgus quippe promiſcuum, qđ aſcenderat cum eis, ſ. de Aegypto flagrauit deſiderio carnium ſedens, & flens iunctis pariter ſibi filijs Iſrael, & ait: Quis dabit nobis ad veſcendum carnes? Ergo carnes comedebãt Aegyptij. Et daro, quòd vellemus ſic exponere, nõ ſtaret, quia non diceret Ioſeph diſpẽſatori ſuo occide victimas, ſi piſces parare deberet. Nam piſces de ipſo flumine mortui ducuntur, niſi raro contrarium fiat: non ergo diceret occide victimas, ſed para victimas, vel inſtrue conuiuium. Neceſſario ergo dicendum erat, ꝙ iſta eſſent animalia, quæ non eſſent aquatilia, quæ carnes habent. Item quia dato, ꝙ Aegyptij non comederent carnes, quod non eſt concedendum, tamen cum Ioſeph cibos parare deberet hominibus extraneis, quos ſciebat carnibus veſci, credendum erat, quòd eis cibos pararet ſecundum conuenientiam terræ illorum, cũ ſemper ipſi, qui aliquos inuitant, eorum ſtudeant complacere voluntati. Dicẽdum ergo ibi eſſe conuiuium carnium, licèt ad hoc reſpondere poſſet quilibet, quòd licèt Ioſeph vellet inuitando complacere voluntati fratrum ſuorum dãdo eis cibos, ſicut veſci ſoliti erant: tamen quia in terra illa non erat, non poterat eis Ioſeph in cõuiuio dare. Ad literam tamen reſpondere non poterit, in qua dicitur, ꝙ Ioſeph mandauit occidi victimas, quę neceſſario ſunt animalia non aquatilia. Reſpondendum ergo, ꝙ Ioſeph mandauit carnes occidi, & parari pro cõuiuio fratrum ſuorum, & ꝙ ipſi Aegyptij comedebãt carnes, ſicut fratres Ioſeph, vt patet, quia deſiderauerunt eas cum eſſent in deſerto, & petierunt eas, tamẽ carnes, quas Aegyptij comedebant, non erant carnes ouium, & caprarum, & ſimilium animaliũ, quę Aegyptij, vt Deos colebant; & hoc ſatis ſufficit ad tollendũ inconueniẽs, quod inducebatur, dato quòd Aegyptij comediſſent carnes, & dediſſent eas ad comedẽdum Hebręis inuitatis, non tamen erant iſtę carnes ouium, & bouum, atque caprarum, & ſic dato, ꝙ oues non eſſent in Aegypto, poterant comedi carnes. Erant tamẽ aliquæ in Aegypto ſecundum modum ſupra poſitũ. Eſſent autem carnes, quas hic comedebant, carnes volatilium domeſticarum, quæ cito ad omnia conuiuia parari poſſunt. Et talia animalia non colebant Aegyptij: ideo bene comedere poterant illa. Sed adhuc dices, vtrum fratribus Ioſeph datæ fuerint ibi carnes ouium, vel caprarum, ac bouum? quia dato quòd Aegyptij non comederent iſta, tamen darent ea ad comedendum fratribus Ioſeph, qui tenebantur, vt Hebræi, & comederent ea, ſicut interdum fit cum Iudæi inuitant Chriſtianos, vel è conuerſo, quia dant ad inuicẽ tales cibos, de quibus ipſi non comedunt. Reſpondetur, quòd fratribus Ioſeph non fuerunt datæ carnes ouium, aut caprarum, vel bouum, quia Aegyptij colebant iſta animalia, vt Deos. Nullo modo ergo conſentirent, ꝙ aliquis comederet ea coram eis. Sic enim dicitur Exod. 8. ꝙ tantum Aegyptij colebant iſta animalia, quòd ſi viderent aliquem occidẽrem ea, lapidibus obruerent eum. Et ob hoc prætẽdebat Moyſes, quòd non deberẽt Iudæi intra Aegyptum ſacrificare Deo ſuo, ſicut mandabat Pharao: ſed ire in deſertum itinere dierũ trium: maxime hoc, quia ſi Aegyptij horrebant videre alios occidentes Deos ſuos, ergo magis horrerent ipſi eos comedere, ſed ibi dicebat Ioſeph diſpenſatori ſuo, qui erat vir Aegyptius, occide victimas. ergo videtur, quòd non debebat occidere oues, aut boues, aut capras, quia tunc nullo modo Ioſeph mandaret, & dato ꝙ ipſe mandaret, nullo modo exequeretur diſpenſator. Concludendũ ꝙ Ioſeph mãdauit occidi animalia ad inuitandos fratres ſuos, ſed illa animalia talia erant, quę liceret Iudæis, & Aegyptiis ſimul comedere, ſ. aliquas aues, vel ſimilia. *Poſt hæc introduxit.* Non fuit immediatè poſt hoc; quia vt ſupra diximus Ioſeph, poſtquam occurrit patri ſuo in Geſſen, dimiſit eum ibi cũ tota domo, & aſſumptis quinque fratribus ſuis aſcendit ad Pharaonem, & retulit ei patrem ſuum adueniſſe, & conſiſtere in terra Geſſen. Tunc autem viſo, ꝙ Pharao affectionem bonam erga patrem Ioſeph habebat, redijt ad patrẽ ſuum, quẽ reliquerat in terra Geſſen, & reduxit eum ad Pharaonem, vt ſtaret in conſpectu eius. *Introduxit patrem ſuum ad regem.* Erat enim Ioſeph, tanquam aliquis multum cognitus in domo Pharaonis: ideo ipſe introduxit patrem ſuum, qui incognitus erat. *Et ſtatuit eum.* Ideſt præſentauit. *Ante ipſum.* i. regem. Fuit autem iſta præſentatio propter duo. Primum vt Ioſeph patrẽ ſuum honorificaret ducendo eum in conſpectu regis: ſecundo vt Iacob gratias regi referret de beneficio recepto ab eo, ſcilicet, quòd dediſſet eis ad habitãdum terrã Geſſen, & quòd permiſiſſet eos alere. *Qui benedicens illi.* i. Iacob benedixit Pharaoni; & patet, quia immediatè dicitur. *Et interrogatus ab eo, quot ſunt dies annorũ vitę tuæ?* Iſta interrogatio fuit facta a rege ad Iacob. & Ly. *Interrogatus.* Et Ly. *Qui.* Referuntur ad idem. *Benedicens illi.* Benedictio iſta fuit bonorum imprecatio, & hoc ad quemlibet pertinet. Iſto enim modo minores poſſunt benedicere maiores. benedictio autem, quæ eſt bonorum collatio cum effectu, vel cum auctoritate dicendi non pertinet, niſi ad maiores. Sic habetur ad Hebr. 7. c. ſine vlla enim contradictione, quod minus eſta meliore benedicitur. Quæ autẽ fuerit iſta bonorum imprecatio, non declarat litera, ſed credendum eſt, quòd fuerit imprecatio ſecundum formam communem, ſcilicet vt Deus conſeruaret thronum eius, & coronam regiam in æternum, & adaugeret vitam eius, ſubijceretq; omnes hoſtes eius ſcabello pedũ eius, vt nomen eius per omnia orbis climata reſonaret. *Et interrogatus ab eo.* Scilicet Iacob a Pharaone. *Quot ſunt dies annorum vitæ tuæ.* Nõ quęrebat, vt diceret quot dies erant in annis vitæ ſuæ, quia nullus vnquam taliter quęrit, ſed quærebat quot eſſent anni eius, iſta autẽ eſt quæſtio ad ſolaciãdum, de qua ſolent ſenes interrogari. *Dies peregrinationis vitæ meæ.* Vocat vitam ſuam peregrinationem: primo, quia in tota vita ſua non ſederat in aliquo loco tanquam colonus, & indigena, ſed ſemper fuit in motu, quia antequam haberet vxorem, fuit in Meſopotamiam, & moratus fuit ibi ſeruiens per 20. annos, vt patet ſupra 31. c. Deinde venit, & habitauit in Socoth modico tempore, poſtea venit & moratus fuit apud Sichem aliquot annis. De his ſupra 33. & 34. c. Deinde venit in Hebron ſiue conuallẽ Mambre, vbi manebat pater eius Iſaac, vt patet ſupra 35. nunc autem deſcendit in Aegyptum, & quia tunc vt peregrinus apparebat coram rege veniẽs de remotis locis ad manendum ibi ad tempus, peregrinationẽ vitam ſuã vocauit. Vel aliter vocatur peregrinus, quia ſicut peregrini ſunt in laboribus abſtinentes ab omni delectatione; & patientes lachrimas, & exilium a dulcore natalis patrię, ita ipſe vitã ſuam in laboribus duxerat. Nunquam. n. fuit ei quies: primo quando inſidiabatur ei frater ſuus Eſau, vt occideret, vt patet ſupra 27. c. Item poſt in fraudibus, quas faciebat ei Laban, & in laboribus, quos ſuſtinuit ſeruiendo ei, vt patet ſup. 31. c. & poſt in timore, quem concepit occurrẽte ei Eſau in via, vt habetur ſupra trigeſimotertio capit. Item in anguſtia, quam ſuſtinuit de ſtupro Dinæ, & in timore, quem habuit ne incurrerent ſuper eum vicini, & delerent eũ, vt patet ſupra trigeſimoquarto c. & in dolore, quem ſuſtinuit cum Ruben concubuit cũ Bala, vt patet ſupra 35. c. Item in venditione Ioſeph, pro quo luxit tot diebus arbitrans eum a beſtijs laceratum. Item in anguſtia famis, propter quam cogebatur exire de terra ſua: aliter poteſt vita cuiuslibet vocari peregrinatio, quia quandiu viuimus peregrinamur a domino, vt patet 2. ad Corin. 5. ca. & a ſuperna Ieruſalẽm matre noſtra. Et licet in quolibet homine vita iſta quædam peregrinatio, & militia ſit. vt patet Iob 7. ca. cum finis noſter, & bonum conſummatum haberi non poſſit, niſi poſt vitam, ſpecialiter tamen in bonis vita iſta peregrinatio eſt, quia licèt in malis finis, qui a natura poſitus eſt tanquam verus finis, & cõſummatum bonum, hic haberi non poſſit, ipſi tamen tanquam errantes bonum ſuum hic conſtituũt, ideo licèt verè peregrinentur, ſe peregrinos eſſe non credunt, quia cęci ſunt, & lumen cęli non vident. Boni tamen, qui bonum ſuum extra labentia huius vitæ bona ſophiſtica ſepoſitum eſſe rectè credunt, tamdiu ſuſpirant, quouſque bonum; quod deſiderant, aſſequantur. Iſti ergo cum peregrini ſint, ſic ſe peregrinos arbitrantur. De quibus Iacob erat, qui viuebat in ſpe bonorum promiſſorum, quia iuſtus ex fide viuit, vt habetur ad Roman. primo capit. & clarius hic patet ad Hebræ. 11. capit. cum dicitur: Fide, qui vocatur Abrahã demoratus eſt in terra repromiſſionis, tanquam in aliena, & in caſulis habitando cum Iſaac, & Iacob coheredibus repromiſſionis eiuſdem, expectabat enim fundamentum habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus. Et de hoc multa in eodem c. *Centum triginta annorum ſunt.* Sed poſtea vixit annis 17. vt patet ſequen. cap. fuerunt ergo anni Iacob colecti, centum quadraginta ſeptem. *Parui.* Iſti anni dicuntur parui ideſt pauci, quia non erat aliquis de annis ſuis minor, quàm annus ſuorum prædeceſſorum, ſed pauciores ſunt. Et ſic indicat hic Iacob ætatem ſuam, quaſi immediatè moriturus eſſet, aliàs non diceret, quòd erãt pauci dies, & non acceſſerãt ad dies patrum ſuorum, quia licèt tunc non acceſſiſſent, poterãt accedere poſtea immo ſuperare. Ita enim potuiſſet dicere Iſaac, quando erat centum annorum, ſcilicet dies mei ſunt pauci, & non acceſſerunt ad dies patrum meorum, tamen poſtea dies ſui acceſſerũt ad dies patris ſui Abrahæ, & ſuper excreuerunt annis quinq; quia Abraham vixit 175. annis, Iſaac vero 180. Potuerat etiam dicere hoc Iacob, cum eſſet annorum 40. quòd dies ſui erant pauci, quod eſſet valde irrationabiliter dictum. Oportet ergo dicere, quòd Iacob intelligebat ſe eſſe in conſummatione vitę cum iſta dixit. *Et mali.* mali dicuntur dies non, quòd in ſe mali ſunt, quia cuncta, quæ Deus fecit ſunt valde bona, vt patet ſupra primo cap. vocantur tamen mali propter mala, quæ in eis facimus, vel quæ ſuſtinemus. Sic habetur Matth. 6. cap. ſufficit diei malitia ſua, ideſt ſufficit cuilibet diei ſolicitudo, quę in eo naſcetur: non curemus inquirere, ſolicitiſſe vno die pro altero. Sic etiã ait Apoſtolus, redimentes tempus, quoniam dies mali ſunt. Erãt ergo mali dies quos vixerat Iacob, quia ſemper fuit in angu ſtia, vt ſupra declarauimus. *Et non peruenerunt vſque ad dies patrum meorum.* Quia Abraham auus ſuus vixit annis 175. vt patet ſupra 25. cap. Iſaac vero pater eius vixit 180. annis, vt habetur ſupra 35. cap. alij autem proaui, & attaui diutius vixerunt, vt patet ſupra 11. cap. ſed ipſe ſolum loquebatur de diebus Abrahæ, & Iſaac. *Quibus peregrinati ſunt.* Patres ſuos dicit peregrinatos, quia nunquam habitauerunt in terra propria, ſed expectantes diuinam promiſſionem mutabant ſedes in tota vita ſua, vt patet de Abrahã, qui primo egreſſus fuit de Hur Caldæorum terra natiuitatis eius, vt patet ſupra 11. cap. & poſt egreſſus fuit de Haram Meſopotamiæ, in qua erat domus patris ſui, vt patet duodecimo capit. Deinde ambulauit vagus in terra Chanaan, & deſcendit in Aegyptum, vt patet ſupra 12. cap. dein de rediit in Bethel, vbi ante moratus fuerat, vt patet eodem cap. Rurſus mutauit ſedem veniens in cõuallem Mambre apud Hebron, vt patet ſupra 13. c. deinde venit ad peregrinandum in Geraram, vt habetur ſupra 20. cap. poſtea moratus fuit in Berſabee, vt habetur ſupra 21. capit. Iſaac autem etiam peregrinatus eſt, quia cogente fame volens deſcendere in Aegyptum, vt patet ſupra 26. cap. admonitus a Deo manſit in Gerara. Deinde aduerſitates ſuſtinens reuerſus fuit in Berſabee, vt patet eodem cap. vel vocantur peregrini ex alijs duabus cauſis aſſignatis ſupra in Iacob. *Et benedicto rege.* Benedictio accipitur, vt ſupra diximus pro imprecatione boni. Et non eſt iſta imprecatio, de qua ſupra dixit, ſed fuit alia, quam fecit Iacob, quando volebat ſe expedire a rege, vt ſicut intrãs ad ipſum imprecatus fuit bona ei, ita recedens ab ipſo imprecaretur bonum. Et patet hoc, quia ſi intelligeretur de prima benedictione, non diceretur, quòd benedicto rege egreſſus eſt foras, quia poſt benedictionem eius aliqua alia præceſſerunt. Ideo deberet dici facta collocutione de vita eius exiuit foras, cum iſta interrogatio fuit poſt benedictionem primam regis. *Egreſſus eſt foras.* Scilicet expediens ſe a rege, & veniens in terram Geſſen. *Ioſeph vero patri, & fratribus dedit poſſeſſionem.*

Quare Pharaonẽ hẽbat pecora.

An Aegyptij carnes comederent.

Rſiſio Doctoris.

Quę carnes comedendæ fratribus Ioſeph appositę fuerũt.

Aegyptij colebãtque cora, ut Deos.

Ioſeph ſtatuit patrẽ ſuum ante regẽ, propter duo.

Quot annis Abraham, & Iſaac vixerunt.

Bñdictio quo accipitur.

Descriptio Iacob & familiæ de larga sustentatione.

nem. Hic describitur Iacob, & familiæ suæ, largâ sustentatio. *Dedit possessionem.* Mandato regis. *In Aegypto.* Collocando eos, vt accolas Aegypti. *In optimo solo terræ Rameſſes.* Rameſſes nomen ciuitatis est in terra Gessen, & ponitur hic per anticipationem, quia nondum erat facta Rameſſes, quia ipsi Iudæi postea construxerunt eam cogentibus Aegyptijs, vt patet Exodo primo capit. Sed quia quando Moyses ista scribebat, facta erat illa ciuitas, vsus fuit anticipatione. Incœperunt ergo tunc habitare Iacob, & filij sui in terra illa, vbi postea facta fuit ciuitas Rameſſes. Et cum terra Gessen esset satis magna, in meliori parte terræ illius, magis conuenienti alendis pecoribus habitare cœperunt. Nec est intelligendum, quòd in illa terra nullus de Aegyptijs habitaret, quia tunc terra illa inhabitata esset, & solitudo: sed non est sic, quia inter ipsos Iudæos Aegyptij morabantur, vt patet Exodo duodecimo capit. ideo ipsi in exitu de Aegypto mandato Dei liniebant vtrumque postem domus sanguine agni occisi, vt Angelus percutiens videns portam sanguine litam pertransiret ad domos Aegyptiorum non litas. Etiam isto modo mulieres Hebræorum petebant vasa aurea, & argẽtea vnaquæque a vicina sua, vt patet ibidem, magis tamen erant separati in terra illa a communicatione cum Aegyptijs, quàm in alia terra. *Et alebat eos.* Idest fratres suos. *Et omnem domum patris sui.* Idest totam familiam, quæ venerat cum patre. Sic enim dixerat Pharao, quòd aleret eos, vt patet præcedenti capitulo. *Præbens cibaria singulis.* Idest pro qualibet persona constituebat quantum sufficeret.

Nõ potest esse malũ vniuersale in toto mũdo.

In toto orbe. Ista est introductio ad emptionem cibariorum, & exactionem perpetuam impositam Aegyptijs. *In toto orbe.* Hyperbole est, quia non deficiebat cibus in toto orbe, ita quòd non esset locus, in quo fames non esset, quia nunquam aliquod malum toti orbi vniuersaliter euenit præter diluuium, qui dicitur Catachysmus tempore Noè: nec vnquam venturum est præter conflagrationem sęculi ante diem iudicij, in qua omnia peribunt, vt patet secunda Petri. capit. tertio, & in carmine sybillæ Eritreæ, quod ponit Augustinus decimooctauo. De ciuitate Dei 23. quia si aliquod malum vniuersale veniret, totus mundus periret. Nec potest naturaliter eadem influentia esse in omnibus partibus terræ, vt declarauimus supra octauo capit. dicitur ergo in toto orbe, idest in multa terra vicina terræ Aegypti. Et hoc declaratur ex antiquis Chronographis Cornelio Tacito, Trogo Pompeio, & Iustino, qui ista scripserunt ponentes istam sterilitatem præcipuè accidisse in Aegypto, non facientes mentionem de alijs terris, vt diximus supra quadragesimoprimo capit. ex auctoritate Pauli Orosij, libro primo, de Ormesta mundi. *Oppressérat fames terram.* Idest vastauerat destruendo multa, quia pecora ex defectu ciborum perierant, & fortè multi homines cogente fame. Terram autem hic vastatam, vel oppressam dicit, non denominans aliquam specialiter, quasi vniuersaliter totam terram opprimi fame signari velit, sed hyperbolica locutio est, vt dictum est. *Maximè Aegypti, & Chanaan.* Quia maior siccitas in his terris fortè acciderat. *Equibus.* Idest a quibus duabus terris, scilicet Aegypto, & terra Chanaan. *Omnem pecuniam congregauit pro venditione frumenti.* Quia istæ duæ terræ venebant ad emendum ad Ioseph, & quia fames erat valida, & cibaria erant in magno valore, & homines nihil poterant lucrari in breui tempore totam pecuniam dederunt pro frumento. Et ita venditio Ioseph, licèt pro multis pecunijs esset, & valde cara videretur, tamen iniusta non erat, quia id quod tẽpore magnæ fertilitatis pro paruo pretio comparabatur, & quasi pro nihilo, quia erat copia frumenti sine mensura, quasi arena maris, vt patet supra quadragesimoprimo ca. nunc pro temporis necessitate magno pretio extimabatur, quia secundum iura humana tanti valet res, quanti vendi potest. In tanta autem rerum vastitate, & fame valida verisimile est, multos ad infames escas fuisse conuersos, scilicet, vt degustarent cadauera mortuorum, siue pecorum, siue hominum, vel bestiarum.

Tantũ res valet, quantum vendi potest.

Si enim obsessa Samaria ad tempus regnante Achab tanta fames inualuit, vt venundaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoris columbarum quinque argenteis: & duę mulieres comederunt filium vnius die vna, vt comederent filium alterius die altera, vt patet, quarto Regum, sexto cap. & in destructione, & obsidione Ierusalem, Iosephus author certissimus, idem factum esse affirmet in libris Antiquitatum, quanto magis in tam valida fame? *Et intulit in ærarium regis.* Idest in locum, vbi conseruabantur thesauri regis, scilicet in gazophilatijs suis. In hoc autem valde fidelis fuit Ioseph, qui in tanta pecuniarum copia, vt iam numerum excederet, nihil accepit custodiens manus suas mundas, & cor suum rectum omni tempore.

Et hoc fecit, quia sicut omnes illæ fruges de thesauro regis emptę fuerant, ita pretium earum ad regis thesaurum rediret. *Cumque defecisset emptoris pretium.* Quo anno sterilitatis hoc factum fuerit, non potest colligi ex litera. Fortè dicendum esset hoc fuisse in tertio, vel quarto anno, de quo magis dicetur infra. Deficiebat pretium emptoribus ingraueſcente fame, maximè quia tempus protrahebatur. Verisimile est enim, quòd in isto tempore ex angustia mo dicitatis cibariorum, & charistia magna ne homines profligarent vniuersam substantiam suam vendendo pro frumento, pro expectatione quotidiana parco victu transijsse: ideo pecuniam non valde cito fuisse exhaustam liquet. *Venit cuncta Aegyptus.* Idest multi de Aegypto: est enim hyperbole, quia non est verisimile, quòd omnes homines, quotquot in Aegypto habitabant, ad Ioseph venissent, sed multi. Vel dicitur venisse tota Aegyptus, idest de quolibet loco principali Aegypti venerunt aliqui ad Aegypti dominum Ioseph, qui ab alijs tanquam procuratores ad istud negotium missi erant. Sic ergo tota Aegyptus venit ad Ioseph, idest, procuratores omnium locorum Aegypti. *Da nobis panes.* Idest da nobis frumentum ad faciendum panes. Et licèt hic isti petentes panes nullum pretium offerrent, quia pecunijs iam carebant omnibus erogatis, sine pretio tamen, vel gratis panem non petebant, sed volębant dare quicquid Ioseph imperasset. *Quare morimur.* Idest quare morti exponimur non habentes cibos? *Coram te.* Idest vidente te qui potes remedium adhibere. *Deficiente pecunia.* Idest, quia non possumus dare tibi pecuniam, quæ iam defecit, quasi dicat iniustum hoc est. *Adducite pecora vestra.* Idest, licet non habeatis pecuniam, tamen vobis sine pretio dare non debeo, cum adhuc habeatis quid, quod dare possitis. Hic autem fiebat commutatio sine medio formaliter mẽ surante, quod est numisma, vt patet in quinto Ethicorum, habebatur, tamen quidam respectus ad numisma mensurans ista secundum valorem. Vel commutabatur res pro re absolutè secundum valorem cuiuslibet rei consideratum ex temporis necessitate, & vtilitate: sic enim dicit Philosophus in quinto Ethicorum, quòd si vna domus valeat quinque minas, & vnus lectus valeat vnam minam, vnus lectus erit quinta pars valoris domus. Nihil ergo magis differt dare quinque lectos pro vna domo, cum vna domus valeat quinque minas. *Quæcumque adduxissent, dedit eis alimenta.*

menta. Licet omnia sua pecora quis daret, multum tamen frumentum non recipiebat, quia pecora modicum vtilia tunc erãt, panis autem summe necessarius. Et patet quia cibus datus pro pecoribus non durauit vltra vnum annum, ideo sequẽti anno compulsi sunt iterum venire ad petendum cibos, vt infra habetur. *Pro equis, & ouibus.* Ista, quæ hic nominantur sunt omnia pecora Aegyptiorum. Principalia pecora erant equi, in quibus magis abundabant ad necessitates bellicas, & ad itinerandum.

Quæst. 1. Quomodo Aegyptij adduxerũt oues ad Ioseph, cũ ipsi eas non haberent.

Sed quæret aliquis quomodo dicitur hic, q̃ Aegyptij adduxerũt oues ad Ioseph, cum supradictum fuerit, quòd non habent Aegyptij oues, sed magis detestantur omnes pastores ouium? Respondetur quòd inter Aegyptios non erat multitudo ouium, cum nõ occidant eas, nec talibus cibis vescantur, vt plene probatum est. ideo pastoribus non indigent ad oues, nec inter eos sunt: nutriunt tamen Aegyptij aliquas oues ad delectationem, & illæ sunt domesticæ, & raræ, sicut interdum nutriuntur oues pulchrę in domibus non ad cibum, sed ad delectamentum in visu, & auditu. Hoc autem est, quia Aegyptij colunt, vt deos illa animalia, ideo quiescunt cum vident ea. Non tamen in manu pastorum, qui occidunt, & percutiunt ipsas detestantur ergo Aegyptij pastores ouium licet ipsi pauculas oues habeant, quæ nullæ dici possunt, quia nihil & paucum vel inutile æquiparantur. De hoc autem supradictum est. *Bobus, & asinis.* Ista computantur inter armenta, & Aegyptij habebant ista, quia boues proderant ad agriculturam, & asini ad ferenda onera. *Sustentauit illos anno illo pro commutatione pecorum.* Ex hoc patet, quòd cibi in magna caristia erant quòd tot animalia pro tam pauco cibo dabantur, vt solum vno anno sufficeret. Et si dicas, aliqui erant, qui valde pauca pecora habebant, quorum precium non sufficeret ad cibos vnius anni, & alij erãt, qui nulla pecora habebãt, isti quomodo haberent cibum? Rñdetur q̃ Ioseph videns, q̃ nõ erat rationabile permittere aliquos mori fame, illos, qui nec armenta, nec pecuniam aliquã, vel domestica supellectilia tradere poterant, gratis sustentabat, dato aliquãto cibo. Patet hoc, quia quando ipsi petierunt panem à Ioseph dicẽtes se mori coram eo, respondit Ioseph q̃ darẽt pecora. Si ergo nihil habuissent, nihil postulasset, sed gratis alimenta concessisset.

Quo intelligatur iste secundus annus sterilitatis.

Venerunt que anno secundo. Quis autem fuerit iste secundus annus, non plene patet. Dicẽdum tamen est, q̃ iste est secundus annus computando ab illo tpe, quo dederunt pecora, & in quo defecerunt pecuniæ. Aliqui tamen Hebræi dicunt, quòd iste fuit secundus annus sterilitatis, in quo intrauit Iacob Aegyptum, & seq. anno. s. tertio Nilus inundauit meritis eius, & secuta fuit magna fertilitas, ablata siccitate, quæ erat occasio sterilitatis. Sed est contra textum. Primo quia Ioseph prophetico spiritu denunciauerat septem annos continuos futuros in sterilitate, vt patet supra 41. c. Si aũt isto anno fuisset fertilitas meritis Iacob solum durasset sterilitas duobus annis; falsa ergo fuisset interpretatio de septem annis sterilitatis prænunciatis à Ioseph. Qđ non est dicendum, quia in hoc voluit Deus ostendere sapientem interpretationẽ Ioseph. Itẽ quia tunc fuisset superuacua tanta ciborum conseruatio, vt in quolibet de septem annis fertilitatis obseruaretur quinta pars pro duobus annis sterilitatis. Et si dicas q̃ non sequitur ex hoc q̃ interpretatio prophetica esset falsa, quia aliqũ prophetia fit cum conditione. s. vt si tale nõ fuerit, tale sequatur: sicut patet de morte prænũciata regi Ezechiæ propheticè, & tamen nõ euenit, vt patet quarto Reg. 20. cap. & Esa. 38. Sic etiam declarat Ieremias 18. cap. quòd istę prophetiæ intelliguntur conditionaliter. Si exist at modus vel conditio rei, vt stabat illo tpe quo prænunciata est. Si autem mutetur mutabitur propheria comminatoria, vel promittens bonum: quia subito loquar de gente, & regno, vt eradicem destruam, & dispersam illud: si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod loquutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo, q̃ cogitaui, vt facerem ei. Et subito loquar de gente, & regno, vt ædificem, & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam, pœnitentiam agam super bono, quod locutus sum, vt facerem ei. Nũc ergo ad propositum diceretur, quòd licet Deus indicauerit in somnio Pharaonis, & in interpretatione Ioseph, quòd septem anni sterilitatis venirẽt super terram Aegypti, intelligebatur sub conditione. s. si nõ rogaret pro eis Iacob. Sed quia postea Iacob veniens rogauit pro Aegyptijs inũ dauit fluuius, & secuta fuit fertilitas: sicut Ezechias flens exauditus est, licet contra ipsum iam esset certificatũ s̃m illum modum, qui tunc stabat, mortem esse inferendam. Sed hoc non valet, quia licet, pphetiæ cõminatoriæ, & pœnales isto modo inferantur, & prænuncientur, tamen quando prophetæ denunciatur q̃ taliter, vel taliter erit, & ex nullo euentu mutabitur, non potest aliter esse; nec licet dubitare aliter posse contingere. Sic autem factũ fuit hic, quia Deus reuelauit Ioseph quòd certissime sic eueniret, nec vllo modo mutaretur, vt patet supra 41. cap. quando Pharao nunciauit duo somnia sua Ioseph, qui declarato primo, dixit secũdum ad idem pertinere, sed fuisse geminatum somnium eiusdem rei ad signandum, q̃ sermo Dei, i. ea, q̃ prænunciata erant sine dubio fierent, & q̃ cito cõplerentur: quasi dicat q̃ aliqs verbum Dei prænũtiatũ ex aliqua conditione non implebatur, sed hoc sine aliqua conditione, vel statu rerum euenientiũ cõpleretur. Itẽ quia cũ Ioseph prædixisset septẽ annos sterilitatis futuros, si postea soli duo anni sterilitatis forent, reperiret eũ mẽritũ fore, & nõ teneret in honore magno, quẽ ante apud regẽ habebat. Etiam fuisset superflua tanta segetũ conseruatio. s. cõseruare pro annis septẽ cũ soli duo anni esse deberent. Sed Ioseph semper fuit habitus in honore illo, in quo à principio tenebatur, per totã vitam suã, imo etiam post vitã suã pp eũ in magno honore fuit tota tenebat progenies, vsquequo post multa tpa surrexit rex, qui non cognoscebat Ioseph, & incepit affligere populum Hebræorum, vt patet Exo. 1. cap. Item patet dictũ illud esse falsum, q̃ iste fuisset secũdus annus sterilitatis: sequeretur enim tunc manifestè ꝺ textum. s. q̃ in secũdo anno emisserunt Aegyptij cibaria p terris, & in primo anno sterilitatis emissent pro pecoribus. Nullus ergo annus sterilitatis relinqueretur, in quo emissent pro pecunijs. Textus tñ dicit, q̃ postq̃ defecerũt pecuniæ emptoribus, quia oẽs illas congregauerat Ioseph in ærarium regis, venerunt ad eum dicentes q̃ daret eis panes, ne fame perirent coram ipso. Ergo alijs temporibus receperant cibaria pro pecunijs, maximè quia non defecit triticum Aegyptijs primo anno famis. Dato enim quòd nõ fuisset fames prænunciata Aegyptijs per Ioseph, habuissent alimenta ex præcedenti anno, in quo fuerat vbertas, quia ea, quæ vno anno colliguntur, sequenti anno comeduntur. Item quia multi de Aegyptijs reseruauerunt sibi frumenta pro eo tẽpore, ideo dato quòd non duraret toto illo tempore, aliquot annis durasset, & sic non compellentur immediate emere pro pecunijs, à fortiori nec pro terris, vel pecoribus.

Dicendum ergo, vt supra diximus, quòd iste fuit secundus annus computando ab illo tempore, in quo pecuniæ ad cibos defecerunt: quia tunc pecora in computationem dederunt, & sequenti anno, qui erat secundus de istis, dederunt terras. Iste

Responsio authoris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem annus; in quo terras dederunt, videtur fuisse quintus, vel sextus de annis sterilitatis. *Non celamus dominum nostrum.* Ideſt non celamus te, qui es dñs noſter: volebāt hic Aegyptij petere rursum cibaria, & ga non habebant pecunias, nec pecora, quæ darent, reuelabant ſuam inopiam Ioſeph, vt eis prouideret dicentes. *Non celamus Dominum noſtrum.* Ideſt non abſcondimus à te inopiam noſtram. *Quòd deficiente pecunia pecora ſimul defecerint.* Eſt ſenſus dicimus tibi domine, q̄ pecunia nobis defecit ad emendum cibos, & pecora nobis defecerunt, vt daremus in commutationem ciborū. Iſta litera poteſt habere duos ſenſus propter illud aduerbium. *Simul.* Sed iſte ſenſus non poteſt ſtare, quia vno anno antea ceſſauit, vel defecit omnis pecunia, quàm deficerent pecora: datis autem omnibus pecunijs, mandauit Ioſeph dari pecora, & vno anno pro his pecoribus ſuſtentati ſunt nullo alio precio dato, vt patet ſupra. Eſt ergo alius ſenſus quòd ly ſimul non ſignificet ſimultatem, ſed ſter pro etiam: & eſt ſenſus. *Non abſcondimus à te Domine, quòd deficiente pecunia.* Ideſt ſicut defecit pecunia. *Pecora ſimul defecerint.* Ideſt etiam pecora defecerint non immediate, ſed poſt. *Nec clam te eſt.* Ideſt non eſt à te abſconditum. *Quòd abſque corporibus, & terris nihil habeamus.* Bene arguebant, quia ſcirent Ioſeph q̄ ipſi dederant omnes pecunias ſuas, & omnia pecora quòd nihil haberent reſiduum, niſi corpora ſua & terras. Vocat autē terras prædia ruſticana, & prædia vrbana, ſcilicet domos, & alia bona immobilia. Volebat ergo ſignificare, quòd cum nulla alia bona eis relicta eſſent niſi iſta oportebat, vel eis panes gratis dari, vel quòd acciperet de bonis iſtis quicquid vellet. *Cum ergo morimur.* Laboramus famis egeſtate. *Te vidente.* Ideſt te ſciente, quòd iſta patiamur. *Et nihil aliud habeamus.* Quaſi dicat hoc iniuſtum eſt. *Et nos, & terra noſtra tui erimus.* Ideſt voluimus tibi tradere terram noſtram vēditam, & nos ipſos in ſeruos, vt des nobis cibos. *Eme nos in ſeruitute regia.* Ideſt eme nos, vt ſimus ſerui regis, antea enim eramus vaſalli regis, nunc erimus ſerui eius. Et non dixerunt eme nos in ſeruitute tua, ſicut dixerunt eme nos in ſeruitute regia: quia ſciebant ipſi, quòd fruges emptæ fuerāt de pecunia regis. Ideo quicquid pro eis dabatur ad regem pertinebat, & nō ad Ioſeph. Erat autem Ioſeph ſolum adminiſtrator, vel diſpenſator harum pecuniarum, ſed non dominus. *Et præbe ſemina.* Ex hoc videtur quòd in illis annis ſterilitatis licet modicum erat, aliquid tamen ſeminari poterat, aliàs non petiuiſſent iſti ſemina. Et hoc patet in ripa fluminum, vbi creſcēte Nilo licet modicum inundaret illa, tamē terra, quæ irrigabatur, ſeri poterat, & colligebantur fruges. Vel poteſt dici aliter & melius, q̄ Aegyptij audiuerant a Ioſeph, quòd ſterilitas ſeptem annis duratura erat, & quia videbant, quòd incipiebat ſeptimus, ſciebant quòd anno ſequenti fertilitas eſſet, ita quòd ſufficienter meti poſſet, & arari. Petierunt ergo ſemina pro illo anno, quia dato quòd ille annus fertilis eſſe deberet ſecundum cœli influentiam, & terræ temperiem: tamen ſi non ſereretur, nihil colligeretur. Et quia Aegyptij nihil frugum habebant dato, quòd ſcirent ſequenti anno vbertatem futuram, tamen ſe & terras ſuas pro cibarijs illius anni, & ſemente alterius vendiderunt. Quia niſi in illo anno prouiderent, ita morerentur fame tunc, ſicut in alijs annis mori potuerant. *Ne pereunte cultore.* Ideſt ne deficiant colentes terram deficiente ſemine. *Redigatur terra in ſolitudinem.* Ideſt efficiatur terra ſicut deſertum, ſcilicet, quòd non ſit terra culta, & ornata, ſed aſcendant herbæ nociuæ, & frutices inutiles, vt vrticæ, vepres, & ſaliuncæ. Sic dicitur de vinea, quæ non colitur. Ponam eam in deſertum, non putabitur, non fodietur, aſcendent ſuper eam vepres, & ſpinæ, vt patet Eſa. quinto cap. Hoc autem magnum damnum erat, ſcilicet redigi terram in ſolitudinem, quia tunc neceſſe eſſet omnes Aegyptios perire, & ipſum regem cum tota domo ſua. *Emit ergo Ioſeph omnem terram Aegypti.* Quantum ad poſſeſſiones perſonarum ſingularium, quia aliæ partes terræ Aegypti erāt, q̄ erāt pertinētes ad ſolū regē, & has nō emit: aliæ pertinebant ad res publicas, & ſacras, vt mœnia ciuitatum theatra, & portæ, & ſimilia loca, de quibus Inſtituta de rerum diuiſione in §. ſacræ quoque res. Hæc autem in nullius bonis ſunt, ideo nullatenus vendi poſſunt. *Vendentibus ſingulis poſſeſſiones ſuas.* Tam ruſticas, quam vrbanas. Nec enim fuit aliquis in tota Aegypto, qui non venderet poſſeſſionem ſuam, præter terram ſacerdotum quæ libera manſit, vt patet infra. *Præ magnitudine famis.* Nulla maior fames eſſe poterat, quàm vt nullus de Aegypto aliqua cibaria haberet ad veſcendum præter ea, quæ à Ioſeph recipiebant. *Subiecitque eam Pharaoni.* i. totā terrā Aegypti ſub conditione, quæ infra ponitur. *Et cunctos populos eius.* Ideſt non ſolum terra data fuit Pharaoni, ſed etiam populi: omnia enim venundata ſunt Ioſeph, ſic patet ſupra. *En nos & terra noſtra tui erimus, eme nos in ſeruitute regia.* Vbi nos dicimus. *Subiecit.* In Hebræo dicitur: *Et tranſtulit populum ad ciuitates de fine termini Aegypti vſque ad finem eius.* Et eſt ſenſus quòd rex accipiens terram Aegypti ſub illa conditione, fecit omnes Aegyptios, qui morabantur in vna parte regni, tranſire ad aliam, & è contrario, ita quòd nullus de Aegyptijs fuit, qui maneret in loco, in quo antea erat: & hoc faciebat Pharao ad accipiendum poſſeſſionem realem, & naturalem, vt clare monſtraretur Aegyptios nihil proprium habere in terra illa, cum nullus maneret in eo, quod ante poſſederat. Cauſa autem deceptionis, vel tranſumptionis eſſe potuit, quia apud Hebræos verba iſta modicum differunt. *Via euir.* Scripta cum litera quæ dicitur, Res, apud Hebræos in fine ſignat fecit tranſire. *Via enid.* Cum Daleth in fine ſignat ſubiecit in ſeruitutem. Iſtę autem duæ literæ, ſcilicet Res, & Daleth magnam conuenientiam in characteribus habent, licet in ſono differant, & virtute. Potuit ergo in Biblia Hebraica vna ſcribi pro alia, vt poſt translationem factam a Hieronimo inaduertentia Hebræorum ſcriptorum, vel forte translator noſter in hoc nō multum aduertit, quia faciliter talis deceptio cauſari poterat. Sententia autem in vtriſque eadem eſt, licet fortè magis exprimat quantum ad aliquid litera Hebraica, ſcilicet quantum ad poſſeſſionem, ſed quantum ad venditionem magis declarat litera noſtra. *Anouiſſimis terminis Aegypti vſque ad extremos fines eius.* Ideſt Ioſeph ſubiecit Pharaoni totam Aegyptum, & cunctos populos eius ab vno fine Aegypti vſque ad alium finem, ideſt ab ortu ſuo vſque ad occaſum ſuū, & ab auſtro ſuo vſque ad ſuum borealem terminum. Vel ſequendo aliam literam, quam tenet Hebraica Biblia eſt ſenſus, quòd Ioſeph tranſire fecit cunctos populos Aegypti de locis ſuis ab extremo in extremum, ſcilicet eos, qui ad orientem Aegypti morabantur occidentales eſſe fecit: illos vero, qui meridiem incolebant ad ſeptentrionem collocauit. *Præter terram ſacerdotum.* Non eſt intelligendum quòd ſit aliqua ſpecialis terra in Aegypto in qua morarentur ſacerdotes, & quòd illa reſeruaretur, quia in qualibet ciuitate erant ſacerdotes: ſed eſt ſenſus, quòd poſſeſſiones ſacerdotum, & domus eorum venditæ non ſunt. *Quæ à rege tradita fuerat illis.* Ideſt q̄ rex tradiderat cuilibet ſacerdoti terrā, in qua moraretur. Et erant in magno honore iſti ſacerdotes. Quod patet quia filia ſacerdotis Heliopoleos fuit data in vxorem Ioſeph à Pharaone. Erat autem Ioſeph ſecundus poſt regem in Aegypto, & præpoſitus totius Aegypti, vt patet ſupra 41. cap. Ex quo videtur conſtare q̄ Putiphar ſacerdos Heliopoleos erat de honoratiſſimis viris totius Aegypti. Vnde fortè erat de archiflaminibus Aegypti: erat enim inter ſacerdotes gentilium præminentiæ, & dignitatis ordo, quorum quidam flamines. i. ſacerdotes ſimplices erant, alij archiflamines, vt epiſcopi quaſi principes flaminum. i. ſacerdotum: vltimi autem, qui omnibus præerant prothoflamines dicebātur quaſi primi in flaminibus à prothos, q̄d eſt primus, & forte iſta dignitas cōceſſa erat Putiphari ſacerdoti Heliopoleos, cuius filiam Ioſeph duxit in vxorē. Ab his autem antiquis Gentiliū diſtinctionibus in miniſtris ordo eccleſiaſticus quendam diſcretionis modum ſumpſit in patriarchas, metropolitanos, & epiſcopos, & ſimplices ſacerdotes, vt ait Iſidorus, & ponit Magiſter in 4. lib. ſententiarum diſtin. 24. *Et ſtatuta cibaria.* Scilicet pro ſingulis annis certa penſio, vel redditus ad ſuſtētationem ex horreis publicis. i. de frugibus cōmunitatum. Sicut enim nūc ex decimis, quæ ſunt datæ à tota communitate, ſacerdotes ſuſtentantur, ita tunc, licet decimæ nō darentur in qualibet tamē cōitate ſtatuebantur horrea frumentorum de bonis cōitatis, & ex illis tradebatur ſuſtentatio conueniens ſacerdotibus etiam inter ipſos Gentiles, ſpecialiter omnes de populis quædā tributa ſoluebant ſacerdotibus, quæ erant perſonæ publicæ, & illa erant quaſi decimæ noſtræ, vel aliquid ſimile. Decimæ etiam fructuum oīum maxime ipſarum frugum gentiles exhibebant ſacerdotibus quolibet anno poſt collectas fruges in Autumno, q̄ſi omnes vacabant facientes magnas ſolemnitates dijs, & congregabantur ad faciendum ſacrificia, de quo Ariſt. 8. Ethic. Et ſacrificia facientes, & circa has congregationes, honoresque tribuētes dijs, & ſibi ipſis requiem acquirētes cum delectatione. Antiqua enim ſacrificia, & congregationes videntur fieri poſt fructuū delectationes, puta primitiæ, maxime enim in his vacabant temporibus: hoc aūt erat, quia ſacerdotes eſſent perſonæ publicæ, quia miniſterium quod faciebant in cultu deorum erat pro ſalute totius cōitatis, ideo de cōitatis bonis ſuſtentari debebant: erat enim illo tempore apud Aegyptios in magno honore ſacerdotalis dignitas, ita vt reges darent eis terras, & conſtituerent eis cibaria de communitatibus. Sic vt ipſi nullo modo cogerentur ad alias negociationes. In quo valde reges, & domini noſtri temporis exprobabiles redduntur, qui nō ſolum eccleſijs exiſtēte vero, ſacroque deitatis cultu, qui apud Gentiles non viguit, bona non cōferunt, ſed etiam ab antiquorum deuotione collata auferunt miniſtris eccleſiaſticis, exactiones, extorſionesq̄; partim publicas, partim priuatas imponētes, vt iam idem rex, & papa, & epiſcopus videatur. Sed abominandum valde eſt, vt filij patres ſubijciāt ſeruituti. Secūda cauſa quare iſta cibaria conferebantur in Aegypto ſacerdotibus erat, quia ibi ſcientijs ſpeculatiuis primò vacare iuſſi ſunt, maxime aſtrologiæ. Sic enim ait Philoſophus primo Metaph. q̄ pp nimiū admirari ſacerdotes in Aegypto inceperunt philoſophari. Iſti autē principium doctrinæ in Abraham habuerunt, vt quidā antiqui teſtantur, & Ioſephus idē dicit in libris antiquitatum lib. 1. de quo diximus ſupra 12. cap. Sed intelligendum eſt, q̄ Abraham modicū eos docere potuit, cum non moratus fuerit in Aegypto per annum, ſed ſolū vſq; ad tps, quo agnouit Pharao q̄ Sara eſſet vxor Abrahæ, de quo ſupra 12. cap. *Iccirco non ſunt coacti vendere poſſeſſiones ſuas.* Cū haberent vnde viuerent aliunde. *Dixit ergo Ioſeph.* Hic ponitur Ioſeph ad afflictū populum magna clemētia, quæ fuit in hoc, q̄ terram

Pecora ſimul defecerint dupliciter exponitur.

Prima expoſitio.

Secūda expoſitio.

Oēs poſſeſſiones ſpe cariſtiæ in Aegypto vēditæ præter eas, quæ ſacerdotū erant.

Erat inter ſacerdotes gētiliū ordo dignitatis.

Quare decimę dabantur ſacerdotibus Aegypti.

Cap. 1.

Opinio antiquorū

emptam eis reddidit, & cum eos in ſeruos emiſſet liberos dimiſit. *En vt cernitis.* Ideſt ecce vos videtis qualiter per contractus, & conuentiones factas inter me, & vos Pharao poſſidet vos, & terram veſtram; nō ſolum vt rex, ſed vt dñs in integrum totius Aegypti, & oīum poſſeſſionum, quæ in ea, & vos ipſos poſſidet in ſeruos. *Accipite ſemina, & ſerite agros.* Tradidit eis hic maiorem quantitatem tritici quam in alijs annis, quia nunc oēs acceperunt triticum ad cibos ad ſeminandū etiam, alijs aūt annis accipiebant ſolum ad cibos, quia terra, nec arari, nec ſeri poterat, vt patet ſupra 45. cap.

Sed queres, qūo iſto anno dabat eis ſemina? quia nō poterant ſerere, vt prædictū eſt. Rñdetur vt ſupra. ſ. q̄ iſte erat annus vltimus ſterilitatis, & ſequens annus futurus erat fertilis. Ideo oportebat ſeri ad colligēdum fertiliter fruges. *Vt fruges habere poſſitis.* Quaſi dicat, quia ſequenti anno fertilitas frugum erit. *Quintam partem regi dabitis.* Ideſt licet ego poſſem vti vobis tanquā ſeruis regis ex conuentionibus factis inter me, & vos, & accipere oēs fructus terræ, quos p cultū haberetis, tñ volo miſericorditer hoc relaxare permittendo vos in libertatē cum veſtris familijs, & vt quicquid p cultum terræ habueritis veſtrū ſit præter quintā partem, quam regi dabitis. Magna ergo clementia, vt de ſeruis penſionarios conſtitueret, vel cenſuales. *Quintam partē.* In hoc aūt vlterius apparet, quia terræ, quæ fertilitate ſunt excellentes, ſatis juſtè pro medietate fructuū colendæ traduntur: Aegyptus aūt nō ſolum fertilis eſt, immo ſine magno labore colitur, vt dicunt qui terrā illam viderunt: dare ergo eis pro medietate terrā cenſualem, clementia erat, quāto magis pro quinta parte? *Quatuor reliquas permitto vobis in ſementem.* Iſtos ꝺctus Ioſeph faciebat, nihil curante rege, cū totū regnū Ioſeph diſponeret. *Familijs veſtris, & liberis.* Ideſt filijs, filij aūt cōputantur in familia patris, ſed hic nō cōputauit ſic, ſolū vocans familiā ſeruos, & ancillas, & vernaculos. *Salus noſtra in manu tua eſt.* Ideſt tu potes dare nobis vitā, & ſalutē, ſi vis, vel tollere. O quāta populorū, & regū ingratitudo. Tāta bñficia, & vtilitates Ioſeph Aegypti regibus procurauit, vt maior eſſet redditus regū, multipliciter q̄ ante fuerint: ipſiq̄ populi eius beneficio viuebāt, qui taliter iudicauit & diſpoſuit, & poſtea frumenta recōdita prudenter diſtribuit, ita vt tota Aegyptus Ioſeph debeat quicquid eſt, q̄n eius munere eſt: tamen eo mortuo rex ſurrexit in Aegypto, qui non cognouit Ioſeph, non magnitudine ejus ipſi tpis, ſed vitio ingratitudinis, cum ſe eius beneficio ſentiret maioribus ditari redditibus, populi quoque truces cognationem illius, cuius beneficio ipſi cū patria permanebant, duritia afflixerunt, ſeruituti ſubiecerunt, & morte nepharia vaſtauerūt, infantibus eorū in ipſa lucis apparitione necatis. Sed mētita eſt iniqtas ſibi, quia iniuſtæ ingratitudinis pœnas juſtiſſimas vberrime eluerunt. *Reſpiciat nos tantum Dominus noſter.* Ideſt nos videmus, q̄ vita noſtra in poteſtate tua eſt, ſolum oramus, vt reſpicias nos bono vultu, ne iraſcaris nobis ſeruis tuis. *Et læti ſeruiemus regi.* Ideſt iſtud onus quintæ partis ſoluendæ, q̄d nobis imponis, libenter tolerabimus, quaſi nihil nobis imponeret, & corde hilari ſeruiemus regi. *Ex eo tempore.* In quo facta fuit iſta conuentio. *Vſque in præſentem diem.* Aliqui volūt iſta fuiſſe verba Eſdræ, qui legē cōbuſtā reparauit, & fm eos aliquas additiones fecit. Sed hoc fallum eſt, quia nullus vnq̄ quantæcumque eſſet auctoritatis, alicui libro canonico, quem Spiritu ſancto dictante ſcriptū fuiſſe firmiter credimus, quicquam addere, aut detrahere auſus fuit. De quo ſupra 22. c. & dicetur magis Deut. 4. cap. Dicēdū eſt ergo, q̄ iſta fuerunt verba Moyſi, q̄ hoc ſatis cōgruè dicere potuit, quia à tpe illo, in quo iſta conuentio facta fuit vſque ad tempus, in quo iſte liber

Quæſt. 2. Quare iſto anno dabāt eis ſemina.

Determinatio.

liber Geneseos in deserto scriptus est, anni plures quã ducenti, & viginti transierunt. Quod satis patet computando tempora quibus Israelitæ manserũt in Aegypto, & deinde tẽpora, quæ fluxerunt in deserto vsque quo iste liber scriptus fuit, de quo magis dicetur Exo. 24. & Deuteron. 31. cap. *Quinta pars regibus soluitur.* Et non solum vsque ad tempus Moysi illa iura regibus persoluta sunt, sed etiam vsque hodie perseuerant. In quo patet magna solertia regum circa subditos in recipiendis redditibus, quia in tantis temporum circulationibus, & varijs quasi mutatis mundi euẽtibus, nunquàm illa iura aboleri potuerunt, licèt hoc satis Aegyptus desideraret. Si autem hoc fuisset aliquod priuilegium in fauorem communitatum, vel populorum, siue aliqua lex iustè populos dirigẽs, iam à multis temporibus abolita, & obliuioni data fuisset. *Et factum est quasi in legem.* Immo maioris vigoris est quàm lex, quia nulla vnquàm alicuius populi lex posita tandiu durauit. Sed dicitur quasi in legem, quia lex proprie dicitur ius scriptum: istud autem non est aliquid scriptũ, sed ex impositione illa moribus vtentium solidissimè approbatum. Vel dicitur quòd facta quasi lex, idest vere lex. s. quòd ista impositio habuit omnes cõditiones, in quo habere poterat lex aliqua. Et sic dicimus, quòd rex noster sterit hodie in medio suorum militum in habitu regali quasi rex. Et sic facit multotiẽs scriptura, vt patet Ioan. 1. cap. s. gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ, & veritatis. Dicitur ibi de Christo quòd erat quasi à patre vnigenitus. Scriptura tamen tota clamat, quòd erat verè vnigenitus Dei. *Absque terra sacerdotali.* Idest absque possessionibus vrbanis, & rusticanis pertinentibus ad sacerdotes, quę per successionem sacerdotum deriuantur in alios sacerdotes. *Quæ libera ab hac conditione fuit.* Idest quia non coacti sunt sacerdotes vendere possessiones suas, cum eis tempore sterilitatis alimenta de horreis publicis tribuerentur. *Habitauitque.* Hic ponitur secundum principale. s. Iacob in terra Aegypti consummatio. Et diuiditur in duas, primo ponitur de sepultura sua facta ordinatio: secundo eiusdem Iacob mortui in assignato loco tumulatio. infra 50. c. Prima in duas: primo ponitur dicta ordinatio: secundo filiorum benedictio. infra 48. cap. *Habitauit ergo Israel.* Idest Iacob. *In Aegypto.* Idest in terra Gessen. Ponitur in litera exponens & expositum, & vtrumque verum est. s. quòd habitauerit Iacob in Aegypto, & illa pars, in qua habitauit erat terra Gessen. *Et possedit eam.* Quia ibi datæ fuerunt eis ciuitates, & oppida in quibus morarentur, & agri, quos colerent. Hoc autem possederunt quandiu fuerunt in Aegypto, etiam quia ipsi emebant ab Aegyptijs agros, & domos, & dilatabantur magis in terra. *Auctusque est.* In numero per generationem quantum quilibet alius populus generando augeri poterat. *Et multiplicatus nimis.* Idest non solum quantum alij populi, sed etiam magis in immensum. Quia ex 70. descendentibus in Aegypto vsque ad annos ducentos fuerunt sexcenta millia peditum potentium procedere ad bellum, vt patet Exo. 12. cap. præter infinitam multitudinem fœminarum, & paruulorum, & senũ, qui numerari vix possent. Et hoc eis ad miraculum repetit bis Moyses Deuteronom. 10. cap. In 70. animabus descenderunt patres vestri in Aegyptum, & ecce nunc multiplicati estis sicut astra cœli. Fiebat autem tanta multiplicatio, quia fœminæ multotiens pariebant, & in ipso partu interdum gemellos, interdum tres, aut plures fœtus effundebãt cooperãte Deo ad conceptionem seminis: de quo Exod. primo cap. *Et vixit in ea.* Scilicet in terra Aegypti. Ex hoc põt responderi, si quis dicat q̃ illa litera superior. s. habitauit Israel non intelligit de ipso Iacob, sed de filijs eius qui vocantur Israel, cum subdatur immediate auctus, & multiplicatus, quod de filijs Iacob congruè intelligitur. Quia si intelligeretur de filijs Israel, non diceretur habitauit in ea decem septem annis, quia pluribus habitauit quam ducentis, etiam quia subditur: Facti sunt dies vitæ eius centum quadraginta septem anni. Quod nullo modo referri potest ad populum filiorum eius, quia non diceretur de illo populo, quòd vixerit annis 147. sed de ipso Iacob decẽseptem annis, & ante vixerat 130. vt patet in princip. huius cap. Et sic colligẽtur 147. anni totius vitæ Iacob, qui infra ponuntur. Et mortuus fuit Iacob 12. annis post sterilitatem finitam quod patet, quia Iacob venit in Aegyptum in fine secundi anni sterilitatis. Et patet quia dicitur supra 45. c. quinque anni adhuc restant, quibus nec arari, nec meti poterit. Computatis ergo illis quinque annis, qui remanebant futuri vsque ad finem sterilitatis manent 12. alij extra sterilitatem ad complendum 17. annos. *Factique sunt omnes dies vitæ illius centum quadraginta septem annorum.* Quod patet colligendo 130. annos quos habuit, quando venit in Aegyptum, & 17. quos ibi postea vixit. *Cumque appropinquare cerneret diem mortis.* Dicit Nicolaus, quòd ex hoc patet Iacob habuisse spiritum propheticæ, quia sciuit appropinquare diem mortis. Quod autem Iacob habuerit spiritum propheticæ nullus dubitare rationabiliter potest: sed q̃ ex hoc sequatur eum habuisse spiritũ huiusmodi, falsum est. Prima pars patet, quia aliquis vocatur propheta in sacra scriptura dupliciter; vno modo, q̃a Deꝰ cum eo loquitur, vel ei se reuelat: secundo quia reuelat ei aliquam veritatem, siue futuram contingentem, siue præsentem, siue præteritam, cuius cognitio sine diuina reuelatione impossibilis est. Quantum ad primum modum vocatur Abraham propheta, quia licèt nihil prænunciaret, nec discereret incognitum, quia tamen ei Deus sæpe loquebatur, vt patet supra 12. & 13. & 15. & 17. & 18. & 21. & 22. cap. ideo scriptura vocauit eum prophetã, imo ipse Deus loquens ad Abimelech vocauit Abraham prophetam, vt patet supra 20. cap. vbi dicit. Nunc ergo redde ei vxorem suam, quia vir propheta est, & orabit pro te. Quantum ad secũdum modũ, qui magis vsitatus est, Isaias, & Ieremias, & oẽs alij; quorum libros habemus prophetæ fuerunt, quia enunciauerunt quædã de futuris, quædã aũt de occultis præteritis, vt patet in suis libris, Iacob aũt quolibet istorum modorum propheta vocari põt. Primo mõ, quia aliqñ ei apparebat Deus, & ipse Iacob nihil prænũciabat, sed aliq̃ veritatem à Deo recipiebat, vt patet s. 31. Et postea in itinere redeundo, vt patet supra 22. Deinde rursus in Bethel, vt patet s. 35. Cõpetit ei etiã secũdus modus, quia aliqñ futura incognita prædicebat, vt patet ĩ. 49. cap. vbi benedixit filios suos denunciãs eis ea, quæ post sic euenerunt, ideo dixit in princ. verborum suorum: Congregamini, vt annunciẽ vobis quæ ventura sunt in diebus nouissimis. Quantum ad secũdũ. s. q̃ non possit probari hic, q̃ sit propheta, patet sic. Quia licet poterat esse, q̃ Iacob cognosceret mortẽ sua instare, tamẽ nõ arguitur euidẽter ex textu, q̃ per spiritũ propheticũ, immo magis vĩ oppositum. Quia vt habetur Deut. 18. cap. signũ ad cognoscẽdum in aliquo casu, quis nõ est propheta, est si ea, q̃ propheta dixerit nõ euenerint, vel nõ eo tpe, vel nõ taliter, q̃a tũc nõ est locutus Deus, sed propheta ille pseudo per superbiã animi sui cõfinxit. Nũc ergo ea, q̃ Iacob nũc dixit nõ ita videntur euenisse, vt ipse dixit. Ipse. n. dixit q̃ sentiebat mortẽ sibi instare, tamen nõ instabat, quia alicui ægrotãti mortẽ instare dicimus, quando ex illa ægritudine moriturus est: sed non fuit sic de Iacob, quia non mortuus fuit ex illa infirmitate. Nam postquam ipse in hac ægritudine, vel qualicunque corporis

Diligentia Regũ exigẽdis redditibus.

Lex proprie ius scriptũ dicitur.

Consummatio Iacob in terra Aegypti

Opinio Nicolai de Lira improbatur.

Quis vocetur propheta.

poris defectu putans se moriturum rogauit, & adiurauit filium suum Ioseph, vt duceret ossa sua in terram Chanaan; conualuit tunc & recessit ab eo Ioseph. Iterum nunciatum est Ioseph, quòd pater suus Iacob ægrotaret, & ex ista secunda ægritudine mortuus est. Ipse tamen tanquàm moriturus in prima ægritudine disposuit de sepulchro suo, tanquam illi homines, qui putantes mortem sibi adesse, condunt testamenta, & postea ab ægritudine conualescunt. Videtur ergo dicendum quòd non spiritu prophetico, sed per quædam signa naturalia cognouit, vel verius opinatus fuit mortẽ sibi adesse, quia fortè expertus fuit in corpore suo talem deordinationem, qualem nunquam ante cognouerat, vel magnam virium defectionem. Et dato quòd iste fuisset vnus, & idem languor quod est contra textum, & etiam vere mortem suam coniectasset; tamen non arguebatur hinc quòd per spiritum propheticum cognosceret, quia medici sapiẽtes verè iudicant vt plurimum de morte, vel de sanitate constitutorum in ægritudine. Et præter hoc sæpissime videmus multos ægrotantes se morituros iudicare, quia talia in se experiuntur, quæ vitæ non conueniunt. Si autẽ dies mortis appropinquabat, ita quòd post istam vocationẽ Ioseph non multis diebus mortuus sit, non constat. Satis tamen clare pater in textu quòd tunc nõ haberet ægritudinem, de qua mortuus est, quia dicitur infra quòd his transactis nũciatum est Ioseph quòd pater eius ægrotaret. Nos tamen communiter mortem solum alicui appropinquare dicimus, quando ægritudo ei ineſt, ex qua moriturus est, vel sic iudicatur. *Vocauit filium suum Ioseph.* Idest fecit eum vocari per nuncium, quia non morabatur in eodem loco Ioseph, in quo pater suus Iacob, quia Iacob manebat in terra Gessen. Ioseph autem semper erat in curia regis, cum omnia per eum iudicarentur, & disponerẽtur, sicut dictum fuerat supra 41. cap. Ego sum Pharao. Absque imperio tuo nullus mouebit manũ, aut pedem in terra Aegypti. *Si inueni gratiam in conspectu.* Idest si tu diligis me, vel si ego sum aliquid in tua reputatione. *Pone manum tuam super femur meum.* Sic enim habent aliquæ literæ, sed falsa litera est, vt patet in Hebræo, quod dicit. *Subter femur meum.* Sicut dicebatur supra 24. cap. quando Abraham mandauit Eliezer seruo suo, quòd iuraret ponendo manum sub femore. modus autem iurationis ibi declaratus est. Quare autem sic iuraretur, dicunt doctores nostri q̃ implicitè iurabatur per Christum nasciturum de semore Patriarcharum. Et hoc bene ipsi cognoscebãt, & prædicebant. Vel vt volunt Hebræi quidam, quòd hoc fiebat ad honorem circuncisionis. Ideo ponebatur manus iurantis circa illud membrum, in quo erat circuncisio.

Rabbi Abraham Aben Ezra dicit, quòd hoc fiebat ad signum subiectionis. Et nunquam fiebat istud iuramentum, nisi quando aliquis dominus adiurabat seruum, vel quando maior adiurabat minorem, sicut quando Abraham adiurauit seruum suum Eliezer, vt patet supra 24. cap. vel quando hic Iacob adiurauit Ioseph, qui minor erat ex eo quòd erat filius eius, & tenebatur ei obedire. Et ista consuetudo adhuc apud quasdam gẽtes Iudæorum refertur obseruari. *Et facies mihi misericordiam.* Idest facies mihi aliquid tale, quod ego reputabo ad magnam misericordiam, & magnũ bonum meum, si sepelias me in sepulchris maiorum meorum. *Et veritatem.* Idest rectitudinem iustitiæ. Quasi dicat faciendo hoc, facies id, ad quod teneris, quia ex quo filius meus es, teneris mihi iustè præcipienti obedire. Non dixit ista Iacob alicui de alijs filijs, licet ipsi libenter exequerentur, quia sciebat quòd nullus aliorum hoc facere posset. Nam dato quòd aliqs de aliis vellet portare cadauer patris extra Aegyptum nõ permitteret eum Pharao exire Aegyptum. Ioseph autem, quia acceptus valde erat in oculis Pharaonis, sciebat Iacob, quòd permitteretur à Pharaone facere quod vellet. *Non sepelias me in Aegypto.* Sciebat Iacob, quòd nisi ista dixisset intendebat Ioseph facere ei sepulchrum pretiosum, & memorabile valde in terra Aegypti. *Sed dormiam cum patribus meis.* Dormire interdum signat mori, interdum autem sepeliri. De primo patet 3. Reg. 2. cap. Dormiuit igitur Dauid cum patribus suis, & sepultus est in ciuitate Dauid: hic autem accipitur dormire pro sepeliri. Et patet quia rogat Iacob filium suum Ioseph, vt non sepeliat eum in Aegypto, sed vt dormiat cum patribus. Si autem acciperetur dormire primo modo, idest mori non deprecaretur Iacob Ioseph, quia dato quòd sepeliretur cum Aegyptijs, siue in terra Aegypti, dormiret cum patribus suis, idest moreretur sicut patres sui, Sed accipitur necessario dormire, idest sepeliri. *Auferas me de hac terra.* Postquam mortuus fuero portando me in terram Chanaan. *Condasque me.* Idest sepelias me. *In sepulchro maiorum.* Idest in sepulchro patrum meorum, qui vocantur maiores mei. Sic patet Psalm. 77. in Deuter. etiam cap. 32. Interroga patrem tuum, & dicet tibi: maiores tuos, & annunciabunt tibi. Accipiuntur ibi maiores, idest patres, siue aui, & proaui, & omnes ascendentes per lineam rectam, qui more sacræ scripturæ patres vocantur, vt ait beatus Hieron. super Danielem, & habetur extra de verb. sign. in cap. Nam & rex Nabuchodonosor. *Sepulchro maiorum.* Sepulchrum maiorum, siue patrum suorum vocatur ager speluncæ duplicis in valle Mambre, in quo sepulti erant Abraham, & Sara, Isaac, & Rebecca: Iacob postea sepultus fuit cũ Lia, vt patet infra 49. cap. Causa autem quare volebat in sepulchro illo sepeliri, erat: quia Iacob in spiritu videbat quòd Messias in terra illa conuersari debebat, & mori, & resurgere. Credidit ergo quòd sicut multa corpora sanctorum cum ipso Christo resurrectura erant, vt patet Matth. 27. cap. ita ipse posset cum eis resurgere. Et sic tenetur ab omnibus Catholicis factum fuisse. s. q̃ Iacob cum Christo surrexit. *Ego faciam quod iussisti.* Ioseph cognouit iustas preces patris sui, cognouit etiam dignum esse filios patribus obedire: etiam putauit se hoc posse facere, quia Pharao daret ei licentiam eundi ad sepeliendum patrem suum, ideo assensit precibus non tanquã precibus, sed tanquam mandatis, ideoque subdidit, *Ego faciam quod iussisti.* Idest ego per me metipsum exequar hoc. Nec intelligas pater, q̃ ego committam corpus tuum alteri illuc deferẽdum, sed egomet ero dux in portando. *Et ille.* Idest Iacob dixit tunc. *Iura inquit mihi.* Idest licet ego credam simplicibus verbis tuis: tamen volo quòd iures, vt magis te obligatum esse perpendens hanc rem diligentius exequaris. *Quo iurante.* Idest postquàm ille iurauit. *Adorauit Israel.* Idest Iacob. *Deum.* Scilicet verum: alia litera habet. *Contra summitatem virgæ suæ.* Vel. *Super caput virgæ suæ.* Et est sensus, quòd cum Iacob esset senex nec posset se tenere erectum, accubuit ad adorandum super virgam, quam manu tenebat. *Conuersus ad lectuli caput.* Idest ad orientem, vel contra quam partem erat caput lectuli terram Chanaan, quæ erat partim ad orientem respectu terræ Aegypti ad septentrionem, vt sæpe supra probatum est. Sic enim orabant Iudæi deuoti post factum templum Salomonis contra terram Chanaan. Et hoc vbicunque essent, vt patet Daniel sexto cap. Et hoc erat, quia Salomon rogauit Deum post fabricationem templi, quòd si Iudæi ducerentur ad alias gentes captiui, vel quomodocunque manerent in alijs terris, si conuerterentur ad orandum

Quare pharaonis exhibebãt iuramentũ subter femur suum.

Opinio Rabbi Aben Ezra.

Quare Iacob volebat in maiorũ sepulchro sepeliri.

Domire dupliciter sumitur.

contra illud templum Deus exaudiret eos, vt patet tertio Regum 8. cap. in tabernaculo tamen facto in deserto locus orationis, siue contra quem orare deberent, non ad orientem, sed contra occidentem collocatus erat, de quo Exodo cap. vigesimosexto, & Leuitico decimosexto.

Iacob ægrotus Ephraim, & Manasse benedicit.

Cap. XLVIII.

HIs ita transactis nunciatum est Ioseph, quòd ægrotaret pater suus: qui, assumptis duobus filijs Manasse, & Ephraim ire perrexit. Dictumque est seni: Ecce filius tuus Ioseph venit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo. Et ingresso ad se, ait: Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ est in terra Chanaã, benedixitque mihi, & ait: ego te augebo, & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum: daboque tibi terram hanc, & semini tuo post te in possessionem sempiternam. Duo ergo filij tui, qui nati sunt tibi in terra Aegypti, antequam huc venirem ad te, mei erunt Ephraim, & Manasses, sicut Ruben, & Simeon reputabuntur mihi. Reliquos autem, quos genueris post eos, tui erunt, & nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis. Mihi enim quando veniebam de Mesopotamia, mortua est Rachel in terra Chanaan in ipso itinere, eratque vernum tempus: & ingrediebar Ephratam, & sepeliui eam iuxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Bethlehem. Videns autem filios eius, dixit ad eum: Qui sunt isti? Respondit: Filij mei sunt, quos donauit mihi Dominus in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, vt benedicam illis. Oculi enim Israel caligabant præ nimia senectute, & clarè videre non poterat. Applicitosque ad se deosculatus, & circumplexus eos dixit ad filium suum: Non sum fraudatus aspectu tuo: insuper ostendit mihi Deus semen tuum. Cumque tulisset eos Ioseph de gremio patris, adorauit pronus in terrã. Et posuit Ephraim ad dexteram suam, ideſt ad sinistram Israel, Manassen verò in sinistra sua, ad dexteram, scilicet patris, applicuitque ambos ad eum. Qui extendens manum dexteram posuit super caput Ephraim iunioris fratris, sinistram autem super caput Manasse, qui maior natu erat, commutans manus. Benedixitque Iacob filijs Ioseph, & ait: Deus in cuius conspectu ambulauerũt patres mei Abraham, & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea vsque in præsentem diem: angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis: & inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham, & Isaac, & crescant in multitudinem super terram. Videns autem Ioseph quòd posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim, grauiter accepit: & apprehensam manum patris leuare conatus est de capite Ephraim, & transferre super caput Manasse. Dixitque ad patrem: Non ita conuenit pater, quia hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput eius. Qui renuẽs ait: Scio fili mi, scio: & iste quidem erit in populos, & multiplicabitur, sed frater eius minor, maior erit illo: & semen illius crescet in gentes. Benedixitque eis in tempore illo, dicens: In te benedicetur Israel, atque dicetur: Faciat tibi Deus sicut Ephraim, & sicut Manasse. Constituitque Ephraim ante Manassem: Et ait ad Ioseph filium suum: en ego morior, & erit Deus vobiscum, reducetque vos ad terram patrum vestrorum. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.

HIs *itaque*. Dicto de Iacob in Aegypto mansione, hic agitur de filiorum benedictione, & diuiditur in duas partes: primo ponitur filiorum Ioseph benedictio singulariter: secundo subinfertur benedictio omnium filiorum suorum vniuersaliter infra 49. cap. Prima in tres partes: primo ponitur filiorum Ioseph adoptatio: secundo eorum benedictio, ibi. *Videns autem*. Tertio specialis remuneratio, ibi. *Et ait ad Ioseph*. Prima in duas: primo ponitur adoptatio: secundo adoptantis quædam excusatio, ibi. *Mihi enim. His itaque transactis*. Postquam Ioseph iurauit patri suo Iacob quòd duceret eũ in terram Chanaan ad sepeliendum, & recessit ab eo dimittens eum conualescentem. *Nunciatum est Ioseph*. Quia Iacob manebat in terra Gessen. Ioseph autem in curia regis manebat ad disponendum omnia negocia regni, sed quia Iacob erat senex, & propinquans morti, & Ioseph diligebat eum valde, posuerat nũcios, qui semper ei salutem, vel statum patris sui referrent. *Quia ægrotaret pater eius*. Hebræi dicunt hic, quòd tres petitiones fuerunt factæ notabiles à tribus viris sanctis. Primo petiuit Isaac, vt daretur hominibus aliqua pœna ad cognoscendum se ipsos, vel vt à malo recederẽt, ideo data est ei caligo oculorum, vt patet supra 27. cap. scilicet senuit Isaac, & caligauerant oculi eius. Secundã petitionẽ fecit Iacob petens, vt homini ante mortem aliquis morbus daretur, vt cognosceret homo qñ esset in dispositione ad moriendum, & conuerteretur ad Deum, quia vt ipsi volunt ante Iacob nullus homo ægrotauerat, sed subito moriebantur. Huic autem concessum est qp ægrotaret, & deinde alijs hominibus. Tertiam petitionẽ fecit rex Ezechias. s. vt hoies post morbum sanari possent, quia, vt ipsi dicunt, ante tẽpora eius quicũque ægrotabat in illa ægritudine, moriebatur, ipse autem orauit Deum, vt possent aliquando hoies post morbum sanari, vt ipse sanatus est, vt patet 4. Reg. 20. & Esa. 38. cap. Sed ista quædam fictitia sũt, & fundãtur super quandam ignorantiam, & errorem magnum: quia ipsi putant qp ea, quæ in sacro canone scripta non sunt, non fuerunt: sed ista ratio est stultissima, quia tunc sequeretur nihil fuisse, nisi quod in sacro canone scriptũ est, quo nihil stultius cogitari potest. Et confirmatur testimonio scripturæ, quia Ioan. 21. cap. dicitur: Multa alia fecit Iesus in conspectu discipulorum, quæ in hoc libro scripta non sunt. Hæc autem scripta sunt, vt credatis, quia Iesus est Christus filius Dei viui, & vt credentes vitam habeatis. Sacra enim scriptura non intendit omnium temporum gesta narrare, sed ea describere, quæ saluti nostræ aut vtilia, aut necessaria sunt, vt dicebatur in prædicta auctoritate: omnia autem describere esset impossibile. Esset & pondus quoddam inutile, quia nullus esset, qui legeret, nec lecta prodessent. Est adhuc maior error, quia si isti miseri scripturas, in quibus à teneris tripudijs enutriti sunt, scrutarẽtur, multa aduersantia eis, q̃ dixerunt, reperirent. Ad primũ cũ dicunt nullam vnquam punitionem hominibus fuisse illatam, vt se ipsos agnoscerent ante tempora Isaac, patet ꝺ̃rium ex sacro canone Gen. 4. cap. vbi dicitur de Cain, cui datus fuit tremor in pœnam, & in signum, vt oẽs cognoscerent eum. Latebatque inter fruteta, & densas arbores timens vndique mortem, quousque incurrit in illam. Sic patet etiã de Abraham supra 25. cap. vbi dicit qp defecit, & mortuus est. Etiam vbi isti miseri obliti sunt maximam illam pœnam hominibus datam, qp perierint diluuio? vt patet supra 7. cap. Itẽ vbi reliquerunt punitionem durissimam Sodomorum, cum pro peccatis suis oẽs igne cœlesti absumpti sunt? Itẽ valde isti errant in fundamento, dicentes ex suppositione caligationem oculorum fuisse datam Isaac, vt se cognosceret. Nam tales pœnæ aliquibus infliguntur, de quibus videtur, qp sit aliqua superbia, & cõtemptus, sed in Isaac non videtur sic, cum esset vir mitis, & tractabilis, atque simplex, sed videtur magis qp ista pœna ei naturaliter euenerit. s. quia ex causis naturalibus in talem ægritudinem incidere debebat. Sicut mors iam non videtur homini pœna, sed natura, sicut arbitrantur Philosophi Gentium. Et hoc licet Deus aliqua causa det, quia ipsa etiam, quæ naturaliter fieri possunt, Deus administrat ſm suum altissimum iudicium, non tamen videbatur specialiter data in pœnam sceleris alicuius. Ad secundum quando dicebatur, qp nullus ægrotabat vnq̃ ante tempora Iacob, sed oẽs subito moriebantur: hoc repugnat toti rationi, quia vita animalis consistit in quadam corporis armonia, qua existente non põt deficere vita. Ista autem potest dupliciter tolli, aut per nocumentum extrinsecum totum animal subito distemperans, aut per corruptionem humidi radicalis, aut calidi naturalis, in quibus fundatur vita. Cum ergo nõ oẽs, qui mortui sunt ante tpa Iacob mortui fuerint illatis vulneribus, oportebat plures eorũ mori p defectũ duorũ principiorũ, in quibus fundat vita. s. calidi, & humidi. Istorum autẽ consumptio, & restauratio quotidiana est. Sed cum ad tale tẽpus venitur, in quo aliquod istorum duorum ita deperditum est, quòd restaurari non potest, cum incipiat deperdi totaliter armonia, necesse est sequi magnos dolores cum dolor sit sensus nocumenti: necesse est etiam sequi virium inualitudinem, quæ consistebat in bona dispositione membrorum executiuorum, quæ ablata est per ablationem totius cõpaginis armoniæ corporeæ. Ista autẽ aiunt languorem esse sine ægritudine. Item patet hoc ex sacra scriptura supra 25. cap. vbi dicitur de Abrahã, qp erat dierũ multorũ defecitque, & mortuus est. Deficere autem vocatur ſm ipsos Hebræos, & doctores, & nostros, qñcunque aliquis paulisper resoluitur vsq; ad mortem. Sic etiam dicitur de Ismahele in eodem cap. s. defecitque, & mortuus est. Maxime quia ipsi Iudæi tradunt Ismahelem mortuum fuisse diſenteria. Patet etiam de Pharaone, qui plagis magnis vapulauit, quia detinebat Saram vxorem Abrahæ, vt habetur supra 12. cap. Idem de Abimelech rege Gerare, quando accepit Saram, vt patet supra 20. cap. Ad tertium, scilicet, quòd nullus ægrotans euaserit mortem ante tempora Ezechiæ, sed omnes quotquot ægrotabant moriebantur: Respondetur falsum esse: est enim contrarium omni rationi naturali: quia omnis disproportio in armonia corporis humani est morbus, sed contingit quòd interdum ista disproportio ita sit parua, quòd natura ipsa per se valeat se reducere ad sanitatem, interdum adiutorio medici, & vi medicamentorum, sicut nunc fit. Nisi forte dicere velint, qp quilibet morbus vitam corrũperet necessario, nisi Deus miraculosè eum tollat. Sed hoc falsum est, quia tunc superflua esset medicina, cũ nihil operaretur, sed totum Deus aget. Sed hoc falsum est, quia scriptura sacra mandat honorari medicos tanquã necessarios, vt patet Ecclesiastici. c. 38. Honora medicũ propter necessitatem. Item qñcunque sunt eædem causæ mortis, & vitæ, sanitatis, & ægritudinis, necesse est eandem existere vitam, & mortem, sanitatem, & ægritudinem. Sed eædem causæ tam quantum ad nos quam quantum ad influentiam cœli sunt nunc, & ante temporibus illis, ergo eodem modo ægritudines, & sanitates. Sed aliqui nunc ægrotantes sanantur, ergo & tunc. Item contrarium habetur sup. 12. cap. vbi legimus Pharaonẽ plagis magnis percussum, sed postea sanatum. *Idem patet in Abimelech rege Palesthinorum. sup. 20. cap. Item patet hoc in Iob, qui infirmatus fuit valde, ita vt à tota corporis mole tabes diffluet, & saniem testa raderet manens insterquilinio, vt patet Iob. 42.* Item quia si omnes, qui ægrotabant, morerentur, nullus hominum, qñ ęgrotaret quæreret, an moriturus esset, cum argueret se certè moriturũ, sed contrarium patet. 4. Reg. 1. c. de Ochozia rege Samariæ, qui misit ad consulendum Deum Accaron, vtrũ sanaret de infirmitate sua. Idem patet de Ieroboam, qui misit vxorem suam ad quærendum responsionẽ Ahiæ prophetæ Silonitis, vtrũ Abias filius suus ęgrotans moreretur, ut patet 3. Reg. 14. cap. & omnes isti fuerunt, añ tẽpora Ezechię regis, ergo falsum dicunt. *Qui assumptis duobus filijs suis*. Assumebat hos filios suos, ut portaret ad Iacob, ut eos bñdiceret, quia erat consuetudo, qp parẽtes in morte benedicebant filios, uel alios minores. Cum ergo Ioseph suspicaretur patrem suum Iacob cito moriturum, quia senex erat, voluit sistere ei benedicendos filios. *Manasse, & Ephraim*. Nondum enim alios genuerat, ut patet infra cum dixit Iacob duo filij tui, qui nati sunt tibi in terra Aegypti antequam uenirem ad te, mei erunt, reliqui autem quos genueris post eos, tui erunt. *Ire perrexit*. Ideſt festinauit ire. *Dictumque est seni*. Ideſt Iacob antequam introiret ad eum Ioseph. *Ecce filius tuus Ioseph venit ad te*. Iste aduentus multũ erat gaudiosus Iacob, quod patet in eo, qđ sequitur. s. *Qui confortatus sedit in lecticulo*. Ideſt licet enim ęgrotaret carens uiribus, tñ audito, qp ueniret Ioseph exhilaratũ est cor eius, & multiplicatis, dilatatisq; spiritibus resumpsit uires. *Sedit in lecticulo*. Erigens se ad loquendum. Antea aũt iacebat extentus

Improbatur Iudæorum falsa opinio.

Solutio tõnum.

Ad primã positionẽ Iudæorũ.

Ad secũdã positionẽ Iudæorũ.

In humido naturali fundatur vita.

Ad tertiã positionẽ Iudæorũ.

Deficere quid ſm Hebręos.

Consuetudo antiqua benedicendi filios.

Tres petitiones ægrotantium factæ à patribus sanctis secundum Hebręos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tentus in longum non potens se apodiare, vel aliqualiter sustinere. *Deus omnipotens.* Hic autem intendit nouiter persuadere Iacob id, quod ante persuaserat, scilicet quòd ducat corpus eius Ioseph in terrā Chanaan ad sepeliendum. Et ad hoc vt inducat eum, adoptat duos filios eius Manasse, & Ephraim dando eis partes hæreditatis sicut alijs filijs suis. s. Simeon, & Ruboñ. Et quia posset dicere Ioseph: Pater quomodo das eis sortes in terra Chanaan, cū ibi nihil possideas? Obiectio. Respondet Iacob quòd Deus promisit dare ei, & semini suo illam terram, ideo tanquam certam distribuit. Et hoc dicit immediate. *Deus omnipotens.* Vocat eum omnipotentem, idest potentem facere quod promisit. Istud nomē rectè hic conuenit, quia ad aliquid arduum faciendum non oportet Deum vocari benignum, siue mansuetum, vel misericordem, vel sapientem, quia ista nihil attinēt ad magna faciendum, sed magis omnipotentem esse, quia omnipotentem nihil effugit quin illud facere possit. Responsio *Apparuit mihi in Luca.* Quę vocatur alio nomine Bethel, vt patet supra 28. & 35. & Iudi. 1. cap. Ista apparitio fuit, quando ibat in Mesopotamiam, quando vidit scalam tangentem cœlos, & Deum innixum super scalam, vt patet supra 28. cap. *Quæ est in terra Chanaan.* Circa ciuitatem Sichem miliario vno distans, & apud montem Nebal, & Garizim, & in opposito ciuitatis Naim, vt patet supra 12. & Iosue 8. cap. Aliqui autem volunt istam ciuitatem, vel oppidum esse id, quod Ierusalē, quod falsum esse claris rationibus supra 12. cap. & 28. probauimus. Opinio quorundā de nomine ciuitatis Ierusalem. *Benedixitque mihi.* Annunciando bona futura, vel augmentum, cum benedictio semper augmētum notet. *Ego te augebo.* In possessionibus. *Et multiplicabo.* In prole. *Et faciam in turbas populorum.* Idest faciam, vt de te nascantur multi populi, & copiosi. Quod patuit postea, cum ab eo duodecim tribus exierint, in quibus erant duo reges simul, & multæ ciuitates, munitaque oppida. *Daboq; tibi terram hanc.* Propter hanc particulam introducit Iacob omnia ista verba, scilicet, vt demonstraret aliquo modo pertinere ad eum id, quod promittebat nepotibus suis Ephraim, & Manasse. Ex quo enim Dominus dixit, quòd daret terram illam, dubitari nō potest quin daret, quia verbum Domini in æternum permanet. Et dato quòd cœlum, & terra transeant, verbum Domini nō transibit, vt patet Matth. 24. cap. *Et semini tuo post te.* Scilicet tibi dabo, vt nunc in ea peregrineris. Semini autem tuo dabo, vt teneat in firmam possessionem, & hereditatem. Quod fuit tempore Iosue, qui introduxit filios Israel in terram Chanaan, & inceperunt tūc tenere proprietatem, & possessionem terræ, deletis inde alijs Gentibus, vt patet in libro Iosue. *In possessionem sempiternam.* Ista promissio conditionalis fuit, scilicet si filij Iacob custodirent mandata Domini, manerent in terra illa, si autem non, Deus mitteret in eos hostes, qui eradicarent eos de terra sua, sicut habetur Leui. 26. & Deuteron. 28. & 29. Et dato quòd ista promissio non esset conditionalis, tamen nō oporteret durare in æternum. Sic enim patet de circuncisione, quæ vocata fuit pactum sempiternum, vt patet supra 17. cap. & nō fuit data cum aliqua conditione, tamen non durauit in æternum. Sic etiam de obseruatione sabbathi Exo. 31. & 35. c. & de quibusdam alijs. *Duo ergo filij tui.* Hic facit magnam gratiam Iacob filio suo Ioseph adoptando filios eius duos, vt recipiant partes hæreditatis sicut alij filij Iacob. Nec fuit tanta gratia facta alicui alteri de filijs Iacob, scilicet, quòd filij eius adoptarentur, vt reciperent partes in hæreditate Iacob. Et faciēbat hoc Iacob, quia primogenitis debebatur ista portio dupla inter fratres. Cum ergo Ruben primogenitus esset ſm carnem illi debebatur. Sed quia indignum se fecerat coeūdo cum Bala vxore patris sui, translata sunt ab eo iura primogenituræ. Et quia Ioseph primogenitus erat ex Rachele, quæ principalis vxor erat, ad eū iura ista trāsire debebant. Sed quia videretur esse quedam austeritas, & magni odij causa, si omnia iura primogenituræ traderentur Ioseph manētibus filijs Liæ, qui primo nati fuerant, diuisit ista iura inter filios Rachelis, & filios Liæ. s. duas partes hereditatis concedēs Ioseph, qui erat vnus de filijs Rachelis, principatū autem regnatiuum tribuens filijs Liæ. Et quia priuato Ruben, primogenitus post eum erat Simeon, vt patet supra 29. cap. debuisset dari principatus regnatiuus Simeoni, sed quia peccauit faciens contra voluntatem Iacob in occisione Sichimitarum, non debuit ei dari. Post istū primogenitus erat Leui. Adhūc ergo trāsire debebat iste principatus, sed quia ipse eodem modo peccauerat, vt Simeon, vt patet sequen. cap. s. Simeon, & Leui fratres vasa iniquitatis bellātia. Deinde sequit eorum maledictio. s. diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel. Post istos primogenitus erat Iudas, ideo cum hic non peccasset notabiliter, sed fecit ꝙ nō occideretur Ioseph, & post laborauit, vt non maneret Beniamin in seruitutem, vt patet supra 44. cap. meruit suscipere regium principatum, quam ob rem ei concessus est. *Qui nati sunt tibi in terra Ægypti.* Ex Aseneth filia Putipharis sacerdotis Heliopoleos, quam in vxorem Ioseph accepit, vt patet supra 41. cap. *Antequam venirem ad te.* Quia Iacob descendit in Aegyptum secundo anno sterilitatis, vt colligitur supra 45. cap. Manasses autem, & Ephrain nati sunt tēpore fertilitatis, vt patet supra 41. cap. *Mei erunt.* Idest erunt filij mei non per naturam, sed per adoptionem. Et declaratur infra cum dicitur. *Ephraim, & Manasses sicut Ruben, & Simeon reputabuntur mihi.* Idest sicut Ruben, & Simeon filij mei capiūt partem hæreditatis meæ, ita Ephraim, & Manasses capient. Et comparauit eos Ruben, & Simeoni, quia isti maiores erāt inter filios Iacob, quorum magis certa erat hæreditas. Quasi dicat, ita certa erit portio hæreditatis Manasse, & Ephraim in hæreditate mea, sicut hæreditas Simeon, & Ruben. *Reliqui autem, quos genueris post eos.* Ex hoc patet ꝙ illo tpe non habebat Ioseph alios filios, & iam erant anni 26. quib⁹ acceperat vxorem. Quod apparet, quia Ioseph accepit vxorem Aseneth filiam Putipharis immediate, post somniorum interpretationem in primo anno fertilitatis, vt colligitur supra 41. cap. deinde vsq; ad descensum Iacob in Aegyptū fluxerunt anni nouē, quia ipse venit in secūdo anno sterilitatis, vt sæpe dictū est. Deinde vsq; ad istud tps, in quo bñdixit Iacob filios suos, & mortuus est, fluxerunt anni 17. quibus vixit Iacob in Aegypto, vt patet præced. cap. qui coniuncti faciunt 26. annos; Ioseph autem nō legitur alios filios postea genuisse, nec creditur ꝙ alios genuerit, & istud verbū Iacob. s. *Reliqui autem quos genueris post.* Non est intelligendum dictū fuisse spiritu prophetico quasi innueretur, ꝙ alios filios genituros esset, sed exprimit conceptum humanū. Et est sensus ego adopto istos duos filios tuos, qui nunc geniti sunt, vt accipiant partes in hæreditate mea. Reliqui autem quos genueris, idest si alios post genueris, tui erunt, idest pertinentes ad te, & accipientes hæreditatem tuam, & non inter filios meos, quasi dicat non intelligas ꝙ omnes filios tuos, quotquot genueris, adopto sicut istos duos, qa si alios genueris non adopto eos, nec reputabuntur filij mei, sed filij tui. *Et nomine fratrum suorum vocabuntur.* Idest isti duo Manasses, & Ephraim accipiēt diuersas partes hæreditatis, & faciēt distinctas tribus, qa alia erit trib⁹ Manasse alia trib⁹ Ephraim. Si tñ alios filios genueris isti non facient diuersas tribus, cum non habeant diuersas sortes hæreditatis, sed vocabūtur noīe fratrum suorum,

Ioseph Primogenitus erat ex Rachele.

Aseneth erat vxor Ioseph.

Notandū.

Quare accipiēt Manasses, & Ephrain diuersas partes hæreditatis, & facient distinctas tribus.

suorum, idest computabuntur sub tribu Manasse, & Ephraim. *In possessionibus suis.* Idest possessiones, quas acceperint filij, quos postea genueris, nominabuntur sub alijs tribubus, scilicet possessiones Ephraitarū, vel Manassetarum. *Mihi autem.* Hic ponitur secundum, sci licet adoptantis excusatio. Adoptantis excusatio. Omnia superiora, vt prædictum est inducta fuerunt à Iacob, vt persuaderet magis nouiter Ioseph ducere corpus suum in terrā Chanaan. Et hoc facit, quia considerauit Iacob, ꝙ licet Ioseph iurasset ducere corpus eius in terram Chanaā, tamen valde graue ei videretur. Primo, quia magno labore, & expensis indigebat, secundo quia Iacob maximè diligebat vxorem suā Rachelem, tamen cū mortua fuisset in terra Chanaan, non valde longe ab Hebron, vbi erat duplex spelunca in agro, quem emerat Abraham, in quo maiores sui sepeliebantur, non duxit eam Iacob in illam spelūcam, sed sepeliuit in itinere. *Mihi enim.* Idest non culpes me de hoc, ꝙ non sepeliuerim matrem tuam Rachelem in sepulchro maiorum meorū, quia ipsa mortua est in tali tpe, in quo nō potui eam ducere illuc. *Quando veniebam de Mesopotamia.* Non videtur, ꝙ quando mortua fuit Rachel veniebat Iacob de Mesopotamia, quia mors Rachelis fuit inter Luzam, scilicet Ierusalem, & Ephrata, idest Bethleem, sicut patet supra 35. cap. Sed antequam veniret Iacob illuc veniens de Mesopotamia habitauerat in Socoth, ut patet supra 33. cap. & ædificauit ibi domū, deinde moratus fuit per annos sex, vel septem in agro apud ciuitatem Sichem, vt probauimus. supra 34. cap. Deinde venit in Bethel, vbi mortua est Rachel.

Quæst. r. Videtur incongruè dictum, ꝙ Rachel mortua fuerit dum ueniret de Mesopotamia.

Quomodo ergo diceretur mortua, qñ veniebat de Mesopotamia, cum iam anni decem, vel plures transissent, quibus recesserant de Mesopotamia, & habitauerant in alijs locis? Respondetur, ꝙ totum spacium interceptum inter locum à quo quis recedit, & locū, ad quem vltimate vadit, & vbi quiescere intendit, vocatur via, licèt in ista via fiat aliqua mora. Sed Iacob exiens de Mesopotamia intendebat venire ad patrem suum Isaac, & matrem suam Rebeccam, vt patet supra 31. cap. vbi dixit Deus Iacob reuertere in terrā patrum tuorum, & ad generationem tuam, & deinde subditur, quòd Angelus in somnijs dixerit ei. Nunc ergo surge, & egredere de terra hac, reuertens in terram natiuitatis tuæ. Quantuncunque ergo ex accidenti moraretur antequam accederet ad locum, vbi erat pater suus, semper dicebatur esse in via. Sed Rachel mortua est inter Bethel, & Ephratam antequam veniret Iacob in Hebron ad patrem suum Isaac, ut patet supra 35. ca. ɔrgo congruè dicitur mortua Rachel, qñ veniebat de Mesopotamia. *Mortua est Rachel in terra Chanaan.* In partu mortua fuit Rachel, vt patet sup. 35. cap. *In terræ Chanaan.* Quia Bethel & Ephrata, inter quas mortua fuit Rachel erant in terra Chanaan.

Duplicitèr se excusat Iacob, ꝙ nō sepeliuit Rachel in sepulchro patrū suorum in Ebron.

Eratque vernum tempus. Idest principium veris. In hoc excusat se dupliciter quantum ad viam, quia constitutus in via nō poterat totam familiam suam, & greges dimittere, & retrocedere, vel deuiare veniēdo in Hebron, vt eam ibi sepeliret. Et si dicere Ioseph patri suo, debuisse ducere illuc greges, & totam familiam, & corpus eius ibi sepelire. Ad hoc respondet hic, ꝙ non poterat fieri cum esset tempus vernum. Impedit enim tempus vernum dupliciter, ne portari potuisset illuc cadauer Rachelis. Primo quia calore vrgēte verni temporis corpora mortuorum fœtent immediatè horribiliter, ita ꝙ duci non potuisset quin omnes inficerentur. Secundum impedimentum, quia in principio veris pecora fœcunda sunt, & nouos fœtus habent adhuc multum teneros. Si ergo cogantur ambulare plus debito, moriētur vna die cuncti greges. Sic. n. respondit ipse Iacob Esau fratri suo persuadenti, ꝙ simul irent in Seir, ut patet supra 33. cap. *Ingrediebar Ephratam.* Idest ingrediebar terminum Ephata. Non. n. est intelligendum, ꝙ ingrederetur ciuitatem Ephrata, quia non fuit sepulta Rachel in ciuitate Ephrata, sed apud viam antequam accederet ad Ephratam per dimidiam leucam. Sunt enim quatuor milliaria itineris inter Bethel, & Ephratam, scilicet Bethleem, q̄ faciunt duas leucas, & ad dimidiam leucā circa Bethleem, siue Ephratam est sepulchrum Rachelis apud locum, qui dicitur Cabrata, vt patet in libro de Diuisione terræ sanctæ. De hoc magis diximus supra 35. cap. *Quæ alio nomine uocatur Bethleem.* Istud nomen impositum fuit postquam impositum fuit aliud, quia Ephrata est primum nomen, deinde ex quodam casu. s. ex fertilitate panis in terra illa, vocata fuit Bethleēm. i. domus panis. Situs sepulchri Rachelis. Aliqui autem dicunt, ꝙ istud nomē impositum erat solum à tempore famis, quæ accidit cū Elimech vir Noemi propter famem fugijt de Ephrata *in terram Moab, & deinde redeunte fertilitate magnæ copiæ frugum fuerunt in terra illa, ideoq; Bethleem* uocata est. Hoc autem pertinet ad tēpus Ruth Hoc autem falsum est, quia istud nomen Bethleē impositum fuisset tempore Ruth, & Noemi, cū iste multo tēpore post Moysen fuerint, sequeretur, ꝙ ista lira non fuisset scripta per Moysen, sed per Esdrā, vel ꝑ aliquem alium, quod præceden. cap. improbauimus. De hoc magis diximus supra 35. cap. *Et ædificaui sepulchrum.* Idest, licet non duxi eam ad sepulchra maiorum meorum, quia non poteram, tamen ædificaui ei nobile sepulchrum iuxta viam; ita quòd transeuntes viderent, & sciretur ibi sepultam esse Rachelem in satis honorabili loco: Hebræi autem istam literam totam legunt ad excusationem Iacob, vt nos, sed differunt in modo excusandi. *Mortua est Rachel in terra Chanaam.* Quasi dicat, fili mi Ioseph non intelligas, quod ego nō sepeliui Rachelem matrem tuam in Hebron in sepulchris maiorum meorum, quasi fugiens laborem viæ, quia satis prope erat, quia distat Hebron a Ierusalem octo leucis, Bethlehem autem duabus leucis a Ierusalem, & è cōtra Hebron, scilicet versus Meridiem, ideo est distantia quasi sex leucarum, quæ satis modica erat, non hoc ergo me impediuit. Nec etiam me detinuit, vel ab hoc distraxit temporis importunitas ad ambulandum, quia conueniens tempus erat, scilicet tempus vernum, in quo homines expedite ambulare possunt. Impedimentum ergo fuit voluntas Dei. Opinio hebræorū. Quia vt volunt Hebræi Iacob cognouit ex diuina reuelatione, quòd tempore Nabuchodonosor destruenda erat Ierusalem, vt patet 4. Regum 25. cap. & quòd Nabuzardan princeps exercitus, qui alias vocatur princeps coquorum, vt patet Baruch, primo cap. duceret captiuum populum in Babylonem, & transirent iuxta sepulchrum Rachel, quod est situm iuxta viam, & tunc miraculosè ipsa Rachel de sepulchro clamaret ad Deum, quærens misericordiam super populum captiuatum. Sic patet Hierem. cap. primo, vox in Rama, vel in excelsis audita est ploratus, & fletus Rachelis plorantis filios suos. Ista expositio hebræorum aliqualiter videtur colorata, sed non est solida.

Primo quia finis ad quem conuertunt Iudæi istā expositionem, non est certus, iste enim clamor Rachelis de sepulchro & inductione captiuorum in Babylonem videtur fictus, & error Iudæorum in hac parte est ex ignorantia situs locorum, quia filij Rachelis dicuntur filij Beniamin, cum Beniamin fuerit filius Rachelis. Si ergo cum filij Beniamin habitent in Ierusalē si tempore captiuitatis Babylonicæ deberent duci de Ierusalem in Babylonem per sepulchrum Rachelis adhuc uideretur posse stare, quia tunc transeuntibus filijs suis, qui erant filij Beniamin, ipsa posset clamare, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed non est sic, quia cum Babylon sit ab aquilone Ieru F
salem, & totius terræ Chanaan, vt patet Iere. primo. c.
scilicet ab aquilone pandetur omne malum, & loqui
tur manifestissimè de Babylonica captiuitate, vt sequi
tur in litera Iere. primo. c. cum ducerentur in captiui-
tatem Babylonicam non poterant trãsire illi, qui mo-
rantur in Ierusalem per sepulchrum Rachelis, quia
sepulchrum illud est venientibus à Ierusalem contra
Bethleem, quod est descendere ad meridiem: illi aũt,
qui habitabant in Ierusalem debebant duci in Baby-
lonem contra septentrionem, ergo non poterant trã-
sire per sepulchrum illud. Illi autem qui habitabant
in Bethleem quando ducerentur in Babylonem tran-
sire debebant per sepulchrum Rachelis, quia illud est
magis ad septentrionem quàm Bethleem, sed habi- G
tantes in Bethleem non erant filij Beniamin, & per
consequens, nec filij Rachelis, sed erant de tribu Iuda,
vt patet Matth. 3. cap. vbi dicebant Iudæi, q̃ oporte-
bat Messiam nasci in Bethleem Iuda. Et idem habe-
tur Micheæ. 6. cap. Et tu Bethleem Ephrata in milli-
bus Iuda paruula es, &c. Filij ergo Iuda erant, qui tran
situri erant per sepulchrum illud, & non filij Benia-
min, nec Rachelis, quia inter Bethleem, & Beniamin
diuiditur terminus sortis Iudæ, & Beniamin. Et si di-
cant Iudæi, q̃ Rachel plorando pro filijs Iudæ transeũ-
tibus per locũ illum, dicebatur plorare pro filijs suis,
Alia opinio Hebræorum. quia vicini erant: Adhuc hoc non valet, quia eodem
modo, si fuisset sepulta Rachel in Hebron, vbi sunt se
pulchra patriarcharum, posset plorare pro filijs Iudæ
transeuntibus per ipsum locum, cum Hebron sit in H
sorte tribus Iuda, vt patet Iosue. 15. cap. Dicendum er
go q̃ ista fuit quædam fictio Iudæorum, qui mouen-
tur ex ignorantia locorum, quæ valde necessaria est in
intellectu sacræ scripturæ in tantum, q̃ vir ille beatis-
simus Hieronymus nunquam ausus fuerit transferre sa-
cram scripturam vertendo de Hebraico in Latinum,
donec omnia loca, de quibus in tota sacra scriptura
mentio fit, quę sunt in terra promissionis, vel a-
pud illam, cum quibusdam peritissimis hebræo-
rum deambulauerit, & proprijs oculis fuerit cotem-
platus, vt ipse declarat in prologo quodam super Pa-
ralipo. qui incipit Eusebius. Item applicationes literæ,
quas faciunt ad istum finem, non videntur bene situa
tæ, sed quodammodo extortæ. Quando primo dicit, I
q̃ non excusauit se Iacob propter longitudinem viæ,
quia distãtia à loco illo usq; in Hebron, vbi erat spelũ-
ca duplex, erat sex leucarum, vel paulo plus. Sed hoc
non bene conuenit, quia licèt istud spacium in se mo
dicum esset, tamen multum erat respectu Iacob, qui
erat tanta familia, & gregibus occupatus. Ad fm q̃ũ
dicunt, q̃ non fuit excusatus tẽporis mala dispositio-
ne, quia tunc erat tẽpus vernũ, in quo cõgrua est am-
bulatio. Rñdetur, q̃ licet tps vernũ sit conueniens ad
ambulandum non ferenti onus, tñ ad portandũ mor-
tuum ineptum tempus est maximè, quia tempore il-
lo immediatè fętent corpora mortuorum, & inficiũt
portantes. Item quia non poterat cito ducere, cum in
tempore illo verno oues essent fœtæ, & aliquæ fęcun
dæ, & non poterant moueri, nisi lentissimè propter K
fœtuum tenerit udinem. Satis ergo infertur ex supe-
rioribus non posse formari illas excusationes, vt Iudęi
formant, & sic tenenda est prima expositio nostra.
Videns, scilicet. Iacob. *Filios eius.* Scilicet Ioseph. *Dixit
ad eum, qui sunt isti?* Ex quo infertur, q̃ non cogno-
scebat eos Iacob. Sed argues, quomodo ergo Iacob
dedit eis partes in hæreditate sua, quos nõ cognosce-
bat, & illa traditio sortis duplicis fuit ante istam quæ-
stionem factam?
Contradi-ctio remouetur. Respondetur, q̃ Iacob bene sciebat, q̃ Ioseph ha-
bebat duos filios, q̃ vocabant Manasses, & Ephraim,
sed non cognoscebat eos per visum, ideo q̃ssiuit quo-
modo vocabantur illi, qui astabant ei, vel qui erant.
Sed adhuc quomodo poterat esse, q̃ Iacob non co-
gnosceret nepotes suos? dicet aliquis forte, q̃ non vi-
derat eos vnquam Iacob, sed hoc non est verisimile,
q̃ in tanto tempore non monstrauerit Ioseph filios
suos patri suo Iacob, qui tantum eum diligebat, & læ-
taretur in nepotibus valde. Responderi potest, quòd
q̃ñ Iacob venit ante Pharaonem vidit Manassem, &
Ephraim filios Ioseph, postea vero nunquam vidit il-
los vsque ad illud tempus, quia Iacob manebat in ter-
ra Gessen, Manasses autem & Ephraim manebant cũ
patre suo Ioseph in curia regis, quæ erat extra terram
Gessen, nec cognoscebat eos Iacob, nunc ex illo visu
solo. Primò quia quando vidit eos, erant pueri sex, vel
septem annorum, nũc autem quia inter tempus illud,
& istud fluxerant anni. 17. vt patet præced. cap. iam isti
erant effecti viri, & mutauerant effigiem priorem, cũ
iam barbati essent, & habẽtes annos. 24. vel 25. Aliter
responderi potest, q̃ oculi Iacob caligauerant, & licèt
videret aliquantulum, tamen modicum erat, & ob-
scurè, ita quòd non poterat perfectè distinguere quis
esset talis, vel talis, sicut patet de illo cœco, quem Chri
stus curauit, & primo suscepit visum imperfectum, &
dicebat, q̃ videbat homines ambulantes, quasi arbo-
res, vt patet Marci. 8. ca. & postea perfecte sanatus est.
Et sic Iacob vidit Ephraim, & Manassẽ, vt patet, quia
quæsiuit, qui sunt isti? Tamen non cognoscebat, qui
erant, quia visus suus obscurus erat, & non poterat p-
fectè distinguere, & patet solutio ista in litera. Quia
cum dictum fuisset, q̃ quæsiuit Iacob, qui sunt isti,
quasi non cognosceret reddendo rationem, quare nõ
cognosceret dicitur: oculi enim Israel caligauerant
præ nimia senectute, & clarè videre non poterat.
Sed tunc argues; quare ergo cognouit Iacob ipsum
Ioseph, & non cognouit Ephraim, & Manassem? Ali-
Responsio aliquorũ ad obiectionem. quis posset respõdere, q̃ Iacob clarè non videbat præ
nimia senectute, ideo nec perfectè distinguebat de fi-
lio suo Ioseph, ita q̃ cognosceret eum per visum, sed
cognouit eum per auditum perfectè distinguẽdo eũ
ab alijs hominibus, & per visum cognoscebat imper-
fectè. Eodem modo dicẽdum fortè videretur de istis
filijs Ioseph, q̃ licèt viderit eos Iacob, quia tamẽ non
cognoscebat perfectè per visum, nescivit qui erant, &
quia ipsi non loquebantur, sicut Ioseph pater eorum,
non potuit eos in voce cognoscere, sicut cognouit
Ioseph. Sed hoc non potest stare, quia litera innuit, q̃
Iacob vtroque visu cognouerit, & non solo auditu,
vt patet infra cum dicitur ex uerbis Iacob ad Ioseph.
Non sum fraudatus aspectu tuo, insuper ostendit mi-
hi Dominus semen tuum. Ecce enim quomodo dicit
se uidisse Ioseph, & semen eius, quod non potest intel
ligi de imperfecta cognitione, fm quam aliquis distin
guere non potest, sed de perfecta, fm quam res uidet,
& cognoscitur, quæ sit res, quæ videtur. Nam aliàs nõ
posset gaudere Iacob videndo Ioseph, & filios eius, si
illa visio ita imperfectè videret, vt cognoscere nõ pos
set, qui erant illi, non esset tunc maior delectatio, quã
si ipse cœcus esset, & adducerentur coram eo filij sui.
& nepotes. Sed litera vult, q̃ Iacob fuerit multum ga-
Defraudari quid. uisus in hac visione, & se assecutum esse quod deside-
rabat, cum dicitur non sum fraudatus aspectu tuo.
Defraudari dicit, quando aliquis expectabat aliquid,
& non assequitur istud, Iacob autem non fuit defrau-
datus aspectu Ioseph, ergo vidit Ioseph, & ante deside
rabat eum videre. Istud desiderium refertur ad tẽpus,
quo Iacob desijt videre Ioseph quando venditus est,
& ante consolabatur in visione eius, sed Ioseph ven-
tus fuit anno. 16. vitæ suæ, vt patet supra 37. ca. & nunc
erat annorum, 56. vel 57. & sic transierant ab illo tem-
pore

pore vsque nunc anni 40. nam in anno. 107. vitæ Ia- A
cob fuit venditus Ioseph, patet, quia quando Ioseph
natus est, erat Iacob. 91. annorum, vt probauimus su-
pra 29. cap. & alibi: addendo ergo ad istos annos. 16. vi
tæ Ioseph, quos agebat, quando venditus est, vt patet.
sup. 37. c. erũt anni. 107. vitæ Iacob, nũc aũt erat Iacob
annorum. 147. vt patet hic in litera, à quibus demãtur.
117. manebunt. 40. tot ergo anni fluxerant, ex quo vẽ-
ditus fuerat Ioseph, & desiderabat eum videre Iacob,
sed in anno. 117. non esset caligans oculis Iacob, sicut
nunc caligabat, quia non erat magna senectus pro il-
lo tempore, & sic desiderium eius erat videre Ioseph,
sicut videbat illo tempore, q̃ñ venditus est, & tunc vi-
debat clarè. Nunc aũt dicit se non esse fraudatum desi
derio aspectus eius, ergo vidit eum taliter, vt posset co
gnoscere esse Ioseph, & non solum de ipso, sed etiam B
de filijs eius Manasse, & Ephraim, quia vtranque visio
nem comparat hic, dicens: Non sum fraudatus aspe-
ctu tuo, insuper ostẽdit mihi Dominus semen tuum,
vidit ergo Iacob omnes hos eo modo, quo posset a-
Responsio Doctoris. gnoscere. Aliter ergo dicendum est, scilicet, quòd
Ioseph cognoscebatur clarè à Iacob, filij autem eius,
licèt viderentur à Iacob non tamen cognoscebantur
clarè: ratio diuersitatis est, quia Ioseph erat coniun-
ctus Iacob, filij autem sui non erant coniuncti. Et li-
cèt visus Iacob caligaret præ nimia senectute, ita q̃ cla
rè distinguere non posset, cum tamen aliqui coniun-
gebantur ei, distinguebat cognoscens quis esset, Io-
seph autem coniunctus erat patri suo Iacob, ideo co- C
gnoscebat eum, Ephraim autem, & Manasse erant val
de curialiter instructi, ideo pro magna reuerentia non
appropinquabant Iacob, sed aliqualiter distantes erãt,
& sic licèt videret eos Iacob, non distinguebat perfe-
ctè qui essent, & adhuc quærebat, qui essent. Ista re-
sponsio innuitur clarè ex litera, cum dicitur; Qui sunt
isti? Et cum Ioseph respondisset: Filij mei sunt, quos
dedit mihi Dñs in hoc loco, Dixit Iacob: *Adduc eos ad
me.* Si tamen ipsi essent apud eum non diceret adduc
eos ad me. Etiam patet, quia dicitur postea applicitos-
que deosculatus, & circumplexus dixit. Non sum frau
datus aspectu tuo, insuper ostendit mihi Dominus se-
men tuum. Hoc dixit postquàm appliciti sunt ad eũ,
quia tunc clarè vidit eos, & antea non dicebat, quia vi D
sio illa, secundum quam non distinguebat, nihil pro-
derat, & pro nulla reputabatur. *Filij mei sunt.* Quos
ipse adducebat, vt benediceret eos Iacob. *Quos dedit
mihi Dominus.* Recte dixit, quia non est in potestate
viri habere filios, sed cui Deus voluerit illos dat, dispo
nendo naturales causas secundum quas gignuntur.
Nec putet aliquis, quòd ideo aliquis gignat, quia in
Quare homines & fœminæ a Deo filios petunt. coeundo potens est, cum aliquis in primo concubitu
conceptionem operatus fuerit. Alij autem potentiss-
imi in materia seminali multiplicatis coitibus gigne-
re nunquam valuerunt. Et hæc est ratio, quare viri,
vel fœminæ filios à Deo petant, quod non facerent si
purè in eorum potentia esset gignere, vel non gigne-
re. *In hoc loco.* Ideſt in hac terra, scilicet in terra Aegy E
pti, quia non genuit Ioseph istos duos filios in illo lo-
co terræ Gessen, in quo tunc manebat Iacob, sed ge-
nuit eos in alijs locis interioribus Aegypti, cum in il-
lis locis nunquam habitauerit, quia erant ad extremi-
tatem Aegypti. *Adduc inquit eos ad me.* Scilicet Ia-
cob inquit, ideſt dixit adduc eos ad me, ideſt applica
ad me, quia iam adducti erant cum starent in præsẽ-
tia Iacob, & ipse videret eos, sed dixit, quòd adducerẽ-
tur ad eum, ideſt applicarẽtur, quia volebat benedice-
re eos, ad benedictionem autem requiritur manuum
impositio, vt infra patet. Vt *benedicam illis.* Annun-
ciando illis bona à Deo parata sibi, vel orando super
eos, vt bona eis euenirent. *Oculi enim Israel.* Ideſt Ia-

Quare Iacob non cognouit bene nepotes suos cob. *Caligauerant.* Ista est causa quare non cognouit
benè nepotes suos: possumus aliam causam supra assi
gnatam reddere. Et dicitur etiam hoc, quia ex eo,
quòd Iacob non clarè videbat, fecit applicari ad se
nepotes suos, vt illos contemplari posset. *Præ nimia
senectute.* Non erat nimia senectus respectu patrum
suorum, qui pluribus annis vixerant, sed quantum
ad ipsum magna senectus erat, quia multis laboribus
fractus erat, nec vocatur senectus solum diuturnitas
vitæ, sed proprius senectus dicitur status hominum,
Senectus proprie quid. in quo vires totius corporis deficiunt, & perfectus v-
sus organorum, siue iste status serò homini aduẽiat,
siue citò non refert, quia vtroque modo senex voca-
bitur. Sic enim aliqui conqueruntur senectutem eis
ante tempora accidisse. Sic enim ait Boetius de con-
sola. libro primo, Metro primo: conquerens ex curis,
& fletu senectam intempestiuam venisse.

Venit enim properata malis inopina senectus,
Et dolor ætatem iussit inesse suam.
Intempestiui funduntur vertice cani.
Et creuit effeto corpore laxa cutis.

Erat ergo nimia senectus Iacob, quia vires multum
in eo defecerant cum se apodiare non posset, & defe-
cerat perfecta operatio organorum, cum iam videre
non posset. *Et clarè videre non poterat.* Videbat enim
aliquid Iacob, sed modicum, & non bene distinguebat
per visum. Et in hoc simulabatur patri suo Isaac cu-
ius oculi caligauerant præ senectute, & doloribus, sed
magis videbat Iacob, quia Isaac penitus nihil videbat,
vt patet supra 27. cap. & quia quando venit ad eum Ia-
cob ad surripiendum benedictionem, non probauit
eum Isaac per visum, sed per tactum. *Applicitosque
ad se deosculans.* Ideſt quòd Iacob dixerat, vt applica-
ret ad eum filios. Postquam autem Iacob sensit esse
applicitos ad se, osculatus fuit eos. *Et circumplexus.*
Ideſt amplectens illos. *Dixit ad filium.* Ideſt ad Ioseph.
Licet oscularetur, & amplexaretur nepotes, & tamen
locutionem suam dirigebat ad filium, scilicet ad Io-
Fraudari quid. seph, cum propter eum ista faceret. *Non sum frau-
datus conspectu tuo.* Fraudari aliquis dicitur quando
aliquid desiderat, quod nunquam habere potest, quia
autem Iacob desiderauerat valde videre Ioseph, & vi-
dit eum, non fuit fraudatus isto desiderio. *Insuper
ostendit mihi Dominus semen tuum.* Quasi dicat Deus fe-
cit mihi plura bona, quam ego petebam, quia ego so-
lum petebam, vt viderem vultum tuum, & hunc vi-
di, Deus autem insuper ostendit mihi semen tuum,
ideſt filios tuos, licet ego non tantum ab eo petiuis-
sem. *Cumque tulisset eos Ioseph.* Ideſt Ephraim, & Ma-
nassem. *De gremio patris sui.* Scilicet Iacob. Et hoc
erat, quia cum Iacob iaceret in lecto, & in aduentu Io-
seph erexisset se in lecto, & duo nepotes eius accessis-
sent ad osculandum eum, & amplexandum, oporte-
bat eos inclinari super gremium eius, ideſt super cru-
ra eius extenta in lecto vel pendentia à lecto, vt patet
sequenti cap. & hoc patet in litera Hebraica vbi dici-
tur. *Cumque tulisset eos Ioseph de inter crura patris sui.*
Quia crura pẽdebant in anteriori parte lecti, per quam
accedebant nepotes sui ad osculandum eum, & sic
dicebantur esse inter crura eius. *Adorauit pronus in
terra.* Scilicet, quòd Ioseph adorauit. Et ista erat
quædam dispositio ad benedictionem: volebat enim
Ioseph, quòd pater suus benediceret filios suos, &
vt induceret eum ad hoc, inclinauit se coram eo vs-
que in terram in signum magnæ reuerentiæ. *Et po-
suit Ephraim ad dexteram suam.* Ideſt Ioseph posuit
Ephraim ad dexteram suã. *Ideſt ad sinistram Israel.* Ideſt
Iacob: erat enim ex opposito Iacob, & Ioseph se mu
tuo respicientes, & dextera Ioseph erat contra sini-
stram Iacob, & è contrario: ita illi qui erant in medio

isto-

Universidad de Deusto
Biblioteca

istorum habebant istum respectum, ꝙ ille, qui erat ad dexteram Ioseph erat ad sinistram Iacob, & è conuerso, vt patet respicienti. *Manasses verò in sinistra sua.* Ideſt in dextera patris è conuerso iste ponebatur, Causa autem istius ordinis erat, quia ille, qui ponebatur ad dexteram benedicentis, ponebatur, vt dignior, & debebat benedicens maiores benedictiones ei imprecari. Cum ergo Manasses esset primogenitus Ioseph præposuit eum, vt maiorem benedictionem reciperet. *Applicuitque ambos ad eum.* Ideſt postquam sic ordinauit eos, applicuit ad patrem suum, vt benediceret eis. *Qui extendens manum dexteram.* Benedictio enim per manus impositionem datur, vt benedicens imponat manum super caput eius, cui benedicit, & continetur benedictio in duobus, scilicet in manuum impositione, & verborum prolatione, & ex hoc inoleuit in ecclesia, vt omnes benedicentes, vel absoluentes manum imponant, quia manus impositio potestatem designat in subiectum. *Super caput Ephraim iunioris fratris.* Ideſt, qui erat iunior inter duos fratres. *Sinistram super caput Manasse.* Non tenuit Iacob ordinem, quem volebat Ioseph, scilicet, vt poneret manum dexteram super Manassem, quia erat primogenitus, & manum sinistram super Ephrain, qui minor erat. Causa autem infra subditur. *Commutans manus.* Ideſt superponens vnam alteri transuersaliter in modum crucis. Sic enim necesse erat, quia cum Ioseph vellet, quòd imponeretur manus dextera super Manassen, & sinistra super Ephrain, & sic disposuisset eos Iacob volēs imponere manū dexterā super Ephrain, necesse erat, vt manus mutaret. *Benedixitque filio suo Ioseph.* Licet dicatur hic, quòd Iacob benedixit Ioseph, tamen forma benedictionis non consonat, sed profertur solum super pueros. Respondetur, quòd licet pueri benedicātur secundum ista verba: pater tamen benedicttur in filijs, cum esse patris conseruetur in filijs. Etiam quia filij benedicuntur propter patrem. *Deus in cuius conspectu.* Ista est forma benedictionis, quæ causatur per inuocationem Dei, cum benedictio humana nihil conferat, sed solum precetur aliquid à Deo conferri. Sic patet Numeri 6.cap. vbi dicitur inuocabunt nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eos. *In cuius conspectu ambulauerunt patres mei.* Ideſt cui seruiuerunt patres mei. Ambulare enim in conspectu alicuius est ad voluntatem eius cuncta facere. Et sic dixit Deus Abrahæ supra 17.cap. Ego Deus omnipotens ambula coram me, & esto perfectus. Ponit ista verba, in quibus allegat merita patrum suorum, vt Deus ꝑp merita illorū faceret ea, quæ Iacob rogabat. Et licet Iacob esset vir iustus, & in merito suo Deus ista faceret, tamen in meritis patrum suorum petebat ista fieri, quia non suspicabatur se aliquid mereri coram Deo, ista est enim verę humilitatis conditio, vt cum defectus suos diligentissime attenderit, profectus suos nunquam respiciat, sed magis se miserum, & inutilem timeat, & iudicet, vt ait Gregorius. Bonarum mentium est ibi culpam timere, vbi culpa minimè reperitur, vt patet extra de obseruatione ieiuniorum.cap.consilium. Et hoc diligentissimè admonet Saluator noster. Luc.17.cap. vbi ait. Sed vos cum omnia, quæ præcepta sunt vobis feceritis, dicite, quia serui inutiles sumus. Vnde sic est ordo in merendo, vt nunc Iacob, qui nihil se valere putabat, sed omnia patrū meritis ascribebat, suis meritis ea, quæ petebat, inueniret. Et si rursus sicuti merebatur, ita se iudicaret mereri, vt illius meritis alij adiuuari deberent, iam efficeretur, vt nihil mereretur, quo se vel alios iuuare valeret. *Abraham, & Isaac.* Alij priores fuerunt patres Iacob, vt Thare, & Nachor, & alij de quibus supra 11.cap. Sed nullū horum nomi-

Causa ordinis nepotū Iacob.

Manus impositio potestatē designat in subiectū.

Forma benedictionis.

Quid in alicuius cōspectu ambulare.

nat. Causa est, quia promissio bonorum futurorum, scilicet vitæ æternæ, & Messiæ venturi, & terræ Chanaan istis solis facta est. Item quia istos solos Deus specialiter dilexit, & his solis locutus est. Item quia in his solis primo incepit vocari populus Dei. *Deus qui pascit me ab adolescentia mea.* Ideſt Deus, qui dedit mihi bona temporalia ad vitæ sustentationem, det etiam eis bona ad vitæ transitum. Hoc autem precatus fuit Iacob Deum supra 28.cap. quando dormiuit in Bethel pergens in Mesopotamiam, scilicet. Si dederis mihi panem ad comedendum, & vestes ad induēdum, erit mihi dominus in Deum. *Et Angelus, qui eripuit me.* Iacob multa mala passus fuerat, & in multa pericula inciderat, sed Deus eripuit eum ex omnibus, vt patet supra 28.cap. Ero custos tuus quocunque perrexeris: nec dimittam te, donec compleuero omnia, quæ dixi. Et hoc faciebat Deus per Angelum suū, qui minister erat voluntatis Dei, vt patet ad Hebræ. primo cap. & iste Angelus apparuit Iacob demōstrās quomodo se haberet contra Laban in decorticatione virgarum, vt patet supra 31.cap. cum dicitur: post quam enim conceptus ouium tempus aduenerat, leuaui oculos meos, & uidi in somnijs ascendentes mares super fœminas varios, & maculosos, & diuersorū colorum, dixitque Angelus Domini ad me, Iacob, & ego respondi adsum. Qui ait leua oculos tuos, & vide vniuersos masculos ascendentes super fœminas varios respersos: atque maculosos, vidi enim omnia, quę fecit tibi Laban. Angelus etiam liberauit hunc de manu Esau, quando venit ad confortandum eum, & luctatus fuit cum eo, in quo eum maximè cōsolatus est vt patet supra 32.cap. Angelus etiam liberauit eū de manu Laban, quando persequebatur eum in via, vt comprehenderet eū & acciperet omnia bona eius: Angelus tamen apparēs exterruit eum, ne auderet sal tem durum verbum contra Iacob proferre: vt patet supra 31.cap. *De cunctis malis.* Ideſt de omnibus periculis, quæ mihi acciderunt. Iste erat Angelus datus in custodiam Iacob, qui eum diligentissimè mandato Dei ab omni malo custodiebat. Et licet aliquando dicatur in textu, quòd Deus apparebat ei, vel Deus eripiebat eum: intelligitur de Angelo, quia Deus non operatur ista inferiora immediatè, sed mediāte Angelo, maximè quantum ad actus humanos, cum Angeli sint administratorij spiritus in ministeriū missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis; vt patet ad Hebræ. 1. cap. Sacra tamen scriptura maximè in veteri testamēto Angelos nomine Dei vocat, vt patet in hoc lib. & in Exodo, & in alijs. In nouo autem testamento non vocātur nomine Dei, sed Angeli solūm. Et causa est, quia in veteri testamento apparebant Angeli, vt Domini generis humani exhibentes quendam diuinum apparatum, & permittebant se adorari: vt patet Iudi. 13.ca. de Angelo, qui apparuit Mamię patri Samson. In nouo autem testamento non demonstrant se, vt Domini nec maiores homine: nec permittunt se adorari, vt patet Apocalip. 19. & 22.cap. vbi beatus Ioannes voluit adorare Angelum, qui ei ista mysteria demonstrabat humiliando se coram: Angelus tamen non permisit, dicens: Caue ne feceris, conseruus tuus sum, & fratrum tuorum. Ratio radicalis huius est, quia in veteri testamento nullus homo sublimatus erat ad æqualitatem Angelorum, cum nullus homo staret in Paradiso. In nouo autem testō Christus verus Deus, & homo naturam nostram exaltauit super choros Angelorum ad dexteram Dei in tantū, quòd ipsi angeli desiderant respicere in faciem ipsius humanitatis Christi. Sic enim ait beatus Petrus prima Canonica.cap.primo, scilicet in quem desiderant Angeli prospicere. Nunc ergo non sunt Angeli maiores

res nobis, sed ipsi nobiscum sunt serui illius Christi hominis; quod significauit Angelus loquens beato Ioanni dicens Apoc.19. Caue ne feceris, ideſt non me adores, conseruus tuus sum, & fratrum tuorum, ideſt non sum ego Dominus tuus, quem adorare, vel cui genuflectere debeas, sed conseruus tuus sum, id est ego tecum seruus sum illius Christi, qui veram humanitatem assumpsit. Fit tamen in hoc magna differentia in veteri testamento, quia aliquando Angeli nominabant se Dei nomine, dicēdo. Ego sum Deus, vel quia scriptura dicit, apparuit, siue loquutus fuit Deus. Aliquando vocantur Angeli, vt patet in alijs locis. Radix autem huius, scilicet, quòd aliquando nomine Dei, aliquando nomine Angelorum nominentur, declarabitur Exo. 19.ca. Est ergo hic sensus: Deus meus, & Angelus, qui est custos meus ab omnim alome custodiens benedicat istis pueris, scilicet, vt sicut Deus bona multa mihi dedit, ipsis quoque bona tribuat. Et Angelus, qui fuit custos meus ipse custodiat eos. Aliqui autem multum superficialiter sacrā scripturam attendentes, qui omnia ad Christum referre deordinate valde cupiunt quasi Homerocentonas, & virgiliocentonas per deliramenta varia compingentes conantur asserere Iacob intellexisse istam literam de Messia, scilicet, quòd non intellexerit hic de aliquo Angelo, qui est substantia spiritualis creata, sed de Angelo magni consilij, qui est Messias. Fundamentum suum est, quia dicitur, *Angelus, qui eripuit me de cunctis malis.* Dicunt enim, quòd nullus Angelus est, qui eripere possit ab omnibus malis, quia hoc est potentiæ infinitæ.

Item quia dicitur Marci 2.cap. quòd nullus peccata dimittere pōt, nisi solus Deus, sed peccatū malum est, immo omnium malorum pessimum, quia etiam minimum peccatorum est secundum suam speciem peius omni pœna, etiam pœna Gehenæ. Ratio est, quia malum dicitur per deuiationem à bono. Quanto ergo magis deuiatur à bono maius malum est, sed quęlibet culpa distrahit à Deo, qui est verum bonum cū diuinam maiestatem offendat, nulla autem pœna secundum se distrahit à Deo, quia cum aliquo patiente acerbissimam pœnarum, si nihil aliud obstet, potest stare gratia gratum faciens, scilicet diuina acceptatio, immo valde magna gratia, ergo maius malū est culpa quantumcunque parua, quàm pœna quantumcunque magna, ergo à malo quod culpa est, nullus Angelus eripere potuit: ergo ille, qui eripuit non fuit Angelus, sed verus Deus, scilicet Messias.

Ad hoc respondetur, quòd iste fuit purus Angelus, qui datus fuerat in custodiam Iacob, & quando arguitur, quòd *nullus Angelus potest eripere ab* oībus malis, dico verum esse, sed hic non dī ab oībus malis simpliciter, sed ab omnibus malis pœnæ. A malis autem pœnæ Angelus eripere potest, cum sit minister Dei, etiam quilibet Angelus in sua naturali virtute tantum est potens, quòd fortitudo sua excedet robur omnium hominum congregatorum. Sed adhuc non videtur hoc conuenienter dictum, scilicet, quòd aliquis Angelus possit eripere ab omnibus malis pœnæ siue periculis, quia adhuc tanta malorum extensio maiorem potentiam quàm angelicam requirit.

Respondetur, quòd nullus Angelus potest eripere simpliciter ab omnibus periculis, sed potest eripere vnum hominem ab omnibus malis, patet ratio diuersitatis, quia pericula sunt simul vbique terrarum: alia enim pericula sunt in India, alia in Aethyopia, alia in Hispania. Virtus autem Angeli non se potest simul extendere ad tantum locum, vel tam grandia spacia, ideo si aliquis eripere deberet ab omnibus periculis simul hic, & in oriente, ille Angelos excederet si tamen omnia pericula, & malum inferentia, quæ sunt, concurrerent in vnum locum, & ad vnam causalitatem, poterit Angelus expellere illa, cum virtus sua vnita sit maior, quàm virtus aliorum vnita. Cum ergo vnus Angelus potest vni homini semper assistere, potest eum ab omni periculo eruere. Cum ergo Iacob dixit Angelum, qui eripuit me de cunctis malis, ideſt periculis, ad se solum retulit, scilicet, quòd eum solum eripuisset, & non alios homines, quod satis facilè est cuilibet Angelo, etiam minimo omnium in virtute, vel robore. *Benedicat istis pueris.* Scilicet, ꝙ Deus eos benedicat bona conferendo, & Angelus benedicat eis à malo eos eripiendo. *Et inuocetur super eos nomen meum.* Ideſt rogo Deum, quòd faciat eos vocari nomine meo, scilicet, quòd vocentur de Iacob, & sint duo capita tribuum inter filios Iacob. *Et nomina patrum meorum Abraham, & Isaac.* Ideſt etiam rogo, quòd inuocentur super eos nomina patrum meorum, scilicet, vt dicantur filij Abrahę, & filij Isaac, hoc autem dicit, quia promissio fuit facta istis: ideo si isti capere debebant partes illius hæreditatis necesse erat, vt vocarentur ex nomine istorum trium Patriarcharum, quibus ex promissione ista hęreditas debebatur. *Et crescant in multitudine super terram.* Quantum ad prolis numerositatem. In Hebræo ponitur hic quoddā verbum, quod signat multiplicari, vt pisces. In Latino autem non est aliquod verbum potens exprimere significatum illius. Et ponitur illud verbum ad exprimendum numerosam multitudinem, quia pisces magis multiplicantur, & in maiori numero sunt, q̄ aliquod genus animalium. *Videns autem Ioseph, quòd posuisset pater suus dexteram super Ephraim.* Quod erat contra suam voluntatem, cum Manasses esset primogenitus, & vellet eum maioribus benedictionibus honorari. *Grauiter accepit.* Ideſt displicuit ei, quia videbatur esse contra ordinem rectitudinis. *Apprehensam patris manum leuare conatus.* Ideſt apprehendit manum dexteram patris, quam posuerat super Ephraim, & conatus fuit transferre ad Manassem. *Non ita conuenit pater.* Ideſt non est iustum quod agis, scilicet vt ponas manum dexteram super minorem. Dicebat autem Ioseph hoc putās, quòd Iacob ageret hoc ex errore non cognoscens, quis esset primogenitus. Sciebat tamen, vt infra patet, sed Ioseph ignorabat euentum futurum de futura multiplicatione, aut gloria puerorum, licet Propheta esset, & multa ei à Deo reuelarentur, vt patet supra 40. & 41.cap. Deus tamen interdum reuelat vni prophetæ, quæ alteri non reuelat, vel non dat continuum spiritum prophetiæ. Sic patet 4.Reg.cap.4. de muliere, quæ venit ad Eliseum, *vt suscitaret filium eius cūque procubuisset ad pedes* eius, & Gezi niteretur eam leuare, dixit Eliseus, dimitte eā, quia anima eius in amaritudine est, & Dominus celauit à me, & nō idicauit mihi. Sic patet 2.Reg.7.c. de Nathan Propheta, & 4.Reg.cap.3. de Eliseo propheta. *Quia hic est primogenitus.* Demonstrauit nunc ei Manassem, & non mirabatur Ioseph, quòd pater eius non cognosceret, quis esset primogenitus: quia fortè vnus non videbatur maior altero in ætate, cum non excederet nisi fortè vno anno, quod tempus in iuuene 24. vel 25. annorum quales erant isti duo, vt supra declarauimus, nullam differentiæ facit apparentiam, vel fortè quia Iacob non clarè videbat: vt dicitur supra, quia caligauerat præ nimia senectute, nec posset bñ distinguere in figura. *Pone dexteram tuam super caput eius.* Quando Ioseph conatus fuit leuare manum dexterā Iacob de capite Ephraim, & ponere super caput Manasse, tunc Iacob intelligens errorem Ioseph, scilicet, quòd hoc faciebat, quia nō cognouerat dispositionem de futuro statu puerorum, pressit

grauiter

Peccatum est pessimū malorum omnium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

grauiter manum,ita quòd non potuit eam leuiter eleuare Ioseph, qui volens facere contra voluntatem patris, incepit verbis admonere, vt ipse hoc faceret, dicens. *Non ita conuenit pater*. Ad quod Iacob renuēs, ait. *Scio fili mi scio*. Idest non putes me facere hoc ex errore,quia bene scio,quòd ipse est primogenitus. *Et iste quidem*. Idest Manasses. *Erit in populos*. Idest nascentur de eo populi multi, quia nati de eo multas ciuitates,& oppida replebunt. Vel melius. *Erit in populos*. Idest diuisus in duos populos,quia speciale fuit in tribu Manasse, quantum ad alias tribus, quia cuilibet tribui dabatur tota hæreditas simul, & continua, vt patet in diuisione facta Iosue 15.& 18.& 19. cap. Tribus autem Manasse diuisa fuit in duas partes,& dimidia pars accepit possessionem vltra Iordanem, scilicet in regno Og Regis Basan, & Sehon Regis Esebon duorum regum Amorrhæorum,& cecidit eis in partem terra Basan, & dimidia pars montis Galaad, vt patet Numeri 32.& Deuteronom.3.cap. Alia autem medietas tribus Manasse accepit sortem citra Iordanem apud fratrem suum Ephraim, vt patet Iosue 16. & 17. cap. *Et multiplicabitur*. Idest non solum diuidetur in duos populos, sed etiam quilibet populus illorum multiplicabitur in gentes multas. *Sed frater eius iunior*. Scilicet Ephraim. *Maior illo erit*. In honore, & dignitate. Hoc patet quia Iosue, qui introduxit populum Israel in terram promissionis, fuit de tribu Ephraim, vt patet Numeri 13.cap. vbi vocatur Osee, sed idem nomen est. Patet etiam Iosue 24. cap. Fuit autem Iosue gloriosior, & beatior inter omnes duces, & reges Hebræorum, nec fuit quisquàm tam fortunatus, quod ad magnam gloriam tribus Ephraim redundabat. Item quia de tribu Ephraim surrexerunt reges,qui regnarent super regnum Israel,quorum primus fuit Ieroboam de stirpe Ephraim, vt patet 3 Regum cap.11. *Et semen eius crescet in gentes*. Licet tribus Ephraim non fuerit diuisa in duas partes, quemadmodum tribus Manasse, maioris tamen multitudinis fuit, & hoc notatur cum dicitur. *Et semen eius crescet in gentes*. Faciens differentiam inter gentes, & populum, quia populi vocantur congregationes vrbanæ, vel oppidanæ, ita quòd quælibet ciuitas, vel quodlibet oppidum facit populum. Gens autem vocatur quædam multitudo specialis vnius prouinciæ, vel terræ, & continet multa loca. *Benedixitque eis in illo tempore*. Idest, tunc impositis manibus. Forma autem benedictionis est, quæ sequitur, licet supra partem benedictionis posuerit. *In te benedicetur*. Istud pronomen,te, demonstrat Ioseph, & licet filios benedicere velit patrem tamen, scilicet ipsum Ioseph benedicit, quia bonum patris deriuatur in filios, & bonum filiorum redundat in gloriam patris.Sic enim inuicem sua bona commutant, propter connexionem gignentis, & geniti, quæ vult redire in identitatem numeralem, cum aliquandiu gignens, & genitum secundum partem fuerint idem numero, quādo scilicet pars materialis,ex qua genitus constat,non erat decisa a gignente, sed erat idem realiter cum eo. Sic patet supra in benedictionis principio, cum vellet Iacob benedicere filiis Ioseph, dicitur in textu, benedixitque filio suo Ioseph, & deinde sequitur Deus, in cuius conspectu ambulauerunt patres mei, &c. benedicat pueris istis. Est autem sensus. *In te benedicetur Israel*. O Ioseph in te benedicetur Israel, idest, in semine tuo. *Israel*. Idest, Iacob. Et sic vult dicere;ego benedicar in te,idest in semine tuo. Et patet per id quod subditur. *Faciat tibi Dominus sicut Ephraim, & Manasse*. Scilicet,qꝫ qñ aliqs volebat alteri imprecari bonum, dicebat faciat tibi Deus tantum bonum quātum fecit Manasse, & Ephraim, Et in ista benedictione benedicebatur Iacob.i.recipiebat bonum, vel gloriam, scilicet quòd tantum bonum euenisset nepotibus suis, vt in nomine suo benedicerentur gentes,vel alij homines de Iudæis inter se. *Atque dicetur*. Scilicet inter homines volentes sibi ipsis, idest vnus alteri bona imprecari,vel benedicere,ita qꝫ istud,quod sequitur esset forma benedicendi. *Faciat tibi Deus, sicut Ephraim, & Manasse*. In hoc notatur, qꝫ multa bona temporalia Deus istis dedit, quia homines quando imprecantur alijs bona siue ex affectu,siue sine affectu imprecantur maxima bona, quia nihil magis constat bona magna imprecari quam parua. Deus autem in concedendo quid agat, viderit. Cum ergo in omnibus istorum specialiter fieret benedictio,& bonorum imprecatio,necesse est, quòd his magna bona valde concessa sint. *Constituitque Ephraim ante Manassem*. Potest dupliciter intelligi vno mō, qꝫ qñ benedicebat hos iuuenes posuit Ephraim ante Manassem applicando magis ad se Ephraim,& retro eum quasi ponendo Manassem. Alio autem modo,& verius, & consonantius literæ intelligitur, quòd Iacob cōstituit Ephraim ante Manassem, idest præposuit eum secūdum dignitatem dans ei maiorem auctoritatem in cōstituendis, & eligendis principibus, & figendis, & locandis, vel mutandis castris alijsque,in quibus præeminentia aliqua potest inueniri. Et patet hoc, quia quando mouebantur filij Israel per desertum,distinguebantur in quatuor turmas sub quatuor vexillis,ut patet Numeri 2.cap.de quibus vnum erat vexillū filiorum Ephraim, sub quo castrametabantur filij Manasse, & tribus Beniamin. *Et ait ad Ioseph*. Hic ponitur secundum principale,scilicet Ioseph specialis præmiatio,fuit autem specialiter prēmiatus in parte hæreditatis apud Sichem, quam emerat à rege Hemor,vt patet supra 33.& Iosue. 24. Ratio autē huius erat,quia Iacob licèt omnes filios diligeret,a nullo tamen,nec ab omnibus simul sumptis tanta beneficia,& honorem recepit quanta a Ioseph,ideo tenebatur ei plura dare quàm alijs, quia præter hoc, quòd filius erat,benefactor magnus fuerat, nō tamen potuit ęqparare Iacob magnitudinē beneficij absolutè in se, nec hoc dedit tanquam illi satisfaciens,sed ad solā memoriam specialem tribuit. Ex alia tamen parte etiam nihil dando satisfecerat, quia quantacunque bona filius faceret patri, non potest æquiparari bono recepto a patre cum esse recepit. Sic enim ait Philosophus.9. Ethic. dijs & parentibus æqualia retribuere non possumus. *En ego morior*. Idest vide, quòd ego nunc moriar coram te. *Et erit Deus uobiscum*. Nunc loquitur ad omnes filios suos, qui videntur tunc interfuisse, decebat enim vt quando pater dabat specialiter aliquid vni filiorum, alij viderent, ne postea in diuisione hæreditatis, iurgia sequerentur. Et si dicatur contra, quia in principio sequentis cap.dicitur vocauit autem Iacob filios suos, ergo ante non erant ibi. Respondeti potest, quòd ibi erant, sed aliqualiter distabant a Iacob quando ista dicebat,postea autem quando eos specialiter benedicere,aut maledicere uoluit, fecit,ppius accedere,& hoc fuit vocare eos. Vel potest teneri oppositum,quòd non fuerint ibi, & quando dicitur hic. *Erit vobiscum Deus*. Dico,quòd loquebatur ad Ioseph, & alios filios suos absentes tanquam ad præsentes. Sic enim consueuimus aliquādo loqui vni homini de aliqua communitate in plurali tanquam loquamur omnibus de illa communitate propter connexionem in aliquo vno,vel quia idem bonum, vel malum omnibus illis euenire debet. *Erit Deus uobiscum*. Multiplicando vos,licèt in isto tempore multum tribulamini. *Vel erit Deus uobiscum*. Liberando vos de manu gentis quæ vos in posterum afflictura est. *Et reducet uos ad terram patrum uestrorum*. Idest ad terram Chanaam, quæ promissa fuit patribus vestris, & in qua habitauerunt patres vestri. *Do tibi partem vnam*. Non dabat istam partem Ioseph,sed posteris suis, quia sciebat, qꝫ Ioseph non iret ad possidendum eam, quia in Aegypto moriturus erat, filij autem sui possederunt eam. Sic patet Iosue 24.cap. vbi dicitur, quòd in illa parte agri sepulta sunt ossa Ioseph, & data fuit in hæreditatem posteris. *Extra fratres suos*. Idest præter partes, quas suscipere debent filij tui diuidendo cum fratribus tuis,ego do tibi specialiter hoc,& in hoc faciebat conditionem eius meliorem,& satis patebant,tam in hoc,quia Ioseph patrem suum,& fratres pauerat tempore famis, & promiserat eum portare ad sepulchra maiorum suorum in terram Chanaam,quod multis expensis indigebat. Sic hodie in testamentis obseruatur,quòd pater dare potest maiorem partem vni filio quàm alteri specialiter si ab eo beneficia recepit specialia. *Quam tuli de manu Amorrhæi*. Idest de potestate Regis Amorrhæi,scilicet Hemor.Iste Hemor non erat Amorrhæus,vt hic dicitur, sed erat Heuæus, vt patet supra 34. vocatur tamen Amorrhæus nomine generali. Sicut enim omnes isti populi interdum vocantur Chananæi generali nomine,vt patet supra 24. cap.cum fecit iurare seruo suo Eliezer, quòd non acciperet pro filio suo vxorē de filiabus Chananæorum, & tamen per hoc non dabat ei licentiam accipiendi vxorem de Gergeseis,vel Pherezeis. Sed mādabat ire in Mesopotamiam.Sic vocantur interdum isti populi omnes Amorrhęi propter dignitatem Amorrhęorum,qui fortissimi erant inter omnes septem populos terræ Chanaam. *In gladio, & arcu meo*.

Sed dices quomodo potest ista litera stare,scilicet, quòd Iacob in gladio, & arcu acceperit partem agri ab Hemor Rege Sichem, cum dicatur supra 33.cap. quòd emit illam partem agri centum agnis, & ædificauit ibi Tabernaculum? Aliquis fortè respondebit, quòd licet primo emisset Iacob partē agri ab Hemor, tamen postea accepit totam Sichem armorum vi,scilicet iure bellico,& ad notandum, quòd non solum dabat ei particulam illam,quam emerat,sed etiam totam Sichem, dictum fuit. *In gladio, & arcu*. Quia modicum per emptionem acquisitum est, per bellū autem totum. Sed hoc falsum,quia dato, quòd tota Sichem fuisset ante possessa à Iacob,tamen solum de dit Ioseph specialiter illam particulam, quā emerat, vt patet Iosue 24.vbi ponitur possessio eius tradita filijs Ioseph,& dicitur: ossa quoque Ioseph, quæ tulerant filij Israel de Aegypto, sepelierunt in Sichem in parte agri, quem emerat Iacob à filijs Hemor patris Sichem centum nouellis ouibus, & fuit in possessionem filiorum Ioseph. Dicendum est ergo, quòd illā solam particulam hic specialiter donauerit.Quomodo ergo dicitur acquisiuisse in gladio, & arcu? Trāslatio Chaldaica dicit hic in precibus, & oratione, quæ metaphoricè arma dicuntur, cum per illa hostes impugnemus,vt patet Exo.17.cap.quando orante Moyse vincebantur Amalechitæ, & cessante oratione, & manuum eleuatione vincebantur Iudæi. Et hanc sententiam sequitur Rabbi Abraham Abenezra.Est autem sensus,quòd quando filij sui destruxerunt Sichimitas,ipse timuit valdè,increpauitque filios suspicās, quòd incurrerent super eum omnes vicini terræ, & delerent eum,vt patet supra 34.c. ideo tunc orauit, & Deus incussit timorem omnibus circunstantibus, ita quòd nullus auderet persequi eum,vt patet supra 35. cap. & sic tenuit pacificè terram Sichem per orationem,& deprecationem.

Nicolaus sequitur in hac parte sententiam Rabbi Salom.compatriotæ sui, ad quem satis affectus est, scilicet,quòd quando Simeon, & Leui vastauerunt Sichem occidentes omnem virum,omnes qui in eir cuitu erant armauerunt se, vt irruerent super Iacob, & perderent eum cum domo sua, ipse autem confidens de diuino adiutorio armauit se, & familiam, & stetit in porta Sichem expectando si hostes irruerēt, Deus tamen immisit super eos timorem validum. ut se non mouerent, & sic iure belli obtinuit terram illam, quod dicitur in gladio, & arcu; perdentibus Sichimitis locum suum, & vitam propter demeritum violationis Dinæ. Quod ergo illi iustè perdiderunt, Iacob iustè possedit. Etiam quia Deus totam illam terram ei promiserat.Iacob aūt licet aduena,vel peregrinus esset in terra Chanaan, tñ incepit possidere nō solum partem,quam emerat ab Hemor rege Sichē, sed etiam totam Sichem cum terminis suis, quod patet, quia post hoc quando Iacob misit Ioseph filium suū ad pascua,ut uideret fratres suos,iuit ad terram Sichē, quia in Sichimis pascebant greges fratres su i tanquā in terra propria. Ciuitas autem Sichem in diuisione sortium tribuum cecidit filijs Ioseph, scilicet in parte Ephraim, sed dato qꝫ cecidisset in sortem cuiusquam alterius tribus, necesse erat, qꝫ illa pars,quę specialiter data fuerat filijs Ioseph maneret apud eos, cum illa daretur præter omnes sequentes diuisiones.Sic. n. mandauerat hic Iacob. Vel potest dici obtenta Sichem in gladio,& arcu,non in gladio Iacob,sed in gladio filiorum suorum, qui occiderunt habitatores, & cēperunt vrbem.

Prima autē expositio melior est,ista enim tertia nō multum valet, quia non est verisimile, qꝫ Iacob gloriaretur in tali acquisitione Sichem per gladium Simeon,& Leui cum redarguerit eos de tali acquisitione ibi.34.cap.& sequenti. cap. fortius & mordatius in eos inuehitur vocans eos vasa iniquitatis bellantia, nec multum valet. Secunda expositio posita à Rabbi Salomone,scilicet,quòd armauerit se Iacob, & familia sua falsa est, quia dato qꝫ ad defendendum se arma sumpsit,quod valde incertum est,tamen non propter hoc recte diceretur acquisiuisse in gladio, & arcu,quia ciuitas non fuit acquisita tunc,sed magis diceretur acquisita, quando Simeon, & Leui deleuerunt habitatores vrbis. Item quia iste modus loquendi redundat in propriam gloriam, quod Iacob non faceret,qui intēdebat semper gloriam Dei, maximè quia non erat verum,qꝫ in arcu,& gladio acquisiuisset, sed nec defendisset,magis autem voluntate Dei, qui immisit terrorem in omnes vicinos populos, alias enim irritus fuisset arcus,& gladius. Iste autem timor iruit super illos quando deprecatus fuit Iacob Deum, vt liberaret eum, ideo per orationem, & preces rectè acquisiuisse dicitur,quod signauit prima expositio.

Quærunt aliqui cum Simeon, & Leui istam terrā destruxerint, & deletis indigenis habitatoribus ceperint, quare non data fuit eis specialiter in possessionem,& fuit data Ioseph, qui nihil in hoc fecerat?

Respondet Ioannes Blesen.qꝫ in terra illa destruxit Iacob idola abscōdens ea sub terebintho, quæ est post vrbem Sichem, vt patet supra 35. cap. Ioseph autem signat Christum,ideo recte ei datur, quia signabatur, quòd Christus dominaretur gentibus deletis simulachris earum. Sed ista ratio est multum metaphorica,in metaphoricis autem non est arguere, ideo salua reuerentia eius non multum valet.

Dicendum ergo,qꝫ Simeon,& Leui valde peccauerunt in destructione Sichimitarum, tum quia populus innocens erat, & solus Sichem, & pater suus Hemor peccauerant,tum quia confœderati erant, & alij complentes fœdus circuncisi erant, isti autem proditorie valde occiderunt eos. Quam ob rem detestabiles ualde erant,& ualde redarguit eos ibi Iacob;magis tamen

Gentes,& populi differunt.

Constituitque Ephraim ante Manassem duplicitер exponitur.

Præcipuū præmium Ioseph.

Quæst.2. Quomodo accepit partē agri gladio, & arcu si eā emerat?

Responsio Doctoris.

Opinio Nicolai.

Quæst.3. Cur hæc terra non data fuit potius Simeoni, & Leui quā Ioseph.

Prima responsio Doctoris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen nunc ante mortem vocans eos vasa iniquitatis, & nolens gloriam suam nominari in illis, vt patet sequenti cap. Non debuerunt, ergo de tanto scelere fructum alium præter maledictionem reportare. Si tamen daretur eis Sichem reportarent commodum de malitia, quod iura valde deuitant. Aliter autem potest responderi etiam valde conuenienter, quòd ista quæstio non habet locum, quia Iacob non dedit Ioseph vrbem Sichem, quam Simeon, & Leui depopulati fuerant, & acquisierant etiam sceleste, sed dedit ei partem agri, quam emerat ab Hemor, & erat extra ciuitatem, ad quam nihil attinebat id, quod fecerunt Simeon, & Leui: quo iure dato, quòd illi iuste occidissent Sichimitas, & laudabiliter acquisiuissent vrbē eorum, tamen nihil pertinebat ad eos de agro, quem emit Iacob ab Hemor, & quem nūc donauit Ioseph, nihil ergo quæstio illa attinet ad illud.

Iacob benedicendo filijs suis, futura eis pronunciat, ac moritur.

Cap. XLIX.

VOCAVIT autem Iacob filios suos, & ait eis: Congregamini, vt annunciem quæ ventura sunt vobis in diebus nouissimis. Congregamini & audite filij Iacob, audite Israel patrem vestrum: Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: Prior in donis, maior in imperio. Effusus es, sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Simeon, & Leui fratres: vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura: diuidam eos in Iacob, & dispergam eos in Israel. Iuda, te laudabunt fratres tui: manus tuę in ceruicibus inimicorum tuorum: adorabunt te filij patris tui. Catulus Leonis Iuda: ad prædam fili mi ascendisti: requiescens accubuisti, vt Leo, & quasi leena, quis suscitabit eum? Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentiū. Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitē, o fili mi, asinam suam. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Zabulon in littore maris habitabit, & in statione nauium pertingens vsque ad Sydonem. Isachar asinus fortis accubans inter terminos. Vidit requiem, quòd esset bona, & terram quòd optima, & suppossuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis seruiens. Dan iudicabit populum suum, sicut & alia tribus in Israel. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro. Salutare tuum expectabo Domine. Gad, accinctus præhabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum, Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. Nephtalim ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis. Filius accrescens Ioseph, filius accrescens & decorus aspectu: filiæ discurrerunt super murum. Sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuideruntque illi habentes iacula. Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum, & manuum illius, per manus potentis Iacob: inde pastor egressus est lapis Israel. Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cęli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum & vuluæ. Benedictiones patris tui confortatę sunt benedictionibus patrum eius, donec veniret desiderium collium æternorum: fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazarei inter fratres suos. Beniamin lupus rapax mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia. Omnes hi in tribubus Israel duodecim. Hæc locutus est eis pater suus, benedixitque singulis, benedictionibus proprijs. Et præcepit eis, dicens: Ego congregor ad populum meum: sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Hephron Hethæi contra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Hephron Hethæo in possessionem sepulchri. Ibi sepelierunt eum, & Saram vxorem eius: ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua: ibi & Lia condita iacet. Finitisque mandatis, quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obijt: appositusque est ad populum suum.

VOCAVIT.

VOCAVIT. Descripta benedictione filiorū Ioseph in speciali, hic consequenter describitur benedictio omnium filiorum Iacob in vniuersali, cuilibet tamen suam benedictionem applicādo, & diuiditur in duas partes. Primo docet eos ea, quæ pertinent ad eos quātum ad statum vitæ mortalis. Secundo mentes eorum erigit ad spē, & desiderium vitæ immortalis, ibi. *Et benedixit singulis.* Primo in duas: primo ponitur præfatio, siue quædam procemialis prælocutio: secundo subiungit operis prosecutio, ibi. *Ruben primogenitus.* Circa primū ista præfatio, siue prælocutio continet aliarum vires præfationum. Est autem vis aliarum præfationum auditorē attentum, aut docilem reddere. Sic enim fit hic, quia primo filij Iacob attenti, vel dociles reddūtur, cum dicitur eis congregamini, vt annunciem vobis &c. *Vocauit autem Iacob filios suos.* Ista litera dupliciter intelligi potest, vt diximus præceden. cap. V no modo, quòd starent omnes filij Iacob præsentes, quando loquebatur Iacob supradicta, præter Ioseph; & filios eius, & tūc est sensus. *Vocauit Iacob filios suos.* Idest, cp omnes præter Ioseph, & filios suos erant aliqualiter elongati a Iacob, quia illa, quæ dicebantur non attinebant ad eos. Postquam autem finita fuerunt illa colloquia, & Iacob voluit loqui omnibus, vocauit eos, idest mandauit eos, vt appropinquarent sibi, & diligētius audirent. Si autem dicamus aliter, scp filij Iacob non erant, tunc præsentes, est sensus, cp Iacob vocauit filios suos, i. fecit eos vocari, quia in vltimo vitæ suæ loqui volebat cum eis, & hoc quia patres solent loqui cum filijs in fine vitę suę instruentes eos in moribus. Sic fecit Moyses, vt patet Deuter. 31. cap. & vsque ad finem Deuteronomij. Sic etiam fecit Tobias putās mortem sibi imminere monita filio suo tradidit, vt patet Tobiæ 3. ca. Sic etiam fecit Samuel toti Israeli, quem vt filium fouebat ad finē vitæ redarguens, & ad bonam spem eleuans, vt patet 1. Regum 12. ca. Sic etiam fecit Christus Iesus ad finē vitæ suæ mortalis inter homines, discipulos suos valde instruens in operibus charitatis, & in omnibus alijs necessarijs magnum sermonē faciens, vt patet a prin. ca. 13. Ioannis vsque 18. Sic enim dicitur in principio 13. capitu. Ante diem festum Paschæ sciens Iesus, quia venit hora eius, cum dilexisset suos, in finē dilexit eos. *Et ait illis.* Postquam vocati venerunt ad eum. *Congregamini.* Idest coniungimini ad me, & audite diligenter quæ dico. Hic vult eos reddere dociles, benevolos, & attentos, quod pertinet ad naturam præfationis. Dociles reddit eos, in quantum dicit. *Vt annunciem vobis, quæ uentura sunt in nouissimis diebus.* Quasi dicat, nolo vobis historiam tenere de præteritis, quorum potestis habere notitiam vsu, vel experimento, vel studio historiarum, siue fide auditorum, nec de præsentibus, de quibus quilibet vestrum iudicare potest, quia sensibus p̄sentia sunt. Sed de futuris, de quibus notitiam habere non potestis, nisi reuelatione diuina. Recte enim quātum ad istam partem captauit docilitatem, quia nihil est quod magis dociles reddat, quàm promissa narratio de futuris. Desiderant enim homines valde notitiam futurorum, & hoc propter duo: primo quia magis afficimur ad cognoscēdum ea, quæ difficiliora cognitu sunt, præterita autem, & præsentia humano studio faciliter cognosci possunt, futura autē nullo modo, nisi a principio superiori. Et hoc etiam dicit Arist. in primo de Anima, in Prologo. vbi inter rationes alias, quas ponit ad probandum, quòd desiderant homines habere cognitionē de anima, est vna, quia difficilis cognitio eius est. Sic enim ait: Et omnino difficillimorum est accipere cognitionem de ipsa.

Vocauit Iacob filios suos, dupliciter intelligit.

Homines valde desiderant notitiā futurorum propter duo.

Text. 4.

Secundo propter necessitatem, vel vtilitatem nīam. Sunt enim homines valde amātes se ipsos, & cum sciant se a multis pericula perpeti posse, & totum bonū perdere, & noscant p̄terita, nec malū, nec bonum inferre posse, præsentia autē siue bona, siue mala iam videri: solius ergo futuri solent expectatione, & timore suspendi, cū sit conditio amantis semper peiora timere, vt patet Iud. 5. c. de matre Sisarę, quę eum diligebat deteriora suspicante. Describit etiam hoc Ouidius in lib. Epistolarum, epistola prima quę Intitulatur. Penelopes ad Vlyssem, & incipit:

Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlysse.

Timent hoīes in futurū malū sibi euenturū, maximè quia hoc per experientiam in alijs cognouerunt, nec læti, vel quieti sunt, donec aliquid istorum nouerint. Benevolos autem norat esse debere, quia vocat eos filios de se patre: filij autem benevolè audire debent patrem suum, & hoc insinuat cum dicitur. *Audite Israel patrem vestrum.* Attentos reddit in hoc, quod bis dicit audite, quasi cum magna diligentia audiendum esse moneat. Et iam quia non solum voce corporea audiri debere monet, sed ēt magis auditu tacito intellectus. Circa primum. *Congregamini, vt annunciem vobis.* i. coniūgimini benedictione mihi, quia aliquid speciale vobis volo annunciare. *Quæ uentura sunt in nouissimis diebus.* Dies nouissimos vocat dies, in quibus ista completa sunt, qa non immediatè compleri debebant, sed post multos dies, fuit autem vltimata horum ꝑpletio in tē pore Christi quantum ad illud, qđ dictum est de Iuda de cuius semine prēnunciant futuri reges vsq; ad Messiam. Et istum modum loquendi habēt Prophetę vocantes tpa remota vltimos dies, vt patet Esa. 2. & Micheæ 4. c. f. Erit in nouissimis diebus prēparatus mons domus dñi in vertice montium. Et loquuntur ibi ambo de Christo futuro, vt ab oībus conceditur, & aliàs magis in suis locis videbitur, Deo dante. Vel vocantur isti vltimi, siue nouissimi dies, quātum ad principium completionis horum, quia prima istorum inceperūt compleri in nouissimis diebus peregrinationis Iudęorum. Prima. n. istorum, quæ hic p̄dicuntur inceperunt compleri tpe distributionis sortū in terra Chanaā, vt patet discurrendo per ea, q̄ dicta sunt cuilibet tribui: tps autem quo inceperūt recipere sortes in terra Chanaan, fuit nouissimum in peregrinatione eorū, quia a principio, qñ Abraham exiuit de terra Caldæorū, quę erat terra natiuitatis suæ, vt patet supra 11. c. maximè, qñ ipse recessit mandato Dei de Mesopotamia, vbi erat domus patris sui, & venit in terram Chanaan, incę pit peregrinari, quia non tenebat locum certū: nunc enim stabat in Bethel, nunc in Aegypto, nunc in Hebron, nūc in Gerara, nunc in Bersabee, vt patet p ordinem istorum sup. 12. c. & 13. & 20. & 21. Deinde tota posteritas sua peregrinata est per 400. annos, vt Deus p̄ dixerat sup. 15. c. f. Scito prænoscēs, cp peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subijcient eos seruituti, affligentq; quadringentis annis: qñ autē filij Israel exierunt de Aegypto, & transeuntes desertum, redierunt in terram Chanaā, ꝑmissam accipiētes in ea sortes, finierunt peregrinationem suam: iō vocātur, quæ hic p̄dicuntur euēntura, in nouissimis diebus, i. quæ incipient compleri in vltimis diebus peregrinationis, cū inceperint sortes tribubus distribui. Vel vocantur ista euētura nouissimis diebus, qa quædam eorū cōplenda erant diebus Messiæ, vt sunt illa, quæ prædicuntur de Iuda, & sceptro auferendo. Dies aūt Messię in scriptura nouissimi vocantur, tam fm Prophetas, q̄ fm scriptores noui testamenti. Et ratio est, qa nouissimum, vel vltimum vocat illud, in quod oīa tendunt, & finis est. Sed oīa, quæ in veteri testamento scripta sunt, ponebantur vt significantia Messiam futurū esse, vel disponentia ad participiendum fructum, quē ipse causaturus erat. Sic. n. loquuntur doctores Hebręo-

rum, dicentes, ꝙ omnes Prophetę prophetauerunt ad dies Messiæ. In nouo testamento dies Messiæ nouissimi vocantur, quia eis nō succedent alij dies, in quibus aliter viuere debeamus secundum aliam legem. Sic dicitur Apo. 10. c. ꝙ Angelus, qui tenebat vnum pedē in mari, & alium in terra, iurauit per viuentē in secula seculorum, ꝙ amplius tempus nō erit, ideſt post legē nouā alia nō succedet, licèt de veritate huius magis dicetur ibidem Deo dāte. Vocatur etiā tempus Messiæ hora nouissima, vt patet Io. 1. cap. 2. Carissimi nouissima hora est, & loquebatur ibi Beatus Ioannes de tempore, quod tūc inceperat, scilicet de diebus annūciati Euangelij. *Congregamini, & audite.* Duplicat eādem sententiam per multa verba propter duo: primo quia modus Rhetoricus est sentētiam verbis exaggerare: secundo quia intendit multū beniuolos reddere, & attentos, repetitio autem verborum attentionem captat. *Audite filij Iacob.* In hoc reddit beniuolos, cū filius beniuolè audire debeat ea, quæ mandat pater, & dicit. *Audite Israel.* Ideſt Iacob patrem vestrum duplicatio sententiæ est, & in hoc notatur attentio, quia dicitur audite: monere enim aliquem, ꝙ audiat est reddere eum attentum. *Ruben.* Hoc ponitur secundum, ſ. operis persecutio coaptando singulis benedictiones suas. Et primo incipit a Ruben, & nō sequitur totaliter ordinem natiuitatis, quia Dan primo natus est quàm Zabulō, vt patet supra 30. c. sed primò ponitur Zabulon. Itē primò natus fuit Issachar quàm Zabulon, sed hic non sic ponitur. Item primò Dan, & Nephtalin quàm Issachar, & Zabulon, sed hic fit è cōuerso: hæc omnia patent supra 30. c. nec seruat hic Iacob aliquem modum specialem ordinis.

Congregamini, & audite, dixit pp duo.

Quæst. 1. Quo Iacob benedixerit filijs suis.

Sed quæritur cum dicatur communiter, ꝙ Iacob benedixit in morte filios suos, quomodo eos benedixerit, quia hic non videtur vniuersaliter benedicere cum aliquibus magis maledicat, vt patet infra de Simeone, & Leui, quos vocat vasa iniquitatis, & prædicit eos dispergendos in signum maledictionis. Itē quia benedictio est imprecatio boni, hoc autem nō est aliquid tale, sed magis ea, quæ dicuntur, ponuntur per modum annunciationis rerum gerendarum. Sic enim dicitur in principio congregamini, vt annunciē vobis quæ ventura sunt in nouissimis diebus. Ad hoc respondent quidam Iudæi stultissimi dicētes, ꝙ Iacob intendebat benedicere filijs suis, & eis futura annunciare, vt patet in principio c. sed postea recessit ab eo spiritus prophetiæ, & incepit variare, dicens ista, quæ sequuntur interdum benedicens, interdum autē maledicēs. Sed ista stultitia magna est, & insuper hæresis dānāda valde. primo quia ipsi volunt, ꝙ ista, quæ hic dicuntur sint quædam deliramēta Iacob carentis spiritu prophetico, quia tunc sequeretur, ꝙ aliqua deliramenta in sacra Scriptura assererentur, & vt dicta incertissima tenerētur. Hac autem hæresi detestabilior nulla est, quia totaliter eneruat robur, & auctoritatē sacrę Scripturæ, in qua si aliqua falsa permittantur, æqtum est, vt de cæterorum veritate suspitio habeat. quo semel concesso totum humanum statū in vanū laborare constabit, cum nulla certitudo habebitur de bonis, quæ in scriptura bene agentibus promittūtur, & de pēnis, quæ nequissimis viris infligendæ asserunt. Item quia ipsi dicunt, ꝙ primo Iacob hīs spiritū propheticū dixit: Congregamini, vt annunciē vobis quæ ventura sunt. Deinde ꝙ recedente ab eo spiritu incēperit vaçillare, quia tunc sequeretur, ꝙ spiritus domini faceret aliquem mentiri, dicendo ꝙ annunciaret futura, & postea non annunciaret. Item quia tunc cū homo destitutus a spiritu Dei naturali via de futuris nihil noscat, contingeret, ꝙ Iacob sic ista dicens, erraret in aliquibus, falsum dicens, hoc autem inconueniens est, quia spiritus Domini bonus, q est spiritu propheticus nunquàm facit mentiri, quia certus, & securus est, vt patet Sapientiæ. 7. c. etiam, quia mendacium soli dæmoni conuenit, qui mendax est, & pater mendacij, & a principio in veritate non stetit, vt patet Ioan. 8. cap. spiritus enim Dei neminem seducit, ideo quādo Prophetę regis Achab ei denuntiabāt prospera, cum essent aduersa euentura, & ipse malitia sua demereretur occidi, permisit Deus Prophetas eius decipi, sed adhuc ad istam deceptionem non iuit aliquis spiritus bonus, sed prauus spiritus, qui ibi vocatur singulariter vt habetur tertio Reg. 22. cap.

Diabolus est pater mēdacij.

Item patet hoc esse falsum, quia omnia ista secreta, quę hic Iacob dixit, eodem modo completa sunt, nec defuit ex eis verbum vnum, quin compleretur. Hoc autem esse non poterat, quòd vnus homo tot veritates, & de tam varijs rebus, ita cito protulisset circa futura, de quibus nulla certa cognitio humana est. Et si dicas, quòd dixit istas veritates non ex habitu infuso, sine per lumen propheticum, siue aliàs, sed per accidēs, vel a fortuna, vt sicut contingeret eum falsum dicere, ita poterat euenire verum dicere. Sed non potest stare, quia dato, quòd aliquis a casu diceret aliquam futuram veritatem, multas tamen, & tā varias dicere non posset, quia fortuna est causa carēs aliqua directione, sed plura, & omnia vera dicere sine quadam directione non est.

Item si ista spiritu Dei dicta non essent, spiritus Dei non confirmaret illa: sed spiritus Dei ea confirmauit, & declarauit, quia Moyses, qui ista scripsit non scribebat ea, tanquam ipse sciret ea memoria rerum gestarū, vel quia ea in historijs recepisset, sed quia Spiritus sanctus dictabat ei ista scribenda. Patet quia aliter non potuisset ei constare de mundi creatione, & de modo, & ordine rerum creatarum. Si ergo hęc falsa fuissent, aut deliramento humani ingenij prolata, spiritus propheticus non dictaret ea scribenda Moysi. Cōcludendum ergo est istos multum errare, quia ista prophetico spiritu dicta, & conscripta sunt. Respōderi autem fortassis pōsset, quòd ista, quæ in litera dicuntur, fuerunt benedictiones, quia in eis aliqua bona futura prænunciantur. Et quando obijcitur, quòd Simeon, & Leui non benedicuntur. sed magis maledicuntur.

Respondetur, quòd quia in alijs omnibus benedictionis verba ponuntur, omnes istę benedictionęs vocantur a maiori parte, sicut scriptura facere cōsueuit.

Sed magis videtur dicendum, quòd Iacob benedixit filijs suis; quia, vt infra dicitur, benedixitque singulis benedictionibus proprijs, & non videtur, quòd fuerint benedictiones istæ, quæ ponuntur hic propter rationes supra assignatas, scilicet, quia benedictiones, pferuntur per modum imprecationis bonorum, istæ autem dicuntur per modum enunciationis futurorū. Etiam quia infra, dicitur benedixit singulis benedictionibus proprijs: ergo non fuit aliquis eorū, qui non benediceretur. Sed manifestum est, quòd ea, quæ dicta sunt Simeoni, & Leui non fuerunt benedictiones, sed maledictiones: ergo aliæ benedictiones datæ fuerunt.

Determinatio.

Item quia infra, in fine huius capit. fit differentia inter istas annūciationes, & singulorum benedictiones, quia dicitur in litera; Hæc locutus est eis pater suus, benedixitque singulis benedictionibus proprijs, ita ꝙ hæc refert ad supradicta, & enūciata: deinde dicit fuisse factas speciales benedictiones ad quemlibet.

Determinatio.

Concludendum ergo videtur, quòd Iacob benedixerit filios suos; sed benedictiones tacentur quæ fuerint. *Ruben primogenitus.* Incipit a Ruben, qui erat maior secundum carnem, & filius Lyæ, quam prius carnaliter cognouerat Iacob, vt patet supra 29. capit.

Primogenitus meus. Secundū carnem primo natus fuit. Ruben quàm alij; sed primogenituræ iura non accepit; quia ex peccato suo demeruit illa, ſ. quia coiuit cū vxore patris sui; vt in litera statim commemoratur.

Exposi. Nicolai.

Tu fortitudo mea. Nicolaus exponit sic, ideſt tu fortitudo mea quantum ad bonum virtutis, & gratiæ, quod in te lucere deberet potius quàm in alijs; sed econuerso factum est. *Quia factus es principium doloris mei.* Ideſt, ꝙ licet multos alios dolores senserim; nullum tamen ita mihi durus, sicut iste, quem tu intulisti coeūdo cū vxore mea, sed ista sententia non multum cohæret literæ. Ideo dicendum aliter. *Fortitudo mea.* Ideſt, quia te in ætate robustiore genui; & tu cæteris fortior, & dignior esse debueras. *Principium doloris mei.* Ideſt tu fuisti principium doloris mei, ideſt solicitudinis meæ; qa ante quàm te genuissem nullā curam habebam, cum autem te genui incępi solicitudinibus anxiari. Vel vt ait Hierony. in libro, de sententijs Sanctorum, dicitur principium doloris, quia vsque ad illum dolorem nullum Iacob senserat; vel dicit principium doloris quantum ad seminis effusionem, quę in virginibus cū quadam difficultate fit, cum ibi, tam vir quàm fœmina corrumpantur, & vtrobique quędam naturæ violentia inferatur; quando autem genuit Iacob, Ruben primogenitum nullam vnquam fœminam cognouerat; ideo ibi dolorem quendam sensit in prima corruptione.

Exposi. do doris.

Exposi. Hierony.

Ponuntur autem ista ad designādam ingratitudinem Ruben, quia cum ipse esset primogenitus patris sui, & fortitudo sua, & in eo inceperāt dolores patris sui, magis tenebatur patri suo, quàm aliquis de alijs, cum ergo ipse fœdauerit Balam patris sui vxorem, multum vituperandus, & damnandus erat. *Prior in donis.* Litera Hebraica est hic multum intricata ex quodam impropio modo loquendi. Et translatio Caldaica exponēs illam dixit, quòd Ruben tria hic hābere debebat, ſ. regnum, sacerdotium, & primogenituram. Sed in hoc multum impropriè loquitur distinguens primogenituram contra sacerdotium, & regnum. Quia primogenitura hic accipitur pro iure conuenienti primogenito. Sunt autem hæc iura, quæ enarrauimus sup. 25. & 27. c. inter, quę primum est principatus regnatiuus; siue dominatiuus inter fratres. Secundum est sacerdotium, deinde duplex portio hæreditatis, & alia ibidem prænominata. Nō distinguitur ergo benedictione primogenitura a iure regnatiuo, vel iure sacerdotali, tanquam si distinguatur totum a partibus suis, & ponatur esse multæ res, cum non sit aliquod ens ipsum totum ablatis partibus. Dimissa ergo illa inepta distinctione dicendum, ꝙ Iacob designauit omnia iura primogenituræ in hīs duobus, quæ in litera ponuntur, licèt principaliter signentur duo. *Prior in donis.* Ideſt, ꝙ Ruben, quia primogenitus erat debebat esse maior in donis quàm aliquis de fratribus suis, ſ. ꝙ duplex portio hæreditatis ei daretur, sed perdidit eam. Fuit autē translatum ius primogenituræ, quantum ad istam particulam ad Ioseph, quia cum alij fratres singulas sortes acciperent, & singulas tribus denominarent, Ioseph duas sortes accepit, & duas solus tribus denominauit, vt patet in duobus filijs eius Manasse, & Ephraim, qui duas tribus denominauerunt, & duplicem sortem acceperunt; vt patet præced. c. *Maior imperio.* Quia principatus inter fratres debebatur primogenito, & cum principatus regnatiuus promissus fuisset semini Iacob, ille pertineret ad Tribum Ruben, nisi peccatum coitus obstitisset. In his autem duobus omnia alia iura primogenituræ, aut dicunt dignitatem, aut vtilitatem. Si autem dicant dignitatem reducuntur ad imperium. Si autem dicant vtilitatem reducūtur ad prioritatem in donis. Vnde ius sacerdotale ad vtrūque pertinebat: quia aliquo modo dicit dignitatem, ſ. potestatem im-

Determinatio.

Quòd imperit tribꝰ primatum.

molandi hostias, coram domino ſm tempus illud. aliquo modo ad vtilitatem, ſm ꝙ sacerdotes recipiebāt quædam iura a populo, siue inter Gentiles, siue inter Hebræos. De Hebræis satis patet: de Gentilibus autē patet supra 47. vbi dicitur, quòd terra Aegyptiorū vendita fuit, præter terram sacerdotum, quæ libera mansit, quia illis de horreis publicis ministrabātur cibaria; ideo non sunt coacti vendere terram suam. Dabātur etiam siue ante legem datam, siue post legem datam. Post legem datam patet Num. 18. & Deuteron. 12. & 18. c. Ante legem patet, quia Abraham dedit decimas de omnibus rebus suis Melchisedech regi Salem, qui erat sacerdos Dei altissimi, vt habetur supra 14. ca. magis tamen pertinebat sacerdotium ad imperium, ideſt ad dignitatem quàm ad dona, ideſt ad vtilitatem, quia sacerdotium ſm se includit potestatem immolandi, & offerendi victimas Deo: per accidens autem dicit aliquos redditus, vel pensionem: quòd autem primogenitus sederet in capite mensę ad dignitatem, vel imperium pertinet, ꝙ autem benediceret fratres suos, ad dignitatem pertinet, & imperium. Quia vt ait Apostolus ad Hebræ. 7. sine contradictione vila, quòd minus est a maiore benedicitur: ꝙ etiam primogeniti vestibus nobilioribus induantur ad honorem, siue dignitatem pertinet. Quòd autē a patre benedicatur in morte specialiter ad vtrunq; pertinet, ſ. ad dignitatem, & ad vtilitatem, quia vtrunq; ibi confertur, vel vtrunque pater moriēs imprecatur, & sic possunt reduci ad ista duo omnia alia primogenituræ iura. *Effusus est sicut aqua.* Aliqui referunt hoc ad libidinem, ſm quā cognouit Ruben nouercam suam Balā: sed moralis, vel mysticus videtur esse sensus: talis est. n. intentus ſm Nicolaum, ꝙ effusus fuit Ruben, vt aqua, ideſt, ꝙ sicut quādo aqua de vase effunditur, nihil manet, quod non sit in effusione aliorum liquorum, vt in melle, quod non potest tantum effundi, quin aliquid maneat inhærēs; de vino autem manet odor saltem; de oleo effuso manet pinguedo, & sapor: idem de alijs liquoribus, quia aliqualiter inhæsiui sunt, vel tenacis naturæ: de aqua aūt effusa nihil manet de sapore, vel odore, siue colore: ita Ruben effusus fuit; quia de iuribus primogenituræ ad eum pertinentibus nihil ei mansit, sed totum fuit translatum ad alias tribus; quia pars fuit translata ad Ioseph, pars ad Iudam, pars autem postea Leui concessa est; vt diximus præced. c. Sed quantum ad sacerdotiū non erat aliqua dria; quia in qualibet Tribu primogeniti de illa Tribu erant sacerdotes, anteq̄ Deus specialiter segregaret Leuitas ad sacerdotium: vt patet Exo. 24. c. vbi mandauit Moyses iuuenibus de principibus Tribuum, vt immolarent victimas ad confirmationem fœderis, vt patet ibidem. Iste sensus satis cōformis est literę, sed adhuc conformius dici potest, ꝙ Ruben effusus fuit sicut aqua; quia sicut aqua non eleuatur supra terram eminens, vel faciens tumores, sed est æqualis terræ, vnde dicta est aqua, quasi equa, & petit loca prona terræ: ita Ruben nō fuit eleuatus super alios, ita quòd haberet aliquam excellentiam, qualem habere decebat primogenitus, & hoc declarat litera sequens, cum dicit: Non crescas, ideſt non sis eleuatus super alios, sed eris quasi vnus de eis. *Non crescas.* Ideſt non crescres. Non debet legi per modum imprecādi, ita quòd ponatur in Optatiuo; sed per modū prænunciandi, vt ponatur in Indicatiuo, scilicet, ego denuntio tibi ex parte Dei, quòd non crescres inter fratres tuos, scilicet, recipiendo aliquam præeminentiam; sed eris æqualis. *Quia ascendisti cubile patris tui.* Rhetoricè loquitur Iacob colorando turpe factum Ruben. Vocat autem cubile, siue lectum patris non ipsum locum, in quo pater dormiebat, quia tunc ascendere super lectum eius scelus non erat:

Melchisedech Rex Salem.

Opin. quorundam.

Vnde aqua dicta sit.

sed accipitur cubile pro vxore, quæ in cubili erat cum Iacob. Cubile autem ascendit, quādo cum Bala vxore patris sui, & Nouerca sua concubuit, vt patet ſ. 35. c. Et vocatur vxor cubile siue lectus; quia cum viro suo in eodē lecto cubauit. Sic enim aliquando vocatur vxor camera viri siue penetrale; quia ipsa sola est cum viro in penetrali. Et hoc modo loquitur Boetius de consola. libr. 1. Prosa 4. inducens ad defensionē criminis sibi impositi bonitatem vxoris suæ, quæ talia fieri nō permitteret, cum dicitur. Præterea penetrale innocēs domus, honestissimorumq; cætus amicorū, socer Symmachus etiam sanctus, & eque actu ipso reuerēdus ab omni nos huiusmodi criminis suspitione defendunt. *Et maculasti stratum eius.* Replicatio eiusdem sententiæ est mō rethorico ad exaggerandum. Dr autem lectus maculatus, quia alius q̄ maritus in eo concubuit cum ipsa vxore. Peccatū istud fuit grauè valde: primo erat adulterium, quia cum coniugata: secundo incestus, quia cum affine sua, ſ. cum nouerca sua viuente patre, fuit etiam magna ingratitudo, quia cōtra patrem, qui genuit, & nutriuit, & tanta bona ei traditurus erat, tātum scelus operatus est, licet ergo postea Ruben laborauerit, vt placeret patri, defendendo ne alij fratres venderent, aut occiderent Ioseph, tamen nunquā in totam gratiā patris sui reuocari potuit. Maximè quia ista mutatio iurium primogenituræ non arbitrio humano, sed voluntate diuina facta est. In Hebræo etiā dicitur. *Et leuasti illud.* Idest q̄ Ruben leuauerit lectū patris sui, ſ. priuando patrem suum, ne vnquam accederet ad vxorem suam Balan, quia non erat iustum, q̄ pater accederet ad vxorem quam filius cognouerat. Sicut Dauid non accessit ad concubinas suas decem, quas cognouerat Absalon filius eius, vt patet 3. Reg. 16. cap. de quo plura diximus supra 35. cap. Aliqui autem Iudæi volunt colorare valde peccatum Ruben excusando illum, dicentes, q̄ non coiuit cū Bala Nouerca sua, sed solum mutauit cubile patris sui, & Balæ ex vno loco ad alterū. Sed isti valde irrationabiliter loquuntur, quia excusantes Ruben Iacob accusant. Respiciant enim quid deterius est, aut Ruben acculare, aut Iacob condemnare. Si enim dicamus, q̄ Rubē nō coiuit cū Bala, sed mutauit lectum, oporteret dicere Iacob, esse valde iniustum, & asperum, qui pro tam Leui offensa Ruben, cū tota posteritate tantis bonis priuauisset, quia in his totus status consistebat, & quia Iacob videbatur detestari hic Rubē propter istud peccatum, ne toraliter videretur derelictus Moyses benedixit eum in Cathalogo benedictionū, vt patet Deut. 33. dicens viuat Ruben, & non moriatur. *Simeon, & Leui.* Hic ponitur simul annunciario futurorum quantū ad tribum Simeon, & Leui, & ponuntur istæ duæ tribus simul, quia Simeon, & Leui erant coniūcti ad malum, maximè quia hic arguuntur de quodam scelere, ſ. contra Sichimitas, q̄ ambo gesserūt. Simul ergo ponendi erant. *Fratres.* Vocat Simeō, & Leui fratres nō, q̄ isti non habuerint alios fratres eiusdē patris, & matris, quia sex fratres fuerunt filij Iacob, & Lye, ſ. Rubē, Simeon, Leui, Iudas, Issachar, Zabulon, vt habetur supra 29. & 30. c. sed vocantur fratres, quia erant concordes mente, & opere in omnibus, vt paret in cede Sichimitarum supra 34. c. & hic. *Vasa iniquitatis.* Vas dicitur a continendo; & quia homines cōtinent aliquid in se bonum, vel malum; ideo vasa vocantur, & isto modo loquendi vtitur Apostolus ad Rom. 9. c. vocans quosdam homines vasa iræ parata in interitum. Alios autē vocat vasa gloriæ parata ad gloriam. Sic ēt loquitur secunda ad Timot. ca. 2. dicens, in magna autem domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædā autem in contumeliam. Si quis emundauerit se ab istis, erit vas in honorem sanctificatum, & vtile dño ad omne opus bonum operatum. Dñr ergo Simeon, & Leui vasa iniquitatis, i. homines continentes iniquitatē, & propriè dñr vasa iniquitatis illi, qui tenēt malitiam in corde reconditam, sicut vas intra se aliquid continet, & conuenit propriè Simeoni, & Leui, quātum ad proditionem, quam tenuerunt contra Sichimitas facto pacto in dolo, vt haberent opportunitatē occidendi eos. Exponitur autem totum hoc, q̄d dr de Simeone, & Leui a doctoribus nostris consormiter de scelere commisso in occisione Sichimitarum, quod narratum fuit supra 34. c. *Bellantia.* Idest inique bellantes, q̄a bellum quod cōmiserunt contra Sichimitas, non fuit iustum, sed valde proditiosum, cū essent inter eos pacis fœdera, & alij compleuissent conditionem pacis, ſ. circuncisionem. Item quia contra inermes ipsi armati pugnauerunt. Item quia non dixerunt eis tanquam hostibus aliquid de bello; quia saltem oportuisset præ dicere, nisi essent iam manifestę inimicitiæ, & bella alia præcessissent.

Bellum Simeonis, & Leui cōtra Sichimitas.

Item quia omnes Sichimitę, tunc ęgrotabant carētes viribus, & dolentes dolore circuncisionis. *In consilio eorum non veniat anima mea.* Idest in consilio eorum non venit, quasi dicat, quando ipsi cogitauerūt scelus illud contra Sichimitas, ego non cōsiliatus sum cum eis, nec approbaui, quia valde malum, & proditorium innocentes, & fœderatos, & pactum pacis complētes, itemque incautos, & inermes sic subito lacerare, vel quòd legatur per modum futuri, sicuti ponitur in litera. *Scilicet, in consilio eorum non veniat anima mea.* Idest nūquam velit Deus, q̄ anima mea consentiat malo consilio, quod ipsi fecerunt, & patrauerūt. *Et in cœtu eorum.* Idest in cętu famulorum, & sociorum, quos ipsi congregauerunt ad delēdos Sichimitas. *Non sit gloria mea.* i. honor meus, vel laus mea, quasi dicat, nolit Deus, q̄ ego lauder de hoc, quòd illi duo filij mei cū cętu suo, sic deleuerunt Sichimitas, quia ista laus magis esset vituperiū, quia id de quo laudarer, est aliquid turpe. De aggressione autem, & patratione rerum turpium nullus iustè laudatur, nisi laudis inexpertus, sed magis vituperabilis valde redditur. Et si sic laudetur magis irridetur.

Obiectio Nicolai. Rńsio.

Nicolaus obijcit, quia supra præceden. c. Iacob gloriatus est se accepisse Sichen in arcu suo, & gladio de manu Hemor regis Amorrhæi. Ad hoc respondet, quòd non gloriatus fuit Iacob, quia Simeon, & Leui sic proditoriè Sichimitas deleuerunt, sed gloriatur, q̄ deletis illis, & congregatis Amorrhæis, & Cananæis, qui in circuitu erant, vt venientes irruerent in Iacob, & delerent eum, ipse Dei confidēs auditorio armatus cum familia sua constantissimè expectauit, si quis de hostibus irrueret: Deo tamen faciente cōterriti sunt, vt non mouerentur in Iacob: ista solutio tenet secundum expositionem Nicolai, & Rabbi Salom. præcedenti cap. positam, quam non tenui. Secūdum autem expositionem, quam sequutus fui, quæstio ista nihil agit, nec obiectio, quia non gloriatus fuit Iacob in gladio, & arcu se accepisse Sichen, sed precibus, & oratione, vel aliter. *In consilio eorum non veniat anima mea.* Et referatur hoc ad ea, quæ futura erant, quando ista benedictio data est, & vnum pertinet ad Leui, scilicet istud primum: secundum pertinet ad Simeonem. *In consilio eorum non veniat anima mea.* Idest nolit Deus, quod ego contentiam malo, quòd futurum esse scio in Tribu Leui, & hoc fuit quando Core, qui erat de Tribu Leui de Chahathitis, congregauit secum alios de Tribu Ruben, & de alijs tribubus, vt insurgerent in Moysen, quia ipsi volebant accipere sacerdotium sicut Aaron. Venit autem tunc ira Dei super eos; quia quidam incendio consumpti sunt, alios

Opin. aliquorū Iudęorum.

Annunciatio futurorum.

Vas q̄d significat.

alios autem viuentes terra deuorauit facto hiatu magno vsque ad infernum, vt patet Num. 16. cap. In hoc autem nolebat Iacob, q̄ illi vocarētur filij sui, qui tam detestanda commiserant, & sic fuit, quia quando scriptura narrauit illud factum, non vocauit Core filium Iacob, sed solum vocauit eum filium Leui, dicens: Ecce autem Core filius Isuar filij Chahath, filij Leui, & Datan &c. Ibi computauit progeniem Core vsque ad Leui, & non nominauit ibi Iacob cum esset immediatus Leui. Gloria autem Iacob apparuit in Leui, quando in descriptionibus cantorum, ianitorum, sacerdotum, & aliorum officialium templi nominatur Iacob tanquam pater eorum, vt in 1. libro Paralip. in multis locis, vbi agitur de ordinatione, & dispositione totius tribus Leuiticæ, ſ. c. 23. & 24. atque 25. & 26. *Et in cœtu eorum.* Hoc refertur ad Simeonem. *Non sit gloria mea.* Idest nolo ego gloriari de malo, quod tribus Simeon in magno cœtu operatura est, quod fuit in fornicatione cum mulieribus Moabitarum, & Madianitarum, vt patet Num. 25. c. quia tunc illi qui fornicabātur colebant Beelphegor, propter quod ira Dei insurrexit in populum, & suspensi sunt principes, & multi perierunt, quorum omnes, vel plures asseruntur fuisse de stirpe Simeō. Quia ipse princeps illius tribus intrauit ad scortum madianitidem nomine corbi, & vterque pugione per genitalia a Phinees filio Eleazari transfossus est, vt patet ibidem. Hoc autem factum nolebat Iacob sibi appropriare, quia non ad gloriam pertinebat, sed ad magnam confusionem. *Quia in furore suo occiderunt virum.* Licèt ista expositio immediata de Simeone, & Leui satis conuenire possit: prima tamen consonantior, & melior, ac verior est; quia litera intelligi vult de occisione Sichimitarum, & subditur hic causa superiorum. *Quia in furore suo.* Idest ego nollem, q̄ factum istorum computaretur ad gloriam meam, quia non fuit factū ex rectitudine rationis, sed ex quodam furore irrationabili: licèt enim antequam Sichimitæ, & filij Iacob conuenissent interposito fœdere pacis de circuncisione facienda, & de accipiendis mutuo vxoribus, poterant iustè expetere vltionem violatæ sororis: postquam tamen vtrinque in fœdera pacis consensum est, non poterant iustè mouere bellum, quia hostes non habebant, sed amicos confœderatos. Solus ergo furor fuit origo huius cladis Sichimitarū. *Occiderunt virum.* Idest viros Sichen, & ponitur singulare pro plurali, sicut aliquando Scriptura sacra cōsueuit, vt patet Exod. 8. c. Venit musca grauissima, non q̄dem vna musca, sed muscarum pluralitas, & Psal. 77. Misit in eos Cynomiam, idest muscam caninam, sed nec vna musca canina fuit. Vel dicitur occiderunt virum, i. Sichen filium regis Hemor. Nam licèt alios Sichimitas occiderint, istum tamē principaliter occidere intendebant, qui sororem eorū stuprauerat. In hoc tamen etiam peccauerunt. Nam licèt eis cōtra istum a principio patrati sceleris starer iusta causa doloris, tamen facto fœdere nihil in eum, nisi impiè, committere potuerunt. *In voluntate sua.* i. fm voluntatem suam deordinatam. *Suffoderunt murum.* Idest muros Sichen. Tanta enim eorum fuit indignatio, q̄ ad plenam vltionem nō solum viros occidere, sed muros ēt totaliter delere parabant, sed non valuerunt, quia ad faciēdum hoc magnum tps requirebatur, & gentis multitudo, quorum nullum eis in promptu erat. Voluntas ergo sua fuit ad suffodiendum, vel euertēdum murum; sed potestas non fuit. *Maledictus furor eorum, quia pertinax.* i. valde tenax, siue permanens. *Et indignatio eorum; quia dura.* Duplicatio eiusdem sniç est ad exaggerandū, & exornandum, & est modus loquendi passionatorum. Erat aūt Iacob quasi iratus ꝯ istos; quia talia impiè gesserant; ideo talia eum verba decebant. Est aūt sensus, si furor vel indignatio eorū fuisset ꝯ Sichimitas, & non durasset tanto tpe, ſ. quousq; ad executionem perducerent occidendo Sichimitas, vel non fuisset tam dura, i. ad patrandum tantum malum, erat aliquo modo peccatum istorum duorum remissibile, sed q̄a furor eorum tm incanduit, non est venialis, sed maledictus, i. detestabilis valde furor, & ipsi pp furorem suum maledici dñr, & est iste furor culpabilis pp duo. Primo q̄a rancor retentus fuit in corde magis, q̄ ratio recta peteret; secundo, quia maior vltio expetita est quàm debebetur. Quantum ad primum dr. *Maledictus furor eorum.* i. maledicatur furor Simeonis, & Leui. *Quia pertinax.* i. valde tenax, & vltra rationem permanēs, q. d. iustè poterant isti tenere furorem, & intentionem vlciscendi contra Sichimitas antequam aliquid inter eos conuētum esset, sed postquam pacis fœdera mutuo suscepta sunt, & ex parte Sichimitarum completa, non debuit durare rancor, quia ergo duravit, pertinax, i. valde tenax dictus est. Secundum notatur cum dr. *Et indignatio eorum, quia dura.* Idest durè puniens, & supra quantitatē peccati. Ad hoc enim, q̄ fiat iustitia commutativa in dando alicui pœnas, pro vitio, oportet haberi rationē ꝯ passi, quod est in quadam commensuratione, & ꝓportione, vt declarat Arist. 5. Ethic. Sic etiam dr Deut. 25. c. fm quantitatem peccati, erit & plagarum modus, i. quantitas, vel mensura. Et Apo. 18. quantum glorificauit se in delitijs suis tantum date illi de tormento. Cōsideranda ergo erat in ista vindicta quam expetere volebant Simeon & Leui, quantitas peccati, vel potius illatæ sibi iniuriç: ideo dato, q̄ nulla pacis fœdera mutuo conuenissent ad iustè vltionem exigendā, necesse erat modum non excedere. Nunc aūt si cōsideretur eorū factum, ablato q̄ proditoriè hoc fecerint, q̄ ꝯ interposita fœdera, q̄ ꝯ incautos, & inermes, q̄ contra ęgrotos vniuersaliter, & nec mouere, nec defendere se potētes bellum quoddam securum assumpserint, quorū quātitatem pensare non satis facilè esset: solum aduertendo magnitudinem cladis inflictæ, liquet eos iniustè egisse; quia pro defloratione vnius stultæ puellæ, quę ipsa sibi huius mali causam dederat; solitariè inter alienigenas euagata; non totus ab hoc crimine immunis populus, sed aut libidinosus iuuenis, aut stultus pater filij delitias contristari recusans merito delendus erat. Dura ergo indignatio fuit, nec quidem solū dura, sed durissima, & inopinabilis fuit. *Diuidam eos in Iacob.* Sequitur pœna eos inflicta eis a Deo, & est conformis peccato eorum. Est. n. regula, q̄ morbi per cōtria sanantur. Sic enim ait Philosophus in 2. Ethi. c. 3. ſ. Pœnæ aūt medicinæ quædam sunt: medicinæ aūt natæ sunt fieri per cōtraria. Sicut ergo peccatū Simeonis, & Leui fuit, quia ipsi multum ꝓsentientes sibi erāt, & ad oē malū ꝓcordes, ita pœna q̄ diuidātur; vt nunq̄ in bono, vel malo cōcordent; ideo sequit. *Diuidam eos in Iacob.* i. diuidentur isti duo populi in Iacob, i. inter filios Iacob. *Et dispergā eos in Israel.* Eadem snia est; quia Israel & Iacob idem sunt, & dispgere, & diuidere. Vel pōt accipi ista snia secunda, vt sit altera, q̄a dispergere in lingua Latina maiorē diminutionem importat q̄ diuidere; q̄a diuidere est, qñ res secat in partes, siue in duas, siue in plures dispergere aūt est, qñ res minutatī concidit, & partes minutæ p partes diuersas locant, & hoc maius malū est, q̄a quantocunq; res magis diuisa, minus valet, qm̄ virtus vnita fortior est se ipsa diuisa. Et cōpleta fuit ista diuisio, & dispsio tpe diuisionis fortiū; quia Leui non accepit sortem inter fratres suos, vt patet Nu. 34. & 18. c. & Iosue 18. & 19. vbi ponit diuisio sortium aliarū tribuū, sed datæ sunt ei ciuitates in singulis tribubus, vt patet Nu. 35. c. vt in eis habitarēt, & haberent suburbana ad alenda pecora. Tribus aūt Simeon, quia parua erat, in medio sortis Iudæ recepta est, vt patet Ios. 19. c.

Occidetur virum dupliciter exponitur.

Furor iste est culpabilis pp duo.

Morbi per contraria sanantur.

Virtus vnita fortior, quā diuisa.

Vel potest intelligi ista litera, ita quòd sint duæ sententiæ referendo vnam ad vnam Tribum, & aliam ad alteram. *Diuidam eos in Iacob*. Hoc refertur ad viros de Tribu Simeon. Et diuisi ab alijs in Iacob, ideſt habentes aliquid ſpeciale inter cęteros in hæreditate Iacob, quia cæteræ tribus ſortes ſpeciales receperunt, & diſtinctas: Simeon autem non recepit partem ſpecialẽ, ſed quia paruus erat, receptus fuit in parte ſortis Iudæ, tanquam peregrinus, vel non habens hæreditatẽ, ſed precario habitans in ſorte alterius; vt patet Ioſue 19.c. *Et dispergam in Israel.* Hoc pertinet ad Tribum Leui, q̃ non ſolum diuiſa fuit, ſed diſperſa, i. in plures, & minutas partes conciſa, cum non acceperit aliquam ſortẽ; nec ſuam, nec alienam, ſed in totam terrã promiſſionis diſperſa fuit, quia in qualibet Tribu aliquas ciuitates acceperunt, & in hoc differt Leui a Simeon; quia licet Simeon ſeparatam ſortem non receperit ſimul; tamen totus receptus fuit in medio ſortis Iudæ. Leui autem in nulla Tribu, ſimul totus receptus eſt, ſed in qualibet parte tenuit. Iudæi autẽ variant, vt in iſta expoſitione; quia vt diximus ſupra 34. cap. ipſi nituntur defendere Simeonem, & Leui de ſcelere commiſſo contra Sichimitas dicentes, q̃ iuſte egerunt: de quo ibidem ſatis dictum eſt, ſed ſolum manſit, quod Iudęi illi dicebant iſtam literã de maledictione Leui, & Simeonis non referri ad peccatum illud, ſed ad aliquid alterum, de quo hic immediatè dicetur. Variant autẽ Hebræi, quia iſti, qui nitebantur excuſare Simeonem, & Leui de illo ſcelere, exponunt totam iſtam literam de venditione Ioſeph. Alij autem partim de viris Sichen, & partim de Ioſeph. Primi ergo dicunt iſtã maledictionem inflictam fuiſſe Simeoni & Leui, quia ſoli machinati ſunt in mortem Ioſeph; & nituntur probare, quia Ruben non videtur machinatus in necẽ Ioſeph, cum ipſe niteretur eum liberare de manibus eorum, & reddere patri; vt patet ſupra 37.c. Similiter Iudas non videtur in hoc machinatus, quia abſente Ruben ſuaſit cęteris fratribus ſuis, dicens: Quid prodeſt ſi occiderimus fratrem noſtrum, & celauerimus ſanguinem eius? caro noſtra, & frater noſter eſt, & vt nõ occideretur ſuaſit eum vendi debere Iſmahelitis, vt patet ſupra 37. Quatuor etiam filij ancillarum, ſ. Dan, & Neptalin, Gad, & Aſer non videntur ad hoc machinati fuiſſe, quia ipſe Ioſeph manebat cum eis ad eorum conſolationem cum deſpicerentẽ a filijs Lyæ. De Iſſachar, & Zabulon, qui erant minores inter filios Lyæ non videtur, q̃ tale quid ipſi inceperint, quia tale negotium arduum erat, ſed veriſimile eſt, q̃ alijs fratribus maioribus proponentibus conſenſerint, & tunc exponunt literam dicentes, ecce habentur fratres octo, manent ergo quatuor ad complẽdum numerum 12. fratrum filiorum Iacob a quibus tollatur Ioſeph, qui vẽdebatur, manebunt tres, & ab iſtis rurſus tollat Beniamin, qui paruus erat nondum ablactatus, & manebat in domo, ſoli ergo duo manebant, qui in hoc ſcelus conſentientes eſſent, ſ. Leui & Simeon, qui maledicũtur hic. *Simeon, & Leui fratres.* Ideſt ad malum plus cæteris concordantes. *Vasa iniquitatis.* Ideſt continentes malitiam in corde ſuo. *Bellantia.* Scilicet contra innocentem fratrem eum volentes occidere. *In consilium eorum.* Scilicet, quo conſiliati ſunt inter ſe ad occidendum Ioſeph, & alios ad hoc inducebant. *Et in cœtu eorum non sit gloria mea.* Ideſt in cœtu omnium fratrũ congregatorum in mortem Ioſeph ſuaſu ipſorum nõ ſit laus mea, ideſt ego nolo laudari, vel gloriari de tali facto, quia iniquum fuit, & vituperabile. *In furore suo occiderunt virum.* Ideſt Ioſeph, ſ. non eum actualiter occidentes, ſed in furore ſuo occidere proponentes, & determinantes in voluntate ſua ſuffoderunt murum. Litera Hebraica in iſto loco ſecundum æquiuocationẽ poteſt ſignificare ſubneruare Taurum.

Opin. Iudęorũ de Leui.

Vocatur Ioſeph Taurus, quia ſic nominatur Deut. 33.c. ſprimogeniti Tauri pulchritudo eius. Subneruare eſt neruos amputare, ideſt vires tollere, quia totũ robur in neruis, & muſculis eſt. Hunc autem ſubneruauerunt, quia fortitudinem Ioſeph tollere diſpoſuerunt. *Maledictus furor eorum, quia pertinax.* Ideſt multum tenax, cum totiens a Ruben dulcibus verbis admoniti non deſtiterunt. *Et indignatio eorum, quia dura.* Idem ſignat, q̃ præcedens. *Diuidam eos in Iacob.* Exponitur, vt ſupra. Vel aliter, q̃ propter iſtud peccatum, tam tribus Simeon quàm Leui, diſperſa eſt inter omnes filios Iacob. De Leuitis manifeſtum eſt, quia diſcurrebãt per diuerſas ciuitates aliarum tribuum ad recipiendum vnam decimam, & ad hoc, q̃ ſuſtentarentur ab alijs, cum nihil haberent. Sic patet Deut. 12. & 14. vbi multum commendat Moyſes populo, ne dimittãt eos ieiunos; quia nihil aliud habent, niſi quod eis deuoti populi dederint. De Simeone dicunt, q̃ omnes ſcriptores in Iſrael, & introductores puerorum erant de Tribu Simeon, ideoq̃ diſcurrebant ad hoc per has tribus, & nunquam multiplicabantur in bonis temporalibus, quia iſta ſunt talia officia, in quibus homines nõ poſſunt multum lucrari. Sed iſta expoſitio ſatis extorta eſt, & violẽter inducta; quia nec literæ cohærere poteſt quaſi innata fuerit, quod requiritur ad bonitatem alicuius expoſitionis. Pro quo notandum, q̃ aliter inquiritur veritas propoſitionum in ſcientijs Metaphyſicis, & naturalibus, aliter in ſacra Scriptura, quia quãtum ad Metaphyſica, & naturalia aliquo modo intellectus in menſura eſt veritatis, quia illa propoſitio, q̃ lumini intellectus noſtri conſonat, & cohærer, recipitur, tanquam vera, vel poſſibilis, illa autem, quæ diſſonat tanquam impoſſibilis, abijcitur. In ſacra Scriptura cum ipſę propoſitiones non volũtate humana, ſed Spiritu ſancto dictante ſic conſcriptæ ſint, non eſt intellectus noſter menſura veritatis propoſitionis, ita q̃ illa propoſitio iudicari debeat vera, quę intellectui nõ ſtro cohæret, & illa falſa, quam intellectus noſter non recipit. Quia tunc multa dicta ſacræ Scripturæ abijceremus tanquam falſa; quia veritatẽ eorum intellectus noſter non recipit, vt patet de ſacramẽto Euchariſtię, de miſterio Trinitatis, de reſurrectione mortuorum, & de aſſumptione naturæ humanæ a verbo, & de pleriſque alijs quorum plena eſt ſcriptura, ſed abſit, quia Apoſtolus captiuandum mandat intellectum in obſequium Chriſti, vt patet ſecunda ad Corinth. 10.c. Contrario modo faciendum eſt, ſcilicet, vt propoſitiones ſacræ Scripturæ ſint regulæ intellectus noſtri, ſcilicet q̃ ſi aliquid de ſacra Scriptura proponatur qualecunque iſtud ſit, immediatè ei aſſentiamus, quia de ſacra Scriptura eſt. Ex hoc autem infero, quod intẽdebam, ſcilicet, quòd in exponendis ſacris Scripturis, & inquirenda veritate earum, non debent laborare expoſitores, vt ſacram Scripturam ad ſuum intellectum retorqueãt, ſed vt intellectum ſuum ad ſacram Scripturam conuertant, quia aliàs conuerteremus rerum naturã menſurando menſuram per menſuratum, quod totì ordini, & rationi repugnat. Quãdo ergo ſacra Scriptura aliquid de ſe ſonat, quod manifeſtè veritati non repugnat, nullus debet laborare, vt eam reducat ad aliũ intellectum, quem ipſe conceperit, quia ſic damnando tolleretur omnis certitudo ſcripturarum, & veritas elongabitur. Nec putent aliqui magnum ingenij acumen eſſe ſacram Scripturam inuitam renitentemq̃ ad ſuam prauam ducere intelligentiam; quia valde differunt ſacram Scripturam directè, vel extortè exponere. Et neſciunt miſeri, quantam Deo iniuriam faciant, cum ſenſum Dei ſuo ſenſui, immo vt veriùs dicam ſuæ amentiſſimę dementię ſubijcere moliũtur.

Quæſt. 1. Cur Ioſeph Taurus vocat.

Insuper, quia apud quoſdam non expoſitio, ſed tã manifeſta extorſio eſt, vt ipſa litera clamare credatur. Et nimirum, quia ſi Philoſophia apud Boetium, libro 1. Proſa 1. cõqueritur per falſas expoſitiones veſtes ſuas quorundam violentorum manibus laniatas, quanto magis ſacra Scriptura, quam cuiuſcunque manibus impiè attrectari nefas valde eſt, cum veritatis eius dignitas omnem humanam, naturalemq̃ veritatem, quaſi in immenſum excellat. Aduertant ergo iſtius literæ violentiſſimi, & irrationabiles diſtortores, vtrum litera iſta ſatis de ſe conſonet ſceleri patrato in Sichimitas, ita vt iſte ſenſus etiam nullo exponente ei innatus eſſe videatur. Quid ergo torquent, quid laniant, quid diſcerpunt, quid exenterant concordem vnitãque ſibi ipſi Sacræ ſcripturæ ſententiam? præcipuè cũ rationes eorum inualidę, & eorum expoſitio diſtorſio quædam ſit. Cum enim dicunt, q̃ ſoli Simeon, & Leui in mortem Ioſeph machinati ſunt, multum probabile non videtur, quia cauſa erat omnibus par, non erat ergo irrationabile, quòd omnes eundem conceptum haberent: omnes enim eum oderant, ita q̃ non poterant ei pacificè loqui, vt patet ſupra 37.c. Si ergo omnes oderãt, non eſt veritati conſonũ, q̃ omnes occidere vellent etiam; quia dicitur in litera ibidem, quòd cum vidiſſent eum a longe, dixerunt: Ecce ſomniator venit; venite & occidamus eum. Et dicitur ibidẽ, q̃ hoc loquebantur mutuo, ideſt quidam ad alteros, ergo multi erant in hoc machinantes. Item quia cum ſcriptura dixerit iſtos ſic loquentes, poſtea ſubdidit ſolum Ruben ab hoc excludens, quòd ille niteretur liberare Ioſeph de manibus eorum. Et quando dicitur de Iuda, q̃ ille non conſenſerit; quia dixit poſtea, q̃ nõ effunderent ſanguinem eius, ſed venderent, dico q̃ a principio omnes præter Ruben inceperunt dicere, q̃ eum occiderent, licèt vnus ante alios diceret, quia nõ contingeret omnes eos, ſimul iſtud verbum proferre, ſed poſtea habito conſilio Iudas dixit, q̃ non occideretur, ſed venderetur, & quantum ad hoc non eſt magna differentia, quia in fine conſilij omnes determinauerunt non eſſe occidendum, ſed vendendum etiã Simeon, & Leui.

Notandũ.

Quæſt. 3. Quo dr̃ de quatuor filijs ancillarum, q̃ illi nõ machinati ſunt in mortẽ Ioſeph.

Quomodo autem dicitur de quatuor filijs ancillarum, q̃ illi non machinati ſunt in mortem Ioſeph, qa Ioſeph manebat cum eis ad eorum conſolationẽ. Rñdetur, q̃ iſta ratio multum defecit ex inaduertẽtia, qa licèt Ioſeph benefaceret filijs ancillarum, ſi ipſi habebant eandem cauſam communem cum alijs, quare odium haberent, non erat diſſonum, q̃ etiam mortẽ eius appeterent, declaratur magis. Manifeſtum eſt. n. q̃ Ioſeph nullum malum fratribus intulerat, ſed quia ſomnia dicebat, quæ eum fratrum ſuorum dominũ prænunciabant, oderant eum fratres, qui iugo eius ſubijci nolebant, cum ipſe omnium illorũ minor eſſet. Hoc autem tantum attinebat ad filios ancillarum, ſicut ad alios, quia etiam ipſi Ioſeph ſubiecti eſſe nolebant. Item quia ſi iſti filij ancillarum, erga Ioſeph ſanam voluntatem haberẽt, ſicut decebat; & vt iſti corruptores ſententiarum præſupponunt, non ſolum nõ conſentirent in mortem Ioſeph, ſed etiam non cõſenſiſſent eum vendi repugnando alijs: maximè quia ipſi erant quatuor, & Ruben qui fortiter Ioſeph defendere conabatur ab alijs, cum ipſi cum Ioſeph eſſent plures quã alij, ſed ipſi tacuerunt, ergo conſenſiſſe videntur; quia ſ̃m eos qui tacebant, aliorum intentio approbari videbat, quia vt iura humana, & naturalis rõ manifeſtant, non caret ſcrupulo ſocietatis occultę, q̃ manifeſto facinori deſinit obuiare; & q̃ alium a morte, cũ põt, non liberat, ſe eũ occidiſſe demonſtrat, vt patet extra. de homicidio. ca. ſicut dignum. Ad aliud quod dicunt de Iſſachar, & Zabulon, q̃ non eſt veriſimile, q̃

Occidere in furore, & in volũtate differunt.

Cętus qd.

tes istam literam ad venditionem Ioseph est erronea, & stulta valdè. Alij autem sunt, qui literam hanc aliqualiter referunt ad venditionem Ioseph, & aliqualiter ad occisionem Sichimitarum. Error autem istorum quantum ad illam partem, in qua exponunt de Ioseph, eadem ratione refellitur, & dicunt sic. *Symeon & leui fratres.* Scilicet concordantes nimis ad malum. *Vasa iniquitatis.* Idest continētia iniquitatem de machinatione mortis Ioseph. *Bellantia.* Scilicet ad inducē dum Ioseph mortem. *In consilio eorum.* Ad occidendū Ioseph. *Et in cętu eorum.* Parato iam deliberare ad occidendum eum. *Non sit gloria mea.* Idest nolo ego de talibus gloriari, quia valde fuerunt turpia. *Quia in furore suo.* Scilicet deordinato. *Occiderunt virum.* Scilicet viros Sichē. *Et in voluntate sua subneruauerunt taurum.* Idest Ioseph voluerunt destruere, & priuare viribus. *Maledictus furor eorum* Scilicet contra Sichimitas. *Quia pertinax.* Idest valde tenax supra rationem. & indignatio ista secundum Hebræos istos non fuit secundū se mala, quia, vt ipsi aiunt, iustè mouebantur, sed solum peccauerunt, quia nimis rigorosè vltionem pro tam paruo peccato expetiuerunt. Sed contrarium huius satis lucidè supra probatum est. *Et indignatio eorum, quia dura.* Hoc referunt ad machinationem mortis Ioseph, quasi dicat, multum fuit eorū ira dura contra Ioseph, propter somnia, quæ pronunciabat, cum in hoc ipse nihil meretur mali, vel quia amabat a patre suo plus cæteris, vel quia accusabat eos apud patrem de crimine pessimo, de quibus supra 37.cap. dictum est. *Iuda te laudabunt.* Hic ponitur annunciatio facta de statu tribus Iudæ, & ponitur post Symeonem, & Leui, quia post illos natus est, vt patet supra 29.cap. *Iuda te laudabunt.* Secundum literam Hebraicam, est quædam allusio Rhetorica in verbis concordantibus, quia Iudas secūdum linguam Hebraicam interpretatur laus, vel confessio, & ponitur verbum laudabunt, quod in Hebræo deriuatur ab hoc nomine Iuda, quia Hebraicè dicitur. *Iehuda Iehudi.* idest Iuda te laudabunt. Laus autē Iudæ attēditur in robore, quia inter fratres suos robustior erat. Secundum Philosophum in 1. Ethic. laudabile dicitur, quod bene se habet, & est ad alterum, vnde quilibet bonus habitus, vel conditionalis, secundum quam bene operatiui, vel factiui sumus ad alterum, laudabilis est. Dicitur ergo Iudas laudabilis, quātum ad hoc, quia in multis moralibus, & naturalibus habitibus, & potētiis excellebat: erat enim cæteris fratribus eloquentior, vt patet in persuasionibus rhetoricis supra 44.c. quas dirigebat ad Ioseph. Erat etiam ceteris constantior, vt patet ibidē, quia dicitur, q̄ Iudas primus inter fratres suos accessit ad Ioseph, & locutus est. fuit etiam laudabilis de magna constantia. Quia in introitu maris rubri omnis tribus inceperunt formidare, nec aliqua intrare audebat, tribus autē Iuda primo ingressa est. Fuit etiā magna laus isti tribui, quia mortuo Iosue, qui a Deo princeps Iudæorum positus fuerat, vt patet Deuter. 31.c. quærentibus omnibus Israelitis quis ascenderet in bellum ad regendum Israel, respondit Dominus: Iudas erit dux vester, vt patet Iudi. 1. capit. Laus autem potissima tribus Iuda fuit; quia principatus regnatiuus fuit in ea, quia homines communes, qui sola bona, quæ videntur attendūt considerantes homines potentes in seculo, & eorum fulgorem, putant nihil beatius potentia esse, ideoque potentes maximè laudant, atque beatificant, de quibus Aristoteles in primo Ethic. Iudæi autem cum homines seculares valde essent, sola huius seculi bona q̄ templantes, maximè Tribum Iuda laudabant, atque felicissimam prædicabant, cui tantam Domini summam sortiri contigisset. *Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum.* Idest manus tua erit super ceruices inimicorum tuorum comprimēdo, & humiliādo eos. Hoc autem dicunt impletum fuisse in Dauid, qui in Philisthinis hostibus Iudęorum ante adeptum regnum, & post adeptionem strages magnas faciebat, vt patet 1. Reg. 18.c. quando obtulit ducenta præputia Philisthinorum. De hoc etiam sępissimè in 2. Reg. in quo multas clades in Gentiles exercuisse narratur. Sed non solum est intelligendum hoc de ipso Dauid, sed etiā de tota progenie sua iusta, quia ista est quędam promissio ad Tribum Iuda facta conditionaliter, vt patet 2. Reg. 7. & Psal 85. & 130. Ideo in quocunque rege de tribu Iuda, qui bonus esset, hoc generale erat, sed quia vt habetur Eccl. 39.ca. omnes reges Iuda præter Dauid, Iosiam, & Ezechiam peccatum commiserūt, iō istos tres Deus magis adiuuit. Alios autē, licèt mali essent, tamen quia aliquando secundum præsentem iustitiā boni erant, Deus iuuabat eos: deinde deserebat eos in calamitates, vt patet multotiens in 3. libro Regū. licèt aliquando ipsos reges, qui actualiter mali erant Deus iuuabat non meritis suis, nec meritis populi, qui deprauatus erat, sed meritis Dauid, qui bonus fuerat, & ambulauerat secundum cor Dei, vt patet Psal. 88. f. Inueni virum secundum cor meum, & patet hoc de rege Roboam, q̄ quia malus erat, deserturus eū erat Deus, sed voluit eum conseruare, ne periret lucerna Dauid; vt patet 3. Reg. c. *Adorabunt te filij patris tui.* Non loquitur de ipso Iuda in persona sua, quia ipso vivente nihil horum completum fuit, nec adorauerūt eum fratres sui, quia dum vixit nunq̄ dominatus est, cum manerēt in Aegypto, & ibidē mortuus fuerit, vbi non erat aliquis principatus Iudę, quia viuente Ioseph ipse primēi pabat toti cognationi suæ. mortuo aūt ipso incepērūt dominari Aegyptij, & p̄mere Hebræos, vt patet Exo. 1.c. Intelligitur ergo hoc de Tribu posteritatis suæ, q̄a cum ibi rex esse incepit, cęteri fratres sui. i. oēs alij filij Israel de alijs Tribubus obedire cęperunt ei, quod fuit tpe Dauid, & Salomonis, i quo tpe tota domus Israel subiecta erat vni regi. Mortuo aūt Salomone diuisum fuit regnum ad Tribum Ephraim manente tribu Iuda, & Beniamin apud regē de Tribu Iuda, & istę duæ tribus semp manserunt cum rege de Tribu Iuda, vsq; ad Babylonicā captiuitatē, in qua de vtraq; Tribu trāsducti sunt, q̄ plurimi in Babylonem. *Catulus leonis Iuda.* Pōt referri ad ipsum Iudam, q̄ inter fratres suos robustior fuit, tanq̄ leo, & constantior, quod patet in hys, q̄ dixit coram Ioseph, cum non cognosceret eū, vt patet sup. 44.c. Sed vt magis coniungat tota literalis contextio pōt referri ad suā posteritatē, in qua cōpleta sunt oia hæc. Aliqui aūt de nostris volunt istam literam de Christo exponere vocantes eū catulūm leonis, q̄a in resurrectione sua fortis fuit, vt leo confringēs inferni potestates, & educens inde patres Sanctos, morteq̄ deuicta triumphās, sed ista expositio multum allegorica est: ergo referendum hoc ad reges, q̄ fuerunt de Tribu Iuda. Et patet hoc completum maximè in Dauid, qui fuit fortis, vt catulus leonis. Vel vocatur catulus leonis, & non leo simpliciter, quia cum Dauid minor esset inter fratres suos, vt patet 1. Reg. 16.c. pugnauit cum Goliath Philisthinorum fortissimo, & præualuit aduersus eū, vt patet 1. Reg. 17.c. sic. n. dixerat ipse Dauid regi Sauli, cum pugnare vellet, pascebat seruus tuus p̄ris sui gregē, & veniebat leo, vel vrsus, tollebatq̄ arietē de medio gregis, & sequebar eos, & percutiebā, eruebamq̄; de ore eorum, & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, suffocabam, interficiebamq̄ eos: nam & leonem, & vrsum interfeci, ergo seruus tuus. Erit igitur in circūcisus Philistheus hic, quasi vnus ex eis. Tunc autem deuicto Goliath Gethęo positus fuit dux super virōs belli, vt patet 1. Regum 18. capit. & post mortuo Saule per

Annuncia tio facta de statu tribꝰ Iudæ.

Iuda interpretatur laus.

Catulꝰ leonis. Iuda pōt referri ad duo.

le per totum Israel cōstitutus est Rex interfecto etiā Isboseth filio Saulis, & omnes obedierunt ei: vt patet 2. Reg. 5. cap. Dixitque ad eum totus Israel, cum esset Rex Saul super nos, tu eras educēs, & reducens Israel, & deinde sequitur quomodo vnxerunt eum in Regem concorditer. *Ad prædam ascendisti, fili mi.* Litera Hebraica dicit. *De deuoratione surrexisti, vel eleuasti te, fili mi.* Et referunt Iudęi ad ipsum Iudam, quantum ad venditionem Ioseph, quia cęteri fratres intendebant occidere Ioseph, quæ mors erat deuoratio quædam sicut bruta animalia, & ferocia alia deuorant. Ab hac deuoratione eleuauit sese Iudas, cum non consensit in mortem eius, sed magis eum dixit esse vendendū, vt patet supra 37.cap. Et in hoc secundum istorum sententiam laudat eum Iacob. Sed ista sententia non multum concordat, quia non est verisimile, quòd Iacob laudauerit Iudam in hac parte, cum verè vituperabilis fuerit, quia licet minus malum erat vendere quàm occidere, satis magnum scelus erat vendere fratrem, cuius grauitatem assignauimus supra 37.cap.

Obiectio.

Item quia si in hoc aliqua laus tribuenda esset, magis laudari deberet Ruben, qui conatus fuit totaliter liberare Ioseph de manibus fratrum, & reddere patri quàm Iudas, sed non laudatur. Et si dicas verum est, quòd laudabilis erat, sed quia se quibusdam magnis malis immiscuit, nomen eius maculatum nullo modo laudari debuit.

Responsio

Sed hoc non valet, quia dato hoc pro constanti, si id quod simpliciter bonum in Rubē ex admixtione alicuius mali laudem demeruit, id quod minoris bonitatis, immo vt verius dicatur, id quod paruæ maliciæ erat reuera in Iuda laudari non debuit, ne ex huius laude arguatur Ruben laudabilem extitisse. Dicendum ergo, quòd litera nostra continet veram sententiam: & conformatur literę Hebraicæ, quam ipsi Hebræi verè non intelligunt. Nec est mirum: quia Christus prædixit regnum cœlorū ab illis tollēdum esse, idest intellectum sacrarum scripturarum, & dandum alteri genti, idest Christianæ facienti fructum eius, vt patet Matth. 22. cap. vbi enim Iudæi dicunt deuorationem, nos habemus prædam; quia idem est, quia prædæ cum deuorationibus fiunt. Et trahitur hoc de prædijs animalium venaticorum, qui quando prædantur, deuorant, & refertur hoc ad Regē Iuda, scilicet ad Dauid, de quo supra diximus. Ascendere autem ad bellum est ascendere ad prædā: & hoc quia Dauid in suis bellis prædabatur, & patet maximè hoc antequam esset assumptus in Regem, quia in primo bello, quod mandato Saulis egit contra Philisthinos, petentibus ipsis centum præputia Philisthinorum Dauid expugnatis illis duxit ducē ta præputia, vt patet 1. Reg. 18. cap. & postea cum fugisset a facie regis Saulis, & stetisset corā Rege Achis declinabat in terras Philisthinorum, & faciebat prædas, de quibus sustentabatur: & occidebat omnem hominem, & fœminam, ne quis nunciaret quod factum erat, & cum quæreret ab eo Rex Achis, in quæ loca incurrisset putans, quòd faceret prædam in Regno Israel, dicebat Dauid in tali, vel tali loco regni Israel feci prædam, vt patet 1. Reg. 27. cap. vel si dicatur. *Ascendisti ad deuorationem.* Hoc satis conuenit. & est metaphora sumpta a præda Leonis, quia quando Leo vadit ad prædam deuorat animalia, quæ inuenire potest. Sic enim Dauid in principio regni sui magna bella ad deuorationem gentium egit, vt patet 2. Reg. 5. cap. de bello facto contra Philisthinos in Balpharasin; deinde fecit bella multa, & subdidit Moabitas, & Idumæos. Syros quoque expugnauit, & Regē Hemat, multasque alias gentes, vt patet 2. Reg. 8. cap. Percussit etiam filios Amon, vt patet 2. Reg. 10. cap. Et sic de pluribus alijs narratis in toto 2. lib. Regum,

Determinatio.

Requiescens accubuisti, vt Leo. Idest postquam fecisti prædas magnas, vel deuorationes quieuisti cessans à bellis, quia postquam Dauid fecit mirificè multa bella contra Philistinos, & alias gentes, nullus audebat in quietare eum, manebatque quasi quiescens, & dormiens, quem nullius excitare audet. Sic patet 2. Reg. 7.c. & est metaphora assumpta à proprietate Leonis: Leo enim est inter Bestias terribilissimus; ideoque capta præda cum accubuerit ad vorandum eam, vel recubuerit ad quiescendum, nullum quadrupes ad illum accedere audet, nec ipse Leo timet, si aliqua bestia ei obuiam veniat, sic patet Prouer. 30.ca. Leo fortissimus bestiarum ad nullius pauebit occursum. *Et quasi Leena.* Sicut Leo fortis est, & terribilis cūctis bestijs, ita Leena suo modo maximè quando Leena efferatur raptis catulis, quia tunc nullus eius impetum ferre poterit. est enim ipso Leone atrocior. *Quis suscitabit eum.* Idest, quia Iuda filius meus tam fortis est, vt Leo recubans, nullus audebit eum excitare, scilicet inquietare, vel ad iracundiam prouocare.

Leo inter bestias terribilissimꝰ

Hoc patet in Dauid, qui post quam multa bella mirabiliter contra hostes gessit, nullus eū audebat excitare, vel commouere ad pugnam. Aliqui referūt prædicta ad Christum, scilicet, quòd Christus, qui fortis erat, vt catulus leonis ascendit ad prædam, quia infernas sedes spoliauit pro parte iuxta illud Osee. 13. cap. O mors ero mors tua, morsus tuus ero inferne. Requieuit autem per mortem in sepulchro, vt Leo, quia fortiter, vt Leo resurrecturus erat post triduum. *Et quis suscitabit eum.* Scilicet à morte, quasi dicat, nullus eum poterit suscitare, sed ipse se ipsum suscitabit.

Positio quorūdā.

Ista tamen licet catholica veritate constēt, isti literæ non cohærent, nisi fortè in sensu allegorico: literalis autē sententia, quā intendebat Iacob ista proferēs longe distans est. *Non auferetur sceptrum.* Hic ponitur prophetia de Messia venturo; & ponitur quoddam signum, in quo aliqualiter cognosci poterat aduētus Messiæ. *Non auferetur sceptrum de Iuda.* Idest non auferetur dignitas regia, ad quam pertinet sceptrum. *De Iuda.* Idest de tribu Iuda. *Donec veniat, qui mittendus est.* Idest Messias verus Christus Iesus, qui ad redemptionem humani generis venturus erat, secundum promissa prophetarum. Et est sensus nunquam cessabunt regentes, siue tenentes sceptrum de domo Iuda, donec veniat Messias. Sed nunc non sunt aliqui regentes de domo Iuda, iam ergo venit Messias, q̄ Iudæi toris viribus negare contendunt. Veritas autem huius Prophetiæ patet, quia vsque ad Christum, quē fides Catholica verum Messiam profitetur, nunquā defecerunt regentes de Tribu Iuda. Nam à tempore Dauid vsque ad captiuitatem Babylonicam nunquam defecisse reges de tribu Iuda nullus dubitat, cum ipsi libri Regum euidentissime protestentur: deinde autem vsque ad Christum aliquibus dubium videtur, sed satis constat, quia mortuo Sedechia, qui fuit vltimus Regum ante Babylonicam captiuitatē, Zorobabel, qui erat de stirpe Iuda, & de filijs Dauid imperare incepit Iudæis: licet in Babylone hoc non patuit, quia erant ibi in captiuitate, & dominandi locum non habebant, sed post quam redierunt in terram suam, iste dominari incepit, vt patet Zacha. 10. & Aggei 2. cap. Fuit etiam post Neemias, & deinde alij successores istorum vsque quo summi Sacerdotes inceperunt regere populum, vt patet in Mathathia, & in filijs suis Machabeis. Isti autem de tribu Iuda erant, quia summi Sacerdotes ducebant vxores de tribu regia, de filiabus Regum, vel de cognatione regali, vt patet in Aaron, qui accepit in vxorem Elisabeth filiā Aminadab sororem Naason. Erat autem Aminadab princeps in tribu Iuda: & post eum Naason filius eiꝰ;

Prophetia de Messia venturo.

Nota.

Quis erat Aminadab

vt

vt patet Numeri 2. cap. & tempore regum Iuda hoc fiebat, vt patet 4 Reg. 11. cap. vbi dicitur, q̃ Iosabeth soror Ochoziæ regis Iudæ: & abscondit eum. Erat autem ipsa vxor Iojadæ principis Sacerdotum: deinde mortuis tribus Machabeis regnauit Ioannes Hirchanus filius Simonis Machabei, vt patet 1. Macha. vlti. cap. & iste imposuit sibi coronam regiam: deinde Aristobolus, postea Ioannes, deinde Antigonus, & Ioannes vsq; ad Herodem Ascalonitam, qui fuit alienigena, vt patet per Iosephum: dicitur enim fuisse iste de stirpe Idumæorum, & immediatè incipiente regno istius natus fuit Christus, de quo Mat. 2. ca. *Ipse erit expectatio gentium.* Idest ipsum gentes expectabunt, quia omnibus salutem inducturus erat. Sic dicitur Isa. 11. cap. in die illa radix Iesse, qui exurget regere gẽtes: vel secundum aliam literam: Qui stat in signum populorum ipsum gentes deprecabũtur: & erit sepulchrum eius gloriosum: & patet Aggei 2. cap. adhuc modicũ vnum, & ego mouebo cœlum, & terram, mare, & aridam, & veniet desideratus cũctis gentibus. s. Messias, quem desiderant cunctæ gentes. In Hebræo dicitur. *Ipse erit aggregatio gentium.* Idest gẽtes ad eum aggregabuntur. fuit autem completum hoc post resurrectionem, & euangelij prædicationem: quia prædicantibus Apostolis Iudæi pro maiori parte manserunt obstinati in sua infidelitate, vt patet ad Roma. 11. Cæcitas ex parte contigit Israel, donec intret plenitudo gentiũ, & sic vniuersus Israel saluus fiat. Viso ergo q̃ Iudæi recipere nollent verbũ euangelij, sed repugnabant, Apostoli conuersi sunt ad Gentes, & multum ibi profecerunt, quia maiorem partem Gentium sua prædicatione mouerũt: deinde paulatim fides totaliter susceptа est. Sic dixit Paulus Iudæis Actu 13. cap. vobis oportebat primum loqui de regno, sed quia repulistis illud: & indignos vos fecistis verbo, ecce conuertimur ad Gentes. Sic. n. præcepit nobis Deus: tunc ergo Gẽtes ad Christum aggregatę sunt, qñ voces apostolorũ in omnem terram auditæ sunt, vt patet Psal. 18. Doctores nostri antiqui, & moderni, vt Nicolaus, & cęteri volentes refellere versutias Iudæorum, qui nituntur distrahere istam literam à sensu suo, vt non videatur intelligenda de Messia, fundant̃ principaliter super illam partem. *Qui mittendus est.* Quia non sic hr̃ in Hebræo, sed. *Silo.* Vnde Iudæi habent locum saltem aliqualiter apparentem subterfugiendi nisi eis aditus præcludatur, sed in alio magis consistit robur argumẽtationis, quod Doctores nostri, aut non viderunt, aut neglexerunt. Quod, cum ista communia expediero, tangam. Silo. secundum Hebræos est nomen cuiusdam ciuitatis, in qua fuit Tabernaculum Domini à principio, & vbi sortes tribuum distributæ sunt, vt patet Iosue 18. cap. de quo etiam 1. Reg. 1. cap. dicunt ergo Iudæi quidam sensum huius literæ esse, quòd potestas regia nunquam cessaret in tribu Iuda, donec aliquis vngendus in regem veniret in Silo, ideſt ciuitatem illam. Et volunt isti quòd impleta fuerit hæc litera tẽpore vnctionis Saulis, qui fuit de tribu Beniamin, vt patet primo Reg. 9. cap. & quando vngi debuit venit in Silo, vbi erat arca Domini. Tunc autem cessauit sceptrum Iuda, quia continua successio principum erat de Tribu Iuda. Vnde etiam in deserto dum castramentarentur ex mandato Dei, vexillum Iudæ præcedebat, vt patet Numeri 2. cap. & in honoribus, & eminentijs Iudas prior est. Vnde quãdo principes tribuum obtulerunt in dedicationem tabernaculi, vt patet Numeri 7. cap. Naason qui erat princeps in tribu Iuda præcessit omnes alios. Nunc autem quãdo Saul, qui erat de genere Beniamin susceptit principatum, sceptrum quod ante manserat in domo Iuda, videtur mutatum.

Silo secundum Hebræos q.d.

Responsio Hebræorũ

Sed ista expositio falsum supponit, s. q̃ quando Saul fuit vnctus in regem maneret Arca Dñi in Silo, quia postquam in bello capta fuit a Philisthinis interfectis duobus filijs Heli, vt patet 1. Reg. 4. & 5. cap. nunquam rediit in Silo, sed reducta fuit, postquam miserũt eam Philisthin in Chariathiarim, & ibi mãsit in domo Aminadab. Tempore ergo, quo Saul vnctus fuerat, erat Arca in Chariathiarim, & non in Silo, vt patet 1. Reg. 7. c. Et si fortè aliquis proteruire velit dicens, arcam esse in alio loco tempore vnctionis Saul videas ea, quæ habẽtur Exo. 20. c. vbi pleniſſimè habetur, vbi arca steterit ex tempore, quo fabricata est, vsq; ad tempus hodiernum: de hoc etiam Deuter. 12. c. dicetur aliquid. Item dato, q̃ Arca Dñi esset tunc in Silo, nihil attinet, quia Saul nõ fuit vnctus in Silo, sed in Masphat, vt patet 1. Reg. 10. c. nec aliquo modo venit in Silo. Itẽ ista expositio est multũ irrationabilis, quia mortuo Saul, & filio eius Isboseth vnctus fuit Dauid in regem, qui fuit primus rex de domo Iuda: & deinde durauerunt reges succedentes de progenie eius vsq; ad Babylonicam captiuitatem, vt patet ex discursu librorum Reg. Dicere ergo, q̃ sceptrum tribus Iudę cessauit, antequã primus rex de Tribu Iuda assumeretur, irrationabile valde est, cum res non dicatur deficere, cum incipiat venire ad suum gradum perfectiſſimum, immo tunc magis dicitur incipere, quia nouum esse inchoat. Alij autem volentes magis colorate loqui dicũt istam prophetiã completã fuisse tempore, quo Roboã filius Salomonis vngi debebat in regẽ: & ipso loquente durè recesserunt ab eo decẽ tribus Israel, & cõstituerũt sibi se regem Ieroboam filiũ de stirpe Ephraim, vt patet 3. Reg. 12. c. Manserunt. n. tunc solę duę tribus cũ Roboan, Iuda, & Beniamin, & quia potestas regia in domo Dauid diminuta est, dicũt sceptrũ regni cessauisse: & sensus est secũdũ istos. *Non auferetur sceptrũ de Iuda, donec veniat Sylo.* i. donec Roboan veniat coronandus in Silo. Sed ista expositio præsupponit falsum, s. q̃ Ieroboam assumptus fuerit in regem in Silo, quia assumptus fuit in regem in Sichen, vt patet 3. Reg. 12. c. Et hoc fuit, quia Ieroboã erat Ephraita de genere Ioseph: ideoq; ad honorem Ioseph acceperũt regem in Sichen, vbi sepultus erat Ioseph, vt patet Iosue 24. ca. Item falsum dicit ista expositio, quia non cessauit sceptrum de domo Dauid, dato q̃ Ieroboam vnctus fuerit super decem tribus. Nam Roboan filius Salomonis tunc regnauit, deinde omnes successores vsque ad Sedechiam, qui ductus fuit in Babylonem, vt patet 4. Reg. 25. c. Item istę duæ expositiones prædictæ Iudęorum non sunt rationabiles, quia si accipiatur in eis Silo, vt signat locum quendam, non diceret textus, donec veniat Silo, sed donec veniat in Silo, vel ad Silo; quia non potest poni Sylo, vt rectus vel suppositũ, sed vt accusatiuus denotãs terminum, in quem. Et si obijcias, quòd non debet poni in Silo, vel ad Silo, quia nomina propria locorum ponuntur aduerbialiter, vt termini, & sine præpositione.

Respondetur, quòd in lingua Latina ista responsio aliquid forte valeret, secundum vsum modernorum Grammaticorum, sed in litera Hebraica nullo modo seruatur, sed semper ponuntur præpositiones coniunctę nominibus, siue proprijs, siue appellatiuis ad signãdum habitudinem casualem deficientem in Hebræo, vt patet discurrendo per omnes libros Hebræorum, quia etiam apud Latinos non fuit ista consuetudo ab antiquiſſimis, sed quotidie noui Grãmatici acuerunt. Item dato, q̃ poneretur Silo in accusatiuo sine præpositione oportebat ibi ponere rectũ, sed nõ ponitur, ergo oportet dicere, q̃ Silo sit rectus, & per ꝯs non sit nomen loci, sed nomen alicuius rei aĩatę, q̃ põt venire. Alij aũt Iudęi accipientes istud nomẽ Silo, vt signat

Opinio quorundam.

Risio quorundam Iudæorum.

missionem dicunt, quòd ista litera fuit impleta tempore Nabuchodonosor, qui dicitur mittendus, ideſt quia Deus eum mittere debebat ad captiuandos Iudæos propter scelera sua, & tunc dicunt, quòd nunquam erat auferendum sceptrum domus Iudæ, donec Nabuchodonosor veniret in Ierusalem, q̃ à Deo mitti debebat: & iste captiuauit duos reges Iudæorũ, scilicet regem Ioachim, qui alio nomine dicitur Iechonias, vt patet Matthæ. 1. cap. duxitque eum in Babylonem: vt patet 4. Reg. 24. cap. captiuauit etiam Sedechiam, qui mansit in regem postea: vt patet 4. Reg. 25. cap. tunc cessauit sceptrum, quia non fuerunt vltra reges de tribu Iuda, vt ipsi dicunt. Et licet supra dixerimus, quòd sceptrum mansit in tribu Iuda vsq; ad Christum, quia rexerunt Machabei, & alij: hoc licet quantum ad nos ad respondendum eis sufficiens sit: ad arguendum tamen contra eos penitus nihil valet. Primo quia ipsi vocant solum sceptrum regiam potestatem: post captiuitatem tamen Babylonicam non reuersi sunt reges ad tribum Iuda, vt ante erant, sed quidam principes, & duces postea fuerunt. Item quia non adhuc durauit semper principatus iste qualiscunque ad tribum Iuda, sed conuersus fuit ad Machabeos, qui erant Sarcerdotes. Et si dicamus, q̃ tribus regia, & tribus Sacerdotalis mixta erat. Hoc non põt patere, quia licet aliquando reperiatur Sacerdotes accepisse vxores de semine regio, non tamẽ infertur ex hoc semper sic fuisse. Item quia adhuc apud Iudæos non constat Machabeos rexisse post Babylonicam captiuitatem, quia ipsi non habent libros Machabeorum, nisi quandam particulam apocripham inter eos. Item q̃ nos dicamus fuisse reges post captiuitatẽ Babylonicam. s. Ioannem Hircanum, Alexandrum, Ioannem, Aristobolum, Antigonum: hoc non põt patere apud eos, quia solum habetur hoc ex libris Iosephi, & ex Chronographis Gentium, de quibus Iudæi nõ curant: hos vt pote indoctiſſimi, atque ineptiſſimi nec sciunt, nec recipiunt. Concluditur ergo generaliter, quòd de statu Iudæorum post Babylonicam captiuitatem vniuersaliter sufficienter probari non potest, nisi quantum ad reædificationem templi, & ciuitatis, vt patet in Ageo, & Zacharia, Esdra, & Neemia. De cęteris autem arguens contra Iudæos subticeat. Ad istam ergo expositionem Iudæorum, quæ magis colorata est quàm cęteræ, Nicolaus non videns locum respondendi, & arguendi contra eos ex sacra scriptura, recurrit ad translationem Caldaicam, quæ dicit donec veniat Messias. Hanc autem translationem, quæ apud Iudæos targum vocatur, tantæ authoritatis esse dicit, vt nullus eorum aliquo modo audeat repugnare. Sed salua reuerentia domini Nicolai: quia apud Hebræos est duplex translatio Caldaica à diuersis Doctoribus. Prima est translatio totius Pentatheuchi Moysi, & hanc fecit Anquelos. Alia est translatio Caldaica solum quantum ad Prophetas maiores, & minores, & istam fecit Ionathas. Ista autem tantæ veneratiõnis apud Hebræos est, quòd nullus audeat ei quicquam, nec in minimo obuiare. Alia autem, quæ est super Pentatheucum. s. ista non est tantæ authoritatis. Vnde Doctores Hebræi aliquando ei repugnant dicẽtes ipsum Anquelos in translatione illa somniasse. Sic enim insultat ei frequenter Abenezra, qui inter Hebræos subtilior visus est. Et licet Rab. Salo. qui est Doctor, quem sequitur Nicolaus, non repugnet isti translationi, repugnant tamen multi alij. Consentiamus tamen isti parti, quia pro nobis est, ne videamur familiaria quoque destruere, sed magis innititur Nicolaus dicens ex hoc patere, quòd non intelligatur de Nabuchodonosor, nẽc de aliquo prædictorum; quia nullus eorum vnquam Messias vocatus est, vel

Determinatio.

Opinio Nicolai.

Confuta.

Doctoris expositio.

concessum fuit de eo quòd esset Messias. Sed adhuc videtur mihi ex sacra scriptura posse refelli istam expositionem, scilicet per ea, quæ sequuntur in litera, quia dicitur. *Donec veniat silo ipse erit expectatio Gentium ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem ò fili mi asinam suam.* Manifestum est, quòd ista non possunt intelligi de Saule, de quo erat prima positio, quoniam ipse non fuit expectatio Gentium, vel aggregatio secundum quòd sonat litera Hebraica, quia nec gentes expectauerunt aliquod bonum ab eo: nec ad ipsum congregatæ sunt, quia Gentiles non seruierunt ei. Etiam non legitur iste ligasse asinam suam ad vineã, nec pullum ad vitem: etiam non laudaret eum scriptura dicendo eum habere dentes candidos, & oculos rubicundos. Idem dicendũ est de Ieroboam, cum non fuerit in eo aliquid speciale: nec etiam fuit talis, quem laudaret scriptura, immo contrario modo in libris Regum in 3. & 4. quandocunque fit mentio de regibus malis dicitur, quòd ambulauerunt in vijs Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Israel. Et sic ipse vituperatur super omnes homines, cum ipse cũ quolibet malo vituperetur. Nec potest intelligi de Roboam filio Salomonis, quia nihil de his, quę in hac litera posita sunt ei conuenire possunt, vt patet inspicienti superiora applicando ad ipsum secundum historiam libri 3. Regum.

Nec etiam potest hoc intelligi de Nabuchodonosor, quia licet ad illum Gentes aggregatæ sunt: quia dominatus fuit super multas gentes, & prouincias, vt patet Dan. primo cap. tamen non propriè ad eum dicuntur gentes aggregatæ, quia aggregatio dicit quandam adiunctionem spontaneam, scilicet, quòd gẽtes nullo cogente ad eum venirẽt; sed non fuit sic in Nabuchodonosor, quia ipse violenter subiecit sibi regna multa, & prouincias. De hoc patet Abacuch 1. & 2. cap. patet ergo applicari istam prophetiam ad alterũ, qui gentes spontaneè applicitas haberẽt, & iste fuit Messias, quem omnes gentes expectabant, vt patet Aggei 2. scilicet veniet desideratus cunctis gentibus, vel quia per eius prædicationem, & discipulorũ eius cunctæ gentes ei adhæserunt, vt seruirent ei humero vno: & manerent in præceptis eius, vt patet Sopho. cap. 2.

Item non conuenit Nabuchodonosor, quòd ipse ligauerit asinam suam ad vitem, & asinum suum ad vineam; nec quòd oculi eius rubicundi sint, candidi autem dentes. Ista ergo de alio intelliguntur, qui vocatur hic Silo.

Sed adhuc dicet aliquis, quòd ista pronomina demonstratiua, & relatiua, quæ hic ponuntur, non demonstrant, vel referunt ly Silo, sed referunt, & demonstrant Iudam. Et sic dicitur quòd Iudas sit expectatio gentium, & oculi eius pulchri, & dentes candidi.

Ad hoc dicitur, quòd non est possibile, quia necesse est diriuationem, & relationem fieri hic ad Silo, & non ad Iudam. Quia ad secundam personam semper fit relatio, & demonstratio in secunda persona, & nunquam in tertia. Cum ergo vocatiuus sit secundæ personæ nunquam ad illum fiet relatio in tertia persona, sed Iudas ponitur hic in tertia persona, cũ dicitur. *Ipse erit expectatio gentium, ligans ad vineam asinam suam, & ad vitem, ò fili mi, asinam suam.* Cum ergo loquatur hic ad filium suum Iudam in secunda persona, nõ poterit illud pronomen demonstratiuum, ipse, & illud relatiuum suam coniungi illi. Necesse est ergo quòd referatur ad Silo, & non ad Iudam. Ex hoc etiam patet sufficienter, quòd non significet Silo locum, quia nullus locus est expectatio gentium, vel ligat asinam, aut pullum, siue habet oculos rubicundos, vel dentes candidos. Necesse est ergo ad alium referre, nec videtur

Obiectio remouet.

quis sit ille, nisi ponatur Messias: quia ad nullum homi-
nem omnes gentes spontanè aggregabuntur, nisi ad Messiam, qui Deus, & homo ex sacris scripturis esse probatur. Vel si aduersarij aliquem alium in sacra scriptura, aut in historijs Gentium repererunt, dicant: sed credo, quòd nullum talem inuenient.

Solutio argumẽti iudæorum de Messia.

Cognitis superioribus respondendum est ad quod dam aliud argumentum quod Iudei faciunt fundantes nouam positionem, pro quo notandum, quòd istud nomen Silo, vt ponitur hic tria significat, vno modo Silo idem est, quod nomen loci cuiusdam in terra promissionis sic dicti in sorte Ephraim, vt patet Iosue 18. cap. Et in quo mansit arca Domini multo tempore, de quo etiam primo Reg. primo cap. Secundo modo Silo significat filium, quod patet per deriuationem à quodam nomine Hebræo significan te matricem, quod habetur Deutero. 28. cap. vbi nos dicimus exuuię secundinarum.

Quorũdã opinio.

Tertio modo Silo significat Messiam, vt testatur hic Caldaica translatio. Aliqui autem volunt, quòd Silo significet mittendum, vel missionem: sed eruditissimi Hebræorum repugnant: est enim magna differentia in scriptura quantum ad vnam literam, quia quando Silo significat ista tria superiora scribitur cũ litera He. cum autem significat missionem scribitur cum litera. het. in quibus differentia est in caracteribus, & virtute prolationis, quia durius. het. quàm. he. sonat. Hiero. tamen transtulit mittendum, quia fortè inuenit cum het. scriptum. facilis est enim mutatio in he. & het. quia modicam differentiam habẽt in caractere. sicut in Latino. c. & c. in sono autem est maior differentia, sed dato, quòd viderit scriptum Silo, vt nunc scribitur cum he non esset magnus error transferre mittendum: quia idem, qui mittẽdus erat,

Alia rũsio Iudæorũ.

Messias erat. Quidam autem Iudæi volentes nimis subtiles esse in quodam libro, quem ipsi defensorium fidei vocant, respondentes ad istam authoritatem, quæ à Christianis contra eos inducebatur de aduentu Messiæ: respondent quòd ex hac authoritate nihil probatur contra eos, quia dato quòd dicatur, quòd non auferetur sceptrum de domo Iuda, donec veniat Messias non sequitur ꝙ postquã Messias aduenerit immediatè cessare debuerit sceptrum Iuda. Et probant quod habetur supra. 28. ca. vbi dixit Deus Iacob: Ego ero tecum, nec dimittam te quousque compleuero omnia, quæ promisi. Nunquid ego sequitur, ꝙ postquam Deus dedisset Iacob ea, quæ promiserat, quòd dimissurus esset eum? Absit, quia in magna fœlicitate magis conseruare debebat. Possunt etiam argumentum suum confirmare per nostram respõsionem, quia quando ipsi arguunt cõtra nos de eo, quod habetur Matth. 1. cap. scilicet Ioseph accepit Mariam vxorem suam, & non cognoscebat eam, donec peperit ei filium suum primogenitum: dicimus, quod nõ sequitur ex hoc, quòd postquam peperit primogenitum cognouerit eam, sed solum negat ante non fuisse cognitam: de sequentibus autem nihil determinat. Sic ipsi dicunt, quòd dato ꝙ Messias aduenerit non ex hoc cessabit sceptrum domus Iudæ, quasi velint ex hoc inferre, ꝙ Messias venire potuerit tempore, quo manebat sceptrum in domo Iuda, ideſt tempore quo erant reges de illa tribu. Isti errant dupliciter, primò, quia putant ꝙ nos dicimus Messiam non debuisse venire vsquequo cessaret sceptrum domus Iudæ: nos autem licet post cessationem sceptri Iudæ, vel ipso sceptro cessante Messiam nostrũ Christum Iesum venisse asseramus, tamen ante venire potuisse ex hac litera non diffitemur. factum ergo fuisse negamus, sed fieri potuisse concedimus. Secundo errant isti, quia consequentiam istam non conuertunt, licet enim textus non probet Messiam debere venire post cessationem Regum, vel postquam ipse veniret, deberent cessare reges necessario, tũ cõcludit si sceptrũ cessauit Messiam aduenisse. Hoc ergo est, quod volumus. s. ꝙ licet non sequatur, ꝙ post aduentum Messiæ cessare reges debuerint, conclu ditur tñ, ꝙ ante cessationem eorum, vel cessantibus ipsis venire debuerit. Sed sic est quòd sceptrum à multis annis cessauit, ergo Messias iam à multo tempore venit quod ipsi inficiantur. Alij autem Iudæi fundantes se in æquiuocatione literæ Hebraicæ valde distãter ab omnibus istis positionibus exposuerunt. Pro quo sciendum, quòd vbi litera nostra dicit. *Auferetur*. Hebraica dicit. *Iasur*. Et vbi litera nostra dicit. *Veniat*. Litera Hebraica dicit. *Meno*. Nũc autem est æquiuocatio in his dictionibus, quia. *Iasur*. Significat auferre, vel accedere &. *Meno*. Significat venire, vel occidere, ideſt cadere quod pertinet ad Solem, vt dicimus Solis occasum, vel dicim⁹ occidere, ideſt cadere domos. De primo habetur exẽplum, supra 19. cap. vbi litera nostra dicit declinate in domum pueri vestri, siue accedite in domum pueri vestri. Hebraica litera habet. *Curima*. Quod deriuatur de. *Iasur*. Ideſt accedite. Sic etiam habetur Ruth 3. ca. vbi litera nostra dicit. *Extẽde pallium tuum super famulam tuam*. Dicit litera Hebraica. *Cura*. Ideſt extende, vel adiunge siue accede. De æquiuocatione alterius partis, scilicet. *Meno*. Quia vbi nos dicimus à Solis ortu, & vsque ad occasum. *Ponitur meno*. Ad significandum occasum, & in multis alijs locis scripturæ. Sciendum etiam quòd isti volunt accipere Silo pro loco, qui sic dicebatur. Et tunc est sensus secundum istam æquiuocationem non accedet sceptrum Iudæ, donec occidat, vel cadat Silo, iste sensus est multum distans ab alijs expositionibus: quia in alijs prædicebatur, quando cessare deberet sceptrum domus Iudæ. Hic autem prænunciatur, quando incipere deberet. Et innuitur, ꝙ nõ accedet sceptrum domus Iudæ, ideſt nullus erit Rex de tribu Iuda, donec occidat Silo, ideſt donec cadat ab honore suo, scilicet sublata inde arca. Et ista expositio videtur multum rationabilis, quia paulo post cessationem arcæ, vel ablationem de Silo assumptus fuit Dauid in Regem, qui fuit primus Rex de tribu Iuda, & adhuc cõfirmant hoc authoritate Psalmi. 77. vbi dicitur. Et repulit Tabernaculum Silo: & tribum Ephraim non elegit, sed elegit tribum Iuda, & montem Sion, quem dilexit. Ecce qualiter ibi illa duo simul posita sunt, scilicet repulsio, vel occasus Silo, & electio sceptri Israel, cum immediatè dicatur: Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eum de gregibus ouium, & de post fętantes accepit eum. Sic enim ista duo in ista litera continentur, vt habentia quendam ordinem successionis, scilicet destructio Silo, & eleuatio sceptri in tribu Iuda, ita vt illa authoritas Psalmi ex ita videatur emanasse. Ista ergo positio videtur satis solida, nec habet cõtrarietates in textu Bibliæ, quia nec falsum dicit, vel supponit, vt aliæ prædictæ expositiones faciebant: quia quælibet aliarum peccabat, vel in dicto, vel in suppositione. Et si hoc concedamus nullam probationem facimus de tempore aduentus Messiæ: nec possumus refellere istam positionem per dicta sacræ Scripturæ sicut alias, quia multum dissonat ab eis. Sed oportet istam maceriam, ideſt parietem lapideum, vt Iudæis videtur, dissoluere. Putant enim hanc positionem factam irrefragabilem esse, nec vllis rationibus contrarium posse conuinci. Et modus destruendi est duplex: primo, quia ista positio asserit hic accipi Silo pro loco, sed hoc impossibile esse supra probatum est cum litera sequens repugnet, scilicet. *Ad ipsum gentes aggregabuntur*. Vel vel secundum nostram. *Ipse erit expectatio gentium*.

Not. Alia rũsio Iudæorũ. Not.

Duplex modus destruẽdi hãc positionẽ Hebræorũ

Manifestum est quòd locus ille non fuit expectatio gentium, vel gentes non fuerunt aggregatæ ad eum etiam, quia dicitur infra. *Ligans ad vineam asinam suam, & ad vitem fili mi, asinum suum*. Manifestum est, quòd nullus locus potest ligare asinum, vel asinam ad vineam, vel vitem, quia locus asinam, vel asinum non habet: & dato quòd haberet, ligare non posset.

Item quia dicitur infra. *Pulchriores oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores*. Per se notum est nullũ locum habere dentes candidos, aut oculos pulchros. Et si dicas, quòd ista non referuntur ad Silo, sed ad ali quid aliud. Non potest esse, quia in ista litera solum sunt duo antecedentia, vel duo subiecta, ad quę fiat relatio, vel demonstratio, scilicet Iudas, & Silo, sed nõ potest aliquid horum referri ad Iudam, quia ista relatio, vel demonstratio fit in tertia persona, vt patet in litera: Iudas autem ponitur in secunda persona, scilicet in vocatiuo cum dicitur in litera. *O fili mi*. Ergo impossibile est ad eum referri, necesse est ergo demonstrari, & referri ad Sylo, vt supra probauimus.

Secundus modus dissoluendi est interimẽdo æquiuocationem, scilicet probando ex litera Hebraica, quòd non potest fieri hic talis æquiuocatio, & arguitur sic. *Iasur*. Quando significat accedere, & quando significat recedere non significat eandem habitudinem: quia vnum designat motum à quo, scilicet ad ferre, aliud scilicet accedere significat terminum, in quem ipsius motus: debet ergo ordinari cum diuersis casualibus in lingua Latina, quę casus habet, vel cũ diuersis habitudinibus casualibus in lingua Hebraica, quæ casus non habet. Et sciendum quòd sicut apud Latinos ad est habitudo acusatiui: & ab. est habitudo ablatiui, ita apud Hebræos, el, est habitudo accusatiuũ denotãs, &, me, est habitudo ablatiuũ designans, licet ista varietur, quia aliquando vocatur. me. aliquando. mi. Sciendum vlterius quòd sicut accedo in latino ordinatur cum, ad, & acusatiuo designante terminũ motus, in quem; & aufero construitur cum, ab, & ablatiuo significãte terminum, à quo: ita necesse est apud Hebræos quod quando. *Iasur*. Significat auferre cõstruatur cum mi. & aliqua dictione habente locum ablatiui, & quando significat accedere construatur cum. el. & aliqua dictione significante, vel habente locũ accusatiui. Nunc ergo sicut in litera nostra Latina dicitur. *Non auferetur sceptrum de Iuda*. Et ponitur ibi Iuda in ablatiuo cum illa præpositione. de. habente locum ab: ita in Hebræo ista dictio. *Iehuda*. Ponitur cum. mi. quæ est habitudo denotans ablatiuum. Et patet cum dicitur in Hebræo. *Lo Iasur Senet mi Iehuda*. Ideſt nõ auferetur sceptrum de Iuda: ergo necesse est, quòd ponat ibi. *Iasur*. Pro auferre: & non pro accedere, quia si significaret accedere, ordinaretur cum dictione habitudinali cõuenienti accusatiuo, scilicet, el. & diceretur *Lo Iasur Senet el Iehuda*. Ideſt non accedet sceptrum ad Iudam. Sed non est sic, ergo necesse est, quòd ponatur hic. *Iasur*. Ideſt auferetur. Confirmatur etiam hoc per quandã regulã quã dat Abenezra peritissimus Iudæorum, non in isto cap. sed in alio loco ad directionem æquiuocationum, scilicet, quòd istud verbum. *Iasur*. Vel. *Cura*. Siue. *Curima*. Vel alia descendentia à radice impositionis huius verbi, aut ponuntur cum. *El*. Aut cum. *Mi*. Si ponantur cum. *Mi*. Significãt auferre, vel recedere. Si autem ponantur cum el significant accedere, vel venire. De primo habetur exemplum Psalm. 6. vbi dicit litera nostra. discedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. litera Hebraica ponit istud verbum cum mi. scilicet. *Curima mi*. De secundo patet supra 19. cap. vbi dicit litera nostra: declinate, vel accedite ad domum pueri vestri, dicit litera Hebraica. *Curima el*. Ideſt accedite ad domum. Excluſa autem æquiuocatione huius dictionis. *Iasur*. Manet adhuc æquiuocatio in illa dictione. *Meno*. Quæ potest poni pro venire vel occidere. Si enim ponatur, quòd significet occidere, siue cadere, erit sensus distortus, & non habebimus aliquid de aduentu Messiæ, quem intendimus in hac auctoritare stabilire. Quia dicet litera non auferetur sceptrũ de Iuda, donec cadat Silo, hoc autem nihil nobis ad probandum vtile est, nec potest destrui ista æquiuocatio eo modo, quo destruximus superiorẽ, sed destruetur ex pręsuppositione alterius, quia si litera ista teneat, auferetur, non potest habere. *Donec cadat*. Vel occidat, quia si dicamus sic. *Non auferetur sceptrum de Iuda, donec cadat Silo*.

Quæritur, quid significat Silo, nunquid locum illũ aut Saulem, de quo prima expositio, aut Ieroboam, de quo secunda, aut Roboan, aut Nabuchodonosor, de quo communis positiõ, non significabit isto modo locum, quia vt dictum est non potest accipi hic Silo pro loco, cum non conueniant ei ea, quæ dicuntur in litera.

Quæst. 4. Quid significat Sylo.

Sed adhuc dato, quòd illa ei conuenirent, non posset stare cum isto verbo cadet, quia tunc esset sensus, quòd nunquam auferetur sceptrum de domo Iuda, donec cadat Silo, s. ab honore pristino, quem habebat dum erat ibi Arca Domini. Sed hoc stultissimum valde videtur, quia cum nunquam regnauerit quisquam de domo Iuda priusquam destrueretur Silo, sed prius magis quasi per annos 50. capta fuit arca de Silo, antequã Dauid regnaret super Israel, qui fuit primus Rex de domo Iuda, quomodo ergo diceretur, quòd nõ auferetur sceptrum de Iuda antequam cadat Silo? hoc enim per se notum erat & certum, immo necessariũ. Si aũt cadere debebat Silo, anteq̃ insurgeret regnum Iuda. Nihil ergo sic litera illa determinaret, sed esset superflua, quod non est ponendum in sacra Scriptura. nec potest sic conuenire Sauli, de quo erat prima positio, quia eodem modo litera superflua videretur, quia antea quàm inciperet regnum domus Iuda, cecidit regnum domus Saulis: mortuo enim Isbosseth filio Saulis, qui post eum regnare incępit, Dauid vnctus est rex super totum Israel, vt patet 2. Regum 5. ca. Nec etiam potest intelligi de Ieroboan, vt ponebat secũda expositio. Quia Ieroboan incępit regnare quasi in principio regni Iuda; quia ante eum solum regnauerant Dauid & Salomon, vt patet in tertio Regum, discurrendo. Deinde cum succedere deberet Roboan filius Salomonis, vt patet tertio Regum 12. capit. discordia facta incępit regnare Ieroboã super decem tribus Israel. Quid ergo notabat ista auctoritas, quòd non auferetur sceptrum Iudæ donec caderet Ieroboan, quia tũc erat regnum Iudæ quasi incipiẽs? A duerbium autem donec. aliquid magnum innuere vult, scilicet magnã durationem, quia aliàs superfluum esset, & inutile, vt si dicatur non auferetur sceptrum domus Iudæ, donec Dauid regnauerit vno anno, quia tunc regnum Iudæ incipiebat. Nec etiam potest dici de Nabuchodonosor, de quo est tertia opinio, scilicet, quòd non auferetur sceptrum de Iuda, donec cadat Nabuchodonosor, secundum Iudæos, qui vocant sceptrum solam regiam potestatem. falsum est, inquam, quia antequam moreretur, vel caderet Nabuchodonosor, captiuauerat Ioachim, vt patet quarto Regũ vigesimoquarto ca. & Sedechiam Regem, quarto Regum 25. ducens eos in Babylonem. Post hos autem non venit aliquis Rex de recta linea horum: ergo falsum esset secundum Iudæos.

Nec potest intelligi de Messia, vt tenet communis opinio, quia antequam caderet, vel occideret Messias ablatum est sceptrum domus Iuda. Nã incipiente re-

gno Herodis Ascalonitæ, qui alienigena erat, scilicet, Idumæus, natus fuit Christus, & postea mortuus: per annos 33. ergo iam cessauerat sceptrum, quando cecidit Messias. Etiam secundum eorum positionem non conuenit, quia tunc sequeretur Messiam venisse, quod ipsi non assentiunt, quia ergo nulli expositioni conuenit ista litera, si dicatur in ea, donec cadat: ergo non debet dici sic: Sed redeundum est ad alteram partem æquinocationis, scilicet ad veniendum, vt dicatur. *Donec veniat Silo, ideſt Messias: & Dux de femore.* Ista est duplicatio sententiæ, sicut sæpe contingit in prophetijs, ideſt non cessabit Dux, qui nascatur de femore Iuda, ideſt, de semine eius. in Hebræo dicitur. *Et scriba de inter crura sua.*

Quare dicatur Scribæ.

Vocantur Scribæ habentes magnas dignitates, & dicuntur Scribæ, quia scribunt leges dandas populis, & ad idem pertinet, quòd Dux. *Donec veniat, qui mittendus est.* Ideſt Christus Iesus, qui mittendus erat à patre ad redemptionem nostram. Sic enim ait Apostolus ad Galat. Quando venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum sub lege, factum de muliere, vt eos, qui sub lege erant, redimeret. In Hebræo. *Donec veniat Silo.* Ideſt Messias, vt ait translatio Chaldaica, quia non potest accipi Silo pro loco, vel Silo pro filio, ideſt donec veniat filius, scilicet ille, qui est per excellentiam filius, scilicet filius Dei patris. Sicut enim Deus pater est pater, à quo omnis paternitas in cœlo, & in terra, vt Apostolus ait, ita dicetur verbum filius per excellentiam, à quo omnis filiatio in cœlo, & in terra. Donec autem iste filius venit ad nos naturam humanam assumpturus non fuit ablatum regnum Iuda. *Ipse erit expectatio gentium.* Quia in eo omnes sperabant saluationē, non antequam veniret, quia tunc gentiles nihil nouerant de Messia, sed postquam per Apostolorum doctrinam commoniti sunt, inceperunt ponere in eo totam spem suam de bonis, quæ promittit in vita æterna bene operantibus in præsenti. *Ligans ad vineam pullum suum.* Iste Messias ligauit pullum, & asinam ad vineam, & ad vitem. Significat autem per asinā populus Iudaicus domitus onere legis. Pullus autem significat gentilem populum nullo præceptorum, aut obseruationum onere domitum; istos autem ligauit Messias ad se, quem vocat vineam, & vitem, sicut patet Ioan. 15. ego sum vitis vera, & pater meus agricola est. Ligauit autem istos duos populos ad se, quia vt ait Apostolus fecit vtraque vnum. Ante enim Iudaicus populus, & Gentilis erant valde distincti: per Christum autem in vnitatem Ecclesiæ deuenerunt, & hoc valde significat ex eo, quòd fecit Christus imminente tempore passionis, cum omnia mysteria completurus erat: nam cum in ciuitate Ierusalem in porta ciuitatis esset asina posita ad necessitates pauperum, & habebat pullum, quorum vterque ligatus erat: & si aliquis veniebat, tollebat sibi asinam ad laborandum, cum autem Iesus misit pro asina discipulos mandauit, simul & pullum adduci: & vtroque adducto sedit super ambos, & tamen nullus adhuc super pullum sederat, cum autem quidam Iudæi, qui erant in porta Ierusalem, viderunt discipulos Christi portantes pullum, quasi increpantes eos admirati super hoc dixerunt, quare soluebant pullum, nec videbantur velle permittere hoc fieri, donec discipuli responderunt Christum hoc mandauisse. vt patet Matth. 21. cap. & sic videtur, quod per pullum, & asinam super quos sedit ante passionem, volebat significare Iudæos, & Gentiles, quibus dominaturus erat post passionem, & resurrectionem. Alias superfluum erat mandare adduci asinam, & pullum contra consuetudinem aliorum hominum cum asina ad hoc sufficeret. *Lauabit in vino stolam suam.* Ideſt carnem suam mundissimā, quæ fuit quædam stola, ideſt cooperimentum latentis Deitatis. sic dicit Apostolus, quòd Christus habitu inuentus est, vt homo, ideſt, quòd ipse fuit homo verus, & caro sua fuit, vt quidam habitus, vel coopertorium Deitatis. *Et in sanguine vuæ pallium suum.* Ista est eadem sententia cum superiore; & vocatur sanguis vuæ ipsum vinum, quod rubeum est ad modum sanguinis humani. Fuit autem stola Christi, ideſt sua caro mundissima lota in sanguine suo rubeo tanquam in sanguine vuæ quando per acerbissimam passionem, & multiplicata vulnera sacratissimus sanguis eius vndique exundabat, carnem illam beatissimam tingens, & rubricans. Sic enim dicitur Isa. 63. cap. Quis est iste, qui venit de Edon tinctus vestibus de Bosra? Ego sum, qui loquor iustitiam, torcular calcaui solus, & de gentibus non fuit vir mecum. *Pulchriores oculi eius vino.* Potest hoc intelligi de pulchritudine Christi, qui ad literam fuit pulcherrimus virorum in facie honestissima: vt patet Psalmus 44. Speciosus forma præ filijs hominum. Dicuntur pulchriores oculi eius vino: quia vinum valde pulchrū est cum limpidi coloris est, quia fulget in vase. Sic dicitur Prouerb. 23. cap. ne intuearis vinum. cum flauescit in vitro color eius, quia blandus intrabit, & in fine mordebit, vt coluber, & vt regulus venena diffundet. Gratiositas autem oculorum attenditur in tribus, in figura, in situ, & in colore; color aūt est præcipuus inter alia. *Dentes eius lacte candidiores.* Pulchritudo dentium eodem modo attēditur in situ, vtrum distantes, aut coniuncti sint; in quantitate vtrum magni, vel minuti: in colore vtrum nigri, pallidi, aut citrino colore deformati. Magnam autem pulchritudinem eis confert cādor. Erant ergo illi dentes benedicti candidi, vt nix; quia tales decebant hominem illum, qui cęteros pulchritudine excellebat. Vel possunt vocari oculi sui, & dentes Apostoli prædicātes verbum eius post ascensionem suam. Dicuntur oculi quantum ad speculationem, vel altissimam cognitionem, quia isti profundissimè intellexerunt mysteria Ecclesiæ, quæ nobis paruulis celantur. Vocantur dentes quantum ad propinationem doctrinæ, quia doctrina tanquam panis frangi dicitur, & paruulis propinari. Sic patet Treno. 3. cap. paruuli petierunt panem: & non erat, qui frangeret eis. In quoli autem istorum Apostoli excellentes fuerunt, & pulchri; quia valde pulchra considerabant. De hoc Isa. 60. cap. qui sunt isti, qui quasi nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas? Inquantum dentes, ideſt prædicatores candidissimi erant, quia verbum vitæ æternæ, quod lucidè proponebant, non offuscatur aliqua nigredine falsitatis, aut prauę intentionis, quippe, qui à tali Doctore audiuerant, qui non solum exterius, sed magis interius edocebat. Fœlices ergo, qui talem Doctorem habere meruerunt, & nempe fœlices; quia sicut eiusdem Doctoris testimonio confirmatur, beati oculi, qui vident, quæ vos videtis, & aures, quæ audiunt, quæ vos auditis. Amen dico vobis, quòd multi Reges, & Prophetæ desiderauerunt videre, quæ vos videtis, & non viderunt, & audire, quæ vos auditis, & non audierunt, vt patet Luc. cap. 10.

Gratiositas oculorum in tribus attenditur.

Opinio Nicolai.

Nicolaus dicit, quòd ista expositio secundum quā prædicta de Christo exponuntur, magis est mystica, quàm naturalis. Refert ergo ipse ad descriptionem qualitatum sortis Iudæ, & iste videtur esse congruus ordo, vt postquam Iacob descripsit dignitatem regiam in tribu Iuda, hic describit conditionem terræ quam acceptura erat tribus illa. Et est conditio, quòd

Duplex expositio.

quòd esset fertilis in vino, & lacte. *Ligans ad vineam pullum suum.* Ideſt, quòd tantum erat terra illa fertilis in vino, quòd vnus asinus ligabatur ad vnam vitem, vt ibidem oneraretur de fructu illius vitis solius, vel q̄ tanta copia erat in his fructibus quod asini, & asinę ligabantur in vineis ad vites, nec curabatur vtrum comederent, vel non. *Lauabit in vino stolam suam.* Ideſt tanta erit copa vini, quòd non solum sufficiet ad bibēdum, sed etiam ad lauandos pannos. Est autem ista locutio parabolica ad notandam magnam abundantiam, quia non est putandum, quòd aliquis lauaret vestes in vino, quia non mundarentur immo magis dānificarentur, & maneret in eis odor vini. Sic loquitur Moyses parabolicè cum benedicit istas tribus, vt patet Deutero. 33. cap. dicens de Aser; benedictus in filijs Aser: & placens fratribus suis tingit in oleo pedem suum: es, & ferrum, calciamentum eius, ideſt labit pedes suos in oleo. *Et in sanguine vuæ pallium suū.* Replicatio sententiæ eiusdem est. Et in hoc patet, quòd sit ista locutio parabolica, quia dato, quòd aliquis lauaret vestem in vino, nunquam tamen lauaret in vino rubeo, qui dicitur sanguis vuæ, ideſt rubeum ad modum sanguinis, quia vinum album subtile aliqualiter conueniret ad laudandum vestes, quia concordat cum aqua, tamen vinum rubeum valde totaliter rubricaret, & deturparet, ergo non est intelligendum de vino, sed de sanguine Christi. *Pulchriores oculi eius vino.* In Hebræo dicitur. *Rubicundiores oculi eius vino.* Quod notat abundantiam vini, quia multum vinum bibitum maximè si forte est relucet in oculis scintillantibus, & facit, quòd in rubedinem conuertantur. *Dentes eius lacte candidiores.* Hoc significat abundantiam lactis in sortem Iudæ, quia lac videtur in dentibus, & in ore comedentis.

Opinio Nicolai.

Nicolaus autem dixit suprà, expositionem illam, quam præposuimus esse mysticam: hanc autem esse literalem. Sed salua reuerentia sua, & omnium talia asserentium, quia ista litera nullo modo potest exponi, vt nunc immediatè exposita est, scilicet de conditione terræ sortis Iudæ, sed necesse est de Christo exponi secundum literam: & patet hoc ex suprādictis, quia in ista litera fit relatio, & demonstratio ad idem, & in ista litera sunt duo nomina substantiua solum ad quæ possit fieri relatio, vel demonstratio, scilicet Iudas, & Silo: probatum est, quòd non potest fieri ista relatio ad Iudam, quia Iudas ponitur hic in secūda persona cum fiat locutio ad ipsum per vocatiuū: relatio autem ista, scilicet suum, fit in tertia persona, & demonstratio eodem modo. Oportet ergo necessario referri omnia ista ad Silo, quem diximus esse Messiam: & sic dicunt omnes Doctores Christiani. Asinus ergo, & asina: vinea, & stola: dentes, & oculi: omnia ad Messiam necessario referenda sunt, vel ad aliquem alium si non velimus intelligere Messiā per Silo, vel per mittendum, de quo nullus Christianorum contendit. Sed adhuc negato, quòd intelligatur de Messia, impossibile est exponi posse de Iuda, vel de terra eius, cum obuiet natura demonstrationis, & relationis, de quo iam supra declarauimus. Et quādo dicit Nicolaus, quòd ista litera videtur mysticè intelligi de Christo, & non literaliter, vel historicè; salua eius reuerentia, non rectè loquitur, quia cuicunque literæ est dandus vnus sensus literalis, siue historicus. Si ergo non potest de alio exponi litera ista, nisi de Christo, vt prædictum est: ergo non est illa expositio mystica, sed historica. Nec debet dici ideo mystica, quia per stolam intelligimus carnem Christi, & per vinum, vel sanguinem vuæ eius sacratissimum sanguinem, quia tunc expositiones, quæ ponuntur in Daniele datę ab ipso Daniele, scilicet de imagine habente caput aureum, & pectus argenteū, & de arbore magna, & volucribus multis, & de quatuor bestijs, & in omnibus alijs visionibus, in quibus longè aliud in medulla latet, quàm in cortice præferatur, essent allegoricæ, quòd includit contradictionē, cum ipse dicat se exponere literam illius visionis. Etiam quia hoc est non distinguendo sensum parabolicum à sensu literali: sed hoc inconueniens est, quia isti duo sensus valde distincti sunt, nam literalis sensus est, quem intendit ipse, qui illa verba profert. Sensus autem parabolicus, quem faciunt verba dicta in cortice obscure prolata, quem non intendit proferens, sed sic profert, quia vult intentionem suam occultari sicut dixit Christus Matt. 13. cap. scilicet vobis autem oportet declarare mysterium regni Dei, ceteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Sensus ergo literalis est, quem exposuimus de Christo. Ille autem quem vocat Nicolaus literalem, licet non sit totaliter parabolicus, magis tamen est hyperbolicus, quam literalis.

Zabulon. Hic ponitur annūciatio quantum ad etiā tura tribui Zabulon. *In littore maris habitauit.* Ideſt sors Zabulon quantum ad magnam partem erat super mare Galilææ. sic dicitur Deuteronom. 33. cap. Lætare Zabulon in exitu tuo, ideſt in exitu super littus maris: quia inde magnam vtilitatem habebat. *In stratione nauium.* In ista annunciatione Zabulon solum continetur status suus quantum ad sortem ei contingentem. Erat autem ista sors in littore maris, & nō solum in littore, sed etiam in statione nauium, ideſt in portu ad onerandas, & exonerandas naues, & vbi requiesce rent, & hoc multum, quia non in omni littore statio nauium est, quia statio est locus tranquillus ab insultibus vndarum, vbi naues quiescant, vt communiter enim portus, vel littora maris tēpestuosa sunt ex illisione fluuium confractorū ad aridam, maximè quando scopuli prominēt, vel aliqua magna promontoria, ideoq; in raris locis sunt stationes nauiū, licet in multis locis sint portus. *Tertingens vsque ad Sidonem.* Ideſt, quòd maritima Zabulon extendebātur vsque ad Sidonem ciuitatem: est enim Sidon quædam ciuitas Fęnicię iuxta Tyrum posita. Sunt autem ambæ notabiles ciuitates in littore maris mercibus abundantes. In his autem prædicauit Christus, vel saltem in finibus earum: vt patet Matth. 15. quando sanauit filiam Chananææ, quæ male a dæmone vexabatur. Sunt enim istę ciuitates in angulo Occidentis, & Septentrionis terræ Chanaan: magis autem erant in latere Occidē tali: quia erāt in littore maris. Mare autem est ad Occidentem terræ Chanaam, vt patet Numeri 34. cap. Ex hoc infertur, quòd sors Zabulon erat multum Septentrionalis inter alias sorres, quia attingebat ad angulum Septentrionis, & Occidentis, ex vna parte. *Isachar.* Hic ponitur prænunciatio facta ad tribum Isachar: & sicut prænunciatio Zabulon continebat conditionē sortis, in qua habituri erant Zabulonitę, ita ista prænūciatio continet conditionē laborum, vel exercitiorum tribus Isachar. *Isachar.* Iudæi exponunt istam literam quantum ad laborem legis: dicunt enim, quòd ista tribus fuit multum intenta studio legis: & ideo aliæ tribus seruiebant ei tanquam discipuli magistro dona ferentes. *Asinus fortis.* Ideſt fortiter tolerans labores studij, qui magni valde sunt, quibus corporales labores adæquari nō possunt. *Accubans inter terminos.* Ideſt non exiens ad mercimonia, quemadmodum tribus Zabulon, de qua supra diximus. *Vidit requiem, quòd esset bona.* Ideſt cognouit quòd requies à mundanis occupationibus, quæ requiritur ad vacationem studij, esset bona, quies nāque corporis requiritur, vt conuenientem conuersionem

Zabulon.

Annuncia tio aduen tura tribui Zabulon.

Quid Sidō, & eius situs.

Isachar. Prænuncia tio facta ad tribum Isachar.

Labores studiorum per labores Asinorum expli cantur.

super

Universidad de Deusto Biblioteca

super phantasmata intellectus habere possit, aliàs mo dicum, aut nihil intelliget. *Et terram, quod optima.* Ideſt quòd haberet conuenientem terram ad vacandum ſtudio. *Supposuit humerum ſuum ad portandum.* Ideſt posuit ſe ad tolerandum laborem ſtudij. *Et factus eſt tributis ſeruiens.* Ideſt quod alij populi aliarum tribuum ſeruiebant ei dantes tributa, ſicut conſueuerunt dari magiſtris à communitatibus. Sic etiam dabantur Sacerdotibus Egyptijquia vacabant ſpeculationi ſcientiarum, vt diximus ſupra 47. cap. Sed iſta ſententia multum eſt diſtorta, nec conuenit quantum ad aliquam partem poſitam in litera.

Opinio Nicolai Lirani.

Nicolaus autem dicit hoc nõ eſſe veriſimile, quia non legitur in tota ſacra Scriptura, quòd homines de tribu Iſachar fuerint ſapientes, vel excellentes ingenio. Sed in hoc non multum videtur aduertiſſe Nicolaus, vt quidam dicunt: quia primo Paralipom. 24. cap. habetur quomodo de tribu Iſachar erant ducenti Doctores legis. Sed dato hoc adhuc non procedit iſta expoſitio Hebræorum: potuit enim eſſe, quòd in illo tempore, in quo ordinabantur illa per Dauid eſſent illi Doctores de tribu Iſachar, ſed ante non conſueuerant eſſe ſapientes in illa tribu. Et dato, quòd ſemper eſſent ſapientes multi in illa tribu, non poteſt flecti iſta litera ad illum ſenſum, niſi tollatur totaliter à ſuis limitibus. præſuppoſitum tamen falſum eſt, quia de tribu Iſachar non dicuntur fuiſſe Doctores, & illi de quibus dicitur in litera Paralipo. non fuerũt ex tribu Iſachar, ſed de Leuitis de familia Corintarum de Eman, & Idithun. Sed adhuc hoc conceſſo non poteſt ſtare dictum illud Nicolai, ſcilicet, quòd de Iachar non reperitur in ſacra Scriptura, quòd aliqui eſſent viri ſapientes: ſed contrarium patet primo Paralipom. 12. cap. cum dicitur de filijs quoque Iſachar viri eruditi, qui nouerant ſingula tempora ad præcipiendum, quid facere deberet Iſrael principes ducenti. Et ſi forte aliquis velit defendere Nicolaum in hac parte, non poterit, quia ipſemet ſe in contradictione ponit, cum hic dicit nunquam fuiſſe viros eruditos de Iſachar, & primo Paralipom. 12. cap. exponens ipſe literam illam, quam allegauimus, dicit, quòd de tribu Iſachar erant viri valde ſtudioſi in lege, & ſciebant conſulere quid, & quando fieri oportet. Et patet magis per literam, quę ibi immediatè ſequitur, ſcilicet omnis autem reliqua tribus eorum cõſilium ſequebatur. Solum ergo dicendum eſt, quòd quando Nicolaus hic commentauit neſciebat illum textum Paralipomen. cum autem commentauit illum non recordabatur eius quod hic dixerat, nec in hoc vllatenus ei improperandum eſt. Sed generaliter parcendum eſt ei, & omnibus, qui magna opera faciunt: nam in tanta operis diffuſione nullum niſi diuinum ingenium poſſet omnium memorari. per hunc enim modum etiam ipſi maximi Doctores, vt Auguſtinus, & cęteri ex ea parte, qua defectus humanos habebant, errauerunt: Clementer ergo talia tolerandа ſunt, cum reperiantur. Hoc tamen ſtante litera ſic expoſi non poteſt de vacatione ſtudij in tribu Iſachar, vt patet ex ſequentibus: primò non conuenienter iſta tribus dicitur aſinus fortis ad deſignandum contemplationem ſapientiæ, quia inter animalia nullum ita deſidioſum, obliuioſum, ineptum, iners, atque ſtolidum eſt, quod repugnat vacationi contemplationis. Si autem fieret hic metaphorica translatio, ſicut ſæpiſſime fit in ſacra Scriptura, oportebat fieri per conuenientiam eius, quod transferebatur, alias inepta, & ſtulta eſſet translatio, quod non conuenit ſacræ Scripturæ.

Determinatio.

Item quando dicitur. *Accubans inter terminos.* Manifeſtum eſt, quòd loquitur litera de ſitu ſortis ſuę, & non de ſtudij vacatione. Item quando dicitur. *Et terra quòd eſſet optima.* Non loquitur de aliqua conditione pertinente ad quietem contemplatiuam, ſed de boni tate terræ, quæ principaliter conſiſtit in fertilitate.

Item quando dicitur. *Supposuit humerum ſuum ad portandum.* Manifeſtum eſt, quod iſta portatio notat motum localem, & non tolerantiam ſtudij, quæ fit in gente ceſſante exteriori occupatione. Item quando dicitur. *Factus eſt tributis ſeruiens.* Non conſentit aliquo modo ſenſum, quem dant Hebræi, ſcilicet, quòd aliæ tribus dabant ei tributa, tanquam magiſtro contemplanti, & docenti. Quia euidenter litera innuit non, quòd tributa darentur Iſachar, ſed quòd ipſa tribus Iſachar dabat tributa. *Quia factus eſt tributis ſeruiens.* Idem eſt, quòd ſoluens tributa, vel ſubiectus tributis, quod non conuenit contemplanti, ſcilicet, vt cõtempletur, & inſuper ſoluat tributa.

Expoſitio doctoris.

Conuertenda ergo eſt litera ad expoſitionem aliã, cum iſtam non poſſit tolerare, maximè quia dato, q̃ filij Iſachar vacarent ſtudio, non darẽt eis alię tribus tributa, quia iſtud ſtudium conueniebat propriè tribui Leuiticæ, quæ totaliter intenta erat diuinis officijs, & ſtudijs, & huic prouidebant aliæ tribus. Cum ergo vix poſſent prouidere iſti tribui, aut nollent perfectè prouidere, cuia Leuitæ pauperes erant, & petentes, & cum pupillis, & orphanis alebantur, vt patet Deuteron. 12. & 14. ca. quomodo vellent, aut poſſent prouidere alteri tribui, ſcilicet Iſachar? non videtur conueniens.

Determinatio.

Dicendum ergo, quòd intelligatur litera de occupatione tribus Iſſachar circa agriculturam, & aliqualiter de conditione terrę. *Iſſachar aſinus fortis.* Ideſt tribus Iſſachar erit fortis ad laborem, vt aſinus: nullum enim animal, tam paruę quantitatis tantis laboribus, & tam aſſiduis ſubijcitur, nec tam infatigabile eſt, ha bitaque modica quiete rurſum fortificatur ad laborem. In Hebræo dicitur. *Aſinus oſſeus.* Ideſt habens magna oſſa, & dura ad tolerãdum duros, & aſſiduos labores, cum in oſſibus, & neruis totum animalis alicuius robur ſit. quanto ergo iſta ſunt propenſiora, ideſt groſſiora tanto vires ſunt maiores, vt ait Iſidorus Etymologiarum lib. 11. *Accubans inter terminos.* Ideſt q̃ ſors Iſſachar fuit terminata duobus terminis naturalibus, ſ. ab vna parte mari Mediterraneo, & ab alia mari Galilææ, quod non eſt mare Oceanum, nec Mediterraneum, ſed eſt quædam lacus magna in figurã maris, quod in Euangelio ſæpe vocatur mare Tiberiadis, vel mare Galilææ, vt patet Ioannis quinto, & vigeſimoprimo capit. Aliquando etiam vocatur ſtagnum Genezareth, vt patet in multis locis Euangelij: aliquãdo vocatur mare Cenereth, vt patet Nume. 34. & ibi plenius diximus, vel habuit mare Mediterraneum ex vna parte, & ex alia montes altos terminantes ſortem ſuam. *Vidit requiem, quòd eſſet bona.* Ideſt cognouit, vel iudicauit, quòd melius ſibi erat manere in terra ſua exercens agriculturam, quàm ire per mare in longinquas prouincias ſub vitæ, & mercium magno diſcrimine, cum tot pericula in mari efferueſcant, & hoc dicit ad differentiam ſortis, & ſtudij tribus Zabulon. Quia Zabulonitæ in longinquas terras merces eferebant ad lucra ſectanda. Hæc differentia ponitur in benedictione Moyſi, Deuteronom. 33. cap. ſcilicet lætare Zabulon in exitu tuo, ideſt in exitu ad alias terras nauigando, & Iſſachar in tabernaculis tuis, ideſt, manendo in terra tua intentus agriculturæ, & non nauigans. *Et terra, quòd optima.* Ideſt conſideranit tribus Iſſachar, quòd terra ſortis ſuæ erat optima, ideſt fertilis valde, & hoc induxit illam tribum ad manendum intentam agriculturæ, quia terra ſua modicodabore culta multos proferret fructus. Tribus autem Zabu-

Zabulon habebat terram non valde fertilem; ideo tradidit ſe nauigationi tanquam non potens aliter ſatis abundanter viuere. Iſachar autem conſiderans terram ſuam fertilem eſſe, & quòd in ea poſſet ſufficienter viuere ſine negociatione nauigatiua, iudicauit magis valere terram ſuam colere, quàm maria diſcurrere; ſicut faciebat tribus Zabulon, & conſueuerunt facere terræ ſteriles, apud mare.

Suppoſuit humerum ſuum. Scilicet ad tolerandum laborem agriculturæ. *Humerum ſuum ad portandum.* Ideſt ad portandum merces ad nauigia; quia cum terra Iſachar eſſet fertilis habens multa venalia, & haberet ſtationem maris, ſicut tribus Zabulon, portabat venalia ad maris littora, & ibi vendebat ea negociatoribus aliunde venientibus, ſed ipſi de tribu Iſachar non intendebant nauigationi, vt dictum eſt.

Factus eſt tributis ſeruiẽs dupliciter exponitur.

Factus eſt tributis ſeruiens. Ideſt ſeruiens in labore agriculturæ ad colligendum fructus, de quibus illi, qui tributa dare debebant, ſoluerent. Et eſt ſenſus, quòd quia in terra illa vbertas fructuum erat, illi, qui dare debebant tributa in frumento, vel vino, ſiue alijs fructibus veniebant ad terram Iſachar, & ibi emebant.

Vel aliter. *Factus eſt tributis ſeruiens.* Ideſt, quia dictum eſt, quòd erant agricolæ, necintendebant militiæ, vel alijs occupationibus, propter quas ſortirentur aliquam immunitatem, efficiebantur tributarij regum magis, quàm aliæ tribus, cum magis abundarent in diuitijs frugum.

Prænunciatio futurorum in tribu Dan.

Dan iudicabit. Hic ponitur prænunciatio futurorum in tribu Dan, & ſolum ponitur dignitas tribus Dan quantum ad iudicium, & bellum; & non tangitur aliquid de conditione ſortis eius, ſicut in alijs prædictis. *Dan iudicabit populum ſuum.* Ideſt aliquis de tribu Dan iudicabit populum ſuum, ideſt totum Iſraelem. Hoc fuit completum in Sanſone, qui fuit de ſtirpe Dan, vt patet Iudicum decimotertio cap. iſte autem iudicauit Iſrael annis viginti, vt patet Iudicum decimoſexto cap. aliqui libri habent. *Vindicabit populum ſuum.* Faciliter corrumpi poſſet talis litera ex ſimilitudine; ſed non eſt magnus error, quia vttunque eſt verum. Sicut enim iudicauit populum; ita etiam vindicauit eum de hoſtibus ſuis Philiſtęis, vt patet in multis malis, quæ inflixit eis.

Primò enim occidit triginta viros, vt patet Iudicũm decimoquarto cap. Poſt ligauit trecentas vulpes tempore ſegetum iam ſiccarum, cuilibet autem vulpi appoſuit in cauda ardentem facem, quæ fugerunt in ſegetes Philiſtinorum, & incendentes eas vniuerſas combuſſerunt, & in tantum malum illud incanduit, vt vineę, & oliueta, cæterę̃que arbores illo incendio conflagrarent, vt patet Iudicum decimoquinto capit. deinde cum ligatus à ſuis cognatis, & contribulibus traderetur in manus Philiſtinorum occidit mille viros percutiens eos mandibula aſini, vt patet Iudicum decimoquinto capit. ad vltimum in morte ſua atrij columnas, in quo, vt ei illuderetur, adductus fuerat, apprehendens occidit plures Philiſtinorum moriens, quàm viuens occiderat, vt habetur Iudicum decimoſexto cap. *Sicut aliæ tribus in Iſrael.* Ideſt ſicut de alijs tribubus fuerunt iudices in Iſrael, ita fuit iudex de tribu Dan, ne minor alijs videretur.

Ioſue fuit primꝰ rex Iudæorũ.

Primus dux Iudæorum, qui fuit Ioſue, de tribu Ephraim erat, vt patet Numer. decimotertio cap. & Ioſue vigeſimoquarto.

Secundus Iudex Iſrael, ſcilicet Othoniel fuit de tribu Iuda, quia fuit frater minor Caleb, qui erat de Iuda, vt patet Ioſue decimoquarto, & decimoquinto cap. Deinde fuit Aiod, qui videtur fuiſſe de tribu Beniamin, de quo Iudicum tertio cap. deinde Delbora, quæ iudicabat Iſrael fuit de tribu Ephraim, vt patet Iudicum quarto, quia iudicabat in terra ſua in monte Ephraim, non eſt enim veriſimile, quòd iret ad aliam tribum ad iudicãdum. Deinde Gedeon qui iudicauit Iſrael fuit de tribu Manaſſe, vt patet Iudicum ſexto cap. Poſt iudicauit Abimelech filius Gedeonis de cõcubina; & iſte ſe regem vocauit, vt patet Iudicum nono cap. Et iſte eodem modo erat de Manaſſe. Deinde iudicauit Thola, qui fuit de tribu Iſachar, vt patet Iudicum decimo cap. Poſt hunc iudicauit Iair, qui fuit de tribu Manaſſe de parte dimidia habitante vltra Iordanem in monte Galaad in terra Anothair, ut patet Iudicum decimo cap. Deinde iudicauit Abeſan, qui erat de tribu Iuda, quod patet ex eo, quod dicitur eſſe de Bethlehem, vt patet Iudicum duodecimo cap. eſt autem Bethlehem in ſorte Iudæ, vt patet Matt. 2. cap. & Micheæ 6. Poſt hunc iudicauit Abdon, qui erat de tribu Zabulon, vt patet Iudi. 12. cap. Poſt hunc Sanſon, qui fuit de ſtirpe Dan, vt dictum eſt, & patet Iudic. 13. cap. *Fiat Dan coluber in via.* Aliqui de noſtris exponunt iſtam literam de Antichriſto, quem dicunt eſſe de tribu Dan, & quidem litera ſatis ei applicari poſſet ſecundum ea, quæ ſancti Doctores in multis locis de Antichriſto dixerunt, ſi conſtaret eum futurum de tribu Dan. *Fiat Dan.* Ideſt Antichriſtus naſciturus de tribu Dan. *Coluber in via.* Ideſt ſicut coluber latet in via, & inſidioſè mordet tranſeuntes, ita Antichriſtus fraudulenter inducet ad ſe gentes, quoniam fraude plenus erit, varijſque aſtutiis; & omnia, quæ fecerit, fraudulenta, & mendacia ſunt. Sic enim ait Apoſto. ſecundæ ad Theſa. cap. ſecundo. *Ceraſtes in ſemita.* Eadem ſententia eſt; quia ceraſtes ſpecies ſerpentis eſt, & innuit, quòd in vijs, & in ſemitis Antichriſtus inſidiabitur, ad notandum, quòd vix poterit aliquis effugere ſemitas eius; & conuenit propriè ceraſtes aſtutiæ Antichriſti. Quia ceraſtes, ut ait Solinus in Poliſtor. cap. de Africa, eſt ſerpens, quatuor cornicula in capite habens, totumq̃ ſe in arenis mergens abſcondit præter illa cornicula, quæ extra in figuram eſcarum ex induſtria relinquuntur, quibus aues illecte, vt cibum inde ſumant, à ceraſtibus deuorantur. Sic enim Antichriſtus præmittens quibuſdam ſeculi varia blandimenta, ut delitijs diffluant, & diuitijs affluant, multipliciter omnes fraudare conabitur.

Expoſitio aliquorũ de Antichriſto.

Ceraſtes quid.

Mordens vngulam equi. Vngula equi pars poſterior eſt equi. Sic Antichriſtus in nouiſſimis diebus veniet ad mordendum circa finem ſeculi ad ſenium occidentis. Vel dicitur mordere in vngula: quia morſus vngulæ, qui non poteſt euitari, cum non videatur, notat calliditatem, & aſtutiam in fallendo.

Salutare tuum expectabo Domine. Iſta ſunt verba Iacob de tanto malo exclamantis. Cum enim in ſpiritu præuidiſſet Iacob tanta mala facturum Antichriſtum: vt uix aliquis ei reſiſtere poſſit, iuxta illud Matthæ. vigeſimoquarto cap. erit tribulatio, qualis nunquam fuit à principio mundi vſque modo, nec fiet, confugit ergo ad auxilium diuinum, vt quia homines tanta mala per ſe vitare non poſſent, Deus eos eripiat. Dicit ergo. *Salutare tuum expectabo Domine.* Ideſt licet tanta tribulatio orbem preſſura ſit, tamen ego expecto ſalutare tuum, ideſt expecto, quòd à te veniat nobis ſalus in tanto malo. Et ſic erit, quia niſi Deus ſpecialiter adiuuaret, non poſſent homines tolerare tanta mala. Sic patet Matthæ. vigeſimoquarto capit. Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro, ſed propter electos breuiabuntur dies illi. Sed quia vt præpoſuimus, non

constat Antichristum esse futurum de tribu Dan, F exponatur litera ista de Sansone tota. Sicut enim in principio eius dictum fuerat, quòd Dan, ideſt Sanſon de tribu Dan iudicaret, vel uindicaret populum ſuum, ita hic ponitur conſequenter modus, ſcilicet. *Fiat Dan.* Ideſt Sanſon, qui eſt de tribu eius. *Coluber in via.* Ideſt ſicut quando eſt coluber in via, nullus audet tranſire, ita Sanſon faciebat, quòd Philiſtæi non auderent venire ad premendam terram Iſrael, ſicut ante conſueuerant. *Et ceraſtes in ſemita.* Eadem ſententia eſt, ſed ponitur ad exaggerandum timorem, quem conceperant Philiſtini de Sanſone. Semita enim anguſta eſt, & quando in ea aliquod offendiculum eſt, nullus audet per eam tranſire; quia non eſt in ea locus ad declinandum periculum, maximè quando periculum eſt incognitum, ſicut cum ceraſtes latet ſub arena.

Mordens vngulam equi, vt cadat aſcenſor eius. Ideſt, ſicut iſti ceraſtes latentes ſub arenis tranſeuntes equos atrociter mordent, & aſcenſores cadere faciunt; ita Sanſon faciebat cadere Philiſtinos. Vel aliter ſicut mordens vngulam equi facit ruere equitantem non accedendo ad eum; ita Sanſon in fine vitæ ſuæ occidit principes Philiſtinorum, & multos alios, quaſi tria millia non accedendo, nec tangendo eos, quando concuſſit duas columnas domus, & ruit, mortuique ſunt omnes, qui aderant cum Sanſone, ut patet Iudicum 16. capit.

Salutare tuum expectabo Domine. Ideſt licet Sanſon fuerit ita fortis, non propter hoc dicendus eſt Meſ- H ſias, qui expectabatur. Sed adhuc mortuo illo expectabo ſalutare tuum, ideſt Meſſiam miſſum à te ad ſaluandas omnes gentes. Et hanc ſententiam ponit tranſlatio Caldaica, ſcilicet. *Expectabo ſalutare tuum.* Ideſt Domine ego non expecto Gedeonem, qui fuit ſaluator contra Madianitas, nec expecto Sanſonem de tribu Dan, qui fuit ſaluator contra Philiſtinos; ſed expecto ſalutare tuũ, ſcilicet Meſſiam de tribu Iuda.

Prænũciatio ſtatus Gad.

Gad accinctus. Hic ponitur prænunciatio ſtatus Gad, & ſolum prænunciatur quantum ad vnum bellum, vel potius bellicam ordinationem, ſcilicet ad introitum terræ promiſſionis, & ad pugnam, donec eſſet acquiſita. *Gad accinctus præliabitur.* Hic notatur fortitudo Gad in pugnando, quia viri de illa tribu fuerunt I bellicoſi valde, & robuſtiſſimi. Sic dixit Moyſes in benedictione tribus Gad, vt patet Deuterono. trigeſimotertio capit. benedictus in latitudine Gad, vt Leo requieuit, cepitque brachium, & verticem, ideſt vno ictu abſcidit brachia, & verticem. Vel refertur ad bellum factum in terra promiſſionis. Quia vt habetur Nume. trigeſimoſecundo cap. quando filij Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manaſſe acceperunt poſſeſſionem in terra Sehon regis Heſebon, mandauit eis Moyſes, vt præcederent armati fratres ſuos, ideſt alias nouem tribus, & dimidiam, donec maneret in tranquillitate poſſeſſionis terrę Chanaan, quod vt mandatum fuerat fecerunt, ſicut dicitur Ioſue vigeſimoſecundo cap. vbi laudauit eos de hoc Ioſue.

Fortitudo Gad in pugnam.

Accinctus præliabitur. Ideſt iſta tribus iuit accincta, vel K expedita cum alijs tribubus ad pugnandum in terram Chanaan. Et dicitur accinctus ad differentiam aliarum nouem tribuum, & dimidiæ, quia illæ non ibant accinctæ, ideſt expeditæ ad pugnam, cùm portarent ſecum vxores, & filios totamque familiam greges, & armenta, cunctamque ſupellectilem; Gad autem, & Ruben, & dimidia pars Manaſſe pergebant accincti, ideſt expediti non onerati, cum omnia dimiſiſſent in vrbibus Galaad vxores, filios, pecora, & variam ſupellectilem. In hac benedictione Gad tanta intricatio in litera Hebraica eſt, ut dicat Aben Ezra ſe non intelligere, quia iſte fuit aliquis euentus ſpecialis patrum ſuorum, de quo non conſtat.

Quæſt. 5. Cur ſolũ fit mentio de tribu Gad, quod iuerit ad pugnãdũ.

Sed quæritur cur dicatur de tribu Gad, quòd iuit accincta ad pugnandum coram alijs tribubus, cum non ſolum ipſa, ſed etiam tribus Ruben, & dimidia pars Manaſſe eodem modo iuerint, ut patet eorum promiſſio Numer. 32. & completio Ioſue vigeſimoſecundo cap.

Reſpondetur, quòd de qualibet iſtarum tribuum idem, vel conſimile dici debebat, & Iacob, qui iſta cognoſcebat propheticè, cognouit idem in tribu Ruben, ſicut in tribu Gad, & idem in dimidia tribu Manaſſe. Sed non decuit idem in alijs dici. Quantum ad Ruben cauſa patet, quia Iacob loquens per ſpiritum intendebat multum reprehendere Ruben propter peccatum coitus cum Bala, non decuit ergo inter reprehenſiones inſeri laudes. Quantum ad dimidiam partem tribus Manaſſe non potuit hoc fieri; quia non benedixit hic Iacob diſtinctè tribum Manaſſe, & Ephraim, ſed ſolum benedixit patrem earum Ioſeph. Maximè quia dato, quòd quælibet harum tribuum per ſe benediceretur, non poterat dimidia pars Manaſſe, cui hoc competebat, diſtinctè benedici. *Et ipſe accingetur retrorſum.* Ideſt non ſolum Gad cum Ruben, & dimidia tribu Manaſſe fuerunt præcincti, vt pugnarent ante fratres ſuos præcedentes eos in bellis, ſed etiam retrorſum, ideſt poſt accincti ſunt, ideſt parauerunt ſe ad pugnandum; quia poſtquàm ſtetiſſent iſti per quatuordecim annos cum fratribus ſuis in terra promiſſionis, ſcilicet trans Iordanem redeuntes in patriam ſuum hoſtes conuicinos habuerunt, cum quibus conſligentes fortiter deuicerunt, hoc autem ipſi poſt alias tribus certamen habuerunt; ideo retro, ideſt poſtea etiam accincti dicuntur.

Aſer pinguis.

Aſer pinguis. Hic ponit prænunciationem, quantum ad tribum Aſer, & tangit conditionem ſtatus eius in abundantia terræ naſcentium, *Pinguis panis.* Ideſt in terra ſortis Aſer vbertas frugum, & omnium terræ naſcentium erit, quæ vocantur pinguedo panis. *Præbebit delicias regibus.* Quia in terra Aſer erant aliqua ſpecialia terræ naſcentia, quæ non erant in alijs ſortibus tribuum; & hæc apportabantur ad delectandum reges, quia his libenter veſcebantur. Sic ait Beatus Hierony. in libro de collectionibus ſanctorum, Aſer pinguis panis eius de fructibus terræ ſuæ honorabit reges.

Aſer Prænũciatio ad tribum Aſer

Nephthali Prænũciatio Nephthali.

Nephthali. Hic ponitur prænunciatio Nephthali, & ſolum tangitur ſtatus eius, quantum ad terrę naſcẽtium qualitatem. *Ceruus emiſſus.* Aliqui dicunt, quòd intelligitur hoc de bello facto contra Siſaram ducem regis Iabin, vt patet Iudicum quarto cap. in quo Barach mandato Delborę Prophetiſſę accepit decem millia virorum de tribu Nephthali, qui iuerunt expeditę cum eo in pugnam, & fecerunt vaſtationem in Siſaram, & milites ſuos, & propter iſtam victoriam fuit factum canticum diuinæ laudis à Delbora, & Barach, in quo continebantur eloquia pulchritudinis, vt patet Iudicum quinto capit. Sed non videtur congrua iſta expoſitio, quia non ſolum deſcenderunt ad iſtud bellum viri filij Nephthali, ſed etiam de Zabulon, vt patet Iudicum quarto, etiam de Iſachar, & Manaſſe, vt patet Iudicum quinto. Ideo de quolibet eorum æqualiter dici debebat, quòd erat ceruus emiſſus. Alij dicunt, quòd filij Nephthali recipiebant munera ab alijs tribubus, & ꝓpter hęc dabãt eloquia pulchra imprecãdo bona dantibus munera quęad modũ fieri

fieri conſueuit. Sed adhuc non conuenit hoc, quia non manet ratio, quare dicantur filij Nephthali ceruus emiſſus.

Aliorum opinio.

Dicendum ergo quòd in ſorte Nephthali erãt terræ naſcentia temporanea valde, ita quòd prius ibi fructus, & ſegetes creſcebant, & maturabantur, quàm in alijs ſortibus tribuum. Dicebatur ergo iſta terra velox, *ſicut ceruus emiſſus, ideſt emiſſus ad curſum: idẽ* enim ſignat emiſſus, quòd velox. *Dans eloquia pulchritudinis.* Ideſt, quòd de iſtis nouis fructibus, & frugibus, quę naſcebantur in ſorte Nephthali, offerebantur oblationes primitiuorum in templo, & ꝓpter has ſacerdotes pulchras laudes Domino perſonabãt, quæ vocantur eloquia pulchritudinis.

Prænũciatio facta Ioſeph.

Ioſeph filius. Hic ponitur prænunciatio facta Ioſeph, B in qua tangitur primo hiſtorica narratio geſtorum Ioſeph ſub quadam figuratione: deinde ponuntur benedictiones, quantum ad poſteritatem eius. *Filius accreſcens Ioſeph.* Hic alludit Iacob interpretationi nominis Ioſeph, quia Ioſeph ſignat in Hebræo additum, vel creſcentem; & vocauit eum mater ſua Rachel ſic, quia quando genitum eum peperit dixit addat mihi Deus, & alterum filium, vt patet ſupra trigeſimo cap. ſuus pater eum Ioſeph, vel creſcentem nunc uocauit; quia multum creuerat ſuper fratres ſuos in honore, & dominio; quia factus fuerat præpoſitus totius Aegypti, vt patet ſupra quadrageſimoprimo cap. creſcebat etiam in poſteritate ſua, quia de filijs eius duæ tribus factæ ſunt, quòd nulli alteri de fratribus eius C euenit. *Filius accreſcens.* Duplicatur ad rhetoricam exornationem, vt ſæpe diximus, quia talis eſt vſus in prophetijs maxime in libro Iſaię, vel duplicatur ad notãdam valde magnam multiplicationem Ioſeph, quia repetitio verborũ deſignat vehementiam conceptionis intellectualis. *Et decorus aſpectu.* Erat enim Ioſeph valde pulcher, vt patet ſupra trigeſimonono cap. quia in hoc ſimilabatur Racheli matri ſuæ, quæ valde pulchra erat, vt habetur ſupra vigeſimonono capit.

Ioſeph qd Hebraice.

Filiæ diſcurrerunt ſuper murum. Ideſt quando Ioſeph erat in Aegypto; quia viri, & fœminæ illius terræ aliqualiter deformes ſunt, vt diximus ſupra vndecimo capit. Ioſeph autẽ valde pulcher erat, quare mulieres quãdo ſciebant, quòd tranſiturus eſſet per callem, ponebant ſe ad feneſtras, vel aſcendebant ſuper muros ad con- D templandam ſpeciem eius, & hoc maximè quando erat factus præpoſitus Aegypti; quia tunc incedebat in habitu precioſo, & ornatus valde.

Sed exaſperauerunt eum. Ideſt amaricauerunt, quaſi dicat, licet iſte Ioſeph, ita pulcher eſſet, vt ab omnibus amari deberet, & nullus ei nocumentum inferre deberet, tamen exaſperauerunt eum, ideſt amaricauerunt vitam eius, prementes eum multis anguſtijs, quando fratres eius non poterant ei quicquam pacificè loqui, ſed omnia cum quodam vultu horribili, & turbato, quod ipſi vertebatur in anguſtiam, & mœrorem. Etiam quia eum occidere voluerunt; vt patet ſupra trigeſimoſeptimo. Etiam quia eum ad vltimũ vendiderunt Iſmahelitis, vt duceretur in lõginquam E terram. *Inuiderunt̃que ei habentes Iacula.* Ideſt fratres ſui inuidebant ei, quia à patre plus cæteris amaretur, & quia accuſauiſſet eos de crimine peſſimo, & quia ſomnia illis dicebat, in quibus innuebatur, quòd ipſe foret in poſterum Dominus eorum. *Habentes iacula.* Ideſt verba dura, & acuta, quæ vocanter iacula, quia pungunt, & perfodiunt, vt iacula, & fuerunt hęc, quando non poterant ei quicquam pacificè loqui, ſed omnia in duriciem cõuertebant, ut cum dixerunt: Nunquid rex noſter eris? aut ſubijciemur ditioni tuæ?

Aliqui autem exponunt iſtam literam referentes Alph. Toſt. ſuper Gen.

A ad dominam Ioſeph, ſcilicet vxorem Putipharis, quæ amaricauit Ioſeph duci faciens eum in carcerem, & iurgata fuit contra eum dicens, quòd voluerat ei illudere, vt patet ſupra trigeſimonono cap. Sed non poteſt ſtare iſta expoſitio, quia litera loquitur hic pluraliter, domina autem ſua erat vna perſona. Item quia dicitur inuiderunt: domina autẽ ſua, quę erat vna perſona *nõ inuidit ei, quia non erat aliquid,* in quo domina inuideret ei, cũ eſſet maior eo, & generaliter ab omnibus inuidia ſemper dicatur eſſe de maioribus rebus, quàm habeat ille, qui inuidet, domina autem ſeruo ſuo maior eſt.

Item quia dicitur habentes iacula, hoc autem non conuenit ei, cùm ipſa ſit vna: etiam quia non habebat B iaculum contra Ioſeph, vel iacula. Aliqui expoſuerunt de filiabus Aegyptiorum, quæ licet diſcurrerent per murum ad videndum eum, tamen amaricauerũt eum. Sed non conuenit iſta expoſitio; quia non uidetur quomodo filiæ Aegyptiorum poſſent amaricare Ioſeph, & inuidere ei; quia hoc aut ſignabitur fuiſſe antequàm Ioſeph fieret præpoſitus Aegypti, aut poſt. Si autem dicatur fuiſſe ante, quomodo poterãt filiæ Aegyptiorum inuidere, quia tũc ſeruus erat, nec aliquam præeminẽtiam habebat, de qua poſſent inuidere ei. Si autem dicatur fuiſſe, poſtquàm factus fuit præpoſitus Aegypti, quomodo poterant ei filiæ Aegyptiorum amaritudinem facere, quia potens erat, & omnes ei obediebant, vt patet ſupra quadrageſimoprimo cap. vbi dixit Pharao, ego ſum Pharao abſque C tuo imperio non mouebit quiſpiam pedem, vel manum in tota terra Aegypti.

Dicendum ergo eſt, quòd iſta litera non poteſt intelligi propriè, niſi de malo, quod contra Ioſeph faciebant fratres ſui. *Sedet in forti arcus eius.* Fortis vocatur Deus, qui ſolus fortis eſt ſuper omnia: quia quicquid, vult facit. Arcus vocatur defenſio, ſicut diximus ſupra præcedenti capit. in fine. Eſt ſenſus licet amaricaſſent eum, & inuidiſſent habentes iacula, ideſt fratres ſui volentes eum occidere, non fuit defenſus ab aliquo homine, ſed Deus ſolus, qui fortis eſt fuit arcus eius, ideſt defenſio eius, vt eum ab his omnibus liberaret, & poſtea de carcere educeret.

Et diſſoluta ſunt vincula brachiorum eius. Hoc ponit ad deſignandum liberationem à carcere, in quo detinebatur Ioſeph, a quo ſolus Deus eum liberauit. In Hebræo dicitur. *Deaurata ſunt brachia eius.* Vel *Topazion conſtitutus fuit ſuper brachia eius.* Quod Iudæi referunt ad ornamenta, quæ fuerunt poſita in brachijs eius, quando conſtitutus fuit præpoſitus Aegypti. Quod veriſimile eſt, quia cum rex tradiderit ei tunc anulum ſuũ, vt patet ſupra quadrageſimoprimo cap. fatis credendum eſt, quòd daret multa alia ornamenta, maximè fecit eum adduci in curru ſecundo regis, & clamari coram eo, vt omnes cognoſcerẽt eum præpoſitum eſſe terræ Aegypti.

Per manum potentis Iacob. Ideſt per manum, vel poteſtatem Dei, qui eſt fortis Iacob, ideſt, in quo eſt fortitudo, vel potentia Iacob; quia Iacob totam ſuam E ſpem, & fortitudinem ponebat in Deo de ſe ipſo nihil confiſus. Et poteſt referri hoc ad vtrunque ſenſum literæ ſuperioris, ideſt, quòd ſiue vincula Ioſeph fracta; aut diſſoluta fuerint, ſiue brachia eius deaurata fuerint, vtrunque factum eſt per manum fortis Iacob, ideſt Dei, quia ipſe mouit Pharaonem ad faciendum, ſcilicet, ut Ioſeph de carcere educeret, & vt eum ſublimaret. *Inde.* Ideſt de Ioſeph, ſcilicet de ſemine eius.

Reges cur paſtores dicantur.

Paſtor egreſſus eſt. Paſtores vocantur reges; quia ad modum paſtorum ſubditos, vt oues per bonas leges dirigunt

dirigunt ducentes in bonum, & facientes cauere à malo. Sic vocat Aristo. in 8. Ethicorum, vbi tractat de amicitia politica dicens, quòd rex amat subditos, sicut pastor oues, & probat ibi per dictum Homeri, qui Agamẽnonem regem bonum pastorem populorum nuncupauit. De tribu autem Ioseph egressus est pastor, ideſt rex, scilicet Ieroboam, qui fuit de tribu Ephraim filij Ioseph, vt habetur tertio Reg. 11. capit. & 12. *Lapis Israel.* Lapis, quia solidus est, cemento conuenit. Sic dicitur iste Ieroboam fuisse lapis, quia primus fuit, & cementum in omnibus regibus Israel, ideſt decem tribuum, vt patet tertio Regum 12. cap. Hebræi intelligunt hoc de ipso Ioseph, qui fuit pastor Israel, ideſt Iacob patris sui, & totius familiæ, & fuit lapis, super quem innitebantur tempore angustię famis, & tunc est sensus referendo ad superiora, scilicet. *Inde egressus est pastor.* Ideſt post quàm Deus dissoluit vincula Ioseph. *Inde.* Ideſt ex ipso tempore egressus est pastor, ideſt factus est pastor, ideſt cibator, vel sustentator. *Lapis Israel.* Ideſt etiam fuit firmamentum Iacob, & totius domus suæ, vel aliter. *Inde.* Ideſt de carcere. *Egressus est pastor.* Ideſt ideo dissoluit Deus vincula brachiorum Ioseph, vt exiens inde esset pastor patris sui, & fratrum suorum. *Deus patris tui.* Ideſt Deus, quem ego colo, vel qui mihi bona multa fecit, sicut dixit præcedenti cap. Deus qui pascit me ab adolescentia mea, & multa alia promisit, scilicet. *Erit adiutor tuus.* Te defendendo ab aduersis, & prospera conferendo. Nominat autem Deum patris sui, quasi dicat, non solum faciet Deus tibi bonum propter meritum tuum, sed etiam propter preces meas. *Et omnipotens benedicet tibi.* Ideſt multiplicabit te in bonis. Rectè vocat hic omnipotentem, quia nullus melius multiplicatum aliquem facere potest, quàm omnipotens.

Benedictionibus cœli desuper. Hic imprecatur multiplicationem in terrę nascentibus, quę sunt fundamentum totius humanæ vitæ, & omnium diuitiarum.

Fertilitas in duobus consistit.

Consistit autem ista fertilitas in duobus, scilicet conuenienti agente, & contemperante, & in materia bene suscipiente. Agens autem disponens ista inferiora ad multiplicationem fructuum est influentia cœlestis, a qua secundum Philosophum in secundo de Generatione, & corruptione; causatur omnis corruptio, & generatio in terra. Ista autem influentia est in rore, vel pluuia terram humectante, & inebriante, & fœcundante ad productionem, vt patet Esai. 55. quomodo descendit imber, & nix de cœlo, & illuc vltra non reuertitur, sed terram inebriat, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat semen serenti, & panem comedenti; sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo. Quando autem ros, vel imber venit de cęlo in congruentia secundum statum terræ, & calor temporibus suis ad digerendum humiditatem, & maturandum fructus, cœlum benedictionem suam infundere dicitur. *Et benedictionibus abyssi iacentis.* Secundum quòd est materia bene susciptens est terra. dispositio ergo bona terræ, scilicet, quòd sit bene susciptens cœli influentiam, & quòd ipsa sit in se pinguis apta ad fructus gignendos: terra autem sicca sterilitati cognata est. Ista terra vocatur abyssus deorsum iacens, quia est infima in situ omnium elementorum, vel vocatur abyssus, ideſt sine visu, quia nullo modo est visui peruia, sicut alia elementa sunt in totum, vel in partem. Simile habetur supra vigesimoseptimo cap. in benedictione Esau, scilicet in rore cœli, & in pinguedine terræ erit benedictio tua. *Benedictionibus vberum, & vuluæ.* Posuit benedictiones, ideſt multiplicationes in terrę nascentibus, quæ ordinantur ad esum, & sustentationem animalium, hic ponit istam multiplicationem animalium, scilicet filiorum Ioseph. Et quia multiplicatio indiuiduorum in specie humana est per generationem, generatio autem habet pro vase conseruatiuo vuluam, ideſt matricem mulieris, dicit hic venturam Ioseph benedictionem, ideſt multiplicationẽ vuluæ, ideſt filiorum genitorum in vulua, ideſt matrice. Non vocatur autem hic vulua os ventris, siue os matricis, vt pauca scientes ridiculè dicunt, quia hoc nihil erat, quoniam isto modo benedictio vuluę est multiplicatio in coitu, & multiplici seminis effusione, sed hoc non prodest per se; quia multi semper cocuntes plurimum abundãtes in humore seminali nunquam gignunt, quia generatio fit secundum contemperationem seminis virilis, & fœminæ in matrice, in qua sequitur, vel sterilitas, vel paucitas, vel pluralitas in filijs. Multiplicatio ergo coitus secundum se modicum agit, quia ex vno coitu solo possunt duo, vel tres filij generari, vt patet supra trigesimooctauo cap. vbi Thamar concepit Phares, & Zaram ad vnum coitum Iudæ. Non est ergo multum necessaria coitus multiplicitas, quę attinet ad benedictionẽ vuluæ, vt vulgariter fumitur; cum fiat vbertas conceptus ex contemperatione seminis, quæ attinet ad vuluam, vt signat matricem. Et quia natura non solum intendit generationem, immo magis conseruationem geniti, cùm generatio fiat ad cõseruationem speciei per durationem aliqualem indiuidui geniti, quia alias generatio frustratoria esset, quod non conuenit intentioni naturæ, non solum ponitur hic generatio, quæ pertinet ad generationem vuluæ, sed etiam enutritio genitorum, quæ pertinet ad vberum vbertatem, & denominat vbera, quia mox geniti, quia teneri sunt, nullo alio cibo ali possunt, nisi lacte, quod est cibus liquidus, & valde tener. Etiam quia secundum intentionem Philosophi ex eisdem gignimur, sumus, & alimur. Vnde ait in primo Politicorum, quòd natura desiderans cõseruationem rei genitę, sicut ingeniat generationem, ita ingeniat cibum rei genitæ, scilicet lac in vberibus quousque fœtus per se cibum solidum capere queat.

Benedictionibus vberũ triplicitèr exponitur.

Dicitur ergo benedictionibus vberum. Ideſt sicut Deus dedit tibi benedictionem vuluæ filios in gignendo potẽtiam tribuendo, ita det benedictionem in vberibus tribuendo lac ad nutriendum. Quia in lacte, in quo est prima natorum alimentatio tota sequens nutritio ad conseruationem intelligitur. Hoc patet Osc. 9. capit. vbi cum loqueretur cõtra tribum Ephraim dixit, gloria eorum ab vtero, a partu, & a conceptu, ideſt tota gloria, vel totum bonum Ephraim consistebat in generatione filiorum, & nutritione; ideo Propheta propter peccata eorũ prædicit eis mala oppositа per modum imprecationis, dicens: Da eis Domine. Quid dabis? da eis vuluam sine liberis, & vbera arentia. Et sicut ista benepictio vberum, & vuluę refertur ad homines, eodem modo potest referri ad pecora; quia cõceptus fit ibi in matrice, & nutritio in lacte vberum. Est autem benedictio, quòd pecora multiplicarentur, in quibus tota antiquorum substantia cõsistebat. Sed magis dicendum est, quòd per benedictionem cę li, & abyssi intelligũtur multiplicationes in frugibus, & fructibus, & in animantibus: per benedictionem vuluæ, & vberum intelligatur multiplicatio liberorum. Et ista est propria expositio. Alio modo potest exponi, quòd referantur omnes istæ benedictiones ad ipsam personam Ioseph. Et ponuntur hic quatuor benedictiones, quia quatuor sunt, de quibus aliquis, vel in quibus benedici solet, scilicet dies, in qua natus est: & terra, in qua natus est: tertio quòd sint benedicta vbera, quæ eum lactauerunt: quarto quòd benedictus sit vterus, in quo gestatus est. Ista concordant literæ. *Benedictionibus cœli desuper.* Quantum ad primam benedictionem diei, in qua aliquis natus est; quia dies causatur secundum motum cœli, scilicet per motum solis super nostrũ hemisphęrium. *Benedictionibus abyssi iacentis deorsum.* Quantum ad secũdam benedictionem scilicet benedicta terra, in qua natus est, quæ vocatur abyssus, quia est inferior in situ omnibus elementis, & minus peruia visui. *Benedictionibus vberum.* Quantum ad tertiam benedictionem, s. benedicta sint vbera, quæ eum lactauerunt. *Et vuluæ.* Quantum ad tertiã benedictionem, s. benedictus sit vterus, in quo gestatus est, quia vterus vocatur vulua, vt supra declaratum est. *Benedictiones patris tui.* Ideſt benedictiones meæ. *Confortatæ sunt benedictionibus patrum eius.* Ideſt benedictiones meæ, quas ego do tibi, maiores sunt, quàm benedictiones patrum eius, ideſt, quàm benedictiones, quas dederunt patres eius, s. patres mei, quasi dicat, maiorem benedictionem ego tribuo tibi, quàm contulit Abraham filio suo Isaac, & Isaac pater meus mihi. Vel maiores sunt benedictiones, quas ego recepi à Deo, quã benedictiones, quas receperunt patres mei. Vna autem istarum expositionum, sequitur ex alia. s. si maiores benedictiones Deus cõtulit Iacob, quàm patribus suis, q ipse potuit conferre maiorẽ benedictionem filio suo Ioseph, quàm patres sui. s. Abraham, & Isaac contulerant ei, & non solum sequitur, q poterat conferre maiores benedictiones ipse filio suo Ioseph, q̃ cõtulerat Abraham Isaac, & Isaac Iacob; sed etiam q contulit: nam quilibet horum benedicebat filio quãtum poterat; quia benedictio ista erat imprecatio, vt bonum quod Deus alicui promiserat, veniret super eum, & semen eius, quòd confirmaretur; & sicut specialiter dictum fuerat ad patrem, q ita trã̃iret ad filiũ. Adhuc potest alio modo exponi, q ille ablatiuus, benedictionibus, nõ teneatur cõparatiuè, sicut tenebatur secundum duas priores expositiones; sed q signet causam instrumentalem, & est sensus: scias fili mi Ioseph, q benedictiones meæ, qui sum pater tuus, cõfortatę sunt, ideſt factę sunt fortes benedictionibus patrum suorum, ideſt per benedictiones patrũ suorũ. Et hoc patet, quia per additionẽ efficitur aliquid maius, quia Abraham solum cõtulit benedictionem suã, quam à Deo acceperat, filio suo Isaac, Isaac autem cõtulit maius, quia contulit benedictionem, quã acceperat à patre suo; & insuper propriam benedictionem. Deinde Iacob dedit maiorem benedictionem Ioseph, quia dedit benedictionem Abrahæ, & benedictionem Isaac; & insuper benedictionem suam; ideo confortata fuit benedictio sua, benedictionibus patrum suorũ, ideſt per benedictionem patrum suorum adiuuãtem benedictionem suam. Istarum autẽ trium expositionũ secunda tenenda est, scilicet, q benedictiones, quas Deus dedit Iacob fuerunt maiores, quam illæ, quas dedit patribus suis. Et est intẽtio summaria in tota ista litera, q bñdictiones maiores, quas dedit Deus Iacob, quã patribus suis, veniant super caput Ioseph. Et sciendum ad euidentiam huius, q Deus tenet istum modũ in datione gratuitorum, quemadmodum tenet natura ab eo condita in sua operatione. Natura enim in operando procedit ab imperfectis ad perfecta, ut patet in proœmio primi Physic. Sic etiam Deus licet hoc nõ fit generaliter, quia nullus certus ordo Deo præfigendus est, cùm ipse sit ordo, & regula. Sanctis enim antiquis reuelata sunt aliqua mysteria, sed pauca, & non multum clarè: Deinde posteriores plura, & clarius cognouerunt. Sic dicitur Exod. 6. cap. quando dixit Deus Moysi: Ego Dominus, qui apparui Abraham Isaac, & Iacob, & in Deo omnipotẽti, & nomen meum Adonai non indicaui eis. Sed postea indicauit istud nomẽ

3. Exposi.

A Moysi, cum dicatur cognouisse Deum, & vidisse per essentiam, ut innuitur Num. 12. cap. & ibi dictum fuit de hoc. Sic ergo cum Iacob esset posterior patribus suis plura ei reuelata sunt, quàm patribus suis, & plura ei promissa sunt, & in hoc cõgaudet Iacob filio suo Ioseph dicens, benedictiones mihi datæ à Deo sunt maiores benedictionibus, quas receperunt patres mei, & has tibi confero. Et non potest stare conuenienter prima expositio, scilicet, quòd benedictiones, quas ego do tibi, sunt maiores, quàm benedictiones, quas dederunt mihi patres mei, quia tunc esset litera aliqualiter superflua, quia infra dicitur. *Fiant in capite Ioseph.* Ideſt istę benedictiones magnæ veniant in capite Ioseph.

B Tertia expositio, s. q̃ benedictiones Iacob confortatæ sunt per benedictiones patrum suorum, eodem modo non conuenit hic, quia infra demonstratur, q̃ tenetur iste ablatiuus comparatiuè, cũ ponitur vsque quantum extenditur benedictio data Iacob. *Benedictiones patris tui.* Ideſt benedictiones mihi à Deo collatæ. *Fortificatæ sunt benedictionibus patrum eius.* Ideſt factę sunt maiores, quàm benedictiones collatæ patribus meis. Et est sciendum, q̃ benedictionem Iacob fuisse confortatam super benedictiones suorum patrum, põt dupliciter intelligi, s. aut quãtũ ad reuelationes, aut quantum ad promissiones. Si quantum ad reuelationes verum est, quia plura reuelata fuerunt Iacob, quã Abrahæ aut Isaac, vt infra declarabitur: si autem quantum ad promissiones, non erat maior promissio facta nouis sanctis patribus, quàm veteribus, quia idẽ vtrisque promittebatur. Dicebatur tamẽ maior esse promissio facta nouis, quia istis explicitè fiebat, veteribus autem implicitè, s. q̃ id quod promittebatur Abrahæ implicitè promittebatur, Iacob explicitè, & de hoc loquitur hic Iacob ad Ioseph, s. q̃ benedictiones suæ fortificatæ sunt super benedictiones patrum suorum, ideſt quòd clarius promissa sunt ei omnia ista, quã omnibus præcedentibus, & sic plura sibi promissa esse existimauit, quia ille, cui aliquid implicitè promittitur, sibi promissum esse nõ putat. Sed dices, quomodo sciebat Iacob, q̃ reuelationes factæ ei erant maiores reuelationibus factis antiquis patribus? Respondetur, q̃ Abrahã, cui primo reuelationes, & promissiones factę sunt, declarauit hoc filio suo, scilicet quid ei promissum esset ad

C demonstrandum Dei benignitatẽ promittentis, & ad incitandũ eum, vt desideraret placere Deo, & ambulare in præceptis eius. Deinde factę fuerunt reuelationes, & promissiones Isaac, & has declarauit Isaac filio suo Iacob ratione superiori. Iacob ergo recepit postea reuelationes, & promissiones; & collatis illis innenit Iacob reuelationes, & promissiones sibi factas esse maiores, i. euidẽtiores, & magis explicitè. Sic enim Dauid cognoscẽs reuelationes factas alijs Prophetis, & reuelationes factas sibi, cognouit reuelationes factas ad se esse maiores, quàm reuelationes factas antiquis. Sic patet Psalm. 118. Super senes intellexi, ideſt magis cognoui ego de tuis mysteriis, quàm senes, qui præcesserunt me. *Donec veniret desiderium collium æternorum.* Ideſt

E in tantum, vel vsque ad tãtum ista facta reuelatio magna fuit, & clara, q̃ venit ad desiderium colliũ ęternorum, i. q̃ in hac reuelatione fiebat mentio de collibus ęternis. i. de Paradiso, q̃ est altus locus, vt colles, & est ęternus, quia in æternum durat. Hęc autem reuelatio fuit, quomodo porta Paradisi apperiẽda esset p Christum in passione sua. *Fiant in capite Ioseph.* Ideſt istæ benedictiones magnæ mihi datę à Deo super benedictiones patrum meorum confortatę veniant super caput Ioseph, s. ego rogo Deũ, vt omnes benedictiones mihi datæ a Deo compleantur in Ioseph. *Et in vertice Nazarei inter fratres suos.* Repetitio eiusdem sententię est. vocatur Ioseph Nazarẽus, ideſt separatus secũdum

Obiectio.

Respõsio.

Quid votum Nazareorum.

interpretationem Hebraici nominis, quoniam illi, qui F
Nazarei uocabantur separati erant, unde uotum Naza-
reorum nihil aliud est, quã uotum de separatione à
quibusdam, quibus omnes alij homines licitè utũtur,
ut non ascendat nouacula in caput eius, nõ bibat vinũ,
nec comedat quicquã m de uinea, non accedat ad exe-
quias mortuorum, nec tãgat, dato ꝙ sit pater, uel ma-
ter; & quędam alia, de quibus Nume. 6. cap. erat autẽ
separatus Ioseph inter fratres suos; quia alij eum odio
habebãt, nec poterant ei quicquã pacificè loqui; ideo
non poterat cõmunicare cum eis: postea verè ductus
in Aegyptum separatus fuit a fratribus suis. Tota ergo
vita Ioseph fuit in separatione a fratribus suis. Est ergo
sensus siant, siue veniant benedictiones istæ in capite
Nazarei inter fratres suos, idest in capite Ioseph, q fuit G
Expositio Hebrçorũ Nazareus, idest separatus inter fratres suos. Hebræi
autem aliter exponunt literã istam, scilicet promissio-
ne facta sibi maiore, quàm patribus suis. Volunt enim
quòd non solum fuerunt ei declarata plura, quàm fra-
tribus, sed etiam ei permissa plura, quàm patribus suis.
Et sciendum, quòd ista diuersitas sentẽtiæ nascitur ex
aliquali variatione literæ, quia in litera Hebraica habe-
tur minus, quã in nostra, quia ipsi non habent venire.
Et vbi nos dicimus, donec, dicũt ipsi, vsque, & vbi nos
dicimus, desiderium, dicũt ipsi terminum, quia dictio
Hebraica ibi posita est æqui uoca ad vtrumque, & vbi
nos dicimus, æternorum, Hebræi dicũt, seculi, quia idẽ
nomen est pro vtroque, scilicet, olam: ergo est litera
eorum continuata superiori. *Benedictiones patris tui cõ-*
fortatæ sunt benedictionibus patrum suorum, vsque ad terminũ H
Dictũ Iudæorum. *seculi*. Dicunt etiam Iudæi, quòd benedictiones Iacob
fuerunt maiores, quàm benedictiones patrum suorũ,
quia quando Deus apparuit ei, apud Bethel, cùm iret
in Mesopotamiam, vt patet supra 28. cap. dixit ei: Di-
lataberis ad Orientem, Occidentem, Septentrionem,
& Meridiem. In hoc volũt Iudæi, quòd Deus promi-
serit Iacob dominium totius mundi non in se, sed in
semine eius. Abrahæ autem non tantum, sed ualde
modicũ promissum est, scilicet solum terra Chanaan.
De Abraham patet supra 13. cap. cum dixit: Leua ocu-
los tuos à loco, in quo es ad Aquilonem, Orientem,
& Meridiem, & Occidentem. Et cum in hoc videre-
tur dixisse multum vniuersaliter restrinxit se dicens:
Omnem terram, quã cõspicis, tibi dabo, & semini tuo
I
post te. De Isaac autem patet supra 26. cap. Tibi dabo
vniuersas regiones has, complens Iuramentum, quod
spopondi Abraham patri tuo. Benedictiones ergo Ia-
cob dicunt fuisse maiores, quia ei tota terra possidẽda
promissa est, vt inferunt ex litera superiori, scilicet.
Vsque ad colles seculi. Idest vsque ad terminos totius ter-
ræ, & tunc exponetur sic litera. *Benedictiones patris tui.*
Benedictiones datæ mihi. *Confortatæ sunt benedictioni-*
bus patrum eius. Idest factę sunt maiores, vel fortiores,
quàm benedictiones patrum meorũ, scilicet, quæ eis
fuerunt datæ, & patet per sequentem literam. *Vsque*
ad terminum collium seculi. Idest benedictiones, vel pro-
missiones factæ patribus meis solum fuerunt de terra
Chanaan danda eis, & semini eorum: benedictiones
autem mihi collatæ, sunt vsque ad terminum colliũ K
seculi, idest vsque ad colles, vel saltus, in quibus termi-
natur tota terra habitabilis, quasi dicat, tota terra mihi
promissa est.

Cõfutatio expositio. Sed ista expositio non potest stare, quia præsuppo-
nit falsum, scilicet, quòd Iacob fuerit promissum do-
minium totius mũdi in semine suo; quia eadem pro-
missio fuit facta Iacob, & omnibus patribus suis; sed
suis patribus solum fuit promissa terra Chanaan, vt pa-
tet in superioribus; ergo etiam Iacob sola terra Cha-
naan promissa fuit. Hoc apparet manifeste Exo. 6. cap.
vbi dixit Deus Moysi: Ego Dominus, qui apparui
Abraham, & Isaac, & Iacob in Deo omnipotẽti, & no-
men meum Adonay non indicaui eis; pepigiq; cum
eis Fędus, vt darem eis terram Chanaan, terram pere-
grinationis eorum; & post subditur: Et scietis quia ego
sum Deus vester, & eduxerim vos de ergastulo Aegy-
ptiorum, & induxerim super terram, super quam le-
uaui manum meam, vt darem eam Abraham, Isaac,
& Iacob. Ecce qualiter in his euidenter apparet solã
terram Channan fuisse promissam Iacob, sicut fuerat
patribus suis.

Item vt volũt Iudæi patribus posterioribus semper
promittebantur maiora; sed Moyses fuit pater poste-
rior populi Iudaici, quàm Abraham, Isaac, & Iacob,
ergo debuerunt promitti maiora illi populo Iudaico
tempore suo. Confirmatur quia Moyses magis acce-
ptus erat Deo, & plura reuelabat ei, quàm prioribus,
quia vt dicitur Exod. 6. cap. Deus apparuit Abraham,
Isaac, & Iacob, & nomen suum magnum Adonai nõ
indicauit eis: Moysi autem istud nomen indicatũ est.

Item quia Moyses vidit Deum facie ad faciem, ut Terra Cha-
patet Nume. 12. Cæteri enim Prophetæ, aut in som- naan.
nio, aut per visionem Deum loquentem audiebant.
Moyses autem non per ænigmata, & figuras Deum
videbat, sed facie ad faciem. Idem patet Deutero. 34.
cap. scilicet non surrexit maior Propheta in Israel, quẽ
nosset Deus facie ad faciem in signis, & prodigijs;
sed tempore Moysi non fuit promissa Iudęis, nisi ter-
ra Chanaan, vt patet Exod. 3. Dixi vt educerem uos de
afflictione Aegypti in terrã Chanaan, Iebusęi, Hethęi,
Amorrhęi, Pherrezęi, & Heuęi, & ista est tota terra
Chanaan, & non amplius, ergo non fuit facta maior
promissio Iacob.

Item promissio facta Iacob complẽda erat in semi-
ne suo, quia in Iacob non potuit compleri, sed posteri
sui putauerunt promissionem esse completam, quãdo
tenuerunt pacifice terram Chanaan, ut patet in libro
Iosue sæpius, & in libro Iudicum, & in libro Regum,
& Paralipo. ergo sola illa terra promissa fuit ei. Habe-
tur enim clare Iosue capit. 21. cum dicitur: Deditque
Dominus Israeli omnem terrã, quam se patribus eo-
rum traditurum iurauerat, & possederunt illam, atque
habitauerunt in ea: & sequitur infra, ne vnum quidem
verbum, quod illis præstiturum se esse promiserat, irri-
tum fuit, sed rebus omnia expleta sunt. Et hoc neces-
sario tenendũ est. Falsa est ergo expositio Iudæorum,
secundum quam putant totum mũdum promissum
fuisse Iacob ad possidendum. Tenenda est ergo prior
expositio, in qua demonstratur, quòd fuerit promissio
maior Iacob non in pluribus rebus ei promissis, quia
eadem omnibus promissa sunt, sed in rerum promis-
sarum explicatione; quia alijs patribus non explicitę
fuerunt, Iacob autem explicitę fuerunt, donec veniret
desiderium collium æternorum, idest donec sua ex-
plicatio in tantum accederet, quòd explicaretur ei ap-
peritio vitæ æternæ, idest Paradisi, qui uidetur esse in
collibus æternis, idest in altitudine summa semper du-
rante, quam desideramus valde.

Alij exponunt desiderium collium æternorum de
collibus Arnon, qui inclinati sunt ad introitum filio-
rum Israel in cõfinio terræ Moab, & apud Amorrẽos,
& interfecti fuerunt ibi Amorrei, de quo dictum fuit
Nume. 21. cap. Vocantur autem colles ęterni, quia ita Quare vo-
erant duri, & lapidosi, ꝙ videbantur posse in æternum cãtur ęter-
durare. Apud istos montes accepit possessionẽ dimi- ni colles.
dia tribus Manasse, quæ dicitur recepisse sortem trans
Iordanem, vt patet Deut. 3. & Num. 32. c. & applicatur
sic: Benedictiones meæ, quę cõfortatæ sunt super be-
nedictiones patrũ meorũ, veniãt super caput Ioseph,
donec veniat desiderium colliũ ęternorũ, i. donec po-
steritas sua habitet cõfidẽter circa colles illos, q ęterni
sunt

sunt præ duricie, quod valde à me desideratum est.

Aliorum expositio. Alij exponunt de monte Samariæ, in quo accepit pos-
sessionem tribus Ephraim, & vocãtur isti colles ęterni
eadem ratione, qua supra, & tunc dicebat Iacob bene-
dictiones meę maiores benedictionibus patrũ meorũ
veniant super te fili mi Ioseph, donec veniat desideriũ
collium æternorum, idest, donec posteritas tua per
Ephraim habitet in monte Samariæ, tanquàm in sor-
te sua, in qua sunt colles æterni valde desiderati à me,
sed expositio prima, quam supra dixi, tenenda est inter
has quatuor. *Beniamin*. Hic ponitur prænunciatio Be-
niamin, qui fuit duodecimus, & vltimus filius, & solũ
tangit quędam casum particularem, quantum ad vnũ
Prænunciatio Beniamin. bellum. *Beniamin Lupus*. Ista litera intelligitur de bel-
lis, quæ fecerunt filij Beniamin contra ęteras tribus, B
quia ipsi acceperunt in Gabaa, quæ erat villa quędam
in sorte Beniamin, vxorem cuiusdam Leuitę transeũ-
tis, & violenter tantum abusi sunt illa, quousque occi-
derunt illam, vt patet Iudi. 19. capit. deinde omnes tri-
bus congregatæ pugnauerunt cõtra eos, & Beniamin
deuicit omnes tribus vndecim bis, & in prima vice oc-
ciderunt viginti duo millia virorum de alijs tribubus:
in secunda occiderunt decem octo millia, ut patet Iu-
di. 20. cap. Sed postea ad vltimũ victi sunt in tertio bel-
lo, & perierũt omnes viri de illa tribu, vsque ad mulie-
res, & paruulos præter sexcẽtos viros, qui fugerunt in
petra Remon, & tunc est sensus. *Beniamin lupus rapax*.
Idest tribus Beniamin, ita tunc ferociter pugnabit, ut
lupus famelicus desiderans rapere pecudes ad cibum. C
Mane. Idest in mane, siue aurora. *Prædam comedet*. Idest
interficiet hostes de alijs tribubus. *Et vespere diuidet*
spolia. Idest in sero finito bello, cum redire debebant
in loca sua, accipiebant spolia mortuorum, & diuide-
bant ea inter se. Aliter potest hoc exponi non de isto
bello sic gesto, sed de conditione tribus Beniamin, ga
nimis bellicosa erat, & disposita ad bellum, & hoc pa-
tet Iudi. 20. cap. vbi laudantur filij Beniamin, quòd erãt
viri fortissimi, maximè viri Gabaa, qui ita sinistra, vt
dextra vtebantur præliando, iactantes autem fundis,
ita ad certum lapidẽ, vt capillum quoque possent ra-
pere, vel percutere, & nequaquam in alteram partem
ictus lapidis deferretur. Dicitur ergo tunc. *Beniamin*
lupus rapax. Quia semper erant in hac tribu viri belli- D
cosi rapaces, vt lupus. *Mane comedet prædam*. Idest per
diem pugnabit contra hostes, & occidet eos, quod est
comedere prædam, sicut dicimus in lupis. *Et vespere*
diuidet spolia. Idest quando finiebãt bellum in sero di-
uidebãt spolia inter se. Aliqui Catholici cum Hebręis
Expositio quorundã Catholicorũ, ac Hebræorum. concordantes exponunt hoc de templo Salomonis,
quod erat in sorte Beniamin: nam Ierusalem erat in
sorte Beniamin, vt patet Iosue 19. cap. in Ierusalem au-
tem fuit factum templum Salomonis. In hoc autem
templo erat ignis perpetuus, iuxta illud Leuit. 6. ignis
in altari meo semper ardebit, quem nutriret sacerdos
subijciens ligna, in hoc comburebantur quotidie sa-
crificia in mane, & in vespere, vt patet Nume. 28. cap.
& Leui. 8. & Exod. 29. Hostiæ concremandæ appone-
bantur super ignem, & vrebantur, partes autem rema- E
nentes diuidebantur inter sacerdotes, ut patet Leui. 6.
& 7. cap. vbi ponitur quid accipiebant sacerdotes de
Holocaustis, quid de Victimis pacificis, quid de sacri-
ficio pro peccato, & tunc dicitur. *Beniamin lupus rapax*.
Idest erit, vt lupus rapax, quia in sua sorte erit ignis al-
taris, qui rapit, & vorat victimas, sicut lupus. *Mane co-*
medet prædam. Idest mane comburentur victimæ, &
dicentur laudes diuinæ. *Et vespere diuidet spolia*. Idest
in sero sacerdotes inter se diuidebant secundum mã-
datum legis reliquias sacrificiorum.

Cõfutatio. 1. Ratio. Sed ista expositio non videtur conueniens: primò,
quia licet templum fuerit in sorte Beniamin, tamen
Alph. Tost. super Gen.

A nihil attinebat ad Beniamin, quia sacerdotes compo-
nebant sacrificia, & deinde diuidebant inter se, nõ de-
buit ergo denominari Beniamin specialiter ab eo, qđ
ad ipsum non attinebat.

Item non congruè vocatur incensio hostiarum ra- 2. Ratio.
pacitas lupi, quia voracitas, vel rapacitas lupi in scriptu
ra in malum accipitur, non ergo debuit transferri ad
immolationem holocaustorum, quæ erat ad diuinam
laudem.

Item quia satis apparet ista verba, scilicet. *Mane co-* 3. Ratio.
medet prædam. Satis distortè adduci ad istam intentio-
nem, cum illa proprie conueniãt bello, aut latrocinio:
non enim videtur, qualiter sacrificia oblata Deo vocẽ-
tur præda, cum voluntariè dentur, & de proprijs.

Item quia dato, quòd sic applicare vellemus, non 4. Ratio.
cõsonat, cum sacrificia nõ solum fierent in mane, sed
etiam in vespere, ita enim pertinebat ad perpetuã Dei
religionem, & honorem, & festiuitatem sacrificium
vespertinum, sicut matutinum, ut patet Numer. 28.
cap. immo specialiter sacra scriptura nominauit acce-
ptum sacrificium vespertinum, ut patet Psal. 141. Di-
rigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo,
eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Item quando dicitur vespere diuidet spolia, q̃uod 5. Ratio.
referunt ad diuisionem partium relictarum de sacrifi-
cijs inter sacerdotes, non conuenit, quia sacerdotes nõ
solum accipiebant partem sacrificiorum in vespere,
immo etiam in mane, cum de vtrisque aliqua iura eis
accrescerent: immo stante hoc magis propriè dicerẽ-
tur in mane diuidere spolia, quia plura iura aduenie-
bant sacerdotibus in sacrificijs matutinis, quàm in ve-
spertinis, & patet, quia vt declarauimus in Exodo, &
in Leuitico, sacrificia spontanea, quæ faciebant laici
inter Iudæos in holocaustum, vel pacificas hostias, si-
ne pro peccato, fiebant in sacrificio matutino, ut ipsi
interessent ibi videntes, & non in vespertino. Nunc
autem sacerdotes plura iura recipiebant de sacrificijs
sponte oblatis a populo, quàm de illis, quæ ordinariè
offerebantur de redditibus tabernaculi. Quia sacrifi-
cia, quæ ordinariè fiebant, scilicet matutinum, & ve-
spertinum erant holocausta, vt patet Exod. 29. & Nu-
me. 28. De holocaustis autem nihil recipiebant sacer-
dotes, nisi pelles pecorum immolatorum, ut patet Le-
ui. 7. cap. Cum ergo sacrificia vespertina essent ordina-
ria, & per consequens holocausta, nihil pertinebat ad
sacerdotes, nisi pelles: in tempore autem sacrificij ma-
tutini ueniebant laici, qui multotiens sacrificia spon-
tanea faciebant, scilicet hostias pacificas. In his autem
plura sacerdotes habebant, quia vt dicitur Leuit. 7. sa-
cerdos, qui offert victimam pacificorum, habebit pe-
ctusculum, & armum eleuationis. Patet ergo, quod
magis propriè diceretur retenta ista sententia, quòd
mane essent diuidenda spolia, quàm in vespere: infer-
tur ergo non debere sic exponi literam, sed redeundũ
ad primam, & secundam sententiam. Augustinus ex-
ponit istam literam de beato Paulo Apostolo, qui fuit
de tribu Beniamin, vt patet prima ad Corin. tertio cap.
iste in mane, idest ante conuersionem quam ad Chri-
stum erat, vt lupus rapax persequens Christianos, ut
patet Actuum 9. eos vinctos adducens in Ierusalem,
sed post suam conuersionem fortissimè prædicabat,
& disputabat contra Iudæos, & in hoc diuidebat præ-
dam, quia sententias legis, & prophetarum dirigebat,
& coaptabat contra Iudæos in testimonium Euange-
lij. Conuersio autem sua vocatur vespere, quia fuit
vltimus status suus. Sed ista vtrum magis allegorico,
quàm literali sensui coaprentur, non facile dixerim,
videntur tamen magis ad sensum misticum applica-
ri. *Et omnes hi in tribubus suis duodecim*. Idest isti, qui
benedicti sunt duodecim sunt, & faciunt tribus duo-

decim quilibet suam, vt videtur litera velle innuere. F
Non est tamē sic intelligendum, quia si quilibet istorum hic nominatorū faceret tribum, sequeretur esse tribus tredecim, quia tunc Leui faceret tribum, cū hic computetur: non dicitur tamen facere tribum, sed de Ioseph excunt duæ tribus. Patet hoc, quia in tota sacra scriptura veteris testamēti, vbi fit mentio de tribubus, non ponitur Leuitica, quia tribus dicitur ſm sortem, quam accipiebant in terra promissionis, Leui autem nō accepit sortē, quia Dominus erat sors eius, vt patet Num 18. cap. Sed sine Leui adhuc fuerunt duodecim tribus, & duodecim distributiones sortiū, vt patet Nume. 35. cap. & Iosue 15. 16. 17. 18. 19. ca. simul sumptis.

Tribus dupliciter de nominat.

Potest tū adhuc vocari tribus Leui, quia tribus denominatur dupliciter, ga aut à capite, aut à possessione, G
vel a sorte, & quia possessiones, vel sortes distinctæ solum fuerunt duodecim, in quibus nullā accepit Leui, non vocabit hoc modo tribus Leui. Si aūt nominētur a capite, quia Leui fuit vnus de duodecim filijs Iacob; ideo ita denominabitur ab ipso tribus, sicut a Iuda, vel Ruben. Primo modo tribus accipitur cōiter in oībus libris veteris testamenti. Secundo modo accipitur in nouo testamento, vt patet Apoc. 7. ca. vbi inter numerum signatorum in alijs tribubus ponūtur duodecim millia signati de tribu Leui, sed iste modus accipiēdi tribum non est vsitatus, sicut primus. *Hæc locutus est eis pater suus.* Prænunciando cuilibet eorum aliquid de euenturis sibi, vt Spiritussanctus dabat eloqui illi.

Incitatio ad spē, & desideriū vitæ immortalis.

Benedixitque. Hic ponitur ſm. incitatio ad spem, & desiderium vitæ immortalis; & hoc facit dupliciter: H
primo in verbo imprecando eis bona spiritualia: secdo in signo prętendendo resurrectionem futuram. Circa primum. *Benedixitque singulis.* Idest postquā locutus fuit eis ista, quę erant per modum prophetice enūciationis, benedixit eis dicēdo bona per modom imprecationis. Aliqui volūt, ꝙ benedictiones datę à Iacob fuerint istæ, quæ supra positæ sunt, quia cuilibet specialis enunciatio facta fuit, sicut dicitur in litera, ꝙ benedixit Iacob benedictionibus proprijs. Sed nō videtur, quia benedictio dicitur à bonorum imprecatione: hic autem non omnibus bona dicuntur, sed quibusdam mala, vt Ruben, Leui, & Simeoni, vt patet supra. Et si dicas, ꝙ maiori parti benedicendo diceret benedixisse cuilibet particulariter. Non sufficit ga litera vult magis exprimere, quia si dixisset: benedixit omnibus adhuc sub benedictione pluriū staret, ꝙ dicerentur omnes benedicti: sed dicitur benedixit singulis, idest cuilibet per se. Et ad confirmandum hoc magis dicitur. *Benedictionibus proprijs.* Idest, ꝙ cuilibet singulariter specialis benedictio collata est. Item quia benedictio fit semper per modum imprecationis, sed ista non dicta sunt per modum imprecationis, sed per modū annunciationis futurorum, vt patet supra, cum dictū fuit cōgregamini, & annunciabo vobis, quæ ventura sunt in nouissimis diebus, ergo nō sunt istæ benedictiones. Item quia scriptura facit hic differentiam inter istas superiores annunciationes, & inter benedictiones, cū dicitur: Hæc locutus est eis pater suus, benedixitq; singulis benedictionibus proprijs. Primum refertur ad superiora, scilicet hæc locutus est eis, scilicet istas futurorum annunciationes. *Benedixitque eis.* Idest, & benedixit eis: ponit enim istos duos actus esse distinctos.

Determinatio.

Dicendum videtur ergo, quòd præter supradicta, quæ futurorum annunciationes dicuntur dedit cuilibet filio vnam specialem benedictionem Iacob, quæ nō ponitur hic, quia non omnia scribuntur, quæ gesta sunt: ista enim, quæ supra annunciata fuerant, erant futura contingentia, quantū ad statum temporalem cuiuslibet tribus istarum. Non est ergo verisimile, quòd tam deuotus Patriarcha, qui supra in annūciatione Ioseph dixerat reuelationem suam peruenisse, vsque ad desiderium collium æternorum, idest vsque ad reuelationem apertionis Paradisi, quem omnes desiderant, nō dixisset filijs suis aliquid de vita æterna excitando eos ad desiderandum eam. Satis ergo est rationabile, ꝙ in benedictionibus singulorum commemoraret aliquid de vita æterna, quę omnia hic tacentur. *Præcepit eis.* Hic ponitur eleuatio ad spem, vel desiderium vitæ æternę in signo, scilicet mandando eis sepelire corpus suum in sepulchro patrum propter spem resurrectionis. *Præcepitque eis.* Idest omnibus filijs postquā benedixit eis. Præceptum autem subditur. *Ego congregor ad populum meum.* Idest ego morior sicut patres mei, & per hoc congregor ad illos, quia antea ego manebam in vita hac remotus ab eis, nunc autem per mortem cōgregor ad eos, quia vado ad locum, in quo ipsi sunt: sepelite me cum patribus meis, quasi dicat, non sepeliatis me in hac terra Aegypti.

Quæst. 3. Cur non rogauit Iacob cæteros filios, vt sepelirent eū in terra Chanaan.

Sed dices, quare non rogauit hic Iacob cęteros filios, quòd eum ducerent in terram Chanaan ad sepeliendum? Solum enim Ioseph rogauit, vt patet supra 48. cap. cæteris autem mandauit.

Respondetur, quòd magis tenebantur cęteri filij ad mādata patris, quàm Ioseph, quia filij semper cum patre vixerant, & ipse dederat eis vxores, & bona, quæ habebāt, Ioseph autem nihil dederat cum semper fuisset in Aegypto, & omnia recepisset à Pharaone.

Item quia Ioseph erat constitutus in dignitate, cum esset præpositus totius terræ Aegypti, vt patet supra 41. capit. Alij autem fratres erant personæ priuatæ sine aliqua dignitate, aut honore, ideo iustum erat cæteris mandare, Ioseph non, sed rogare.

Item Ioseph ministraturus erat omnes expensas ad funera patris, & ad portādum eum in terrā Chanaan, quæ satis magnę erant, cæteri autem solum erant comiraturi corpus patris, vsque in terram Chanaan. Decebat ergo Ioseph tanquàm magis laborantem rogari, cæteris autem hoc præcipi. *In spelunca duplici.* Quare vocetur spelunca duplex, supra diximus 23. cap. In hac sepeliebātur patres, sui in spe resurrectionis, quia cum crederent Messiam cōuersaturum in terra illa, & moriturum, & resurrecturum, putabant se cum illo resurrecturos, & sic fuit, quia multa corpora Sanctorum, I
quæ in monumentis dormierant, surrexerunt, & apparuerunt multis in ciuitate Ierusalem, vt patet Matth. 27. cap. de quibus essent isti tres Patriarchæ, cū essent principales in veteri testamēto. *Quæ est in agro Ephron Hethęi.* Terra illa, in qua est Hebron est terra Hethęorum. Sunt Hethęi vnus de septem populis terrę Chanaan. Emit autem Abraham agrum illum, in quo erat sepulchrū ab Ephron, & confirmatus fuit ager quondam Ephronis Abrahæ in possessionem sepulchri, ꝑ se, & posteritate sua, ut patet supra 23. cap. *Contra Mambræ.* Aliqui dicunt Mambrę esse ciuitatem Hebron, quæ alio nomine vocatur Arbee, & Chariatharbe, & Mambrę, sed vt diximus supra 23. cap. magis videtur signare conuallem quandam, quæ vocatur conuallis Mambrę, quod quidem tenet secundum quorundam opinionem, sed veritas aliter se habet, scilicet, ꝙ Mambre est nomen ciuitatis, vt in eodē cap. declarauimus. K
In terra Chanaan. Ista est causa, quare ibi mandabat sepeliri se Iacob, scilicet, quia in terra illa Chanaan Messias moriturus, & resurrecturus erat. Fuit autem conuallis Mambræ, siue Hebron, apud quam erant sepulchra istorum Patriarcharum, in parte Meridiana terrę Chanaan in sorte Iudæ, ut patet Iosue 14. & 15. c. *Quam emit.* Scilicet spelūcam duplicē: principaliter Abrahā emit agrum, & accessorie venit sepulchrum, qđ erat in agro, licet vt ſ. diximus 23. c. satis potuit Abrahā emere directè spelūcā duplicē, ga illa nōdū erat facta locus

Cur Iacob corpus suū fecit sepeliri voluit in Hebron nō in Aegypto.

Opi. quorundam.

facer

facer cum nullus ibi sepultus fuisset, nec in toto agro, A
sed erant constructa sepulchra ad sepeliendum. *In possessionem sepulchri.* Idest, illum agrum cum spelunca nō emit Abraham ad colendum illum, vel ferendum aliquid in eo, vel vt plātaret hortum; quia hoc nō permisissent Hethæi, quia cum ille ager eēt inter suos agros, vbi mortuos condebāt, pararetur eis præiudicium, ga necesse esset transire animalia ad colendum sup agros sepulchrorum Gentilium, quod ipsi nullo modo paterētur. Emit ergo agrum solum ad possessionem sepulchri i. vt possideret illum ad sepeliendum mortuos suos. *Ibi sepelierunt eum.* Idest Abraham. *Et Saram vxorem eius.* Præponitur Abraham propter dignitatē, sed non fuit ipse primo sepultus, quoniam Sara mortua
est ante eum, quia ipse sepeliuit eam, vt patet supra 23. B
cap. Fuit enim mortuus Abraham trigintaocto annis post Saram, patet quia Sara mortua est, cum esset annorum centum vigintiseptem, vt patet supra 23. cap. Abraham autem mortuus fuit anno centum septuagintaquinque, vt patet supra 25. cap. & sic superant anni Abraham ad annos Saræ in quadragintaocto, a quibus detrahantur decem, quibus natus fuit Abraham ante Saram, quia quando Abraham erat centenarius, Sara fuit nonagenaria, vt patet supra 17. cap. manebūt anni trigintaocto, quibus mors Saræ fuit ante mortē Abrahæ. *Ibi sepultus Isaac.* De hoc habetur aliqualiter supra 35. cap. *Cum Rebecca coniuge sua.* De Rebecca coniuge sua, ꝙ ibi sepulta fit, non habetur alibi, sed sufficit ꝙ habeatur hic. *Ibi & Lia condita iacet.* Ex hoc videtur, C
ꝙ Lia mortua fuerit in terra Chanaan, antequàm descenderent in Aegyptū: de hoc diximus supra 46. cap. Alias non videtur modus, quomodo ipsa sepulta fuerit in spelunca duplici. Rachel autem, quæ principalis vxor Iacob erat, non fuit sepulta in spelunca duplici, quia mortua fuit in itinere inter Bethel, & Ephratan, siue Bethlehem, cum periclitaretur in partu, & ibi sepulchrum ei constructum est, vt patet supra 48. cap. *Finitisque mandatis.* Scilicet mandatis de ducendo corpus suum in terram Chanaan. *Quibus filios instruebat.* Quia in istis mandatis dabat eis modum, quomodo cū portare deberent, & in hoc instruebantur, vel quia in mandando eis hoc, instruebat eos sperare futuram resurrectionem. Vel quia inter ista mandata interponebat eis aliqua salubria monita. *Collegit pedes suos super lectum.* Dum enim ista loquebatur Iacob, pendebant pedes sui a lecto fortè, super aliquod stratum: deinde his dictis, recollegit se totum in lecto. Et hoc patet, D
quia dictum fuit supra 48. cap. Quòd Iacob iacebat in lecto, cum veniret ad eum Ioseph, sed audito quòd veniret Ioseph, confortatus sedit super lectum: ad sessionem super lectum, vt propriè diceretur sedere, necesse erat pedes extra pendere, quia aliàs magis iacere, quàm sedere diceretur, maximè quia sic oportebat, vt loquendo conuerteretur ad eos. Tenuit ergo pedes pendentes a lecto, quandiu locutus est. Deinde finitis colloquijs, collegit pedes suos in lectulum, idest retraxit eos ad se, & incepit rursus iacere in lectulo extentus, quia iam deficiebat viribus. *Et obijt.* Ex quo patet fuisse eum mortuum sine magno dolore, & mor- E
tis atrocitate, qualiter moriuntur illi, quorum mors immatura, aut acerba est, scilicet in adolescentia, aut virilitate, sed ista mors fuit ex continua corporis resolutione, vsque quo nihil mansit, in quo vita fundaretur. *Et appositus est ad populum suum.* Idest collectus est in Lymbo Sanctorum Patrum, qui vocatur sinus Abrahæ. *Vel appositus est ad populum suum.* Idest, ad Angelos non in re, sed in certa spe. Angeli autem sunt populus Beatorum, quia faciūt vnam partem ciuitatis Dei, vt ait Augustinus duodecimo de Ciuitate Dei, in principio.

Nicolaus autem redarguit Magistrū historiæ scholasticæ, quia dixit Iacob fuisse appositum ad populum suum, ideſt ad Angelos. Primo, quia videtur præsupponere falsum: nullus enim ad Angelos apponitur, nisi qui trāsfertur ad locum, vbi ipsi sunt in beatitudine cœli empyrei, sed ante passionem nullus hoc adeptus est, quare nec ipse Iacob, cū ianua cœli sanguine Christi reserata est, quæ ante duris repagulis clausa fortissimè tenebatur. Secūdo, quia motiuum Magistri videtur falsum: dixit enim ꝙ Abraham, & Isaac tam pauci erant, vt populum facere nō possent, quia non solum in Lymbo tunc erat Abrahā, & Isaac, sed & multi alij viri Sancti, vt Abel, de quo redditur testimoniū Matt. 23. Cū dicitur a sanguine Abel iusti. Et Seth, & Noe, & Melchisedech, alijque viri, qui pœnituerūt de malis suis, vt patet Sapientiæ 4. cap. Multæ quoque mulieres sanctæ, vt fortè Sara, & Rebecca, & Lia, isti autem populum facere poterāt: Maxime quia secundum leges humanas, decem homines faciunt populum. Posset Ad primā rationem.
responderi pro Magistro: quantum ad primum, quia non solum dicuntur illi appositi ad Angelos, qui sunt cum eis secundum rem, sed etiam illi qui eis apponuntur secundum firmam, & certam spem; & huiusmodi sunt omnes in gratia decedētes, quia quod modicum distat, nihil distare videtur. Ad argumentum quando Ad secundam.
arguitur contra motiuum Magistri, respondetur ꝙ ipse non assumpsit populum suum, i. Iacob pro tota cōgregatione fidelium in gratia decedētium, sed solum pro congregatione illa Patriarcharum, scilicet Abraham, Isaac, & Iacob; & rationabiliter fit ista denominatio populi distinctè ab omnibus alijs fidelibus, quia licet alij pertineāt ad ciuitatem Dei, tamen specialiter pertinebat Abraham, & sui posteri, quia eis solis promissiones de Messia futuro de suo semine factæ sunt, & de vita æterna, & hos specialiter accepit Deus ad se, & speciali amore dilexit, eisque se frequenter ostendebat, deditque circuncisionē in signum distinguendi hunc populum a cæteris populis terræ, vt patet supra 17. cap. Et hoc expressit ibidem dicens; masculus cuius præputij caro circuncisa non fuerit, peribit de populo suo. Vocauit ibi populum suum, quasi ille quidam populus specialis esset, & sic patet Deuter. 7. cap. *vbi dicitur Deum iunctum fuisse populo huic amore* speciali, & fecisse cum sibi peculiarem populū de cunctis populis terræ. De isto ergo populo peculiari Dei, qui incepit in Abraham, loquitur hic Magister, dicēs ꝙ nō erant tot de eo, qui possent facere populum, qa solum Abraham, & Isaac mortui fuerant, & duæ eorū vxores, & vxores duæ Iacob, scilicet sex personæ. Dato ꝙ omnes hæ in Lymbo manerent populum nō facerent. Primo modo accipiendo, multi erant in Limbo, sed accipiendo secundo modo valde pauci. Quòd aūt Magister accipiat in isto secundo modo patet ex verbis suis, quia dicit de populo Iacob solum esse in Limbo Abraham, & Isaac, sed manifestum est, ꝙ ipse non excludit a Limbo Abel, quem Ecclesia prothomartyrem vocat, & Christus eum iustum, vocauit Matth. 23. cap. Nec excludit Noe, qui dicitur solus placuisse Deo in generationibus suis, vt patet sup. 6. cap. & post mortem suam narratur de eo, tanquàm de aliquo, qui indubitatè bonus est, ꝙ Deo placuerit, & quòd fide, & meritis eius, sæcula conseruata sunt, & facta sunt ei testamenta de non destruendo sæculum per diluuium, vt patet Ecclesiastici 44. Idē ad Hebr. 11. vbi est Catalogus Sanctorum. Idem de Adam patet, quem tota Ecclesia asserit esse nunc in Paradiso, & consequenter fuisse ante in Limbo, qa de peccatis suis valde doluisse sacræ scripturæ testimonio confirmatur. Sic patet Sapientiæ 10. cap. Hæc, ideſt Sapientia illum qui primo formatus est a Deo, pater orbis terrarum, cum solus

esset

esset creatus custodiuit, & eduxit illum a delicto suo, F
ideſt fecit eum pœnitere de peccato primæ transgreſſionis. Cum ergo omnes hos testimonio canonicæ scripturæ constet fuisse viros Sanctos, non est intelligendum, ꝙ eos Magister excluderet a consortio Beatorum, sed vocauit populum solam congregationem istius populi peculiaris Dei, qui incœpit in Abraham, de quo solum duo viri erant in Limbo. De tribus autem fœminis mortuis, quæ coniunctæ fuerant istis viris, non constat. Vera sunt ergo, quæ dicit Nicolaus, sed argumenta sua non militant in Magistrum.

Ioseph post funera patris celebrata, moritur. Cap. L.

VOD cernens Ioseph, ruit super faciem patris flens, & deosculans eũ. Præcepitque seruis suis medicis, vt aromatibus condirent patrem. Quibus iussa explentibus, transierunt quadraginta dies: iste quippe mos erat cadauerum cõditorum. Fleuitq; eum Aegyptus septuaginta diebus. Et expleto planctus tempore, locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis: Si inueni gratiam in conspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis, eo quòd pater meus adiurauerit me, dicens: En morior, in sepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me. Ascendam igitur, & sepeliam patrem meum, ac reuertar. Dixitque ei Pharao: ascende, & sepeli patrem tuum, sicut adiuratus es. Quo ascendente ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctique maiores natu terræ Ægypti: domus Ioseph cum fratribus suis, absque paruulis, & gregibus, atque armentis, quæ dereliquerunt in terra Gessen. I
Habuit quoque in comitatu currus, & equites: & facta est turba non modica. Venerunt que ad Aream Arad, quæ sita est trans Iordanem, vbi celebrantes exequias planctu magno, atque vehementi, impleuerunt septem dies. Quod cum vidissent habitatores terræ Chanaan, dixerunt: planctus magnus est iste Ægyptijs. Et iccirco vocatum est nomen loci illius, Planctus Ægypti. Fecerunt ergo filij Iacob, sicut præceperat eis, K
& portantes eum in terra Chanaan, sepelierunt eum in spelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulchri, ab Ephron Hethæo contra faciẽ Mambre. Reuersusque est Ioseph in Ægyptum cum fratribus suis, & omni comitatu, sepulto patre. Quo mortuo, timentes fratres eius, & mutuo colloquentes, ne fortè memor sit iniuriæ, quam passus est, & reddat nobis omne malum, quod fecimus, mandauerunt ei, dicentes. Pater tuus præcepit nobis, antequàm moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus: Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati, atque malitiæ, quam exercuerunt in te. Nos quoque oramus, vt seruo Dei patri tuo dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis, fleuit Ioseph. Veneruntq; ad eum fratres sui, & proni adorantes in terram, dixerunt: Serui tui sumus. Supra 45.
Quibus ille respondit: Nolite timere: num Dei possumus resistere voluntati? Vos cogitastis de me malum, sed Deus vertit illud in bonum, vt exaltaret me, sicut in præsentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos. Nolite timere: ego pascam vos, & paruulos vestros. Consolatusque est eos, & blande, ac leniter est locutus. Et habitauit in Ægypto cum omni domo patris sui: vixitque centum decem annis, & vidit Ephraim filios suos vsque ad tertiam generationem. Filij quoque Machir filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph. Quibus transactis locutus est fratribus suis: Post mortem meam Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista ad terram, quam iurauit Abraham, Isaac, & Iacob. Cumque adiurasset eos, atque dixisset, Deus visitabit vos, asportate ossa mea vobiscum de loco isto, & mortuus est, expletis centũ decem vitæ suæ annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loculo in Ægypto.

VOD *cernens*. Descripta Iacob morte, hic agitur de eius honorabili tumulatione: & diuiditur in duas: primò ponitur funeris Iacob executio, secũdò in Aegyptũ reuersio, ibi. *Reuersusque est*. Prima in duas: primo ponitur ad patrem morientem compassio: secundo honoris exhibitio, ibi. *Præcepitque*. Circa primum. *Quod cernens Ioseph*. Ideſt Ioseph videns patrem suum obiuisse, quem nimis diligebat. *Ruit super faciem patris*. Flendo, & deosculando eum, quia iste est modus plangendi recenter mortuos, quos viuentes deosculantur, tanq; adhuc in eis vita permaneat. Vel fortè Ioseph ruit super patrem suum mortuum ad claudendum oculos eius, dum adhuc teneri erãt, anteq; rigescerent, vt fit in alijs cadaueribus, & hoc quia mos erat, vt filius magis dilectus, vel alia persona, quæ morièti charior esset, contegeret lumina morièti. Et hoc prædixerat Deus Iacob, anteq; veniret in Aegyptum, vt patet supra 46. cap. scilicet Ioseph quoq; ponet manum suam super oculos tuos, quod de morte intelligitur, vt ibidem expositũ fuit. *Flens, & deosculans eum*. In signum amoris, quia adhuc ei iam mortuo, qui nihil aliud, nisi gleba inutilis erat, os suũ applicare dignabatur. *Præcepitque seruis suis*. Hic ponitur honoris exhibitio, quæ fuit in condiendo eum iam mortuũ, & plangendo solenniter, ferendoq; in

Ruit super faciem patris.

Honoris exhibitio.

Aia tria facit in corpore.

in terram Chanaan, & quia in morte, anima separatur A
a corpore. Anima autem tria facit in corpore, scilicet vt conseruans corpus, vt mouens illud, vt viuificans illud, necesse est ergo anima separata a corpore corpus non conseruari, & per consequens corrumpi, & non moueri, & nõ viuere. Et quia quodlibet istorum damnum est, ad quodlibet sequitur fletus: ideoque in hoc cap. ter ponitur planctus. Et quia primum damnum est corruptio, quam incurrit corpus ex animæ absentia, primo conditur aromatibus, quia ista conseruant corpora lõgo tempore. Et quia secundum damnum est, ꝙ corpus fiat immobile, & necessario ab alio portabile si moueri debeat, sequitur ad hoc, quòd cadauer Iacob portatũ fuerit ab alijs in terram Chanaan. Tertium damnum est, ꝙ corpus efficitur non viuens, B
& consequenter conuertitur in terram, ideo sequitur ꝙ terra terræ coniungatur, ideoq; corpus Iacob, quantum ad tertium tumulatum est. De primo dictum est partim, & hic magis ponitur, scilicet condimentum corporis. *Præcepit autem seruis suis medicis*. Quia Ioseph erat præpositus totius Aegypti, medicos multos habebat, & pigmentarios, qui scirent condire corpora mortuorum, & vocantur isti medici impropriè, qa medici sunt, qui curant de sano, & egro: corpus autem quod mortuum est, quia iam nec sanabile, nec ægrotabile est, exijt consideratione medicorum. Vocantur ergo magis pigmentarij, vel vnguentarij, qui talia conficiunt, quàm medici. *Vt aromatibus condirent patrem*. Vocantur aromata quædam vnguenta confecta, quæ virtutem habẽt conseruandi a putrefactione. C
Sic enim oportebat, qa corpus deportari debebat longe in terram Chanaan, ne in itinere resolueretur, & gigneret intolerabilem, & pestiferum odorem. *Quibus iussa explentibus*. Ideſt dum isti occuparentur in complendo ꝙ mãdauerat Ioseph, scilicet condiendo aromatibus patris cadauer. *Transierunt quadraginta dies*. Et subditur causa, quare tanto tempore morati sunt in condiendo cadauer, scilicet. *Iste quippe mos erat cadauerum conditorum*. Ideſt, quæ condiri debebant, scilicet ꝙ seruarentur per quadraginta dies. In hoc autem dicit Magister in historia scholastica differre morem Aegyptiorum, & Iudæorum: nam apud Aegyptios quadraginta diebus corpora, quæ condiebantur, seruabantur antequàm sepelirentur, apud Hebræos tri- D
ginta diebus solum, & hoc totum completum fuit in Iacob, quia septuaginta diebus luxerunt eum Aegyptij, vt patet infra. Erat autem iste mos, vt corpora, quę condiri deberent per nouem dies primos, incondita reseruarentur, & quotidie plangebantur, & fomentabãtur aqua, vt sciretur an anima sopita esset, an egressa. Deinde condiebantur per triginta dies, quia non tumulabantur mox, vt condiebantur, sed permitteban tur desiccari ad aerẽ, vel alias, vt aromata proficerent, ne simul totum sub terra putrefierer. *Fleuitque eum Ægyptus septuaginta dies*. Licet quadraginta dies luctus sufficerent, secundum cõsuetudinem Aegyptiorum, tamen vt compleretur vterque ritus, scilicet Aegyptiorum, & Hebræorum, septuaginta dies planxerunt eum. Ad Aegyptios autem nihil attinebat lugere Iacob, sed amore Ioseph, fleuerunt eum tandiu, quia Ioseph erat præpositus Aegypti, tantaque eis bona contulerat.

Aromata, quid.

Hebræorũ opinio.

Hebræi quidam dicunt, quòd Aegyptus planxit Iacob pro beneficio, quod susceperat ob causam eius, scilicet quòd adueniente eo in Aegyptum Nilus fluuius inundauit. Sed hoc supra 45. cap. improbatum est, ideo tenendum est primum. *Expleto planctus tempore*. Scilicet septuaginta diebus in quorum quibusdam conditus est, in alijs solũ deploratus est. *Locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis*. Persuadẽdo eis, vt precarent

regem concedere licentiã Ioseph eundi in terrã Chanaan ad sepeliendũ patrẽ suũ. *Si inueni gratiam in conspectu uestro*. Ideſt si vos diligitis me, vel reputatis me in aliquo. *Loquimini in auribus Pharaonis*. Ideſt loquimini ad Pharaonem. nolebat Ioseph rogare pro se immediatè, quia videretur ex passionali affectione hoc agere, familia autem Pharaonis posset suadere regi hoc esse rationabile, & sic rex cõsentiret. *Eo quòd pater meus adiurauerit me*. Quod iuramentum transgredi nõ licet. *En morior*. Ideſt ecce tu vides, ꝙ ego morior. sunt verba Iacob ad Ioseph. *In sepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaan*. Sed dicetur contra, quia Iacob mandabat se sepeliri in spelunca duplici, vt patet sup. 49. cap. & ista spelunca fuerat empta ab Ephron per Abraham, vt patet sup. 23. cap. & præceden. cap. Et si dicas, ꝙ in illo agro, quem Abraham emit ab Ephron ad ius sepulturæ Iacob fodit aliquod sepulchrum pro se. Adhuc dicetur contra, quia ipse mandauit se sepeliri in spelunca duplici, quam emit Abraham ab Ephron, vt patet præceden. cap. ergo non fodit aliam speluncam, cum mandaret se sepeliri in spelunca, quam emerat auus suus Abraham. Respondetur, ꝙ spelunca duplex non solum erat vnum sepulchrum duplicatum, sed erat quidam locus magnus paratus ad sepeliendum mortuos, in quo Iacob aliquem locum parauit in ipsamet spelunca ad sepeliendum se, & vxorem suam Liam, quia Rachel iam mortua fuerat quando venit Iacob ad videndum sepulchra in Hebron, scilicet postquam venit de Mesopotamia, Rachel autem in itinere Mesopotamiæ mortua est. *Ascendam igitur*. Ideſt rogate, ꝙ permittat me ascendere in terram Chanaan. dicebatur ascendere, quia terra Aegypti magis australis est, quàm terra Chanaan. Terra autem septentrionalis generaliter altior quàm terra australis, ideo euntibus de Aegypto in terram Chanaan versus Aegyptum ascendere est. *Et sepeliam patrem meum, ac reuertar*. Quasi dicat non intelligat Dominus meus rex, ꝙ ego velim manere in terra Chanaan, quia nihil aliud morabor, postquàm sepeliero patrem. *Dixitque Pharao ascende*. Diligebat Pharao valde Ioseph, & noluit eum contristari, maximè, quia videbat, ꝙ rem iustã poposcisset. *Et sepeli patrem tuum, sicut adiuratus es*. Ideſt quia adiuratus es a patre tuo, quod non licet transgredi, permitto te ascendere, quia aliàs non permisissem te ascendere, cum sis valde necessarius pro negocijs regni. *Quo ascendente*. Ideſt Ioseph ascendente in terram Chanaan ad sepeliendum patrem suum. *Ierunt cum eo omnes senes*. Ideſt omnes viri prudentes, & iudicantes, vel habentes auctoritatem, qui vocãtur senes, ideſt sensati: non est hoc verum simpliciter, quia tunc non manerent in domo Pharaonis aliqui viri honorabiles, qui comitarentur regem, & consulerent, vel famularentur tempore illo, quod est absurdum, quia plures deberent manere cum rege quàm ire cum Ioseph, sed est hic hiperbole, sicut multotiens fit in scriptura. Sic dicitur supra 41. cap. quòd de omni terra veniebant in Aegyptum, vt emerent alimenta, & malũ inopiæ temperarent. Sed ibi declaratum est, ꝙ non venie- E
bant omnes terræ, nec est verisimile. *Cunctique maiores natu terræ Ægypti*. Maiores natu vocantur dupliciter vno modo dicuntur maiores natu, ideſt antiquiores in ætate, quia ante nati sunt, & sic sæpe accipitur, & vocatur vnus frater maior natu altero, quia prius natus est. Alio modo vocantur maiores natu, ideſt qui de maiori genere, vel nobiliori sunt, & isto modo accipitur hic, quia non est intelligẽdum, ꝙ omnes seniores Aegypti venissent cum eo, quia hoc fuisset põdus inutile. Sed ad honorandum Ioseph ierunt cum eo illi, qui nobiliores erant genere, & eodem modo est hic hiperbole, quia non est hic intelligendũ, ꝙ omnes

Maiores natu uocantur dupliciter.

nes

nes senes Aegypti, uel nobiles irent cum Ioseph, sed multi de illis. *Domus Ioseph.* Ideſt omnes famuli Ioseph,& milites sui. *Cum fratribus suis.* Ideſt omnes fratres vndecim Ioseph ascenderunt illuc, quia sic decebat ad honorandum patrem, & dato ꝙ ipsi non haberent affectum ad patrem, propter amorem Ioseph, & reuerentiam facerent,quia timebant eum,& verebantur. *Absque paruulis suis.* Quia ferre paruulos,erat pondus ineptum ad nihilque conueniens, maxime, quia non multum moræ contracturi erant in eundo,& redeundo. *Absque gregibus, & armentis, quæ dereliquerunt in terra Gessen.* Ideſt etiam reliquerunt paruulos, & armenta, & licet non dicatur hic de vxoribus, tamen intelligendum est, quia frustra vxores ducerētur ad terram illam, cum mox viri redituri erant maxime, quia fœminæ ad itinerandum ineptę,& impeditiue sunt.Item quia paruuli indigent cura materna,cum ergo dicatur ꝙ paruuli manebant in domo, idem de vxoribus intelligendum est.Item quia requirebatur quædam dispositio domestica, quæ non poterat fieri sine fœminis. Item non est intelligendum,ꝙ omnes filij Iacob irent cum corpore eius in terram Chanaan, quia cum dicātur armenta mansisse in domo, & armenta, & greges sine pastore non sunt, ergo manebant de Iudęis, saltem gregum pastores,qui erant de filijs Hebræorum. Nec potest dici, quòd Hebræi haberēt conductos aliquos Aegyptios ad custodiendos greges, quia Aegyptij detestantur omnes pastores ouium, vt patet supra 46.cap.sed ipsimet Hebræi pascebant:cæteri autem de filijs Iacob, qui specialibus officijs, & necessāriis non erant adaptati, iuerunt illuc. *In terra Gessen.* Quia in hac morabantur a principio, quo iuerūt vsque in Aegyptum,& tunc. *Habuitque in comitatu currus,& equites.* Ideſt venerunt cum eo currus falcati,qui erant ad bellū, de quibus sæpe in libris Regum, Paralipomenon, Iosue,& Iudicum. Equites autem sunt insidentes curribus ad pugnandum. Duxit ergo secum Ioseph aliquem apparatum belli, vt si quispiam vellet inferre ei vim,vel pugnam, se defenderet. *Et turba facta est non modica.* Immo valde multa,quia omnes cupiebant honorare Ioseph. *Veneruntque ad Aream Arad.* Hic ponitur innouatio planctus. A rad in Hebræo non est nomen proprium, sed commune, & signat spinas grandes. Erat autem ista Area campus magnus circundatus tribulis, & spinis vndique in modum coronæ, vel ouilis, & recollegerunt se ibi Aegyptij, vt ait historia scholastica propter bella insurgentia. *Quæsita est trans Iordanem.* Eundo de Aegypto in terram Chanaan,sed è conuerso est venientibus de terra Chanaan in Aegyptum. *Celebrantes exequias.* Ratio autem celebrandi exequias,vel innouandi planctum illic, fuit sicut nunc vulgariter fit, quia plangitur quando moritur, deinde intercepto,vel cessante planctu ad modicum,quando sepeliri debet apud tumulum planctus relictus resumitur,quia tunc nouus dolor generatur, cum tollatur ab oculis amantium ille, qui quondam carus habebatur. Ita cum nunc Ioseph, & Aegyptii intrarent in terram, in quā cadauer patris Ioseph relicturi erant, quasi nouo dolore compuncti plangebant.

Innouatio planctus.

Quæst.1. Cur exequię Iacob non fuerunt factę apud tumulum eius.

Sed dices quare istæ exequiæ non factæ sunt apud tumulum Iacob in spelunca duplici apud Mambre, cum magis deceret ibi facere? Respondetur,ꝙ Aegyptii fecissent ibi libenter exequias, sed timuerunt manere tot diebus in terra Chanaan, ne forte irruerent super eos Chananæorum gentes. In Area autem illa, cum esset in principio terræ Chanaan, & poterant retrocedere, si vidissent aduersus se bella consurgere, manserunt septem diebus exequias celebrantes, quas apud tumulum erant celebraturi. *Planctu magno atque vehementi.* Fit ista replicatio secundum consuetudinē Hebraicæ linguæ ad notandam intēsionem planctus, quia sumptis ante viribus intermisso fletu, nūc demū recentiores,& fortiores redibant ad plangendū. *Quod cum vidissent habitatores terræ Chanaan.* In cuius principio manebant Aegyptii.tam validum planctum fieri. *Dixerunt planctus magnus est Aegyptijs.* Hoc senserant in experientia,& mirabantur,ꝙ venientes Aegyptii tam acerbe plangerēt, & ideo putabant aliquod magnum malum Aegyptiis accidisse. *Et iccirco.* Scilicet, quia factum fuerat ibi aliquid notabile. *Appellauerunt nomen loci illius, Planctus Aegypti.* Quia ibi Aegyptii tam diutinè planxissent. Sic enim antiquitus imponebantur nomina locis, vt patet supra de Bethel. cap. 28. & de monte Galaad, supra 31. & de Manayn,supra 32. & in multis aliis. *Feceruntque filij Iacob.* In hoc notatur diligens consummatio p̄cepti in opere, qa filii Iacob omnes simul iuerūt ad tumulationem patris, vt præceperat ipse,antequàm moreretur. *In spelunca duplici.* Quare sic vocetur,videas supra 23.cap.vbi assignauimus rationem. *Quam emerat Abraham cum agro.* Hic textus notat principaliter emisse agrum, & secundario speluncam,quia ipsam cum agro emit, ideſt agrum emit, & quia spelunca erat in agro consequenter,& accessoriè transibat in possessionem Abrahę cum agro.Sed licet diceretur,ꝙ ipsa spelunca principaliter empta fuit, nō erat error, quia nondum fuerat facta res sacra, vel locus sacer quod fit per cadaueris illationem in illam. Tunc autem illa monumēta erant noua, in quę nondum quisquam sepultus fuerat, sed erant parata ad sepeliendum ipsum Ephron,& cognationem suam.Sic dicitur Luc. 23. cap. ꝙ Ioseph ab Arimathia, ciuitate sepeliuit corpus Iesu in monumento nouo, quod exciderat sibi in petra, in quo nondum quisquam positus fuerat. Sic intelligendum est hic,quia si cadauera Gentilium fuissent illata in sepulchra illa,nullo modo emisset Abraham, quia illa inquinata censeretur, & nefas videretur Patriarchas,capitaneos lineæ Christi cum Gentilibus idolatris tumulare. *Quam emerat Abraham.* Contra hoc dictum fuit supra, scilicet, Enmorior, in sepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaan,sepelies me. Si ergo Abraham emerat,non poterat fodere illud Iacob.Respondeatur,vt supra,scilicet ꝙ spelunca duplex,quam emit Abraham, nō solum erat vnum sepulchrū, sed erat magnus locus defossus,in quo Iacob posuit sibi sepulchrum, & vxori suæ fodiēdo aliquid,& eodem modo videtur ꝙ Isaac foderit ibi sepulchrum pro se,& Rebecca vxore sua. *In possessionem sepulchri.* Ideſt, ꝙ venditio facta fuit,cum ista cōditione,ꝙ acciperet Abraham agrum illum ad sepeliendum ibi mortuos suos, & ad nullum alterum vsum,quia tunc redundaret in præiudicium, & dedecus Gentilium.vt supra fuit expositum. *Contra faciem Mambre.* Ideſt non intra conuallem Mambre, sed contra eam, ideſt ex opposito in aliquo loco coniuncto,vel vocatur Hebron Mambre, & dicitur contra faciem Mambre,ideſt contra ciuitatem illam,quasi dicat, non erat sepulchrum illud in ciuitate, sed in agris, quia nunquàm fuit mos sepeliri corpora mortuorum in ciuitatibus, nisi post Christum, & a solis Christicolis, & hoc fit, vt in cęmeteriis condantur, quæ sunt loca sacra, & secundum dispositionem Ecclesiæ quædam pars pœnæ remittitur bonis fidelibus ibi sepultis. Et vt a fidelibus,qui Ecclesias visitant propter sacramenta, & celebritates Missarum, horarumque cæterarum, monumenta cōspecta maiorum eos ad memoriam reducant, pro eisque ad Deum preces fundant,quoniam sancta, & salubris cogitatio est pro defunctis orare,vt a peccatis soluantur, vt patet 2.Machab.cap.12.de his diximus Numeri 19. cap. *Reuersusque est Ioseph,* Hic ponitur secūdum principale,scilicet in

Cur soli Christiani mortuorū cadauera in Ecclesijs sepeliant.

in Aegyptum reuersio, & tanguntur duo. Primo ponitur Ioseph reditus, secundo describitur eius obitus, ibi. *Quibus transactis.* Circa primum. *Reuersus est Ioseph in Aegyptum.* Completis omnibus, quæ mandauerat Iacob fieri circa tumulationem suam.*Cum fratribus suis.* Denominat hic immediate fratres, quia istę erāt personæ, ad quas principaliter tangebat istud negotium cum Ioseph. Et licet alij de Aegyptiis ibi essent honorabiliores, tamen nō nominauit eos, quia non attinebat ad eos principaliter istud factum, sed venerant vt comitarentur Ioseph. *Et omni comitatu.* Curruum,& equitum Aegyptiorum, & seniorū domus Pharaonis,& domus suæ famulorum. *Quo mortuo.* Hic ponitur timor natus in fratribus Ioseph post mortem patris. *Et mutuo loquentes.* Colloquebantur inter se de causa timoris, quomodo nunc magis sibi timendum erat, quàm viuente patre suo, & consiliabantur inter se confingentes ea,quæ infra dicuntur. *Ne forte memor sit iniuriæ,quam passus est.* Ne forte recordetur nunc de venditione sua in Aegyptum, & de molestijs, quas ei inferebamus nosētes ei pacificè loqui, & volentes occidere cum eum in cisterna locauimus, & huius iniuriæ memor sit ad puniendum. De memoria,quæ est simplex recordatio rerum gestarū, sine aliqua alia inclinatione ad bonum,vel malum,ista bene fuit viuente Iacob,cū multotiens recordaretur Ioseph afflictionum suarum præteritarum,nō tamen ex hoc volebat fratres punire, nūc autem patre mortuo magis timebant,quia putabant ꝙ viuente patre noluit vindictam sumere de eis,ne patrem contristaret, nunc autem eo mortuo eos de terra deleret, sed non sic intendebat pius ille Ioseph. Et hoc timere poterāt,quia simile dixerat Esau de fratre suo Iacob,scilicet venient dies luctus patris mei, & occidam fratrem meū, vt patet supra 27.cap. *Et reddat nobis malum omne,quod fecimus.* Ideſt det nobis pœnam sufficientem pro omnibus malis, q̄ in eum commisimus. *Mandauerunt̄que ei.* Ideſt miserūt ad dicendū,sic enim in quibusdam terris dicitur mandare,ideſt mittere,non est enim intelligendum, ꝙ ipsi mādarent,cum ex timore valido precarentur. Sic pater supra 45. vbi dicitur, ꝙ Ioseph locutus fuit fratribus suis dicens, dicite patri meo hæc mandat Ioseph filius tuus,ideſt hæc mittit tibi ad dicendum. *Per filios Balæ.* Quia inter cæteros istos diligebat eū fuisset Bala ancilla matris suæ, & nutriuisset eū, & forte cum istis iuit Beniamin frater vterinus,quem tenere Ioseph diligebat, qui non fuerat in venditione Ioseph,cum adhuc nōdum ablactatus fuisset, & iste posset eum magis inclinare,dato ꝙ ad irā motus esset. *Pater tuus præcepit nobis.* Hoc confinxerunt inter se,quia nunq̄ talia dixerat Iacob, quia si talia dicere vellet coram Ioseph dixisset, vt corā eo iniuria remitteretur magis quàm mortuo eo, cum non esset,cui reuerētiam Ioseph deferre deberet. Iacob autem nō curauit dicere hoc, qa tantam cognouit benignitatem Ioseph, ꝙ non esset opus his ammonitionibus. Rogauerūt autem fratres Ioseph hoc ex parte Iacob propter duo,primo qa propter patris reuerentiā, & amorem credebant eum facilius flectendum, secundo quia tanta mala ipsi gesserant in Ioseph, ꝙ indigni erant, vt ex se exaudirentur, & in hoc satis erat signum pœnitentiæ, cum immanitatem culpæ cognoscerent, vt se nullius boni dignos existimarēt,nec tamen desperarent,sed quod in se nō poterant aliis intercessoribus precabantur,& non cōparuerunt in ista deprecatione omnes coram Ioseph, sed filios Balæ miserunt non quidē, quia alii dedignarentur ante eum precari, cum postea se faterētur seruos eius. Nec etiam recusauerunt venire, tanq̄ expectantes responsum,vtrum durum,an molle esset,& si viderent durum esse fugerent, quia non credebant se posse vllo modo liberari, si Ioseph eos vellet punire, cum ipse esset prepositus totius terræ Aegypti,sed nō venerunt ante eum, qa sciebant se mala multa gessisse in eum,& timebāt, ꝙ si ad petendum misericordiā coram eo apparerent, magis eum afficerent ad oppositum: miserūt ergo illos solos, quos ei magis gratos, acceptosque credebant. *Vt hæc tibi verbis illius diceremus.* Ideſt vt nos diceremus ista tibi in nomine illius, vel ex parte illius. Hoc falsum esse satis Ioseph intellexit,sed non curauit, quia non parcebat eis ex mādato patris,quasi ante vindictā sumere destinaret, sed remisit, quia nunq̄ vindicandi volūtatem habuit. *Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum.* Ideſt nō recorderis istius peccati ad puniendū illos,quia de alia simplici recordatione rerum gestarum, quæ est sine inclinatione ad malum, vel bonum faciendum,nō precabantur,cum illa nihil attineret ad eos. Etiam quia illa recordatio est naturalis interdum, & non voluntaria, quia interdum aliquorū recordamur, quæ ignota nobis esse mallemus. De illo ergo quod non est in potestate nostra,precari non conuenit, de quo Arist. in fine primi Ethicorū tractans de appetitu sensitiuo,qualiter sit obaudibilis, & exaudibilis. *Et peccati, atque malitiæ, quam exercuerunt in te.* Ideſt quam fecerunt super te vendentes te. Ponuntur hic tria nomina,s.scelus,peccatum,& malitia, ad exaggerandum quātitatem mali, & est modus rhetoricus malitiam, vel bonitatē alicuius per plura nomina laudem, vel malitiam significantia explicare. Vel possunt ista signare tria mala distincta primum vocatur scelus,s.propositum de occidendo Ioseph, & asperitas verborum: peccatum fuit spoliatio eius:malitia fuit venditio eiusdē. Vel melius dicendum,ꝙ ista tria nomina ponuntur hic ad signandam vnam rem, sed significāt eam sub diuersis rationibus mali ad magis explicandum, s. scelus signat aliquam magnam iniquitatē,quam ratio ipsa, & omnis homo abhorret,nec audire vellet.Tale autē fuit istud factum,s.proditio fratris,venditio,& voluntas occidēdi cum innocens esset. Scelus autem nō de omnibus vitiis prædicatur, sed solum de quibusdam detestabilibus, vt est parricidium, incestus, patriæ proditio, & crimen læsæ maiestatis,& labes sodomitica, cæteraq; in hunc modum. Peccatum dicitur,quia erat contra legem, vnde peccatū est voluntaria transgressio legis siue diuinæ,siue humanę,siue in multo,siue in pauco. Sic autem fuit hic, quia cōtra legem erat fratrem innocentem tantis malis,tanq̄ reū mortis afficere. Malitia dicitur, quia malitia secundum Philosophum in 7.Ethicorum dicitur malum siue peccatum,quod est ex deliberatione, s.ex habitu, vt distinguit contra mala, quæ repentine fiunt ex passione, sed ex deliberato animo,quia ex multis diebus conceperant in eū odiū, & occidere parabant non potentes ei pacificè loqui. *Nos quoque oramus.* Ideſt,licet nos indigni simus,tamē si aliquid ex intuitu patris nostri possumus, precamur vt hoc facias. *Vt seruo Dei patri tuo.* Valde rhetoricè persuadent isti si respiciatur. Primo vocauerūt Iacob seruum Dei, tanq̄ ex acceptione, quam Iacob habebat apud Deum mereretur, vt propter eum hæc remitteretur iniuria,& hoc verum,quia in reuerentiā sanctorum virorū plura agere debemus, quàm propter alios qualescunque,secundo dixerunt. *Patri tuo.* Ideſt,ꝙ te valde diligebat,vt patet supra 37.c. Scilicet Israel autē diligebat eum præ cęteris,quia in senectute genuisset eum,vt supra 45. vbi dixit sufficit mihi si Ioseph viuit; vadam,& videbo eū anteq̄ moriar. Si enim dixissent patri nostro timebant, ꝙ ex adiunctione ad ipsos bonū, vel gratia quam debebat Ioseph patri suo,minueretur. *Dimittas iniquitatem hanc.* Etiam in hoc non modica vis persuasionis rhetoricę latet, quia si ipsi dixissent,

Ponuntur tria nomina ad exaggerandum quantitatē mali.

Peccatum est voluntaria transgressio legis, siue humanæ,siue diuinæ.

Fratres Ioseph rogauerūt hoc apter duo

sent, vt remitteretur eis, fortè putabant q̃ Ioseph non inclinaretur ad hoc: ipsi ergo constituebant hanc iniquitatem super caput Iacob, tanquàm ipse hoc feciſſet, & pro eo veniam postulabant. Vel petebant sic, quia si in nomine suo peterent veniã dari cognoscentes se valde reos, non sperabant posse adipisci: præposuerunt ergo nomen paternum, tanquàm dignum reuerentia, & honorabile, vt facilius veniam impetrarẽt. *Vt dimittas patri tuo iniquitatem hanc.* Ideſt, quòd si nobis remittis existima te ei remisisse, cũ nobis propter eũ dimittas. *Quibus auditis fleuit Ioseph.* Amantissimus ille, atque benignissimus Ioseph auditis verbis, quibus fratrum suorum notabatur angustia, attentaque sceleris pœnitentia, tanta teneritudine inter viscera innatæ pietatis permotus est, quòd lachrymas tenere non valuit, nec occultauit hic Ioseph lachrymas, sicut quõdam eorum crumnas considerans occultare solitus fuerat, quia ibi adhuc latere cupiebat, vt veritatis patriæ fierent argumenta: hic autem timidis, & afflictis fratribus viscera pietatis fraternæ ad consolationem ostendebat. *Veneruntque ad eum fratres sui.* Scilicet omnes fratres postquàm cognouerunt nunciorum relata, quòd Ioseph pietate fraterna fuerat lachrymatus. *Et proni in terram adorauerunt.* Sic enim humiliari decet eos, qui veniam adipisci desiderant, quam nullus vnquàm per superbiam acquisiuit, q̃a superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. *Adorauerunt, & dixerunt.* Humiliatio ista cordis, quæ in vere pœnitentibus, & venia dignis attenditur, duobus manifestatur, scilicet in voce, & opere. In opere autem, quia adorauerunt proni in terra, qua nulla maior humiliatio esse potest, si tamen recto animo fiat: quoniam est qui nequiter se humiliat, & interiora eius plena sunt dolo, vt patet Ecclesiast. 19. cap. Humilitas in voce patet conformiter, cum dixerunt. *Serui tui sumus.* Ideſt nos peccauimus valde, & mala multa meremur, sed ecce erimus serui tui si vis, vel dispone de nobis, vt libuerit. *Quibus respondit.* Videns eorum humilitatem. *Nolite timere* Ideſt non putetis, quòd ego intendam vobis mala infligere pro malo, quod egeritis. *Num Dei renuere possumus voluntati?* Hic consolabatur eos Iacob, ne absorberentur præ tristitia mali, quod egerunt excluso adhuc timore, & lenit dulcibus verbis eorum duram iniquitatem. Et in hoc attendere valde debent, qui confitentes audiunt, vt iuxta eorum dispositionem respondeant: sunt enim qui cum mala multa patrauerint, nihil se feciſſe existimant, malè facta partipendentes. Hos autem duris verbis de scelerum grauitate prolatis ad factorum pœnitentiam, & sui ipsorum detestationem inducere oportet. Sunt autem alij, qui criminis grauitate pensata, tam vehementi inconsolabiliq̃ tristitia absorbentur, vt penè in diffidentiam adducãtur. Hos autem verborum mulcebris ita mollire oportet grauitatem criminis leniendo, & opportunitates scelerum mutabilitatemq̃ naturæ, & figmenti humani fragilem cõditionẽ, Deumq̃; prompte pœnitentiũ miserẽtẽ proponẽdo, vt ad hilaritatẽ quãdam; & dispositionem meliora sperandi reducantur. Notandum tamẽ, q̃ licet ista verba Ioseph dicta sint, vt consolatoria, & ad hunc finem ipse proferebat, tamen veritate pensata nihil de grauitate leniunt, & patet quia quando dicitur. *Nunquid Dei possumus renuere voluntati?* Videtur velle dicere, q̃ peccatum eorum non valde graue erat, quia Dei voluntas erat, vt ista vẽditio fieret, vt tantum bonum inde sequeretur, scilicet q̃ Ioseph in tempore famis pasceret patrem suum totamq̃ progeniem, & sic innuit q̃ voluntati Dei nemo potest resistere, ideſt quod ipſe vult, licet nos non velimus fieri, necesse est. Et hoc quidem distinguendum est, quia aut voluntas diuina est, quantum ad ipsum regimen vniuersi præter humanam actionẽ quod regimen quibusdã nexibus necessarijs ducitur, vt nequaquàm in alterutrum deflecti possit, & in istis, sicut ipsa diuina cognitio immutabiliter se habet, ita ipsarum rerum ordinata congeries quodam necessario nexu dirigitur, cum in natura ipsa necessariam causam habeat, vt patet de motu cœli, & de cæteris naturalibus, quæ Deus ex natura sua perfectissima immutabiliter, sicut cætera alia cognoscit, deinde hoc abstracto adhuc ipsa in natura sua necessariã causam habet, vt impossibile sit aliter se habere, nisi Deus ipse naturæ ordinem velit cõmutare. In actionibus autem humanis secus est, quia licet ipse Deus ex natura sua, q̃a incommutabilis est, immutabiliter res, vt futuræ sunt, intelligat, tamen in se ipsis, ideſt in causa sua productiua necessitatem nullam habent, sed ab omni nexu soluta motibus liberi arbitrij in alterutrũ verti possunt. Et vt ex abundantia loquar si humanus intellectus, & voluntas existerẽt, dato per impossibile, Deo non existente, nec alia causalitate cęli, vel naturarum superiorum, vel inferiorum, nullus ambigeret quin voluntas, & intellectus humanus, tũc nullo coacti libere operarentur, ita nunc Deo existẽte licet omnium inspectore, cunctaq; cognoscente nihil magis necessitatis voluntati imprimitur, nec aliquid magis libertatis aufertur, & vt apertius dicam tam libera est volũtas humana, nunc Deo existente, & actus nostros cognoscente, sicut si non existeret, vel actus nostros non cognosceret. Et tunc verum est, q̃ volũtati Dei nullus repugnare potest, sed ei nullatenus repugnando nos in alterutrum actiones nostras liberrimè deflectere possumus, talis est enim diuinæ naturę conditio, vt quantuncũq; actus nostri in alterutrum mutabilitatis lege vertãtur, ipsa cũcta cognoscẽs immutabiliter cũcta cognoscat. Fundamẽtum huius est, quia diuina cognitio temporum connotationes nõ recipit, quia nihil, vt futurum, nec vt præteritũ cognoscit, sed omnia vno, simpliciq; intuitu præsentario modo cognoscit, nec propter hoc minus cognoscit, vel eius cognitio intricata, & incerta est, quia licet per modum præteriti, aut futuri nihil cognoscat: cognoscit tamẽ quid præteritum, aut futurum in rebus ipsis sit; quia præteritio, & futuritio non dicũt connotationes cognitionis eius, sed ipsas res cognitas. Et sicut nos actus rerum, & ipsas rerum generationes per modum præteriti, aut futuri contemplamur, ita Deus ipsos actus, & præteritionem, atq; futuritionem modo pręsentario intuetur, cũ ipsum quoq; futurum ei præsens sit, quod nullis temporũ successionibus distrahitur. Hoc ergo supposito, etiam in nobis id, quod in Deo est, sequeretur: nam id, quod est, in eo, quod est, necesse est esse; omne autem quod præsens est in ratione, vt dũ est, cognoscitur: ergo cognitionem necessariam facit, oẽs ergo mortales dũ rem præsentem cognoscimus, vt eam cognoscimus, necessario cognoscimus immutabiliter, si ad alterũ nullus respectus habeatur. Nullus tamẽ ex hoc aliquam necessitatem rebus imponet, q̃a tunc quilibet homo necessitatem cuilibet rei cognitæ existendi imponeret, quod nullus etiã inter homines insipientissimus confitebitur. Quid ergo mirũ, si quod in nobis est, in Deo quoq; reperiatur? scilicet vt cũ oĩa præsentario modo cognoscat, immutabiliter illa cognoscat? Res autem immutabiliter cognita ex immutabilitate cognitionis necessitatem existendi non acquirit, sed ex necessario nexu causarum. Cum ergo contingat res nexus causarum variabiles habentes præsentario modo immutabiliterque cognosci, cõstat de rebus mobilibus necessariam cognitionem haberi, ipsamq; cuiuscũq; cognitionem nullam rebus existendi necessitatẽ imponere, cum necessitas, vel immobilitas cognitionis non

Superbis Deus resistit, humilibus dat gratiam.

Voluntas diuina est duplex.

non ex eisdem causis oriantur. Necessitas enim cognitionis ex quodam modo, siue circũstantia cognitionis assumitur, licet interdum ex re cognita, s. cognitionem immutabilem esse, vt res præsentarie solum cognoscitur, non cõsiderata rei præteritione, aut futuritione. Futurum autem, & præteritum, vt sic ab immutabilitate distrahũt cognitionis. Necessitas autem rerum a causarũ nexu sumitur. Si enim nexus causarũ necessarius est, ipsam rem necessariũ esse habere constat. Si autem res nexum causarum variabilem habet, esse variabile constat esse. Nihil ergo mirandum est si Deus cuncta immutabiliter cognoscat, quia sic necesse est ipsum cognoscere, cum omnia vnico intuitu præsentarieque cognoscat. Sic enim in nobis contingeret, si omnia, vt præsentia nosceremus. Nihil ergo diuina præscientia, siue prædestinatio timenda nobis est, tanq̃ nobis aliquem terminum necessitatis imponat, cum immobilitas suæ cognitionis non ex rerũ causis, sed ex conditione diuinæ conditionis insurgat. Redeuntes ergo ad id, quod præponebamus intendendum est, q̃ verba Ioseph si rectè attendantur, nihil excusant fratres suos, quia licet voluntati Dei renuere, vel repugnare non possimus, in alterutrum tamen vo luntatem nostram deflectere possumus, nihil volũtati eius repugnantes. Ista tamen verba excusandi modũ haberent, si quia Deus aliquid pręcognouit, nos inuiti illud cogeremur, vel aggredi, vel euitare, quod nullo modo sentiendum est. Et quando dicitur. *Vos cogitastis de me malum, Deus autem vertit illud in bonum.* Hoc autem patet, quia fratres Ioseph vendiderũt illum, vt moreretur in terra extranea, & non cõplerentur somnia eius, in quibus signabatur fratrum suorũ futurus Dominus, sed Deus vertit illud in bonũ, quia ex hoc factus fuit Dominus Aegypti, & postea pauit patrem suum in fame, & totam familiam. Sed hoc nihil excusat si respiciatur, quia quantitas non cõsideratur in eo quod est per accidẽs, sed in eo quod est per se, quia cũ peccatum consistat in hoc, quod est esse voluntarium malum id, quod est per se, facit voluntarium, aut inuoluntarium: quod autem per accidens est, nec voluntarium, nec inuoluntarium causat, cum sit posterius. Sic ergo quod ex aliquo malo opere bonũ sequatur, non est per se, sed valde per accidens. Etiam quia est posterius. Quantumcũque ergo bonum sequatur ex malo, non ex hoc malum minuitur, cum hoc non tollat de ratione volitionis deordinatæ, secundum quam malũ cõstituebatur, maxime quia Deus id quod malum est vertat in bonum, conditio sua est, nec fuit hoc speciale in hoc facto, quia ex omni malo aliquod bonũ elicit. Sic enim ait Boetius de Consolat. lib. 4. prosa 6. vbi inquit: Sola est enim diuina vis, cui mala quoque bona sunt, cum eis competenter vtẽdo alicuius boni elicit effectum: ordo enim quidam cũcta complectitur, vt quod ab assignata ordinis ratione decesserit, hoc idem in alium temere ordinem relabatur. Fatendum est ergo ista verba Ioseph, licet diminuendi, leniendiq̃ culpam speciem habeant, nihil verè lenire, ac diminuere. Nisi hic quoddam diuinæ prouidẽtiæ lateat secretum, quod dum aliàs de Dei prouidẽtia sæpe referrem, tacui, semperq̃ tacebo, quia talia periculosa sunt, cum fortè a paucis sanè accipiãtur. In hac autem materia errare pessimũ est, vt aliàs dictum. Melius est ergo in his nihil scire, q̃ temerè iudicare. *Vt exaltavet me.* Faciendo me præpositũ totius Aegypti. *Vt in præsentiarum cernitis.* Ideſt, vt nunc videtis, q. d. vos nunc videtis, q̃ ego sum Dominus Aegypti, nam sicut a principio, quando interpretatus fuit somnia, & disposuit alimenta tempore fertilitatis pro tempore famis, erat Dominus totius Aegypti, ita nunc erat, quia semper cuncta regni negotia disponebat, omniaq̃e in manu eius prosperabantur, nec in tota vita sua caruit principatu, quem semel adeptus est. In præsentiarum est vnũ dictio, s. aduerbium tpis, & significat nunc, vel in pñti. *Et sanos facerem multos populos.* Ideſt, q̃ Deus promouit Ioseph, vt per manum illius ista fierent, & de cibariis collectis ab eo multi populi alerentur, quia multæ terræ veniebant in Aegyptum ad emendum ista cibaria, vt patet supra 41. cap. *Consolatus est eos blandè.* Scilicet loquendo verba blanda, q̃ possent alicere fratres suos ad meliora sperandum. *Locutusque est leniter.* Scilicet leniendo, vel mitigando dolorẽ, quem de malo, quod contra Ioseph gesserant olim, conceperant. *Et habitauit in Aegypto.* Scilicet post mortẽ patris vsq; ad mortem suã. *Cum omni domo patris sui.* Ideſt cum tota familia, quam dimiserat pater suus. *Vixitq; centum decem annis.* Ecce qualiter vita istius valde defecit a vita patrũ suorum, quia Iacob centum quadraginta septem annos vixit, vt patet supra 47. cap. Isaac cẽtum octuaginta, vt patet supra 35. cap. Abraham vixit centũ septuagintaquinque, vt patet supra 25. cap. Multum ergo defecit iste in ætate ab alijs. Fuit autẽ mortuus post mortem Iacob annis quinquagintaquatuor, quod patet, quia quando Iacob venit in Aegyptum, Ioseph erat annorum trigintanouem, quia trãsierant iam septem anni fertilitatis, & duo anni sterilitatis, inceperant aũt oĩa ista ab anno triginta vitæ Ioseph, qñ stetit coram Pharaone, vt patet supra 41. cap. deinde postq̃ venit Iacob in Aegyptum, vixit ibi annis decemseptem, vt patet supra 47. cap. ergo tunc in morte Iacob compleret Ioseph annos quinquagintasex, additis decem septem ad trigintanouem. Sed vita tota Ioseph fuit cẽtum decem anni, ergo restabant post mortẽ Iacob adhuc anni quinquagintaquatuor complendi. Etiam non vixit iste tantũ, sicut alij fratres sui, quia vt patet infra 6. cap. Leui filius Iacob vixit annis cẽtum triginta septem, & sic videtur fuisse de alijs fratribus, quia ipse adiurauit eos anteq̃ moreretur, q̃ asportarent ossa eius secum. *Vidit Ephraim filios vsq; ad quartam generationem.* Ephraim erat filius Ioseph, cuius nepotes, & pronepotes vidit Ioseph, quia filius est prima generatio, nepos est secunda generatio, pronepos est tertia: cum ergo nepotes Ephraim sint pronepotes Iacob, illi qui sunt pronepotes Ephraim, erũt quarta generatio Ioseph. *Filij quoque Machir.* Isti filij Machir erant pronepotes Ioseph, quia Manasse erat filius Ioseph, Machir erat nepos Ioseph, & filius Manasse: filii aũt Machir erant pronepotes Ioseph, & nepotes Manasse. *Nati sunt in genibus Ioseph.* Id. est, q̃ quando filij Machir, qui erant pronepotes eius, nati sunt, Ioseph adhuc erat in tali dispõne, q̃ poterat tenere eos in genibus, & blandiri eis more veterũ cõgaudentiũ garritibus, siue vagitibus puerorũ, & nõ est intelligẽdum, q̃ illi filii nati sint in genibus Ioseph, qa ipse non erat obstetrix, sed paulo postquàm nati erãt, nutriebantur in genibus eius. *Quibus transactis.* Hic ponitur secundum, s. Ioseph obitus, & fuit principalis cura Ioseph ordinare de sepulturæ loco ex causa tacta supra in Iacob. *Quibus transactis.* Scilicet postq̃ Ioseph ad tãtam deuenerit etatẽ, vt videret pronepotes, & quartam generationem, appropinquauit ei mors, & secuta sunt ea, quæ hic ponuntur. *Locutus est fratribus suis.* Quãdo videbat mortem sibi imminere, disponens de loco sepulturæ. Ex hoc videtur aliqualiter quod supra dicebamus, s. q̃ Ioseph mortuus sit ante oẽs fratres suos, quia ad mortem eius viuebant ipsi, cum adiurauit eos Ioseph, vt ferrẽt ossa sua in terram Chanaan. *Post mortem meam Deus visitabit vos.* Eruendo vos de laboribus, & afflictionibus vestris, & ducendo in terrã vestram, sed non erit hoc immediatè post mortẽ meam, quia vt probatum fuit supra 15. cap. cõmoratio filiorum Israel in Aegypto a tẽpore, quo ingressus fuit Iacob in Aegyptum,

Deus cuncta immutabiliter cognoscit

Obitus Ioseph.

Aegyptum, fuit annorũ ducẽtorũ quindecim, ab istis subtrahantur sexagintanouem anni, qui manebant de vita Ioseph, quãdo intrauit Iacob in Aegyptum, quod fuit annorũ trigintanouẽ vitæ Ioseph, quia deinde vsque ad 110. restãt sexagintanouem quos vixit Ioseph existentibus fratribus suis, & tota posteritate in Aegypto. Si ergo tollantur isti anni de ducentis quindecim annis, manent centum quadragintasex, quibus post mortem Ioseph manserunt filij Israel in Aegypto. *Deus visitabit vos.* Idest redibit ad vidẽdum vos, quia in isto tempore apparebat, ꝙ Deus non videret eos, quia nihil nouũ in eis operabatur. Sed quando incepit persecutere Aegyptios, vt educeret populum Hebræorum dicebatur visitare eos. Hoc autem futurum esse poterat cognoscere Ioseph, vel spiritu prophetico, quẽ habebat, vel narratione præteritorum, quæ Deus prænũciauerat Abraham, ꝙ peregrinum futurum esset semen suum in terra non sua, & affligerent eos quadringentis annis: deinde egrederentur in multitudine diuitiarum de terra illa, vt patet supra 15. cap. Ista autẽ memoriter retinebantur a Ioseph, maximè quia iam maior pars illius temporis elapsa fuerat, scilicet ducẽti quinquagintanouem anni. *Et ascendere vos faciet de terra ista.* Idest ipse vos faciet exire inuitis renitentibusq; Aegyptijs per prodigia magna, & brachium extentum. *Ad terram quam iurauit.* Scilicet in terram Chanaan, qa istam terram promisit Deus sub iuramento Patriarchis. *Abraham.* Vt patet supra 13. cap. & 15. & 22. cap. *Isaac,* Vt patet supra 26. cap. *Et Iacob.* Supra 28. cap. & 35. cap. *Cumque adiurasset eos.* Sicut Iacob adiurauerat eum, vt portarent corpus eius in terram Chanaan, ita Ioseph adiurabat fratres, quia præuidit ꝙ subito exituri essent de Aegypto, quando egrederentur compellente Pharaone, vt patet infra Exo. 12. cap. Non ergo curarent de ossibus Ioseph, nisi adiurati fuissent. *Deus visitabit vos, asportate vobiscum ossa mea.* Idest non dico, ꝙ immediate post mortem meã deducatis corpus meũ in terram illam, sed ꝙ maneat hic, & quãdo exieritis hinc, asportetis ossa mea vobiscũ. Iosephus dicit hoc prudenti factum consilio, vt manẽte Ioseph in Aegypto manerent beneficia in recordatione Aegyptiorũ, & leuiter tractarẽt cognationem Ioseph, sed in cõtrarium relapsum est, quia surrexit rex nouus, qui nõ cognoscebat Ioseph, & afflixit Hebræos valde, vt patet Exo. 1. cap. Alia causa fuit, quia Ioseph petebat hoc in munere a fratribus suis. Si autem petiuisset, vt immediate post mortem duceretur in terram Chanaan, valde graue fuisset fratribus suis, quia hoc opus magnas exigebat expensas, quas nõ poterant facere fratres sui.

Opinio Ioseph.

Alia ratio, qa sciebat Ioseph, ꝙ dato quòd ipsi vellent corpus eius immediate portare: tamen Aegyptii non permitterent eos inde exire putantes, ꝙ vellent totaliter recedere de terra. *Mortuus est expletis centum decem annis.* Licet non esset tanta senectus huius, quanta senectus aliorum fratrum, & patrum suorum, tamen satis erat senectus bona. Iudæi autem dicunt, ꝙ Ioseph ante alios mortuus est, quia fratres suos afflixit. Sed hoc falsum est, quia quicquid in fratres egit, iustè egit, & magis benigne quàm iuste ad eos se habuit, sed forte mortuus fuit ante alios, quia curarum pondere grauabatur, cum ministraret, disponeretque omnia negotia regni. Curæ autem multum affligunt, vnde non iniuste dicitur cura, quasi cor vrat, cum spiritum valde affligat. Et ista est vna de causis, quare viri multum potentes paucum viuunt. Sic enim dicitur Ecclesiastici 10. cap. Omnis potentatus vita breuis. *Conditus aromatibus.* Adhuc in morte Ioseph manebat tenera affectio Aegyptiorum ad eum, ideo honorauerũt eum valde tumulantes honorifice, & condientes aromatibus. *Repositus est in loculo in Aegypto.* Non dicitur sepultus Ioseph in terra hac, sed repositus, idest ad custodiam positus, quia sepultus fuisse dicitur in Sichen in sorte sua, vt patet Iosue 24. cap. Differt autem repositio a sepultura, quia repositio dicitur positio cadueris alicuius in loco aliquo non ad manẽdum, sed vt ibidem custodiatur vsque ad aliquod tempus, & post transferatur ad alium locum. Sepultura vero dĩ locus vbi ponitur corpus mortuum, vt semper maneat. Et quia Ioseph ossa manere debebant in Sichen, dictum fuit, ꝙ ibi sepultus est. *In loculo in Aegypto.* Loculus dicitur paruus locus, & signat sepulturam, quæ parua est, quia ad mensuram hominis fit. Alia autem loca, in qbus homo viuens manere solet, spatiosa sunt, vt domus.

Opin. Iudæorum.

Cura vnde dicta.

Sepultura quid.

Causa autem, quare adiurauit Ioseph asportare ossa sua in terram Chanaan fuit, quia sicut Iacob per spiritum propheticum cognoscebat Messiam de suo semine nasciturum, & in terra Chanaan conuersaturum, ibique post passionem resurrecturum, cum quo, & corpora multa Sanctorũ resurrectura esse credebat, desiderauit esse vnus de illis surrecturis, ita Ioseph eundem spiritum propheticum habens credidit eadẽ, optauitq; se inter resurgẽtes cũ Christo cõputari, quod satis verisimile est cum dicatur Matth. 27. cap. Multa Sanctorum corpora surrexisse. Ioseph autem de principalibus erat inter Patriarchas, quibus cum Christo resurgere primo conuenit, & consequenter aliis minoribus, vt Prophetis.

Quare adiurauit Ioseph asportare ossa sua in terram Chanaan.

Commentariorum Alphonsi Tostati in Genesim Finis.

VENETIIS, Ex Typographia Dominici Nicolini.
M D X C V I.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Chile
Biblioteca